donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſuſtinetur, in præſentibus ſi ſit iurata, conſil. 450. nu. 60
donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, vbicunque poſita ſint, eſt valida, quia non includit iura, conſi. 450. nu. 50
donatio dicitur inter viuos, quando duo tantum teſtes interuenerunt, conſi. 450. num. 16
donatio omnium bonorum poſt mortem collata, non includit futura, conſ. 450. nu. 45
donatio non præſumitur, ſed potius ſumi debet quæcunque alia coniectura, vel error, conſil. 431. num. 19
donatio omniū bonorum præſentium, & futurorū, etiam iurata, non ſuſtinetur in præſentibus, ſed cōtra, nu. 60. cōſ. 450. nu. 14
donatio omnium bonorum includit iura, & actiones. Fallit nume. ſeq. conſil. 450. nu. 52
donatio facta ab ingreſſuro religionem, reuocatur, ſi is non profiteatur ad religionem, conſil. 445. nu. 36
donatione alicui facta cum pacto, quod poſt mortē res donata tranſeat in tertium, poſſunt contrahentes diſcedere à conuentione ad præiudicium illius tertij, conſil. 351. num. 35
donationem præſumitur acceptaſſe donatarius, cū ſciuit ſibi fuiſſe factam, conſil. 355. nu. 18
donationem non poteſt Princeps reuocare, conſi. 419. nu. 61
donationem filio factam, dicitur pater reuocaſſe, quando diſponit de re donata aliter quā cōtinetur in donatione, cōſ. 305. nu. 42
donationi non inſinuatæ poteſt donans contrauenire, & illam reuocare, conſil. 361. num. 10
donator certi redditus poteſt ſe ab annua præſtatione liberare, dando fundū ex quo percipi poſſit redditus tanti valoris, conſ. 319. nume. 6
donec, dictio, temporis limitationem denotat, conſi. 439. nu. 9
donec, dictio, appoſita poſt conceſſionē alicuius rei, importat conditionem extinctiuā præcedentis diſpoſitionis, conſ. 439. nu. 10
dos data ſimpliciter filiæ ſpuriæ, ſubiacet ſtatuto deferenti dotis lucrum marito, conſil. 310. nu. 1
dos data à patre ſpuriæ reddit ad patrē dotantem, conſ. 310. nu. 7
dos data filiæ ſpuriæ vltra modum alimentarum, an repeti poſſit conſtante matrimonio, quatenus excedit debitum modum, dubitant Doctores, conſi. 310. num. 9
dos ſuccedit loco legitimæ, quando ſtatutū diſponit, q. dos non ſit minor legitima, & ſic facit mētionē de legitima, cōſ. 393. n. 34
dos poteſt ſubrogari loco legitimæ quoad aliqua, licet non quoad omnia, conſil. 393. nu. 35
dos data primo viro, cēſetur ſecūdo repetita, ſed non in totū, quūdo extāt filij, ſed ſecundū l. hac edictali, cōſ. 397. n. 24. & n. 25
dos data filiæ per patrem de bonis aui, vel ab auo nepti, non confertur per patrem fratribus ſuis, quando agitur de ſuccedendo patri, & auo reſpectiuè, conſil. 361. num. 26
dos data primo viro, cenſetur repetita ſecunda, etiam quando data eſt ab extraneo, & matrimonium contrahitur ſpirituale, conſil. 397. num. 1. fallit vt nu. 2
dos data per auum nepti confertur per patrem ad cuius manus dos peruenit, conſil. 361. num. 30

dos cen-

Digitized by Google

dos cenſetur data aepti patris coatemplatione, conſ. 361. num. 31
dos data primo viro, cealetur repetita secaada, vna cum donatione propter auptias facta à primo viro, conſil. 397. nu. 9
dos non debetur filiæ ia bonis maternis, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet ex paternis bonis dotari non poteſt, conſ. 393. nu. 4
dos augeri poteſt, coaſil. 393. nu. 46
dos data donationem propter auptias meretur, conſ. 397. nu. 13
das eſt ius vniuerſale, conſ. 397. nu. 10
dos ſine matrimonio eſſe nõ põt, cõſ. 361. n. 14. & cõſ. 393. nu. 50
dos, cum ſit quid vniuerſale, recipit augmentum, & diminutionẽ, conſ. 393. nu. 45
dotalem fundum ſi vir, & vxor conſtante matrimonio vendãt, eo ſoluto vxori datur ſolius precij exacti repetitio, cõſ. 330. n. 10
dotalem fundum poteſt vxor vendere, vt virum è carceribus liberet, conſil. 367. aum. 15
dotalis fundus ſi à marito vxori legetur, æſtimatio non debetur, conſ. 330. nu. 27
dotans non ceaſetur donare, quando adminiſtrabat bona mulieris dotatę, ſecus ſi gerebat negotia eius qui tenetur dotare, quia tunc præſumitur donaſſe, conſil. 324. nu. 11
dotare cagitur pater filiam ſpuriam, quam tenetur alere, conſil. 393. num. 31
dotata dicitur ad effectum, vt excludatur illa, cuius marito dos fuit ſoluta, conſ. 355. nu. 53
dotota ſi ex ſtatuto non debet ſuccedere, non ſufficit quod doteur poſt delatam ſucceſſionem, conſ. 443. nu. 47
dotatam, ſi ſtatutum ſimpliciter excludat, intelligitur ab hæreditate dotantis excludere, conſil. 355. nu. 48
dotatam à ſucceſſione excludens ſtatutum, intelligitur in dubio excludere ſolum ab hæreditate dotantis, non aliorum, qui nihil filia dederunt, conſ. 393. nu. 44 (402. nu. 36
dotatam excludens ſtatutam, intelligitur à bonis dotantis, conſil.
dotatam excludens ſtatutum, licet videatur excludere ſolum à ſucceſſione dotantis, tamen hoc fallit quando perſonas dotantes nominat alternatiuè, ſed perſonas de quarum ſucceſſione tractatur nominat copulatiuè, conſ. 426. nu. 14
dotem habitam à filio imputat ſibi mater in legitimam ei debitã in bonis filij, conſil. 388. nu. 21
dotem cenſetur promittere, qui promittit ſoluere vſuras dotis, cõſ. 401. num. 8
dotem ſe promiſiſſe videtur admittere, qui ab aliquo recipit confeſſionem ſolutæ dotis, conſil. 401. nu. 29
doti ideo cõceditur priuilegiũ, quia eſt cauſa pia, conſ. 333. nu. 53
dotis recepta confeſſio caret ſuſpicione fraudis quando præceſſit promiſſio, conſil. 322. nu. 22
dotis cauſa, vbi eſt in ſpecie priuilegiata, non cõprehenditur à ſtatuto generaliter loquente, conſ. 361. nu. 1
dotis augmentum non dicitur noua dos, conſ. 385. nu. 16
dotis in legato quod maritus facit vxori, id ſolũ continetur, quod ineſt actioni de dote, conſil. 330. num. 21
Duces, & Marchiones continentur conſtitutione prohibitiua loquente de Comitibus, Baronibus, & Militibus, & quibuſcunque alijs, conſil. 453. num. 35
dubitans ignoranti comparatur, conſil. 379. nu. 18
dubia ſi obſtant, ſublata vno remanet alterum, conſ. 445. nu. 61
duo vincula ſtrictius ligant, conſ. 450. nu. 30
Dux Mõtisferrati hẽt in eo Ducatu iura Imperij, cõſ. 390. n. 25

E

ECCLESIA tempore penuriæ cogi poteſt ad vendendum, vel emendam frumentum, conſil. 301. nu. 2
eccleſia vbi de iure contribuere tenetur ad aliquod onus, tunc cogitur ab Epiſcopo, vel alio iudice eccleſiaſtico, non à laico, conſil. 301. num. 35
eccleſia vbi ad onera aliqua tenetur, & iure cogi poteſt, tunc conuenire debet clerus cum populo, vel Epiſcopus cum Principe ſæculari diſquirere debet, an onus illud ſit à clericis ſubeundum, conſil. 301. num. 67
eccleſia, & pia cauſa æquiparantur, & eiſdem gaudent priuilegijs, conſ. 333. nu. 54
eccleſia eſt cultrix, & nutrix iuſtitiæ, conſ. 386. num. 20
eccleſia in dubio videtur rem cõcedere titulo feudi, cõſ. 449. n. 34
eccleſiaſticum merè delictum dicitur, ſi ab eccleſia ſola certi delicti ſpecies prohibeatur, conſil. 304. nu. 9
eccleſiaſticus iudex cognoſcit de negotio pertinente ad laicũ, quod eſt cõmune cũ clerico, ita vt ſeparari non poſſit, conſ. 396. n. 16
eccleſiæ cedit ædificium factum in eius ſolo, etiã ſi conſtaret fuiſſe factũ de propria pecunia facientis, conſ. 333. nu. 44
eccleſiæ bona alienari poſſunt pro liberandis carceratis ex cauſa delicti, vel æris alieni, conſil. 367. nu. 43
edere qui recuſat fiſco, habetur pro confeſſo quoad id, quod fiſcus erat probaturus per ſcripturam, quæ à reo occultatur, & non dicitur, conſ. 360. num. 11
edicto laicorum ſicut non comprehenduntur res eccleſiæ, ita nec colonus, aut quiuis alius qui operas locat in cultura earum rerum, coligatur, conſ. 301. nu. 86
edicto contrauenieus non dicitur illud offendere, ſi edicto non ligetur, conſil. 304. num. 8
edictum de non ſerendo orizam, ſuſtinetur etiam ad clericorum præiudicium, conſ. 301. nu. 4
edictum Principis ſpernens, ab eo punitur, & pœna ad ſũ ſpectat, conſ. 301. num. 33 (& 44
ædificium factum in re eccleſiæ cedit ipſi eccleſiæ, cõſ 333. nu. 39
ædificium factũ in ſolo patrimoniali de pecunia eccleſiæ, non eſt patrimoniale, ſed imo ſolum cedit ædificio, conſ. 333. nu. 46
effectus durat durante cauſa, conſ. 302. nu. 5
effectus attendendus eſt non verba, conſ. 380. num. 34
effectus magis attenditur quàm modus, conſ. 381. nu. 16
electa vna via, non denegatur altera, vbi ſumus in actione reali, conſ. 374. num. 31 (nu. 32
electio ſemel facta, poteſt reuocari ante acceptationem, conſ. 365.
electio non valet, niſi ex certa ſcientia facta ſit, conſil. 413. num. 5
electio facta ab ignorante præiudicat in alternatiua rerum, conſ. 413. num. 21
electio vnius rei non præiudicat quo minus contra alium poſſit is eligere, conſ. 413. num. 2
electio rerum differt ab electione actionum, conſ. 415. nu. 16
electio vnius eſt aliorum reprobatio, conſ. 428. nu. 8
electione non facta per grauatum, bona ad vnum tantum, non ad omnes deuoluuntur, vbi teſtator voluit vnum, & non plures eligi, conſ. 369. nu. 14
electione non licet variare ſi electa habuit executionem, conſil. 413. nu. 18
electo non arbitrante, perit actus etiam in accidentalibus contractus, ſecundum aliquos Doctores, præſertim, quando partes ante declarationem non habuerunt contractum pro perfecto, conſil. 433. nu. 31
electus qui ſemel recuſauit electionem, non poteſt eam acceptare, niſi eligens perſiſtat in eadem voluntate, conſ. 433. nu. 14
electus ex mera voluntate partium, dicitur verè arbiter, conſil. 452. nu. 63
eligendus, vbi eſt vnus non facta electione, omnes admittuntur, conſ. 369. nu. 10
eligendus, vbi eſt vnus à grauato, non poteſt ipſe duas eligere, cõſ. 369. num. 12
eligens potius vnam viam, quàm aliam cum plures ſibi à iure conceduntur, non dicitur eſſe in culpa, conſ. 365. nu. 21
eligens ante tempus nihil agit, conſ. 398. nu. 17
eligere vnum iuſſus, poterit etiam duos nominare, conſ. 375. nu. 4 limita vt num. 25
emancipatio inuenta eſt fauore filiorum, conſ. 341. nu. 9
emancipata debetur legitima in bonis patris, conſ. 341. nu. 6
emancipatus paternam hæreditatem non aditam non trãſmittit, conſ. 341. nu. 14
emens à fiſco immunitate non gaudet, conſ. 307. nu. 6
emens ab eccleſia gabellæ immunitate gaudet, quando res expenſis eccleſiæ tranſportatur, conſ. 307. nu. 9

Digitized by Google

emens à fiſco non expellit conductorem,conſil.331.nu.1
emens ſcienter rem alienam agit de euictione,quando eã expreſſè eſt ſtipulatus,conſil.441.nu.37
emens ignoranter rem feudalem ſine domini ſui conſenſu, poteſt pro intereſſe venditorem conuenire,conſil.442.nu.10
emens ſcienter rem alienam licet non repetat precium, nec agat ad intereſſe, id tamen fallit, quando euictionem expreſſè eſt in eum caſum ſtipulatus,conſil.442.nu.11
emens ſcienter rem alienam adiecta ſtipulatione euictionis ad eũ caſum ſtipulatio cenſetur adiecta non rei, ſed ſuper intereſſe, perinde,ac ſi dictum eſſet vbi res non tradatur,vel contractus non ſuſtineatur promitto ſoluere intereſſe, conſil.442. nu.15
ementi ab immane cum pacto expreſſo, quod non teneatur ſoluere gabellam, prodeſt priuilegium venditoris, conſ.307.nu.10
emolumentum correſpectiuum oneri, ſecundum onus regulatur, conſil.393.nu.10
emphyteuſim conceſſam pro ſe,& filijs,& hæredibus, non poteſt habere,qui non eſt hæres,conſil.395.nu.6 338.nu.6
emphyteuſis eccleſiaſtica non includitur ſtatuto laicorum, conſil.
emphyteuſis ſtipulata à patre pro ſe, filijs, ac nepotibus,poteſt ab eodem patre renunciare ad præiudicium nepotum,qui nõ ſunt in rerum natura,conſil.351.nu.37
emphyteuſis noua per patrem acquiſita,poteſt relinqui vni ex ipſis filijs per ipſam,alijs excluſis,conſil.395.nu.9
emphyteuſis conceſſa pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus, non dicitur abſolute hæreditaria, ſed mixta,conſil.395.nu.12
emphyteuſis reſoluitur,quando res in totũ perit, cõſ.400. nu.15
emphyteuta ceſſans in vno nummo in ſoluendo portionem cadit à tota re, conſ.301.num.91
emphyteuta qui rem alienatam recuperat non defenditur à caducitate,conſil.311.num.24
emphyteutica bona comprehenduntur in diſpoſitione loquente de bonis,conſi.338.nu.7
emphyteuta eccleſiæ collectari poteſt pro vtili dominio,& pro fructibus quos ex re emphyteutica percepit,conſi.338.nu.13
emphyteuta ob non ſolutionem expelli poteſt , etiam ſi dominus in defectum ſolutionis cauerit ſibi de pœna,conſi.339.nu.27
emphyteuta requirens dominum ad emendum, ſi mentiatur circa precium,vt quia dicat ſe maius inuenire, habetur ac ſi non denunciaſſet,conſil.371.nu.78
emphyteuta cadit, ſi in denunciatione facta domino ad emendum mentiatur circa precium,conſil.371.nu.79
emphyteuta priuatur re emphyteutica,ſi vt minus ſoluat pro laudimio exprimit per mendacium ſe vendidiſſe tali precio,conſ. 371.nu.80
emphyteuta negãs emphyteuſim priuatur iure ſuo,cõſ.371.n.82
emphyteutã negantẽ rem eſſe emphyteuticã, non rem amittere, ſed tantũ poſſeſſionem,tenent multi Doctores, cõſ.371.nu.84
emphyteuta alienans ſine conſenſu domini, non euitat pœnam, etiam ſi ſtatim recuperet,conſil.377.nu.36
emphyteuta , an ad penſionem teneatur, ſi res ſit bello capta , vel ob incurſionem hoſtium coli non poſſit,conſil.400.nu.24
emphyteuta non liberatur exuſta domo emphyteutica,conſ.400. nu.32.
emphyteuta naturaliter poſſidet,conſ.407.nu.23
emphyteuta ob canonẽ non ſolutũ cadit ipſo iure,cõſ.425.nu.24
emphyteutæ nemo domino excepto obijcere poteſt quod ceciderit ob canonem non ſolutum,conſil.415.nu.4
emphyteutica bona eccleſiæ non cenſetur teſtator includere in generali inſtitutione,conſil.395.nu.18
emphyteutica bona, & feudalia,quæ filius euincit confiſcatis bonis patris,non imputantur ei in legitimam,conſil.427.nu.5
emptio non ſuſtinetur in emptionis contractu, niſi adſit res quæ vendatur,conſil.400.nu.11
emptionis contractus eſt indiuiduus, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non,conſil.436.nu.18
emptor fructuum eccleſiæ,non eſt immunis ſicut eccleſia , conſil. 301.nu.90
emptor lucratur fructus pro rata precij in venditione facta ſub precio liquidando,vel declarando,conſ.372.nu.16
emptor fraudis particeps non repetit precium, cõſ.382.nu.101
emptor non agit pro euictione , quæ ſuo facto vel culpa ſucceſſit , conſil.359.nu.23
emptor qui rem à pluribus emit,cum pacto retrouẽdendi,non cogitur retrouendere vni tantum offerenti totum precium, conſ. 415.nu.23
emptori prodeſt ius ſuperueniens venditori,conſil.421.nu.15
Epiſcopus ſi augeat pœnam impoſitam à Papa, & ſtatuat pœnã rei à Papa prohibitæ, valebit huiuſmodi conſtitutio.quia auget vel ſupplet ius canonicum in eo quod reperitur diſpoſitũ, conſil.301.nu.11
Epiſcopus ſi concedit curam gerenti licentiam audiendi confeſſiones Parochianorum, intelligitur etiam in caſibus reſeruatis , conſil.390.nu.16
epiſtola Papæ quæ veniat ad aliquid declarandum quòd eſſet dubium ſeruatur pro lege,conſ.333.nu.13
errantis in iure hæredi ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ex clauſula generali,&c. conſil.349.nu.58
error iuris prodeſt,quãdo agimus de vitando dãno,cõſ.349.n.16
error iuris excludit conſenſum,ideo prodeſt etiamſi agatur de lucro,conſil.349.nu.17
error iuris dubij æquiparatur errori facti, & excuſat, conſ.349. num.18
error in dubio potius præſumitur quam donatio,cõſi.349.nu.19
error probatur quando conſtat rem aliter ſe habere quã quis crederet,conſ.349.nu.20
error iuris non præſumitur,conſ.349.num.51
error iuris non ſolum debet allegari,vt præſumptio,ſed,etiã probari,conſ.349.nu.52
error detegitur cõſtito quod aliter ſe res habeat, cõſ.345. nu.16
error circa demonſtrationes duobus teſtibus probatur, conſ.378. num 42
error iuris non probatur ex eo quod cõſtet rem aliter ſe habere , conſil.349.nu.54
error iuris nõ eſt iuſta cauſa reſtituẽdi in integrũ,cõſ.349.n.60
error in nomine appellatiuo vitiat legatum,conſil.356.nu.15
error potius quam renunciatio in dubio præſumitur etiam ſi agatur de facto proprio,conſil.431.nu.17
error inſtrumenti non probatur per aliud inſtrumentum eiuſdem notarij, ſed inuicem ſe confundunt,conſil.432.nu.26
errorẽ iuris non ſufficit probare, ſed ẽt probandũ eſt, quem motũ fuiſſe eo errore ad conſentiendũ ,vel tacendũ,cõſil.349.nu.53
erubeſcimus,cum ſine lege loquimur,conſil.374.nu.12. & conſ. 386.nu.10
eſſentia rei probatur nomine,conſil.311.nu.28
et,copula,diuerſa coniungit,& ſtat ampliatiuè,conſi.315.nu.17
et,copula,aliquando ſtat expoſitiuè,quando ſcilicet eſt poſita inter duo eiuſdem ſignificationis, conſil.315.nu.19
etiam,dictio,exprimit caſum magis dubitabilem, conſil.303.nu. 15. & conſi.445.nu.28
etiam,dictio,implicat aliũ caſum non expreſſum,cõſil.354.nu.7
etiam,hæc dictio eſt copulatiua,quæ ponitur inter diuerſa,conſil. 449.nu.29
euictio venit in diuiſione facta inter hæredes,licet non fuerit promiſſa,conſil.311.nu.26
euictio quæ venit ex natura rei, præſtatur , quando is cui res fuit aſſignata,rei naturam ignorabat,conſil.311.nu.27
euictio datur in emphyteuſi, ſicut in rebus vẽditis,cõſ.359.n.25
euictio niſi ſit cum effectu ſecuta,non datur actio pro euictione , conſil.359.nu.38
euictio vbi eſt promiſſa quomodocunque ſequatur, tunc emptor agit licet res ſit per compromiſſum euicta, conſil.452.nu.12
euictio non debetur in tranſactione facta non ſuper re , ſed ſuper lite,& inſtantia,conſil.418.nu.20
euictio non debetur in tranſactione quando res non traditur, ſed dimittitur,conſil.418.nu.18
euictio non debetur in tranſactione quando res traditur ſuper qua erat lis , ſecus quando alia res non litigioſa traditur, conſil. 418.nu.19

euictio ſecuto culpo emptoris eſt præſtanda quando in eum caſum emptor eſt ſtipulatus,conſil.441.nu.39
euictio præſtatur prò donatione in ſolutum,conſil.423.nu.33
euictione ſecuta in parte tantũ datur actio pro euictione, niſi conſtet emptorem nou fuiſſe empturũ,niſi totum,cõſi.359.nu.30
euictione ſecuta ob compromiſſum factum per emptorẽ, non poterit venditar pro euictione conueniri,conſil.451.nu.29
euictionem non præſtat teſtator pro inſtitutione, conſ.354.n.36
euictionem præſtat qui rem feudalem vendit pro allodiali,conſil.423.nu.35
euictionẽ præſtat vẽditor etſi eã non promiſerit,cõſi.421.nu.12
ex nunc priuat, hæc clauſula, operatur quod priuatioẽ ſeatur ſocta ante aditam hæreditatem,& ſic verè directo, & cõſequenter de tali caſu non detrahitur Trebellianica,conſ.342.nu.16
exactor præiudicat domino,ſi ſit ſoluendo, alias ſecus,conſ.335.nu.49
exactor gabellæ præiudicat domino,conſi.335.nu.50
exactoris actus nocet domino gabellæ ſeu cõductori, cõſ.307.n.4
in examine teſtium, & productione citatio requiritur,aliàs dicta per eos,non citato, non nocebunt,conſil.407.nu.13
exceptio intelligi debet,vt regulæ conueniat,conſil.367.nu.29
exceptio rei iudicatæ non oritur ex ſententia abſolutoria, conſil.312.nu.6.contro nu.27
exceptio nõ ampliat regulam, ſed declarat,quid ſub eo contineatur,conſ.303.nu.12
exceptio rei iudicatæ eſt litis finitæ,cõteſtationẽ impedit,& opponitur non ſolũ ad merita,ſed ẽt ad proceſſum,conſi.312.nu.8.
exceptio de iure tertij opponi non poteſt ,ab eo contra quẽ directa eſt petitio,conſil.359.nu.15
exceptio debet eſſe de regula,conſil.402.nu.21
exceptio aliquorum caſuum operatur, vt cenſeatur in alijs cõtrarium diſpoſitum,conſil.361.nu.22
exceptio rei iudicatæ obſtat vbicunque ſecundũ iudiciũ venit od reſciſſionem eius quod in primo eſt determinatum, & quando examinatur id quod tale ſuit deciſum in primo, cõſ.312.nu.9
exceptio à principio oppoſita ſi reſeruetur in fine litis, operatur, ea reſeruatio vt acta omnia ſint retro nulla ſi appareat exceptionem eſſe veram,conſil.312.nu.10
exceptio rei iudicatæ non obſtat,quando poſt latam ſententiã ſuperuenit cauſa petendi,conſil.312.nu.4
exceptio quæ continet periurium agentis, ſemper allegari poteſt, non obſtante ſtatuto reijciente quaſcunque exceptiones, conſil.327.num.16
exceptio de eo quod in regula non continetur, eam extendit ad caſus ſimiles expreſſis, alios ſecus,& quæ ſit ratio diuerſitatis, conſil.313.nu.29
exceptio rei iudicatæ,vt obſtet tria requiruntur, identitas ſcilicet cauſæ,rerum,& perſonarum,conſi.312.nu.1
exceptio excuſſionis nõ obſtat inter mercatores, conſil.309.nu.3
exceptio declarat,qui caſus veniant in regula,conſ.445.num.27
exceptio de iure tertij excluſiua ipſo iure intentionis agentis allegari poteſt,conſil.415.nu.17
exceptio de iure tertij, ſi non excludat ipſo iure intentionem agentis,non admittitur,conſ.415.nu.2 (413.nu.3
exceptio,tua nõ intereſt,excludit excipientẽ ſicut agentem, conſ.
exceptio rei iudicatæ non obſtat, vbi agitur ex alia cauſa etiam ſi cauſa ſit mediate eadem, conſil.418.nu.13
exceptio dominij incontinenti probato,impedit miſſionem,ex l.fi. C. de edicto Diui Adria.tollen.conſil.451.nu.17
exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis,& declarat quid veniat ſub regula, conſil.430.nu.7
exceptio oſtendit quid contineatur ſub regula.conſ.453.nu.28
exceptio firmat regulam in non exceptis,conſil.313.nu.70
exceptio declarat regulam,conſil.352.nu.11
exceptio rei iudicatæ obſtat quando actio eſt diuerſa, ſed idem eſt medium concludendi,conſ.312.nu.22
exceptio proueniẽs ab eodem ſonte, eſt probanda per eum, qui ſe fundat in exceptione,conſil.449.nu.42
exceptio oppoſita in promiſſione generali, vbi eſt incerta, vitiatur promiſſo cum ipſa exceptione,conſil.449.nu.4
exceptionem rei iudicatæ in dubio non obſtare pronunciãdum eſt, conſil.312.num.7
exceptionem nõ ſolũ deducere ſed eam probare quis debet, quando ſtatutum dicit, quod contra inſtrumentum debent opponi intra certum tempus,conſil.327.nu.57
exceptionem probare in iudicio is tenetur,qui in ea ſe fundat,cõſi.423.num.8
exceptionibus omnibus principali competentibus vti poteſt fideiuſſor etiam inuito principali,conſ.436.nu.17
exceptionis virtus eſt rem vel caſum exceptum eximere de corpore diſpoſitionis,conſil.416.nu.10
exceptionis virtus eſt eximere, & extrahere, & falſificare regulam,conſil.449.nu.40
excipiens repellitur ſi ſua non intereſt, non ſecus ac agens, conſil.327.num.28
excluditur nemo in ſtatutis niſi à perſonis ſpecificatis,conſil.416.num.8
excluſa vna perſona à ſtatuto, cenſentur excluſi omnes qui ab illa deſcendunt,conſ.355.nu.45
excluſa ſemel à fideicommiſſo non ſuccedit etiam eo mortuo, qui eam excluſit,conſ.370.nu.16
excluſa perſona à ſtatuto ſi concurrat cum non excluſa, tunc excluſa admittitur beneficio non excluſa,conſ.416.nu.19
excluſio legalis inducta propter negligentiam, & lapſum temporis plus afficit quam expreſſa renunciatio,conſ.349.nu.42
excluſio generalis legis aufert etiam legitimã, quia non debetur ei,qui non poteſt ab inteſtato ſuccedere,conſ.357.nu.35
excluſio, vbi eſt temporalis femina, quæ ſemel fuit excluſa, non prohibetur ſuccedere eueniente caſu,conſil.384.nu.34
excluſionis cauſa ceſſante ceſſat excluſio,conſil.416.nu.13
excluſus ſemel à ſucceſſione vnius,non prohibetur ſuccedere alteri, vbi ſumus in feudo franco,conſ.382.nu.32
excluſus à ſucceſſione per legem,cenſetur etiam à legitima excluſus,conſil.402.num.1
excluſus propter maſculos admittitur, ſi maſculi non extant vel nolunt aut non poſſunt ſuccedere,conſil.416.nu.14
excuſans ſe tanquã pauperem,probare debet paupertatem,conſil, 452.num.20
excuſſio de iure antiquo erat neceſſario, ſolum ad fauorẽ eius, qui ex neceſſitate fideiubebat,ſed non proderat ei, qui pro alio voluntariè fideiubebat,conſil.309.nu.12
excluſio diligens contra principalem fieri debet, vbi agitur de moleſtando tertium, ſub prætextu,quod principalis non ſit ſoluendo,conſil.452.num.23
excluſio non nocet tertio non citato,conſil.452.nu.33
excuſſione in facienda,ſolet iudex vnum,vel duos mittere nũcios, qui facta diligenti perquiſitione referat, quæ, & qualia bona ſint inuento,conſil.452.nu.24
excuſſionis exceptio non obſtat inter mercatores,conſil.309.nu.5
excuſſionis exceptio non admittitur, vbi agitur de debito ſpeciei, conſil.309.num.6
executio ordinata à ſtatuto in fauorem inſtrumenti publici, nõ debet impediri propter exceptionem vſurarũ,conſil.327.nu.27
executio fieri non poteſt contra tertium qui fuit citatus cum clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe,conſil.334.nu.12
executio fieri poteſt contra tertium qui acquiſiuit lite pendente, conſil.334.nu.13
executio ſententiæ ſuſpenditur,dum pendet appellatio,conſi.379.nu.22
executio non grauat ſed ſententia,conſil.358.nu.7
executio ſententiæ fit contra tertium,qui acquiſiuit rẽ litigioſam, conſil.405.num.8
executio fieri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, vbi alienatio eſt à lege reſciſa,vel à iudice,conſil.405.nu.9
executio eſt facienda arbitria iudicis requiſiti, conſil.405.nu.18
executionem non meretur inſtrumentum quatenus contractus eſt vſurarius,conſil.327.num.30
executionem non impedit tertius quando ſciuit cauſam agitari, conſil.334.num.11
executionem non impedit nullitas,vel iniquitas,quæ non eſt euidens,conſil.405.nu.17

executionem impedit nullitas propoſita excipiendo, licet non ea, qua agendo principaliter deducitur, conſi.377.nu.42
executiua verba non diſponunt, conſil.315.nu.43
executor merus dicitur ille, cui iudex puram facti executionem committit poſt latam ſententiam, & poſt habitam cauſæ cognitionem ſuper exceptionibus, conſil.334.nu.4
executor poteſt cognoſcere de meritis, non ad effectum iudicandi, ſed pro informatione ſuæ conſcientiæ, conſil.358.nu.13
executor non poteſt de nullitate cognoſcere, quando de illo articulo cognitum eſt ſemel, etiam ſi ſententia eſſet notorie iniuſta, conſil.415.num.15
executor merus nihil omnino quærit præter facti nudam executionem, conſil.405.nu.16
executor merus dicitur ille, cui negotium iam præſentibus, & vocatis partibus plenè diſcuſſum committitur exequendum, cōſi.301.num.68
executor quilibet de aliquibus cognoſcit, conſil.358.nu.16
executor merus nō poteſt de meritis, & iuſtitia cauſæ cognoſcere, conſil.558.num.3
executor poteſt ſi vult cognoſcere ſuper exceptionibus oppoſitis, ſed non cogitur, conſi.358.nu.17
executor non pōt alij cōmittere officium ſuum, conſil.433.nu.12
executori non tribuitur actus, ſed ei, qui primo fecit, cōſ.358.n.5
executoris qualitas colligitur à forma mandati, conſil.334.nu.5
exempla non reſtringunt regulam, conſil.308.nu.10
exemplis licet non ſit iudicandum, tamen quando res eſt dubia, aliorum exemplum eſt ſequendum, conſil.311.nu.17
exemplis vbi eſt iudicandum, debent exempla conuenire per omnia, conſil.407.num.16
exemplum aliorum eſt ſequendum, quando eſt dubia res, præſertim exemplum vnius ſenatus, conſil.403.nu.83
exemplum repertum in archiuio, fidem facit, præſertim ſi ſit antiquum, conſil.432.nu.17
exhæredatio eſt nulla, quando teſtator errauit in cauſa exhæredationis, veluti cum dixit, Titium quem ſcio non eſſe meū filium exhæredo, ſi probat filium eſſe, conſi.373.nu.20
expenſas litis ſoluit reus qui poſt productum inſtrumentum voluit litigare, & ſuccubuit, quia præſumitur ꝙ litigaſſet, etiam ſi à principio productū fuiſſet inſtrumentum, conſi.437.nu.38
expreſſa diſpoſitio facit ſilere tacitam, conſi.426.nu.30
expreſſi maior eſt virtus quam taciti, conſi.310.nu.14
expreſſio falſitatis, vel omiſſio veritatis, facta ſine dolo & per ignorantiam, non vitiat gratiam, conſi.303.nu.22
expreſſus dicitur caſus, & non omiſſus, qui ex mente diſponētium ſaltem tacite comprehenditur, conſil.393.nu.3
expreſsū dicitur quicquid continetur ſub expreſſo, ēt ſi verba ſint generalia, & qđ ex cōiecturis aſſequi poſſumus, cōſ.319.n.17
expreſſū reputatur illud, in quo militat eadē ratio, conſ.391.n.41
expreſſum in vna parte diſpoſitionis cenſetur omiſſum in alia, in qua ſi diſponens voluiſſet exprimere id feciſſet prout in alia, conſil.426.nu.13
expreſſum dicitur quod oculis corporeis legi poteſt, tacitum vero, quod venit per interpretationem, conſil.426.nu.49
expreſſum id videtur, quod fuiſſet expreſſum ſi partes fuiſſent interrogatæ de eo, conſil.445.nu.55
extenſio non fit de vno actu ad alium, nec de vna ad aliam perſonam, in conſuetudine, vel obſeruantia, conſil.393.nu.21
extenſio admittitur in materia iuris correctoria, quando ratio eſt expreſſa, vel quando habetur pro expreſſa, conſil.394.nu.30
extenſio de perſona ad perſonam non permittitur in fideicommiſſis, conſil.344.nu.2
extenſio fit de perſona ad perſonā, quando teſtatoris concurrit veriſimilis voluntas, conſil.443.nu.30
extenſio non dicitur, ſed cōprehenſio, vbi eadē, vel maior militat rō, & quādo veriſimilis mēs diſponētis accedit, cōſ.443.nu.31
extenſio fit, non obſtantibus quibuſcunque verbis, vbi habemus teſtatoris voluntatem, conſil.347.nu.21
extenſio non admittitur in correctorijs, etiam ex identitate, vel maioritate rationis, conſ.308.nu.8
extēſio fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis, ex veroſimili teſtatoris voluntate, conſil.344.nu.12
extenſio non fit in pœnalibus, quamuis odium ſit rationabile, conſil.386.num.31
extenſio de perſona ad perſonam eſt prohibita in fideicommiſſis, conſil.448.nu.33
extenſio non fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis, conſil.443.nu.6
extēſio fit etiā in correctorijs, vt euitetur abſurdū, cōſ.443.nu.26
extenſio in fideicōmiſſis fit pp adiectam rationē, conſ.443.nu.36
extenſio non eſt licita in correctorijs, conſil.416.nu.9
extenſionem non excludunt verba, tunc, & eo caſu, quādo veriſimilis adeſt mens diſponentis, conſil.443.nu.32
extraneus non reputatur auus maternus in materia adoptionis, conſil.317.nu.26
extraneus dotans donare cenſetur, conſil.324.nu.9

F

FACERE *dicitur, qui per alium facit, etiā vbi agitur de pœna incurrenda, conſil.360.nu.22*
facere, & opponere quis non tenetur id quod factum, & oppoſitum non profuiſſet, conſil.345.nu.27
facere poſſe non dicimur quod honeſtè, & ſine peccato non poſſumus, conſil.321.num.43
facere per ſe videtur, qui per alium facit, conſ.360.nu.19
facere videtur, qui per alium facit, conſ.380.nu.4
facere in ſuo quod ſibi prodeſt, quis non poteſt, quando faciendo noceret ſeruituti alij debitæ, conſil.447.nu.23
facere vere dicitur, qui facit actum per procuratorē legitimè conſtitutum, quando ſumus in his, quæ acquiruntur per naturalem actum, conſil.421.num.8
facere velle in genere quis non præſumitur id, quod in ſpecie prohibetur, conſil.431.nu.42
facta multa tenent, quæ fieri prohibentur, conſi.360.nu.14
facta pro infectis haberi non poſſunt, conſi.429.nu.55
factum iudicis dicitur factum partis, conſil.374.nu.9
factum facilius extenditur, quam de nouo in eſſe producatur, conſ.407.num.38
factum ab hærede de ordine teſtatoris, reputatur factum à teſtatore, conſil.380.num.3
factum à maiore parte, videtur factū ab vniuerſis, conſ.339.n.12
factū quid præſumitur eo modo, quo fieri debebat, conſ.366.n.13
factum reputatur, quod fieri debebat, ſi per debentem facere, ſtetit quo minus impleatur, conſil.374.nu.7
factum non reputatur, quod fuit reuocatum, conſi.381.nu.14
factum vbi venit in promiſſione, ſuccedit obligatio ad intereſſe, conſ.331.num.21
factum facilius ſuſtinetur, quam de nouo in eſſe deducatur, conſ.373.num.26
factū quid præſumitur eo modo, quo fieri debebat, conſ.403.n.68
factum aliquid non fuiſſe, vel factum eſſe, ſed reuocatum, paria ſunt, conſil.436.nu.13
factum non reputatur id quod non habuit effectū, conſ.476.n.14
factū plene teſtibus nō narrantibus non creditur, conſ.303.nu.37
factum inſpicimus, quod fit de facto, ſi ceſſet euidens calumnia, conſil.451.num.52
factum legitimè retractatur ex ſuperuenienti caſu, quando deficit id quod fuit cauſa finalis ipſius actus, conſ.435.nu.5
facultas cogendi ciues ad macinandū in proprijs molendinis, acquiri poteſt præſcriptione, puta ſi poſt prohibitionem lapſum eſt tempus longiſſimū, & nemo contradixit, conſ.313.nu.102
facultas infeudandi præſcribitur curſu annorū 40.cōſ.323.n.26
falcidia detrahitur de legato facto in pœnam, conſ.342.nu.5
falcidiā non habet deducere Princeps de honeſtate, cōſ.339.n.24
falcidiæ detractionem non patitur legatum, quando in pœnam quis cogitur alij ſoluere, conſ.342.nu 18
falſa cauſa, vt vitiet relictum conſtare debet teſtatorem aliter nō fuiſſe relicturum, conſil.373.num.9

falſa

falſa cauſa vitiat teſtamentum, quando eſt finalis, vt quando teſtator inſtituit aliquem eredens eſſe filium, cum tamen non ſit, conſil. 373. nam. 19

falſa cauſa, ſi eſt expreſſa in teſtamento, vitiat ipſo iure, vbi vero non eſt expreſſa, operatur, vt annulletur, conſ. 373. nu. 41

falſi probatio debet concludere de neceſſitate, conſ. 413. nu. 84

falſitas debet concludere per neceſſe, conſ. 423. nu. 37

falſitatis particeps dicitur conſultor, & ſuaſor, conſ. 452. nu. 56

De falſo ſuſpecti ſunt teſtes inuerisimilia deponentes, & eis nō eſt credendum, conſil. 303. nu. 39

falſum non dicitur, quod aliquo modo cōtinet veritatem, etiam in ſpecto primordio, conſil. 303. nu. 25

falſum committit, qui ad præiudicium tertij vnam diē ponit pro alia, conſil. 452. nu. 48

falſus in vno reputatur falſus in omnibus, conſil. 452. nu. 49

falſus non dicitur, qui dicit rem venisse pro decem ſi venit viginti, conſil. 452. nu. 59

fama vt probetur quatuor requiruntur, conſ. 311. nu. 76

fama vt ſit fama, nō debet habere contradictorē, conſ. 311. nu. 78

fama non probatur niſi conſtet, quod ex probabilibus cauſis, & à fide dignis perſonis ortum habeat, conſ. 423. nu. 28

famā probant teſtes, licet non ita formiter de fama deponāt, quando excedunt numerum decennarium, conſ. 311. nu. 5

familia conſeruatur per maſculos, conſil. 370. nu. 3

familiares recepti poſt priuilegium, an includantur in conceſſione facta pro ſe, & familiaribus, conſil 313. nu. 38

familiæ erciſcundæ iudicium eſt vniuerſale, & comprehendit omnia bona hæreditatis, & etiam aliena, quæ à defuncto de cuius hæreditate diuidenda agitur poſſidebantur, conſ. 354 nu. 1

familiæ erciſcundæ in iudicia non venit id, quod reus prætendit ſuum eſſe ex alia cauſa quam hæreditaria, licèt actor petat illud diuidi tanquam hæreditariam, conſil. 354 nu. 11

familiæ erciſcundæ iudicium non datur pro certis rebus diuidendis, conſ. 354. num 9

familiæ erciſcundæ in iudicio non venit id, quod per dolum, & machinationem ſuit quæſitum, conſil. 377. nu. 8

familiæ nomen agnationem ſignificat, conſ. 316 nu. 10

familiæ erciſcundæ iudicium, non habet locum ſi negetur rem eſſe hæreditariā, ſed prius agēdū eſt rei vēdicatione, cōſ. 377. nu. 2

familiæ decus, ac ſplendor maximè ſuſtinetur, & propagatur per diuitias, conſil. 375. nu. 14

familiæ relinquere hæres iuſſus quamuis poſſit bona in remotiorem alienare, tamen ſi non diſponat, admittitur proximior ſecundum ordinem graduum, conſ 415. nu. 21

fauore alicuius inducta non poſſunt renunciari niſi ab eo cuius fauore fuerunt inducta, conſ. 416. nu. 26

fauori ſuo poteſt quilibet renunciare, conſ. 318. nu. 3

feneſtra fieri poteſt in communi pariete de conſenſu ſociorum, conſil. 387. num. 9

feneſtram licet facere ſocio in cammuni pariete, altero ſocio inuito, ſi non afferat damnum, conſil. 387. nu. 3. ſed contra, nu. 4

feneſtram in communi pariete non facit ſocius in pariete communi altero inuito, conſil. 387. nu. 4

feneſtram, qui fecit me conſentiente in meo pariete, non poteſt aliam facere, coaſil. 387. nu. 8

feuda, vbi ex conſuetudine alienari poſſunt in aliquem, tunc inueſtitura cenſetur continere hanc facultatē, conſ. 382. nu. 20

feuda, cū in Regno Franciæ ſint ad inſtar allodij redacta, fœmina in eis ſuccedit, conſ. 384. nu. 23

feuda non veniunt in generali inſtitutione, conſil. 427. nu. 55

feudales conſuetudines poſſunt tolli contraria conſuetudine, conſi. 317. num. 30

In feudali materia, indefinita non æquipollet vniuerſali, conſil. 311. num. 57

feudalia bona non includuntur in fideicommiſſo, quādo de eis non eſt facta mentio. conſil. 305. nu. 28

feudalia nō præſumūtur bona poſſeſſa per inueſtitū, cōſ. 311. n. 52

feudalia iura fundata ſunt ſuper conſuetudine, & dicuntur conſuetudines, conſil. 308. nu. 5

feudalia non præſumuntur bona, licet vicina prædia ſint vicina, conſil. 351. num. 7

feudalia an allodialia ſint bona, magis creditur hominibus loci, quam extraneis, conſil. 423. nu. 29

feudalia bona cenſentur incluſa in inſtitutione de omnibus alijs bonis facta à teſtatore, qui titulo legati aliqua bona feudalia vni reliquit, conſ. 430. nu. 3

feudalis nō efficitur res libera pmutata cū feudali, cōſ. 311. n. 55

feudalitas bonorum non probatur per inueſtituram factam de terris, pratis, & alijs pertinentijs, quando facta eſt conceſſio ei, qui iam erat dominus, conſ. 311. nu. 51

feudalitas non probatur per conceſſionem continentem rem ſpecifice ſuis confinibus deſignatam, niſi probetur quid erat concedentis tempore conceſſionis, conſil. 311. nu. 46

feudalitas debet probari grauioribus probationibus quando quis eſt in quaſi poſſeſſione tenendi bona tanquam allodialia, conſi. 311. num. 12

feudalitas probatur per confeſſionem vaſalli, conſil. 423. nu. 4

feudalitatem allegans, tenetur probare, etiamſi de alio titulo non appareat, conſil. 449. nu. 16

feudalitatis quaſi poſſeſſio transfert onus probandi allodium in aduerſariam, conſil. 423. nu. 7

feudalium bonorum ratio non habetur in taxanda quantitatem legitimè, conſil. 427. nu. 39

feudi ex pacto, & prouidentia alienationem à defuncto factam, non poteſt hæres reuocare, qui inuentarium non confecit, conſil. 353. num. 5

feudi diuiſio ſine domini conſenſu eſt deſcendentibus permiſſa ab inueſtito, ita vt poſſit totū feudū aſſignari vni, cōſ. 308. nu. 24

feudi alienatio reuocatur per filios, qui non erant nati, nec concepti tempore alienationis, quia ſufficit quod ſint proximiores tempore quo volunt reuocare, conſil. 305. nu. 24

feudi alienatio reuocatur per agnatum proximiorem, non obſtante conſenſu domini, qui non validat alienationem, conſil. 305. num. 23

feudi alienatio non dicitur neceſſaria, ſed voluntaria, quando per diuiſionem vni totum aſſignatur, quando debebatur ipſi ſola dimidia, conſil. 308. nu. 19

feudi alienatio eſt principaliter prohibita fauore domini, vt ſcilicet ſciat conditiones eius, in quem feudum tranſit, ne habeat vaſallum ſibi non gratum, conſ. 382. nu. 28

feudi antiqui alienationi ſi pater ſimpliciter conſenſit, poterit filius hæres reuocare alienationem, ſecus ſi pater promiſit de euictione, & non contrauenire, conſil. 421. nu. 14

feudi in ſucceſſione attenditur proximitas authoris, & ſtipitis, conſil. 305. nu. 27

feudi de poſſeſſione vbi agitur, iudex ordinarius adeundus eſt, non autem feudi dominus, conſi. 338. nu. 23

feudi alienatio fieri poteſt inter agnatos remotiores, ſine domini conſenſu, conſ. 308. nu. 35

feudi eccleſiaſtici vtile dominium exiſtens penes laicum eſt mere profanum, conſ. 338. nu. 19

feudi priuationem ob alienationem ſine domini conſenſu factam, nullus opponere pōt vaſallo, niſi ſolus dominus, cōſ. 415. nu. 5

feudi etiam ex pacto & prouidentia alienatio non reuocatur per alienatorem, nec per eius hæredem, conſil. 423. nu. 36

feudi renunciatio non prodeſt niſi ijs, in quorum fauorem facta fuit, conſ. 446. nu. 16

feudi alienatio facta in augmentum feudi, valet inconſulto domino, conſ. 451. nu. 23

feudo ſuccedunt conſanguinei fratres cum vtrinque coniunctis, conſil. 305. nu. 16

feudo ſuccedit mulier in feudo ſimul, & eodem tempore cum maſculo, vbi eſt conceſſum pro hæredibus tam maſculis quam fœminis, conſil. 407. num. 5

feuda conceſſa pro hæredibus quibuſcunque, admittitur fœmina ſimul cum maſculo, imo etiam extraneus, conſil. 308. nu. 13

feudo nouo, pater in præiudicium filiorū, vel deſcendentium nihil poteſt facere, conſ. 305. nu. 9

feudo conceſſo pro hæredibus, & ſucceſſoribus requiritur, vt volens ſuccedere ſit hæres vltimi deſcendentis, nec ſufficit ſi ſit hæres primi vaſalli, conſil. 317. nu. 36
feudo in emendo agnatus præfertur extraneo, dummodo velit tantum de precio dare quantum extraneus, conſ. 371. nu. 24
feudo conceſſo pro hæredibus vtriuſque ſexus femina non ſuccedit extantibus maſculis, conſil. 317. nu. 3
feudo in hæreditario mixto, licet ſuccedere volens debeat eſſe hæres, tamẽ illud non capit tamquã hæreditariũ, conſil. 305. nu. 7
feudorũ iuriſdictionalium, regimen, & adminiſtratio magis conuenit illi, qui eſt ætate grandior, quã iunior, conſil. 403. nu. 67
feudum vbi ex conſuetudine alienari poteſt in præiudicium agnatorum, ſuſtinetur alienatio, ſi domini conſenſus accedat mortuo vaſallo, qui feudum alienauit, conſil. 382. nu. 22
feudum nouum poteſt à primo acquirẽte alienari, cõſ. 305. nu. 32
feudum ſicut inter viuos poteſt ſine domini conſenſu remotiorem alienari, ita & per vltimam voluntatem, conſil. 305. num. 34
feudum ſimpliciter & abſolute hæreditarium poteſt in quẽcunque extraneum alienari, nec eo caſu hæredi prodeſt inuentarij beneficium, conſil. 305. nu. 46
feudum vbi eſt impropriũ, femina admittitur ẽt ſi de ea nõ ſit expreſſè dictum, vt in feudo cenſuali & franco, conſi. 407. nu. 19
feudum improprium & non rectum dicitur, quod eſt pecunia emptum, vel aliter quã per gratiã comparatum, conſi. 409. nu. 20
feudum nouum poteſt ab acquiſitore alienari, nec poteſt agnatus alienationem impugnare, conſil. 351. nu. 24
feudum antiquum in extraneum alienatum ſine conſenſu domini aperitur agnato, conſil. 382. nu. 35
feudum antiquum alienatum ſine domini aſſenſu, durante vita alienantis remanet apud dominum, vt ſuæ iniuriæ habeat vltionem, conſil. 382. num. 36
feudum cenſetur conceſſum ſecundum ſtatutum, conſi. 338. nu. 17
feudum, vel emphyteuſis conceſſa pro ſe & quibuſcunque dederit, tranſit ab inteſtato ad hæredem, conſi. 384. nu. 54
feudum non poteſt in teſtamento relinqui à vaſallo, etiam pro anima, conſil. 305. nu. 3
feudum hæreditarium licet antiquum poteſt cum domini conſenſu alienari in præiudicium filiorũ, & hæredũ, cõſi. 382. nu. 91
feudum redactum inſtar allodij, venit in generali bonorum alienatione, conſil. 384. nu. 24
feudum conceſſum pro quibuſcunque hæredibus, vel cum facultate alienandi in quamcunque perſonam tranſit, etiam in feminam, conſil. 384. nu. 25
feudum hæreditarium mixtum antiquum, poteſt quis conſequi, licet non ſit hæres, quando ſcilicet hæreditas ei à lege defertur, ſed à teſtatore vaſallo defuncto aufertur, conſil. 305. nu. 43
feudũ antiquum põt cum domini conſenſu alienari ad præiudiciũ agnatorum, vbi extat conſuetudo quæ valet, conſil. 305. nu. 1
feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, tranſit in extraneum, conſil. 384. nu. 27
feudum conceſſum pro quibuſcunque hæredibus, tranſit etiam ad feminam, & eius deſcendentes, ſiue maſculos, ſiue feminas, dummodo non ſint extranei, conſil. 317. nu. 15
feudum ſi alienatur abſque domini conſenſu inualida eſt alienatio, domino volente, ſecus ſi nolit, conſil. 305. nu. 35
feudi pecunia quæſiti, ad præiudicium filiorum, poteſt pater alienationem facere, ſecus ſi erit feudum quæſitum, liberalitate concedentis, ibid. nu. 36
feudum conceſſum pro hæredibus vtriuſque ſexus, ſi in diuiſione deuenit ad vnum ex deſcẽdentibus primi acquiſitoris, tunc feminæ ex eo cui in diuiſione obuenit excludunt agnatum ex alterius linea, conſil. 349. nu. 21
feudum nõ põt alienari in præiudiciũ agnatorũ, conſi. 305. nu. 22
feudum, vt alienetur in præiudicium agnatorum, conſuetudine induci poteſt, conſil. 382. nu. 2
feudum nouum dicitur quando transfertur in eum, qui non erat ab inteſt. ſucceſſurus, licet eſſet comprehenſus in inueſtitura, conſil. 308. nu. 20
feudum conceſſum pro hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, eſt mixtum, & in volente ſuccedere in tali feudo debet concurrere qualitas hæreditaria, conſil. 382. nu. 29
feudum mixtum alienatum à defuncto, hæres cum beneficio inuentarij reuocat, conſil. 305. nu. 12
feudum non poteſt vaſallus etiam pro anima relinquere, conſil. 382. num. 40
feudum vbi eſt conceſſum pro hæredibus, poteſt in eo ſuccedere qui non eſt hæres, conſil. 384. nu. 8
feudum emptum retinet ſuam naturam, nec per emptionem fit allodiale, & ab eo excluditur femina, præſertim vbi præſtatur iuramentum fidelitatis, conſil. 384. num. 6
feudum nouum acquirens, poteſt de eo diſponere ad præiudicium agnatorum, qui ſunt vocati in inueſtitura, conſil. 395. nu. 10
feudum vbi ad aliquem peruenit, non ex antiqua inueſtitura, ſed ex noua cauſa, eſt nouum & non antiquum, conſi. 308. nu. 21
feudum poteſt alienari pro ſoluendo ſecundo genito vita, & militia, conſil. 351. nu. 18
feudum alienatum in agnatum proximiorem, reuocatur per alios qui ſunt in pari gradu, pro eorum portionibus, nõ minus quam ſi eſſet alienatum in remotiorem, conſil. 351. nu. 22
feudum dicitur nouum, quando noua pacta adduntur, vel datur noua forma ſuccedendi, conſil. 351. nu. 21
feudum poteſt eſſe quo ad aliquos antiquum, & quo ad alios nouũ, conſil. 351. nu. 23
feudum feminæ concedere poteſt dominus ceſſante maſculorum præiudicio, conſil. 353. nu. 34
feudum antiquum nõ poteſt alienari in præiudicium agnatorum, conſil. 382. num. 31
feudum transferens in vnum ex proximioribus, cum plures extẽt in eodem gradu, alijs non præiudicat pro eorum portionibus, conſil. 382. num. 33
feudum vbi à patre de cuius ſucceſſione agitur fuit quæſitũ, tunc ſiue ſit ex pacto, ſiue hæreditarium, ſemper imputatur filio in legitimã, ſi vero ſit antiquum non venit in rationem legitimæ, niſi ſit hæreditarium, conſil. 357. nu. 38
feudum eſt hæreditarium vbi hæredum mẽtio facta eſt, cõſi. 305. nume. 29
feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque non poteſt relinqui vxori, conſil. 384. num. 74
feudum vel emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis, dicitur ex pacto, & prouidentia, conſil. 305. nu. 44
feudum licèt emptum tranſit ad ſolos maſculos, quando pro ſolis fuit conceſſum, conſil. 407. nu. 32
feudum in perſona extranei, in quem fuit alienatum, efficitur nouum, ideo ſuccedit dominus decedente emptore ſine deſcendentibus, non autem agnati venditoris, conſil. 353. nu. 20
feudum vbi per diuiſionem eſt vni aſſignatum, tunc deſcendentes ex alia linea nunquam admittantur, donec extet aliquis capax ex linea illius cui fuit aſſignatum, accedente præſertim renunciatione pro ſe, & ſuis hæredibus, conſil. 308. nu. 25
feudum, vbi ex cõſuetudine alienari poteſt, dominus tenetur conſentire, nec poteſt recuſari, conſil. 382. nu. 76
feudum pro ſe & ſucceſſoribus, & hæredibus conceſſum maſculis ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, tranſit ad ſolos liberos, & deſcendentes, licet non ſint hæredes, conſil. 305. nu. 6
feudum vbi eſt alienatum in agnatum remotiorem, tunc excluditur venditor, & ab eo deſcendentes, donec extat aliquis capax ex deſcendentibus emptoris, conſil. 308. nu. 26
feudum francum tranſit ad feminam, non obſtante iuramento fidelitatis, conſil. 384. nu. 37
feudum emptitium francum, vel aliter conditionatum conceſſum pro maſculis, non tranſit ad feminam, conſil. 384. nu. 38
feudum alienatum in agnatum, quando fiat omnino nouum, conſi. 308. num. 33
feudum vnum, & idem poteſt eſſe nouum quo ad aliquos, & paternum quo ad alios, conſil. 308. nu. 34
feudum ex pacto & prouidentia licèt nouum, non poteſt ab acquiſitore alienari ad præiudicium vocatorum, conſi. 351. nu. 3
feudum nouum poteſt ab acquiſitore alienari ad præiudicium ſucceſſo-

ceſſo-

ceſſorum, accedente tamen domini conſenſu, conſil. 351. nu. 4
feudum reſpectu vtilis dominij præſcribit agnatus contra alium agnatum ſpatio annorum triginta, conſil. 349. nu. 30
feudum vbi ſemel ad mulierem peruenit, ſemper in eius linea, & deſcendentia conſeruatur, conſil. 353. nu. 14
feudum ex pacto, & prouidentia nouum, non poteſt retinere filius, niſi acceptet patris hæreditatem, conſil. 305. nu. 47
feudum cõceſſum pro ſe, & hæredibus, tranſit ad ſolos maſculos, conſil. 353. num. 8
feudum efficitur nouum, quando ei conceditur qui in antiqua inueſtitura non erat comprehenſus, conſil. 553. nu. 9
feudum efficitur nouum ex noua cauſa habendi, conſi. 353. nu. 10
feudum nouum poteſt cum domini aſſenſu alienari in præiudiciũ agnatorum, conſil. 382. nu. 89
feudum ſicut alienari, ſic nec obligari poteſt ſine domini conſenſu, conſil. 396. nu. 6
feudum venditum agnato remotiori, efficitur nouum, quo ad hoc vt deſcendentes à venditore nunquam ſuccedant, donec aliquis extat capax ex linea emptoru, conſil. 308. nu. 22
feudũ vbi eſt datum ac certum ſeruitium qđ põt à femina præſtari, tunc femina in illo ſuccedit, ſicut maſculus, cõſi. 384. nu. 19
feudum francum eſt liberum ab omni ſeruitio, conſil. 384. nu. 20
feudum venit in reſtitutione fideicommiſſi, quando diſpoſitio eſt facta inter vocatos in inueſtitura, conſil. 305. nu. 37
feudum non efficitur hæreditarium ex mentione hæredis poſita in executiuis, conſil. 315. nu. 48
feudum mixtum non differt à feudo ex pacto, & prouidentia, niſi qđ in mixto requiritur qualitas hæreditaria, conſ. 305. nu. 10
feudum eſt contractus, qui poteſt recipere omnia pacta quãtumuis extranea, & diſſonantia ab eius natura, conſil. 384. nu. 52
feudum paternum in extraneum alienatum ſine domini licentia, aperitur agnatis, non domino, conſil. 351. nu. 50
feudum ſi ad dominũ deuenit, qui alij deinde cõcedat, intelligitur in allodiũ cõceſſiſſe, niſi expreſſe dicat in feudũ, cõſ. 311. n. 23
feudum pecunia, labore, vel induſtria quæſitum, poteſt ab eo qui quæſiuit dari, & adimi pro libito voluntatis, cõſil. 351. nu. 27
feudum non fit ex ſola confeſſione, ꝙ allodiũ eſt, conſi. 311. nu. 73
feudum vbi eſt cum allodio mixtum, quod diſcerni commode non poteſt, tunc totum corpus iudicatur allodiale, cõſi. 311. nu. 19
feudum nouum dicitur, quando habitum fuit ex noua cauſa, conſi. 440. nu. 39
feudum antiquum dicitur illud, quod prouenit à ſucceſſione progenitorum, conſil. 440 nu. 40
feudum efficitur nouum ex mutatione pactorũ, conſi. 440. nu. 41
feudum dicitur nouum, quando fuit domino refutatum, & poſtea ſub noua forma conceſſum, conſ. 440. nu. 42
feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, tranſit in extraneos legatarios, & fideicommiſſarios, conſil. 440. nu. 11
feudum conceſſum pro quibus dederit, eſt alienabile, & tranſitorium ad extraneos, conſil. 440. nu. 12
feudum merè hæreditarium poteſt confiſcari, conſil. 440. nu. 13
feudum hæreditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi petita ab extraneo, conſil. 440. nu. 14
feudũ finita generatione non capitur propria authoritate, ſi poſſidetur à tertio, ſecus ſi ab hærede, conſil. 440. nu. 15
feudum finito tempore aperitur domino ipſo iure, qui ideo poteſt authoritate propria apprehendere poſſeſſionẽ, conſi. 440. nu. 1
feudum alienari non poteſt ſine conſenſu domini, nec legari etiã pro anima, conſil. 440. nu. 2
feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque non tranſit in feminam extraneam, ſecus in agnatam, conſil. 440. nu. 3. contra num. 34. & ſeq.
feudum conſiſtere poteſt ſuper annuo redditu debito ſola etiam perſonali actione, conſil. 439. nu. 31
feudum aliquãdo conſtitui poteſt ſuper pecunia, conſi. 449. nu. 32
feudum conſiſtit etiam in actionibus, quæ dantur ad aliquid quod ſit immobile, conſil. 549. nu. 33
Quarto,priuilegium eccleſię conceſſum trahitur ēt ad alios,qñ non prodeſſet ipſi eccleſiæ,niſi ad eos traheretur, atque ita quando vtilitas eccleſiæ eſt connexa cum facto alterius,immunitas eccleſiæ extenditur ēt ad aliū,hinc Bald.in conſ.31.vol.1.concludit,quod
80 emens ab eccleſia eſt immunis † à ſolutione gabellæ, quādo aliàs eccleſia damnum ſentiret, vt quia vilius vendidiſſet, ſequitur Io. de Amicis conſ.18. Alcia. in ſimili in conſi.216. num.7. vbi loquitur in priuato, idem in ſimili voluit Dec. in conſil.48. in fi. Rolan.in conſil.61.num.18.volum.4 et latè comprobat Rimin. in conſil. 724. num.47. et ſequitur vbi loquitur præcisè de immunitate eccleſiæ : at in præſenti caſu non prodeſſet eccleſiæ, non ligari ſtatuto prædicto, ſi non poſſet colonorum opera , aut conductorum miniſterio vti in prædia ſeminando oriza , ergo ad illos extenditur libertas eccleſiæ: & eſt regulare , quod con-
81 iunctus † gaudet priuilegio coniuncti , qñ aliàs priuilegiū eſſet inutile, & ſuum effectum nō produceret, vt ponit glo.in l.fi.C.de mun.& hon.lib.10.vbi ſocius
82 omniū bonorū † gaudet immunitate ſocio conceſſa,latè, Marſi.in ſing.180.Iaſ.in l.ſi emancipati,no.9. C.de
83 collat. Natta in conſ.1.nu.10.ſic ſi clericus,† & laicus capiātur pro eodē facto , vterque erit ad eccleſiaſticū iudicē remittendus. Ant. de Prato veteri,in l.1.§. fi.ff. quę ſent.ſine appel.teſcin.Soc.in conſ. 12.col.5. vol.1. & in c.2.col.16.in 8.fall.de mutu.petitio.ſequitur Fel. & alij apud Nattā,in conſ.590.in fi.Marſi.d.ſing.180. Boſſ.in tit.de foro cōp.nu.146.Menoch.de arbitr.iud. caſu 171.nu.13.Pariſ.conſi.154.in prin.vol.4. Zucard. in l.fi.nu.36.C.de bonor. poſſ. contra tab. Boer. deciſ. 300.col.1.Rimin.Inſtit.quibus alie.non licet,in prin. nu.156.ſic ēt inquit Innoc.in c.ad audientiam,de præſcript. ꝙ ſi laicus rem habeat cōem cum eccleſia, non erit locus pręſcriptioni contra eū, niſi tantum tpis effluxerit, quantū requiritur ad præſcribendum rem ec
84 cleſiæ.Iaſ.d.l.ſi emancipati,nu.17.Natta d.conſ.590. col. fi. & infinita exempla ad probandū quod intuitu coniunctionis gaudet quis beneficio , quo aliàs non gauderet,ponit Iaſ.d. l.ſi emācipati,nu.3. vſq; ad 24. Marſil.d.ſing.180. Cū igitur ligari nō poſſunt coloni, aut conductores , aut quiuis alij operarij pro cauſa prædicta,niſi ēt ligentur bona eccleſiæ , & cōe , atque inſeparabile ſit intereſſe , fatendum eſt colonos & operarios nō includi edicto, quia includi non poſſunt, niſi reſtringatur libertas eccleſiaſtica , & impediatur vſus rei propriæ clericis ; & ſi omnis alia deficeret ratio,hæc ſola ſufficere debet ad demonſtrandum,ꝙ edictum prædictum afficere non poteſt colonos , & operantes in bonis eccleſiæ, & hoc eſt quod voluit Bar.in d.l.hi penes, C.de agric. & cenſi. dum voluit colonos
85 eccleſiæ grauari non poſſe pro † eccleſia,& Fel.in c.2. nu.3.de foro comp.dicit,quod non tenentur coloni eccleſiæ,qñ per indirectū grauaretur eccleſia , vt hoc in caſu, quia ſi clerici vellent in ſuis prędijs ſeminare orizā,hoc facere non poſſent,niſi vterent colonorū opera,ne igitur impediātur clerici,erunt ab edicto exempti ēt coloni,quorum miniſterium eſt eccleſiæ neceſſarium ad ſuorum prædiorum culturā,& qui hoc negaret,non minus laberetur,quàm ſi ſenſum negaret .

Nec quemquam terreat, quod conductores,et coloni ſint ſubditi Principi ſæculari, ideoq; in eos exerceri poſſit iuriſdictio : Reſpondeo enim, quod ſi ageretur de ſolis perſonis colonorum, argumentum procederet , ſed in edicto commixtæ ſunt res eccleſiæ , et ideo perſonis imperatur , vt edictū circa res ſtatutū, & promulgatum ſeruetur. Vnde cum res eccleſiæ non includantur,nec edictum circa illarum vſum aliquid
86 ſtatuere poſſit,nedum coloni ipſi non ligantur, † ſed nec quiuis alius , qui operas locaſſet in culturā rerū. ita reſoluunt Anch.& Cald.d.conſi.12.conſi.13. conſ. 155.& declaraui ſupra id,quod eſt indubitatum in facto, quia principalis intentio edicti fuit interdicere , ne in prædijs ſeminetur oriza,atque ita finis legis reſpicit res,& earum vſum, & in eas dirigitur, vnde nō ſunt attendenda verba,ſed intentio . Cum igitur per indirectum reſtringatur eccleſiæ libertas , et vſus rerum ſuarum,ſtatutum non valet etiam ratione colonorum , quatenus reſpicit ea bona eccleſiæ,et conſequenter,iudex laicus non poterit colonos punire tanquam tranſgreſſores legis, ex quo enim lex eos non ligat,ipſi non dicūtur contraueniſſe,nec delictum commiſiſſe,et ceſſante delicto,ceſſat pęna .

Pręterea,non ſufficit ad legis validitatem,quod ea

punatur

ponatur ſubditis, niſi etiam fiat de re circa quam le-
gem ferens habeat poteſtatē, & parū proderit, ꝙ præ-
cipiatur ſubditis, niſi etiā id quod pręcipitur pendeat
à poteſtate præcipientis, vnde in caſu Anch. ſupra re-
lato, licet ſtatutū in ſubditos dirigatur, eſt tō nullum,
quia agitur de pręiudicio eccleſię, ſic etiam in ſtatuto,
quo imponitur onus colonis eccleſiæ pro rebus eccle-
ſiæ, ſecundum Bartol. in d. l. hi penes. ſic diceremus, ſi
ſtatutum interdiceret matrimonium certis perſonis,
ſi concederet aliquibus vſuram, ſi ingreſſum eccleſiæ
interdiceret, vel vſum ſacramentorum, quia etſi perſo
næ ſint ſubiectæ, materia tamen de qua diſponitur, &
ſuper qua factum eſt ſtatutum, non pertinet ad ſtatuē
tes: & ſicuti ſuper vſu ſacramentorum non diſponit
laicus, ita nec ſuper vſu rerum eccleſiæ, quia vtroque
caſu laicus caret iuriſdictione, licet res, & bona eccle-
ſiæ non ſint ſub eadem ſpecie, ſub qua ſunt iura ſpirit-
tualia. Nec refert quod prædia eccleſię ſint alia ratio-
ne exempta à iuriſdictione laicali, quam ſint exempta
ſpiritualia, ſed ſufficit, quod omnia exempta ſint, &
libera à laicali ſtatuto, & diſpoſitione.

Huc quoque tendit alia reſpōſio, quę applicari poſ-
ſet, quòd ſcilicet laicus ſtatuere quidem poteſt in per-
ſonas ſibi ſubiectas, ſed ita, ne per indirectū fiat eccle-
ſiæ præiudiciū, & libertas ſua reſtringatur, vt ſupra de
mōſtraui. Et non curo, quod principaliter factū ſit ſta
tutum pro cōi bono, quando iudex laicus prætēdit ſe
habere poteſtatem in bona, & res eccleſiæ, vt declarat
Garzias nu. 163. & nu. 165. in tract. de vlt. ſi. & hoc eſt
clariſſimū in facto, quia edicto non poteſt colonus ec-
cleſiæ cōtrauenire, niſi ſeminādo in prædijs eccleſię, &
ita cōſiderari non poteſt factū coloni, niſi in re eccle-
ſiæ, nec ſeparari poteſt perſona ab intereſſe eccleſiæ.

Ad doctrinam Sali. in Auth. Caſſa, nu. 14. dum vult,
inquilinos eccleſiæ puniri, ſi contra edictum immun-
ditias in publicum effundant: reſponſum fuit, & bene,
quod eius dictum ſuſtineretur, ſi verum eſſet principa
87 le aſſumptum, † quod ēt clerici ligentur eo edicto; ſed
illud falſum eſt, quia probauimus nullā eſſe laico po-
teſtatem in clericos, vnde nō mirum ſi vno dato incō-
uenienti, alterum cōſequitur, ſi enim clerici cogi poſ-
ſunt, tunc, & coloni ligantur, at vbi ſtatutum nō afficit
clericos, tunc non ēt ligat colonos, vt in ſimili reſpon-
der Barb. d. conſ. 29. col. antep. præcipuè qn̄ coloni di-
ſtringuntur pro clericis, vt ibi. Reſponderi etiā poteſt,
quod Sal. dum loquitur de colonis, & inquilinis, intel-
ligi debet eos puniri poſſe pro effuſione ſterquilinij,
vel immunditiæ, id quod neque rem clericorum reſpi-
cit, neque rei vſum, nec libertatem reſtringit eccleſiæ,
magis quam vbi colonus in domo clerici homicidiū
committeret, quo caſu admitto colonum puniri poſſe
à laico, & ligari ſtatuto, ne quis deijciat, vel effundat
immunditiam, & vere iſto caſu loquitur Salic. quod ſi
eum intelligere velimus, circa ſtatutū, de quo primo
loco meminit, dās formam ædificijs, certè non ad rem
faceret, quia coloni, & inquilini non faciunt ædificia,
nec impenſas, quæ perpetuam reſpiciunt vtilitatem.

Eiuſdem farinæ ſunt deciſiones, quæ allegantur in
contrarium, præcipuè Butr. in cap. grauem, de ſenten.
excomm. vbi quod ſi quis damnum dedit in bonis al-
88 terius cum beſtijs clericorum, cogi † poteſt ad emēda-
tionem, Fel. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, in ver. quintū
exemplum, Parpal. l. placet, nu. 80. C. de ſacroſ. eccleſ.
nam paſtores, & cuſtodes hoc caſu puniuntur ex pro-
pria culpa & negligētia, atque ita ex facto proprio, &
delicto proprio, nec per hoc in aliquo læditur res eccl.
vel reſtringitur eccl. libertas, vt optimè declarat Gra.
conſ. ciuili 102. nu. 10. & ſeq. & nō eſt in cōſideratione,
ꝙ aīal ſit eccl. quia nihil diſponit ſtatutum cōtra aīal,
nec ſuper eo, & nō minus ligatur paſtor pro dāno, quod
ipſe dedit cum aīali eccleſiæ, quā ſi puniretur pro ho-
micidio patrato cum gladio, aut ſica eccleſiæ, paſtor
enim dr̄ damnū dediſſe, quia nō bn̄ cuſtodit, non aīal,
vt ibi oſtēdit Gram. ſecus qn̄ ſtatutum diſponendo de
re eccleſiæ reſtringit illius vſum, & libertatē, veluti ſi
aīalibus eccleſię denegaret paſcua communia, Abb. in
cōſ. 6. vol. 1. Parpal. d. l. placet, nu. 79. & 80. vel ſi in præ
iudiciū clericorū aliquid ſtatueret de eorū aīalibus,
vt poſt Afflict. in lib. 3. conſt. Neap. rub. 37. nu. 9. ponit
Caſſan. in cōſuet. Burg. rub. 1. §. 6. ver. en me ſuſaige, nu.
15. Sic ēt procedit, quod dr̄ colonos eccleſiæ collectari
89 poſſe † pro colonica portione fructuum perceptorum
ex bonis eccleſiæ, vt per Fed. de Sen. in conſ. 111. nu. 10.
Capra in concl. 96. nu. 85. Parpal. in d. l. placet, nu. 73.
Burſ. qui alios citat conſ. 25. nu. 3. & in conſ. 42. nu. 14.
Menoch. de arbit. iud. caſu 180. nu. 8. vbi Dec. Rip. &
alios allegat Aegid. de collect. in §. ſi quiſpiam, nu. 7.
& 8. fol. mihi 274. & ſeq. vbi reſpondet ratione gabel-
læ, & datij, Rol. conſ. 61. nu. 15. in 4. Nā illud cōtingit,
quia non agit de rebus eccleſiæ, fructus enim illi poſt-
quā ſunt à ſolo ſeparati, ſpectant ad colonū, non mirū
ſi pro eis cogitur ſoluere, ex quo, & perſona, & res eſt
laicis ſuppoſita, ſicut ēt dicimus, quod etſi eccleſia ſit
pro fructibus ex ꝓprijs bonis perceptis immunis, tā
90 emptores fructuū non gaudent immunitate, † & mu-
tatione perſonæ extinguitur priuilegium, Bart. Alb. &
alij, in l. licitatio, §. fin. ff. de publ. Sal. in l. vniuerſi, C. de
vect. & comm. Abb. c. ex parte, el 1. de decim. infinitos
cumulat Rol. conſ. 61. nu. 17. vol. 4. ideo ſi onus impo-
neretur non pro gabella, & datio, ſed pro prædio, tali
caſu coloni non tenerentur, vt poſt Abb. in d. c. nō mi-
nus, de imm. eccleſ. declarat Aegid. loco prædicto, nu.
9. & melius ac latius ceteris oīb. quos viderim decla-
rat Ioā. Maria Rim. in conſ. 740. nu. 12. & ſeq. in 4. vol.
vbi diſtinguit dicens onera realia triplicis eſſe gene-
ris; vnū quod ſolis perſonis imponitur, vt capitatio, &
hoc neque eccleſiæ, neq; colonis eius incūbit; aliud in-
dicitur perſonis pro rebus, & ab eo coloni, ſicut eccle-
ſia exempti ſunt; tertiū aūt ſubdiſtinguitur, q̃ a ſi ver-
ſatur in re, vel fit de re, vt quod mittatur perſona cum
equo, vel mulo, vt recipiātur milites in domo, ad hoc,
neque eccl. tenet̄, neque colonus, vt n. 13. ſi verſatur cir
ca ea q̄ naſcunt̄ ex re, vt c. fructus, vel extra rē, tunc di-
ſtiguit vt ꝑ eū, q cōcludit colonos, vbi agit̄ de re eccle-
ſię, nō aūt de fructib. q ſunt ipſius proprij, eſſe exēptos:
aliud igit̄ eſt, quærere an ſtatutū, quod nō diſponit de
re eccleſiæ, nec impedit, aut reſtringit libertatē eccle-
ſiaſticā, includat colonos, an vero coloni cōprehendā
tur qn̄ fit diſpoſitio de re eccleſiæ, & ad præiudiciū ec-
cleſiaſticæ libertatis: quia primo caſu ligant̄ tāquā ſub
diti, & nihil eſt, qđ imminuat auctoritatē ſtatuentis:
ſecundo vero caſu non valet, quia in ſtatuente deficit
auctoritas, & poteſtas, & cum in ferendo legem requi
ratur poteſtas, vt dicit D. Tho. et ſeq. Fel. Garz. Bero.
et Rebuff. quos ſupra citaui, non ſufficit poteſtatē cō-
currere reſpectu perſonæ coloni, niſi etiam concurrat
reſpectu rerum, et materiei ſuper qua fit ſtatutum; pa-
rū enim prodeſt quod præcipiatur ſubditis, ſi id quod
præcipitur non pertinet ad laicum ſtatuentem.

Et non eſt verum, quod ſerere prædia oriza ſit deli-
ctū, ſicuti et blada extrahere, vel plus iuſto precio ven
dere, horum enim nullum reperitur iure cōmuni ſan-
citum: quinimò, ea omnia ſunt permiſſa, nec inueni-
tur lex quæ contrarium dicat, et erubeſcimus cum ſi-
ne lege loquimur, l. illam, C. de collat. et quod non re-
peritur iure cautum, non eſt ſuperſtitioſis inuentioni-
bus præſumendum, vt ſupra probaui, et quamuis in
foro conſcientiæ id ſit illicitum, quando verè induci-
tur

tur victualium penuria, vel inficitur aer, vel contraſit
cōi bono, non tñ per hoc efficitur delictum: vnde iure
cōi hæc non ſoant in delictum, ſed efficiuntur delictū
qñ ſuper his emanat lex quæ damnat, & cū talis lex
edicitur, tunc fit de non delicto delictum, vt probaui
in conſ. 152. & Menoch. conſ. 604. antequā igitur con-
traria lege ea ſint interdicta, non ſunt delictū: an autē
lex de qua agimus faciat delictū quod ad colonos ec-
cleſiæ? hoc eſt, de quo quærimus, ideo id nō debet pro
vero aſſumi de cuius validitate diſceptamus.

Nec quicquam officit, quod delinquens in re eccle-
ſiæ puniri poſſit à laico, imo, & delinquens in ipſa ec-
cleſia, quia ad hoc fuit aliàs reſpōſum, & quidem ſuf-
ficienter; addo, quòd in illis caſibus nulla eſt dubita-
tio ſuper validitate legis, quæ delinquentem obligat;
hic dicimus nullā eſſe legem, quæ in colonos fuit pro-
mulgata, eo quod eccleſiæ reſtringit libertatē, & de re
eccleſiæ diſponit; ibi nihil de re eccleſię diſponitur ad
eccleſiæ præiudiciū. Itē ibi agitur de contraueniendo
iuri commuoi, quod eſt ab eccleſia approbatum, non
ſic vbi contrauenitur ſtatuto nondum approbato, vt
per Garziam, Rebuff. & Vaſq. in locis ſupra citatis.

Rationes Gabr. in conſ. 37. & Vulpell. quod ſcilicet
præiudicium ſit modicum, & edictum non tendat ad
infringendum eccleſiaſticam libertatem, ſunt falſæ.
Quod enim attinet ad primam, nō poteſt cenſeri mo
dicum præiudicium, quando de ledenda eccleſia agi-
tur, etiam in eo, quod videtur modicum, quia,

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Et quando læſio reſpicit perſonas, & inducit contem-
ptum, tunc etiam modica læſio conſideratur, & eundē
producit effectum, atque ſi eſſet magna, vnde emphy-
91 teuta deficiens in vno † nūmo in ſoluendo penſionem,
cadit à tota re. Spec. de locato, §. nūc aliqua, nu. 40. ver.
49. latè Nat. in conſ. 479. nu. 7. Rol. cōſ. 17. vol. 2. Corb.
de cauſa priua. ob non ſol. canon. ampl. 5. licet in præ-
dictis locis inferūt quod alienans partē rei, perdit to-
tam, pp perſonæ contemptum qui indiuiduus; ſic qū
male verſatur in vna re, & eccleſia ſicuti in magnis,
ita in minimis firmā dēt habere vnitatem, vt in c. ma-
ioribus, vbi gl. extra de præb. & vbi in minimo eadem
eſt proportionabiliter rō quæ in magno, idem iudica-
92 mus † de minimo, quod de magno, vt doctè declarat
Tiraq. in tract. de iud. in reb. exig. fereu. in fin. Secunda
quoque rō eſt falſa, quia imo tendit ad infringendum
libertatem eccleſiæ, id quod vel ex eo probatur, quod
prætendūt laici clericos eſſe ſibi ſubiectos quo ad bo-
na, & ſibi licere ſtatuere contra id quod optimè decla
rat Garz. loco præcitato, nu. 163. vbi Imperiales ſuſti-
net ſanctiones, quia in eis profitentur eccleſiam eſſe
ſuperiorem, ſibique ius nullum eſſe ſuper ea.

SVMMARIVM.

1 *Vſura multorum annorum ſimul coacervata non poſſunt ex-
cedere ſortem, nec vltra illam quantitatem cōceditur exa-
ctio.*
2 *Vſura eſt fructus pecuniæ.*
3 *Salarium pro ſeruitio præſtatur donec durat ſeruitium.*
4 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
5 *Effectus durat durante cauſa.*
6 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*
7 *Præſcriptio non datur niſi annorum triginta in annuis præ-
ſtationibus, quæ incipit ab initio cuiuſque anni.*
8 *Præſcriptio vna ſufficit pro omnibus annis in annuis præſta-
tionibus, vbi adeſt ſtipulatio, aliàs tot ſunt neceſſariæ præ-
ſcriptiones quot ſunt anni.*
9 *Vſuræ vnius anni non poſſunt duplum excedere.*
10 *L. ſi non ſortem, in prin. ff. de cond. indeb. quomodo procedat.*
11 *L. nihil, §. qđ in ſingulos, ff. de naut. fœnore, quō intelligatur.*
12 *L. penult. §. curſum, C. de vſur. intellectus.*
13 *Tempus non eſt modus tollendæ obligationis.*
14 *Ratio vbi eadem viget, eſt locus diſpoſitioni.*
15 *Intereſſe valorem ſortis ſuperare non poteſt.*
16 *Perſonæ quæ non exigantur vltra quam facere poſſunt, re-
miſſiuè.*
17 *Culpam non poteſt quis opponere ex qua lucrum, vel ſaltem
nullum damnum ſenſit.*
18 *Compenſatione mutua tolluntur paria delicta.*
19 *Dolus ſine lucro non præſumitur.*
20 *Vſura centeſima æquat ſortem.*
21 *Centeſima vſura ſecundum multos, dicitur illa, quæ in cen-
tum menſibus æquat ſortem.*
22 *Ratio eadem decidit omnes caſus qui veniunt ſub ratione, nō
per extenſionem, ſed per comprehenſionem.*
23 *L. vſuræ, C. de vſur. intellectus.*

CONSILIVM CCCII.

ARTICVLVS hic an multorum anno-
rū vſuræ ſimul coaceruatæ poſſint ſor-
tem excedere, non eſt ſine difficultate:
quia inter Nouell. Iuſtiniani Impera-
toris conſtitut. 121. & 138. legitur ex-
preſſe prohibita eiuſmodi exceſſus exa
1 ctio, & hanc partem † probarunt Mod. Galli in tract.
de vſur. nu. 45. & 103. vſque ad 107. Alci. Parerg. lib. 1.
c. 33. Ioā. Baptiſt. Lup. in l. curabit, comment. 1. §. 3. nu.
50. & 53. & pro ea videntur plures textus, præcipuè l.
ſi non ſortem, in prin. ff. de cond. indeb. l. nihil intereſt,
§. qđ in ſingulos, ff. de naut. fœnore, l. peo. §. curſum, C.
de vſur. dicitur etiam Ferrariæ latam fuiſſe ſentētiam
ab Alphonſo Morello Iuriſconſulto, & confirmatam à
Domino Bonacoſſa egregio Doctore, quæ vſuras redu
xit ad æqualitatem ſortis.

Sed quidquid ſupradicta ſuadere videātur, teneo vſu
ras multorum annorum poſſe duplum excedere, ſi tñ
illæ ſint legitimę, & ſecundum modū à iure pręſcriptū,
2 quia vſura fructus eſt pecuniæ, & tēporis vtilitas, † l.
quod ſi Epheſi, in princ. & ibi not. Caſtr. ff. de eo quod
certo loco, Natta in conſ. 450. nu. 14. & vſura correſpe
ctiuatur vſui pecuniarū, ergo eatenus progredi debet
vſus, & vbi quid ob certā cauſam præſtatur, id deter-
minari debet ſecundum cauſam, l. Scio, vbi Din. Bart.
& Alber. ff. de annu. leg. Sic dicimus, quod vbi ſalariū
præſtatur pro ſeruitio, eatenus dandum eſt, quatenus
3 durat ſeruitiu, † l. pen. in fi. C. de erog. milit. annonæ, l.
1. C. de re milit. & ſicuti ceſſante cauſa, ceſſat effectus,
ita durante cauſa, durare debet effectus, vt contrario-
4 rum eadem ſit diſciplina, † l. & ſi cōtra tabulas, in fi. ff.
de vulg. & Inſt. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. in prin.
vbi Io. Fab. & Ang. Neui a. conſ. 38. nu. 12. Natt. in cōſ.
432. nu. 8. Euerar. loco 75. in prin. & in ſpecie, quod ef-
fectus non extinguatur ſed duret cauſa durante, pbat
5 † text. in l. ſemper, §. negociatores, ff. de iure immu. Si-
gnor. conſ. 135. Tiraq. in tract. ceſſan. cauſa, p. 1. nu. 17.
Dū ergo debitor vtitur pecunia, ſemper creditor per-
cipit pecuniæ fructum. Præterea, non patitur æquitas,
quod aliena re fruatur quis, & ex ea fructū percipiat,
l. curabit, C. de act. empt. vbi emptor qui precium non
ſoluit, cogitur fructus venditori reſtituere, & aliàs de-
6 bitor locupletaretur cū iactura creditoris, † c. locuple
tari, de reg. iur. in 6. l. iure naturæ, ff. eod. Cagn. in l. ſicu
ti pœna, nu. 1. ff. eod. Præterea Hebræus hic, fundatam
habet intentionem ſuper decreto, quo ſibi eſt permiſ-
ſum vſuram capere à debitoribus ſuis tantæ menſuræ
in annos ſingulos, qui autem vult dicere quod tem-
pus ad exigendum ſit limitatum, debet hoc probare,
quia

quia in decreto nulla eſt limitatio;& in annuis pſtatio
nib. non datur præſcriptio niſi triginta annorũ curſu,
7 & incipit ab initio cuiuſque anni, † l.cũ notiſſimi, §.in
his,C.de præſcr.30.ann.vbi glo.& Doct. Et quãuis vbi
adeſt ſtipulatio ſufficiat vna præſcriptio pro oĩbus an
8 nis,† ſcdm gl.in l.ſi ſic,ff.quẽad.ſeru.amit.vbi Bar.Bal.
Ang. & alij,tñ non extãte ſtipulatione vt in legatis, &
alijs diſpoſitionibus,tot ſunt neceſſariæ pſcriptiones,
quot anni,vt per glo.& Doct.prædictos,Balb.in tract.
præſcr.p.4.in 4.q.princ.nu.1.& 2.cum vero tñ tẽporis
nõ ſit elapſum quod ſufficiat ad prędictã inducendum
præſcriptionem, poterit Hebræus omnium annorum
antea decurſorum vſuras exigere à ſuo debitore.

Et quãuis ſæpe in iure legatur,vſuras non poſſe duplum excedere,vti in iuribus ſupra allegatis in contra
riũ,tñ illud verũ eſt, & procedit, quo ad vſuras vnius
9 anni,illæ enim duplũ excedere non poſſunt,† ita decla
rat glo.in d.l.ſi non ſortẽ, in prin.vbi declarãdo qd ſit
duplũ,dicit illud cõtinere ſortẽ,& cẽteſimam, vel aliã
vſurã quę in anno ſortẽ ęquet; ſic ẽt declarat Iaſ.ibi in
ſummario,& nu.1.dicens vſuras nõ eſſe indebitas,ſed
conuenientes,qñ in anno ſortem nõ ſuperãt,atque ita
finẽ anni cõſiderat,non multorũ annorũ curſum. Hoc
ipſum hoc mõ intelligit Bar.in l.vſuræ,C.de vſur.dum
ſummãdo textũ,inquit,ꝙ dr̃ vſuras nõ debere excedere duplũ,intelligi de vſuris vnius anni,& Bal.ait,ꝙ ad
cognoſcendũ,an vſurę duplũ exuperẽt,ſit cõputatio in
fine anni,& Caſt.clarius vult intelligẽdũ eſſe,de vnius
non aũt pluriũ annorũ vſuris,id ꝙ dicere ſolemus, vſu
ras vltra duplũ non exigi; & oĩum apertius Sal.ait qđ
etſi pluriũ annorũ coaceruatæ,& in vnũ collectæ vſura
rũ præſtationes,duplũ veræ ſortis excedãt, non ꝓpea
iudicãtur illegitimæ,quia nõ coarceruatio, ſed ſingulorũ annorũ præſtatio cõſideratur ad cõſtituendũ duplũ,& ſubdit,ꝙ & ceteri notauerũt,cõputationẽ vſura
rũ fieri in fine cuiuslibet anni; ſed ante eos oẽs glo.in
ea.l.vſuræ,adeo diſertè hoc ponit,vt aliter nõ poſſit in
telligi, nec diſtinctione aliqua poſſit euitari,aut cõciliari: inquit enim qđ vſuræ,ſiue ſolutæ per annos, ſiue
ſoluẽdæ,nõ cõputãtur ad faciendũ duplũ,ſed cuiuſque
anni vſuræ numerãtur:& ponit exẽplum;Si cũ deberẽ
viginti,ſolui per multos annos vſuras, quæ ſimul iunctæ excedũt duplũ,vtrũ poſſim repetere: reſpondet qđ
non, quia an ſint vltra duplũ ſolutę, vel vltra legitimũ
modũ,eſt inſpiciendũ in fine anni, id eſt habendus eſt
reſpectus ad annũ,non ad totũ tẽpus quo ſolui vſuras;
& ita nõ attenditur quid in longi tpis curſu fuerit ſolutũ,ſed an intra annũ tñ fuerit ſolutũ,quod verè ſortis duplũ ſuperet. Hic oẽs Doct.ni ſupinè fallor,apertè determinãt,vſuras multorũ annorũ poſſe excedere
duplũ,eaſque quamuis vltra duplum exigi poſſe, nec
in duplo terminari curſum vſurarũ multorũ annorũ,
ſed tunc ſolũ vltra duplũ non cõcedi exactionẽ, quando duplũ cõſtituitur ex ſorte & vſuris vnius anni. Alciati aũt, Mod. Gall. & Lupi authoritati non adeo deferendũ eſt,vt illis poſtponamus glo.Bar.Bal.Caſtr.&
Sal.in legali philoſophia primæ claſſis Iuriſconſultos,
qui omnes ita intelligunt textum in d.l.vſuræ, à præfatis duobus allegatum pro ſua opinione.

Nec attẽdi debet Cõſtitutio Iuſtiniani apud Holoand.121.& 138. quia non eſt Auth.nec contra tot noſtros anteſignanos Doct.cõtrariũ probantes allegari
põt. Et cũ ea reſolutione rñdetur ad oẽs tex.in contra
10 riũ allegatos,pcipuè ad l.ſi nõ ſortẽ,in prin.† dũ enim
inquit,ſolutas vltra duplũ vſuras,repeti poſſe,& ſtipu
latũ deduci non poſſe, intelligi debet habito reſpectu
ad vſuras vnius anni,ſecus ſi pluriũ annorũ vſuræ duplũ conſtituerent. Sic ẽt intelligẽdus eſt tex.in l.nihil,
11 §.quod in ſingulos,ff.de naut.fœn.† vt nõ conſtituatur
duplũ ex multorum annorũ vſuris & ſorte,ſed ex ſorte,& vſuris vnius anni, & illum textum eo mõ declarat gl.ibi,in §.1. in ver.pro operis,in fine dicens, inter
oĩa ergo nõ debet vſura excedere duplum ſortis in an
no,allegat §.qđ in ſingulos. Hac quoque medela tolli-
12 tur tex.in l.pen.§.curſũ,C.de vſur.† ſi ſcilicet dicamus,
loqui de vſuris vnius anni,præcipuè cũ ille textus circa duplũ tollat antiquã diſpoſitionem, per quã vnius
anni vſuræ vltra duplũ exigebãtur à creditoribus qui
ſibi per dationem pignorum cauerant, vt gl. ibi aĩaduertit,& Mod.Gall.declarat in d.tract.de vſur.nu.46.
vbi ait, añ Iuſtinianũ conſueuiſſe tolerari exactionem
vſurarũ vltra duplum,ijs qui pignora acceperant ſibi
obligata,non ſolũ pro ſorte, ſed nominatim ẽt pro vſu
ris,l.per retentionẽ, C.de vſur. Hãc itaque nimis rigoroſam exactionem ſuſtulit Imperator in d.l.penul.ſic
etiam Lupus d.l.curabit,in 1.comment.§.3.num.54.

Nec etiam obſtat,quod inquit Bude.in ſuis annot.
ad l.1.ff.ad leg.Iul.Maie.dum ait, l.vſuræ,plus noningentis annis non fuiſſe à noſtris intellectã: quia nulla
eorũ habẽda eſt ratio, qui in his,quæ ad alienã ſpectãt
poſſeſſionẽ, manum volũt apponere, vt de eodẽ Bude.
nu.47. & de alijs,ſed tunc quidem impiè & arrogãter
nu.48.dixit Moder.Gall.in d.tract.de vſur.cuiuſmodi
hoĩes qui illotas manus in alienam meſſem tentãt inijcere,arguit temeritatis Cotta in memo.incip. vſuræ
triẽtes, col.ant.in fi.ver.ex iſtis põt teneri, vt derridet
Soc.imbecillitatẽ,qui Herm.Barbarũ in materia vſurarum ſequutus,deſciuit à ſententia gl. Bart. & aliorũ
noſtrorum Iuriſconſultorũ. In propoſito aũt nobis ſat
eſt,intellectũ noſtrũ ad d.l.vſuræ, fuiſſe à Iuriſcõſultis
cõiter receptũ,quod non audet negare Mod.Gall.nu.
47.dũ inquit,vſque ad Budei tempora, legem illã hoc
mõ intellectam fuiſſe,& non contradicit Alc. Parerg.
lib.1.c.33.in fin.in iudicando enim non ſingulares aliquorum opiniones, ſed communes ſententias ſectari
debemus,& ab eis non recedere, vt ſunt iura clara.

Cõfirmo ratione meo iudicio vrgẽtiſſima ſi vſuræ à
principio vſq; ad certũ modum aliqua rõne in annos
ſingulos ſunt pmiſſæ Hebręis, vel in recõpenſationem
vtilitatis,quã ſentit debitor ex pecuniæ vſu, vel ex dãno ꝙ ſẽtit creditor ex pecuniæ defectu, vel ex alia quauis cã,nõ dẽt ex poſt facto iniuſtũ videri ꝙ ſemel iuſtũ
fuit iudicatũ,c.factũ legitime,de reg. iur. in 6.l. in ambiguis,§.nõ eſt nouũ, ff.de reg.iur.& ſicuti ꝙ initio nõ
valet,tractu tpis cõualeſcere nõ debet,l.ꝙ initio,ff.de
reg.iur. ita ecõtra,ꝙ initio validè factũ eſt, nõ dẽt tpis
curſu infirmari, vt eadẽ ſit cõtrariorũ diſciplina. facit
13 quia tps non eſt modus tollẽdæ obligationis, † vt in l.
oblõnu,§.placet aũt,ff.de act.& oblig. Doct.in l.ſi certis annis,C.de pact.dixi in tract.alim.in ti.1.q.42.nu.
94.& taxatio vſurarum facta à principio,nõ dẽt exinde iniuſta videri,nulla ſupueniente,ſed antiqua ſemp
continuante rõne, pp q̃ exactio pmiſſa fuerat, cũ non
minus in vltimis annis,quam in primis militet cã conceſſionis. Quod ſi ratio vel cauſa aliquid faciẽdi ea eſt
quæ actũ oẽm determinat, illumque reſtringit & ampliat,vt latè per Eueta.loco à ratione leg.ampl.& generali,& in loco ſeq.certe, vbicunque eadem eſt ratio,
14 erit locus diſpõni,† l.nomen debitoris,§.fin. ff.de leg.
3.latè Tir.in tract.ceſſan.cauſ.p.1.nu.149. in facto aũt
eadẽ ſubeſt ratio exigendi vltra duplũ,quæ eſt infra p̃
cipuè,ſi dicamus,ad dupli cõſtitutionẽ cõputari nedũ
ſoluendas,ſed ſolutas quoq; vſuras,quẽadmodũ contra d.l.vſuræ,ex d.conſt.121.& 138. vult Gallus d.n.46.
in fin.& Alc.d.c.33.nam hoc modo plecteretur creditor
ſine aliqua ſua culpa,q eo ꝙ gratioſus fuerit ſuo debitori,& fortẽ non exegerit amitteret vſuras, ſicuti ſecũ
dũ ęquitatẽ l.vſuræ,eiuſq; diſpõnem,imputari poſſet

credi-

creditori,ꝙ nō exegerit vſuras,vt per Gallum, nu.46.
Nec obſtat ſi dicatur, quod idem ſeruatur circa in-
15 tereſſe,quod valorem ſortis ſuperare non pōt,†l.cū &
ſorte,ff.de act.empt.l.1. C.de ſent.quæ pro eo ꝙ inter.
vbi Doct.pręcipuè Dec.nu.4.Rebuſ.nu.147.& nu.369.
Bereng.nu.197.& nu.244.Lup.d.§.3.nu.54.qa diuerſa
eſt ratio:intereſſe enim eſt momentaneū,& ſi à princi
pio non excedit modū legitimum, nūquam excedere
pōt,vt in pęna dicebat Gallus d.nu.45.in fi.vſuræ autē
continent ſucceſſiuam præſtationem,& recipiunt mul
tiplicationem, ideo ſicuti modus fuit impoſitus vſu-
rarum pręſtationi,ne in annum ſoluãtur vltra duplū,
ita rectè datus eſt modus ne intereſſe ſortem excedat.
Et ratio terminandi vſurarum curſum ad duplum,
quæ allegatur à Lup.in d.§.3.n.50. ne vſuræ oēs hoīum
facultates depaſcantur p perpetuum progreſſum, nō
releuat:quia ſi vſura iuſta eſt & pmiſſa,non eſt curan-
dū, qđ per ſolutionē debitor expolietur ſuis bonis,ſi-
cuti dicet nemo denegari creditori ex vēdito, mutuo,
vel alio licito contractu, exactionem ſui crediti, qñ p
ſolutionē debitor redigeret ad inopiam: certis enim
caſibus & in fauorem certarum tm̄ perſonarum indu
ctū eſt,ne quis exigat vltra quam facere pōt, deducto
ne egeat,vt ſunt pater,filius,frater vtrinq; cōiunctus,
16 patronus,donator,maritus,ſocer,& alij,quos †recen-
ſui in tract.alim.tit.1.q.78.per totam,contra reliquos
nulla habita paupertatis futuræ ratione,exactio per-
mittitur in ſolidū. Vnde non eſt bona conſideratio,di
cere,ſi ſoluat integrū debitū,erit pauper; nec lex con-
ſueuit ſe ita vni piam exhibere,vt alij iniuriam faciat;
Quod ſi creditori obijciatur culpa quod ſortem non
exegerit, nil aliud erit quam pœnam infligere, quia
fuerit obſequioſus & benignus ſuo debitori,& hoc ca
ſu melioris erit cōditionis rigidus & acerbus exactor,
quam placidus & mitis,vt in ſimili cōſiderat Gallus,
nu.46. vltra quod debitor non poteſt culpā opponere
17 ex qua lucrum ſenſit, vel ſaltem nullum damnū, † l.ſi
vehenda,§.1.ff.ad leg. Rhod.de iact.Caſt.cōſ.136.vol.
1.probaui in conſ.101.nu.24.Cran.in conſ.3.nu.24. &
vbi creditor ſit in culpa,eo quod nō exegerit, debitor
non eſt in minori culpa,eo quod nō ſoluerit,& ita mu-
tua cōpenſatione vnius alteriuſque culpa tolli debet,
18 † c.pen.et c.fi.de adulte.vbi Doct.omnes,l.viro,atque
vxore,ff.ſol.marr.l.ſi ambo,ff.de compēſ.& cum maior
ſit obligatio ex parte debitoris reſpectu ſolutionis,
quam ex parte crediroris reſpectu exactionis, maior
eſt debitoris culpa quam creditoris. Nō omitto quod
non poteſt dolus aſcribi creditori quod non exegerit
ſingulo anno vſuras,attento, qđ id cedit in eius dānū,
qui dicitur tanto minus exigere quanto tardius exi-
git,§.plus autem,Inſt.de actio.et dolus ſine lucro non
19 præſumitur,†l.ſi cum ſcires,ff.de dolo, Bal.conſ.250.
vol.1.Crau.conſ.18.nu.22.et fatuus non doloſus eſſet
creditor, qui cum poſſet vſuras exigere ſingulo anno,
et ex eis tanq̃ ex ſorte nouum lucrū conſequi differret
exactionem, vt exinde egregiam quantitatē poſt mul
tos annos haberet,eſſet enim hoc non lucrari, ſed per
dere,non ſuæ ſed alienæ potius vtilitati proſpicere.
Nec dicaī,non videri veriſimile, quod leges volue-
rint conſulere indemnitati debitorum,qñ viuræ in an
no excederent ſortem,ex quo perraro id contingit, et
vix credibile eſt vnquam eueniſſe ſimilem caſum,cum
tñ lex ad ea debeat aptari quæ frequenter accidunt, l.
nam ad ea,ff.de legib. contra vero frequenter eueniat
vſurarum curſum multis in annis ſortē ſuperare. Re-
ſpondeo enim,quod ob multas Italiæ calamitates,tā-
ta aliqñ pecuniæ inceſſit egeſtas, vt vix inueniri poſ-
ſent qui mutuarēt ſub vſura quæ ſorti erat æqualis, vt
de ſuis tēporibus teſtatur Cotta in Mem.incip. Vſuræ
triētes, col. fi. et ideo videmus de cētesima vſura mul
20 ta in legib.fuiſſe ſtatuta,quæ tñ exequat ſortē, † ſcđm
gl.in l.eos,§.1.in ver.tertiā,C.đ vſu.& in l.1.in fi.C.de
his quib.vt īdig.& in §.licētiā,in ver.cēteſimę,in Auth.
de alien. & emph.& in c.ea enim,10.q.2. in c.qm̄ mul-
ti,47.diſt.vbi Io.de Turrec. Azo in ſum.C.de nau.fęn.
Iaſ.in l.ſi non ſortem,in prin.ff.de cond.inde. Cotta in
d.Mem.incip.vſuræ trientes,per totum,quib. in locis
apparet,vſuras ſępe fuiſſe ſorti æquales;& quāuis mul
ti vſuram intelligant centeſimā dici, quę in centū mē-
21 ſibus ſortem æquat,†vt declarat Herm.Barb.ad Plin.
lib.14.c.4.in ſecunda caſtig.Soc.in l.3.§.item ſi Reipu-
blicæ, ff.ad leg.Falci. & ſequuti ſunt alij citati à Mod.
Gall.in tract.de vſur.nu.49. vbi dicit verū hūc ſenſum
diu delituiſſe ob ignorātiam bonarum literarū, qui ēt
placuit Did.var.reſol.li.3.c.9.nu.6.vbi addit Alc.eiuſ-
dem opinionis fuit Stracca in tract.de aſſecut.in præ-
fat.nu.18.& Decian.in conſ.76.nu.32.vol.4.tñ negari
non pōt, quin prior opinio cōior ſit & grauiores hēat
aſſertores,ſed vbi ēt vltima præualeret,ſaltem ex prio
ri apparet,gloſsā & Doct.nō habuiſſe,pro re noua vel ab
ſurda,quod extet vſura æquiualens ſorti, ſiue enim cē-
teſima ea appelletur,ſiue alio noīe nuncupetur,ſat eſt,
quod admittāt eius qualitatis vſurā reperiri, & ſane,
non tā grauis eſſet centeſima vſura,quantū fingitur, ſi
centū menſib.tantum accederet ad ſortis æqualitatē;
noſtris enim temporibus vidimus in Pedemontana
regione permitti decreto publico vſurā Hebręis, quæ
triennio ſortem æquat,etiam alibi quadriennio.
Non omitto circa textum in d.l.vſuræ,C.de vſuris,
quòd ſi bene conſideretur,intelligi nō poſſe ſcđm ſen-
ſum Alc.Bud.& aliorum:nam contineret manifeſtam
iniquitatē, ſi de vſuris loquereī pluriū annorū, vellet-
que ad conſtituendum duplu enumerari ſolum vſuras
ſoluendas,ſed nō ſolutas; ita enim intelligunt pdicti,
volentes,quod vſuræ iā exactæ non cōputentur ad fa-
ciendū ſortē, quænā diuerſitatis rō conſtitui pōt inter
exactas & nō exactas vſuras,& primæ nō proficiāt de-
bitori,ſecundæ aūt computētur: cum vero nulla ſit di-
uerſitatis rō, idē vtroq; caſu ſtatuendū erat,l. illud, ff.
ad leg.Aqui.l.à Titio,ff.de verb.obl.Alex.cōſ.53.nu. 3.
22 in 4.quia eadem rō decidit oēs caſus†qui veniunt ſub
rōne,non p extenſionē,ſed per cōprehenſionē,Petr.&
Cin.in l.iura,C.de leg.Alex.in cōſ.75.nu.3.vol.5.Abb.
in cōſ.75.col.pen.vol.1.quinimo,†l.ſi nō ſortē, in prin.
ff.ſi cert.pet.habemus expreſſum,quod vſurę ſupra le-
gitimū modū ſolutę,ideſt ſupra duplū,repetuntur tan
quam indebitè ſolutæ, & ibi declarant omnes Docto.
ergo fatendū eſt, ſolutas vſuras venire in cōputationē
ad conſtituendū duplum,aliàs ſi non computarentur,
repetitio earū non concederetur, quia non diceretur
quantitas excedere duplū, & Mod.Gallus in d. tract.
nu.47.in fi.ver.ex prędictis generaliter conſtituit cōclu
ſionem,quod quā primum vſuræ ſortē æquauerint, tūc
ſiue ſolutæ,ſiue non,ſtatim ipſo iure deſinunt currere,
& tñ textus loquitur ſolū de ſolutis. Quod ſi ad euitā-
dum argumentum, intelligamus textu loqui non ſolū
de ſolutis,ſed ēt de ſoluendis,vti interpretatur gl.ibi,
tunc deſtruitur ſenſus:quia ſi neque ſolutæ neque ſol-
uēdæ cōputātur, ad conſtituendū duplū,nunquā veri-
ficabitur quod vſuræ conſtituant duplum:nam ſolutæ
non cōputantur,vt diſerte tex.dicit,ſoluendæ quoque
non connumerantur,ſecūdum glo. interpretationem:
duplū ergo ex quibus vſuris fiet,certe nullę ſuperſunt,
ſed omnes ſunt vel ſolutæ, vel ſoluendæ; fateri itaque
23 neceſſe eſt,†quod textus differentiā non conſtituit in-
ter ſolutas, & ſoluendas, ſed eodē mō de vtriſque ſta-
tuit,ſed diſcrimen conſtituit inter ſolutas per tēpora,
ideſt per annos, & ſolutas inter vnū & idem tempus,
ideſt

Digitized by Google

ideſt intra annum, ita ſcilicet, vt primæ nõ proficiant ad faciendum duplum, ſecundæ autem computentur; Qui ergo verum ſenſum illius textus ſe gloriantur excogitaſſe, & Gloſ. Doctoribuſque inſcitiam exprobrarunt, egregium commentum fecerunt, & grauiſſimo lapſu verum textus ſenſum deſtruendo, in tenebras inciderunt, quas alijs obijcere credebant.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio deſtruitur ob vitium obreptionis.*
2 *Inſtitutio facta de filio tanquam legitimato, deſtruitur corruente legitimatione.*
3 *Generalis clauſula ſequens, reſtringitur ad ſpecialẽ expreſſã.*
4 *Teſtes plures paucioribus præferuntur, & digniores minus dignis.*
5 *Legitimatus habet intentionem fundatam ſuper inſtrumento legitimationis.*
6 *Teſtes de auditu faciunt præſumptionem.*
7 *Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ.*
8 *Legitimatio non corruit propter obreptionẽ, quando id quod falſo fuit expreſſum, non poterat remouere legitimantem, vel difficiliorem reddere.*
9 *Obreptio non vitiat legitimationem, quando intendebat comes legitimare contra omnes defectus.*
10 *Legitimatio filij tanquam ſpurij ſuſtinetur, quamuis eſſet inceſtuoſus, vbi adeſt clauſula, Non obſtantibus legibus quibus cauetur quod baſtardi, naturales, ſpurij, & inceſtuoſi, copulatiuè, vel diſiunctiuè non poſſint legitimari.*
11 *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant.*
12 *Exceptio non ampliat regulam, ſed declarat quid ſub ea contineatur.*
13 *Clauſula, Omni meliori modo, operatur quod diſpoſitio nõ reſtringatur ad ſpecificata, & hẽt vim ſpecialis derogationis.*
14 *Legitimatio facta cum clauſula, omni meliori modo, ſuſtinetur etiam ad præiudicium legitimorum.*
15 *Etiam, dictio, exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem, & auget diſpoſitionẽ præcedentẽ.*
16 *Clauſula, Volentes omnia obſtantia haberi pro expreſſis, operatur idem, ac ſi eſſent expreſſa.*
17 *Clauſula, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, poſita in legitimatione, operatur etiam quando conſtat legitimationem fuiſſe poſtulatam a parte.*
18 *Matrimonium licet inſpecta veritate ſit nullum, tamen ſi alter ex coniugibus ſit in bona fide, filij nati ſunt legitimi.*
19 *Ignorantia præſumitur.*
20 *Spurij non legitimantur per ſequens matrimonium, licet naturales legitimentur.*
21 *Filij ſuſcepti ex affine, vel coniugata ante matrimonium, dicuntur naturales, & legitimantur per ſequens matrimonium, quando vterque vel alter eorum ignorabat affinitatem, vel coniugium.*
22 *Expreſſio falſitatis, vel omiſſio veritatis, facta ſine dolo, & per ignorantiam, non vitiat gratiam.*
23 *Legitimatio non vitiatur licet non fuerit expreſſa veritas, ſi tamen per ignorantiam id factum ſit.*
24 *Matrimonium captiuitate diſſoluitur.*
25 *Falſum non dicitur, quod aliquo modo continet veritatem, etiam inſpecto primordio.*
26 *Legitimatio eſt actus iuris ciuilis, & dicitur actus legitimus.*
27 *Legitimatio conſiſtit in ſola Principis auctoritate.*
28 *Inceſtus pœna de qua in Auth. Inceſtas, C. de inceſt. nup. vt quis puniatur, neceſſe eſt, vt nuptiæ dicuntur, & ſint inceſtæ, eo modo quo intelligit ius ciuile, nec ſufficit quod tales ſint inſpecto iure canonico.*
29 *Naturali filio vt relinqui poſſit vncia, requiritur vt ſit naturalis ſecundum iura ciuilia.*
30 *Vbi non agitur de matrimonio, vel eius effectu, vel conſecutionis, ſed de ſucceſſione, ſemper attenditur ius ciuile.*
31 *Princeps non ſolum per Reſcriptum, ſed etiam per legem generalem poteſt habilitare naturalem vel ſpurium ad ſuccedendum.*
32 *Legitimari poteſt filius ſacerdotis a laico.*
33 *Alius, dictio, importat ſimilitudinem, & implicat caſus ſimiles.*
34 *Simile non eſt idem.*
35 *Clauſula generalis generaliter operatur, & non reſtringitur ad ſpecificata, vbi ratio recti ſermonis non admittit.*
36 *Generalis clauſula loquens de alijs caſibus, non reſtringitur ad ſupra expreſſos.*
37 *Teſtibus factum plenè non narrantibus, non creditur.*
38 *Teſtes deponentes in ſpecie, præferuntur ijs, qui in genere deponunt, etiamſi deponentes in ſpecie ſint pauciores.*
39 *Inueriſimilia deponentibus non creditur, & ſunt ſuſpecti de falſo.*
40 *Teſtibus deponentibus veriſimilia magis creditur, quam alijs, etiam pluribus.*
41 *Teſtes ſingulares, non probant.*
42 *Teſtes pro reo producti præferuntur.*
43 *Filius præſumitur naturalis, & non ſpurius, & poterit inſtitui ſi aliqui dicunt mulierem habere maritum, alij vero quod non.*

CONSILIVM CCCIII.

TOTIVS controuerſiæ coram excellentiſſimo Senatu Montisferrati vertentis inter M. D. Conſtantinũ de Platea, & M. D. Liuium etiam de Platea, ſuper hæreditate q. D. Io. Angeli de Platea, pondus omne conſiſtit in legitimatione D. Liuij, quæ videtur nulla ex eo, quòd Comiti legitimanti dictum fuit eum eſſe naturalem, & natum ex matre ſoluta, cum tñ ſeptem teſtibus probatũ appareat, eam coniugatam fuiſſe tpe conceptionis, & natiuitatis D. Liuij, & nuptam cuidam Io. Ombreſio.
1 Vitium enim obreptionis legitimationẽ deſtruit, † c. poſtulaſti, c. noſtræ, c. cæterum, de reſcript. & obreptio magis vitiat q̃ ſubreptio, Bald. in l. præſcriptione, C. ſi cõtra ius, vel vtil. publ. vbi ait, quòd modica obreptio annullat. Et qñ dicitur aliquem eſſe naturalem, qui tñ ſit ſpurius, & natus ex coniugato, vel coniugata, legitimatio caret viribus, vt multis probat Alex. in cõſ. 60. num. 40. vol. 2. Soc. conſ. 47. nu. 26. vol. 4. Goza. in conſ. 26. nu. 20. Ruin. conſ. 73. col. 1. vol. 3. Soc. iun. conſ. 100. num. 8. vol. 2. & poſſent allegari infiniti, eſt enim communis regula, quod legitimanti exprimẽda eſt diſtincte qualitas legitimãdi, ſi eſt naturalis, ſpurius, vel inceſtuoſus, vt inquit Butr. in c. per venerabilem, col. 15. verſ. nũc venio ad ſecundum, qui fil. ſint legitimi, quia difficilius diſpenſatur cum ſpurio, vel inceſtuoſo, quã cum naturali, & ſi facta eſſet mentio ſpurietatis, forte abſtinuiſſet a legitimando; quia ſi vitiatur legitimatio, vtique corruit & inſtitutio quam de eo fecit D. Io. Angelus in ſuo teſtamento, quia credidit ipſum eſſe legitimatum, & tanquam talem inſtituit, corruente autem legitimatione, ipſa quoque deſtruitur inſti-
2 tutio, † Caſtrenſ. in l. eam quam, col. 2. verſ. & per iſtã legem, C. de fideic. cuius ſententia non habet cõtradicentem, vt inquit Dec. in conſ. 176. nu. 3. alios citãs, in conſ. 1. nu. 6. Rol. conſ. 12. nu. 28. vol. 4. Rim. conſ. 611. nu. 16. Aſcan. Clem. de patr. poteſt. c. 5. nu. 59.

Et non obſtat, quòd legitimatio facta ſit, non ſolum quia eſſet naturalis, ſed ẽt vbi eſſet ſpurius, quia dixit Comes, etiam ſi maiorem, aut alium defectum pateretur, quia reſpondetur, quod tolleret quidem obreptionis vitiũ, ſi nullus in ſpecie defectus fuiſſet expreſſus, hæc enim generalia verba, eo caſu referuntur ad om-

Digitized by Google

nẽ defectum,ſed cũ particularis ille naturalitatis de-
fectus fuerit expoſitus,generalis clauſula ſequens, re-
3 ſtringitur ad ſpecialẽ expreſſam, † ita in ſpecie ponit
Caſtr.in conſ.30.circa fin.verſ.ſed certe iura ſupra di-
cta,vol.1.Ruin.conſi.88.num.10.& ſeq.vol.3.Roland.
conſ.89.nu.48.vol.1.Menoch.conſi.181.num.5.

Non ẽt mouet,quod multi teſtes pro D.Liuio depo
nũt,Ioannem Ombreſium eo tempore mortuum fuiſ
ſe Meſſanę,quia multo plures num.& grauiores,ac no
biliores,imò deponũt ſuperuixiſſe illum, & Tunetum
perueniſſe,indeque captiuũ ductum fuiſſe Conſtanti-
4 nopolim,plures.n.paucioribus.præferuntur,† gl.in c.nõ
ſtra,de teſtib.Alex.conſ.86.col.2.vol.2.Pariſ.conſ.112.
col.pen.vol.1.Marſ.conſ.113.nu.47.& digniores præ-
ualent minus dignis,l.3.§.eiuſdẽ,vbi Bart.ff. de teſtib.
Butr.in c.2.de elect.Alex.conſ.43.col.1.in fin.vol.3.

Diligenti tñ præmiſſa conſideratione concludo le-
gitimationem eſſe validam, & ſuſtineri teſtamentum
D.Io.Angeli, & conſequenter D.Liuium manutenen-
dum in poſſeſſione dictæ hæreditatis,& a petitis abſol
uendum eſſe,habet.n. fundatam intẽtionem ſuper in-
ſtrumento legitimationis,qđ probat illum eſſe legiti-
mum,& naturalem,ita ꝙ quicunque vult contrariũ di
5 cere,tenetur probare,† vt in terminis inqt Goza.conſ.
48.nu.11.Soc.iun. conſ.93.nu.16.vol.3. & idem voluit
Bero.conſ.57.nu.12.vol.2.Rolan.conſ.61.nu.28.vol.1.
conſ.12.nu.29.vol.4.dixi in conſ.1.nu.24.& ſequen.

Secundo, Iſabellam matrem fuiſſe eo tpe ſolutam,
& non nuptam, probant quatuor teſtes pro D. Liuio
producti,qui dicũt in expeditione Tunetana fuiſſe Ioã
nem Ombreſium ſuper claſſe Catholica aduectũ Meſ-
ſanam,atque ibi de anno 1573.graui morbo correptũ,
& in hoſpitale Meſſanẽſe expoſitum, occubuiſſe,ſeque
eum mortuum ſepelire vidiſſe. Duo aũt alij teſtes,illũ
dicunt vidiſſe in eodem hoſpitale moribũdum, atque
expirantem animã dimiſiſſe,deſperata omni eius cor
poris ſalute. Duo item atteſtantur audiuiſſe a D.Fab.
de Inciſia,quod ille Meſſanæ diẽ ſuum obierat. Extat,
& alius,probans vidiſſe librum hoſpitalis prædicti,in
quo ſcripta erat mors dicti Ioannis,qui teſtes de audi
tu,licet non plenè probent, faciunt tñ præſumptionẽ,
6 † ſecundum Archid.in c.hoc videtur,22.q.5.Fel.in c.tã
literis,de teſtib.Dec.conſ.82.col.1.Ruin.conſ.106.nu.
17.vol.5.Natta in conſ.52.nu.9.Rolan.conſ.82.nu.57.
vol.2.Cæphal.conſ.140.nu.29. & conſ.338.nu.33. vbi
allegat Rom.Corn.Dec.Marſ.& Soc.iun. vel omni ca-
ſu,non leue adminiculũ, ſecundum Rip.in l.1.nu.88.ff.
ſi cert.pet. Cæph.in conſ.435.nu.86. & Benint.in Rot.
Bonon.deciſ.67.num.8.quibus accedit, qđ idem ſolus
Ombreſius nõ legitur in albo ſeu notula in qua oẽs de
ſcribuntur milites,qui in expugnatione Tunetana ca-
pti fuere a Turcis,vnde infertur eum captum non fuiſ
ſe,quia hoc modo probatur negatiua,qñ ex inſpectio-
7 ne ſcripturæ non legitur,† not.in l.fin.C. de reb. cred.
Natta conſ.446.nu.9.Rol.d.conſ.82.nu.50. Crau. pro
genero, nu.423. alios citaui in conſ.151.nu.36.ꝙ ſi ca-
ptus non fuit,fatendum eſt mortuum fuiſſe,quia noto
rium eſt, omnes milites qui illi expeditioni adfuere,
vel mortuos, vel captos fuiſse. Addatur,quod milites
oẽs capti in ea expeditione fuerunt redempti, vt con-
ſtat ex proceſſu, & Ioannes nullo in loco legitur re-
demptus fuiſse;dicendum eſt ergo,illum deceſſiſſe.

Non igitur obſtabit,quòd legitimatio ſit nulla tan
quam obreptitia de filio naturali, qui tñ erat ſpurius,
quia ſi hoc eſſet verum,non tñ legitimatio corrueret;
quandoquidem obreptio non vitiat conceſſionem, qñ
id quod falſo fuit expreſſum,non poterat remouere le
8 gitimantem,vel difficiliorem reddere,† Bart. Bald. &
alij,in l.præſcriptione, C. ſi contra ius, vel vtil.publi.
Soc.iun.conſ.70.in fin.vol.1.Rolan.conſ.96.nu.40.vol.
3. Dec.conſi.... nu.148.vol.1.Rim.conſ.611.nu.85.&
quando conſtat, quod Comes legitimaſſet etiam ſi vi-
tium fuiſse realiter expreſſum,omiſſio vel falſa expo-
ſitio,legitimationẽ non annullat,vt in ſimili dicit An-
charan.conſ.295.nu.8. vbi ait, quod etſi ex regula can
cellariæ collatio beneficij ſit nulla, quando non expri-
mitur verus valor, ſed minor, tamen quando conſtat,
quòd Papa etiam certificatus de maiori valore, erat
nihilominus conceſſurus,tunc obreptio non vitiat.Et
in terminis,quod valeat legitimatio ſpurij,etiam ſi di-
ctum ſolum fuerit eum eſſe naturalem, ſi tamen appa
ret,quòd legitimans voluerit tollere defectum ſpurie
tatis,voluit Socin.conſi.63.num.5.& 10.vol.3.Gozad.
conſi.85.num.23.Pariſ.in conſ.15.num.27. & pluribus
ſequen.vol.2.Bero.conſ.168.num.5.vol.2.vbi ait,obre
ptionem non nocere quando intendebat Comes legi-
9 timare contra omnes defectus. † Idem repetit in con-
ſilio 172.nu.18.Rolan.in conſ.12.nu.44.vol.4.In facto
autem noſtro, ex multis conſtat, quod voluit Comes
D.Liuium legitimare etiam ſi eſſet ſpurius.

Et primo,quia continet legitimatio Clauſulã,Non
obſtantibus legibus, quibus cauetur qđ Baſtardi,Na-
turales,Spurij, & Inceſtuoſi,copulatiuè, vel diſiũctiuè
non poſſint legitimari, & non obſtante lege poſita in
Auth.Quibus mod.natur.effic.ſui, quæ Clauſula, cum
non poſſit referri ad ſpurios,demõſtrat Comitem fuiſ
ſe legitimaturum etiam ſi dictum ſibi fuiſſet Dom. Li
uium eſſe ſpurium, ita voluit expreſſè Bald. in l. eam
quam,num.36.C.de fideicom.vbi dicit,quod ſtante di
cta Clauſula,ſuſtinetur legitimatio filij tanquam ſpu-
rij quãuis eſſet inceſtuoſus,quia ex ea Clauſula appa-
ret de mente legitimãtis, ex quo declarat intentionẽ,
10 licet non augeat gratiam. † Idem dicit in Auth.Si qua
illuſtris,nu.50.C.ad Orfic.vbi ait, quod Clauſula, Nõ
obſtãte,omnia ſupplet. Et ideo licet ſit inceſtuoſus, &
dictum ſolum fuerit quod ſit illegitimè natus, ſufficit
pro ſuſtinẽda legitimatione. Sequitur Capra in conſi.
157.nu.8.Fel.in c.poſtulaſti,col.5.in verſ.declara præ-
dicta primo,de reſcript.vbi ait,qđ illa clauſula purgat
omnes defectus a Principe ignoratos, Goza.conſi.48.
nu.14.vbi allegat Ang.Bal.Rom. & Soc.Alex. in conſ.
195.num.7.vol.2.Curt.ſen.in conſ.35.col.4. in fin. vbi
allegat Roman.& Alex.Soc.conſ.63.nu.6.vol.3. Pariſ.
in conſ.15.num.67.volum.2.id quod procedit facilius
quando Clauſula non eſt ſimplex,& abſoluta,ſed ſpe-
cialis ad certa iura, vt in caſu noſtro, vbi derogatur
ſpecificè legi poſitæ in Auth. Quibus modis natur.ef-
fic.ſui, & legit. dicenti ſpurium nõ poſſe legitimari, vt
optimè conſiderat Alex. d.conſ.195. Pariſ. d.conſ.15.
nu.67.& Crau.nouiſſimè,in conſ.687. nu.6. vbi maxi-
mam conſtituit differentiam, quòd tollantur ſimplici
ter omnia obſtantia, vel ꝙ dicatur ſpecificè, non ob-
ſtãte tali lege,vbi enim Clauſula eſt ſpecialis,tunc ha
betur,ac ſi defectus eſſet in indiuiduo expreſſus,& le-
gitimans dicitur de eo cogitaſſe in ſpecie. Addo aliã
rationẽ diuerſitatis, quia generalis derogatio obſtan
tium reſtringitur, & reſtringi poteſt ad defectum ex-
preſſum, ſed ſpecialis non; quia ſi lex cui derogatur,
loquitur de ſpurijs,vtique derogatio nõ conuenit na-
turalibus,ideo vt derogatio ſit conueniens,fatendum
eſt, Principem voluiſſe legitimare etiam ſi fuiſſet ſpu
rius,quia talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata demon
11 ſtraut,† Bellon. conſilio 40.num.3. Neuizan. conſilio
92. numero 4. Hinc dicimus, quod exceptio non am-
pliat regulam, ſed declarat quid continetur ſub re-
12 gula,† Lup.& Gem.io cap. qui ad agendum, de Procu
rator. in 6. Alexan.in l.fin.numero 4. ff. quod quiſque
iur. Tiraq.de retractu cõſang.in fi.nu.95.& poſſet in-
finitis

Digitized by Google

finitis deciſionibus exornari; & hoc eſt ꝙ dixit Bal. in
locis prædictis, Clauſulam prædictam non augere, ſed
declarare gratiam. Et quod hęc Clauſula ſuppleat de-
fectum ſpurietatis omiſſum, voluit etiam Menoch. in
conſil. 19. num. 25.

Secundo, voluntas Comitis legitimantis deprehen
ditur ex Clauſula, Omni meliori mõ, &c. quæ legitur
appoſita in ipſa legitimatione, dum dixit, qđ D. Liuiũ
legitimauit, & legimat, ex omni poteſtate ſibi attribu-
ta, & omni meliori modo quo poterat. Hęc aũt Clauſu
la operatur, ꝙ diſpoſitio nõ reſtringitur ad ſpecifica-
13 ta, † Bal. in l. vnũ, & ibi Doct. ff. ſi cer. per. Ruin. conſ. 9.
nu. 9. vol. 5. Rim. cõſ. 116. nu. 50. Simõ de Pret. de inter-
pret. vlt. volũt. lib. 2. dubitatione 1. interpretatione 2.
ſolutione 4. nu. 1. & 19. Card. Mantica, de coniect. vlt.
volunt. lib. 3. tit. 14. nu. 11. vbi poſt Bal. dicit, quod ſi a-
ctus non poteſt ſuſtineri ſcđm expreſſa, ſuſtinetur ſecũ
dum ea, quæ congruẽtius potuiſſent exprimi. Et dicta
Clauſula habet vim ſpecialis derogationis. Soc. in cõ-
ſil. 173. nu. 4. vol. 2. & cõem dicit Card. Mant. d. tract.
lib. 12. tit. 8. nu. 19. Simõ loco prædicto, nu. 25. & ſeq. Et
ideo licet legitimatio non valeat qñ non fuit Comiti
ſignificatum ꝙ extent filij legitimi, & naturales, vt in
Auth. Quib. modis nat. effic. ſui, §. illud, ſi tamen legi-
timatio fiat omni meliori modo, tunc ſuſtinetur ẽt ad
14 præiudiciũ legitimorum † Ita concludit Alex. in conſ.
188. nu. 14. vol. 5. ſequitur Ruin. in conſ. 68. nu. 4. vol. 3.
& in terminis, ꝙ illa Clauſula, ſuſtineat legitimationẽ
factam filio naturali, qui tñ verè erat ſpurius, probat
Gozad. in conſ. 48. nu. 13. Menoch. in conſ. 19. nu. 25.

Tertio, colligitur legitimãtis volũtas ex alia Clau-
ſula adiecta. Etiã ſi maiorẽ nataliũ defectũ pateretur.
Quæ clauſula manifeſtè demonſtrat, ꝙ Comes non vo
luit legitimationẽ reſtringi ad defectus expreſſos, ſed
ad tacitos quoque extendi: nã dictio, ẽt, exprimit caſũ
15 magis dubitabilẽ, & implicat minus dubitabilem, † l.
ẽt, ff. ſol. matr. & perinde eſt, ac ſi dictũ fuiſſet, ꝙ legiti-
mat non ſolũ ſi eſt ſimpliciter naturalis, ſed ẽt ſi ſit ſpu
rius, vel maiori laboret nataliũ vitio; vt ĩ ſimili arguit
Purpu. conſ. 12. nu. 14. auget. n. dictio prædicta, diſpoſi
tionẽ præcedẽtẽ, l. etiã, & l. fi. C. ſi tut. vel cur. Ruin. cõſ.
89. nu. 6. vol. 1. & in conſ. 53. n. 19. vol. 2. vbi dicit, ꝙ ſtat
augmentatiuè, ita, vt non ſolum includat, ꝙ ſupra fuit
expreſſum, ſed ẽt alia, vt per eũ. Et in terminis, ꝙ natu-
ralis legitimatus etiam ſi maiorem pateretur defectũ,
efficiatur legitimus, etiam ſi eſſet ſpurius, voluit Bero.
in conſ. 168. nu. 5. vol. 2. Rolan. in conſ. 12. nu. 43. vol. 4.
& cum in caſu noſtro, illa Clauſula, Etiam ſi maio-
rem, &c. legatur repetita, arguitur magis enixa legi-
timantis voluntas, ad notat. in l. Baliſta, ff. ad Trebel.

Quarto, colligitur volũtas legitimãtis ex Clauſula,
qua voluit exceptiones omnes atque omnia obſtantia
haberi pro expreſſis, operatur autem idem, ac ſi eſſet
16 expreſſum, † ꝙ erat ſpurius. Ita ferè in terminis Butr.
in conſ. 2. circa fi. ſequitur Pariſ. d. cõſ. 15. nu. 66. vol. 2.
poſt Curt. ſen. conſ. 35. col. 4. verſ. & plus, quia ibi dicũt
quod fingi poteſt expreſſum, quidquid fuit omiſſum.

Quinto, voluntas legitimantis ſignificatur ex Clau
ſula illa, Motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitu
dine poteſtatis. De qua ponit latè Pariſ. d. conſ. 15. nu.
58. & ſeq. vbi vult, illam operari, etiã quando conſtat
17 legitimationem fuiſſe poſtulatã à parte, † Curt. ſen. d.
col. 4. verſ. & plus quã. Menoch. d. conſ. 19. nu. 25. Om-
nibus ergo prędictis ſimul iunctis, nemo negabit quin
eodẽ modo Comes legitimaſſet hunc filium, ſi fuiſſet
ei dictũ eſſe ſpuriũ, ergo legitimatio nõ corruit propte
rea ꝙ id fuerit omiſſum, vel etiã falſo expreſſum. Quæ
omnia procedunt ſine dubio, ſtante facultate Comiti
cõceſſa, à Pontifice & Imperatore, legitimandi ẽt ſpu-

Lib. III. Conſ. Io. Petri Surdi.

rios, & ſupplẽdi quoſcũq; defectus, & alia etiã maiora
faciendi, vt prædicti ferè omnes Doct. conſiderãt. Quę
ſnĩa coadiuuatur ex Clauſula, Etiam ſi tales eſſent, de
quib. fieri deberet expreſſa, & ſpecifica mentio, illa nã-
que importat claram adeo diſponentis mentem, vt nil
aliud quærere debeamus, ac ſi vitiũ fuiſſet expreſſũ, vt
poſt Bart. Bald. Iſern. Imo. Ang. Eleaz. Feder. Sen. Ana.
& Alex. declarat in materia legit. Goz. in cõſ. 6. nu. 54.

Secundo principaliter reſpondeo, ꝙ D. Liuius verè
eſt naturalis, & non ſpurius, quia natus fuit ex ſoluto,
& ſoluta, & id fuit (prout in principio dixi) probatum
pluribus teſtibus, q affirmant Ioan. Ombreſiũ Iſabellæ
matris maritũ deceſſiſſe Meſſanæ, dũ cũ ceteris militi-
bus Tunetũ nauigaret. Sed vbi etiã diceremus, illũ ve-
rè tũc non deceſſiſſe, certè non minus erit naturalis: nã
& nuncius de morte, & tot teſtes de viſu deponentes, ſi
mortem verè nõ probãt ſaltem iuſtã credendi cauſam
Iſabellæ vxori præbuere, q̃ iuſta cauſa ſufficit ad facien
dũ, ꝙ filij per eã concepti ex alterius concubitu, ſint na
turales, & non ſpurij, videmus. n. in filijs legitimis ita
ſeruari, ꝙ licet matrimoniu ſuſpecta veritate, ſit nullũ,
ſi tñ alter ex coniugibus ſit in bona fide, filij nati ſunt
18 legitimi, † c. ex tenore, & c. peruenit, qui fil. ſint legit.
Didac. latè poſt alios, in Epit. de ſpõ. p. 2. c. 8. §. 1. n. 1. &
2. Pariſ. latè d. conſ. 15. nu. 44. in 2. vol. Duen. Reg. 150.
lim. 2. In caſu aũt noſtro non ſolũ mater fuit in bona fi-
de, ſed etiã pater. i. D. Ioan. Angelus, q credidit eã eſſe
ſolutã, & hæc ignorantia in D. Io. Angelo præſumitur,
19 † poſtquã non probatur contrariũ, l. verius. ff. de ꝓba.
Gemin. conſ. 66. nu. 5. in princ. Curt. iun. conſ. 26. nu. 6.
Sal. in l. q̃ adulterium, nu. 4. C. de adult. Pariſ. d. cõſ. 15.
nu. 44. ſicuti aũt non obſtãte matrimonij nullitate filij
ſunt legitimi, ꝑꝑ bonã fidem vtriuſq; vel alterius con-
iugũ, ita nati ex coniugato ſunt naturales, & non ſpu-
rij, ſi vterque, vel alter parentũ ſit in bona fide, id quòd
probatur hoc modo: certũ eſt, ꝙ ſpurij non legitiman-
20 tur per ſequens matrimoniũ, licet legitimẽtur † natu-
rales, c. tanta, vbi Doct. qui fil. ſint legit. Duen. Regul.
350. limit. 3. at ſi quis concubuit cũ affine, q̃ ignorabat
eſſe affinem, vel cũ coniugata, q̃ credebat ſolutam, vel
ignorabat coniugatã, ſuſcipiatque filios, illi legitimã-
tur per ſequens matrimoniũ, & ante matrimoniũ dicũ
21 tur naturales, & non ſpurij, † Ita expreſsè dicit But. d.
c. tãta, nu. 9. vbi ſubdit, eſſe bene notandũ, ſiue vterque,
ſiue alter ſolus ignoraſſet, & voluit gl. 2. ibi, dũ requi-
rit, ꝙ cognita mulier ſit conſcia adulterij, vt filij non le
gitimentur, dicens, quod ſi ignoret filij legitimabũtur,
ſequitur Prępoſ. in c. quod nobis, nu. 7. vbi ait, eſſe nota
bilem determinationem, per q̃ extenditur c. tanta, vt
ꝙ dicitur de matrimonio, locũ habeat, & in concubi-
natu. Hanc ſnĩam probauit Gem. in conſ. 66. nu. 5. verſ.
circa tertiũ dubium. Ludou. de Sard. in tract. legit. fol.
6. col. 1. & fol. 9. col. 2. Curt. iun. in conſ. 27. nu. 8. Ant. de
Roſel. in tract. legit. in verſ. viſum eſt, in 8. carta. Com-
probat Caſſad. latè agens in tit. de ſponſal. deciſ. 1. vbi
allegat Hoſt. Io. Andr. & alios, ſubdens, hanc partem
eſſe communiter approbatam, & eligendã eſſe in Do-
ctorum varietate, & dubietate, quinimò, eſſe benignã,
piam, ſanctam, & fauorabilem, atque ita terminatum
fuiſſe à Rota. Pariſ. conſ. 15. nu. 45. vol. 2. Dida. in d. par
te 2. c. 8. §. 2. num. 16. & ſeq. vbi dicit communem, licet
in exacta diſputatione afferat cõtrariũ poſſe ſuſtineri.
allegat tamen multos pro hac parte, ſubdens tamen
explicitè id, de quo agimus, qđ ignorantia alterius in
concubinatu reddit prolem naturalem, ſicut eam fa-
cit legitimam in matrimonio. Si ergo vel Iſabella
credidit virum eſſe mortuum, vt potuit credere, ſtan-
tibus tot probationibus, vel Dominus Ioan. Ange-
lus ignorauit illam eſſe cõiugatam, vti ignoraſſe præ-

ſumitur certè D. Liuius ex eo concubito ſuſceptus erit
naturalis,& non ſpurius,& conſequenter nihil erit ob
reptū Comiti legitimāti: & ſanè, ꝙ operatur ignoran
tia in matrimonio,idē operari debet in acceſſu,& con
cubitu fornicario,cum eadē ſit ratio. Et q̃uis Abbas in
d.c.tanta,nu.8.dicat, ignorātiam non excuſare,cū agi
mus de complexu nō matrimoniali, ex quo illa dabat
operam rei illicitę.opinio fuit Bar.in l.ſi adulteriū,nu.
8.ff.de adult.vbi ait attendi veritatē,non opinionē, tñ
eſt falſa,qa non punitur quis de adulterio,ſi ignorauit
mulierē eſſe nuptā,nec de inceſtu, qui affinitatis ſcien
tiam non habuit,vt expreſsè dicit Ang.in l.verū,circa
medium,verſ.caueāt igitur,ff.de furt. Sal.in l.qui adul
terium,nu.4. C.de adult. Cacialu. d.Anth. Si qua illu-
ſtris.nu.18.C. ad Orfic. ſicuti itaque ignorantia excu-
ſat à pęna,ita debet filijs prodeſſe, ne ſpurij dicantur.

Tertio principaliter reſpondeo, ꝙ etſi D. Io. Ange-
lus in impetrādo filij legitimationē, expreſſerit Iſabel
lam eſſe ſolutam,quæ tñ erat coniugata, (quod tñ non
admittitur)nihilominus, qa hoc facit ꝑ ignorantiam,
credēs eam eſſe ſolutā,non vitiatur legitimatio,argu-
mento c.gratia,de reſcrip.in 6.vbi gratia & beneficiū
impetratum,nō expreſſa qualitate neceſſaria nō vitia
22 tur,ſi per ignorantiā facta eſt omiſſio.† Idē ꝓbatur in
c.ſuper literis,de reſcrip.vbi dr̄,idem eſſe, qñ exprimi
tur aliquid,ꝙ eſt falſum,ſi tñ ſine dolo,& ex ignorātia.
Et in vtroq. loco notant DD.præcipuè Abb.in d.c. ſu-
per literis, vbi oſtendit, per ignorantiā taceri poſſe ꝙ
verum eſt,q̃uis Cin. & alij nōnulli contrariū credant ,
& nu.5.dicit id ꝓcedere in quacunque gratia,qñ igno
rantia eſt probabilis,& Princeps fuiſſet quidē diffici-
lior in cōcedēdo,ſed ideo oīno denegaſſet gratiam, &
non agitur de p̃iudicio Tertij, quæ oia concurrūt in fa
cto noſtro:qa ignorantia eſt probabilis,nam verſatur
in facto alieno,& mulier erat forenſis.i. de Calotio,&
maritus acceſſerat ad bellū,in quo oēs deceſſere,vel fa
cti ſunt captiui,& demū multi ſunt teſtes de illius mor
te deponētes.Princeps itē non minus legitimaſſet, (vt
ſupra oſtenſum eſt)& non agebatur de alicuius præiu
dicio , qa legitimatio fiebat ad inſtantiā patris,vt dn̄t
oēs DD.in propoſito,Hoſt.Io.Andr.& alij,in c.per ve-
nerabilem,qui fil.ſint legitimi , Gabr.cōm.opin.lib.2.
tit.de citatio.in concluſ.1.num.143.& ſeq.Et in termi
nis noſtris,ꝙ legitimatio non reddatur nulla, licet nō
fuerit expreſſa veritas , ſi tñ per ignorantiam id factū
23 ſit, † voluit Pariſ.in d.cōſ.15.nu.55.vol.2. Et in dubio
prǫſumitur omiſſū fuiſſe nō dolo,ſed ꝑ ſimplicitatem,
& ignorantiā,vt voluit Gl.in d.c.ſuper literis, in verſ.
priori modo,vbi not.Innoc.& Abb.nu.7.dicit ſingula
rem,& numq̃ obliuioni tradendā & in præcedenti fun
damento adduxi Gem.Sal.& Cur.iun. dicentes, quod
p̃ſumitur ignorātia, & licet illi loquantur, qñ filij legi
timantur per ſequens matrimonium,tñ idem eſt,qñ le
gitimantur ꝑ reſcriptum, qa militat eadem ratio vali
ditatis actus,& idē fauor legitimandæ prolis, ergo nō
dēt diuerſum ius ſtatui . Et qđ præſumatur ignorātia,
ponit Crau.alios citans,conſ.616.nu.17.Quarto,ſi præ
dicta oia ceſſarent, nō poſſet obreptio obijci aduerſus
legitimationem prædictam , qñ quidem verū dixit, &
expoſuit D.Io.Ang. Comiti Palatino,cum affirmauit
Iſabellam tpe cōcepti,& nati D.Liuij,fuiſſe ſolutā: nā
ſi admittamus eo tpe vixiſſe Io. Ombreſium maritū ,
(quod tñ pernegatur) tñ certum eſt,illum eo tpe fuiſſe
captiuū apud hoſtes Catholicæ noſtræ fidei , (id quod
ēt aduerſarij nedū admittunt,ſed contentioſè ēt pro-
bare nixi ſunt) hoc aūt ſtāte,fingitur Ombreſius ea ip
ſa hora deceſſiſse,qua fuit captus,vt inquit text.in l.1.
in fi.C.de poſtlimin.reuerſ. & matrimoniū ſtatim diſ-
24 ſoluitur,† l.in bello,§.medio,ff. de capti. & poſtlimi.
reuerſ.l.ſi quis ſic ſtipulatus,ff.ſolu.matrim.vbi dr̄ ex-
preſsè,quod mulier deſinit eſse nupta,ideoque cōmit
titur ſtipulatio facta ſub ea conditione , quandocum-
que nupta eſse deſierit, & dr̄ ēt ibi, quod æquiparatur
morti,& hr̄, ac ſi matrimonium morte diremptum eſ-
ſet,id quod in tñ procedit,quòd filij ea captiuitate ſu
ſcepti non ſunt legitimi,ſi viuente vel mortuo in capti
uitate patre redirent in patriam,qa videtur nati poſt
mortem patris , vbi dr̄ , imo ſunt ſpurij ſecundum Gl.
ibi, vel neque ſpurij, neque legitimi ſecundum Bal. in
princ.qui nu.2.dicit,patrem fingi mortuū hora capti-
uitatis præambula. Et idem quod filij ſint inſucceſſibi-
les,dr̄ in l.Diuus,ff.de captiu.& poſtlimin.reuerſ.gloſ.
in l.ab hoſtibus,§. non minus,ff.ex quibus cauſ.maior.
Caccialup.in Auth.Si qua illuſtris , nu. 10.C.ad Orfic.
Card.Palęot.in tract de Noth.& ſpur.c.10.nu.3.Si igi
tur natus eſt D.Liuius durāte captiuitate mariti , quo
tpe maritus habebatur pro mortuo,& matrimonium
non ſubſiſtebat,vtique verum,& non falſum expoſuit,
dicendo,quod natus fuerit ex ſoluto,& ſoluta.

Nec dicatur,quod etſi inſpecto ciuili iure,matrimo
nium captiuitate dirimatur , tū aliud ſit attento iure
Canonico , ſecundum quod nunq̃ ſoluitur niſi morte.
Reſpōdeo enim , quod ſat eſt quoquo modo verificari
expoſita,& tolli obreptionis vitium, non enim dr̄ fal-
ſum,quod aliquo modo cōtinet veritatem,ēt inſpecto
25 primordio,† l.cum filius,§.hæres,ff.de leg.2.ita in pro
poſito Crau.in conſ.616.nu.12. vbi ſubdit, qđ ſaltem
non pōt obijci, ꝙ ſit doloſa, ſed excuſatur, & loquitur
in fortioribus terminis , qñ ſcilicet qualitas expreſsa
aliquando fuerat,ſed deſierat;at nos de qualitate agi
mus,quæ vere etiam tūc aderat ſcđm ius ciuile. Secun
do reſpondeo,quod legitimatio eſt actus iuris ciuilis,
26 & dr̄ actus legitimus,† vt voluit Cuman.conſ.88.Dec.
in l.actus legitimi,nu.4.ff.de reg.iur. vbi etiā Cagnol.
nu.22. Tiraq.l.ſi vnquā , in verbo donatione largitus ,
nu.305.ideo qñ in ea fit mentio de nupta,vel innupta,
intelligi id debet ſcđm ius Ciuile,non ſecundū ius Ca
nonicū,& legitimatio eſt actus Principis, & cōſiſtit in
27 ſola eius authoritate,† Bar.in l.Gallus,§.forſitā,nu.1.
circa fi.& ſequuntur ibi Doct.ff.de lib. & poſtum. Soc.
cōſ.47.nu.36.in fi.vol.4. pro quo facit ꝙ dixit Cald.in
conſ.vlt.de conſang.vbi ait,quod vt quis puniatur pro
inceſtu,pęna de qua in Auth.Inceſt. C.de inceſt.nupt.
neceſse eſt ꝙ nuptiæ dicantur, & ſint inceſtæ,eo modo
quo intelligit ius Ciuil.Nec ſufficit, qđ tales ſint inſpe
28 cto iure Canonico . Idem voluit † Anchar. conſi.392.
Gem.conſ.71.nu.5.Alex. conſ.229.nu.6.vol.6.Io.Fab.
Arimin.Dec.Ruin.Marſ.Alc.& Boer.quos citat,& ſe-
quitur,dicens magis cōem,Cęph.in conſi.226.num.5.
& per totum.Facit etiam,quia etſi naturali filio ſtanti
bus legitimis,relinqui poſſit vncia,& non extantibus,
tota hæreditas,& iure Canonico inſpecto , dicatur na
turalis quicunque ex ijs naſcitur, inter quos ſubſiſtere
potuiſset matrimonium,vt in cap.innotuit , vbi Abb.
de elect.tñ vbi agimus,an poſſit vncia relinqui,vel poſ
ſit inſtitui,requiritur,quod ſit naturalis ſecundum iu-
29 ra ciuilia,† Nec ſufficit,quod ſit natus ex ſoluto,& ſo-
luta , ſi non retinebatur mulier in concubinatu cum
alijs qualitatibus, Azo in Sum. C. de natur.lib.Oldr.
in conſi.196.in princ.Bal.Abb.Caſtrenſ.& alij,quos ci
tat,& ſequitur Natta in conſi.421.per totum,ſed præ-
cipuè nu.4. in quam ſententiam Burſ.in conſ.88.nu.1.
citat Caccialup. Pariſ. Bened. Palęot. Rol. Vaſq.Rot.
Rom. & multos alios , Bertaz. in Ciuili conſi.91.nu.2.
conſ.92.nu.8.vol.1.Et eſt verum in vniuerſo, ꝙ vbi agi
mus non de matrimonio,vel eius effectu, vel cōſequen-
tiuis,ſed de ſucceſſione,ſemper attendimus ius Ciuile
30 † ſecundum Ioan.Andr.poſt Iacob.Butr.ad Specul. in
tit.de

tit.de ſucceſſ.ab inteſt.§.1.verſ.& quia de gradib.Bar.
& Doct.in l.ſi auia. Vbi Bal.Alex.& Dec. C.de ſucceſſ.
edict.Dec.conſ.158.in fi.Abb.in c.tanta,nu.12.qui fil.
ſint legit.Paleot.c.38.nu.8.Et cũ agimus de obreptio-
ne, & ſubreptione legitimationis, non attẽdimus ius
Canonicum, ſed ius Ciuile, nec agimus de nutrimẽto
peccati, ſed de re penitus profana: nã ſi ageremus de
peccato,non liceret Principi laico legitimare,ꝙ tñ eſt
falſum,& põt Princeps non ſolũ per Reſcriptũ habili-
tare naturalem,vel ſpuriũ ad ſucced. §. illud, in Auth.
31 Quib.mod.nat.effic.ſui,ſed ẽt per legẽ generalem,† vt
poſt alios voluit Abb.d.c.tãta,nu.12. & ante eũ Bald.
in l.ſi cõtra, in fi.C.de nupt.Hoc aũt inter Papã & Prin
cipẽ laicũ intereſt,quia Papa verè legitimat,& illegi-
timat, Princeps aũt facit tanq̃ legitimum, & declarat
Hoſt. in Sum.qui fil. ſint legit.§.qualiter, & à quo, col.
pen.verſ. dicas tñ ꝙ Imper. Et q̃a legitimatio, vt dixi,
eſt actus Principis, põt laicus legitimare ẽt filiũ Sacer
32 dotis,† vt voluerũt Bart.& alij,in l.Gallus,§.forſitan,
ff.de liber.& poſth.Io.And.& alij multi apud Soc. qui
dicit cõem, conſ.47.nu.36. in 4. Caſtr.conſ.102.nu.3.
vol.2.vbi dicit cõem Ripa in c.decernimus,num.9.de
Iudic.Didac.in Epito.de ſponſal.par.2.c.8.§.8.nu.19.

Non ẽt ſubuertitur legitimatio ex eo, ꝙ dixit Ca-
ſtren.in conſ.30.circa fin.vol.1.quia rñdeo ſuſtineri in
caſu noſtro legitimationem, non ſolũ,quia Comes vo
luerit ẽt ſpurium legitimare,ſed ẽt quia non erat ſpu-
rius, ſed naturalis, & vbi ẽt fuiſſet ſpurius, id erat pa-
tri incognitũ, iõ omiſſio nõ vitiat, vt patet ex ſuprad.
Sed dico pariter, qđ ſi oĩa ceſſarent, & eſſet verè ſpu-
rius, adhuc ſuſtinetur legitimatio tanq̃ de ſpurio, ob
Clauſulas in eo Priuilegio inſertas, & deciſ.Caſtr.nõ
nocet, quia loquitur, qñ legitimans vtitur gñalibus
verbis,non relatis ad aliquem defectũ,tunc.n. ſi vnus
defectus ſit expreſſus gñaliter refertur ad defectũ ex-
preſſum per regulã ꝙ generalis pronunciatio, vel re-
nũciatio reſtringitur ad ſpecificata, l.ſi de certa, C.de
tranſ.vbi Doct.l.emptor,§.Lucius,ff.de pact.cũ ſimili-
bus. ſed in caſu nõ Comes tollit in ſpecie defectũ na-
turalitatis, & illum legitimat tanq̃ naturalem, exin-
de vero generaliter tollit oẽm alium defectum ẽtſi eſ-
ſet maior, ideo hæc verborũ generalitas reſtringi non
põt ad defectum expreſſum,id.n. non patitur recti ſer
monis rõ,quia dictio, Etiã, ſtat augmentatiuè,vt dixi
ſupra,& ſignificat quid plus, vltra id, qđ ſupra eſt ex-
preſſum. Et dum dixit,maiorẽ,aut aliũ,dictio, Alius,
quę importat ſimilitudinẽ, & caſus implicat ſimilus,
33 †.gl.in l.ſi fugitiui,vbi Doct.C.de ſeru.fugit. Abb.in c.
ſedes,de reſcript.Affli.deciſ.244.nu.1.Curt.iun.conſ.
38.nu.1.Cęph.conſ.53.nu.66.Natta conſ.298.nu.5.de
ciſ.Pedem.167.nu.7. referri non põt ad defectũ natu-
ralitatis, ſed neceſſario intelligi dẽt, de diuerſo, quia
34 nullũ ſimile eſt idẽ,† c.innotuit,vbi Abb. in 7. notab.
de elect.c.2. de tranſl.prælat.in l.1.C.de vet.iure enu-
clean.gl.in l.ꝙ Nerua,ff.depoſ.& ſimilitudo, eſt diffe-
rentiũ rerum eadem qualitas. Vt poſt Bart.inquit Io.
Andr.in c.põt,de præb.in 6.in nou.& alios citat Euer.
in Topica legali,loco à ſimili,qui eſt 10.col.6.& ſuppo
ni nihil põt ſimile, niſi ſupponatur, & alterũ cui illud
aſſimiletur,quia eſt correlatiuũ, quorũ vno poſito po-
nitur & alterũ,gl.in Clem.vnica,in princ. in verſ.ætet
naliter,de ſum.Trinit.& fide Cathol.Euer. loco 76. in
princ. At ſi relatio eſt ad aliũ neceſſaria,iam Clauſula
illa non põt reſtringi ad expreſſum:vbi aũt ratio recti
ſermonis non admittit, tunc generalis Clauſula non
reſtringitur ad ſpecificata, ſed generaliter operatur,
35 † Caſtr.in l.Aquiliana,ff.de tranſ. Natta in conſ.546.
nu.13.& paſſim ponunt Doct. in d.l.ſi de certa,vbi nu.
20.& ſeq.refert Bart.& alios, & in ſpecie nõ fit reſtri-
ctio,qñ diſponens vtitur dictione,Alia,quia illa poni
tur ad augẽdum, ita Caſtr.in conſ.333.nu.2.vol.2.vbi
vult liberationẽ generalem, pro alia quacunq; cauſa
non reſtringi.idẽ Alex.conſ.11.vol.2.Nat. in loco præ
dicto.Et in materia legitimationis, Gozad.cõſ.6. nu.
53.vbi vult ſubiectã Clauſulam gñalem, loquẽtem de
36 alijs caſibus, non reſtringi ad ſupra expreſſos, † & in
conſ.85.nu.23.& dixi ſupra.& in terminis noſtris, li-
cet non ita lucidè declaret,hoc voluit Ruin.in cõſ.73.
nu.12.vol.3.vbi duos ponit caſus,ſcđm ſcilicet,& ter-
tium. Prior eſt,qñ vno defectu expreſſo à ſupplicante,
Comes legitimat, non obſtante quocunque defectu,
& vult,qđ tunc ſolus defectus,qui fuit expreſſus dica-
tur ſublatus. Poſterior eſt, qñ Comes ſublato vno de-
fectu,ſubdit non obſtante alio ẽt maiore,tunc.n. quia
ſequens Clauſula auget, & eſſet ſuperflua, non fit re-
ſtrictio,Rolan.d.conſ.12.nu.45.vol.4.& res meo iudi-
cio ita eſt clara,ꝙ ſenſui ſubijcitur, & manibus palpa-
tur,præcipuè ſi conſideremus dictionem illam, Maio-
rem,quæ in comparatiuo poſita, ſupponit poſitiuum,
l.vbi aut non apparet,in princ.ff.de verb.oblig.& non
poteſt dici defectus maior, ſi alius non ſit magnus.

Nec turbat,quod plures teſtes deponãt, eo tpe vi-
xiſſe maritum Iſabellæ,quia rñdetur,ꝙ eius ſuppoſita
vita,nõ magis corruit legitimatio, tum quia facta eſt
ẽt de ſpurio, tum ẽt, quia ignorantia patris legitima-
tionem petẽtis excuſat à ſubreptione, & obreptione,
vt ſupra dixi in prima & tertia reſolutione primi ar-
gumenti; Rñdeo ẽt, quod etſi plures teſtes de vita ma
riti deponant,tñ magis eſt credendũ illis,qui de mor-
te deponunt,quia ex eorũ lectura dignoſcitur,eos eſſe
melius informatos de facto.Primus.n. erat ſodalis,&
cũ eo Ombreſio cohabitabat, vt dr̃ de camerata, nar-
rat qualitatẽ infirmitatis, & accidentia, & deſcendit
ad particularia.Secũdus,notã habebat Ombreſij per-
ſonã, & eum cognouerat, dum Calotij ſeruiret, vidit
eũ ſumere extremã Vnctionẽ ſepeliri,& recitat locum
ſepulturæ. Quintus quoq; illum cognouerat Calotij,
& in loco Cattilioni,necnon in claſſe, & recitat multa
alia. Octauus fuit in eadem naui cũ Ombreſio vectus
Meſſanã, & cum eo habebat diſtributiones panis, &
aliorum ad victum neceſſariorũ, & oẽs iſti erant eius
domeſtici,& oriundi,è locis admodum vicinis.Cõtra
vero, teſtes pro D.Conſtantino, mutilè deponunt, &
factũ non explicant,& nono excepto, nemo ex eis no-
tã habuit perſonã Ombreſij,aliter, quam ꝙ ab eo dici
audiuerant eſſe talẽ.Et narrat nemo,qđ Meſſanæ con-
tigerit, qualiter milites fuerint diuerſis ægritudini-
bus vexati,& multi ad hoſpitale diuerterint,qđ eſt ve
riſimile,quia multi maris iactatione, triremiũ ſitu, &
pedore infirmantur.Quare magis credendũ eſt teſtib.
deponentibus de morte,q̃ alijs,nam factũ plenè reci-
tant.Alex.conſ.33. col.pen.vol.3.conſ.94.nu.1.vol.6.
non.n. creditur teſtibus factũ non plenè narrãtibus,
37 †Bal.in l.Lucius,nu.5 ff.de his qui notant.infam.Rol.
in conſ.24.nu.70.vol.1.Burſ.conſ.70.nu.15.conſ.230.
nu.19.& deponunt in ſpecie de loco,de caſu infirmita
tis,de illius qualitate, & alijs accidẽtibus, alij aũt, in
genere deponunt ꝙ viderunt:teſtes aũt in ſpecie depo
38 nentes,pręferuntur ijs,qui dicũt in genere,† Alber.in
l.turpia,ff.de leg.1.Innoc.& Doct.in c.auditis,de præ-
ſcript.Cra.conſ.94.nu.3.Burſ.conſ.65.nu.20.cõſ.235.
nu.69.conſ.267.nu.28.Rim.conſ.102.nu.41.conſ.647.
nu.46.ẽtſi in ſpecie deponentes ſint pauciores,vt poſt
Alb.concludit Natta cõſ.362.nu.13.Rimin.conſ.646.
nu.51.conſ.227.nu.31.deponunt ẽt magis veriſimilia,
vt ſupra dixi,ideo eorũ dictum attendendũ eſt,nõ aũt
aliorum depoſitio,quæ continet inueriſimilia. Nã te-
ſtibus dicentibus non veriſimilia non eſt credendũ,

39 † Felin.c.anditis, col.13.de præſcript. Curt.iun.conſ.
52.col.3.Crau.conſ.134.nu.37.& ſunt ſuſpecti de fal-
ſo,Bald.in l.1.C.de ſeruit.fugit.Dec.conſil.100. col.4.
Boer.conſ.40.nu.48.Rimin.conſ.174.nu.25.conſ.438.
nu.3.Burſat.conſ.100.nu.30.Rolan.conſ.24.nu.55. in
4.Menoch. conſ.468.nu.12. & ſemper magis creditur
40 deponentibus veriſimilia, q̃ alijs, † Dec.conſ.534. in
fi.Gozad.conſ.8.nu.46.Pariſ.conſ.112.in fi.vol.1.etiã
ſi aduerſarij præſtent numero.Alexan.conſ.93.col.fi.
vol.6.eſt tex.in c.in noſtra,de teſtibus,qui dicit hoc ca
ſu non eſſe reſpiciendum ad multitudinem teſtiũ, ſed
ad veriſimilitudinem,Crau.in conſ.6.nu.65.conſ.377.
nu.27.Riminal.conſ.286.nu.3. in conſ.704.nu.46.vbi
dicit,ꝙ tales teſtes non debent iudicẽ mouere ad cre-
dendum,Burſat.conſ.89. nu.20. Patiuntur ẽt dicti te-
ſtes aduerſarij alium defectũ, quia ſunt oẽs in ſuo di-
cto ſingulares, vnus enim vidit eum dum claſſis ſoluit
ex Meſſanenſi portu, alius ſuper claſſe, alius in loco
Tuneti, alius vidit in Serralio Conſtantinopolitano,
41 alius apud Mamin Rais,& ideo non probant,† c.licet
cauſam,vbi DD.de probat.& tantum probant mille,
quantũ vnus,Bal.in l.vt iuriſiur.col.3.C.de teſt.& vbi
datur ſingularitas,ibi non eſt numerus, Bald. in l. de
quib.in fi.ff.de legib.& in l.teſtiũ, C.de teſtib.Imò ne-
dum non eſt vnitas in teſtibus ſingularibus,ſed varie-
tas,Bald.conſ.406.vol.1.Et ſingularitas diuidit,& la-
cerat teſtimonia,Bal. conſ.25. vol.3. Crauet. conſ.41.
in fi.& poſſent infinita ſimilia adduci. Non omitto, ꝙ
inter eos multæ ſunt contrarietates, & diſcordantiæ;
alius enim dicit, quod Ombreſius erat addictus ope-
ribus Serralij, alius autem, qđ imo ſeruiebat Mamin
Rais ſuper triremibus. Variant ẽt in multis, & præci-
puè, in deſcribenda effigie, & veſtibus Ombreſij, &
pluribus alijs, quæ ſigillatim notauit Procur.D.Liuij,
cum tñ multa concurrant pro teſtibus D.Liuij, quæ ſu
pra recitaui. Et præcipuè, ꝙ ſi non deceſſiſſet, vtique
fuiſſet redemptus cum cæteris, & in patriã redijſſet;
cum tamẽ ex teſtibus Actoris nemo dicat illum in ca-
ptiuitate deceſſiſſe.Item quòd in numero captiuorum
non legitur,& demum præferũtur teſtes pro Reo pro-
42 ducti, † Dec.conſil.448.num.36. qui num.16.dixit id
etiam procedere, quando probationes Actoris in ali-
quo excederent, & in teſtibus hoc dicit expreſsè Bur-
ſat.conſil.70.num.9.& adduco, quod in terminis vult
Bald.conſil.448.num.4.vbi dicit,quod ſi aliqui dicunt
mulierem habere maritum, alij verò quod non; talis
filius præſumitur naturalis,non ſpurius,& poterit in-
43 ſtitui, † ſequitur Natta conſil.421.num.10.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas non eſt ſine ſubiecto.*
2 *Diſputatur vbi de vno, in cæteris omnibus præſupponitur habilitas.*
3 *Mixti fori delictum dicitur, quod lege canonica, & ciuili eſt prohibitum.*
4 *Definitio cui non conuenit, non etiam conuenit definitum.*
5 *Argumentum à definitione ſumptum vales.*
6 *Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque eius diſpoſitio.*
7 *Pœnã imponere ad eum ſpectat qui principaliter offenditur.*
8 *Edicto contrauenient non dicitur illud offendere ſi edicto non ligetur.*
9 *Delicti certa ſpecies ſi ab eccleſia ſola prohibeatur, delictum dicitur mere eccleſiaſticum.*
10 *Petere quis non debet id, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*
11 *Priuilegium eccleſiæ cõpetit & colonis, quando ſine eis eccleſia non gauderet rebus ſuis, nec frui poſſet ſuo priuilegio.*
12 *Coloni gaudent priuilegio clericorum.*

CONSILIVM CCCIIII.

PRo defenſione Iuriſdictionis eccleſia-
ſticæ ſcripſi menſibus elapſis,ſuſtinen
do,ꝙ laicorum edictum non ligat cle-
ricos,nec eorũ bona,aut colonos. Nũc
inſiſtunt Aduerſarij ſuper eo, ꝙ cum
ſeminare oryzam contra edicta eccle
ſiaſtica,& laicalia,ſit delictum mixti fori, liceat laico
Magiſtratui in delinquentes laicos animaduertere,
id qđ etſi ſuperioribus meis ſcriptis, multoque magis
ex ijs quæ Excellentiſſimi D.Romani Aduocati dedu-
xere, ſatis demonſtratum ſit, & erroneũ eſſe, vt tñ ve-
ritas magis eluceſcat, non grauabor addere nõnulla,
& pauca quidem, nã ſuperuacaneum eſt eadem repe-
tere, & difficile alia inuenire,& omni in caſu,meliora
primi meſſores occuparunt.Suppono itaque edictum
laicorum colonos, vel conductores eccleſiæ nõ ligare,
reſpectu bonorum eccleſiæ,per ea quæ à me & alijs di-
cta fuere, & id ſolum venire in cõtrouerſiam, an, quia
delictum ſit mixti fori,liceat laico iudici coercere di-
ctos colonos. Suppono item,ꝙ ſi nullum extaret eccle
ſiaſticum edictũ contra ſerentes oryzam in bonis ec-
cleſiæ, qõ eſſet inanis: quia non dr̃ mixti fori delictũ,
ꝙ non eſt vtraque lege, canonica & ciuili prohibitũ,
vt dicam infra: quinimò, reſpectu coloni nõ eſſet de-
lictum,quia prohibitio facta à laico tanquam limita-
ta, ob ptãtis defectum non extenditur ad bona eccle-
ſiaſtica,nec ad colonos eccleſiæ,& cum non ſit delictũ;
non poteſt eſſe mixti fori, ex quo qualitas non eſt ſine
1 ſubiecto,† l.nec vllam,§.ſi abſentis,vbi Auge. ff.de pe-
tit. hære.Bald.in l.2.ff.de bon. poſſ. ſecund.tab.& qui
tractant de mixto foro, ſupponunt præambulũ deli-
ctum,iuxta propoſitionẽ,qđ vbi diſputatur de vno, in
2 cæteris oĩbus præſupponitur habilitas, † l.1.§.lex Fal-
cidia,ff.ad leg.Falc.latè Crau.in conſ.592. nu.40. hoc
aũt dixiſſe volui,qa latet me eccleſiaſtica prohibitio.
Quod ſi tam ab eccleſiaſtico iudice q̃ à laico inter-
dicta eſt facultas ſeminandi oryzam, adhuc dico colo
nũ eccleſiæ ſeminantem in bonis eccleſiæ diſtringi pu-
nirĩq; non poſſe à laico iudice; nec delictũ iſtud iudi-
cari poſſe mixti fori,qm̃ mixti fori delictum dr̃, quòd
3 lege canonica, & ciuili eſt prohibitum, † DD. in c.cũ
ſit generale,de foro comp.vbi Abb.in fi. Aret. nu.4. &
fuit originalis opinio Gofredi,ibi, quem ſequitur Ma
rian.nu.26.Soc.in cõſ.119.nu.7.in 4.vol.Dec. in tract.
crim.lib.4.c.26.nu.63.ſed conductoribus, aut colonis
eccleſiæ non eſt ciuili, aut laicali lege interdicta ptãs
ſeminãdi oryzam in bonis eccleſiæ, nec lex laicalis ad
talia bona taleſque perſonas trahi põt ergo in colo-
nis prædictis non eſt delictum ſcđm vtramque legem
& ſic delictum non erit mixti fori, ex quo prohibitio
quo ad eos,deſcẽdit à ſolo eccleſiaſtico iudice, nõ aũt,
à laico, atq; ita deficit id, qđ eſt neceſſariũ vt delictũ
dicatur mixti fori, & cui definitio non conuenit, non
4 ñt conuenit definitum,† Cagnol.in l.oĩs definitio,ff.de
reg.iur.& valet argumentum à definitione ſumptum,
5 † l.1.§.dolum, ff.de dolo, Euerar. loco 44.in princip.
Præterea, in delictis mixti fori, ideo põt vterq; iu-
dex eccleſiaſticus, .ſ.& laicus punire,qa vterq; iudex,
& vtraq; lex offenditur per trãſgreſſionẽ, & delinquẽs
non minus in vnã legem cõmittit q̃ in alterã,ideo me-
rito vterq; animaduertit in eũ:at in colono,ſeu cõdu-
ctore eccleſiæ ſeminãte oryzam in bonis eccleſ. ceſſat
eiuſmodi rõ,ex quo nõ offendit laicum iudicem, neq;
eius legẽ tranſgreditur,eo ſtante,qđ lex laici nõ inclu
dit talem colonũ ſeu cõductorẽ, ceſſante aũt legis rõ-
6 ne ipſa quoq; ceſſat legis diſpoſitio. † l.in oĩ,vbi Bart.
ff.de adopt.latè Tiraq.in tract.Ceſſan.cau.par.1.n.11.

Contra vero, quia talis colonus legem ſpernit eccle-
ſiaſtici iudicis, ab eo,non ab alio puniri debet, vt ille
ſuæ iniuriæ habeat vltionem,qua rõne ad eum ſpectat
7 plectere qui principaliter offenditur, † l.cum emanci-
pati,§.emancipatus filius,ff.de collat.bonor.Bart.in §.
& hanc,in princ.in Auth.Quom.opor.epiſc.quod poſt
Brun.Nattã & Amad.de Ponte,comprobaui in conſil.
152.nu.16.Menoch.in conſ.604.nu.28.& ibi Pancirol.
nu.14. vbi inferunt, quod vaſſalli non poſſunt punire
eum,qui Principis edicto contrauenit,quia per talem
contrauentionem ipſi non fuerunt læſi, ſed Princeps:
ſic,in propoſito, cum edictum laici iudicis nõ offenda-
tur ex coloni tranſgreſſione,ſed bene lædatur edictum
eccleſiaſticũ,iudicis eccleſiaſtici erit,illum punire.Cũ
aũt coloni non ſint ligati edicto laicorũ, vt dixi, con-
8 trauenièdo non dicuntur illud offendere, † l.extra ter
ritoriũ,ff.de iuriſd.omn.iudic.c.vt aiarum, de conſtit.
in 6.& paria ſunt, q̃d locus ſit extra territoriũ, vel iu-
tra,ſed exemptus,c.cum Epiſcopus, de offic.ord. in 6.
Dom.& Io.Andr.in c.2. de conſtit. in 6. Dec.d.l.extra
territorium,nu.6. & ideo multum ad propoſitum no-
ſtrum dixit Socin.d.conſ.119.per totum.præcipuè ve-
ro,nu.45. vol.4.q̃d Epiſcopus punire non põt Hebręis
pro blaſphemia,ſeu maledicentia in Deum, quia Ca-
nones prædicta prohibentes nõ includũt Hebræos, &
conſequenter,Hebræi non dñtur canonibus cõtraueni
re. Idem ergo erit dicendũ in edicto laici, q̃d ſi aliquẽ
non comprehendit,is à laico iudice puniri nõ poterit.

Accedat,quod ſi ſolus eccleſiaſticus poteſt ſtatuere
quo ad bona eccleſiæ,& colonos illius, vt ſæpè dictum
eſt, vtique delictum erit merè eccleſiaſticũ, ex quo ſe-
cundũ legem laicorum non eſt crimen, vt in ſimili vo-
luit Gofred. in d.c.cum ſit generale, vbi ait, quod cri-
men vſurarum eſt merè eccleſiaſticum,quia iure ciui-
li non eſt crimen. Et q̃uis dictum eius ſit falſum, & ab
omnibus reprobetur, argumenti tñ forma vera eſt, &
ſequitur Abb.ibi,num.25.& 30.in princip.& num.31.
vbi ponit exemplum, quãdo prohibetur certa ſpecies
delicti à ſola eccleſia, Aret.nume.9. & 19. & Marian.
9 nu.26. † in delictis autem merè eccleſiaſticis, ſolus iu
dex eccleſię cognoſcit, ſæcularis autem ſe non poteſt
intromittere. Non ergo erit mixtum delictum, vt ex
aduerſo contenditur, ſed eſt merè eccleſiaſticum, &
ad eccleſiaſticum iudicem pertinet eius cognitio.

Addo, quod vt delictum dici poſſit mixtum, adeo,
vt iudex laicus cõcurrere poſſit cum eccleſiaſtico, ne-
ceſſe eſt,quod detur concurſus legis prohibẽtis, adeo,
quod vnaquęque lex oẽs contrauenientes complecta-
tur, ſicuti videmus in criminibus ſacrilegij, vſurarũ,
periurij,adulterij,ſodomiæ,periurij,& alijs: in his .n.
vtraque lex generaliter prohibens,oẽs homines gene-
raliter ligat, ideo ad vtrumq; iudicẽ ſpectat cognitio,
& quilibet ipſorum procedere põt,vt in d.c.cum ſit ge
nerale, ſed in præſenti facto, leges vtriuſque fori non
concurrunt, ſed diuerſa ſunt bona, & diuerſas afficiũt
perſonas:nã edictum eccleſiæ reſpicit ſolum bona ec-
cleſiæ & eius conductores & colonos, lex aũt laicalis
bona reſpicit tm̃ ſibi ſubiecta, & perſonas ſibi ſubie-
ctas,non aũt bona eccleſiæ & ſuos colonos,ideo ſicuti
iudex eccleſiaſticus non poſſet animaduertere in eos
qui orizam ſeminarunt in bonis laicorũ, vt de ſe pa-
ret,ita nec iudex laicus colonos eccleſiæ coercebit:q̃d
ſi diceremus crimen eſſe mixti fori, ob vtriuſque fori
leges concurrentes, vtique liceret ẽt eccleſiaſtico iudi
ci punire præter ſuos colonos alios quoque ſeminan-
tes in prædijs priuatorum,q̃d eſt abſurdum, & diſpli-
cere arbitror ẽt aduerſantibus: petere aũt aduerſan-
tes non debent id,cuius contrariũ non eſſent poſtula-
10 turi, † l.ſi & rem,& pretiũ, ff.de petit. hæred. l.pen. C.
de ſolut. l.ratas, C.de reſcind.vend. l.ſi ea lege, C.de
vſur.Crauet.conſil.946.num.12. & ſi vni denegaretur
quod alteri permittitur, iudiceſque ipſi ad imparia
iudicarentur, delictum nõ eſſet mixti fori, quia in de-
lictis mixti fori par iudicatur vtriuſque iudicis con-
ditio, & cognoſcit is,qui ex eis præuenit in cognoſcen
do, nec mixtura reſtringi debet ad ſolos colonos ec-
cleſiæ, ſed vel in omnibus eſſe debet, vel in nullo.

Demum ponamus abſque veri læſione, q̃d crimen
mixti fori appellari poſſet,nõ tñ per hoc laicus iudex
poſſet colonos & cõductores eccleſiæ criminaliter ve-
xare,quia priuilegium competẽs eccleſiæ,comperit ẽt
colonis,q̃n ſine eis eccleſia nõ gauderet rebus ſuis,nec
11 frui poſſet ſuo priuilegio. † Felin. in c.quã ſit,nu.1.de
iud.in c.2.nu.2.de foro comp. Dec.in l.in omnib.cau-
ſis id obſeruatur,nu.8.ff.de reg.iur. & coloni gaudent
12 priuilegio clericorum. † Carauita Ritu mag.Cur.46.
num.28.& in colonis verificatur quidquid de clericis
dr̃,Pancir.cõſ.49.nu.5.& dixi in prioribus ſcriptis, &
latè confirmat D.Iulius Pheus Excellẽtiſs. huius cau-
ſæ aduocatus. Sicuti aũt pro delictis mixti fori, laicus
non procedit contra clericũ delinquentẽ, quia non dr̃
ſuæ iuriſdictioni ſubditus, vt per DD. in d.c.cũ ſit ge-
nerale, ita nec cõtra colonũ,quia vltra qualitatẽ & na
turam delicti, requiritur ẽt quod perſona ſit ſubdita,
aliàs ceſſat cognitionis p̃tãs, per regulã ſupra poſitã,
q̃d cũ diſputamus de vno, cetera ſupponũtur habilia,
coloni aũt tanq̃ coloni eccleſiæ, non ſunt ſubditi, quia
gaudent priuilegio eccleſiæ, ergo puniri non poſſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Feudum antiquum poteſt cum domini conſenſu alienari ad præiudicium agnatorum, vbi extat conſuetudo, quæ valet.*
2 *Actus ad validitatem, vltra voluntatem neceſſaria etiam eſt poteſtas.*
3 *Vaſſallus non poteſt in teſtamento diſponere de feudo, etiam pro anima.*
4 *Vaſſalli diſpoſitio de feudo in teſtamẽto, eſt nulla, & per eam non priuatur feudo, ſed aperitur agnatis.*
5 *Fideicommiſſum non poteſt inſtituere vaſſallus ſuper feudo, ad præiudicium vocatorum in inueſtitura.*
6 *Feudum conceſſum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, tranſit ad ſolos liberos & deſcendentes, licet non ſint hæredes.*
7 *Feudo in hæreditario mixto, licet ſuccedere volens debeat eſſe hæres, tamen illud non capit tanquam hæreditarium.*
8 *Vaſſallus non poteſt teſtari de feudo mixto ad præiudicium agnatorum.*
9 *Pater in feudo nouo nihil poteſt facere ad præiudicium filiorum, vel deſcendentium.*
10 *Feudum mixtum non differt à feudo ex pacto, & prouidentia, niſi quod in mixto requiritur qualitas hæreditaria.*
11 *Inuentarium omnia iura præſeruat intacta, & hæredem in eo ſtatu conſtituit ac ſi non eſſet hæres.*
12 *Hæres cum beneficio inuentarij, reuocat feudum mixtũ alienatum à defuncto.*
13 *Pater etiam legitimus admi[illegible]ator, non poteſt rem filiorum ſine iuſta cauſa alienare.*
14 *Stipulatione validè pro abſente interpoſita, vbi ius eſt abſenti quæſitum, non poſſunt contrahentes quantumuis concordes, illud ad præiudicium abſentis reuocare.*
15 *Donatio facta abſenti ſtipulante Notario, reuocari non põt.*
16 *Conſanguinei fratres ſuccedunt in feudo cum vtrinque coniunctis.*
17 *Vaſſallus non poteſt etiam inter comprehenſos mutare ordinem ſucceſſionis transferendo feudum in remotiorem, ſed eo caſu proximior reuocat.*
18 *Alienatio feudi facta in agnatũ proximiorem, ſi alij extant*

in eodem gradu, reuocatur per eos pro portione ad ſe ſpe-ſtante.
19 *Legatum non ſuſtinetur ſi vni relinquo quod ei debeo.*
20 *Fideicommiſſum ſuper feudo factum inter comprehenſos, ſuſtinetur quo ad dominum, cuius nihil intereſt quod vnus potius quàm alius ex comprehenſis ſuccedat, ſecus reſpectu agnatorum.*
21 *Fideicommiſſum de feudo valet inter comprehenſos in inueſtitura, quando feudum eſt abſolutè hæreditarium, ſecus ſi ſit mixtum.*
22 *Feudum non poteſt alienari in præiudicium agnatorum.*
23 *Alienatio feudi reuocatur per agnatum proximiorem, non obſtante conſenſu domini qui alienationem non validat.*
24 *Feudi alienatio reuocatur per filios qui non erant nati nec concepti tempore alienationis, quia ſufficit quod ſint proximiores tempore quo volunt reuocare.*
25 *Proximitas teſtatoris attenditur in fideicommiſſis.*
26 *Grauati vltimo loco defuncti proximitas attenditur in fideicommiſſis.*
27 *Feudi in ſucceßione attēditur p̄ximitas authoris & ſtipitis.*
28 *Feudalia bona non includuntur in fideicommiſſo quando de eis non eſt facta mentio.*
29 *Feudum eſt hæreditarium vbi fit mentio hæredum.*
30 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
31 *Adire cenſetur qui rem poßidet quam alio titulo non poteſt poßidere.*
32 *Feudum nouum poteſt à primo acquirente alienari ad præiudicium agnatorum.*
33 *Conſenſus domini non requiritur vbi feudum alienatur in comprehenſos in inueſtitura.*
34 *Feudum ſicut inter viuos poteſt ſine domini conſenſu in remotiorem alienari, ita & per vltimam voluntatem.*
35 *Alienatio feudi ſine domini conſenſu eſt nulla, volente domino, ſecus ſi nolit.*
36 *Pater poteſt feudum à ſe pecunia quæſitum alienare ad præiudicium filiorum, ſecus ſi ex liberalitate concedentis ad patrem peruenerit.*
37 *Feudum venit à reſtitutione fideicommiſſi, quando diſpoſitio eſt facta inter vocatos in inueſtitura.*
38 *Fideicommiſſi in reſtitutione venit feudum, quãdo relictum eſt vocato in inueſtitura, quamuis remotiori.*
39 *Fideicommittenti ſuccedit non grauato in fideicommiſſis.*
40 *Donatio facta alicui cũ hoc, quod poſt mortem vadat ad aliũ, poteſt per donatorem ad præiudiciũ illius Tertij reuocari.*
41 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, non valet, ſed morte confirmatur, ideo ſi ante mortem reuocetur, non ſuſtinetur donatio.*
42 *Donationem filio factam dicitur pater renouaſſe, quando diſponit de re donata aliter quam continetur in donatione.*
43 *Feudum hæreditarium mixtum antiquum, poteſt quis conſequi, licet non ſit hæres, quando ſcilicet hæreditas ei à lege deferatur, ſed à teſtatore vaſſallo defuncto aufertur.*
44 *Feudum, vel emphyteuſis conceſſa pro ſe, & liberis, dicitur ex pacto, & prouidentia.*
45 *Inuentario non obſtante, hæres tenetur ratum habere factum defuncti, quo ad ea quæ fuerunt, & ſunt hæreditaria.*
46 *Feudum ſimpliciter & abſolutè hæreditarium, poteſt in quemcuuque extraneum alienari, nec eo caſu hæredi prodeſt inuentarij beneficium.*
47 *Feudum ex pacto & prouidentia nouum, non poteſt retinere filius niſi acceptet patris hæreditatem.*
48 *Vtile per inutile non vitiatur.*
49 *Clauſula, Omni meliori modo, operatur, quod actus ſuſtineatur eo modo quo poteſt.*
50 *Probibitionis ratione ceſſante, ceſſat probibitio.*
51 *Tertij ius allegari non poteſt.*
52 *Alienationem feudi factam in agnatum remotiorem, non poteſt dominus impugnare.*
53 *Fideicommiſſo res ſubiecta, poteſt per vltimum grauatum alienari, quia nõ remanet aliquis ex vocatis qui poßit alienationem reuocare.*
54 *Dare cenſetur qui non adimit cum poßit adimere.*
55 *Subſtitutus pupillo grauari poteſt reſtituere legitimã pupillo debitam.*
56 *Meum quod eſt, non poteſt vlterius effici meum.*
57 *Mea effici poteſt res ex pluribus cauſis eodem tempore concurrentibus.*
58 *Res eadem poteſt vni ex pluribus cauſis deberi.*
59 *Res mea, poteſt ex noua cauſa mihi acquiri, quando prima cauſa eſt leuior, vel dubia.*
60 *Stipulatio patris pro ſe, et filijs, intelligitur, ordine ſucceßiuo.*
61 *Pater & filius vbi in teſtamento vocantur, cenſentur vocati ordine ſucceßiuo, quando cadit ordinata charitas.*
62 *Profectitium dicitur, quicquid filius habet à patre, quocunque tempore habeat.*
63 *Profectitium reputatur quicquid ad filium patris contemplatione peruenit.*
64 *Priuatio ſupponit habitum.*
65 *Pater qui proprio filio conceßit feudum pro ſe, & filijs, poteſt illud relinquere totum vni filio, ſiue feudum ſit hæreditarium, ſiue ex pacto.*
66 *Plus, & non minus, non facit actum differre ſpecie.*
67 *Qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*

CONSILIVM CCCV.

ALIENATIONEM feudorum quæ poſſidebãtur ab Illuſtri D. Bonifacio Sollario, non videtur quod Illuſtris nunc D. Marcus Ant. Sollarius impugnare poſſit, quia etſi ea ſint antiqua, tamen vendi potuerunt ad agnatorum præiudicium, ſtante inueterata cõſuetudine, quod feuda quæcumque cum domini directi cõſenſu alienari poſſint, de cuius validitate non eſt dubitandum: quia feudorum conſuetudines poſſunt per contrariã tolli conſuetudiné, & ſicuti lex, legem, ita conſuetudo, conſuetudiné abrogat, & eodem modo diſſolui quid poteſt, quo fuit colligatũ, & qui legem tulit, poteſt legem ſoluere. Per quas, & alias rationes, DD. in propoſito hoc
1 tenent,† in c. 1. §. par ratio, qualit. olim feud. pot. alien. Bald. in conſ. 318. vol. 2. Guid. Pap. q. 297. Dec. in conſ. 586. col. 1. & 2. Gozad. in conſ. 90. nu. 9. conſ. 26. nu. 8. Pariſ. conſ. 13. nu. 25. conſil. 14. nu. 3. & ſeq. vol. 1. Curt. iun. conſ. 171. nu. 1. Socin. iun. conſil. 72. num. 74. vol. 1. Campeg. conſ. 2. col. penult. inter conſilia Bruni, Brun. in conſ. 135. col. 9. verſ. ſexto facit, & in conſ. 137. col. 1. Burſat. 295. nu. 16. Roland. in conſ. 2. nu. 18. vol. 1. Riminal. qui multos allegat, in cõſ. 9. nu. 95. Io. Baptiſta Surdus gentilis meus, in c. 1. §. Titius, nu. 46. ſi de feudo defuncti fuer. cõtrou. inter dom. & agn. cũ multis alijs.

Et non obſtat aſſertum fideicommiſſum factum à D. Bonifacio ſeniore, quia vltra voluntaté, neceſſaria
2 eſt ptãs ad validitatem actus,† l. qua ætate, in princ. de teſtam. l. cum te, vbi Bald. C. de donar. ante nupt. l. multũ, C. ſi quis alte. vel ſibi, c. cum ſuper, de offic. deleg. Dec. in conſ. 198. nu. 3. & licet voluerit fideicõmiſſo bona quoque feudalia ſupponere, tñ id efficere non potuit, vaſſallus enim de feudo diſponere non põt in
3 teſtaméto,† c. 1. in princ. vbi notant omnes DD. de feudi ſucceſſ. et pro anima, vel remiſſione ſuorũ peccatorum, c. 1. §. donate, qualit. olim feud. poter. alien. vbi Doctores, & in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Feder. Hanc concluſionem firmarunt Bald. Fulgoſ. Cardin. Io. de Anan. Bolog. Abb. Barbat. Bellam. & Socin. quos omnes citat & ſequitur Socin. iun. in d. conſ. 72. nu. 20. vol. 1. vbi poſt Baptiſt. de Sancto Blaſ. in tract. feud. differ. 30. dicit hanc eſſe generalem Regulam.

Ruin.

Ruin.in conſ.171.nu.14.vol.2. Duen.qui infinitos al-
legat,in Reg.327.Clar.in §.feudũ,q.40.poſt Curt.iun.
in tract. feud. par.4.verſ.penult.quæro, Capic. in d.c.
Imperialem,in gl.2.in additio. folio mihi 10.vbi am-
pliat multis modis.Roland. io conſ.79.num.5. & ſeq.
vol. 2. & in tantũ eſt oulla diſpoſitio quæ fit à vaſſallo
in teſtõ, vt per hoc nõ priuetur feudo,ſed illud aperia
4 tur agnatis, ſi extant,† gl. in c.Imperialem,in ver.alie
nare,vbi Bald.nu.4.Afflict.in deciſ.385.nu.5. Ruin.in
conſ.143.in fi.vol.3.Gabr.in cõſ.83.nu.31.vol.1. Cor-
bul.de emph.in tit.de cauſ.priuat.ob alienat. limitat.
14.nu.4. vbi ponunt rõnem diuerſitatis, quare vaſſal-
lus alieoando inter viuos,priuetur feudo, non autem
qñ per vltimam volnntatem; hinc eſt, qđ vaſſallus nõ
poteſt feudũ vni ex filijs prælegare,vt prædicti DD. af
firmant per hanc rationem Socin.iun. in cõſ.72.vol 1.
loquendo in Mantuana conſuetudine,dicit,quod feu-
dnm non includitnr in fideicommiſſo, & vaſſallus ſu-
per eo non poteſt fideicommiſſum inſtituere, ad præ-
iudicium agnatorum qui ex inueſtitnra ſunt vocati,
5 † Curt.iun.conſ.171.per totum,vbi mouetur, quia in-
ueſtitura ſtante prædicta conſuetudioe, cenſetur con-
ceſſa cum facultate alienandi, quæ poſtea non potuit
tolli ab eo qui fecit fideicommiſſum, ex quo vaſſallus
non poteſt ius feudi minuere in ſucceſſoris damnnm.

Nec dicatur,qđ prędicta procedere forte poſſint in
feudo ex pacto & prouidentia,nõ io hæreditario ſaltẽ
mixto: Nam rñdetur feudũ de quo agimus,eſſe ex pa-
cto & prouidẽtia,quia licet fuerit cõceſſum pro ſe,hæ
redibus ſuis, & ſucceſſoribus maſculis ex ſuo corpore
legitimè deſcendentibus,atque ita in cõceſſione facta
fuerit mentio hæredum,tñ illa reſpicit ſolos deſcẽden
tes,& per adiecta verba oſtẽditur, mentẽ fuiſſe conce-
dentis,qđ feudum ad ſolos tranſeat liberos & deſcen
6 dentes,† ita in terminis voluit Iſern.in c.1.§.& ſi libel
lus,col.2.de alien.feud.pater.Dec.in cõſ.395.col.2.in
fi.Afflict.in c.1.nu.11.an agnat.vel fil.vbi dicit, qđ etſi
Sacrũ Conſiliũ indicauerit pro contraria parte, tñ illi
qui ita iudicarunt,neſciuerunt nauigare in profundo
mari,ſed tñ in portu, idẽ dicit in c.1.nu.266. ex quib.
cau.feud.amitt. poſt Iſern.ibi, qui eiuſdẽ fuit opioio-
nis,Soc.inn.in d.conſ.72.nu.27. & ſeq. & io conſ.135.
in fi.vol.1.vbi dicit,paria eſſe,qđ dictum ſit pro deſcen
dentibus maſculis,vel pro hæredibus maſculis: quia
vtroq; caſu intelligitur de deſcendentibus,quã ſniam
confirmat Roland.in cõſ.67.nu.22. & multis ſequent.
vol.1.& in conſ.55.nu.7.vol.3.Bellon. in cõſ.33. nu.2.
vbi infert, qđ tale feudũ non põt in præiudiciũ agna-
torum alienari,imò alienatũ reuocatur,Natta in cõſ.
127.nn.2.vbi infert,qđ ſuccedere põt etiã is,qui nõ eſt
hæres,idẽ dicit in conſ.128.col.1.Alciat.qui cõem di-
cit,in cõſ.179.nu.4.Pinell. qui veriorem dicit & rece-
ptiorem ſnĩam,in l.1.in 3.par.nn.88.ver.ego aũt puto,
C.de bon.mater.& infert, qđ deſcẽdeotibus defertur,
etiãſi hæredes non ſint, & allegat infinitas authorita-
tes,Rimin.in conſ.5.nu.47.cõſ.18.nu.56. & ſeq. Oſaſ.
deciſ.Pedem.162.nu.4.Berret.conſ.14.nu.1.Bertazol.
cõſ.90.nu.5.& ſeq.in cinil.Pancir.cõſ.1.nn.9.quinimo
in fortioribus terminis,Rain.de Forliu.in q.incipien.
Quidam habebat duos filios,voluit idẽ eſſe, qñ ſimpli
citer dictũ eſſet de hæredibus maſculis qnia talis qua
litas adiecta verbo hæredibus, ſignificat ſanguinẽ, &
importat ſolos vocari deſcenden tes, non aũt quod hæ
reditaria cõcurrat qualitas. eum refert Bald. in l.Ca-
ius,ff.ſolo.matr.Alex.in cõſ.105.nu.2.vol.1.Bald.Co-
man. Caſtren. & Alex.in l.Gallus, §.etiam ſi parente,
ff.de liber.& poſth. & ſeqnuntur multi alij à prędictis
relati, ita, quod hæc videtur magis cõis opinio, licet
non deſint qui in vtraqne propoſitione contradicant.

Secundo rñdetur, quod ẽt in feudo mixto vera eſt
propoſitio, qđ fideicõmiſſum fieri non põt ad præiudi
ciũ agnatorum, nã etſi ſuccedẽtes in eo feudo habere
debeant qualitatẽ hæreditariam, tñ illud nõ capiunt
7 tanq̃ hæreditarium, † vt probat Socin.iun. d.conſ.72.
nu.29.& ſeq. vbi hoc modo rñdet ad cõtrariũ. Simili-
ter Curt.iun.d.conſ.171.nu.10. dicit,quod ex quo põt
feudum alienari, intelligi debet in fideicõmiſſo ioclu
ſum,dũmodo non alienetur: at cũ in facto fuerit alie-
natũ, ſubſiſtere non põt fideicommiſſum, & aliud eſt,
quod feudum requirat hæreditariam qualitatẽ, aliud
vero qđ ad præiudicium hæredis poſſit ſubijci fidei-
commiſſo. Facit,quia ẽt de feudo mixto non põt vaſ-
8 ſallus teſtari ad præiudiciũ agnatorum,† vt poſt mul-
ta faciẽdo generalem regulã, dicit Clar. in §.feudum,
q.40.nu.2.verſ.facieuda eſt ergo. Phanuc. in tract. de
Inuentar.par.6.nu 15.& multis ſeqnentibus.Hanc itẽ
partem defendit Bertazol.in conſ.90.nu.12. verſ. nũc
de ſecundo dubio,vbi dicit, de tali feudo vaſſallum di
ſponere non poſſe,ẽt inter cõprehenſos in inueſtitura,
allegat Afflic.Dec.Craue.Pinell.& alios, & nu.18.di-
cit hanc eſſe cõem, & rñdet tenentibus cootrarium.

Qđ ſi quis obijciat,nos eſſe in feudo nouo,atque in
fideicõmiſſo condito ab eo qni primus bona hæc feu-
dalia acqniſiuit: rñderi poterit,qđ etiam in feudo no
uo,pater non põt aliquid facere ad præiudiciũ filiorũ.
9 † vel deſceodentiũ,vt voluerunt Iſern.Bald.& Alua.in
c.1.de ſucceſſio.feud.idem Bal.in l.nunc videndum, §.
item videamus,ff.de petit.hæred.probarunt alij,quos
ſequitur Curt.iun.de feud.part.4.verſ.ex prædicta re-
gula,& hanc dicit cõem eſſe Soc.iun.d.conſ.72. nu.35.
vbi addit Aret.Corne.& Caccialup. Hãc quoq; ample
ctitur Aluar. Vallaſc. in tract. de iure emphyt. q. 49.
nu. 5.verſ.ſecundus caſus,cõem dicit Afflic. io c.1. nu.
74. de prohib. ſendi alien. per Feder. latiſſimè Pinell.
d.l.1.par.3.nu.97.folio mihi 568.C.de bon.mater.vbi
ait receptiorem eſſe ſniam, quod etiã in feudo nouo,
primus acquirens nihil poſſit facere in præiudiciũ ſuc
ceſſorum.allegat Alex.Corn.Iaſ.Curt.iun. Pariſ.Soci.
iun.Lofred.Siluan.Zoanet.& Moder.Gallos, & eos ſe
quuntur Berret.in conſ.51.nu.5.verſ.dico amplius,vbi
& ipſe teſtatur de cõi,Panciról.cõſ.1.nu.13. Menoch.
cõſ.401.nu.6.& 46.Et licet ex prædictis multi loquan
tur in feudo ex pacto & prouidentia,obtinet tñ etiam
in feudo mixto,qđ nõ differt à feudo familiari, niſi in
eo, qđ in ſuccedente requirit hanc hæreditariã quali-
10 litatem,† vt per Soc iun.in d.cooſ.72.& ego latè pro-
baui in cõſ.108.nu.11. & 12. vnde, ſi non põt alienari
in præiudiciũ ſucceſsorũ feudum ex pacto, non ẽt alie
nari poterit mixtũ: quinimo, volunt mnlti, qđ etiam
cum dñi cooſenſu non poſſit feudũ nouum alienari in
damnum agnatorũ,quos probat & ſequitur Berret.d.
conſ.51 nu.5.multo ergo minus licebit in præſenti fa-
cto,vbi nõ interuenit dñi conſenſus, cuius defectus ſo
let nullitatẽ inducere alienationis bonorũ feudaliũ.

Et prædicta planius ſuccederẽt,ſi agnati eſsẽt alie-
nantis hæredes cũ beneficio Inuentarj,eo .n. caſu non
impedirentur reuocare feudũ alienatũ à vaſsallo de-
functo,quia Inoentariũ iura oĩa præſeruat intacta, &
hæredẽ in eo ſtatu conſtituit, ac ſi non eſset hæres, vel
11 hæreditatẽ non adiuiſset,† vt ponunt DD. in l.fi. §.in
cõputatione,C.de iure delib.vbi eſt tex.in §.etſi præfa
tã,Bald.in d.§.in cõputatione,vbi ẽt Iaſ.idem Bald.in
l.debitor,col.2.C.de pact. Iaſ.cõſ.28.col.2.vol.3. pro-
baui latiſſime in cõſ.143.nu.40. Et in terminis,qđ hæ
12 res cũ beoeficio inuẽtarij,† reuocet feudũ mixtũ alie-
natũ à defuncto,Dec.in conſ.185.col.3. Clar. de feud.
q.42.in fi. Phanuc. in tract.de Iouentar. par.6. nu.17.
Clar.in d.tract.q.40.col.2. Pariſ.conſ.65. nu.45.vol.3.

alios

alios citaui in cõſ.108.nu.24.Berret.in conſ.14.nu.3.&
hãc renuit Bertazol.in cõſ.90.nu.18.Gaill.lib.2.Impe
rial.Obſer.154.nu.16. & vr̃ ſequi Pinell. loco pcitato.
Ratio principalis eſt, quia poſtq̃ pater ſtipulatus
eſt feudũ pro filijs & deſcẽdentibus, ius eſt taliter quæ
ſitum illis, qđ in futurum reuocari vel per quemcũque
actum minui non põt, iuxta regulam, l.id qđ noſtrum
eſt, tit.de reg.iur.& ſicuti pater nõ põt filio in reliquis
ad filiũ pertinentibus præiudicare, l.tranſactione ma
iun. Præterea,legatum ſeu relictũ non eſt inutile ẽt in
caſu quo teſtator de feudo diſponere non poſſet, quia
56 etſi meum qđ eſt,non poſſit vlterius effici meũ, † l.ſi rẽ
meam,vbi not.ff.de verb.oblig.§.ſic itaque,Inſtitut.de
actionib.§.ſi cui fundus,verſ.ſed ſi rem legatarij, Inſti.
de leg.& quid non poſſit meũ fieri ex pluribus cauſis,
l.non vt ex pluribus,ff.de reg.iur.id tñ intelligitur, qñ
cauſæ veniunt ſucceſſiuè, vna poſt aliã, ſed vbi eodem
tpe concurrunt,tunc eadem res põt effici mea ex pluri
57 bus cauſis,† ita reſoluit Bart.in l.3.§.ex pluribus,in 3.
oppoſ.ff.de aeq.poſſ.Iaſ.in §.ſic itaque,Inſtit.de actio.
Alber.in d.§.ex pluribus; Dec.in d.l. non vt ex plurib.
atque ibi ẽt Cagnol.at in caſu noſtro,cauſæ plures cõ-
currunt eodem tpe,quia ſtatim ſecuta morte,feudum
efficitur filij vigore inueſtituræ, & vigore teſtamenti
& inſtitutionis:nec datur tpis interuallum inter vnã
& alteram acquiſitionem, ſed vtraq; effectũ producit
eodem tpe.Accedat,quod etſi res eadem non poſſit ex
pluribus cauſis effici propria vnius,põt tñ illi ex pluri
58 bus cauſis deberi,† vt inquit text. expreſſus, in d.l.nõ
vt ex pluribus,d.l.3.§.ex pluribus,Dec.& Cagnol.d.l.
non vt ex pluribus,vnde legatum ſeu relictũ erit vtile
ſaltem reſpectu actionis,dum pluribus actionibus po
terit filius conſequi feudum.Demum, cum cauſa inue
ſtituræ eſſet dubia,quia pater poterat de feudo in aliũ
remotiorem diſponere, vel ſaltem poterat dubitari,
an pater id facere poſſet, teſtamento eodem relinqui
potuit: quia vbi prima cauſa eſt leuior vel dubia, res
59 mea poteſt ex noua cauſa mihi acquiri, † Ioan.Andr.
& Ioan.Monach.in cap.cum perſonæ, §. quod ſi talis,
& ibi etiam Gemin.de priuileg.in 6.Oldr.in conſ.23.
in fine,Iaſ.in l.apud Iulianum,§.ſi Titius, num.2. ff.de
leg.1.& in d.§.ſic itaque,Tiraq.de retract. cõſang. §.1.
glo.7.num.69.Crauet.in conſil.16.num.6.

Vnum remanet quod forte poſſet dubitationẽ in-
ferre ſupradictis oĩbus: nam qñ pater ſtipulatur pro
ſe,& filijs,ea ſtipulatio intelligitur ordine ſucceſſiuo,
vt ſcilicet ipſe habeat dũ viuit, & filij poſt ipſius mor-
60 tem,† vt per Bar.Bal.& alios, in l. quod dictum, ff de
verb.oblig.Calder.cõſil.12.de locat.Corn.in cõſil.47.
col.2.verſ.prout & DD.vol.4.vbi dicit, quod ita inter
pretatur cõis obſeruatio, id quod obtinet non ſolum
in ſtipulatione,ſed etiam in teſtamento: quia vbi ca-
dit ordinata charitas, ſemper pater & filius cẽſentur
61 ordine ſucceſſiuo vocati, † vt ponunt Doctores om-
nes,in l.Gallus,§.quidam recte, vbi Iaſ. num.20. dicit
communem, ff.de liber.& poſthum. Natta, qui loqui-
tur in feudo,in conſil.501.nu.3. Clar.de teſtam. q.80.
num.3. Oſaſc.deciſ.Pedemont.81. nu.12. Cœphal. in
conſil.607.num.33.Gomeſ.de teſtam.capit.2. num.3.
verſ.quinto limita.Menoch. in conſil.85. nu.77. Burſ.
in conſ.67.nu.5.Card.Mantica,de coniect.vlt.volunt.
lib.4. tit.7. num.1. atque ita confert pater hoc benefi-
cium filio in tempus quo erit ſui iuris, & conſequen-
ter,non videtur quod ſit profectitium. Sed ad hoc re-

ſpon-

ſponderi pót, quod imò non deſinit eſſe profectitium,
ex eo, qđ ius quæratur filio ſolum poſtq̃ erit extra pa-
triam pŕãtem, qñ quocumque tempore habeat, ſem-
62 per dr̃ profectitium, dũmodo à patre habeat, † vt per
Bart. in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib. imò dr̃ pro-
fectitium ẽt illud, quod patris intuitu & contẽplatio-
63 ne ad filium peruenit, l. profectitia, † in princ. ff. de iu-
re dot. Bart. in l. in quarta, col. pen. ff. ad leg. Falc. & in
d. l. cũ oportet, Bart. Alex. Iaſ. & alij, in l. ſed ſi plures,
§. in arrogato, ff. de vulg. Socin. in conſ. 91. nu. 10. vol. 1.
Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 1.
Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 108. & prædicti om-
nes indiſtinctè & indifferenter loquuntur, ſiue patre
mortuo ſiue viuo quæratur filio.

Secundo rñdeo, quod ſi volumus nullum ius quæſi-
tum fuiſſe filijs patre viuente, tunc habebo intentum:
quia non poterit filius allegare quod pater faciendo
fideicõmiſſum, non potuerit tollere ius ſibi quæſitũ, ſi
nullũ ius habebat: quia priuatio præſupponit habitũ,
64 † l. decẽ, ff. de verb. oblig. & carẽtiæ ſunt habẽriũ, Bald.
in l. licet, in 3. oppoſ. C. locati, Oſaſc. deciſ. Pedem. 95.
nu. 12. Si vero dicamus, qđ ius ſit quæſitũ, ſed reuoca-
biliter, ideſt, patre perſeuerante in eadẽ volũtate, idẽ
erit: quia mutata voluntate nullũ ius filijs remanet,
vt declarat Salic. in l. quoties, nu. 3. C. de dona. quæ ſub
mõ, Natta conſ. 501. nu. 2. verſ. vel ſi volumus dicere.

Tertiò in terminis adduco Nattam in d. conſ. 501.
nu. 27. vet. vlterius ad prædicta, vbi ait, ꝙ pater qui cõ
ceſſit feudũ pro ſe, & filijs, proprio filio pót illud relin
quere, & quidẽ totũ vni filio, ſiue ſit hæreditariũ, ſiue
65 ex pacto, † licet eo quoq; caſu nepos illud habeat ſo-
lum poſt mortẽ patris, & non ante: quia quoad patrẽ,
qui conceſſit, dr̃ profectitiũ, & pót cõceſſio ſemper re-
uocari ad præiudicium nepotũ, etſi nepotibus reſpe-
ctu eorũ patris feudũ aduentitiũ ſit, tanq̃ proueniens
ab auo, & hic fuit ſenſus Aret. in d. §. ſi quis alicui, li-
cet Natta non alleget, eſt verũ, quod Natta loquitur,
qñ pater filio concedens, eſt dñs feudi, ſed idem eſt, qñ
pater non eſt dñs, nec ipſe concedit feudum: ſi tñ ac-
quirit ſua pecunia, & illud primus recipit, ex quo etiã
tunc deſcẽdentes oẽs ab eo dicuntur habere, quomo-
do habent à domino, quando gratis eſt conceſſum.

Quarto rñdeo, nonne hoc ipſum qđ pater recipien
do feudum ſtipulatur filio, eſt donatio profectitia, ſi-
ue emolumentũ quæratur ſtatim in ſpe, ſiue poſt mor-
tẽ ſuam in re, & eũ effectu, certe negari non pót: quod
enim pater velit habere filiũ, hoc eſt donatio quæ à pa
tre proficiſcitur: qđ velit habere ſtatim, vel in tẽpus,
& ita prius, vel tardius, hoc nõ immutat ſubſtantiam
principalis donationis, nec efficit quin ſit donatio, ſed
bene operatur, quod plus, vel minus tpe donauerit, &
66 hoc plus & minus, non facit actum differre ſpecie, † l.
ſi. ff. de fund. inſtr. & cũ ſit qualitas, pót adeſſe & abeſ-
ſe citra ſubiecti corruptionẽ, vt dicunt Philoſophi, ſed
67 non pót ſtare ſine ſubiecto, † l. nulla, §. ſi abſentis, vbi
Ang. notat, ff. de pet. hæred. Bald. in l. 1. ff. de bon. poſſ.
ſcđm tab. vnde ſemper eſt donatio profecta à patre, &
cõſequẽter, ſemp reuocabilis, q̃uis effectus acquiſitio-
nis collatus fuerit in tps quo filij futuri ſunt ſui iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus in dubio nunquam præſumitur feneratitius.*
2 *Fideiuſſor poteſt certum quid ſibi ſtipulari vt fideiubeat.*
3 *Vſura non dicitur quando ſuſcipitur aliquod periculum, quia non eſt lucrum ſed compenſatio imminentis periculi.*
4 *Securitatem nauis, & mercium promittens, poteſt paciſci & recipere certam quantitatem, & valet conuentio.*
5 *Incertitudo operatur quod iudicetur licitus contractus qui alioquin haberetur pro illicito.*
6 *Vſura dicitur quando aliquid accedit ſorti.*
7 *Vſura conſideratur ſolum in contractu mutui vero, vel ficto, non in alijs contractibus quibus mutuum aptari non poteſt.*
8 *Mandati contractus celebratur inter fideiuſſorem, & eum pro quo intercedis.*
9 *Salariũ debetur in contractu mandati quando eſt promiſſũ.*
10 *Pactum de quota litis reprobatur in procuratore.*
11 *Benefacere alij nemo cogitur, præſertim cum rerum ſuarum detrimento, & incommodo.*

CONSILIVM CCCVI.

HAsc quæſtio videtur dubia, quia etſi
fideiuſſionis cõtractus ſit licitus, nõ
tñ videtur quod pro eo D. Georgius
Maletus potuerit ſtipulari annuam
certam quantitatem ſibi ſolui à D.
Vincentio Tuſio, ſi enim in cõtractu
mutui prohibetur creditor aliquid vltra ſortem exi-
gere, quamuis ei multum abſit, multo magis id dene-
gandum eſt fideiuſſori à quo nihil abeſt, & cuius offi-
cium eſt magis gratuitum quam officium mutuantis,
vnde ẽt lucrum eſt magis turpe, q̃ illud, quod ex mu-
tuo fit. & per has rõnes ita concludunt Moder. Gall.
in tracta. vſurar. q. 31. nu. 251. & Laur. de Rodulph. in
tract. de vſur. in 3. par. q. 3. num. 3. dicit tutius eſſe ab-
ſtinere ab huiuſmodi contractu, licet ipſe teneat pro
illius validitate. accedat, quod ſat eſſe debet fideiuſ-
ſori ſi à principali debitore indemnitatem conſequa-
tur, abſque eo quòd præmium & lucrum ſentiat.

Teneo tamen contrariam ſententiam & concludo
contractum ſuſtineri: quia in dubio, quilibet contra-
ctus præſumitur licitus niſi expreſsè probetur illici-
tus, nõ enim præſumitur delictũ, l. merito, ff. pro ſocio,
& nunquã præſumitur feneratitius, qñ ſumus in du-
1 bio, † l. ſi ea pactione, C. de vſur. Bald. in conſ. 39. in fi.
vol. 3. Iaſ. in l. rogaſti, §. ſi tibi, nu. 7. ff. ſi cert. petat. Soc.
iun. in conſ. 83. nu. 6. vol. 2. dixi in cõſ. 184. nu. 7. vol. 2.
Præterea, quod fideiuſſor poſſit certum quid ſtipulari
2 ſibi vt fideiubeat, † probat tex. in l. ſi remunerãdi, §. fi.
ff. mandati, vbi id clarè ſupponit fieri poſſe. idem pro-
batur in l. hoc iure, in §. Labeo ait, ff. de dona. vbi dici-
tur, mercedem licitè paciſci ſub ea conditione, ſi pro
te fideiuſſero. & ibi hoc notat Bart. dicẽs, qđ licitè poſ
ſum à te recipere pecuniam, vt pro te fideiubeam. &
ſubdit poſt gloſ. quod eſt contractus innominatus, qñ
natura contractus obligationẽ admittit. & ſequitur
ibi Caſtr. idem voluit Laur. de Rodulph. in d. tract. in
par. 3. nu. 3. vbi dicit, in ſecundo caſu qñ ſcilicet fideiuſ
ſor intercedit non pro contractu mutui, ſed pro alio,
puta ſi merces per mare mittuntur, vel per loca peri-
culoſa, & allegat Bald. in l. cunctos populos, in 1. q. C.
de ſum. Trinit. qui vult, quod non ſit vſura qñ ſuſcipi-
tur aliquod periculum, quia non eſt lucrum, ſed com-
3 penſatio quædam imminentis periculi, † idem voluit
Dec. in conſ. 7. nu. 1. eandem ponit quæſtionem Ioan.
de Anan. in c. fin. num. 42. & ſeq. de vſur. vbi tenet cum
Laur. & poſt Caſtrẽ. dicit eſſe caſum in l. in naue Sau-
pheli, §. conductores, ff. locati, non enim hic agitur de
mutuo, ergo non eſt vſura. item non extat ſors aliqua
principalis, ergo neq; vſura acceſſoria, & nemo tene-
tur periculum gratis ſuſcipere. & refert quæſtionem
quandam Anchar. in qua certum quid promiſſum fue
rat, vt nauis aduerſus nedum piratas, ſed etiam tem-
peſtatem maris aſſecuraretur. & Caſtr. in d. l. in naue
Saupheli, tenet, quod valet conuentio in qua recepta
certa quantitate, promittit quis ſecuritatem nauis,
4 & mercium. † & hoc etiam ponunt Doctores in l. cum

ad præſens,ff.ſi cert.petat.vbi Iaſ.in ſecundo notabili,
laté diſputat,tandem concludens,ſuſtineri pactiones
quæ Venetijs, & Genuæ quotidiæ fiunt pro ſecuritate
merciũ,& ibiẽt ponit,quid vbi pactio fit inter eos quo
rũ nihil intereſt, vt q̃a nihil ad eos pertineat de nauis
aduentu,& loquitur etiã, q̃n non interuenit ſtipulatio
ſed pactum nudum.idem tenet Dec.num.4.& in conſ.
116. Hanc ſñiam probauit ẽt Angelus de Clauaſio, in
Summa in verſic.fideiuſſor, in fin.Archiep.Florent. in
Sum.tit.de vſur.c.45.nu.57. Corrad.de contract.q.40.
concluſ.4.& Caier. ſuper 2.2.q.78.artic.2. Lupus in re
pet.c.per veſtras, in 9.notab.§.9. incip. ampliari põt,
nu.10.de donat.inter vir.& vxor.vbi pulchre loquitur,
dicens hoc caſu æſtimari non ſolũ ſeruitium quod con
ſequitur debitor ratione fideiuſſionis, ſed ẽt periculũ
qđ ſubit talis fideiuſſor: fieri enim põt quod debitore
non ſoluente,cogatur fideiuſſor pro eo de proprio ſol-
uere,atque ita vel pecuniam ab alio capere ſub vſuris,
vel rerum ſuarum alienationem aut iacturam aliã pa
ti,ex quibus longe plus damni conſequetur,quam pro
ſpõſione fuiſſet lucratus. Addo ego,ꝙ etiamſi ex euen
tu nullum damnum ſentiret, contractus nihilominus
eſſet validus ꝑꝑ incertitudinem quæ in eo verſatur. &
ad iuſtificationem contractus ſufficit,quod inde poſſit
damnum prouenire. & facit incertitudo qđ indicetur
licitus cõtractus, qui alioquin haberetur pro illicito,
5 † Natta in conſi.548.nu.16. & probaui in cõſi.162.nu.
35.facit l.de fideicommiſſo,cum ibi notatis,C.de tran
ſaction. hanc partẽ tenuit quoque Mod. Pariſ.d.q.31.
q̃n non ſumus in mutuo,& ceſſat fraus & dolus,& vſu-
rarum ſuſpicio,& clarius ad Dec.in d.l.cũ ad præſens,
vbi ait,quod pactio ſuſtinetur inter mercatores, & fi-
deiuſſores eorũ,licet ſcđm eum nõ inter alios. Didac.
lib.3.variar.reſolut.c.2.nu.6. vbi ſubdit hãc eſſe cõem
ſententiam,& allegat nonnullos Theologos. eandem
opinionem defendit Nauar. in ſuo Manuali confeſ.c.
27.col.3.vbi reiecta dubitatione Laurent.dicit cõuen-
tionem licitam eſſe,quia lucrũ non capitur vi mutui ta
citi vel expreſſi, niſi ex alijs circumſtantijs conſtaret
fraudem fieri,puta,quia nollet quis mutuare,niſi talis
fideiuberet,cum quo conuenerat de lucro diuidendo.
Eiuſdem ſententiæ fuit Stracca in tract. de aſſecurat.
in præfatione, nu.45. vbi multos allegat. & nouiſſime
Io.Bapt.Lupus,ſuper c.nauiganti, in 3.cõment.§.1.nu.
29.& quod non poſſit dici vſurarius contractus proba
tur, quia vſura dr̃, quando is qui eſt creditor,aliquid
præter ſortem recipit,vt in c.conſuluit.& in c.nauigan
ti,de vſur.& hic creditor nihil recipit: vſura autem di-
6 citur q̃n aliquid accedit ſorti,† vt in c.vſura,& c.pleri-
que,14.q.3.Io.Andr.in reg.peccarũ, col.2. de reg.iur.
in 6.Innoc.Card.Abb. & Anan.in rubr. extra de vſur.
Didac.lib.3.variar.reſolut.c.1.in princ. Ceph.in conſ.
237.nu.4.hic aũt creditori nihil accedit ex promiſſio-
ne ſupra facta,& deficit vſuræ ſubſtãtia,& definitio,er
go ẽt deficit actus & effectus. Rurſus vſura conſidera-
tur ſolũ in contractu mutui vero,vel ficto,& non cadit
in alios contractus, quibus mutuũ aptari non poteſt,
7 † Abb.in conſi.62.in fi.vol.1. Dec.in l.2.§.creditũ, in 3.
notab.in fi.ff.ſi cert.pet.Crau.in conſi.145.nu.6. & 17.
Rol.conſi.72.nu.2.vol.1. hic vero nihil de mutuo actũ.
Nec contractus principalis põt mutuo aliquo modo
conuenire, nam celebratus eſt contractus locationis,
quia D.Vincentius conduxit a Camera Gabellam, &
D.Georgius noluit pro eo ſe obligare Cameræ pro ob-
ſeruantia contractus, niſi annua ſibi q̃titate promiſſa,
quæ ſolueretur durãte locationis cõtractu, vnde fraus
colligi non poteſt. Nec poteſt quiſquam efficere,quod
contractus prædictus, aliquo modo conuertatur in
mutuum, quod ſi ex parte hac defenditur,ita,ne obſt a
re poſſit vſuraria prauitas, nihil eſt ꝙ iuſtè obijciatur.

Nec eſt cõtra iuſtitiam diſtributiuam quod fideiuſ
ſor mercedem recipiat pro eo actu: nam inter fideiuſ-
ſorem & eum pro quo intercedit,celebratur cõtractus
8 mandati, † l.ex mãdato,l.qui fidem, ff.mandati, & q̃-
uis mandatum originem ducat ab officio & amicitia,
merceſque ſit officio contraria, vt dicitur in l.1.in fin.
ff.mandati,tñ vbi eſt promiſſum ſalarium, illud debe-
9 tur,† vt in l.ſalarium,ff.mãda.& in l.idemque,§. idem
ſi Labeo,ff.eod.& in l.1.C.eod. propterea vbi de certo
ſalario conuentum eſt,non eſt iniquum illud præſtari:
hincq́; infertur, non turpiter exigere à debitore fide-
iuſſorem ſalariũ aut mercedẽ, pro fideiuſſione, neque
hoc eſt iniquum, & reprobatum (vt male exiſtimauit
Modern.Gall.in d.tract.de vſur.q.31.nu.1251.) repro
batur enim tãtummodo pactum de quota litis in pro-
curatore,quia tunc ſalarium dicitur re & genere incer
10 tum,† d.l.ſalarium,& l.litem,C.de procurat.l.ſi remu
nerandi,§.fi.ff.mandati,ponit Azo in Summa, C.man
dati,ſed hic de negotio non de lite agimus, propterea
cum non reperiamus interdictum hoc eſſe fideiuſſori,
quinimo expreſſe permiſſum,ſuſtineri debet.

Argumentũ item quod à mutante deducitur ad fi-
deiuſſorẽ,non concludit: quia etſi fideiuſſori nihil ab-
ſit præſenti rerum ſtatu inſpecto, poteſt tñ plurimum
abeſſe, quia euenire põt quod cogatur de ſuo ſoluere,
& patrimonium vendere,& haſtam licitationes,& ſe-
ctiones pati,vt bene conſiderat Lupus in d.cap.per ve
ſtras,& ratione futuri & imminẽtis damni,potuit cer
tũ quid in annos ſingulos ſtipulari: quinimo, circum-
ſcripto ẽt damno facere id põt, quia contractus natu-
ra non repugnat,eſt.n.contractus innominatus,facio,
vt des,quemadmodũ docẽt Rodulph.& alij ſupra cita
ti,& nemo cogitur alij benefacere,gl.in c.ad reprimen
dũ,de offic.ord.præcipue, cum rerũ ſuarum detrimẽto
11 & incõmodo,† vel ſaltem detrimenti periculo, quod
idem eſt,l.tutori, C.de nego.geſt.c.ad fidem,33.q.5.c.
precarie, 10.q.2.non eſt ergo inconueniens,quod fide-
iuſſor de certa mercede ſibi in ſingulos annos ſoluen-
da paciſcatur, quando gratis nõ tenetur intercedere.

Hæc autem ſentẽtia procedit ſine dubio in præſenti
facto,in quo vt dixi principalis contractus non eſt mu
tui,nec talis,qui conuerti poſſit in mutuũ,ſed eſt loca-
tionis,& cum Camera celebratus,cuius exactores q̃a
rigoroſè admodum cum debitoribus agere ſolent, &
executiuè omiſſis terminis ordinarijs, vix inueniãtur
qui ei velint ſe obligare,non eſt ergo iniuſtũ, aliquem
ſpe mercedis & præmij allicere ad ſe obligandũ, cum
amicitia & officio nemo induci poſſit,aut certe pauci.

S V M M A R I V M.

1 *Gabella non ſoluitur pro rebus quæ vſus proprij cauſa portantur.*

2 *Conſuetudo quod ſoluatur gabella pro rebus quæ uſus proprij cauſa portantur,non valet.*

3 *Iuramento proprio ſtandum eſt, quod quis emerit blada pro vſu proprio cum conſiſtat in animo.*

4 *Gabellæ domino ſeu conductori nocet actus exactoris.*

5 *Negotiorum geſtor, licet non præiudicet domino in recipiendo canonem, tamen id ſufficit emphyteutæ ad excuſationem ne cadat ab emphyteuſi.*

6 *Emens à fiſco immunitate non gaudet.*

7 *Priuilegium mutatur mutatione perſonæ.*

8 *Gabella ſoluenda eſt a portante.*

9 *Immunitate gabellæ gaudet emens ab eccleſia, quando res tranſportatur expenſis eccleſiæ.*

10 *Ementi ab immuni cum expreſſo pacto, quod non teneatur ſoluere gabellam, prodeſt priuilegium venditoris.*

Teſtis

11 *Teſtis ſingularis plenè non probat.*
12 *Singularitas vitiat, & lacerat dicta teſtium.*
13 *Citatio requiritur in productione, & examine teſtium, aliàs eorum dictum non nocet non citato.*
14 *Scriptura vtens dicitur illam approbare, & confirmare.*
15 *Fruſtratorium actum nemo præſumitur facere.*
16 *Inuериſimilitudo vitiat dicta teſtium.*
17 *Confeſſio eſt actus reiterabilis.*
18 *Pluralitas actuum præſumitur vbi agitur de euitanda falſitate teſtis, & de eum conciliando cum dicto partis.*
19 *Dolus eſt neceſſarius vbi agitur de commiſſo ob fraudatum vectigal.*
20 *Cauſa qualibet excuſat à pœna commiſſi.*
21 *Contra gabellam in dubio eſt pronunciandum.*

CONSILIVM CCCVII.

PAVPERRIMOS iſtos ex Carpo abſol-
uendos exiſtimo à moleſtia quæ in-
fertur à cõductore gabellæ Corrigij,
quãuis non ſoluerint pro bladis quæ
Nuuolaria Corrigium traducebãt:
gabella enim ſoluẽda non eſt pro re-
1 bus quæ vſus proprij cauſa † portantur, l. publicanus,
§. 1. ff. de public. l. in lege Cenſoria, ff. de verb. ſign. l. vni
uerſi, C. de vectig. & commiſſ. Clem. fi. de cenſib. & ita
voluit Bald. in conſ. 241. vol. 4. vbi præciſè loquitur de
his quæ ad victum ſunt neceſſaria, Imola & Alex. in l.
cetera, §. item ſi quis ad opus, vbi Iaſ. nu. 9. ff. de leg. 1.
Marſil. in ſing. 86. per totũ, vbi infert ad multa, Ruin.
in conſ. 112. nu. 5. & nu. 8. in princ. vol. 5. Rolan. in cõſ.
34. nu. 15. vol. 3. Becius qui multos addit, in conſil. 96.
nu. 9. & multi voluerunt, quod contraria conſuetudo
2 non valeat, tanquam contra bonum publicũ, † vt per Holt.
in c. ſuper quibuſdam, de verb. ſign. Ang. de Clauaſ. in
Summa, in verb. pedagium, ver. de quibus, & de hmôi
conſuetudinis inualiditate, latè agit Natta in conſil.
655. per totum. eã quoque ſniam amplectitur Roland.
d. conſ. 34. nu. 19. vbi poſt alios relatos cõſuetudinem
dãnat tanquam irrationabilẽ, ſicut & Becius d. cõſ. 96. n. 9.
quod aũt pro vſu proprio blada illa emerint, ſtandum
3 eſt eorum iuř, † vt voluit gl. quæ præciſè loquitur, in
Clem. fi. in verſ. negociandi, de cenſib. ponit Bal. in l. cũ
proponas, C. de naut. fœnore, Alex. in d. §. item ſi quis
ad opus, & ibi Iaſ. nu. 10. Marſil. d. ſing. 86. & nõ mirũ:
quia ad quẽ finem emerint blada, id conſiſtit in emen
tium animo & voluntate, & in his quæ animum alicu-
ius concernunt, ſtandum eſt illius dicto, glo. in §. aliæ,
Inſtit. de actio. Marſil. in Rub. C. de probat. num. 122.
Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 186. nu. 5. conſonat au
tem eorum dicto qualitas eorum, qui ſunt & ruſtici &
pauperes, & mercimonio exercendo inhabiles.

Secundo blada illa fuerũt cõſignata exactori gabel
læ qui reſidet in regione Cãpagnolæ, & is profeſſionẽ
acceptauit, & quia empta fuerant ab Illuſtriſs. D. Co-
mitiſſa Nuuolariæ iuſſit vectores nõ moleſtari pro ga-
bella, actus aũt exactoris nocet dño gabellæ, ſeu eius
4 conductori, † vt probat Bal. in conſ. 211. vol. 3. & ponit
Bero. in cõſ. 164. nu. 23. vol. 3. Paſet. in conſ. 190. nu. 2.
& vbi ẽt exactori ius & ptãs non fuiſſet liberandi à ſo-
lutione, tñ illius liberatio excuſare dẽt à commiſſo, vt
per Spec. in tit. de locato, §. nunc aliqua, ver. 81. vbi di-
cit, qđ etſi geſtor negotiorũ non præiudicet dño in re-
cipiendo Canonem, tñ id ſufficit emphyteutæ ad excu
5 ſationem, ne cadat ab emphyteuſi. † ſequitur Paris de
Puteo, de feud. redintegr. c. 56. nu. 2. ſeq. Burſ. in conſil.
143. nu. 65. ſi enim exactor profeſſionẽ non acceptaſſet
& ſolutionẽ affectaſſet, vtique ipſi ſoluiſſent, atque ita
cõmiſſum euitaſſent, & culpa imputari poteſt dño ga-
bellæ, vel conductori qui illum deputauit exactorem.

Tertio prædicti miſerrimi nõ tenebãtur ad ſolutio
nẽ, ſed Illuſtriſs. D. Comitiſſa prædicta quæ blada ven
diderat, & ea tradere promiſerat in loco Carpi, vt cõ-
ſtat ex mandato qđ penes vectores ipſos inuentũ eſt,
& ex atteſtatione quæ fuit in actis producta, ipſa vero
D. Comitiſſa eſt immunis à ſolutione gabellæ, vt pro-
batur ex lege & capitulis gabellæ, nec inficiatur cõdu
ctor, quinimò admittit, id ſolũ obrẽdens, qđ de ipſius
D. Comitiſſę incõmodo non agatur, indebitè ergo mo
leſtantur. qđ ſi dicatur, immunitatẽ quæ cõpetit D. Co
mitiſſæ minimè illis emptoribus prodeſſe, quo minus
teneãtur ſoluere, vt probatur in l. licitatio, §. fi. ff. de pu
blican. vbi quis fiſcus à ſolutione gabellę immunis ſit,
6 emens tñ à fiſco, immunitate nõ gaudet, † & Bart. ibi
infert ad eccleſiã, & vult, qđ qui ſal emunt ab eccleſia,
tenentur ſoluere, Salic. in d. l. vniuerſi, Abb. in c. ex par-
te, il primo, de decim. Io. de Amic. in conſ. 18. idẽ volue
runt Arcbid. Spec. Io. Andr. Luc. de Pen. Bald. Roman.
Soc. Iaſ. Ruin. Dec. & alij multi, quos citat & ſequitur
Rolan. in conſ. 61. nu. 16. & ſeq. vol. 4. alios addit Burſ.
in cõſ. 42. nu. 14. quia mutatione perſonæ mutatur pri
7 uilegium, † Din. Bar. in l. Paulus, in fi. ff. de acq. hæred.
Alex. in conſ. 35. nu. 18. vol. 4. Rolan. d. conſ. 61. num. 5.
Rñdeo, hoc verum eſſe, niſi ſoluendi onus ex pacto ei
incũberet, qui eſt immunis, tũc enim eadem ſeruatur
emptori immunitas, vt in præſenti facto, in quo D. Co
mitiſſa conuenit blada illa tradere in loco Carpi, &
ex forma impoſitionis gabella ſoluẽda eſt à portãte,
8 † Bart. in l. 1. in fi. ff. de aliment. & cibar. legat. Salic. in
l. acceptã, nu. 15. C. de vſur. Bertach. de gabell. par. 7. in
2. q. in fi. & iõ Bald. in conſ. 31. vol. 1. inquit, qđ etſi em-
ptor teneatur ad ſolutionẽ, ſi tñ res expenſis eccleſiæ
tranſportãtur tũc emptor nõ tenetur ſoluere, ſed gau-
det immunitate quæ eccleſiæ cõpetit, quia aliàs ſolu-
tio cederet damno eccleſiæ quæ niſi id onus ſuſcepiſſet
9 minoris vẽdidiſſet, † l. ſi venditor, ff. de ſeru. exportan.
idem voluit Io. de Amicis in conſ. 18. Rol. in d. cõſ. 61.
nu. 18. & ſeq. in 4. vol. & hoc voluit Dec. in conſ. 48. nu.
2. in 2. fund. & in fine conſilij, vbi ſi qs emit ab immu-
ne, cũ expreſſo pacto, qđ non teneatur gabellam ſolue
re, priuilegium vẽditoris prodeſt emptori, quia aliàs
10 contra emptorẽ haberet regreſſum, † idẽ probauit Al
ciat. in conſ. 216. nu. 7. & Rimin. in conſ. 724. nu. 47. &
50. licet ipſe videatur Baldum aliter intelligere, quã
verè loquatur: nã dicit expreſsè, quod priuilegio ven-
ditoris gaudet emptor, qñ ſuo ſumptu & periculo ven
ditor tenetur rẽ portare ad domum emptoris: ſic igi-
tur, cũ D. Comitiſſa quæ eſt immunis, promiſerit bla-
da prædicta traduci facere ad locum Carpi, non poſ-
ſunt emptores moleſtari pro vectigali ſoluendo in lo-
co Corrigij q medius eſt inter Nuuolariã & Carpũ.

Nec faceſſit negotiũ depoſitio Bernardini Maltel-
li, qui productus nomine D. Comitiſſę in teſtẽ, dicit ſe
vti eũ qui D. Comitiſſæ negotia gerit, blada vẽdidiſſe,
& conueniſſe qđ emptores nõ moleſtarẽtur pro gabel
la vſq; ad eccleſiã Riui, quæ eſt in territorio Corrigij,
atq; ita fatetur, nõ abſolutè promiſſã eſſe immunita-
tẽ vſq; ad locũ Carpi, ſed ſolum vſq; ad eccleſiã prædi
ctam, ad hoc .n. in quo audio fundm̃ principale gabel
larij cõſiſtere, rñdeo, qđ hic teſtis eſt ſingularis, ideo-
11 que plene non probat, † Bar. in l. vt iuriſiurandi, nu. 3.
C. de iureiur. & ſingularitas vitiat & lacerat dicta te-
12 ſtium, † Bald. in conſ. 25. in 1. col. in fi. vol. 3. Crauet. in
conſ. 41. num. 7. & ibi eſt varietas vbi eſt ſingularitas,
Bald. in conſ. 406. vol. 1. & latè probat Rimiual. in cõſ.
209. nu. 30. Præterea, iſti pauperes non fuerunt citati
in productione & examine huius, & aliorum quoque
teſtium receptorum ad inſtantiam Dom. Comitiſſæ,

13 ideo dictum illius non nocet,† l.ſi qñ, C.de teſtib. c.2.
vbi DD.præcipuè Felin.extra eod.glo.1.in fi.in l.ſi iu-
riſiurãdi, C.de teſti. infinitos ad hoc citat Gabr.lib.2.
tit.de citarion. concl.1.nu.110. Accedat, quod fidẽ nõ
meretur: primo, quia de mendacio conuincitur ex le-
ctura mandati facti à D. Comitiſſa, in quo legitur, ꝙ
blada fuerunt cũ eo pacto vendita, vt impenſa & ſum-
ptu D.Comitiſſæ portarentur Carpũ, & ipſemet teſtis
mandatum hoc exhibuit exactori qui reſidet Campa-
gnolæ, vnde illud vr̃ approbaſſe, & confeſſus fuiſſe qđ
veritatem contineat, vt de producente dicimus in c.
cum olim, de cẽſib.l.Publia, §.fi.ff.depoſiti, dixi in con-
ſil.5.nu.37.& qui vtitur ſcriptura, dr̃ illam cõfirmare,
14 † l.ſi quis teſtib. C.de teſtib. Tiraq. de conſtit. poſſeſſ.
par.3.limit.30.nu.2. Vantius in tract. nullit.tit.quib.
mod.ſent.null.defend.poſſ.nu.103. in princ.Craue.in
conſil.73.nu.14.Burſ.in conſ.118.nu.14.Menoch.cõſil.
23.nu.1. conuincitur item de mẽdacio per atteſtatio-
nem D.Comitiſſæ in actis productã, quæ eſt in omnib.
conformis mandato, & cõtradicit huic teſti, & nemo
eſt qui non videat abſque cõparatione præualere di-
ctum D.Comitiſſæ, & illud attendendum eſſe. Addo,
qđ ſi immunitas promiſſa fuiſſet tantũmodo vſque ad
dictã eccleſiam, vtiq; non profuiſſet emptoribus, qui
potuiſſent occaſione eiuſdẽ vectigalis moleſtari, poſtq̃
præterijſſent eccleſiam, & non eſt credendum, qđ ſti-
pulari voluerint innutiliter immunitatẽ, & ſtipulatio
fuiſſet omnino fruſtratoria, & ſine fructu, & tñ nemo
15 præſumitur facere actum fruſtratoriũ, † l.1. in fi.ff.ad
municip.l.vnica, C.de theſau.lib.10. & dr̃ fruſtra fieri
id, qđ factum non eſt profuturũ. Ruin.in conſ.42.nu.8.
vol.4.& quod non eſt veroſimile, dictũ teſtis non pro-
16 bat, † c.quia veroſimile, de præſumpr. vbi Abb. infert
præcisè ad depoſitionem teſtiũ, & Felin.dicit eſſe ſin-
gulariter notandum, & ad hoc infinitos ego cõgeſſi in
conſ.61.nu.38. Augetur argumentum: quia ſi immuni
tas fuiſſet promiſſa ſolum vſque ad eccleſiam Riui, vti
teſtis hic affirmat, nõ opus fuiſſet pauperib. iſtis man-
datum tradere & conſignare qñ ad prædictam eccle-
ſiam peruenerunt, quia nihil vltra profuturum erat,
cum autem ipſemet teſtis mandatum eis illo in loco
dimiſerit, credendum eſt, ideo dimiſiſſe, vt eo iuuaren
tur in locis per quæ iter facturi erant, atque ita teſtis
dictum ex multis conuincitur & reprobatur.

Sed ponamus citra veri læſionem, eum bene dixiſſe,
non per hoc tollitur defenſio horum inquiſitorum, poſ
ſunt enim ſimul ſtare, qđ ipſe vendendo blada promi-
ſerit immunitatem limitatè vſque ad eccleſiam Riui,
ſed D.Comitiſſa eam poſtea vel antea promiſerit Car
pum vſque, atque ita ſi pauperes emptores non iuuan
tur promiſſione facta à Bernardino, iuuabuntur pro-
miſſione q̃ facit D. Comitiſſa, ea enim eſt actus reite-
rabilis, & qui ſæpius põt expediri, ẽt ab vna eadẽque
17 perſona, vt de confeſſione † dicebat Alex.in conſil.53.
col.fi.vol.3.Roland.in conſ.82.nu.45.vol.2. multo aũt
magis dabitur reiteratio in diuerſis perſonis. & quã-
uis promiſſionũ & actuũ pluralitas non præſumatur,
tñ hic ſumus in claris, quia conſtat de promiſſione D.
Comitiſſæ ex confeſſione etiam Bernardini, reſultan-
te à mandati productione, & omni caſu qñ agimus de
teſtem à falſitate defendendo, & de conciliando eum
18 cum dicto partis, præſumitur actuum pluralitas, † vt
voluit Barto.in l.2. C.de bon.poſſ.ſecund.tab. vbi Iaſ.
nu.7.& 9.dicit notandum, multi ſequuntur quos citat
Craue.in conſ.701. num.2.Gram.conſil.criminali 23.
nu.1. vbi enim actus eſt reiterabilis probationes ſol-
uuntur per diſtinctionẽ temporũ, & locorũ, vt inquit
Bald.in l.in exercendis, col.4.C.de fide inſtrum.

Quarto prædicta ſufficere ſaltem debẽt ad excuſa-
tionem emptorũ, & ad eos conſtituendum in bona fi-
de, nam cum dolus ſit neceſſarius vbi agitur de cõmiſ
19 ſo ob fraudatum vectigal, † ſecundum Abb.conſil.68.
nu.2.vol.1.& Rolan.in conſil.42.nu.19.vol.3. quælibet
20 cauſa ſufficit vt quis excuſetur à pœna cõmiſſi, † Cra-
uet.conſil.905.nu.8.Iulius Ferret.de gabell.num.155.
Oſaſc.deciſ.Pedem.71.nu.17.Menoch. in cõſil.98. nu.
22.Becius conſil.96.nu.10.& 17.Ioſeph.Lud.concl.15.
illat.32.ſed melior fides excogitari non poteſt, quã ea
quæ in emptoribus prædictis lucet, crediderunt enim
D.Comitiſſæ matronæ honeſtiſſimæ & illuſtriſſimę exi
ſtimarunt profeſſionem factam exactori Campagno-
lę & ab illo acceptatam, ſufficere, ſunt omnes ruſtici &
idiotæ, blada emerunt pro vſu & victu proprio, pro-
pterea que excuſatione digni ſunt, ẽtſi alioquin fuiſ-
ſent obligati ſoluere, qm̃ in eo quod eſt dubium, pro-
21 nunciandum eſt contra gabellam, † Bal. in l. ſi pupil-
lus, ff.ad leg.Falcid.Boſſius in tit.de vectigalib. nu.10.
Crauet.in conſil.231.in fi.Becius in d.conſ.96.in fine.

SVMMARIVM.

1 *Maſculus deſcendens ex femina admittitur ad feudum con ceſſum pro deſcendentibus, tam maſculis, quã feminis, vbi non adſint maſculi deſcendentes ex maſculis, aliâs ſecus, contra num.2.& vide nu.9.*

2 *Deſcendens maſculus propriè dicitur quis, licet deſcẽdat per feminam.*

3 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

4 *Maſculus ex femina non ſuccedit in feudo pro maſculis conceſſo.*

5 *Feudalia iura fundata ſunt ſuper conſuetudine, & dicuntur conſuetudines.*

6 *Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum.*

7 *Deſcendentium vel hæredum appellatione veniunt, tam feminæ, quam maſculi.*

8 *Extenſio non admittitur in correctorijs, etiam ex identitate, vel maioritate rationis.*

9 *Anchar.conſ 359. quomodo procedat.*

10 *Exempla non reſtringunt regulam.*

11 *Argumentum à verbis Doctorum ſumi non debet, ſicut ſumitur à verbis legis.*

12 *Doctori nihil allegantí non eſt credendum.*

13 *Feudo conceſſo pro hæredibus quibuſcunque, admittitur femina ſimul cum maſculo, imò etiam extraneus hæres.*

14 *Deſcendentium maſculorum appellatione venit maſculus ex femina vbi non fuit habita ratio agnationis.*

15 *Agnationis ratio non cadit vbi feminæ ſunt vocatæ.*

16 *His, pronomen eſt demonſtratiuum rei ad oculum.*

17 *Maſculus ex femina intelligitur vocatus ſub nomine maſculorum, in c.1.de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis maſculis.*

18 *Diuiſio dicitur alienatio, & permutatio quando per eam fit dominus is, qui tunc non erat dominus.*

19 *Feudi alienatio non dicitur neceſſaria, ſed voluntaria quando per diuiſionem vni totum aſſignatur, cui debeatur ſola dimidia.*

20 *Feudum dicitur nouum quando transfertur in eum qui non erat ab inteſtato ſucceſſurus, licet eſſet comprehenſus in inueſtitura.*

21 *Feudum vbi ad aliquem peruenit non ex antiqua inueſtitura, ſed ex noua cauſa, eſt nouum, & non antiquum.*

22 *Feudum venditum agnato remotiori, efficitur nouum, quo ad hoc, vt deſcendentes à venditore nunquam ſuccedant donec aliquis extat capax ex linea emptoris.*

23 *Approbare actum is videtur qui rem poſſidet quæ ex eo non fuit aſſignata.*

24 *Diuiſio feudi ſine conſenſu domini, eſt permiſſa deſcendentibus ab inueſtito, ita vt poſſit totum feudum vni aſſignari.*

25 *Feudum vbi per diuiſionem eſt vni aſſignatum, tunc deſcen-*

dentes

dentes ex alia linea nunquam admittuntur donec extat aliquis capax ex linea illius cui fuit aſſignatum, accedēte præſertim renunciatione pro ſe, & ſuis hæredibus.

26 *Feudum vbi eſt alienatum in agnatum remotiorem, tunc excluditur venditor & ab eo deſcendentes, donec extat aliquis capax ex deſcendentibus emptoris.*

27 *Iura futura non veniunt in renunciatione.*

28 *Diuiſio præiudicat etiam pro iure futuro vbi in illa remittitur ius futurum à ſcientibus.*

29 *Repugnantia ab omni interpretatione reijcienda eſt.*

30 *Renunciatio iuris de futuro, includit ſolum ius futurum competens ex cauſa de præterito, vel præſenti, non quod poſtea ſuperuenit ex noua cauſa de qua nihil cogitari potuit.*

31 *Nouatio extinguit præcedentem obligationem, eamque tranſfundit in ſequentem.*

32 *Aquiliana ſtipulatio & acceptilatio, perimunt præcedentes obligationes.*

33 *Feudum alienatum in agnatum, quando fiat omnino nouum.*

34 *Feudum vnum, & idem poteſt eſſe nouum quo ad aliquos, & paternum quo ad alios.*

35 *Fendi alienatio fieri poteſt inter agnatos remotiores ſine domini conſenſu.*

36 *Adoptatus ab auo materno quando ſuccedat in feudo.*

37 *Adoptatus admittitur ad feuda etiam ad præiudiciū agnatorum, vbi interuenit expreſſa Principis habilitatio, ſeu diſpenſatio ad feuda, cum derogatione obſtantium.*

38 *Femina poteſt à Principe habilitari ad feuda, etiam ſtantibus agnatis illam excludentibus.*

39 *Ius ſola ſpe competens in feudo tolli poteſt à Principe.*

40 *Derogatio vbi amplectitur aliquod ius quod non fuerat expreſſum, operatur, ac ſi defectus ille fuiſſet expreſſus.*

41 *Clauſula, Omnia & ſingula, hēt vim ſpecialis expreſsionis.*

42 *Reliqui pretij mentio infert partem eſſe ſolutam.*

43 *Generalis diſpoſitio includit etiam expreſſa in ſpeciali, vbi capitula ſunt diuerſa, & ſeparata.*

44 *Relictum vnum non reſtringit alterum, quando diſpoſitiones non ſunt contrariæ, ſed ſe inuicem compatiuntur.*

45 *Relatio fieri debet ad omnia præcedentia.*

46 *Concluſio ſeu petitio conuenire debet narrationi, & ſecundum illam declaratur.*

47 *Relatio fieri debet ad id quod eſt principale.*

48 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*

49 *Relatiuum poſitum ſine copula, reſtringit diſpoſitionem.*

50 *Relatiuum adiectum verbo futuri temporis, importat conditionem.*

CONSILIVM CCCVIII.

ADMITTO citra præiudiciū, quod inueſtitura anni 1431. intelligatur vocare maſculos, & feminas ſucceſſiuo ordine, cōcedunt Domini agnati Scarampi quod Comes Ambroſius Antonius Scarampus intelligatur quidem vocatus ad excluſionem feminarum, tanquam maſculus ex femina, ſed non ſuccedat ad excluſionē maſculorum deſcendentium ex maſculis, quales ſunt acto-
1 res ipſi † per deciſionē Florian. & aliorū, de quibus in conſ. 359. nu. 3. inter conſilia Anchar. Ruin. in cōſ. 49. nu. 5. conſ. 120. num. 8. & 13. vol. 1. Rube. in l. Gallus, §. quidā recte, nu. 140. in fi. ff. de liber. & poſthum. Alcia. conſ. 113. num. 5. verſ. nec obſtat dicta lex. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 18. nu. 20. Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 2. verſ. contrarium. Alciat. d. l. Gallus, §. nunc de lege, nu. 18. poſt medium. Menoch. in conſil. 400. Garzon. de femin. ad feud. non recipien. limitat. ſecunda, verſ. deinde ampliatur eadem cōmunis concluſio, folio 70. ſecundum paruam impreſſionem. Piſtorien. in tract. feud. q. 35. nu. 27. licet enim maſculus natus ex femina excludat feminā, non tñ excludit maſculum qui deſcendit ex maſculo, ſed excluditur; & ad hanc diſtinctionem video Dominos aduerſantes confugiſſe, & per eam euitare fundamentum D. Comitis.

Sed rem aliter ſe habere probatum eſt per Excellentiſſimos Iuriſconſultos qui pro D. Comite ſcripſerūt: nam cum inueſtitura vocet deſcendentes & hæredes tam maſculos quam feminas, negari non poteſt quin Comes ipſe quamuis deſcendat per feminam, ita propriè dicatur deſcendens maſculus, ſicuti ſi deſcēderet
2 per maſculum, & quin ſit vocatus, † vt per Fulg. in cōſ. 85. nu. 2. Guid. Pap. conſ. 176. in primo dub. Socin. d. §. nunc de lege, nu. 5. ver. quam tamen dupliciter. Ruin. conſ. 120. nu. 8. & ſeq. vol. 1. conſ. 49. nu. 2. eod. vol. 2. Socin. iun. conſ. 2. nu. 11. & 14. vol. 3. Alc. conſ. 563. per totum. Rube. conſ. 22. nu. 11. ver quartus caſus. Alba cōſ. 86. nu. 4. & ſeq. Mantica lib. 8. tit. 18. nu. 11. & ſeq. Vegius conſ. 63. nu. 74. ver. quibus tamen non obſtātibus, eſt in materia feudali tex. qui non poteſt euitari, in ca. 1. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis maſcul. inducendo eū duobus modis, vti inducit Alc. in d. §. nunc de lege. nu. 18. in princ. nā feminæ ex vna filia æqualiter ſuccederent cum maſculo ex altera, & non excluderentur ab eo ſi maſculus non eſſet vocatus per verba inueſtituræ pro hæredibus maſculis, & rurſus non eſſet bona ratio poſita in textu, dum dicitur, quod feminæ nō eſt locus donec ſupereſt maſculus, ſi maſculus ex femina nō eſſet incluſus in inueſtitura. ita quòque inducit Soc. iun. conſ. 2. nu. 14. vol. 3. cum ergo in feudis habeamus caſum clarum quod appellatione deſcendentium vel hæredum maſculorum venit maſculus ex filia, non eſt locus vlteriori diſceptationi. Et vlterius non poteſt aliqua diuerſitatis ratio conſiderari quare magis ſit ad feudum pro maſculis & feminis conceſſum per ea verba, hæredibus & deſcendentibus, admittendus maſculus ex maſculo, quam maſculus ex femina, cū vtrique pariformiter cōueniat tenor vocationis, & ſexus, quæ duæ qualitates ſolæ fuerunt à concedente cōſideratæ, Alciat. d. §. nunc de lege, nu. 17. in fi. ver. ſed attento, dicere autem, quod vocatio intelligi debeat de maſculo deſcendente per maſculum, non aūt de eo, qui deſcendit per feminam, donec extat deſcendens per maſculum, & rationem diuerſitatis non allegari, nihil aliud eſt quam diuinare, quia verba maſculis & feminis, ſexum, non originē diſtinguunt, & non minus eſt maſculus qui deſcendit à femina, quam qui à maſculo: & in feudali materia nō extat lex quæ diſtinguat inter maſculum ex maſculo, & maſculū ex femina, qñ feudum fuit conceſſum pro deſcendentibus vel hæredibus maſculis & feminis, & vbi lex non diſtinguit, nec nos di-
3 ſtinguere debemus, † l. de pretio, ff. de publican. l. 1. & l. generaliter, ff. de leg. præſt. etſi maior ſit ratio in vno, quā in alio caſu, l. 1. §. qđ autem, ff. de aleator. probaui in conſ. 271. nu. 28. & erubeſcimus cū ſine lege loquimur, l. illā, C. de collatio. & quod non reperitur cantū in lege, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, cap. conſuluiſti, 2. q. 5. Archid. in procem. Sexti, in verbo, ſacroſanctæ, col. pen. in fi. Crau. in conſil. 90. col. 2. & quāuis femina ſuccedat in feudo, ſolū deficientibus maſculis, qñ eſt vocata, tamen nō refert quod maſculi deſcendant à femina vel à maſculo, nec inter maſculos ex femina & maſculos ex maſculis, reperitur differentia aliqua in iuribus feudalibus, ergo fruſtra fit ea diſtinctio. Nec mouet quod maſculi ex femina
4 non ſuccedant in feudo pro maſculis conceſſo, † gl. & Doctores in c. 1. §. & quia videmus, vbi Afflict. nu. 54. de his qui feud. dare poſſ. Bald. in l. quoties, C. de ſuis & legit. Caſtr. in conſil. 191. vol. 2. Afflict. in cap. 1. de nat. ſucceſſio. feud. in c. 1. in princip. de benefic. fratr.

Pariſ.conſ.17.nu.7.vol.1.conſ.72.nu.9.vol.4.Alciat.in
conſ.188.nu.1.nā per hoc non infertur,quod maſculus
ex femina non ſuccedat in feudo conceſſo pro maſcu-
lis & feminis,ſtāte maſculo ex maſculo,quia iura feu-
dalia fundata ſunt ſuper conſuetudine,& dicūtur con
5 ſuetudines,† Bart.in l.vt iuſiurādi,§.ſi liberi,ff.de ope.
liber.Becius in conſ.56.nu.31.& conſuetudo nō exten
6 ditur de caſu ad caſum,† Bar.in l.1.§.ſi quis hoc inter-
dicto,in fi.ff.de itin.actuque priuato.Bald.in c.1. in fi.
princip. de feudi cognit. & in conſuetudine nihil dēt
ſuppleri vltra ſolitā obſeruantiā,& ſi conſuetudo non
diſponit,nec nos diſponere debemus. Bal.in cōſ.275.
in fi.vol.2.Crau.in conſ.30.nu.5. & qđ conſuetudo nō
trahatur ad alium caſum præter conſuetum, voluerūt
Iaſ.& Natta quos citat,& ſequitur Becius in conſ.99.
nu.18.præcipuè,qñ in caſu non expreſſo eadem nō mi
litat rō ſed diuerſa,quia vbi feudū eſt pro feminis con
ceſſum , non tanta ſubeſt ratio excludēdi maſculos ex
femina,ſicuti qñ feudum eſt ſolum datū pro maſculis:
nā vbi eſt datum ēt pro feminis tunc ceſſat feminarū
odiu & excluſio à quibus deſcendit ēt excluſio maſcu-
li,qui deſcendit à femina, & cū materia feudalis qua-
tenus deſcendentē à femina excludit,ſit iuris cōis cor
rectoria,ſcđm quod appellatione deſcendentiū vel hę
7 redum veniunt tā feminæ quam maſculi,† vt in verſic.
deſcendentiū, probatur in l.fi. C.de ſuis & legitim. &
per Bart.& alios,in l.ēt ſi parente,ff.de lib.& poſth.cū
alijs quos citaui in deciſ.Mantuan.84.nu.6.Peregrin.
art.25.nu.8.& de verbo hæredū,probatur in l.hæredis
appellatione,ff.de verb.ſign.l.ex facto,§.fi.ff.ad Treb.
& in rubr.in Auth.de hæred.ab inteſtat.iuncto §.1.art.
ſeq.cum ſimilibus , nō eſt toleranda extēſio ēt ex iden
8 titate rōnis, † l.ſi vero,§.de viro,ff.ſolut.matr. l.præci-
pimus,C.de appell.Rip.in l.ſi conſtante,nu.57.ff.ſolu.
matr.Natta cōſ.424.nu.5. Crauet. pro genero, nu.85.
imò nec ex maioritate rōnis, gl.& DD. in Auth. quas
actiones,vbi Iaſ.nu.21.C.de ſacroſ.eccleſ.Rip.in d.l.ſi
conſtante,nu.59.Bellon.conſ.42.nu.9.Rolan.conſ.74.
nu.17.vol.3.Euerar.loco 35.col.7. verſ. ſecundo caſu ,
multo ergo minus dabitur extēſio, quando neque ea-
dem,neque maior,ſed minor militat ratio,& quod ſit
correctoria,probat Ruinus conſ.15.nu.3.vol.1.

Nec obſtant authoritates in contrariū relatæ , qui-
bus probatur maſculum ex femina excludi à maſculo
qui ex maſculo deſcendat : nam loquuntur in diuerſis
terminis, nempè, qñ habita fuit ratio non ſexus , ſed
9 agnationis,vt in conſ.359. Anchar. † vbi illi DD.fun-
dant ſuā deciſionem ſuper eo, qđ nō ſoli maſculi ſunt
vocati,ſed ēt maſculina generatio,quæ propriè verifi-
catur in deſcendentibus per maſculos,vt ibi, vltra qđ
conſiderant rōnem ſuperfluitatis,ſi generationis ma-
ſculinæ ſignificatio non reſtringeretur ad lineam ma-
ſculorum, ſecus autem qñ proprietas verborum inclu
dit deſcendentes feminarum, vt ſupra includere pro-
baui,ideo Flor.Anch.& alij,qui eos ſequuntur,nō me-
rentur allegari.Ruin.autem in conſ.49.nu.5.cōſ.120.
nu.8.vult,quod deſcendens per lineam femininā, ſuc-
cedat ſicut deſcendens per maſculinam, licet dicat id
facilius procedere qñ non extant deſcēdentes per ma
ſculinam lineam,ſed illis ēt extantibus , hos non reij-
cit Rub.in §.quidam recte,nu.140.in fi. loquitur enim
ſecundum terminos Anchar.qñ conceſſio eſt pro gene
ratione maſculina, quo caſu ſecundum proprietatem
verborum , deſcendentes per feminam non continen-
tur. Alciat. in conſil.113.nu.5. verſic. non obſtat dicta
lex,facit pro hac parte , quia dicit l.ſi viua matre, non
habere locū , qñ ceſſat cauſa per quam radix excludi-
tur,quæ cauſa ceſſat & non durat,qñ ex femina extant
maſculi vocati , in quibus nō militat ratio pp quā fe-
mina eſt excluſa: & licet ponat exemplum,qñ maſculi
per maſculinā lineam non extant,tñ exempla non re-
10 ſtringūt regulā,† l.dāmni infecti ſtipulatio,ff.de dam.
infect.Tiraq. in l.ſi vnquā, in ver.libertis, nu.37. C.de
reuoc.don.Bec.conſil.108.nu.15. nā etſi deficientibus
illis ceſſat rō excluſionis,tñ ceſſat ēt illis extātibus, &
à verbis Doctorum ſumi non debēr argumenta,ſicut à
11 verbis legum,† Bero.in conſ.63.nu.5.vol.1.Similiter,
Alciat.in §.nunc de lege, nu.18. ver.vnde ex prædictis
puto diſtinguendū, non reſiſtit, quia loquitur qñ non
ſunt aliquo caſu vocatæ feminæ ſed ſimpliciter deſcen
dētes maſculi,vt in poſitione qōnis,nu.15. eſt videre :
nos aūt qñ feminæ ſunt vocatæ,licet ſucceſſiuo ordine,
deficientibus maſculis.Præterea,mouetur Alciat. per
tertiam rōnem a Speculatore allegatā,qđ ſcilicet con
cedens non ſolum ſexum,ſed agnationē conſiderauc-
rit,vti ſupra dixerat nu.16.in caſu aūt noſtro,agnatio
non fuit conſiderata ſed ſexus. Tertio,dictum Alciati
confunditur à ſeipſo, ſi enim conſiderata fuit agnatio
à concedente,vtique deſcendens à femina quāuis ma-
ſculus,nullo caſu intelligitur vocatus , ſiue agnati ex-
tent,ſiue nō : quia nullo caſu per talem deſcendentem
conſeruatur agnatio , & illi ſoli cenſentur vocati , qui
ſunt agnati,& poſſunt agnationē conſeruare, & prædi
ctā agnationis rōnem conſiderauit ēt Rube. in conſil.
22.in primo caſu,nu.8.ver.ſecunda rō.& idem repetit
in 2.3.& 4.caſu.Garzon.quoque in d.tract. de fem. ad
feud.recip.vel non,in ver.deinde ampliatur, licet per
tranſennam dicat,qđ maſculi deſcēdentes ex feminis
admittuntur ceſſantibus maſculis qui per maſculinā
lineam deſcendunt, tñ ad hoc nihil allegat, ſuo verbo
propriaque authoritate contentus,& ideo non eſt cre
12 dendum, † c. ego ſolus diſt.9. Bald. in l.reſpublica,C.
ex quib.cau.maior.Archid.in c.nolite,11.q.3.vbi ait,
quod ſtandum non eſt dicto Doctoris qui non allegat
legem vel authoritatem,Marſil.in conſil.136. num.4.
Bero.in conſil.9.nu.22.vol.3.Roland.conſil.1.nu.187.
vol.2.Contard.in l.1.in 1.not.num.7. C.ſi de momen.
poſſ.folio mihi 90.quinimo loquitur contra cōem opi
nionem,quæ habet, quod vbi feudū eſt conceſſum pro
quibuſcunque hæredibus , quale illud eſt de quo ipſe
tractat , tunc nedum maſculus ex femina , ſed femina
ſuccedit vna cum maſculis agnatis eodem tempore ,
13 & ſimultaneè,imò extranei admittūtur,† vt poſt mul
tos cōem dicit Alciat.in conſil.176. per totum, Oſaſc.
deciſio.Pedem.26.nu.18.Menoch.conſil.129.num.10.
Becius in conſil.28. per totum, vbi quod excluditur ſo
lum femina extranea,ne duæ concurrāt proprietates:
ſed ſi ſit de agnatione,ſuccedit.Thom.Marin.de feud.
tit.11.nu.46.Purpur.in conſil.66.nu.18.Rolan.in cōſil.
3.nu.66.vol.1.Sola in Conſtit.Pedem. in gl.tertiæ par.
nu.4.& in ſpecie,quod feminæ concurrant cum maſcu
lis in feudo abſolutè hæreditario, voluit Ruin. conſil.
15.nu.3.vol.1.Brun.conſil.39.num.6.Sola d.glo.3.par.
nu. 3. & tale feudum tranſit etiam ad maſculos ex fe-
minis,ſecundum Socin.Brun.Iaſ.& alios,quos aliàs ci
taui in hac eadem cauſa,nu.14.addo Purpur.d.conſil.
66.nu.18.Roland.conſil.3.num.67.vol.1. Et quamuis
Garzon. loco prææallegato ad probationem ſecūdi ſui
dicti,multos adducat, nemo tamen ex eis facit ad ſuū
propoſitum,aut dicit id ad quod allegatur,ſed diuer-
ſimodè loquuntur : vnde non video quale fundamen-
tum fieri poſſit ſuper illius authoritate. Mantica,quo-
que in d.lib.8.tit.8. nu.20. non ponit hanc diſtinctio-
nē,ſed refert ſimpliciter dicta Ruini in præcitatis con
ſilijs,49. & 120. ideoque nihil plus firmat quam fece-
rit Ruinus,in dictis locis,& in eiſdem terminis loqui-
tur Peregrin.Articulo 26. num.2. quare ex multis au-
thoritatibus allegatis, nulla remanet firma.

Et

Et vera eſt Cõcluſio,qđ vbi non fuit habita rõ agna
tionis,tunc appellatione deſcendentiũ maſculorũ ve-
niunt maſculi ex feminis, quia cenſetur habitus reſpe
ctus ad qualitatem ſexus, & in deſcẽdentibus ex femi
14 na concurrit eadem qualitas & rõ, † vt voluit Ancha.
in conſ.339. nu.7. vbi propriè loquitur in iuriſdictio-
nalibus,& eum ſequitur Soc.in l.Gallus, §.nunc de le-
ge,nu.5.verſ.quam tñ dupliciter limita,vbi ſubdit, ita
vidiſſe allegari per magnos DD. in magna cauſa , vbi
& Claud. Aquenſ. & cum eis tranſeunt Alcia. & Dec.
citati à Peregrino in d.Artic.26.nu.12. qui inquit ſibi
hoc ſatis placere,quia verba & ratio ſubiectæ mareriç
conueniunt, & ceſſante ea agnationis rõne, qđ veniãt
maſculi deſcendentes ex feminis , voluerunt Rube. &
alij ſupradicti per aduerſantes in contrariũ adducti .
Alber.d.conſ.86.nu.4.Mantica,d.tit.18.nu.16.& alios
citat Molin.de primogen.Hiſpan.lib.3.c.5.num.48.&
ſeq.Socin.iun.in conſ.2.nu.23.verſ.non obſtat ſecudo,
vol.3. & eſt aduertẽdum qđ Anchar. vult maſculos ex
feminis proximiores excludere agnatos,qui ſint in re
motiori gradu,qđ exiſtimo notaudum,ad deſtructio-
nem diſtinctionis quæ fuit conſiderata ſupra à Dñis
Scarampis.Et ratio eſt in promptu:quia ſi non eſt ha-
bita rõ agnationis,ſed ſolius ſexus,nõ refert vnde ma
ſculus deſcendat, ſed ſat eſt, quod ab acquirente pro-
ueniat,vt admittatur:in facto aũt nemo affirmabit qđ
fuerit conſiderata agnatio,cum vocati fuerint deſcen
dẽtes,ſeu hæredes, tã feminæ, quam maſculi,vbi enim
feminæ ſunt vocatæ , ibi non cadit agnationis ratio,
15 † Bal.in conſ.473.nu.5.Alex.in conſ.115.nu.10.vol.2.
alios ponit Molin.loco ſupra citato, num.50. cum in-
finitis alijs quos libenter omitto gratia breuitatis .

Addo argumentum meo iudicio fortiſſimum,certũ
eſt enim , quod maſculi deſcendentes ex feminis ſunt
vocati ſub inueſtituræ verbis, loquentibus de hæredi-
bus vel deſcendentibus maſculis,& feminis,idque nõ
poteſt ſaluo pudore negari:quia habemus textum ex-
preſſum in d.c.1.de eo qui ſibi,& hæredib.maſcul.vnde
aut cenſeri debent vocati ſub nomine maſculorũ , aut
ſub nomine feminarum, at ſub feminarum nomine &
vocabulo nemo dicet eos vocatos,tum,quia femininũ
non cõcipit maſculinum,& de maſculis , & feminis in
inueſtitura diſcretè eſt diſpoſitum , quo caſu ſecundũ
DD. etiam maſculinum nõ conciperet femininum, vt
aliàs dixi, & ſunt iura clara : tum ẽt,quia ſi eſſent ap-
pellatione feminarum incluſi maſculi ex eis , vtiq; illi
non excluderẽt feminas in eodem vel proximiore gra
du coniunctas,ſed ſimul cũ eis ſuccederẽt, ſicuti ſimul
ſub eodẽ vocabulo ſunt cum feminis vocati,verũ,in d.
c.1.contrarium dř,ergo non ſunt vocati ſub nomine fe
minarum,ſed maſculorum.Si vero ſunt vocati ſub no-
mine maſculorum, debent cũ maſculis deſcẽdentibus
per maſculinã lineã ſuccedere , ſi pares ſint in gradu,
vel eos excludere,ſi proximiores ſunt,quia in iure feu
dorum non legitur,qđ vocatis maſculis,illi qui à femi
na deſcendunt intelligantur vocati ordine ſucceſſiuo
poſt deſcendentes per lineã maſculinam,& vna atque
eadẽ vocatio cõtinens plures, debet oẽs pariformiter
& contẽporaneè determinare, l.iam hoc iure,ff.de vul
ga. Mantic. lib.5.tit. 11. nu. 12, & vna atq; eadẽ dictio
maſculis,non dẽt diuerſo iure cenſeri,vt vno mõ inclu
dat maſculos ex maſculis,& alio diuerſo modo inclu-
dat maſculos ex feminis,l.eum qui ædes, ff.de vſucap.
& quod maſculi ex feminis ſint vocati ſub nomine ma
ſculorum,probat tex.in d.c.1.de eo qui ſibi & ſuis hæ-
red.maſcul.vbi dř,quod feudo conceſſo pro maſculis ,
& his deficientibus pro feminis , tranſit ad maſculos
ex filia,excluſa femina deſcendente ex altera filia, per
rationem : quia donec ſupereſt maſculus,nõ patet lo-
cus feminæ,ideſt,quia forma conceſſionis vocat femi-
nas ſolum deficientibus maſculis , & dum rõ allegata
in textu refertur ad poſitionem caſus de qua in princi
pio dictum eſt,infertur,qđ deſcendens à femina eſt ex
illis maſculis,pro quibus feudũ fuit cõceſſum, & quos
neceſſe eſt deficere,anteq̃ feminç ſint vocatæ.notandũ
eſt pronomen (his) poſitu in princ.qđ reſpicit maſcu
los ſupra expreſſos,& eſt demonſtratiuũ rei ad oculũ,
16 † l.nemo,vbi Bar.ff.de hæred.inſtit.Bart.in l.Mæuius,
ff.de leg.2. Alex.in l.1.in princ.ff.de ope.noui nunc.vbi
Ruin.nu.14.& Hormanot.nu.12.& Socin.iun.nu.80.
& ſeq.& iõ conceſſio facta pro feminis deficientib.his
maſculis,intelligi dẽt de maſculis ſupra expreſſis,non
de his qui continẽtur ſub vocatione feminarũ,& ideo
dũ textus dicit,feminas excludi ſtãtibus maſculis, in-
telligit de maſculis ſupra vocatis,& ita ẽt de maſculis
ex feminis:& hoc eſt quod dicũt DD.ſupra citati, ma
ſculos ex feminis in eo textu intelligi vocatos ſub no-
17 mine maſculorum, † vt per Soc.iun.d.cõſ.2.nu.14.Al-
ciat.d.conſ.113.nu.3.Mantic.d.tit.18.nu.16.Alciat.in
d.§.nunc de lege,nu.18. in princ. Si igitur verũ eſt qđ
illi maſculi qui deſcendunt ex femina ſint vocati ſub
nomine deſcendentium maſculorũ , fatendum eſt eſſe
falſam diſtinctionem ſupra relatã, quæ vult , qđ id in-
telligatur cũ non extant maſculi ex maſculis:quia ſicu
ti inter feminas non præfertur illa quæ orta eſt ex ma-
ſculo,ex quo ſexus attenditur,non origo,ita inter ma-
ſculos non debet is præferri qui deſcendit à maſculo,
per eandem rationem,quòd origo non curatur .

Quod vero detur ordo ſucceſſiuus inter maſculum
ex maſculo,& maſculũ ex femina, qñ ſunt vocati hære
des maſculi,& his deficientibus, feminæ, id eſt contra
tex. in d.c.1. qui dicit feminas vocari deficiẽtibus his
maſculis,& vt dixi,nulla lege feudorũ cauetur,& cum
vniformiter vocentur oẽs maſculi,non dẽt vocatio di-
uerſificari, & cũ loquutio ſit indiſtincta, & gñalis, dẽt
indiſtinctè & gñaliter intelligi:& ſi inter maſculos ex
maſculis,& maſculos ex feminis, illo caſu daretur or-
do ſucceſſiuus in ſuccedendo,certe Iaco.Beluiſ. Iac.de
Ardizo, Iſern. Aluar. Bal. Præpoſ. Afflict. Curt.iun. Ia-
cob.Martin. Laud. Capic.Zaſ. Marin.Freccia, Thom.
Marin.Feder.Schenck,Sonſbech. Cumias,Schrader.&
Intrigliel.de eo meminiſſent , tanq̃ de re neceſſaria &
frequẽtiſſima in facto,vel ex eis aliqui certè nõ omiſiſ
ſent,dũ latiſſimè tractarũt de feminarũ ſucceſſione,eſt
igitur cõmentum & nouũ inuentum à veritate alienũ,
& qđ plus eſt,carens rõne, ppcaque non attẽdendu in
ſupremo tribunali , qđ nihil niſi rõne conſentaneũ re-
cipere dẽt,vltra quod,reſiſtit huic diſtinctioni deciſio
Anchar.in d.cõſ.339.loquẽtis de excluſione agnatorũ
quẽ multi ſequũtur Claſſici authores lõge grauiores .

Quare conſtat ex prædictis Comitem Antonium
quamuis per feminam deſcẽdentem , excludere acto-
res præcipuè , accedente adoptione & approbatione
Caroli V. ac Philippi Regis inuictiſſimi,de quibus di-
xi latè in præcedentibus ſcriptis,& reaſſumpſit Excel
lentiſſimus D. Sfortia Oddus, adeo,vt non ſit opus vl-
terius examinare an Princeps potuerit agnatis præiu
dicare, cum de his omnibus late aliàs adeo actum ſit ,
vt vix noui aliquid in medium afferri poſſit.

Secunda ſe offert qõ, an ex quo diuiſio feudorum fa
cta fuit inter filios acquirentis,Comes Antonius tanq̃
vnicus deſcendens à Ludouico,excludat agnatos Sca-
rampos à ſucceſſione reſpectu feudorũ quæ in diuiſio-
ne obuenerunt Ludouico,an verò in eis ſuccedãt agna
ti deſcendentes à Nicolao altero fratre,& in ea Excel
lentiſſ. D. Oddus egregiè & eleganter ſcripſit , ſuſti-
nuitque agnatos ex altero fratre deſcendentes nõ poſ
ſe ſuccedere in portione diuiſa, donec ex fratre præ-

deſunctoextant deſcendentes feudi capaces ſiue ma-
ſculi ſiue feminæ, per tex. in c. 1. de natu. ſucceſſ. feud.
adduxit quoque authoritates Bald. Bolog. Romani,
Alex. Corn. Fulg. Iaſ. Rimin. ſen. Socin. ſen. Socin. iun.
Beroi, Ruini, Didaci, Crau. Oſaſc. Rim. iun. Burſ. Moli-
næ, Menoch. & Becij, præcipuè, quãdo poſt diuiſionem
vterque fratrum inueſtituram accepit ſeparatam, pro
portione quæ ſibi obuenit, quam ſententiam probauit
etiam Decianus, ſequendo Ruin. in conſ. 24. num. 60.
in 1. vol. & Dominus Oddus reſpondet vere, & acute
omnibus obiectis, ideo dicta per eum non repeto, ſed
addendo iuuat aliqua proponere, quæ meo iudicio
rem in tuto victoriæ portu reponunt.

In diuiſione itaque antiquitus facta, inter Nicolaũ,
& Ludouicũ ſeniores, nonnulla ex feudis nunc conten
tioſis obuenerunt Ludouico in ſolidũ, ideo quoad ea
dico, rem carere dubitatione, & donec extat, vel femi
na, vel maſculus ex femina deſcendens a Ludouico, is
excludit omnes deſcendẽtes à Nicolao, ſiue maſculos,
ſiue feminas, quia talia feuda in totũ aſſignata Ludo-
uicu, ſunt noua, nõ antiqua, reſpectu portionis quæ in
eiſdem feudis pertinebat non ad Ludouicũ ſed ad Ni
colaũ: cum. n. vigore paternæ inueſtituræ, vterque fra-
trũ dimidiã haberet, aſſignando alteri ipſorum ſolum
feudum, vř Ludouicus portionem Nicolai ex nouo ti-
tulo habere, vel alienationis, vel permutationis, vt be-
ne in Allodio conſiderat Bal. in l. ſi familiæ, nu. 2. C. fa-
mil. herciſc. & ibi gl. & Cin. Sequitur Salic. ibi, nu. 2. &
quãuis feudi diuiſio non ſit alienatio, tñ hoc eſt verũ,
qñ fit æqualiter inter plures vaſſallos habentes feudñ
cõe, ita, quod vtriq; ſua datur portio, ſed qñ per diui-
ſionem fit dñs is, qui tunc non erat dominus, tali caſu
18 diuiſio eſt alienatio, & permutatio † vt expreſsè dicit
Iſern. in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, nu. 36. de
prohib. feudi aliena. per Feder. vbi ponit exemplũ de
primogenito qui diuidit cũ ſecundogenito, & optime
explicat Camer. verſ. ſed videamus rogo qua ratione,
folio mihi 857. ſecũ paruam impreſſionem, vbi ꝓbat
quatuor modis id fieri poſſe, & in ſpecie, qñ per diui-
ſionem feudum totũ aſſignatur vni, cui tamen ſola di-
midia debebatur, ponit Cephal. in conſ. 195. num. 26.
vbi dicit, tunc alienationemꝙ non eſſe neceſſariã, ſed vo
19 luntariã, † Gabr. in emphyteuſi loquens in conſ. 48. n.
9. & ſeq. vol. 1. vbi inferr, quod Laudemium ſoluendum
eſt ab eo cui tota emphyteuſis obuenit tanq̃ nouo ac-
quiſitori allegat Alex. Crot. & Ripã, in §. duo fratres,
ſequitur Amad. Laud. q. 25. col. 2. Burſ. in conſ. 181. nu.
8. & ſequen. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. limitat.
7. nu. 5. vſq; ad fin. Intringliel. de feud. q. 40. num. 24. &
ſeq. & quod feudum ſit nouum quando transfertur in
eum qui non erat ab inteſtato ſucceſſurus, licet eſſet
comprehenſus in inueſtitura, puta quia eſt remotior,
20 † voluit Afflict. in c. 1. n. 41. de vaſſall. decrep. ætat. Zuc
card. in l. fi. nu. 38. C. de edict. diui Adr. tollen. vbi quod
feudum habetur ex noua cauſa, quando filius viuente
patre illud conſequitur, & conſideratur emptor tanq̃
extraneus, licet ſit cõprehenſus in Inueſtitura, Afflict.
c. 1. in princ. nu. 114. de ſucceſſio. feudi, & res empta iu-
dicatur noua res, non antiqua, nec patrimonialis, Ti-
raquell. de retractu conſang. §. 32. gl. vnica, num. 46. &
clarius Freccia de ſubfeud. Baro. lib. 2. q. 44. nu. 2. fol.
mihi 184. vbi inquitur in feudo quo viuitur iure fran-
corum Amad. de Ponte. in tract. Laudem. q. 12. col. 8.
verſ. ſed ego alia ratione poſſe ſuſtineri, & eſt regula-
re, quod vbi feudum ad aliquem peruenit non ex an-
tiqua inueſtitura, ſed ex noua cauſa, tunc feudum eſt
21 nouum, & non antiquum. † Oldr. conſ. 178. nu. 1. & 2.
Alex. conſ. 150. nu. 13. vol. 6. Afflict. deciſ. 112. nu. 5. &
deciſ. 248. nu. 7. cum infinitis ſimilibus, ſtante aũt feu-
di nouitate, ſucceditur in eo non ex antiqua inueſtitu
ra, ſed ex illa quæ fuit conceſſa Ludouico, & attẽditur
ſola linea Ludouici, non aũt Nicolai fratris, & ſicut ſi
Ludouicus fuiſſet primus illius feudi acquiſitor, femi
na deſcendens a Ludouico excluderet maſculũ ex Ni-
colao, ita eũ debet excludere a feudo quod ad Ludoui
cum peruenit ex diuiſione, per q̃ totum illud conſecu-
tus eſt. & in ſpecie ponit Amad. de Põte in d. q. 12. col.
9. ver. neque ſimpliciter admitto, vbi dicit, feudum vẽ-
ditum agnato remotiori, effici nouum, quoad hoc, vt
deſcendentes a venditore nunquam ſuccedant, donec
22 aliquis extat capax ex linea emptoris. † Sic ergo, do-
nec deſcendens aliquis ſuperſtiuit ex Ludouico, nun-
quã deſcendentes a Nicolao ſuccedere poſſunt: quia
paria ſunt, quod Ludouicus feudum emerit, vel per-
mutauerit, vel titulo diuiſionis habuerit, vt dixi.

Nec dicatur, qđ illa diuiſio non potuit fieri ad piu-
diciũ deſcendentiũ ex Nicolao, qui erant ad illius feu
di ſucceſſionem vocati, qđ fuit in ſolidum in diuiſione
aſſignatum Ludouico, & quod Nicolaus non potuerit
ſolum dare Ludouico. ad hoc. n. pluribus modis reſpõ
det Dñs Sfortia Oddus; ſed præter eum dico, quod di-
cti deſcendentes non poſſunt impugnare eã diuiſionẽ
quam ſepiſſime approbarunt, vt multis conſtat docu-
mentis, ſed ea præcipue ratione quia feuda quæ Nico-
lao fuerunt in ſolidum aſſignata pro ſua portione, ſem
per poſſederunt, vt Caſtrum Rocheræ, & Caſtrũ Mio-
gliæ, quæ ſibi tñ non competebant niſi pro dimidia, a-
ctum aũt approbare is vř qui rem poſſidet quæ ex eo
23 fuit aſſignata, † Ang. in cõſ. 161. col. fi. Caſtr. conſ. 300.
in fine, vol. 2. Dec. conſ. 397. nu. 2. Tiraq. de conſtitut.
poſſeſſ. p. 3. limit. 30. nu. 12. Bero. q. fam. 43. nu. 4. Ceph.
in conſ. 33. nu. 20. Menoch. conſ. 92. nu. 65. neque enim
alia cauſa, aut titulo potuerunt integre dicta Caſtra
poſſidere, quæ ſolũ pro dimidia portione erant Nico-
lai ſui anteceſſoris. Reſpondeo ſecũdo & melius, quod
iure feudorũ deſcendentibus ab inueſtito eſt permiſ-
24 ſa feudi diuiſio ſine domini conſenſu, † cap. 1. §. item ſi
fuerint duo, quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. omnes filij, ſi
de feud. defun. fuer. contr511. Alex. qui multos citat, in
conſ. 189. nu. 5. vol. 2. Doctores omnes in d. §. præterea
Ducatus, vbi Camer. fol. 857. latiſſimè Schrader. de
feud. par. 8. cap. 2. num. 30. Intrigliel. de feud. queſt. 40.
num. 19. & ſequentibus, vbi dicit procedere etiam con
tradicentibus omnibus alijs vaſſallis, & in feudo iu-
riſdictionali, idque in tantum verum eſt, vt in diuiſio-
ne ſolum feudum poſſit vni aſſignari, vt eſt clarus tex.
in cap. 1. §. omnes filij, & ibi notant Doctores omnes,
ſi de feud. fuer. controu. cap. 1. in princ. de natu. ſucceſ-
ſio. feud. ibi, & feudũ ad vnum ſolum deueniat. & Do-
ctores ibi hoc notant, gl. Guid. de Suzar. Gul. de Cun.
Bartol. Bald. & Salicet. & alij omnes, in l. ſi familiæ, C.
famil. herciſc. Iſer. in dicto §. præterea Ducatus, num.
36. vbi tamen intelligit, dummodo ſyncere, & bona fi-
de fiat diuiſio, Camerar. in dicto cap. Imperialem, in
princip. verſic. ſeptimò ſi fratres, folio mihi 174. & ver.
non obſtat ſeptimum, fol. 184. Aluar. in cap. ſi quis mi-
les, colum. 2. Imperat. Lothar. & in c. 1. colum. 1. de eo
qui ſin. fecit agnat. Ioan. de Anan. in diſputat. feud.
alien. nu. 28. Zaſ. de feud. par. 9. num. 40. vbi dicit poſſe
vni ſolum feudum, alij vero totum allodium aſſignari,
& quando plura feuda poſſidentur, vnum poteſt totũ
vni, & aliud totum alteri dari. Sonsbech. de feud. par.
13. nu. 21. Schrader. d. par. 8. cap. 2. nu. 35. Cum igitur
huiuſmodi diuiſio ſit lege feudorũ permiſſa, nocebit
omnibus poſteris, qui ideo non poterunt de ea con-
queri. ita arguit in terminis Alex. in conſ. 30. n. 2. verſ.
ex his infertur reſponſum, vol. 6. vbi inquit, quod ſi lex
talem permittit diuiſionem, & filij, & deſcendẽtes nõ
poſſunt

poſſint contrauenire, ſequitur Schrad.d.par.8.c.2.nu.
38.& prędicti Doctores loquuntur fortius in feudo an
tiquo, ex pacto, & prouidentia, ideo multo magis obti
nebit hæc deciſio in feudo hæreditario mixto, quare
quoad portionem feudi ſpectātem ad Nicolaum, quæ
peruenit ex diuiſione ad Ludouicum, res erit ſine du-
bio, per rationes prædictas, quibus ſi addantur infra-
ſcriptæ, cauſa Domini Comitis erit in tuto.

Reſpectu vero portionis quæ ad Ludouicum ſpecta
bat ex propria perſona, idem dicendum eſt, per iura,
& rationes deductas a Do. Sfortia Oddo, & præcipue
per text. in d.c.2.de natura ſucceſſ.feud. qui bene pro-
bat deſcendētem ex vna linea, non admitti, donec ali-
quis extat capax ſucceſſionis de linea illius cui eſt ſuc
25 cedendum, quæ † ſententia procedit fortius accidenti
bus renunciationibus de quibus in Laudo, quæ ample
ctuntur ius futurum, vt D. Sfortia deducit: nam ea re-
nunciatio facta pro ſe, & ſuis hæredibus, excludit re-
nunciantem, & ſuos deſcendentes a ſucceſſione, donec
extant aliqui ex alio fratre, qui ſint feudi capaces, vt
probatur ex dictis Bar. in §. duo fratres, q.10.nu.24. ff.
de verb.oblig. vbi dum tractat, an per renūciationem
factam in diuiſione rei emphyteuticæ, excludatur re-
nuncians fratre mortuo ſine liberis, ita, vt eccleſia ſuc-
cedat, dicit fratrem excludere eccleſiam, per duas ra-
tiones. Prima eſt, quia pactum non porrigitur niſi ad
eum ad quem intereſt paciſcētis, quod porrigatur. Se-
cunda eſt, quia, quod remittitur remanet apud remit-
tentem ſi illi non quæritur, cui fuit remiſſum. Hæ duæ
rationes concludunt, quod donec extant ex acquiren-
te filij, vel filię capaces, non admittitur renuncians: nā
prima ratio excludit ſolum dn̄m, & ſecunda non con-
uenit, quando extat ex acquirente perſona capax, qua
lis eſt filia: nam donec ius renunciatum quæri poteſt
ei, cui fit renunciatio, nunquam renuncians ſuccedit,
& quamuis Bart. loquatur in emphyteuſi, tn̄ idem eſt
in feudo, vt per Iacob. de feud. in verſ. & vnus ex dictis
vaſſallis, nu.6. verſ. dicebam etiam, vbi ait, quod renun
ciatio intelligitur facta fauore fratris, & ſuorū deſcen
dentium, non autem dn̄i, atque ita præſupponit, quod
ſolum renuncians admittatur quoad dn̄m, non ad prę
iudicium eorum, qui deſcendūt à fratre cui fuit renun
ciatum. idem voluit gloſ. in cap. ſi quis miles, Imperat.
Lothar. vbi dicit, quod mortuo fratre ſine hæredibus,
ſuccedit dominus ſi refutatio eſt omnimoda, vel fa-
cta, vt frater inueſtiatur de nouo, alias ſuccedit frater
ſi refutatio fuit ſimpliciter facta in diuiſione. Præſup-
ponit itaque, quod ſi frater reliquit hæredem capacē,
neque dominus ſuccedit, neque frater qui refutauit;
& dum ponit quæſtionem inter fratrem, & dominum,
ſam admittit, quod femina quæ dominum excluderet,
poſſet & fratrem excludere, ſequuntur ibi Doctores,
præcipue Alciat. col.2. in fin. verſ. quinto quarto ſubſe-
quenter, poſt Bal. ibi, idem dixit Zaſ.d. par.9.num.40.
in fine, dum vult, tunc demum agnatum diuidentem
ſuccedere, & dominum excludi, quando ſine hærede
deceſſit is, cui totum feudum in diuiſione obuenit. late
proſequitur Aſflict. in d. c. ſi quis miles, num.29. poſt
Præpoſ. Alex. in conſi.189.nu.5. verſ. nec etiam per di-
cta verba, vol.2. vbi allegat Bart. Federic. de Senis, &
gloſ. & in conſi.21.nu.5. verſ. tertio principaliter, vol.
5. Ruin. in conſi.11.nu.11. vol.1. Gabr. in conſ.89.nu.8.
& ſeq. vol.1. vbi dicit, quod vbi renunciatio eſt perſona
lis, prodeſt tantum perſonis expreſſis, dicitur autem
perſonalis quādo fit in fauorem certarū perſonarum.
vt in facto noſtro, in quo facta eſt pro hæredibus Ludo
uici, inter quos eſt Comes nunc conuentus; ſed quan-
do renunciatio eſt abſoluta, & realis, tunc prodeſt om
nibus, & excludit renunciantem & ſuos deſcēdentes,
vt per eum, qui allegat, multos authores. Aret. in conſ.
3. poſt princ. vbi dicit, quod renunciatio operatur ad
fauorem fratris, & ſuorum deſcendentium, nec præter
eos alius poteſt ſe illa iuuare, & conſiderat ea omnia
quæ Iacob. adduxit in loco ſupra relato Goz. in conſi.
53.nu.16. ſemper autem loquuntur DD. quando ex eo
cui feudum obuenit, non extat perſona quæ poſſit in
eo ſuccedere, alias ſi extet, tūc & dominus & agnatus
excluditur. Et quod hactenus dictum eſt de excluſio-
ne domini, procedit etiam in excluſione agnatorum,
quia volunt eos non admitti pp renunciationem, do-
nec extant deſcendentes fratris cui renunciatum fuit,
vt per Gul. de Cun. Guid. de Suzar. Bald. Salic. & alios,
in d.l. ſi familiæ. Doctores in d.c. ſi quis miles. Alex. d.
conſi.189.nu.21. Aret. conſ.3. Gozad. conſi.53. Ruin. d.
conſ.11.num.11. Gabriel. d. conſ.89. qui omnes volunt
agnatum renunciantem admitti ſolum, qn̄ non extāt
deſcendentes ex eo cui fuit aſſignatū feudum: Schrad.
dicta par.8.c.5.nu.26. in fine, verſ. quarto hoc proce-
dit, & non mirum, nam idem videmus, qn̄ feudum eſt
alienatum in agnatum remotiorem, q̄a donec ex em-
ptore ſupereſt aliquis deſcendens, qui feudi ſit capax,
excluditur venditor, & quicunque deſcendens ab eo,
ſublatis autem oībus deſcendentibus emptoris, ſucce
26 dit vēditor, vel eius deſcendens, vt † probatur in c.1.§.
fin. ſi de feudo fuer. controu. inter dom. & agnat. in c.1.
vbi Iſern. Bal. Aluar. Præpoſ. & Aſflict. de eo qui ſi. fecit
agna. d.c. ſi quis miles, vbi ēt Bald. Auar. Præpoſ. & Aſ-
flict. Imper. Lothar. Schard. d.c.5.num.26. verſ. aut hoc
non eſt expreſſe actum, vbi hoc ampliat multis modis.
Amad. de Ponte, d.q.12.col.9. vbi conſtituit differen-
tiam, an feudū alienetur in aliquem vocatū, vel in pe-
nitus extraneum, quia primo caſu deficiente linea em
ptoris, ſuccedit alienans, ſecundo vero caſu, is q̄ alie-
nauit nullo tp̄e admittitur. Sicuti itaque vendens non
admittitur, donec aliquis extat deſcendens ab empto
re, ſiue ſit femina, ſiue maſculus, dummodo aliquo mō
capax ſit ſucceſſionis, ita diuidens non debet ſuccede
re, donec ſupereſt aliquis ex his qui ex diuiſione feudu
habuit, diuiſio.n eſt alienatio. Bal d.l. ſi familiæ, nu.1.
vbi Sal. nu.6. qui dicunt, quod eſt permutatio, Becius,
qui alios citat, in conſ.24. nu.10. late Ceph. in conſil.
195.nu.12. vbi plures cumulat, & in venditione, vel a-
lia alienatione nemo eſt qui diſtinguat inter feminæ,
vel maſculi admiſſionem, ſed abſolute dicunt omnes
alienātem nō admitti donec extat ex emente aliquis
capax ſucceſſionis, ideo non etiam diſtinguendum eſt
in diuiſione facta cum pacto ſeu renunciatione.

Huic fundamēto inuenio reſpōſum fuiſſe ab Aduo-
catis agentium quod verba compromiſſi laudi, & ra-
tificationis, non excludunt Nicolaum & ſuos deſcen-
dentes a ſucceſſione bonorum diuiſorum, quia nihil
dictum eſt de iuribus futuris, quæ ideo non veniunt in
27 renunciatione, † per ea quæ ponit Bald. in conſi.191.
vol.2. qui proprie loquitur de præſenti compromiſſo,
Socin. conſ.251.num.21.vol.2. Alba conſi.29.num.16.
Decian. conſ.3.nu.115.vol.1. ſed huic reſponſioni ob-
ſtāt verba acceptationis laudi, quibus dicti fratres no
uarunt inuicem omnes actiones, & obligationes pu-
ras, in diem, & ſub conditione, & quæ non ſolum com-
petijſſent, ſed etiam competerent, aut in futurum com
petere poſsēt, occaſione hæreditatis paternæ, vbi enim
in diuiſione remittitur ius futurū a ſcientibus, tunc di
28 uiſio præiudicat etiam pro iure futuro, † vt ponit Bar.
in d.§. duo fratres, in 5. quęſt. nu.28. Dec. conſ.79. nu.3.
alios citat Peregr. de fideicommiſſ. art.52.num.30. &
quamuis Bart. ibi faciat mentionem de fideicommiſ-
ſo, tamen rationes omnes conueniunt in alio iure de
futuro, dempta ea, quæ reſpicit ius dependens ex teſta
mento

mento,pacto enim ius de futuro remittitur,licet aliud
ſit in ſimplici conſenſu aut renunciatione. DD.in l.1.
C.de pact.latè Becius in conſ.34.nu.8.hoc ẽt probatur
ex dictis per Bart.in d.§.duo fratres,q.6.nu.19. vbi ius
futurum includitur in remiſſione iuris quod hẽt quis,
& habere ſperat,ſeu poteſt,quem ſequuntur alij multi
apud Peregr.d.art.52.nu.32.qui nu.33.dicit, idem eſ-
ſe qũ fuit dictum de iuribus non ſolum cõpetentibus,
ſed ẽt competituris, quia tunc venit ius fideicommiſſi
cõditionalis. Et hoc caſu non mouet Clauſula, Vſque
in præſentem diem,ibi poſita,quia etſi ſoleat exclude-
re ius futurum, ſcdm Angel.in conſ.286.nu.3. in fine,
cum alijs allegatis per aduocatos actorum, tñ in præ-
ſenti facto ſeruare non poteſt hanc proprietatem, ex
quo renunciatio continet expreſsè ius futurum, dum
loquitur de obligationibus in diem,& ſub conditione
contractis, & de iuribus atque actionibus quæ in futu
rum cõpetere poſſent, hæc enim verba, non patiuntur
aliq̃ reſtrictionem, neque admittunt interpretationẽ
per q̃ excludatur ius de futuro,quod expreſſe eſt inclu
ſum,aliàs diſpoſitio cõtineret repugnantiam, quæ ab
29 omni interpretatione reijciẽda eſt, † c.inter dilectos,
de fide inſtrum.Bart.in l.fin.§.idem quæſijt,ff. de cond.
indeb.Dec.in l.vbi repugnantia,nu.4.ff.de reg.iur. di-
cens,quod diſtinguendo concordari dẽt diſpoſitio,ne
ſibi ipſi contrarietur: in propoſito autem concordari
põt renunciatio,vt includat omne ius de futuro, quod
tñ vſque in præſentem diẽ poſſet excogitari, quale eſt
ius cõpetens in feudo agnatis, vigore inueſtituræ quæ
eos vocabat, nõ autem ius quod ſuperuenire poſſet ex
cauſa de futuro, nam aliquod eſt ius cõpetens in futu-
rum ex cauſa de præſenti,vel prçterito,vt ius fideicom
miſſi conditionalis,aliud vero competit in futurũ qui-
dem,ſed non ex cauſa de præſenti, verum ex oĩno no-
ua cauſa,quæ ſit de futuro, vt poſt Bart. dicunt DD. in
d.l.1.C.de pactis:renunciatio aũt facta iuri de futuro,
includit ſolum ius futuru competens ex cauſa quæ ſit
de præterito,vel de prçſenti,vt eſt inueſtitura feudalis
& fideicommiſſum conditionale,non aũt quod poſtea
ſupuenit ex noua cauſa, de qua nihil cogitari potuit,
30 † ita Bar.d.l.1.vbi Iaſ.nu.17.verſ.in tertio memb. Zuc
card.nu.159.& Ripa nu.26.vbi id ampliat in propoſi-
to.igitur conciliabitur ea renunciatio,ſi intelligamus
renunciatum eſſe iuri competituro in futurum ex cau
ſa de præterito, vt eſt fideicommiſſum, & inueſtitura,
& hac ratione verificantur verba, vſque in præſentem
diem, vt ſit ſenſus, ex cauſa quæ vſque in præſentem
diem ſit in rerum natura, ſed non eſſe renunciatum iu
ri qđ competere poſſet ex cauſa quæ ad eam vſque diẽ
non ſuberat, & ſic conueniunt ẽt verba loquentia de
obligatione in diem, & ſub conditione, quæ aliàs non
conuenirent Clauſulæ, Vſque in præſentem diem.

Secundo & fortius dico, qđ ſtantibus compromiſſo
& renunciatione,de quibus ſupra,feuda, quæ D.Ludo
uico obuenerunt in diuiſione facta cum Nicolao fra-
tre de anno 1482.fuerunt effecta noua, & quoad Nico
laum deſierunt eſſe antiqua,idque deduco ex duobus.
Primo,ex Clauſula compromiſſi,in qua dr̃ (& donan-
tes ſibi ad inuicẽ dictæ partes,ſponte, & ex certa ſcien
tia,illi parti cui adiudicatum fuerit oẽ & totum quid-
quid & quantũ adiudicatum & ſententiatum fuerit ir
reuocabiliter, & taliter, quod reuocari non poſſit.) Si
enim Ludouicus titulo donationis poſſidere dẽt partẽ
ſibi adiudicatam, vtique feudum erit nouum, quia ex
nouo titulo,nouaque cauſa illud habuit,vt ſupra pro-
baui,loquẽdo de feudo alienato in agnatum remotio-
rem,ex doctrina Afflict.in c.1.nu.41.de vaſſalo decrep.
ætat.Freccia,lib.2.q.14.nu.2.& Amad.d.q.12.col.9.Se
cundo, id deduco ex clauſula poſita in ratificatione

Laudi, ibi, (Ludouicus nouauit ipſi Nicolao præſenti
& acceptanti,& è cõtra ipſe Nicolaus Ludouico pſen
ti & acceptanti,oẽs obligationes puras,in diem,& ſub
conditione,cauſa,& occaſione mobilium, immobiliũ,
iurium,& actionum, quæ dictis partibus competerẽt,
competijſſent,vel in futurum competere poſſent.) Hæc
enim clauſula,operatur,quod oĩa quãuis antiqua, in-
nouãtur & fiunt noua,& nouatio extinguit præceden-
tem obligationem, eamque transfundit in ſequẽtem,
31 l.1.ff.de nouation.Bar.in l.pen.in fi.ff.de prætor.ſtipu-
lat.Sebaſt.Medic.tract.nouation.par.1.q.1.& in tract.
definition.par.2. definit.64.nu.12.poſt Azon. in Sum.
de nouat.nu.1. id qđ multo magis ꝓcedit ſtante Aqui
liana ſtipulatione,& acceptilatione ſubſequente, quæ
32 perimit præcedentes obligationes,† l.Aquiliana,ff.de
tranſact.l.& vno,§.fi.de acceptil.§. eſt aũt prodita. In-
ſtit.quib.mod.tollit.oblig.& ibi notant oẽs DD.& di-
cit Rom.conſ.22.nu.3.verſ.in contrarium tñ, quod re-
nunciatio facta per Aquilianam ſtipulationem auſert
oẽm ſpẽ renunciantis,& loquitur in emphyteuſi,cum-
que in feudo ſequitur Afflict.cap.1.§.fi. num.3. in fine,
ſi de feud. fuer. controu. Si igitur facta ſunt noua feu-
da,quæ prius erant antiqua,infertur, qđ donec extant
deſcendentes ẽt feminæ ex Ludouico,admitti non dẽt
maſculi ex Nicolao,per ea quæ dixi ſupra in verſ. diui
ſione itaque, intelligẽdo, vt ibi declaraui poſt Amad.
d.q.12.col.9.quod ſint noua,quoad hoc,vt deſcenden-
tes a Nicolao qui donauit & innouauit,non ſuccedãt,
donec extat aliquis,vel maſculus,vel femina capax ex
linea Ludouici, ſicuti non ſuccederent, ſi Nicolaus ea
feuda donaſſet,vendidiſſet, vel alio tit. in Ludouicum
trãſtuliſſet,quemadmodũ oſtenſum eſt ſupra, in verſ.
reſpectu vero portionis, poſt medium, ibi, & non mi-
rum,nam idem.quantum enim ſit reſpectu Nicolai &
ſuorum deſcendentium, ſunt oẽs excluſi donec extat
deſcendens ex D. Ludouico, licet reſpectu domini re-
futatio, ſeu pactio prædicta non noceat Ludouico, q̃a
pactum factum eſt Ludouico & cõſequenter eſt perſo-
nale,& non prodeſt dño, ſecundum Bal. in d.c.1.nu.1.
de eo qui fin.fec.agn.vbi vult, quod agnatus paciſcẽs,
etiam per ampliſſima verba, non excludatur a domi-
no, niſi pactum faciat in manibus dñi. ſequitur Aret.
d.conſ.3.col.1. verſ. & maximè ſi ſequamur Iacobi. in
d. verſ.& vnus ex dictis, num.6.verſ. quinimo plus di-
cebam,id planius fiet ex infra dicendis.

Et non repugnant quç per Aduocatos actorũ dicun
tur in 3.q.in verſ.ſecundo,cum ſola diuiſio,vbi conan-
tur ſuſtinere,qđ ſequentes inueſtituræ ſunt priorũ con
firmatoriæ, non autem ſuſceptæ tanq̃ de feudo nouo,
ponderando verba tam petentium q̃ Ducis inueſtien
tis,nam ea remouentur multis modis,primo,quia re-
citantur ſolum inueſtituræ ſuſceptæ per filios Nicolai
& Ludouici,nõ aũt quas impetrarunt Nicolaus,& Lu
douicus poſt diuiſionẽ de qua agimus, & de quibus fi-
lij mentionẽ faciunt,& ſi hæ viderentur, appareret for
te ſuſceptas fuiſſe tanq̃ de feudo nouo, cum autem nõ
videantur,ſtandum eſt compromiſſo,laudo,& ratifica
tioni, quorum vis nõ tollitur ex inueſtituris filiorum.

Secundo & melius reſpondetur,quod contraria re-
ſolutio ſuſtineretur, ſi contenderet Comes Antonius
feuda ꝓdicta facta fuiſſe purè, ſimpliciter, & abſolute
noua, in omnibus & per omnia, quo caſu volunt Do-
ctores neceſſarium eſſe quod dominus inueſtiat, tan-
33 quam de feudo nouo,† gloſ.& Doctor.in c. ſi quis mi-
les,Imperat.Lothar.vbi Bald.nu.2.& nu.5.& in d.c.1.
de eo qui fin.fec.agnat. & vtroq. in loco ponit Afflict.
ſequitur Aret.& Iacobin.in locis præcitatis.Ruin.cõſ.
11.nu.10.volum.1.Schrad.par.8. cap.5.num.27. & di-
ctum eſt in præcedentibus, in illo enim caſu agnatus

qui

qui pactum fecit,non ſuccederet,& ſi in totum deficeret linea alterius,& excluderetur a dño, vt voluit glo. & Doctores,in d.l.ſi familiæ,Bal.d.c.1.nu.5.Imper.Lothar.vbi eam gl. ita intelligit,qñ.ſ. feudum eſt omnino nouum,idem Bal.in l.1.q.11.ff. de rerum diuiſ. Ruin. d.conſ.11.in fin.ver.poſſet et aliter, ſed Comes Antonius non contendit feuda adeo facta fuiſſe noua, vt et deficiente linea Ludou.non ſuccedant deſcendentes a Nicolao, ſed eſſe noua quoad hoc,vt deſcendentes Nicolai vigore pacti,& renunciationis de quibus ſupra, non ſuccedāt donec aliquis feudorū capax extabit de Linea Ludouici,& nō eſt mirum,quod vnum, & idem feudum ſit reſpectu diuerſarum perſonarum nouum, & antiquum,nā hoc poſſibile eſt,quia reſpectu agnati qui renūciauit,erit nouum reſpectu vero aliorū agnatorum qui non renūciarunt,ſi extarent,eſſet antiquū, ſicut etiam reſpectu dñi,quod procedit,etiam ſi renūciatio facta eſſet ab agnato, ad effectū, vt dominus de nouo inueſtiat, vt declarat Afflict.in c.1.nu.22. de eo qui finem fec.agnatis,ſic in ſimili dixit Bal.in cap.1.§. hoc quoque,col.1.verſ.& nota,de ſucceſſio. feud. quod vnum, & idem feudum poteſt eſſe nouum quoad ali-
34 quos,& paternum quoad alios,† multos concordātes citaui in conſ.5.nu.31. idipſum probatur ex deductis a Schrader.d.p.8.c.5.nu.20.& ſeq.& ponunt Doctores in c.1.§.ſi.ſi de feu.fuer. contr. vbi volunt, quod reſpectu eius qui vel alienauit, vel conſenſit alienationi,ſeu dum reputarur nouum, adeo quod alienans, vel conſentiens,non ſuccedit, ſed reſpectu agnatoru qui non alienarunt nec conſenſerunt, feudum remanet antiquum,& retinet antiquam ſuam naturā,ſic in propoſito qnoad Nicolaum,qui diuiſit,fecit pactum,& renunciauit,& quoad ſuos deſcendentes,feuda erunt noua, vt.ſ.illi non ſuccedant, donec extant deſcendentes Ludouici,ſed remanent antiqua,quoad Ludouicū, ſuosque deſcendentes,ac qnoad dñm,qui ex diuiſione,pacto,& renunciatione nihil acquiſiuit, vt dicunt Doctores in §.duo fratres,& in d.c.1. Imper. Lothar. in ca.1. de eo qui ſin.fec.agnat. ex quo neque Nicolaus renunciaus,neq; Ludouicus cui fuit renunciatum, voluerūt ſtipulari vel acquirere dño,aut alijs, excepto Ludouico,& ſuis deſcēdentibus; quo ſtante, non fuit opus noua aliqua inueſtitura,aut qd in inueſtitura fieret mentio de prędictis; vel quod antiqua inueſtitura alterare tur in aliqua ſui parte, nam ſatis remanet alterata in hoc agnatorū ſucceſſio,reſpectu Nicolai,& ſuæ generationis ex pacto,diuiſione,& renunciatione, & ſi videātur Doctores in caſibus quibus dixi vendentem vel cōſentientem excludi,alios vero agnatos admitti,nemo vult de huiuſmodi alienatione ſeu excluſione mentionem fieri in ſequēti inueſtitura, & ratio eſt: quia inter agnatos remotiores fieri poteſt ſine domini conſenſu
35 omnis alienatio,† Bald.in c.1.nu.1.in fine,de alienat. feud. pater.in c.1.nu.17.de ſucceſſ.feudi, in c.1.nu.5. in fi.de vaſſall.qui contr.conſtit.Lothar. alios citat Natta in conſ.475.nu.14.Cœph.conſ.27.nu.8.& 9. Rolan. conſ.57.nu.64.vol.3.Bolog.§.duo fratres,nu. 185. Decian.conſ.55.nu.69.in 3.Crau.in conſ.303.nu.4.cū infinitis qnos aliàs cnmulaui in ardua cauſa. Si igitur dñi cōſenſus non fuit neceſſarius,præcipue quia actns gerebarur inter proximiores,ad quid inueſtiturā alterare;poſſuntnamq; ſimul ſtare, quod feudum remāſerit antiquum, retinueritque quoad omnes alios ſuā naturam primæuam,ſed quoad Nicolaū,& ſuos poſteros, diuerſam ſortiretur naturam,ideo ex eo qd filij Nicolai & Ludouici ſuſceperiot inueſtituram ſub commemoratione antiquarum,non bene infertur,qnod Nicolaus, & ſui poſt diuiſionem ſuccedant ſcdm primæuū, & antiquū ordinē ac modum, atque ita ceſſat obiectū

deſumptū ab inueſtituris poſtea factis,& cum feudum deberet remanere antiquum,non mirū ſi ſub antiquarum inueſtiturarum forma fuit receptum. Nec per prędicta recedo a reſpōſionibus quas attulit dñs Oddus, ſed eas in omnibus approbo,ſcripſit enim docte.

Qnare concurrunt ad excluſionem Agentium primo qualitas,& verba inueſtituræ,quę cōcepta pro deſcendentibus,ſeu hæredibus maſculis,& feminis,includit maſculos ex feminis, non minus quam maſculos ex maſculis,vt dixi in principio. ſecundo diſpoſitio c. 1.de natura ſucceſs.feud.tertio ſeparata inueſtiturarū ſuſceptio pro ſe,& deſcendentibus ſuis maſculis,& feminis, quo caſu ex viginti quinque authoribus relatis a domino Oddo, conſtat feminam ex Ludouico excludere maſculos Nicolai. quarto feudi permutatio ſeu noua acquiſitio reſpectu portionis, quæ ſpectabat ad Nicolaum, & in diuiſione remiſſa fuit Ludouico, per quam alienationem feudum quoad deſcendentes Nicolai factum eſt ita nouum, vt nullo modo poſſint in eo ſuccedere, niſi ad excluſionem domini, non autē ad excluſionem feminarum ex Ludouico; quia vt dixi, donec aliquis capax ſupereſt ex Ludouico,ſiue is maſculus ſit, ſiue femina,non eſt locus deſcendentibus Nicolai, qui permutando vel aſſignando ſuam portionem Ludouico,ſe,ſuoſque deſcendentes excluſit,atque alienos fecit a ſucceſſione; quod non contigiſſet,ſi feudum ęqualiter & per congruas portiones fuiſſet inter duos fratres diuiſum,nec.n.aliter generatio Nicolai ſuccedere poteſt in eo feudo, quam ſuccederet ſi Nicolaus illud vendidiſſet Ludouico,quo caſu tum demum aperiretur ſibi ſucceſſio, quando omnis deſcendentia Ludouici deficeret, & ſolus dominus ſuperextaret,vt dictum eſt in verſ. in diuiſione itaque. quinto reſpectu portionis quæ Ludouicum contingebat, ex perſona propria concurrit renunciatio ampliſſimis verbis facta, & futurum ius complectens, quæ operatur qd renuncians nunquam admittitur ad præiudicium eius cui facta fuit ſuorumque hæredum,ſed ſolum ad domini excluſionem, vt volunt Doctores quos citaui in verſiculo,reſpectu vero portionis quę ad Ludouicum,&c. ſexto, clauſulæ compromiſſi, & acceptationis tollunt omnem ambiguitatem, quia in feudis diuiſis tribuūt Ludouico,& ſuis deſcendentibus titulum donationis & innouant antiquum titulum, nouo autem accedente titulo, feuda omnia quæ in diuiſione obuenerāt Ludouico facta fuerunt noua quoad Nicolaum,& ſuos deſcēdētes, donec extant poſteri ex Ludouico, adeo, vt illi nullo modo poſſint ſuccedere,excludendo feminas Ludou.ſicuti non ſuccederent, & eas non excluderent,ſi Nicolao vendidiſſet,vt probaui in verſic.ſecundo & ſortius, & propterea multis capitibus defenditur Comes Antonius a petitione Actorum.

Fundamentum quoque adoptionis factæ ab auo materno,excludit agentes a feudis,de quibus eſt queſtio, p ea quæ dixi in prioribus ſcriptis,& reaſſumpſit dominus Oddus,& non eſt verum quod Doctores pro Comite Antonio allegati, loqnantur quando talis adoptatus ſucceſſiſſet etiam circumſcripta adoptione. Iacob. enim de Ardiz. loquitur abſolute in adoptato ab auo materno,& hoc firmat, quidquid in contrariū objiciatur vt videri poteſt in capit. 137. verſicn. adoptiui vero filij, folio 156. Iſern. in cap.1. §.adoptiuus, dicit adoptatum ab auo materno ſuccedere in caſu quo mater poſſet ſuccedere, ideſt quando tale eſt feu-
36 dum, in quo etiam femina ſuccedit † & ſi aliter intelligeremus, vana eſſet limitatio vt inferius dicam. hoc etiam tennit Alu.ibi,nu.4.ver. idem dicendum in auo materno, & loquitur in feudo femineo, & dum dicit (quoniam abſque eo ſuccedebat) non intelligitur qd ſine

ſine adoptione erat incluſus in inueſtitura, & poterat
ſuccedere ex quo feudū eſt femineum. Et hac ratione
ponderat concurſum vtriuſque vinculi naturalis & ci
uilis, qui eſſet oino ſuperfluus, voluit igitur dicere, qđ
ſi feudum eſſet pro maſculis tantum, nepos adoptatus
ab auo materno, non ſuccederet, ſed ſi eſt conceſsū pro
feminis, admittetur, ob concurſum vtriuſque vinculi,
ſic etiam tenuit Matt. Laud. in d. §. adoptiuus. idem te
nuit Collegium Papienſ. in conſil. 100. num. 137. inter
conſilia Picci, & facit ratio per quam adoptiui exclu-
duntur, quæ eſt, quia feudum datur pp amorem domi-
ni erga vaſſallum, & fidelitatem vaſſalli verſus domi-
num: qui amor, & quæ fidelitas, præſumitur in filijs, &
erga filios eiuſdem ſanguinis, nō autem in extraneis.
ita Aluar. in d. §. adoptiuus, in princ. Camer. in c. Impe
rialem, circa princ. verſic. nō obſtat ſextum, de prohib.
feudi alien. folio mihi ... vbi dicit denegari adoptiuo
feudum, quia nō habet præſumptionem fidelitatis ex
quo non eſt de ſanguine. idem probauit Thom. Marin.
rit. 3. præſ. 51. hæc autem ratio ceſſat in nepote ex filia,
qui adoptatur, cum enim ab eodem ſanguine deſcen-
dat, habet fidelitatis præſumptionem, & ſi intelligere
mus de ſolo adoptiuo qui in eodem caſu erat ſine ado
ptione ſucceſſurus, futilis eſſet, & inanis limitatio, qa
per adoptionem non amittit iura naturalia, at bene
ſecundum iura nouiſſima declarat Afflict. in d. §. ado-
ptiuus, nu. 7. & Aluar. non dicit, quod adoptio nihil au
get aut minuit in nepote adoptato ab auo materno,
ſed in adoptato ab auo paterno, at in materno vtitur
alia ratione, id eſt concurſu vinculorum ciuilis, & na-
turalis, ideo perperam, & parum fideliter allegatur. &
quod dr̄ vaſſallum non poſſe ad præiudicium ſucceſſo-
rum adoptare, intelligitur, qñ adoptatur extraneus,
in quo non concurrit vinculum ſanguinis naturale. cū
igitur pro hac parte ſtent Iac. de Ardizo, Iſern. Aluar.
Laud. & Piccus, ſeu verius Collegium Papien. & con-
currat ſufficiens ratio, tenenda eſt hæc opinio.

Quæ opinio conualidatur pluribus ex authoritate
Cæſaris confirmantis eam adoptionem, cum clauſulis
derogatorijs, de quarū Clauſularum virtute plene tra
ctauit D. Oddus, ſed ante eum Piccus, d. conſi. 100. nu.
137. & pluribus ſequentibus, & q̃uis ſimplex adoptio
etiam cum conſenſu dñi non noceat agnatis, ſcđm Io.
Fab. in §. 2. in fi. de hæred. quæ ab inteſt. & Ang. ibi in §.
1. nu. 3. Afflict. d. c. adoptiuus, nu. 9. verſic. & hæc talis
adoptio, tñ id procedit, quãdo ſimplex interuenit con
ſenſus vel authoritas Principis, & ita loquuntur præ-
fati DD. ſed vbi expreſſe habilitatur ad feuda, ſeu di-
ſpenſatur cum derogatione obſtantium, tunc admitti
37 tur etiã præiudicium agnatorum, † vt per Afflict. loco
prædic. nu. 12. & ſeq. vbi ponit exemplum de adoptio-
nibus factis a duabus Reginis eiuſdem nominis, & ſu
ſtinet Piccus, in d. conſi. 100. num. 138. verſic. quartum
quod Imperator. & latius, nu. 139. quod ẽt voluit Alc.
in conſi. 190. qui duo dicũt, quod ius ſpe tm̃ quæſitum
tolli pōt, & Alcia. ſubdit, quod ſicuti legitimari poteſt
naturalis ad ſucceſſionem feudi in perniciem agnato-
rum, ita & adoptari, addo quod ſicuti femina poteſt a
Principe habilitari ad feudum etiã agnatis ſtantibus,
38 qñ aliàs excluditur a maſculis, † vt per Curt. iun. in
conſi. 1. nu. 23. vbi proprie loquitur de nepote maſculo
ex filia, in præſenti familia, & ſecundum hoc cõſilium
fuit iudicatum, & feuda etiam nunc poſſidentur, idem
voluerunt Dec. Pariſ. Goz ad. Bru. & alij, quos ſequitur
Becius, conſi. 56. num. 40 ita poterit maſculus ex femi
na habilitari a Principe ad ſucceſſionem feudi, ad quã
feminæ quoque ſint vocatæ licet poſt maſculos, quia
per talem habilitationem minus læditur ius feudorū,
quam ſi femina habilitetur ad feudum maſculinum,
& conueniunt omnes, quod ius ſola ſpe competens in
39 feudo, tolli pōt a Principe, † vt dictum eſt in ſuperiori
bus, & ponit Oddus ac Piccus d. conſi. 100. nu. 139. Ce
phal. conſi. 694. nu. 50. Becius d. conſi. 56. nu. 36. & 42.
Alciar. d. conſi. 190. nu. 3. Nec reſiſtit quod habilitatio
facta non fuerit ad præiudiciū tertij, ſed ſolius Princi
pis habilitantis, nã ſi hæc interpretatio admitteretur,
inanes eſſent oẽs clauſulæ derogatoriæ, quia ſine eis ſa
tis erat præiudicatū ipſi Principi, cuius nudus conſen
ſus & authoritas ſufficit vt adoptatus conſequatur feu
dum, ſcđm Io. Fab. Angel. & Afflict. in locis ſupra rela
tis. Vt igitur ſuperfluitas euitetur, derogatio intelligi
dēr reſpectu agnatorū. Poſſem infinita adducere qui-
bus probatur extẽdi verba, ne ſint ſuperflua, ſed omit
to, quia res agitur corã ſapientiſs. Senatu, cui nihil eſt
ignotum. Addo, qđ derogando, §. adoptiuus, & illum
de medio tollendo, ſatis dr̄ ſublatum ius tertij, quia ſu
per eo eſt fundatū, nec alia ratione pōt tertius prætẽ
dere intereſſe. ſublato itaque fundamento, corruit ſu-
peredificatum, c. cum Paulus, 1. q. 1. morbo ẽt ſuperflui
tatis laborarent Clauſula, Supplentes oẽs defectus, &
alia, Non obſtantibus quibuſcunque legibus, ſtatutis,
decretis, conſtitutionibus, ac plures aliæ quæ frequen
ter leguntur in cõfirmatione. Et volunt DD. quod vbi
derogatio amplectitur aliquod ius, quod non fuerat
expreſſum, operatur, ac ſi defectus ille fuiſſet expreſ-
40 ſus. † Bald. in l. eam quam, nu. 36. C. de fideicom. vbi ſu
ſtinet legitimationem filij inceſtuoſi, quæ tñ facta fue-
rat tanq̃ de ſpurio, eo quod fuerat derogatum legibus
loquentibus de inceſtuoſo, & in Auth. Si qua illuſtris,
nu. 50. C. ad Orfic. Capra, conſi. 157. nu. 8. Fel. c. poſtu-
ſtulaſti, col. 5. de reſcript. Goz ad. conſi. 48. nu. 14. Alex.
conſi. 195. nu. 7. vol. 2. Soc. conſi. 63. num. 6. vol. 3. Pariſ.
conſi. 15. nu. 67. vol. 2. Crau. conſi. 687. nu. 6. Cum igitur
derogatum fuerit oĩbus legibus quæ tollendæ erant,
vbi actum fuiſſet de præiudicio tertij, fatendum eſt, vo
luiſſe Imperatorem derogare iuri tertij. Et per hæc tol
litur fundamentum, quod fit ſuper reſeruatione iuris
tertij: nam D. Oddus, aptiſſimè multis modis illud re
ſoluit, & præcipuè, quod reſtringitur ad ius de præſen
ti cõpetens, vt per Gomeſ. & Gabr. in locis per eum al
legatis, in vltima reſponſione, ad quod nihil inuenio
replicatum, ſed addo, quod eiuſmodi reſeruatio non
legitur in corpore cõfirmationis, ſed legitur ſolum re-
latiuè poſita in interinatione Cæſareæ cõfirmationis,
facta 19. Martij. 1551. ideo non infert impedimentū.
Accedat, quod aduerſantes admittũt reſeruationem
non obeſſe quoad iura expreſſa, nec quoad ea, quibus
Princeps voluit derogare, nec qñ aliàs verba eſſent ſu
perflua: nos aũt probauimus, Principem voluiſſe agna
tis præiudicare, & ius eis ſpe tantum competens tolle
re, & ſuperfluitate laborare omnes illas Clauſulas, ni-
ſi referantur ad tollendum ius agnatorum, propterea
deſtrueretur omnino Principis ſupremi poteſtas, ſi
Clauſulæ prædictæ agnatis non præiudicarent.

Circa teſtamenti confirmationem pauca admodū
mihi dicenda ſuperſunt, poſtquam dominus Oddus
omnem præripuit facultatem; vnum omittendum nõ
eſt, in quo aduerſarij maximum videntur conſtituere
præſidium, licet erroneè, & contra teſtamenti verba,
ſupponunt enim particularem diſpoſitionem factam
ad fauorem Comitis Antonij, reſtringi ad feuda, quæ
prouenerunt a Domino Ambroſio, vel eius filia, ex
quo paterna feuda videntur mox relinqui domino Ni
colao: ſed labuntur grauiſſimè, quoniam diſpoſitio
facta ad fauorem dicti Comitis, includit, & compre-
hendit etiam paterna & antiqua feuda, dum dicit, om
nia, & ſingula ad teſtatorem obuenta, tam ex perſo-
na matris, quam ex ſucceſſione cuiuſuis alterius per-
ſonæ

ſonæ,vel aliter ex cauſa lucratiua, vel onetoſa coniun-
ctim,vel diuiſim,cum fratre,paterna namq; ſeuda ob-
uenerũt ad dominum Ludouicum ex ſucceſſione ideo
perinde eſt,ac ſi de eis facta eſſet ſpecialis mentio,ſtã-
te Clauſula, Omnia, & ſingula, quæ vim habet ſpecia-
41 lis expreſſionis, † glo.in c. vt circa, de elect. in 6. Aret.
conſil. 114. in fine Pariſ.conſil.97.nu.91. volum. 2. cum
alijs apud Gabriel.conſil. 118.nnm.26. conſil. 144. nu.
68.& ſeq. volum.2.Cœph. conſil.539. num. 29.Berret.
conſil.42.num.13. & facit, quia genus in toto genere
idem operatur,quod ſpecies contenta in eo.

Nec contradicit ſpecialis diſpoſitio ſubſequẽter fa
cta ad ſauorem Nicolai fratris,de feudis antiquis,aui
tis,& paternis,quia ea non eſt ſimplex,& abſoluta ſed
limitata,& reſtricta ad reliqua,i.ad ea q̃ non eſſent in-
cluſa in præcedenti diſpoſitione ordinatę ad ſauorem
Comitis Antonij:nam dictiones iſtæ,reliquũ,reſiduũ,
& relictũ,important partẽ iam eſſe diſpoſitã in præce-
dentibus,l.ſi ita quis,§.Seia,ff.de verb. oblig. vbi facta
42 mentione reliqui ptetij, infertur partẽ eſſe ſolutã. † &
volunt Bal.& Sal.in l.ſi quidem,C.de tranſact. Caſt.in
l.ſi ex pluribus,col.2.ff.ſol.matr.cum alijs quos ego ci-
taui in conſ.52.nu.45.Cum igitur dixit reliqua feuda,
auita,antiqua,& paterna,demonſtrat illorum partem
fuiſſe alijs relictã,& nunc velle non omnia relinquere,
& per hoc ceſſat Regula, ꝙ in generali diſpoſitione nõ
veniat id,de quo facta eſt ſpecialis prouiſio:quia ſtan-
tibus prædictis,non poteſt dici facta ſpecialis prouiſio
de omnibus feudis paternis,& auitis,ad fauorẽ Nico-
lai,cum prouiſio illa includat ſolũ ea quæ in præcedẽti
diſpoſitione non fuerant relicta. Præterea, regula illa
nõ habet locum,qñ diuerſa,& ſeparata ſunt capitula,
quia tunc generalis diſpoſitio includit etiam expreſſa
43 † in ſpeciali,Rom.in conſil.308.nu.4. ver.nec huic de-
terminationi. Rurſus, qñ diſpoſitiones nõ ſunt cõtra-
riæ,ſed ſe inuicem compatiuntur, tunc vnum relictum
44 non reſtringit alterum † Ruin. in l.1.§. hoc autem, nu.
75.ff. de oper.noui nunc. vbi Hormano.num.25. idem
Ruin.in conſ.54.nu.6.vol.1.Cagn.in l.in toto, nu.9. in
fi.ff.de reg.iur.Menoc.in conſil.141.nu.37.Marcobrun.
in conſ.71.n.127.Et ſi dicatur, quid operabitur ſequẽs
diſpoſitio,ſi omnia feuda,& paterna,& auita, erant iã
relicta Comiti Antonio, reſpondeo, ꝙ fratri Nicolao
voluit teſtator relinquere omnia feuda antiqua,de q-
bus non poſſet diſponere: nã Comiti Ant.reliquit feu-
da omnia de quibus poſſet diſponere accedente maxi
me diſpenſatione Cæſareæ maieſtatis, reliqua aũt re-
linquendo fratri, vt reliquiſſe ea de quibus diſponere
nõ poſſet,qui caſus,poterat euenire,vel ex natura feu-
dorum, vel ex eo quod non erat certus teſtator, ꝙ Cæ-
ſarea maieſtas eſſet diſpenſatura; principalis aũt intẽ
tio teſtatoris fuit, ꝙ Comes Antonius haberet omnia
feuda,quæ vel ex propria natura, vel ex Cæſarea diſpẽ
ſatione poterant in eum tranſire. & hæc interpretatio
fieri debet,ne ſcriptura contineat repugnantiam, aut
nugatoriam diſpoſitionem, vt in ſimili arguit Fulgoſ.
conſil.99.nu.2.ver. etſi dicatur; propterea vbi etiã con
firmatio Cæſaris reſpiceret relictum factum Comiti,
& non ſubſtitutionem,amplecteretur tamen feuda de
quibus nunc agitur,& pro eis prodeſſet.

Nec omitto, quod reſpectu feudorum quæ obuene-
rant a Domino Ambroſio res eſt clariſſima, ſtantibus
diſpenſationibus iam factis,quæ ſi effectum ſortitę fue
re reſpectu filiæ Domini, eundem ſortiri debent fauo-
re Comitis Antonij cum non minor fuerit poteſtas Ca
roli Imperatoris quam Maximiliani, & vterque ipſo-
rum eiſdem clauſulis diſpenſando vſus fuerit.

Remouetur quoque obiectum quo dicitur cõfirma-
tionem Cæſaream eſſe ſubreptitiam, ſi referatur ad
feuda paterna, & auita,& quod ſignificatũ fuerit,feu-
da oĩa ad teſtatorem perueniſſe ex ſucceſſione aui ma-
terni,& eſſe partim emptitia,partim auita, & fuiſſe fa
cta feminea per diſpenſationem Maximiliani, cum tñ
hæ qualitates reſpiciant ſolũ ſeuda aui materni, & nõ
conueniant antiquis & paternis. Nã lectura confirma
tionis tollit omnem ambiguitatem, qñ quidem plura
fuerunt expoſita,primum ſucceſſio bonorũ aui mater-
ni ex diſpenſatione Maximiliani.Secundo teſtamentũ
conditum a D. Ludouico in quo reliquit Comiti An-
tonio omnia bona feudalia quõcunque ſibi obuenta,
non ſolum a matre, ſed ẽt aliũde, & hoc eſt plurimum
aduertendum:quia non dixit ſolum de feudis de qui-
bus ſit mentio in prima expoſitione, ſed de omnibus
alijs. Tertio,petit teſtamentũ approbari attentis præ-
miſſis,& maxime,quod ipſa ſeuda cęperunt eſſe femi-
nea atque ita licet de feudis aui materni loquatur, tñ
nõ ſe reſtringit ad ea, ſed generaliter attẽtis prę miſſis
quarto loco petit decerni, ꝙ Comes Antonius poſſit
ſuccedere in dictis feudis, quæ Ludouicus ſupplicans
poſſidebat,ſuper hac vero petitione duo ſunt conſide-
randa, primum, quod dum dicit in dictis feudis, non
intelligit de auitis, ſed de ſibi relictis in teſtamẽto, &
ita de omnibus: id quod oſtenditur, quia relatio fieri
45 debet ad omnia præcedentia, † l.1.C.de lib. præter.di
xi in deciſ.291.nu.31. & concluſio ſeu petitio conueni
46 re debet narrationi, & ſcd̃m illã declaratur, gl. † Bar.
& alij,in l.1.ff.de edendo. Pariſ.in conſi.76.nu.6. vol.1.
& cum principaliter ageretur de confirmatione teſta
menti, relatio ad teſtamentũ referri debet tanq̃ prin-
47 cipale, † l.fi.§.Titia,ff.de lib.leg.Bar. in l.ſi cui,§.ſi a fi-
lio vbi Doct.ff.de leg.1.dixi d.deciſ. 291. nu. 32. & ibi
dr̃,quod petitio ſit pro teſtamenti robore,& firmitate,
ergo intelligi debet de feudis in teſtamẽto relictis.Se-
cundo conſiderandum eſt,qđ ſupplicat decerni ꝙ Co-
mes Antonius poſſit ſuccedere non ſimpliciter in feu-
dis,ſed in feudis quæ Ludouicus poſſidebat, cum verò
poſſideret non ſolum materna, ſed ẽt paterna, & aui-
ta,includuntur omnia: indefinita.n. æquipollet vni-
48 uerſali, † l.ſi pluribus,ff.de leg.2.cum alijs citatis a me
in deciſ.210.nu.8. quare ſi expoſuit reliquiſſe Comiti
Antonio,nõ ſolum materna feuda pro quibus dixerat
extare diſpenſationẽ Maximiliani, ſed ẽt aliunde ſibi
obuenta,non põt de ſubreptionis vitio argui cõceſſio,
quia dixerit feuda feminea eſſe: nam illa clauſula non
refertur ad omnia, ſed ad materna tantum, & confir-
matio quamuis ſit reſtricta ad inſtitutiones & diſpoſi
tiones narratas,feuda omnia complectitur ſicuti inſti
tutio,& diſpoſitio ipſa, ſecundum ſupra deducta.

Hoc autem ſtante, quod & inſtitutio omnia feuda
contineat,& pro omnibus obtenta ſit confirmatio, nõ
poteſt ex alio dici ſubreptitia, quod ſcilicet de agna-
tis non ſit facta mentio,nam expreſſe legitur de Nico-
lao & Bonifacio facta,quorũ prę iudicium verſabatur,
ex quo de feudis quoque paternis agebatur, quamuis
aduerſarij,in ver.præter hoc ſi totum,conentur id eui-
tare, ſupponendo quod confirmatio reſpiciat ſolũ feu
da materna, admittentes tacite obiectum ceſſare, ſi
confirmatio trahatur ad feuda paterna.

Et non eſt verum quòd Clauſula, Non obſtantibus
ijs quæ Maximilianus voluit,non obſtante, reſtringa-
tur ad ſeuda de quibus loquitur diſpenſatio Maximi-
liani, quia imo voluit Carolus,quo ad omnia feuda re
licta in teſtamento repetere,& renouare omnes dero-
gationes quas Maximilianus fecerat reſpectu feudo-
rum maternorum, hæc.n. Clauſula acceſſoria refertur
ad omnia per Carolum dicta ſupra,& inepta eſſet de-
rogatio, ſi ad eadem feuda, & ad eoſdem agnatos re-
ferretur, quibus iam ſemel fuerat derogatum, adcò,

quod

quod vlteriori derogatione non erat opus, & in ſumma, cum Carolus pro omnibus feudis confirmauerit, derogatio quoque ad omnia eſt referenda.

Non ēt ſubreptio poteſt notari, eo quod affirmauerit ſe poſſe diſponere de omnibus feudis cum cōſenſu Cæſaris: Nam ſi bene legantur verba, non affirmat Ludouicus ſe poſſe de feudis prædictis diſponere, ſed dicit omnia feuda reliquiſſe de quibus poſſet diſponere cum diſpenſatione Cæſaris, & ita loquutus eſt conditionaliter de diſpoſitione, quia relatiuum poſitū ſine
49 copula, reſtringit diſpoſitionem, † l. ea tñ adiectio, vbi
Bat. ff. de leg. 3. alios poſui in deciſ. 114. n. 15. & adiectū
50 verbo futuri temporis, importat conditionem, † l. Stichum q meus erit, ff. de leg. 1. Cagn. l. in omnibus obligationibus, nu. 26. ff. de reg. iur. qui ſenſus cōfirmatur: quia in teſtamento cuius ſcriptura fuit Cæſari oſtēſa, non dicit de ſimplici conſenſu, ſed de diſpenſatione obtenta, vel obtinenda, & dum dicit de obtinenda, deſtruit intellectum aduerſariorum, non. n. aliter prætendebat poſſe diſponere, niſi vel ex natura feudorum, vel ex diſpenſatione obtenta, vel obtinenda, vbi Comes Antonius eſſet in antiquis inueſtituris vocatus.

Ad ea demum quæ Imperialis poteſtatis defectum reſpiciunt, non arbitror opere pretium eſſe reſpondere, quia in ſuperioribus ſatis dictū eſt, & aliàs late Dominus Oddus, & ego tetigimus in alijs ſcriptis, nec p̄terea exiſtimo, ſtante voluntate, ſapientiſſimum Senatum tam parui æſtimare Cæſaris ſuique potentiſſimi Regis authoritatem, quanti faciunt aduerſarij, quibus ſincere, & ex veriſſima animi mei ſententia exiſtimo nullum omnino ius competere in feudis prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor conueniri non poteſt niſi excuſſo principali debitore, etiamſi in loco iudicij conſtet debitorem non eſſe ſoluendo, dummodo bona habeat in alia prouincia.*
2 *Bona fides exuberare debet inter mercatores, & æquitas eſt ſeruanda.*
3 *Excuſſionis exceptio non obſtat inter mercatores.*
4 *Mercator non poteſt opponere exceptiones non numeratæ pecuniæ.*
5 *Pactum nudum inter mercatores non differe a ſtipulatione.*
6 *Excuſſionis exceptio non admittitur vbi agitur de debito ſpeciei.*
7 *Legare præſumitur in dubio teſtator de eo quod habet in patrimonia, ſi legatum conſiſtat in eo quod a natura habet ſuos terminos.*
8 *Frumentum alicui promittens, tenetur dare de eo quod ex ſuis fundis percipit, ſi fundos habet.*
9 *Legatum frumenti quãuis conſiſtat in ſpecie, ex eo quod debeatur de eo quod extat in domo, vel ex fundis teſtatoris percipitur, non tamen extinguitur, licet nihil ſit in domo, vel ex fundis nihil perciperetur, ſed alibi coemendum eſt.*
10 *Fideiuſſor qui certam mercedem eſt ſtipulatus, non repetit expenſas.*
11 *Depoſitarius qui pro cuſtodia pecuniam recipit, tenetur de leui culpa ac etiam de caſu.*
12 *Excuſſio de iure antiquo erat neceſſaria, ſolum ad fauorem eius qui neceſſitate fideiubebat, ſed non proderat ei qui voluntarie pro alio intercedebat.*

CONSILIVM CCCIX.

FRANCISCI Barutij exceptio fundata eſt ſuper iuris regula, qd̄ fideiuſſor conueniri non pōt niſi excuſſo principali debitore, q̄ ſententiã multi voluerunt locum habere ēt ſi in loco iudicij conſtaret debitorem non eſſe ſoluen-
1 do, dummodo bona habeat in alia prouincia, † Iac. de
Aret. in tract. excuſſion. q. 5. Angel. in §. ſed neque, nu.
10. in Auth. de fideiuſſor. Bald. in l. fin. §. penult. colum.
fin. ff. ſi certum petatur, Luc. de Pen. Signorol. Soc. Ale-
xan. Neguſan. & alij citati a Theſaur. in deciſio. Pede
mon. 40. vbi dicit veram eſſe hanc ſententiam, vbi pro-
uincia non eſt remota, & excuſſio non eſt incommoda,
licet aliud velit, ſi agatur de remoto loco, & in quo fie
ri non poſſit excuſſio ſine magno incommodo; in quo
tamen videri poterit Marcobrun. in conſ. 28 qui vide-
tur velle, quod non ſufficiat prouinciam eſſe vicinam,
niſi etiam ſit ſub eodem præſide: in caſu autem noſtro
videtur rem eſſe minoris difficultatis, quia in eadem
patria conſtat extare multa bona debitoris, in quibus
creditori ſatisfieri poteſt.

Excuſſioni tamen in præſenti facto locum non eſſe
exiſtimo, & ideo Barutium conueniri potuiſſe ab An-
tonio Rauaſio ex multis: & primo quidem, quia nego
tium agitur inter mercatores, in quibus ſi alio vnquã
caſu, vel inter alias perſonas bona fides exigitur, exu-
2 berare debet, & ſola æquitas eſt ſeruanda, † l. Quintus
Mutius, ff. mãdati. Bat. not. in l. ſi fideiuſſor, §. quædã, ff.
eod. Bal. in l. ſi pro ea, C. mand. infinitos adducit Strac-
ca in tract. merc. in vlt. parte, in prin. & in ſpecie, quod
3 non obſtet excuſſionis exceptio inter mercatores, † vo
luit gloſ. in §. pen. in Auth. de fideiuſſor. quam ſequun-
tur Bald. Sal. & Caſt. in l. fruſtra, C. de non num. pecun.
Bald. in l. fin. in fine, C. ad leg. Falc. Rom. in conſil. 392.
nu. 9. Curt. ſen. in conſil. 6. Iaſ. in l. ſingularia, nu. 39. ff.
ſi cert. petat. vbi dicit gloſſam illam eſſe ſingularem, &
refert Doctores, qui eam valde commendant, & poſt
Bal. infert, quod mercator non poteſt opponere exce-
4 ptionem pecuniæ non numeratæ, † propter præcipuã
fidem quæ in mercatore requiritur. idem probauit
Marſil. in Rub. ff. de fideiuſſ. num. 8. vbi dicit gl. eſſe ſin-
gularem, & poſt Bald. inquit, pactum nudum merca-
5 toris non differre a ſtipulatione, † Dec. in l ſi. nu. 23.
ff. ſi cet. pet. vbi tamen dubitabat de veritate, ſed citat
Aret. Alex. & Marian. tenere hanc partem. Gomeſ. de
contract. cap. 13. nu. 14. verſ. quarto limita, vbi dicit in
hoc vltra fidē quę in mercatore exigitur, verſari quo-
que publicam vtilitatem. Neguſ. de pignor. in 1. mem.
8. par. nu. 29. Coſta, in l. ſi ex cautione, in 18. fallent. nu.
2. vbi eam quoque probat deciſionem, quòd merca-
tor non obijcit exceptionem pecuniæ non numeratæ.
Stracca in d. tract. parte vltim. tit. de except. nu. 5. vbi
tamen videtur reſtringere, quãdo agitur ſolum ad ef-
fectum differendi iudicium, non autem quando oppo
nitur excuſſio ratione intereſſe, ſed Doctores ſupra ci
tati indiſtincte pernegant competere mercatori eam
exceptionem, nulla facta mentione, quomodo fuerit
propoſita, & ratio qua omnes mouentur militat etiã,
quando ratione intereſſe fideiuſſor exciperet, quia eo
quoque caſu creditor fideiuſſoris fidem ſecutus, deci-
peretur, ſi cogeretur primum excutere principalem:
bene fateor, quod fideiuſſor maiori fauore dignus eſt,
quando principalis debitor eſt ſoluendo, ſed cum cre-
ditor qui a principio omnia hæc præſumitur conſide-
raſſe, noluerit ſibi debitori confidere, ſed alium ſibi
obligare, non eſt iuſtum quod damnum aut dilationē
patiatur, vt fideiuſſori minus detrimenti inferatur,
eam quoq; probauit abſolute Vaſq. Illuſtr. controu.
cap. 33. num. 23. vbi dicit, gloſſam prædictam eſſe ſin-
gularem, & forte alibi non repetiti; Soarez in ſuo The
ſauro, in verſic. fideiuſſor, nu. 142. & quamuis ex ſupra
relatis aliqui loquantur in nummularijs, & campſori-
bus, tamen id dicunt exempli gratia nō aūt quia idem
non exiſtiment in quocunque mercatore. id quod ſua
det ratio deciſionis præcipua, nempe fides, quæ non

minus

minus in alijs quam in campſoribus eſt neceſſaria, &
publica vtilitas,quæ commerciorum ſecuritatem exi-
git; ſufficit igitur eos eſſe mercatores, & mercaturam
exetcere, atqne in metcatorum albo deſcriptos eſſe,
& cum vniuerſitate parati ſint ſoluete, licet numula-
riam non exerceant.

Secundo moueor,quia creditū D.Antonij non con-
ſiſtit in quantitate, ſed in ſpecie certa,vt infra proba-
bo,vbi autem agitur de debito ſpeciei, excuſſionis ex-
ceptio opponi non poteſt:quia ſpecies ipſa eſt in obli-
gatione,& ſolutione,vnde,cum ea non præſtatur, non
opus eſt quætere an principalis debitor ſit vel non ſol
6 uendo. † Hæc fuit notabilis Baldi limitatio, in Rub.C.
de reuoc.his quæ in fraud.cred.nu.2. vbi loquendo dė
reuocatot ia quæ datur ſolū in ſubſidium excuſſo prin
cipali,dicit excuſſionem non requiri vbi ſpecies eſt de
bita,ergo idem erit in fideiuſſore, qui & ipſe conueni-
ri ſolum debet in ſubſidium, qñ principalis non eſt ſol
uendo, & ratio quare excuſſio non requiratur, ea eſt,
quia facta non releuaret, ideo fieri nō debet. eandem
deciſ.tenuit Iaſ.in §. item ſi quis in fraudē, nu.76.in 2.
limit.Inſtit. de actio. & nouiſſime ſequitur Mazaol. in
conſ.23.nu.67.& in conſi.24.nu.6.vbi allcgat Alex. ſic
voluiſſe. In præſenti autem facto agitur de ſpecie,non
de quantitate, quia debitor principalis promiſit lega
tum factum D.Antonio præſtare plene,integre,& ſine
aliqua vel vlla detractione aut diminutione: legatum
autem factum fuerat de ſaccis centum frumenti ſingu
lo anno per annos quinque: & quāuis teſtator loquu-
tus ſimpliciter fuerit de frumento, nec expreſſerit vn-
de capi deberet, intelligitur tñ legaſſe de eo, quod ex
prædijs per eum relictis in ſua hæreditate in futurum
peteiperetur,vt probatur in l.ſi domus, in princ.ff. de
leg.1.vbi teſtator in dubio intelligitur legare de eo,qđ
7 habet in patrimonio,† ſiue domum,ſiue fundum, ſiue
ſeruum, ſiue veſtem,ſiue aliud quid, quod à natura ha
beat ſuos terminos. & ibi declarant omnes DD. Bart.
Bald.Imola, Caſtr. Alex.& Iaſ.idem voluit Bart.in l.3.
ff. de vino,tritico,oleoque legato,vbi ſi teſtator vinum
relinquat alicui, cogitur hæres de eo dare quod eſt in
patrimonio. Imola,Cum. Alex.& alij, in l.legato gene
raliter, ff.de legat.1.Bald. in l.ſi quis argentum, nu.2.
C.de donat.vbi ait, quod ſi quis alicui centum corbes
frumēti promiſit,tenetur de eo dare,quod ex ſuis fun-
8 dis percipit,ſi fundos habet. Din. † Bald.& alij,in d.l.
ſi domus, in princ.vbi Iaſ.nu.4. qui nu.2. idem dicit in
frumento legato,in tantum, quod ſi hæres velit aliud
frumentum dare,non cogitur inuitus legatarius acci-
pere. Alex.ad Bart. in d.l.3. vbi dicit locum habere nō
minus in contractu,quā in vltima voluntate. Et in fru
mento legato hoc ipſum tenuit Bal. in Rub.C. de ver-
bor.ſignif.nu.4.vbi ſequitur Bart.in d.l.3.Card.Mant.
de coniectur.vlt.volunt.lib.3.in tit.11.nu.25. & Bald.
loco præcitato limitat non procedere in frumento, qđ
teſtator habebat veniale. cum igitur frumentum reli-
ctū fuerit in ſpecie, & illud debeatur quod ex prædijs
teſtatoris percipietur,hæres dr̄ debitor ſpeciei nō ge-
neris,præcipneque id verum eſſet,ſi tpe teſtamenti in
patrimonio teſtatoris repertum fuiſſet frumētum, nā
tunc de eo impleri debetet legatum,vt ponūt DD.om
nes ſupracitati: propterea non poteſt fideinſſor defe-
ctum excuſſionis allegare,quæ non eſt neceſſaria quan
do debitum eſt non in genere, nec in qnantitate, ſed
in ſpecie. In quo tamē aduerto,quod etſi debitum præ
dictum in ſpecie conſiſtat, non tamen extingueretur
legatum,& liberaretur hæres,ſi nihil frumenti eſſet in
domo,vel nihil ex patrimonialibus fundis percipere-
tur, ſed alibi coemendum eſſet, & legatario præſtan-
9 dum,†vt in d.l.3.DD.d.l.ſi domus, vbi Iaſ.in fine.

Tertio arbitror non opus eſſe exeuſſione, quia Ba-
rutius non fideiuſſit gratis,ſed pacta meteede, & con-
uento ſalario, quo caſu nō gaudet priuilegio fideiuſſo
ris,vt ꝓbatur in l.ſi remunerādi,§.ſi.in princ.ff.mand.
vbi fideiuſſor qui certā mercedem eſt ſtipulatus, non
10 tepetit expenſas † idem dr̄ in procuratore qui conuen
to ſalario mandatū ſuſcepit,is enim impenſam non re
petit,l.idemque,§.idem Labeo, ff.mādati,facit etiam,
quia depoſitarius qui ſolum dolum præſtare tenetur,
l.ſi vt certo,§.nunc videndum, ff.commod.§.prætetea,
Inſtit.quib.mod.re contra oblig.l.1.§.ſi veſtimenta, &
§.ſi.ff.depoſiti,ſi tñ pecuniā recipiat pro cuſtodia, obli
11 gabitur ēt ad culpam leuem,† d.§.ſi veſtimenta,& d.§.
nunc videndum, l.rogaſti,§.1.ff.de pręſcript.verb.l.1.l.
pen.C.depoſiti.Dec in l.contractus,nu.3.ff.de reg.iur.
vbi agit,an ēt teneatur de leuiſſima culpa,& qnid ſi ip
ſe ſe obtuliſſet Cagnol.ibi,nu.11.Caroc. poſt hæc ſcri-
pta viſus, in tract.depoſit. par.1.§.de culpa depoſita-
rij,in princ.in 3.concl.nu.19.qui oēs dicunt,depoſita-
rium qui tecepta mercede promiſit rem cuſtodire, te-
neri ēt de caſu vt apud eos videri poteſt.& eſt tex.in l.
qui mereedem, ff.locati,per quem ita dixit Spec. de lo
cat.§.poſtquam tam plene,nu.12. cum enim fideiuſſor
recipit ſalarium, egreditur ordinarios terminos man
dati,q̄a nihil magis eſt contrarium officio, quam mer
ces,& mandatum originem trahit ab officio, & amici
tia,vt in l.1.in ſi.ff.mandati,& cui fideiuſſor paciſcitur
de certa mercede,indnci p̄ſumitur ſpe lucri ad fideiu-
bendum,vnde non tam ſubſidio dignus eſt, q̄ is qui ſo
la beneuolentia alienam ſuſcepit obligationem, facit
qđ in ſimili dixit Bal.in l.1.nu.3.C.de conuenien. fiſci
debit.lib.10.vbi vult, quod iure antiquo excuſſio erat
neceſſaria ſolum ad fauorem eius qui ex neceſſitate fi
deiubebat, ſed nō prodetat ei qui voluntarie pro alio
12 interceſſerat.† Marcobrun.in conſ.8 a.nu.35.qui vero
cōuenta mercede pro alio fideiubet,is propria volun-
tate vr̄ obligari,non ſic qui amicitia, & officio ductus;
quare non mirum,ſi primo non ſubnenitur. Et quam-
uis non inneniam hanc quæſtionem in ſpecie tactam
ab aliquo,exiſtimo tñ,reſolutionem veram eſse, quia
mereedis cōſtitutio contractū extra proprios, & natu
rales ſuos terminos ducit, ſed q̄dquid ſit,opinio mea
fundatur ex alijs,quæ negotium in tuto teponunt.

SVMMARIVM.

1 *Dos data ſimpliciter filiæ ſpuriæ, ſubiacet ſtatuto deferenti dotis lucrum marito.*

2 *Spuriam dotare cogitur pater,ſicut & alere.*

3 *Pater ſi quid filiæ ſpuriæ aſſignauit, ex quo poſſet alimenta percipere,ea mortua poteſt ſtatim reuocare.*

4 *Datum ex cauſa, regulatur ſecundum cauſam ſuam.*

5 *Neceſſitatis cauſa,conceſſum, repetitur ceſſante neceſſitate.*

6 *Traditioni rei ſuæ poteſt dominus quam vult legē adijcere.*

7 *Dos data ſpuriæ redit ad patrem dotantem.*

8 *Intereſſe vbi ceſſat quis non auditur.*

9 *Dos data filiæ ſpuriæ vltra modum alimentorū an repeti poſſit conſtante matrimonio, quatenus excedit debitum modū dubitant Doctores.*

10 *Actum faciens, cenſetur ſe obligare legibus de tali actu loquentibus.*

11 *Antecedens qui vult, cenſetur velle quidquid ab eo conſequitur.*

12 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

13 *Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito.*

14 *Expreſſi maior eſt virtus quam taciti.*

15 *Proteſtatio nihil dat, ſed proteſtanti ius ſi quod competit, conſeruat.*

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CCCX.

INTERROGATVS, an pater qui ex ſen-
tentia iudicis cogitur filiam ſpuriam,
aut naturalem iam nuptam dotare,
poſſit pacto expreſso ſibi aduerſus ſta
tutum cauere, ne mortua filia dos ac-
quiratur filijs, aut marito? dixi me nõ
inueniſse ab aliquo tactum, nec auſus ſum affirmare,
quod non reperiatur, imitatus glo. in ver. alioquin, in
l. omnino, ff. de impenſ. in rebr. dot. ſact. Placent. apud
gl. in l. cum notiſſimi. in §. eodem iure, in ver. paratus,
C. de præſcript. 30. aut 40. anno. gloſ. in l. 1. ff. de legat.
2. vbi illius modeſtiam in loquendo commendant Cu
man. & Caſtr. eodem loquendi modo vtitur textus in
cap. quamuis, 22. quæſt. 1. & Innoc. in cap. cum ſpecia-
li, de appellat. ſed bene arbitror patri licere vti ea cau
tione: nam etſi dos ſimpliciter data filiæ ſpuriæ ſubia-
1 ceat ſtatuto deferenti dotis lucrum marito, † ſecundú
Bald. Nou. in tractatu de dot. in 6. part. in 16. ſpecial.
col. 2. verſ. ſed quid ſi ſtatutum, quem ſequitur Rolan.
in tractatu de lucro dot. q. 94. per totam, & Phanuc. in
eod. tractatu, gloſ. 10. num. 61. alios citaui in tractatu
aliment. tit. 8. quæſt. 7. num. 45. & ſequen. vbi probaui
idem eſſe, ſtante pacto, tamen aliud eſt, quando pater
expreſso pacto vult ſibi reſeruare dotis repetionem
poſt mortem filiæ etiam ſtantibus liberis, & non ob-
ſtante ſtatuto, quoniam pater cogitur quidem ſpuriã
2 dotare, ea ratione quod etiam cogatur alere, † ſecun-
dum Bartol. in l. fin. num. 7. ff. de his quibus vt indign.
cum quo tranſeunt Bald. in l. ſed nec mater, C. de iure
dot. Abb. in capit. cum haberet, de eo qui dux. in vxor.
eam quam polluit per adulr. Aret. Socin. Angel. Curt.
ſen. & alij multi, quos citaui in d. tractatu aliment. tit.
1. quæſt. 10. num. 19. ſed non cogitur dotem datam di-
mittere apud hæredes filiæ, ſicuti nec cogitur datum
pro alimentis permittere: nam ſi quid aſſignauit, ex
quo filia poſset alimenta percipere poteſt ſtatim filia
3 mortua reuocare, † Bald. in l. eam quam, nu. 41. C. de
fideicommiſs. quia ratione proprietatis non ſuſtine-
batur datio viuente filia, ratione autem alimentorum
non durat vtilitas poſt mortem filiæ, ex quo alimenta
finiuntur morte, idem voluit Azo. in Summa, C. de na-
tur. lib. alios allegaui in d. tit. quæſt. 7. num. 1. & ſeq. ſi-
cuti igitur de iure datur repetitio, ita poteſt ſibi in da
tione cauere pater pro repetitione. pręterea dotem co
gitur pater dare loco alimentorum, vt per Bart. in d. l.
fin. nu. 7. & Doctores ſupra relatos, ergo non cogẽdus
eſt pater dare vltra quam teneatur pro alimentis, tum
quia ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum
ſubrogatur, l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut.
tum etiam, quia datum ex cauſa, regulatur ſecundum
4 cauſam ſuam. † Bart. in l. Scio, ff. de annuis legat. & ibi
Alb. & conceſsum cauſa neceſſitatis, repetitur ceſsan
5 te neceſſitate, † cap. 2. vbi Cardin. Ancharan. & Butr.
de cuſtod. Euchariſt. cum alijs apud Tiraquel. in tract.
ceſsante cauſa, par. 1. num. 179. quod ſi aliter non co-
gitur dare, poterit in dando reſeruationem ponere,
quia in rẽi ſuæ traditione poteſt dominus quam vult
6 legem adijcere, † l. in traditionibus, de pact. alios ci-
tat Becius in conſi. 101. num. 23. præterea circumſcri-
pto ſtatuto, dos filiæ ſpurię data, rediret ad patrem do
7 tantem, † ſecundum Bart. in d. l. fi. nu. 7. ver. idem dico
in dote, quem ſequuntur infiniti quos citaui in dicto
tit. quæſt. 10. nu. 3. ergo pactum reſeruatiuum tanquã
iuri communi conforme, tolerandum eſt. Addo, quòd
filia ex prædictis non poteſt reſeruationi contradice-
re, quia mariti intereſt poſse dotem lucrari, nõ autem
8 vxoris, & ſine intereſse nemo audirur, † l. ſi vnus, §. an-
te omnia, ff. de pact. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo.
2. nu. 51. maritus autem ſibi debet imputare, ſi ſciens
vxorem duxit ſpuriam, qui a patre nihil conſequi po-
teſt præter alimenta, vt ad aliud propoſitum dicebat
Nicolaus de Vbald. in tract. de ſucceſſion. ab inteſta-
to, carta 7. col. fin. quem retuli in ſæpe allegato tracta-
tu alimen. tit. 1. quæſt. 10. num. 23. debuit enim ſtatum,
& conditionem ducendæ vxoris perſcrutari, & conſi-
derare, quod pater nil vltra alimenta præſtare cogi-
tur, l. qui cum alio, ff. de reg. iur. & dixi loco præcitato,
num. 26. & dubitarunt aliquando Doctores, an dos fi-
liæ ſpuriæ data vltra modum alimentorum, repeti poſ
ſit conſtante matrimonio, quatenus excedit debitum
9 modum, † vt per Bart. in l. ſi conſtante, num. 67. vbi alij
omnes tangunt, ff. ſolut. matrimo. poſui d. quæſt. 10. nu.
& concludunt quidem, propter mariti præiudicium
cui culpa imputari non poteſt, repetitionem denega-
ri, ſed non fuit quæſtio de indubitabili, nam contradi-
xerunt nonnulli, quos ibi retuli.

His vero non obſtat deciſio Bald. Nouel quia loqui
tur in dote ſimpliciter à patre data, eo enim caſu cum
pater ignorare non poſſet ſtatuti diſpoſitionem, cenſe
tur eo modo dediſſe, vt ſit locus ſtatuto: tum quia con-
trahere quilibet cenſetur ſecundum ſtatuti diſpoſitio
nem, Bart. & Doctores, in l. hæredes mei, §. cum ita, ff.
ad Trebel. tum etiam, quia faciens actum, cenſetur ſe
10 obligare legibus loquentibus de tali actu † Bald. in l.
ſi duo, ff. de acquiren. hæred. Becius conſil. 101. num. 6.
Vnde dotando ſimpliciter, & abſolute videtur voluiſ-
ſe, quod dos ſubiaceat ſtatuto, & tranſeat ſecundum
formam ſtatuti, & qui vult antecedens, cenſetur velle
11 quidquid ab eo cõſequitur, † l. 2. ff. de iuriſdictio. omn.
iud. l. 1. §. fin. ff. de offic. eius, latè Caroc. in c. cum quid,
in princ. de reg. iur. in 6. & multa facta tenent quæ fieri
prohibentur, l. patre furioſo, vbi Doctores, præcipue
Iaſ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. ſed nos ſumus
in caſu diuerſo, in quo ceſſant omnes prædictæ ratio-
nes, ideo ceſſare quoque debet diſpoſitio: nam nihil
eſt quod patri dotanti imputari poſſit, quinimo præ-
dictæ omnes rationes retorquentur, quia a principio
remouet ſuam voluntatem a lucro, ſeu lucrandi pote-
ſtate, & ſicuti deciſio prædicta fundatur ſuper tacita
patris dotantis voluntate, ita in caſu contrario, quan-
do de contraria eiuſdem voluntate expreſſe apparet,
dicendum eſt contrarium, quia contrariorum eadem
12 eſt diſciplina, † l. 1. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. l.
in fundo, ff. de rei vendic. Alex. conſi. 109. colum. fin. vo
lum. 2. Pariſ conſi. 131. num. 122. volum. 1. & idem ope-
rari debet oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum
13 in propoſito, † l. fin. C. de ſent. paſſ. Signor. conſi. 68. co-
lum. 4. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 12. num. 16.
Neuizan. conſi. 70. num. 24. cum expreſſi maior ſit vir-
14 tus, quam taciti, † l. expreſſa nocent, ff. de reg. iur. dixi
in conſi. 10. num. 24. expreſſa patris contradictio ma-
gis debet operari ad excluſionem ſtatuti, quam opere
tur tacitus conſenſus ad inducendum ſtatuti lucrum.
Et pro hoc facit quod voluit Bald. Nouel. in dicto ſpe-
ciali 16. colum. 2. vbi declarando dictum Baldi in d. l.
eam quam, dum vult, quod filia mortua, dos redeat ad
patrem dotantem, intelligit procedere, quando pater
inuitus dotem ſoluiſſet, innuens, aliud eſſe, quando vo
lens illam dediſſet, puta, quando dixit, quòd poſt filiæ
mortem tranſeat ad illius filios, tunc enim non redit
ad patrem, ſed valet contrarium pactum, ſecundum
Bart. d. l. fi. nu. 7 dixi d. q. 7. nu. 21. & ſeq. atque ita Bal,
Nouel. conſtituit differentiam inter patrem ſimplici-
ter dotantem, & cum qui inuitus dotat, ergo multo
maior erit, quando pater nedum inuitus dotat, ſed & ẽt
vult vti pacto reſeruatiuo, & declaratorio voluntatis,

hoc

Google

hoc autem dictum eſt totum ex abundanti: quia non eſt nunc quæſtio, an maritus poſſit lucrari talem dotem, is enim caſus nō euenit, ſed an recipi debeat proteſtatio, & declaratio facta à patre, pro reſeruatione ſuorum iuriū, ea namque nihil dat, ſed ſi ius aliquod
15 competit, illud conſeruat. † Bart. in l. pen. C. depoſiti. Caſtr. in l. 1. nu. 7. ff. ad leg. Falcid. Dec. conſ. 309. col. 3. Crau. conſ. 127. nu. 7. Becius conſ. 74. nu. 16. Quinimo non eſt mihi abſolutum quod pater filiam ſpuriam teneatur dotare, vel alere, quando eſt nupta viro qui poteſt illi alimenta præſtare, & forte illo caſu non obtinet æquitas iuris Canonici, ſed quia ſuppoſitum eſt, latam eſſe ſententiam, quod pater dotem tradat, & de hoc articulo non ſum conſultus, illum omitto.

SVMMARIVM.

1 *Curia eſt Vniuerſitas quædam agrorum principaliter iuriſdictionem, & ſecundario dominium bonorum amplectens.*
2 *Inueſtitus quicquid poſſidet præſumitur ab inueſtiente proueniſſe.*
3 *Confeſſio probat feudalitatem bonorum contra confitentem, & habentes cauſam ab eo.*
4 *Feudalitas probatur ex fama, & communi omnium exiſtimatione, præſertim in rebus antiquis.*
5 *Teſtes probant famam, licet non ita formiter deponant de fama, quando excedunt numerum decennarium.*
6 *Allodialia in dubio præſumuntur bona non autem feudalia.*
7 *Feudalia non præſumuntur bona licet vicina prædia ſint feudalia.*
8 *Allodialia præſumuntur bona quando maior pars bonorum territorij eſt allodialis.*
9 *Medium regulariter eſt de natura extremorum.*
10 *Allodialia præſumuntur bona pro quibus nulla vnquam eſt ſuſcepta inueſtitura.*
11 *Allodium præſumitur quod ſolet alienari ſine licentia.*
12 *Feudalitas debet probari grauioribus probationibus, quādo quis eſt in quaſi poſſeſſione tenendi bona tanquā allodialia.*
13 *Allodialia cenſentur bona quæ tanquam talia ſunt empta.*
14 *Feudum eſt immune.*
15 *Doctori atteſtanti de conſuetudine creditur in prouincia in qua eſt verſatus.*
16 *Conſuetudo quæ viget in locis vicinis attenditur.*
17 *Exemplis licet non ſit iudicandum, tamen quando res eſt dubia, aliorum exemplum eſt ſequendum.*
18 *Sententia certa ferri non poteſt in re dubia.*
19 *Feudum vbi eſt ita cum allodio mixtum, quod diſcerni commodè non poteſt, tunc totum corpus iudicatur allodiale.*
20 *Pro poſſeſſore in dubio eſt pronunciandum.*
21 *Vendens facit ſe alienum à re vendita.*
22 *Conceſſio in dubio cenſetur facta in allodium, non in feudum.*
23 *Feudum ſi ad dominum deuenit, qui deinde alijs concedat, intelligitur conceſſiſſe in allodium, niſi expreſſè dicat in feudum.*
24 *Emphyteuta qui rem alienatam recuperat non defenditur à caducitate.*
25 *Vaſſallus poteſt de feudo nouo pro libito diſponere ad præiudicium filiorum, & agnatorum.*
26 *Euictio venit in diuiſione facta inter hæredes licet non fuerit promiſſa.*
27 *Euictio quæ venit ex natura rei, præſtatur, quando is cui res fuit aſſignata, ignorabat rei naturam.*
28 *Rei eſſentia probatur ex nomine.*
29 *Subrogata cenſetur res vna loco alterius, ſi idem nomen ei ſit impoſitum.*
30 *Nominibus pluribus non præſumitur quod eadem res nuncupetur.*
31 *Curia eſt nomen æquiuocum, multas habens ſignificationes, & pluribus diuerſiſque rebus conueniens.*
32 *Probatio nō fit ex verbis quæ multipliciter intelligi poſſunt.*
33 *Lex plures habens intellectus, non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum.*
34 *Probatio in dubio interpretanda eſt contra probantem.*
35 *Curiæ, verbum, acceptum prout importat dominium, dupliciter intelligitur, vel pro dominio vniuerſali, vel pro particulari.*
36 *Caſtro conceſſo, non veniunt poſſeſſiones quas habet concedens in territorio caſtri.*
37 *Notorium releuat ab onere probādi, & habet vim ſentētiæ.*
38 *Iudex poteſt, & debet ex officio ſe informare de notorio.*
39 *Notorium ſufficit allegare in iuris allegationibus.*
40 *Notorium facti permanentis non eſt probandum.*
41 *Conſuetudo loquentis attenditur.*
42 *Vſus loquendi ſpecialis præualet generali vſui totius prouinciæ.*
43 *Verba intelliguntur ſecundum cōmunem vſum loquendi loci.*
44 *Pluralitas rerum præſumitur.*
45 *De præſenti non præſumitur in præteritum.*
46 *Feudalitas non probatur per conceſſionem continentem rem ſpecifice ſuis confinibus deſignatam niſi probetur quid erat concedentis tempore conceſſionis.*
47 *Prædia culta præſumuntur in dubio fuiſſe antiquitus perſonarum priuatarum.*
48 *Caſtro cum pertinentijs conceſſo, non veniunt molendina, paſcua, nemora, & alia bona, quæ concedens habebat, niſi probetur bona illa ad caſtrum pertinere.*
49 *Rex ſi concedat caſtrum cū omni ſuo iure, non cenſetur cōceſſiſſe ius Regiū, ſed tantū ius quod habet vt dominus caſtri.*
50 *Bona quæ conſtat fuiſſe poſſeſſa per concedentem, veniunt conceſſa caſtra cum pertinentijs.*
51 *Feudalitas bonorum non probatur per inueſtituram factam de terris, pratis, & alijs pertinentijs, quando conceſſio facta eſt ei, qui iam erat dominus.*
52 *Feudalia non præſumuntur bona poſſeſſa per inueſtitum.*
53 *Subrogatum ſapit naturā eius in cuius locum fit ſubrogatio, quo ad id, propter quod fit ſubrogatio.*
54 *Subrogationis argumentum valet quo ad primordialem naturam non autem quo ad accidentalem.*
55 *Feudalis non efficitur res libera permutata cum feudali.*
56 *Aeſtimatio facit emptionem.*
57 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in materia feudali.*
58 *Participium præſentis temporis reſoluitur in relatiuum, & verbum præſentis temporis, & importat conditionem, & præcedentem diſpoſitionem reſtringit.*
59 *Confeſſio eius qui modo vnum modo aliud dixit, non eſt attendenda.*
60 *Confeſſio non nocet, ſi non ſit certa.*
61 *Iuramentum operatur quod videatur quis magis deliberate venire ad actum.*
62 *Doctoris dictum magis inſpicitur quod tenuit diſputando, quam quod perfunctorie aſſeuerauit.*
63 *Confeſſio facta in iudicio attenditur.*
64 *Confitenti creditur ad propriam commodum, quando confeſſio eſt veriſimilis.*
65 *Confeſſio veriſimilis probat etiam in prohibitis.*
66 *Confeſſioni non ſtatur quando continet factū non veriſimile.*
67 *Confeſſio emiſſa ad vnum finem, non nocet quo ad alium.*
68 *Confeſſio à parte non acceptata, reuocari poteſt.*
69 *Renuncians liti, poteſt reuocare renunciationem.*
70 *Confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem, poteſt reuocari in alio ad alium finem propoſita.*
71 *Hæres confitentis poteſt confeſſionem reuocare.*
72 *Confeſſio erronea non probat.*
73 *Allodium quod eſt, non fit feudum ex ſola confeſſione.*
74 *Teſtes poſiti ad partem, habentur pro non examinatis.*
75 *Actus corruit forma non ſeruata.*
76 *Fama vt probetur, quattuor requiruntur.*
77 *Memoriam in contrarium non extare dici non poteſt, quan-*

do ex inſtrumentis, & teſtibus conſtat extare contrariam memoriam.
78 *Fama, vt ſit fama, non debet habere contradictionem.*
79 *Præſumptio vna ſicut tollit aliam, & plures vincunt vnam, ita vna probatio aliam elidit.*

CONSILIVM CCCXI.

CLARAE, & concludentes videntur pro-
bationes, quæ pro Illuſtriſſimo D. Pro-
ſpero Gonzaga factæ ſunt, ad demon-
ſtrandum bona, quæ in territorio Lu-
zariæ poſſidentur ab Illuſtriſs. Domi-
na Iſabella Gonzaga, feudalia eſſe, &
conſequenter videretur, ea omnia ſpectare ad eundẽ
D. Proſperum tanquam ſolum maſculum ex linea Il-
luſtriſs. D. Ioannis Franciſci, ex quo D. Iſabella eſt feu
dalium incapax, ſecũdum inueſtituræ tenorem. Et pri-
mum conſtat, ea bona eſſe de curia Luzariæ, quæ in pri
ma inueſtiturra conceſſa, in erectione Marchionatus
Mantuæ, legitur conceſſa cum ipſo caſtro Luzariæ, &
alijs bonis, & nihil aliud eſt curia q̃ vniuerſitas quædã
agrorum principaliter quidem iuriſdictionem, & ſe-
1 cundario dominium bonorum amplectens, † cap. 1. de
Capitan. qui cur. vend. vbi DD. præcipuè Bal. in princ.
& nu. 5. Bal. in c. 1. §. item ſi quis, quib. mod. feu. amitt.
Bal. & alij, in c. cum Bertoldus, de re iud. Aret. in conſ.
15. col. 1. Iaſ. de feu par. 2. in princ. Cęph. in conſ. 418.
nu. 22. & 38. præcipuè qñ non conſtat bona eſſe penes
tertium. Aret. loco præcitato, Ruin. conſ. 13. nu. 8. vol. 4.

Secundo, inueſtitura conceſſa ab Imperatore, quan
do caſtrum Luzariæ fuit ſegregatum a Marchionatu
Mantuæ, loquitur de caſtro cum oĩbus ſuis pertinẽtijs,
& de eis inueſtiti fuere Rodulphus ſenior, & Ludoui-
cus fratres, qui eam curiam poſſidebant, appellatione
aũt pertinentiarum veniunt prædia, quæ inueſtiti poſ
ſidebant, & quæ non probantur alio titulo perueniſſe
ad eos, quia quidquid reperitur ab inueſtito poſſeſ-
2 ſum, præſumitur ab inueſtiente proueniſſe, † Corn. in
conſ. 311. nu. 8. vol. 4. Soc. iun. in conſ. 160. nu. 13. vol. 2.
Alba. in conſ. 64. nu. 69. Cęph. in conſi. 7. nu. 45. Rolan.
conſ. 50. num. 35. lib. 3. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 267. & lo-
quendo in indiuiduo de iſtis bonis, Bero. conſ. 51. nu.
4. vol. 2. Burſat. in conſ. 2. nu. 49. & ſeq. & in conſ. 3. nu.
49. quæ ſententia confirmatur ab vniuerſali dictione,
quæ fuit adiecta, dum dictum eſt de vniuerſis pertinen
tijs, vt per Iſern. in c. 1. §. quod tamen, verſ. ea vero, de
controu. inter maſcul. & fem. Dec. conſ. 517. nu. 9. Cra-
uet. conſ. 627. Burſ. d. conſ. 2. nu. 50. Et quando prædia
erant poſſeſſa à concedente, ego quoque admiſi in cõſ.
151. nu. 64. & 66. Menoch. in conſ. 395. nu. 23. & ſeq.

Tertio conſtat caſtrum, & poſſeſſiones Luzariæ ob-
ueniſſe Rodulpho ſeniori in diuiſione cum ceteris fra
tribus, loco caſtri Caneti, qđ ſine dubio erat feudale,
vnde duo inferuntur. Primum, quod ſubrogatũ ſapit
naturã eius, cuius loco fuit ſubrogatum, l. ſi eum, §. qui
iniuriar. ff. ſi quis caution. Secundum, quod ex quo in
ipſa diuiſione fuerunt Rodulpho aſſignatæ, cenſentur
etiã incluſæ in inueſtitura, poſtea de iuribus, & perti-
nentijs dicti caſtri conceſſa ab Imperatore Federico.

Quarto, multæ extant confeſſiones, quòd eiuſmodi
bona ſint feudalia, non ſolum Illuſtriſs. Do. Rodulphi
iunioris, ſed etiam Illuſtr. D. Aluiſij eius filij, & præci-
puè in proteſtatione anni 1539. 1541. 1544. 1547. in
donatione quam fecit D. Rodulphus D. Aluiſio filio,
producta exinde in iudicio 1562. coram D. Delegatis
Tridentinis. Rurſus in proteſtatione facta anno 1548.
& in mãdato facto Auguſtino Balduchino ad intiman
dum litteras Cæſareas, quæ confeſſiones probant feu
dalitatem bonorum contra confitentes, & habentes
3 cauſam ab eis, † Alex. in conſ. 29. num. 25. vol. 5. Ruin.
conſ. 108. nu. 19. vol. 2. Bellon. conſ. 10. nu. 5. Rol. conſi.
2. nu. 113. vol. 1. dixi in conſ. 151. nu. 37.

Quinto cõis extat opinio, & fama apud oẽs circum
colentes, ꝙ ea bona ſint feudalia, & de hoc multi depo
nunt teſtes, ideo dicendũ eſt ea feudalia eſſe, qa fama,
& cõis oium exiſtimatio, præcipuè in rebus antiquis,
4 probat feudalitatem, † cap. 1. §. ſi tres, de pace tenend.
vbi Aluar. & alij, Bald. in c. 1. §. vaſſallus, ad finem, ſi de
feud. fuer. contron. & in conſ. 351. ver. item adeſt fama,
vol. 1. Afflict. in c. 1. num. 291. ex quib. cauſ. feud. amitt.
Alex. in conſ. 15. in princ. vol. 5. Goz. in conſ. 50. nu. 24.
Nat. conſ. 460. nu. 17. conſ. 506. nu. 37. Rol. conſ. 82. nu.
20. vol. 2. Cęph. in conſ. 172. nu. 13. Maſcar. de prob. con
cluſ. 786. nu. 5. & 9. Menoc. tract. de præſump. li. 2. præ-
ſump. 91. nu. 55. & q̃uis dicti teſtes nõ ita formiter de
ponant de fama, tñ ex quo excedunt numerũ decenna
5 riũ, probant, † quia tot faciunt populũ, Bart. in l. de mi
nore, in §. plurimum, ff. de quæſt. Rol. d. conſ. 82. nu. 60.
Maſcar. concl. 749. nu. 21. & hęc ſunt q̃ video pro parte
Illuſtr. D. Proſperi deducta, & q̃ præclariſſimos D. De
legatos, vt ipſi in motiuis atteſtant, dubitãtes reddũt.

Veruntamẽ eis nequaquam mouentibus, exiſtimo
iuſtiorem eſſe cauſam Illuſtriſs. D. Iſabellæ, & per præ
dicta minimè probatũ fuiſſe, bona eſſe feudalia, vigee
enim in primis ꝓ ea generalis pręſumptio libertatis,
ſecundum q̃ bona præſumuntur allodialia, & non feu
6 dalia † Holt. & Io. And. in c. nimis, de iureiuran. quam
concluſionem exornaui in conſ. 135. nu. 24. & in conſi.
151. nu. 23. multos addit Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 91. nu. 1. Crau. conſ. 662. nu. 11. vbi ait etiã
Caſtrum, & Principatũ ſubiacere huic præſumptioni,
eamque locum habere, quamuis in contrariũ coniectu
ræ aliquæ cõcurrant: & multo magis procedere in prę
dijs ruſticis, & propterea clariores probationes pro
eo qui feudum allegat, eſſe neceſſarias. Burſa. conſ. 10.
nu. 11. vbi idem dicit, qñ contrariæ extant coniecturæ,
Sola in conſtit. Pedem. ſuper decret. Remp. par. 3. glo.
1. nu. 4. folio mihi 28. vbi poſt Luc. de Pen. dicit, bona
quæ vaſſali, ſeu Barones tenent in terris ſibi infeuda-
tis, præſumi allodialia, & ibi ampliat plurib. modis, &
præcipuè nu. 12. quod locus eſt prædictæ præſumptio-
ni, ẽt ſi res aliqua fuerit ſpecificè conceſſa in inueſtitu-
ra, qa per hoc non probatur feudalitas, vt per Alex. &
Dec. quos ipſe allegat, id qđ ego plurimi faciendũ ar-
bitror, ad ea quæ de conceſſione curiæ dicta fuere. Ma-
ſcar. de prob. concl. 79. nu. 5. vbi nu. 7. ampliat, quo ad
bona poſita in territorio infeudato, & qđ plus eſt, idẽ
vult eſſe præſumendũ de caſtro, & oppido, & in bonis
caſtri Nuuolarię, quę ab eadẽ familia poſſidentur, hoc
voluit Goza. in conſ. 47. nu. 13. quem ſequitur Crau. d.
conſ. 662. nu. 11. & in indiuiduo de prædijs iſtis Luza-
rię, Alc. in conſ. 171. nu. 2. Rim. in conſ. 19. nu. 70. & ſeq.
quinimo, ſi pręidia vicina feudalia eſſent, nõ tñ per hoc
7 præſumeretur feudũ, † Bal. in c. 1. §. è cõtrario, de inue-
ſtitura fact. de re alien. Alc. Nat. Cęph. & Claud. Can-
tiunc. quos citat, & ſeq. Burſ. in conſ. 46. nu. 23. dixi in
conſ. 251. nu. 59. Nardus ad Iſern. in c. 1. in princ. nu. 1.
in additione magna, de Capitan. qui curiam vẽdidit.

Secundo confirmatur ex eo, quod in territorio Lu-
zariæ maior pars bonorum eſt allodialis, ideo cetera
8 quoque bona præſumũtur allodialia, † ſecundum Ho
ſtienſ. in d. c. nimis, de iureiur. vbi eum refert, & ſequi-
tur Butr. Idem voluerunt Iſern. Brun. Natta, & Rolan.
quos citaui in conſ. 151. nu. 26. & ſeq. quod conſilium
frequenter à me allegabitur in præſenti cauſa, quia in
eo latè tetigi materiam hanc probationis feudi, addo
Alua. Afflict. Cur. iun. & Nattam, quos adducit, & ſeq.

Menoch.

Menoch.in conſi.409.num.73.Maſchar.de probat.cõ-
cluſ.79.num.17. vbi ad id allegat Iacob. Beluiſ. Bald.
& Ruin.præcipuè vero id admittitur,quando allodia-
lia prædia ſunt vicina,quia nõ eſt veroſimile,quod in-
termedia prædia ſint ab extremis diuerſæ naturę,cum
9 regulariter medium ſit de natura extremorum,† l.hę-
res palam,§.ſi quis poſt.ff.de teſtam.Neuiz.conſil. 29.
nu.4.& dixi conſi.126.nu. 13.

Tertio pro eiuſmodi bonis, & pro alijs,q̃ aliàs iſtis
annexa fuerunt,poſtea cum Illuſtriſs.D.Maximiliano
diuiſa,nulla vnq̃ ſuſcepta fuit inneſtitura , vel per Illu
ſtriſs.D. Rodulph. vel per Illuſtriſs. D. Aluiſiũ eius fi-
lium , nec demũ per Illuſtriſs. D. Federicum ſicuti nec
per Illuſtriſs.D. Maximilianum poſt alienationem ſa
ctam Sereniſſimo Dño Duci Gulielmo, quam tamẽ nõ
omiſiſſent,ſicuti authores eorum non omiſerant eã pe
tere pro Caſtro Luzariæ: hoc aũt ſignum eſt euidens ,
10 quod bona hæc ſunt allodialia,non feudalia , † vt latè
ponit Pariſ.in conſi. 16. nu.19.vol.4. alios citat Excel.
Dominus Aduocatus cauſæ in 11.fundamento,& q̃uis
prædicti loquantur, qñ nullæ vnquam apparent inue-
ſtituræ,idem tñ eſt,quando longiſſimo rempore ſuſce-
ptæ non fuerunt,vt per Crau.in conſ.896.num.23.Alc.
in conſ.199.num. 28.Menoch.in conſil. 191.num. 19.&
conſi.407.num.75.& non eſt veroſimile, quòd defeciſ-
ſent in hoc,præcipuè, eum ſemper ipſi, & eorum ante-
ceſſores, donec Caſtrum Luzariæ poſſederunt, ſucceſ-
ſiuas acceperint inueſtituras ; ex quo igitur alienato
Caſtro nullam prædiorum ruſticorum petierunt inue
ſtituram,datur intelligi,quòd bona illa pro allodiali-
bus reputarunt , ab obſeruantia enim declaratur re-
rum ſtatus,& qualitas,vt notant prædicti Doctores.

Quarto ſupponendũ eſt,bona, de q̃bus nunc agitur
inter partes,eiuſdem eſſe naturæ,& conditionis,cuius
ſunt ea,quæ ab Illuſtriſs.D.Proſpero actore poſſidētur
in territorio Luzariæ,eaq; ante ſententias latas Tridẽ
ti,& Patauij,fuiſſe vnita & annexa,vnicumque conſti-
tuiſſe integrale corpus,& podere,& omnia ſub eodem
vocabulo contineri & appellari , idq; erit notandum ,
(quia frequenter in diſcurſu id habebitur)pro vero p̃-
miſſo,hoc aũt ſtante,conſtat ex bonis q̃ aliàs ſupdicto
territorio poſſidebantut ab Illuſtriſs.D.Io.Frãciſco,&
quæ in diuiſione obuenerunt Illuſtriſs.D. Maximilia-
no , multa fuiſſe in liberum allodiũ alienata , à p̃dicto
D.Maximiliano,nullo requiſito aſſenſu à Cæſare,vt ex
capitulis ſubſcriptis,& recognitis p Illuſtriſs.D. Pro-
ſperũ patet, & probatur ex duodecim inſtrumẽtis alie
nationum; vnde fit,vt inſurgat cõiectura, q allodialia
11 ſunt, non feudalia,† vt poſt Iſer.& Brun. dixi in conſi.
151.nu.34.inducitur .n. ex hoc quædã quaſi poſſeſſio te
nendi tanq̃ allodium · pp quam, licet aliàs bona præſu
merentur feudalia , tamen feudum probandũ eſt gra-
12 uioribus probationibus,† vt inquit Iſer.ibi allegatus,
ſequitur Afflict.deciſi.267.nu.3. alios citat Rol.conſil.
50.nu. 39.vol.3.vbi loquitur in bonis Gazoldi,Burſat.
in conſil.46.nu. 58.vbi addit Curt.iun.Alc.& Clarum.
Hiero.de Monte,in tractatu finium regund.c.96.nu.3.
vbi dicit, quod inſpicitur , an vaſſallus ſit in poſſeſſio-
ne tenendi tãquam allodium, ſequitur Sola, d. decret.
Rempublicam,p.3.gl.1.nu.13.Cum ergo bona hæc om
nia eiuſdem ſint naturę,& eorum pars tanq̃ allodialis
fuerit vendita,& alienata , idem eſt de alijs iudicãdũ ,
& idipſum contigit de bonis poſſeſſis p anthores Do-
minæ Iſabellæ in eodem loco,quia ea quoque pro par-
te fuerunt alienata in allodium,vt in proceſſu fol.121.
& 123.& ſeq.quinimò D. Rodulphus ſenior , qui pri-
mus habuit Luzariam , & prẹſumitur melius infor-
matus de qualitate, & conditione horum bonorum ,
donauit Curiam Tombæ quę vna eſt ex Curijs petitis,
D.Catherinæ eius vxori,& eam donationem in ſuo te
ſtamento confirmat , & iterum donat,nulla habita li-
centia ab Imperatote,& idem Rodulphus poſt maſcu
los ſubſtituit filias,cum tamen inanis foret ea ſubſtitu
tio,ſi bona Luzariæ fuiſſent feudalia , & cum hic eſſet
communis ſtipes, & anthor totius familiæ Dominorũ
litigantium , plurimum attendi debet quod ab eo fa-
ctum eſt,quia in illum non cadebat ignorantia.

Quinto,ex retroemptione, quam Illuſtriſs.D. Ma-
ximilianus fecit de Curia Caſonorum à Sereniſſimo
Duce Gulielmo, apparet ex dictis bonis aliqua fuiſſe
empta à particularibus perſonis , & non proueniſſe
ab anteceſſoribus , ideo non poteſt dici Curiam eſſe
fendalem , quia ſicuti aliqua corpora ſunt allodialia ,
ita poteſt eſſe, quod alia plura extent eiuſdem quali-
tatis,vt dixi in conſi.151.nu.32.verſic.6. conſtat.

Sexto,in eodem contractu Curia Caſonorum,Tom
bę, & alia bona, à Sereniſs. Duce prædicto venduntur
Illuſtriſſimo Domino Maximiliano , nulla feudi facta
mentione,nullo Cæſaris reſeruato aſſenſu, proinde al
lodialia non fendalia ſunt præſumenda, quia neq; Se-
reniſſimus Dux id feciſſet , neque emptor ipſe aquie-
uiſſet; & pro hac cõiectura faciunt quę ſupra dicta ſũt
in quarto fundamento,eſſet enim Cæſarem contemne
re vel feudum negare, quæ actio continet offenſionem
in perſonam Domini,vt diſtinguit Natta, in cõſ. 479.
num.4. quando ſcilicet nulla fit Domini commemo-
ratio,licet ſecundum eum,aliud ſit,quando res vendi-
tur vti feudalis , & hanc coniecturam confirmat qua-
litas dicti Principis , qui Cæſari ſinceram ſemper fidẽ
ſeruauit , cum igitur empta fuetint ea bona tanquam
13 allodialia,cenſenda ſunt talia,† Curt.iun.conſ.41.nu.
15.& Burſat.conſ.375.nu.10.circa medium.

Septimo,cum eodem Sereniſſimo Duce conuentum
fuit,quod Curiæ prætenſæ,& bona omnia,ſeruarentur
perpetuo immunia, & exẽpta ab omnibus onerib. cu-
iuſuis generis, quæ immunitas feudalibus non conue-
nit,vtpote q̃ ſui natura ſunt immunia,& fruſtra implo
ratur ab homine,qđ conceditur à lege,l.1. C. de Theſ.
lib.10.l.1.C.ad municip.Crot.in cõſ.136.nu.22. Et qđ
14 feudum ſit immune,† probaui in conſ.135.nu.35.& in
conſ.151.nu.9.ita arguit Crau.in conſ. 1000.num.434.
Maſc.d.concl.79.nu.23. Sola, d.p.3. num.15. vbi alle-
gat Nattam; nam etſi immunitas ſeruata arguat feu-
dalitatem, tamen quando illa conceditur a Principe ,
arguit allodialitatem,quia non ſolet immunitas con-
cedi niſi bonis , quæ ſunt oneribus obnoxia , quæ vero
ſui natura ſunt immunia , non egent conceſſione Prin-
cipis,& ideo inquit Sola loco prædicto,nu.15. rem eſſe
ſine dubio, quando conſtat immunitatem deſcendiſſe
à tranſactione aliqua , vt in facto noſtro contigit, in
quo extat inſtrumentum conuentionis.

Octauo viget conſuetudo iſtis in partibus quod et-
ſi à Cæſare fiant inueſtituræ , eum pratis , poſſeſſioni-
bus,paſcuis,molendinis Curijs,& alijs pertinẽtijs,ta-
men vere poſſeſſiones , & Curiæ non recognoſcuntur
in feudum per Dominos inneſtitos,ſed eis non obſtan
tibus,alienantur, venduntur , & permutantur, ſine aſ-
ſenſu, tanquam allodiales , ideo ſuper eiuſmodi inue-
ſtituris non poteſt fieri fundamentum; ita in terminis
dicit Burſat. in conſi.46. nu.31.vbi dicit,ſeruatum hoc
fuiſſe in Diœceſi Brixienſi,Cremonẽſi & alijs,Doctori
aũt atteſtãti de conſuetudine credendũ eſt in Prouin-
15 cia in qua ille eſt verſatus,† Alex. in conſ.5. nu.7. vol.
3.Dec.conſ.472.num.16.Rol.conſ.57.nu.27.conſil.94.
num. 22.vol.4. Cœphal.in conſil.361.numer.25. Me-
noch.conſi.360. num.94.Bec.conſ.67.numer.32. & ſa-
ne,id negari non poteſt, quin in facto verum ſit, quia
& Sereniſſimus Dom. Dux Mantuæ in toto Ducatu,

Curias obligat, & alienat tanquam allodiales, & D.
Veſcouati idem faciunt, & ibi Sereniſſimus idem Prin
ceps iuriſdictione, & feudalibus bonis excluſus, præ-
dia ruſtica poſſidet, quæ aliàs fuere D. Amurati Gon-
zagæ. Idem in locis Sablonetæ, S. Martini, Bozzoli, &
Caſtrigi fredi, alijsque plurimis locis videmus conti-
nuo vſu venire, quocirca fatendum eſt, prædia nõ eſſe
eiuſdem naturæ, cuius ſunt Caſtra, & iuriſdictiones, &
16 conſuetudo quæ viget in locis vicinis † attenditur, vt
per Crauet. in conſ. 94. nu. 5. Menoch. in conſ. 9. nu. 22.
Beccius in conſ. 27. nu. 12. præcipuè cum loca ferè om
nia prædicta ſint ſub eadem familia, quinimò, proue
niant ab eadem inueſtitura, quia aliàs omnia erant
ſubiecta Illuſtriſſimo D. Marchioni Ludouico, qui de-
inde ea inter filios diuiſit, atq; ita cum vnica eſſet in-
ueſtitura, res illæ ſub ea comprehenſæ, non debent di-
uerſo iure cenſeri, l. eum qui ædes, ff. de vſucap.

Nono, cum viuente D. Federico poſthumo, eſſet lis
ſuper qualitate horum bonorum, contendente eo mi-
niſterio Illuſtiſs. D. Silui a matre, & tutrice, ea eſſe feu
dalia, contra vero D. Diana auia paterna dicente, ea
eſſe allodialia, & cõſequenter valere pingue legatum
ſuper eis bonis ſibi à D. Aluiſio marito factum, iudica
uit Senatus hic Excellentiſs. legatum valere, atq; ita
bona allodialia eſſe, quãuis vteretur D. Federicus om
nibus iuribus, & probationibus, quæ nunc adducit D.
Proſper, & quæ idẽ Dñs actor ex tunc produxerat con
tra D. Iſabellam ante natiuitatem fratris, cũ ergo pro
bationes illas Senatus ſpreuerit, nõ video, quæ vis poſ
ſit nunc ſuper eis fieri: nam etſi exemplis non ſit iudi-
candum, l. nemo, C. de ſent. Ang. in l. ſi expreſſim, col. 2.
ff. de appel. Abb. in c. ſi qñ, ſuper gl. vlt. de reſcript. Fel.
in c. afferte, de præſumpt. tamen qñ res eſt dubia, alio-
17 rum exemplum eſt ſequẽdum, † Neuiz. in Silua nupt.
lib. 5. nu. 62. Cœphal. in cõſ. 25. nu. 16. & firmius eſt iu-
dicium, quod multorum ſñia confirmatur, c. pruden-
tiam, de offic. deleg. & ordo extat, quod ſententiæ Se-
natus faciant ius; Sed quidquid ſit, non crediderim,
apud dominos delegatos grauiſſimos illos viros, qui
tunc in eo magiſtratu ſedebãt, leuis eſſe authoritatis.

Decimo, vbi dubium aliquod ſubeſſe poſſet in cau-
ſæ deciſione, iudicandum eſſet in fauorem D. Iſabellę,
18 quia in re dubia certa ferri non põt ſententia, † c. gra-
ue, 11. q. 3. Natta, conſ. 32. in fine, quinimo, qñ conſtat
partem aliquã bonorum eſſe feudalem, ſed ea eſt ita
cum allodiali mixta, quod diſcerni commodè non po
19 teſt, tunc totum corpus iudicatur allodiale, † vt poſt
Guid. Suzar. dicebat Iacob. in Rubr. ff. de rei vend. nu.
25. quem ſequuntur Boſſius, & Rol à me citati, in cõſ.
151. nu. 49. & ſeq. vbi ẽt dixi, qđ ſi hoc procedit, qñ ſu-
mus certi de parte, quãto magis verum erit, qñ ſumus
incerti de omnibus, & cum non ſufficiat dicere, quod
extabant terræ feudales, niſi ẽt probetur, quòd hæc il-
læ ſint, poſſetq. eſſe, & non eſſe, quod hæc bona ſint feu
dalia, & conſequenter probatio ſit dubia, quis erit tã
animoſus Iudex, qui auſit ea feudalia affirmare, cum
dubia probatio retorquenda ſit contra probantẽ, vt
latè dixi eo. conſ. 151. nu. 46. & ſeq. Augetur argumen-
tum, ſi nullis exiſtentibus fundamentis in contrariũ,
argumenta D. Actoris non cõcludunt per neceſſe, ſed
adhuc ſunt dubia, quãto magis erit dubia eius cauſa,
tot accedentibus coniecturis contrarium ſuadẽribus,
quæ vbi ẽt plena facta eſſe probatio, ſufficerent ad illã
elidendum, ſecũdo, D. Iſabella eſt in poſſeſſione, ideo
20 in dubiò pro poſſeſſore eſt pronunciandum, † c. in pa-
ri, de reg. iur. in 6. l. in pari, ff. eod. tit. Vbi Cagno. mul-
tos allegat, in quo vnum non omitto, quotquot mea
memoria agitata ſunt iudicia ſuper qualitata bono-
rum, ea omnia vnũ ſortita ſunt exitum, vt ſemper fue-
rit pro poſſeſſore iudicatum, ſiue is feudũ, ſiue allodiũ
defenderet ea cauſa excepta, quæ inter D. Vialardos
Caſalenſes paucis retro menſibus acta eſt, in qua Sena
tus ille nonnullis bonis poſſeſſori ante partem adiu-
dicatis, diuidi cetera iuſſit, cuius tñ ſñiæ exẽplum vti
neutri partium gratum fuit, ita ceteris proponendum
minimè exiſtimauerim. Tertiò, D. Iſabella tanq̃ rea,
cauſam ſuam defendit, & pro reo pronunciari debet
in re dubia, l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. & Actore nõ
probãte, Reus abſoluitur, l. qui accuſare, C. de edẽ & ſi
cuti hæc ꝑ ſeipſa vera ſunt, reddũtur tñ clariora, & in-
dubitata ex reſolutionib. cõtrariorũ infra ſubijciẽdis:

Vndecimo, ſi bona eſſent feudalia vti deducitur ꝑ
D. Actore, quod tamen prorſus negatur, adhuc D. Pro
ſpero non competeret ius aliquod vigore inueſtitura-
rum quæ antiquitus fuerant conceſſæ Marchioni Lu-
douico, vel etiam D. Rodulpho ſeniori, ſi tamẽ D. Ro-
dulphus prædictus fuit aliquo tempore inueſtitus de
Caſtro, & bonis Luzariæ, qñquidem ius omne quod
D. Maximiliano cõpetebat in bonis Luzariæ, fuit ex-
tinctum, & tranſlatum in Sereniſs. D. Ducem Guliel-
mum ex vẽditione quam ille fecit de omnibus bonis,
& Caſtro, vt legitur in inſtrumento venditionis præ-
tenſæ, & non eſt dubium, quòd in hac Patria viget con
ſuetudo alienandi feuda in præiudicium agnatorum,
vt dicam latè dum tractabo de bonis Suzarię in quar-
to principali fundamento: ſtante autem venditione,
fuit excluſus nedum D. Maximilianus, ſed etiam om-
nes ab eo deſcendentes, quia vẽdens facit ſe alienum
21 à re vendita, Bald. † in conſ. 9. col. 3. vol. 1. Tiraq. de re-
tractu conſang. §. 1. gl. 9. nu. 37. Cœphal. conſil. 393. nu.
39. cum ergo agat ex illis inueſtituris, debet ſuccum-
bere. Nec dicatur ꝙ etſi vendiderit, tamen poſtea hæc
bona recuperauit, vt probatur ex inſtrumento anni
1561. vbi Sereniſſimus idem Dux retroceſſit D. Maxi-
miliano Curiam Caſonorum, Tombæ, & alia bona:
quoniam reſpondeo, quòd ea ceſſio facta fuit non am
plius in feudum, ſed ſimpliciter, & conſequenter in al
lodiũ, nulla enim facta fuit reſeruatio fidelitatis, vel
inueſtituræ, vel alterius obligationis, quæ ſolet inhæ-
rere feudo, & in dubio conceſſio cenſetur facta in al-
22 lodium, & non in feudum, Oldrad. † in cõſ. 159. Dec.
in conſil. 498. num. 11. vbi allegat etiam Alexand. &
Caſtr. & mouentur: quia ex quo non eſt facta mentio
de feudo, non poteſt dici feudum. Idem voluerunt Ia-
ſon, Iacobin. & Curt. iun. quos citat Rolan. in conſil. 2.
nu. 4. & ſeq. volum. 1. Menoch. in conſil. 1. nu. 11. & ſeq.
Purpur. conſil. 367. nu. 19. Et ad hoc vt conceſſio facta
à Principe dicatur feudalis, neceſſe erat quod Prin-
ceps nouum imponeret ſeruitium, vt voluit Iſernia,
in c. 1. quib. mod. feud. amitt. Afflict. deciſ. 361. nu. 35.
23 in quibus locis dicunt, quod ſi feudum deuenit † ad
dominum, & is deinde alij concedat, intelligitur in
allodium, niſi dicat expreſsè in feudum. Secundo re-
ſpondeo, quòd vbi etiam retroceſſio illa intelligere-
tur in feudum, adhuc tamen ex ea non competeret
actio Domino Proſpero, quia tali caſu feudum eſſet
nouum, & de nouo quæſitum, & in perſona Domini
Maximiliani non conſideraretur tanquam illud feu-
dum quod habuit à patre, ſed tanquam aliud feudum
de nouo quæſitum, per ea quæ infra dicam in quarto
fundamento quò ad bona Suzariæ allegando Alexan.
& Bero. addo textum in l. ſi à me, ff. ad legem Falcid.
vbi dicitur, quod res recuperata nõ dicitur eſſe apud
recuperantem, eo iure quo prius erat, ſed alio, ideo-
que infert Bartol. ibi, quòd emphyteuta qui rem alie-
24 natam recuperat, non defenditur à caducitate, † de
quo latè agit Corbulus infinitos citans, de cauſ. pri-
uation. ob alienatio. ampliatio. 29. num. 1. & ſequen.

Tiraquel.

Tiraquel.de retractu conſang.§.19.gl.2.nu.1.& ſeq. &
alibi,vt per eum,præcipuè qñ a principio non eſt con-
nentum de recuperatione,vt in feudo ponit Afflict.de
prohib.feudi alienat.per Federic.in princ. num.39. &
Corbul.loco prædicto,ampliat.27.nu.8.& 10.& in fin.
quod ſi feudũ eſt nouum, potuit D. Maximilianus de
eo diſponere pro libito voluntatis ad præiudicium fi-
25 liorum, & agnatorum. † Iſern.in c.1.num.2.de alien.
feudi pater.& eſt communis opinio, vt inquit Lofred.
conſ.52.num.1.Clar.§.feudum,q.41. Natta qui multos
allegat,in conſi.501.nu.17.Zaſ.de feud.part.9. in 7.li-
mitat.folio mihi 136. Afflict. deciſ.112.nu.6. Crauet.
in conſ.135.nu.8.Ceph.in conſi.12.nu.16.conſi.52.nu.
51. Becius, in conſi.56.nu.21.Tho. Marin. de feud.lib.
1.tit.3.nu.16.Menoch.conſi.161.nu 2.cum infinitis ſi-
milibus, vt diſpoſuit in D.Rodulphum, ſeu D.Aluiſiũ
illi bona hæc aſſignando in executione ſententiarum,
quæ fuerunt latæ inter eaſdem partes Tridenti,& Pa-
tauij,vt legitur ex Liſtis productis in proceſſu, & reco
gnitis per D.Maximilianum.

Duodecimo dico,quòd admiſſo citra præiudicium,
bona eſſe feudalia, & D.Proſpero cõpetere actionem
ex inueſtituris antiquis,tñ quia fuit hæres D. Maximi
liani, qui ea bona alienauit, non poteſt ea vendicare,
l.vendicantem,ff.de euiction.& probaui tractando de
bonis Suzariæ in 4.fundamento, cum enim bona hæc
fuerint diuiſa inter D.Maximilianũ, & Rodulphum,
ſeu Aluiſium Rodulphi filium, tenebatur D.Maximi-
lianus de euictione,nam in diuiſione facta inter hære-
26 des,venit euictio, etiam ſi non fuerit promiſſa, † gl.in
l.hæredes,§.item curate,ff.fam.herciſc.Azo.in Sum.C.
eod.tit.nu.31.Doct. in l.ſi fratres, C.commun.vtr.iud.
Alber.Bald.Caſtr.& alij,in l.ſi familiæ,C.fam. herciſc.
Rom.conſi.457.col.2.Alex. conſi.30.nu.7.vol.6. Doct.
in l.qui Romæ,§.duo fratres, vbi Ripa,nu.97. Petr.de
Vbald.in tract.de duob.fratr.par.8.q.22.num.23.Soc.
iun.conſi.119.nu.14.& 28.vol.3. Lamberteng. de con-
tract.eor.qui ſine cert.ſolemnit.gloſ.1.num.35. in fine
Cabalin. in tractatu euiction.§.4.num.51.& quamuis
tali caſu non debeatur euictio,quando ſequitur ex na
tura rei,vt quia ſit feudalis, vel ſubiecta fideicommiſ-
ſo,ſecundum Guid.de Suzar.& alios, tñ procedit hoc,
qñ res fuit aſſignata ei, qui rem ſciebat eſſe feudalem,
27 ſecus ſi ignorabat,† d.l.ſi fratres,vbi notant Odofred.
Cin.Alber.& alij,gl.in d.l.ſi familiæ,in fine,vbi Odofr.
Cin. Bart.Alber.Bald. & alij, & ad hoc infinitos citat
Becius,in conſ.24.nu.33.& ſeq vbi dicit, totã vim eui-
ctionis conſiſtere in ſcientia eius qui rem feudalem re
cepit.Rol.conſ.51.nu.10.& ſeq.vol.4. in facto autẽ no-
ſtro Do. Rodulphus non ſciuit bona eſſe feudalia, ſed
ignorauit,vt infra deduxi,ergo non eſt deneganda eui
ctio, & in tantum ignorantia ſupponi debet, quia ex
ſupradictis conſtat ea nunquam fuiſſe feudalia.

In primis autem non obſtat, quòd inueſtituræ loci
Luzariæ contineant etiam Curiam Luzariæ, & conſe-
quenter bona,de quib.eſt quæſtio. Reſpondet enim,nõ
conſtare,quod hæc bona ſint de Curia Luzariæ, appel
lantur enim Curiæ Caſonorum,Tombæ,& alijs nomi-
nib. diuerſis à Curia Luzariæ, ideo diuerſum quid ab
ea reputantur,l.ſi idem, C.de codicil. vbi nominis di-
uerſitas facit præſumi rei diuerſitatem, & ex nomine
28 probatur rei eſſentia,† Balb. conſ.205.col.1.volum.3.
Crau.in conſ.400.nu.33.vbi alios citat,ſic vna res loco
alterius cenſetur ſubrogata, ſi idem nomen ei ſit im-
29 poſitum,† l.ſi filiæ,§.Titia,ff.de cond. & demonſtr. vbi
Soc.nu.2.dicit alibi non reperiri, Petr. de fideic.q.13.
nu.470. & qui vult dicere prædia aliqua contineri ſub
vno nomine,tenetur probare, vt in propoſito loquen-
do de probatione feudi, inquit Menoch. in conſi.409.
nu.76.poſt Crauet.& Rol.quos citat;& facit quia non
præſumitur,quod eadem res pluribus nominibus nun
30 cupetur, † Iaſ.& Dec.in l.2. C. de bon.poſſ. ſecundum
tabul. & cum nomina ſint impoſita ad rerum demon-
ſtrationem, l.Labeo,ff. de ſupelect. legata Menoch.de
præſumpt.lib.3. præſumptio.64.nu.1.non demonſtra-
tio, ſed confuſio induceretur,ſi eadem res pluribus de
monſtraretur nominibus.

Secundo reſpondeo, quòd nomen Curiæ non eſt cer
tum, nec determinatum,ſed æquiuocum, multas ha-
bens ſignificationes,& pluribus,diuerſiſque rebus cõ-
31 ueniens, † vt inquit Soc.in conſ.85.nu.5.vol.1. in conſ.
116.nu 3.vol.2.vbi hoc probat ex Oldrad.in conſ.211.
& quòd verbum,Curiæ,non vno modo intelligatur,o-
ſtenditur, ex his quæ ponit Cepol. de ſeruit.vrb præ-
dior.c.46.de Curia,ſeu Certe. melius Hier. de monte,
in tractatu finium regund. c.9.& Aret. in conſ.15.col.
1.verſ.& hoc dominium poteſt ſignificari.Zaſ.de feud.
par.11.in princip.& quòd ſit nomen æquiuocum,dicit
etiam Crauet.in conſi.425.nu.83.Petra, in tract. de fi-
deicommiſ. ex prohibit.alien.q.13.nu.435. & proba-
tur,quia aliquãdo ſignificat principaliter iuriſdictio-
nem.& dominium rerum intra fines exiſtẽtium,c.cum
Bertoldus, de re iudic. Bald.in c.1.§.item ſi quis quib.
mod.feud.amitt.aliquando ſignificat locum exiſtentẽ
extra Caſtrum, qui ab hominibus Caſtri defenditur,
& in quo conſiſtunt homines qui Caſtrum tuentur, vt
inquit Bal.in l.ſi plures,C.de condit.inſert.Aret.d.cõſ.
15.col.1. Soc.d.conſ.86.& 166. cum ergo multiplex ſit
eius verbi ſignificatio,non poteſt inferri,ꝙ conceden-
do Caſtrum cum Curia, intellexerit Imperator de poſ
ſeſſionibus,& prædijs ruſticis in territorio Caſtri exi-
ſtentibus,quia non fit probatio ex verbis, quæ multi-
32 pliciter intelligi poſſunt,† vt inquit Caſtr.in conſ.28.
col.1.in fin.vol.2.& probatio dẽt concludere per neceſ
ſe,non aũt fundari ſuper verbo ambiguo, c.in præſen-
tia,de probat.ita reſpondet in terminis Crau. d.conſ.
425.nu.83.vbi ſubdit, quod etſi Curiæ nomen, ſecun-
dum principale ſignificatum, poſſit importare iuriſ-
dictionem, tñ in probationum materia non attẽditur
potentius ſignificatum,nec ſubiecta materia,vnde fit,
quod probatio intelligitur in dubio,non vt valeat,ſed
vt pereat, allegat Abb. & Dec. & verba hæc ſunt meo
indicio multum notanda in propoſito noſtro;hinc di-
cimus, quòd lex plures habens intellectus non poteſt
33 allegari ad deciſionem cauſarum, † Bart. in l.3.ff. de
reb.dub. Imola Rom. & Alex. in l.cum probatis, ff. de
re iudic.Iaſ.in l.1.nu.20.& ſeqq.ff.de tranſact.vbi ſub-
dit,ꝙ ſtatutum ambiguũ non allegatur, & alia ibi con
gerit,& facile ignoratur, ꝙ multipliciter intelligitur,
vt inquit Philoſophus,& cum probatio in dubio inter
34 pretanda ſit contra producentẽ, † gl.d.c.in præſentia,
Bart.Bald.& Iaſ.in l.non hoc,C.vnde legitimi,dixi la-
te in conſ.5.nu.48.& ſeq. intelligimus verbum Curiæ,
quatenus ſignificat territorium,vel iuriſdictionem.

Tertio reſpondeo,quòd vbi ẽt intelligamus de Cu-
ria, prout importat non ſolum iuriſdictionem, ſed ẽt
dominium, adhuc per hoc non importabitur particu-
lare dominium rerũ, quia illud quod dictum eſt de ſi-
gnificatione verbi Curiæ,duobus modis intelligitur,
35 † primo,quatenus priuatum dominiũ eſt penes conce
dentẽ, ſecundo quatenus eſt penes particulares perſo
nas,ita Aret.declarat d.conſ.15.col.1 verſ. & hoc do-
minium põt ſignificari,Soc.in l.1.in princ.num.17. de
acquir.poſ.Curt.iun.conſ.185.num.31.verſ.tertio poſ
ſent,non ergo inferri poteſt,ꝙ magis ſignificet priua-
tum dominium,quam vniuerſale, quinimo, in dubio
intelligi debet de vniuerſali,ſecundum quod dicimus
Cæſarem eſſe Dominum totius orbis, l. deprecatio,

ff.de leg.Rhod. & pro hoc ego addnco deciſionē Bart.
in l.ſi quādo,nu.6.C.de bon.vacant.lib.10.vbi ait, con
ceſſo Caſtro, conceſſam quoque videri Curiam, ideſt
iuriſdictionem.ſequuntur DD.pręcipuè Petra,d.q.13.
num.373. & 515. & cũ omnes DD.concludunt,Caſtro
conceſſo,non venire poſſeſſiones, quas concedens hēt
36 in territorio Caſtri, † vt voluit Imola in l.3. in princ.
ff.de acquir.poſſ.vbi ēt Alex.nu.23.idem Alex.in conſ.
21.nu.8.vol.5.Iaſ.in l.quo nunus,nu.126.de fluminib.
& ibi Rip.nu.130.idē probarunt Iacobin.& Boſſ.quos
citaui in conſ.127.nu.65.late Petra,d.q.13.nu.536.

Quarto reſpondeo, quòd ex communi loquēdi vſu
in Italia, ſed præcipuè in Lōbardia, & in Diœceſibus
Mantuæ,Cremonæ,Regij,Brixiæ, & aliarum proxima
rum Ciuitatum,Curia nihil aliud eſt,quam magna a-
grorum,& poſſeſſionum quātitas, quæ vix duodecim,
aut viginti bobus coli poſſit, & in hoc Curia differt a
poſſeſſione, quia poſſeſſio ſex, aut octo bobus colitur,
Curia autem maiore eget boum numero,& ſub ſe plu-
res amplectitur poſſeſſiones, & hoc adeo notoriũ eſt,
vt probatione non egeat,& eiuſmodi Curiæ ab omni-
bus poſſidentur, etiam qui nullam habent iuriſdictio-
nem.Cum igitur hoc ſit notoriũ,releuat ab onere pro-
37 bandi, † c.cum euidentia, de accuſat.& habet vim ſen
tentiæ,gl.& Bar.in l.ictus fuſtium,ff.de his qui not. in-
fam.in l. ſi quis forte, §. ſi quos, ff. de pœnis, Natta in
conſ.173.nu.8.& ſeq. & Iudex poteſt, & dēt ex officio
38 ſe informare de notorio. † Aret. in conſi.127. & col.2.
Soc.iun. conſi.65.num.40.vol.1. Crauet. in conſi. 104.
nu. 9. & quamuis allegari debeat, tñ ſufficit qđ id fiat
39 in allegat.† Alex.in l.1.num.5.C.vt quæ deſunt aduoc.
Dec.in l.cum quid, nu.24.ff. ſi cert.pet. Cęph.in conſi.
85.nu.23.cum ſeq.præcipuè, cum ſimus in notorio fa-
cti permanentis,& non tranſeuntis quod per ſe ipſum
demonſtratur, & nulla tergiuerſatione celari poteſt.
40 † Innoc.in c.tua nos, de cohab.cler. & mulier. Alciat.
in tract.præſumpt.in princ.par.2.num.16.Maſcard.in
tractatu probation.concluſ.1107.nu.7. vbi ait, tale no
torium etiã negatum non eſſe probandum, hoc autem
ſtāte, infertur, quòd ſi ex ſcripturis,vel teſtib.vel alijs
probationib. conſtaret bona nunc controuerſa appel
lari Curtem,vel Curiā Luzariæ,vel eſſe de Curia Luza
riæ,nõ tñ per hoc dici poſſet, quòd ſint de ea Curia de
qua loquitur ea inueſtitura, quæ primo Mantuæ Mar-
chioni conceſſa fuit,nam verba inueſtituræ intelligun
tur ſecundum ſenſum Germaniæ,& communem vſum
loquendi qui viget in Germania, cum ratione Impera
toris loquentis, qui eſt Germanus, attenditur enim
41 conſuetudo loquentis,† Bart.in l.Labeo,in fi.ff. de ſu-
pellect.leg.gl.in l.ille a quo,§.ſi de teſtamento, in verſ.
verba,ff.ad Treb.& hic vſus loquendi ſpecialis pręua-
42 let generali vſui totius prouinciæ,† Rom.in l.hæredes
palam,nu.7.ff.de teſtam. Caſt.in ead.l.hæres,§.1.nu.5.
tum etiam ratione loci, & originis ipſius Imperatoris
ideſt Germaniæ, quia verba intelliguntur, ſecundum
43 illius loci vſum cõem loquendi, † l.ſi ſeruus plurium,
§.fin.ff.de legat.1.Rom.in l.ſi non ſpeciali, nu.6.in fin.
C.de teſtam. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.8.
nu.5.teſtes autem qui depoſuerunt intelligi debent ſe
cundum communem vſum loquendi, qui viget in Ita-
lia, & in hac præcipuè prouincia, tollitur ergo argu-
mentum, quo dicebatur teſtes dicunt hanc eſſe Curiā
Luzariæ, at inueſtitura feudi continet Curiam Luza-
riæ,ergo ea eſt feudalis,& fuit in feudum conceſſa.

Quinto reſpondeo, quod vbi etiam conſtaret eun-
dem eſſe communem loquendi vſum Germanię,& Ita
liæ,non tamen per hoc probaretur hæc bona eſſe feu-
dalia, quamuis etiam appellarentur Curia Luzariæ,
quia non probatur,quod ſit illamet Curia, quæ fuit in
feudum conceſſa, pluralitas enim rerum præſumitur,
44 † Alex.in conſi.134.col.2.vol.2.Iaſ.in l.non hoc, num.
12.C.vnde legit.Natta conſi.80.num.4.ideo identitas
eſt probanda,Bart.& Imola,in l.is qui vere,ff.de publ.
iudic.dixi in conſi.135.num,77. & conſi.151.num.46.
& ſeq.& poteſt eſſe,quòd illa fuerit vēdita, & in alios
translata,poteſt etiam eſſe,quòd hęc bona fuerint em
pta per dd.Luzariæ, qui poſt eam cōceſſionem impera
runt, & non ſequitur, nunc dicitur Curia Luzariæ,er-
go eodem nomine nuncupabatur tempore dictæ con-
ceſſionis,quia de præſenti non præſumitur in præteri-
45 tum,† cap.ſi eo tempore,de reſcript.in 6. Alciat.in tra
ctat. præſumpt.reg.2. præſumpt.26.num.2. & neceſſe
erat probare, quòd tunc, & tempore conceſſionis hæ
bona dicerentur Curiæ Luzariæ, non autem quòd nūc
tali nomine nuncupentur: quia nomē iſtud aſſumpſiſ-
ſe potuerunt longe poſt conceſſionem; & in propoſito
inquit Alex.in conſi.187.nu.10.vol.2.poſt Oldr. quem
citat, quòd conceſſio etiam continens rē ſpecificè ſuis
confinibus circumſcriptam, & deſignatam, non pro-
bat feudalitatem,niſi probetur quòd erat concedētis,
46 † ſeq.Dec.in conſi.302.nu.11.in fine, Crauet. in conſi.
293.num.5.Sola d.par.vlt.gloſſ.1.num.6. Rol.conſi. 2.
num.19.Rimin.conſi.90.num.29.& non ſufficeret pro
bare,quòd bona hæc eſſent cōcedentis,niſi etiam pro-
betur quòd tempore conceſſionis eſſent in eius domi-
nio,vt per Aret.d.conſil.15. vbi loquitur in Corte Ba-
gnoli, poſita in territorio Mantuano, & Curt. iun. in
conſil.158.num.3. vbi loquitur de Curte Dragonzelli
eiuſdem territorij,ſub Prætura Sermedi,& allegat Ca
ſtrenſ.Alex.& alios,& non mirum: quia in dubio præ-
dia culta præſumuntur in dubio fuiſſe antiquitus pri-
47 uatarum perſonarum,† vt voluit Aret.in conſ.15.nu.2.
vbi ait, quòd non præſumitur res culta pertinere ad
Caſtrum, ſed ad homines in ſingulari, ſequitur Curt.
iun.d.conſi.158.nu.3n.Petra d.q.13.num.510.proban
dum itaque erat quòd Imperator poſſideret, & eſſet
Dominus huius Curiæ, quando Luzariam in feudum
conceſſit, aliàs præſumitur eam fuiſſe particularium
perſonarũ,ſed id impoſſibile eſt probari,quia notoriũ
eſt, quòd Ciuitas Mantuana antequā ſe Capitaneis,
& Marchionibus ſubijceret,erat libera, & Imperato-
rem minimè recognoſcebat,ſiue de iure, ſiue de facto,
& ſecundum aliquos, iuriſdictio exercebatur per Epi
ſcopos,& quando cęperunt Imperatorem recognoſce
re, Imperator nihil omnino priuato iure poſſidebat
in toto territorio, ſed recognitiones omnes fuerunt
verbales,& prædicta erunt indubitata ex ijs,quæ ſubij
ciam infra,in reſolutione ſequentis obiecti,quod rein
cidit in hoc idem.

Secundo principaliter non repugnat,ꝙ ex quo Ro-
dulphus,& Ludouicus ſeniores,poſſidebant hanc Cu
riam,quādo locus Luzariæ fuit ſegregatus a Marchio
natu Mantuæ,& de eo loco fuerunt inueſtiti, cum om-
nibus pertinentijs,negari non poſſit hæc bona eſſe feu
dalia,cũ non cõſtet ea fuiſſe acquiſita ab alijs. Reſpon
detur enim, non eſſe verum, ꝙ facta conceſſione,cum
pertinētijs,præſumatur feudale, quidquid per inueſti
tum poſſidetur: quinimo totũ præſumitur allodiale,ſi
aliter feudum non probetur,quia conſtare dēt de iure
cōcedentis,& ſola poſſeſſio vaſſalli non inducit feudũ,
vt ſupra dictum eſt,& ideo Rol. in conſ.2.nu.16.vol.3.
dicit communem eſſe opinionem contra Albam, in d.
conſ.69.& ita quoque dixi in cõſ.151.nu.56.& ſeqq.&
DD. omnes in contrarium citati, loquuntur, quando
conſtat ea bona fuiſſe eo tpe poſſeſſa a cōcedente,qui-
nimo diſputant Doctor. an conceſſo Caſtro cum perti
nentijs,veniant molendina,paſcua,nemora,& alia bo
na,quæ cōcedens habebat,nam aliqui dicunt ꝙ etiam

ſi illa

ſi illa reperiantur fuiſse tũc a concedente poſseſsa, tñ
non ideo cenſeantur tranſlata, niſi probetur molendi
48 na, & bona illa pertinere ad Caſtrum, † vt Imola in l.
3. in prin. ff. de acquir. poſseſs. vbi Alex. ſequitur idem
Alex. in conſi. 222. in fine, vol. 6. quia poteſt dominus
concedens poſſidere ea prædia, non tanquã dominus
Caſtri, ſed priuato aliquo iure. ita ẽt Bal. in c. 1. num. 4.
verſi. ergo idem in molendinis, de Capitaneo qui Cu-
riam vendidit, vbi reſoluendo quæſtionem diſputatã
a Iac. Butr. dicit, ꝙ Ciuitas transferendo ſe cum ſuis
pertinentijs in Marchionem, vr etiam transferre mo-
lendina, quæ tanq̃ Ciuitas, & Domina poſſidebat, ſe-
cus autem ſi ea tenebat tanquam priuatus, idẽ voluit
Afflict. ibi, col. 6. verſ. quærit idem, Old. ad Socin. iun.
conſ. 160. nu. 32. & ſeqq. vol. 2. Curt. iun. in conſ. 158. n.
30. vbi qđ non ſufficit probare bona fuiſse a conceden
te poſseſsa, niſi ẽt probetur ea pertinuiſse ad Caſtrum
conceſsum, allegat Caſt. & Are. Natta in conſ. 313. nu.
3. & ſeqq. Rol. in conſ. 82. nu. 8. & ſeq. vol. 2. vbi allegat
Bellon. Brun. Crau. Boſs. & Nattam, idem Rol. in conſ.
46. nu. 65. vol. 3. Crau. conſ. 896. nu. 20. Alc. cõſ. 481. nu.
7. Burſat. in conſ. 46. nu. 24. & ſeq. Crau. conſ. 293. nu. 5.
vbi ait non venire omnia incluſa intra confines, ſed ea
ſola, quæ pertinent ad Caſtrum conceſſum. Cephal. in
conſil. 144. nu. 10. & ſeqq. Guid. Pap. conſ. 71. num. 5. &
ſeqq. latiſſime alios citans Petra de fideicom. de pro
hib. alien. q. 13. nu. 511. & ſeqq. vbi probat, cõceſſo Ca-
ſtro cum pertinentijs, non venire prædia quæ conce-
dens poſſidet quidem, ſed priuato iure; idẽ tennit Pe-
tra, nu. 536. & nu. 541. atque ita apparet communẽ eſſe
opinionem, ꝙ vendito Caſtro cum pertinentijs, nõ in-
cluduntur poſſeſſiones, quæ ſunt ipſius vendentis, niſi
probetur eas aliquo modo pertinere ad Caſtrũ, & nõ
mirum hoc, quia Imperator, vel Princeps inueſtiens,
triplici iure poteſt bona habere in eodem loco, primo
tanq̃ Imperator, & Princeps, ſecũdo, tanquam dñs di-
cti Caſtri, tertio, tanquã priuatus; duo priora proban
tur ex notabili deciſione Alber. in l. fi. C. de iuriſd. om.
iud. vbi inquit, quòd Rex conceſſo Caſtro cũ omni iu-
re ſuo, non cenſetur conceſſiſſe ius Regium, ſed ſolũ ius
49 quod habet vt D. Caſtri, † ſequuntur Mart. Laud. Ia-
cob. in Soc. iun. Calc. Boſſius, Natta, & Rol. quos citaui
in conſ. 127. nu. 62. tertium aũt probatur ex deciſione
Imolæ in d. l. 3. in fine, princ. quam ſequuntur prædicti
oẽs ſupra citati, qui dicunt, quòd conceſſo Caſtro cum
pertinentijs, non veniunt prædia quæ cõcedens habet
tanq̃ priuatus; vbi aũt concedit Caſtrum cum pertinẽ
tijs, declarat ſe velle concedere ſolum ius, quod habet
tanq̃ Caſtri dñs, nõ tanquam Imperator, vel priuatus,
& ideo ſcđm prædictos oẽs non ſufficeret, ꝙ conſtaret
bona fuiſſe in dominio concedentis, niſi etiam probe-
tur eſſe de pertinentijs Caſtri conceſſi, ſecundum autẽ
prædictos Domina Iſabella habet intentum, quia nul
lo modo probatum eſt, hæc prædia eſſe de pertinẽtijs.
Alij vero dixerunt ſat eſſe, quod conſtet prædia fuiſſe
poſſeſſa a concedente, quia tunc præſumuntur eſſe de
pertinentijs Caſtri conceſſi, & veniunt in conceſſione;
Si vero non conſtet tunc temporis fuiſſe poſſeſſa a con
50 cedente, non includuntur; † Hæc fuit deciſio Specu. in
tit. de locat. §. nunc aliqua, verſ. 58. vbi ſi comes donet
Eccleſiæ Curiam, nullum ius transfertur in Eccleſiã,
niſi probet Comitem fuiſſe dominum, vel poſſediſſe.
& hoc voluerunt Soc. Curt. iun. Rol. & alij, quos citaui
in conſ. 151. nu. 64. vbi probaui, ꝙ conſtare debet de cõ
cedẽtis dominio: Addo Rui. conſ. 13. nu. 7. vol. 4. & præ
ter eum Caſtr. & Crau. in locis citatis per Rol. qui illos
ſequitur in conſ. 46. nu. 63. & ſeqq. vol. 3. Hier. de Mon-
te, in trac. finium regund. c. 89. vbi addit Parid. de Put.
Boer. Crau. & alios, & late etiam Petra d. q. 13. nu. 527.

& ſeqq. vbi addit Marzar. & Bero. Capic. in ſua inue-
ſtit. in verſ. feudorum clauſulæ, in verſ. cum iuribus, &
pertinentijs, folio mihi 131. Sola dict. parte 3. gl. 1. nu.
6. & 10. & latius nu. 16. vbi citat Oldrad. Alex. & Dec.
Rimin. in conſ. 90. nu. 23. & ſeq. vbi alios allegat, idem
probauit Crau. in conſ. 896. num. 16. vbi poſt Caſtr. Al-
uar. Socin. iun. & alios, ait inueſtituram nihil concede
re, niſi conſtet inueſtientem illud poſſediſſe, quod con-
ceſſit. Burſat. in conſil. 41. num. 1. & conſ. 46. numer. 24.
vbi infinitos allegat, concludens etiam bona ſpecifica
ta in illis inueſtituris non probari feudalia, ſi non con
ſtat fuiſſe concedentis, & hanc opinionem procedere
clare, quando poſſidens negat rem eſſe feudalem, po-
nit Crauet. in reſponſ. pro genero, nu. 426. & non agi-
tur inter dominum, & vaſſallum, ſed inter alios, vt in
hoc caſu, & ſi horum quoque attendamus opinionem,
res erit clara, quia ex parte D. Proſperi non eſt proba
tum, quòd Imperator poſſideret tempore dictæ inue-
ſtituræ, quinimò conſtat clare, quòd tunc non poſſide-
bat, quia feudum Luzariæ a Dominis Mantuæ Mar-
chionibus lõge antea poſſidebatur, quam fuerit ſegre-
gatum, & conceſſum Dominis Rodulpho, & Ludoui-
co, & ea conceſſio non fuit noua conceſſio, ſed renoua-
tio quædam antiquæ conceſſionis, quæ facta fuerat Do
minis Marchionibus, & ideo cõcedendo Caſtrum Lu-
zariæ cum pertinentijs, nihil tunc dedit de nouo, & ſi
hæc bona ſunt ea quæ tunc Marchio poſſidebat, vtique
ea peruenerant etiam ab antiquis Dominis, antequã
inueſtirentur de Caſtro Luzariæ, nam vt dixi, Ciuitas
Mantuę non recognoſcebat Imperatorem, & dedit ſe,
& ſua Dominis Gonzagis, qui ſuſcipiendo inueſtitu-
ram, iam poſſidebant Luzariam, quo fit, vt nihil reſpe-
ctu prædiorum dicantur habuiſſe ab Imperatore, ita
reſoluit Sola, dicta glo. 1. num. 10. circa finem. verſicu.
& iudicio meo, vbi inquit, quòd vbi conceſſio facta eſt
ei qui iam erat Dominus, tunc inueſtitura facta de ter
ris, pratis, & alijs pertinentijs, non probat feudalita-
51 tem honorum, † quia eſt veriſimile, quòd is poſſideret
prædia iure proprio, & ſubdit hoc carere dubio. Si er-
go dicamus, hæc bona fuiſse penes dictos inueſtitos
eo tempore, certe præſumendum erit, quòd non ſint
feudalia, per prædictam rationem; Cum autem non
probetur dominium, aut poſseſſio concedentis, neque
demonſtretur, bona pertinuiſse ad Caſtrum Luzariæ,
nullum poterit fieri fundamentum ſuper prędicta con
ceſſione, nam his probationibus ceſsantibus, falſum
eſt, quòd bona poſseſsa a vaſsallo intra feudi limites,
præſumantur feudalia, vt probaui in d. conſil. 151. &
late proſequitur Petra, d. quæſtione 13. numer. 502. &
ſeqq. vbi ita intelligit, vt ſcilicet contrarium procede-
re poſſit, quãdo agitur inter dominum, & inueſtitum,
nõ autem quando inter alios, quod etiam innuit Cra-
uet. d. reſponſo pro genero, nu. 426. & ſeqq. Sola, d. glo.
1. nu. 16. vbi dicit eſse falſum, quod bona poſseſsa per
52 inueſtitũ præſumantur feudalia † allegat Crau. Brun.
Nattam. Roland. & alios, ſubdẽs, quòd vaſsalli pręſu
muntur poſſidere potius proprio iure, quam iure feu-
di, Burſat. d. conſ. 46. nu. 24. Rimin. conſ. 90. num. 25. &
paſſim dicunt Doctores, quòd non ſufficit aliquẽ fuiſ-
ſe inueſtitum cũ pratis, herbis, vineis, nemoribus, &c.
Accedat, quòd in præſenti facto, non etiam conſtat, qđ
hæc bona ſint illa, quæ fuerunt Rodulpho conceſsa ab
Excellentiſs. Marchione Federico, loco, ſeu pro adæ-
quatione Caſtri Caneti, imo, nec, quod prouenerint a
Rodulpho, & præterea dici etiam non poteſt, quòd
poſſiderentur ab inueſtito, quapropter inane eſt om-
ne fundamentum quod fit ſuper prædictis.

Ad tertium reſpondetur, non probari, quòd hæc bo
na ſint illa quæ Rodulpho data fuere ꝓ adæquatione

Caſtri Caneti. Secundo reſpondeo, ꝙ vbi etiam eſſent
illa, non per hoc poſſent dici feudalia, quia non eſt no-
uum, ꝙ bona allodialia in permutatione dentur loco
feudalium, & non ſequitur, data ſunt loco feudalium,
ergo ipſa quoq; ſunt feudalia, quandoquidem probatio nõ
concludit. l. non hoc, C. vnde legit. & ſubrogatum ſapit
naturam eius in cuius locum fit ſubrogatio, quo ad id,
53 propter quod fit ſubrogario, † & ita quo ad peræquan
dum valorem, & reditum bonorum, non vt fieret feu-
dale quod prius erat allodiale. Dec. in conſ. 38. in fine.
Men. conſi. 88. nu. 53. Becius, conſ. 101. nu. 58. & ſubro-
gationis argũ valet quoad primordialem naturam,
54 non autem quo ad accidentalem, † gl. magna, in l. cer-
ti condictio, in verſi. ex omni cauſa, in fine, vbi Bar. Sal.
Alex. & alij, ff. ſi cert. petat. cum alijs multis, quos cita
ui in conſi. 521. nu. 52. & ideo Bal. multum in propoſi-
to dicit, ꝙ res libera ſi permutetur cum re obligata, nõ
obligarur nec ad eam agi poteſt, in l. pro debito, nu. 1.
C. de bon. autho. iud. poſſid. Tiraq. de retractu cõſang.
§. 32. gl. 1. nu. 28. & in terminis, ꝙ ſi res libera permuta
55 tur cum feudali, non efficiatur feudalis, † voluit Iſern.
in c. 1. §. cum autem, de controu. inueſtit. & ſequuntur
alij citati a Matino Freccia, in tract. de ſubfeud. lib. 2.
q. 21. per totam, & rõ eſt: quia ad inducendum feudũ,
multa requiruntur, quæ inter vaſſallos permutãtes ex-
pediri non poſſunt. Accedat, ꝙ illa bona dicuntur po-
tius tradita loco pretij bonorum Caneti, quã loco Ca-
56 neti, nam vbi concurrit æſtimatio, ibi cadit emptio, † l.
1. §. æſtimatorum, & §. æſtimata, C. de rei vxo. actione,
l. 3. vbi Bar. ff. locari; & ideo non poteſt appellari ſub-
rogatio. Quatenus vero in eodem argumento dicitur,
ꝙ ex quo fuerunt Rodulpho aſſignata a Marchione Fe
der. ideo cenſentur incluſæ iſtæ poſſeſſiones in inueſti-
tura quæ poſtea fuit conceſſa, non video quale genus
argumenti hoc ſit, non .n. infertur, fuerunt aſſignatę, er
go in feudum recognitæ, potuit. n. Rodulphus multa
bona accepiſſe, a Marchione eius fratre, ſed nõ omnia
recognouiſſe in feudum ab Imp. & cum feudum ſit ſer
uitus, non eſt credendum, ꝙ voluerit recognoſcere in
feudum bona quæ erant allodialia, hoc enim eſſet do-
nare, perdere, & dilapidare, l. cũ de indebito, ff. de pro-
bation. præcipue, cum ea potius ſit renouatio inueſti-
turæ, quam noua conceſſio, & ex lectura inueſtiturę cõ
ſtat, Rodulphum nihil plus recognoſcere quam quæ
Marchio eius frater conſueuerat recognoſcere, ita vt
variatæ ſint vaſſallorum perſonæ, non res.

Quarto non facit dubiũ, ꝙ dd. Rodulph. & Nurſius
ſæpe confeſſi ſint bona illa feudalia eſſe, & ad feudum
Luzariæ ſpectare, reſpondeo. n. ex verbis ſcripturarũ,
quæ in motiuis allegantur, minime id colligi poſſe, &
prima anni 1539. dicit, ꝙ ius prætendit in Caſtro, &
feudo, &c. & in poſſeſſionibus dicti Caſtri, & tñ non di
cit quæ, quales, & quantæ ſint poſſeſſiones Caſtri, ꝑpea
non infertur, ꝙ illæ ſint, quę nunc veniunt in cõtrouer-
ſiam. Secundo reſpondeo, ꝙ vbi ẽt hæ eſſent illæ poſſeſ-
ſiones de quibus in illis ſcripturis, tñ hæc denomina-
tio facta de bonis Caſtri, non probat eas eſſe feudales,
tum ꝑp communem loquendi vſum, tum, ex alijs rõ-
nibus quas allegaui in conſ. 151. nu. 99. & ſeqq. vbi in
ſpecis reſpondeo ad hoc fundamentum, ꝙ in ea cauſa
allegabatur, & per hoc ſublatæ ſunt quoq; confeſſio-
nes quæ deducũtur ex proteſtationibus annorũ 1541.
& 1544. quæ eiſdem vtuntur verbis. Non ẽt id proba-
tur ex donatione per D. Rodulphum facta D. Aluiſio,
quia etſi contineat opidum & terram Luzariæ, cum
fortilitio. iuriſdictione, homagio, datijs, ſalinis, poſſeſ
ſionibus, & alijs introitibus, & bonis ſpectantibus ad
dictum Caſtrum, & de pertinentijs eius ex inueſtitu-
ris, non tamẽ exprimit, ꝙ omnes poſſeſſiones ſint feu-
dales, & in materia feudali, indefinita minime æquipol-
57 let vniuerſali, † ſcd̃m Soc. in conſ. 578. col. 3. vol. 5. quẽ
ſequitur Rol. in conſ. 80. nu. 51. vol. 1. Rurſus, non dicit
ſimpliciter de bonis, ſed cum qualitate, ſpectãtibus ad
Caſtrum, quod participium (ſpectantibus) quia reſol-
uitur in relatiuum, & verbum pręſentis temporis, quæ
ſpectant, importat conditionem, & præcedentẽ diſpo-
58 ſitionem reſtringit, † Caſtr. in conſ. 132. col. 1. volum.
1. vbi de participio (pertinentibus.) Corn. in conſ. 14.
col. pen. vol. 1. vbi de participio (ſuccedentibus) & late
ego hanc concluſionem probaui in conſ. 127. nu. 46. &
ſeqq. & pulchre Crau. in terminis, in conſ. 593. num. 5.
vbi loquitur in conceſſione facta de Caſtro cum terris
cultis, & incultis ad Caſtrum pertinentibus, quæ nihil
probat, niſi probetur, quæ ſint terræ ad Caſtrum perti-
nentes Soc. iun. conſi. 160. nu. 5. & 6. vol. 5. Alc. in conſi.
481. nu. 3. & 11. vbi loquitur de participio (ſpectanti-
bus) Rimin. conſ. 19. nu. 53. Petra d. tract. q. 13. nu. 503.
Cum ergo verba donationis reſtricta ſint ad poſſeſſio
nes ad Caſtrum pertinentes, ſi non probetur quid ꝑ-
tineat ad Caſtrum, nihil ex ea donatione poterit in-
ferri, vt latius probaui ſupra in reſolutione primi & ſe
cundi obiecti, vbi tractaui de pertinentijs Caſtri, & eo-
dem modo reſpondi in conſ. 151. nu. 91. Et cum eodem
modo loquantur ceteræ ſcripturæ allegatæ pro parte
aduerſa, eodem collirio ſanantur, & tolluntur.

Reſpondetur ẽt, ꝙ vbi confeſſio explicita eſſet, & re
ſtricta expreſſe ad hæc bona, non noceret, quia conſtat
de contraria confeſſione D. Rodulphi & D. Aluiſij, fa-
cta in poſitionibus productis coram delegatis Ferra-
riæ, vbi cum iuramento deducunt bona omnia conten
ta in liſta illis poſitionibus annexa, & ſignata B. eſſe al
lodialia, & libera, & ibi deſignatur curia Caſonorum,
in genere, & vlterius ſingula corpora prædiorum quæ
ſub ea continentur. idem ẽt profeſſi ſunt ipſi D. Rodul
phus, & Aluiſius, quinimò, etiam Dñs Maximilianus
in pluribus inſtrumentis venditionum factarũ in libe-
rum allodiũ: ſicuti aũt non creditur ei qui deponit con
traria, l. qui falſa, aut varia, ff. de teſtib. ita nõ debet at-
tendi eius cõfeſſio, qui modo vnum modo aliud dixit,
59 † vt probaui in conſ. 151. nu. 89. verſi. nonum ſimiliter,
quinimò, hæc confeſſio facta in poſitionibus pręualere
debet ceteris, & magis attendi, primo, quia eſt magis
clara & certa, ex quo, vt dixi, fatetur abſolute, & pręci-
ſe bona eſſe allodialia, & corpora ipſa demonſtrat, &
ambiguitatem nullã continet; contra vero cõfeſſiones
in contrariũ allegatæ ſunt dubiæ, incertæ, & patiuntur
contradictiones, de quibus ſupra, & in dubio attendi
dẽt qd̃ eſt magis certum, & confeſſio non nocet ſi non
60 ſit certa, † Crauet. conſ. 913. nu. 7. & conſ. 976. nu. 80.

Secundo, quia hæc confeſſio eſt iurata, & ideo pręſu
mitur magis deliberata, operatur enim iuramentum,
quòd videatur quis magis deliberate venire ad actũ,
61 † Tiraq. in præfatione l. ſi vnquam, n. 134. C. de reuoc.
donatio. Natta, in conſ. 144. n. 8. ſic dicimus magis in-
ſpici quod Doctor tenuit diſputando, quàm quod per
62 functorie aſſeuerauit, † Pariſ. conſ. 91. nu. 49. in tertio.
Neuizan. in Silua nupt. lib. 5. nu. 19. Menoch. conſi. 93.
num. 49. Becius, conſ. 50. in fine.

Tertio, quia hęc noſtra confeſſio facta eſt in iudicio,
63 ideo eſt attendẽda, † gl. in c. cum cauſam, de teſtibus,
Dec. in cap. per tuas, in fine de probation. Menoch. de
arbitrar. iudic. caſu 108. nu. 55.

Quarto, eſt magis veriſimilis, quia eſt cõformis na-
turali rationi, ſecundum quã omnis res præſumitur li
bera, & allodialis, potius quam feudalis, & confeſſio
veriſimilis magis debet attendi, nam creditur cõfitẽti
ad proprium commodum, quando confeſſio eſt veriſi-
64 milis, † l. ſi quis pro redemptione, §. pen. C. de donat.

Guil.

Guil.de Cuneo, in l.edita,in fi.vbi Alex.dicit notãdũ,
C. de edendo, vbi Dec.col.1.& alios addit Tiraq. in
præfatione l.ſi vnquam,nu.51.C.de reuoc.don.& pręiudicat tertio,Cin.in Auth. hoc ius porrectũ, C.de ſacroſanct.eccleſ.Tiraq.in d.l.ſi vnq̃, in verbo,donatione largitus,nu.101.alios cumulaui in conſ.290.nu.47.
& in prædictis locis dicunt,ꝙ etiam in prohibitis con
65 feſſio veriſimilis probat, † & voluit Salic.in l.ſi mater,
poſt princ.C.de contrah.empt.ſequitur Alex.& alij citati à Crauet.in conſ.911.nu.17.& hoc caſu ſtatur confeſſioni,cui aliàs non crederetur,Craue.in conſil.202.
nu.48.& in conſ.815.nu.18.contra verò confeſſio feudi non eſt veriſimilis,iõ non præiudicat cõfitenti,quia
confeſſioni non ſtatur, qñ continet factum non veriſi-
66 mile,† Bald.in l.ſi quis in hoc genus, Blanc. in l.fi.nu.
207.ff.de quęſt.Carrerius in Practica Crim.nu.169.in
quibus locis dicunt,ꝙ confeſſio inquiſiti nõ nocet confitenti, quando emiſſa eſt de facto non veroſimili, &
confeſſio nõ veroſimilis etiam in ciuilibus non nocet,
Crauet.conſil.665.nu.16.& conſil.851.num.10.

Reſpondetur tertio, ꝙ confeſſiones prædictæ vbi eſſent clarè,& non paterētur,ſupra oppoſitos defectus,
non nocerent: quia factæ ſunt ad alium finē,quia cum
ageret D. Rodulphus ad diuiſionem oīum bonorum,
quæ D. Io. Franciſcus pater in ſolidum reliquerat D.
Maximiliano, vt oſtenderet patrē non potuiſſe diſponere de eis,allegauit illorum feudalitatē, quia vaſſallus non põt de feudo diſponere in præiudiciũ eorum
qui ſunt vocati in inueſtitura, & nõ poteſt vni ex filijs
prælegare; ꝙ ſi affirmaſſet ea eſſe allodialia, vtiq; magis libera remanebat patri facultas de eis diſponēdi,
ex quo legitima dempta, pater põt omnia bona ſua ēt
proijcere in mare, vt per Bertrand. in l.hac edictali, §.
ita tñ,nu.15.C.de ſecun.nupt. & ꝙ confeſſio emiſſa ad
67 vnum finem minimè noceat quoad alium, † voluit Io.
Andr.ad Spec.in tit.de oblig.& ſolut.§. fi.in addit.incip. Ordine quo ſupra, vbi ait, ꝙ ſi tractans matrimonium cum aliqua puella, dicat ſe non eſſe filium talis,
ad effectum vt euitet affinitatē,per quam impediretur
matrimonium,non per hoc fratres poterunt reſcindere diuiſionem cum eo factã, tanquam cum filio talis,
ēt ſi confeſſio ſit iurata, quia illa tendebat ad alium fi.
Sequitur Iaſ.in conſ.36.nu.4.vol.3.Natta in conſil.94.
nu.7.Similiter dixit Alber.in 2.par.ſtatut.q.548. qđ ſi
ex forma ſtatuti teneretur quilibet cũ iuramento conſignare omnia bona, & debita, quæ habet, & quis cum
iuro dixerit, ſe Titio debere decem, nõ poterit Titius
vigore dictæ confeſſionis agere contra eũ, nec ea confeſſio nocebit confitenti, quia ſit iurata. Sequitur Marſil.Sing.464.& idem voluit Salicet. in l.1.nu.37.C. de
confeſſ.vbi ait,ꝙ ſiquis ne mutuaret alij petenti decē,
dixit ſe eſſe debitorē Tertij de aliqua quantitate, eiuſmodi confeſſio non nocebit confitenti. Sequitur Marſil.loco prædicto Tiraq.in tract. Res inter alios acta,in
prima limitatione,circa fi.verſ.& id quidē, vſq; adeo,
& in propoſito inquit Alciat.in conſ.178.nu.2. verſ.&
licet ēt,quod nobiles ſæpè ſolent cõfiteri rem eſſe feudalem,& eam in feudum recognoſcere,vt ſe vtiliori titulo tueantur, ſed eo caſu confeſſio nõ nocet confitenti,& idē vr̃ voluiſſe Brun.in cõſ.127. verſ. quod ſi duodecimam,vbi loquitur de ijs qui confitentur bona feudalia, vt excludant creditores, vel feminas, & magis
clarè dicit Curt.iun. in conſ.41.nu.15. ꝙ confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem,non nocet in alio inſtituto ad alium finem.Sola d.gl.1.nu.20.& Brun.loco
prædicto, vtitur argumento,quòd ſicuti ſententia non
nocet in alio iudicio ad alium finem,ita nec confeſſio.

Quarto reſpondetur, ꝙ confeſſiones prædictæ fuerũt omnes reuocatæ ſub die 7, Maij 1563.vt legitur in
proceſſu Tridentino,fol.231.vbi expreſsè legitur,ſicuti D.Aluiſius reuocat quidquid dixit,produxit,vel deduxit, per quod conſtare poſſet prædia Caſonotũ eſſe
feudalia, & ſubdit, illa eſſe allodialia, & pro talibus
ea ſe tenuiſſe,& reputaſſe. Rurſus de anno 1555.Corã
Illuſtriſ. Dominis Duce Ferrariæ, & Reuerēdiſſ.Cardinali Mantuano declarando libellum antea productum,dicit ſe principaliter velle inſiſtere ſuper inſtitutione paterna, licet inniti quoque velit inueſtituris,
caſu quo probaretur, prædia illa contineri in inueſtituris,ſtante aũt reuocatione prædicta, non põt confeſſio præcedens nocere, & antequam confeſſiones fuerint à parte acceptatæ, licuit confitenti eas reuocare.
68 † Bar.Ang.& Imola,in l.abſenti, ff. de don. vbi loquũtur de elect. Natta in conſ.501.nu.19.ſic qui liti renun
69 ciauit, poteſt reuocare renũciationē, † Aret.in l.poſtquam liti,col.fi.verſ.ſin autem nondum,C.de pact.vbi
Soci.nu.5.in 1.caſu,Dec.nu.7.& Curt.iun.nu.9. Ruin.
in conſ.164.nu.12.vol.5.& confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem, põt reuocari in alio ad alium finē
70 propoſito,† vt vult gl.in l.item poſſeſſor,C.qui potior.
in pignor.hab.quã ſequitur Aret. in conſ.96. col.2. &
dicit cõiter approbatam Curt.iun.qui loquitur in terminis noſtris,in d.conſ.41.nu.15.& reuocatio fieri po
71 teſt per hæredem confitentis,† l.non iccirco,C.de iur.
& facti ignor.Bal.in l.error,propè finem, C.eo.tit.Iaſ.
in l.ſiquis à filio,§.ſi quis plures,nu.6.ff.de leg.1.Ruin.
conſ.76.nu.15.vol.5.Cœph.in conſ.532. nu.23. & ſeq.
& in confeſſione feudi ponit Sola d.glo.1.nu.20.

Reſpõdetur quinto,eas confeſſiones eſſe erroneas,
& rem aliter ſe habere, qñ quidē Imperator nihil vnquam poſſedit in ſtatu Mantuano,& iam Excellentiſſimi antiqui Marchiones poſſidebant Luzariã, & alia
bona,qñ fuerunt inueſtiti, & ea prædia fuerũt ſemper
habita pro allodialibus, & de eis in iudicio iudicatũ
tanquam allodialibus, & nulla capta inueſtitura, vel
à D.Maximiliano,vel à D.Rodulpho poſt diuiſionem,
quo caſu,facto magis loquimur, quam verbis. Neuiz.
latè Silua Nupt.lib.6.nu.16.vbi autem conſtat confeſ
72 ſiones erroneas eſſe,non probant,† vt in terminis ponit Alex.in conſ.29.nu.14.vol.5. Curt.iun.in d.conſil.
41.nu.15. verſ.præterea conſtat, vbi errorem deducit
ex eo, quod vendita fuerunt tanquam libera, & dicit
Paris de Puteo,de feud.reintegr.c.23.nu.1. quod ſola
73 confeſſio non facit feudum,id,qđ eſt allodium.† idem
in c.73.nu.26.vbi allegat Iacob.de Ardiao. Ruin. cõſ.
108.nu.19.vol.2.Brun.d.cõſ.127. in 12.conſider. in fi.
Boſſ.in tit.de princ.nu.253.in fi.vbi ait fuiſſe iudicatũ
contra confeſſionē, qñ ex alijs conſtabat bona eſſe allodialia Cœph.in conſ.369.nu.143.Sola d.gl.1.nu.14.
vbi ait,ſic iudicaſſe Taurinenſe Collegium. Maſcard.
Concluſ.768.nu.11.& ſeq. Menoch.conſ.191.nu.59.&
62. & in facto tot concurrunt coniecturæ & probationes,quòd bona hæc ſint allodialia, quod neque confeſſio,neque aliæ coniecturæ contrariæ ſunt attendendæ.

Poſtremo, non opitulatur fama publica, & cõis omnium circumcolentium opinio,quia teſtes ad id recepti, non probant, præcipuè illi, qui fuerunt recepti &
poſiti ad partem, & qui nec hodie quoque reperiuntur redacti in acta, cum enim non ſint de actis, eis fides adhiberi non poteſt per Iudicem,qui iudicare tenetur ſecundum acta & probata,l.illicitas, ff.de offic.
præſid.& teſtes poſiti ad partē, habentur pro nõ exa-
74 minatis,† vt per Veſtr.in ſua Praxi,lib 6.cap.2.nu.24.
Præterea in recipiendis teſtibus prædictis nõ fuit ſernata forma præſcripta à Sereniſſimo Duce ſub die 24.
Maij 1589.& de qua in proceſſu fol.67.qua mandabatur,ꝙ antequam reciperentur, fieret teſtibus monitio
per alterum ex Dominis Delegatis, vt remoto omni
reſpe-

Digitized by Google

reſpectu, veritatem deponant,& ideo receptio eſt nul
75 la, quia actus forma non ſeruata corruit, † l. non dubium,C.de legibus.Bald. in l.executorem, C.de executio.rei iudic.dixi in conſil.186.nu.19.

Secundo reſpondetur, ꝙ teſtes illi circũſcriptis & prædictis defectibus, non deponunt concludenter de fama, nec reddunt aptam rationem, ideo nullam faciunt fidem,vt in terminis loquẽdo de feudalitate bonorum,voluit Alex. in conſ.136.nu.7.vol.3.Afflict.deciſ.277.nu.10.Boſſ.in d.tit.de Princip.nu.253. in fi. &
76 ad probandum famam,† quatuor principaliter requiruntur,Primum,ꝙ dicant teſtes famam extare, & aliquem nominent. Secundum,ꝙ ortum habuerit ab honeſtis perſonis,& teſtes exprimãt perſonas illas. Tertium,ꝙ teſtes ſint omni exceptione maiores. Quartũ, ꝙ etiã non interrogati rõnem reddant & cauſam ſuæ ſcientiæ:quæ omnia requiſita ego latè ſum proſecutus allegando multas authoritates,in conſ.135.nu.89.& ſeq.& in conſ.151.nu.75.& ſeq. ideo nõ repeto, addo, latè quoque agentem Menoch.in conſil.259.nu.26.& ſeq.vbi propriè loquitur in probando rem eſſe feudalem.& in conſ.409.nu.71.vbi ẽt tractat de feudo.Burſ. in conſ.10.nu.11.& in cõſ.46.nu.34.vbi etiam agit de feudo.Maſcard.in tract.prob.Concluſ.768.nu.6.& in concluſ.ſeq.nu.2.Petra in d.tract.q.12.nu.358.vbi loquitur de feudalibus,& latiſſimè loquendo in genere de famæ probatione,infinitos allegando, idem Petra, q.13.nu.108.vſque ad nu.140.in quibus locis latè ponunt, quomodo teneantur deponere teſtes vt famam concludenter probent.Et iſto caſu non ſufficit dicere, quòd ex quo excedunt numerum decennarium probant,ẽt ſi non deponant formiter, quia hoc dictum nõ poteſt ſubſiſtere, ex ijs quæ ponit Natta in conſil.473. num.15.& 22.& ſequitur Petra,d.quæſt.13.num.128.

Reſpondeo tertio, quòd ex pluribus inſtrumentis, & teſtibus cõſtat, hæc bona habita fuiſſe pro allodialibus & liberis,& pro talibus fuiſſe vendita & alienata,ideo ceſſat aſſerta fama,& non poteſt dici,quod nõ extat hominum memoria in contrarium, qñ ex inſtrumentis & teſtibus conſtat extare contrariã memoriã,
77 † ita pulchrè declarat Brun.in d.conſ.127.in 6.conſideratio.vbi allegat Ioan.Andr.Bald.Aluarot.Alex.& alios,& dicit Bal.in l.conuenticulam,nu.6. C. de Epiſcop.& cler.ꝙ fama vt ſit fama,non debet habere con
78 ditionem.† Afflict.deciſ.83.nu.7. alios citaui in conſ. 151.nu.79. ſed ſi extant inſtrumenta venditionum in contrarium, & teſtes qui contrarium affirmant, vtique illa opinio,ſeu fama non fuit ſine contradictione.

Quartò reſpõdeo,quòd etſi fama aliqualem faciat probationem,tñ in caſu noſtro pro allodio plures,fortiores,& veroſimiliores ſunt probationes,nedũ coniecturæ,ideo ceſſare debet cõiectura,quæ ex fama dedu
79 citur,quia ſicuti vna præſumptio tollit aliã,† l.diuus, ff.de reſtit. in integr.& plures vincunt vnã, Auth. itaque,C.commun.de ſucceſſ.dixi in cõſ.1.nu.60. ita vna probatio aliã elidit.DD.in l.admonẽdi, ff. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ vt obſtet,tria requiruntur,identitas, ſcilicet cauſæ, perſonarum, & rerum.*
2 *Rei iudicatæ exceptio vt obſtet,requiritur quod ſuper eo fuerit iudicatum, quod nunc venit in controuerſiam.*
3 *Sententia recipit declarationem ab ipſo iudice.*
4 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, quando poſt latam ſententiam ſuperuenit cauſa petendi.*
5 *Vſumfructũ totum petens, ſi ſuccumbat ex quo partem tantum habebat,non repellitur ſi deinde per ius accreſcẽdi petit partem quam prius non habebat.*
6 *Exceptio rei iudicatæ non oritur ex ſententia abſolutoria, contra num. 27.*
7 *Exceptionem rei iudicatæ in dubio non obſtare pronunciandum eſt.*
8 *Exceptio rei iudicatæ eſt litis finitæ, impedit litis conteſtationem, & opponitur non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum.*
9 *Exceptio rei iudicatæ obſtat vbicunque ſecundum iudicium venit ad reſciſſionem eius quod in primo eſt determinatum, & quando examinatur id quod iam fuit deciſum in primo.*
10 *Exceptio à principio oppoſita ſi reſeruetur in fine litis, operatur ea reſeruatio, vt omnia acta ſint retro nulla ſi appareat exceptionem eſſe veram.*
11 *Identitas perſonarum vera,vel interpretatiua ſufficit,vt obſtet exceptio rei iudicatæ.*
12 *Sententia, & ius illam exequendi, tranſit in hæredem, licet de eo non faciat mentionem.*
13 *Conſequens qui vult, cenſetur etiam velle omne antecedens neceſſarium, etiam in materia odioſa.*
14 *Sententia lata præſumitur eo modo, & ex cauſa ex qua ferri debebat.*
15 *Caſtro cum omnibus iuribus conceſſo, veniunt molendina, & prædia, quæ erant domini concedentis.*
16 *Sententia refertur ad cauſam quæ colligitur ex actis, & præſumitur lata ex cauſa deducta.*
17 *Teſtis vltro ſe offerens examini, eſt ſuſpectus.*
18 *Animũ alterius declarare non poteſt alter etiamſi ſit hæres.*
19 *Teſti varia, & contraria deponenti non creditur.*
20 *Iudicis dicto non eſt ſtandum, quando non eſt talis qui poſſit ſuam ſententiam declarare.*
21 *Actio aliud eſt, aliud cauſa agendi.*
22 *Exceptio rei iudicatæ obſtat quando actio eſt diuerſa, ſed idem eſt medium concludendi.*
23 *Cauſa reputatur immediata, quando ſine ea effectus ſequi non poteſt.*
24 *Dominium eſt immediata cauſa agendi in iudicijs realibus.*
25 *Cauſa non multum remota habetur pro immediata, & attenditur ac ſi eſſet proxima.*
26 *Cauſæ idẽtitas verè vel interpretatiuè ſufficit, vt obſtet exceptio rei iudicatæ.*
27. *Rei iudicatæ exceptio oritur ex ſententia abſolutoria.*

CONSILIVM CCCXII.

REi iudicatæ exceptio, quæ allegatur ab Illuſtriſs.D.Iſabella Gonzaga,contra Illuſtriſs. D. Proſperum Gonzagam,non videtur admittenda in præſenti iudicio, quia licet agatur de eiſdem bonis,tamen diuerſæ ſunt perſonæ,agitur enim nunc inter prædictos dominos,ſententia autem lata fuit inter Illuſtriſs. D.Maximilianum, & Rodulphum, atque ita variatæ ſunt perſonæ. Rurſus mutata eſt forma agendi, & iudicij ratio, quia primum D.Maximilianus dicebat bona hæc ad ſe ſpectare vigore paterni prælegati,nunc vero agit D.Proſper ex antiquis inueſtituris; vbi autem concurrit diuerſitas vel perſonarum,vel cauſæ, tunc rei iudicatæ exceptio non obſtat:quia tria ad exceptionis validitatem copulatiuè requiruntur, quorum vno deficiente, cor
1 ruit ipſa exceptio, † identitas ſcilicet cauſæ, perſonarum,& rerum,l.cum quæritur, cum duabus ſequentibus, ff.de exceptio. rei iudic. c.fin.vbi glo. Archidiac. Io.Andr.Gemin.& Franc.de except.in 6.Abb.in conſil.50.num.2.vol.1.Dec.conſ.96.col.1. in fi.conſil.445. num.43.conſil.464.num.6.& multos alios citat Port. Imol. in conſ.6.num.74.& conſ.102.num.21.

Secũdo,quia vt exceptio rei iudicatæ obſtare dicatur,

tur,

tur, debet concludere de neceſsitate quod ſuper eo fue
rit iudicatum quod nũc in controuerſiam venit, aliàs
2 non impedit præſentis iudicij progreſſũ, † l. ſi inter te
& me, ff. de excep. rei iud. l. qđ in diem, §. ſi ratione, vbi
Caſtr. ff. de compenſ. Corn. conſ. 62. col. 3. verſ. ſed veri-
tas, vol. 4. at ex d. ſententia, imò ex proceſsu antiquo
non liquet fuiſse declaratum, quod bona hæc eſsẽt al-
lodialia, fuit. n. tantummodo dictum, quod erant diui
denda inter prædictos dominos fratres Maximilianũ
& Rodulphum, idque fundari potuit alijs rationibus
quam eſsent allodialia, & ea præcipue, quod non per-
tinerent ad Caſtrum & locum Luzariæ, cum tamẽ præ-
legatum ſolum loqueretur de Caſtro illo & pertinen-
tijs. Confirmatur autem ſententia hæc, quia aliqui ex
iudicibus qui illam tulerunt ſnĩam, teſtantur ſe nõ ea
ratione motos quod bona non eſsent feudalia q̃ atte-
3 ſtatio probare videtur, vt † late per Alex. conſ. 192. nu.
15. vol. 6. Soc. iun. conſ. 181. nu. 81. vol. 2. Cum igitur de
feudalitate nihil ſit expreſse dictum in ſententia, non
poteſt allegari quod ſuper ea fuerit iudicatum.

Tertio quando cauſa petẽdi ſuperuenit poſt latam
ſnĩam, tunc non dicitur eadem ſed diuerſa, & cõſequẽ
4 ter rei iudicatæ exceptio non obſiſtit, † l. ſi mater, §. eã-
dem, & ibi Bar. & alij, ff. de except. rei iud. Aret. in §. itẽ
ſi, nu. 29. in fine, Inſtitut. de except. agit autem Domi-
nus Proſper ex cauſa quæ poſt ſententiam orta eſt, i.
per mortem Domini Federici ſeu etiam Domini Alui
ſij ſine filijs, per quam feudum eſt ſibi tanquam pro-
ximiori apertum & delatum ex ſerie inueſtiturarum.

Quarto, quia vt exceptioni prædictæ locus ſit, non
ſufficit eãdem eſse agendi cauſam, niſi ſit ẽt immedia-
te eadem, nec ſufficit, qđ identitas proueniat mediãte
aliquo, vt probatur in l. & an eandem, §. quæ cũ partẽ,
ff. de except. rei iud. vbi qui petendo totum vſumfru-
ctum ſuccubuit, ex quo partem tm̃ habebat, non repel
litur ſi deinde per ius accreſcendi petit partem quam
5 prius non habebat. † Et ibi hoc notat glo. in 1. ſolut. &
ſequitur Raph. & dicit ſingulare Aret. in d. §. item ſi, n.
27. ver. addas tu quod hoc in tantum. Berتr. conſ. 1. nu.
67. vol. 1. Blanc. in tract. de comprom. in 4. q. princ. in
2. par. nu. 16. folio mihi 384. Cum ergo proxima cauſa
agendi in priori iudicio non eſset feudalitas, ſed præ-
legatum a patre factum, non poteſt affirmari qđ nunc
eadem ſit cauſa agendi, ex quo principaliter, & imme
diate iudiciũ ſuper feudalitate fundatur, & nihil om-
nino deducitur quod prælegatum illud concernat.

Quinto, prima ſnĩa fuit abſolutoria, cum. n. D. Maxi-
milianus peteret Caſtrum & poſſeſſiones ſeu Curias;
ſuccubuit curiarum reſpectu, licet obtinuerit reſpectu
Caſtri, at ex ſententia abſolutoria non oritur exceptio
6 rei iudicatæ, † quia ex ea non bene infertur, qđ quis ſit
declaratus dominus, potuit. n. abſolui alia ratione vel
cauſa, puta, quia non probauerit, vel quia nõ bene ege
rit. ita Soc. in conſ. 255. nu. 4. vol. 2. & facit, quia ſenten
tia eſt ſtricti iuris, ex eaque nõ licet arguere niſi inq̃tũ
verba de neceſſitate inferunt, vt in propoſito loquẽdo
de hac exceptione dicit Cepol. conſ. 57. nu. 5. inter ciui
lia. Dec. conſi. 43. nu. 4. conſ. 445. nu. 38. Curt. iun. conſi.
74. nu. 11. Soc. iun. in conſi. 182. nu. 31. in 2. volum.

Sexto & vltimo, vbi res ſit dubia, pronunciandũ eſt
7 exceptionem non obſtare, † vt per Soc. iun. conſil. 181.
nu. 85. vol. 2. conſi. 58. nu. 19. vol. 4. Dec. conſ. 445. num.
44. Crau. conſ. 900. in fine, Burſat. conſ. 305. nu. 6.

Hæc plurimum quidem prima facie vrgere vidẽtur,
ſed eis minime obſtantibus arbitror D. Proſperum re
8 pelli exceptione rei iudicatæ, quæ eſt litis † finitæ. Bar.
in l. nam & poſtea, in princ. nu. 5. ff. de iureiur. in l. fra-
tris, C. de tranſact. Soc. in c. 1. in 7. princ. q. in 1. except.
extra de lit. conteſt. Dec. in conſ. 437. nu. 21. & impedit
litis conteſtationem, l. 1. ff. de re iud. & opponitur non
ſolum ad merita, ſed ẽt ad proceſſum. Bar. in l. 1. & 2. ff.
de iureiur. Bald. in l. poſtquam liti, C. de pact. Alex. d. l.
nam & poſtea, in princ. Bero. in conſ. 108. nu. 8. vol. 3. at
vbicunque ſcđm iudicium venit ad reſciſionẽ eius qđ
in primo eſt determinatum, obſtat exceptio rei iudica
tæ. Ang. in l. cum quæritur, ff. de excep. rei iud. ſicuti ẽt
quando in ſecundo iudicio examinatur id, quod iam
9 fuit deciſum in primo. † Bart. in l. ſi quis cum totum, §.
fi. & in l. & an eandem, §. 1. ff. de excep. rei iud. & in l. 2.
§. 1. verſ. tñ pro declaratione, ff. de vi bono. raptor. Cin.
Bald. Albet. Curt. & Rimin. quos omnes citat & ſequi-
tur Rimin. in conſ. 413. nu. 8. & licet nunc ſimus in fine
litis, tñ exceptio hæc fuit ante eius conteſtatiõnẽ oppo
ſita & reſeruata ad hunc locũ diſcutienda, ideo nunc
omnia retroacta ſunt declaranda nulla, ex ſnĩa Bar. in
l. ille a quo, §. ſi de teſtamento, ff. ad Trebell. vbi ait, qđ
vbi exceptio oppoſita in princ. reſeruatur in fine litis,
operatur ea reſeruatio vt omnia acta ſint retro nulla,
10 ſi appareat exceptionẽ eſſe veram. † idem Bar. in l p̃-
tor, §. 1. ff. de dam. infecto, & dicit Caſtr. in l. ait prætor,
in prin. ff. de iureiur. hoc eſſe menti tenendũ, idẽ voluit
ibi, Sal. & Iaſ. qui alios citat, nu. 24. ſed ante eos voluit
gl. in c. cũ contingat, de offic. deleg. vbi not. Butr. idem
voluit Ang. in §. præterea, Inſtit. de actio. vbi Iaſ. n. 59.
vbi gl. illã dicit ſingularẽ, & notandã in practica. Mar-
ſil. in ſing. 198. & ſing. 365. Caroc. c. cũ quid, in penult.
quæſi. de reg. iur. in 6. reſeruatio. n. operatur conſerua-
tiuum effectum actus quoad omnia, perinde, ac ſi ſuo
tẽpore factus eſſet, l. item Labeo, §. 1. vbi gl. ff. fam. her-
ciſcun. Bald. in l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ.

Quod autem exceptio rei iudicatæ obſtet, hoc mo-
do deducitur in primo iudicio Trident. & ſucceſſiuè
Patauij agitato, D. Maximilianus agebat ad hæc bo-
na, eo qđ eſſent feudalia, & de pertinentijs Caſtri Lu-
zariæ, & conſequenter incluſa in prælegato facto per
D. Io. Franciſcum patrem, vt deprehenditur ex libel-
lo, capitulis, actis, motiuis, & reſolutionibus, & latius
deducit excellens D. Manẽtus aduocatus cauſæ; Con
tra vero D. Rodulphus dicebat bona eſſe allodialia,
& cõſequenter diuerſæ naturæ à Caſtro & loco Luza-
riæ, ideoq. legato non cõprehendi, ſed diuidenda eſſe
inter filios cohæredes: lata aũt fuit ſnĩa per quam di-
ctum eſt bona hæc diuidenda eſſe inter ipſos dd. fra-
tres, hæc ſententia virtualiter & per neceſſarium an-
tecedẽs determinat bona nõ eſſe feudalia, propterea
ſi nunc denuo cognoſcendum eſſet de feudalitate, ſine
dubio rem actam ageremus, & in controuerſiam ve-
niret id, quod vſque tũc fuit deciſum, & ſi iudicaretur
ea eſſe feudalia, reſcinderetur, quod fuit tum determi
natum; quia ergo præſens iudicium contradicit ſnĩæ
in alio latæ, rei iudicatæ obſtat exceptio quod vt aper
tius oſtendatur, ad cõtrariorum reſolutionem deue-
niendum, quibus ſublatis res erit ſine difficultate.

Non obſtat igitur perſonarũ diuerſitas, inter quas
nunc iudicium agitatur, quia pro eiſdẽ habendæ ſunt,
cum eis quæ tunc contendebant: Dñs enim Proſper
nũc actor, filius eſt & hæres D. Maximiliani tunc agen
tis, & Domina Iſabella nunc conuenta, hæres eſt D.
Rodulphi ſui proaui tunc cõuenti, hæres autem & de-
functus habentur pro vna & eadem perſona, §. 1. in
Authent. de iureiur. à morient. præſtito, ſufficit autem
11 perſonarum identitas vera, vel interpretatiua. † ita
Aret. in d. §. item ſi, num. 27. vbi ait, quod exceptio ob-
ſtat vniuerſali ſucceſſori, & ante eum gloſ. in l. & an
eãdem, in princ. in ver. perſonarum, in princ. ff. de ex-
ceptio. rei iudic. vbi dicit, quod afficit etiam vniuerſa-
les ſucceſſores actoris, & rei, ſequitur Dec. in cõſ. 445.
num. 23. num. 29. ver. ſecundo ad illud, & nu. 43. Socin.
iun.

iun. in conſ. 181. nu. 84. vol. 2. & ratio eſt, quia ſnīa & ius
illā exequendi tranſit in hæredē, licet de eo non faciat
12 mentionem. † Bar. in l. creditores, col. 6. ver. qd in ſuc-
ceſſore vniuerſali, C. de pignor. Pariſ. conſi. 29. nu. 22.
vol. 1. Rim. conſ. 726. nu. 9. quinimò ſufficit quod ſit p-
ſona repræſentans condemnatum, vt eſt pater qui hēt
filium in poteſtate, vt per Aret. loco prædicto num. 29.
verſi. ſecundo principaliter, circa iſtas perſonas.

Non etiam fuit variata cauſa agendi, licet tunc iudi
cium eſſet fundatum ſuper prælegato paterno, nūc au
tem ſolū ſuper antiquis inueſtituris, quia licet tūc age
retur ex prælegato, tñ ſimul etiam dicebatur bona hęc
eſſe feudalia, nec agi poterat ad hæc bona ex prælega-
to, niſi ēt ſupponeretur feudalia, quia prælegatum fa-
ctum erat ſolum de feudalibus. i. de Caſtro Luzatię cū
iuribus ad Caſtrum ſpectantibus, & pertinentibus, id
petendo hæc bona ex prælegato, deducebat per ante-
cedens neceſſariū bona eſſe feudalia, & qui conſeqnēs
13 vult, cenſetur ēt velle omne antecedens † neceſſariū, l.
ad rem mobilem, ff. de procur. l. illud. ff. de acq. hæred.
l. legatis, ff. de alim. legat. & procedit ēt in materia ſtri
cta, & odioſa, gl. in c. fin. de fil. presb. in 6. Butr. Abb. &
alij, in c. cum in cunctis, de elect. plures citat Caroc. in
c. cum quid, p. 2. ampl. 1. num. 4. de reg. iur. in 6. ideo qui
agit rei vendicatione, vel petitione hæreditatis, vr̄ etiā
petere q̄ declaretur hæres vel dñs. Bar. in l. ex diuerſo,
ff. de rei vend. Alex. in conſ. 177. col. fin. vol. 5. & multa
ſimilia congerit Caroc. d. p. 2. in 4. quæſito, per totum,
vbi ſuſtinet, quod in libellis, qui agit ad vnum, vr̄ age-
re ad id, quod eſt neceſſarium pro illius conſecutione:
petendo igitur D. Maximilianus hæc bona tanq̄ præ-
legato incluſa, videtur ſine dubio petijſſe declarari qđ
eſſent feudalia, poſtquam pręlegatum ſola continebat
feudalia, nec poterat referri ad allodialia; ſic ſentētia
ſuper vno lata cenſetur etiam lata ſuper eo quod ex
neceſſitate, antecedebat, vt ſi quis petebat veniam agē
di, & iudex citationem concedat, videtur cōceſſiſſe ve-
niam. Aret. in conſil. 117. & qñ concedit præceptum de
ſoluendo cenſetur prius cōdemnaſſe. Alex. in l. in ſum-
ma, ff. de re iud. & dicendo exceptionem pacti de non
petendo oppoſitam, non obſtare petitioni factę de de-
cem, videtur condemnare in decem. Butr. & Imola, in
c. inter vos, de conſuet. Caroc. loco prædicto in penult.
quæſito. Cum itaq; agi non poſſet ex prælegato ad hęc
bona, niſi eſſent feudalia, & declaratum fuerit in ſen-
tentia, bona hæc non venire in prælegato, cenſetur etiā
per antecedens neceſſarium iudicatum, bona hæc non
fuiſſe feudalia, vt dicam latius in ſubſequentibus.

Non aduerſatur pariter, quod res iudicata non ob-
ſtet niſi ex priori ſententia inferatur neceſſario fuiſſe
de eo iudicatū, ſuper quo nunc pendet iudicium: at po
tuiſſe alia ratione iudices Trid. & Patau. declaraſſe,
quod bona hæc diuiderentur, q̄ quod eſſent feudalia,
vt quia non pertinerēt ad Caſtrum Luzatiæ, ad hoc. n.
in quo meo iudicio pondus totius controuerſiæ conſi-
ſtit, reſponſum eſt in præcedentibus. nūc autem latius
reſpondetur. quod imo nulla alia ratione moti ſunt iu
dices, niſi ea, quod bona minime eſſent feudalia, idque
ex eo demonſtratur, quod ſententia lata præſumitur
14 eo modo quo de iure ferri debet. † Bar. in l. ſi fundus,
§. in vendicatione, ff. de pignor. Cępol. conſi. ciuil. 57. n.
5. & ex cauſa ex qua ferri debebat, l. ſi quis ad exhiben
dum, ff. de except. rei iud. Caſtr. conſ. 136. col. fin. vol. 1.
Crau. conſi. 23. nu. 2. at non alia quam prædicta ratio-
ne poterat excludi D. Maximilianus, ſicuti non alia ra
tione quā feudalitatis poterat obtinere, ergo eam ip-
ſam cauſam conſideratam fuiſſe credere debemus, qđ
autem ex alia cauſa non deberet ferri ſententia, pro-
batur: quia ſi bona fuiſſent feudalia, per neceſſarium
conſequens continebantur in prælegato facto de Ca-
ſtro, cum pertinentijs, quia omnia fuiſſent ſub eadem
inueſtitura Luzatiæ cōprehenſa, quæ erat facta de Ca-
ſtro cū pertinentijs, vt probat in terminis dicti feudi,
Bero. in conſi. 51. nu. 4. & ſeq. vol. 2. vbi conceſſo Caſtro
cum omnibus iuribus, veniunt molendina, & prædia q̄
15 erant dñi concedentis, † & cum eo ſimpliciter tranſit
Pariſ. conſil. 186. in fine, vol. 1. latius autem Burſat. in
conſ. 2. nu. 49. 52. & ſeq. vbi conſiderat primam inueſti
turam cōtinere curiam, & prædia omnia ruſtica, & eo-
dem mō loqui confirmationes & priuilegia. & conſi. 3.
nu. 47. verſi. 5. & nu. ſeq. Rimin. conſil. 19. nu. 70. & ſeq.
quam opinionem quando prædia erant concedentis,
ego quoq; ſecutus ſum, in conſi. 151. nu. 64. & 66. Men.
qui ſcripſit in eodem facto, conſi. 395. nu. 23. & 72. quia
tunc venit quidquid concedens habebat in eo loco.

Demōſtratur hoc & alia ratione ſententia refertur
ad cauſam, quæ colligitur ex actis, ſecundum Bart. in l.
Iul. verum debitorem, col. 4. verſic. prædicta vera, ff. de
condict. indeb. & ſententia ſemper præſumitur lata ex
16 cauſa deducta. † Bal. in l. fin. verſi. & ſcđm hoc, C. de ſu-
ſpect. tut. & in terminis ad dignoſcēdum an exceptio
rei iudicatæ obſtet, quando ſententia nō continet cau
ſam expreſſam, dicit glo. in l. ſi quis ad exhibendum, ff.
de except. rei iud. quòd præſumitur lata ex cauſa, quæ
apparet in actis, & ibi ſequitur Bart. dicēs, quod ea gl.
eſt ad multa argumentabilis, quia ſententia refertur
ad acta, & in propoſito cum ea tranſit Butr. iun. conſil.
74. nu. 11. vbi hoc conſiderat ad euitandum exceptionē
rei iudicatæ, Soc. iun. conſi. 181. nu. 79. vol. 2. & eſt regu
lare, quod exceptio rei iudicatæ ſemper oritur ex ſen-
tentia, quoad ea quæ ſunt proſecuta, vt late per Soc. in
conſ. 18. nu. 43. & 45. vol. 1. vbi late agit ad demonſtrā-
dum id verum eſſe, etiam quando actio propoſita po-
terat plures cauſas includere, in facto autem noſtro id
ſolum quoad hæc prædia faciebat negocium, quod, ſ.
erant allodialia, non feudalia, & hoc ſolo fundamēto
nitebatur D. Rodulph. contra vero D. Maximilianus
excipiebat eſſe feudalia, ad hūc finem productæ fuere
inueſtituræ, data vtrinq; contraria capitula, circa feu-
dalitatē & allodialitatem, ſuper eadem iſta qualitate
data motiua, a iudicibus factæ reſolutiones, & cōſilia
inſignium Doctorum, quæ omnia videri poſſunt, vt cō-
ſiderat in propoſito Soc. iun. d. conſ. 181. nu. 79. Cū igi-
tur iudex de eo debeat iudicare de quo cognouit, l. de
qua re, ff. de iud. ſententiam intelligere debemus latā
ſuper eo de quo fuerat cognitum, præcipue cum in con
ſilijs editis ſuper ea cauſa, & impreſſis, nihil aliud re-
ſpectu prædiorum legatur deductū, præter ipſam feu-
dalitatem ab vna parte, & allodialitatem ab altera.

Rurſus in ea lite teſtamentum paternum erat fun-
datum ſuper Imperiali priuilegio, concedente faculta
tem diſponendi, quod tamen erat reſtrictum ad bona
feudalia, vt per Alciat. in conſi. 181. nu. 2. & Socin. iun.
conſi. 160. nu. 17. vol. 2. ergo non poterat ex alia cauſa
iudicari hæc bona eſſe diuidenda, niſi quia non eſſent
feudalia, & conſequenter non incluſa prælegato facto
vigore dicti priuilegij limitati ad feudalia.

Ex his poſſet eſſe ſatisfactū atteſtationibus aliquo-
rum ex iudicibus, qui eam cauſam cognouerīt, in qui-
bus cōtineri dicitur iudices non motos rōne prædicta,
ſed alia ad iudicandum; Sed aliter etiam reſpondeo,
primo, quod illæ atteſtationes ſunt priuatæ ſcripturæ,
nec probatur eas proueniſſe ab ijs de q̄bus loquūtur,
carent. n. ſolemnitatibus & illi non ſunt veri teſtes pro
ducti vel recepti, nec iurarunt & ſe ſuſpectos reddunt,
quando ſine iuſſu iudicis ſic atteſtantur, & de eis dici
poſſet quod de teſtibus qui nō citati ſed vltro, & ſpon-
17 te examini ſe offerunt, † l. ſi quando, C. de teſtibus, c. 2,

extra eod.Crot.de teſtib.par.7.nu.245. vbi latè Mon-
cad. Rñdeo ſecundo,quod tũc ſtatur dicto iudicis de-
clarantis ex qua cauſa motus fuerit, qñ res eſt ambi-
gua,& ita loquuntur oẽs; nã in claris non eſt opus de-
claratione,l.continuus,ff.de verb.oblig.ſed in ea cau-
ſa certum eſt ex prædictis,quæ cauſa mouerit iudices,
quia petitio,exceptio,capitula, probationes,motiua,
conſilia,& reſolutiones eorum, rem clarã cõſtituunt,
& dicuntur ideo motiua,quia iudicantiũ animos mo-
uent.Tertio rñdetur,quod non omnes,ſed aliqui tan-
tum ex iudicibus dñtur atteſtati, qui ideo potuerunt
quidem de ſeipſis atteſtati, ſed de aliorum ſenſu & co
gitatione minimè, vnus enim non pót alterius animũ
18 declarare,etiam ſi illius ſit hæres, † gl.in l.idem Pom
ponius,§.fi.vbi Bart.Bald.& Angel. ff.de rei vend.dixi
conſ.281.nu.31. & prædictis ſic atteſtantibus creden-
dum nõ eſt, poſtquam eorum ſimul & aliorum omniũ
iudicum leguntur contraria motiua, omnium conſen
ſu tradita partibus & obijci ijs pót, quod teſti varia,
19 & contraria deponenti, † l.qui ſalſa,aut varia,ff.de te
ſtib.& de Doctore contrario, Alexan.conſ.185.nu.32.
vol.2.Iaſ.conſ.89.col.pen.ver.2.vol.2. Rñderi etiã po-
teſt quarto, qđ non eſt ſtandum dicto Iudicis, qñ non
20 eſt talis qui poſſit ſuam ſñiam declarare. † ideſt non
habet merum & mixtum imperium. Imola in l.ſi is ad
quẽ,in fi.ff.de acquir.hæred.ſequitur Alex.conſil.192.
col.fi.verſ.accedit id, ꝙ notat.vol.6. at illi domini Iu-
dices ſubdelegati à D.Cardinali Tridentino,non ha-
bebant merum & mixtum imperium, ſed ſimplicẽ no
tionem eius cauſæ,ergo non potuerunt declarare. Fa-
cit quod dicimus delegatum poſt latam ſñiam nõ poſ
ſe corrigere,emẽdare,aut mutare, l.iudex poſteaquã,
ff.de re iud. cum multis apud Vant. in titul. de nullit.
ex defectu iuriſdictio. ordinar. nume.114. in princip.

Parum etiam turbat quod cauſa petẽdi ſuperuene-
rit Dño Proſpero de nouo,ideſt, per mortem dñorum
Aluiſij & Federici, quæ ſucceſſit longè poſt rem iudi-
catam,ideo dicatur diuerſa non eadem cauſa.Rñdeo,
etenim,quod ius & cauſa agendi ſi non cõpetebat tpe
inchoati antiqui iudicij, non potuit ẽt nunc cõpetere,
nam hæc bona non fuerunt effecta feudalia poſt ſen-
tentias prędictas,ideo licet ſi eſſent feudalia poſſet di
ci per mortem dictorum dñorum ſuperueniſſe ius D.
Proſpero, tñ cum declaratum fuerit ea nõ eſſe feuda-
lia,mors eorũ nihil iuris potuit nouiter afferre.Scien-
dum eſt autem, non actionis, ſed cauſæ agendi narra-
tionem requiri,& non obſtat res iudicata. & aliud eſt
21 actio, aliud agendi cauſa, † l.tutor, ff.de fideiuſſor. &
poſt Ang.& Alex. dicit Dec. in l.ſi idem cum eodẽ, in
princ.nu.15.ff.de iuriſd.omn. iud. id quod deprehen-
ditur ẽt ex verbis Baldi in l.ſi prius, col.6. in 5.oppoſ.
2.par.ff.de oper.noui nunciat. vbi cauſam agendi ap-
pellat medium concludendi. Sequitur alios citãs Iaſ.
in §.omnium, nu.114. Inſtit. de act. ideo quãuis actio
nunc propoſita, quæ fundatur ſuper inueſtitura, ſit di
uerſa, medium tñ concludẽdi, ꝙ in feudalitate bono-
rum conſiſtit,eſt illud ipſum, ꝙ in alia cauſa fuit dedu
ctum,& ppea res iudicata obſtat qñ actio eſt diuerſa,
22 ſed idem eſt mediũ concludendi, † vt probatur in l.ſi
mater,§.eandem,ff.de excep.rei iud. & ibi Bar.decla-
rat, dum ait, ꝙ ſi ex dominio actũ eſt, obſtat exceptio
ſi idem deducatur dominium in nouo iudicio, ſecus ſi
dominiũ ſuperuenit qđ primo non cõpetebat, & text.
in d.§.eandem,loquitur, qñ noua cauſa dominium tri
buit,hic vero mors Dñorum Aluiſij & Federici nõ tri-
buit dominium ſi bona prius non erant feudalia, idẽ
probat text.in l.& an eandem,§.qui cum partẽ, ff.eod.
cum ergo cauſa agendi ſit eadẽ, & vtroque in iudicio
fundetur ſuper feudalitate bonorum, obſtabit exce-
ptio licet actio fuerit variata,& optimè facit glo.1. &
glo.fi.in d.l.& an eandem,§.actiones.

Remouetur & aliud, quod ſcilicet cauſa debeat eſ-
ſe proxima & immediata,in facto aũt feudalitas ſit re
mota cauſa, ius vero ſuccedẽdi ex inueſtituris ſit pro-
xima,quia reſpõdeo, imò feudalitatẽ ipſam dici pro-
ximã & immediatã cauſam,vtpotè ſine qua nulla da-
ri poſſit actio,ſiue agatur ex inueſtitura, ſiue ex præle-
gato,Bart.in l.1.in vlt.oppoſ.ff.de conſtit. princ vbi di
cit haberi cauſam pro immediata, qñ ſine ea effectus
23 ſequi non pót. † Bald.in c.cum oẽs,col.6.de conſtitut.
Tiraq.in tract.ceſſan.cau.limit.20.nu.18.diai in conſ.
196.nu.14. & in iudicijs realibus ſemper immediata
24 cauſa agendi eſt dominiũ,† gl.in l.1.in princ.vbi eam
ſequuntur Bart.Ang.& alij oẽs, ff.de eden. vbi Iaſ.nu.
42.idem Iaſ.d.§.omnium,nu.120.dominium aũt com
petere nõ pót ſine feudalitate,ergo feudalitas dř pro
xima & immediata cauſa.Rñdetur etiam,qđ vbi cau-
ſa eſſet remota,ſed non multum,tunc hř pro immedia
25 ta, & attenditur, ac ſi eſſet proxima. † Bart.in l.vxori,
quis,ff.de aur.& arg.leg.& plures alij apud Tiraq. lo-
co præcitato,nu.16.& 18.Caroc.d.c.cum quid. par.1.
ampl.3.nu.5. & ſeq.quæ autẽ de mediata cauſa in con
trarium dici poſſunt, procedunt, qñ ea non producit
dominium,exemplum eſt, qñ legatarius partis qui tñ
ſuccubuerat, quia petierat totum ex legato ſibi facto
de parte,agit poſtea ad aliã partem,per ius accreſcen
di,is enim nõ dř agere ex eadẽ cauſa immediatè,quia
ſolum legatum ſine repudiatione nõ producebat ius,
& cauſam agendi ad partẽ,quæ non fuerat relicta,ſed
in caſu noſtro res aliter ſe habet,quia ſola inueſtitura
cum morte vaſſallorum nõ tribuit ius agnatis, niſi bo
na ſint feudalia,& cõſequenter incluſa in inueſtitura,
ergo feudalitas ipſa nõ pót dici remota, ſed proxima
cauſa vtpotè,ſine qua nulla actio pót competere, atq;
ita argumentum retorquetur. & ideo bene dixit Bar.
in l.& an eandem,§.1.qđ identitas rerũ, perſonarũ,&
cauſæ cõcurrere dẽt verè vel ẽt interpretatiuè:nã cum
agat nunc D.Proſper ex iure, quod ẽt tunc contende-
bat ſibi cõpetere, negare non pót,quin ſaltẽ interpre-
26 tatiuè eadẽ ſit cauſa,† vt pulchrè gl.1. & gl.vlt.in d.§.
actiones, & qđ ſufficiat identitatẽ interpretatiuè con
uenire Bart.in d.l.& an eãdem, in prin.& in §.1.vbi di
cit ſufficere,qđ tria illa requiſita interueniãt verè,vel
interpretatiuè.Aret.in d.§.item ſi,nu.27.verſ.& prędi
cta requiruntur,Soc.conſ.18.nu.44.vol.1. & ideo dici-
mus,ꝙ etſi agatur diuerſa actionis forma,tñ exceptio
obſtat ſi agatur,ex eadem originali cauſa, l.de eadem
re,ff.de excep.rei iud.Aret.d.§.itẽ ſi, nu.27. poſt med.
verſ.& etiam aduertas,& nu.29.in fi. ver.& aduertas.

Et non eſt verum quod ex ſñia abſolutoria nõ oria-
27 tur exceptio rei iudicatæ,† eſt enim tex.in cõtrarium,
in l.ſi mater,§.eandem,vbi Bart.ff.de excep. rei iudic.
in l.ſi quis ad exhibẽdum,vbi Bart.not. ff.eo. Aret.d.§.
item ſi,nu.27. & rurſus verſ. ſed quid ſi ſit negatiua in
ſingulari,& nu.29.verſ.3.principaliter.Dec.conſ.445.
nu.45.quod aũt fuit allegatum in contrarium,proce-
dit, qñ ex actis vel aliunde non apparet ex qua cauſa
fuerit lata, vel quãdo potuit ex alia cauſa ferri, quam
ex ea quę nunc in iudicio deducitur,Menoch.de adip.
poſſeſſ.rem.1.nu.112. & de retinen. remed.3. nu.690.
ſed quando conſtat de cauſa quæ mouit iudicantem,
tunc ſiue ſit abſolutoria, ſiue condemnatoria, ſemper
parit exceptionem rei iudicatæ, addo quòd hæc ſen-
tentia non fuit abſolutoria, ſed condemnatoria.

Nec dici poteſt rem eſſe dubiam,quia ex prædictis
ſatis conſtat,partẽ egiſſe ad hæc bona, quia ſuppone-
ret ea eſſe feudalia, & iudices de ipſa feudalitate ple-
nè cognouiſſe,& ex ea iudicaſſe, qđ diuiderẽtur inter
domi-

Digitized by Google

dominos fratres prædictos, nec alia cauſa etiã nunc allegari põt, quæ potuerit Dominos Iudices mouere.

SVMMARIVM.

1 Callectiuo nomine vbi eſt ſacta conceſſio, veniunt futuræ acceſſiones, & augmenta.
2 Temporis præſentis verba ia contractibus noa trahuntur ad ſutura.
3 Immuuitas conceſſa Caſtro, & eius villis, reſtringitur ad tunc extantes, uec veniunt villæ poſtea ſacta.
4 Priuilegum conceſſum à ciuitate Regienſe ciuibus Parmenſibas, aon prodeſt ijs qui poſtea ad ciuilicatem Parmæ ex priuilegia aſſumpti ſunt.
5 Ciuium nomen illis conuenit qui poſtea ſunt ereati.
6 Ciues ex priuilegio ſunt verè & propriè ciues.
7 Propriè aliquid ſignificatur duobus modis, largè, & ſtrictè.
8 Genus ſignificat confuſius, ſpecies autem certius.
9 Ciuis appellatio ſtrictè, & ſecundum ſpeciem ſumpto vocabulo ſalos denotat originarios.
10 Ciuis eſt nomen generis, plures ſub ſe continens ſpecies.
11 Repreſaliæ conceſſæ contra ciues Peruſinos, afficiunt ſolum originarios, non autem ereatos ex priuilegio.
12 Verba intelligi debent naturaliter non ciuiliter.
13 Verbũ duplex habet ſigaificatũ, largum, ſcilicet & ſtrictũ, capiendũ eſt iu ſtricto vbi materia eſt ſtrictè interpretãda.
14 Laudum ſtrictè debet interpretari.
15 Contractus ſtrictiſſimè eſt interpretandus.
16 Immunitatis iu materia ſit ſtricta interpretatio.
17 Ciuis uomen reſtringitur ad originarium quãdo materia eſt ſtrictè interpretanda.
18 Filij appellatio in dubia refertur ad eum, qui naturaliter eſt filius, non ad adoptiuum.
19 Immunitatis conceſſio reciproca, grauat vbi adeſt inæqualites.
20 Verba ſententiæ & alterius diſpoſitionis alioquia ſtrictè interpretanda, generaliter intelliguntur quãdo adiecta ſunt voces vniuerſales.
21 Vniuerſitas dicitur feciſſe, quando legitar qaod omnes tale quid fecerunt.
22 Copula ponitur inter diuerſa.
23 Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli.
24 Copulatiuæ pars vna aliam declarat.
25 Diſpoſitio etiam vniuerſalis concepta per verba præſentis temporis, non extenditur ad futara.
26 Superfluum non dicitur id, quod in aliquo operatur, licet in omnibus non operetur.
27 Iuramentum vnum ſupplet defectum, non plures.
28 Clauſula, Ex certa ſcientia, non ſupplet plures defectus.
29 Exceptio de eo, quod in regula non cantinetur, eam extendit ad caſus ſimiles expreſſis, aliàs ſecus, & quæ ſit ratia diuerſitatis.
30 Comitatus ſunt verè & propriè ciues.
31 Argumentum à minori noa procedit qaando id quod minus eſt, aon continetur in eo, quod plus eſt.
32 Conſuetudinem allegans, tenetur probare ſpecialiter ia caſu controuerſa.
33 Obſeruantia vbi eſt difformis, ſuper ea aon poteſt fieri fundamentum.
34 Tranſactio ſui natura eſt ſtricti iuris.
35 Confirmans actum validum, non dicitur de nouo facere, ſecus ſi uon confirmetur actus nullus.
36 Laudum vt per ratificationem ſuſtineatur tanquam tranſactio, requiritur ſimultaneus approbantium cunſenſus.
37 Collectiuum nomen illud dicitur, quod in ſuo ſingulari continet plura corpora.
38 Familiares recepti poſt priuilegium, aa includantur in conceſſioae facta pro ſe, & familiaribus.
39 Copulatiua requirit concurſum copalatoram.
40 Dictis, dictio eſt relatiua, & repetitiua præcedentium.
41 Relationis natura eſt repetere omnes qualitates.
42 Copulaturum concurſus requiritur in materia ſtricti iuris.
43 Doctoris deciſio etiam ſine lege loquentis, plurimum valet, & quando uon habet contradicentem dicitur caſus legis.
44 Legatum eſt ſauorabile, & latam recipit interpretationem.
45 Gabella licet ſit odioſa, tamen quãdo eſt debita, ſi alicui concedatur immunitas, talis conceſſio ſtrictè interpretari dẽt.
46 Statutum loquens de debitoribus ceſſantibus, & fugitiuis, non habet locum, niſi vtraque conueniat qualitas.
47 Copula nullam habet particularem naturam, ſed ſecundum factorum cantingentias diuerſas habet proprietates.
48 Vt ſupra, dictio eſt relatiua præcedentium, & inducit repetitionem omnium qualitatum.
49 Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.
50 Relatum attenditur ſi referens aliter loquatur quã relatum.
51 Præſumptio vna cedit multis, & fortior vincit debiliorem.
52 Præcedentia declarant ſequentia.
53 Cauſas plures non neceſſarias deducens, ſufficit quod vnam probet.
54 Copulatiua reſolaitur in alternatiuam, quando conſtat de coniectura voluntatis.
55 Ciuis qui noa ſubit onera, non gaudet priuilegio ciuium.
56 Ciuilitatem acceptaas cenſetur ſe obligare oneribus, quæ ciuibus eiuſdem loci incumbunt.
67 Ciuem ſuſtinere onera habitu, & potentia, licet non actu ſufficere, vt gaudeat priuilegia ciuium, quomodo intelligatur.
58 Onera uon dicitur ſuſtinere ciuis, qai perſonalia non ſuſtiaet quæ conſiſtunt etiam in habitatione.
59 Ciuis ereatus ex priuilegio, an gaudeat honoribus & beneficijs, etiamſi non ſubeat onera.
60 Ciuis qui aou habitat iu locu originis, aec ibi ſuſtinet onera, non dicitur propriè ciuis, nec gaudet priuilegia ciuium.
61 Tertij ius oppoui poteſt, cũ intereſt oppouẽtis, eiq; prodeſt.
62 Originem ſignificat nomen Florentinus, vel de Florentia.
63 Natus in vna loco, noa agnoſcit ibi onera, ſi alibi habitat.
64 Domicilium originis mutari nõ poſſe, quomodo intelligatur.
65 Originarius transferens alium in locum ſuum domicilium, perdit beneficium ciuilitatis.
66 Subditus propriè dicitur ratione domicilij.
67 Immunis qai patitar ſe deſcribi in libro æſtimi, amittit immunitatem.
68 Diſpoſitio qualibet intelligitur, rebus ſic ſtantibus.
69 Promiſsio ſimplex non continet ius de futuro.
70 Exceptio firmat regulam in non exceptis.
71 Domicilium nõ arguitur ex ſola habitatione, ſed requiritur, vel expreſſa animi declaratio, vel longi temporis curſus.
72 Domicilium habitationis poteſt qais duobas in locis æqualiter habere.
73 Acquirere verbum, eſt generale, & quanda ſunt adiecta verba vniuerſalia, quouis modo, vel quocunque modo, continet omnem acquiſitionis ſpeciem.
74 Diſpoſitia vbi eſt relatiua, & de relato non conſtat, vel non poteſt referens diſponere, remanet in diſpoſitione iaris communis.
75 Fructus à ſolo ſeparati dicuntur mobiles, & ſunt cõductoris.
76 Generalis ſermo nunquam trahitur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt diſpoſitam.
77 Subſtitatio generalis non includit eos, quibas facta eſt ſpecialis prouiſio.
78 Generi per ſpeciem derogatur.
79 Immunitas alicui conceſſa, non extenditur ad res quas conducit, vel habet is negociationis, vel mercimonij cauſa.
80 Clerici qui regulariter ſunt exempti, tenentur ſoluere pro rebus, cum quibus negociantur.
81 Incluſio vnius eſt excluſia alterius.
82 Genitiuus ſecundum propriam, & ſtrictam ſignificationem, denotat dominium.
83 Verba quantumuis generalia, recipiunt reſtrictionem, quam diſponens adiecit.

Statutum

84 *Statutum probibens bona in forenſes alienari, eſt fauorabile.*
85 *Statutum probibens alienari bona in forenſes eſt validum.*
86 *Verba cui non conueniunt, non conuenit diſpoſitio.*
87 *Verba debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi.*
88 *Verbum ambiguum poſitum in vna parte diſpoſitionis, interpretari debet ſecundum quod in alia parte reperitur clarius poſitum.*
89 *Superfluitas vt euitetur interpretatio fieri debet.*
90 *Omiſſum reputatur quod diſponens facile expreſſiſſet ſi voluiſſet.*
91 *Immunis ab omnibus, & quibuſcunque grauaminibus, impoſitionibus, & oneribus, tenetur ad ſolutionem gabellæ quæ impoſita eſt pro contractu venditionis.*
92 *Immunis à ſolutione pro rerum, & fructuum extractione, tenetur tamen profiteri, & denunciare.*
93 *Impedimenta vbi plura obſtant, vno ſublato, reliqua superſunt.*
94 *Libere, verbum, reſtringitur ſecundum terminos iuris.*
95 *Libere poteſtatis aut facultatis conceſſio, reſtringitur ad ea quæ ſunt ex bono & æquo.*
96 *Libere, dictio, ſolet imponere ſine impedimento, & ſine contradictione.*
97 *Immunitatis priuilegium non includit caſum publicæ vtilitati contrarium.*
98 *Petere quis non debet cuius contrarium non eſſet in facto proprio poſtulaturus.*
99 *Princeps rem priuati ob publicam auferens vtilitatem, pretium non reſtituit.*
100 *Princeps vbi per viam legis generalis alicui aufert rem, propriam, pretium non reſtituit, nec reficit damna.*
101 *Statuti vbi adeſt deciſio & determinatio, nõ eſt vlterius inueſtigandum.*
102 *Facultas cogendi eiues ad macinandum in proprijs molendinis, acquiri poteſt præſcriptione, puta ſi poſt prohibitionem lapſum eſt tempus longiſſimum, & nemo contradixit.*
103 *Princeps prohibere poteſt ne ſubditi aliud molendinum, vel furnum habeant.*
104 *Piſcationes, & venationes poteſt Princeps ſubditis ſuis interdicere.*
105 *Iuriſdictionis ſpecie vtens contra aliquos acquirit ius contra omnes.*
106 *Immunitatis conceſſio vbi ſumus in materia ſtricta reſtringitur ad primum actum.*
107 *Correctio nõ præſumitur incontinenti in eadem diſpoſitione.*
108 *Verba intelligi debent eo reſpectu quo prolata ſunt.*

CONSILIVM CCCXIII.

ANTEQVA eſt controuerſia inter inclitã
Ciuitatem Regij, & Illuſtriſs. D. Comites
Nuuolariæ ſuper laudo aliàs la
to ab Epiſcopis Mutinenſi & Mantua
no, & pro dictis Comitibus conſuluit
Roland. in conſ. 79. & 80. in 3. vol. pro
ciuitate vero Decian. conſ. 44. vol. 4. & Cęph. in conſi.
451. quibus locis ex profeſſo reſpõdent ſigillatim fun
damentis poſitis per Rolan. Primus autem articulus
eſt, an laudum tribuens immunitatem ciuibus Regien
ſibus ab oĩbus oneribus, pro bonis quæ poſſident ſub
ditione Dominorum Comitum, includat etiã eos qui
poſtea facti ſunt ciues ex priuilegio; & ſane concludit
Rol. conſi. 79. eos non venire, quæ tñ concluſio ex alio
videtur dubitabilis, quia ciuis vocabulũ, videtur colle
ctiuum, plures continens perſonas, & plura corpora,
quemadmodum grex, peculium, & familia, Bart. in l.
fin. §. 1. in fine, ff. de leg. 2. in l. ſi ita, nu. 4. ff. de auro & ar
gent. leg. vbi autem conceſſio facta eſt per collectiua
1 nomina, veniunt futuræ acceſſiones & augmenta, † l.
peculiũ, in princ. ff. de leg. 2. l. grege, ff. de pignor. l. grege, ff. de leg. 1. l. pen. ff. de fundo inſtruct. ergo veniunt
ẽt illi qui ex poſt creati ſunt ciues, Natta, conſ. 340. nu.
14. facit Alb. in Auth. hoc ius porrectum, C. de ſacroſ.
eccleſ. vbi ſi quis promiſit coquere panẽ pro me, & familia
ſub certa mercede, tenetur ẽt pro familia aucta:
quia nomen vniuerſale, recipit augmentum, & diminutionem.
Cepol. de ſeru. vrban. præd. c. 50. De furno,
col. 2. in 5. q. Alex. in conſ. 78. num. 11. in 2. vol. vbi infert,
qđ immunitas conceſſa Collegio Dominorũ ſexdecim,
extenditur ad eos qui eidem Collegio fuerunt
aggregati. Crot. in l. oẽs populi, nu. 155. ff. de iuſt. & iure,
Menoc. in conſ. 97. nu. 158. vbi late agit. Mor. in tract.
de treg. & pace, c. 149. nu. 7. vbi ſuſtinet Deciſionẽ
Guid. de Suz. Ioan. & Caſtr. quæ habet, quod pax facta
pro ſe, & ſubditis, trahitur ad eos qui ſe exinde ſubiecere,
ex quo ſubditorum nomen eſt collectiuum.

Concludo tamen cum Rolando, Laudum non prodeſſe
ijs qui ad ciuilitatem fuerunt poſtea aſſumpti, &
præter eum moueor: quia Laudum loquitur per verbũ
præſentis tpis, nempe de ciuibus, & certum eſt, quod
in cõtractibus verba præſentis tpis non trahuntur ad
2 futura, † l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur, l. ſi
colono, ff. de verb. oblig. & notat Bart. & oẽs, in d. §. cũ
ſtipulamur, vbi Iaſ. nu. 1. inquit, quod ſi hoc obtinet in
vltimis voluntatibus, multo fortius obtinebit, in contractibus
& ſtipulationibus, in quib. verba ſtrictè intelligenda
ſunt, & omiſſum habetur pro omiſſo. Ang.
in conſ. 26. col. 2. nu. 2. verſ. contrarium credo verũ, vbi
infert, ꝙ conuentio de non recipiendo ad habitãdum
rebelles & foreſtatos, reſtringitur ad eos qui tunc erãt
tales, & non extenditur ad eos qui poſt conuentionem
rebellarunt, & dixit Bald. in c. inquiſitioni, nu. 8. de ap
pellat. quod faciens pacem pro ſe, & adhærentibus, nõ
obligat ſibi aduerſantem pro ijs qui facta iã pace adhæſerũt.
idem tenet in eo qui promiſit pro ſe, & filijs,
vt non intelligatur de poſtea natis, ſequuntur Menoc.
& Mor. in prædictis locis, & dicit tex. in Clem. in fine,
de cenſib. quod priuilegiũ conceſſum Eccleſiæ, non tra
hitur ad futuras, & immunitas cõceſſa eccleſiæ & ſuis
capellis, nõ includit futuras capellas, late ponit Iaſ. d.
§. cum ſtipulamur, nu. 9. verſ. item ad iſtam regulam.

Secundo facit, quia res conſideratur ſecundum ſtatum
qui eſt tpe contractus, non autem ſecundum augmentum
quod ſuperuenit, vt probat text. in l. Rutilia
Polla, ff. de contrah. empt. idem & fortius dicitur in l.
in lege, ff. eod. vbi exceptio facta a venditore, nõ inclu
dit ea quæ extabant quidem, ſed non apparebant tũc,
verum poſtea apparuerunt. Hinc dixit Guid. Suzar.
quem refert & ſequitur Ioan. Andr. ad Spec. in tit. de
cenſib. §. nunc dicendum. in addition. magna, in fine,
quod conceſſa immunitate caſtro, & eius villis, non ea
gaudebunt villæ poſtea factæ, quia reſtringitur ad tũc
3 extantes, † nec de futuris partes cogitarunt, & ideo
Cuman. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 12. ff. de vſucap.
dicit, ꝙ vbi ex Veneto ſtatuto Patauini tractandi ſunt
pro ciuibus, non veniant qui poſtea facti ſunt ciues, ſe
quitur Crot. nu. 95. & per has deciſ. Mazol. in conſ. 93.
per totum, dixit, quod priuilegium à Regienſi ciuitate
conceſſum ciuibus Parmenſibus, non prodeſt Comiti
Sanctæ Floræ qui poſtea fuit aſſumptus ex priuilegio
4 ad ciuilitatem Parmæ, † & dicit Caſtr. in l. ſi eadem,
nu. 5. ff. de offic. aſſeſſ. quod ciuilitas naturalis attenditur
in occurrentibus ante, accidentalis autem in occurrentibus
poſt. Cęphal. conſi. 414. nu. 5.

Non obſtant itaque fundamenta Decian. & primo
quidem, quod nomẽ ciuium illis quoque cõueniat qui
poſtea ſunt creati, vt per eum, nu. 5. & quod ciuibus ex
5 priuilegio factis conueniat ciuium definitio, † num. 8.
Reſpondeo enim, nõ ſufficere quod ſint ciues, niſi etiã

ſint

Digitized by Google

ſint tales, de quibus laudum & cōtrahentes ſenſerint,
atqui contrahētes ſenſerunt de veris & proprijs ac na
turalibus ciuibus,vt per Rolan.d.conſ.79. nu. 10. ergo
non poſſunt trahi ad eos qui ſtricte & naturaliter non
poſſunt dici tales. Præterea,laudum intelligi debet de
ciuibus qui tunc erant, nō de ijs qui poſtea creati fue-
runt,vt deduxi in fundamentis ſupra poſitis.

Secundo,nō mouet quod ciues ex priuilegio ſint ve-
6 re & propriè ſumpto vocabulo, ciues, vt probat † Dec.
nu.13.& Cęph.nu.15.27.30.& 60.cum ſeqq. reſpōdeo
enim primo,quod ſi ēt veri eſſent ciues,quia tamē non
erant tpe Laudi, ſed poſtea aſciti & aggregati fuerūt,
non gaudent immunitate ciuibus conceſſa, ex quo lau
dum intelligi debet de illis qui eo tempore erāt ciues,
& ciuitatis beneficio gaudebant,ſecundum prædicta.

Reſpondeo etiam,quod ſi dicimus ciues ex priuile-
gio eſſe vere & proprie ciues, non tamen per hoc infer
tur.Laudum in eis verificari: nam proprie aliqd ſigni
7 ficatur duobus modis:largè & ſtrictè † vt quando ali-
quid eſt nomen generis, & nomen ſpeciei, tunc vtroq;
modo dr̃ proprie tale,nec dicitur minus proprie ſcd̃m
genus,quam ſcd̃m ſpeciē,& declarat Alc.lib.1. de ver.
ſignif.nu.5 & ſeq.Bologn.in l.omnes populi,nu.177.ff.
de iuſtit.& iure,& in Rub.ff.ſolut.matr.nu.160. & ſeq.
poſt Bar.in 4 oppo.nu.11. hoc ſ̃ caſu quando capitur
vt genus,dicitur capi large,quando vero ſcd̃m ſpeciē,
dicitur ſumi ſtricte , vt declarat Plaut. de notis,Crau.
lib.3.c.7.& c.80.& ratio eſt: quia genus ſignificat cōfu
8 ſius,ſpecies autem certius.† Bar.in l.1.col.2.ff. de vul-
gar. & pup. & aliquando id quod eſt proprium ſcd̃m
genus,dicimus improprium,id vero quod eſt tale ſecū
dum ſpeciem,appellamus proprium: atq; ita propriū
ponitur pro ſpeciali,& ſtricta ſignificatione, vt Plaut.
docet loco præcitato. In propoſito igitur, quamuis ci-
uis ſignificatio in genere & large ſumpta , de ſui pro-
prietate includat ciues qui ex priuilegio,ex incolatu,
vel reſcripto,vel aliter facti ſunt,tamen ſtricte ſumpto
vocabulo,& ſecundum ſpeciem,eos ſolos denotat, qui
9 ſunt origine & natura tales,† vt in l.ciues, vbi Bald.C.
de appellat.& ibi ēt notat gl. t.gl.in l.1.in fine,ff. de tu
tor.& cur.dat.ab his,& probat tex.in l.ciues, vbi gl.1.
& Doctores omnes,C.de incol.lib.10.Bal.in Auth.Sed
omnino,nu.12.C.ne vxor pro marito,& clarius ceteris
dicit Aretin.in cōſi.77.in prin.quod in materia ſtricta
ciuis dicitur ſolum is , qui eſt originarius. Boer. deciſ.
13.nu.24.& quod ciuis ſit nomen generis,plures ſub ſe
10 continens ſpecies,† voluit Bar. quem citat Bald. in d.
Auth.Sed omnino,nu.12. Luc. de Pen.in l.ciues, num.
3.C.de incol.lib.10.& admittit Decian.nu.16.Ruin.in
rub.ff.ſol.matr.nu.340.In præſenti autem facto dupli-
ci ratione capi debent Laudi verba,in ſpecie,nō in ge-
nere prima eſt,quia verba in dubio capi debent ſcd̃m
naturalem ſenſum,vt in terminis de verbo, Ciuis, po-
nit tex.in d.l.1.ff.de tut.& cur.dat.ab his,& ponit Bal.
in d.Auth.Sed omnino,nu.12.vbi infert, quod repreſa
liæ conceſſæ contra Ciues Peruſinos,afficiunt ſolu ori-
11 ginarios,non creatos ex priuilegio, † & in alia mate-
ria , quod verba intelligantur naturaliter non ciuili-
12 ter,† probat tex.in l.fin.C.de his qui ven.ætat.impetr.
Iaſ.in l.more,nu.1.ff. de feri. Tiraq. alios citans in l. ſi
vnquam,in verbo,Suſceperit liberos,nu.17.C. de reuo
cau.donatio. & in tracta. conuent.ſ.4.gl.6.num.10. in
princ. Secunda eſt,quia vbicunque materia eſt ſtricte
interpretanda , tunc ſi in ea extet verbū duplex habēs
ſignificatum , largum.ſ. & ſtrictum,capiendum erit in
13 ſtricto,† c.Rodulphus,de reſcript.Soc.in l. non ſolum,
nu.5.in fine,verſi.puto tamen,ff.ſolut.matr.& in conſi.
316.nu.17.vol.1. vbi dicit hanc eſſe ſubtilem & veram
cōſiderationē.Crau.in conſ.271.n.2.verſ.quarto dico,
& nu.ſeq.vbi infert,quod ſtatutum non includit habi-
tantes,quia in materia ſtricta verba capi debent in ſi-
gnificatu magis proprio.Becius in conſ.21.num.33.in
conſ.41.nu.15.nos autem ſumus in materia ſtricta,id-
14 eſt in laudo, quod ſtricte debet interpretari † Alex. in
conſ. 18.nu.3.vol.7.Ruin.conſil.72.num.8.vol.2. Pariſ.
conſi.5.nu.19.vol.2.ponit Rolan.d.conſi.79.nu.12.vbi
etiam ponit de ſententia quæ ſcd̃m eum ſtricte eſt in-
terpretāda,Cęph.nu.69.addo Soc.iun.qui alios citat.
in conſi.105.nu.9.conſi.122.nu.41.vol.2.Rot. Rom. in
deciſ.217.nu.4.p.2.in nouiſſimis.& idem eſt ſi velimus,
vt Deciano placet , quod agatur de contractu: nam is
15 quoque ſtrictiſſime interpretandus eſt , † l. quidquid
aſtringendæ,ff. de verb oblig.l. fideiuſſores magiſtra-
tuum,ſ.pro Aurelio,ff.de fideiuſſ. Alex.conſi.46.nu.4.
vol.2.Bertran.conſi.50.nu.3.vol.7.conſil.49.nu.4. vol.
8.alios cumulat Becius in conſil.105.no.29. Accedat,
quod agimus de materia immunitatis, in qua fit regu
16 lariter ſtricta interpretatio,† ex quo agitur de præiu-
dicio aliorum quibus accreſcit onus aliquibus condo
natum,Bar.in l.1.ff.de iur.immun.Bal.conſi.112. circa
fin.vol.1.Bero.conſi.148.num.37.vol.2.vbi dicit,quod
immunitatis conceſſio eſt ſui natura reſtringibilis. Al
ciat.in conſ.203.nu.18.Cotta in memor.incipien.Im-
munitates,il primo,in fine,& paſſim ponūt DD.q̃ ſtri
cta ſit interpretatio.& in terminis,quod nomē, Ciuis,
reſtringatur ad originarium,qn̄ materia eſt ſtricte in-
17 terpretāda,† voluit Bal.in d.l.ciues,nu.4.C.de appel-
lat.ergo non venit ciuis ex priuilegio,& ponit ipſe exē
plum multum facto noſtro conueniens,quia.ſ. filij ap-
pellatio in dubio refertur ad eū qui naturaliter eſt fi-
18 lius,non ad adoptiuum,† quod voluit ēt Alb.in l.qd̃ ſi
nepotes,paulo ante finem,ff.de teſtam.tut. Tiraq.in d.
l.ſi vnqua,in ver.ſuſceperit liberos,nu.15.in fin. vbi m̃
Bal.mentionem non facit.ſicuti igitur filiorum appel-
latione nō veniunt adoptiui, ita ciuium appellatione
non veniunt ciues per priuilegium adoptati,vt inquit
Bald.loco prædicto,ſubdens eſſe menti tenendum.

Nec dicatur vt fecit Decian. num.27. quod ex quo
immunitatis conceſſio eſt reciproca , non grauat nec
lædit dominos Comites, imò eſt fauorabilis, ſecundū
Crau.in conſ.294.n.7.verſ.decimoquinto cōſidero, nā
reſpondeo,quod contrarium procederet, quando ex-
taret paritas inter ciuitatem Regij & Vniuerſitatem
aut Commune Nuuolariæ: ſed aliud eſt cū ſubeſt inæ-
19 qualitas,† & quidem maxima,abūdat enim Regij Ci
uitas habitatoribus & eorum longe minor eſt nume-
rus Nuuolariæ,ita quod facile eſſet Regienſibus ciui-
bus totum emere territorium Nuuolariæ & impoſſi-
bile Nuuolarienſibus partem quartam imò minorem
emere Regienſis ditionis: hac vero ſtāte inęqualitate,
ceſſat ratio reciprocæ conuentionis: quia lucrū & dā-
num non poteſt æqualiter vtramq; partem reſpicere.
Et pro hac limitatione adduco Dec. in l. de fideicom-
miſſo,nu.3.C.de fideicom. vbi dicit,q̃ in caſu illius le-
gis ſi frater maior eſſet ſenex , & ſine ſpe prolis minor
diceretur læſus,& veniret reſtituēdus, q̃a deficit æqua
litatis ratio,& fuit opinio Fulg. in ea lege, in fine, Cu-
man.in conſi.115.nu.5. vbi ponit inæqualitatem reſpe
ctu fideicommiſſi, quādo vnus erat vocatus in prima,
alter vero in ſecunda ſubſtitutione. Curt.iun.in l.1.nu.
10.C.de pact.vbi reſtringit,quando vterq; caſus pote-
rat veriſimiliter euenire æqualiter,ſed vbi magis pote
rat vnus quā alter caſus ſuccedere , tunc non obſtante
dubio euētu,minor dr̃ læſus: in propoſito autem , cum
numeroſior ſit populus Regienſis,poteſt euenire quod
emet maiorē partem territorij Nuuolarienſis, & onus
totum remanebit ſuper paucos,vel etiam domini Co-
mites in totum defraudabuntur ſuis exactionibus,qd̃
nullo

nullo modo conſiderari poteſt in caſu cõtrario. idem
voluit Bertran.in conſ.17.num.8.in 2.par.1.vol.vbi in
ſpecie conſiderat inæqualitatem in acquirendo,quan-
do ſcilicet tanta poteſt vnus acquirere quanta alter,
& vult,quod viciſſitudo non proſit, ſi in hoc partes nõ
ſunt æquales: & quando inæqualitas eſt maxima. id
placet etiam Addition.ad Dec. in d.l.de fideicommiſ
ſo.eam quoque limitationem probauit Oddus in tra-
ctatu de reſtitut.in integr.par.2.q.85. in 4.art. nu.28.
vnde ceſſat prorſus argumentum contrarium.

Minus reſiſtit qd laudum loquatur per verba vni-
uerſalia geminata, dicẽdo,omnes & ſinguli, quo caſu
cõprehendi videntur ciues ex priuilegio, & quicunq;
alij quouis modo aſſumpti ad ciuilitatem, vt Decian.
põderat,nu.14.& 15.& nu.29. verſ.quarto rñdeo,vbi
dicit,quod ẽt ſententiæ, & alterius diſpoſitionis alio-
quin ſtrictè interpretandæ verba,gñaliter intelligen-
20 da ſunt,qñ adiectæ ſunt voces vniuerſales. † idem di-
cit Cœph.nu.39. ſubdẽs, quod ẽt improprij ciues hoc
caſu includũtur,& nu.69. verſ. præterea, vbi ita rñdet
ad contraria: ad hoc enim rñdeo,ꝙ illa dictio, (Oẽs)
non eſt poſita ad ſignificandum diuerſas ciuium ſpe-
cies, ſed ad denotandum Cõitatem & Vniuerſitatem
Regij,ita,quod non ſolum ciues,ſed ipſa quoque Vni-
uerſitas poſſit immunitate gaudere: dicit enim Lau-
dum,ꝙ oẽs & ſinguli, ideſt Vniuerſitas, & particula-
res,ſicuti enim Vniuerſitas dr̃ feciſſe qñ legitur, quod
21 oẽs tale quid fecerunt, † ſecundum Bart. in l.2. C. de
decurion.lib.10.Bald.in l.nulli,nu.2.verſ.ſexto requi-
ritur,ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom. & poſt gloſſ. not.
Bald.in l.ſicut,§.1.circa fin. ff.eod.ponit Dec.in c.cum
oẽs,nu.8. verſ.limitatur iſta concluſio,de conſtitu ita
quod omnibus tribuitur, Vniuerſitati videtur conceſ
ſum: demõſtratur aũt hoc ex adiectione ſingulorum,
quia dictum eſt,oẽs,& ſinguli,illa namque copula, &,
22 ponitur inter diuerſa,† gloſ.in Rubr.ff.de iur. & facti
ignor. in l.ſi duo, C.per quas perſon.nob.acq. Abb.in
c.ex parte,vbi Ripa,nu.41.de reſcript. Iaſ.in l.1. nu.2.
in princ.ff.de iuſt.& iure,Dec.conſ.227.nu.4. Gozad.
in l.qui ſe patris,nu.7.C.vnde lib. Pariſ.conſ.92. num.
13.vol.1.Cœph.conſ.183.nu.69.vt igitur aliqua extet
differentia inter oẽs & ſingulos, ſumi debet prædicta
intelligentia, aliàs dictio, ſinguli, abundaret, & eſſet
ocioſa,ac nihil operaretur contra reg. de qua per Bal.
in rubr. C.de cõtrah.empt.nu.9.& ſanè aliud eſt Vni-
23 uerſitas,aliud ſinguli, † gl.in l.ſicut,§.ſi quid, ff.qd cu-
iuſque vniuerſ.nom. Pariſ.in conſ.91. nu.1.vol.4. Rol.
in conſ.53.nu.6.vol.4. & ego dixi in conſ.28. in princ.
poſita ergo dr̃ dictio (Omnes) non ad augendũ ſigni-
ficatum nominis,Ciuium,nec ad ampliandum diſpo-
ſitionem,ſed ad differentiam inter Vniuerſitatem, &
ſingulares perſonas cõſtituendum,vna enim pars co-
24 pulatiuæ aliam declarat, † Roman.cõſ.231.nu.2.Soc.
in l.1.nu.1. ff.de rebus dub. vbi fortius dicit, declara-
tionem hanc ſumi contra proprietatẽ verborũ. Crot.
in conſ.45.nu.3.Phanuc.de dot. in gl. in verſ.reſtituẽ-
da,nu.15.quare cum in vna parte copulatiuæ facta ſic
mentio de ſingulis, alia pars erit intelligẽda de Vni-
uerſitate,aliàs vt dixi erit ſuperflua & nihil operabit̃.

Reſpondeo ſecundo,qd ſi intelligamus dictionem,
Omnes, ampliare virtutem verbi, Ciues, non tamen
Laudum,ideo trahetur ad ciues poſtea creatos,ſed ni
hilominus intelligetur de ciuibus qui tunc erant ci-
ues, quia etiã vniuerſalis diſpoſitio concepta per ver-
25 ba præſentis tẽporis,non extenditur ad futura,† pro-
bat text.in l.in lege,ff.de contrahen.emptio. in l.ſi ita
ſcripſiſſet,& l.ſi.ff.de leg.ſecundo,l.Iulianus,in fi.ff.de
leg.3.Alexan. in conſ.25. num.2. & 6.volum.7. & hæc
voluit Guliel. quem ſequitur Bald. in l.omnia priui-
legia, num.3. C. de epiſcopis & clericis, vbi dicit, ꝙ ſi
Pariſienſi ſtudio conceſſa ſunt omnia priuilegia ſtudij
Toloſani, non veniunt ea quæ poſtea Toloſano ſtudio
conceſſa ſunt. Abb.in cap.fina.ne clerici,vel monachi,
vbi loquuntur,qñ omnia priuilegia ſunt conceſſa,licet
aliud velint, qñ dictum eſt, ꝙ ſint per omnia æqualia.
Soci.in l.1.in princ. ff.de leg.1. vbi ita declarat diſtin-
guendo,& allegat Bar.in l.ſi ita,ff.de auro, & arg.leg.
Ruin.ibi,num.3. & 4. & hoc modo regulam conſtituit
Crot.in l.oẽs populi,nu.156.ff.de iuſt.& iure,dicẽs,qd
vniuerſalis diſpoſitio ad futura non trahitur: & cum
hac ſnĩa reſident cõiter DD.vt atteſtatur Bolognet.d.
l.1.nu.67.idem voluit Crauet. ibi,nu.26. & licet DD.
ibi aliter dicant,in dictione, per omnia,tñ quãdo con
ceduntur omnia priuilegia, conueniunt, ꝙ reſtringa-
tur ad præſentia, & hanc opinionem oẽs ſequũtur in-
dubitatè, qñ agitur de præiudicio non ſolius cõceden
tis, ſed ẽt tertij,vt in caſu noſtro, ſecundum Iaſ.Crot.
Soc.& alios omnes,in d.l.1. vbi præcipuè Ruin. & Ni-
coll.quamuis igitur dictum ſit de omnibus ciuibus,
tamen non includuntur futuri, ẽt ſi creati ex priuile-
gio venirent,quia poſtea creati nõ venient. Et per hoc
rñdetur ad verba illa, cuiuſcunque gradus, & condi-
cionis, quia incluſis ciuibus aggregatis ex priuilegio
non tñ includuntur qui fuerunt poſt Laudum aggre-
gati,poſſunt enim ſimul ſtare quod veniant aggrega-
ti vigore verborũ vniuerſalium,qui aliàs ſub ſimplici,
vel indefinito ſermone non venirent, ſed non veniant
illi qui lato iam laudo aſcripti ſunt, ex quo de illis nõ
fuit à partibus, vel arbitris cogitatum, & cum ſtricta
fieri debeat interpretatio,& de præiudicio tertij,ideſt
hominum Nuuolariæ agatur, qui cogẽtur ſoli & pau-
ci,multa,& integra onera ſubire,reſtringi debet con-
ceſſio ad eos qui erant ciues tunc,& ratio eſt,quia illa
dictio vniuerſalis relata ad res, vel pſonas illas, qua-
lificat quidem,& extantes oẽs comprehẽdit, quas for-
te non comprehenderet, ſed non extantes qualificare
non poteſt: quia nõ entis nullæ ſunt qualitates,l.eius
qui in prouincia,ff.ſi certum petatur, & hoc eſt qd di-
cit Socin.in d.l.1.num.2. verſ. poſſet fortè dici,vbi in-
quit, quod vbi vniuerſalis dictio ad res, vel perſonas
refertur,non includit futura,id quod voluit etiã Bart.
in d.l.ſi ita legatum,vt aduertit Ruin.in d.l.1.in prin-
cip.ſic cũ dixit,cuiuſcunque gradus & qualitatis ſint,
includit creatos ex priuilegio, ſed non creandos in fu-
turum;quod ſi intelligeremus de creãdis in futurum,
duæ concurrent ſpecialitates,cõtra l.1. C.de iure dot.
l.cũ poſt, §.gener, ff. de iure dot. quia includeret ciues
ex priuilegio,& in futurum creãdos; fieri ergo debet
interpretatio, vt minus noceat, ideſt, ꝙ creatos qui-
dem, ſed non creandos includat, præcipuè ſtantibus
alijs multis ſupra relatis.

Et per prædicta tollitur ſundamẽtum Deciani ſub
nu.20.& 29.vbi inquit, quod vniuerſalia verba ſupra
relata eſſent ſuperflua ſi non includerentur ciues ex
priuilegio, ex quo dicendo ſimpliciter de ciuibus Re-
gij,veniebant originarij. Nã ceſſat ſuperfluitas, quia
ego admitto qd ſi qui laudi tẽpore extabant ciues ex
priuilegio aſſumpti, illi veniãt vigore vniuerſaliũ ver
borum,& eorum hæc fuit vis & potentia, ſed nego qd
veniant qui poſtea fuerunt creati, quia ſufficit qd in
aliquo operẽtur, nõ autem neceſſe eſt, quod in omni-
26 bus operentur, † gl.in l.raptores, C.de rap. virg.Ro-
man.conſ.197. Crau.conſ.70. nu.29. Natta conſ.436.
nu.8.Bellon.conſ.7.nu.14.Cœph.conſ.104.nu.17.Be-
cius in conſ.34. nu.32. Gozad.conſil.30.num.3. Pariſ.
conſil.110. num.6.volum.3. ſic dicimus in iuramento
27 quod vnum ſupplet defectum non plures, † Bald.in l.
ſi.§.filijs autem,C.de bon.quæ lib.Socin.in l.1.§.ſi quis

ita,nu.16.ff.de verb.oblig.multos addidi in deciſ.154.
nu.12. difficilius enim ſoluuntur plura obſtantia, quã
vnũ,Auth.Itaque.C.commun.de ſucceſ.c.1. de treg. &
pace,l.penul.§.ſi vero,C.de adopt.ſic clauſula ex certa
ſcientia, quæ plurimum operatur, non ſupplet plures
28 † defectus,Crot.in c.1.col.antepen.de conſtit.in 6. Ga
briel.commu.opin.lib.6.tit.de Clauſul.concl.1.nu.69.

Eodem modo reſpondetur ad argumentũ Deciani
ſub nu.22.fundatum ſuper exceptionibus factis in lau
do,quia vbi etiam concedatur, quod vigore exceptio-
num includantur ciues ex priuilegio, non tñ infertur,
quod illi quoque intelligantur comprehenſi qui rece-
pti poſt laudum fuerunt ad ciuilitatẽ,de quibus prin-
cipalis extat controuerſia, ſed reſpondetur etiã, quod
exceptiones illæ non ampliant conceſſionẽ, nec inclu-
dũt caſus qui ſub cõceſſione non veniunt, quia fit exce
ptio ad reſtringendum regulam, ergo non debent illã
extendere,arg.l.legata inutiliter,ff.de leg.1. & cõis eſt
diſtinctio,qđ exceptio aut fit de eo qđ in regula nõ cõ-
tinetur,& tũc arguit in regula venire caſus ſimiles ex-
ceptis,aut ea continet quæ ſub regula extabant, & tũc
non extendit regulam ſed eam reſtringit in caſu exce-
29 pto,& aliud non operatur.† rõ diuerſitatis eſt, q̃a pri
mo caſu ſi non ampliaretur regula, ſuperflua & inuti-
lis eſſet exceptio, ſecũdo vero caſu plurimũ operatur,
etiam ſi regulam non extendat. Alex. in conſ.36.col.2.
vol.6.Aret.clatè in cõſ.30.nu.9.verſ.ſed tñ his nõ obſt.
Dec.qui latè probat,in l.2.nu.24.ff.de reg.iur. Gozad.
in conſ.26.nu.49.Tiraq.de retract.conſang.in fine nu.
95.Ruin.conſi.18.nu.18.vol.1. alios citat Becius in cõſ.
82.nu 18.Crot.in conſil.136.nu.40.Ripa in l.2.§.quod
ſi in patris,nu.13.ff.ſolu.matr.Caſſan. in conſil.3.num.
6.Plot.de in lit.iuran.§.6.num.4.& 49. & Vaſq. Illuſtr.
controuer.c.51.num.75.Menoch.in conſi.87. num.36.
quinimo voluerũt multi,quod nullo caſu exceptio ve-
nire faciat ſub regula caſus qui aliàs non venirent, vt
videri poteſt apud Cagn.qui latè agit in d.l.1.num.27.
vbi poſt Negul.& alios reprehendit Dec. prout facitur
quoque ibi Modern. Galli, & alij multi, quos omitto,
vt in facto noſtro, etiam ſi reſtringamus conceſſionem
ad originarios ciues, exceptiones nihilominus factæ
in laudo,eſſent de regula: nam poſtquam immunitas
conceſſa eſt ciuibus comitatiuis & habitatoribus,exci
piuntur domus comitatiuorum & diſtrictualium, &
quoad eas reſtringitur immunitas: hæc autẽ exceptio
eſt de regula, quia bona omnia comitatiuorum erant
in conceſſione immunitatis incluſa,ergo exceptio non
extendit immunitatem ad ciues ex ſolo priuilegio: ſi-
militer qui comitatiui & diſtrictuales acceſſiſſent ad
habitandum territorium Nuuolariæ,prætẽdere ſe po-
terant immunes ob generalem loquutionem ſupra fa-
ctam de comitatiuis Regij, ergo recte excepti ij fuere,
qui poſtea rus Nuuolariæ colerent. Reſpondeo etiam,
quod argumentũ prædictum vr̃ prorſus à negotio ex-
traneum, quia exceptiones reſpiciunt non ciues de q-
bus agimus,ſed comitatiuos & diſtrictuales tantum,
propterea non video quid ab eis inferri poſſit ad com
modum ciuium,cum ſint penitus ab eis diſtincti,argu.
l.Papinianus exuli,ff.de minor. iõ exceptio facta quo
ad vnum,nullum præſtat argumentum quoad alios.

Ad argumentũ quo Cœphal.nu. 49. & 50. dicit im-
munitatem cõceſſam fuiſſe comitatiuis, qui ciues ſunt
impropriè, ergo multo magis intelligi conceſſam ciui
bus ex priuilegio, qui ſunt propriè ciues, reſpondeo,
qđ agimus nos de ciuibus præcipuè ex priuilegio aſ-
ſumptis poſt laudum, & ideo argumentum non con-
cludit, etiam ſi ciues ex priuilegio includerentur: ſat
enim eſt qđ illi ſoli veniant, qui tunc erant in numero
ciuium. Aliter etiam reſpondeo, quod comitatiui ſunt
30 vere & propriè ciues,† vt probatur l.Lucius,§.ciuib.ff.
de leg.2.Aug in §.ſi quis igitur,in Auth.quib.mod.na-
tural.effic.ſui.Bar.in l.ſi quis, C.de natural.lib. Aret.in
cõſ.77.& latè Ruin.in rubr.ff.ſol.matr.nu.340. vbi rõ-
nibus & authoritatibus ſuſtinet, qđ propriè & verè di
cuntur ciues. Abb.in conſ.52. in ſecundo dubio, vol.2.
Lancellot.Gall.in conſuetud.Alex.in 8.præfat.nu.62.
Præterea argumentũ hoc à minori non procedit,qñ id
31 qđ minus eſt,non continetur in eo quod plus eſt, † vt
declarant Hoſt. & Præp. in c. per venerabilem, qui fil.
ſint legitim. Euerar.loco à minori 65.colum.pen. verſ.
iſtud tñ argumentum, & cum à voluntate procedãt cõ
tractus,l.ſicut,C.de actio.& oblig.poteſt quis velle cõ-
cedere bouem,qui non concederet capram,& cõcede-
re aliquid comitatiuis, quòd non concederet alijs.

Quæ ſimiliter dicit Dec.nu.28. de obſeruantia, non
verificantur in facto,& qui dicit ſeruatum ſic fuiſſe, te
netur probare, ſicuti dicimus de allegante conſuetudi
nem, qui tenetur probare & ſpecialiter in caſu cõtro-
32 uerſo.† Oldr.conſ.237.nu.18. cum alijs quos citaui in
conſ.74.nu.13. ſic & alia omnia quæ in facto conſiſtũt,
l.in bello,§.factæ,ff.de captiu.l.ſi emancipati,C.de col-
lat.Dec.in l.quatenus,ff. de reg.iur. vbi Cagn.nu.7. &
8.ponit de conſuetudine notoria,quinimo ſemper Do
mini Comites contenderunt ciues ex priuilegio tene-
ri ad collationem in oneribus, & conſtat quod aliqñ
tales ciues fuerunt exacti & compulſi ad ſoluendum,
vnde cum difformis ſit obſeruãtia, ſuper ea non poteſt
33 fieri fundamentum.† Alex.conſi.5.nu.7.& 9.volum.5.
Rube.in l.non ſolum,§.morte,num.89.ff.de oper. noui
nunciat.Ripa in l.qui Romæ,§.duo fratres,nu.49.ff. de
ciuibus concedatur immunitas pro quibuſcunque eo-
rum bonis mobilibus,nam fructus poſtquam ſunt à ſo
75 lo ſeparati,dicuntur mobiles,† & ſunt ipſorum ciuiũ ,
l.ſi apes,§.fi. & ibi gl.ff.de furr. & proſequitur Dec.nu.
84.Reſpondeo enim, quod laudum intelligit de bonis
mobilibus quæ ſint patrimonialia,vel à patrimoniali-
bus proueniant, non autem de acquiſitis , vel emptis,
quæ aliàs erant obnoxia oneribus, & hoc pluribus mo
dis demonſtro. Primo,quia de talibus acquiſitis , vel
emptis laudum principaliter diſponit in quinto capi-
tulo,dicto verſi.ita tamen ſi contigerit. ergo præcedẽs
diſpoſitio generaliter loquens de bonis mobilibus, &
immobilibus,non debet intelligi de acquiſitis,q̃n qui-
dem,generalis ſermo nunquam trahitur ad ea de qui-
76 bus ſpecialiter eſt † diſpoſitum,l.doli clauſula,vbi Do
ctores,ff.de verb.oblig. Imola conſi.140.col.2.Alexan.
conſi.59.col.5.vol.3.Aret.conſi.1.col.1.Soc.cõſ.63.nu.
15.in 3.Crau.in conſi.pro genero,nu.68.& eſt tex. in l.
cohæredi,§.qui patrem,ff.de vulg. vbi ſubſtitutio gene
ralis non includit eos quibus facta eſt ſpecialis proui-
77 ſio.† Zanc. in l. heredes mei,§, cum ita,p.5.nu.121. &
p.6.num.217.ff ad Treb.& facit,quia generi per ſpeciẽ
78 derogatur.† c.generi, de reg. iur.in 6.l. in toto iure,ff.
eod.Curt.iun.qui loquitur in ſubſtitutione, conſi.116.
nu.3.& Doctores dicunt , quod ſi genus, & ſpecies ca-
dunt inter caſus, vel res , vel modos in eadem diſpoſi-
tione,tunc generi per ſpeciem derogatur. Bartol. in l.
quæſitum,§.fi.in fine,ff.de fund.inſtructo. Din. & Bart.
in l.prima,§.1.ff.de oper.noui nuncia.Ruin.in conſ.36.
nu.4.vol.3.conſ.133.nu.23.in 5.conſi.112.nu.5.ver. ad
quod reſpondetur,eod.vol.laudum autem reſpectu re
rum,& caſuum diſtinguit,& diſponit vno in loco gene
raliter de omnibus reb. & in alio ſpecialiter de rebus
acquiſitis,quæ prius erant obnoxia oneribus, ergo ge-
neralis diſpoſitio de qua in principio dicti quinti ca-
pituli,non poteſt referri ad res mobiles acquiſitas , vt
ſupra. Secundo probatur,quia immunitas alicui con-
ceſſa,non extenditur ad res quas cõducit , vel habet is
79 negotiationis,vel mercimonij cauſa , † gl.Io.Andr. &
Archid.in c.quanquam,de cenſibus , in 6.gl. & DD. in
Clem.fin.eod.tit. vbi dicunt , quod clerici qui ſunt re-
gulariter exempti,l.placet.C.de ſacroſan.Eccle.Auth.
Item nulla Communitas,C. de epiſc. & cler. tenentur
80 ſoluere pro rebus cum quib. negociantur , † & probat
Natta in conſ.139.nu.3,& ſeq.vbi infert in propoſito,
quod immunitas hominibus Montatæ conceſſa pro vi
ctualijs emendis,& extrahendis,non eis prodeſt quo-
ad ea quæ negotij cauſa habent.Rol.in conſil.61.num.
23. vol.4. vbi idem dicit in fiſco,& clericis. Tertio hoc
ipſum deprehenditur,quia in eodem cap.in §.& liceat
dictis ciuibus, dum cõceditur ciuibus facultas extra-
hendi fructus abſque licentia , & ſolutione, reſtringi-
tur ad fructus percipiendos ex bonis ipſorum ciuiũ,
non autem extenditur ad eos quos ciues perciperent
ex bonis aliorũ, & incluſio vnius eſt excluſio alterius ,
81 † l.cum prætor,ff.de iud.c. non e bene dicimus.de præ-
ſumptio.Becius in conſil.74.nu.32. & concedens vnũ ,
cenſetur alterum negare.Curt.ſen.conſi.42.nu.27 ver.
vltimo reſpondeo. Quarto id oſtenditur:quia in dicto
quinto capitulo, diſponitur de ciuibus tanq̃ ciuibus,
non tanquam colonis , vel conductoribus aliorum , &
aliud q̃ conſiderentur tanquam ciues , aliud vero q̃d
tanquam coloni, vt arguit in ſimili Natta in d. conſil.
139.num.5.verſi.& ſi dicatur. de colonis autem diſpo-
nit in ſexto cap.quod immediate ſequitur:diuerſa au-
tem qualitas excludit eos à beneficio dicti capituli.

Nec Regienſibus prodeſt ſextum capitulum, vt opi
natur Dec.nu.86.ver.neque his obſtat:nam colonis cõ
ceditur immunitas pro bonis,quę à ciuibus conducũt,
non ab alijs,& nõ eſt bona conſequentia , coloni ciuiũ
ſunt immunes pro bonis quæ conducunt à ciuibus,er-
go ciues multo magis immunes erunt pro bonis quæ
conducent ab alijs, quando quidem ſententia eſt ſtri-
cti iuris,ſicuti laudum, vt dixi ſupra, & omiſſum habe-
tur pro omiſſo, & non extenditur vltrà quam ſonus
verborum permittit, vt per Roland. in prima quæſtio-
ne, Oſaſc.deciſ.Pedemont.63.num.1. & ſeq.

Congruum ex prædictis deduci poteſt reſponſum
ad ea quæ ponderat Cęphal. nu.184.& ſeq. dum vult,
quod bona quæ ciues habent conducti titulo,dici poſ-
ſint bona eorum:nam hæc interpretatio repugnat con
tentis in eodem capitulo, in §. ita tamen ſi contigerit,
vbi inter propria aut patrimonialia, & empta atq; ac
quiſita, conſtituit laudum maximam differentiam , &
pro primis abſolute immunitatem concedit, pro alijs
vero quamuis ſint in bonis , & dici etiam poſſint pro-
pria , vult tamen quod non detur immunitas abſolu-
te , ſed ſeruetur ſolitum : quod ſi pro emptis non iu-
uat argumentum Cęphali, multo minus proderit pro
conductis , & non ſufficit ad immunitatem ex laudo
con-

conſequendam,qđ bona ſint in bonis ciuium, ſed non
debent eſſe empta,aut aliter acquiſita, & Cœphal. nõ
aduertit ad eam partem capituli. Reſponderi ẽt po-
teſt, qđ iura omnia per Cœphalum allegata, loquun-
tur de diſpoſitione concepta per illa verba, in bonis,
vel ex bonis noſtris, ſecus quando caſus genitiuus eſt
adiectus, is enim non verificatur in bonis conductis,
vel detentis,ſed dominium importat: & quãuis aliqñ
ſecundum ſubiectam materiam ſignificet poſſeſſionẽ,
vel detentationem,vt inquit Bart.in Rubr. ff.de oper.
noui nunc. nu.5. vbi ſequitur Imola, & exponit Nico-
mit.nu.146.Menoch.de recup.poſſeſſ.remed.15. nu.3.
tñ ſecundum propriam,& ſtrictam ſignificationẽ,de-
82 notat dominium,† l.ſeruum filij ff.mand. l.ſi hæredis
ſeruus,ff.de leg.1.Bart.in proœm.C.& in d.rubr.nu.5.
vbi Alex.nu.15.Iaſ.nu.4.Ruin.nu.8.Crot.nu.28.Nico
mit.nu.140.& Harmanot.nu.18.Ruin.in conſ.65.nu.4.
vol.2.Pariſ.conſ.21.nu.31.in 2.Goaad.conſ.82.no.7.
Natta in conſ.292.nu.5. Oſaſc. deciſ. Pedemont. 71.
nu. 18. nos autem ſumus in materia in qua verba ca-
pienda ſunt in propria, & ſtricta ſignificatione,vt di-
xi; nec verborum generalitas huic interpretationi eſt
impedimento,quia verba quãtumuis generalia, eam
recipiunt limitationẽ quam per adiecta verba diſpo-
83 nens apponere voluit.† Barto.in l.generali,§.vxori,ff.
de vſufruct.leg.Ruin.in conſ.78.nu.4. poſt mediũ,vol.
1.& dicit Bald.in l.pactum, qđ dotali, in vlt.car.C.de
collat. quod vniuerſalis pronunciatio limitatur a ſuo
termino reſtrictiuo. ſequitur Aret.in conſil.161.nu.4.
terminus aũt in noſtro caſu reſtrictiuus eſt genitiuus,
eorum, qui ſignificat dominium, & reſtringit prædi-
cta verba vniuerſalia,ad ea quæ ſunt propria,& in do
minio ciuium,ſic Crau.conſ.144.nu.5. dicit pronomẽ,
ſuum, reſtringere generalitatẽ præcedentiũ verborũ.
intelligi ergo dẽt laudum de omnibus quidẽ, & qui-
buſcunque bonis, quæ tamen ſint in dominio ciuium.

Circa quintam quæſtionem,an laudo non obſtante
poſſint Regienſes bona ſua alienare in forenſes, quã-
uis ex ſtatuto Nuuolariæ, & Bagnoli foreſibus inter-
dicta ſit acquiſitio,non eſſet diutius immorandum,cã
enim pluribus rationibus, & argumẽtis pro dominis
Comitibus reſoluerunt Bero.in conſ.173. in primo du
bio,vol.1.& Rolan.d.conſ.79.num.57.& ſeq. ſed quia
Decia.nu.87.& ſeq.ac Cœphal.nu.192.& ſeq.latè in-
ſiſtunt pro Regienſibus,neceſſe eſt de ea nonnulla diſ-
ſerere,præmittendo,quod laudum,vt ſupra dixi,quã-
cunque contineat materiam, ſemper ſtrictè interpre-
tari debeat. Rurſus quod ſtatutum prohibens bona
in forenſes alienari,nõ eſt odioſum,& iniquum,vt po-
ſuerunt Decianus, & Cœphalus, ſed fauorabile, tanq̃
conditum ob publicam vtilitatem, vt onera facilius
84 exigantur,vt † poſt Bart.concludit Alex.in conſ.116.
nu.8.vol.6.Signorol.conſ.21.nu.3.Dec.conſ.661.nu.2.
Ripa in l.filiusfamilias,§.Diui,nu.80. ff.de leg.1. Soc.
iun.in conſ.76.nu.23.vol.3. Cœphal.in conſ.53. nu.8.
attendi enim debet cauſa vtilitatis publicæ, quæ prin
cipaliter ſtatuentes mouit;nec Regienſes, de eo ſtatu
85 to coqueri debent,tum,quia eſt validum,† vt poſt Ol-
dra.Bart.Bald.Ang.Alberic.Alex.Dec.Ruin. Soc.iun.
Ferdinan.Ripam,Tiraq.Boſſ.Clar.& Cœph. ego pro-
baui in conſ.276.nu.8.tum etiam,quia Regiẽſes ſimi-
le,imò idem per omnia ſtatutum habent,quo vtũtur,
ita, quod ſiue laudi naturam, ſiue ſubiectam materiã
inſpiciamus, ſemper ſtricta interpretatio erit facien-
da. & in tantum cenſuerunt aliqui,ſtatutum prædictũ
eſſe fauorabile, vt affirmauerint ligari eo clericos, &
Eccleſiam,vt Feder.Sen.conſ.35. Zabarell.conſil.144.
Barbat.Crot.Ferdinand.Tiraq. & alij, quos citat, &
ſequitur Menoch.in conſil.80.nu.23. quod tamen non
opus eſt nunc diſcutere. Sed quidquid ſit,iſti probant
eſſe fauorabile, & ratione publicæ vtilitatis inductũ.

Vnicum autem eſt fundamentum Deciani, & Cœ-
phali,quod verba laudi ſunt ampliſſima,& cũ de one-
ribus, & grauaminibus generaliſſimis verbis loqua-
tur, includere etiã onus quo alienatio eſt interdicta,
& huc tendunt omnia per eos deducta, licet in plures
partes diuiſa. Sed reſpondetur, quod dicta probatio
tanquam fauorabilis, non continet onus, neque gra-
uamẽ, propterea verba laudi de onere, & grauamine
loquentis, non conueniunt huic prohibitioni, & con-
86 ſequenter non conuenit diſpoſitio, † l.4. §. totiens, ff.
de dam.infecto.dixi in conſ.174.nume.8. Secundo re-
ſpondeo, quod laudum loquitur de oneribus quæ pro
rebus imponuntur,non autem de ijs quę rerum ipſam
ſubſtantiam reſpiciunt,quale eſt prohibitio non alie-
nandi, quæ rei eſſentiam concernit, & rem ipſam affi-
cit: hoc autem deducitur præter Bero. & Roland. ex
eo,quod dicitur de oneribus impoſitis, & imponẽdis,
quæ verba denotant ſolutionem quandam à poſſeſſo-
ribus bonorum faciendam, vel aliud ab eis præſtan-
dum, & communiter dicimus,onus imponi quando à
ſubditis aliquid ſoluendum,vel præſtãdum eſt, & ver
ba intelligi debent ſecundum cõmunem vſum loquen
87 di,† l.librorum,§.quod tamen Caſſius,vbi Bar.& alij,
ff.de leg.3.l.Labeo, ff.de ſupellect.leg.l.cum de lanio-
nis,§.aſinam,ff.de fundo inſtr. latè Card.Mantica,de
coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.8.nu 1.& prohibendo alie
nationem,non dicimus onus imponi.Præterea,in c.6.
Laudi, loquendo de oneribus impoſitis, & imponen-
dis,declarat intelligi collectas,gabellas, ſeu pedagia,
cuſtodias, caualcatas, hoſpitationes, & alia ſimilia:
vna autem vnius diſpoſitionis pars,aliam declarat,vt
ſæpius ſupra tactum eſt, & quando vnum verbum in
vna parte diſpoſitionis poſitum,eſt ambiguum,intel-
ligi, & interpretari debet ſecundum quod in alia par
88 te reperitur clarius † poſitum,l.qui filiabus, in princ.
& l.ſi ſeruus plurium,§.fi.ff.de leg. 1.Bart.in l.Cẽturio,
nu.27.ff.de vulga.vbi ait, capi debere eo modo quo in
alio loco eo vſus eſt teſtator. Alex.in conſil. 197. nu.7.
vol.6.Corne.in conſ.138.nu.6.vol.4. & probat text.in
l.cũ alimenta, vbi Bar.ff.de alim.leg. latè Card.Mant.
lib.3.tit.9.nu.3.vbi vult, interpretationem vnius ver-
bi deſumendã eſſe ab eo, quod alio in loco vtendo eo-
dem verbo diſponens explicauit. Cum igitur alibi de
oneribus,& grauaminibus imponẽdis,laudum ea ex-
preſſerat onera, quæ ipſam rerum ſubſtantiam non at
tingunt,eodem modo credendum eſt, quòd hic intel-
lexerit. Addo, quod ſi generalis illa diſpoſitio quæ le-
gitur in princ.laudi, includeret etiam onera quæ ſub-
ſtantiã rerum reſpiciunt, ſuperflua eſſet pars illa eius
capituli,quæ in §.& liceat, concedit ſtuctuum, & rerũ
extractionem ciuibus, & comitatiuis, continebatur
enim ſecundum præmiſſum intellectum,eiuſmodi fa-
cultas in princ. capituli: vt igitur hæc euiteretur ſuper-
fluitas,dicẽdum eſt,capitulum prædictum in ſui prin-
cipio,nõ id includere, quia ita includeret libertatem
extrahendi,ſicuti libertatem vendendi; fieri enim de-
bet interpretatio per quam diſpoſitio non remaneat
89 otioſa,& ſuperflua, † l.ſi qñ, in princ.ff.de leg.1.Bart.
in l.gñali,§.1. ff.de vſufr.leg. & verba impropriè,imò
impropriiſſimè capiũtur ne ſint ſuperflua, l. fundus q
locatus,ff.de fundo inſtr.Rom.in cõſ.56.nu.4. Nat. in
conſ.484.nu.30.Crau.in reſp.pro genero, nu.312.vbi
ꝙ prauus intellectus, & à rõne alienus, ſumi debet po
tius q̃ reducere actum ad ſuperfluitatẽ, Card. Mant.
lib.3.tit.6.nu.1.Sim.de coniec.vlt.vol.lib.2.interpr.3.
dub.1.ſol.1.nu.49.fol.141. & confirmatur: quia ſi ar-
bitri intellexiſſent de onerib. quæ rerum ſubſtãtiã re-
ſpiciunt,

ſpiciunt, & liberam rerum venditionem concernunt,
facile eis fuiſſet hoc exprimere, ſicuti in eodẽ capitulo
90 fecerunt de fructnum, & rerũ extractione, † c. inter cor
poralia, poſt med. de trãsl. prę̃l. vbi Bal. notat in 2. col.
l. vnica, §. ſin aũt ad deficiẽtis, C. de cad. toll. infinita iu
ra citat ad hoc Tiraq. in l. ſi vnq̃, in verſ. libertis, nu. 3.
C. de reuoc. don. Crau. in cõſ. 161. nu. 8. Cęph. conſ. 144.
nu. 6. Bec. conſ. 12. nu. 44. hoc enim qđ prædiorum alie
nationem cõtinet, dignius erat expreſſione q̃ fructnũ,
& rerũ extractio, vel ſaltẽ æquè dignum, cum ſit quędã
prædiorum extractio, quæ fit per alienationem, & non
eſt credendum, quod exprimere voluerint id, quod mi
nus erat, & quod erat maius ſub generalitate verbo-
rum inuoluere. Credendum eſt itaque ea rõne non ex
preſſiſſe, quia non voluerũt includi. quinimò, dum fru-
ctuũ extractionem concedunt, videntur rerum, & fun-
dorũ alienationem denegare, per iura ſupradicta. Cũ
itaque laudũ intelligatur, de onerib. quæ rei ſubſtan-
tiam concernunt, non includit hanc alienandi prohi-
tionẽ, quæ eſt quid ab ipſa rę ſeparatum. Facit quod in
ſimili dicimus, eũ qui eſt immunis ab oĩbus & quibuſ-
cunque grauaminib. impoſitionib. & onerib. teneri ni
hilominus ad ſolutionẽ gabellæ, quæ impoſita eſt pro
91 cõtractu venditionis, † vt cõcludit Cęph. in conſ. 553.
in 1. dub. quia ea gabella non eſt onus rei, vel perſonæ,
ſed cõtractus & cõſequitur à cõtractu alienationis, &
ipſam reſpicit alienationem, Cęph. in conſ. 58. nu. 33.
quẽ ſequitur Ioſeph. Lud. concl. 5. col. 3. in fi. ver. gabel
læ onus, Bert. conſ. 476. nu. 28. licet ex alijs in ſuo caſu
contrariũ teneat; qua vero rõne con continetur immu
nitas à gabella q̃ ſoluitur pro vẽditione, vel alienatio-
ne, ea ipſa erit excluſa exẽptio à ꝓhibitione, ne ſoren-
ſibus bona illa vendãtur, vel alienẽtur. Et ex prædictis
ſublatũ eſt fundamentum quod Decian. & Cęph. con-
ſtituunt ſuper illa verborũ geminatione, & vniuerſali
tate, & ſtat firma Rol. concluſ. adeo quod nõ expedit
refellere eorũ reſponſiones ad contraria argumenta.
Super ſexta quæſtione, an ciues ſint immunes pro re-
bus quas emunt, vel etiam in quib exercent mercatu-
rã, vanus eſſet omnis labor, eam enim adeo claram in-
dicarunt Decian. & Cęph. ille, nu. 111. verſ. condeſcen-
do. hic vero, nu. 248. ad ſauorem dominorum Comi-
rum, vt eam turbare nõ fuerint auſi, atque ita nulla mi
hi defendendi Rolandum neceſſitas incumbit.

Septimam quæſtionem abſoluit Rol. nu. 89. & ſeq.
probans, ciues quamuis immunes à ſolutione pro re-
rum, & fructuum extractione, teneri tñ profiteri, & de-
nunciare, qa immunitas non eximit eos ab hoc onere,
92 † per doctrinam Bart. in l. fin. §. diui, ff. de publican. cũ
alijs per eum citatis, addo Ruin. conſ. 112. num. 8. verſ.
præterea, vol. 5. Boſſ. in tit. de fraud. gabell. num. 10. &
quamuis Cęph. nu. 267. dicat, non eſſe neceſſariã conſi
gnationem aut profeſſionem, qñ conſtat rem ſolutio-
ni non eſſe obnoxiam, tñ non aduertit, quod etſi cer-
tum ſit ciues, & comitatiuos poſſe fructus ſuorum bo-
norũ extrahere, & pro eis nihil debere ſoluere, tñ non
conſtat iudici, aut conductori gabellæ, quod fructus
qui à tali extrahũtur, fuerint percepti ex ſuis prædijs,
vel potius empti à tertio aliquo, ideo neceſſaria eſt
ſẽper cognitio, & indagatio, an talis extrahat fructus
exemptos, vel obnoxios gabellæ: quo ſtante, admittit
teneri ẽt ciues, & comitatiuos conſignare: quia nõ oẽs
res deferentiũ ſunt ĩmunes, ſed illæ tñ, quas ex ꝓprijs
bonis perceperunt, & non emerunt aut acquiſiuerunt.

Nec obſtat quod ſtantib. verbis laudi, profeſſio nõ
ſit neceſſaria, ſecundum Decian. nu. 112. & ſeqq. cũ fue
rit conceſſa facultas extrahendi abſq; vlla licẽtia, ſo
lutione, & contradictione: nam hæc verba non exclu-
dunt profeſſionẽ; & quod attinet ad verba illa, ſine ſo-
lutione, & contradictione, res eſt clara: qa imponẽdo
onus profitẽdi, non contradicit extractioni, nec cogit
ad ſoluendũ: verbum aũt, licentia, non excludit profeſ
ſionem: quia etſi extrahens profiteatur, non tñ dr̃ pete
re licentiam, & profeſſio non fit ad effectũ vt ſibi conce
datur facultas extrahendi, ſed vt diſcernatur, an res
q̃ extrahitur ſit de cõprehenſis in immunitate, vt bene
conſiderat Cęph. nu. 271. & nu. 275. & ne fiat fraus con
ductori, & in hoc errat Decian. qui exiſtimauit bulle-
tam, ſeu teſſerã dari pro facultate extrahendi, cum tñ
ſit quædam potius atteſtatio, qđ res illa eſt ex ijs quæ
extrahi poſſunt: tria enim obſtant volenti extrahere.
primum, prohibitio ne quid extrahatur; ſcđm, ſolutio
vectigalis; tertiũ, profeſſio quæ fit ad effectũ, vt cogno-
ſcatur ſi res quæ extrahitur, eſt immunis: Laudũ diſpẽ
ſat aduerſus duo priora impedimẽta, ſed remanet ter
tium, qñ enim plura obſtãt, ſublato vno, reliqua ſuper
93 ſunt, † l. ſi qñ, C. de off. teſta. dixi conſ. 50. num. 27. hinc
conceſſa facultate res extrahendi, nõ intelligitur con-
ceſſa immunitas à ſolutione, ſed ſi cõceſſa ſit liberè ex-
trahendi, diſpenſatũ cenſetur aduerſus ſolutionem, vt
cõcludit Rui. in conſ. 100. vol. 1. qđ ſi iſta bulleta conti
neret licentiã extrahendi, verũ diceret Decian. & pro
eo allegari poſſet Alc. in conſ. 212. nu. 5. quem ipſe nõ
vidit, & quo nihil melius adducere poterat, ſed fit, vt
cognoſci poſſit an fraus fiat gabellæ, & qđ pro quo ex-
trahendo. quinimo, vbi eſt cõceſſa libera facultas, ꝙ tñ
non legitur in caſu noſtro, intelligitur adhuc arbitrio
boni viri, & ſcđm determinationẽ iuris atque legum,
l. libertas, ff. de ſtat. homin. l. 1. vbi gl. & oẽs Doct. C. de
ſacroſ. eccleſ. latè Alex. in conſ. 80. nu. 21. ver. præterea,
vol. 1. latè Iaſ. in l. 1. in 1. lect. num. 3. C. de ſacroſ. eccleſ.
vbi vult, qđ verbũ, liberè, reſtringatur ſcđm terminos
94 iuris. † Aret. poſt Bar. quem citat in l. actionib. col. 1. ff.
de in lit. iu. Goz. cõſ. 58. nu. 22. latiſſimè Marſ. in praxi
crim. in §. cõſtante, nu. 24. & ſeqq. fortius cõceſſio libe-
ræ poteſtatis, aut facultatis, reſtringitur ad ea quæ ſũt
95 ex bono, & æquo, † vt ꝓbat tex. in §. bonæ fidei, ibi, libe
ra poteſtas, Inſtit. de action. quem ad hoc põderãt Io.
Fab. Io. de Plat. Ang. & alij ibi, qui inferunt, qđ procu-
rator habens liberã poteſtatem, operari dẽt ſine frau-
de, ſcđm æquitatem, & eſt alius tex. in l. creditor, §. Lu-
cius, ff. mandati, vbi no. Bart. & exornat Iaſ. in §. in bo-
næ fidei, nu. 4. & ſi hoc eſt verum, qñ conceſſa eſt libera
facultas, vel poteſtas, erit multo magis verum, qñ defi
cit hoc verbum, ꝙ aliàs ſolet importare, ſine impedi-
96 mento, & ſine contradictione. † gl. in Clem. dudum, in
ver. libere, de ſepultur. & in Clem. fin. de æta. & qualit.
But. in c. 1. & ibi Barb. de offi. ordin. Alex. conſ. 214. nu.
4. vol. 6. Cur. iun. conſ. 2. nu 3. Tiraq. in l. ſi vnquam, in
ver. Reuertatur, nu. 135. C. de reuoc. don. Ruin. conſ. 1.
nu. 21. vol. 1. Rol. conſ. 42. nu. 18. Nat. cõſ. 530. nu. 10. Ri-
pa, de remed. ad cõſeruan. vbert. nu. 243. in quib. locis
ponunt dictæ dictionis ampliſſimã ſignificationẽ, quæ
tñ vt dixi, reſtringitur ad id, ꝙ iuſtum, & æquum eſt, &
pręcipuè excludit oẽm fraudem. Cũ itaque pro euitan
da fraude inducta ſit profeſſio, ea non cenſetur remiſſa
per dictiones illas, abſque vlla licentia, ſolutione, vel
cõtradictione, quæ alios reſpiciunt effectus, & ſe bene
compatiũtur cum profeſſione; & diſtinctio licentiarũ
q̃ ponit Decia. nu. 113. attingit negociũ: quia hæc pro-
feſſio non eſt licentia, nec ſub vocabulo licentię venire
põt, ſed tendit ad effectũ quem reſpicit licentia, ideſt,
vel ſolutionẽ, vel libertatẽ extrahẽdi, ſed modũ, ideſt,
ne vna res pro alia extrahatur, & ne gabellæ imponatr̃
extrahendo bona nõ immunia pro immunibus, & be-
ne Decia. nouit fundamẽtum ſuum eſſe futile, qñ poſt
oĩa confugit ad obſeruantiam, quæ tñ ſibi non fuit pro
poſita, ſenſit etenim concluſionem defendi non poſſe.

Accedo

Accedo ad oĉtauã dubitationem,an imminẽte bel-
lo,peſte,ſame,vel alia neceſſitate,poſſit ciuib.Regienſi
bus,vel Comitatiuis interdici extraĉtio ſruĉtuũ. hanc
abſoluit Rol.conſ.80.in 1.dub.in 3.vol. probans neceſ
ſitatis cauſa violari poſſe immunitatẽ.Scd Cęph. con-
tradicit,nu.282.& ſeq.reſtringens oia Rol. ſundamen
ta ad legis diſpoſitionẽ,& contendens aliud eſſe qñ ſu
mus in diſpoſitione hois,ſed grauiter labitur : quia ſi-
ue ſimus in vna,ſiue in altera diſpoſitione, ſemper in-
telligitur clauſula, rebus in eodẽ ſtatu permanentib.
& locus eſt regulæ qđ quę de nouo emergunt,nouo in-
digent auxilio,l.de ætate,§.ex cauſa,ff. de interrog. a-
ĉtion.l.1.ff.de ventre inſpic.& in d.conſ.80.Rol. iufini
tas allegat deciſiones,loquẽtes in diſpoſitione hois,&
dixit Bal.in l.iubemus nullã, C.de ſacroſ.eccleſ. quod
priuilegiũ immunitatis nõ includit caſum publicæ vti
97 litati contrariũ,† & videri põt pulcherrimũ Bal.conſ.
406.col.1.& 2.vol.5.vbi prudentiſſimè diſſerit de caſi-
bus belli & ſamis, & de cura q̃ Princeps gerere debet
ſubditorum laborantiũ inopia ; multa ẽt ponit Tiraq.
de pęnis temper.cauſ.33.per totã.ſilent enim priuile-
gia, nec loquuntur tpe famis,& belli,l. pro tironib. C.
de priuil.dom.Aug.lib.11. Ripa de remed. præſeruat.
cõtra peſtem,nu.182.& ſeq. & nulla eſt bene ordinata
Reſpub.quæ neceſſitatis tpe permittat extrahi fruges.
exẽpla publico totius Italiæ malo vidimus ,pximè ela
pſis annis,& ipſa quoque Regiẽſis ciuitas hoc iure eſt
vſa,quæ ideo in alijs dãnare non dẽt quæ in ſe ipſa pro
bat,quia petere nemo dẽt cuius contrarium eſſet in ſa
98 ĉto proprio poſtulaturus,† l.ſi rem,& preciũ,ff.de peti
tio.her.l.raias,C.de reſcind.vend.Crau.cõſ.497.nu.4.

Et non eſt verum,qđ dicit Cęph.nu.306. reficiendũ
eſſe damnum,poſtq̃ ceſſauit neceſſitas:nã in contrariũ
extat conſuetudo,ſcđm gl. in l.ſi locus,§.fi.ff.quemad.
ſeru.amitt. vbi dicit ſeruari, qđ Princeps rem priuati
ob publicam auferens vtilitatem,pretiũ non reſtituit.
99 †ſequuntur ibi Alber.& Caſtr.Cępol.de ſeruit.vrban.
prædior.c.24.in fin. Præterea,illud procederet,qñ ſupe
rior vult aliquid facere contra certam, & ſingularem
perſonã , ſecus qñ per viam legis generalis contra oẽs
promulgatæ tale quid diſponit,tunc enim nõ reſtituit
100 precium, nec reficit damna, † ita bene reſoluit Alex.
in conſ.190.nu.15.verſ.ad tertiu,vol.2.Iſern.in c.1.§.ſi.
militer, il ſecondo, de Capit.qui cur.vend. vbi Affliĉt.
nu.69.Dec.conſ.520.nu.10.verſ.& prædiĉtę concluſio
ni.alios citat,& ſeq.Rol.in conſ.69.nu.44. in ſecundo,
in quo facto conſuluit ẽt Nat. in conſ.554. ſed Comes
Valentiæ non potuit obtinere refeĉtionem damnorũ,
agimus aũt hic de lege generali , non aduerſus vnum
aut alterũ,nec aduerſus ſolos Regienſes,ſed aduerſus
oẽs ,ergo ſatisfieri nulli dẽt de publico. & his ſtantib.
non eſt opus diſcutere de notatis per DD. in l.ſi ex to-
to,ff.de leg.1.qa ſumus extra illos terminos;ſicut ẽt nõ
mouet,quod immunitas ſit reciproca,per ſupradiĉta.

Nonæ quæſtionis q̃ ponit Rol. d.conſ.80. nu. 30. &
ſeq.& Decia.nu.126.& Cęph.nu.340.facilis eſt reſolu
tio ex verbis ſtatuti Nuuolariæ, quod per omnia con-
cordat cũ ſtatuto Regienſi,dicit enim in c.69.in princ.
quod nulla res poſita in eo territorio , poſſit inter vi-
uos,vel in vltima voluntate ,ẽt ab inteſtato transferri
in forenſem,& verba ſunt adeo pręgnãtia, vt nulla in-
terpretatione euitari poſſint , & inanis eſt diſputatio,
101 vbi ſtatuti clara extat deciſ.†Corn.in conſ.109. in fi.
li.1.Cęph.in conſ.138.nu.20. & vbi ſtatuti determina
tionem habemus,non eſt vlterius inueſtigandum.Bal.
in l.Gallus,§.ſi eius,in ſecũdo notab.ff.de lib. & poſtu.
Rol.conſ.72.num.6.vol.3.Rim.in conſ.178.num.36.in
conſ.503.nu.34.Bec.conſ.12.nu.3. Sola in Conſtit.Pe-
demont.in procem.glo.4.num.48.vbi hoc multis con-
firmat,atque ita neque inter viuos,neque in vlt.volun.
neque ex teſtamẽto,neque ab inteſtato bona diĉti ter-
ritorij transferri potuerunt in foreuſes.

Quæſtio decima,quæ à Rolan.proponitur,nu.38.&
à Decia.nu.130. & à Cęph.nu.349. & ſeqq. duo conti-
net capita, primum, an cogantur ciues Regiẽſes dum
moram trahunt Nuuolariæ,macinare eorũ fruĉtus ad
molendina Nuuolariæ, Alterũ eſt,an impediri poſſint
introducere farinã alibi macinatam,vel pro ea cõpel-
li poſſint ad ſoluendum certum quid. Quantum perti
net ad primum caput,ſi D.Comites habent hanc facul
tatem, cogendi oẽs ſibi ſubditos ratione originis , vel
habitationis,vt in ſuis, non alienis molendinis maci-
nent,eandem exercere poterunt cõtra diĉtos ciues,ea
vero facultas competere põt ex præſcriptione , puta,
ſi poſt prohibitionem lapſum eſt longiſſimum tẽpus,
102 & nemo contradixit,† vt optimè declarat Rol.num.
39.& ſeq.Capic.deciſ.209.nu.26.Bertran. cõſ.3.vol.2.
conſ.49.vol.3.Boſſ.in tit.de Regal.num.41. Item,ſi ha
bent D.Comites,vt habere audio,iura Principis, pote
runt prohibere ne ſubditi aliud molendinum,vel aliũ
103 furnum habeant,ne alibi macinent viĉtualia.†ſecun
dum Hoſt.& Io. Andr.in c.ſignificante, de appellatio.
qui etſi indefinite loquantur de domino Villæ,intelli-
guntur tñ in Principe, vel eo qui habet iura Principis,
ſecundum Bertran. in conſ.3.nu.6.vol.2. pro quo facit
doĉtrina Iſern.in c.1.§. nemo retia, de pace tenen. vbi
inquit,quod Princeps põt piſcationes, & venationes
104 ſubditis ſuis interdicere. † Io.Fab. in §.flumina, In-
ſtit.de rer.diuiſ.Natta,in conſ.522.nu.23.& ſuper po-
teſtate dominorũ Comitum non exiſtimo difficultatẽ
fieri,& non obſtat, quod ſi qui ex ciuibus acceſſerunt,
illi ſibi,non alijs præiudicauerint:quia cum agatur de
eadem iuriſdiĉtionis ſpecie,vtendo ea poteſtate cõtra
105 aliquos,acquirunt D.Comites ius cõtra omnes.†ita
Bart.in l.1.ff.de itin.aĉtuque priuat. Abb.in c.cũ olim,
nu.6.de præſcrpt.Cin.in l.1.in fin.& ibi Salic. C. de e-
mancip.lib.Bal.in l.Imperium , vbi Caſtr.nu.4.& 6.ff.
de iuriſd.omn.iud.ſequitur Soc.qui multos allegat, &
prædiĉti loquuntur ẽt in diuerſitate perſonarũ. Alex.
in l.3.in princ.nu.22.vbi Iaſ.nu.35.ff.de acquir.poſſeſ.
idem Alex.in conſ.68.nu.20.in 2.vol. Soc.in conſ.111.
nu.3.vol.1.Balbus de præſcriptio.in ſecunda quæſt.ſe-
cundæ quęſt.princ.num.22.Oldrad.in conſ.254.col.2.
verſ.quinto opponitur, vbi ait acquiri iuriſdiĉtionem
quoad omnes perſonas , & aĉtus , qñ exercetur contra
aliquas perſonas,& circa aĉtus eiuſdẽ ſpeciei. Abb.in
c.cum in tua,num.3.de decim. idem ponit Bart. in l.ſi
quis diuturno,ff.ſi ſeru.vend.& aliàs probaui latiſſime
hanc propoſitionem, quod exercendo iuriſdiĉtionem
contra aliquos, acquiritur ius exercendi contra alios
omnes eandem iuriſdiĉtionis ſpeciem, nec eſt neceſſe
omnes diſtringere;ſic igitur ſat eſt dominos Comites
prohibuiſſe generaliter,& aliquos puniuiſſe, vt ceterã
omnes cogi poſſint;nec hic cadit conſideratio vniuer-
ſitatis : quia ius hoc ſpeĉtat ad omnes quidem , ſed vt
ſingulos,& ſingulorum concernit intereſſe,non autem
vt in vniuerſo,iuxta diſtinĉtionem ſupra factam inter
Vniuerſitatem,& ſingulos de Vniuerſitate.

Immunitatis vero cõceſſio de qua in quinto capitu
lo,nõ eximit Regienſes ab hoc onere molendini, quid
quid Decian.tenuerit,num.137.quia capitulum ad o-
nera quæ pro rebus in territorio poſitis imponuntur ,
eſt reſtriĉtum, & onus molendi non concernit ea bo-
na,ſed eſt quid diuerſum,& abſtraĉtum,ideoque reſpi
cit etiam alios præter Regienſes,& omnes ligat, præ-
cipuè,quando viĉtualia quæ macinantur eſſent aliun-
de percepta quam ex diĉtis bonis , quo caſu minor eſ-
ſet dubitatio, & probaui ſupra , quod capitulum non
loquitur

Digitized by Google

loquitur de oneribus quæ ſunt extra res illas.
Secundo,caput attingẽs res quæ inuehuntur,vel im
portantur in territorium Nuuolariæ recipit dilucida
tionem ab ijs quæ in ſequenti quæſtione dicentur.
Vndecima igitur eſt dubitatio, an ciues Regienſes
ſint immunes, & pro bonis quæ important, vel inue-
hunt è ciuitate Regiẽſi Nuuolariam? & quamuis Rol.
nu.47.dicat gaudere eos non poſſe immunitate,tñ De
cian.contradicit,nu.147.verſ.ſed, & in hoc,& nu.143.
verſ.quarto dico,& Cœphal.nu.358.verum non video
quõ incolumi pudore auſi fuerint obſiſtere, verba.n.
laudi clara ſunt,quod immunitas cõceditur ab oneri-
bus quæ imponũtur pro bonis,quæ illi poſſident in ter
ritorio Regienſi, quæ vero per eos importantur, nihil
pertinent ad bona dicti territorij,ſed ſunt penitus di-
uerſa,& ſeparata. Prçterea,capitulũ loquẽdo de fructi
bus cõcedit,& facultatẽ extrahẽdi,& nihil de introdu
ctione loquitur,ideo eo ſe iuuare Regiẽſes nõ poſſunt.
Et non obſtant verba laudi in §.& liceat,ponderata
à Deciano,qui vult,quod verba,conducere,& conduci
facere,importent rerum introductionem. Reſpondeo
enim, illa loqui de fructibus habitis ſuper poſſeſſioni-
bus,& terris prædictis, ſed quæ introducuntur nõ pro
ueniunt à terris,qđ ſi ea quoque introducerentur quæ
fuiſſent percepta ſuper terris prædictis,idẽ eſſet vt ſta
tim oſtendam. Non ẽt obſtat laudum in princ. quinti
capituli cõſideratum à Cęph. dum ponderat, ꝙ immu
nitas dictis ciuibus conceſſa, non ſolum eſt realis, ſed
ẽt perſonalis, quia reſtricta eſt ad onera quæ perſonis
imponũtur pro reb. & verba clara ſunt, nec poſſunt ca-
uillari. Non ẽt mouet,quod conceſſio loquatur de mo-
bilibus: quia verum eſt,dum ſunt in territorio Nuuo-
lariæ,vt dicit Laudum,ibi poſitis in dictis locis, & in-
telligit ipſemet Cęph. ſed antequam ſint in loco, non
ſunt immunia, ergo pro eorum introductione ſoluen-
da eſt ſolita gabella,& falſum eſt,ꝙ dicit Cęphalus,bo
na non indigere ea exemptione dum ſunt extra terri-
toriũ: nam ſi pro introductione ſoluenda eſt gabella,
certè indigent exẽptione, aliàs introduci non poſſent.
Hoc etiam intelligitur reſpectu fructuum percepto
rum ex bonis Nuuolariæ, ſi ſemel Regium vecti ad lo-
cum Nuuolarię reducerentur,aut reportarentur:quia
facultas extrahendi conceſſa à laudo conſumatur in
prima extractione & ad primum actum reſtringitur,
106 † l.boues,§. hoc ſermone, ff. de verb.ſignific. vbi latè
Tiraq.dixi in conſ.281.num.5.& 6.Menoch.conſ.244.
Burſat.conſil.345. & quando non ſumus in beneficio,
ſed in materia ſtricta, conceſſio immunitatis reſtrin-
gitur ad primum actum. Tiraquel.d.§.hoc ſermone,in
8.limit.nu.4. ideo ſemel extracti fructus deſinunt im-
munes eſſe,& verba illa, conducere, vel conduci face-
re,non ſunt poſita ad ſignificandum diuerſitatem lo-
corum, & alium locum quam eum ad quem referun-
tur verba illa,extrahere, & extrahi facere, ſed ad de-
monſtrandum modum res enim trahi,ferri,duci,& ve
hi poſſunt, iuxta carmen in Prætorio Sereniſs. Magni
Ducis Hetruriæ aſcriptum in laudem Mulæ.

Vexit, conduxit, traxit, & iſta tulit.

Non minus enim conduci quam trahi poſſunt fru-
ctus a loco Nuuolariæ,& dicat mihi Decianus,quis re
uelauerit, quod extractio intelligatur à loco Nuuola-
riæ,& conductio à loco Regij? hæc certè mera eſt diui
natio, & vna determinatio reſpiciens plura determi-
nabilia, debet omnia æqualiter determinare, l.cũ qui
ædes,ff.de vſucap.& cum dicat Laudum, conduci face
re fructus habitos ſuper rebus,non poteſt aliter intel-
ligi niſi quod conducantur à loco vbi res ipſę ſunt,non
aliunde ad eum locum,& illa alternatiua,ſeu, non im
portat rerum diuerſitatem, quia poſita eſt quoque in-
ter dictionem habitas,& habitos,vbi hunc ſenſum re-
cipere non poteſt. & dixi ſupra, quod verbum dubiũ,
vno in loco poſitum, intelligi debet eo modo quo di-
ſponens alio in loco illud intellexit.
In quæſtione decimatertia (ommito duodecimam,
quia in ea Decian.nu.149.ver.atque ideo,& Cęph.nu.
360.conueniunt cum Rol.nu.49.) Cęphal. concordat
cum Rol.& cum eo tranſit,ſed Decian.num.50. reſpe-
ctu ciuium aliter intelligit, & vult,quod Ciues Regij,
ſint immunes pro omnibus bonis quæ ab inferioribus
partibus deferuntur Regium,ſi tñ res ibi ſunt perman
ſuræ, vult ẽt quod ſint immunes pro reb. quæ à Regio,
vel ſuperiorib. partibus conducuntur ad partes infe-
riores,ſed non ſint exempti pro rebus quæ conducun-
tur verſus Regium à partibus inferioribus, ſed Regij
non ſunt permanſuræ. ego vero à Rol. Decia. & Cęph.
diſſentio in omnibus,& concludo,decimum laudi ca-
pitulum,nihil penitus loqui de immunitate à ſolutio-
ne gabellarum,ſed ſolum diſponere,quod viæ publicę
ſint, & remaneant liberæ quoad ciues Regij reſpectu
rerũ,& mercium;nam de ſolutione laudum ſatis clarè
loquitur tam reſpectu ciuium, quam aliorum in dicto
quinto capitulo,in §.ita tñ,ſi contigerit,vbi pro rebus
emptis, & pro mercibus, vult, quòd ſeruetur ſolitum,
nec diſtinguit inter ciues,& comitatiuos,ſed eos ęquè
obligat ſolito,vnde ſi in 10.cap.loqueretur de ſolutio-
ne reſpectu ciuium, eiſque vt videtur immunitatem
concederet,certe induceretur correctio, quod non eſt
107 dicendum in eadem diſpoſitione,† l.præcipimus,C.
de appellat.l.non ad ea legata duntaxat, vbi gloſſ. &
Doct.ff.de cond. & demon. latè dixi in conſ.294.nu.1.
& primæ diſpoſitioni nunquam videtur derogatum,
niſi quatenus legitur expreſſum.Bar. in conſ.72.col.3.
in 1.vol. Dec.in conſ.37.num.2. in conſ.97.nu.5. DD.
in l.pacta nouiſſima, vbi Dec.C.de pact. & idem eſt in
ſtatuto ſecundum Dec. in conſ.3. & in conſ.358.nu.3.
verſ. ſecundo videndum. & ſumi ea debet interpreta-
tio, per q̃ diſpoſitio ſibi non contradicit, c.inter dile-
ctos,de fide inſtru.Bar.in l.fin.§.idem quæſijt,ff.de con
dic.indeb.Dec.in l.vbi repugnantia, num.4.ff. de reg.
iur.vbi ait procedere in contractibus, ſtatutis, & alijs
quibuſcunque diſpoſitionibus. Crau.in conſ.70.num.
15.dixi abundè in conſil.179.num.25. & cum dicto 6.
cap.fiat ſpecialis mentio de immunitate, & ſolutione
gabellarum, in decimo vero dicatur ſolũ de libertate
viarum,debet attendi illud quod eſt ſpeciale, cap.ge-
neri,de reg.iur.in 6.& vt in ſuperioribus dixi, capitu-
lum generaliter loquens, trahi nõ debet ad id de quo
ſupra ſpecialiter eſt diſpoſitum,d.l.cohæredi,§.qui pa
trem,ff.de vulg.hic autem ſenſus cõfirmatur: quia lau
dum principaliter diſponit de vijs non autem de re-
bus,& tractat de libertate,non de ſolutione,ergo om-
nia referri debent ad viarum libertatẽ, quia eo reſpe-
ctu ſunt prolata verba,& eſt regulare, quod verba in-
108 telligi debent eo reſpectu quo prolata ſunt,† l.debi-
tor,§.fi.ff.ad Treb.Dec.conſ.283.col.1.Crau.conſ.236.
nu.1.& ſemper reſtringenda ſunt ad id, ſuper quo ex-
primuntur,§.quod autem,Inſtit.de legitima agnat.tu
tel.Crau.conſ.171.num.13.verſ. tertio quod iſte intel
lectus,& dicit Soc.in l.non putabam,ff.de cond. & de-
monſtr.quod verba declarare, & determinare debent
id ſolum,ad quod referũtur,& non aliud. Et ſi dicatur
quid operabitur conceſſio, ſi reſtringatur ad libertatẽ
viarum,& minime contineret immunitatem? Reſpon
deo,quod vigore decimi capituli D. Comites non po-
terunt ciuibus Regenſibus prohibere, & interdicere
tranſitum,quod ſæpe fieri conſueuit,præſertim pro bo
nis quæ ad victum pertinent,& ita ſeruatur in Medio-
lanenſi ditione,& locis alijs multis. Præterea, iter fa-
cientes,

cientes, poſſent capi pro repreſalijs, & alij caſus conſi
derari poſſunt quibus eiuſmodi libertas erit proficua.
Quod ſi magis placeat intelligere capitulum reſpe
ctu immunitatis, & exemprionis, certe non aliud con-
cedet q̃ immunitatem pro rebus, quæ ad eum finem à
ciuibus Regium portantur, vt ibi ſint permanſuræ, nõ
pro alijs, quæ vel Regium non conducuntur, vel à Re-
gio non portantur, vel portantur quidem Regium, ſed
non vt ibi ſint permanſuræ, quemadmodum doctè, &
ſubtiliter concludit in terminis Ruin. in conſ. 112. in 1.
dub. vol. 5. qui etſi ꝑꝑ ſubtilitatem videatur obſcurè
loqui, tñ ſe, mentemque ſuam qualis fuetit optimè de
clarat, nu. 2. in fi. verſ. ex his igirur probatur. & num. 4.
verſ. idem dico, qñ & infra ſępè. & animaduertendum
cenſeo, quod Ruin. conſuluit præcisè, & in indiuiduo
ſuper laudo de quo nos agimus, licet ne contra patriã
loqui videretur, loco Regij Brixiam nominauerit, &
loco Nuuolariæ, & Bagnoli, dixerit Pratalbuinum, &
Gambaram, nã in reliquis verba ſunt eadem, nec vna
quidem litera differunt à noſtro facto, quo nomine ei
magis eſt credendum, quem non eſt veriſimile aliter
contra patriam conſuluiſſe, quam veritatis impulſu.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum vnius loci eſt producendum quando lis agitur in aliena ditione.*
2 *Bannitus non poteſt teſtari ſecundum ſtatuta ciuitatis à qua eſt bannitus.*
3 *Bãniti noſtri temporis perdunt iura ſpecialia ciuitatis à qua exulant, ſed non iura communia.*
4 *Banniti licet non gaudeant beneficio ſtatutorum quæ commodum afferunt, ligantur tamen ſtatuto continente onus.*
5 *Statutum diſponens quod de teſtamentis duo rogentur notarij, eſt fauorabile, ex quo fraudis ſuſpicionem remouet.*
6 *Ratio principalis ſtatuti eſt attendenda.*
7 *Statuti diſpoſitio in dubio cõſeri debet fauorabilis nõ odioſa.*
8 *Statutum ne filius poſſit repudiare hæreditatem patris, non habet locum in patre rebelle, & bannito.*
9 *Teſtamentum inter liberos non includitur ſtatuto loquente de teſtamentis.*
10 *Statutum loquens de teſtamentis, includit etiam teſtamentũ inter liberos in fauorabilibus.*
11 *Statutum vnum, & idem quo ad aliquos, poteſt dici fauorabile, & odioſum quo ad alios.*
12 *Conſilium agnatorum vbi requiritur ex diſpoſitione teſtatoris, intelligitur de conſilio virorum, non mulierum.*

C O N S I L I V M CCCXIIII.

OBIECTIO quæ fit contra Illuſtrem D. Lu
cretiam Raimundam de Morellinis,
quod D. Ioannes eius pater non fuerit
valide teſtatus, ex quo ſecũdum diſpo
ſitionem ſtatutorum Parmenſium duo
notarij eſſent adhibẽdi, & teſtamentũ
in actis productum fuerit ab vnico notario factũ, fuit
doctè, & eruditè reſoluta per Excellẽtem D. Io. Bapti-
ſtam Buſanium, & illa reſponſio non põt in dubium re
uocari, qđ non conſtar de allegato Parmæ ſtatuto: &
cum lis agatur Regij, vel in Regienſi ditione, erat pro-
1 ducendum ſtatutum, † ſcđm Bart. quem alij ſequuntur
in l. oẽs populi, ff. de iuſt. & iur. Alex. in conſ. 37. nu. 20.
vol. 2. Dec. in c. 1. nu. 63. de ꝓbat. Iaſ. in rub. ff. de ope. no
ui nunc. col. pen. Aſin. in ſua Praxi, §. 22. c. 17. in ſec. lim.
Secunda quoque reſponſio ꝙ ex quo D. Ioan. erat ban
nitus à dicta Ciuitate Parmæ potuit teſtari ſcđm ius
cõe, non aũt potuiſſet id facere ſcđm ſtatuta ciuitatis,
2 eſt quoque cõis; † nam ita tenet Bart. in q. 1. incip. Lu-
canæ ciuitatis, in ſolut. nu. 11. & in l. eius qui, §. 1. nu. 2.
ff. de teſtam. & fuit originalis opinio Iacob. de Aret. vt
refert Bald. in d. §. 1. qui ſeptem ponit rõnes. Imo. col. 1.
& cõem dicit Nellus in trac. bannitor. in 1. par. 2. tem
por. nu. 52. Nat. in §. ex imperfecto, nu. 55. C. de teſta.
vbi alios citat. Neuiz. conſ. 73. nu. 8. verſ. confirmatur.
Clarus, qui cõem dicit, licet ipſe aliter diſtinguat, in §.
teſtam. q. 19. in princ. Rim. in l. vt vim, nu. 127. ff. de iu-
ſtit. & iure, & in conſ. 564. nu. 58. Pereg. in tract. de iur.
fiſci, lib. 3. tit. 7. nu. 13. vbi dicit cõiter teneri. Boſſ. in tit.
banniti, quid amitt. nu. 13. & ſeq. & prædicti ẽ cõuerſo
dicunt bannitum poſſe recipere & habere teſtamẽti fa
ctionem paſſiuam, qñ teſtm̃ eſt ſecundum ius cõe con-
ditum, licet nõ qñ eſt factum ſpeciali iure ciuitatis, id
quod multis cõfirmat Simon, de interp. vlt. volun. lib.
2. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 1. nu. 11. & ſeq. fol. 124. & ra
tio principalis eſt, quia noſtri tp̃is bãniti perdunt qui
dẽ iura ſpecialia ciuitatis, à qua exulant, ſed non amit
3 tunt iura cõmunia, † Bart. in l. amiſſione, §. qui deficiũt,
ff. de capit. diminut. Cin. Bart. Bal. Ang. Salic. & alij, in
l. 1. C. de hær. inſt. Bar. Bald. & alij, in l. ex facto, §. ex fa-
cto, ff. ad Treb, vbi Ripa, nu. 14. Neuiz. in conſ. 73. nu. 7.
& 8. Lofred. conſ. 45. nu. 8. Crau. in conſ. 925. nu. 3. & 9.
Cęph. conſ. 324. nu. 18. Vegius conſ. 25. nu. 4. & 5. Rim.
d. l. vt vim, nu. 122. & in conſ. 564. nu. 58. Berret. in cõſ.
95. nu. 1. & 9. Menoc. conſ. 101. nu. 9. Decia. conſ. 64. nu.
41. conſ. 86. nu. 32. in 3. vol. Simon loco prædicto, nu. 12.
Pereg. d. lib. 3. tit. 7. nu. 9. propterea licet nõ poſſint con
dere teſtm̃ iuxta ſtatutorum diſpoſitionem, poſſunt tñ
illud facere ſeruata forma iuris cõis, quo, vel cuius be-
neficio nõ ſunt priuati, ſed gaudere poſſunt quoad bo
na quæ ſunt extra territoriũ bannientiũ, licet aliud ſit
quo ad bona exiſtentia in ditione à qua ſunt banniti.
Vnum tñ vr̃ huic concluſioni repuguare: nã banniti
nou gaudent beneficio ſtatutorũ, quæ commodũ affe-
4 runt, ſed bene ligãtur ſtatuto continẽte onus, † arg. l. ſi
ſeruus pluriũ, §. 1. ff. de leg. 1. l. in actione, §. itẽ qui ſocie
tatẽ, ff. pro ſocio. Ang. in l. is qui ſolidũ, ff. de hær. inſtit.
in quib. locis dr̃, quod vbi quis ꝓpria culpa deſinit ha-
beri ꝓ eo quod erat, tenetur tñ in odioſis ac ſi eſſet in
eodẽ ſtatu. & infertur ad hæredẽ, qui ſua culpa deſijt eſ
ſe hæres, & de eo q̃ ex proprio delicto deſijt eſſe ſocius,
& poſſem infinitas cumulare deciſiones. ſic bãniti nõ
eximunt a ſtatutis ſibi oneroſis, quia aliàs delictũ ſibi
prodeſſet, & lucrũ ex illo facerent, & inductum in odiũ
bannitorũ, retorqueretur in eorũ fauorẽ, contra cões
iuris regulas. & in ſpecie, qđ ſtatuta afferentia bãnitis
incommodũ, eos arctent, voluit Bar. in d. q. 1. in ſolut.
nu. 6. Soc. conſ. 58. nu. 10. vol. 1. Pariſ. ad Bat. in d. q. t.
Sed nec iſtud mouere quemquam debet, qm̃ ſtatu-
tum prædictum quamuis nouam formam inducat te-
ſtamenti condendi, dum mandat duos rogari nota-
rios, tñ eſt fauorabile bãnitis, & alijs omnibus ex quo
5 fraudem, vel fraudis ſuſpicionem remouet, † vt ꝑ Abb.
in conſ. 52. vol. 2. facit quod voluit Bar. in l. cunctos po
pulos, nu. 32. verſ. aut ſtatutum eſt prohibitiuũ in per-
ſonam. C. de ſum. trinit. & fide Cath. vbi dicit, ꝙ ſtatu-
tum prohibens ne minor vigintiquinque annis teſte-
tur, eſt fauorabile, ſic nu. 30. in princi. dum loquitur de
ſtatuto, ꝙ teſtamẽta non valeant niſi ſint inſinuata, q̃a
per illud obuiam fraudib. itur. & hæc tanquam princi
6 palis ratio, & intentio ſtatuti debet attendi, † l. qui ex
ceptionem, in princ. vbi Bar. Bal. Caſtr. & alij, ff. de con
dict. indeb. Bal. in l. 1. nu. 5. C. de legat. Dec. in l. venia,
nu. 5. C. de in ius voc. Brun. de ſtatu. exeluſ. femin. in 4.
princip. artic. col. fi. Tiraq. de retract. conſang. §. 30. gl.
1. nu. 5. Crau. in conſ. 118. nu. 8. & in dubio ſtatuti diſpo
7 ſitio cenſeri debet fauorabilis non odioſa. † Bal. in l. fi.
nu. 3. C. qui nõ poſſ. ad libert. perue. Alex. conſ. 179. nu.
2. vol. 7.

2.vol.7.Tiraq.in præfatin.dicti tract.num.66.Si igitur
ſtatutum factum eſt in fauorem ciuium, certe eo bāni-
tus non poteſt iuuari. Id quod alia ratione confirmo,
puta ſi huic bannito ex teſtamento Parmæ cōdit in ſer-
uata ſolennitate fuerit aliquid relictum extra territo-
rium Parmenſe poſitum, poſtea vero per aliud teſta-
mentum factum ſine illa ſolēnitate reuocatum fuerit
primum, certe quia ſtatutum eſt fauorabile, non pote-
rit bannitus allegare nullitatem ſecundi teſtamenti,
ergo fatendum eſt quod non odium, ſed commodū cō-
tinet, & non poteſt pro parte iudicari odioſum, & pro
parte fauorabile, & ferè in terminis noſtris adduco
deciſionem Soc.in d.conſ.58.nu.10.vol.1.vbi ait, quod
ſtatutum ne filius poſſit repudiare hęreditatē patris,
8 non habet locum in patre rebelle, & bannito: quia † fa
ctum eſt ad eius fauorem. Et licet ſit etiam miatus fa-
uor creditorum, imò hic ſit principaliter à ſtatuto con
ſideratus, tamen quia negari non poteſt, quin etiam
cōcurrat fauor patris, & ideo hæc ratio quæ nocet prin
cipaliter bannito, attendi debet; & ideo vult, quod fi-
lius poſſit rebellis, & banniti patris hæreditatem repu
diare. ſic in propoſito cum ſtatutum de quo agimus ſit
introductum fauore teſtantium, nō habebit locum in
bannito teſtante, quamuis in aliquo etiam noceat te-
ſtantib. in quantū nouam requirit ſolennitatē. ſequi-
tur Goaad.in d.l. qui ſe patris, nu.26. & exiſtimo nihil
hac deciſione inuenire poſſe magis ad rem noſtram.

Optima etiam eſt reſponſio, quod ſtatutum loquēs
de teſtamento, non habeat locum in teſtamento condi
to inter liberos, vt voluit Soc.iun.in conſ.144.nu.32.&
ſeq.vol.2.confirmo ratione: nā teſtamentum inter libe
ros tanquam imperfectum non eſt propriè teſtamētū,
ergo non includitur ſtatuto loquente de teſtamentis,
9 † vt concludit in terminis Iaſ.in §.ex imperfecto, l.hac
conſultiſſima, C.de teſtam.nu.14.ver. ſed prædictis nō
obſtant. vbi Cutt.iun.nu.25. illū ſequitur. & idē tenet
Natta, nu.224. Nec dicatur, quod hoc ſtatutum ſit vt
dixi ſupra, fauorabile, & ideo vendicet ſibi locum ēt in
teſtō inter liberos, arg.eius ꝙ decidit Alex.in l.2.nu.3.
C.de bon.poſſeſ.ſecūd.tab. vbi vult, qđ bonorū poſſeſ-
ſio conceſſa teſtamentis ſignatis ſigno ſeptē teſtiū, cō-
petat ēt teſtō inter liberos condito, Natta, d.§.ex imp-
fecto, nu.224.vbi dicit, ꝙ in fauorabilibus ſtatutum lo
quens de teſtamento, includit ēt teſtm̄ inter liberos,
10 † eōem dicit Craſſ.in §. teſtm̄, q.13. Reſpondeo enim,
quod etſi fauorabile ſit, quo ad alias perſona, non eſt
tñ tale quoad liberos, quia eos priuat fauore conceſſo
à lege, & arctat priuilegium ſibi indultum, quod nulla
requiratur ſolennitas, & cum reſtringat libertatem il
lam, dr̄ odioſum filijs; vt in ſimili de ſtatuto reſtringen
te eccleſiaſticam libertatem dicunt Doct. quos latè ci
tani in conſ.2. per totū. & non eſt mirum quod vnum,
& idem ſtatutū dicatur quoad aliquos fauorabile, &
11 quoad alios odioſum, † nā ſic quoq; dicūt Doct.in ſta-
tuto excludente feminas ꝑꝑ maſculos. Bal.in l. venia,
nu.4.vbi Caſtr.nu.4.Sal.nu.2.Alex.nu.5. Iaſ.num.4. &
Curt.ſen.nu.10.C.de in ius vocan.communē dicit Iaſ.
in l.maximum vitium, nu.2.C. de liber. præter. & in l.
1.nu.7.ff.ſi cert.pet.Cęph.in conſ.278.nu.106. & ſeq.

Non per hæc impugno ceteras reſponſiones Excel-
lentis Domini Aduocati, quin etiam eas approbo, &
quam libentiſſimè amplector, tam reſpectu huius arti
culi quā alterius, in quo quæritur, an teneretur Domi-
na Lucretia requirere conſilium feminarum ſibi con-
ſanguinearum, ſtante iuſſu teſtatoris, quod nubat cum
conſilio proximiorum agnatorum: nam ſubſiſtunt de-
ducta per eum quod onus probandi conſiliū non fuiſ-
ſe adhibitum, incumbat ei qui hunc defectum obijcit,
& quod in hoc iudicio diſcutienda non ſit huiuſmodi
quæſtio, ſed reſeruanda in plenario iudicio, & demū,
quod conſiliū fuit à teſtatore requiſitum propter puel
læ imbecillitatem, quæ ſuppleri, & tolli non poteſt etiā
adhibito conſilio mulieris, quæ non minori eget con-
ſilio, ideoque intelligi debet teſtatoris diſpoſitio de
conſilio perfecto, atque ita hominis, non mulieris.
12 † Bald.conſil.6.volum.2.Tiraq. de legib. connubial.l.
1.num.79.Lamberteng.de contract. eorum qui ſine ſo
lennit.gl.11.num.90.vbi allegat Imolam, & Cottam.
Carpan. ad ſtatu. Mediol.p.1.c.328.num.323. Quare
concludo omnino in fauorem Dominæ Lucretiæ iudi-
candum, ſaluo ſemper meliore iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Verò, dictio aduerſatur ſuperioribus in iure, & in facto.*
2 *Aduerſatiua, verò, coniungit, & repetit ſuperiora omnia, & implicat ac retinet idem thema.*
3 *Antedictis dictio eſt relatiua, & operatur ac ſi illi fuiſſent nominatim expreſſi.*
4 *Alternatiua pars vna, aliam declarat.*
5 *Superflua ne reddatur diſpoſitio, ſemper interpretatio fieri debet.*
6 *Teſtamenti pars vna aliam declarat.*
7 *Opinio teſtatoris attenditur.*
8 *Clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia quando inutilis eſſet diſpoſitio.*
9 *Clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia quando commodè fieri non poteſt, & ſcriptura, vel ſenſus non patitur.*
10 *Clauſula quæ non eſt de per ſe poſita, ſed ad qualificandum vnum capitulum, vel vnam perſonam, reſtringitur ad illam.*
11 *Omiſſum reputatur quod teſtator ſi voluiſſet facile expreſſiſſet.*
12 *Media cognoſcuntur ex ſuperioribus, & inferioribus.*
13 *Subſtitutione ab actiua non rectè arguitur ad paſſiuam.*
14 *Deſcendentium appellatione licet veniant omnes in infinitū, non tamen per hoc inter eos inducitur reciprocum fideicommiſſum, ſed tantum vulgaris ſubſtitutio niſi adſit aliquod verbum ſignificans tractum temporis in futurum.*
15 *Coniecturæ plures vincunt vnam, fortior debiliorem, ſpecialis generalem.*
16 *Præſumptio illa attendi debet, quæ excludit ampliationem fideicommiſſi, ſicut attenditur illa quæ excludit delictum.*
17 *Et, copula, diuerſa coniungit, & ſtat ampliatiuè.*
18 *Verbi proprietas in dubio eſt attendenda.*
19 *Copula, &, aliquando ſtat expoſitiuè, quando ſcilicet eſt poſita inter duo eiuſdem ſignificationis.*
20 *Fideicommiſſum vbi eſt reale, tunc quilibet poſſeſſor cēſetur grauatus, ſecus vbi verba dirigūtur in perſonas honoratas.*
21 *Participium reſoluitur in relatiuum, & verbum.*
22 *Relatiuum refert non ſolum ſubſtantiam, ſed etiam qualitates, modos, & tempora relati.*
23 *Relatiuum implicitum in participio, idem operatur ac ſi eſſet explicitum.*
24 *Continuè, aduerbium, admittit interpellationem.*
25 *Verba vniuerſalia recipiunt reſtrictionem quam diſponens adiecit.*
26 *Verba declarationem recipiunt ex adiuncto.*
27 *Iuramentum confirmat, ſed non extendit diſpoſitionem.*
28 *Ita quod, iſta Clauſula ſtat regulariter declaratiuè, & reſtrictiuè.*
29 *Clauſula (ita quod) natura eſt, vt intelligatur ſecundum ſupradicta.*
30 *Ita quod, Clauſula, quandoque ampliat, quando ſcilicet aliàs eſſet ſuperflua, & ſine effectu operandi.*
31 *Verba operari quid minimum, ſufficit ad tollendum vitium ſuperfluitatis.*

Super-

32 *Superfluitatis vitium vt tollatur, ſufficit quod verba exprimant quod tacitè inerat, vel inducant nouum remedium, vel tollant dubitationem quæ ſubeſſe poterat.*

33 *Clauſula, ita quod, poſita ad augẽdum fauorem legatarij, non reſtringit legatum.*

34 *Tale ſecundum quid, non eſt propriè tale.*

35 *Fideicommiſſum abſolutum non inducitur, ſed tamen in caſum alienationis, ſi teſtator prohibeat domum alienari, ſed quod in familia relinquatur.*

36 *Alienatione ſimpliciter prohibita, vt bona in familia remaneant, non inducitur fideicommiſſum in caſum mortis.*

37 *Rot. deciſ. 212. & 213. in 2. par. in nouiſſ. declarantur.*

38 *Conditio cohærens perſonæ non cenſetur repetita.*

39 *Relatiuum poſitum ſine copula, ſtat reſtrictiuè.*

40 *Præſuppoſitum debet verificari, aliàs ceſſat diſpoſitio.*

41 *Clauſula, in ſtirpes, & non in capita, non importat reciprocũ fideicommiſſum.*

42 *Subſtitutio facta poſt mortem omnium, non dicitur facta vltimo, ad effectum inducendi reciprocum fideicommiſſum.*

43 *Verba executiua non diſponunt.*

44 *Reciprocum fideicommiſſum vt inducatur, non ſufficit ſubſtitutionem eſſe factam indefinite in hæreditate, ſed requiritur quod ſit facta cum ſigno vniuerſali, tota, vel omni, vel vniuerſa hæreditate.*

45 *Reciprocum fideicommiſſum inducitur inter deſcendentes ex coniecturis, licet tria illa requiſita non concurrant.*

46 *Verborum inculcatio facta in clauſulis executiuis, & acceſſorijs, non ampliat, vel extendit, aut immutat vim præcedentis diſpoſitionis.*

47 *Verba confirmata operantur circa ſuum antecedens, ſed illud non extendunt.*

48 *Feudum non efficitur hæreditarium ex mentione hæredis poſita in executiuis.*

49 *Agnationis conſeruandæ coniectura non inſurgit ex eo, quod teſtator ſæpe de maſculis locutus fuerit.*

50 *Fideicommiſſum reciprocum non cauſatur ex vocatione maſculorum.*

51 *Agnationis ratio non expreſſa, non extendit fideicommiſſum aut grauamen ad perſonas non grauatas.*

52 *Voluntas tacita quæ ex actu colligitur, non extenditur vltra quam inferatur de neceſſitate ex ipſo actu.*

53 *Semper, perpetuo, iſta verba reſtricta ad perſonas, & tractantia de earum ſucceſſione, intelliguntur, vt ſignificent modum ſuccedendi in caſibus iam diſpoſitis, non autem vt nouos caſus exprimant.*

54 *Proximior ſi non admittitur, multo minus remotior admittetur.*

55 *Fideicommiſſum vt inducatur, debent concurrere coniecturæ neceſſariæ, & multum probabiles.*

56 *Trebellianicæ prohibitio quando inducat coniecturam reciproci fideicommiſſi.*

57 *Numerus teſtium non ſupplet defectum quando ſinguli ſunt defectuoſi.*

58 *Mixtus caſus includitur ſub ſimplici, quando in eo ſubeſt eadem ratio, & idem effectus.*

59 *Singula in ſua ſpecie imperfecta, copulata non iuuant.*

60 *Confeſſio nocet hæredi confitentis.*

61 *Videlicet, dictio eſt reſtrictiua.*

62 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

63 *Referenti non creditur etiam in ijs de quibus poteſt diſponere, niſi conſtet de relato, quando referens nihil certi diſponit.*

64 *Confeſſio veritati repugnans non attenditur.*

65 *Probatio dubia interpretatur contra fundantem ſe in ea.*

66 *Opinio contrahentium magis attenditur quam veritas in ijs quæ pendent à voluntate.*

67 *Sententia certa ferri non poteſt in re dubia.*

68 *Inducta in fauorem non debent in odium retorqueri.*

CONSILIVM CCCXV.

DOMINVM Iulium de Paltronibus, potuiſſe de bonis ſuis teſtari, non obſtante teſtamento D. Antonij ſui tritaui, credideram ſatis demõſtraſſe: ſed grauatum illum fuiſſe fideicommiſſi onere dubitãt nunc peregregiè Excellentiſſimi D. Bononienſis Rotæ auditores, eiuſque caſum per eiuſdem D. Iulij mortem eueniſſe, pluribus fundamentis contendunt, quæ cum ſinuosè ſint explicita, referre nũc viſum eſt non expedire, ſed longitudini parcendo, rem ipſam aggredi magis placuit.

Primum igitur dicunt, fideicommiſſum omnibus deſcendentibus filiorum inſtitutorum impoſitum videri, ex Clauſula (cuicunque vero ex eis decedenti ſine liberis, &c.) quia cum ſupra filijs inſtitutis decedentibus cum liberis, & deſcendentibus ſubſtituerit liberos & deſcendentes, ſubſtituendo poſtea cuicunque ex eis, videtur fideicommiſſum iniunxiſſe non ſolum filijs inſtitutis, ſed etiam deſcenden. ſubſtitutis, atque id rationibus comprobant, quibus conantur oſtendere, verba, ex eis, referri ad deſcenden. & non reſtringi ad filios inſtituros.

Hic tamen intellectus nullo modo conuenit verbis
dictę Clauſulę: illa enim verba, (Cuicũque vero,) ſunt
aduerſatiua, & non ſolum pręcedentibus aduerſantur
1 in iure, & facto, † l. hoc amplius, §. de his autẽ, vbi Bart.
ff. de dam. infec. l. ſi vero, ff. qui ſatiſd. cog. ſed etiã con-
2 iungunt, & repetunt ſuperiora omnia, † l. Seia, §. Gaio,
ff. de fund. inſtr. gl. in §. item lapilli, Inſtit. de rer. diuiſ.
& implicat ſemper, ac retinet idem thema. Bart. in l.
mariti, §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. & dicit Cin. in
Auth. ſacramenta puber. circa principium, C. ſi aduer.
vend. quod aduerſatur in eiſdem de quibus ſupra di-
ctum eſt, & repetit ſemper cum eadem qualitate, quia
eſt coniunctio, vt inquit Soc. in l. 1. §. 1. nu. 7. ff. de acq.
poſſeſſ. Dec. alios citans, in cap. at ſi clerici, §. de adulte
rijs, nu. 2. de iudic. vbi inquit, quod præcedentia oĩa vi
dentur repetita, exceptis ijs in quib. aduerſatur. Bero.
conſ. 42. nu. 2. vol. 1. vbi ait retinendum eſſe thema præ
cedentis diſpoſitionis, & conſ. 64. nu. 51. in 2. & conſ.
128. nu. 19. in 3. Bertr. conſ. 11. nu. 10. vol. 1. Natta pul-
chrè, conſ. 570. nu. 9. Ceph. conſ. 341. nu. 7. vbi infinitos
allegat, loquendo de ſucceſſione eiuſdem perſonæ, &
conſ. 341. nu. 27. dicit retinendum eſſe eundem caſum.
Hier. Gabr. conſ. 11. nu. 3. Menoch. conſ. 76. nu. 6. Rim.
in conſ. 29. nu. 25. & ſeq. cũ ergo ſupra poſuerit caſum
filiorum inſtitutorum decedentium cum liberis, ſe-
quenti Clauſula intelligi debet, vt loquatur de eiſdem
filijs inſtitutis, ſed deceden. cum liberis, vt hoc modo
repetantur perſonæ de quibus ſupra diſpoſuerat.

Secundo id oſtẽditur: quia ea Clauſula duos impli-
cat caſus; primum, quando ſine liberis decederent; ſe-
cundum, quando cum liberis antedictis. at hic ſecun-
dus caſus non poteſt referri niſi ad filios filiorũ teſta-
toris, quos in prima ſubſtitutione poſt reciprocam ex
preſſam voluit parentibus ſuccedere: quia ſupra non
niſi eo in loco locutus eſt teſtator de liberis, & dictio,
antedictis, eſt relatiua, & operatur ac ſi illi fuiſſent no
3 minatim expreſſi. † Bar. in l. qui liberis, §. hæc verba, in
fi. ff. de vulgar. cum alijs quos citaui in conſ. 123. num.
13. ergo Clauſula, Ex eis, ſolos teſtatoris filios inclu-
dit, non autem deſcendentes alios, cum ſupra de illo-
rum filijs locutus ſolum fuerit, nõ de aliorum liberis,
4 & vna pars alternatiuæ declarat aliam, † l. 1. ff. de reb.
dub. Rom. conſ. 231. num. 2. Soc. d. l. 1. num. 1. & ſequen.
Rota deciſ. 213. nu. 3. in 2. par. in nouiſſimis.

Tertio

Tertio demonſtratur: quia ſi illa verba (cuicunque
veto ex eis decedenti ſine liberis,&c.) intelligerentur
etiã de nepotibus & deſcendentibus teſtatoris, vtique
alia ſequens clauſula (& ipſi liberi decederent ſine li-
beris,&c.)eſſet ſuperflua: quia idipſum iam fuiſſet ex
preſſum in clauſula illa (cuicũque veto ex eis &c.) ſed
quia in præcedenti clauſula intellexit teſtator ſolum
de filijs ſuis,nõ de alijs deſcendentib. ideo infra ponit
de filijs filiorum decedentib. ſine filijs. & ſumi ſemper
debet interpretatio,per q̃ diſpoſitio non reddatur ſu-
5 perflua. † Caſtr.conſ.175. num.4.vol.1. & alios citaui
conſ.127.num.9.& ſeq.Card.Mant.de coniect.vlt.vol.
lib.3.tit.1.in princ.ad quid aũt poneret caſum , quan-
do deſcendentes filiorum decederent ſine liberis, ſi ſu
pra ſubſtitutionem feciſſet quibuſcunque ſuis deſcen-
dentibus,quandocunque ſine liberis deceſſiſſent.

Quarto idipſum probatur: qa illa verba (ex eis) po
ſita in præcedenti ſubſtitutione facta vnicuique ex eis
decedenti cũ liberis, nulli dubiũ quin reſtringatur ad
filios inſtitutos, cũ ſupra alias perſonas non nominaſ
ſet, ergo in ſeqnenti ſubſtitutione illa ipſa verba dẽnt
de eiſdẽ filijs inſtitutis ſupra nominatis intelligi; vna
6 enim pars teſtamenti declarat aliã,† l.qui filiabus,vbi
Iaſ.ff.de leg.1.l. ſi ſeruus plurium, §.fin.iſ.eo.l. fi.§. qui
dulcia,ff.de vino,tritico, oleoque leg. Dec.conſil.425.
nu.6.Ctot.conſ.45.nu.12. Ruin.conſil.130.nu.4.vol.3.
Pariſ.conſ.40.nu.16.vol.2. Cęph.conſi.306. nu.69.Me
noch.cõſ.95.nu.79. & vna pars diſpoſitionis declarar
aliã Zuc.in l.fi.nu.83.in fi.& nu.84.C.de edi.dini Adr.
tol. Cęph.conſi.68.nu.17. Anch. Mod.ſam.q.37. nu.5.
vol.2.& vnũ fideicommiſſum declarat Beto. conſ.107.
nu.18.vol.2.& in terminis,Soc.conſ.69.nu.7.vol.3. vbi
ẽt aliter reſpondet. Et non aduerſatur, qđ ſi ſoli filij te
ſtatoris includerentur, ſubſtitutio redderetur inanis,
ex quo naturali curſu inſpecto, filij teſtatoris qui repe
riuntur ſubſtituti,non poſſunt ſuperuiuere vltra tertiã
fratrũ generationem,quia reſpõdeo,argumentum re-
torqneri cõmode poſſe contra D. Alexandrum: nã filij
teſtatoris ſunt nominatim ſubſtituti, at nulli dubium
ſcđm naturæ curſum filij teſtatoris poterũt facilius ex
pectare mortem fratrum,q̃ nepotum,& pronepotum,
q enim primo naſcitur prius morti appropinquat, &
ſic ſubſtitutio reddi põt inanis, eo ꝙ veriſimile non ſit
filios teſtatoris ſuperuiuere vltra tertiam generatio-
nem,cõcludendũ erit clauſulã(ex eis)intelligi de filijs
teſtatoris non deſcendentibus gradus vlterioris,quo-
rum mortem filij teſtatoris expectare non poſſunt.

Secundo reſpondeo, ꝙ in caſu noſtro teſtaror clarè
& ſpecificè vocauit filios ſuos ad ſucceſſionẽ nepotum
deſcendentiũ ſine filijs, vt in d.ver. (aut ẽt cum liberis
antedictis)propterea in claris nõ eſt opus cõiecturis,
l.continuus, ff.de verb.obl. & nõ eſt locus argumentis
aut præſumptionibus, cũ veritas ipſa patet,l.diuus,ff.
de in integr.reſt. Cũ ergo teſtaror habuerit pro poſſibi
li,ꝙ filij ſuccedũt nepotibus,eiſq; ſuperuiuant, nõ dẽt
id nobis videri impoſſibile,attenditur enim teſtatoris
7 opinio. †Bal.in l.fi.§.1.nu.22.C.com. de leg.latè Card.
Mant.de coniect.vlt.vol.lib.3.tit.10.Simon de Pret.in
eo.tract.lib.2.interpr.4.dub.1.ſol.3.nu.8.fol.mibi 162.
Non ẽt mouet, quod ex quo in ſuperiore ſubſtitutione
teſtator mentionẽ ſecerat nõ ſolũ de filijs,ſed ẽt de ne-
potibus,& deſcendenribus filiorũ,verba (ex eis)adie-
cta in clauſula ſequenti referri debeant ad oẽs ſupra
nominatos,c.vt officium,in princ.& §.1.de hæret.in 6.
quia tepugnat in caſu noſtro natura aduerſatiuæ quæ
copulat,& repetit caſum præcedẽtem, vt ſupra dixi in
2.reſolut. Item ſic intelligendo, verba eſſent ſuperflua,
vt dixi 3.reſolut.& clauſula in fine poſita non refertur
8 ad oĩa,qñ inutilis eſſet diſpoſitio.† glo.Bar.& alij,in l.
cum vulgari,ff.de dot.præleg. Bart.in l.talis ſcriptura,
§.fi.ff.de leg.1.Gabr.com.opi.lib.6.tit. de clauſ.concl.
9. nu.10. Præterea non põt illa clauſula referri ad oẽs
filios,& deſcendentes filiorũ, quia induceret cõtrarie
tatem , & repugnãriam, dum dicit,(aut ẽt cum liberis
antedictis,) quia ſupra dixerat de liberis filiorũ,& li-
beri filiorũ nõ poſſunt decedere cũ antedictis liberis,
ergo cũ dixit,(ex eis) non põt intelligi de liberis filio-
rũ, ex quo liberi illi non poſſunt naſci ex ſe ipſis: nam
actio & paſſio nõ poſſunt ſtare in eodẽ ſubiecto , l.cum
filio,ff.de leg.1.l.Vranius,ff. de fideiuſſor. & inter ipſa
correlatiua,vt ſunt pater,& filius,cadere dẽt perſona-
rũ diſtinctio,nec quis eſſe põt pater. & filius eodem re
ſpectu. Clauſula vero in fine poſita,nõ refertur ad oĩa
qñ commodè fieri non põt, & ſcriptura vel ſenſus non
9 patitur. †Caſtr.in l.1.vbi Iaſ.in 1.limit.C.de liber.præ-
ter.Iac.Beluiſ.Bald.Alex.Aret.Barba.Soc.Goz.& Soc.
iun.quos citat,& ſequitur Gabr.d.conclu.9.nu.16.De
mũ ex contextu ſcripturæ apparet clauſulam illam re
ſtringi ad filios inſtitutos: qa primo diſpoſuit,qñ dece
derent cum liberis; ſecundo qñ ſine liberis; tertio qñ
cũ liberis qui deinde nõ relinquerent deſcendentes,re
tento ſemper themate perſonarum. & clauſula qñ nõ
eſt de per ſe poſita, ſed ad qualificãdum vnũ capitulũ,
10 vel vnã perſonam,reſtringitur ad illã. † Bal.in l.fi.vbi
Soc.ff.de reb.dub.Gabr.qui multos citat, d.concluſ.9.
nu.11.Rim.conſi.23.num.143.Simon lib.2. interpr.4.
dub.2.ſolut.2.nu.163.Ex prędictis remouetur & aliud
argumentum quo dr teſtatorem voluiſſe nõ ſolum ne-
potibus, ſed pronepotibus & alijs ẽt vlterioribus ſub
ſtituere,ex quo ſimpliciter dixit de liberis , & deſcen-
dẽtibus , cum tñ expreſsè de filijs ſecerit mentionem,
qñ voluit ſignificare filios primi gradus , vt conſil.vlt.
nu 4.vol.1.inter conſi.Soc. nã vbi aliàs verba id admit
terent,clauſula(ex eis)repugnaret,quæ eſt perſonalis,
& reſtringitur ad filios ſupra nominatos,vt dixi, & di
cam latius in reſolutione ſecundi fideicommiſſi,vbi ẽt
tractabo,an copula ſtet reſtrictiuè vel expoſitiuè.

Secundo principaliter dicunt, fideicommiſſum om
nibus deſcendentibus filiorum impoſitũ ſuiſſe per illa
verba (aut ẽt cum liberis antedictis,& ipſi liberi,&c.)
quarenus liberis filiorũ decedentib. ſine liberis & de-
ſcendentib. teſtator ſubſtituit ſuperuiuentes filios,vel
eorũ liberos & deſcendentes. Sed etſi hæc verba fidei-
commiſſum importent , atq; id abſolutè admittatur,
nego tñ hoc fideicommiſſum iniunctũ eſſe nepotibus
filiorum,& extendi vltra ipſorum filiorum filios , qui-
nimo dico reſtringi ad filios filiorum , & vlterius non
progredi: quia fuerunt grauati liberi filiorum, quorũ
appellatione in prioribus ſcriptis,nu.10. vſque ad 28.
ptobaui filios non ẽt nepotes contineri , & ad ea quæ
tunc dixi me remitto,ne ſæpins eadẽ repetantur . Ad-
do,hanc teſtatoris intentionem apertè ex alio colligi;
quia etſi teſtatot in verſ.(& vnicuique ex eis)proprijs
filijs ſubſtituerit nõ ſolum liberos, ſed etiã deſcenden
tes,tñ in ſequenti verſ.(aut etiã cũ liberis antedictis)
grauamen iniunxit ſolis liberis,non aũt liberis,& de-
ſcendentibus,ꝙ ſignũ manifeſtũ eſt deſcendentes vlte
rioris gradus grauare minime voluiſſe, id quod dedu
citur: quia qñ voluit expreſſit, & hoc quoque caſu ſaci
11 le ſibi fuiſſet exprimere ſi voluiſſet, † l.vnica, §. ſin aũt
ad deficientis,C.de caduc.tol. Tiraq.in l.ſi vnquam,in
ver.libertis,nu.3.C.de reuoc.don. Crau.cõſ.161.nu.8.
Becius,conſi.1.nu.14.conſi.12.nu.41. Cũ ergo teſtaror
diſcretiue de liberis loqnutus fuerit grauãdo,nõ cen-
ſetur voluiſſe deſcendentes grauare , vt in d.conſi. vlt.
nu.4. inter conſ.Soc. præcipuè, cũ non contentus eiuſ-
modi reſtrictione,adiecerit verba(antedictis)quæ re-
ſtringunt,& dictionem (ipſi) quæ cum ſit perſonaliſſi-

ma,non patitur extenſionem,vt dixi nu.25.& 26.qua-
re non aliud dici pôt,niſi quod prudens teſtator,in ho
norando,largis verbis vſus fuit, at parciſſimis in gra-
uando id ꝙ deprehēditur : qa proprijs filijs ſubſtituit
non ſolū liberos,ſed ēt deſcēdentes;ſecundo ad exclu-
ſionē ſubſtitutorū poſuit in conditione liberos, & de-
ſcendentes;tertio in ver.(aut cū liberis antedictis) q̃-
uis in grauamine de ſolis liberis mentionē faciat, tñ
ponit in conditione liberos & deſcendentes;quarto li
beris decedentibus ſubſtituit hæredum liberos,& de-
ſcendēntes,atque ita ſemper honorando, expreſſit de
ſcendentes,ſed grauando,illos tacuit, & ordo ac con-
textus teſtamenti plurimū confert ad cognoſcendum
teſtatoris voluntatē,l.Mæuia,ff.de manu.teſtam.l.nu-
mis,ff.de leg.3. & media cognoſcūtur ex ſuperioribus
12 & † inferioribus,gl.in l.ille a quo,§.ſi de teſtam.in ver.
verba,ff.ad Treb.latè Cad.Mantic. de coniect.vlt.vol.
lib.6.tit.13.nu.1. & ſeq.Simon,lib.1. interpr.2.dub.2.
ſol.6.nu.7.in fin.nec ordo hic religioſè ſemper ſerua-
tus,cenſeri debet caſualis,& ſine myſterio.

Nec quicquā facit qđ vocauerit ad ſucceſſionē libe-
ros,& deſcēdentes præmortuorū filiorū, atq; ita pro-
nepotes,& alios vlterioris gradus,qa dubiū nō verſa-
tur circa perſonas ſubſtitutorū,admitto etenim voca-
ti oēs deſcendentes,ſed qō eſt circa perſonas grauato
rū,ex quo teſtator ſobrie,& parce locutus eſt de graua
tis. Præterea nō bene arguitur de perſonis ſubſtitutis
13 ad grauatos,nec à ſubſtitutione actiua ad paſſiuā,† vt
pulcrè Card.Alban.docet,conſ.1.nu.5.& dixi num.47.
in primis ſcriptis,& in terminis noſtris extat pulchrū
Soc.conſ.104.nu.2.ver.capio nunc,& nu.ſeq.vol.3.vbi
dicit ſubſtitutionem factam de deſcendentibus,intel-
ligi actiue non aūt paſſiue,etiam ſi extent verba in ſtir
pem,& nō in capita,& dictū ſit ad inuicem,vt latè per
eum Pariſ.conſ.31.nu.28.vol.2.Adde,quod etſi deſcen
dentium appellatione veniant omnes in infinitum,tñ
non per hoc inter eos inducitur reciprocū fideicōmiſ-
ſum,ſed vulgaris ſubſtitutio niſi verbum aliqđ adſit ꝙ
ſignificet tractū tpis in futurū,iuxta doctrinā Cuman.
14 † l.cum ita,§.in fideicom. ff.de leg.2. quam ſequuntur
multi per me in hac cauſa citati,nu.45.& per D.Ruui-
diū nu.12.D. Arrig.nu.12.D.Ceraſ.nu.10.& dicā infra.

Et quamuis in contrariū adducatur in motiuis con
ſilium Pariſ.30.nu.8.& ſeq.vol.2. tñ illud non facit ad
propoſitū(ſit pace dominorum motiuantium dictum)
quia loquitur in vberiurib.terminis,vt nu.8.ver. quan
tum vero,& plurimum ille caſus differt à noſtro,quini
mo,iuuat hanc partem:quia Pariſ. non obſtātibus ver
bis tractum tpis importantibus quæ tñ in caſu noſtro
deſunt, admittit non induci reciprocum fideicomiſ
ſum,in conſ.vero 36.Pariſ.nihil dicit de reciproca ſub
ſtitutione,imo nu.4.videtur negare reciprocam, dum
inquit vocari maſculos actiue,non paſſiuè.Craſſus pa
riter in §.fideic.q.4.nihil de reciproca ſubſtitutione,
ſed ponit caſus quibus inducitur fideicōmiſſum,& di-
xi nos non negare quin factū fuerit fideicōmiſſum,ſed
contendere ꝙ ille caſus in quem factum eſt, nō euenit.
Card.aūt Mant.lib.8.tit.18.nu.70.verſ.verum ego di-
cebam,loquitur in caſu claro,qñ omnes deſcendentes
ſucceſſiuo ordine donec aliqs extabit vocati fuere ad
ſucceſſionem,& ita qñ ſubſtitutio hēt verba denotan-
tia tractum tpis in futurum, imò & proceſſionem tem
poris,& ordinem,qui termini quantum à noſtris diffe
rant nemo non videt, vltra ꝙ in eo facto contrarium
voluerunt Cęph. conſ.581.per totum, & Menoc.conſ.
172.quos loco præcitato Do.Card.Mant. refert: ideo
ſuper eius dictis fundamentum conſtitui non poteſt.

Quod aūt verbum collectiuum de per ſe non impor
tet tractum tpis in futurum, dictum fuit in prioribus
ſcriptis, & ſupra aliqñ repetitū. Nec ex eo ꝙ teſtator
de filijs aliqñ expreſsè loquutus fuerit, verbū, libero-
rū,extendi dēt ad nepotes: nā ſi verba rectè inſpician-
tur,idem ſemper ſeruauit teſtator, qđ ſuos deſcenden
tes primi gradus, ſemper filios dixit,dum vero de ne-
potibus ex filijs locutus eſt,ſemper dixit liberos,nec fi
lios nominauit, reſpectu cuiuſuis alterius perſonæ q̃
ſuæ:ideo nō rectè arguitur. Præterea,ſi ſuſtineretetur ea
coniectura, nō tñ ſola ſufficeret ad probandum ꝙ libe
ros dicendo,intellexit de nepotib.& vlterioribus de-
ſcendētibus,qñ in contrariū aliæ plures magis vrgen-
tes,& ſpeciales vrgent,quas priore loco adduxi,num.
10.& 28.plures.n.vicunt vnā,Auth.itaque,C.commu.
de ſucceſſio.l.3.§.1.ff. de teſt. & fortior viucit debilio-
rem,l.ob carmen,§.ſi teſtis,ff.de teſt lib.l.antepen.C.de
15 adult.& ſpecialis tollit † gñalem. Bar.in l.cum de in-
debito,ff.de probat.Ang.in l.2.C.de calum. & cū fidei
cōmiſſi multiplicatio ſit onus, capi ea dēt præſumptio
quæ ampliationē fideicōmiſſi excludit,ſicuti ea atten-
16 di ſolet,quæ excludit delictū.† Bart.in l.non ſolum,§.
ſed vt probari,ff.de oper.nou.nunc. Gram.conſi.crim.
13.nu.9.Rol.conſ.1.nu.92.vol.3.cum ſimil.Reſponſum
ēt fuit,collectiuā dictionem importare ſucceſſionē vul
garem,vt ſcilicet is vocetur, qui tpe mortis filij reperi
tur primū gradū obtinere,vt per D.Arrigon.nu.11.D.
Ceraſ.nu.10.D.Biſcian.nu.10.& per me,nu.44.& ſeq.
qđ in caſu noſtro oſtenditur ex eo, qđ verbum liberis,
reſtrictū eſt ad tempus mortis grauati,ideo nō pôt ve
rificari niſi in illis qui proximū gradū obtinebant eo
tpe,vt per D.Arrigon.nu.11.Ceraſ.nu.3.Biſcian.nu.7.
& ſeq.& me nu.35.& ſeq. cum enim proximus aliquis
mortuo filio ſucceſſit, verificari de cetero non pôt tem
pus à teſtatore conſideratū.Dixi ēt no.10.qđ liberorū
mentio,referri non pôt ad nepotes & alios vlterioris
gradus,qa ſubiunxit teſtator,deſcendētes,non cōten-
tus de liberis mentionē feciſſe, illa aūt deſcendētium
expreſſio eſſet inutilis,otioſa,& ſuperflua, ſi liberi in-
cluderent oēs deſcendentes.Nec reſiſtit qđ copula in-
ter liberos,& deſcendētes poſita ſtet expoſitiue, & de
claratiuè nō reſtrictiuè,qm̃ natura copulæ eſt, diuerſa
coniungere,glo.in Rubr.ff.de iur.& fact.ignor.& dixi,
17 nu.11.& ſcđm ſuam proprietatem ſtat ampliatiuè.† l.
ea tñ adiectio,vbi Bar.ff.de leg.3.Rain.conſ.133.nu.3.
vol.1.Pariſ.conſ.7.nu.31.vol.3.Crau.conſ.9.nu.25.Cę
phal.conſ.245.nu.64.& in dubio attendi dēt proprie-
18 tas verbi,† l.1.§.ſi is qui nauem, ff.de exercito. Bruius,
conſ.21.nu.13.& licet aliqñ copula ſtet expoſitiue, tñ
id nō ꝓcedit regulariter,ſed ex neceſſitate, qñ ſcilicet
poſita eſt inter duo eiuſdē ſignificationis,& importan
19 tiæ,† vt poſt Bar.in l.1.ff.de iuſt.& iure, declarat Abb.
in c.2.nu.6.de reſcrip.& ibi latè Rip.nu.52. & hoc mo
do loquitur gl.in l.ſi in venditione,ff.de euict.at in ca-
ſu noſtro plurimu differt verbum,liberorū, à verbo de
ſcendentiu propterea ſtare non dēt expoſitiuè, præci-
pue cu vt dixi ſupra, teſtator deſcendentes nominaue
rit ſolū in vocatione actiua, & poſuerit in conditione
ad excluſionem fideicōmiſſi, ſed loquutus ſemper fue-
rit de ſolis liberis non aūt de deſcendentibus, qñ tra-
ctauit de aliquos grauando. Quominus ergo teſtator
loquendo de liberis intellexerit de deſcendentib.plu-
ra obſtāt; primo, natura copulæ; ſcđo quod vbi voluit
deſcendentes oēs admitti,illud multis in locis expreſ
ſit; tertio, qđ poſiti ſunt in conditione, non aūt vocati
aut grauati; quarto quod ēt vocati intelligi debent a-
ctiue nō paſſiue; quinto quod cenſeri debent omni ca-
ſu vocati per vulgarem, non aūt per fideicommiſſum.

Tertio principaliter dicūt,fideicōmiſſum reciprocū
induci ex clauſula (ita ꝙ oimodo deſcendentes ipſius
teſtatoris, & dictorū eius filiorū maſculi antedicti, in
quem-

quemcunque gradum & poſteritatem, veniant conti-
nuè, & perpetuò, de gradu in gradum ſeruata proxi-
mitate inter eos, vocentur, & vocati venire intelligan
tur ad hæreditaté ipſius teſtatoris,) quia nõ põt aliter
hæreditas conſeruari in deſcẽdentes, niſi reciprocum
inducatur fideicommiſſum, per quod vnus alteri pro-
ximiori ſucceſſiuè ſemper ſit grauatus illam reſtitue-
re. Sed contrarium verius eſſe nullumq; extare fidei-
cõmiſſum probaui in primis ſcriptis, nu. 47. vſq; ad fi-
nem, vbi rñdeo ad ſingula verba quæ nunc ponderan-
tur in motiuis, à D. Arrigon. nu. 2. & D. Ceraſ. nu. 11.
Ad id autem quod dicitur, bona teſtatoris nõ poſſe
perpetuò ſtare in deſcendentes ſuos, niſi per recipro-
cum fideicommiſſum, rñdeo, & placeat ad hoc fundm̃
animaduertere: quia meo iudicio eneruat oẽm diffi-
cultatem, qñquidem teſtator in ea clauſula, non dicit
ſe velle, quod bona cõtinuè, & perpetuò deueniãt om-
nimodò, de gradu in gradũ ad deſcẽdentes ſuos, ſi eñ
ita loqueretur, maius eſſet dubium, & fortè concluſio
contraria poſſet ſuſtineri: ſed dicit, quod deſcẽdentes
cenſeantur vocati, & venire debeant ad bona, & hære-
ditatem dicti teſtatoris, perpetuò, continuè, & de gra
du in gradũ. atque ita loquitur in perſonã, & non in
rem, & plurimum intereſt, quod dicãtur bona trãſire
in deſcẽdentes, de gradu in gradum, perpetuò, vel qđ
deſcendentes ſuccedãt, & vocentur perpetuò: nã pri-
mo caſu fideicommiſſum eſt reale. & quia onus eſt rei
iniunctum tranſit in quẽcunque poſſeſſoré, & quilibet
poſſeſſor cenſetur eo onere grauatus, Clem. 1. de cẽſib.
Ita de fideic. poſt Bart. Bald. Salic. Curt. ſen. & Soc. di-
cit Pariſ. cõſ. 27. nu. 89. vol. 4. Bec. cõſ. 24. nu. 28. & ſeq.
at vbi verba diriguntur in perſonas honoratas, tunc
nullũ onus cẽſetur impoſitũ, ſed illæ perſonæ cẽſentur
ſolum vocatæ in ſupra ordinato caſu fideicommiſſi, &
ita actiuè non paſſiuè, vt concludit Card. Alban. cõſ. 1.
nu. 5. ea rõne motus, quod fideicõmiſſum cenſetur ſo-
lum impoſitum ijs qui expreſsè fuerunt vocati, & erit
ſenſus, quod eueniente caſu fideicommiſſi ſupra ordi
nati, deſcendentes oẽs in quocũque reperiãtur gradu
ſuccedant, prout eorũ quiſque erit gradu proximior.
Confirmatur hic intellectus: quia teſtator nõ ſim-
pliciter vocat deſcẽdentes ſuorum filiorũ, ſed antedi-
ctos, qđ principium reſoluitur in relatiuũ, & verbum.
21 † gl. in Clem. 1. in ver. dignitatibus, de præb. alios cita
ui in conſ. 127. nu. 46. at relatiuum nõ ſolũ refert ſub-
22 ſtantiã, ſed ẽt qualitates, modos, & tẽpora, relati, † ſe-
cundũ Caſtr. cõſ. 283. nu. 5. vol. 1. & probaui in hac cau
ſa, nu. 51. Dum ergo inquit, ꝙ antedicti deſcendentes
cenſeãtur vocati, &c. intelligi dẽt ijs caſibus & tẽpori-
bus quibus ſupra fuerat expreſſum, relatiuum eñ im
plicitum in participio, idẽ operatur, ac ſi eſſet explici-
23 tũ. † Ruin. conſ. 174. nu. 2. vol. 2. dixi eod. conſ. 127. nu.
48. & iam ſupra immediatè teſtator loquendo, de mõ
ſeruando inter deſcendentes in ſucceſſione, reſtrinxit
ſe ad caſus ſucceſſionis ſupra ordinatos, dicendo, (in
quolibet dictorũ caſuum, &c.) Cum ergo deſcendẽtes
vocati ſupra fuerint ſolummodo in caſu, quo vel filij
teſtatoris decederent ſine liberis, vel nepotes teſtato-
ris liberos non relinquerẽt, ſequens hæc clauſula, atq;
omnia illius verba, ad eum caſum reſtringi debẽt. ita
Ruin. conſ. 18. nu. 11. vol. 2. Erit itaque duplex reſpon-
ſio: prima, quod nos ſumus extra terminos Doctorũ
qui dicunt induci reciprocum fideicommiſſum qñ te-
ſtator vult, ꝙ bona ſua tranſeant perpetuo, de gradu
in gradũ: quia nõ de bonis dicit teſtator, ſed de perſo-
nis, quocirca, vocatio actiua fuit expreſſa, non paſſiua;
ſecunda, quod hæc vocatio eſt reſtricta ad terminos
præcedentis ſubſtitutionis, qua ratione nõ inducitur
nouum fideicommiſſum, ſed datur modus, regula, &
norma ſuccedendi in fideicommiſſo ſupra ordinato.
Nec verbum, cõtinuè, deſtruit hunc intellectũ: nã
vbicunque caſus fideicõmiſſi ſupra ordinati eueniet
ſemper erit locus ſucceſſioni, ſcđm formã præſcriptã à
teſtatore. & aduerbiũ illud admittit interpollationẽ,
24 † ſcđm gl. in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien. vbi Salic. in
fi. dicit illã eſſe ſingularem: & intelligitur cõtinuè qñ
tñ eueniet caſus, l. apoſtatarum, C. de apoſtat. ſic in te-
ſte qui dicit aliquẽ continuo poſſediſſe, ſufficit ad veri
tatem, qđ viderit qñ euenit caſus percipiendi fructus.
Bart. in l. ſi quis ita, ff. de cond. & demõ. ſequitur Alex.
conſ. 20. nu. 9. vol. 2. Burſ. conſ. 345. nu. 16. & vbi ẽt im-
portaret pluralitatem actuum ſucceſſiuorũ, id verifi-
catur eueniẽte caſu, ita ſcilicet, vt primus gradus ſuc-
cedat, ſi extat, qñ purificatur ſubſtitutio, vel ẽt ſcđs, ſi
prior nõ extat, & ſic de vno in aliũ ſucceſſiuè, & demũ
verbum recipit reſtrictionẽ adiectã à diſponente, qui
ſolũ vocauit in caſibus ſupra expreſſis, vt de verbis vni
uerſalibus, q̃ regulariter nõ recipiunt reſtrictionẽ, di-
25 cit † Ruin. conſ. 20. nu. 2. vol. 1. dixi in cõſ. 77. nu. 26. te
ſtator aũt loquutus eſt, de deſcẽdentibus antedictis,
non de oĩbus, atq; ita de vocatis in præcedenti fidei-
cõmiſſo, & verba ſemper declarationem recipiunt ex
26 adiuncto, † l. his verbis, in princ. ff. de leg. 3. l. ſed, & ſi
adijciatur, ff. ꝓ ſocio, l. verbũ oportebit, in fi. ff. de verb.
ſign. & per hæc rñdetur ad geminationem verborum,
quia ea fuit facta cũ reſtrictione prædicta. Rñdeo ẽt, ꝙ
geminatio non extendit, nec ampliat voluntatẽ teſta-
toris, ſed eam in ſuis terminis oſtẽdit eſſe magis eni-
xam, ita l. Baliſta, ff. ad Treb. ſic ẽt dicimus de iuro, ꝙ
27 confirmat, † non extendit, Oldr. conſil. 238. Dec. cõſil.
408. nu. 7. Nat. conſil. 180. nu. 9. ſed ſi ex geminatione
induceretur fideicommiſſum, extenderetur voluntas.
Et quod dr̃ Clauſulam, (ita quod) ſtare augmenta-
tiuè ſcđm Curt. ſen. conſ. 49. col. 25. ver. confirmantur
præmiſſa. Pariſ. conſ. 90. nu. 27. vol. 2. Soc. conſ. 241. nu.
16. vol. 2. Bero. conſ. 77. nu. 16. vol. 2. Purp. cõſ. 203. nu.
8. non procedit regulariter: quinimo ſtat declaratiuè,
28 & taxatiuè, † ac præcedentem reſtringit diſpoſitionẽ,
l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Treb. l. Gallus, §. idẽ cre-
dendum, in fi. ff. de lib. & poſthu. Gul. Cun. & Ang. in l.
nulla iuris, ff. de legib. Socin. latè, conſ. 49. nu. 2. & ſeq.
vol. 1. Alex. in l. legata inutiliter, nu. 3. ff. de leg. 1. Dec.
cõſ. 227. nu. . . . & in eodẽ caſu, Alc. cõſ. 492. nu. 17. vbi
ait, ꝙ nunq̃ ampliat, ſed ſemper reſtringit. Ruin. conſ.
18. nu. 11. vol. 2. Bero. conſ. 102. nu. 17. vol. 2. vbi in eo-
dem facto cum Dec. & Alc. conſuluit. Soc. iun. conſ. 69.
nu. 33. in 3. qui tractat idem factum, ꝙ Bero. in d. conſ.
77. Crau. conſ. 956. nu. 14. Hier. Gabr. conſil. 30. nu. 26.
in 1. vol. ſequitur Rimin. conſil. 263. nu. 40. & cõſil. 313.
nu. 29. vbi dicit per hæc verba reſtringi fideicõmiſſum
ad perſonas expreſſas ſupra, non aũt ad alias extẽde-
re. Rota Roma. deciſ. 243. nu. 6. in 2. par. in nouiſſimis.
Præterea, natura dictæ Clauſulæ eſt, vt intelligatur ſe-
29 cundum ſupradicta, † §. quoniam ſcimus, ver. & ita, in
Auth. de teſtib. Alcia. d. conſil. 492. nu. 17. Ruin. d. cõſi.
18. nu. 11. vbi ait intelligi eo modo quo ſupra fuerat
dictum. Pariſ. cõſil. 70. nu. 47. in 2. vbi ꝙ eſt relatiua re-
tentis terminis præcedẽtib. Rimin. d. conſ. 263. nu. 40.
at præcedentes termini, nõ important fideicõmiſſum
qñ nepotes teſtatoris decederẽt cum liberis, ergo nec
importari põt per illam clauſulam, quæ dẽt intelligi
retẽto primo themate, & ideo rectè rñdet D. Arrigon.
nu. 8. ꝙ cum præcedentis fideicõmiſſi conditio defece-
rit illa clauſula nihil operatur: non tñ admitto, vt ille
dicit, ꝙ clauſula augeat, & ampliet fideicommiſſum.
Ex qua fortè obijcet aliquis, facile eſſe cõtradicere,
ſed difficile reſpõdere, qđ frequentiſſimè in ore geſta-
bat Ruin. quem mihi ſæpè referebat Rolã. à Val. Dico

Tertio, ꝙ etſi admitteremus Clauſulam illam am-
pliare aliquando, tñ hoc eſt qñ aliàs eſſet ſuperflua, &
30 ſine effectu operandi. † ita Cur.ſen.cōſi.49.col.25.ver.
confirmantur præmiſſa, in fine. & Bero.d.conſil.77.nu.
16.vbi hoc modo intelligit & declarat dictum Ang. in
d.l.nulla iuris, in caſu autem noſtro, etiam ſi illa Clau-
ſula non ampliaret, non tñ eſſet otioſa, ſed multū ope-
raretur, continet largiſſima verba, quæ non extant in
præcedenti diſpoſitione, & ad tollendū vitium ſuper-
31 fluitatis, ſufficit ꝙ verba operentur quid minimū, † gl.
in l.raptores, C.de rapt.virg.Rom.conſi.199.nu.6.Rui.
conſi.23.nu.10.vol.3. Goz.conſi.30.nu.13. Crau.conſi.
70.nu.29.& pro genero, nu.84.Cęph.conſi.104.nu.17.
Becius conſi.34.nu.31.conſi.39.nu.27.conſi.82.nu.21.
32 & ſufficit, ꝙ exprimant ꝙ facile inerat.† Io.Andr.in c.
ſolitæ, de maior.& obed.Rip.c.1.nu.44.de reſcrip.Ne-
uiz.conſi.2.nu.48.Bellon.conſil. 7.nu.13. Natta conſi.
416.nu.8. Cęph.conſi.104.nu.13. vel inducant nouum
remediū.Bar.l.3.§.ſi rem, ff.de leg.3.Goz.conſi.74. pro
pe finem, Cęph.d.conſi.104.nu.23. aut tollant dubita-
tionem q̄ poterat ſubeſſe.Abb.d.c.ſolitæ.Dec.c.at ſi cle
rici, §.de adulterijs, nu.3.in fi.de iudic.Crau.Bello.Cę-
phal.& Nat.in locis prædictis, Becius conſi.34.nu.31.

Quarto reſpondeo, ꝙ Ang.in d.l.nulla iuris, non di
cit clauſulam illam ampliare legatum, vel illud vltra
ſuos terminos extendere, ſed dicit ſolum, quod eo ca-
ſu non reſtringit legatum, quia poſita eſt ad amplian-
33 dum fauorē legatariæ. † ſic Alex.in d.l.legata inutili-
ter, nu.3. dicit eſſe poſitam ad ampliandū fauorē vxo-
ris, non legatum. & Soc.ita loquitur d.conſi.241.num.
16.& conſil.100.num.8.vol.4.vbi dicit, ꝙ poſita eſt ad
ampliandū fauorem vxoris, non aūt ad ampliandum
ſimpliciter: & probatur etiam ex terminis quæſtionis
quam ibi ponit Angel. nam etſi vxor non obſtan. illis
verbis taxatiuis, conſequatur domū etiam quæ valeat
vltra ducentum aureos, tñ eam non habet vigore ali-
cuius ampliationis inductæ per illa verba, ſed vigore
legati quod continebat expreſsè domum: & licet ex-
tent verba. ita ꝙ conſequatur aureos ducentum, tamē
per hoc legatum non augetur, ſed non minuitur: & a-
liud eſt dicere quod legatum per illa verba non dimi-
nuatur, vel nō reſtringatur, aliud vero quod augeatur:
quia poſſunt ſimul ſtare, ꝙ non reſtringatur, & tamen
non augeatur. cum ergo ibi non tractetur de augen-
do legatum domus, ſed de eo non diminuendo, non po
teſt ex ea deciſione inferri, quod Clauſula (ita quod)
ampliet diſpoſitionem, ſed bene infertur quod illa nō
reſtringat, quando eſt poſita ad augendum fauorem.

Quinto aduertatur, quod Crau.& Ang loco prædi-
cto mouentur ratione, quæ ad caſum noſtrum aptari
non poteſt, ne ſcilicet Clauſula illa poſita in fauorem
legatariæ retorqueatur in odium, & hoc fuit deciſio-
nis fundamentū, quod ceſſat in caſu noſtro, ideo ceſſa-
re quoque dēt diſpoſitio, cap.cū ceſſante, de appell. &
ideo ea clauſula ibi ob ſubiectam materiā mutat natu
ram ſuam ne ſequatur abſurdum prædictum, ꝙ adie-
ctum in fauorem tranſeat in odiū: proinde non poteſt
inferri, ꝙ ea clauſula ſimpliciter augeat, etiam qñ nul
lum ſequeretur abſurdum, quia ab eo quod tale eſt ſe-
cundum quid, non licet arguere, quòd ſit tale ſimplici-
ter, l.hoc legatum, vbi Bar.ff.de leg.3.latè Crau.conſil.
672.num.5.quia quod eſt tale ſecūm quid, non dr̄ pro-
34 priè tale † Bart.in l.maritus, §.legis Iuliæ, ff. de adult.
Bald.in l.adoptiuum, §.patronū, ff.de in ius voc. Alex.
conſi.178.col.1.in fi.vol.2. atque ita quod legatum ibi
non reſtringatur, vel (ſi id quoque admitteremus) au-
geatur & amplietur, procedit non ex vi clauſulæ (ita
quòd) imò contra ius, naturā & ſignificationem, ſed ex
importantia diſpoſitionis adiectæ cū ea clauſula ideſt

ex eo quod teſtator poſt legatū domus adiecit, ꝙ vbi
non eſſet valoris aureorum ducentorum, ſuppleretur
quidquid ad eam quantitatē perficiendam deeſſet, ita
ꝙ conſequatur aureos ducentum. Et ꝙ hic effectus nō
reſultet ex clauſula, ſed ex alijs, probatur: quia ſi non
extaret vltima hæc clauſula, & diſpoſitio, ſed dictū eſ-
ſet ſolummodum, ꝙ ſuppleatur vſque ad ducentū au-
reos, ſi domus nō ſit tāti valoris, certè idē eſſet, & ſuffi-
ceret ad operandū, ꝙ legatū domus non reſtringatur.

Sexto quod non amplietur nec augeatur principa-
lis diſpoſitio per illa verba, (ita qood &c.) probatur
meo iudicio clarè ex textu in l.pero, §.fratre, ff. de leg.
2. vbi ſi teſtator prohibet domū alienari, ſed quod in
familia relinquatur, nō inducitur fideicommiſſum in
35 caſum mortis, ſed ſolū in caſum alienationis † idem-
que probatur in l.pater filium, §.fundū, ff.de leg.3. vbi
fideicōmiſſum non inducitur in caſum mortis, quam-
uis teſtator prohibita alienatione in caſu cōtrauentio
nis vocet fiſcum cum clauſula, ita enim fiet vt de nomi
ne meo nunq̄ exeat, & poſterior hic locus vr̄ fortiores
habere terminos, quia clauſula eſt per modum ratio-
nis expreſſa, & tñ Doct.oēs volunt, quod prohibita ſim
pliciter alienatione non addito extra familiā, vel alia
cauſa, non inducatur fideicōmiſſum in caſum mortis,
36 licet ſit dictū, vt bona in familia remaneant. † ita Bar.
in d.§.fundum.Rom.in conſi.457.nu.1. Ripa in l.filius
familias, §.diui, num.110.in fin.ff.de leg.1.Soc.in conſi.
43.nu.5.& 6.vol.3.nouiſſimè Petr.de fideicom.q.5.nu.
46.Craſſ.in §.fideicommiſſum, q.5.nu.6. ecce ergo qđ
illa verba non diſponunt, nec augent præcedentem di
ſpoſitionem, quia ſi augerent vtique ſimplex inducere
tur fideicommiſſum, quod tamen Doctores negant.

Ad deciſionem Rotæ 212.& 213.in 2. par.in nouiſſi
mis quæ vt ideo plurimum torquet nonnullos ex Do-
minis conſultoribus, facilimè meo iudicio accommo-
dari poteſt reſpōſio, loquitur enim in caſu admodum
37 claro, & à noſtro longè diuerſo, † quandoquidem ibi
ſubſtitutio Camillo grauato facta erat ſub duplici cō-
ditione, prima, ſi decederet ſine filijs, ſecunda cum fi-
lijs & deſcendentibus, qui poſtea quandocunque de-
cederent ſine filijs, & deſcendentibus, & licet prima
conditio expiraſſet, quia Camillus decedens filios re-
liquit, tamen euenit ſecunda, quia deſcendentes Ca-
milli deceſſere ſine filijs, vt dr̄ deciſ. prædicta 211.nu.
5. non mirum itaque, ſi dictum fuit extare fideicom-
miſſum, & illud eueniſſe. termini autē noſtræ contro-
uerſiæ multum differunt: quia ſubſtitutio filijs graua-
tis facta fuit ſub conditionibus quæ nō euenerunt, pri
ma ſcilicet, ſi decederent ſine filijs ſeu liberis, ſecunda
vero ſi cum liberis, qui decederent ſine liberis, & de-
ſcendentibus, atque ita grauamē fuit iniunctum ſolū
vbi nepotes teſtatoris ſine filijs aut deſcendentib. de-
cederent, qui caſus nō euenit, quia filios reliquere, nō
aūt vbi pronepotibus, ſine filijs decederent. diuerſitas
autem inter hunc caſum, & illum à Rota deciſum eſt,
quia in facto noſtro ſecunda conditio eſt limitata ad
nepotes, qui ſine deſcendentibus morerentur, at in ca
ſu Rotæ conditio eſt largè concepta, ſi nepotes & de-
ſcendentes teſtatoris qñcunque decederent ſine filijs,
dicebat.n.conditio (ſi decederent ſine liberis, aut cum
liberis, & deſcendentib.) cum tñ teſtm̄ de quo agimus,
nulla deſcendentiū facta mentione dicat ſolum (aut ēt
cum liberis antedictis, & ipſi liberi decederent ſine li
beris, & deſcendentibus) & aliud eſt ꝙ ſit dictum (ſi li-
beri deceſſerint) aliud vero (ſi deſcendentes deceſſe-
rint) probauimus.n.liberorū nomen hic ſolos impor-
tare filios, quare cum ibi in conditione poſita fuerit
mors oīum deſcendentiū ſine filijs, ſemper dr̄ cōditio
euenisse, qñ pronepotes aut nepotes deceſſerunt abſq;
filijs,

filijs, & cōſequenter eſt locus fideicōmiſſo : qa ſemper
verū eſt dicere , ꝙ deſcendentes non reliquerūt filios ,
præcipuè cum dictū eſt (qui deſcendentes poſtea qñ-
cunque decederent) cum.n. hæc verba tractū habeant
in futurū, verificātur in quocunque gradu quamuis re
motiſſimo,cū vero in facto præſenti non oīum deſcen-
dentium , ſed nepotum ſine filijs, aut deſcendentibus
mors fuerit in conditione poſita, non poteſt eſſe locus
fideicommiſſo, qñ ipſi nepotes reliquerunt filios,licet
nepotes aut pronepotes deinde decederent ſine filijs,
qa conditio impleri dēt in forma ſpecifica , l.Mæuius,
& l.qui hæredi,ff.de cond. & dem. & cum vna perſona
eſt poſita in conditione,non dēt ad aliā fieri extenſio,
quia conditio cohærens perſonæ non cenſetur repeti-
38 ta.† Imola in l.ſub conditione,col. 2.ff.de hęred.inſtit.
Card.Mant.de coniect.vlt.vol.lib.10.tit.6.num.11. &
24.vbi allegat Alc.Quinimò,ea deciſio 212.& ſeq.ſi di
ligenter videator,ſtat pro hac parte: nam ibi exprimi
tur non eſſe inductum fideicommiſſum reciprocum ,
quia admittitur Camillum iuniorem non fuiſſe voca-
tum nec grauatum , cum tñ foret vocatus & grauatus
ſi extitiſſet reciprocum fideicōmiſſum. Demum,ſi ad-
uerſus tantorum patrum ſnīam loqui fas eſſet, non vr̄
illā deciſionem poſſe ſuſtineri,quia illa Clauſula (aut
cum liberis & deſcendentibus qui poſtea quandocun
que decederent) non pōt intelligi de alijs quam de ijs
qui extarent tpe mortis Camilli ſenioris, ex quo Rela
tiuum, qui, ſtat reſtrictiuè,cum ſine copula poſitū ſit,
39 † & non conueniat,cuilibet de genere, iuxta doctrinā
Bart.in l.ea tō adicctio.ff.de leg.3.dixi in conſ.1.num.
100.& relatiuum intelligi dēt de illis deſcendentibus
de quibus ſupra teſtator locutus eſt , atque ita de ijs
qui extabant quando Camillus deceſſit , id ꝙ confir-
mat verbum (poſtea) nam non pōt propriè dici poſt
mortem grauati decedere , qui antea non erat natus ;
ſed qdquid ſit, ea deciſio ex pdictis non facit negotiū.
Et virtus Clauſulæ (in ſtirpes & non in capita) non
pōt in facto noſtro fideicommiſſum reciprocum indu
cere,quia vt ſæpius dictū eſt, ea Clauſula cum ceteris,
eſt poſita in actiua ſubſtitutione non autē in paſſiua :
quocirca intelligi dēt quandocunque euenerit caſus
ſubſtitutionis ſupra ordinatę,præcipuè cū ea clauſula
nouā non efficiat ſubſtitutionem,ſed modū ſucceden-
di contineat,vbi detur ſuccedendi caſus: & qñ de vno
diſputamus,cetera ſupponnoī habilia,§. in extraneis,
Inſt.de hæred.qual. & differ. & illa Clauſula ſupponit
caſum ſucceſſionis eueniſſe,ideo non verificatur niſi e-
40 ueniente præſuppoſito.† gl. in l.mancipia,in ver. auo-
candū,C.de ſeru.fug.Rom.ſing.495.dixi in conſi.150.
nu.78.& licet Curt.ſen.conſi.42.col.5.verſic.vlt. & for
tius, arguat ex ea Clauſula fideicōmiſſum , id tñ eſt in
caſu ſuo,quia aliàs ea fuiſſet ocioſa & ſuperflua, ꝙ vi-
tiū in caſu noſtro penitus ceſſat , & Pariſ. conſi.92.nu.
58.nō tractat de ſubſtitutione reciproca , ſed de fidei-
commiſſaria tm̄,dubitabitur.n.in ſuo caſu ſi eſſet vul-
garis ſola,an vero ēt fideicommiſſaria,& ibi verba cō-
tinebant onus reale,ita,ꝙ hæreditas tranſiret ſemper,
& perpetuo in maſculos,vt nu.16.32.& 37. propterea
nō bene infertur ad caſum noſtrū;Et ꝙ non importet
41 reciprocū fideicommiſſum,voluit† Dec.conſi.384.nu.
4.Bero.conſi.65.nu.1.verſic.ſecundo concludo,vol.2.
Quarto loco ſubijcitur in motiuis, concurrere in fa
cto tria illa requiſita ad inducendum reciprocū fidei-
commiſſum,quod ſubſtitutio facta ſit vltimo morien-
ti,ꝙ in tota hæreditate , & quòd deſcendentes ſint ex-
preſsè vocati,vt dicebam nu.38. & ponit D.Ruuidius
nu.14.nam quoad primum,ſatis dr̄ factum vltimo mo
rienti,cum factum ſit poſt mortem oīum , vt poſt penè
infinitos à ſe citatos concludit Simon lib.3. interpret.
3.dub.4.ſolut.1.nu.27. folio mihi 323. quo vero ad ſe-
cundum,ſubſtitutio facta ad hæreditatem & bona te-
ſtatoris,intelligitur de tota vt per Soc. iun. conſi.110.
nu.30.& 32.vol.3.Magon.deciſ. Flor.15.nu.15. Caſtr.
conſi.405.nu.2.verſic.quarto probatur,vol.1. tertium
quoque concurrit,quia deſcendentes fuerunt ſubſtitu
ti,in ver.& vnicuique ex eis. Sęd rñdeo magis cōem eſ
ſe opinionem, non dici factam vltimo niſi dicatur ex-
preſsè , & non ſufficere ꝙ dictum ſit poſt mortem om-
42 nium,† vti latè multos allegans probat Zanc.in l.hære
des mei,§.cum ita,par.6.nu.91.& nu.215.vbi loquitur
in fortioribus terminis , qñ ſcilicet dictum eſt expreſ-
sè in tota hæreditate . quam ſententiam probauit Al-
ba,conſi.31.& magis cōem dicit Burſ.conſi.51.num.8.
vbi citat ēt Conar. Vaſq. Celſ. Vgo. Deciſ. Ped. Gabrie.
Sfort. Odd.& alios. & rurſus conſi.52.nu.16. Cęph. in
conſi.430.nu.36.vbi addit Crau.Marza. & Dur.Card.
Mant.de coniect.vlt.volun.lib.7.tit.5.nu.13. qui nu.6.
tenet, id facilius procedere,qñ non eſt dictum in tota,
vti contigit præſenti in facto.eandem magis cōem di-
cit Hier.Gabr.conſi.117.nu.24.vol.1. Rolan.conſi.34.
nu.58.vol.4.Crau.conſi. 328.nu.12. Rimin. conſi.371.
nu.178.& ſeq.vbi dicit magis communem, & latè po-
nit ibi intellectum l.codicillis, ff.de vſufruct.leg.& lo-
quitur quādo facta eſt expreſsè ſubſtitutio in tota hæ-
reditate. Menoch.conſil. 327.nu.27. vbi requirit quòd
ſit expreſsè facta vltimo,Bero.conſi.65.nu.22.vol.2.ꝙ
ſi id non ſufficit quando expreſsè fit in tota,multo mi-
nus ſufficiet quando non eſt dictum de tota .
Secundum quoque requiſitum deſideratur: nam in
verſic.(cuicuoque vero ex eis)nullū extat verbum, hæ-
reditatem vel bona ſignificans.& licet vtrumque lega
tur in verſ.(ita quod omnimodo) tñ illa clauſula tan-
quā illatiua & reſtrictiua,nihil operatur,vt ſupra dixi
43 mus. facit,quia verba executiua nō diſponūt.† Clem.
1.de præben.Becius conſi.24.num.21.Et vbi ēt illa ver
ba adeſſent in principali diſpoſitione, idē eſſet qa ne-
ceſſe eſt, ꝙ ſubſtitutio fiat cū vniuerſali ſigno, tota, vel
44 omni vniuerſa hæreditate,nec ſufficit indefinita.† ita
Caſtr.d.conſi.495.verſic.quarto probatur,& ratio eſt:
quia reciproca non præſumitur niſi per neceſſariā con
ſequentiā.ita volūt Bar. Caſt. Alex.Iaſ.Soc.Crot.Rui.
Soc.iun.& alij, quos citat, & ſequitur cōmunem dicēs
Zanc.d.par.6.nu.149.& ſeqq. vbi eam defendit ab oī-
bus impugnationibus.Soc.iun.d.§.cū ita,nu.17.Gabr.
com.opin.lib.4.tit.de ſubſtit.conclu.14.Card.Mant.d.
lib.17.tit.5.nu.9. circa fin.& ſeq. Simon, d.ſolut.1.nu.
29.& 32. verſic.adeo enim, vbi dicit cōem. & pulchrè
Soc.conſi.65.col.pen.& fin.vol.3.& ꝙ dicit Soc. de pro
nomine,ſuus,nō ſubſiſtit : quia illud ēt non expreſſum
ſubintelligitur , & expreſſio eius quòd tacitè ineſt ni-
hil operatur,l.3.ff.de legat.1. & ratio quod debeat con
cludere de neceſſitate,non minus militat adiecto pro-
nomine,ſuus,quam eo omiſſo, & ſemper verificatur in
portionē.& poſt Sfot.Odd.ita tenet Zanc. d.par.6.nu.
210.vbi reprehendit Soc.iun.contrarium tenentem .
Tertium pari modo deficit requiſitū, quia in verſic.
(& vnicuique ex eis) illi ſoli liberi & deſcendētes ſunt
vocati & ſubſtituti parentibus , qui extarent in proxi-
miori gradu tempore mortis parentum, non etiā alij,
vt bene per D.Arrigon.num.11. D.Ceraſ.nu. 3. vbi al-
legat Alex.Ruin.Tiraq. & Cęph. D.Biſciam,nu.7. qui
addit Anchar.Alex. Dec.& Pariſ. & ego quoque dixi,
nu.35.& ſeq.at iſti nepotes & pronepotes quibus vel-
let D.Alexāder factam eſſe ſubſtitutionem , nunquam
fuerunt vocati & honorati,ergo eis non poteſt cenſeri
iniunctum reciprocum fideicommiſſum, atque ita nul
lum ex tribus requiſitis verificatur,cum tamen omnia
copulatiuè concurrere debeant.

Quinto arguitur, quod reciprocũ fideicõmiſſum in-
ducitur inter deſcendentes ex cõiecturis, licet tria illa
45 requiſita non concurrãt, † ſecundum Card. Mant. lib.
7. tit. 5. nu. 15. ver. ex coniecturis autem. Zanc. d. par. 7.
nu. 176. Simon d. ſol. 1. num. 28. fol. mihi 324. & prima
quidem adducitur cõiectura: quia teſtator multis ver
bis eſt vſus quæ perpetuitatem, continuationem, & in-
finitatem ſignificant. Sed rñdeo, hanc poſſe ſuſtineri, ſi
verba illa eſſent relata ad res, bona, vel hæreditatẽ, ita
vt conſtet eũ voluiſſe bona continuare in familia, ſed
vt dixi ſupra in verſ. (ad id aũt quod dicitur) illa om-
nia verba referuntur ad perſonas actiuè vocatas ad fi-
deicõmiſſum, quare non extendunt fideicõmiſſum nec
ampliant grauamen vltra perſonas ſupra expreſſas,
vel caſus relatos, verum eo caſu ſuccedente, vocat te-
ſtator oẽs de familia quocunq; in gradu reperiantur.
Secundo reſpondetur, ꝙ ea verborum inculcatio fa
cta eſt in Clauſulis executiuis, & acceſſorijs, ideſt in eo
verſ. (ita ꝙ omni modo) ideo non ampliat nec extẽdit
46 aut immutat vim præcedentis diſpoſitionis. † Clem. 1.
de præb. c. qñ Abbas, vbi Imo. de offic. deleg. Dec. conſ.
2. in fine, conſ. 38. nu. 5. Crot. conſ. 71. nu. 73. Bello. conſ.
6. nu. 9. vbi ꝙ confirmat præcedentẽ diſpoſitionem in
ſuo intellectu. Alc. cõſ. 479. nu. 24. vbi ꝙ aliud eſt ſuppo
nere, aliud diſponere, Natta latè conſ. 582. nu. 1. & ſi-
cuti ea non tollit fideicommiſſum, ſcđm Imol. & Alex.
in §. duo fratres, quos citat Natta loco prædicto, ita nõ
inducit, cum eadem ſit ratio contrariorũ, & dicit Bal.
in l. eam q̃, nu. 37. C. de fideicom. quod verba cõfirma-
tiua operantur circa ſuum antecedens, ſed illud non
47 extendũt. † ita reſpondit in ſimili Dec. in conſ. 38. nu.
5. ver. quarto, me inducit, loquendo de fideicommiſſo,
Rot. deciſ. 698. nu. 17. in 1. p. in nouiſ. Rimin. conſi. 371.
nu. 143. hinc Doct. dicũt, impugnando Curt. iun. quod
hæredis mentio poſita in executiuis non efficit feudũ
48 hæreditarium. † Iaſ. conſil. 57. col. 2. & fin. vol. 3. Exea,
de pactis, nu. 220. Pinel. in l. 1. p. 3. num. 85. verſic. quod
notabiliter, C. de bon. mat. deciſ. Ped. 161. num. 3. vbi
volunt, quòd nec etiam declaret præcedentem diſpo-
ſitionem, quę de ſe erat clara. Et hoc etiã modo reſpon
detur ſingulis ipſis clauſulis, quia ſi omnes ſimul id ef-
ficere non poſſunt, multo minus poterunt ſingulæ glo.
in l. 2. §. ætas, in verſi. legitimus, ff. de excuſ. tutor. iuua-
bit tamen ſingulas, ſed currenti calamo percurrere.
Ex eo autem quod ſæpe de maſculis locutus fuerit,
49 non inſurgit coniectura conſeruandæ agnationis, † vt
dixi in conſ. 241. nu. 11. nã contrariũ tenuit Corn. in l.
1. nu. 20. C. de cond. inſer. Curt. iun. conſ. 35. nu. 5. Bero.
conſ. 120. nu. 16. vol. 2. Pariſ. conſ. 41. nu. 83. vol. 3. Grat.
conſ. 3. nu. 18. vol. 1. Rim. conſ. 371. nu. 122. Secundo rñ-
deo, quod coniectura hæc non ſufficit, ſi alia non cõcur
rant. Tertio dico, quod vbi ẽt agnatio dici poſſit conſi-
derata, id tñ intelligendũ eſt in caſibus prouiſis, & ex-
preſſis à teſtatore, non aũt in alijs, vt poſt Alex. Dec. &
alios declarat Pariſ. cõſ. 72. nu. 36. & ſeq. vol. 3. vbi ait,
ex vocatione maſculorũ nouas ſubſtitutiones nõ indu
50 ci, & fideicõmiſſum reciprocũ non cauſari. † Menoch.
conſ. 243. nu. 52. vbi addit Aret. Soc. Ruin. & Cęph. di-
cens rationem agnationis attendẽdam eſſe in caſu di-
ſpoſito. idem repetit in conſ. 274. nu. 26. addo Soc. iun.
conſ. 155. nu. 50 vol. 2. conſ. 57. nu. 7. vol. 4. Card. Man-
tic. lib. 6. tit. 5. nu. 6. vbi allegat Rub. Dec. & alios. Ter-
rio reſpondeo, quod ratio agnationis quæ non eſt ex-
preſſa, non operatur vltra perſonas expreſſas, nec extẽ
dit fideicõmiſſum aut grauamen ad perſonas quę non
ſunt grauatę, ita inter expreſſam & tacitam rationem
51 conſeruandæ agnationis diſtinguit † Imo. in l. ſi verò
§. de viro, col. fin. ff. ſolut. mar. Dec. qui eam multis pro-
bat. conſ. 287. nu. 7. verſ. ſecundo propius, & in l. 1. nu.
3. C. de ſucceſſ. edict. Soc. cõſ. 30. nu. 26. vol. 1. Rub. cõſ.
94. in fine, & conſ. 118. nu. 2. Car. Mantic. qui loquitur
expreſſe in fideicommiſſo, d. tit. 15. nu. 6. ſicuti etiã Ri
min. ſen. cõſ. 224. nu. 27. vol. 2. Soc. iun. in conſ. 108. nu.
31. & 32. vol. 2. vbi quod attenditur hęc ratio reſpectu
perſonarum quibus iniunctum fuit fideicommiſſum.
Paeiſ. in conſ. 44. nu. 16. & ſeq. vol. 2. vbi ait, coniecturã
hanc non eſſe tãtæ potentiæ vt fideicommiſſum indu-
cat vltra caſus, & perſonas grauatas Grat. conſ. 5. nu.
9. vol. 2. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. c. 5. nu. 20. vbi di
ſtinguit inter rationem prædictã tacitam & expreſſã.
Crau. conſ. 161. Alba conſ. 13. nu. 5. facit ꝙ voluit Cor.
conſ. 90. col. 7. vol. 3. vbi dicit, ꝙ in diſpoſitionibus quæ
ab vnius voluntate proueniũt, non fit extenſio à rõne
agnationis tacitè conſiderata, quia tunc voluntas re-
git rõnem, non aũt regitur. ſequitur Soc. iun. conſ. 1. nu.
15. vol. 1. Rim. conſ. 371. nu. 122. & facit quia voluntas
tacita quę ex actu colligitur, non extenditur vltra quã
52 inferatur ex ipſo actu de neceſſitate. † Bar. in l. 1. §. hoc
autem interdicto, ff. de itin. actuque priu. dixi in conſ.
160. nu. 53. at ex eo ꝙ teſtator vocauerit maſculos ali-
quo in caſu, non infertur neceſſario, quòd voluerit sẽ-
per & omni caſu conſeruare agnationem, ergo id col-
ligi non poteſt indiſtinctè. idem tenent Rimin. conſil.
117. nu. 71. & conſ. 371. nu. 188. Petr. q. 5. nu. 61.
Et per hæc ſunt ſublata fundamẽta quæ fiunt ſuper
verbis continuè, perpetuo, ſemper, & in quemcunque
gradũ, quia reſtringũtur ad perſonas & caſus expreſ-
ſos, vltra quod, cũ ſint in executiuis, non ampliant nec
extendunt, ſed ad terminos præcedentis fideicõmiſſi
reſtringuntur, vt dixi ſupra. Præterea, vt etiam ſupra
declaraui, illa verba relata ad perſonas, operãtur ſolũ
ꝙ illæ perſonæ eo modo ſuccedant in caſibus quibus
ſunt vocatæ, non in alijs, ſecus autẽ eſſet, ſi adiecta eſ-
ſent rebus, vt ſi dictũ eſſet, ꝙ bona continuo, ſemper, ꝑ-
petuo, & omni gradu conſeruentur in familiæ, at cum
ſint reſtricta ad perſonas, & de illarum ſucceſſione tra
ctent, intelligi debent vt ſignificent modũ ſuccedendi
in caſibus iam diſpoſitis, nõ aũt vt nouos caſus expri-
53 mant, † vt per Alex. conſil. 139. vol. 6. quem ſequuntur
multi citati à D. Arrigon. nu. 2. D. Ceraſ. n. 7. D. Biſcia.
nu. 11. & illud conſilium ſequitur etiã Rotæ deciſ. 230.
nu. 2. in 2. par. in nouiſſ. vbi per illud reſpondet ad om
vt inquit Zaſius,loco pręcitato, & quemadmodum re-
gula §.quin etiam,non habet locum, quando feudũ eſt
tale, quod feminæ ſicut maſculi poſſunt ſuccedere, ita
non vendicabit ſibi locum, quando iam feminæ quam
maſculi vocati ſunt, ex quo virtus dictionis,tam, & q̃,
non eſt minor quam ſit dictionis,ſicut;& certè,ſi femi-
nę ſuccederent ſolum deficientibus maſculis,non tam
ſuccederent,quam maſculi. Nec me mouet contradi-
centium authoritas,quando nulla ratione nitatur va-
lida,& Doctoribus non ſit credendum, qui lege vel ra
19 tione non moueantur.† Bal.in l.reſpublica,C.ex qui-
bus cauſ.maior.Iaſ.in l.illã,col.3.C. de collatio. Bero.
in conſi.9.nu.22.vol.3.Contard.in l.1.in 1.not.nu.7.C.
ſi de momen.poſſeſſ.& communis quoque opinio de-
ferenda eſt, qñ conuincitur per concludentem ratio-
20 nem,vt infinitos cumulando ſuſtinet † Neuiza. in Sil-
na Nuptiali,lib.5.nu.67. Felin.in c.1. nu.54. de conſt.
Gabr.conſi.100.nu.45.& ſeq.vol.2.& conſi.101.nu.10.
eo.vol.& illi Doct. non examinarunt vim dictionum,
tam,& quam,propterea dici poteſt, quod loquuti sũt
per tranſennam,eorumque ideo authoritas non eſt at
21 tendenda.† Pariſ.conſi.91.nu.49.vol.3.Soc.iun.conſil.
.1.nu.143.vol.1. Alc. de præſumpt.reg.1.præſumpt.51.
nu.4.Rol.conſi.39.nu.34.vol.4.Cęphal.conſil.278.nu.
.10.Menoc.in conſil.3.nu.30.Caualcan.de vſufruct.mu
lier.relict.nu.77.Becius,conſil.20.in fin.

Reſpondeo etiam,quod feudum Cairi,& Montiſno
ctuli,aliaque omnia adherentia, ſunt feuda emptitia,
& impropria, & fuerunt non gratia, ſed pecunia em-
pta per D.Scarampos horũ dominorum litigantium
progenitores, vt conſtat ex antiquis inueſtituris,& in
eiuſmodi feudis ex eorum natura feminæ ſuccedunt,
vt probabo infra in verſic.accedat,quod nos ſumus,&
vbi femina ex natura feudi admittitur, vt in feudo nõ
habente propriam naturam, tunc ſuccedit ſimul cum
22 maſculo, non autem ordine ſucceſſiuo,† quemadmo-
dũ poſt Iac.de Bel.tenuit Bal.in c.1.§.quinetiã,nu.1.in
fin.in tit.Epiſcop.vel Abb.& ibi Aluar.nu.2.non enim
vt inquit Bal. recedere debemus à proprietate verbo-
rũ,niſi in caſibus à iure expreſſis,& loquitur, qñ feudũ
fuit copulatiuè conceſſum maſculis, & feminis. idem
probauit Martin.Laud.ibi,Soc.in conſi.257.nu.3.ver.
aliquando & 25.vol.2.Corn.in conſil.16.nu.4.vol.1.&
iſtam ſententiã tenuerunt Rom. Pulg. Alex. Iaſ. Dec.
Iacob. & Gozad. quos omnes refert Thom.Marin.de
feud.

Digitized by Google

feud.lib.1.tit.11.nu.19.vbi conciliat contrarias ſenten
tias, vt.ſ. femina cu maſculo admittatur in feudo im-
proprio, qñ fuit expreſſe licet copulatiuè vocata, ſed
non admittatur eodem tempore, qñ de ea nõ eſt facta
expreſſa mentio. multos allegat Men. in conſil.65.nu.
12.vbi dicit hanc ſententiam lege, & ratione probari.
Ruin.in conſil.15.nu.4.vol.1.Pariſ.in conſil.23.nu.30.
& ſeq.vol.1.Cęph. in conſil.361. per totum præcipuè,
nu.9.vbi ſuſtinet,quod femina excludit agnatum ma-
ſculum remotiorem.& in conſi.389.per totum,in qui-
bus locis ſuſtinet, verum id eſſe,etiam ſi fidelitatis pręſtetur iuramentum. Afflict.d.§. quinetiam,nu. 13. vbi
dicit,quod in feudo vero & recto, copula nõ ſeruat na
turam propriam,ſed eam ſeruat in feudo conditiona-
to ſeu improprio,quia coniungit æqualiter, & non im
portat ordinem ſucceſſiuum. Sola,in conſt. Pedem.tit.
de feud.in 3.p.gl.vnicæ,num.3.quæ ſententia procedit
etiamſi(vt dixi)pro feudo fidelitatis iuramentum pręſtetur:quia nihilominus femina ſuccedit, vt poſt mul-
tos dicit Cęph. in locis præcitatis & in conſil.1.nu.27.
conſi.151.nu.24.alios addit Men.d.conſ.65.nu.16.&
ſeq.Bert.conſ.ciuili 39.nu.30. Marcobr. cõſ.23.nu.54.
& ſeqq.Becius,conſ.30.nu.7.Camer.in c.Imperialem,
folio mihi 651. & licet aliqui contradicant, tñ eorum
opinio poteſt ſuſtineri,qñ femina non eſt expreſſe vo-
cata:nam tunc ꝑp fidelitatis iuramentum,vř excluſa,
ex quo non poteſt ea facere ad q̃ fidelitas obligat vaſ-
ſallum,vt vbi femina eſt expreſſe vocata, tunc non põt
dubitari quin admittenda ſit non obſtante iuramen-
23 to,† quia expreſſum facit ſilere tacitũ, & vř diſpenſa-
ta quoad ea,quæ per eam ob ſexus imbecillitatem pręſtari non poſſunt,vt inquit Spec.de feudis,§.1.num.21.
Pariſ.in conſ.12.nu.27.& 33.in 1.vol.Corn.d.conſi.16.
col.3.Purpur.in conſ.325.nu.26.Cœph.in conſil.1.nu.
17.& iuramentũ fidelitatis eo caſu reſtringitur ad il-
24 la,q̃ mulieri ſunt poſſibilia, & honeſta,† vt poſt Iſern.
Bal.& Afflict.inquit Rimin.iun.in conſ.556.num.7.&
conſ.780.nu.29.& 75.Burſ.in conſil.85.nu.26.Marco-
brun.conſ.23.nu.109.Becius,d.conſ.30.nu.7.& ſicuti
qñ eſt expreſſe vocata, iuramentum fidelitatis non im
pedit quo minus ſuccedat poſt maſculos. ita nõ debet
obſtare,quo minus ſuccedat cum maſculis, vel ſaltem
excludat maſculos remotiores.& facit ratio euidens:
nã quod femina ſuccedat in feudo cõditionato & im-
proprio, etſi de ea nihil ſit dictum, eſt cõis opinio, vt
25 dicã infra, & in ſpecie in feudo empto † tenet Odofr.
in Rubr.qui poſſ. ſucced. in feud.Bal.in c.1.§.hoc autẽ,
circa fi.qui feud.dat.poſſ.Rom.in conſ.367.Alex.conſ.
136.vol.1.Dec.conſ.269.nu.4.Iaſ.conſ.63.col.fi.vol.1.
Pariſ.conſ.4.nu.39.vol.1.Iſer.d.§.hoc autẽ.Rom.ſingu.
180.Soc.d.conſ.157.col.3.Ruin.d.conſi.15.& conſ.18.
vol.1.Alc.conſ.162.nu.16.& conſ.176.nu.4.Rol.conſil.
48.nu.35.vol.4.Men.conſi.498.nu.17.Becius,conſ.30.
nu.2.Decian.conſi.58.nu.49.vol.2.Bertet.conſ.33.nu.
16.Rimin.conſil.256.nu.2. vbi autem de femina facta
eſt in tali feudo improprio expreſſa mentio, ea eſſet
omnino ſuperflua, niſi admitteretur ſimul cum maſcu
lis:quia vt ſuccederet ordine ſucceſſiuo,non erat opus
eam expreſſe vocare, cum ex feudi natura intelligere-
tur vocata.ne igitur vocatio reddatur inutilis,intelli-
gi debet vocata pariter cum maſculis;quare,ſi admit-
tamus quod clauſula illa, tam maſculis, quam femi-
nis,importet ordinem ſucceſſiuum, hoc tamen non ha
bebit locum in feudo empto,quale hoc eſt de quo agi-
mus,quia in eo coniunctio ſeruat verborum naturam,
& non attenditur feudalis conſuetudo; ſicuti cum di-
ctum eſt, quod ſuccedant maſculi, & feminæ, ſecun-
dum Beluiſ.Bald.& alios ſupra citatos.

Præterea, Dominus Comes eſt hæres, ſucceſſor &

maſculus,qui etſi deſcendat per feminam,tñ admitti-
tur ad feuda,vt dixi ſupra,in verſ.ſi vero alias,quę opi
nio ꝓualere debet in feudali materia,in qua non agna
tio conſideratur regulariter, ſed qualitas ſexus. & in
huiuſmodi inueſtituris non poteſt dici, quod habita
fuerit agnationis ratio, ex quo feminæ ſunt vocatæ,
quæ tamen agnationem & familiam non conſeruant.

Et vbi tanquã nepos ex filia non eſſet admittendus
ad feuda de quibus tractamus, ſuccederet tãquam fi-
lius adoptiuus, ita adoptatus, vt etiã ſit habilis ad ſuc
ceſſionẽ feudorum, quia vt dixi ſupra, qñ adoptio ita
expreſſe facta eſt, vt is etiam habeat feuda, tunc ado-
ptiuus eſt feudorum capax, quæ ſententia licet ſecũdm
aliquos non obtineat quoad præiudicium agnatorũ,
vt per Afflict.in §.adoptiuus,nu.9.Gabr.conſil.91.nu.
4.vol.1.tñ in caſu noſtro euitatur hæc amaritudo duo-
bus modis:primo,quia D. Comes non fuit adoptatus
ab extraneo,ſed ab aſcendente, nempe ab auo mater-
no,q̃ in materia adoptionis non reputatur extraneus,
26 † vt per Doct.in §.ſed hodie,Inſtit.de adoptio. Aſcan.
Clem.in tract. de patria poteſt.c.5.nu.17. quando aũt
auus maternus adoptat, tunc in adoptato concurrũt
naturalia, & ciuilia iura, prima ſcilicet, quia adopta-
tus eſt deſcendens,ſecunda vero,per adoptionem,quę
eſt iuris ciuilis actus,arg.l.penul.§. ſi vero pater,C. de
adopt.& Inſt.eo.§.ſi vero pater, & in terminis ita deci
dit Iac.de Ardizo,in ſua feudali Sum. in tit. de ſucceſ-
ſio.feud.c.137.in 3.par.in prin.ver.adoptiui vero filij,
fol. mihi 156. vbi poſtquam dixit adoptiuos non ſuc-
cedere in feudo, quia non continentur appellatione
filiorum,limitat in eo, qui cum eſſet filius emancipa-
27 tus,adoptatur ab auo materno, † atque ita caſum ma
ternum determinat Iſer.in d.§.adoptiuus,col.2.verſi.
quæro ſi pater emancipauit,tit.ſi de feud.fuer.contro.
inter do. & agnat. vbi dicit, quod ſi feudum eſt femi-
neum, nepos ex filia adoptatus ſuccedet in eo,per rõ-
nem ſæpedictã,quod in eo concurrit vtrumq; vinculũ.
idem probauit Laudenſ.ibi,& ante eos Iſer.in ver.niſi
eſſet adoptatus ab eo,hæc.n. adoptio facta ab auo ma
terno, plus operatur quam ea quæ fit ab extraneo, vt
patet ex ijs quæ ponit Aſcan. d.c.5. num.16.& 17. Pe-
regrin.in tracta. de fideicommiſſ.art.36.num.43.

Nec moueat quemquam quod Iſern. loco prædicto
videtur hoc reſtringere,quando mater talis adoptati
debet ſuccedere: quoniam hæc non fuit intentio eius,
ſed voluit dicere, quando feudum eſt femineum, ita,
quod mater eius erat feudi capax, ita declarat Aluar.
& Laud.in d.§.adoptiuus, & ita intelligit eos oẽs Th.
Mar.in tract.feud.lib.1.tit.3.nu.64. vbi etſi ipſe d[illegible]
tiat & de hac deciſione dubitet,tñ ſupradictos Docto
res intelligit loqui,qñ feudum eſt femineum, adeo, vt
ſicuti circumſcripta adoptione nepos non ſuccederet
ſtantib. agnatis maſculis,ita ea accedente nepos ado
ptiuus ex filia agnatos maſculos excludat. & facit rõ:
quia aliàs ſuperflua eſſet quæſtio, & conſideratio ado
ptionis,ſi ea quoque non extante,nepos ſuccederet,&
non eſt credendum,DD. adeo fuiſſe ſupinos, & ciuile
vinculum nihil adderet naturali,cum tñ omnes conſi-
derent vtrũque vinculum; quare nepos ex filia exclu-
dit agnatos maſculos, licet extraneus qui ſit adopta-
tus, illos non poſſit excludere, & certè minus læditur
ius agnatorum,quando nepos ex filia adoptatur,quia
eſt deſcendens,& capax feudi, licet commodum ſuc-
ceſſionis eſſet differendum poſt mortem agnatorum,
quod ſecus eſſet, quando vel extraneus adoptaretur,
vel feudum non eſſet femineum,& nullo caſu ad femi-
nam caſurum; ſed duobus his concurrentibus, quod
feudum ſit femineum & quod adoptatus ſit ex deſcen
dentibus,facilius ius agnatorum obſcuratur.

Secundo

Secundo euitatur obiectū factū de agnatorū præiu-
dicio, ꝑ habilitationē dicti D. Comitis factā à Caro-
lo V. Imperatore, & à Philippo Rege, qui Dux eſt Me-
diolani cū pleniſſimis clauſulis, & præcipuè de pt̄atis
plenitudine, & cum derogatione obſtātium, quo caſu,
vt dixi ſupra, in verſ. ſcd̄o fuit ēt, adoptatus ēt extra-
neus ſuccedit. Nec turbare quemq̄ debet id, qđ paſſim
circumfertur, vaſſallum ēt cum dn̄i conſenſu non poſ-
ſe de feudo diſponere ad præiudicium agnatorū, qui-
bus eſt q̄ſitum ius ex tenore anteriorū inueſtiturarū,
nā id, in quo conſiſtit vnicum fundm̄ dn̄orum Agnato
rum, facile reſoluitur, & primo, quia Doct. in d. §. ado
ptiuus, abſolutè & ſimpliciter dn̄t, illum textum non
procedere, qn̄ adoptio facta eſt, cum licētia Principis
expreſsè diſpēſantis, quoad feuda, & nō diſtinguunt,
an feudum ſit nouum, vel antiquum, & an extēt agna-
ti, vel non extent, ideo ſimpliciter id tenendum eſt, ēt
ſi feudum ſit antiquū, & agnati extent, vt inquit Curt.
iun. in conſil. 138. nu. 6. poſt medium, & nu. 7. in fi. Ad-
do, qđ niſi intelligamus ad præiudicium agnatorum,
indubitabilis erit qō, an adoptatus ad feuda cū Prin-
cipis licentia, ſit admittendus? hoc enim nullam re-
cipit probabilem hæſitationem: quia vaſſallus pōt re-
futare feudum in manibus dn̄i volentis, ad effectum,
vt alius ēt extraneus inueſtiatur, ſi agnati non extent,
multo ergo magis ſi velit dominus, admittetur filius
adoptiuus, ſicut prædixi, ad ſucceſsionē habilitatus.
Rn̄deo quoque, qđ hoc caſu Comiti Antonio obſtat
ſolus feudorum rigor, & feudalis cōſuetudinis vis: nā
inſpecto verborum, de quibus in inueſtitura, ſignifi-
catu, eſſet admittēdus, cū vt pluries fuit repetitum, ſit
hæres, & ſucceſſor vaſſalli vltimo loco diem functi,
hmōi rigor feudalis, & vis conſuetudinis, tolli facile
28 pōt à Principe, † quia eſt iuris poſitiui, qđ ſubiacet pe
dibus Principis, Oldr. in cōſ. 117. Bal. in auth. hoc am-
plius, col. 3. C. de fideic. in conſil. 401. & 430. in fi. vol. 4.
Alex. in cōſil. 16. col. pen. vol. 5. Nat. in conſi. 511. & cōſ.
512. per totū. Et in terminis qđ Princeps poſſit ad pręi
iudicium agnatorum habilitare adoptiuum ad feu-
29 dū, † voluit Curt. iun. in d. conſ. 38. nu. 1. 6. 8. & ſeq. vbi
latè id probat. ſequitur Burſ. in conſil. 410. nu. 52. verſ.
tertio rn̄detur. Menoch. in cōſ. 503. nu. 22. facit, q̄a con
ſuetudines feudales tolli poſſunt cōtraria cōſuetudi-
30 ne. † Bal. in l. 2. in princ. ff. de vulg. Dec. conſ. 586. nu. 4.
conſil. 588. nu. 16. Ergo tolli ēt poſſunt priuilegio, vt
arguit Oldr. in conſ. 172. Dec. cōſil. 269. nu. 8. cōſ. 390.
nu. 12. Pariſ. conſi. 13. nu. 26. in 1. conſi. 1. nu. 131. vol. 2.
ad. conſ. 8. nu. 41. Burſ. conſ. 410. nu. 64. & ideo vi-
demus, qđ Princeps pōt cum filio naturali diſpēſare,
vt ad præiudicium agnatorum ſuccedat in feudo, illū
31 legitimando, † gl. in c. 1. §. naturales, vbi Bald. & alij, ſi
de feud. fuer. cōtr. inter dom. & agnat. Aret. conſ. pen.
col. fi. Dec. d. cōſil. 269. nu. 10. Curt. iun. Pariſ. Alc. Zaſ.
Boer. Crau. & Clar. quos citat, & ſequitur Bec. in cōſil.
56. nu. 39. vbi dicit receptā cōem, & indubitatā ſn̄iam.
Tho. Marin. de feud. lib. 1. tit. 3. nu. 45. & Brun. in cōſ. 1.
dicens, quod tollit obſtaculum & auferr, qđ ſimplici
feudorum conſuetudine introductum eſt, Cœphal. in
conſ. 302. nu. 110. Rimin. conſi. 69. nu. 21. ſic ēt femina
habilitari pōt, vt ſuccedat in feudo ad præiudicium
32 agnatorum. † Dec. in conſ. 269. col. 4. Curt. iun. cōſ. 1.
qui propriè loquitur in feudis quorū nunc mentio hr̄.
Pariſ. in conſi. 103. vol. 4. Gozad. d. conſi. 8. Becius alios
citans, d. conſ. 56. nu. 40. Et cum in caſu noſtro feminæ
ſint feudorum capaces, Princeps feminam, ſeu deſcen
dentes à femina habilitando, non tollit, ſed differt, &
minuit agnatorum ius, quod facere poteſt ꝑꝑ modi-
cam læſionē quæ infertur agnatis, vt conſiderat Brun.
in conſ. 1. nu. 59. Crau. conſ. 135. nu. 9. cōſ. 68. nu. 5. Bec.
d. conſ. 56. nu. 42. Alc. in cōſi. 190. nu. 3. qđ ſi Princeps
pōt naturalem legitimare, & feminā alioquin incapa
cē habilitare ad ſucceſſionem feudi, q̄uis extēt agnati,
multo magis poterit cum eo qui iā capax eſt feudi, ſed
tardius ſucceſſurus, diſpenſare, vt ſuccedat: minus eñ
læditur ius agnatorum, q̄ ſi eum admitteret, qui nullo
tpe poſſet ſuccedere. Et aduertatur, qđ quæcunque à
Doctoribus dicuntur de legitimatione, & filijs legiti-
matis, procedunt ēt in adoptione, & in filijs adopti-
uis in hac materia, quidquid ſit in alijs, de vno enim
33 ad alium valet argumentum † Bal. & Præpoſ. d. §. ado-
ptiuus, & in d. §. naturales, Curt. iun. d. cōſ. 138. nu. 12.
Marzar. in conſ. 70. nu. 7. Non omitto, quod vbi ado-
ptio, ſeu diſpenſatio facta eſt à Principe ſupremo, qui
ſuperiorem non recognoſcat, vel qui iura habet impe
rij, & pōt iuri derogare, tunc non ſuſtinetur, ꝙ dicitur,
dominum feudi, non poſſe agnatis præiudicare, quia
aliud eſt, quod ſit ſimplex feudi dominus, aliud verò,
quod ſit Princeps: quia Princeps pōt iura poſitiua, &
34 conſuetudines tollere, † ita reſoluit Burſar. d. conſil.
410. nu. 52. in fi. verſ. quarto loco, vſque ad num. 60.
Accedat, qđ nos ſumus in feudo improprio, qđ ſci-
licet nō fuit ex gratia conceſſum, ſed pecunia emptū,
in quo feudo admittūtur illi qui alioquin eſſent inha
biles, vt voluit Odofr. quem Bald. refert in tit. de pace
Conſtan. in verſ. liuellarium. Vnde dicunt Doct. quod
35 femina admittitur in feudo improprio. † Cuman. in
conſi. 164. col. pen. verſ. circa ſecundum, per tex. in d. c.
ſi cui militi. Rom. in cōſ. 367. nu. 12. Soc. conſ. 257. col.
2. verſic. aliqñ, & tertio vol. 2. Corn. in conſil. 16. vol. 1.
Iaſ. in conſ. 156. nu. 12. vol. 2. Dec. in conſ. 32. nu. 4. cōſi.
424. nu. 14. Rimin. ſen. conſ. 305. nu. 23. Ruin. conſi. 24.
nu. 27. vol. 1. Pariſ. conſil. 4. nu. 14 vol. 1. Grat. cōſ. 9. nu.
154. vol. 1. Gozad. conſ. 56. num. 18. Afflict. deciſ. 320.
Geor. Natt. in c. q̄uis, num. 334. de pact. in 6. Campeg.
de dot. part. 5. q. 42. ver. adde aliquas. Silua. cōſil. 3. nu.
55. Clarus, § feudum, q. 73. nu. 8. Bolog. conſil. 5. nu. 46.
Cœph. conſ. 361. nu. . . . & ſeq. Rolan. conſil. 23. nu. 12.
in primo cum alijs multis. qđ ſi inhabiles admittun-
tur ad feudum improprium, multo magis admittetur
adoptiuus filius, ita in terminis decidit Alciat. in cōſ.
190. nu. 4. verſic. tertia ratio. Augetur argumentū: q̄a
non ſolū eſt adoptiuus filius, ſed ēt nepos ex filia, atq;
ita habet iura ſanguinis, quo caſu, vt dixi, non exclu-
ditur: ſed plus cōſequitur quā ſi extraneus datus fuiſ
ſet in adoptionē. Quinimò, ſumus in feudo quod non
ſolū eſt improprium, ſed fuit ēt pro feminis expreſsè
conceſſum, qua rōne ceſſare debet quod dicitur femi-
nam in feudo vocatam ſuccedere debere ordine ſuc-
ceſſiuo, qn̄ ſcilicet maſculi non extant: nam id intelli-
gi debet, qn̄ eſt proprium, at vbi eſt impropriū, ne vo-
catio feminæ quę à iure ſubintelligebatur reddatur ſu
perflua, cenſeri debet vocata ſimul, & eodem tpe cum
maſculo. quæ opinio in iſtis terminis eſt indubitata:
quia ſi in feudo improprio femina non vocata admit
titur eodem tpe cum maſculo, vel ſaltem ad excluſio-
nē maſculi remotioris, vt ſupra dixi, multo magis erit
admittenda quando ex inueſtitura eſt expreſsè voca-
ta, ne (vt dixi) expreſſio ſit ſuperflua, & nihil operetur.
Sed ſi omnia ſupradicta ceſſarent, ex alio dicti D.
Agnati ſuccumberent: quia non ſunt hæredes Comi-
tis Ludouici vltimo loco mortui, & tamen cum feudū
ſit hæreditarium, tāquam pro hæredibus, & ſucceſſo-
ribus conceſſum, vt ſunt claræ deciſiones, nemo poteſt
in tali feudo ſuccedere qui nō ſit hæres vltimi; nec ſuf
36 ficit qđ ſit primi hæres. † vt latè probat Curt. iun. in d.
conſi. 138. nu. 24. vbi hanc partē ſuſtinet. Brun. in conſ.
122. in princ. Crau. in conſil. 472. nu. 1. Capic. in deciſ.
198. & ſeq. Franch. deciſ. 1. nu. 22. Alc. omninò viden-
dus,

dus,in conſ.178.nu.3. vbi pro conciliatione contrariæ opinionis ponit tres caſus,in quibus ſufficit agnatum fuiſſe primi inueſtiti hæredē. Matin.Freccia de ſeudo, in tit.de differ.feud.lib.3.q.10.vbi multis rónib. hanc partem defendit.idem tenuit Tho. Marin.in eod.tractatu,lib.1.tit.5.nu.34.vbi dicit hanc eſſe veriorem,& magis cōem,& rũdet ad contrariã authoritatē. Alex. & Iac.Beluiſ.cu ea tranſit quoq; Menoch. in cōſi.464. nu.31.vbi addit Soc.& Rolan. & in feudo hæreditario antiquo. de quo nunc agimus, quãuis aliud teneat in nouo. Hãc ipſam opinionem probauit Ioan. Baptiſta Surdus agnatus meus,in c.1.num.10.an agnat. vel fil. Sed præter eos,fuit hæc opinio Iſer. in d.c.1.nu.2. ibi, oportet quod ſit hęres iſtius qui nunc moritur,vbi Liparul.in addit.in eo.verſ.non moritur,dicit eſſe veriſſimã.Soc.iun.in conſ.188. nu.15.vol.2. Camerar. in c. Imperialem,§.præterea Ducatus,verſ.quarta ſpecies, ibi,proindeque teneat eſſe hæres morietis, de prohib. ſeudi alien. per Feder. fol.mihi 789. Ex quibus apparet,hanc eſſe cōem opinionem,quãuis multiér cōtradicant, quorum tñ dicta procedunt in alijs terminis, vt bene diſtinguit Alciat.d.conſi.178. Nec obſtat limitatio quæ ſolet afferri, qđ ſcilicet procedat, qñ agnatus pōt eſſe hæres: ſecus aũt ſit, qñ per eũ non ſtat: nã hæc limitatio non pōt conuenire facto noſtro, quia ēt ab inteſtato iſti D. Actores non ſuccedunt Comiti Ludouico,qui filiam reliquit, cum à lege hæreditas ēt ab inteſtato erat delata, & limitatio procedit, qñ à lege eſt delata,ſed ablata ab homine,qui aliu inſtituit, ſibi non ſucceſſurum ab inteſtato. ita loquuntur iura oĩa, vt ego declaraui in cōſil.63.nu.24.ſuſtinendo d. Curt. iun.male (vt arbitror) intellectũ à ceteris Doctorib. & ſi hęc opinio videretur dubia,ſufficiet: qa in dub.fauẽdũ eſt reo,& poſſeſſori,iuxta vulgara iura,& ſat eſt reo,iura,& intẽtionẽ actoris offuſcare,& in dubiũ adducere,
37 † vt inquit Bal.in cōſ.79.nu.7.vol.2.Crau. in conſ.127.

Ex alio ēt actores debent ſuccumbere. Nã ſi ponamus feminas ſub hac conceſſionis forma vocatas eſſe ſucceſſiuo ordine poſt maſculos, id tñ intelligendum eſt,qñ extant maſculi ex ea linea à qua deſcēdit femina, at vbi feudum ſemel ex diuiſione peruenit ad vnũ ex fratribus,tunc ſi deficiant maſculi eius ad quē peruenit,admittentur feminæ eiuſdem lineæ,ēt ſi maſculi
38 extent ex fratre diuidente. † eſt tex.in c.1.de nat.ſucceſſio.feud. qui hoc dicit explicitè. & per illum textũ hoc voluit Ruin. in conſi.9.nu.5.verſi.quinimò vř,vol. 1.vbi rñdet oĩbus contrarijs.quia ille cui feudũ obuenit ꝑ diuiſionē, hř pro primo ſtipite quoad hoc,vt donec ex eo aliquis extat,ſiue maſculus, ſiue femina, excludatur altera linea diuidentis. idē placuit Bero. in conſ.93.nu.26.vol.1.vbi allegat ſic quoq; tenuiſſe Bal. & Corn. Burſ.cōſ.63.n.12. in fi.& ꝑ hãc rōnē in materia maioratus,q̃ cũ feudali plurimũ fraternizat,dixit Molin.de primog.Hiſp.lib.3.c.4.qđ femina vnius lineæ excludit agnatũ ex alia linea à ſucceſſione maioratus inſtituti a cōi ſtipite,q̃uis in eo feminæ nō ſuccedãt extantibus maſculis.& principalis rō eſt, quia is, ad quē feudũ deuenit in diuiſione,reputatur cōis pater agnationis,vt in d.c.1.de nat.ſucceſſ.feudi,qui,etſi in maſculo loquatur, trahi tñ dēt ēt ad caſum in quo agitur de femina,per rónis identitatem. & de eo textu ego plura poſui in cōſi.120.nu.15. Molin.d.c.4.nu. 14. & per illum textum dñt Doct. qđ in feudis proximitas cōſideratur, habito reſpectu ad vltimũ poſſeſſo
39 rem feudi. † Iſern.ibi, Dec.in conſil.445.nu.29. Tob. Non.conſi.1.nu.4.Fabius in l.hæredes mei, §.cum ita, nu.42.ff.ad Treb.Molin.d.lib.3.c.9.nu.14. conſtat aũt feudum, de quo agimus,ex diuiſione,& trãſactione totũ fuiſſe aſſignatũ Ludouico ſeniori,ergo in eius linea cōſeruari dēt,donec ex ea aliqs extat,ſiue maſculus,ſiue femina,nec interim deſcēdētes à Nicolao fratre,& ita qui ſunt ex altera linea,quicq̃ prætendere poſſunt.

Reaſſumendo igitur oĩa ſupra deducta, concludo abſoluendum eſſe D. Comitem Ambroſium Antoniũ à petitis per Dños fratres,atq; ipſis fratribus nullum oĩno ius competere in feudis prædictis,quia inueſtitura pro maſculis quibuſcunque, admittit maſculos ex feminis, & alia quæ conceſſa fuit pro hæredib. & ſucceſſoribus,tam feminis,q̃ maſculis,non dēt ita reſtringi,vt feminæ admittãtur ſolum non extãtibus maſculis,ſed intelligi dēt, vt ſimul cum maſculis ſuccedant. Et vbi illa verba ſimpliciter prolata, intelligi poſſint ordine ſucceſſiuo,tñ illud non procedit, qñ feminę fuerunt expreſsè vocatæ,& feudum eſt ſui natura improprium; quia cum in ſeudo improprio femina non expreſsè vocata admittatur, ſcđm multos, eodem tpe cum maſculis, debet id ſaltem obtinere ſemota omni dubitatione, qñ expreſsè fuit vocata, ne vocatio expreſſa ſit inutilis. Rurſus, ſi ordine ſucceſſiuo intelligenda eſſet feminarum vocatio, tñ cum ex linea Ludouici ſenioris à quo feudum prouenit,& qui ſolus ex diuiſione illud obtinuit,nulli extent maſculi,admittendus eſt ſucceſſor ex femina, ſicuti femina admitteretur ad excluſionem maſculi ex altera linea. Et iſtis omnibus ceſſantibus,D. Comes eſt nepos ex filia,& adoptatus,& propterea tanquam habens ciuilia,& naturalia iura, debet adoptionis vigore ſuccedere in his feudis. Et poſtremo, eſt habilitatus à Cæſare & Rege Dño Feudi,cum clauſulis prægnantibus,idq; fieri pōt ſine graui offenſione agnatorũ, & ſi ipſi poſſeſſori ius nullum competeret, non ideo Actores eſſent audiendi,qui non ſunt hæredes vltimi vaſſalli,& non habent qualitatem à ſeudi natura requiſitam. Et omni caſu Actorum intētio dubia eſt, proptereaque in fauorem conuenti, & poſſeſſoris pronunciandum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum vendens, poteſt perſonaliter ſe obligare.*
2 *Cenſus conſtitui poteſt ſuper prædio alieno,accedente tamen domini conſenſu.*
3 *Fauori ſuo poteſt quilibet renunciare.*
4 *Sapiens poteſt aptis verbis contractũ concipere,vbi conuentum eſt, quod fiat contractus, ſecũdum ſapientis conſilium.*
5 *Acceſſorium corruit ſublato principali.*
6 *Hypotheca reſoluitur ſublato principali debito.*
7 *Potentia differt ab actu.*
8 *Renunciare nemo pōt iuri concernenti publicam vtilitatem.*
9 *Renunciari non pōt iuri continẽti clauſulã decreti irritantis.*
10 *Forma data à lege,eſt ad vnguem ſeruanda, nec ſufficit eam implere per æquipollens.*
11 *Forma non poteſt partium conſenſu remitti.*
12 *Cenſus etiam ante conſtitutionem Pij V. non poterat conſtitui ſuper perſonis,ſed erant ſupponenda certa bona?*
13 *Rei debendi dicuntur, qui ſe conſtituunt principales debitores,& ſe obligant in ſolidum.*
14 *Obligans ſe principaliter,& in ſolidum, non dicitur acceſſoriè obligari.*
15 *Reorum plurium obligatio non eſt vna numero, nec quantũ ad veritatem, nec quantum ad eſſentiam,licet intelligatur vna quo ad vnum ſolutionis effectum.*
16 *Contractus,& inſtrumentum differunt inter ſe.*
17 *Inſtrumento annullato,nō annullatur cōtractus in eo cōtẽtus.*
18 *Sapiens non poteſt ea, quæ contractus formam, & ſubſtantiam reſpiciunt, immutare,corrigere,vel emendare.*
19 *Sententiam ſi ſtatutum mandet ferri cum conſilio ſapientis, intelligitur ſi fuerit petitum.*
20 *Clauſula, Omni meliori modo,nihil addit in claris.*
21 *Codicillaris Clauſula,nihil opatur cōtra volũtatẽ teſtatoris.*

Prote-

22 *Proteſtatio contraria facto, nihil operatur.*
23 *Fingere eſt aſſumere rem pro vera, quæ tamen veritati contrariatur.*
24 *Fingere non poteſt homo ſine legis auctoritate.*
25 *Clauſula, non aliter nec alio modo, annullat actum in contrarium factum.*
26 *Contractus iam perfecti vbi aliquid circa ſubſtantiam mutatur, nouus efficitur contractus.*
27 *Subſtantialia contractus dicuntur illa, ſine quibus contractus formari non poteſt.*

CONSILIVM CCCXVIII.

PRo Antonello Mirandulenſi ſcripſi ſuperioribus mēſibus, & ni fallor demō
ſtraui cenſualem contractum non valere, nec quoad ipsū, nec quoad alios,
qui cū eo ſe obligauerant. vrget tñ dñs
Iudex, & eum contractū ſuſtineri poſſe defendit. Primo, quia cum principalis cōtractus ſit
cū Antonello celebratus, aliorū obligatio tāquā per-
ſonalis non conſtituet diuerſum contractum cenſualē
de per ſe, ſed erit acceſſoria ad contractū factum cum
Antonello, quia etſi contractus cenſualis ſit realis, ad-
mittitur tñ perſonalis obligatio in conſequentiā rea-
lis, & quæ requieſcit ſuper reali. qua rōne Boninſeg. in
tract. de cenſib. in prima condit. nu. 4. & 5. dicit, quod
1 vēdēs cenſum poteſt ēt perſonaliter ſe obligare, † quia
non eſt nouus cenſus ſuper perſona, ſed erit acceſſoria
obligatio in conſequentiam cenſualis contractus for-
mati ſuper re, ergo eodem modo obligationes factæ
per tres illos adhęrebunt reali cenſui formato per An
tonellum. Accedat, quod potuiſſent illi tres cēſum cō-
ſtituere ſuper prædio Antonelli, accedēte tñ ipſius dñi
2 conſenſu, † vt admittit Nauar. in trac. de vſur. nu. 131.
& Boninſegn. d. condit. 1. nu. 9. quia paria ſunt, cēſum
imponere, & imponenti conſentire, l. qui pōt, ff. de reg.
iur. & vendi pōt res, aliena, l. rem alienam, ff. de contr.
emp. ergo non erit nullus cōtractus in quo pro vna re
ſuppoſita cenſui, quatuor reperiūtur in ſolidū obliga-
ti. Rurſus, ſi quid cōtinetur contra formā Bullæ Pij V.
illud totum erat in fauorē venditoris qui potuit fauo-
3 ri ſuo renunciare, † l. ſi quis in cōſcribendo, C. de pact.
vbi gloſ. citat cōcord. l. 2. C. vt in poſſ. leg. c. ad Apoſto-
licam, de re iudic. c. ſi de terra, in fin. de priuileg. & ſi re
nunciatio non valeret, contractus tñ reduci poſſet ad
formam validam, ex conſilio ſapientis, quia conuentū
quod fiat ſecundū ſapientis conſiliū, & tali caſu ſa
piens pōt aptis verbis contractū concipere, & vberius
atque apertius voluntatem contrahentiū exprimere.
4 † Bar. in l. illa inſtitutio, nu. 1. & ſeq. ff. de hæred. inſtit.
vbi ſequūtur oēs DD. Salic. in l. captatorias, nu. 4. C. de
teſt. Feli. latè in c. ex litteris, de fide inſtru. cū infinitis
ſimilibus, id ꝙ multo fortius obtinebit: quia proteſta
tę ſunt partes, ꝙ intelligatur cenſus formatus ad præ-
ſcriptū Bullę, vnde non erat abſurdū, quod ſapiens cō-
tractū reducat ad formam Bullæ. Quinimo, vr̄ quod ip
ſo iure, ſtāte partiū declaratione, reductio facta ſit. ſed
quidquid ſit, fieri poteſt quòd hactenus factum nō eſt.
Diligēter tñ prædictis oībus examinatis, arbitror
ſuſtineri non poſſe contractum illum, & vitijs obiectis
laborare: quia quo ad Antonellum, qui prædium ſup-
poſuit, nō recepit integrum pretiū, ſed fuit pro maio-
ri parte alijs ſolutum. quo vero ad alios, qui ſunt in ſo-
lidum obligati, nullum certum prædiū ſuppoſuerunt
cenſui, adeo, quod eorum reſpectu nullus cenſus fuit
conſtitutus niſi ſuper perſonis, vel generaliter, ſuper
bonis, quo caſu non valet, vt primo loco dixi. & reſpe-
ctu Antonelli, res eſt clara, & nihil fuit in cōtrariū ad-
ductū qđ releuet. mihi ergo ſolū laborādū eſt in tollē-
dis quæ in cōtrariū allegantur ad defenſionē aliorum.
Nō igitur obſtat quod aliorum obligatio ſit acceſ-
ſoria ad cenſum venditum per Antonellum, quia ſi ve
rum hoc eſt, erit nulla, ſicuti nullus eſt contractus fa-
ctus ab Antonello: acceſſorium enim ſtare non poteſt
ſine principali, ca. acceſſoriū, de reg. iu. in 6. & corruit
5 ſublato principali, † l. qui liberis, ff. de vulga. & pupil.
l. cum principalis, vbi Dec. ff. de reg. iur. §. fideiuſſores,
ita obligari, Inſtit. de fideiuſſor. Et in propoſito Bon-
inſeg. in loco in contrarium citato, dicit, quod acceſ-
ſoria obligatio eatenus durat, quatenus durat princi-
palis, & cum principali extinguitur, ſic hypotheca re-
6 ſoluitur ſublato principali debito, † l. contrahitur, vbi
Bart. ff. de pignor. Neguzan. de pignor. & hypot. in pri
mo membro tertiæ partis princip. num. 9. dixi in conſ.
243. nu. 10. & non eo inficias, quin contractui cenſuali
fideiuſſor accedere poſſit, quamuis ſecundum aliquos
id non ſit ſine contradictione, ex quo cuicunque con-
tractui fideiuſſio adhærere poteſt.
Ad id verò quod dictum eſt, cenſum conſtitui poſ-
ſe ſuper re aliena cum domini conſenſu, reſpondeo,
hoc dubitationē non parere, nam dubitat Boninſegn.
in præcitato loco, & relinquit cogitandum: & non vi-
deo, quomodo tunc ſeruari poſſit Bulla, ſi dominus rei
velit illam vendere, is enim nō tenetur offerre empto-
ri cenſus, quia Bulla vult quod oblatio fiat per vēdito-
rem cenſus, ſed de hoc nihil ad nos. Extrauagans etiā
Mart. V. de cenſib. vult, quod bona ſint vendentis, ibi,
ſuper bonis ſuis; poſito autē, quod id fieri poſſit, dico
non fuiſſe factum: quia venditio cenſus, & conſtitutio
facta eſt à ſolo Antonello, & is ſolus ſuppoſuit ſuum
prædium, licet autem poſſet fieri cenſus ab alijs ſuper
prædio Antonelli, ſufficit non fuiſſe factum, & aliud
eſt poſſe fieri, aliud factū eſſe, potentia enim differt ab
7 actu. † Bartol. in l. 1. ff. de iniuſt. rup. teſtam. ita arguit
Natta in ſimili, in conſ. 504. num. 5. Cęph. in conſ. 725.
num. 21. Secundo dico, quod contrarium procederet,
quādo dominus prædij cenſum non imponeret ſuper
ſuo prædio, tunc enim non eſſet alijs interdictum con-
ſentiente domino cenſum ſuper alieno prædio conſti-
tuere: ſed cum iam dominus prædium ſuū cenſui obli-
gauerit, non poteſt alius exinde ſuper eodem prædio
etiam domino cōſentiente nouum facere cenſum, at-
que fundum illi ſupponere. At Pius V. mandat in Bul-
la ibi (immo, & cenſum augeri) rem iam cenſuatā non
poſſe nouo cenſui obligari. & Naua. ſuper Bulla, num.
131. ver. quartum quod duo, videtur concludere, quod
duo non poſſint ſuper vnico prædio quod ſit vnius tan
tum ex eis, cenſum conſtituere, dum vult, quod duo
poſſint ſuper duobus prædijs conſtituere cenſum, ſi
tamen vnum prędium ſit vnius, alterum vero alterius.
cum igitur prædium grauatum fuerit cenſu à Domi-
no, non potuerunt alij qui non ſunt prædij domini, ſu-
per eodem prædio cenſum fundare.
Antonellus autem venditor non potuit fauori ſuo
renunciare, & cōſentire quod pretium alij ſolueretur;
vel quod quatuor ſint principaliter obligati, nam for
ma illa introducta eſt fauore animarum, & concernit
8 publicam vtilitatē, cui nemo poteſt renunciare, † l. ius
publicum, ff. de pact. l. ius agnationis, ff. eod. Bal. in ca.
P. & G. num. 9. in fin. de off. deleg. DD. omnes, in d. l. ſi
quis in conſcribendo. C. de pact. præcipuè Dec. nu. 19.
& Alciat. num. 26. Præterea Bulla continet clauſulam
decreti irritantis actum, ideo renunciationi non eſt
9 locus, † c. dilecto, de præb. vbi gl. Innoc. Hoſti. Ioan.
Andr. & alij, multos allegat Tiraquel. in l. ſi vnquam
in ver. reuertatur, num. 321. C. de reuoca. donat. Lam-
betteng. de contract. eor. qui ſine cert. ſolennit. in fine,

num, a. ideo Nauar. nu. 88. infert, quod pars nõ poteſt
eam remittere ſolennitatem quæ exigit verã nume-
rationem: ita ꝙ non ſufficit oſtendere pecuniam, quã
uis venditor confiteatur ſibi fuiſſe numeratam, & nu.
102. q. 49. inquit, quod etſi precium creditori ſolutum
dicatur, quocunque modo illi ſatisfiat, l. ſatisfactio, ff.
de ſolut. l. 2. ff. qui ſatiſda cogan. l. ſi rem, §. omnis, ff. de
pignor. actio. tamen ſi venditor fateatur ſibi pro pre-
tio ſatisfactum, non ſuſtinebitur actus niſi appareat
de vera numeratione, quia forma data à lege, eſt ad
10 vnguem ſeruanda, gl. † in c. 1. in ver. vocationem, vbi
Bald. col. 2. de mili. vaſa. qui contum. eſt. Bald. in l. 2.
col. fin. C. quom. & quand. iud. Alex. conſ. 42. num. 16.
vol. 1. Iaſ. conſ. 97. col. penult. in 4 vol. Dec. conſ. 455.
col. fin. Riminal. conſ. 180. num. 4. adeo, quod non ſuffi-
cit eam impleri per æquipollens. Bal. in l. 1. ff. de lib. &
poſthu. Dec. in conſ. 466. in fine, & quaodó aliquid da-
tum eſt pro forma, non poteſt conſenſu quoque par-
11 tium remitti. † Bald. in c. 1. qui ſucceſſo. tene. Ang. in §.
triplici, nu. 8. Inſtit. de action. Iaſ. in l. non dubium, col.
4. in ver. octauo nota, C. de legibus. Feli. in c. fin. col. 1.
de probat. & ante eos Alexand. conſ. 41. nu. 12. vol. 5.
Barb. in c. de cauſis, nu. 20. de offic. deleg. Confirmatur
hæc ſententia ex verbis Bullæ quæ annullat contra-
ctus factos non ſolum contra eam formam, ſed etiam
eos qui ſub alia forma ſunt celebrati.

Vnde in prioribus ſcriptis dicebam obligationem
quam fecerunt tres illi ad hunc contractum adhibiti
vltra Antonellum, eſſe nullam: quãdo quidem, ipſi ſo-
la perſonali actione tenẽtur erga emptorẽ, nec aliqua
certa bona cẽſui ſuppoſuerũt, ſed ſeipſos obligarũt cẽ
ſuũ ſolutioni, quę obligatio non valet, quia ſtãte Pij V.
Conſtitutione, certa bona ſunt ſupponẽda, quæ certis
quoq; finibus ſint deſignata, quinimo, idem erat ante
12 illius editionẽ, † vt poſt Abb. Laurẽ. Rodul. Are. Ang.
de Clauaſ. Archiep. Floren. Caſſan. Nauar. & alios te-
net nouiſſimè Vallaſc. in trac. de iur. emphyt. q. 32. nu.
10. vbi reprobat Didacũ tenentem, ꝙ fundari poſſit cẽ
ſus ſuper perſonis. Et quamuis fortè adhiberi poſſint
fideiuſſores, in quo poſſet eſſe aliquod dubiũ, tñ ex quo
conſtituerunt ſe principales debitores, & ſe obligarũt
13 in ſolidũ, facti sũt plures rei debẽdi, † l. reos, §. cũ in ta-
bulis, ff. de duob. reis. Bar. Ang. Caſt. & alij, in l. 2. ff. eo.
gl. in l. 1. vbi Salic. C. eod. tit. Bal. in l. ſi rem cõem, ff. ſi
cert. pet. Caſt. in l. ſed Iulianus, §. fin. ver. itẽ ſi sũt, ff. ad
Macedon. Nat. in conſ. 32. nu. 1. conſ. 261. nu. 3. at non
poſſunt plures rei debẽdi cõſtitui occaſione cẽſus, niſi
in omnibus concurrant ſolẽnitates neceſſarię ad coo-
ſtituendum cenſum, ideſt vt omnes propriũ prædiũ
cenſui ſupponant, omnes pretium recipiant, & alia
interueniant ſine quibus cenſus obligatio formari nõ
poteſt: quia DD. qui dicunt poſſe plures eſſe reos de
bendi, intelligi debent, qñ vel natura contractus pati-
tur, vel intercedunt neceſſaria ad faciendũ eos princi-
paliter debitores, cum eñ de vno diſputamus, cetera
ſupponuntur habilia, §. in extraneis, Inſtit. de hęredib.
quæ ab inteſta. deſer. ſicuti aut nõ poteſt quis obligari
ſolus ex cauſa cenſus, niſi prædium ſupponat, & pre-
tium recipiat, ita non obligabitur cum priocipali tã-
quam correus oiſi id faciat quod faceret ſi ſolus eſſet:
nam ſicuti duo ſunt qui obligantur ita duæ ſunt obli-
gationes principales, & duæ ſtipulationes, l. eandem,
§. fio. ff. de duob. reis, & ratio eſt meo iudicio patẽs, ex
quo non aliter poſſint pro eodem negotio plures cõ-
ſtitui debitores quã cõſtitueretur vnus, ſi ſolus eſſet:
vnde quemadmodum ſolus Antonellus non potuiſſet
cõſtitui debitor ex cauſa cenſus niſi ſuppoſito prædio
proprio & vẽdito cenſu receptoq; pretio, ita nec plu-
res fieri poterunt debitores niſi hoc ipſum ſeruetur in
pluribus quod in vno ſeruandum eſſet: quia forma, &
ſubſtantia obligationis non variatur ex numero eorũ
qui obligantur. & per prædicta reſoluitur quod dice-
batur obligationẽ eſſe acceſſoriam, ideo ſuſtineri ẽtſi
nullum prædium cenſui ſit ab eis ſuppoſitum, ſed eorũ
obligationem adhęrere obligationi formatæ per An-
tonellum quæ eſt realis, nam vt dixi procederet, ſi ſe
ſolum obligaſſent tanquam fideiuſſores, tunc eñ eſſet
ſolum acceſſoria, l. 1. §. generaliter, l. Græcè, §. 1. ff. de
fideiuſſor. Inſtit. de fideiuſſor. in prin. ſed quia conſti-
tuerunt ſe plures reos, nõ dicũtur acceſſoriè obligati,
14 ſed principaliter, & in ſolidum. † vt per Bar. in l. eãdẽ,
nu. 5. q. 5. & l. fin. nu. 6. ff. de duobus reis, Imol. in dict.
l. eandem, col. 3. verſic. item addas aliqua, & declarat
Cæph. in conſ. 220. nu. 4. & ſequent. Cum itaq; pluriũ
reorum obligatio ſit principalis, non acceſſoria, faten
dum eſt eandem ſolennitatem, & formam requiri ad
formandum obligationem in perſonam cuiuſque ip-
ſorum, quę eſt neceſſaria ad obligandum vnum ex eis,
qñ vnicus eſt reus debendi, præcipue ſtante eo, quòd
dixi tot eſſe obligationes totq; requiri ſtipulationes,
quot ſunt rei debendi, vt probatur in dict. l. eandem,
§. fin. vbi Bart. dicit, quod verè duæ ſunt obligationes
licet videatur vnica quoad effectum, & Angel. dicit,
quod plurium reorum obligatio, non eſt vna numero,
nec quantum ad veritatem, nec quantum ad eſſentiã,
licet intelligatur vna quoad vnum ſolutionis effectu.
15 † ſic etiam declarat Imola ibi, dicens reuera tot eſſe
obligationes quot perſonæ ſunt, & re vera non eſſe
vnam reſpectu veritatis, & eſſentię, ſed ſolum reſpectu
ſolutionis, quæ vnica fieri poteſt, & debet. Caſtr. nu. 2.
vbi quod licet vnica reputetur obligatio in effectu, ve-
rè tamen, & in ſubſtantia plures ſunt, & infert, ideo,
quod ex pluribus reis vnus poteſt pro altero fideiu-
bere, l. reos, ff. eodem, quod non eſſet permiſſum, ſi vna
eademque eſſet obligatio. Azo. in Sum. C. de duobus
reis, num. 8. in fine, Angel. in l. 3. §. vbi duo, ff. eod. tit.
vbi poſt gloſſ. dicit, quod ſunt plures obligationes, &
plures actiones numero in eſſentia, & quoad verita-
tem, ſed dicuntur vna propter vnum effectum exa-
ctionis, quia omnes vna ſolutione, & vna acceptila-
tione tolluntur. quod ſi plures ſunt obligationes, &
plures contractus, nec vnus ab altero dependet, vti-
que fatendum erit, quod cenſualis contractus factus
ſuper vno fundo, non recipiat plures reos debendi,
nec pro vno cenſo conſtitui poſſint plures debẽdi rei,
quia ſicuti vnus non poteſt ſuper ſua perſona formare
cenſum, ita nec plures poterunt eo modo conſtit[illegible]
cenſum, vt quoad vnum ſit ſuper re, & quoad alios ſit
ſuper perſona, & hoc ego habeo pro abſolutiſſimo, li-
cet à nemine inueniam tactum; quod ſi aliter dicere-
mus, facilè eſſet imponere legi, quæ non vult quod ad-
mittatur perſonalis cenſus, quia vni cenſui adhibe-
rentur plures rei in ſolidum obligati.

Conſilium pariter ſapientis non poteſt hunc con-
tractum reformare, quia conuentum eſt, quod inſtru-
mentum non autem contractus extendatur ad dicta-
men ſapientis, differunt namque inter ſe contractus,
16 & inſtrumentum, † ſecundum Bartol. in l. ſi quis le-
gatum, §. fin. ver. aduerte appello, ff. de falſ. & annul-
17 lato inſtrumento non annullatur † contractus. Imol.
Cuman. Caſtr. & Alexand. in l. ſeruum filij, §. ſi ita, ff.
de legat. 1. dixi latè in conſil. 80. nomero 29. & in
conſil. 144. numer. 13. propterea facultas extenden-
di inſtrumentum non operatur quod aliquid poſſit
fieri circa contractum in inſtrumento contentum,
quia ſunt inter ſe diuerſa, & pactum eſt ſtricti iuris,
& non operatur vltra expreſſa in eo. vitia autem ſu-
pra à me obiecta, afficiunt non inſtrumentum, ſed
contra-

contractum, circa quem nihil actum eſt. Sed ſi etiam
conceſſa eſſet facultas ſxpienti circa contractum, non
ramen reformari poſſet, quoniam defectus eſt in ſub-
ſtantialibus contractus, ex qno Antonellus integrum
pretium non recipit, alij qni ſe in ſolidum obligarunt,
non vendiderunt cenſum, neq; cõſtituerunt ſuper pro
prijs bonis, ſed ſolum ſuper perſonis, & bonis in gene
re expreſſis, nullis adiectis finibus ſeu demonſtratio-
nibus certis: ſapiens autẽ, vigore facultatis ſibi modo
quo ſupra attributæ, non poteſt ea quæ contractns for
mam & ſnbſtantiam reſpiciunt immutare, corrigere
18 vel emẽdare, † vt docet Bar. in l. illa inſtitutio, vbi oẽs
Doct. ff. de hęre. inſtitu. ſxpiens enim nihil in facto ad-
dere poteſt, ſed eodem facto mxnenre intacto, poteſt
in iure addere, ſicuti etixm in his quæ veniunt ex natu
ra contractus, gl. in l. ſi mandato Titij, §. fin. ff. mandati
poteſt etiam addere circa ſolennitatem eorum quæ
geſta ſunt vt taliter exprimantur, quod habexnt effi-
caciam. poteſt etiam clarius, & apertius formare &
exprimere ea quæ ex naturx contractus veniunt, ſecun
dum gloſſ. & alios in dicta l. illx inſtitutio, latiſſimè
Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de fide inſtrument. §. po-
ſtremo, in ver. quid ſi à contrahentibus. Butr. in cap. ex
litteris, vbi Imol. de fide inſtrument. vbi Felin. nu. 12.
circa finem, dicit, quod tam in teſtamentis, quam in
cõtractibus, ſapiẽs poteſt deſcribi facere reſtatoris, &
contrahentium voluntxtem, modo clariore, & magis
ordinato, magis turo, & proprio, apponendo extra-
nea & accidentalia, quæ tamen bonus vir apponere
conſueuit, ſed ſubſtantixlia ſupplere non poteſt, ſicut
nec quicquam quod factum reſpiciat, imo non etiam
addere poteſt accidẽtalia vel extranea, quę bonus vir
non conſueuit apponere, vel non arbitraretur. & dicit
Bald. in l. executorem, colum. 5. C. de execut. rei iud.
quod ſapiens nõ arbitratur quod detur fideiuſſor, vel
quod perſona extrinſecus intelligxtur. multx cogerit
Iaſ. in l. ex ea pxrte, per totum, ff. de verbor. obligat. &
ibi anre eum, Aretin. Cardin. Mantic. de coniect. vlt.
volunt. lib. 3. tit. 1. num. 18. vbi qnod ſapiens nihil de
ſuo ponere poteſt, ſed partium menrem clarius, vbe-
rius, & diſtinctius valet explicare, & ſubdit, hanc eſſe
communem reſolutionem. Sola in conſtitutio. Pede-
mont. in tit. de Tabellion. in text. falſitatibus, gloſſ.
vnica, num. 6. folio mihi 136. Peregrin. in tractatu de
fideicommiſſ. articul. 33. num. 55. vbi ait, quod etiam
volens teſtator non poteſt conſilio ſapientis remitte-
re ex quæ ſubſtantiam ſui teſtamenti cõcernunt. quia
igitur accidentia, qualitates, aut ſolennitates prædi-
cti contractus reformandx non ſunt, vitiumq; in illis
non conſiſtit, ſed in ſubſtantia, vt eſt integri pretij ſo-
lutio, proprij prædij ſuppoſitio, fruſtra haberetur re-
curſus ad ſapiẽtem, qui ob xuthoritatis defectum his
infirmitatibus mederi non poteſt. Sed vnum quoque
adduci poteſt, quod in toto proceſſu petitum non le-
gitur à parte, ſapientis dictamen, cum tamen ad ſa-
pienrem non detur recurſus, niſi petatur, argum. l. pe-
to, §. fin. vbi Caſtr. ff. de leg. 2. & l. vniuerſa, vbi notatur,
C. de precib. Imperat. offeren. per quæ iura dixit Butr.
in cxp. penult. de iudic. quod ſtatutum mandans ſen-
tentiam ferri debere cum conſilio ſapientis, intelligi-
19 tur, ſi hoc fuerit petitum, † & ſubdit procedere etiam,
quando dicit, quod vbi non valeat ſententia, qnia ni-
hilominus erit valida. Alexand. in conſ. 122. in fine,
volum. 2. Ruin. in conſ. 62. num. 5. volum. 4. vbi loqui-
tur in propoſito inſtrumenti releuandi cum conſilio
ſapientis, idem tenuit Ripa in l. 4. §. hoc antem iudi-
cium, nu. 3. ff. de damn. infect. ſed hoc dictum eſt abun-
danrer, quia reductio non põt fieri à ſapienre niſi ſub-
uertantur omnia pacta in cõtractu poſita, & deſtrua-
tur quidquid factum eſt, ideſt Antonello reſtituxtur
pretium qnod ſolutum fuit alijs, tollatur obligatio
aliorum omnium, præcipuè, qnatenus ſe conſtituunt
principales, & in ſolidum, adimatur ea redimendi fa-
cultas, quæ illis tribus vltra Antonellum conceditur;
& in ſumma, totus contractus reſideat ſuper Antonel-
lo ſolo. Accedat, quod ſxpiens non poſſet deſtruere, ꝙ
partes clarè fecerunt; quia dictamen ſapientis operx-
tur in his quæ ſunt dubia, & poſſunt clarius, & melius
explicari, non autem in his, quæ ſunt clara, vt dici-
mus de Clauſula, Omni meliori modo, quæ in claris
20 nihil addit. † ſecundum Bxld. in l. qnoties, columna
vltima, C. de hæredib. inſtituen. Socin. in capit. ſecun-
do, in 13. art. in ſecunda quæſtio. in ſexto caſu, de libel-
li oblxtion. Bero. in conſil. 189. num. 7. volum. primo,
ſic etiã dicimus, quod clauſula codicillaris nihil ope-
21 ratur contra voluntatem teſtatoris. † Bald. in conſil.
170. num. 10. vol. 5. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in ver. do-
natione largitos, num. 266. C. de reuoc. donat. Alcia.
in conſ. 527. num. 9. hic aurem clara eſt partium volun
ras, claraq; diſpoſitio, ideo nihil eſt quod à ſapiente
poſſit declxrari, quia pro ſanitate contractus corre-
ctio, & mutatio eſt neceſſaria.

Proteſtatio partium quod contractus intelligatur
factus ad formam Bullæ, nihil omnino operatur; quia
22 eſt contraria facto, † l. cum in plures, §. locator horrei,
ff. locat. c. gratum, de off. deleg. c. ſolicitudinem, de ap-
pell. Doctor. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. noui
nnnc. multos citaui in conſil. 143. num. 11. actus enim
cõtrarius tollit proteſtationem, vt probatur in dictis
iurib. Præterex cum forma contrxctus repugnet Bul-
læ, ea declaratio quod intelligatur factus ſecundum
Bullam, nihil aliud efficit, quã quod vult fingere quod
Bullæ conueniat contractus, qui tamen illi contraria-
tur. eſt enim fingere rem aſſumere pro vera, quæ tamẽ
23 veritati contrariatur, † vt definit Cin. in l. ſiue poſſide-
tis, C. de probat. in 2. q. Doctores in l. ſi is qui pro em-
ptore, ff. de vſucapio. homo aurem non poteſt ſine le-
24 gis authoritate fingere. † Bart. in d. l. ſi is qui pro em-
ptore, n. 24. vbi Imo. & xlij pręcipuè Iaſ. nu. 175. Alex.
in l. ſi quis in fundi vocabulo, vbi Iaſ. nu. 49. & ſeq. ff. de
leg. 1. ideo efficere non potuerunt, quod Bullæ conue-
niat contractus qui diſcordat à Bulla, quod ſi aliter ea
proreſtatio fuiſſet concepta, poſſet fortè cõtractus ſu-
ſtineri, vidi enim ſeruari à prudentibus viris, qui in
fine contractus proreſtantur, qnod ſi quid in eo conti-
netur quod Bullæ repugnet, id omne volunt pro non
appoſiro haberi, & è contra, ſi quid deficir ad imple-
mentum Bullæ, id volũt haberi pro appoſito, quia par
tium intentio eſt, qnod contractus ſit ſecundum Bul-
lam, & ad illius formam reducatur, tali enim caſu, ver
borum amplitudo ſaluat contractum, & operatur vt
omnia intelligantur facta ad præſcriptũ Bullæ. ſed hic
partes non voluerunt contrahere ſecundum Bullam,
ſed pacta contrxria adiecerunt. dum autem dixerunt
velle quod inrelligatur ſecundum formam Bullæ, non
potuerunt hoc facere, vnde ſuccedit vulgatum illud,
quod potui nolui, quod volui, adimplere nequiui,
l. multũ, C. ſi qnis alteri, vel ſibi, cx. cum ſupet, ff. de off.
deleg. l. cum te, vbi Bal. C. de donat. ante nupr. Dec. in
conſ. 198. nu. 3. Prxterea, cum partes dicũt velle, quod
contractus intelligatur factus ſecundum formã Bullę,
& non aliter, nec xlio modo, Bullæ autem non conue-
niat, atque ita valere non poſſit, fatendum eſt, illum
eſſe nullum, etiam ex partium expreſſa volũtxte, quia
clauſula illa, & non aliter, eius eſt naturæ, vt importet
formam ſpecificam, alinmque inrellectum, xut mo-
dificationem non recipiat, qnam quæ à partibus da-
ta eſt, ac demum conſenſum remoueat, & xnnullet

25 actum in contrarium factum. † Bald. Angel. & alij,
in l.prima, ff.de liber. & poſthum. Alexand. in conſil.
3.colum. 2. volum. primo. Felin.in cap. cum dilecta,
col.8.verſic.ſeptimum ſignum,de reſcript. Dec.in cõſ.
61.col.2.Gozad.in conſ.3. nu.23. Natta in conſ. 372.
num.5.Roland.latè in conſ.63.nu.29.vol.4.ſiue igitur
ex defectu voluntatis, ſiue ex defectu poteſtatis, con-
tractus ſit nullus, vtroque caſu habemus intentum.
Demum, ſi contractus prædictus reformaretur, &
ad formam Bullæ ſublatis pactis repugnãtibus, & mu
tatis mutandis, nuc reduceretur, certe inciperet vale-
re vt nunc, tanquam ſi hodie factus eſſet, non autem
ſuſtineretur pro retro acto tpe, vbi eñ circa ſubſtan-
tiam contractus iam perfecti aliquid mutatur, nouus
26 efficitur cõtractus, † gl. in l.pacta, ff.de cõtrahen.empt.
Bart.in l.iuriſgẽtium, §.adeo, ff.de pact. vbi Ang.Caſt.
Alex.Iaſ.& alij, Bald.in l.pacta nouiſſima, nu.10. C.de
pact.vbi dicit, paria eſſe, quod pœniteat partes primi
cõtractus, vel quod ab illius forma diſcedant & infe-
runt ideo gabellam ſecundo hoc caſu ſoluendã eſſe ſi-
cut, & laudimium, latè Amade.in tract.laudim.quæſt.
38. col.2. in fine, & col. 3. & conſequenter ſolutiones
omnes in hanc vſque diem factæ in ſortem imputa-
rentur, & illam extinguerent, & iſta reformatio quæ
nunc fieret in tempus præteritum non retrotrahere-
tur, quia eo tempore extrema non erant habilia, &
vt dixi ſubſtantialia contractus deficiebant.
Et aduertatur, quia ſupradictæ reſponſ. eorum qui
ſe inſolidum obligantur, non fundantur per me ſuper
eo, quod ex forma Bullæ nõ ſint admittenda pacta extra-
nea, qua ratione Nauar.nu.116.in q. 21. dicit, vendi-
torem cenſus non poſſe obligare ſe in forma Cameræ,
& Paul. de Pallat. quem citat Vallaſ. de iure emphyt.
q.32.nu.12.dicit, nõ valere pactum, quod res ſubiecta
non poſſit alienari, vel quod cadat in commiſſum, ceſſan-
te venditore per biennium, ſed id dixi, quia deficiunt
ſubſtantialia cenſus, ſubſtantialia autem appello, non
quæ naturalia ſunt, ideſt quæ etiam ſi nihil à partibus
dictum ſit, veniunt, ſed ſine quibus cenſus formari nõ
27 poteſt, † vt per Berenga.in ſimili, in l.pacta conuenta,
in prima parte, nu.45.& ſequen. & dixi citando alios,
in conſ.243. nu.29. & nouiſſimè ponit Vallaſc. de em-
phyt.q.4.num.10.vbi recitat quæ ſint naturalia, & quę
ſubſtantialia emphyteuſis, in cenſu autem ſubſtantia-
le eſt, quod cenſus conſtituatur ſuper immobili re,
quod venditor integrum pretium recipiat, quod li-
ceat ſibi retroemere eodem pretio, quod poſſit vende-
re rem quandocunque ſibi placuerit, & ſimilia.

SVMMARIVM.

1 *Reditu fundi, certo legato, poterit hæres fundum vendere, & anno ſingulo praſtare legatario quãtum reddit fundus ille.*
2 *Legatum debet capi de manu hæredis.*
3 *Grauare quãto minus fieri poteſt cẽſetur teſtator hæredẽ ſuũ.*
4 *Solutio particularis affert vtilitatem ſoluenti.*
5 *In legatis fit ſtricta interpretatio. Contra nu.19.*
6 *Donator certi reditus poteſt ſe ab annua præſtatione liberare, dando fundũ ex quo percipi poſſit reditus tanti valoris.*
7 *Verba teſtamenti ſunt intelligenda ſecundum communem vſum loquendi.*
8 *Superfluitas eſt euitanda.*
9 *Reditus, & introitus ſunt ſynonyma.*
10 *Legatum eſt donatio.*
11 *Reditum annuum promittens tenetur dare ius reale.*
12 *Reditus vocabulum plus importat quam nomen fructuum.*
13 *Frumentum annuum in genere promittens, cenſetus promittere de ſuis fundis, ſi fundos habet.*
14 *Legatario cui fuit legata annua pecunia, de introitu, ſunt præſtandi ſundi ex quibus poſſit tantũ introitũ percipere.*
15 *L. fundi Trebatiani, ff. de vſufru. legato intellectus, & num. 16.*
16 *Quoud, dictio, denotat temporis proceſsionem.*
17 *Expreſſum dicitur quicquid continetur ſub expreſſo, etiam ſi verba ſint generalia, & quod ex coniecturis aſſequi poſſumus.*
18 *Teſtator cenſetus magis diligere legatarium in ſe legata, quam hæredem.*
19 *Interpretatio ſtricta non fit in legatis.*
20 *L. ſi quis argentum, §. ſin vero reditum, C. de donatio. intellectus.*

CONSILIVM CCCXIX.

QVIDAM nobilis reliquit in ſuo teſta-
mento tercentum aureos ſingulo an-
no de introitu Sempronio. fuit à me
quæſitum, an tercentum annuos hæ-
res pendere teneatur, vel potius cogi
poſſit tantum de ſua ſubſtantia aſſi-
gnare, & tradere legatario, ex quo poſſit deductis om
nibus expenſis neceſſarijs percipere tercentum au-
reos. Et primo aſpectu videbatur annuam pecuniam
relictam fuiſſe, per text. in l. fundi Trebatiani, ff. de
vſufr. lega. qui probat in fortioribus terminis, dicit
enim quod legato reditu fundi Trebatiani, poterit
hæres fundum vendere, & anno ſingulo pręſtare lega-
tario quantum reddet fundus ille, quia apud hære-
dem remanet cura, & facultas percipiendi fructus,
1 † & ita intelligit Angel. in l.cum hi, §.ſi integram, ff.
de tranſac. vbi dicit legato fundi reditu, non venire
fundum, ſed fructus. ſequitur Iaſ.ibi, & illum text.in
l.fundi, dicit ibi ſingularem Bart.& eum reputat quo-
que ſingularem Bal.in l.vnica, §. excepto, ante num. 1.
verſ.et quæro, C. de cad. toll. dicens eſſe caſum vni-
cum, & loquitur, quando relinquuntur fructus fundi,
in caſu autem noſtro minus continet legatum prædi-
ctum, quia non exprimit certum fundum, ſed in gene-
re tercentum aureos de introitu.
Secundo, quia de fundo nihil eſt dictum, ſed de pe-
cunia, ergo in legato venit pecunia, nõ fundus, & lega
2 tũ capi debet de manu hæredis. † c.Rainaldus, vbi gl.
in ver.petẽdo, atq; ibi Doc.omnes, de teſtam.l.eam quã,
C.de fideicom.l.non eſt dubium, C.de leg. dixi in cõſ.
253.nu.1.ergo non erit dandus fundus qui tãtum red-
dat, ſed ſat erit ſi hæres pecuniam quotannis præſtet.
Tertio teſtator in dubio cẽſetur hęredẽ quanto mi-
3 nus fieri poteſt grauare, † l.vnum ex familia, §.ſi rem
ſuam, ff.de lega. 2.l.Sticho, in fine, ff.de vſufru.legato, l.
qui concubinam, §.qui in vita, & l.nummis, ff.de leg.3.at
minus eſt hæredi damnoſum retinere fundum, & an-
nuã pecuniã præſtare, quã fundum tradere, tum quia
4 particularis ſolutio vtilitatem affert ſoluenti, † l. pla-
nè, ff.famil.herciſc.& ibi gl.citat multos concordãtes,
tum etiam, quia dando pecuniam, poterit ſe iuuare vẽ
dendo fundum quandocumque ſic res ſua familiaris
exigeret, & demum, quia dando fundũ, videtur reprę-
ſentare omnium annorum ſolutionem, & anticipatè
ſoluere, quo caſu dicitur plus tempore ſoluere, ex quo
ante tẽpus ſoluit, §.plus. Inſtit.de action.per quam ra-
tionem arbitror tex. in l.ſi quis argentum, §. ſi autem
donator, C.de donat.rei valorem, & ęſtimationem ta-
xaſſe quantum capiunt quindecim annorum reditus.
5 Quarto, in legatis fieri dẽt ſtricta interpretatio, † l.
apud Iulia.§.Seio, ff.de leg.1.l.nummis, ff.de leg.3.Dec.in
l.i teſtamẽtis, ff.de reg.iu.Iaſ.in l.nõ dubiũ, n.43. C.de
legi.Cra.in cõſ.25.n.24.Cęph.cõſ.183.nu.53.Nat.cõſ.
402.nu.59.Decia.cõſ.44.nu.39.vol.4.& proprietas ver-
borum

borum attenditur,l.non aliter, in prin.l. liberorum,§.
quod tamen Caſſius,ff.de leg.3.l. hoc legatum, & l. le-
gatis,ff. eod.tit. at ſtrictior erit interpretatio, & ver-
borum proprietas minus offendetur ſi dicamus an-
nuam pecuniam non fundum præſtandum eſſe, ergo
hæc ſumenda eſt interpretatio.

Quinto,fundum non deberi probat text. à ſpeciali,
in d.l.ſi quis argentũ,§. ſin vero reditum certum,C. de
don. vbi vult, qđ donator certi reditus poſſit ſe ab an-
nua præſtatione illius redimere, & liberare dãdo vnã
ex ſuis poſſeſſionibus,ex quãtãti valoris reditus perci
6 pi poſſit,† idq; fauore eius qui liberalitatem exercuit,
cui ideo indulgendũ eſt,vt inquit gl.ibi,in ver. fundos
tradere. Si igitur eſt ſpeciale in donante, in contrariũ
erit ius cõe,l.quod verò contra,& l.ius ſingulare,ff. de
legi.l.1.ff.ad munic.c.q̃ à iure,de reg.iu.in 6. latè Euer.
in Topic legalib.loco 68.in princ.& illũ tex .ita quoq;
intelligit Bal. ibi,in princ.ante nu. 1.ver. inſtatur, qui-
dam promiſit mihi ſingulo anno, vbi ait,quod promit
tens decem corbes frumenti ſingulo anno,poteſt dice
re,nolo laborem dandi frumentum,ideo accipe tm̃ de
bonis meis ex quibus illas percipias, & clarius, nu.6.
idem probauit Salic.d.§.ſin vero reditum, vbi reſpon-
det ad tex.qui videtur donanti neceſſitatem impone-
re dandi fundum, quod non imponit neceſſitatem dã-
di fundum, ſed vbi velit dare, cogit ad dandum, non
meliorem, aut deteriorem, ſed mediocrem, ita quod
donator ſi vult, poteſt, ſed non cogitur dare fundum,
vbi vero eligit illum dare, cogitur mediocrem aſſigna
re, & hoc modo intelligendo quod ſit in facultate de-
bitoris prædium aſſignare dicit Petraſanc.ſing.34.di-
ctum Baldi eſſe honorabile, & quotidianum; ita quo-
que dicit Iaſ.in l.2.§.1.in col.fin.in 17.Fallent.ff.ſi cert.
pet.& in l.non amplius,§.cum bonorum,nu.3.verſi. tu
adde alium caſum,ff.de leg.1.vbi illud dictum extollit
Cotta in memor.incip.ſolui non poteſt,col.1.Tiraq.de
retract.conſang.§.1.gl.6.nu.20.vbi alios citat,& vide-
tur voluiſſe Socin.iun.conſil.60.nu.34. vol.4.

Contrariam tñ ſentẽtiam amplector, & dico, quod
tenentur hæredes bona ſtabilia dictæ hæreditatis aſſi-
gnare,ex quib. talem tantumq; reditum quotannis le
gatarius percipere poſſit: nã ſcđm cõem loquẽdi vſũ,
nihil aliud eſt dare tercentum aureos annuos de in-
troitu, q̃ dare prædia quæ tm̃ ferant introitum, & hic
vſus loquendi eſt notorius omnibus, & ſecundum illũ
dicimus talem habere introitũ mille aureorum ſingu-
lo anno, verba autem teſtamẽti intelligẽda ſunt ſcđm
7 communem vſum loquẽdi,† l. antiquitas,circa finem,
[illegible] gl. ver. relictum,& ſequitur Bart.C. de vſufruct. &
dicit gl.in l.liberorum,§.quod tñ Caſſius,in ver. conti
nebũtur,ff. de leg.3. quod in exaudiendis ſermonibus
communis vſus loquendi derogat omni cõſtitutioni,
& omni regulæ. Oldr.conſi.125.nu.7.& Bal.conſi.398.
nu.1.vol.3. quod vbi conſuetudo aliquod vocabulum
interpretatur, illa interpretatio eſt neceſſaria. Caſtr.
conſ.40.in fi.vol.1.vbi dicit,vſum loquendi eſſe poten
tiſſimum,pro interptetatione ſermonis,& dicit Bal.in
§.Opizoni, in fi. de pace Conſtant.quod extraneus eſt
intellectus qui nõ conſonat aurib. vulgi,ideo illa ſumi
debet interpretatio quæ magis conſonat aurib. vulgi
Sim.de vlt.volun.lib.1.interpr.1.dub.3.ſol.11.nu.1. &
ſeq. vbi multa congerit.Card.Mant.de coniec. vlt. vo-
lun.lib.3.tit.8.nu.1.& ſeq. Cum itaque ſecundum com
munem vſum loquendi intelligamus non ſimplicem
perſonalem præſtationem eſſe annuum introitum,ſed
fundos tantum reddentes,res videtur clara.

Secundo, ſi intelligeremus pecuniam annuam fuiſ-
ſe relictam, non autem fundos, certe illa verba de in-
troitu eſſent ſuperflua: quia ſuffeciſſet dicere tercentũ
aureos ſingulo anno relinqui,& per hęc verba ſine ali-
qua dubitatione importabatur, & ſignificabat annua
dictæ quantitatis præſtatio; ne igitur ſuperflua exiſti-
mentur,ſed aliq̃d operentur, intelligere debemus non
annuã pręſtationẽ,ſed fundos,& proprietatem venire
8 in legato: nã vitanda eſt ſuperfluitas,† l.1.ff. qđ met.
cauſ.l.3.in princ.ff.de iureiur.l.1.in fi.ff.ad munic.§.q-
bus,in 1.conſtitutione C. & verba intelligi eo mõ de-
bent,quo non ſint ſuperflua,l.ſi qñ,in princ.ff.de leg.1.
l. fundus qui locatus,ff. de fundo inſtruct. vbi etiam ſi
improprientur verba latè Card.Mant.d.tractat.lib.3.
tit.6.nu.1.& ſeq.Crau.in reſpon.pro genero,num.312.
Simon lib.2.interpret.3.dubit.1.ſol.2.num.49.quibus
in locis hanc regulam copiosè exornant.

Tertio,deueniendo ad pũctum, eſt tex. expreſſus in
l.ſi quis argentum, §.1.C. de don. vbi dr̃ expreſſis ver-
bis, eum qui donauit certum reditũ ex ſuis poſſeſſio-
nibus, neceſſe habere fundos tradere tm̃ reditu infer-
re valentes, imponit.n.donatori neceſſitatem præſtan
di fundos tanti reditus, & quamuis tex. ille loquatur
de reditu annuo, idem tñ eſt in introitu: quia hæc no-
9 mina,reditus, & introitus, ſunt ſinonima. gloſſ.† in l.
Thais,§.libertatem,ff. de fideicom. liber.l. vſufructu,§.
vſufructu,ff.de vſufr.Bero. conſ.51.nu.5. vol.2. & quã-
uis tex.non faciat mentionem de annuo reditu, ſed de
certo,tñ gl.ibi in ver. reditum,ponit exemplum in do-
natione facta de corbibus decem frumenti annis ſin-
gulis,& eam ſequitur ibi Odofr.Pet.Cin.Bal.Io.Fab.
Sal. & alij omnes, vltra q̃, nõ datur certus reditus qui
non ſit annuus,& ſicut loquitur in donatione,ita intel
10 ligi debet in legato, quod & ipſum eſt donatio,† l. le-
gatum,ff.de leg.2.§.legatum, Inſtit. de leg. & ſi hoc ve-
rum eſt in donatario, qui donan rem conuenit ex pro-
pria liberalitate, cui ideo leges ſolent multa indulge-
re, multo magis obtinebit in legatario, qui conuenit
hæredem ſibi poſtpoſitum in re legata, & iõ in propo-
ſito infert Petr.quem citat, & ſequitur Cin. in d.l.ſi q̃s
argentũ,in ſecũda oppoſitione,q̃ ſi quis promitrit an-
11 nuũ reditum, tenetur dare ius reale,† ſic.n. importat
nomen reditus, licet aliud ſit, qñ promiſiſſet annuam
quantitatem, hoc ẽt placuit Io. Fab.ibi,qui etſi faciat
differentiam, an dictum ſit,dono annuum reditum ex
poſſeſſionibus,vel ſimpliciter,dono annnum reditum,
vt primo caſu fundi ſint præſtandi, ſecundo vero non,
tñ in hoc contrariatur Pet. & Cin. qui volunt fundos
deberi,ẽt ſi dictum ſit, de ſolo reditu, & l.Gaius, qua
Io.Fab.mouetur,non facit ad propoſitum;quia nõ lo-
quitur de reditu, vel introitu, & non reſpondet ad ar-
gumentũ quod ipſemet facit in contrarium, quod re-
ditus ex re præſtatur,cui addo,quod reditus, vocabu-
12 lum,plus importat q̃ nomen fructuum,† gl.in c.gene-
rali,de elect.in 6.in Clem.1.in ver.fructuũ,de reb.eccl.
nõ alie.Spe.de loc.in prin.nu.4.ver.illud aut Bero. cõſ.
51.nu.5.vol.2.vbi infert,q̃ diſpoſitio loquẽs de introi-
tib.oibus ẽt fundos & poſſeſſiones includit. Idẽ tenuit
Burſ.conſ.2.nu.49.ver.ſecũdo ex verbis,& nu.58.verſ.
primũ eſt ex verbis,& inanis eſt differentia Io.Fab. q̃a
promittens annuum frumentũ in genere, cenſetur ꝓ-
13 mittere de ſuis fundis ſi habet fundos, † vt inquit ibi
Bal.nu.2.Bar.in l.3.de vino tritico,& oleo leg.Sed qc-
quid ſit,ſtandũ eſt Petro, & Cino, & q̃ fundus dandus
ſit,voluit ẽt Bal.in d.l. ſi quis argentum, in princ. dum
pro ſecũdo dicto ſummat text.quod pro reditibus dẽt
cedi,vel dari tm̃ prædiorum,quantum ad percipiendũ
reditum ſufficiat,atq; ita vult,q̃ donatarius fundũ pe
tere poſſit à donãte inuito, idem tenet Odofr. in prin.
verſ. ſecũdo dicit,vbi loquitur per verbum importans
neceſſitatem non autem facultatem,& arbitriũ: & q̃a
de hoc catat caſus legis,non eſt vlterius dubitandum.

gloſſ.in l.ancillæ,C.de furt.Crauetta conſil.31.in fine.
Quarto, in caſu noſtro teſtator non ſimpliciter lega
uit annuam pecuniam, ſed annuam pecuniam de in-
troitu, atque ita conſiderauit, & voluit, quod legata-
rius tantum habeat in fundis ex quo poſſit tantum in-
troitum percipere, quantum legauit, ideo fundi præ-
14 ſtandi ſunt.† Soc.iun.conſ.160.num.40.verſic. quinto
conſidero,& ver.ſic itaque dicendum eſt,vol.4. vbi di-
cit, aliud eſſe legare decem annua alicui præſtanda,
aliud legare annuum introitum, & eum ſequitur Car.
Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.9.in a.titu.nu.3.& ſe-
cutus ſum in tract.aliment.in vlt.par.q.40.num.17.&
quamuis Soc.ſub nu.34.videatur anceps,tamen reſol-
uit,nu.40.& dubietas in eo verſabatur,quia legatū fa
ctum erat ſpurio,quo caſu non durat regulariter, niſi
pro illius vita,q̃ difficultas ceſſat in facto propoſito.
Et nō obſtat,l.fundi Trebatiani,ff. de vſufr. legato,
vbi relicto reditu alicuius fundi, non eſt præſtādus fun
15 dus: nam conſtabat ibi voluiſſe teſtatorem † quod le-
gatarius perciperet reditus de manu hæredis,non aūt
propria auctoritate, & per ſeipſum,ex quo inquit da-
ri volo,intelligendo ſingulis annis,vt ibi exponit gl.1.
vbi Bar.eam ſequitur,& vult, quod dicēdo,dari volo,
velit teſtator legatariū capere de manu hæredis. Hoc
quoq; modo reſpondet Io. Fab.in d.l. ſi quis argentū,
in prin.ver.& ita non obſtat,vbi dicit, idem eſſe dicen
dū in venditione,& alijs contractib. vt fundus veniat,
& probat ille tex. apertè,quia dicit, quoad viuit dari
volo,dictio enim,quoad, denotat temporis proceſſio-
16 nem. Caſt.& † Alex.in l.1.col.2.C.de lega. ſi ergo dari
debet quoad viuet, nunq̃ legatarius ſua manu perci-
piet. R̄ndeo ēt,quod in l. fundi, relinquitur certi fun-
di reditus,quo caſu nō venit fundus, aliud eſt.n. quod
in genere promittat quis reditum annuum ex ſuis fun
dis præſtandū,vel ſimpliciter,nulla fundorū facta mē-
tione,aliud verò, quod promittat certi alicuius fundi
reditum; quia primo caſu dandus erit fundus aliquis
qui tm̄ inferat reditum,ſecundo verò caſu, ſat erit fru
ctus præſtare,vt probat text.in d.l. ſi quis argentum,§.
ſin verò reditū,in ver.tradere,in fine,vbi ſequitur Cin.
poſt medium,verſ.ſed pone qđ nominauit.Io.Fab.col.
1. ver. ſed quid ſi promiſit certum reditum in fine, vbi
hanc vltimam recitat ſolutionem, deducēdo ex textu
argumentum à ſenſu contrario,tranſit ēt Bald.in fine,
dum expreſſo certo prędio diſcedit à diſpoſitione.tex.
Sal.nu.2.ver.quarto modo,ſi nominauit; in facto autē,
nulla fundorum facta mentione, relicti ſunt tercētum
aurei ſingulo anno de introitu;& ſi dicatur, q̧d in pro
poſito interſit,qđ relictū fuerit aliquid nullo,vel incer
to fundo deſignato,& facta fundi deſignatione reſpon
deo, quia vbi fundus exprimitur,videntur relicti fru-
ctus illius fundi, vbi verò ſine fundo relinquantur an-
nui reditus, tunc fundi ſunt aſſignandi ex quib. perci-
piantur,quia ad fructus referri non poteſt,ſicuti qn̄ fit
mentio certi fundi,quo caſu hæres minus grauatur.Et
per hoc tollitur vnū quod aliàs multum vr̄ obſtare:nā
Bar.in l.fundi,in prin.dicit,idem eſſe quod legētur re-
ditus,vel legētur fructus,hoc.n. intelligendum eſt, qn̄
certi fundi relinquitur reditus, non qn̄ in genere, vel
nullo expreſſo fundo; nam tūc reditus differt à fundo,
vt ſupra dixi circa finem tertij argumenti, & aduertit
Apoſtil.ad Bar.ibi.ſic ēt ſaluatur Ang.in d.l. cum hi, §.
ſi integra,vet.vel dic,ſic etiā Fulg.ibi,nu.2.in prin.ver.
d.l. fundi loquitur quando reditus, aliàs malè omnes
loquerentur: quia plus eſt in reditu quam in fructu.
Nō etiam faceſſit negotium,quod teſtator nihil di-
xerit de fundo,ſed ſolum de pecunia,ideo pecuniā ca-
pere debeat legatarius de manu hęredis.qa reſpōdeo
hoc eſſe de quo q̄rimus, fundus ne,an pecunia veniat
in legato. quinimò, ſatis videtur teſtator loquutus de
fundo, cum reliquit tātum de introitu,quia eo caſu ve
nit fundus,aliàs non erit introitus, & dicitur expreſ-
ſum, quicquid ſub expreſſo continetur,etiam ſi verba
17 ſint generalia.† Bar.in l.prætor,in princ.ff.de oper.no
ui nunc. Bec. conſil.14.num.15. & dicitur expreſſum,
quod ea coniecturis aſſequi poſſumus,l. licet Impera-
tor,ff.de leg.1.l.ſi quis locuples,in fine,ff.de manum.te
ſtam. quòd ſi fundi relicti ſunt, non negatur quin ca-
piendi ſint de manu hęredis,ſed hoc ſolum quęrimus,
an fundi debeantur,vel potius annua pecunia.
Sic non reſiſtit, quod teſtator cenſeatur minus gra-
uaſſe hæredem,q̃ fieri poſſit,qn̄quidem reſpondeo, qđ
minus grauatur hæres tradendo fundum, q̃ annuā pe
cuniam,euitat.n.moleſtiā,& laborē colendi,& alia fa-
ciendi,quæ pro fructuū perceptione ſunt neceſſaria,&
quod hoc ſit debitori fauorabile, admittunt gl. & Sal.
in d.l.ſi quis argentum,dum volunt, inductum ibi eſſe
id fauore donantis: nam etſi applicando ad tex. dictū
eorum ſit falſum,non tn̄ eſt falſum quod fauorabile ſit
donāti, ſe eximere ab obligatione aſſignando fundos;
prætcrea,multi caſus contingere poſſunt, ex quib. di-
gnoſcitur vtilius eſſe hæredi,dare fundum,q̃ pecuniā.
rurſus hæc coniectura non eſt attendenda,qn̄ ex diſpo
ſitione tex.& Doct. ſupra relatorum conſtat, quid ve-
niat in legato,nam in claris non eſt opus coniecturis,
ſed in re ambigua,l.continuus,§.fi.ff de verb.oblig. &
demum, in re legata teſtator cenſetur magis diligere
18 legatarium quàm hæredem.† Nat.conſ.626.in fi.
Quarto,non videtur verum quod in legatis fiat ſtri
19 cta interpretatio:nam contrarium voluit † glo.in l.in
teſtamentis,ff.de reg.iur.in l.ſi fundo,ff.de leg.2. Old.
Bar.Ang.Butr.Imo.Cy.Alex.& alij multi,citati à Nat
ta,qui diligenter examinat articulum,in d.conſi.626.
nu.5.vſque ad finem Zanc.qui alios citat,in l.hęredes
mei, §.cum ita, in 1.par. num.100. verſi.ceterum,ff.ad
Treb.& hoc præcipuè dicendum eſt in legato facto ob
merita,quale illud eſt de quo nunc agimus.Rurſus,nō
agimus nunc de extendendo,vel ampliando legatum,
vel legati verba, ideo nō aptè opponitur eſſe legatum
ſtrictè interpretandū,& non dr̄ ſtricta illa interpreta-
tio,quæ fit ſcđm legis intentionē: ſi enim vt ſupra ad-
uerti, fit huiuſmodi interpretatio aduerſus donatorē
qui ſe ipſum viuentem priuat re donata, & contra quē
begnignius omni ratione agendum eſt,quanto magis
ea iuris diſpoſitio ſeruanda erit contra hæredem, quē
abſque controuerſia teſtator minus diligit quàm ſe
ipſum,& cui legatarium præpoſuit in re legata.
Vltimo,non contradicit quod ſit ſpeciale in donan
te,quod poſſit ſe eximere ab obligatione annuali,prę-
dium aſſignando:nam tex. in l.ſi quis argētum,ipſum
quoq; donantem cogit ad præſtandum fundos, dum
inq̧t,neceſſe habere de ſua ſubſtantia fundos tradere.
20 ita intelligunt † ibi Pet.& Cyn.idem ponit Odofr.in
prin.ver.ſecundo dicit,vbi inquit,quod promittens te
netur fundum dare.idem clarius ceteris tenet Io.Fab.
dicens, qđ non eſt fauor donantis, ex quo neceſſe ha-
bet hoc facere, nec diſſentit Bal.dum in ſummario di-
cit,quod debet cedi,aut dari tantum prædiorum,quā-
tum ſufficit ad inferendum reditum promiſſum.& in-
tellectus Salic. volentis quod neceſſitas in textu cita-
tis. referri debeat non ad ſubſtantiam dandi, ſcilicet
prædia ſed ad qualitatem,ideſt dandi mediocria,non
viliora,aut meliora,contradicit textui,qui neceſſitatē
dandi p̄dia imponit, & poſtea declarat in oratione ſe
parata,qualia ſint dāda prædia,& inquit, neceſſe qui-
dē habet p̄dia tradere, ſed talia, &c.atq; illius textus
verba nō patiūtur nec recipiūt Saliceti interpretatio-
nem. Cum igitur aduerſus gl. & Sal. ſtent Pet.Cy. Io.
Fab.

Fab.Odofred. & Bald.non eſt tenēdus ille intellectus
qui violat literam.

Benè verum eſt, quod vbi facta eſt promiſſio inde-
terminata,puta,dandi decem corbes frumenti, centū
amphoras vini, vel aliud quid annuum, tunc etiamſi
non ſit dictum de introitu,vel reditu,nec facta ſit men
tio prædiorum, tali caſu pōt donans ſe liberare præ-
ſtando fundum,ex quo quantitas ſingulo anno relicta
percipi poſſit,idq; fauore exercentis liberalitatem,ex
illo tex.deducit Bal.nu.6.& ſequuntur alij ſupra cita-
ti. ſed qñ dictum eſt de reditu, vel de poſſeſſionibus,
tunc cogitur promittens,vel donans dare fundos: hic
ergo caſus differt ab eo, in quo promiſſa eſt ſimplici-
ter,& abſolutè annua quantitas: quia in primo impo
nitur donanti neceſſitas dandi,in ſecundo nulla impo
nitur donanti neceſſitas, ſed ſoli creditori volēte de-
bitore, ideo ab vno ad alium caſum nō bene infertur.

S V M M A R I V M.

1 *Codicilli poſteriores non tollunt primos,niſi ſint inuicem con traríj.*

2 *Codicillus in quo legatum in alio codicillo relictum reperitur ademptum,videtur poſterior, & ſortitur effectum etiā ſi non appareat quis prior fuerit.*

3 *Legatum reuocatur pœnitentia teſtatoris,& nuda etiam voluntate tollitur.*

4 *Legatum factum in teſtamenta,reuocari poteſt in codicillis, & nu.8.*

5 *Legatum adimitur per expreſſam reuocationem,etiamſi reuocatio ſit inualida.*

6 *Traditione legati ſimpliciter facta, illud reuocari nō poteſt.*

7 *Legata ſolo nutu reuocantur.*

8 *Reuocari poteſt in codicillis legatum factum in teſtamento, & num.4.*

9 *Ademptio legati eſt fauorabilis.*

10 *Reuocatio teſtamenti ſuſtinetur, ſi teſtator coram quinque teſtibus illud reuocet, proteſtando, quod vult decedere inteſtatus.*

11 *Teſtamentum licet non reuocetur quando teſtator ſimpliciter reuocat,vel dicit,quod non vult illud valere, ſuſtinetur tamen reuocatio quo ad legata, & fideicommiſſa.*

12 *Teſtamentum primum non reuocatur per ſecundum minus ſolenne, quo ad inſtitutionem, ſed tantum quo ad legata, & fideicommiſſa.*

CONSILIVM CCCXX.

CONSVLVI annis retrofluxis, magnifico
D. Antonio Guacio nullum omninò
ius cōpetere in prædio,ſeu maſſaritio,
ſibi relicto ab Illuſtri D. Catherina Be
eia, in codicillis receptis per D.Ioānē
Inſulā, Caſalenſem cauſidicū, per rō-
nes quas allegaui. nunc inuenta eſt eiuſdem D. Ca-
therinæ declaratio facta in inſtrumento recepto per
D.Laurentium Cauatiam Caſalenſem, quoque cauſi-
dicum, per quam reuocat omnia contenta in codicil-
lis prædictis,cum verbis prægnātibus,& ampliſſimis,
& cum clauſula, perinde,ac ſi illi nūquā facti fuiſſent,
vnde non videtur mihi ſupereſſe dubium aliquod, nā
etſi cum pluribus codicillis quis poſſit decedere,& ſe-
quens codicillus primum non tollat, §.non ſolum, In-
ſtit.de codicill.Natta in Auth.hoc inter liberos, num.
88.C.de teſtam.vbi allegat Spec.& Barb.tamen, quan
do ſunt inuicem contrarij, poſterior ſuſtinetur ſubla-
1 to priore, † l.3.C.de codicill.& hanc poſt Vaſq. quem
citat dicit cōem Craſſus, in §.codicillus, nu.30. & 31.
quinimò codicillus in quo legatum in alio codicillo
relictum reperitur ademptū,vr̄ poſterior,& ſortitur ef
2 fectū ētſi non appareat quis prior fuerit.† Iac.de Rau.
& Cyn.in d.l.3.vbi Bald.& Caſtr.reprobāt gl.contra-
riū tenētem,& ſequuntur Alex. Iaſ.& alij ibi, & cōem
dicit Craſſ.in d.§.codicillus,nu.31. Card.Mantica, de
coniect.vlt.vol.lib.12.tit.2.nu.4.& lib.6.tit.4. num.11.

Secundo clarum eſt, qđ legatum reuocatur pœni-
tentia teſtatoris,l.fideicommiſſum, C. de fideicomm.
3 imò nuda ēt volūtate tollitur,† l.ſi iure,ff.de leg.3.l.3.
§.fi. ff.de leg.3. & quod in codicillis reuocari poſſit le-
4 gatum factum ēt in teſtamento,† voluit Corn. conſil.
249. per totum,vol.4 ſequitur Simon, de coniect. vlt.
volun.lib.4.interp.vltima,dubit.vltima,ſolut.4.nu.4.
fol.mihi 473.& quod per expreſſam reuocationē lega
tum adimatur, voluerunt Simon ibi, num. 1. vbi nu.3.
5 ampliat,ētſi reuocatio ſit inualida. † Craſſus, §. lega-
tū,q.78.nu.1.Card.Mant.de coniect.vlt.volun.lib.12.
tit.2.nu.1. vbi poſt Ferdin. vult, hoc ſibi locum vendi-
care,vt nuda voluntate reuocetur,etiamſi teſtator vi-
uens rem legatam tradiderit, quamuis tunc legatum
tranſiuerit in donationem cauſa mortis, quod tamen
intelligi debet,qñ traditio facta eſt ſub cōmmemora-
tione legati,tunc enim non deſinit eſſe legatum,& re-
uocari pōt qñcunque,ſecus,ſi non facta mentione lega
ti facta eſſet traditio ſimpliciter ſcđm diſtinctionem
6 † Bart.in l.legatum,ff.de leg.2.& eſt tex. in l.cum quis
decedens,§.1.ff.de lega.3.& in l.3. ff.de liber.legat.ſe-
quitur Alber.Imola,Ang. de Perigl.& Caſtr. quos ci-
tat Peralta, in l.Lucius, la prima, nu.4.verſic.& in hoc
puncto, ff. de leg. 2. quamuis ipſe non approbet eā di-
ſtinctionem. infinitos ego cumulaui in conſi.14.nu.5.
vbi nu.14.ſuſtinui,quod tali caſu legatum reuocatum
reſtitui debet cum fructib. ēt ante reuocationem per-
ceptis,per iura,& authoritates ibi relatas,& ſolo nu-
7 tu reuocantur legata. † l.3. ff.de adim.leg. Ripa,in l.ſi
vnq̃,nu.41.C.de reuoc.don. Menoch.de præſumpt.lib.
4.præſumpt.167.nu.5.fortius, volunt DD.vt etiam te-
tigi ſupra, quod etſi regulariter tot requirātur teſtes
ad deſtruēdum actum, quot interuenere ad illius cō-
ſtructionem, tñ legatum factum in teſtamento, quod
eſt ſeptem teſtibus roboratum,tolli nihilominus poſ-
ſit in codicillis in quibus quinque tantū adhibiti ſunt
8 teſtes,† ita gl.in d.l.fideicōmiſſum,C.de fideicō. Bart.
Bal.& alij,in l.hęredes palam,§.ſi quis poſt,vbi Caſtr.
ff.de teſtam. Aret. Alex.& Iaſ.in l.ſi ita ſcriptum, ff.de
leg.1.Didac.qui alios addit in Rubr.de teſtam.par.2.
nu.21.verſ.quinta cōcluſio,poſt medium,vbi dicit, qđ
ſi codicilli ſint ſolēnes, reuocatio legati fit ipſo iure,
aliàs ſolū inducitur exceptionis ope. Craſſ. d.§. lega-
tum,q.78.& qđ quinq; teſtes ſufficiant pro reuocatio-
ne legati,ponit Simon,d.ſol.4.nu.2.fol.473. Molin.de
primog.Hiſp.lib.1.c.9.nu.56.vbi dicit hanc eſſe cōem
reſolutionem, multo ergo magis ſufficiunt quinq; te-
ſtes ad tollendum legatum,quod in codicillis factum
fuit cum quinque teſtibus, ſi hoc modo tollitur factū
in teſtamento cum ſeptem,& DD.communiter dicūt,
9 ademptionem legati eſſe fauorabilem. † Caſtrenſ. &
Soc.in l.ſi ita fuerit,in princ.nu.5.ff.de reb.dub. Alcia.
in Rubr.ff.de acq.poſſ.nu.9.& in conſil.492.nu.6.in fi.
Menoch. qui dicit eſſe veriorem ſententiam, d. lib.4.
præſumpt.167.nu.4.Fortius volūt multi, quod vbi te-
ſtator reuocat coram quinque teſtibus teſtamentum
à ſe conditum,proteſtando, quod vult decedere inte-
ſtatus,ſuſtineatur eiuſmodi reuocatio,licet regulari-
10 ter in teſtamento ſeptem requirantur teſtes. † Barto.
in l.militis codicillis,§.veteranus, ff.de teſtam. milit.
Cuma.in l.ſi filius qui in poteſtate, nu.30. ff.de libe.&
poſth.Socin.iun. in Rubr.ff.de acqu. poſſeſſ. num.147.
alios citat Card.Mantica, lib.2.tit.13.nu.18. in fi.

Et quamuis teſtamentum non reuocetur, quando teſtator ſimpliciter reuocat, vel dicit, q̄ non vult illud valere, niſi aliud faciat teſtm̄, vel proteſtetur, velle ſe inteſtatum decedere, §. ex eo autem ſolo, Inſtit. quib. mod. reſtam. infirm. cum ſimilibus. tñ reuocatio ſuſti-
11 netur quo ad legata, & fideicommiſſa, † Bart. & Bald. in d. l. militis, §. veteranus. Albe. & Alex. in l. ſancimus, C. de teſtam. Imol. in l. ſi ita, §. regula, ff. de lib. & poſth. Caſtr. in d. l. hęredes palam, §. 1. ff. de teſtam. Et quo ad hoc, nemo contradicit, vt inquit Bero. conſil. 4. num. 8. vol. 2. Similiter teſtamentum primum non reuocatur per ſecundum minus ſolenne, quo ad inſtitutionem,
12 ſed bene reuocatur quo ad legata, & fideicōmiſſa, † vt probat Crot. in l. re coniuncti, nu. 65. ff. de leg. 3. Quare concludo, reuocationem prædictam ſuſtineri, & efficere, ne ex pręcedenti codicillo vllo modo agi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens introductionem ſalis, non extenditur ad introductionem quæ fit cauſa tranſitus.*
2 *Flumina ſunt Principis qui in ſuo territorio habet Regalia.*
3 *Via publica eſt in dominio Principis.*
4 *Nauigationē fluminis quamuis publici poteſt Princeps interdicere.*
5 *Veneti, & Genuenſes poſſunt in eorum mari nauigationem alijs inhibere.*
6 *Ingreſſum rei ſuæ poteſt quilibet rectè prohibere.*
7 *Viam publicam alienare, vel occupandi licentiam concedere poteſt Princeps.*
8 *Præiudicij appellatione venit etiam lucrum ceſſans.*
9 *Contractus verba intelligi debent, vt minus obligent, quàm fieri poſſit.*
10 *Verba contractus dubia interpretātur contra ſe fundantem in eis.*
11 *Obſeruantia ſubſecuta declarat quid partes ſenſerint.*
12 *Verba in præiudicium, &c. qualificant diſpoſitionem.*
13 *Qualitas adiecta qualificat, & in diuerſa ſpecie reponit.*
14 *Verba adiuncta immutant rei ſignificatum.*
15 *Vniuerſalia verba reſtringuntur per verba adiecta.*
16 *Venalia non veniunt ſub legato bonorum omnium quæ ſunt in domo.*
17 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
18 *Argumentum à contrario ſenſu valet.*
19 *Superfluum ne aliquid ſit interpretatio fieri debet.*
20 *Damnum pati, & lucrum non facere, non eſt par ratio.*
21 *Damnum non poteſt prætendere habens furnum, molendinū, vel hoſpitium in vno loco, ſi alius velit in eodem, vel vicino loco furnum, molendinum, vel hoſpitium ædificare, licet ſui minuatur frequentia, & concurſus.*
22 *Lucri iam radicati, de amiſſione, vbi agitur idem iudicatur, quod de damno.*
23 *Lucrum radicatum quando dicatur.*
24 *Monopolium eſt compellere homines ad macinandum in ſuo molendino.*
25 *Monopolium inducentia ſtatuta ſunt illicita.*
26 *Subditi non poſſunt cogi per dominum ad molendum, vel coquendum ad illorum molendina, & furnos.*
27 *Principes qui lucri cauſa ſal mercantur, & ſubditos compellunt ad illud emendum, pro numero capitum iniuſtè agunt, & mortale peccatum committunt.*
28 *Pontifex ſummus miniſter Dei eſt, & ſanctus, & dicitur Deus in terris.*
29 *Interpretatio ſumi non debet per quam diſponentes inciderēt in delictum, vel mereantur à ſapientibus reprehendi.*
30 *Interpretatio ea ſumitur, ne diſpoſitio contineat iniquitatē.*
31 *Monopolium non eſt interdictum ijs quibus in terris nullus eſt ſuperior.*
32 *Poteſtatis plenitudo non poteſt exerceri in non ſubditos.*
33 *Nauigatio in flumine publico eſt omnibus permiſſa, de iure gentium.*
34 *Flumina ſunt publica quo ad vſum licet quo ad proprietatem ſint Principis, per cuius territorium fluunt.*
35 *Imperator efficere non poteſt, quod flumen nauigabile reddatur non nauigabile.*
36 *Flumina reſpectu vſus nauigādi non ſpectant ad Principem.*
37 *Flumine in publica nemini licet aliquid facere per quod impediatur, vel deterior efficiatur nauigatio.*
38 *Aquam è publico flumine ducere cuique licet, ſi per talem ductum non deſinat eſſe equè commoda illius nauigatio.*
39 *Viarum publicarum vſus ad omnes iure gentium ſpectat.*
40 *Iuri tranſeundi per viam publicam nullo tempore præſcribitur.*
41 *Princeps non poteſt immutare, aut tollere ea, quæ ſunt iuris gentium, ſine cauſa publicę vtilitatis.*
42 *Tranſitus prohiberi non poteſt ſine iuſta cauſa.*
43 *Poſſe facere non dicimur quod honeſtè, & ſine peccato, non poſſumus.*
44 *Conceſſio facta Comiti, de aliquo flumine, ita debet intelligi, ne videatur ceteris ademota facultas piſcandi.*
45 *Priuilegia publicæ vtilitati damnoſa, non ſunt recipienda.*
46 *Aquæ conceſſio intelligitur, ſine damno eorum, qui ea prius vti conſueuerunt.*
47 *Aquæ conceſſio intelligitur de ea, quæ ſupereſt deducto vſu publico.*
48 *Verba ſunt intelligenda, ſecundum ſubiectam materiam.*
49 *Tranſactio reſtringitur ad limites eius, quod fuit cauſa tranſactionis.*
50 *Liberatio generalis facta inter ſocios, reſtringitur ad ea, quę concernunt ſocietatem.*
51 *Diſpoſitio quantumuis generalis reſtringitur ad ſuā cauſam.*
52 *Contrahentium mens eſt attendenda potius, quàm verba.*
53 *Effectus attenditur non modus.*
54 *Mens diſponentis colligitur ex vicinis ſcripturis.*
55 *Pœna eſt commenſuranda delicto.*
56 *Propoſitum, ſeu intentio in mente retenta nihil operatur.*
57 *Contractus qui duorum voluntate perficiuntur, vnius voluntate non diſſoluuntur, nec ſufficit vnius partis intentio, niſi alia idem ſentiat.*
58 *Ignorantia facti alieni præſumitur, & qui ſcientiam allegat, tenetur probare.*
59 *Licentiam venandi ſi impetret qui poterat liberè venari, nō ſibi præiudicat.*
60 *Voluntas quæ ex aliquo actu tacitè colligitur non extenditur vltra, quam ex facto ipſo de neceſſitate infertur.*
61 *Renunciatio iuris ſui non præſumitur, vbi poteſt alia ſumi coniectura.*
62 *Sententiam approbare cenſetur qui petit dilationem ad ſoluendam, quando alia coniectura capi non poteſt.*

CONSILIVM CCCXXI.

EX decimo capitulo fœderis initi inter Cameram Apoſtolicam, & Sereniſs. Dn̄m Ferrariæ Ducem, vſq; de anno 1522. probari vr̄, quod idem D. Dux, non poſſit permittere, imò teneatur omnibus alijs prohibere trāſuectionem ſalis per ſtatum ſuum præterquā Apoſtolicæ Cameræ; conuentum enim legitur expreſsè, quod excepta dicta Camera nullus alius poſſit ad dictum ſtatū conducere ſal cuiuſuis generis, etiā per tranſitum: de voluntate em̄ contrahentium qđ etiam per tranſitum ſal non poſſit conduci non ſubeſt dubium: quia verba ſunt clara, & excludūt interpretationem q̄ dari ſolet ad ſtatutū prohibens ſalis introductionem, vt ſcilicet non trahatur ad eā introductionem q̄ fit cauſa trāſi-
1 tus † vt per Alex. in conſ. 86. vol. 4. ceſſat enim omnis inter-

interpretatio,qñ verba ſunt clara,l.cõtinuus,ff. de ver
bot.oblig.poteſtas pariter prohibendi ne ẽt per tran-
ſitum introducatur ſal, negari non poteſt:quia flumi-
na & viæ pnblicæ ꝑtinent ad Principes,qui in ſuis ter-
2 ritorijs habent Regalia; & quoad flumina † probatur
in c.1.tit.quæ ſint Regal. Ang.in l. fluminũ,ff. de dam.
infecto,gl.Bar. & Doct. in l.quo minus,ff.de rer.diuiſ.
Doct.in d.c.1.in ver.flumina,vbi Aſflict. in prin. Bero.
in conſ.140.nu.4.vol.3. ſic etiam publica via eſt in do-
3 minio Principis,† d.c.1.in verſ. viæ, vbi Iſern.& Doct.
omnes,& ibi Alu.& Præp.inſerunt, quod non põt alie
nari Principis iniuſſu,imò nec alterari, & cum ideo te
neatur Princeps viam publicam ab incurſionib. cuſto
dire, conceduntur ei viarum commoda,ideſt vectiga-
lia,& gabellæ. Archid. in c. ſi quis Romipetas,24.q.3.
Alex.ad Bar.in l.ne quid,ff.de incend.ruin.& naufrag.
& Princeps poteſt nauigationẽ interdicere fluminis
4 ſui,qnamuis publici.† ita Bar.in rubr.ff.vt in flum.pu-
blic.vbi dicit,quod etſi nemo priuatus poſſit in flumi-
ne pnblico prohibere nauigationem , tñ id facere põt
Princeps qui habet Regalia.& hoc modo illius textus
limitat diſpoſitionem Angel. qui latè probat in conſi.
290.Card.in conſ.37.Iacobin.in ſua inueſt. in ver.flu-
minibus,Boſſ.in tit.de aquis & fluminibus,num.36.in
fine,& nu. ſeq. vnde dicunt Doct.quod Veneti, & Ge-
nuenſes qui in eorum mari præſcripſerunt,poſſunt na
5 uigationem alijs inhibere.† Ang. in l.fin.ff. de vſucap.
Io.de Plat.& Aret. in §.fluminum. Iuſtit. de rer. diuiſ.
alios citaui in conſi.127.nu.16. pari quoque mõ Prin-
ceps tranſitũ per publicas vias in ſua ditione vetare
poterit,quemadmodum quilibet rei ſuæ ingreſſum re
6 cte prohibet.† l.Diuns,ff.de ſeru.ruſt.prædio.§. planè.
Inſtit.de rer.diuiſ.dixi in conſ.161.num.1.& ſeq.& q̃d
Princeps poſſit etiam alienare viam publicã, vel licen
7 tiam recuperandi concedere,ponit † Luc. de Pen. in l.
1.nu.4.& 5.de diuer. præd.priu.lib.11. Aſflict.d.c.1. in
ver.viæ publicæ,nu.5.& ſeq.vbi Nardus ad Iſern.Cęp.
de ſeru.ruſt.præd.c.3.col.7.Sil.in conſ.65.Becius conſ.
15. quod ſi Princeps poteſt in totum deſtruere viam,
eamq; tollere,multo magis poterit prohibere ne cui-
quam detur per eam acceſſus.Cum itaque voluntas &
poteſtas prohibendi concurrant, nihil eſt quod impe-
diat quo minus conuentio de qua ſupra ſeruetur.

Nec dici poteſt quod tranſitus ſeu tranſuectio ſalis
etiam inſpecta forma pacti ꝑmitti poteſt, dummodo
id fiat ſine præiudicio Cameræ Apoſtolicæ,cum ſit ꝓ-
hibita ſolummodo in præiudicium Cameræ reſpõde-
tur enim : qnod nullo modo fieri aut cõcedi poterit ſi-
ne præiudicio: nam vbi non concedatur alicui ſine li-
centia Cameræ quicunque ſal habere aut tranſuehere
voluerint, cogentur illud emere à Camera quę ideo &
maiorem ſalis quantitatem vendet , & carius vendet,
contra vero, ſi omnibus erit permiſſus tranſitus,emẽt
ſal ab alijs q̃ à Camera vel cogetur Camera vilius ven
dere,cum detrimẽto ſuorum redituum , atq; ita nullo
mõ patebit tranſitus ſine Cameræ pręiudicio,& quid-
quid ſit,qñ fit mentio de damno, certum eſt, quod præ
8 iudicij appellatione venit etiam lucrum ceſſans,† glo.
in c.cum olim,in verſi.præiudiciũ,de conſuet.vbi Abb.
eam notar. Aret.in c.1.de reſcript.Bero.in conſ.144.n.
22.& ſeq.vol.3. & in facto dum præiudicium fuiſſet iõ
conſideratum,vt nemo alius poſſet ſal vendere pro vſu
ſtatus Mediolani, cui eo tẽpore Camera prouidebat,
vt probari videtur ex capitulis conuentis inter Leo-
nem X. & agentes pro dicto ſtatu. & latè deducunt ꝓ-
ſtantiſſimi Iuriſconſulti qui pro Camera Apoſtolica
ſcripſere , quo ſtante, videntur ſublata omnia funda-
menta poſita per Nattam in conſ.661. & in conſ.662.
Cœph.in conſ.539. vbi videntur ſupponere tranſitum
dari poſſe innocunm & ſine damno Camerę, quod ta-
men vt mox dictum eſt imaginari non poteſt.

His tñ non mouentibus, exiſtimo iuſtiſſimã eſſe cau
ſam Sereniſſ.Dñi Ducis,eumque non teneri ad prohi-
bendum tranſitum ſalis,quia in capitulis ipſis nullum
verbum extat de eiuſmodi prohibitione, & in contra-
ctibus omiſſum habetur pro omiſſo,l. quidquid aſtrin
gendæ,ff.de verbo.oblig. & contractus verba intelligi
9 debent,vt minus obligent q̃ fieri poteſt,l.† ſi quid ven
ditor,in fi.ff.de ędil.edicto.Ang.in conſ.347.in fin.vol.
5.inter conſ.Baldi,Dec.conſ.423.nu.8. Crau.cõſ.234.
col.pen.ver.octauo, verba, & vbi ſunt dubia interpre-
10 tantur contra eum qui ſe fundat in illis, † l. veterib.ff.
de pact.Bal.in conſ.413.nu.1.vol.5.Alex.in conſil.204.
nu.17. vol.2. & in ſpecie de verbis pacti ſeu conuẽtio-
nis ponit Alex.in conſ.46.nu.3.in 2.vol.& contra eum
in cuius vtilitatem principaliter fuerunt appoſita, qa
non attendimus à quo ſint prolata,ſed in cuius fauorẽ
cedat pactum,gl.& Alb.in d.l.veteribus,col.1.& Arch.
Imo. Rom.Iaſ.Pariſ & Mandoſ. quos citat & ſequitur
Bec.in conſ.101.nu.91.Crau.in rubr.ff.de lega.1.num.
132.& obſeruantia ſubſecuta ſecundum quã liber cui-
que fuit tranſitus per Ducatum prædictum,declarat
11 quid partes ſenſerint,† c.cum dilectus,vbi Doct.de cõ
ſuetud.l.minime,& l.ſi de interpretatione,ff. de legib.
& ne aliena trausferam , infinitos congerit Becius in
conſ.101.nu.49.& ego dixi in conſ.140.nu.43.Crauet.
conſ.459.nu.21.Burſat.in conſ.326 nu.6.Gab.in conſ.
89.nu.18.vol.1. & quia tota vis conſiſtit in reſolutione
contrariorum,ideo ad ea me conuerto,& ni ſallor de-
monſtrabo ea nihil omnino obſtare.

Non turbat itaque quod in conuentione dictum ſit
expreſſe,quod nulli omnino liceat ſal cõducere ad ſta
tũ Sereniſs.Ducis etiã per tranſitum, quia reſpondeo,
id non fuiſſe ſimpliciter & abſolute conuentum,ſed cũ
expreſſa qualitate ad præiudicium Cameræ Apoſtoli-
cæ, quæ verba ſcđm Nattã & Cœph.in conſilijs editis
in hac cauſa, & per me ſupra relatis,important condi
tionem, quæ in primis purificanda eſt . & ego dico q̃d
12 illa verba,in præiudiciũ qualificant diſpoſitionẽ,† vt
per Bar.in l.cum filiofamilias,in fi.ff. de leg.1. vbi Soc.
iun.nu.262. & qualitas adiecta qualificat & in diuer-
13 ſa ſpecie reponit † Bar.in l.ſi quis poſthumo,§. ſi filiũ,
in fin.vbi Iaſ.nu.51.ff.de lib.& poſthum. Marſ.in ſing.
520.Bero.conſ.128.nu.12.vol.2.Natta in conſ.362.nu.
18.& ideo quamuis ſi dictum fuiſſet ſimpliciter ꝑ tran
ſitum,res poſſet eſſe dubia,quia tñ additum eſt præiu-
dicium Cameræ,aliud eſt dicendum,qm̃ verba adiun-
14 cta immutant rei ſignificatum , † vt probat text.in l.ſi
habitatio,§.2.ff. de vſu & habit.l. ſed etſi adijciatur,ff.
pro ſocio.Bar.in l.ſi mater,§.eandem,nu.4.in fine.ff.de
except.rei iud.Socin.in l. in conditionibus primum,§.
ſi patronus,in fine,ff.de condit.& demonſtr.Soc.iun.in
conſ.167.num.26.volum.2.multos alios citat Crauet.
in conſ.910.num.5.quinimo,quando verba vniuerſa-
lia ſunt,ſi eis alia addantur, illa vniuerſalitas reſtrin-
15 gitur per verba adiecta.† Bar.in l.generali.§.vxori,ff.
de vſufr.leg. vbi etſi ſub generali bonorũ enũciatione
veniant venalia,fallit tamen, quando legata ſunt om-
16 nia quæ in domo ſunt.† Ruin. conſil.20.num.2. vol.1.
in conſi.188.num.11.volum.2.vbi quòd vniuerſalis di
ſpoſitio hominis eam admittit limitationem quam di
ſponens adiecit. & dicit Aret.in conſil.161.nu,4. quod
vniuerſales dictiones reſtringũtur à termino reſtricti
uo ſibi adiecto.Crauet.in conſi.144.num.5. in fine,vbi
etſi tota hæreditas omnia includat,tamẽ reſtringitur,
ſi dictum ſit tota hæreditas ſua . cum ergo dictum ſit,
quod nulli liceat cõducere ſal in Cameræ pręiudiciũ,
reſtringi debet diſpoſitio ad tranſitum,qui fieret cum
præiu-

Digitized by Google

17 præiudicio: q̃a iuclusio vnins eſt exclusio alterius, † c.
tionne, de præsumpt. l. Tribunus, §. fin. ff. de teſtam. mil.
Becius qui exornat in conſi. 55. nu. 11. Rol. in conſ. 61.
nu. 11. in 3. vol. & ſi nulli licet conducere in præiudiciũ
Cameræ, licebit omnibus id facere, vbi Cameræ non
interſit, argum. à contrario ſenſu, quod eſt validum,
18 † l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, præcipuè in contracti-
bus, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet. l. inter ſeruum, ff. de pact.
dotal. Rom. in conſi. 319. Natta conſil. 109. num. 5. Ri-
minal. dicto §. huius rei, num. 395. vbi latè agit, & hic
intellectus adeo clarus eſt, vt eum quoque non auſint
negare, qui ſcribunt pro Camera Apoſtolica, qui ideo
confugiunt ad aliud, dicentes non poſſe dari ſalis tran
ſitum qui non ſit cum præiudicio Cameræ, per ea quæ
ſupra in principio deducta ſunt.

Ad hoc tñ ego reſpondeo pręter ceteros, quod ſi oĩs
trãſitus fuiſſet à contrahentibus habitus pro præiudi
ciali, fruſtratoriè fuiſſent appoſita illa verba, in præiu
dicium: & nihil oĩno operarẽtur: & ſat fuiſſet dixiſſe:
quod nulli alij liceręt ſal conducere pręterquam agen
tibus Cameræ: fieri aut debet interpretatio per quam
19 nihil remaneat ſuperfluum, † vt per Bald. in Rubr. C.
de contrah. empt. nu. 9. Alex. in conſil. 117. nu. 4. vol. 1.
infinitos ego congeſſi in conſi. 127. num. 9. vbi probaui
procedere id in quacunq; materia, ẽt ſtricta & odioſa
& impropriari verba, ne reddantur ſuperflua. ſi ergo
nulli permiſſus erat tranſitus, q̃ Cameræ, ad quid illũ
ſolum prohibere tranſitum, qui eſſet nociuus Cameræ.

Reſpondeo ſecundo, quod nullum aliud Cameræ
præiudicium verſari poterat, niſi vbi voluiſſet Sereniſ
ſimus Dux pro ſui ſtatus neceſſitate ſal forenſe intro-
ducere, vel alijs permittere qui introducerẽt, eo enim
caſu id factum fuiſſet cum detrimento Cameræ Apo-
ſtolicæ, quæ iam conuenerat ne aliunde importato ſa-
le Sereniſs. Dux vteretur: illud aũt præiudicium quod
allegatur ab aduerſa parte, cogẽdi ſcilicet prouincias
Padum in ſuperiori parte accolẽtes, ad emendum ſal
à Camera Apoſtolica, vnde & maior venderetur quã
titas, & maius pretium exprimeretur, non eſt conſide
rabile: quia cõſiſtit in lucri diminutione & non eſt par
20 ratio, damnum pati, & lucrum non facere, † l. fin. C. de
codicill. l. quæro, ff. de iur. patron. l. medicus, ff. de oper.
liber. l. fin. ff. de obſeq. lib. hinc dixit in propoſito Bald.
in conſi. 463. Quatuor, nu. 5. vol. 4. quod habens furnũ,
molendinum, vel hoſpitium in vno loco non põt con-
queri vel damnum prætendere ſi alius velit in eodem,
vel vicino loco furnum, molendinum, vel hoſpitium æ-
dificare, licet minuatur ſui molendini, furni, vel hoſpi-
21 tij frequentia, & concurſus, † ita dicit Bart. in l. quo
minus, nu. 21. in fi. in q. 11. ff. de fluminibus, & ratio eſt:
quia illa frequentia non eſt de iuriſdictione molendi-
ni, furni, vel hoſpitij, ſed pendet à voluntate molentiũ,
vt dicit Bald. in l. vnica, in 13. oppoſ. C. de ſent. quæ pro
eo quod inter. Alber. in l. ſi manifeſtè, in fine, C. de ſer-
uit. & aqua, & multos alios allegat Iaſ. in d. l. quo mi-
nus, nu. 83. & ſequen. & Ripa, nu. 82. vbi allegat etiam
Signor. Præpoſ. Alex. Corn. & Curt. ſubdens hanc eſſe
communem & planam concluſionem.

Nec dicatur, quod lucrum hoc vendendi ſal alijs ra
dicatum iam erat, quia agẽtes in Mediolanenſi ditio-
ne conſueuerant ſal emere ab Apoſtolica Camera, &
quod de tali lucro idem iudicatur, quod de damno,
22 quando agitur de illius amiſſione, † glo. in l. 1. §. ſi quis
propter, ff. de itiner. actuq; priuato, in l. ſi cum dotem,
§. eo autem tempore, ff. ſolut. matrim. reſpõdeo enim,
quod tunc lucrum dici poteſt radicatum, quando non
ſolum conſueuerunt ſed cogi poſſunt accedere ad mo
lendinum, furnum, vel hoſpitium. aliàs verò, dum ab
eorum libera voluntate dependet eundi vel nõ eundi,
23 non poteſt ius ſeu lucrum dici radicatum, † l. inde Ne
ratius. §. 1. ver. quod ſi vno, iuncta gl. ff. ad legem Aquil.
declarat Bald. in d. conſ. 463. circa medium, & optimè
Ripa videndus in d. l. quo minus, nu. 82. circa fin.

Addo ego, quod non modo tale damnum non habe
tur in conſideratione, ſed etiã lucrum eſſet illicitum:
quia ita facere quod alius cogatur ſal emere à ſola Ca
mera, & alibi emens non poſſit in ſuam patriam tradu
cere, hoc ſapit Monopolium, vt probat Socin. in conſi.
272. nu. 5. & 6. vol. 2. vbi dicit quod compellere homi-
nes ad macinandum in ſuo molendino, eſt Monopo-
24 lium, † ſequitur Boſſ. in tit. de vnionibus & colliga. nu.
7. Monopolium aũt eſt prohibitum, l. 1. vbi Doct. C. de
Monopol. imo illicita ſunt ſtatuta quæ Monopolium
25 inducunt. † Innoc. in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitu.
Bald. in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iure. Soc. in loco
prædicto. Rol. in conſi. 22. nu. 9. ſiue directè ſiue indire
ctè Monopolium inducatur, vt per plura exempla pro
bat Boſſius loco prædicto: & ſi dominus non põt ſubdi
tos ſuos cogere ne ad molendum, vel coquendum ac-
26 cedant ad aliorũ molendina, vel furnos, † vt per Bart.
& alios, in d. l. quo minus & ego multos citaui in conſ.
127. multo minus poterit exteris, & forenſibus onus
hoc imponere, in quos nullam poteſt exercere iuriſdi-
ctionem: quinimo, in propoſito dixit Ripa in tract. pe-
ſtis, in tit. de remed. ad conſeruand. vbertat. num. 177.
quod Principes, qui lucri cauſa ſal mercantur, & ſubdi
tos compellunt illud emere pro numero capitum, non
27 iure agunt, & committunt peccatũ mortale, † ſubdens
eos reprehendi ab Imperatore, in l. 3. §. Diuus etiam
Adrianus, ff. de iure fiſci. Cum ergo id ſit illicitum lu-
crum, non eſt credendum q̃d in eo capitulo de tali lu-
cro iniuſto, & inhoneſto ſenſerit Summus ille Põtifex,
28 qui miniſter Dei eſt & Sanctus, † ſicuti ſancta quoque
eſt ſua ſedes. Hoſt. in c. 1. §. ex ſancta, de ſumma Trinit.
Archid. in c. an eſt, 11. q. 3. Innoc. in c. quod ſuper his,
de voto, & dicitur Deus in terris. Bald. in l. fin. C. ſent.
reſcindi non poſſ. & non debet ſumi interpretatio per
29 quam diſponentes inciderent in delictum, † imo ea de
bet euitari, l. merito, ff. pro ſocio. Becius conſi. 57. num.
17. vel per q̃ diſponens mereatur à ſapientibus repre
hendi, l. Saluius Ariſto, ff. de leg. præſt. Crau. in conſi. 3.
nu. 23. Becius conſi. 51. nu. 13. & ne diſpoſitio cõtineat
30 iniquitatem. † Oldr. in conſi. 66. Soc. Dec. & alij, apud
Crau. in conſil. 186. nu. 14. & vt actus cenſeatur factus
ſecundum diſpoſitionem iuris communis, l. ſi duo, vbi
Bald. ff. de acquir. hær. Crau. conſil. 91. nu. 8. & ille ſen-
ſus ſcripturæ capi debet qui iuſtior eſt, Bal. conſi. 218.
col. 1. vol. 3. Crau. in conſ. 70. nu. 14. de Pontifice autem
qui ſanctus, iuſtus, & æqui ſeruantiſſimus eſſe debet, ſu
mi debet omnis bona præſumptio, & ſanctè eſt iudi-
candum, proinde non debet in alicuius mentem cade
re, quod reſpexerit ad lucrum, quod tuta conſcientia,
vel cum honeſtate captare non poterat.

Et ſi quis dicat, quod etſi Monopoliũ ſit à iure pro-
hibitum, tamen id intelligatur quoad priuatos, vel ẽt
quoad Principes qui ſuperiorem recognoſcunt, ijs ve-
ro quibus in terris nullus eſt ſuperior, non ſit interdi-
31 ctum Monopolium, † vt per Bald. in d. l. 1. C. de Mono-
pol. Soc d. conſi. 272. nu. 6. Rolan. d. conſi. 22. num. 9. Re
ſpondeo, quod id verum eſt, quoad ſibi ſubditos, ſed
quoad exteros & qui ſuæ non ſubſunt iuriſdictioni, nõ
eſt permiſſum, Princeps enim qui plenitudinẽ habet
poteſtatis, illam non poteſt exercere in non ſubditos.
32 † Innoc. & Bart. in cap. nouit, de iudic. Doctor. in cap.
quæ in eccleſiarum, de conſtitut. Socin. conſi. 226. num.
48. volum. 2. Felin. in d. cap. quæ in eccleſiarum, nu. 30.
Crauer. in conſi. 7. nu. 9. Natta conſi. 47. in fine, & quo-
ad eos qui non ſubditi ſunt reputantur pro priuatis,

ideoque

ideoque in eos non poſſunt Monopolium, vel aliam
exercere authoritatem.

Tertio reſpondeo, quod ſi intelligere volumus capi
tulum prædictum, vt omnibus alijs intelligatur inter-
dictus per eum ſtatum trãſitus, vtique cõmittimus in
ius gentium, ſecũdum quod omnibus permiſſa eſt na-
33 uigatio in publico † flumine, vt probatur in Rubr. & l.
1. ff. de vt in publi. flum. lice. nauig. Doct. in d. l. quo mi-
nus, & in c. 1. in verſ. flumina, in tit. quæ ſint Regal. Luc.
de Pen. in l. vſum aquæ, C. de aquæduct. lib. 11. ratio eſt,
quia flumina licet quoad proprietatem ſint Principis
per cuius territorium fluunt, tamen quoad vſum ſunt
34 publica, † §. flumina, Inſtitut. de rer. diuiſ. & ibi dicunt
DD. qđ facultas hęc vtẽdi, eſt de iure gentium. Docto
res in l. fluminum, in princ. ff. de damn. inſecto, l. ripa-
rum, ff. de rer. diuiſ. Iaſ. latè in d. l. quo minus, nu. 3. &
8. latius Ripa nu. 13. & 14. Iſern. in d. c. 1. §. flumina, nu.
6. vbi dicit, quod Imperator efficere non poteſt quod
35 flumen nauigabile reddatur non nauigabile, † Luc. de
Pen. d. l. vſum aquæ, nu. 5. & Afflict. d. verſic. flumina, in
princ. vbi quòd flumina reſpectu vſus nauigandi, non
36 ſpectant ad Principem † Iacob. in ſua inueſtir. in verſ.
fluminibus, nu. 4. Boſſ. in tit. de aquis & flumin. nu. 2. &
ſeq. in tantum autem vſus fluminũ eſt publicus, vt ne-
mini liceat aliquid in eis facere, per quod impediatur
37 vel deterior efficiatur nauigatio. † l. 1. in princ. & §. nõ
aũt, & §. deterior, ff. de fluminib. & hac ratione inductũ
eſt qđ non poteſt è publico flumine duci aqua, d. l. quo
minus, vbi Ripa, num. 14. hac ipſa ratione permittitur
cuicunque aquam ducere è publico flumine, ſi per ta-
lem ductum non deſinit eſſe æquè cõmoda illius naui-
38 gatio, † Bald. in Rubr. ff. de rer. diuiſ. Spec. Alex. & Ce-
pol. quos citat & ſequitur Iaſ. in d. l. quo minus, nu. 13.
& ſeq. Ripa nu. 17. Boſſius d. tit. de aquis & flumin.

Et quod dictum eſt de nauigatione, locum obtinet
quoq; in itinere quod habetur per vias publicas, quo-
niam vſus quoque viarum publicus eſt, & ad omnes in
39 re gentiũ ſpectat, † c. 1. §. viæ publicæ, vbi Iſern. & alij,
præcipuè Afflict. in princ. quæ ſint regal. l. a. §. 1. ibi, pri
uatorum, ff. ne quid in loco publico. Ripa d. l. quo mi-
nus, nu. 14. Boſſius in tit. de via publica, & prohiberi ne
mini poteſt acceſſus per viam publicam, l. per agrum,
C. de ſeru. & aqua, Luc. de Pen. d. l. vſum, num. 5. Cepol.
de ſeru. ruſtic. præd. tit. de via, quæſt. 8. Afflict. in d. ver.
viæ publicæ. Boſſius d. tit. de via publica, poſt princ. &
adeo procedit, vt nullo tẽpore præſcribatur ius iſtud
40 tranſeundi per publicam viam, † quia etiamſi per cen
tum annos nemo per eam tranſiuerit, tamen adhuc li-
citus erit tranſitus, gl. in l. viam publicam, ff. de via pu-
blica, Cepol. d. q. 8.

Nec mouet, quod ſupra dictum eſt in contrarium,
Principem dominum fluminis, & publicæ viæ prohibe
re poſſe & nauigationem & tranſitum vt ibi, & ponit
Cepol. d. c. de via, q. 8. vbi allegat Bald. quandoquidem
id intelligitur, qñ ex cauſa publicæ vtilitatis Princeps
id faceret, non enim quæ iuris gentium ſunt immuta-
41 re aut tollere poteſt ſine cauſa publicæ vtilitatis, † l. itẽ
ſi verberatum, ff. de rei vendi. l. Lucius, ff. de euictio. gl.
& Doctor. in l. fin. C. ſi contra ius, vel publ. vtil. in l. 1. ff.
de conſtit. princ. Doctor. in cap. quæ in eccleſiarum, de
conſtitut. latè Vaſq. de ſucceſſion. creation. lib. 1. §. 29.
Iaſ. qui dicit cõmunem, in d. l. quo minus, nu. 3. Vaſq.
illuſtr. controuerſ. cap. 5. nu. 15. & ſeq. Molina, latiſſimè
de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 8. num. 31. & ſeq. & lib.
4. cap. 3. per totum, poſſem infinitos ad hoc allegare,
quos omitto, & in ſpecie quod tranſitus prohiberi nõ
42 poſſit ſine iuſta cauſa † probat Afflict. ita diſtinguens
in d. verſ. viæ publi. in princ. vbi ponit duas cauſas per
modum exempli: primam, quãdo intereſt eius Regni
ſecreta exteris non innoteſcere; ſecunda, quando for-
tè multitudo tranſire vellet, q̃ ſuſpicatur ne Regnum
inuadat, & ſubdit, quod prohibitio aliàs eſſet iniqua,
& contra charitatem; & quamuis ipſe non dicat, Iſer.
in d. c. 1. quæ ſint regalia, in verſic. flumina, nu. 6. & 7. di
cit, quod non poteſt Princeps interdicere vſum earum
quæ publica ſunt ſine magna cauſa, & rara & inſolita,
& ſicuti ſine cauſa dominium priuati tollere non põt,
ita non poteſt tollere Vniuerſitati illud, quod omnib.
publicum eſt & commune, ſubdens, quod ſi hoc facit ſi
ne cauſa, de abſoluta poteſtate, peccat mortaliter a-
pud Deum, & ideo dicimus, Principem non poſſe hoc
facere: quia honeſtè non poteſt facere & ſine peccato.
43 † l. filius, ff. de cond. inſtit. c. faciat, 22. q. 1. quinimo qñ
Princeps aliquid facit imprudenter, non dr̃ Rex aut
Princeps: & hoc modo reſtringitur, quod dictum eſt
Principẽ poſſe ſui ſtatus ingreſſum, & per publica flu-
mina, nauigationem prohibere, vt procedat, qñ facit
ex magna cauſa quę publicam reſpiciat vtilitatem. ita
etiam Peregr. qui tñ de prædictis non meminit, in tra
ctat. de iure fiſci, lib. 1. tit. 1. num. 22. ſed in facto nulla
ſuberat talis cauſa publica, imo nulla honeſta cauſa,
quia vt ſupra probaui Monopoliũ ſapit, velle non ſub
ditos cogere, vt ſal emant à ſe, & non ab alijs, & maio-
ri fortè precio, q̃ ab alijs; atque ita nedum non concur
rit cauſa publicæ vtilitatis, ſed nec aliqua honeſtatem
continens. dicere aũt quod & alij Principes id faciũt,
præterq̃ quod iſtud an verum ſit ignoro, nihil aliud eſt
q̃ allegare inconueniens, & velle illud multiplicare &
ceterorũ exemplo ſeipſum perdere, at non ita arguen
dum eſt, ſed id ſolũ quærendum an id iuſte poſſit fieri.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiam poſſet trãſitus
prohiberi, tamen contractus non debet ita interpreta
ri vt contineat prohibendi neceſſitatem, vt voluit pul
chrè Luc. de Pen. in d. l. vſum aquæ, numer. 5. & 6. C. de
aquæduct. lib. 11. vbi dicit, quod conceſſio facta Comi-
ti de aliquo flumine, intelligi ita debet, ne per eam cõ-
ceſſionem videatur ceteris omnibus adempta facul-
44 tas piſcandi, quæ ex iure gentium competit, † per plu-
res rationes, ſed eam pręcipuè quod Principis conceſ
ſio reſtringitur per conceſſionem à lege, vel iure natu-
rali aut gẽtium factam, & ita interpretatur, ne videan
tur ſublata ea quæ à iure gentium reperiũtur eſſe con-
ceſſa, facit quia priuilegia publicæ vtilitati damnoſa
45 non ſunt recipienda, † l. nec damnoſa, C. de precibus
Imper. offerend. l. ſecunda, C. de priuileg. Scholar. lib.
11. & qñ Princeps concedit alicui aquam, intelligitur
id concedere ſine damno eorũ qui ea prius vti conſue
46 uerunt, † ita Bart. in l. quo minus, ff. de flumin. Bald. in
tit. de pace Conſtant. in ver. amplius conſueuerũt, nu.
3. Iaſ. in d. l. quo minus, nu. 10. vbi Ripa, nu. 12. & dicit
tex. in l. ſi quis per diutinam, C. de aquæduct. lib. 11. qđ
cõceſſio aquæ intelligitur de ea quæ ſupereſt deducto
47 vſu publico † & dicit Ioan. de Plat. in d. l. vſum, in fine,
qđ habens à Principe facultatem ducendi aquam non
poterit imminuere vſum ciuitati neceſſarium & illum
text. in l. ſi quis per diutinã, allegat Rip. in d. l. quo mi-
nus, nu. 12. ſed ante eum Luc. de Pen. in d. l. vſum, nu. 6.
quod ſi derogatum nõ intelligitur conceſſioni quæ vni
alicui facta eſt, multo minus intelligetur derogatum
ei quæ omnibus hominibus generaliter à lege naturæ
vel iure gentium facta fuit, ita arguit Luc. de Pen. in d.
l. vſum, nu. 6. verſ. ſic & reſtringitur. Hac ergo ratione
dicẽdum erit, Pontificem & Ducem Ferrariæ in dicto
Capitulo non fuiſſe eius intentionis, qđ omnib. inter-
diceretur tranſitus, & conuentionem illam eſſe reſtrin
gendam, vt quanto minus fieri poterit, lædat ius com-
mune, ſecundum quod liber eſt omnibus nationibus
tranſitus per vias publicas, & per prouincias.

Et

Digitized by Google

Et quod conuentio reſtringi debeat ad tranſitũ per
quem introduceretur ſal diſpenſandum in ſtatu Sere-
niſſimi Ducis, mulra ſuadent præter ſupradicta, ſed il-
lud principaliter, qđ inter partes agebatur, ne pro vſu
ſtatus ſui poſſet Dux prædictus ſal alibi emere, quã à
Camera Apoſtolica, & hæc fuit cauſa principalis, quæ
inter Cameram Apoſtolicam, & Sereniſs. Ducem di-
cordias excitauerat, quemadmodum etiam legitur in
eius tpis hiſtorijs, propterea voluit Camera cauere ſi-
bi in futurum, ne Dux Sereniſs. externo ſale vteretur,
eoque remedio bene prouiſum credidit, ſi exteri ſalis
introductio vetaret, propterea tranſitus prohibitio re
ſtringi dẽt reſpectu ſalis in ipſo ſtatu diſtribuendi, qa
48 verba debent intelligi ſcđm ſubiectam † materiam, l.
Proculus, ff. de vſufructu, l. inſulã, ff. de præſcript. verb.
& eo reſpectu quo prolata ſunt, l. debitor, §. fin. ff. ad
Trebell. l. ſi quis domum, §. quid tñ, ff. locat. l. profecti-
tia, §. fi. ff. de iur. dot. Crau. conſi. 9. nu. 21. & tranſactio
reſtringitur ad limites eius, qđ fuit cauſa tranſactio-
49 nis, † vt poſt Iacobin. de Aret. voluit Ang. in l. obliga-
gatione generali, ff. de pign. dicens, quod generale di-
ctum reſtringitur, & declaratur per rationem, ſcđm
ſuam cauſam, l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. ſic
Abb. in conſ. 114 volum. 2. vult quod generalis libera-
tio facta inter ſocios, reſtringatur ad ea quæ concer-
50 nunt ſocietatem, † ſic Caſtr. in l. Aquiliana, ff. de tran-
ſact. tenet qđ generalis diſpoſitio quæ ad vnã cauſam
põt reſtringi limitetur ad eam quoad patiuntur ver-
ba, & hanc regulam exornat Nat. in conſi. 546. nu. 11.
& ſeq. Et dicit Caſtr. in conſ. 129. col. 1. vol. 2. quod con
firmatio excipiens generaliter ſtatuta Piſanorum Flo
rentinis cõtraria, reſtringitur ad contraria, quæ aliqđ
continent Florentinorum præiudicium. & quod diſpo
ſitio quælibet quantumuis generalis reſtringatur ad
51 ſuam cauſam, † plurib. comprobat deciſionib. Crau.
in conſ. 3. nu. 15. & ſeq. vbi dicit, quod ſtatutum volens
patrẽ teneri pro filio mercatore intelligi, quoad debi-
ta prouenĩẽtia à mercatura: & idem vult, quando con
ſuetudo mandat fidem adhiberi libris mercatorum,
quia reſtringitur ad ea quę mercaturam reſpiciunt, &
infert, quod præceptum iudicis ne quis alloquatur ca
ptiuum, reſtringendum eſt ad colloquium factum de
cauſa ſuæ capturæ, & non extenditur, quando illum eſ
ſet alloquutus de re nullius præiudici.

Præterea, non tam debẽt attendi verba conuentio-
52 nis q̃ contrahentium mens, † l. iuriſgentium, §. pacto-
rum, ff. de pact. l. ſed Celſus, §. 1. ff. de cõtrah. empt. l. pa-
ctũ, ff. de probat l. promittendo, in princ. ff. de iure dot.
Bal. in l. in venditione, in fin. ff. commun. præd. vbi ait,
mentem attendi pro ampliatione & reſtrictione con-
tractus. Alex. in conſ. 22. nu. 6. vol. 1. vbi procedere di-
cit ẽt vulnerando verba, & dicit Curt. iun. in conſ. 62.
nu. 5. quod partium conuentiones potius ex earũ men
te q̃ ex verbis interpretandæ ſunt; infinitos cõcordan-
tes citat Tiraq. in l. ſi vnquam, ver. libertis, nu. 58. C. de
reuoc. donat. vbi nu. 46. & ſeq. dicit, idem eſſe in legib.
& ſtatutis. Crau. in conſ. 964. nu. 37. Bec. conſ. 74. num.
28. in conſ. 94. nu. 7. Gabr. conſil. 90. nu. 16. vol. 1. Cęph.
conſ. 335. nu. 4. mens aũt contrahentium fuit prouide
re ne Dux vteretur vt dixi ſale externo, ergo eatenus
prohiberi dẽt tranſitus quatenus poſſet mentem læde
re contrahentiũ, & non vltra, quia ſufficit menti ſatiſ-
factum iri. Facit, quia effectus debet attendi non mo-
53 dus, † l. fin. ff. mand. l. Gallus, §. ſi eius, in fin. ff. de lib. &
poſtum. l. mulier, la prima, in princ. ff. ad Trebel. l. 3. C.
de inſtit. & ſubſtit. & effectus reſtringi debet ſcđm ſuã
cauſam. prohibitio ergo illa facta ex cauſa p̃dicta re-
ſtringi debet ad ſuã cauſam nec vltra eſt extendenda.

Quod autem talis fuerit mens contrahentium pro-
batur ex verbis eiuſdẽ Capitũli, dum immediatè ſub-
dit, quod ſi contingat ſal ab aliquibus cõduci in ſtatũ
D. Ducis, non poſſit Dux vel ſubditi illud emere: ſi eñ
omnis trãſitus fuiſſet interdicendus, vtique ſuperfluè
fuiſſet appoſita ex Clauſula, quinimò, illa arguit non
oĩno prohibendum fuiſſe tranſitum: quia aliàs proui-
ſio facta fuiſſet pro caſu impoſſibili. Præterea, cũ inca-
ſu introductionis nulla alia facta ſit prouiſio, quã, ne
poſſet D. Dux ſal importatum emere, datur intelligi,
ea ratione prohibitũ fuiſſe ſalis externi tranſitum, ne
vteretur ſale aliude aduecto, vna enim pars ſcripturæ
declarat aliã, l. verũ, ff. de rebus dub. & ex contextu to-
tius diſpoſitionis arguere licet, l. Mænia, ff. de manu-
miſſ. teſtam. l. nummis, ff. de leg. 3. & ex vicinis ſcriptu-
54 ris colligimus mentẽ & intentionem, † l. hæredes pa-
lam, §. ſed & ſi notam, ff. de teſtam. l. ſi ſeruus plurium, §.
fin. ff. de leg. 1. & cum in caſu contrauentionis in eo ſo-
lum plectatur D. Dux, ne poſſit introductum ſal eme-
re, vr̃ bene inferri, quod prohibitio ad illum ſolum ef-
fectum facta fuerit, ne ſal emat forenſe, aliàs maior pę
na vel cautio fuiſſet adiecta, pęna enim delicto cõmẽ
55 ſuratur. † Auth. Omnes peregrini, in fine, vbi Bald. &
alij, C. commun. de ſucceſſion. l. 1. §. ſed & quæ, ff. de abi
ge. c. quæſiuit, de his quæ fiũt à maiori par. cap. Marſ. in
praxi crim. in §. oportunè, num. 46. & ſeq. vbi, quod pœ
na conuenire debet qualitati criminis; & dicemus,
quod grauitas delicti cognoſcitur ex grauitate pœnæ.

Nec eſt vt dicatur, conuentionem prohibiti tranſi-
tus eo tendere, ne ẽt qui Mediolanenſi ſubſunt ditioni
poſſint aliud ſal habere quam quod venditur à Came
ra Apoſtolica, ex quo ita iam conuentum erat cũ agen
tibus Mediolanenſibus; reſpondetur enim de hoc ni-
hil conſtare, ſed ſi etiam ponamus verum eſſe, nihilo-
minus non obeſſe, quãdoquidem potuit quidem talis
eſſe intentio agentium pro Camera Apoſtolica, ſed ea
non fuit explicita, ſed in mente retenta, quocirca nihil
56 operatur. † l. ſi repetendi, vbi gloſ. & Doctor. C. de con
dict. ob cauſ. Rolan. in conſ. 6. num. 3. & in conſi. 18. nu.
3. vol. 4. quæ Concluſio procedit principaliter in con-
tractibus, qui duorum conſenſu perficiuntur, nõ enim
57 diſſoluuntur vnius voluntate, † l. ab emptione, ff. de pa
ctis, l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. nec attenditur,
quòd vnus cogitauerit, l. cum in plures, §. locator, ff. lo-
cati. declarat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. libertis, nu.
24. C. de reuocan. donatio. Cęphal. conſi. 335. num. 26.
atque ita non ſat eſt, quod hæc fuerit Cameræ inten-
tio, niſi etiam probetur, quod idem ſenſerit Dux Sere
niſſimus, ſed huius non potuit interuenire conſenſus,
qui contractus inter Cameram & miniſtros Mediola
nenſes ignorauit, vel ignoraſſe præſumitur, facti enim
alieni præſumitur ignorantia, & qui allegat ſciẽtiam,
58 tenetur probare, † c. præſumitur, de reg. iur. in 6. l. ve-
rius, ff. de probat. Bellam. conſ. 10. col. 10. Barb. cõſ. 62.
nu. 6. vol. 4. Rui. conſ. 26. nu. 10. vol. 1. Goz. conſ. 102. nu.
22. Crot. in conſ. 90. nu. 26. Ripa in conſ. 24. nu. 3. Crau.
in conſ. 134. nu. 18. Oſaſc. deciſ. Pedem. 71. nu. 36.

Poſtremo non obſtat vnũ quod video allegari con-
tra Sereniſſimum Ducem, quod ſcilicet de anno 1543.
impetrauerit Dominus Dux licentiã concedendi aliis
tranſitum per flumen Padi, nam vltra alias reſponſio
nes quas adduxere præclariſſimi Iuriſconſulti qui pro
ſua Celſitudine conſuluerunt in hac cauſa, id videtur
mihi facilimè tolli poſſe, qm̃ impetratio licentiæ non
probat, quod ea facultate careret, potuit enim ad aliũ
finem impetrari, quam vt iuri ſibi competenti renun-
ciaret: expreſſa enim maiorem habet efficaciam, l. ſed
& ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caut. & modeſtia Do-
mini Ducis qui cum poſſet id propria authoritate fa-
cere, voluit reuerentiæ gratia ad ſanctam ſedem con-
fugere,

Fugere, eſt commendanda, non damnãda nec ſibi dẽt
eſſe præiudicialis. & per has & alias rationes dixit in
propoſito Dec. in conſ. 197. col. pen. ver. non obſtat im
petratio qđ Vniuerſitas cui libera erat facultas venan
di, non ſibi præindicauit: licet venandi licentiã impe-
59 trauerit. eum † ſequitur Bec. in cõſ. 55. nu. 31. vbi alias
allegat rationes, & prædictis Doctorib. magis eſt cre-
dẽdum, quam Albenſi in conſ. 34. nu. 5. Addo aliam ra
tionem: quia ea voluntas quę ex actu aliquo tacitè col
ligitur, non extenditur vltra quam ex facto ipſo de ne
60 ceſſitate inferatur. † Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de
itin. actuque priuat. Dec. conſ. 72. col. 3. Pariſ. conſ. 79.
nu. 12. vol. 3. Soc. iun. conſ. 122. num. 14. vol. 1. Natta in
conſ. 77. nu. 14. Becius conſ. 106. nu. 46. & non præſumi
tur quod voluerit quis iuri ſuo renunciare, ſi poteſt ſu-
61 mi alia coniectura. † Alex. conſ. 33. nu. 7. vol. 5. Dec. in
c. gratum, nu. 4. de offi. deleg. Dixi in conſ. 135. per to-
tum, vbi de eo qui comparuit coram iudice à cuius ſen
tentia appellauit; ſic qui petit dilationem ad ſoluen-
dum, videtur approbare ſententiam, l. ad ſolutionem,
C. de re iud. ſed hoc intelligitur, quando alia coniectu
62 ra capi non poteſt, † vt poſt Hoſt. & Ioan. Andr. in c. ſi-
gnificauerunt, de teſtib. probauit Tiraq. de retract. cõ-
ſang. §. 36. glo. 2. nu. 49. ſic ergo dicendum eſt de eo qui
licentiam petit faciendi id quod ſibi antea licebat.

Ex prædictis itaque cauſam Sereniſs. Ducis Ferra-
riæ inſtiſſimam eſſe concludo, eumque minimè teneri
ad interdicendum ſalis tranſitum per ſtatum ſuum,
ſaluo ſemper ſaniori indicio.

SVMMARIVM.

1 *Actio non quæritur vni ex contractu alterius licet contemplatione illius ſit factus contractus.*
2 *Creditori ad cuius fauorem factum eſt depoſitum de mandato iudicis, datur vtilis actio contra depoſitarium.*
3 *Ceſſionarius repræſentat perſonam cedentis.*
4 *Ceſſionarius tenetur defendere cedentem quando reconuenitur, limita vt num. 16.*
5 *Sententia quæ tranſiuit in rẽ iudicatã habetur pro veritate.*
6 *Actio datur ei cui deponens mandauit depoſitum reſtitui.*
7 *Actio vtilis ſine ceſſione tertio acquiritur ad cuius fauorem factum eſt pactum in quocunque contractu, licet aliqui voluerint iſtud eſſe ſpeciale in depoſito.*
8 *Reconuentioni non eſt locus quando agitur ad recuperationem depoſiti.*
9 *Depoſiti ad depoſitum non datur reconuentio, quando vnum eſt liquidum, & alterum liquidandum.*
10 *Depoſitum habet paratam executionem.*
11 *Reconuentio debet proponi ante litem conteſtatam.*
12 *Diſpoſitio ſtatuti aliquid præſupponens non habet locum in caſibus in quibus præſuppoſitum non verificatur.*
13 *Statuti ratione ceſſante ceſſat ſtatutum.*
14 *Ratio habetur pro expreſſa vbi vnica poteſt aſſignari.*
15 *Rex non ligatur ſuo ſtatuto.*
16 *Ceſſionarius non tenetur defendere cedentem in cauſa reconuentionis quando ceſſio eſt facta ex cauſa oneroſa.*
17 *Cautio quæ non poteſt committi licet aliàs ſit neceſſaria, non debet interponi.*
18 *Procurator non tenetur cauere in caſibus in quibus non tenetur defendere dominum in cauſa reconuentionis.*
19 *Ceſſio dicitur ex cauſa oneroſa imò & neceſſaria, quando fit vigore ſententiæ vel præcedentis promiſſionis.*
20 *Fraudem allegans tenetur eam probare.*
21 *Præcedentia demonſtrant quo animo facta ſint ea quæ ſecuta ſunt.*
22 *Confeſſio dotis receptæ caret ſuſpitione fraudis, quando præceſſit promiſſio.*
23 *Fraus non poteſt dici commiſſa ex actu qui poteſt ſine fraude fieri, præſertim quando actus fit principaliter ad vtilitatem facientis.*
24 *Fraus coniecturis probatur.*
25 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
26 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
27 *Clauſula, Non aliter, nec alio modo, importat formam.*

CONSILIVM CCCXXII.

ADMITTIT Illuſtriſs. D. magnus Can
cell. contractum depoſiti celebratum
inter Illuſtriſs. D. Carolum Guidum,
& fratres Marchiones de Gonzaga, &
Magnif. D. Franciſcum Pecchium non
fuiſſe renouatum, ſed in nouis dubita-
tionibus dicit, ſaltem fuiſſe extinctum quoad aureos
mille, quos idem Pecchius dicitur ſuper Monte pieta
tis Mantuæ depoſuiſſe, & me quoque non contradice-
re. Addit pręterea, qđ perilluſtres D. Comites de Gã-
bara ex propria perſona nullam actionem habent cõ-
tra depoſitarium: nam etſi dicti Domini Marchiones
ad eum effectũ depoſuerint aureos vndecim mille &
vltra, vt dictis Comitibus ſoluerentur, per hoc tamen
nulla eſt acquiſita actio eis contra depoſitarium, quia
per vnius contractum alteri non quæritur actio, l. 1. C.
per quas perſon. nob. acq. & procedit etiãſi contempla
1 tione alterius factus ſit contractus, † l. ſi pro te pater,
C. de dot. promiſſ. vbi gl. & alij. Crau. in conſ. 288. col.
pen. alios citat Vincent. Franch. in deciſio. 33. num. 1.
Amplius dicitur idem eſſe in depoſito extraiudiciali,
quia etſi creditori ad cuius fauorem factum eſt depo-
2 ſitum, detur actio vtilis contra depoſitarium, † ſecun-
dum gl. in l. acceptam, C. de vſur. tamen procedit in iu
diciali depoſito facto de mandato Iudicis, & apud eũ
qui fuit electus à iudice, vti loquitur d. l. acceptam, &
multas differentias recitat inter iudiciale depoſitum,
& illud quòd ſine iudicis mandato factum eſt.

Vigore autem ceſſionis ſibi factę per DD. Marchio-
nes in laudo lato per Do. Arrigonum, & collegã, ſi D.
Comites de Gambara agãt, tenentur fideiubere ſcđm
formam Mediolanenſis ſtatuti de iudicio ſiſti, & iudi
catum ſoluendo, pro DD. Marchionibus in cauſa recõ
uentionis, quia ceſſionarius ſubintrat in ius cedentis,
3 & repręſentat eius † perſonam, l. emptor, vbi Bal. in 1.
not. C. de hæred. vel act. vend. cum multis quos citaui
in cõſ. 22. nu. 16. & ceſſionarius tenetur defendere ce-
4 dentem, qñ reconuenitur, † l. ſi quis in rem, ff. de proc.
vbi Bal. nu. 3. in prin. dicit ceſſionem videri in fraudẽ,
ne poſſit conueniri. quãdo cedens eſt forenſis. & idem
videtur voluiſſe, Alberic. ibi. exceptio igitur quæ oppo
ni poſſet cedenti, obſtat etiam ceſſionario.

Quæ etſi acutiſſima ſint & ſubtilia, tamen eis non
repugnantibus exiſtimo Pecchium condemnandum
eſſe ad reſtituendum depoſitũ prædictis Dominis Co
mitibus, per iura in priorib. ſcriptis deducta, ſed mul
to magis, quia per ſentẽtiam Illuſtriſſimi Domini Fil-
liodomi qui in eodem officio magni cancellarij fuit
præceſſor, condemnatus fuit idem Pecchius ad illud
ſoluendum & reſtituendum eiſdem Dominis Comi-
tibus, eaque ſententia tranſitum fecit in iudicatũ, nec
5 recipit nunc vllam dubitationem, † l. ingenuum, ff. de
ſtat. hom. l. res indicata, ff. de reg. iur. dixi in cõſ. 61. nu.
2. & cum idem ſit officium, non poteſt ſucceſſor reuo-
care ſententiam latam à præceſſore, ſicuti eã non poſ-
ſet reuocare is iudex qui illã tulit, l. iudex poſteaquã,
ff. de re iudi. & de hac ſententia non eſt dubitandum:
quia in ipſis dubitationibus admittitur, ita quod rem
actam agimus, quinimo extãt decreta Cęſarea in pro-
ceſſu, quibus mãdatur expreſsè, quod Pecchius coga-
tur

tur reſtituere depoſitũ:cum ergo Illuſtriſs. Dñs ſupre
mus Cancellarius ſit purus executor, nihil aliud quæ-
rere debet ni ſi Cæſarea mandata ad vnguem exequi.
his aũt ſtautibus non opus eſſet diſquirere an D. Co-
mitibus detur actio, vel non, quia vt dicebat aliquãdo
Baldus, iam non eſt cognoſcere, ſed cognitum exequi.

Non reſiſtit itaque, quod primo loco dictum eſt, cre
ditori actionem non dari, qñ depoſitum non eſt iudi-
ciale; nam cum bona venia id eſt, contra iura expreſſa,
& in primis eſt tex. in l. Publia, ff. depoſiti, vbi datur a-
6 ctio ei cui deponens mandauit depoſitum reſtitui, † &
loquitur in depoſito priuato. & ſequuntur ibi oẽs DD.
ad idem eſt tex. in l. pen. §. ſi vero, C. ad exhiben. vbi ſi-
militer notant DD. & quod in quocunq; depoſito etiã
priuato, hoc procedat, probatur hoc ſolo fundamen-
to, ſi alia deeſſent: nam vbi pactũ interponitur in rei
propriæ traditione, tunc cenſetur realitatem contine-
re, & propter talem realitatem contractus reputatur
naturalis inter credirorem & depoſitariũ celebratus,
ita declarat Bar. in d. l. Publia, vbi infert propter hanc
rationem, quod id vẽdicat ſibi locum etiam inter ex-
traneos, licet textus ibi ex facti cõtingentia loquatur
in matre & filio, ſequitur Bal. ibi, inferens ad quemcũ-
que extraneum, & ita tenent DD. vt inquit Caſtr. ibi,
licet ipſe contrarium teneat, ſubdens conſueuiſſe com
muniter allegari ad hoc qđ ex pacto appoſito in tradi
tione propriæ rei acquiritur tertio vtilis actio, vbicũ-
que igitur ponitur pactum in traditione rei propriæ
ſemper ei quæritur vtilis actio, ad cuius fauorẽ eſt pa-
ctum: atque ideo, licet textus loquatur in depoſito, tñ
non eſt ſpeciale in eo, ſed procedit in quocunque alio
7 contractu, vt † per Bart. in l. ſtipulatio iſta habere, §. ſi
ſtipuler, circa fin. verſ. mihi videtur ſic dicendum, ff. de
verb. oblig. vbi generaliter conſtituit regulam, qñ pa-
ciſcor ſuper re mea quæ durat mea, & eſt cõmunis opi
nio, vt ibi inquit Alex. nu. 19. & Iaſ. nu. 26. Eandem re-
gulam ponit Bar. in l. certi condictio, §. qñ, num. 6. ff. ſi
cer. pet. & ibi Iaſ. nu. 2. dicit, quod doctrina Bartoli ap
probatur communiter, & num. 3. ſubdit, quod licet di-
ſputando teneri poſſit contrarium, tamen ab ea in iu-
dicando & conſulendo nõ eſt recedendum, & vult, qđ
coniunctio ſanguinis ad hoc nihil operetur, ſequitur
Dec. nu. 9. qui defendendo Bar. ab impugnationib. di-
cit eſſe communem, & procedere in quocunq; contra-
ctu, qui re celebratur, & vt paucis me expediam, hanc
ſententiam ſequũtur Bar. Bal. Ang. Salic. Imol. Caſt. &
alij multi citati a Gabrielio, qui dicit communem, lib.
3. de verb. oblig. concl. 1. nu. 132. & ſeq. & quamuis ali-
qui contradixerint, illi tñ paucíſſimi ſunt, ſi cum prædi
ctis conferantur, & omni caſu fatentur illi eſſe ſpeciale
in depoſito, quod detur vtilis ex pacto deponẽtis, ita
Bald. in l. cum patrẽ, nu. 2. verſ. aduerte, C. de iure dot.
vbi dicit eſſe ſpeciale in depoſito, & auget ſpecialita-
tem ẽt quando dominium eſſet translatum in depoſi-
tarium, quia in tali contractu exuberat bona fides. ſe-
quitur Rom. in d. §. ſi ſtipuler, nu. 24. vbi etiamſi domi-
nium ſit tranſlatum. Alex. num. 19. Iaſ. nu. 26. & in d.
§. quoniã, nu. 3. & quod ſit ſpeciale in depoſito, voluit
Seraph. de iuramento priuileg. 74. num. 91. Caroc. in
tract. de depoſit. p. 2. q. 61. folio mihi 116. ſiue ergo pri-
mam teneamus quæ communis eſt, quod vbicunq; pa
ctum appoſitum eſt ſuper re mea, tunc acquiratur ter-
tio vtilis actio ſine ceſſione, quicunque celebratus fue
rit contractus: ſiue aliam amplectamur, quę eſt repro-
bata, ſemper habebo intentum, quod creditori datur
actio; nec id reſtringi poteſt ad depoſitum iudiciale,
quia vt dixi l. Poblia, expreſsè repugnat, & quia cũ lo-
quatur indiſtincte, debet etiam intelligi indiſtincte in
omni depoſito, ſiue iudiciali, ſiue priuato, l. de pretio,
ff. de Publiciana, per quam rationem Bal. Rom. & Iaſ.
proximè citati, dicunt eam procedere etiam in eo de-
poſito in quo dominium transfertur. Si igitur id obti-
net in quocnoque contractu, obtinebit etiam in depo-
ſito priuato, & extraiudiciali. Propterea tex. in d. l. ac-
ceptam, & gl. ibi, nõ debent reſtringi ad iudiciale de-
poſitum, quãtũ ad hoc, vt detur vtilis, licet forte quo-
ad alia poſſint hoc modo intelligi, & cum hæc actio
oriatur ex contractu, non curamus vbi facta ſit.

Non omitto quod in primis ſcriptis probaui depo
ſitum noſtrum tanquam approbatum à iudice, vim iu
dicialis depoſiti habere, nec opus eſt quod in omnib.
habeatur pro iudiciali, ſed ſufficit quod tale ſit quoad
hoc vt detur actio vtilis creditori, vel etiam ne poſſit
inſcio iudice reſtitui, authoritas enim iudicis ſuperue
niẽs & approbatio, efficit, vt per omnia habeatur acſi
mandante iudice factum eſſet. & ratio quæ militat in
depoſito iudiciali, militat etiam in eo quod extraiudi
cium factum eſt, ſecuta tamen approbatione iudicis;
ſed non opus eſt nunc id proſequi, ad finem vt detur
actio, poſtquam habemus textum clarum, & commu-
nem Doctorum opinionem.

Ex his etiam apparet, non opus eſſe ingredi ſecun-
dam partem motiui, qua dicitur, quod ſi Domini Co-
mites de Gambara agunt vigore ceſſionis factæ à Do-
minis Marchionibus, tali caſu tenentur fideiubere ad
formam ſtatuti Mediolanenſis: nam poſſunt agere vti
li actione ex contractu depoſiti, ſeu pacto appoſito in
eo contractu, abſque eo quod vtantur ceſſione ſibi fa-
cta, & iſto caſu fideiuſſione non eſt opus, quemadmo-
dum quoque conceditur in motiuis.

Sed ne quid relinquatur intactum, & vt conſtet cau
ſam Dominorum Marchionum de Gonzaga ac Domi
norum Comitum de Gambara multis nominibus eſſe
defenſam, dico quod ẽt ſi vellent vti ceſſione, non tñ co
gerentur fideiubere: ſtatutũ enim Mediolan. fideiuſſio
nem exigit pro cauſa recõuentionis, vt ibi expreſſe dr̃,
imò, vult, quod detur primo recõuentionalis libellus,
& iuret reus qđ non per calumniam recõuenit. At re-
conuentioni non eſt locus qñ agitur ad recuperationẽ
8 depoſiti, † c. bona fides, extra depoſ. Spec. in tit. de re-
cõuentione, §. pen. ver. item ſcđm Vbertum, & probat
text. in l. pen. C. depoſ. per locum à ſpeciali, vult enim
quod depoſiti ad depoſitum detur reconuentio, at vbi
cauſa reconuentionis nõ eſt ita priuilegiata, ſicut cau
ſa depoſiti, non datur reconuentio. Bal. & Salic. ibi, qui
fortius volunt, ꝙ etiam depoſiti ad depoſitum nõ de-
tur reconuentio, qñ vnum eſt liquidum, & alterum li-
9 quidandum, † ſequitur Socin. in c. 1. num. 61. de mut.
petitio. & quamuis Maran. de ordin. iudic. p. 4. diſtin.
6. num. 39. velit diſtinguendo concordare, tamen eius
diſtinctio non eſt fundata ratione, & deſtruit priuile-
gia depoſiti, quorum hoc eſt præcipuum, vt habeat pa
10 ratam exequutionem, † ſecundum Bart. & alios, in d.
l. penul. Alex. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore,
num. 6. ff. ſol. matrim. Iaſ. in l. fin. num. 6. C. de edict. di-
ui Adrian. tollen. Boer. deciſ. 195. num. 6. Cotta in me-
mor. incip. inſtrumentum publicum, Rolan. in conſil.
17. num. 1. vol. 1. Caroc. de depoſit. par. 1. q. 3. c. 3. num.
33. & ſeq. fol. mihi 9. eam autẽ diſtinctionem ſi voluiſ-
ſet, vtique feciſſet Bart. qui illam fecit, vbi tractat, an
detur reconuentio in ſummarijs iudicijs. ſed quia de-
poſitum eſt non ſolum ſummarium, ſed etiam execu-
tiuum, ideo non voluit diſtinguere, attendi ergo ma-
gis debet authoritas Spec. Bart. & Marian. quam Ma-
rantæ & Caroc. in d. tract. par. 2. quæſt. 53.

Non etiã poteſt eſſe locus reconuentioni quia pro-
poſita fuit ſolum poſt litem cõteſtatam, qui terminus
11 eſt reconuentionis excluſiuus, † gl. in Clemen. ſæpe, in

ver.

ver.exordio,§.verum,de verb.ſignifi.adeo,quòd etiam
ad effectum iuriſdictionis prorogatiuum non poteſt
proponi ex interuallo poſt conteſtatam litem, ſecun-
dum Ioan.Andr. in c.de mutuis petit. vbi dicit, quod
ſine nouis literis non fit coram delegato. ſequitur Cal
der.ibi Io.Andr.ad Spec.ritu. de reconuentio.§.1. Ma-
rian.d.c.1.nu.97.vſque ad finem,vbi allegat etiã Aret.
concludens,quod poſt litem ex interuallo non admit-
titur parte cõtradicẽte.ſequitur Matan. d.6.diſt.nu.6.

Quod ſi non eſt locus reconuentioni non etiã opus
erit ſatiſdare:quia ſtatuti diſpoſitio aliquid præſuppo
nens non habet locum in caſibus in quibus præſuppo-
12 ſitum non verificatur.† glo.in l.mancipia,ver.auocan
dum,C.de ſer.fugit.Rom.in ſing.495. Dec. in conſ.90.
nu.2.cum infinitis quos cumulaui in conſ.150.nu.78.
& reconuentio eſt cauſa fideiuſſionis præſtandæ, ergo
ceſſante reconuentione, ceſſat etiam fideiuſſionis ne-
ceſſitas,ſicut ceſſante cauſa, ceſſat effectus, c.cum ceſ-
ſante, de appellat. Tiraq. in tract.ceſſan.cau.in princ.

Reſpondeo etiã ad prædictum ſtatutum, quod non
procedit in præſenti facto,in quo lis non agitur coram
Prætore vel iudice Ciuitatis Mediolani,ſed corã iudi-
ce Cæſareo coram quo ceſſat ratio ſtatuti,quæ eſt,ne re
conuentionis iudicium reddatur eluſorium per receſ-
ſum reconuenti, qui non ſit ſubditus. at cum D.Mar-
chiones Gonzagæ, & D.Comites de Gambara ſubia-
ceant Cæſari, nec poſſint effugere executionem ferẽdæ
ſententiæ,ceſſat Statuti ratio, ideo ceſſare quoque dẽt
13 Statutum.† Patiſ.conſ.98.nu.30.vol.1.Tiraq. in tract.
ceſſan.cau.par.1.nu.235. & hæc ratio ſola põt aſſigna-
14 ri,ergo haberi dẽt pro expreſſa,† glo.in l.quamuis, C.
de fideicom.vbi Bal.Caſtr.Fulg.Corn.& alij. Tiraq.in
d.tract.limit.21.nu.7.vbi ampliat etiã in correctorijs.

Non exiſtimo etiam abſurdum dicere, quod cauſa
fuit commiſſa Illuſtr.& Excellentiſ. D.Gubernatori
ſtatus Mediolani,qui in ea prouincia eſt Prorex & Lo
cumtenens ac Vicarius Regis,ideo ſicuti Rex ipſe non
15 ligatur ſtatuto Mediolani, † Bal.c. cum in iure, col.1.
de elect.in c.cum oẽs,nu.26.de conſtit. Rom. in conſil.
444.in vlt. dub.Alex.in l.1.in princ.ff. qđ quiſque iur.
Ruin.conſil.83.col.fin.vol.5.Brun.de ſtatut. excluſ.fe-
mina.art.6.q.7.nu.67.Boſſ.de Princ.num.83.Tiraq.de
legib.connubial.gl.8.nu.175.Rolan.conſ.86.nu.38. &
ſeq.vol.1.Lamberteng.in tract.de cõtract. eorum, &c.
in fine,nu.98.cum infinitis ſimilibus, ſic etiam non li-
gatur eius Vicarius, qui Principis vices gerit,& illius
perſonam repræſentat,l.1.ff.de offic. eius. dixi in conſ.
281.nu.1.& ſeq. Poſtremo reſpondeo, quod ceſſiona-
rius non tenetur defendere cedentem in cauſa recon-
uentionis,quando ceſſio facta eſt ex cauſa oneroſa,tex
16 tus eſt expreſſus† in l. ſeruum quoque,§.fi.& in l.ſi quis
in rem ſuam,ff.de procurat.& vbique gl.diſtinguit in-
ter eum qui cauſam habet lucratiuam & habentẽ one
roſam,& ſequitur Bart.in d.l.ſeruum,§.equum,& in d.
l.ſi quis in rem,& apertius Ang.in princ. Caſtr. quoq;
cum hac diſtinctione tranſit, & ab ea non diſcordat
Bald.ſi bene legatur.nu.2.ver.ſecundo nota, vbi expri
mit, quod cauſam habens oneroſam non defendit ce-
dentem. & dum poſtea in verſ. quæro & reuoco in du-
bium,dicit non diſtingui inter intentantẽ vtiles vel di
rectas,intelligitur,qñ cauſa eſt lucratiua.idem proba-
runt alij ibi,& textus ſunt clari,ideo reuocari non põt
in dubiũ.& ſi tenetur ceſſionarius defendere,non tene
tur ẽt fideiubere, per ea quæ dixi ſupra in verſ. quod ſi
non eſt locus.& confirmo alia ratione.Cautio quæ nõ
poteſt committi licet aliàs ſit neceſſaria, nõ debet in-
17 terponi,† l.non cogendum,§.fin. vbi glo. Bart.Bald.&
alij,ff. de procur. vbi inferunt idem eſſe in ſtipulatio-
ne, Caſtr.in l.ſeruum quoque, §. ait prætor,circa fin.ff.
cod.& loquuntur prædicti DD.in cautione rati,quam
procurator præſtare tenetur & magis in propoſito fa-
cit quod dixit Caſtr. in d.l.ſi quis in rem, nu.1.in fine,
vbi ait, quod in caſibus in quibus procurator nõ tene
tur defendere dominum in cauſa reconuentionis, in il
18 lis quoque non tenetur cauere, † quod videtur in ter-
minis quæſtionis noſtræ:quia ex prædictis D.Comites
de Gambara non tenentur defendere D.Marchiones,
ergo nec cauere. Quod autem ceſſio non ſit ex cauſa lu
cratiua,ſatis patet,quoniam facta eſt in extinctionem
veri debiti ſuper quo fuit iudicatũ à Collegio Papien-
ſi,& demandata executio à Cæſare.Præterea,probatur
ex ſentẽtia D.Filliodomi, per quam creditum hoc ad-
iudicatur D.Comitibus, quo caſu dr̃ cauſa non ſolum
19 oneroſa,ſed etiam neceſſaria.† argum.l.planè,ff.fam.
hercisc. per q̃ ita tenet in terminis Bart. in d.l.ſeruum
quoque,§.fi.nu.1. vbi ſequitur Ang. idem voluit Caſtr.
in d.l.ſi quis in rem,nu.1. quinimo gloſ. in d.l.ſeruum
quoque,§.fin.dicit idem eſſe,quando proceſſit promiſ-
ſio ex cauſa lucratiua, & ex interuallo ſequitur ceſſio,
& eius exemplum approbat Bart.ibi, Bald.nu.2.verſ.
ſecundo quæro, & quamuis Ang.contradicat, tamen
Caſtr.in d.l.ſi quis in rem,defendit gloſſam.

Nec dicatur,quod ceſſio facta fuit in fraudẽ,& ideo
ceſſionarius tenetur defendere, iuxta textum in d.l.ſi
quis in rem,vbi DD.quia reſpondetur, quod fraus nõ
20 præſumitur,& qui eã allegat,† tenetur probare,l.quo-
ties,§.qui dolo,ff.de probation.latè Maſcard.concluſ.
814.nu.1.Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.3.nu.
14.& in facto non poteſt allegari fraus,qñ à principio
cum nulla fraudandi cauſa vel ratio excogitari pote-
rat,eodem tpe cum ipſo depoſito fecerunt pactum,qđ
ſoluatur D.Comitibus Gambaris, & tñ tunc nemo ho
minum poterat diuinare quod depoſitarius haberet
reconuenire ipſos deponẽtes, ex præcedentibus enim
dignoſcitur quo animo facta ſint ea quæ ſequuta ſunt,
21 l.ſi fuerint,† l.fi.ff.de reb.dub.l.ille aut ille,§.cũ in ver-
bis,ff de verb.obli. hinc dicimus, qđ cõfeſſio dotis re-
ceptæ caret ſuſpitione fraudis qñ præceſſit promiſſio.
22 † l.in contractibus, §.1.vbi gl.C.de non nume. pecun.
Caſtr.in conſ.383.col.1.vol.2.Soc.in l.1.nu.78.ff.ſolut.
matr. Alciat.in conſ.332.nu.1. Crau.in conſ.40. nu.1.
& non dr̃ factum in fraudem id, ꝙ poteſt ſine fraude
23 fieri,† l.qui autem,in princ.ff.de his quæ in fraud.cred.
Igne.in Auth.Ex cauſa,num.72.C.de libe. præter.Zuc.
in l.1.nu.51. C.qui admitt.præcipuè, quando actus ſit
principaliter ad vtilitatem facientis. Barbat.in conſ.
30. col.3.vol.4. Cum itaque vſque à principio factum
fuerit depoſitum ad hunc finem, vt ſoluatur dictis do-
minis, non poteſt dici quod ceſſio ſubſecuta fuerit in
fraudem Pecchij, qui & ipſe recepit cũ pacto ſoluendi
Do.Comitibus Gambaris, & ſicuti fraus coniecturis
24 † probatur,l.dolum,C.de dolo,cum multis apud Ma-
ſcard.concluſ.815.nu.1.Menoch. de præſumpt.3.num.
42.ita contrarijs coniecturis doli,vel fraudis ſuſpicio
purgatur & tollitur,vt contrariorum eadẽ ſit diſcipli-
25 na,† l.& ſi contra, in fi.ff.de vulg.§.illud,vbi gl. Inſtit.
de ſocietat.Fab.Ang.& alij, Inſtit. de his qui ſunt ſui,
vel alieni iur.& vna præſumptio tollit alias, l.Diuus,
ff.de in integr.reſtit. & in dubio ea capi debet præſum
ptio,quæ delictum excludit,l.merito,ff.pro ſocio. Re-
ſpondetur etiam, quod circumſcripta ceſſione, datur
DD.Comitibus actio vtilis aduerſus depoſitarium,
vt ſupra dixi,adeo quod reconueniri non poſſunt.

Hæc vero ſicuti ꝓcedunt indiſtinctè reſpectu totius
quantitatis depoſitæ, ita obtinent reſpectu aureorum
mille quos Dominus Pecchius dicitur depoſuiſſe ſu-
per monte pietatis Mantuæ, cuius etiã reſpectu in pri
mis ſcriptis dixi Pecchium nõ eſſe liberatum, nec vn-
quam

quam admiſi liberationem, id quod viſo nunc inſtrumēto audacter magis affirmo, nam factum legitur ſub duplici cōditione, eum tñ neutra fuerit verificata, prima eſt, q̄d liberetur pro rata à Do. Marchionibus pro dicto depoſito, altera, quatenus ſequeretur concordia inter eum, & D. Marchiones, & non aliter, & cum expreſſa proteſtatione, quod vbi accordium non ſequeretur, depoſitum habeatur pro non facto & pro nullo, depoſitum aūt conditionale ante euentum conditionis non ſortitur effectum, quia conditio nihil ponit in
26 eſſe, † l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis om. cau. teſtam. l. cedere diem, ff. de verb. ſignifi. l. qui hæredi, vbi Bart. Soc. & alij, ff. de cond. & dem. multos citaui in cōſ. 298. nu. 1. & illa Clauſula, Non aliter nec alio modo, impor
27 tat formā. † Bald. Ang. & alij, in l. 1. ff. de lib. & poſtum. Natta conſ. 372. nu. 4. & 5. Rol. conſ. 63. nu. 29. in 4. Cœphal. in conſ. 296. nu. 11. & in conſ. 440. num. 80. & ſeq. vbi quod habet naturā præciſam, & remouet conſenſum agētis. Cum ergo nullum ſit ſecutum accordium, nullaque liberatio euanuit aſſertum depoſitum, q̄ aūt accordium non ſit ſequutum, non eget probatione, ſed vlterius probatur ex literis per Peechium datis ad Illuſtriſſimum Carolum vnū ex ipſis D. Marchionibus, ſub die 13. Ianuarij 1593. in princ. proceſſus, in quibus dicit tractatum accordium ſed nō acceptatum ab Illuſtriſſimo D. Guido. alio fratre, quare etiam pro mille aureis prædictis remanet Pecchius obligatus.

Siue igitur agant Do. de Gambara, ex pacto appoſito in inſtrumento depoſiti, ſiue ex ceſſione ſequuta, vtroque caſu debent obtinere, ſtantibus deciſionibus tam claris, quod non recipiant dubitationem.

SVMMARIVM.

1 *Subditi inuiti non poſſunt alienari in inferiorem.*
2 *Subditorum intereſt dominum non mutare.*
3 *Alienatio non conceditur etiam in caſibus à iure permiſſis, vbi vltra legalem prohibitionem concurrit etiam hominis probibitio, & promiſſio non alienandi.*
4 *Pacta ſeruare æquitati naturalique iuri conuenit.*
5 *Principi qui ſe ſubiecerunt ſub certis pactis, & conuentionibus, quo ad reſeruata non habentur pro ſubditis.*
6 *Vaſſallus non poteſt infeudare, quando conuentum eſt ne poſſit alienare.*
7 *Domini particulares multas ſubditis faciunt oppreſſiones.*
8 *Citatio eſt neceſſaria vbi agitur de alicuius præiudicio, etiam ſi actus non ſit iudicialis.*
9 *Citatio requiritur in conceßione priuilegij quod in aliquo lædit ius tertij.*
10 *Vniuerſitati non nocet factum particularium.*
11 *Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli de Vniuerſitate.*
12 *Vniuerſitatis conſenſus, vt iudicatur, requiritur quod tota Vniuerſitas congregata conſentiat, nec ſufficit quod vnus conſentiat bodie, alter cras, quia debet eſſe ſimultaneus.*
13 *Conſuetudo non extenditur de loco ad locum.*
14 *Metu conceßum præſumitur id, quod fit à ſubditis in fauorem domini, ſi aliàs erat indebitum.*
15 *Seruitia indebita metu præſumuntur à ſubditis extorta.*
16 *Conſuetudo alienandi ſubditos non probatur, niſi conſtet de ſubditorum contradictione.*
17 *Appellationis cognoſcendæ ius eſt de reſeruatis Principi.*
18 *Principi reſeruata non veniunt in generali conceßione, etiāſi fiat mentio de Regalibus.*
19 *Appellationis cognoſcendæ ius poteſt in alium transferri.*
20 *Regalia etiam reſeruata concedi poſſunt, quando de eis fit expreſſa mentio.*
21 *Iuriſdictione omnimoda conceſſa, an veniat ius appellationis.*
22 *Princeps poteſt bona ſua donare, & loca concedere, dummodo id non faciat in maximam ſtatus diminutionem.*
23 *Iuriſdictionē habens iure proprio, poteſt illam alij demādare.*
24 *Appellationis conceßio nihil aliud eſt quàm conſtitutio iudicis ad cognoſcendam eiuſmodi cauſas.*
25 *Intereſſe ceſſante nemo auditur.*
26 *Infeudandi facultas præſcribitur curſu annorū quadraginta.*
27 *Subditi etiam inuiti alienantur quando extat conſuetudo.*
28 *Subditi vbi non contradicunt alienationi de eis factæ, ſibi præiudicant.*
29 *Conceßio facta vaſſallo ob eius merita, non poteſt à ſubditis impugnari.*
30 *Principi creditur de meritis quando illis principaliter ſuam fundat conceßionem.*
31 *Aſſertioni eius creditur qui auctoritatem habet de publico.*
32 *Conſentiens alienationi, cenſetur remittere ius ſuum.*
33 *Infeudatio quæ fit retento directo dominio, non dicitur propriè alienatio.*
34 *Vniuerſitas non poteſt agere contra infeudatum, ſed dēt agere ad intereſſe contra principem qui promittit non alienare.*
35 *Caſtro conceſſo, non veniunt homines, & è contra, venditis hominibus, non venit caſtrum.*
36 *Hominum conceßio plurimum iuris tribuit.*
37 *Alienari aut obligari non poſſunt iura quæ conſiſtunt in perſonis, ſeu hominibus.*
38 *Iuriſdictionem habens in homines, dicitur dominus hominū.*
39 *Verba interpretantur contra eum qui in illis ſe fundat.*
40 *Verba conuentionis ſunt attendenda.*
41 *Citatio eius non requiritur quo inuito poteſt actus expediri.*
42 *Princeps qui iure ſuo vtitur, nemini iniuriam facit.*
43 *Citatio non eſt neceſſaria vbi ceßat intereſſe citandi.*
44 *Iuriſdictionem habens quo ad omnes, vtendo quo ad aliquos, conſtituitur in poſſeßione quo ad omnes.*
45 *Iuriſdictionem exercens circa aliquem actum, acquirit poſſeßionem quo ad omnes alios qui ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis.*
46 *Iuriſdictionis aliquem actum exercens animo acquirendi iuriſdictionem, quo ad omnes acquirit vniuerſaliter poſſeßionem iuriſdictionis.*
47 *Poſſeßio totius iuris in vniuerſo retinetur per actum ſingularem.*
48 *Primogenitus qui aliquem actum exercuit, conſeruat ſibi poſſeßionem vniuerſalis iuriſdictionis, quoad omnes, quamuis permiſerit ſecundogenitum in reliquis exercere iuriſdictionem.*
49 *Fidelitatis iuramentum vbi vaſſallus de fidelitate hominum inueſtitus ab aliquibus exigit, conſeruat ſibi contra omnes illud ius.*
50 *Ius non amittitur per non vſum, quando non euenit occaſio vtendi.*
51 *Priuilegium quando amittatur per non vſum, remißiuè.*

CONSILIVM CCCXXIII.

POTESTARIA loci Caſſinellarum cum mero & mixto imperio, gladij poteſtate, & oīmoda iuriſdictione fuit vſque de anno 1532. conceſſa D. Ioan. Picco; exinde vero Perilluſtri Comiti D. Marco Antonio Spinulæ, cui cū aliàs de anno 1560. Illuſtriſſima Domina Marchioniſſa Piſcariæ, regens in Ducatu Montisferrati pro Sereniſſimis Dom. Margarita, & Gulielmo Ducibus conceſſiſſet cognoſcendi cauſas primarum appellationū quas contingeret in futurum interponi à ſentētijs per eius loci prætorem ferendis, & quāplures cauſas eiuſmodi cognouiſſet miniſterio delegatorum, Cōmune & homines dicti loci litem mouerunt, ſupponentes ad ipſum D. Comitem nequaquam ſpectare facultatem prædictam. Et primo quidem, quia nedum cognitio appellationum non potuit ei concedi, ſed nec etiam poteſta-

Digitized by Google

poteſtaria qm̃ ſubditi inuiti non potuerunt alienari
1 in inferiorem.† Hoſt.in cap.dilecti,de maior.& obed.
Bald.in c.1.§.in generali,ſi de feud.fuer.contron.inter
dom.& agnat.Gabr.commun.opi.lib.3.de iure quęſi.
non tollen.concl.8.in princ.Crauet.in conſil.54.nu.3.
Natta in conſi.5u6.nu.15.Menoch.in conſi.32.nu.2u.
Oſaſc.deciſ.Pedem.139.nu.21.Boſſius in tit. de Prin-
cip.nu.290.Rolan.in conſi.1.nu.34.vol.1.Cęph.in con
ſil.628.num.23. & ratio eſt:quia ſubditorum intereſt
2 dñm non mutare.† Innoc.in c.auditis, ſuper glo.1.de
præſcript.Alciat.in conſ.167.num.1.vbi multos addit
concordantes. pulchrè Ripa in cunſ.179.nu.3.vbi de-
cem enumerat rationes, quæ apud eũ videri poſſunt.
Curt.iun.in conſil.174.num.17.Cagnol.in prooem.di-
geſt.nume.8.Grat.in conſi.147.colum.2.volum.1.Ca-
pic.in deciſio.162.colum.1.& 2.Gomeſ.in §.item Ser-
uiana,num.41.Inſtitut.de action.Reſtaur. in tract. de
Imperator.quæſt.104.

Secundo,vltra iuris cõis diſpoſitionem dicti homi-
nes iuuantur conuentione facta cum Sereniſſimis an-
teceſſor.modernorum Principum,qua promiſerunt lo
cum vel homines ipſos nunq̃ alienare,vel in aliũ tráſ-
ferre, hæc auté promiſſio quia accedit legali prohibi-
tioni,& nouum affert vinculum, impedit alienationé,
& fortius operatur,adeo,vt in caſibus ẽt iure permiſ-
3 ſis,nõ ſit licita alienatio.† arg.§.ſanctiſſimas, in Auth.
de alien.& emph.Aret.in conſi.22.col.2.Iaſ.in l.filiuſ-
familias,§.Diui,in prima lect.col.3.ff.de leg.1. Soci.in
conſi.49.in fi.conſi.75.col.2.vol.1.Becius in conſi.101.
nu.69.& ideo dicit in propoſito Curt.iun.in d.conſil.
174.nu.18.verſ.ſecundo principaliter,& num.ſeq.duo
notanda,primum eſt,quod pp duplicem legis,ſcilicet
& hominis prohibitionem, non fuit tranſlatum domi
nium in D. Comitem Auguſtinum moderni Comitis
patrem,& ſucceſſiuè in eum; ſecundum eſt, qđ ex quo
in conceſſione non eſt facta mentio eiuſmodi conuen-
tionis & pacti,alienatio ipſa tanq̃ ſubreptitia eſt nul-
la,& nullum ius tranſtulit in acquirentem, per rõnes
ab eo allegatas.idem voluit Opizon,§.Diui,nu.150.di
cens eueniſſe caſum Placentiæ, ſubdens aduertẽdum
eſſe, quia in facti contingentia id facetet magnum ho
norem,refert & ſequitur Ripa,d.conſil.179.nu.21.&
vterque ipſorum allegat pulchras deciſiones. Neuiz.
inter conſilia Bruni,conſ.12.nu.50.vbi attingit etiá id
qđ dictum eſt de ſubreptione.Crauet.in conſ.963.nu.
10.& ſeq.vbi latè agit. Eandem ſnĩam tenuerunt Sei-
ſell.& Loaz.in d.§.Diui, quos ẽt ſequitur Vinc. Frách.
in Neapol.deciſ.17.nu.4.& nouiſſimè Menoch.conſil.
264.nu.31. & 42. quæ ſententia ſi in omnibus obtine-
re debet,ex quo nihil magis æquitati naturalique iu-
4 ri conuenit,q̃ pacta ſeruare,l.2.ff.de pactis,† latè Bec.
in conſ.45.nu.25.vbi dicit maxime conuenire Princi-
pi.Crau.conſi.592.nu.55. multo magis vindicabit in
ijs qui ſe Principi ſubiecere ſub certis pactis & cõuen
tionibus: nam illi quo ad reliqua,vel quo ad reſerua-
5 ta cenſentur liberi,& non habẽtur pro ſubditis.† Bar.
in conſi.59.Commune Spoleti.vol.1.Anch.in cõſ.437.
Dec.in conſi.360.col.4.Brun.conſ.53.Natta conſ.301.
nu.3.Crau.in conſi.241.num.17.in fine, & alios addit
in conſi.905.num.1. vbi latè agit.Et quod dicimus de
alienatione,locum habet ẽt in infeudatione, quia lo-
cus qui hominibus inuitis alienari non põt, non ẽt in
feudum concedi poteſt, qñ alienatio eſt interdicta ex
pacto: quia aliàs pactum nihil operaretur. Bal. in c.1.
§.præterea,ver.quęro quid ſi eſt appoſitum pactum,de
cap. Corradi, vbi quod etſi vaſſallus poſſit infeudare,
qui tamen non poteſt alienare,tamẽ fallit, quando pa
cto eſt conuentum ne poſſit alienare,quia tunc non po
6 tetit infeudare. † Dec.in conſil.667.nume.7.& in cap.

quæ in eccleſiarum, num.31. in ſecunda limit. de con-
ſtitutio. Aluar. Præpoſ. Iacob. Curt.iun.& alij,quos ci-
tat & ſequitur Neuizan.d.conſ.12.nu.50. & nouiſſimè
hanc partem amplectitur Menoch.in conſi.264. num.
59.& ſeq.vbi latè ponit.

Tertio vbi iu reliquis eſſet valida alienatio, ſaltem
conceſſio appellationum videtur nulla, tanquam fa-
cta non citatis hominibus de quorum maximo præiu
dicio tractatur, qui poterant immediatè à ſententia
prætoris confugere ad tribunal Principis, in quo ma-
ximum reputatur extare refrigerium, arg.l.vnicæ, C.
quando Imperat.inter pupill. & vidu.à dominis auté
7 particularibus multæ fiunt oppreſſiones, † vt per Luc.
de penna,in l.1.C.de capit.ciuit.à cenſ.exim.lib.11.&
Neuizan.in d.conſil.12.num...... eſt autem neceſſa-
ria citatio vbicunque agitur de alicuius præiudicio, l.
de vnoquoque,ff.de re iudica.etiamſi actus non ſit iu-
8 dicialis, † l. in concedendo, ff. de aqua pluuia arcen-
da,l.nam ita Diuus,ff.de adoption.l.fi.C.de authorit.
præſtan. Natta in conſil.202.num.17.quinimo,etiam
in actu Principis. Clement. paſtoralis, §. ceterum, de
re iudicata, gloſſ.& Bald.& in l.fin. C. de legibus, Cę-
phal.alios citans,in conſil.301. nu.75. & idem in con-
ceſſione priuilegij quod in aliquo lædit ius tertij, vo-
9 luit † Barto.in l.2. in ſecundo notab. C.de tempor.ap
pellat.vbi ait, neceſſariam eſſe illius citationẽ cui pri-
uilegium eſt nociturum,ſequitur Alexand. ibi, in ad-
dition.& in conſil. 11. colum.2.volum.7. Iaſ.in l.Gal-
lus,§.& quid ſi tantum,num.143. ff.de liber. & poſthu.
Tiraquell.latè in tract.res inter alios acta, in 2.limit.
in verſicu. hinc itẽ eſt. dixit in propoſito Luc. de pen.
dict.l.1.nume.8. quod vbi locus aliquis alienatur, vel
infeudatur exquirendus eſt hominum conſenſus, illi-
que ſunt vocandi, in facto autem non fuerunt vocati,
ergo conceſſio eſt nulla.

Nec aduerſatur quod nonnulli particulares appel
lauerint ad ipſum Comitem, qui poſtea interpoſitas
appellationes cognouit, quia reſpondetur, quod illo-
10 rum factum nocere non debet Vniuerſitati, † l. pacta
priuatorum, C.de pactis, & non debet vni nocere, qđ
fit ab alio, l. non debet alteri, ff. de regulis iuris, &
11 aliud eſt vniuerſitas aliud ſinguli, † gloſ.& Doctores,
in l.ſicut, §.ſi quid, ff.quod cuiuſcũque vniuerſit. nom.
Roland.in conſil. 53.nume.6.vol.4.Gabriel.commun.
opinio.lib.6.titul. quod cuiuſque vniuerſit. nom. con-
cluſio.1.in princip. & ideo dicit Barto.in l.prima, §.ſi
quis hoc interdicto, ff.de itinere actuque priuat.quod
qui facit actum acquirit poſſeſſionẽ quoad illum tan-
tum, non quoad alios. Abb. & alij, in cap. cum olim,
de præſcriptio.quod enim omnes tangit debet ab om
nibus approbari, capit. quod omnes, de regulis iuris
in ſexto. Lucas de pen.dict.l.prima,num.8.vbi loqui-
tur de alicuius loci ſubiectione,& vult,quod vocentur
omnes, id quod præcipuè verum eſt, quando nego-
cium ad omnes pertinet vt ſingulos, quia ſingulorum
præiudicium, & incommodum concernit, vt diſtin-
guit Bartol. in d.l. ſicut, §.ſi quid, propterea ſuper
ea poſſeſſione, & obſeruãtia non põt fieri fundamẽtũ.

Similiter non mouet quod homines prædicti con-
ſenſerint infeudationi: quia reſpondetur, ad proban
dum conſenſum non ſufficere, quod ſinguli diuerſis
temporibus acquieuerint, vel actus aliquos fecerint,
12 niſi tota vniuerſitas congregata id faciat, †ſecundum
Bart. in l.omnes populi,in 3.q.2.princ.q.ff.de iuſtit.&
iure,& dicit Alber.in l.nulli,ff.quod cuiuſque vniuerſ.
nomi.quod Vniuerſitas non dicitur conſenſum præ-
ſtare qñ omnes de vniuerſitate conſenſerunt,ſed vnus
hodie, alter cras, quia ſimultaneus eſſe debet, Corne.
in conſi.130.in fine,vol.1.quin etiam Dec. in conſ.437.

nu. 2.& 3.dicit,quod non dicitur ſcire vniuerſitas, niſi
id ſciat quando eſt legitimè congregata. Roland. in
conſ.70.in fi.vol.1.Oſaſc.deciſ.Pedem.39.nu.3.ſuper
eiuſmodi ergo conſenſu nulla vis fieri poteſt.

Dum verò pro validitate infeodationis allegatur
conſuetudo Sereniſs.Principum, rñdetur conſuetudi-
13 nem non extendi de loco ad locum.† Oldr.conſi.237.
col.1.Alex.in conſi.6.vol.5.& pluribus alijs modis rñ-
det Crau.in cõſi.592.nu.85.& ſeq.vbi dicit inter alia,
qđ vbi terror interueniſſe potuit,non inducitur cõſue-
rudo,quia metus omnẽ excludit conſenſum,cum eñ à
ſubditis aliquid fit in fauorẽ dñi,ꝙ alias eſt indebitũ,
14 id præſumitur metu † conceſſum.Io.Andr.in cap.1.de
præſcript.in 6. & dicit Bald.in c.1.in ver.pactiones,de
pace Cõſtaut.quod indebita ſeruitia metu præſumun
15 tur extorta. † Rolan.latè in conſil.100.nu.122.& ſeq.
vol.4.præterea,neceſſe eſt probare,qđ inuitis ſubditis
conſueuerit Princeps alienare,& conſequenter cõſta-
re debet de ſubditorũ contradictione, aliàs præſume-
tur facta alienatio de eorum conſenſu,quæ ideo nõ ſuf
ficeret,nec prodeſſet ad iudicandam conſuetudinem,
16 † vti pulchrè probat Crau.in conſi.241.col.10.ver.ter
tio reſpõdeo. Ripa,d.conſi.179.nu.17.Menoch.d.cõſi.
264.nu.67.& ibi ponit quatuor alias reſponſiones,in-
ter quas vna eſt,quod probãdum eſt conſueuiſſe Prin-
cipem alienare, etiam cõtra pactum,& promiſſionem
non alienandi: quia circumſcripto pacto,facilius per-
mittitur Principi alienare,ſed accedente pacto,nõ ita
facile adhibetur conſenſus,vel patientia, & vt dictum
eſt, qui conſuetudinem allegat, probare debet quod
ea ſit in caſu admodum pari,& in eiſdem terminis.

Quidquid tñ præmiſſa inferre videantur, concludo
Perilluſtrem D.Comitem ius habere cognoſcẽdi cau-
ſas appellationum,& eſſe manutenendũ.& conſeruan
dum in poſſeſſione eas cognoſcendi in qua reperitur:
namque plures hactenus cauſas demãdauit Iuriſcon-
ſultis Aquenſibus & Caſalenſibus cognoſcendas, qui
eas terminarunt, in primis enim legitur in Inueſtitu-
ra cõceſſa Comiti Auguſtino eius patri, illum eſſe in-
ueſtitum cũ facultate cognoſcendi cauſas primarũ ap
pellationum. Rurſus Excellentiſs.D.Marchiouiſſa Pi
ſcariæ vti regens pro Sereniſſimis Ducibus,eas de no-
uo cõceſſit: quãuis enim appellatio,ſeu ius cognoſcen
17 di appellationes,ſit de reſeruatis Principi,† c.venien-
tes,de iureiur.Bal.in Auth.quas actiones,col.pen.ver.
ex his apparet,nu.14.in fi.C.de ſacroſ.eccleſ.Natta in
cõſi.580.in fi.& reſeruata non veniunt in generali con
ceſſione,c.cum in generali,de offic.vicar. in 6. imò ẽtſi
18 fiat mentio in ſpecie de Regalibus. † Luc.de Pen. in l.
contra publicã,col.5.de re milit. lib.12. Paris de Put.
in tract.Synd.in tit.de exceſſib.Baron.nu.8.Cuman.in
conſi.62.in fi.Afflict.in tit.quæ ſint regalia, in ver.bo-
na cõmittẽtium,nu.21.Alciat.in c.quod ſedem,nu.29.
de offic.ordin.Boſſ.in tit.de regal.nu.18.Rubc. in cõſi.
50.nu.6.Rolan.in conſ.1.nu.147.vol.2.Oſaſc.deciſ.Pe
dem.29.nu.5.& deciſ.101.nu.12.tñ qñ fuit de ipſis ap
pellationibus expreſsè dictum,tunc veniunt,quia poſ
19 ſunt in alium transferri. † Ang.in l.1.§.qui mandatã,
in fi.ff.de offic.eius.Iacob.in ſua Inueſtit.in ver.cũ me-
ro,nu.9.Brun.in conſ.102.nu.1.Didac.pract.q.c.4. nu.
6.in prima cõcl. Natta in conſ.580.in fi. Rol.cõſ.4.nu.
41.vol.3.Moder.Gall.in conſuet.Pariſ.tit.de feud.§.1.
gl.5.nu.50.Crau.in conſ.209.nu.9.& qđ ius iſtud poſ-
ſit trãsferri ponit Natta in conſ.98.nu.13. & ſeq. & in
conſil.367.in fine, vbi propriè loquitur,in Duce,aliàs
Marchione Montisferrati,& eſt regulare,quod ẽt Re-
galia reſeruata concedi poſſunt, qñ de eis expreſſa fit
20 mentio. † Bal.in l.2.nu.39.in fi. C.de ſeruitu. & aqua.
Felin.in c.quę in eccleſiarum,nu.25.verſ.poſſent tñ,de
conſtit.Pariſ.in conſ.2.nu.7.& in cõſ.12.nu.131.vol.2.
& cũ eis ſtant ẽt Ang.Caſtr.Rom.Iaſ.Balb.Rubc.Soci.
iun.& Crau. quos citat & ſequitur veriorẽ & crebrio-
rem dicens Menoch.in conſ.2.nu.69.& ſeq.quinetiam
Iaſ.in conſi.161.vol.2.tenuit quod conceſſa omnimo-
21 da iuriſdictione, veniat ẽt ius appellationis. † ſequi-
tur Pariſ.in conſ.8.nu.31.vol.1.ſed eos impugnat Cra-
uet.d.conſil.209.nu.9.vbi dicit, qđ non ſolum ius, ſed
ẽt contraria conſuetudo repugnat. Natta in conſ.580.
in fine.Didac.d.c.4.nu.6.in 1.concluſ.Rolan. qui con-
trariam latè defendit,in conſ.75.nu.18.volum.3.

Secundo Princeps bona, & loca poteſt donare,&
concedere dummodo id non faciat in maximã ſui ſta
22 tus † diminutionem. Oldr.in conſi.94. in fi. Bart.in l.
prohibere,§.planè,ff.quod vi,aut clam. Bald.in conſil.
159.col.2.vol.3.Roman.in conſi.116.in fi.Alexand. in
conſi.nu.5.vol.5.latè Crauet.in conſil.411.nu.20.vbi
probat,quod Princeps poteſt venire & ſeparare iuriſ-
dictiones, & hanc partem quod ſuſtineatur tranſlatio
quando non lædit grauiter ſtatum & dignitatẽ Prin-
cipis tenuerunt multi quos citat Rolan.in conſi.2.nu.
95.& ſeq.vol.1.Zaſ.in tract.feud.par.5.nu.15.Reſtaur.
in tract.de Imperat. q.104. nu.3. vbi poſt Bal.& alios
dicit,licere Imperatori Caſtrum vnum,Oppidum,vel
Ciuitatem ſingulariter alienare, Menoch. in conſil.2.
num.275.verſic.reſpondetur tertio,& latè hanc partẽ
defendit Rimin.in conſi.601. nu.14. & pluribus ſequ.
Marcobrun.ab Anguil.conſi.55.nume.71.& ſeq. quod
ſi id facere poteſt Princeps, multo magis poterit ap-
pellationes concedere, quia minus eſt eas in alium
transferre quam totum locum, ſeu opidum, argum.
l.non debet cui,ff.de regul.iur.l.in actionibus,§.1.ff.de
in litem iuran.cap.cui licet, de reg.iur.in 6.Doctores,
in d.l.non debet.

Tertio non poteſt probabiliter dubitari,quin Prin
ceps poſſit delegare vel cõmittere alicui cauſas quaſ-
cunque appellationis, vel iudicem conſtituere qui ap
pellationes omnes cognoſcat: nam quicunque iuriſ-
dictionem habet iure proprio,poteſt illam alij demã-
23 dare,† l.more maiorum,ff.de iuriſd.omn.iud. Docto-
res in l.1.ff.de offic.eius, & in omnibus fere ciuitatib.
extant iudices,qui appellationes cognoſcunt,at nihil
aliud eſt ea appellationum conceſſio, quam conſtitu-
24 tio iudicis ad cognoſcẽdum eiuſmodi cauſas. † Inno.
in c.ceterum,col.2.ver.item ordinem iudiciorum, de
iud. & ibi,Abb.nu.13.Bart.in l.ſi vni. ver.quinto quæ-
ro,ff.de re iudic. Afflict.in c.præterea, nu.19. & ſeq. de
prohib.feud.alien.per Feder.Brun.in conſil.31.nu.12.
in fi. Oſaſc.in deciſ.Pedem.101.nu.5.ſicuti igitur con-
queri non poſſet Vniuerſitas prædicta ſi Princeps con
ſtituiſſet Dominum Comitem prędictum iudicem ap-
pellationis,ita non exclamat iuſtè, eo quod ei conceſ-
ſerit ius dictarum appellationum, cum nihil ei depe-
reat, ſuaque nullo modo interſit, & ceſſante intereſſe
25 nemo audiatur. † Ang.in l.ſi patroni, §. qui fideicom-
miſſum,ff.ad Treb.Bart.in l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de
pact. Tiraq.de retract.conſang.§.1.gl.2.nu.52.& non
poſſit legem ponere Principi ſuo ſuperiori, c.cum in-
ferior,de maior.& obed. & cum ex prædictis fundata
ſit Domini Comitis intentio, ſupereſt vt reſoluantur
obiecta,quibus ſublatis,luce clarior Domini Comitis
iuſtitia apparebit.

Non itaque reſiſtit quod inuiti ſubditi non potue-
rint alienari in inferiorẽ: quia omiſſa opinione eorũ
qui tenuerunt poſſe Principem pro libito voluntatis
trãſferre in aliquos locum aliquẽ vel caſtrum, reſpon
deo, quod hoc fallit qñ Princeps conſueuit ſic facere:
quia tunc nihil eſt, quod ei obijci poſſit. probatur in
c.1.§.ex eadem,& ibi notat Bald.de leg.Corrad.Iaſ.in
conſi.

conſi.227.nu.18.vol.2.vbi dicit, quod hæc facultas in-
26 feudandi præſcribitur curſu annorū quadraginta.† & idem voluerunt Lancel.& Philip.Dec.in l.debitorum, C.de pact.Guid.Pap.q.560.col.4. verſ.præte rea de generali,Soc.in conſi.4.nu.20.vol.3.vbi cum Iaſ.in d.cōſ. 227.cōſuluit valere infeudationē oppidi Summæ ripæ Dominis Rotarijs factam à Duce Sabaudiæ, non obſtante priuilegio Vniuerſitati cōceſſo,ne locus ille poſſet in futurum alienari. & ibi dicunt in Pedemōtibus extare vetuſtiſſimā conſuetudinem ſic faciendi, quam ēt conſuetudinem affirmat Natta,in conſil.367. nu.6. eſſe generalē,& infert, locum Cerri potuiſſe ideo alienari in D.Frācīſcum de Capo. & ſubdit, ſufficere eam allegari abſque probatione,& eſt veriſſimum: quia in finitæ viſuntur infeudationes ab eiſdem Principibus, & anteceſſoribus olim factæ.Cęph.in conſ.155.nu.12. vbi de conſuetudine Principis Pedemontani.Roland. in conſi.1.nu.81.vol.1.Socin.iun.in cōſ.94.nu.29.vol.2. vbi allegat Abb.& Felin.ſubdens,qđ de conſuetudine ita ſeruatur,Alciat.d.l.debitorum,col.4.Ripa d.conſi. 379.nu.16.& 17.vbi mouetur rōne: quia cum feudorū iura ſint fundata ſuper cōſuetudine,tolli poſſunt contraria conſuetudine.Caſſ.in conſuet.Burgund.ritu.de feud.Rubr.3.§.5.nu.63.vbi quod alienatio fitēt ſubdi-
27 tis inuitis,† qñ extat conſuetudo, vt in Gallia. & inqt hodie hæc carere dubio. & cum hac opinione tranſit Rimin.in conſi.601.nu.35.& ſeq.vbi allegat ēt Abb.& addit quod hæc cōſuetudo eſt generalis & notoria,nō egens probatione,ſed ſola allegatione. & quod intelligi debet ſubditis reclamantibus. impugnatq. Menoch.qui in d.conſi.264.contrarium tenuit. idē probanit Marcobr.in conſ.55. nu.76. vbi atteſtatur de hmōi conſuetudine. Iaſ.in §.item Seruiana,nu.112. Inſtitut. de actio.in facto aūt notiſſimum eſt, conſuetudinē vigere, eamque teſtantur tot loca infeudata quæ longè excedūt numerum locorū quę immediatè ipſi ſubſunt Principi, ideo factum hoc notorium non poteſt nunc in controuerſiam reuocari.

Secundo principaliter rñdetur: quod homines prædicti non modo non contradixerunt, ſed ēt acquieuerunt expreſsè adeundo prætorē ſucceſſiuis temporib. deputatum à Comite Auguſtino, & ab ipſo Comite Marco Antonio in oībus eorum cauſis, & admittendo illum in ſuo conſilio & congregationibus & eū appellando prætorem loci in ordinamentis Conſilijs, literas ſuæ deputationis recipiēdo, & ſe illis obedire paratos offerendo, & infinitos alios actus faciendo, de quibus extāt ſcripturæ & acta publica, quæ ſingula nō eſt opere pretium recenſere, vbi aūt ſubditi nō cōtradicunt,ſuſtinetur alienatio, & ſubditi conſentiēdo ſi-
28 bi præiudicant,vt † latè probat Iaſ.in conſ.227.num. 31.vol.2.vbi probat ex glo. in c.1. in verſ.permiſſu, de prohib. feudi alien. per Lothar. quæ vult, qđ vaſſallus vendere poſſit feudum qñ dñs ſciens tacuit. & cōſiderat,qđ in ſuo caſu vltra taciturnitatem interuenerunt plures actus poſitiui. & loquitur etiam qñ adcrat pactum de nō alienando.Barbat.in conſi.11.col.3.vol.2. Soc.in conſ.4.nu.21. vol.3. vbi etiā ſi actus fecerint cū aliqua proteſtatione, ſi poſtea tacuerunt, & in dictis locis prædicti duo reſoluunt difficultatem, quæ obijciebatur de metu.Socin.iun.in conſil.94. nu.30. vol.2. Natta in conſi.589.nu.6.vbi etiam rñdet ad obiectionem metus. Alciat.in conſil.167.nu.1. licet in ſuo caſu dicat eſſe locum reſtitutioni in integrū, Pariſ.in conſ. 22.nu.87.& in conſ.23.nu.102.vol.1.vbi ait,quod con ſentiens non pōt exinde contradicere.& pro hac parte faciunt illi omnes qui dicunt ſubditos alienari non poſſe:nā videntur admittere,qđ ſuſtineatur alienatio interueniente eorum conſenſu.Marcobr. in conſil.55.

nu.107.& ſeq.vbi ideo reprehendit Caſtr.qui dicebat homines qui poſtea reperiuntur in loco poſſe contradicere, non obſtante conſenſu ab anteceſſoribus præſtito;& ponderat hominum patientiam per annos viginti quinque, cum tamen in caſu noſtro interceſſerit lapſus quadraginta annorum.

Tertio reſpondetur,qđ conceſſio facta fuit ob merita D.Comitis Auguſtini patris,& Marci Antonij filij, & ob egregia beneficia recepta ab eis, propterea non
29 pōt impugnari ab hominibus,† vt voluit Barb.d.conſil.11.col.3. in 2.vol. Iaſ. qui multis comprobat, in d. conſi.227.in 8.fund.nu.35.& ſeq.Soc.d.conſil.4.nu.10. & ſeq.Felin.in c.dilecti,de maiorit.& obed. Curt.iun. de feudis,in 6.par.princ.q.2.in prin.vbi ponit cauſam neceſſitatis,quę parificatur remunerationi.& pro hac concluſione Menoch.in d.cōſ.264.nu.69. allegat Dec. Ruin.& Tiraqu. & clarè probat Abb.in conſil.3. q.26. vol.2. vbi loquitur non ſolū qñ oppidum infeudatur, ſed etiam qñ penitus in alium transfertur. idem ſecutus eſt Natta d.conſil.367.nu.14. vbi probat qđ ſicuti id fieri poteſt cauſa neceſſitatis,ita & cauſa remunerationis,quia hæc non iudicantur ad imparia,& ſubdit, qđ eſt in poteſtate Principis eligere an velit dare de ſuo proprio vel de locis quæ habet. & pro hac parte latē diſputat Rimin.in conſi.601.nu.48.& ſeq. vbi num. 51.allegat Roma.Dec.Ruin.Gozad.Gram.& Tiraqu. & nu.57.rñdet ad obiectum. Menoch. qui in conſ.264. nu.72.poſt Iſern.Seiſell.& Neuiz. dicebat id eſſe intelligendum,qñ Princeps non poteſt aliter remunerare. Reſtaur.in d.tract.q.104.nu.9. Marcobrun. d.conſ.55. nu.80.& multis ſeqq.in facto autem apparet hāc conceſſionem factam fuiſſe ob benemerita, & id atteſtantur Sereniſſimi Principes,quibus eſt credendum,qñ in
30 ijs principaliter ſuam fundant conceſſionem,† vt latē probat Iaſ.d.conſil.227.nu.38.vbi nu.39. dicit id multo planius ꝓcedere in Principe,qui iure proprio exercet iuriſdictionem,ſicuti de iudice dixit Bald.in Rub. de offic.deleg.col.penult.& idem voluit Socin.d.conſ. 4.nu.11.& latè probat Natta d.conſil.367.nu.16. vbi ſuſtinet multis authoritatibus concluſionem illam, quod aſſertioni eius creditur qui authoritatem habet
31 de publico.† Rimin.d.conſ.601.num.52. vbi ſuſtinet hanc reſponſionem aduerſus Menoch. quia quidquid ſit in iudice,hoc videtur abſolutum in Principe,cuius authoritas longè antecedit iudicem.Marcobr.d.conſil.55.nu.96.quare non eſt curandum de Neuizan.qui contrarium tenuit,ex quo tot alij hanc probarunt ſententiam. & quod verba Principis probent,tenuit etiā Cephal.in conſi.397.nu.60.vbi allegat Iaſ.loco præcitato;tollitur etiam multis modis hæc oppoſitio,vt infra dicam in reſolutione ſequentis argumenti.

Non repugnat pactum de non alienando, quia ab eo receſſit Vniuerſitas quando conſenſit alienationi, & conſequenter videtur remiſiſſe ius ſuum, l.ſi ſeruus
32 † communis,ff.de donat.inter vir.& vxor. l.fundum, per fideicommiſſum,ff.de lega.1.Corne.in conſil.203. volum.3.Tiraq.de retract.conſanguin.§.1.glo.9.num. 137.Crauet.conſil.24.num.9.Bec. in conſil.57.nu.16. & ſicuti obligatio conſenſu contrahitur,ita contrario conſenſu diſſoluitur,argum.l.nihil tam naturale,ff.de regul.iur.facit text.in l.ab emptione, ff.de pact.& ſibi imputare debet ſi tacuit cum poſſet contradicere, argum.c.damnum,de reg.iur.in 6.

Secūdo reſpondeo quod Princeps infeudando non contrauenit promiſſioni de non alienando vel transferendo homines in alium: quia infendatio quę fit retēto directo dominio, & ſuperioritate, non dr propriè
33 alienatio,† vt dicit Oldr.in conſil.159. in fi.& expreſſius Cald.in conſi.3.cir.fi.tit.de his quæ fiunt à prælat.

ſine conſen. Capituli, vbi quod retentio domioij ope-
ratur ne ſit vera alienat. hanc partem teouit Alex. io
conſi. 2. col. 5. vol. 5. & ſuſtinet Crauet. in conſi. 411. nu.
23. vbi addit Hoſt. Bal. & alios, pro ea quoq; Menoch.
in d. conſi. 264. nu. 59. allegat Bal. Iaſ. Afflict. & Ceph.
& hoc voluit Afflict. in c. 1. §. præterea ducatus, ou. 46.
de prohib. feudi alienat. per Feder. Feli. in c. quæ in ec-
cleſiarum, num. 44. de conſtitut. Abb. in conſil. 3. q. 26.
vol. 2. Gomeſ. in §. item Seruiana, io 5. limit. Inſtit. de
actio. Marcobr. d. conſi. 55. nu. 49. vbi dicit, quod pro-
hibita alienatione, non eſt prohibita infeudatio. alle-
gat multos, rurſus, nu. 73. & ou. 132. & ſeq. quæ opinio
in dubio verior videtur, quamuis contrarium teoue-
riot Curt. iun. & Neuiza. citati à Menoch. d. conſ. 264.
nu. 60. Dec. in d. c. quæ in eccleſiarum, col. penult. in 2.
limitatio. quorum opinio poſſet verificari, quando
Princeps ſeipſum penitus expropriando rem alij coo
cederet. Rimnal. d. conſil. 601. num. 12. & ſequent.

Tertio dico, quod vbi ẽt ea promiſſio impediret do
minij tranſlationem, non tñ per hoc vniuerſitati com-
peteret aliqua actio contra D. Com. ſed ea dirigeoda
34 eſſet contra Principem ad intereſſe, † vt bene probat
Soc. d. conſi. 4. nu. 2. verſ. necẽt video, vbi dicit, quoad
Principẽ eiusque præiudiciũ ſuſtineri conceſſionẽ, ſed
teneri eum ad intereſſe, erga eũ cui promiſit, non autẽ
poſſe Vniuerſitatẽ agere, vel actione perſonali, vel rei
vendicatione, vel hypothecaria, vel Publiciana, vt per
eum, qui bene probat, atq; eius omnia dicta reaſſumit
Natta io conſi. 589. nu. 1. vſq; ad Marcobr. d. conſi. 55.
nu. 150. vbi tñ non meminit de Natta, cũ enim D. Co-
mes dictæ Vniuerſitati nihil promiſerit nõ poteſt per-
ſonali actione ab ea conueniri, ſed nec reali, quia nul-
lum habet rei dominium, agat igitur ad intereſſe con
tra Principem qui cum eſſet obligatus ad factu, ideſt
ad non alienandum, non adimpleuit promiſſionem.

Quarto reſponderi poteſt, quod in facto Princeps
concedendo poteſtariã cum mero & mixto imperio,
ptãte gladij, & omnimoda iuriſdictiooe, non dr̃ con-
traueniſſe pacto de non alienãdo homines dicti loci,
allego Bal. in c. in generali, nu. 4. ſi de feud. ſuer. cõtro.
inter dom. & agn. vbi ait, conceſſo caſtro, nõ venire ho
mines, quia homo eſt quid nobilius, l. iuſtiſſimè, ff. de
ædilit. edicto, & dicit ecõtra venditis hominibus nou
35 venire caſtrum, † & dicit ibi Aluar. qđ vaſſalli non in-
cluduntur in venditione Caſtri, niſi expreſſe dicatur,
Iac. in ſua Inueſtit. in ver. de caſtro, nu. 9. Capic. in ſua
Inueſt. in ver. feudorum acceſſoria, ver. vaſſalli, an ve-
niant. & in ver. feudorũ clauſulæ, ver. cum hominibus,
aliud enim eſt cõcedere alicui ptãriam. aliud vero cõ-
dere homines, hominũ namq; conceſſio plurimũ iuris
36 tribuit, † vt per Iacob. io tract. de homag. & in tracta.
de roidis, cum tñ ſola iuriſdictionis conceſſio non tm̃
hodie operetur, & ideo Bar. in l. ſi is qui, §. fi. ff. de pign.
dicebat iura q̃ conſiſtunt in perſonis, ſeu hominib. nõ
37 poſſe alienari, aut obligari: † quia nõ cogitur quis eſſe
homo, vel libertus alterius: ſed iura q̃ in rebus conſi-
ſtunt poſſe obligari & vẽdi, idem voluit Aog. in §. item
Seruiana, vbi ẽt Iaſ. nu. 104. & 109. Inſtit. de act. Simili-
ter, concedendo poteſtariam, non cenſetur conceſſiſſe
locũ ipſum, ſed ius reddendi facultatem, conſtituẽdo
eum iudicem loci. & non dicatur, qđ ex quo poteſt in
homines delinquentes animaduertere, & eos coerce-
re, dicatur dñs, l. pupillus, §. territorium, vbi Alciat. ff.
de verb. ſign. & quod habẽs iuriſdictionẽ in homines,
38 dicatur dñs hominum, † vt latè allegãdo Luc. de Pen.
Capic. & Boer. & Iac. probat Marin. Freccia de ſub-
feudis, lib. 2. in 2. auth. nu. 20. vbi inſert quod ſi in eo-
dem loco vnus habet ciuilem, alter criminalem iuriſ-
dictionem, is reputatur dignior qui habet crimioalẽ:
nam tale dominium non eſt abſolutum & ſimplex, ſed
ſecuodum quid, & in caſu delicti tantum, in reliquis
autem noo dicitur dominus hominum, nec poteſt di-
cere quod ſui ſint homines, & non curo loogior in hoc
eſſe, quoniam in hac patria ooruot omnes & præcipuè
Excellen. Dom. Senatores, longam eſſe differentiam
inter eos qui ratione ſolius iuriſdictionis ſubſunt, &
eos qui ſubſunt Dominis ratione homag. j & fidelita-
tis, id quod etiam in Pedemontibus planiſſimum eſt.

Quinto nunc non agimus, an poteſtaria potuerit
transferri in D. Comitem, ſed an valeat conceſſio ap-
pellationũ quæ neq; loci, neq; hominũ contioet alie-
nationẽ, & ad eas verba promiſſionis & pacti nõ poſ-
ſunt referri, vel accõmodari, & io dubio verba sũt tor-
39 quenda cõtra Cõitatem, quæ ſuper eis ſe fundat, † arg.
l. veterib. ff. de pact. vt in propoſito dicit Marcobr. d.
cõſ. 55. nu. 157. vbi examinat verba promiſſionis ad co
gnoſcẽdum, ao cõceſſio dicatur pacto cõtraria: & non
40 eſt dubiũ, quio cõuctionis verba ſint attẽdenda. † Bal.
in conſ. 180. in fi. vol. 2. & in l. lecta, col. 2. ff. ſi cert. pet.
cum multis ſimilibus apud Tiraq. in l. ſi vnquã, in ver.
libertis, num. 6. & ſeq. & in ſpecie qđ tranſlatio valeat
eiuſmodi appellationum non obſtante pacto, probat
Vincent. Frãch. in Neapol. deciſ. 17. nu. 6. & ſeq. vbi di-
cit, pactum ẽt expreſſum non impedire tranſlationem
dominij, allegat Crot. & Caſſ. quia in dubio Princeps
vr̃ contrahere tanquam priuatus, & vti iure priuati.

Nec turbat, qđ homines nõ fuerint citati qñ appel
lationes fuerunt conceſſæ: quia rñdeo, conſtare ex præ
dictis, qđ Princeps põt inuitis hominibus ſimilẽ face-
re conceſſionẽ, quo ſtante, non requiritur citatio, quan
doquidẽ quæ inuito aliquo fieri poſſunt, ea poſſunt ẽt
41 expediri eo nõ citato, † l. qui põt inuitis, ff. de reg. iur.
& in ſpecie de citatione ponit Oldr. in conſil 95. in fi.
quẽ ſequuntur Caſtr. Rom. & Alex. citati à Dec. in d. l.
qui põt, num. 2. & facit quia non eſt neceſſaria citatio,
qñ certum eſt qđ nulla competit defenſio, & qđ citan-
dus non poſſet actum impedire. Barto. in l. 3. §. ſi cauſa
cognita, col. fi. ff. de bon. poſſ. & idem tenuerunt Ioan.
Andr. Rot. Bal. Butr. Abb. Caſtr. & infiniti alij citati à
Gabr. comm. opin. lib. 1. tit. de citat. concluſ. 1. nu. 348.
Pariſ. conſi. 101. nu. 123. vol. 1. Cagn. d. l. qui poteſt. Ti-
raq. in tract. res ioter alios acta, in 2. limit. in prin. Nat
ta in conſi. 173. nu. 10. Menoch. in tract. de arbitr. iud.
q. 17. nu. 15. Cum igitur poſſet Princeps ẽt contradi-
cente Vniuerſitate concedere appellationes, non fuit
neceſſaria citatio. Et quãuis Luc. de Pen. videatur con
trarium tenere in loco allegato, tñ loquitur, quando
totus & integer locus cum territorio alienatur, & om
ni caſu contrarium probant omnes illi qui dicũt Prin
cipem poſſe inuitos ſubditos in alium transferre.

Reſpoodeo ſecundo, quod hæc conceſſio continet
nudum & merum priuilegium, dependens ab abſolu-
ta Principis voluntate. quocirca, ſi etiã in aliquo no-
ceret hominibus, quod tamen non admittitur, adhuc
potuiſſet ſine eorum citatione concedi. ita Bal. in l. nã
ita Diuus, col. 1. ff. de adoption. & in l. fi. C. quib. res iu-
dic. non noc. Abb. in c. cum olim, col. 16. de re iudic. vbi
quod Princeps nemini iniuriam facit, quia ſuo vtitur
42 iure. † Dec. in cooſi. 390. col. fi. Tiraq. d. l. limitatio. 2.
Gabriel. qui contigerit infinitos, d. tit. de citatio. con-
cluſ. 1. nu. 436. Bellon. in conſi. 28. nu. 15. Natta in con-
ſil. 636. nu. 153. Rolan. in conſi. 3. nu. 149. volum. 1.

Reſponderi etiam poteſt, quod nullum verſatur ip
ſorum hominũ intereſſe, quod appellationes fuerint
cõceſſæ D. Comiti: quia ſiue vnus, ſiue alius cognoſcat,
ſemper idẽ eſt: quinimò, maiore cum impẽſa homines
prædicti coguntur litigare in cauſis appellationũ co-
rã Senatu degente in ciuitate Caſalis, ob maximã loci
diſtan-

diſtantiam milliarium, ſcilicet quadraginta & vltra, q̃
cotam iudicibus deputãdis à D.Comite, qui vt pluri-
mum eliguntur in Ciuitate Aquenſi vix diſtãte quin-
decim milliaria. & ceſſante intereſſe, nõ eſt neceſſaria
43 citatio.† Innoc. in c.fi.de maior. & obed. Bald.in l.ab
eo,in fi. C.quomod.& quãd.iud. Caſtr.conſ.256.vol.1.
Alex.in conſil.86.vol.2. Marſil.in ſing.30. Et demum,
quia multi appellarunt ad ipſum D.Comitem & paſſi
ſunt eũ cognoſcere de prædictis cauſis, videntur cõſen
ſiſſe & conſequenter nunc nõ poſſunt cõtradicere, iux-
ta ea quæ ſupra diximus de alienatione ſubditorum.

Quod vero ſupra allegatum eſt, cognitiones prædi-
ctas nocere ſolum illis qui acquieuerunt & conſenſe-
runt cognoſci, non ẽt alijs, non ſubſiſtit: quia imò cum
D. Comes habeat generalem titulum & facultatẽ co-
gnoſcendi quoad omnes, ex quo vſus eſt ea ptãte con-
tra aliquos, acquiſiuit ſibi poſſeſſionem, ſeu quaſi, co-
gnoſcendi contra oẽs: quia iſta iuriſdictio reſpectu ap
pellationum eſt eiuſdẽ ſpeciei, Bart.in l.1.§.ſi quis hoc
interdicto, ff. de itin. actuque priua. vbi qui habet Iu-
riſdictionem quoad oẽs, vtendo quoad aliquos, cõſti-
44 tuitur in poſſeſſione quoad oẽs,† ſequitur Abb.in c.cũ
olim, nu.6.de præſcript. ponit exẽplum in eo qui fundi
partem ingreditur, quamuis enim totum fundum nõ
circumambulet, totius tñ fundi poſſeſſionem appre-
hendit, l. 3.ff.de acquir.poſſ. Butr. in c.fi. col. 3. de cauſ.
poſſ.& propriet.& fuit opinio Cini, in l.1.in fine, C.de
emancip.libe.vbi dicit, quod exercens iuriſdictionem
circa aliquem actum, acquirit poſſeſſionem quoad oẽs
45 alios qui ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis.† ſequi-
tur Salic.ibi, in fi.Bald. in l.imperium, vbi Caſtr. nu.4.
& 6. vbi loquitur tam reſpectu actuum quam perſona
rum: nã diuerſitas eorum non impedit ſi non fit tran-
ſitus ad aliam ſpeciem. idem ibi probauit Socin. alle-
gãs pro eadem opinione. Petr.Cin.Butr.Vinc. Bohic.
& alios, ſubditque, ſic dẽbere intelligi dictum Bart. in
loco præallegato, Alex.in d.l.3. in princip.nu.22.ff.de
acq. poſſ. vbi pariter hoc modo Bartoli dictum decla-
rat: & loquitur expreſsè in poſſeſſione iuriſdictionis;
& cum eo tranſit Iaſ.nu.35.Alex.in conſil.68.num.20.
vol. 2. vbi dicit, quod acquiritur poſſeſſio quoad oẽs
actus qui ſunt ſub eadem ſpecie: & hac ratione non dr̃
extenſio. Socin.in conſ.111.nu.3.vol.1.vbi citat Bald.
Butr.& Eleaz.Felin. in c.auditis, col.9. in 3. declarat.
verſ.ceterũ, de præſcript.& in c.cum ex iniuncto, col.2.
verſic.ſed hanc totam, de hæret. Aufrer. ad Capel.To-
loſ.deciſ.323.Balb.in tract.præſcript.in 2.q.2.q.princ.
num.22.& quamuis Innoc.in c.dilectus, de capel.mo-
nach. videatur velle quod fiat præiudicium, & acqui-
ratur poſſeſſio ſolum contra eum, contra quẽ fuit co-
gnitum, tñ cõis opinio eſt in contrarium, vt patet ex
prædictis: imò ſi bene videatur ipſe, probat hanc par-
tem, & clarè quoad perſonas, ponit Cin.in d.l.1.nu.2.
quia ſat eſt quod qñ fuit appellatum ipſe cognouerit,
etſi aliç cauſæ contigiſſent eas quoq; cognouiſſet; ſub-
ditque quod in dubio prçſumatur quis eo iure vti ani
mo acquirendi quoad oẽs. ſequitur ibi Salic. nu.6.vbi
ſi quis per cõſuetudinem acquiſiuit ius cõtra aliquas
perſonas iudicandi, poterit ẽt iudicare contra alias
quæ ſint comprehẽſæ ſub eadem ſpecie iuriſdictionis.
expreſſius id probauit Oldrad.in conſ.254.col.2.verſ.
quinto opponitur, dicens, quod iuriſdictio eſt vnum
totum, & eius poſſeſſio acquiritur faciendo aliquos
actus in perſonas aliquas animo acquirendi vniuer-
ſaliter iuriſdictionem, quamuis ſinguli actus iuriſdi-
ctionis non exerceantur cõtra ſingulos, & dicit Abb.
in c.cum in tua, num.3. de decim. ꝙ exercens aliquem
actum iuriſdictionis animo acquirendi iuriſdictionẽ
quoad omnes, acquirit vniuerſaliter poſſeſſionem iu-

46 riſdictionis.† Anchar.in c.ſine poſſeſſione, in 4.princ.
quæſt.de reg.iur.in 6. vbi dicit, ſe nõ capere diſtinctio-
nem Innoc.in d.c.dilectus, Felin.in d.c.dilectus, col.9.
in fi.tertiæ declaratio. hoc etiam voluit Bar.in l.ſi quis
diuturno, ff. ſi ſeru. vendic. vbi ait, quod ſi quis delin-
quentes punierit, poterit in eodem territorio alios
punire, licet quoad eos, vſus non fuerit iuriſdictione.
ſequitur Angel.ibi, & Florian. in princ. vbi dicunt, qđ
qui animaduertit in incolas, poterit etiam punire fo-
renſes: quia in incorporalibus vt eſt iuriſdictio, poſ-
ſeſſio cõſiſtit in aptitudine, ſicut in actu, Balb.in d.tra-
cta.præſcrip.2.q.ſecundæ quæſt.princ.nu.28. Natta in
conſ.98.nu.26.& conſi.283.nu.2. ſic ergo in propoſito,
D.Comes qui appellationes cognouit interpoſitas ab
aliquibus, adeptus eſt poſſeſſionem, ſeu quaſi, cogno-
ſcendi aliorum appellationes, quia ſunt ſub eadem
ſpecie, aliàs non acquireretur poſſeſſio niſi omnes ap-
pellarent, quod eſſet abſurdum.

Reſpondetur etiam, quod hic non agitur de acqui-
rendo ius cognoſcendi appellationes: nam acquiſitũ
illud fuit ex priuilegio & cõceſſione Ducali, ſed agitur
de retinendo ius iam quæſitum, & facilius quid retine
tur q̃ de nouo in eſſe producatur, l. per retentionem,
C.de vſur. l.Paulus, ff.de doli exceptio. Iaſ.in l.natura-
liter, §.nihil cõe, col.12. vet ſic. ſed tu aduerte, ff.de acq.
poſſ. Dec.in conſi.298.col.4.Ruin.conſi.66.nu.17.vol.1.
Crau.in conſi.148.nu.2.Rol.cõſi.17.nu.8.vol.4.& ideo
vbi ius vnum reſpicit plura, vtendo in vno, cõſeruatur
in omnibus, l. is qui vſumfructũ, ff. de vſufruct. l.vt pri-
mum, in fine, ff.de ſeruit. & dicit Bart. in l.arboribus,
§.de illo, ff. de vſufr. quod per actum ſingularem reti-
47 netur quaſi poſſeſſio totius iuris in vniuerſo, † & lo-
quitur in iuriſdictione. & idem Bart. in l.ſi vnus, ff.de
ſeruit.ruſtic.prædio. quod ſi habens iuriſdictionem co
gnouit per accuſationem contra delinquẽtes, dicitur
ſibi conſeruare ius cognoſcendi ẽt per inquiſitionem,
licet nunquam eo modo cognouerit: quia vna eſt lex
qua puniuntur maleficia, q̃uis id fiat multis modis, &
ibi idem dicit Florian. & prius hoc ipſum voluit In-
noc.in d.c.dilectus, col.2.in gl.in ver.poſſeſſorium, de
capel.monach. Bald. in d.l.is qui vſumfructum, Ang.
in l.vna eſt via, ff.de ſeruit.ruſtic.præd. Rom. in conſil.
291.nu.9. circa fin.vbi dicit, quod ſi agitur de iuriſdi-
ctione vniuerſaliter quæſita conſeruanda, ſufficit vnũ
actum fuiſſe exercitum, vt ipſa vniuerſaliter cõſerue-
tur, licet in acquirenda vnus actus non ſufficiat: nullũ
tñ allegat Doctorem, ſed ſolum textum Caſtr. in conſ.
179.nu.4.in fi.vol.1.vbi concludit, quod frater primo-
genitus qui aliquem actum exercuit, conſeruauit ſibi
poſſeſſionem vniuerſalis iuriſdictionis, quoad om-
nes, quamuis permiſerit ſecundogenitum in reliquis.
48 exercere iuriſdictionem.† allegat Specu.Cin.& Bart.
Corn.in conſi.268.col.2.verſic.quinto qui, vol.4.Balb.
d.quæſt.2.nu.26.& hac ratione Crau.in conſi.27.nu.2.
ſuſtinet, quòd vaſallus de fidelitate hominum inue-
ſtitus conſeruat ſibi contra omnes illud ius, ſi ab ali-
49 quibus exegit fidelitatis iuramentum. ſequitur † Ri-
min.in conſi.6.nu.70. Sic itaque D.Comes qui ex pri-
uilegio cognoſcere poteſt omnium ſubditorum appel
lationes, cõſeruauit ſibi ius illud cõtra omnes, quam-
uis etiam non omnium appellationes cognouiſſet, ſed
aliquorum tantum, quod tamen in facto noſtro eſt
clarius: quia cognouit quotquot interpoſitæ fuerunt
appellationes, & alias cognouiſſet ſi aliæ interpoſitæ
fuiſſent. & nemo amittit ius ſuum per non vſum, quan
50 do non euenit occaſio vtendi.† Bartol. in l.in filijs, C.
de decurion.lib.10.vbi dominus qui longiſſimo tem-
pore nõ exegit ſeruitium ſibi debitum à Ciuitate bel-
li tempore, non perdit ius ſuum ſi numquam contigit

bellum,ſed eo eueniente,poteſt illud petere. Io.Andr.
ad Specul. in Rubr.de feudis, Abb.in c.ad audiētiam,
col.fi.& ibi etiam Imo.de præſcrip.Felin. in c.cum ac-
ceſſiſſent,col.9.& 19.de conſtitut.Iaſ.in l.fi.colum.an-
tepen.ff.de conſtit.princip.vbi latè tractat articulum,
quando per non vſum non amittatur priuilegiū, Bal.
51 † in d.tractu præſcrip.in 4.par.princip.q.6.& in 4.par.
quintæ pat.princip.q.4.

Ex prædictis autem colligitur reſolutio omniū quę in contrarium fuerunt allegata, adeo, vt neceſſe non ſit ſingula percutrere.

SVMMARIVM.

1 *Iniquitas euidens æquipollet nullitati.*
2 *Sententia dititur notoriè iniuſta quando eius iniquitas deprebeaditur ex actis.*
3 *Iniuſtitia notoria vt inficiat ſententiam, & impediat executionem, debet error deprebendi in ſententia expreſſus.*
4 *Seatentia dicitur notoriè ininſta, quando non eſt conformis libello.*
5 *Sententia lata contra notorium ius partis, dicitur notoriè iniuſta, licet error non ſit expreſſus in ſententia.*
6 *Notorium babet vim expreſſionis, & idem operatur quod ipſa expreſſio.*
7 *Iudex creditur motus ad iudicaudum, ex ijs quæ continentur in actis, uan ex alijs ab extra intellectis.*
8 *Notorium illud dicitur, quod prima facie & inſpecto iure eſt tale, licet aliqnid opponi poßit.*
9 *Dotans extraneus cenſetur douare.*
10 *Appellatione probibita per ſtatutum in cauſis poſſeßorijs, non poterit appellari in caſibus in quibus de iure communi conceditur appellatio.*
11 *Dotans non cenſetur donare, quando adminiſtrabat bona mulieris dotatæ, ſecus ſi gerebat negotia eius qui tenetur dotare: quia tunc præſumitur donaſſe.*
12 *Debitor ſoluens creditori ſui creditoris, liberatur vbi per eam ſolutionem creditor pro quo ſoluitur remanet liberatus alids ſecur.*
13 *Ratia reſtringit & ampliat dictum.*
14 *Cōceſſū ex cauſa, catenus durat, quatenus cauſa ipſa ſubeſt.*
15 *Donatio ob merita nibil babet ſpecialitatis in eo in quo donatio excedit merita.*
16 *Mater quæ aluit filium, non repetit à patre, niſi quantum pater erat erogaturus in alimenta filij, non vltra.*
17 *Meliorans repetit non quantum impendit, ſed quantum res reperitur meliorata.*
18 *Probare quilibet tenetur fundamentum ſuæ intentionis.*
19 *Actionis cauſa ceſſante, ceſſat quoque actia.*
20 *Vtilē fuiſſe actū probare debet qui ſuper vtilitate ſe fundat.*
21 *Reo ſufficit intentionem actoris offuſcare.*
22 *Sententia certa ferri non debet in re dubia.*
23 *Incertituda vitiat ſententiam.*
24 *Sententia incerta etiam quando de iure ferri poteſt, non eſt exequenda.*

CONSILIVM CCCXXIIII.

IN fauorem Dominorū Valeriæ & Floriani, & ad impediendum executionē ſententiarum quæ contra eos fuerunt prolatæ ſcriptū eſt plenè à me & Mag. Domino cauſæ patrono, nec mea opera foret vlterius neceſſaria, niſi ita placeret magis vt arbitror ad comprobationem quā ad defenſionem. Ea igitur exceptio euidentis nullitatis, & notoriæ iniuſtitię, impedit ſententiarum executionem, ēr quæ eſſent conformes, vti allegatum eſt, & admitti quoque video in motiuis, illud item certiſſimū
eſt, iniquitatem euidentem æquipollere nullitati, cap.
1 † inter ceteras, de re iud. Franch. in c. dilecto, q. 55. de
appell. dixi cōſi. 61. nu. 24. & 52. vbi probaui, quod vix
dari poteſt iniuſta ſnīa, quæ etiā non ſit nulla: ibi quo-
que probaui, ſnīam dici notoriè iniuſtam, qn̄ eius ini-
2 quitas deprehēditur ex actis. † Maſc. cōcl. 1114. nu. 5.
verſ. & illud, Aſin. in ſua praxi, §. 31. c. 2. limit. 6. num. 1.
vbi infinitos congerit Burſat. conſi. 305. num. 1. Sola in
Conſtit. Pedem. in tit. de ſent. executio. gl. fin. nu. 9. vbi
ſubdit quod ex actis oſtenditur iniquitas. Rota deciſ.
361. nu. 4. & ſeq. in 1. par. inter nouiſſimè impreſſas, &
deciſ. 644. nu. 1. vbi ꝙ ſæpiſſimè deciſum fuit. & deciſ.
427. in fi. in 3. par. vbi ꝙ ſententia notoriè iniuſta non
pōt tranſire in iudicatum. Crauet. conſ. 373. nu. 41. vbi
tenet & ipſe, quod ſufficiat iniquitatem ex actis reſul-
tare & q̄uis multi negent ſufficere iniuſtitiam quæ re-
ſultet ex actis probatorijs, tn̄ eorum opinio falſa eſt;
quia multi dicunt ſufficere eā quæ ex actis deprehen-
ditur, nulla diſtinctione facta inter acta probatoria &
alia: vt per Innoc. Butr. Bald. Anch. Roman. Franch.
& alios citatos à Vant. in tit. de nullit. & defectu pro-
ceſſ. nu. 127. qui ex quo generaliter loquuntur, debent
generaliter intelligi, l. de precio, ff. de Publician. quod
confirmatur: quia multi ponunt exemplū, qn̄ iniqui-
tas reſultat ex inſtrumento in actis producto, vt ferè
oēs ſupra citati, & non video quid interſit inter inſtru
menta & alias probationes: nam & inſtrumenta ipſa
ſunt probationes, ſicuti & confeſſio de qua multi atte
ſtantur: quod ex ea probatur euidens & notoria iniu-
ſtitia, ideo mihi ſemper placuit opinio Felini in c. in-
ter ceteras, col. pen. de re iud. vbi reprobata opinione
Franchi, dicit, non minus vitiari ſnīam propter iniu-
ſtitiam notoriā ex actis reſultantem probatorijs, quā
eam quæ reſultat ex alijs. & hanc opinionē poſt Cum.
& alios tenet Gabr. conſi. 28. nu. 5. vol. 2. vbi ait, ꝙ ſæ-
pius ita reſoluit Rota, reuocando etiam tres ſentētias
conformes cum executione ſecuta, & id verè conue-
nit ſupremis magiſtratibus, & qui facti veritatem nō
ordinem iudiciorum attendunt: & ita tenuit Rota in
deciſio. 77. lib. 2. par. 3. & deciſ. 1. lib. 3. ead. parte vl-
timo loco impreſſis.

Duo tamen opponuntur: Primum eſt, quod vt iniu-
ſtitia notoria inficiat ſententiam, & impediat execu
tionem, debet deprehendi error in ſentētia *expreſſus*,
3 † ſecundum Alex. in l. præſes, nu. 2. ff. de re *iudic.* Bald.
Dom. Alex. & Gabriel. citati in motiuis.

Secūdum eſt, quod iniuſtitia debet eſſe omnino patens & non velata, imò talis, quæ tergiuerſari non poſſit, ita, vt ſi quid habeat dubij, non operetur effectum prædictum.

Quod attinet ad primum, video multis modis ſuffi
cienter demonſtratum quod fuit in ſententia expreſ-
ſus error, ideo remitto in hoc ad ſcripta per Excellen-
tem Dominum cauſæ patronum; illud reticere non
audeo, quod prædicti Domini conueniuntur tāquam
hæredes Antonij, & tamen condemnantur vti hære-
des Andreæ; ita refert cauſæ ſummarium, non enim vi
di acta. *Hæc* autem obiectio arguit ſentētiam eſſe no-
4 toriè iniuſtā, quia non eſt libello conformis. † ita poſt
Franch. in dicto capit. dilecto, quæſtio. 52. de appella-
tio. concludit Ruin. conſil. 62. in fine, volum. 5. Crauet.
conſil. 524. num. 7. Rota Roman. deciſ. 221. nume. 3. in
2. part. inter nouiſſimas. Cum ergo ex eo ſententia
reddatur notoriè iniqua, quod libello non ſit confor-
mis, res carebit omni dubitatione, ſicuti etiam dici-
tur notoria iniuſtitia, quæ oritur ex ineptitudine libel
li, vt poſt Alex. Felin. & Menoch. inquit Contard. in l.
vnica, limitat. 9. num. 20. Reſpondeo ſecundo, non re-
quiri expreſſionem in ipſa ſententia, ſed ſat eſſe, quod

ex

ex actis dignoſcatur iudicatum fuiſſe cōtra ius partis
5 notorium,† quidquid tenuerunt Alex.& alij in cōtra-
rium citati,ita enim voluerunt Inn.Bal.Imo.Abb.Ro-
man.Caſtr.Card.Ioa.de Ligna. & alij citati à Felinn,
in c.inter ceteras,col.pen.ver.tertia concluſio,de re iu
dic.vbi loquuntur præciſe de notoria iniquitate, quæ
non eſt expreſſa in ſententia, & ibi in fine dicit, cōtra-
riam opinionem eſſe periculoſam.& idem dicit Felin.
circa ſecundam concl.in col.antepen.verſ.obſtat quin
to talis ratio,vbi ait, quod ſi error non eſt expreſſus,ſi
tñ de eo notorie conſtet,ſententia erit nulla. & ibi re-
ſpondet ad contrarium, quod error non vitiat ſnīam
cōtra ius latam,niſi ſit expreſſus:quia illud procedit,
quando non eſt notorie contra ius,vt ſi eſt notorie ta-
lis,tūc vitiat,ēt ſi nō ſit expreſſus.& latius in ver.ſexta
declaratio,& hanc partē comprobat Crau.conſil.373.
nu.41.vbi allegando Rot.Ang.Anchar.Aret. Soc. Dec.
& Curt.iun.inquit,Doctores tenere indiſtincte,qđ no
toria & euidēs iniuſtitia irritat ſnīam, ſiue ſit expreſ-
ſa in ea,ſiue ſit relata generaliter aut ſpecialiter & in-
diſtincte ēt loquatur. Aſin.in ſua praxi,§.31.c.2.in 6.li
mitat.vbi infinitos cōgerit. Gabr.d.conſ.28.nu.4.vol.
2.vbi dicit,ꝙ ſi ſententia non ſe refert ad acta,Rota eā
tenet pro valida,ſed qñcunq; apparet de notoria iniu
ſtitia, illam reuocat etiam ſi tres ſint conformes ſniæ;
Et duę principales rationes adduci poſſut,prima eſt,
quia notorium habet vim expreſſionis,& idem opera-
6 tur quod ipſa expreſſio, † ſcđm notabilem doctrinam
Innoc.in c.1.de offic. vicar. quem citat & ſequitur Fe-
lin.in d.c. dilecto,in ver. ſexta declaratio, & ſicuti ius
notorium non debet allegari,ſed habetur pro allega-
to,Fel.in c.cum ordinem, in 5.declarat. de reſcript. cū
ſimilibus,ita nec poni in ſententia, ergo idem eſt ac ſi
eſſet expreſſum, proinde nō minus vitiat ſententiam.
Secunda eſt ratio: quia iudex creditur motus fuiſſe ex
ijs quę continentur in actis,non ex alijs ab extra intel
7 lectis.† gl. & Bar.in l.ſi qs ad exhibendū,ff. de except.
rei iud.gl.in l.hæ enim,in prin.ff.de ſuſpect.tutor. imò
quando iudex ad ita iudicandū mouetur ex ijs q̃ non
ſunt in actis,debet de hoc facere mentionem, ſecundū
Alex.in l.ſi is ad quem,col.pen.ff.de acq.hęred.vbi Iaſ.
nu.26.in fine,propterea etiam ſi non dicat expreſſe in
ſententia,ſe motum ex actis,ſemper actorum qualitas
eſt attendenda, & ſi illis inſpectis conſtet de notoria
iniuſtitia,non minus reuocabitur ſententia, quā ſi iu-
dex expreſſiſſet ſe inductum ex tali cauſa in actis rela-
ta.ita pulchre Crau.d.cōſ.373.nu.41.& ſeq.vbi repre-
hendit Alexādri rationem, dicentis iudicem potuiſſe
ex alijs moueri,& licet nō ita clare, idem dixit Gabr.
d.conſi.28.num.7.vbi ſortius addit,probandi onus ei
incūbere qui dicit iudicem aliunde q̃ ex actis motum.
Et hanc partem ſicuti de iure veram,ita tenendam ar-
bitror in iudicando,præcipuè in terris eccleſiæ, ſtante
deciſione Rotæ,quæ ita ſemper ſeruanir; & licet exem
plis non ſit iudicandum, plurimum tñ mouere debet
prælucens authoritas ſupremi illius Auditorij,per ea
præcipue quæ Cęphal.ponit in conſ.120.nu.12.& 13.
Circa vero ſecundum,quod iniuſtitia ita ſit euidēs,
ꝙ nulla tergiuerſatione celari poſſit,Neuiz.conſil.70.
nu.31.Ripa,§.condemnatū,nu.17.Rim.conſ.53.nu.30.
conſi.421.nu.13.Maſcar.concl.1114.nu.5. Caual. dec.
10.nu.18.aduertendum exiſtimo,quod ſufficit in appa
rentia & prima facie cōſtare, quod ius ſtet pro eo qui
allegat rem eſſe notoriam,licet aliquid opponi poſſit,
ita Io.Andr.ad Spec.in tit.de exceptio.§.d. verſ.ſed an
reus,vbi vult,ꝙ inſtrumentum faciat notorium,etiam
8 ſi aliquid contra illud opponi poſſit, † & illa qualitas
dicitur notoria, quæ prima facie & inſpecto iure eſt ta
lis,licet reddi poſſit falſa ex aliquo,l.quoties, vbi Bar.

ff.ſi quis caut. & optime comprobat hanc concluſionē
Fel.in c.ſignificauerunt,nu.4. de teſtib.vbi vult, qđ eui
dentia,& notorietas inducatur ex actis, inſtrumētis,
& confeſſionib. ēt quæ aliquo modo poſſint impugna-
ri,declarat ēt Contard.d.limit.9.nu.29.vbi ꝙ nō deſi-
nit eſſe notoria res probata vno ex prædictis modis, li
cet aliquid incoloratè opponatur. Et loquendo in no-
ſtris terminis,idem probauit Burſat. in cōſi.305.nu.2.
in hoc aūt articulo aduertendum cenſeo, aliud eſſe qđ
propter euidentē iniuſtitiam ſnīa arguatur nullitatis,
aliud aūt quod impediatur executio: nam ego admit
to,ꝙ non reddatur nulla,qñ aliquid opponitur, puta,
quia ſit cōflictus opinionū,vt ꝑ Contard.d.limit.9.nu.
50.& ſeq.ſed dico,ꝙ etſi valida ſit,reuocari tamen de-
bet, & non exequi quando conſtat quòd non eſt iuſta,
licet propter authoritatem Doctorum clariſſimorum
videatur dubia,& ita diſtinguit Gabriel.d.cōſi.28. ex
mente & conſuetudine Rotæ Roma.vt ſupra retuli.
Quod aūt in facto iniuſtitia euidenti laborent ſen-
tētiæ latę cōtra prædictos D.Florianum & Valeriam,
deprehēditur ex eo,quod D. Plinius reperendo dotes
quas dicit neptib. ſoluiſſe,agit contra textū & regulā,
9 quæ habet, ꝙ extraneus dotando cenſetur donare, † l.
vnica,§.accedit,C.de rei vxo.act.imò ēt contra ſtatutū
Bononiæ,in tit. de dotiu reſtitutione,§. itē dicimus, &
qui habet pro ſe regulā,dr̄ habere rem claram, vt dixi
cōſ.180.nu.9.& licet ea patiatur aliquas limitationes
iure ſolo cōi inſpecto, tñ aliud eſt inſpecto ſtatuto; nā
eum idem diſponat ꝙ ius cōe,inquantum vult,qđ dos
data ab extraneo cenſeatur donata,eſſet ſuperfluum,
& nihil operaretur ſi illud reſtringeremus ad caſus iu
ris cōis,vt per Aret.conſ.106.In pręſenti dubitatione,
nu.7.ver.venio ad tertium,& in ſi. conſilij, vbi vult,qđ
etſi de iure cōi liceat in cauſis poſſeſſorijs appellare
certis in caſibus, tñ ſi ſtatutū prohibeat ſimpliciter in
cauſis prædictis appellationem,non licebit appellare,
10 etiam in caſibus quibus aliàs liceret, † etiam ſi ſtatu-
tum poſſet aliquid operari vltra ius cōe. idem voluit
Neg.de pign.in 1.memb.8.p.nu.3. Beninten. Rot. Bo-
non.deciſ.17.in ſi.alios citat Contard.d.l.vnic.in am-
pliatio.nu.131.ita in propoſito Statutum Bononienſe
diſponens quod donata præſumatur dos data ab ex-
traneo, non debet reſtringi eo mō quo reſtringi ſolet
iuris communis diſpoſitio, id eſt quando dotans non
erat adminiſtrator, vel quoad mulierem dotatam,ſed
dēt intelligi ſine diſtinctione,aliàs nihil operabitur.
Sed vbi etiam ſtatutum reciperet eā interpretatio-
nem,adhuc nō iuuaret, inſpecta facti qualitate: quod
enim dr̄ donationem non præſumi qñ dotans erat ad-
miniſtrator,intelligi debet,quādo adminiſtrabat bo-
11 na mulieris dotatæ,† non qñ illius gerebat negotia, q
tenetur dotare. nec gl.in l.fi.C.de dot.promiſſ. aut qſ-
quam ex Doctoribus ibi,hoc dicit,ſed Bal.Salic.& alij
omnes dicunt,quod vbi gerit negotia mulieris, tūc vr̄
nō donare, ſed debitum ſoluere. & Bal.ibi dicit,quod
vbi ad eum nō pertinet dotare rōne officij,vel rōne de
biti,cenſetur donare; in caſu autē noſtro cum neq; Pli
nius eſſet nepotum debitor,neq; earū gereret negotia,
nō poteſt applicari hæc declaratio, ita etiam loquitur
Iac.de Rau.quē citat & ſequitur Salic.ibi.nu.4.& quā-
uis Corn.in conſ.316.col.2.circa med. dicat idem eſſe,
qñ eius bona adminiſtrat qui tenetur dotare, tñ falsū
eſt eius dictum, tanquam fundatum ſuper gl.& Doct.
in d.l.fin.qui omnino aliter loquuntur, & ſublato fun-
damento totum ædificium corruit;& eadem hęc ratio
tollit quod in motiuo dicitur de debitore dotante,
quia D.Plinius non erat debitor mulieris,ſed fratris.
Præterea,vbi etiā Plinius dotes expreſſe dediſſet ne
ptibus nomine Antonij nepotis, adhuc tñ non poſſet

eas repetere ab Antonio, vel ſuis heredibus, quia ea ſo
lutio non liberaſſet Antonium ab onere dotandi ſoro
res, quod ſibi vti hæredi patris incumbebat, inſpecto
ſtatuto Bonon. in Rubr. de ſucceſſ. lib. patr. mort. ab in
teſt. in fi. quo cauetur, quod frater dotando ſororé, vi-
deatur dediſſe de ſuo, non autem ſoluiſſe vti hæres pa
tris, quod ſtatutū quidquid ſenſerit Lauren. de Pinu,
conſil. 188. ita fuit interpretatum, vt per Alex. in conſi.
134. nu. 17. verſ. ſed premiſſis, & nu. 24. verſic. ſortifica-
tur quia, vol. 6. atque ita quoque iudicatū, ſicuti ſequi-
tur in fine ſtatuti, qđ ſi ſolutio prædicta nó liberar An-
tonium, vtique non licebit Plinio ab illo ſolutioné re-
petere, licet eſſet debitor & adminiſtrator: nam etſi
debitor ſoluens creditori ſui creditoris, liberetur, l. ſi
liber homo, in fi. & l. ſoluēdo, ff. de neg. geſt. gl. magna,
in l. ſolutum, ff. de pigno. actio. tñ hoc eſt verum, qñ per
eam ſolutioné creditor pro quo ſoluitur liberatus re-
12 manet, ſecus autem qñ non liberatur. † ita loquuntur
omnia iura prædicta, & ita quoque Pariſ. qui latè agit
conſil. 107. nu. 128. & ſeq. vol. 3. Soci. iun. conſ. 79. nu. 5.
vol. 3. & ſubeſt ratio gl. prædictæ dum dicit, ideo libe-
rationem induci, quia idem illi creditori neceſſe fuiſ-
ſet facere, & ratio eſt: quia gerens aliena negotia, non
repetit niſi quatenus negotium fuit vtiliter geſtum in
principio vel fine, l. ſed an vltro, §. 1. & l. ex duob. ff. de
neg. geſt. vbi autem ceſſat vtilitas, non datur actio.

Rurſus data pro vera illa opinione, qđ debitor vel
adminiſtrator ſoluēs dotes, aut alimenta, videatur id
facere citra animum donandi, tñ id intelligitur, qua-
tenus eſt debitor ex adminiſtratione, ſecus, qñ plus
ſoluit quam debeat, tunc enim illud donare videtur:
ceſſat enim ratio pp quam dicunt DD. non præſumi
animum donandi, quæ eſt, ꝙ præſumitur quis potius
voluiſſe extinguere proprium debitum quā donare,
& qđ non præſumitur animus donandi qñ alia conie-
ctura capi poteſt, l. cū de indebito, de probationibus,
& probatur latè in motiuis, eatenus autem à iuris re-
gula ob particularem rōnem diſcedendum eſt, quate-
nus ea ratio militat: reſtringitur enim & ampliatur
13 deciſio ad rōnis limites, † l. cum pater, §. dulciſſimis,
vbi Bar. & Imo. ff. de leg. 2. dixi conſil. 67. nu. 10. & con
ceſſum ex cauſa eatenus durat, quatenus cauſa ipſa
14 ſubeſt, † vt in cauſa paupertatis dicit tex. in l. non tm̄,
§. eos, ff. de excuſ. tut. & in cauſa neceſſitatis, Bar. in l. 1.
§. nunciatio, col. 3. ff. de oper. noui nunciat. cum multis
apud Tiraq. in tract. ceſſan. cauſa, par. 1. nu. 179. & nu.
193. facit ēt quod etſi donatio remuneratoria non re
uocetur ob ſuperuenientiā liberorū, nec egeat inſinua
tione, nec reſeruetur filijs ex priori matrimonio, vt p
Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, nu. 12.
& multis ſeq. C. de reuoc. don. vbi recenſet multa pri-
uilegia contra iuris regulas conceſſa, pp merita tamē
prædicta omnia intelliguntur quatenus capiunt ipſa
merita, in eo etenim in quo donatio excedit merita,
ſeruatur regula, & donatio nil habet ſpecialitatis,
15 † c. relatum, il ſecōdo, de teſtam. Oldr. conſil. 226. col.
pen. cum multis apud Tiraq. d. verſic. donatione lar-
gitus, nu. 79. & pluribus ſequentibus, ita ergo in pro-
poſito, qđ dicimus patruum dotantem, ſeu alentē non
habere animum donandi, qñ erat debitor, ſeu admi-
niſtrator, intelligi dēt eatenus quatenus aſcendit de-
bitū adminiſtrationis, vel ex alia cauſa; quatenus ve-
ro dos vel impēſa excedit debitum, cenſetur donata.

Ex alio ēt dici poteſt iniuſta ſnīa, quia condemnan
tur conuenti ad reſtituendum Plinio dotes ſolutas ſo
roribus, quę tñ excedunt quantitatem eiſdē ſororibus
debitam, inſpecta perſonarum conditione & quanti-
tate patrimonij, & quatenus excedunt, non datur re-
petitio: quia illa impēſa nō eſt vtilis, nec ceſſit in vti-
litatem conuentorum, qui ad eam quantitatē non te-
nebantur. pro qua deciſione ſufficit allegare Salic. in l.
alimenta, nu. 4. verſ. aut alius non erat facturus, C. de
neg. geſt. vbi vult, ꝙ mater quæ aluit filium, nó repetat
à patre, niſi quātum pater erat erogaturus in alimen
16 ta filij, non vltra; pro † quo facit Bald. poſt Iac. Aret.
in l. domos hæreditarias, ff. de leg. 3. vbi meliorans re-
petit nō quantum impendit, ſed quantum res melio-
17 rata reperitur. † Rolan. conſil. 28. nu. 14. vol. 1. Natta
conſ. 13. nu. 6. cōſ. 256. nu. 4. Cęph. conſil. 311. nu. 92. eſt
tex. in l. in fundo, vbi gl. ff. de rei vēd. Neguſ. in 4. mēbr.
5. par. nu. 11. & dicit Neguſ. in 2. memb. 5. par. num. 18.
quod mutuans in refectioné rei, eatenus habet hypo-
thecam priuilegiatam, quatenus ea impenſa fuit ne-
ceſſaria, non aliter, & eſt regulare, qđ gerens alienum
negotium, repetit a domino quatenus geſſit vtiliter.

Quod ſi dicatur, non conſtare qđ ea dos fuerit im-
moderata & inofficioſa; reſpondeo, id parere ex calcu
lo deducto per Dñm cauſæ defenſorem in ſuis allega-
tionibus. Secundo dico, quod ad ipſum Plinium agen
tem ſpectat onus probandi, quod dos eſſet moderata,
competens & condecens, ideo etenim repetit, quia di
cit ſoluiſſe vtiliter, & in expenſas conuentorū, & qui-
libet tenetur probare id ꝙ eſt fundamētum ſuæ inten
18 tionis, † l. eum qui, ff. de prob. dixi in conſ. 92. nu. 1. &
ꝙ impenſa ſit vtilis, eſt cauſa quod actio detur; ideo ſi
vna cauſa deducatur, & alia probetur, actor ſuccūbit,
vt ſunt iura vulgata, & cauſa actionis ceſſante, actio
19 quoque ceſſet. † Signor. conſi. 75. nu. 20. Crau. cōſ. 499.
nu. 22. & actum fuiſſe vtilem is probat qui ſuper ea vti
20 litate ſe fundat, † vt in alienatione rerum eccleſiæ di-
cunt Soc. Dec. Redoan. & Rebuff. quos citaui in conſil.
181. nu. 12. & cum reo ſufficiat intentionē actoris offu
21 ſcare. † Bal. conſil. 79. nu. 9. vol. 2. dixi in conſil. 234.
22 nu. 42. non debuit in re dubia ferri ſententia † certa, c.
graue, 11. q. 3. Natta conſil. 32. in fi. & incertitudo hæc
vitiat ſnīam, quæ non potuit ferri de quantitate cer-
23 ta, † vt dixi conſil. 168. nu. 28. conſil. 264. nu. 1. qđ ſi eſ-
ſet lata incerta, nō eſſet exequenda, vt per Aſin. d. §. 31.
c. 2. limit. 7. Crau. conſ. 802. nu. 14. conſ. 819. nu. 9. con-
24 ſil. 840. nu. 5. ēt qñ de iure ferri pōt † incerta ſnīa, Bald.
in l. 1. nu. 4. C. de iur. & fact. ignor. dixi conſ. 248. nu. 13.

Itaque ex prædictis præter ea quæ in prioribus ſcri
ptis per me & nouiſſime à Domino Aduocato dicta
ſunt, plane cōſtat, ſententias omnes notoriè iniuſtas
eſſe, ea iniuſtitia quæ patens eſt, non autem velata, at-
que ita exiſtimo iuris eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Neptis ex filio vbi agitur de ſuccedendo auo vel patruo, ingreditur locum patris, & ſuccedit vna cum amitis.*
2 *In fideicommiſſis videtur teſtator vocare eo ordine quo vocati ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.*
3 *Neptis ex filio ſuccedit quando ſubſtituti ſunt deſcendentes per maſculinam lineam.*
4 *Amor ardentius deſcendit in nepotes quam vigeat in filios.*
5 *Repræſentatio excluditur, & nepos non admittitur cum patruo quando teſtator vocauit ſecundum gradus prærogatiuam, contra nu. 10.*
6 *Verbum, Omnes, cenſetur appoſitum cum virtute operandi, & non debet eſſe ſuperfluum.*
7 *Repræſentatio, & facultas quod nepos ex filio, fratre, vel ſorore, ingrediatur locum patris, fuit illi conceſſum in priuilegium.*
8 *Priuilegium in corpore iuris clauſum, non tollitur per generalem diſpoſitionem, ſed requiritur ſpecialis derogatio.*
9 *Reſeruationis natura eſt, ius quod competit conſeruare, non autem de nouo tribuere.*

Repræ-

10 *Repræſentatio non impeditur etiamſi adſit Clauſula ſecundum gradus prærogatiuam.*

11 *Repræſentationem non excludit lex quæ mentionem facit de gradus prærogatiua.*

12 *Repræſentatio quæ fit de patre in filio, eſt ſecundum naturã, quod vero pater repræſentet filium eſt ſecundum naturam impoſſibile.*

13 *Vocati per nomina collectiua, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, quãdo concurrit affectio, & neceſſitas inſtituendi.*

14 *Superfluum non dicitur id per quod redditur expreſſum illud quod prius erat tacitum, vel quando in ſpecie exprimitur quod generaliter inerat, vel quando ad tollendam dubitationem exprimitur illud quod tacite inerat.*

15 *Proximiores vbi ſunt vocati ad ſucceſſionem, nepos ingreditur locum patris.*

CONSILIVM CCCXXV.

QVIA Dominus Io. Baptiſta Luchinus in teſtaméto inſtitutis filijs maſculis ſubſtituit filios filiorum ſecundũ gradus prærogatiuam in omnẽ caſum, & in omnem euentum, fatendum eſt qđ Clauſula illa prærogatiuę gradus cenſenda eſt repetita ẽt in generali ſubſequenti fideicommiſſo quo teſtator dixit, quia mens & intentio teſtatoris eſt quod tota, & integra hæreditas ipſius perpeto remaneat in ipſius teſtatoris deſcẽdentes in infinitum aliàs cum primum ſit in ſecundo fideicõmiſſo incluſum, differret à ſecundo, & vno modo ſuccederetur eueniente particulari caſu ſupra expreſſo, & alio modo qñ euenit caſus in generali incluſus, quod non eſt dicendum, quia vnius fideicõmiſſi vna, & eadẽ eſſe debet natura, & ſuccedendi ordo, & eadem res nõ debet diuerſo iure cenſeri, l. cum qui ædes, ff. de vſucapion. ſuper hoc ergo inſiſtendum non eſt, ſed vlterius progrediendo videndum, ſi habita ea clauſula pro repetita, ad fideicommiſſum admitti debeat D. Victoria teſtatoris neptis ex D. Aemilio filio, ſimul cum Dñis Eliſabeta, & Anna filiabus teſtatoris, ſtãte morte Dominorum Aemilij, & Caroli filiorum inſtitutorum. & iuris cõis diſpoſitione inſpecta, nulla difficultas fieri poſſet: quia ſi agimus de ſuccedẽdo Io. Baptiſtæ auo, neptis ex filio ſuccedit vna cum amitis, & locũ patris
1 ingreditur, † vt probat textus in §. 1. in Authẽt. de hæred. ab inteſtat. venient. ver. in hoc enim ordine, §. cũ filius, verſ. pari ratione, Inſtitut. de hæred. quę ab inteſtat. defer. & §. item vetuſtas, Inſtit. eo. tit. l. vt liberis, C. de collat. l. ſi viua matre, C. de bon. mat. Bart. Bald. Alex. Soc. Iaſ. Dec. Ruin. Goza. Curt. iun. & Pariſ. quos oẽs citat, & ſequitur Rolan. in conſil. 68. nu. 26. vol. 1. Gomez. de ſucceſſio. ab inteſt. c. 1. nu. 15. Burſ. conſi. 71. num. 1. & ſeq. Craſſus de ſucceſſion. ab inteſt. q. 2. nu. 6. idem eſt ſi tractemus de ſuccedendo Carolo patruo, quia ẽt tunc nepos locum, & gradũ patris ingreditur, §. ſi igitur, & §. cum filius, Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſta. defer. Auth. ceſſante, C. de legit. hæred. Alex. in conſil. 44. nu. 15. vol. 5. Crot. conſil. 126. nu. 8. vbi loquitur in nepotibus ex ſorore, Crauet. in conſ. 125. nu. 2. vbi dicit, procedere nõ minus in filiabus quã in filijs, & non minus in filijs ſororum quã in filijs fratrum, & ante eum idem probauit Abb. in conſil. 86. ante nu. 1. vol. 1. Natta late in conſil. 424. nu. 3. vbi ſiue agatur de hæreditate patrui, ſiue auunculi, Burſat. d. conſil. 71. nu. 1. vbi etiam ſi de feminę ſucceſſione tractetur, & ibi allegat infinitos authores, & in filia fratris quæ cum amita ſua concurrit, & Socin. iun. conſ. 5. nu. 1. in 2. Iaſ. conſil. 159. nu. 4. in 4. vbi de nepte, & amita ponit. Capic. deciſ. 71. nu. 1. latè probat Ioſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 11. nu. 1. dicens, quod nulla eſt differentia agnationis, aut ſexus, & ſubdit eſſe cõem opin. ab omnibus receptã. Craſſus, d. q. 2. nu. 6. vbi ait reſpectum non eſſe habendum ad ſexum: quia ita filia ſicut filius fratris ingreditur locum patris, id quod volui dixiſſe, quia relatum fuit aliquos de hoc dubitare: & hæc ſnĩa in terminis noſtris qñ ſcilicet agitur de ſuccedendo ex fideicommiſſo, qđ filius patris locum nanciſcatur, ſi de patrui, vel aui ſucceſſione tractetur, videtur eſſe cõis, qđquid ſit, qñ res eſt de fideicõmiſſo condito ab alia perſona, ita gl. in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de leg. 2. Imo. ibi, quia teſtator in dubio videtur eos vocaſſe per fideicommiſſum eo ordine quo ab inteſtato erant ſuc-
2 ceſſuri. † Caſtr. dum ſe remittit ad l. fi. C. de verb. ſign. Alex. in conſil. 88. vol. 1. in conſil. 26. vol. 3. Ang. de Perigl. in d. §. in fideicõmiſſo. Aret. in conſil. 164. col. pen. ver. venio igitur ad quartum, Cuman. d. §. in fideicommiſſo, vbi dicit hanc eſſe æquiorem, Soci. in conſil. 252. nu. 17. verſ. ad ſecundã rõnem, vbi dicit vidiſſe ſæpius conſultum pro hac parte, & põderat tex. in d. l. fi. Curt. iun. conſ. 57. nu. 8. conſil. 58. col. 1. conſi. 128. nu. 11. conſil. 154. nu. 4. conſil. 161. num. 1. & in l. 2. C. de ſucceſſor. edicto, Iaſ. in conſil. 215. nu. 27. vol. 2. vbi dicit, qđ glo. relata ad textũ decidit caſum, & niſi referatur ad textum fruſtra occupabit membranas, ſubdẽs, qđ hæc eſt verior in puncto iuris, probabilior, & tenenda in iudicando, & conſulendo, eamque multis cõfirmat argumentis, Gozad. in conſil. 4. col. penul. in princ. Rube. in conſ. 36. nu. 3. vbi ait, ſic quoq; placuiſſe Iacobo Puteo in d. §. in fideicõmiſſo; eam itẽ veriorem dixit Duran. de arte teſtan. tit. 5. de ſubſtitut. caut. 27. nu. 2. ver. ſed contrariã, & caut. 23. nu. 3. vbi fortius dicit, qđ neptis ex filio ſuccedit ẽt, qñ ſubſtituti ſunt deſcẽdentes per
3 maſculinam lineã. † quod ẽt poſt multos alios voluit Marſil. ſing. 33. Didac. pract. qõ. c. 38. nu. 4. Marzar. in ſuo fideicomm. par. 2. q. 18. vbi allegat Decium, Tiraq. Crau. Rolan. Fort. & alios, dicens fuiſſe ſic iudicatum à Rota Florentina, & à D. Hieronimo Torniello, & ſe ita conſuluiſſe. ita pariter tenet Benint. in deciſio. 88. Florent. dicens, qđ nepos in caſu fideicõmiſſi ſuccedit cum patruo vbicũque de iure cõi ſuccederet, quia hoc modo conſeruatur affectio teſtatoris, & teſtator non minus dilexit nepotes, quã filios, & ſucceſſio ex teſtõ regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato. idem Marzar. in conſi. 3. nu. 3. Cęph. conſil. 16. nu. 35. vbi qđ hæc opinio eſt recipienda tanq̃ diſtinguens, & cõtrarias ſententias concordans, & eã amplectitur in conſ. 213. nu. 12. in conſi. 283. nu. 14. cõem dicit Burſ. conſ. 1. nu. 15. Nonius conſil. 29. nu. 11. latiſſimè Craſſus in §. ſubſtitutio, q. 11. nu. 2. vbi dicit neminem in ſpecie reprobare glo. quando agitur de ſucceſſione aui, vel patrui, licet multi illam impugnent, vbi tractatur de ſucceſſione alterius tranſuerſalis, & in filio ſororis, quod concurrat cum amita, tenuit Bal. in conſil. 489. vol. 3. Bertran. conſil. 255. col. fi. vol. 3. Rolan. conſil. 68. vol. 1. Decia. conſi. 1. nu. 363. vol. 2. Berret. in conſil. 142. nu. 1. latè Sim. de Pret. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. ſolut vlt. nu. 21. folio mihi 338. & ſeq. Menoch. conſil. 124. nu. 81. & ſeq. vbi poſt longam diſputationẽ reſoluit ſecundum prædictam diſtinctionem, Rimin. conſi. 246. nu. 49. & multis ſeq. Card. Mautica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. per totũ, vbi admittit hanc eſſe cõem Burſat. conſil. 67. num. 9. Simon conſi. 32. nu. 11. & ſeq. Ozaſc. deciſ. 72. nu. 39. & in fine, Theſſaur. deciſ. Pedemon. 65. nu. 3. vbi cõem dicit. Ruſtic. conſ. 2. nu. 89. poſt tract. qñ filij poſiti in cond. hoc etiam probauit Peregr. in tract. de fideicõmiſſ. art. 21. nu. 11. vbi amplè materiam pertractat, Gabr. in conſi. 206. nu. 1. vol. 2. vbi dicit quod contraria Baldi opinio

eſt

eſt ſine dubio falſa,& reprobata cōiter:gloſſa vero eſt
cōiter ab omnibus recepta, & reprehendit verbalem
illam diſtinctionem inter fideicommiſſum relictū per
verba collectiua,& illud quod alijs verbis conceptum
eſt. eum quoque defendit Decian.conſi.9.nu.42.in ſe-
cundo, vbi dicit tenēdam in iudicando, & cōſulendo,
& infinitis authoritatibus corroborat, vt per eum, Me
noch.conſil.793. nu.17. & rationes quæ pro hac parte
allegantur ſunt adeo vrgentes, quod eis aptè reſpōde
ri non poteſt:qūo enim poteſt in mentem alicuius ca-
dere,quod Auus voluerit neptes ex filio excludere, &
filias admittere, cū præſumatur neptes pluſquā filias
diligere, ſi verum eſt qđ ardentius deſcendit amor in
4 nepotes,q̃ vigeat in filijs, † l.liberorum,in fi.ff.de ver-
bor.ſign.Curt.iun.conſi.169.nu.13. Caſſan.conſil.67.
nu.30.rurſus ſi teſtator eo ordine,& modo videtur ex
teſtō vocare, quo procedit ab inteſtato ſucceſſio, quis
affirmabit qđ voluerit excludi neptem à patruo, qua-
re curandum non eſt qđ multi ſimpliciter, & indiſtin-
ctè ſecuti ſint Bald.qui d.§.in fideicōmiſſo, tenuit,filiū
non aſſumere gradum, & locum patris, vt videri pōt
apud Ang.Florian. Corn. Capram, Alex.Matheſ.Iaſ.
Dec.Curt.iun. Ruin.Pariſ.Crot.Rube.Gozad.Bened.
Bertrand.Bellon.& Portium,quos citat Menoch.in d.
conſil.124.nu.80. & in conſil.357.nu.20. quam ſnīam
dixerunt multi procedere in diſpoſitione hominis,
quidquid ſit in diſpoſitione legis,vt per Alexan. Soci.
Iaſ. Dec.Tiraq.Crau.& Didac.quos citat,& ſequitur
Rota Rom.in deciſ.708.nu.7.in 1.par.in nouiſſimis,ſe
quuntur alij citati à Peregr. in d.art.21.nu.1.ſed lōgè
plures ꝓ Baldo cumulat Card.Mā̄t.d.lib.8.tit.9.nu.2.
eorū em̄ fundamēta leuia ſunt, & ab alijs ſupra cita-
tis, ſigillatim refelluntur,& pauciſſimi ſunt in cōpara
tione tot aliorū Doct.propterea prior opinio, vt mul-
ti admonent, tenēda eſt in iudicando, & conſulendo.

Hoc vnum dubium maximè reddit hunc punctum,
quod teſtator adiecit clauſulā, ſecundum gradus præ
rogatiuam, cuius vigore volūt multi impediri repræ-
ſentationem, & filium non ingredi locum patris:nam
prærogatiua gradus non ſe compatitur cum repręſen
tatione: quia repræſentatio operatur vt is qui eſt re-
motioris gradus,cōcurrat cū proximiore, Caſtr.Cor-
ne.& alij, in Auth. defuncto, C.ad Tertull. propterea
repræſentationem excludi, & nepotem nō admitti cū
5 patruo ſtante illa clauſula, † voluit Dec.in conſi.1.col.
penul. & in conſil.408. col.penul.vbi refert ſic iudica-
tū fuiſſe Romæ, Pariſ.in conſi.9.nu.25.conſi.30.nu.58.
conſi.39.nu.10 conſi.41.nu.49.vol. 2.& in conſ.37.nu.
70.& 72.eod.vol. vbi propriè loquitur in fideicōmiſ-
ſo aſcendentis,Ruin.in conſil.167.nu.17.& ſeq.vol.2.
Curt.iun.in conſ.154.nu.9. Gozad. in conſil.8. nu.33.
ver.non obſtat conſilium Decij,Soc.iun.conſ.20. in fi.
vol.3.Didac.pract.q.c.38.nu.4.Duran. de arte teſtan.
d.tit.5.caut.27.nu.2.Marzar.in Epitom.fideicommiſ.
q.33.& in cōſi.1.in fi.primæ quæſt.nu.22. multos alios
enumerat Burſ.qui eiuſdem eſt ſnīæ, in conſil.170.nu.
43.Port.Imol.in conſi.54.nu.25.qui tn̄ loquitur qn̄ vo
cati ſunt proximiores,Craue.in conſi.97.nu.5.vbi di-
cit ſuſtineri Baldi deciſionem,qn̄ relictum eſt fideicō-
miſſum proximioribus, vel ſalua gradus prærogati-
ua, ex quo tunc magis cuiaē apparet de voluntate te-
ſtatoris. Peralta in d.§.in fideicommiſſo,num.19.ff.de
leg.2.vbi miratur de errore multorum Doctorū. Vel-
laſc.in tract. de iure emphy.q.50.nu.37. vbi ait, quod
ex prædictis verbis excluditur repræſentatio, hanc di
cit cōem,licet aliter ipſe teneat, Molin.de primogen.
Hiſp.lib.3.c.8.nu.16. Craſſus in §.fideicommiſſum,q.
11.nu.8.vbi poſt Dec. inquit hoc eſſe indubitatū, Ri-
min.in conſ.75.nu.29.& ſeq.& videtur tranſire Petra
de fideicommiſſis,q.11.nu.126.ratio eſt: quia repræ-
ſentatio eſt per fictionē,vt inquit Bal. in Auth. ceſſan-
te,C.de legitim.hære.col.vlt.Alex.in conſil.204.nu.7.
vol.2.Aret.conſil.164.col.pen.Caſſan.conſil.53.nu.19.
Rube.conſi.39.nu.5.& Rolan.in conſil.60.nu.42. in 1.
vol. & quod nepos excludatur ſtante Clauſula prædi-
cta,tenuit Card.Mant.lib.8.tit.9.nu.9.vbi tn̄ limitat,
quando vltra eam Clauſulam adeſt alia quod ſucce-
datur ordine ſucceſſiuo, quemadmodū fit ab inteſta-
to. Facit autem alia ratio: quia illa Clauſula eſſet pe-
nitus otioſa, ſi non excluderet repræſentationem: nā
ea quoque non expreſſa, gradus attēderetur,ad quid
ergo exprimere, quod ſuccedatur ſecundum prætoga
tiuam gradus,ſi id habebatur pro expreſſo.& non de-
bemus ita intelligere quod inducatur ſuperfluitas,cū
omne verbum cenſeatur appoſitum cum virtute ope-
6 randi,† ſecundum Bald.in Rubr.C.de contrahen.em-
ptio.nu.9.Crau.in conſ.84.nu.12. & ſuperfluitas indu
ci non debet, ſed vitanda eſt, l.1. ff.quòd met.cau. l.3.
in prin.ff.de iureiur.l.1.in fi.ff.ad municipal. §.quibus,
in prima conſtit.C.& exornat Mantic. de coniect.vlt.
vol.lib.3.tit.6.nu.1.& ſeq.vbi quod verba improprian
tur ne ſuperfluitas inducatur, Crauet. in reſp.pro ge-
nero,nu.312.propterea non videtur ſubſiſtere reſpon
ſio quæ à multis datur, qđ clauſulæ adiectio nil aliud
ſit,quā expreſſio eius quòd tacitè inerat,& reſtringa-
tur ad caſus quibus iure repręſentatio nō admittitur.

Quidquid tamen ſit, contrariam ſententiam am-
plector, tanquam veriorem, & æquitati, ac voluntati
teſtatoris magis conformem, nam prærogatiua gra-
dus nihil aliud eſt quam priuilegium gradui conceſ-
ſum, & paria ſunt dicere, ſecundum prærogatiuā gra
dus, & ſecundum priuilegium gradus: nec arbitror
quemquam hic contradicturum. ius autem repræſen
tationis,& facultas ꝙ patris gradum aſſumat,fuit ne-
potibus ex filio,vbi de aui ſucceſſione,& nepotibus ex
fratre,vel ſorore,vbi de patrui ſucceſſione agitur con-
7 ceſſa in priuilegium,† vt probatur in §.ſi autem defun
cto,in verſic.huiuſmodi autem priuilegium, in Auth.
de hæredib. ab inteſtat. & illum textum ad hoc dicit
ſingularem Bened. in c.Rainutius, in ver.vxorem no-
mine Adelaſiam, in 5.deciſio.nu.54. cū ergo teſtator
iuſſit deſcēdentes ſuos admitti ſecundum gradus præ
rogatiuam,cenſetur mandaſſe, ꝙ priuilegium repræ-
ſentationis,& gradus competens nepoti,& per quod
ingreditur locum patris, obſeruetur,cōſequenter ne-
dum ſic diſponendo non tollit repræſentationem, ſed
confirmat,& ſeruari eam vult, idque tanto magis de-
bet obtinere,quia cum tale priuilegium ſit in corpore
iuris clauſum, vt aduertit Bened. loco præcitato, non
tollitur per generalem diſpoſitionē, ſed ſpecialis re-
8 quiritur derogatio, † vt probat tex. cum gl.in l.Decu-
rionib.C.de ſilentiar.lib.12.§.ſi quæ verò,vbi Bal. in 2.
conſtit.C.glo.antepen.ver.conſuetudine,in c.1.de ap-
pell.Monach.in 6.glo.2.in l.hæres abſens, in princ. ff.
de iudi.latè Iaſ.in l.1.num.16.ff.de conſtit. princ.quæ
iura diſponunt, quod noua legis diſpoſitio ēt facta cū
clauſula, non obſtantibus, non tollat priuilegiū clau-
ſum in corpore iuris. Lancel. Galliau. in l.Centurio,
nu.168. ff. de vulg.vbi tamen dicit procedere,niſi fiat
derogatio in propria materia.Io.Annib.in l.nemo po
teſt,nu.244.ff.de leg. 1.vbi infert, an teſtator filijs pri-
mi gradus prohibere poſſit Trebellianicā,ex quo hoc
fuit in priuilegium conceſſum filijs, poſt Crot.ibi,nu.
34.& ideo ſi teſtator volebat derogatum eſſe repręſen
tationi,dicere, debebat,quod proximiores ſuccedant
non obſtante quacunq; gradus prærogatiua,ſeu priui
legio,quia in dubio non videtur voluiſſe derogare iu-
ri cōi, quinimo diſponere ſecundum ius commune,

iuxta

iuxta notata in l.hæredes mei, §.cũ ita, ff. ad Treb.vbi
dicitur præſumi qđ teſtator voluerit ſuam voluntatẽ
accómodare ſecundum leges . cum ergo non ita dixe-
rit, ſed contrarium diſpoſuerit, mandando quod ſer-
uetur prærogatiua gradus, intelligendum non eſt qđ
voluerit tollere repræſentationẽ, ſed potius cõfirma-
re eam, & hanc ego credo veram reſolutionem, licet
nemo quem viderim hactenus ad eã animaduerterit.

Secundo, in copia teſtamenti mihi exhibita, verba
non ſunt pręſcripto modo,ſed aliter concepta,dicitur
enim, qđ vocat deſcendentes ſalua gradus prærogati-
tiua,quæ verba nõ diſponunt qđ ſeruetur gradus pro-
ximitas,ſed reſeruationem ſolam inducunt,atque ita
reſeruant prærogatiuã ; natura aũt reſeruationis eſt
ius ſi quod cõpetit conſeruare,nõ aũt de nouo tribue-
9 re.† Oldrad.conſi. 237.in fi.Ang.in l.ſi quis legauerit,
ff.de leg. 1.in l.ſcripturas,nu.3.C.qui potior. in pigno.
habe.Becius in conſi. 34.nu. 23.Iaſ.in l.non ſolũ,§.mor
te,nu.48.ff.de oper.noui nunc.Dec.in conſi.146. nu.9.
Bertran.in conſil.360.nu.51.vol.9. in quibus locis di-
cunt ẽr, quod reſeruatio nihil operatur ſi forte nihil
inueniat reſeruabile;cũ ergo teſtator reſeruat gradus
prærogatiuam,neq; adimit filio ius ingrediendi locũ
patris, neque illi concedit plus quã habeat à iure,ſed
ſi illud competit ſibi, confirmat, ſi non competit, non
denegat,neque permittit,& hic eſt reſeruationis effe-
ctus.at verum eſt,quod hæc facultas erat à lege cõceſ-
ſa filio, ergo per reſeruationem non fuit ſublata:vnde
illa Clauſula,vt dixi,nõ modo non tollit,ſed cõfirmat
repræſentationem gradus, & hoc eſt quod dicũt DD.
inferius citandi,Clauſulam prædictã referri ad men-
tem iuris,vt ſcilicet intelligatur ſecũdum iuris diſpo-
ſitionem, cum nempe gradus habet prærogatiuam.

Tertio, vbi etiam dictum eſſet ſeruata gradus præ-
rogatiua, & intellectus prædictus non placeret, idem
omnino eſſet : qa Clauſula fuit eo modo expreſſa quæ
iure cõi inerat, ideo expreſſio nihil operatur, l.3. vbi
Bart.& alij,ff.de lega.1. l.non recte, C.de fideinſſor.&
quia teſtator cenſetur diſpoſuiſſe ſecundum quod ius
diſponit,Bart.& alij,in §.cum ita, l.hæredes mei, & in
l.Gallus,§.quidã recte,& in ſpecie qđ ea Clauſula non
impediat repræſentationẽ,& ea non obſtãte filius pa-
10 tris locum ingrediatur † voluit Caſtr.in conſi.454.in
fi.vol. 2.idem voluit Soc.iun.in conſi.126.nu.13.vol.1.
vbi quod per dicta verba nõ impeditur quin nepos cũ
filio per repræſentationem ſimul vocetur,& ſic tenent
oẽs,licet aliqui ſecundum eũ contradixerint,quia per
repræſentationem gradus non corrumpitur,nec alte-
ratur, Bald.in l.1.C.de ſecund.nupt.ideo cum filius aſ-
ſumit patris gradum,dr̃ in eodem gradu cũ patre , vt
per eũ ibi.Dec.Pariſ.& Soc.iun.quos citat Menoch.in
conſil.357.nu. 28. & ſeq. & prædictam opinionẽ quod
per eã Clauſulam non alteretur ſucceſſionis ordo da-
tus à iure cõi,comprobat Sim.de pret.d.conſil.37. nu.
25.& ſeqq.& in tract.de interpr.vlt.vol.lib.3. interpr.
3.dub.4. ſol.vlt.nu. 23.& 31.fol.mihi 339. & ſeq.vbi tñ
aliter ſentit, qñ Clauſula eſſet ſępius reiterata , quod
tñ factum non legitur in caſu noſtro,Gabr.in conſ.86.
nu. 3. vol. 1. qui etſi non loquatur de Clauſula iſta, tñ
mentionẽ facit de æquipollente, ideſt qñ teſtator vo-
cauit gradatim,& ſucceſſiuè, idem enim importat, ac
ſi dictum ſit de gradu in gradum, vel ſecundũ priori-
tatem gradus, nec inter eas diſcrimen aliquod cõſti-
tui põt,& allegat Iaſ.& Corn. in conſilijs: quia ſecun-
dum eũ intelligitur de eo gradu, & ordine de quo lex
diſponit.Menoch.in conſi.124.nu.86.vbi dicit,ꝙ aſſu-
mendo gradum patris,intrãdoque eius locum,reprę-
ſentat illius perſonam,& cum patruo ſuccedit ſine lę-
ſione gradus. idem voluit in conſ.211.nu.39.latius in
conſi.357.num.27.& ſeq. & cum illo tranſite vr̃ Petra
Placent.in tract.de fideicomm.ex prohi.alie.q.11.nu.
128.Menoch. in tracta.præſumpt.lib.4.præſumpt.95.
nu.21.Port.Imo.in conſi.55.nu.105.Rota in deci.448.
nu.3.in 1.par.nouiſſim.vbi dr̃,Clauſulã, gradatim, nõ
excludere repræſentationẽ,allegat Soc.iun.in d.cõſil.
126.num.13.atque ita cum Soc.loquatur de Clauſula,
Salua gradus prærogatiua , Rota habuit pro paribus
terminos pręedictos dum ad probationẽ vnius allegat
Socinum loquentem de alio. & nouiſſimè hanc ſniam
tenuit Peregr.in ſuo tracta. de fideicõm.art.21.nu.20.
vbi quod Clauſula refertur ad intellectũ iuris.& ante
eos quis neminem alleget,idipſum placuit Alciat. in
d.§.in fideicõmiſſo.nu.12.vbi tenet,quod Clauſula,ſal
ua prærogatiua gradus,vel ordine ſucceſſiuo,non im-
pediat repræſentationẽ gradus , quia cum paternum
ingrediatur locum, & gradum, ſatis eſt ſalua gradus
prærogatiua; & paulo ſuperius loquendo qñ teſtator
vocauit proximiores de familia,dicit Alc.quod nõ fa
cile creditur teſtatorẽ à legis ordine diſceſſiſſe , quod
ego quoq; tetigi ſupra in 1.arg. quam ſniam ſine du-
bio admittũt oẽs ,qñ ex aliquibus adiectis verbis cõ-
ſtat teſtatorẽ reſpexiſſe ad iuris ordinẽ, vt per Iaſ. in
d.conſi.159.nu.5. in fi.in 4.vol. Dec.in conſil.79.nu.2.
verſ.ſecundo præmittendum,Gabr.in conſi.130.nu.4.
vol.2.& ſi bene videatur,idipſum voluit Aret. in conſ.
162.col.pen.& fin.vbi loquitur in pacto,& vult ꝙ tale
pactum intelligatur ſecundum ius cõe, Aret. ſequitur
Ruin.conſil.163. nu.7.vol.1. ſic in ſtatuto loquente de
gradus prærogatiua,voluit Cran.in conſi.703.nu.3.&
ſeq.vbi multis vtitur argumẽtis, & Ruin. in loco præ-
allegato loquitur non ſolum in vltimis volũtatib. ſed
ẽt in contractib. Molin.de primog.Hiſpa.lib.3.c.8.nu.
16.vbi id explicitè tenet contra multos à ſe citatos,&
pro cõfirmatione facit: qa teſtatoris diſpoſitio æqui-
paratur legi,§.diſponat,in Authẽ.de nupt. vbi aũt lex
mentionem facit de gradus prærogatiua,repræſenta-
11 tionẽ non excludit, † vt probatur in Auth. defuncto,
iuncta gl.ibi,& Doct.C.ad Tertul.vbi nepos intrat lo
cum patris, ex Clauſula,non obſtante.& idem locũ ha
bere in iuribus feudalibus ſuſtinet Aret.d.conſil.162.
col.fin.verſ.pro illa concluſione facit,& in ſtatuto po-
nit Crauer.d.conſi.703.nu.3.latè Decia.conſi.9. nu.6.
in 2.vol.ergo non ẽt fiet excluſio quando clauſula po-
nitur à teſtatore,niſi velimus inter legis , & teſtatoris
diſpoſitionẽ differentiã conſtituere, prout fecit Bald.
in d.§.in fideicommiſſo,quem tamen ſupra oſtendi re-
probari cõiter à Doctorib. Et illam quoq; concluſio-
nem,quod Clauſula non excludat repræſentationem,
ſequitur Decia.in conſ.14.nu.18.vol.5.vbi latè probat,
eſſe veram reſolutionem,præcipuè ſi addita eſſent ver
ba, ſecundum iuris ordinem, vti dixi ſupra. nouiſſimè
Menoch.in conſil.668.nu.10.licet ex alijs quæ nõ con-
currunt in facto noſtro , diſcedat ab hac ſententia .

Nec obſtat doctrina Caſtr. in Auth. defuncto,dum
vult,quod pater non reprǽſentat filium:quia illud ve-
rum eſt , nõ quia textus per illam Clauſulam ſecundũ
gradus prærogatiuam,excludat repræſentationẽ , ſed
quia ẽt Clauſula non extante,aſcendens non reprǽſen
tat deſcendentem,ſed bene è contra, & deſcẽdentibus
eſt magis debita hæreditas quã aſcendentibus, vt per
Caſtr. ibi, vbi Sal.nu.2. meliorem adducit rationem ;
quia repræſentatio quę de patre fit in filio,eſt ſecundũ
naturã,ideo ars quæ imitatur naturam id facile indu-
cit.ꝙ verò pater repræſentet filium, eſt ſecundum na-
12 turam impoſſibile,ideo † ars quoq; ipſa non audet id
aggredi.Barba.conſil.50.col.1.vol.4.& probatur in l.
fi.C.de impuber.vbi dicitur,quod pater, & filius natu
ra reputantur eadem perſona,ideſt ſecundum verita-
tem

tem iuris naturalis,vt bene declarat Caſtr.in cōſ. 164. col.4.nu.4.ver.& propter hoc dicit,vol.2. idē dicit nu. 6.verſ.item nō obſtat rō,vbi ait,hanc æquitatem quod filius intet locum,& gradū patris,produci à natura,iō locum habere, ſiue nepos velit cum patruo ſuccedere, ſiue patruū excludat, vt contingit in primogenijs; Et quod repræſentatio in deſcendente proueniat naturali ratione,voluit Decian.conſ.9.nu.18.vol.2.p l.1.de hęred.ab inteſt.venient.non ergo in aſcendentibus prohibita eſt repræſentatio, quia textus reſeruet prærogatiuam gradus,ſed quia eſt contra operationē naturæ: ceſſat igitur principale fundamētum partis aduerſæ.

Et non eſt verum, quod repræſentatio ſit fictionis opus:nam imò deſcendit à veritate naturæ:vt dixi,ex l.ſi.C.de impuber.& d.§.1.Caſt.d.cōſ.164.vbi dicit eſſe ſcd̄m veritatem iuris naturalis, & hoc ad idem pōderat Tiraq.de primog.q.40.nu.135. dicens repræſentationem deſcēdere à veritate iuris naturalis, & infert, quod ideo locum habet etiam in ſtatutis, repetit nu. 219.idem voluit Men.conſ.357.nu.33. vbi dicit fictionem non eſſe,ſed pręſumptionē iuris,allegat Pariſ.Socin.iun.Peral.Decian.& alios,latiſſime probat Decia. in conſ.9.nu.2.& multis ſeq.vol.2.vbi ſuſtinet ius repſentationis eſſe ſecundum naturam,& veritatem,quia filius vere,& ꝓprie patris portio eſt, & in eo extat ſubſtantia, & caro patris, & eſt vnus cum ipſo patre,c.cū iā itaque,1.q.4.Bald.in l.fin.C.de ſeruis fugit.& infert Decian.præcitato loco, quod ideo in feudis,in emphyteuſi,in ſtatutis ēt odioſis,& correctorijs, & cōtra ius commune,imò in quacunq; materia ſtricte interpretāda,locus eſt repræſentationi,eaq; iudicatur fauorabilis,& extendenda,tanquā antiquiſſima,& deſcendens à iure diuino,quare ergo ſi in prædictis omnib. procedit repræſentatio,locu non habebit in diſpoſitione teſtatoris,quæ eſt magis fauorabilis,& extendenda.

Superflua quoque, & otioſa dici nō poteſt ea Clauſula in teſtamento poſita,in quo deſcendentes ſunt vocati;nam per eam excluduntur filij, & alij patre viuente,& nō omnes eodem tempore ſuccedunt, ſed ſucceſſiuo ordine, in gradu deſcenſiuo, ita reſoluit Caſtr. in conſ.454. col.2.in fine, vol.2. ſed vbi parentes non extant,tuc non operatur ea Clauſula,quod nepos excludatur à patruo,vt ibi per eum, quem ſequitur Simō d. lib.3.interpt.3.dubit.4.ſolut.vlt.nu.23. in ſi.cū autem operetur hunc effectum, nō ſtat ſine virtute operandi; verum eſt,quod hęc reſponſio non eſt ſine difficultate, quia Clauſula, Salua gradus prærogatiua,ſubintelligitur, quando plures vocantur per nomina collectiua, quantum tñ ad effectum,vt intelligantur ſucceſſiuo or
13 dine vocati,† vt in d.§. in fideicommiſſo, & probat Simon loco mox allegato;ſed reſponderi poteſt,hoc verum non eſſe abſolute,ſed ſolum quando concurrit affectio,& neceſſitas inſtituendi, aliàs autem,qñ plures ſunt vocati, Clauſula importās ordinem ſucceſſiuum, non ſubintelligitur,vt per gl.in l.Gallus,§.quidam recte,vbi Bar.nu.4.& Bal.nu.3.ff.de lib.& poſth.& Iaſ.n. 20.dicit cōem Did.in c. Rainutius,§.2.nu.4. Car.Mãt. de coniect.vlt.vol.lib.4.tit.7.nu.1.Oſaſc.deciſ.Pedem. 81.nu.12.Cęph.conſil.607.nu.33.Gomez.de teſtam.c. 2.nu.3.ver.quinto limita. Clarus,§. teſtamētum,q.80. nu.3.Men.conſ.85.nu.77.Præterea,vt dixi ſupra,etiāſi hæc Clauſula,Salua gradus prærogatiua, fuiſſet tacite intellecta in fideicommiſſo relicto per nomina collectiua, tamen non per hoc eius expreſſio dicitur ſuperflua: quia ſatis operatur, cum per eā redditur expreſ-
14 ſum,id quod prius erat tacitum,ita† Io.And.in c. ſolitæ,in gl.ſuper ver.tanquam,de maiorit.& obed. Alex. in cōſ.33.nu.9.in 1.vol.vbi ēt ſubdit, quod idem eſt qñ in ſpecie exprimitur id quod generaliter inerat: nam magis animaduertitur ad id quod ſpecialiter iniungitur,quam ad id quod generaliter imponitur,c. quamquam,25.diſtinc.c.ſi aduerſus,de hæret. Nat.in conſil. 186.nu.8.vbi tñ de Alexandro non meminit; & ſuperfluè loqui non vr̄,qui verbis ad clariorē rei lucidationē exprimit id,quod tacite veniebat,c.1. de ſum.Trin. in 6.vbi gl.in ver.& filio.& Gemin.late.Card. Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.3.tit.6.num.3.& ſeq.& ſæpe toleratur quod ad tollendam dubitationem exprimatur, id qđ tacite inerat.Cort.iun.in conſ.115.nu.17.Ruin. conſ.134.in fine,vol.3.Peregr. in tractatu de fideicom. art.14.nu.21.& ponit Rip.in l.3.ff.de legat.1.non ergo dici pōt ea Clauſula adeo otioſa, vt torquere debeat verba contra naturalem rationem; & veroſimilem teſtatoris mentem,vltra quod tenue admodum, & leue eſt argumentum quod hoc modo deſumitur, vt per Alciat.in d.l.3.nu.3.Peregr.d.art.14.nu.21.in fine.

Non etiam mouere dēt authoritas contradicentiū: nam ex his adimendi ſunt Caſtr.& Petra, eiſq; ſublatis,maior remanet authorū numerus pro hac parte,vltra quod vrgentiorib.rōnib.opinio hæc fulcitur,quod ſcilicet non temere conſtituenda ſit differentia inter ſucceſſiones prouenientes ab hominis diſpoſitione, & eas quæ à lege ordinantur, cū teſtator cenſeatur diſponere ſcd̄m leges, vt ponderat Alc.d.§.in fideicōmiſſo, vbi repetit, quod non facile credendū eſt teſtatorē receſſiſſe ab ordine legis,id ꝙ confirmatur: quia repræſentatio inducta eſt ꝑꝑ naturalem ęquitatem,& ſcd̄m veritatem, qua ratione videmus, ꝙ vbi teſtator vocauit ad ſucceſſionē proximiores,nihilominus nepos in-
15 greditur locum patris,† vt voluit Bal. in cōſ.171.vol. 1.Dec.in cōſ.527. col.1. vbi idem dicit in ſtatuto vocāte proximiores. Alex.conſ.124.nu.3.vol.7. Cor.in cōſi. 115.vol.2.Caſt.Soc.iun.For.Imo.Tiraq.Cęph. Decian. & Men.quos omnes citat,& ſequitur Pereg. in d. trac. de fideic.art.21.nu.17.& latius ceteris ponit Decia.in conſ.55.nu.45.& ſeq.in 3.vol. vbi probat hoc procedere in ſtatutn,in diſpoſitione teſtatoris,& in alijs diſpoſitionib.ēt feudalibus, vel emphyteuticis: quia vt ipſe dicit, nepos dr̄ proximior, ex quo habet gradū paternū,licet ex propria perſona ſuccedat: q̄uis ſæpe Men. præcipue in cōſ.124.velit,ꝙ ſuccedat ex ꝑſona patris: ꝙ non placet,quia imò ſuccedit ex propria ꝑſona, ſed ingreditur gradū, & locū patris. idem tenuit Alc. qui non ſolet allegari in d.§.in fideicommiſſo,nu.12.ſicuti igitur vocatis proximiorib.repręſentatio nō excluditur,ita non dēt excludi per Clauſulā,Salua gradus pręrogatiua,quia non minus operatur proximiorum appellatio quoad gradus ſignificationem,& ſucceſſionis reſtrictionem, q̃ expreſſio,aut reſeruatio ꝓgatiuę,& ſi nepos ſuccedit primo caſu,eo quod ſit proximior,q̃uis hāc proximitatem habeat à gradu paterno, quem aſſumit,eodem modo debebit ſuccedere vbi prioritas gradus eſt attendenda,poſtq̃ eandem prioritatem habet licet à patre,non à ſe ipſo,eadem enim vtroq; caſu eſt ratio:quia ſcilicet eſt in proximiori gradu,& verba illa,ſecundum gradus pręrogatiuam,verificātur in nepote, qui vigore repræſentationis eſt in eodem gradu cum patruo,& ſi bene videatur Duran.d.caut.27.ſtat pro hac parte,dum vult,Clauſulam,Salua gradus,&c. inducere excluſionem, niſi alia addantur verba clariora,& quę magis enixam explicent teſtatoris volūtatē.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitoris ex facto tenetur dominus.*
2 *Inſtitor vbi à pluribus fuit præpoſitus,quilibet eorum tenetur in ſolidum.*
3 *Inſtitor dicitur quicunque negotiationi quæſtuariæ etiam*

nullo

nullo certo loco deſignato præponitur.
4 *Confeſſio procuratoris per viam contentioſæ iuriſdictionis domino præiudicat.*
5 *Depoſitum quomodo contrahatur.*
6 *Depoſitum probatur per confeſſionem depoſitarij.*
7 *Actor vnum deducens, & aliud probans debet ſuccumbere.*
8 *Actio vtilis ſine ceſſione, vt mihi quæratur ex actu per aliū geſto ſuper re mea quæ requirantur.*
9 *Actoris ex perſona ius eſt metiendum.*
10 *Teſti qui primo cum iuramento vnum depoſuit, & poſtea etiam cum iuramento contrariū, imminuitur de fide, ſicut quādo prius vnum dixit in iudicio, & aliud extra iudiciū.*
11 *Depoſitum verum aliud eſt, aliud confeſſatum.*
12 *Depoſitum nō probatur per confeſſionē ad præiudiciū tertij.*
13 *Confeſſio præiudicat confitenti, ſed non tertio.*
14 *Inſtitor obligat dominum quando contrahit ſecundum negotiationem cui fuit præpoſitus, aliàs ſecus.*
15 *Diſpoſitio ſemper ad ſuam cauſam reſtringitur.*
16 *Syndici non ſe impediunt de ijs quæ officialis geſſit extra officium.*
17 *Statutum obligans filiumfamilias artificem, intelligitur modo contrahat circa artem ſuam.*
18 *Libro mercatoris vbi lex mandat credi, intelligitur in concernentibus mercaturam.*
19 *Procurator conſtitutus ad recipiendum mutuo pecuniam, non obligat dominum ſi confiteatur recepiſſe.*
20 *Notarius qui fatetur inſtrumentum eſſe falſum, non præiudicat creditori.*
21 *Cedentis confeſſio poſt ceſſionem non nocet ceſſionario.*
22 *Maritus fatendo ſe vergere ad inopiam, vt vxor recuperet dotem, non nocet creditoribus.*
23 *Donans confitendo donationem eſſe factam, non præiudicat donatario.*
24 *Debitor qui mihi rem pignorauit, ſi dicat ſe prius alij pignoraſſe, mihi non nocet.*
25 *Acta requirunt ſcripturam.*
26 *Fideiuſſio non dicitur iudicialis eo quod facta ſit coram iudice, niſi etiam in loco iudicij, & apud acta ſit facta.*

CONSILIVM CCCXXVI.

TENERI Simonem Berretarium Hebræum ad reſtituendum D. Vincentio Regio bona mobilia penes eum depoſita ex eo ſolo ſuaderi videtur quia de præfato depoſito atteſtatus eſt Iſac Bagnacauallus inſtitor à Simone præpoſitus banco fęneratitio, & de eius confeſſione facta in iudicio coram D. Capitaneo iuſtitiæ deponunt duo teſtes Muletus ſcilicet, & Margarita: tenetur enim do
1 minus ex inſtitoris facto, l. 1. † in princ. ff. de inſtitor.
& perinde eſt, ac ſi negotium geſtum eſſet cum ipſo domino, §. fin. Inſtit. quod cum eo, l. Prętor ait, §. ſed ſi ſeruus, ff. de eden. l. hæres abſens, §. apud Labeonem, ff. de iudi. & hic vnus eſt ex caſibus quibus obligatur quis ex alterius contractu, vt inquit Caſtren. in Rubr. C. de exercit. actio. Azo. in ſum. C. eo. tit. nu. 10. quinimo, ſi inſtitor fuit à pluribus præpoſitus negotiationi, quili-
2 bet eorum tenetur in ſolidum, † l. 1. & 2. C. de exercito.
& ibi notāt gl. & alij, §. inſtitoria, Inſtit. quod cum eo, Abb. in conſil. 16. col. 1. vol. 1. Pariſ. in conſil. 93. num. 1. vol. 1. & dicitur inſtitor, quicunque negotiationi quæſtuariæ, etiam nullo certo loco deſignato præponitur,
3 † l. inſtitor, & l. in eum, in princip. ff. de inſtitor. Azo. in
ſum. C. de exerci. Bart. in conſi. 79. vol. 1. Inno. in c. fi. de fideiuſſor. Bart. & alij præcipuè Iaſ. Dec. & Alcia. in l. ſi inſtitorem, ff. ſi cert. peta. Mynſing. in §. ſi igitur, nu. 16. Inſtit. quod cum eo. Pariſ. d. conſil. 93. in princ. ea autē inſtitoris confeſſio pręiudicat domino, ſicuti præiudicare dicimus confeſſionē quæ fit à procuratore per viā
4 contentioſæ iuriſdictionis. † Bar. in l. certū, §. ſed an ip
ſos, col. 2. ff. de cōfeſſ. in l. non ſolū, in prin. ff. de procur. Cor. in cōſ. 144. col. fi. vol. 4. Imola in c. fi. de confeſſ. Iaſ. conſi. 47. col. fi. vol. 1. Dec. in conſil. 221. col. 1. & præter eos Rom. in conſi. 389. col. 1. nu. 2. Soci. conſi. 57. nu. 10. in 4. vol. Rip. in conſi. 104. nu. 1. vbi multos citat Rolā. in cōſ. 70. nu. 3. & ſeq. vol. 1. Oſaſ. deciſ. Pede. 39. nu. 34. in quibus locis dicunt idē eſſe in confeſſione tutoris, curatoris, & aliarum perſonarū ſimiliū. Stantib. itaq; prædictis, vr̄ Berretarium conueniri poſſe actione depoſiti, contrahitur enim depoſitū qn̄ res alicui tradi-
5 tur cuſtodienda, † l. 1. ff. depoſiti, præcipuè in §. ſi quis
cuſtodiēdum, & idem eſt qn̄ datur res vt ſeruetur, d. l. 1. §. ſi veſtimenta. idem, ſi res alicui cōmendetur, l. Lucius, vbi Doct. ff. eod. tit. & probari pōt depoſitum per
6 confeſſionem depoſitarij, † l. Publia, §. fi. l. Lucius, ff. de-
poſiti, Feder. Sen. conſil. 53. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gl. 6. nu. 8. vnde res videtur clara cōtra Berretariū. His tn̄ nihil mouentibus, cōtrarium credo verius eſſe, Berretarium ſcilicet à petitis per D. Regiū abſoluēdū eſſe: quia aſſertum depoſitū non fuit probatum, & cū ſit facti, non præſumitur, l. in bello, §. factæ, ff. de capti. & poſtlim. reuerſ. quinimo, cum Hebræus prędictus ſit bancherius, & bancum fęneratitium exerceat, nō aūt conſueuerit bona in cuſtodiā recipere, nō eſt veriſimile depoſitum à D. Regio allegatū, vnde duriore onere probandi rē non veriſimilē grauatur, qđ enim veriſimile nō eſt, habet imaginem falſitatis, vt ſunt vulgata iura. Præterea teſtes qui fuerunt in iudicio producti, nihil dicūt de depoſito facto per ipſum Regiū, ſed per D. Hieronymam eius matrē, ideo tanq̃ vnum deducēs,
7 & aliud probans ſuccūbere debet, † l. habebat, in prin.
ff. de inſtitor. actio. l. nō poſſumus, ff. ſi pars hæred. pet. l. quædā, ff. de in rem verſo. Tiraq. de retract. conuent. in fi. nu. 88. & ſicuti matris factum ſibi nocere non pōt l. trāſactione matris, C. de tranſact. ita nec prodeſſe, & ea contractu à matre facto non poteſt oriri acquirive actio filio. & quāuis aliqn̄ ex actu geſto per alium ſup re mea actio mihi quæratur vtilis ſine ceſſione, l. pen.
8 C. ad exhiben. declarat Bart. in l. quod procurator, ff.
de procurator. glo. in l. ſi quis alij, Inſtit. de inutil. ſtip. Anch. in c. quamquā, col. 7. de vſur. in 6. Caſtr. in l. damni, §. fin. ff. de dam. infecto, Capell. Toloſ. deciſ. 152. tn̄ hoc procedit cōcurrentib. duobus: primum qđ geſtū aliquid ſit ſuper re mea ſecundum qđ meo nomine geſtum fuerit, ita iura, & Doct. prædicti loquūtur, ſed horum neutrum hoc caſu interuenit. nā probatum non fuit bona eſſe dn̄i Regij, nec D. Hieronymam matrem depoſuiſſe nomine filij, propterea agi non poteſt per filium ex depoſitę per eam facto, actore igitur nō probante, reus abſoluendus eſt, ēt ſi nihil præſtiterit, l. qui accuſare, C. de edendo, & non curamus de iure poſſeſ-
9 ſionis, ſed ius metimur ex perſona agentis, † Barto. in
Auth. hoc locum, nu. 12. C. de ſecund. nupt. l. fi. vbi gl. & Bal. C. de rei vend. Dec. in d. l. qui accuſare, num. 14. & quia reſidet totius controuerſiæ pondus ſuper his quę fuerunt in contrarium deducta, ideo ad ea deuenio.

Non obſtat igitur confeſſio facta ab Iſac Bagnacauallo, quia vbi vera eſſet, non noceret, ex quo continet depoſitum factum à D. Hieronyma, non à D. Vincentio filio, vt paulo ſuperius deduxi. Secundo Margarita vna ex teſtib. examinata coram Capitaneo iuſtitię, reuocauit dictum ſuū, depoſuitque ſe ſic inſtructā fuiſſe ad dicendum, & veritatē aliter ſe habere, nempe, q̄ bona illa fuerunt per filiū D. Regij pignori obligata, accepta mutuo pecunia: & quamuis Docto. diſputent cui dicto ſtandum ſit, tn̄ certum eſt, qđ cum vtrumque ſit iuratum, & factū in iudicio, imminuitur mulieri de fide,

Digitized by Google

10 fide,† vt qñ prius vnũ dixit in iudicio,& aliud extra iu
diciũ,ſcđm Inn. in c. præterea, de teſtib.cogend. Aret.
conſ.71.col.3.Alex.conſ.124.col.2.vol.6.Marſ.in l.eos,
nu.21.de falſ.Rui.conſ.40.nu.12.vol.1. Men. de arbitr.
iud.caſu 108.nu.27.ſi enim detrahitur de fide teſti, eo
quod extra iudiciũ antea contrarium dixerat, multo
magis erit imminuenda fides,qñ in iudicio cum iura-
mento contrarium depoſuit, quare remanet vnicus te
ſtis Muletus. Tertio rñdeo,quod verum depoſitũ qua-
le D.Vincent. deducit in pñti iudicio,non probatur p
ſolam confeſſionem, aliud enim eſt verum depoſitum
11 aliud confeſſatum,† Bal.conſ.218. nu.5.vol.1. per tex.
in l.1.§.ſi mutuum,ff.ſi quis in frau.patroni. Bar.in l. ſi
ex cautione,poſt nu.1.C.de non num. pec.Bald.conſil.
352.vol.3.Anch.in conſ.330.nu.2.Tiraq.de retrac.cõ-
uen.§.4.gl.6.nu.10.& 13.Alc.in l.2.§.fi.ff. ſi cert.per. &
quamuis probetur depoſitũ per confeſſionem quoad
præiudiciũ depoſitarij qualis erat Bagnacauallus, tñ
aliud eſt qñ(vt hoc caſu)tractatur de prȩiudicio tertij,
12 † ideſt Berretarij,gl.i l.ſi ita ſtipulatus,§.Griſogonus,
ff.de verb.oblig.Feder.Sen.conſ.53.Bal. cõſi.364.nu.2.
vol.2. quam ſñiam multis authoribus citatis exornat
Maſc.in trac.de prob. concluſ.509.nu.3. ſequitur Ca-
roc.in tract. depoſit.part.1. in materia probationum,
nu.5.fol.mihi 84.& eſt regulare,quod etſi confeſſio pia
13 dicet confitenti,non tñ præiudicat tertio,† l.duob.§.1.
vbi Iaſ.ff.de iur.iuran. Afflict. deciſ.245.nu.11. Tiraq.
d.gl.6.nu.9.in fi. Nar.in conſ.438.nu.9. Rol.in cõſi.58.
nu.14.vol.2.Cȩph.in conſ.101.nu.8.& 28.quare quid-
quid Iſaac dixerit prȩiudicare non potuit Berretario.

Nec reſiſtit quod Iſac eſſet inſtitor,& deputatus ad
eum locũ:quia rñdeo,quod etſi inſtitor dominum obli
get,id tñ verum eſt,qñ contrahit ſecũdum negotiatio-
nem cui fuit præpoſitus, tunc.n. talis contractus obli-
gat eum qui deputauit,ac ſi ipſemet contraxiſſet: at in
facto negotiatio quã exercet Berterarius, nihil perti-
net ad receptionẽ cuſtodiæ rerum, ſed conſiſtit in mu-
tuando ſub vſuris, & recipiendo ſolutiones quæ fiunt
à debitoribus liberantib. pignora ſemel obligata, &
huic exercitio fuit deputatus Bagnacauallus,qui ideo
ſi ſuſcepiſſet ſine pignoratione cuſtodiam aliquorum
bonorum, non obligaſſet dñm, vt probatur in l. inſti-
tor,§.conditio,ff.de inſtito.vbi attendi dẽt cõditio ſub
qua fuit præpoſitus,& Caſtr.ibi hoc declarat, & qñ eſt
limitare deputatus ad aliquos actus, obligat dñm ſo-
14 lum qñ illos actus expedit.† Caſtr.d.l. inſtitor,§. non
tñ,& Azo.in ſum.C.de exercit.nu.14.dicit quod datur
actio contra proponentem, qñ actus pertinet ad cau-
ſam cui fuit præpoſitus. ideo ſi eſt ad vnam ſpeciẽ prȩ-
poſitus,non obligabit dñm pro alia : & clare ponit gl.
in l.ſi inſtitorem,ff.ſi cert.pet.vbi reſtringit obligatio-
nem domini ad cauſam in quam eũ præpoſuit, & Bal.
ibi ait,ꝙ inſtitor non obligat dominum extra id quod
fuit præpoſitus,ſequitur Dec. verſus finem, & Iaſ Pa-
riſ.d.conſ.93.nu.50.& ſeq.vbi alios allegat,in 1. vol.&
facit, quia diſpoſitio reſtringitur ſemper ad ſuam cau
15 ſam,† l.ita,§.ex hoc dicto,ff.naut.caup.ſtabul.vbi Bal.
infert, quod ſyndici in ſyndicando officialem,nõ ſe im
16 pediunt de his quæ geſſit extra officium.† poſt Guliel.
Cun.& infert ꝙ præpoſiti artium, non ſe ingerunt niſi
in pertinentibus ad artem,ſic ſtatutum obligans filiũ-
familias artificem, intelligitur modo contrahat circa
17 artem ſuam.† Bal.in d.§.ex hoc,& in l.fi.C. ad Maced.
& dicit Ang.in l.1. C.ſi rector prou. quod etſi poteſtas
pro ſuis aſſeſſoribus teneatur, tamẽ intelligitur quo-
ad ea quæ officium reſpiciunt,& dicit Bald.in l.ne qđ,
in princip.ff. de incend. ruin. & naufrag. quod domi-
nus non tenetur de delicto familiarium, niſi quando
delinquunt circa ea in quibus eorum opera vtebatur,
ſic iura quȩ puniunt offendentem familiam inquiſito-
ris, non extenduntur ad eos qui ea priuato odio, non
autem ea cauſa inquiſitionis offendunt, ſecundũ Car-
din. in cap.1.§.fin.col.4. de hæret. & quando lex man-
dat credi libro alicuius mercatoris,intelligitur in con
18 cernentib. mercaturam.† Aretin.in conſ.33.in primo
dub.& licet libro officialis credatur,reſtringitur tamẽ
ad concernentia officium.Ioan.Andr.ad Specul.in tit.
de inſtrum.edit.in magna additio.in §. nunc dicendũ,
alios citat Becius,in conſil.5.nu.10. & 14.vbi late agit
multa recitat Fel. in c.cum ordinẽ, col.3. ver.limitata
cauſa priuilegij,de reſcript.Dec.d.l.ſi inſtitorem,in fi-
ne. Andr.Gail,lib.2. Imperial.obſeruation.10.num.8.
Men.de arbit.iud.caſu 91.num.22.& ſeq. Maſcard.qui
alios citat, in tract. probation. concl.975.nu.28. Cum
igitur negotiatio cui Bagnacauallus præpoſitus fuit,
reſpiciat non cuſtodiam rerum,neque illarum depoſi-
tionem,ſed mutuare ſub vſuris, pignora recipere, at-
que ea demum luẽtibus reſtituere, vtique Berretarius
non poterit conueniri pro eo quòd Bagnacauallus re-
cepit in cuſtodiam:quia hoc eſt omnino alienum,& di
uerſum ab exercitio fȩnoris,& mutuo,cui fuit ille præ
poſitus, & ſane iniquum eſſet, ſi obligaret dominum
in eo ad ꝙ deputatus non fuit, nã ceſſat ratio propter
quam dominus regulariter poteſt conueniri,quia ſci-
licet contractus cum inſtitore ſequitur fidem domini
præponentis,vt per Azon.d.ſum.C.de exercitor. Dec.
d.l.ſi inſtitorem, in princ. cum vero non fuit ad id de-
putatus à domino, nemo dicerit D. Vinc. qui ſciebat
qua in arte fuerat prȩpoſitus,ſecutum fuiſſe fidem Ber
retarij quem ſciebat non ad id præpoſuiſſe.

Secũdo reſpondetur, quod etſi Bagnacauallus fuiſ-
ſet prȩpoſitus ad recipiendam in cuſtodiam bona,vel
res,tamen adhuc non obligaret prȩponentem niſi cõ-
ſtaret vere,& realiter illum recepiſſe bona,non autem
per ſolam confeſſionem, vt patet in l.certum,§. ſed an
ipſos,ff. de confeſſ. vbi procurator generaliter conſti-
tutus ad recipiendum mutuam pecuniam, non obli-
19 gat dominum ſi confiteatur recepiſſe.† Barto.qui idẽ
dicit in l.non abſtulit,C.de donat. in l. ſi debitori, per
illum text.ff. de noua.in l.2.§.fin.ff.ſi cert.pet. vbi Ale-
xan.allegat multos concordantes, & Dec.num.26. ſe-
quen.dicit communem.Docto.in cap.ſi cautio, de fide
inſtrum. idem voluit Iaſ.in §. ſequens, num.14. & ſeq.
Inſtit.de actio.Soc.in conſi.3.nu.6.verſ. quinto proba-
tur,vol.1.Dec.in conſi.493.num.3.Fel.in conſil.21.nu.
5.& 6.vbi concludit ſubconductorem non teneri ad re
parationem, ſeu meliorationem de qua non conſtat
niſi ex cõfeſſione locatoris,etiam ſi promiſerit eas ſol-
uere:quia promiſſio intelligitur dummodo vere de il-
lis conſtet, & iam dixi quod vbi agitur de præiudicio
tertij,non admittitur confeſſio.hinc Cœphal.in conſi.
101.concludit, quod ſi conductor promittit locatori
ſoluere ſubuentiones omnes, & ſemina debita per co-
lonos partiarios, neceſſe erit per veras probationes
demonſtrare, quid à colonis debeatur: nec ſat erit,
quod coloni fateantur ſe tantum debere, quia eorum
confeſſio non nocebit conductori,& ibi probat multis
hanc concluſionem, & præcipuè, quia aliud eſt ſolue-
re, aliud confiteri, & agens ex numeratione ſuccum-
bit,probata ſola confeſſione.

Tertio rñdetur, ꝙ ea libro negotiationis cui ex Du
cali decreto plena fides adhibetur,cõſtat bona illa nõ
cuſtodię cã fuiſſe tradita Bagnacauallo,ſed in pignus,
accepta ab eo mutua pecunia, & liber reperit ita ſcri-
ptus vſq; ab initio, ideo poſt talem ſcriptionẽ Bagna-
cauallus non potuit fateri ad prȩiudicium dñi rem ali
ter ſe habere, ſicuti dicimus ꝙ notarius q fatetr inſtru-
20 mentum eſſe falſum, non præiudicat creditori.† Ioan.
And.

And.ad Spe.in tit.de inſtr.editio. §.poſtremo, ver.nũ-
quid ſi venditor,poſt venditionẽ factã emptori nõ no-
cet,Cuman.conſi.155.col.penul.cõfeſſio cedentis poſt
21 ceſſionem non nocet ceſſionario. † Bart. Caſtr. & alij,
in l.facta,§.ſi hęres,ff.ad Treb.Bero.cõſ.187.nu.5.vol.1.
Natta conſ.152.nu.11.maritus fatendo ſe vergere ad
inopiam, vt vxor recuperet dotẽ,nõ nocet creditorib.
22 † Cin.in l.vbi adhuc,q.12.C.de iure dot. Natta in cõſ.
438.nu. 10. ſic donans confitendo donationem eſſe fi-
ctam,non pręiudicat donatario.Ruin.conſ.177.col.3.
23 vol.1.& debitor qui mihi rem pignorauerat ſi dicat ſe
24 prius alij pignoraſſe non nocet mihi.Caſtr.† in l.Seia,
ff.ad Velleian. Rolan.conſ.85.nu.7.vol.2. cum itaque
Bagnacauallus ſcripſerit prius ſe ea bona habuiſſe in
pignus,& ſuper eis mutuaſſe pecuniam, non potuit ex
poſt facto contrariam confeſſionẽ, aut ſcripturam re-
uocando dicere quod habuerat cuſtodiæ cauſa,præci-
puè,cum id non ſit veroſimile, quia Bancherij non ſo-
lent ad cuſtodiam, ſed in pignus recipere bona, & ꝙ
non eſt veroſimile, habet falſitatis imaginem, & con-
feſſio non veroſimilis non probat, ſunt vulgata iura.

Similiter non repugnat,quod cõfeſſio inſtitoris no-
ceat domino,l.fi.ff.de inſtito.Cęphal.conſil.101.nu.5.
& 3.Rolan.conſil.4.nu.12.vol.4. quia ex prædictis pa-
tet reſolutio:non enim eſt veroſimilis, & repugnat li-
bro ab eodem ſcripto,& procedit quoad negotia,qui-
bus inſtitor fuit præpoſitus, puta ſi confeſsus fuiſset
ſibi in cauſam pignoris tradita fuiſſe aliqua bona,ſed
quoad extranea aliud eſt,quia non nocet domino.

Ex his apparet, ſuperfluum eſſe quærere de confeſ-
ſione,an fuerit voluntaria,vel neceſſaria, ad abundan
tem tñ cautelam dico, non poſſe dici iudicialem, atq;
ita neceſſariam: nã dñs Capitaneus iuſtitiæ non erat
iudex competẽs in ciuilibus,& corã eo nulla acta fue-
runt geſta,cum tñ deberent apparere,ex quo requirũt
25 ſcripturam,c.† quoniam contra,vbi DD.de probat.&
non ſufficit ꝙ confeſſio emanauerit coram iudice, niſi
etiã facta ſit in forma iudicij, vt per Bart.in l.1.ff. iud.
ſolui, vbi ait fideiuſsionem iudicialem non dici eo qđ
facta ſit coram iudice,niſi etiã in loco iudicij, & apud
26 acta ſit facta. † ſequitur Ruin.cõſi.98.nu.4.vol.5.pro-
baui in conſ.271.nu.39.& 46.Doctores enim conſide-
rant calorem iudicij,qui non datur vbi non eſt lis, ne-
que iudiciũ, & in facto res aliter ſe habet:quia illa di-
ſtinctio an confeſsio emanauerit per viam volũtariæ,
vel contentioſæ iuriſdictionis, ſit in procuratore ad
lites,nos autem ſumus in eo qui prępoſitus eſt negotio
non litibus,& qui verè non eſt procurator, ſed geſtor
negotiorum, vel inſtitor in banco.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuum conuincitur vſurarium,quando à principio conuen tum fuit de mutuando ſub vſura.*
2 *Iuramentum in contractu ſuſpecto appoſitum, ſolet augere ſuſpicionem.*
3 *Contractus plures facti inter eaſdem partes eadem die, per eundem notarium, & coram eiſdem teſtibus, inducunt ſuſpicionem.*
4 *Clauſulæ inſolitæ augent ſuſpicionem.*
5 *Quantitatum conformitas oſtendit prauitatem contractuũ.*
6 *Fœneratitium eſſe contractum difficile probari poteſt.*
7 *Contractum eſſe vſurarium coniecturis, & præſumptionibus probatur.*
8 *Vſura probatur per teſtes etiam domeſticos & familiares.*
9 *Vſurarum exceptio non cenſetur reiecta à ſtatuto reijciente omnes exceptiones.*
10 *Fideiuſſor vti poteſt omnibus exceptionibus quæ principali competunt.*
11 *Periurus non dicitur qui non ſoluit vſuras, quas ſoluere iurauit, contra num. 25.*
12 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
13 *Statuti deciſio vbi extat,non eſt vlterius inueſtigandum.*
14 *Contractus in dubio præſumitur verus, licitus,& realis,non autem vſurarius.*
15 *Contractum iuratum licet vſurarium tenetur quis ſeruare, & Deo iuramentum reddere.*
16 *Exceptio quæ cõtinet periuriũ agentis, ſemper allegari poteſt,non obſtante ſtatuto reijciente quaſcunque exceptiones.*
17 *Executio ordinata à ſtatuto in fauorem inſtrumenti publici, non debet impediri propter exceptionem vſurarum.*
18 *Contractus mutui cum pacto vſurario non vitiatur, niſi reſpectu vſurarum.*
19 *Abſolutio concedi non poteſt ab Epiſcopo ei, qui iam periurium incurrit.*
20 *Reus debendi dicitur, qui in ſolidum ſe obligat, in ſe ſuſcipiens alienam obligationem.*
21 *Liberatio facta per pactum, vel legatum vni ex correis, non prodeſt alteri.*
22 *Fideiuſſor non vtitur exceptionibus merè perſonalibus, quæ competunt principali debitori.*
23 *Dilatione debitori conceſſa non vtitur fideiuſſor.*
24 *Fideiuſſor exigi poteſt pendente lite cum principali.*
25 *Barbat.in c.cum acceſſiſſent,nu.141.de conſtit. reprobatur.*
26 *Iurans recipere vſuras non cogitur implere iuramentum,ſecus ſi iuret ſoluere.*
27 *Turpitudo in contractu vſurario verſatur ex parte recipientis vſuras,non ex parte ſoluentis, qui propterea ſemper poteſt allegare contractum eſſe vſurarium.*
28 *Excipiens repellitur ſi ſua non intereſt, non ſecus, ac agens.*
29 *Fructus rei obligatæ percepti per creditorẽ extinguũt ſortẽ.*
30 *Executionem non meretur inſtrumentum quatenus contractus eſt vſurarius.*
31 *Contractus plures eodem tempore facti,licet cenſeantur correſpectiui,non tamen reputantur pro vnico contractu, niſi quando vnus ad alium referri poteſt.*
32 *Correus,& fideiuſſor poteſt quis ſimul eſſe.*
33 *Fideiuſſor,& correus vbi quis eſt, poteſt creditor eligere,an illum conueniat tanquam fideiuſſorem, vel vt correum.*
34 *Fideiuſſor tenetur acceſſoriè.*
35 *Correus tenetur principaliter,& in ſolidum.*
36 *Fideiuſſori competunt omnes exceptiones quæ dantur principali.*
37 *Rei duo promittendi poſſunt conſtitui ſub diuerſis pactis.*
38 *Correus poteſt obligari in plus quam ſit principalis debitor.*
39 *Compenſatio non fit de credito vnius cum debito alterius,ſed cum eo quod creditor debet.*
40 *Correus non poteſt obijcere compenſationem pro credito alterius correi.*
41 *Res eadem diuerſis reſpectibus, & quo ad diuerſas perſonas diuerſo iure cenſeri poteſt.*
42 *Vſurarum crimen licet coniecturis probetur, debent tamen coniecturæ eſſe manifeſtæ & concludentes.*
43 *Probationes fortiores requiruntur, nec ordinariæ ſufficiunt ad conuincendum contractũ celebratum à viro nobili, probo,& bonæ famæ,eſſe vſurarium.*
44 *Proxeneta non eſt teſtis idoneus, nec recipi poteſt, niſi vtraque parte conſentiente.*
45 *Diuerſitas quantitatum conſtituit diuerſum contractum, ſicut & diuerſitas temporis.*
46 *Aſſertio pro parte falſa, præſumitur in totum falſa, ſicut in parte vera, præſumitur in totum vera.*
47 *Mendax in vno, præſumitur talis in omnibus.*
48 *Probatio incerta non releuat, & interpretatur contra probantem.*
49 *Coniecturæ quando admittuntur ad conuincendum contractum vſurarium,debent in ſua ſpecie eſſe perfectæ, & plenè probatæ.*

Nobilis

50 *Nobilis veriſimiliter vſuram, aut ſimulationem non committeret.*
51 *Conſuetudo facit licitum quoad forum ſori, quod aliàs eſſet illicitum, quo ad euitandam pœnam temporalem.*
52 *Contractus non iudicatur vſurarius quamuis coniecturæ poſſint inferre ad vſuram, quando in regione frequentatur ſimilis contractus, ſed tunc coniecturæ illæ torquentur in bonam partem.*
53 *Contractus in dubio iudicatur licitus.*
54 *Intereſſe taxatio admittitur, & poteſt à principio in pactum deduci quãdo quis eſt ſolitus negotiari, & in negotio lucrari ſi conſtat illum veriſimiliter tantum lucraturam fuiſſe.*
55 *Intereſſe poteſt iudex ex officio taxare, ſi de eo conſtat, licet non de certa quantitate.*
56 *Impedimenta duo vbi obſtant vno ſublato alterũ remanet.*
57 *Exceptionem non ſolum deducere, ſed eam probare quis debet, quando ſtatutum dicit quod contra inſtrumentum debeat opponi intra certum tempus.*
58 *Probatio facta parte opponente, & reluctante, non prodeſt quando non erat admittenda, licet non appellauerit pars opponens.*
59 *Capitula admiſſa cum clauſula, Saluo iure, & datis probationibus, ſi conſtat ea non fuiſſe admittenda, habentur ac ſi non eſſent admiſſa.*

CONSILIVM CCCXXVII.

ROTAE Lucẽſis deciſio qua dictum fuit
præceptum executiuum conceſſũ mul
tum Mag. D. Benedicto contra D. Ste-
phanum, non eſſe exequendum, confu
tata fuit validiſſimis argumentis in
quacunq; ſui parte, ab Excellenti Iu-
riſconſulto Dom. Hieronymo de Nobilibus, vt nihil
fere addi poſſit quod ab eo non ſit dictum: ea vero re-
petere quę iam adducta ſunt fruſtratorij laboris eſſet,
& inutilis. Sed ne ſua ſpe fruſtratus remaneat Domi-
nus Benedictus, qui honoris cauſam potius quam cu-
ius ſuis commodi defendit, nonnulla afferam approbã-
do in reliquis quæcunque deducta fuere per Dominũ
cauſæ patronum. Totius, itaque præſentis cauſæ pon-
dus in eo conſiſtit articulo, an exceptio vſurariæ pra-
uitatis oppoſita à Domino Stephano impedimẽto ſit
ne Domino Benedicto concedatur executio præcepti
ex forma Lucenſis Statuti conceſſa quibuſcunque ha-
bentibus publicum inſtrumentum obligationis. Rotæ
autem viſum fuit exceptionem prædictam obſtare: q a
inquit ex multis coniecturis conſtare contractum mu
tui cuius nunc petita eſt executio, vitio vſurariæ pra-
uitatis laborare, id quod ex multis deducit, ſed præci-
pue ex libro proxenetæ in quo legitur Dominum Be-
nedictum mutuo dediſſe Horatio aureos mille in ra-
tione ſex pro ſingulis centum aureis, cum enim à prin
cipio conuentum fuerit de mutuando ſub vſura, ſe-
1 quens mutuum conuincitur vſurarium, † vt per textũ
ab eo allegatum probat Bald. in l. 1. verſ. illud tñ menti
tenendum, C. ſi ſeru. exter. Alex. in conſ. 29. vol. 7. Dec.
in conſ. 543. nu. 18. Decian. in conſil. 62. nu. 7. & 43. vol.
3. quia à primordio tituli poſterior formatur euẽtus,
l. 1. C. de impon. lucra. deſcrip. lib. 10.

Secundo ex eo, quod non eſt veroſimile Dom. Bene-
dictum virum induſtrium, & cautum, tam ingentem
Horatio quantitatem mutuo dediſſe gratis, eſt enim
hoc donare, perdere, & ſuum iactare, contra iuris præ-
ſumptionem, l. cum de indebito, ff. de probat.

Tertio, ob iuramẽtum, quod ſolet augere ſuſpicio-
2 nem in contractu, † ſecundum Hoſtienſ. & Io. Andr. in
cap. illo vos, de pign. Becius, qui alios citat, in conſ. 52.
nu. 110. Menoch. conſ. 109. nu. 17. Rim. conſ. 62. nu. 12.

Quarto quia plura inſtrumenta pluresque contra-
ctus facti fuere inter eaſdem partes eadem die, p eun-
dem notarium, & coram eiſdem teſtibus, quæ indu-
3 cunt ſuſpicionem, † vt poſt Ioan. Andr. Corn. Alex. &
alios, probat Menoc. d. conſ. 109. nu. 34.

Quinto plures illæ quæ inſolitæ fuerunt appoſitæ
4 cautelæ quæ augent ſuſpicionem. Bald. & Caſtr. in l. te-
ſtamentum, C. de teſtam. vbi etiam Iaſ. num. 3. Decia.
in conſil. 105. nu. 25. in 2. vol. Menoch. lib. 3 præſumpt.
122. nu. 67. & 79. ſolent enim qui contractus illicitos
faciunt, plurimas adhibere cautelas, vt per Bal. & Ca-
ſtren. d. l. teſtamentum, & dicetur infra.

Sexto facta diligenti ſupputatione quantitates de
quibus in inſtrumentis tam mutui ſuper domo, quam
locationis domus, tunc eſſe mutui in ratione ſex pro
centenario, conuenirẽ videntur cum quãtitatibus de-
ſcriptis in proxenetæ libro, licet facies contractuum,
ad palliandum nequitiam vſurarum, fuerit variata:
hæc vero conformitas quantitatum, ſatis oſtendit pra
5 uitatem contractuum, † Burſ. in conſi. 153. nu. 30. verſi.
quinta concluſio.

Septimo in genere additur, quod contractum eſſe
fœneratitium difficile probari poteſt, propter innume
ras fraudes, & artes quas ad vſuram celandum vſura-
6 rij quotidie ſolent excogitare, † vt in Clem. 1. de vſur.
Bald. l. eos, §. ſuper, C. de vſur. vbi ꝙ vix prudentiſſimi
poſſunt vſurariorum fraudibus occurrere. late ponit
Burſat. in conſ. 320. nu. 4. Decian. d. conſil. 62. nu. 19. in
3. Anguiſol. conſi. 52. num. 53. & ibi Menoch. de arbit.
iud. caſu 116. nu. 8. vnde infertur, quod coniecturæ, &
7 præſumptiones ſufficiunt, † d. c. illo vos, & latiſſime po
nit Decian. d. conſil. 62. nu. 15. volum. 3. vbi poſt Caſtr.
dicit id admitti, quia non ſolent fieri inſtrumenta, nec
teſtes adhiberi, ideo coniecturis agendum eſſe, & poſt
eundem ſubdit leues ſufficere coniecturas, vel ſemi-
plenam probationem, & poſt Corne. ait admitti quo-
que argumenta, & Burſat. in conſ. 400. num. 2. dicit, ꝙ
teſtes etiam domeſtici, & familiares recipiendi ſunt
8 ad probandum vſuram. † & Maſcard. in tract. proba-
tio. conclu. 1414. num. 16. ſuſtinet poſt multo, vnico te
ſte probari contractum eſſe vſurarium. Burſ. qui mul-
tos citat modernos, d. conſil. 320. num. 5. vbi quod duæ
coniecturæ ſufficiunt.

Et quamuis ſtatutũ Lucenſe, omnem reijciat exce-
ptionem, & inſtrumento det executionem, tamẽ exce-
ptio vſurarum non cenſetur reiecta, ſed opponi poteſt,
9 † quia aliàs creditor vſuram committeret, & ius diui-
num læderet, vt probat Benedict. de Barzijs in trac. de
Guarentig. in 3. par. princ. q. 7. quem ſequitur Anton.
Maſſa de forma Cameralis oblig. par. 3. poſt quintam
quæſtio. §. incip. ſecunda conſideratio. vbi allegat etiã
Dec. in cap. ex parte, il ſecundo, col. fin. limit. 28. de off.
deleg. quocirca iure merito vidẽtur Domini de Rota
denegaſſe executionem inſtrumẽti prędicti, quod eis
viſum fuit non modo ſuſpectum, ſed etiam cõuictum,
& vbi etiam alia ceſſarent, ſtatutum ipſum præſtita fi-
deiuſſione admittit debitorem ad deducẽdum, & pro-
bandum ſuas exceptiones, & in præſenti facto præſti-
ta fuit fideiuſſio. Quinimo admiſſæ fuere probationes,
& propterea etiam ſi aliàs de iure non fuiſſent reci-
piendæ, poſtquam tamen receptæ fuerunt, attendi de-
bent, per multa quæ in deciſione allegantur, quæ lon-
gum eſſet referre.

Ad iuramenti vim rñdent iam detectũ eſſe crimen
& omni caſu Stephanum fideiuſſorem non incurriſſe
periurium, ſtante ſaluoconductu conceſſo principali
debitori, qui etiam fideiuſſori prodeſt, ex quo vti po-
teſt omnibus exceptionibus quæ principali compe-
10 tunt, † l. 2. ff. quæ res pigno. oblig. non poſſ. l. conſtitu-
tionibus,

tionibus,vbi Bald.C.de vſur. Marſ.in Rub.de fideiuſſ.
nu.268.Pariſ.conſ.96.nu.39.vol.3.Natta in conſil.50.
nu.23.conſil.658.nu.6. Præterea,non dicitur periurus
is,qui non ſoluit vſuras,licet eas ſoluere iurauerit, q̃a
cum ſint omni iure prohibitæ,excuſationem meretur,
11 vt in terminis † voluit Barb. in cap. cum acceſſiſſent,
nu.141. de conſtit. Demum iuramentum intelligitur
12 rebus ſic ſtantibus,† c.2.vbi gl.Butr.Abb.& alij,de re-
nunciat.gl.Innoc.& alij,in c.quemadmodum,de iure-
iuran.Tiraq.in præfatio.l.ſi vnquam,nu.166.C. de re-
uocan.donat. cũ infinitis ſimilibus:at iurauit Stepha-
nus credens purũ & verum eſſe mutuum, non iuratu-
rus ſi ſciuiſſet eſſe vſurarium,quare detecta labe iura-
menti,tanquam variato facto,non eſt obligatorium.

Diligentius tñ & accuratius diſcuſſa præſenti quæ-
ſtione, ea fuit animi mei ſententia q̃d a Rota nõ bene
fuerit iudicatum,ſed D.Benedicto concedenda ſit exe
cutio præcepti ab eo requiſita, ſtatutum enim clarum
eſt,& non indiget interpretatione,quo diſponitur pr̨
ceptũ & præcepti executionẽ, eſſe concedendã, & vbi
ſtatutum habemus, non eſt vlterius inueſtigandum.
13 † Bal.in l.Gallus,§.ſi eius,in ſecundo not.ff.de liber.&
poſth.Dec.in conſ.563.nu.7. Marſ.in conſ.131. nu. 20.
& dicit Corn.in conſ.109.in fin.vol.1.q̃d inanis eſt di-
ſputatio vbi ſtatuti extat deciſio. Cęph. in cõſ.138.nu.
20. Rim.conſ.508.nu.34.cõſ.508.nu.2. Sola in proęm.
conſtit.Pedem.gl.4.nu.48.Becius in conſ.12.nu.2.

Præterea,contractus in dubio præſumitur verus,li-
14 citus & realis,non autem vſurarius.† Bal.in l.rogaſti,
§.ſi tibi,vbi Dec.in fine,ff.ſi cert.pet. Caſtr. Alex. Barb.
Rom.Soc.Dec.Pariſ.Gozad.Crau.Rol.Anch. Mod. &
Decian.quos citat Burſ. in conſ.320.nu.27. vbi nu.28.
poſt Bal.Cuman.Soc.Dec.& Pariſ.dicit, q̃d allegãs cõ
tractum eſſe vſurarium, debet id manifeſte probare,
& ratio eſt,quia vſura eſt delictum,quod non præſumi
tur,l.merito,ff. pro ſocio,& quod contractus præſuma
tur licitus,ponit Tiraq.de retractu conuent.in fin.nu.
126.Rol.conſ.40.nu.1. vol.2. Natta in conſ.498.num.
29. Lupus à Sancto Gemin. in c. nauiganti,§.4.nu.91.
vbi num.93.intelligit in foro fori, ſecus quoad animã,
& in l. 2. commentar.2.§.1.num.27.C. de pact. inter.

Tertio vbi etiam contractus poſſet notari vitio vſu
rarum,tamen Stephanus non poteſt id allegare, quia
venit contra ſuam aſſertionem factam in inſtrumen-
to,imò & contra ſuum iuramentum,quo promiſit ob-
ſeruare omnia in inſtrumento contenta,eaque dixit
eſſe vera, ideo nunc audiri non debet contra pro-
prium iuramentum,quod omnem excludit exceptio-
nem,vt latè probat Dominus Aduocatus.

Quinimo ſi conſtaret etiam contractum eſſe fœne-
ratitium, cogeretur nihilominus Stephanus promiſ-
15 ſionem ſuam implere,& Deo iuramentũ reddere,† vt
probat text.in c.debitores, de iureiur.qui loquitur de
eo qui vſuras ſoluere promiſit.Alb.in l.ad hęc,nu.4.C.
de vſur.vbi Bal.etiam,nu.4. dicit,quod iuramentũ in-
terpoſitum in contractu vſurario, eſt validum & obli-
gatoriũ.Caſtr.nu.3.Imol.in c.ex adminiſtrationis,nu.
3.de iureiur.Abb.in q.2.nu.11.Caſtr.in l.2.nu.11.ff.de
condict.ſine cauſa.Rom.in conſ.466.nu.4.Igne.in Au-
then.ex cauſa,nu.104.C.de liber.præter.Ant.à leutis,
conſ.18.nu.15.& Ant.Rondinel.cõſ.21.nu.19. vterque
in 2.vol.conſ.crim.diuerſ. & ponunt omnes DD. in c.
debitores,de iureiur.Men.conſil.24.nu.26.& prædicti
omnes concludunt, quod iuramẽtum non debet pro-
pria authoritate ſperni, ſed confugiendũ eſt ad eccle-
ſiaſticum iudicem pro abſolutione obtinẽda, ſine qua
iurans audiendus non eſt,ſeruandum eſt enim iuramẽ
tum quandocunque fieri id poteſt ſine interitu ſalutis
æternę,& ideo ſi ſtatutũ qualcunque reijciat exceptio-

nes ea tamen quæ continet periurium agentis ſemper
16 allegari poteſt, † per ea quæ ponunt Doctores, in l. ſi
quis maior,C.de tranſactio.Socin.iun.in conſ.125.nu.
2.& 6.vol.3.Aſin.in ſua praxi,§.13.c.9.num.28.

Et propter exceptionem vſurarum nõ debet impe-
diri executio ordinata à ſtatuto in fauorem inſtrumẽ-
17 ti publici,vt expreſſe determinat † Angel.in l.4.§. con
demnatum,ff.de re iudic.vbi ſubdit, hac ratione intro
ductam fuiſſe practicam recurrẽdi ad Epiſcopum pro
inhibitione, quia dum pendet lis ſuper retractatione
præcepti,vel nullitate contractus,non retardatur exe
cutio, & Imol. ibi ſubdit, hoc eſſe ſingulariter notan-
dum,& allegat etiam Rotam.Barbat. in conſil.18. col.
pen.num.23.verſ. quinimo,volum.1. & dicit Laurent.
de Rodul.in tract.de vſur.quæſtio.135.num.178. circa
finem, quod contractus vſurarius non eſt ipſo iure nul
lus,ſed eſt validus licet eatenus debeat infirmari, qua
tenus continet vſuras,& de hoc eſt text.in l.pecunię fu
nebris.& l.placuit,ff.de vſur.vbi dicitur,quod vſurarũ
promiſſio vitiatur in quantum excedit legitimum mo
dum:infert ideo Lauren.loco præcitato, quod inhibi-
tio fieri debet ſolum pro parte quæ cœpit vſuras; &
quod non impediatur executio, voluit Silueſt. Aldo-
brand.ad Dec.in d.c. ex parte,il ſecundo,in vlt.addit.
de offic.deleg. & quod ex cõtractu mutui adimatur ſo
la ſtipulatio vſurarum, & in reliquo detur executio,re
nuit Caualcan.in deciſ.35.nu.32.part.6. vbi ait,quod
pro ſorte nõ retardatur executio. allegat Lãcell.Gall.
in conſuet.Alexan.in verſ.vltra,quæſt.2.num.9. vbi ta
men allegat ſolum textus præallegatos. idem Caual-
can.in deciſ.2.nu.37.in 2.part.vbi allegat Ruin. Ioan.
de Anan.Capic.Maran.& Io.Bapt.Lupum,ſed melius
& plenius ceteris ego addo Andr.Gaill.obſeru.4. per
totam,lib.2.obſeru.Camerę Imperialis, vbi in fortio-
ribus terminis loquendo, ſuſtinet, quod cõtractus mu
tui cum pacto vſurario, non vitiatur niſi reſpectu vſu-
rarum,quamuis Imperiali conſtitutione ſancitum le-
gatur, quod contractus nullius valoris ſit & inefficax.
18 & † obſer.5.nu.7.eod.lib.dicit,quod pactum vſurariũ
adiectũ mutuo,vitiatur,& non vitiat:quia contractus
mutui de ſe eſt licitus,& allegat multa iura. & Bened.
Barz.in tracta.de guarentig.in 3.princip.par.quęſt.7.
allegat pro hac parte Martin.de Fano,et ſubdit cõſuli
reo quod ſoluat, et exinde ſolutũ repetat. quod ſi con-
tractus eſt de ſe validus, licet pactum vſurarium con-
ſtet fuiſſe adiectum,& mitti debet executioni:quanto
minus potuit executio denegari cõtractui cui nullum
eſt adiectum pactum,ſed legitur ſimplex & abſolutus.
Hæc vero deciſio mihi vr̃ ſola determinare pręſentem
quæſtionem,adeo,vt ſi aliud non obſtaret.non eſſet cu
randũ de prædicta Rotæ deciſione, præcipue, cum da-
to etiam, citrà veritatis offenſionem, quod conſtaret
mutuum eſſe factum ſub vſuris, non cõſtet aliquid ei-
dem creditori ſolutum fuiſſe in cauſam vſurarũ, quod
ideo ſit compenſandum,vel ſortem poſſit minuere.

Quæ vero pro deciſione Rotæ in contrarium alle-
gantur,facilem ex prædictis admittunt reſolutionem,
& iam per pręſtantiſſimum Dominum Aduocatũ fue-
runt ingenioſe ſublata,adeò,vt mihi non ſit in ſingulis
immorandum. & primum quidem, dum dicitur,con-
tractum eſſe fœneraritium, aduertendum eſt quod eo
quoq; conceſſo, quod tñ falſum eſt, adhuc non potuit
denegari exequutio,vt ex proximo fundamẽto & alijs
ſupra relatis conſtat luculenter. Secũdo obſtabat per-
iurium Stephani,impediens ſimilem allegationẽ, ſal-
tem ante implementum,iuxta c.debitores,de iureiur.

Et non reſiſtit abſolutio impetrata: quia cum iam
debitor moram in ſoluendo conceſſiſſet, quia cõuenta
die non ſoluerat,ei non potuit concedi abſolutio: qui

iam ſactus erat periurus,intelligendo tñ de Epiſcopo.
19 † Feder.de ſen.in conſi.301.Factum, in fin.Rom.conſi.
326.num.1.Anch.conſi.198.col.fin.Iaſ.in l.Labeo, an-
te finem, ff.de pact.Cagnol. in l.ſi quis maior, nu.154.
C.de tranſact. Rolan.in conſil.34.nu.2. & ſeq.vol.1.la-
tiſſimè Neuiz.conſi.23.nu.8. Rolan.in conſi.26.nu.30.
in 3.vol.Crau.in conſi.613.nu.33.vbi, quod ideo abſolu
tio conceſſa caret viribus, conſi.716.nu.15. & in conſi.
786.nu.7.Natta in conſi.145.nu.25.Menoch. in conſi.
343.nu.47.Theſaur.in deciſ.Pedem.165. in fi. Decian.
in tract.crimin.lib.6.c.11.nu.54.verſ.notandum tñ, &
prædicti omnes DD.ſequentes Anch.in d.conſilio,di-
cunt, quod abſolutio per vicarium Epiſcopi conceſſa
periuro,eſt iniuſta,& nõ ſeruanda, & dicit Ruin.conſ.
66.col.2.vol.4.communem eſſe opinionem,quod Epi-
ſcopus non debet nec poteſt concedere, & de talis ab-
ſolutionis viribus bene põt cognoſcere iudex laicus,
quidquid ſit in alijs, vt poſt Anch.Felin.Socin.Afflict.
Pariſ.& alios concludit Rolan.d.conſi.34.num.10.vbi
ſubdit ita iudicatũ fuiſſe. Matant. in Spec.par.4. diſt.
11.nu.8.Viuius commun.opin.lib.2.opin.1.col.2.Aſin.
in tract.execut. §.9.c.235.fol.381. quod ſi commiſſum
iam periurium ita inficit abſolutionem quæ fuit indi-
ſtinctè cõceſſa,multo magis illam eneruabit quæ huic
debitori conceſſa fuit ſub ea cõditione explicita,dum
modo non inciderit in periurium,hac enim conditio-
ne ſtante, habetur abſolutio pro non conceſſa, nec ei
magis prodeſt quam ſi illam non impetraſſet.

Et ab incurſu periurij Stephanum debitorem nõ ex
cuſant induciæ D. Horatio principali debitori conceſ
ſæ:quia vt bene reſpondet D.Aduocatus,cum Stepha-
nus eſſet æquè principaliter cum Horatio obligatus,
non habetur pro fideiuſſore, ſed vterq; eorum dicitur
reus debẽdi:quia vterq; ſolus & in ſolidum ſe obliga-
uit,& Stephanus in ſe ſuſcepit alienam obligationem,
20 † l.reos,§.cum in tabulis, ff. de duob.reis. Bart.Angel.
Caſtr.& alij,in l.2.ff.eo.tit.Roncagall.d.§.cum in tabu
lis,nu.63. Natta in conſi.52.nu.1.& conſ.261.nu.3.pro
pterea dilatio vni conceſſa,non prodeſt alij,ſicuti libe
ratio per pactum,vel legatum vni facta,nõ prodeſt al-
21 teri,† l.liberarionem,§.nunc de effectu, ff. de liber.leg.
Capel. Toloſ. deciſ.264. Addo ego,quod vbi etiam ſit
ſimplex fideiuſſor,quòd tñ affirmari non poteſt,adhuc
ei non proſunt induciæ principali debitori conceſsæ,
quia fideiuſsor non vtitur exceptionibus merè perſo-
22 nalibus,quę cõpetunt principali debitori.† l.& ſi fide-
iuſsor,ff.de re iudic.l.1.C.de fideiuſso.mino. & in ter-
minis quod dilatione debitori conceſsa non vtatur fi-
23 deiuſsor,† voluerunt Bald.& Salic.in l.2.C.de precib.
Imperat.offer.Bart. Alex.& Iaſ.in l.filiusfamilias, §.in
hac,in fi.ff.de ver.oblig.& latè probat Cucus, in tract.
de morator.præſcript.nu.122. vbi reſpondet rationib.
quæ in contrariũ ſolent allegari,quinimo, lite penden
24 te cum principali,exigi poteſt fideiuſsor.† Bald.in l.fi.
nu.2. C.de fideiuſs.quod alijs cõfirmat Aſin. in praxi,
§.31.ampliat.22.nu.12.fol.mihi 174.ſiue igitur ſit fide-
iuſsor,ſiue principalis debitor,vel correus,vtroq; caſu
excuſatione caret:nã ſi non prodeſt fideiuſsori, multo
minus proderit ei qui eſt obligatus, tanq̃ principalis.

Et quamuis Barbat.in c.cum acceſſiſset, dicat excu
ſari à periurio eum qui nõ ſoluit vſuras promiſsas, tñ
25 eius dictum ſuſtineri non poteſt: quia † eſt contra tex.
in c.debitores,de iureiuran. & cõtra ea quæ ſupra dixi
in verſ.quinimo ſi conſtaret,nam iuramentum de ſol-
uendis vſuris eſt obligatorium proinde ſeruari debet,
quia ſoluens non peccat ſed recipiens. ſecus autem eſt
in iuramento,de illis recipiendis,quia tũc iurans pec-
26 caret,ideo non cogitur implere iuramentum, † ita di-
ſtinguit Guid.Pap.q.80.in fin.& per hanc rationẽ De-
cian.in tract.crim. lib.6.cap.11.nu.32. verſic.ſic etiam
excuſabitur, reprehendit Barbatiam in loco prælle-
gato;& omnes Doctores dicunt,quod talis moram fa
ciens in ſoluendo vſuras promiſsas, incurrit periu-
rium,ergo non ſoluens non excuſatur.

Per prædicta ẽt ſubuertitur excuſatio adducta, qđ
ex quo crimen eſt detectum non opus eſt abſolutione:
nam negatur,crimen vllum adeſse in hoc cõtractu,ſed
eo quoque admiſso,debitor audiri non debet ante ſo-
lutionem, ſi enim detecto & probato crimine cogitur
iurans ſoluere, d.capit.debitores, vbi ſupponitur agi
de vſuris explicitis non palliatis, multo magis cogen
dus erit qñ dubiũ eſt, & ſub iudice lis an cõtractus ſit
vſurarius,ſi id enim de quo minus ineſſe videtur,ineſt,
ergo & illud de quo magis. Auth.multo magis, C.de
ſacroſ.eccleſ. & quæ dicunt DD. audiri aliquem dete-
cto crimine,qui ante non audiretur,procedit,qñ obſta
bat turpitudo propria:ea enim ſi non eſt detecta, non
poteſt allegari, vt per DD. allegatos in deciſione, ſed
nos agimus de vſurario contractu, in quo nõ verſatur
turpitudo ex parte dantis,ſed ex parte recipientis tan
27 tum,ideo poteſt ſemper allegari, † ſecundum Barbat.
conſil.8.col.fin.vol 4. quem citat & ſequitur Tiraq. de
retract.con ſang.§.1.gl.18.nu.25.in fine, at vbi agimus
de vſuris, non auditur debitor, allegans contractum
vſurarium,non propter impedimentum turpitudinis,
ſed propter vim iuramenti, quæ obligat etiam conſti-
to quod contractus ſit vſurarius,d.cap.debitores,cum
alijs ſupra relatis; propterea ſiue vſura patens ſit,ſiue
latens,debitor qui iurauit, ſoluere cogitur, aliud au-
tem eſt in ſimulatione,vt fortè dicam infra.

Ea quoque inanis eſt debitoris excuſatio, quod ſe
obligauerit pro mutuo vero, & puro, non ſe obligatu-
rus pro vſurario, ideoq; iuramẽtum reſpectu vſurarij
mutui non eſſe obligatorium: nam præter id quod di-
ctum eſt,contractum non laborare eo vitio,reſponde-
tur,quod vbi eſſet vſurarius non per hoc dicitur diuer
ſus eſſe contractus,adeo vt poſſit dici rem aliter ſe ha-
bere, quia qualitas vſurarum non deſtruit cõtractum,
ſed vitiatur,vt probaui in verſ.& propter exceptionẽ,
& ſicuti reſpectu principalis debitoris ſuſtinetur obli
gatio quę fuit purè facta,licet verè inter partes actũ ſit
de vſuris præſtandis,ita ſuſtineri debet reſpectu ipſius
fideiuſſoris.Secundo rñdeo,quod cum ipſe Stephanus
ſit ſolum obligatus, pro ſortis reſtitutione, & cum eo
nihil fuerit actum de vſuris, nec pro illis aliqua actio-
ne cõueniri poſſit,non põt dicere,qđ non fuiſſet ſe obli
gaturus,ſi ſciuiſſet hũc contractũ eſse vſurarium, quia
de nullo ſuo intereſſe agitur,& ſiue purus ſit,ſiue vſura
rius,nihil ſua intereſt, & ſine ĩtereſſe ſicuti nemo agit,
Ang.in l.ſi patroni, §. qui fideicõmiſſi,ff. ad Trebel.ita
28 excipiens repellitur ſi ſua non interſit, † l.ille à quo, §.
1.vbi Alex.ff.ad Trebel. Ang.in l.exitus, vbi etiã Alex.
col.2.ff.de acquir.poſſeſſ.dixi in conſi.208.nu.12.

Vnum eſt quod ex aduerſo obijcitur creditum Do-
mini Benedicti extinctum fuiſſe ex fructibus domus,q̃
tot annis inhabitauit: nam creditor imputat vſuras
quas exegit vel fructus rei ſibi obligatę in ſortem,imò
29 illi fructus ſortem extinguunt † vt probatur in c.1.c.2.
& cap cõqueſtus,de vſur. & in dictis locis DD. omnes
notant,l.1.& 2.vbi Bal.& alij,C.de pigno.actio & Bal.
ibi dicit,quod hoc fit ipſo iure,& tex.in d.l.1.loquitur
expreſsè in domo quæ ſit pignori data. infinitos ego
allegaui in conſil.194.nu.10. & ſeq. vbi nu.14.ſuſtinui
id procedere etiam ſtante pacto in contrarium. Crau.
in conſi.408.nu.12. & ſeq. vbi in fructibus domus etiã
qui cõſiſtant in habitatione. Mantu.ſing.230.Io.Bapt.
Lup.in cap.nauiganti, nu.135. & multis ſequentibus,
de vſur.vbi ampliat multis modis,& loquitur in habi-
tatione

tatione domus. Caroc. de locat. c. 117. ſecundum par-
uam impreſſion. vnde vr̃ inferri, quod ſaltem extinctũ
ſit creditum quatenus capiũt fructus habitationis, &
conſequenrer pro eis non potuit exequi præceptũ, iux
ta deciſionem Laur. de Rodulph. d. tract. nu. 135. in fi-
ne, vbi dicit, quod quarenus contractus eſt vſurarius,
30 inſtrumentum non meretur executionem. † Caualc.
d. deciſ. 2. nu. 37. Gail. d. obſeruat. 4. ſed hoc quoque ex
facti narratione eliditur: nam ſecundum opinionem
Rotæ & prætenſionẽ Stephani, multi pręceſſerunt con-
tractus: ſed duo præcipui, primus eſt mutuum aureo-
rum bis mille quingentorũ ſuper domo factum, ita, vt
creditor domo gauderet, & debitor interim frueretur
pecunia, qui contractus vulgo appellatur à godere è
godere. Secundus eſt mutui aureorum mille, pro quib.
annis ſingulis ſoluerentur ſexaginta aurei, & ita ſex ꝓ
ſingulis cẽtum aureis, hi vero contractus licet fuerint
eadem die ordinati, tñ ſunt inter ſe diuerſi, & ſeparati,
quinimo, ſcd̃m mutuum non fuit factum eadem die cũ
primo, ſed ſolum conuentum de mutuãdo: fuit autem
executus poſt quinque menſes. pro primo D. Benedi-
ctus ꝑcepit fructus domus, pro ſecundo vero nihil exe
git, vel habuit, & ideo nihil eſt imputandum in ſortẽ,
quia quod non eſt, imputari non põt, & non entis nul-
læ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.
quod aũt ſupra dictum eſt ſtuctus pignoris, vel etiam
vſuras extinguete ſortem, intelligi dẽt de ſorte cuius
intuitu fructus fuerũt percepti, vel vſuræ exactæ, vt ſci-
licet ſi contemplatione vnius mutui aliquid vltra ſor-
tem peruenit ad creditorẽ, illud imminuat murunm il
lud pro quo illud percepit, ſed vſuræ exactę pro vno de
bito, non extinguunt aliud diuerſum debitũ, & ita lo-
quuntur oĩa iura ſupra allegata: quia cum fructus fue
rint in cauſam illius debiti ꝑcepti, & pecuniæ exactæ,
facilius illud debitum extinguunt q̃ extinguãt aliud,
cuius contemplatione nõ fuerunt percepti, vel exactæ,
& ideo ſi ponamus caſum, qđ ſuper imputatione fru-
ctuum domus agatur inter Horatium, & Srephanum
quia Horatius contendat eos imputari in mutuum au
reorum bis mille, quingentorum, Stephanus aũt velit
per eos extingui mutuum aureorũ mille, nulli dubiũ,
quod Horatius obrinebit, ex quo contẽplatione illius
crediti Benedictus percepit domns fructus, & eã inha
bitauit, ergo idem dicẽdum eſt cũ agitur inter Stepha
num, & Benedictum creditorem. cum ergo DD. dicũt
fructus pignoris extinguere ſortẽ, intelligũt, de ea ſor
te pro qua ſuit datũ & conſtitutum pignus, nõ de alia.

Nec dicatur quod mutuum aureorũ bis mille quin
gentorũ, & aliud mutuum aureorum mille, habeantur
pro vnico contractu, ex quo eodem tꝑe & coram eiſdẽ
teſtibus factum ſuir primum mutuum, & conuentũ de
faciendo ſcd̃m, argumento eius quod voluit Bald. in
conſi. 327. in fine, vol. 3. & in l. petens, nu. 49. C. de pact.
eum infinitis apud Becium in conſil. 92. nu. 6. & ſeq. nã
ad hoc reſpondeo, verum eſſe quod plures contractus
eodem tꝑe facti cẽſentur correſpectiui, vnus ſcilicet fa
ctus contemplatione alterius, & hoc eſt quod voluit
Bald. in locis prædictis & DD. ſupra citati. Sed non re
putantur pro vnico cõtractu, niſi qñ vnus ad alium re-
31 ferri poteſt, † vt declarat Aquen. in d. l. petens, in fin. &
Purp. in l. lecta, col. 6. ff. ſi cert. pet. quos reſert & ſequi-
tur Cagnol. in ead. d. l. lecta, nu. 110. Becius, d. conſ. 92.
nu. 7. circa finem, ſed mutuum aureorum mille non po
teſt referri ad alterum mutuũ aureorũ bis mille quin-
gentorum, quia partes voluerũt duns ſeparatos, & dif
formes contractus facere, vnum ſcilicet ſuper domo, à
godere, & godere, alterũ vero vt pro eo ſoluerentur au
rei ſexaginta, propterea duo dincrſi ſunt cenſendi con
tractus, & diuerſæ naturæ, ſicuti diuerſam continent
formam & diuerſa pacta, & ex diuerſis non infertur, l.
Papinianus exuli, ff. de minoribus. Licet igitur corre-
ſpectiui ſint, ita vt forte partes vnum ſine altero non
eſſent facturi, & quoad hoc vnus videat̃ pars alterius,
reputari tamen non poſſunt pro eodem cõtractu, quo-
ad vſurarum exactionem, quia pro vno data fuit do-
mus habitatio, pro altero promiſſi aurei ſexaginta.

Pręterea reſpõdeo, (& ad hoc aduertatur, quia meo
iudicio deſtruit oẽ Stephani ſundamentum) cõtractus
qui fuit cum Stephano celebratus non põt quoad eum
nec ab eo diei vſurarius, ẽt ſi conſtaret quod cum Ho-
ratio expreſsè conuentum fuerit de vſuris ſoluendis,
qñ cum ipſo Stephano nihil dictum eſt de vſuris, & de
eis nihil ſecum conuentũ, proinde eſt purũ & ſimplex
mutuũ, & pro demonſtratione conſiderandũ eſt, quod
Stephanus non ſolum ſe obligauit tanq̃ fideiuſſor Ho
ratij ſed ẽt tanq̃ principalis, & factus eſt correus, poſ-
32 ſunt enim hæc ſimul ſtare † qđ quis ſit fideiuſſor & cor
reus, d. l. reos, vbi Bar. ff. de duob. reis, & ſequuntur oẽs
ibi, & qñ hoc modo quis obligatur, eligit creditor an il
lum conueniat vti fideiuſſorem vel vti correũ, vt decla
33 rat † Imo. in d. l. reos, ſequitur Natta, conſi. 52. num. 3.
et ſi conueniꝭ tanq̃ fideiuſſor, vti poteſt omnibus exce
ptionibus quæ competunt fideiuſſoribus, ſi vero conue
nitur tanquã correus, opponit ſolum eas quæ correis
conceduntur, vt bene declarat Natta in loco præcita-
34 to, & quia fideiuſſor tenetur acceſſoriè, † l. 1. §. genera-
liter, l. Græce, §. 1. ff. de fideiuſſor. Imol. in l. eandem, nu.
3. ff. de duob. reis, correus aũt tenetur principaliter &
35 in ſolidum, l. 1. 2. & 3. † in fi. ff. de duob. reis Bar. & alij,
in d. l. 2. & dixi ſupra, ideo ſi Stephanus fuiſſet conuen
tus vti fideiuſſor Horatij, poſſet allegare contractũ eſſe
vſurarium, ex quo cum Horatio fuit pactum de vſuris
ſolnendis: & fideiuſſori competunt oẽs exceptiones,
36 quæ dantur principali, † Bal. in l. tam mandatori, col.
fin. C. de non num. pec. Marſil. d. Rub. de fideiuſſor. nu.
268. Pariſ. in conſi. 96. nu. 39. vol. 3. Natta, conſi. 50. nu.
23. ſed quia fuit cõuentus tanq̃ correus & principalis,
non poteſt dicere quod cõtractus ſecum geſtus ſit vſu-
rarius, ex quo ſecum nihil eſt actũ de vſuris ſoluendis,
ſed tantummodo de puro & ſimplici mutuo reſtituen
do, & in contractibus omiſſum pro omiſſo habetur, &
nihil extrinſecus ſubintelligitur, l. quidquid aſtringen
dæ, ff. de verb. oblig. & duo rei promittẽdi poſſunt con
ſtitui ſub diuerſis pactis, videlicet, vnus purè, alter ſub
37 conditione, † vt probatur in l. ex duobus reis promit-
tendi, ff. de duob. reis. Inſtit. eod. tit. §. fin. & poteſt cor-
38 reus in plus obligari quam ſit principalis debitor, † vt
ponit Bart. in l. ſi quis pro eo, nu. 15. ff. de fideiuſſor. Bal.
Rom. Alex. & Aret. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig.
Aretin. in §. fideiuſſores, in fin. ff. de fideiuſſo. Marſil. in
Rubr. ff. de fideiuſſo. nu. 291. in fine, Pariſ. in conſil. 16.
nu. 113. vol. 2. Alciat. in c. cum contingat, nu. 174. de iu
reiur. Natta, conſil. 262. nu. 14. & conſil. 453. nu. 15. Io-
ſeph. Lud. deciſ. Peruſ. 157. nu. 4. Canalc. in deciſ. 31. fe-
rè per totam, ergo poreſt ẽt vnus ex reis debendi obli-
gari in mitiorem cauſam, & ad minus q̃ eſſet obliga-
tus principalis, & ſic ad ſolam ſortẽ, & non ad vſuras,
& ſic quoad ipſum Stephanum alterum ex duob. reis
debendi, contractus erit puri et ſimplicis mutui, non
autem ſub vſuris: quia ipſe vſuras non promiſit nec ad
eas ſe obligauit: ſic videmus, quod fideiuſſor in leuio-
rem cauſam et in minorem ſummam accipi poteſt, l.
Græce, §. illud commune eſt, ff. de fideiuſſor. cum ergo
diuerſa ſit ea obligatio qua teneru Horatius, ab ea
qua tenetur Stephanns, non poterit Stephanus allega
re mutuum quo ipſe fuit obligarus eſſe vſurarium.

Infertur ex hoc, quod ſi fortè Horatius eſſet ex alia
aliqua cauſa creditor Domini Benedicti, non poſſet

Stephanus petere quod creditum illud compenſetur
cu debito ipſius Stephani ex cauſa huius mutui, quia
creditú vnius non compenſatur cum debito alterius,
39 ſed cu eo quod ipſe creditor debet, † l. 1. & l. 2. l. in ré,
ff. de compenſ. l. eius, C. de compenſat. Azo in ſum. C.
de compenſat. num. 8. glo. & Doct. in l. in bonæ fidei,
Inſtit. de actio. Ruin. in conſil. 74. nu. 19. in fine, vol. 2.
alios citaui in conſ. 69. nu. 12. & in terminis in duobus
reis quod alter non obijciat compenſationem pro cre
40 dito † alterius, eſt text. in l. ſi duo rei, ff. de duob. reis,
& ibi Bar. ponit differentiã inter duos reos & fideiuſſ.
vnde ſi Huratius eſt creditor pro fructib. domus, quã
Bened. habitauit, ex quo illi ſunt vt dictum eſt imputá
di ad extinctionem aureorum bis mille quingento-
rũ, tamen Stephanus qui pro eo debito nõ eſt obliga-
tus, non poteſt obijcere compenſationem illorum fru-
ctuum, & conſequenter etiam ſi contractus quo ad
Horatium vſurarius dici poſſet, tamen eſt ſimplex &
ſincerus reſpectu Stephani & quoad eũ ſors nõ eſt im-
minuta, & conſequẽter executio nõ potuit retardari.

Et nõ debet mirum videri, quod vnus & idẽ cõtra-
ctus, quoad vnum ſit ſincerus & quoad alium repute-
tur vſurarius, quia diuerſis reſpectib. & quoad diuer-
41 ſas perſonas eadẽ res diuerſo iure cẽſeri poteſt, † l. mi
les, §. pro parte, ff. de leg. 2. Tiraq. de retract. conſang.
§. 1. gl. 18. nu. 23. dixi in conſ. 150. nu. 111. & in propo-
ſito dixi ſupra, quod obligatio poteſt eſſe pura quoad
principalem, & conditionalis vel in diẽ reſpectu cor-
rei, ſic & põt eſſe grauis in principali, & leuis in fide-
iuſſore vel correo, nã vñr duo debitores & duo debita.

Hæc autem ex abundanti dicta ſunt, vt oſtendatur
deciſionem Rotæ minimè ſuſtineri poſſe, etiamſi vt
Dominis illis placuit, verè conſtaret mutuum in iudi
cio deductum laborare vitio vſurarum; ſed rectè in-
tuentib. contractus ille caret omni labe, & ſicuti à iu-
re præſumitur realis & ſincerus, vt dixi in principio:
ita cũ effectu eſt, nõ obſtãtibus aſſertis cõiecturis. & in
primis ſciẽdum eſt, quod etſi crimẽ vſurarũ ſolis indi-
cijs & coniecturis probari poſſit, vt in oppoſitum dr̃,
tñ quòd coniecturæ debent eſſe manifeſtæ & conclu-
42 dentes. † Bald. in l. quamuis, C. ſi quis alteri vel ſibi.
Dec. in conſ. 491. nu. 4. Decian. in conſi. 23. nu. 3. & ſeq.
vol. 2. vbi multos allegar. Burſat. in conſ. 320. nu. 28. &
cum in facto agamus de cõtractu celebrato à viro no-
bili, quem teſtes etiam aduerſarij probant eſſe talem
qui non facerer contractum illicitum, & virum eſſe
probum, & bonæ famæ, probationes requiruntur for-
43 tiores, nec ordinariæ ſufficiunt. † Abb. in cap. quia ve-
roſimile, in 2. not. de præſumpt. Paſet. in noſtris termi-
nis, in conſ. 73. nu. 2. Crau. conſ. 129. nu. 13. Burſat. qui
etiam loquitur in noſtris terminis, conſi. 320. num. 75.
& 117. vbi allegat Decian. & Laurent. in facto autem
leuiſſimæ allegantur coniecturæ & parum releuantes.

Et quod attinet ad aſſertu librum proxenetæ, opti-
mè fuit a Dño Aduocato reſponſum, ſed addo, quod
proxeneta non eſt teſtis idoneus, nec recipi poteſt niſi
44 vtraque parte conſentiente. Bar † in l. deferre. §. idem
decreuerunt, nu. 2. ff. de iur. fiſci. Straccha & Menoch.
qui alios addit, apud Burſat. d. conſi. 320. nu. 109. Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 1230. nu. 4. & latius concluſ.
1357. num. 39. Decian. conſi. 56. nu. 21. col. 2. Bertazol.
conſ. 364. nu. 6. in 2. volum. crimin. & ſi examinatus cũ
iuramento deponens non probat, multo minus pro-
babit aſſertus eius liber: quia vt dicere ſolebat Crau.
durum eſſet quod plus credatur pelli animalis mor-
tui, quam homini viuenti. Prætereа, ex inſtrumentis
productis conſtat contractum aliter fuiſſe geſtũ: nam
dicit mutum eſſe de aureis mille, inſtrumenta autem
loquũtur de mille quingentis. Rurſus, liber ille ponit
eodem tempore mutuari aureos bis mille quingẽtos,
ſuper domo, & mille in ratione ſex pro centum, & tñ
in inſtrumento legitur quod mutuum mille aureorũ
fieri debebat intra annum, quæ diuerſitates cõſtituut
nouum & diuerſum contractum, vt in diuerſitate quã
45 titatum ponit † Bart. in l. cum centum, nu. 1. in fi. ff. de
adimen. leg. Bald. Ang. Imol. & Caſtr. in l. ſcire debe-
mus, ff. de verb. oblig. & de temporis diuerſitate, Bald.
in l. ne caſu, nu. 2. C. de diſcuſſ. lib. 10. & quoad vtrum-
que ego multos allegaui, in conſ. 80. nu. 13. & 14. quod
ſi perſiſtere velimus, eundẽ actũ explicari in eo libro
qui continetur in inſtrumentis, vtique fatendum erit
librum in hoc non eſſe verum, & conſequenter non ẽt
in ceteris continere veritatem: quia aſſertio pro par-
te falſa, præſumitur in totum falſa, ſicuti pro parte ve-
46 ra, præſumitur in totũ vera. † Soc. conſ. 82. col. 1. vol. 3.
Dec. in conſi. 536. nu. 10. Crau. in conſi. 158. nu. 6. Nat.
in conſi. 547. nu. 26. Bero. conſi. 60. nu. 43. vol. 2. Didac.
variar. reſolut. lib. 1. cap. 7. nu. 6. verſi. ſi ex confeſſione,
vbi dicunt, mariti confeſſionem cõſtante matrimonio
factam probare veram dotis numerationem, ſi probe-
tur in parte vera, & in vno mendax, præſumitur talis
47 in omnibus. † Innoc. in c. fraternitatis, de hæret. in 6.
Cin. Bal. Salic. & alij, in l. ſi ex falſis, C. de tranſac. hinc
dixit Salic. in propoſito in l. nulli, col. 4. C. de Epiſcop.
& cler. quod executoris libro non creditur, ſi in aliquo
conuictus eſt de mendacio. Iaſ. qui idem dicit in libro
tutoris, in conſ. 4. col. penult. vol. 3. & alios citat Plor.
in tract. de in lit. iuran. §. 5. num. 13. Natta in conſ. 59.
num. 16. comprobat inferens ad alias deciſiones Ma-
ſcard. de probation. concluſ. 1042. num. 7. & ſeq.

Secunda item coniectura non vrget: quia ſi ea ſuſti-
neretur, omne mutuum præſumeretur vſurarium, &
tamen id non eſt verum, & multis ex cauſis induci po-
tuit ad benefaciendum Horatio, & in viro prædiuite,
& cui affluant facultates, non eſt nouum, quod cadat
gratuitum mutũ egregiæ quantitatis, & qualitas per-
ſonæ excludit ſiniſtram ſuſpicionẽ, vt dicam infra. Et
omni caſu hæc nõ eſt concludens vel neceſſaria conie-
ctura quæ poteſt adeſſe & abeſſe, multæ enim cauſæ
poſſunt excogitari, ꝑpter quas ei mutuauerit, & præ-
cipuè vt forte alicui morem gereret, & incerta proba-
48 tio non releuat, † c. in præſentia, de probatio. & inter-
pret. contra probantem, ſecundum gloſſ. ibi quam ſe-
quuntur Bar. Bal. & Iaſ. in l. non hoc, C. vnde legit. dixi
conſ. 5. nu. 48. vbi ampliaui etiã in materia fauorabili.

Ceteris ferè omnibus coniecturis optimè reſpõdet
Dominus Aduocatus, ideo non expedit reſolutiones
eaſdem referre, ſed reſpectu ſextæ iuuat vnam adde-
re, quod non eſt verum, facta ſupputatione conuenire
quantitates: nam etſi ſupputatio fructuum pro aureis
mille, reſpondeat ad aureos tercentos ſexaginta, tñ
reliqua non conueniunt: quoniam mutuandi erant ex
forma inſtrumenti aurei mille quingenti, non autem
mille dumtaxat, & ſi hoc mutuum eſſet vſurarium &
regulatum ad ſex pro cẽtenario, non ſexaginta annui
aurei ſed nonaginta ſingulis annis fuiſſent ſoluendi.
Prætereа, ſi ex forma inſtrumenti illi aurei mille quin
genti non ſoluebantur tunc, ſed intra annum, nõ eſſet
vſura primi anni imputanda, & tñ ea imputaretur,
ſecundum rationes Rotæ, & tamen non eſt veriſimile,
quòd Horatius voluerit vſuras ſoluere pro ſorte non
recepta, nec quod Benedictus voluerit obligare ſe ad
mutuandum aureos mille quingentos ſi de mille tan-
tum conueniſſet. ecce ergo quòd etſi aliqua videatur
conuenientia, in pluribus tamen diſcordat calculus:
vna vero præſumptio tollit aliam, l. Diuus, ff. de in in-
teg. reſtitutio. & plures vincunt vnam, & non eſt veri-
ſimile, quod ſi actum eſſet ſolum de mutuandis mille,

Benedi-

Benedictus voluerit poſſe cogi ad mutuãdũ mille qn-
genta & de vſuris quingentorũ nihil conueniſſet, ſolẽt
enim vſurarij eſſe cauti, vt ex aduerſo dr. ergo cũ conie
cturæ inter ſe pugnent, & ſe inuicem elidant, nõ poteſt
pro vna magis quã pro alia parte argui, imò ſemper
excludi debet coniectura vſurarum, vt dicam infra.

In genere autem prædictæ omnes coniecturæ tollun
tur, quia ſunt in ſua ſpecie imperfectæ & non bene pro
batæ, liber enim claudicat vt dixi, conuenientia quan-
titatum non reſpondet, imò diſſonat. aliæ ſunt remo-
tæ, & tamen qñ admittuntur coniecturæ, illæ debẽt ple
nè probari, & in ſua ſpecie eſſe perfectę, aliàs ſi pręſum
49 ptiuè vel in argumentũ ſumantur, non proſunt.† Bar.
in l.fin.num.7.ff.de quæſt.Burſat.in terminis dicto cõſ.
320.nu.39.vbi allegat Grat.& Menoc.& num.116.vbi
addit Bald.Marſil.Anchar.Rol.& alios.Paſet.d.conſi.
73.nu.6.& ſeq.præcipuè nu.23. Rurſus iſtæ coniecturæ
poſſent fortè procedere, niſi pro Dom. Benedicto mul
tæ aliæ extarent, ideſt inſtrumenta publica, vitæ qua-
litas, diſcordia quantitatum, & principalis debitoris
taciturnitas, qui etſi prætendat longe maius intereſſe,
ſi contractus eſſet fœneratitius, tamen nunquam tale
vitium oppoſuit, multæ aliæ ſunt coniecturæ quas re-
cenſet D.Aduocatus, & ita arguunt Doctores paſſim,
vt per Decian.Burſat.& Paſet.in locis præcitatis.

Qualitas autẽ perſonæ tantæ eſt potentiæ vt omnes
elidat coniecturas: nam veriſimiliter nobilis non com
50 mitteret vſurã aut ſimulationem, † vt in terminis po-
nit Barbat.in conſi.65.vol.3.quem citat & ſequitur Cę
pbal.in conſil.325.nu.31.& ſeq.vbi comprobat multis
deciſionibus. multos addit Burſat.dicto conſ.320.nu.
33.vbi nu.34.dicit, quod ſicuti conſuetudo fœnerandi
auget ſuſpicionem, ita bene viuendi ratio illam tollit,
& nu.75.vult, quod fortiores requirantur ſicuti etiam
nu.117.Menoch.lib.3.præſumptio.122.num.109.

Et ex qualitate perſonæ aliam ego elicio coniectu-
ram ad excludendam ſuſpicionem vſurarum, fatetur
enim Stephanus Dominum Benedictũ virum eſſe cau
tum, induſtriũ, & ſolitum pecuniã in mercatura exer-
cere, pręcipueque in arte ſericaria; at omnibus notum
eſt, artem illam reddere non ſex tantum ſed duode-
cim, & vltra, pro centum aureis, propterea nõ cautus
ſed fatuus, non induſtrius ſed iners fuiſſet Dominus
Benedictus, ſi omiſſo lucro pinguiore & certo ac lici-
to, voluiſſet pecuniam fœnori dare pro minori lucro,
cum tanta ſuæ exiſtimationis iactura, nec id poteſt ca
dere in mentem ſenſati hominis, propterea nunquam
eſt præſumendum ſed aliter eſt dicendum.

Accedat, quod ille contractus qui dicitur à godere
e godere, frequẽtatur in ea regione, vt teſtes aduerſa-
rij dicunt, ideoque ſi hoc modo eſſet celebratus, debe-
ret iudicari licitus poſtquã ab honeſtis viris in ea pro-
uincia talis reputetur: conſuetudo enim facit licitum
51 quoad forum fori, quod aliàs eſſet illicitum.† Bar. in l.
quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de ædilit. edict.
& reputat notandum Salic. ibi. idem voluit Bald. in l.
vnica, in tertia quæſtio. C. de his quæ pœn. nom. infini-
tos cumulat Rol. in conſ.96.num.26.vol.2.Cœphal. in
conſil.37.num.28. & multos ad hoc allegat Dominus
Aduocatus ſed hęc ratio videtur difficultatẽ pati, quia
procedit quoad euitandum pœnam temporalem, ſed
non ſaluat contractum ab iniuſtitia & inualiditate &
à reſtitutione eius quod fuit indebite exactum, vt de-
clarat Alex. in conſ.39.vol.3.Cępo.conſ.6.num.103.in
fine.Bero.conſ.193.nu.64.vol.1. Natta conſ.586.nu.1.
Tiraq. de retra. conuentio. in fine, nu.127.& ego quo-
que id tenui in conſ.184.nu.10.verum ſuſtinetur argu
mentum: quia difficultas procedit qñ apparet contra-
ctum vere eſſe vſurarium, tunc enim quoad pęnã tem-
poralem conſuetudo excuſat non quoad iuſtitiã, & re-
ſtitutionem vſurarum: ſed vbi contractus non eſt ma-
nifeſte vſurarius, ſed cõiecturæ poſſunt inferre ad vſu-
ram, vel non, tunc ſi frequentatur ille contractus, non
iudicatur vſurarius, & coniecturæ illæ torquentur in
52 bonam partem.† ita Bald. in d.l.vnica, in 3.q.num.39.
vbi dicit, quod ob frequentationem cõtractus tollitur
ſuſcipio quæ contra illius validitatem vrgebat, & po-
nit exemplum in emẽte reditum aliquem annuum, in
ratione quinque pro centũ.& ante eum Oldr. in conſi.
207.in fine, vbi ex qualitate & perſonæ & frequẽti vſu,
arguit contractum eſſe licitum. Abb. in conſil.15.nu.1.
in fine.vol.1.idipſum tenuit Bar. in pluribus alijs locis
citatis à Crau in conſ.924.nu.16.Bertrand in conſ.62.
nu.2.vol.2. vbi qñ quinque pro centum dantur. Alc. in
conſ.45.vbi ait, quod cõtractus alioquin ſuſpectus re-
putatur licitus, inſpecta perſonarum qualitate & con
ſuetudine regionis Roland. latè, in conſ.96.nu.26.vol.
2. Natta in conſ.498.num.26. vbi hoc modo conciliat
opiniones quæ videntur contrariæ dicens, quod con-
tractus qui eſt vſurarius, non ſuſtinetur quoad validi-
tatem, ſed ſolum quoad euitandum pœnam: ſed vbi
probabilis incumbit dubitatio an ſit, vel non ſit vſura-
rius, tũc conſuetudo operatur quod iudicatur licitus
quoad omnia. nã coniecturæ degenerant quando vſus
approbauit contractum, & pacta quæ conſueuerunt in
inſtrumentis apponi, non ſubiacent ſuſpitioni frau-
dis. Ruin. in conſ.16.col.fin. vol.4. Rolan. dicto conſil.
96.num.27.& prædictam opinionem ſequutus eſt Se-
raph. de iuramen. priuileg.132. nu.20. & hoc eſt quod
dicimus in dubio contractum iudicari licitum, non il
53 licitum, † vt per Lupum in cap. nauiganti, in tertio cõ
ment.§.3.nu.91.Decian.conſi.2.volum.1. eſt enim hæc
nobilis præſumptio. Caualcan. deciſ.1.num.91. in ſe-
cunda parte, & quod conſuetudo interpretatur conie
cturas & eas torqueat in partem mitiorem, quando ſu
mus in dubio an contractus ſit licitus, voluit etiã De-
cian. omnino videndus in conſ.36. num.34. & ſeq. vbi
dicit, quod etiam ad ſex & ad octo ſæpè toleratur con
tractus. Et reſpõderi etiam poteſt, quod Doctores qui
dicunt conſuetudinem non excuſare ab iniuſtitia &
reſtitutione, intelligi debẽt quoad forum animę quia
in eo præſumitur ſemper quod eſt deterius, vt magis
animarum ſaluti conſulatur, ſed in foro fori contra-
ctus iudicatur licitus & ei ſicut ceteris datur execu-
tio: & hoc modo intelligi debent tenentes contrariũ.

Iuſtificatur etiam contractus prædictus: quia etſi à
principio paciſci de certo intereſſe, ſuſpectum admo-
dum ſit, imò regulariter non liceat, tamen quando ſo
litus eſt quis negotiari & in negotio lucrari, tunc ad-
mittitur taxatio, ſi conſtat tantum illum veriſimiliter
54 lucraturum fuiſſe, vt voluit † Alex. in conſ.200. vol 6.
Dec. in conſ.322.num.4.Cagnol. in l.curabit, num.56.
C. de pact. inter empto.& vendit. in l.vnica num.51.C.
de ſentent. quæ pro eo quod inter. Didac. lib.3. variar.
reſolutio.c.4.nu.5.illatio.ſeptima. Pariſ.conſil.60.nu.
32.vol.1.Gozad.cõſ.55.nu.11. multos alios citat Bur-
ſat. in conſ.320.nu.54.& 86.Ioann. Baptiſta Lupus, in
dicta l.curabit, commentar.1.§.6.num.126.quæ ſenten
tia ex alio confirmatur: quia Iudex ſi conſtat de inter-
eſſe, ſed non de certa quantitate, poteſt illud ex officio
55 taxare, † Bart. in l.1.C. de colon. Illir. libro vndecimo.
& in l.fin.C. de ſenten. quæ pro eo quòd inter. Aret. in
l.diuortio, §. item ſi meſſes, ff. ſoluto matrim. Iaſ. in l.fi.
num.3.ff. de eo quod cert. loco, & Cagnol. in l. quate-
nus, numer.23.ff. de regul. iur. Ioan. Baptiſta, dicto §.
6.numer.128.vbi addit Socin. Rebuff. Menoch. & An-
char. Modern. quod ſi poteſt non taxatum nec proba-
tũ intereſſe taxari à iudice, multo magis licebit illud

taxare, quod iam fuit conuentum, atque ita licet non ſuſtineatur a principio hæc pactio facta de certo damno, tamen ſi iudici videatur illud eſſe veriſimile, poterit illud exigere, non tanq̃ conuentum, ſed tanquã vere debitum, at ego non video in mercatoribus lucrum tam tenue fieri, quod non excedat ſex pro centum.

Apparet itaque contractum non eſse vſurariũ, ſed ſincerum, ſed & quod plus eſt, denegandam non fuiſse executionem etiam ſi potuiſset dici vſurarũ labe infectus, quia agitur de exactione ſortis quã creditor non amittit, nec debitor lucratur; ſorti autem nihil acceſſit, ideo de compenſatione agi non poteſt; ſed vbi etiã tractari poſſet de aliqua compenſatione, certe cum nihil deducatur liquidum, interim executio non fuit retardanda, ſtante ſtatuto, quod mandat de facto procedi ad capturam perſonæ, vt in propoſito voluit Soc. in conſ. 96. nu. 8. vol. 4. quem ſequitur Aſinius in d. praxi, §. 31. c. 59. verſ. illud tamen omittendum, & licet per fideiuſſionem præſtitam ſublata ſit facultas capiẽdi debitorem, non tñ per hoc executio in reliquis retardatur: nam vt bene ꝓbat Dominus Aduocatus, ea fideiuſſio operatur ne interim capiatur debitor, & opponat ſi quas poteſt opponere exceptiones, ſed non impedit executionem in rebus, nec operatur vt quælibet oppoſita exceptio retardet executionem, ſed illæ tantum quæ de iure & ex diſpoſitione aliorum ſtatutorũ admitti debent ad impediẽdum executionem, tractat enim ſolum de captura debitoris, & fideiuſſio illã impedit per decem dies, & ſupponit ſtatutũ tales adduci exceptiones quæ poſſint admitti contra inſtrumentũ, quia cum de vno tractamus, cetera ſupponuntur habilia, §. in extraneis. Inſtitu. de ſucceſſio. quæ ab inteſta. defer. & cum duo obſtarent debitori, primum, qđ non poſset contra inſtrumentum opponi aliqua exceptio, quæ non probaretur per inſtrumentum, & quæ eſset qualitatis de qua in ſtatuto ſub c. 129. in primo libro, ſub certo modo proband. ſolut. ſecundum quod interim debitor capi poſſet, ſtatutum prouidendo quòd præſtita fideiuſſione debitor non capiatur, ſed poſſit intra decem dies oſtendere cauſam quare non teneatur; & diſpenſando aduerſus ſecundum, non tollit primum, quo cauetur, quod non admittatur probatio niſi ſit illius qualitatis, quãdo enim duo obſtant, vno ſub-
56 lato alterum remanet, † l. ſi quando, C. de inoffic. teſtamen. l. ſi non lex, ff. de hęredib. inſtituen. alios citaui in conſ. 50. nu. 27. Et vnum ſtatutum intelligitur ſecundum aliud. Socin. in conſil. 9. nu. 8. volum. 3. Iaſ. in l. qui filiabus. ff. de legat. primo, & ideo cum ſtatutum dicit ſi non oſtenderit, intelligi debet ſi eo modo nõ probauerit, quo eſt ab alijs ſtatutis diſpoſitum, aliàs ſe corrigeret, quòd non eſt dicendum, & hoc caſu non ſufficit allegare exceptionẽ, ſed intra decem dies probari debuit, vt declarat Dominus Aduocatus, ſed pręter eum eſt deciſio Rotæ 815. in antiq. & clarius Rom. in conſil. 76. in fine, vbi dicit, quod ſi contra inſtrumentum guarentigiatum opponi debet intra quindecim dies, non ſufficiet deducere exceptionem niſi intra illud idem
57 tempus probetur, † ſequitur & defendit Crau. de antiquit. tempor. parte prima, §. quæritur etiam, num. 7. & 8. folio mihi 120. quo fit, vt cum in facto nihil fuerit probatum intra decem dies, locus fuerit executioni.

Et nõ aduerſatur quod Stephanus fuerit admiſſus ad probandum: nam hoc factum fuit parte reluctante & ſemper opponente, propterea admiſſio nõ prodeſt
58 † Stephano. Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, in fine, ff. ſi certum petatur, vbi dicit ſat eſſe, quod proteſtetur, etiamſi non appellet, ſequuntur etiam Bal. Imola, & Butr. quos ibi in prima colum. citat & probat Alex. Felin. in cap. cum contingat, colum. 3. de offic. delegat. & pro hac parte faciunt illi omnes qui dicunt qđ probationes receptæ non contradicente parte, probant, & proſunt, non obſtante quòd de iure non eſſent admittendę; ſupponunt enim quod ſi cõtradixerit pars, nõ proſint: & quamuis velint aliqui quod appelletur, tamen id procedit, quando ex ſtatuto vel iure communi licitum eſt appellare, ſed vbi non admittitur appellatio, ſufficit, quod pars cõtradicat, & faciat quidquid poteſt, ne probatio recipiatur: non enim tenetur ad id quòd ſibi eſt impoſſibile, l. impoſſibilium, in facto autem, ex ſtatutorum diſpoſitione non eſt licita appellatio ab admiſſione Capitulorum, ergo &c. Præterea, ex eiſdem ſtatutis permiſſum eſt in appellatione à diffinitiua cognoſcere etiã de iuſtitia vel iniuſtitia admiſſionis probationum, ergo cum proteſtata fuerit pars, velle de illarum probationum admiſſione tractare in cauſa appellationis, nõ video quid adduci poſſit, quin ſalua ſint iura, ſicuti quando admiſſa ſunt capitula ſaluo iure, &c. nam tũc datis probationibus ſi conſtat ea non fuiſſe admittenda, habẽtur ac ſi nõ eſſent admiſ-
59 ſa. † Bald. in dicto §. quoniam, vbi Iaſ. in verſi. tertio & vltimo. Crauet. conſi. 23. num. 4. Neuizan. conſ. 78. nu. 39. Marſil. Singul. 198. & ſingul. 365. vbi latius agit.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur.*
2 *Teſtes de auditu non probant.*
3 *Reus licet ex proceſſu informatiuo poſſit carcerari, non poteſt tamen torqueri, vel condemnari niſi teſtes citata parte repetantur.*
4 *Confrontatio habet vim ſolennis examinis.*
5 *Mandatum non præſumitur etiam ex curſu longi temporis.*
6 *Mandatum ſpeciale requiritur ad faciendum actum per quẽ mandans incideret in delictum.*
7 *Teſtis dubitatiuè deponens non probat.*
8 *Probationes in criminalibus debent eſſe concludentes, etiamſi de crimine agatur ciuiliter.*
9 *Teſtis depoſitio facta in præſentia partis, eſt attendenda.*
10 *Teſtis vtrumque dictum debilitatur propter variationem & periurium.*
11 *Teſtis varius non probat.*
12 *Affinitas minuit fidem teſtis.*
13 *Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.*
14 *Defectus aliquis vbi poteſt teſti opponi, is non dicitur omni exceptione maior.*
15 *Impugnans non poteſt ſe iuuare ex eo quod impugnauit.*
16 *Aduocatus non debet cogi ad deponendum contra clientem.*
17 *Teſtis qui non debebat examinari ſi fuit examinatus non probat, vel ſaltem non eſt integer.*
18 *Depoſitio teſtis patientis plures defectus non attenditur.*
19 *Teſtis vnicus, & ſingularis non ſufficit etiam in iudicio poſſeſſorio.*
20 *Teſtis vnius dictum non facit indicium etiam in criminibus exceptis.*
21 *Teſtes duo ſaltem requiruntur in omni crimine, etiã hæreſis.*
22 *Singulares teſtes non ſufficiunt ſed debent eſſe conteſtes vbi agitur de probando an talis contractus ſit vſurarius, vel an talis fecerit talem conuentionem reprobatam.*
23 *Negatiua eſt probanda per illum qui in ea ſe fundat.*
24 *Ratificatio non inducitur per actum, niſi actus ſit talis qui fieri non poteſt niſi ratificando.*
25 *Acceſſorium non datur ſine principali.*
26 *Delictum principale vbi non eſt probatum, non poteſt quis puniri de auxilio præſtito delinquenti.*
27 *Scientia eſt de ſubſtantia ratificationis.*
28 *Ratificatio vt inducatur, debet ratificans habere ſcientiam diſtinctam, certam & ſpecificam.*
29 *Scientia præſumpta non ſufficit vbi agitur de delicto.*

CONSILIVM CCCXXVIII.

INQVIRIT fiſcus Ducalis Mutinæ con-
tra Mag. D. Mariam Labadinã quod
ratificauerit vſuratium contractum,
aliás celebratũ per Do. Lazarum eius
virum cum Mag. D. Ioan. Bapriſta Fur
no, in quo Do. quoq; Benedictus filius
perſeuerauit, percipiendo fructus cuiuſdam prædij ſi-
bi ab eodem Furno obligati donec idem Furnus gau-
debat aureis mille ſibi mutuatis: ratificatio autem ex
eo deducitur, quod cum prædium videretur titulo
conducti poſſideri à D. Benedicto nec conſtaret illum
penſionem debitam ſoluiſſe pro biennio vltimo, cura-
uerit D. Maria fieri ſibi à D. Furno apocam, per quam
appareret eum habuiſſe & recepiſſe mercedem con-
uentam cum D. Benedicto.

Sed perlecto diligenter proceſſu, nihil video proba
tum quod obeſſe poſſit D. Mariæ quæ ideo eſt in tutiſſi
mo abſolutionis portu, nec alia eget defenſione, poſtq̃
nihil eſt in proceſſu q̃d eam offendat: reus enim nõ mi
nus obtinet ex non iure actoris, q̃ ex proprio iure: acto
1 re enim non probante reus abſoluitur, † l. actor quod
aſſeuerat, C. de probat. ẽt ſi nihil præſtiterit, l. qui accu
ſare, C. de eden. & ius metimur ex pſona actoris. Bart.
in Auth. hoc locũ, nu. 12. C. de ſecund. nupt. cõprobani
in conſ. 1. nu. 71. & ſeq. & procedit nõ ſolũ in ciuilibus,
ſed ẽt in criminalibus, ſcd̃m gl. in d. l. qui accuſare, gl.
fin. in c. cum ſunt partium iura, de reg. iur. in 6. Alex. in
conſ. 66. col. 1. vol. 1. Dec. in d. l. q accuſare, nu. 13. Crau.
in conſ. 262. nu. 6. in fi. Rol. conſ. 51. nu. 39. vol. 1. Burſat.
qui ampliat conſ. 69. nu. 1. vbi exornat hanc regulam.

In toto etenim proceſſu nemo eſt qui affirmet Do-
minam Mariam dictas receptiones exegiſſe à D. Fur-
no excepto Excellenti Do. Doctore Codebouio: nam
alij omnes deponunt id audiuiſſe ab eo quod factę fue
rant receptiones, & traditæ D. Mariæ; qui teſtes de au-
2 ditu non probant, † cap. licet ex quadam, de teſtib. l. te
ſtium, C. eod. Rolan. in conſ. 24. nu. 86. vol. 1. quinimo
iſti teſtes etiã non probant de auditu, quia examinati
fuere parte non citata, & non fuerunt repetiti citata
parte ad videndum eos iurare, ſcd̃m Bald. in l. fi. C. de
quæſtio. & practicam q̃ tradit Salic. ibi, vbi inſtruit iu-
dices, quia etſi ex proceſſu informatiuo poſſit reus car
cerari, non poteſt tñ torqueri aut condemnari niſi te-
3 ſtes citata parte repetantur. † & latè confirmat Rolan.
in conſ. 12. nu. 35. vol. 3. vbi id vult procedere ẽt in cri-
minibus occultis. & hanc dicit communem poſt mul-
tos quos citat Clar. in ſua praxi, q. 11. num. 22. vbi ait,
quod etſi non citetur pars qñ informationes ſumũtur
pro captura vel pro inquiſitione, tñ repetuntur citata
parte, ad effectum torquendi vel condemnandi, qñ
pars præſens ſe defendit id quod locum habere etiam
in crimine hæreſis poſt Innoc. Spec. Bart. & alios affir-
mauit Decian. in tract. crimin. lib. 5. q. 27. nu. 3. Burſat.
in conſ. 34. nu. 24. Bertaz. conſ. 350. nu. 6. & ſeq. & conſ.
557. num. 2. cum ergo dicti teſtes non fuerint repetiri,
non etiam probant de auditu, quoad D. Mariam, quæ
non fuit citata ad videndum eos iurare.

Reducitur totum negotium ad depoſitionem Do.
Codebouis, qui ex multis etiam non probat: primo,
quia & ipſe depoſuit, & fuit examinatus nõ citata D.
Maria, ideo nulla eſt eius depoſitio, p iura ſupra rela-
ta, quod ſi loco examinis ſolemnis allegetur confron-
4 tatio facta de eo cum Domina Maria, † vt poſt Afflict.
& alios dicit Clar. in praxi, §. fin. quæſt. 45. nu. 14. dico
aduertendum eſſe, quod in ea depoſitione nihil dicit,
quod lædat Dominam Mariam: deponit enim ſe ad
procurandum dictas receptiones requiſitũ fuiſſe non
ab eo, ſed à D. Flaminio Maſello eaſque tradidiſſe non
D. Mariæ ſed Maſello vel Camillo Sapori, quibus ta-
men non conſtat hoc fuiſſe à Do. Maria mandatum, &
non præſumitur mandatum ẽt curſu temporis longi.
5 † Bal. in l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum. infinitos ego cumula-
ui in conſ. 28. num. 80. & ſeq. addo Maſcard. tractat. de
probat. concluſ. 1006. Menoc. in tract. præſumpt. lib. 2.
præſ. 33. & non ſufficeret hoc caſu quod eſſet genera-
le, ſed requiritur ſpeciale, quia ſic faciendo, D. Maria
6 in delictum incideret, † l. paret, ff. de his quæ in fraudẽ
credit. Bal. in cõſ. 110. col. 2. ver. præterea iſte procura-
tor, vol. 1. vbi ait, requiri ſingulare mandatũ cũ expreſ
ſione cauſæ, perſonæ, & quantitatis, idẽ in conſ. 181. per
totũ, vol. 5. Bar. Caſt. & alij, in l. ſi procurator, ff. de cõ-
dict. indeb. & ibi Iaſ. nu. 5. Feliu. latè in c. 1. nu. 8. vt lit.
non conteſt. Vant. de nullit. ex defectu mand. num. 94.
Beto. conſ. 188. nu. 9. vol. 4. Nat. in conſ. 455. nu. 2. & 3.
Menoch. in tract. de arbit. iud. Caſu 315. nu. 24. & ſeq.
Lud. deciſ. Peruſ. 35. nu. 3. Anch. mod. fam. q. lib. 1. q. 44.
nu. 12. in quibus locis hanc concluſionẽ exornãt, quod
requiratur ſpeciale mãdatũ, ad hoc, vt quis faciat aliũ
incidere in delictũ. Cum ergo neq; Maſellus neq; Ca-
millus fuerint ſpecialiter deputati à D. Maria ,p dicta
receptionũ ſeu confeſſionum confectione, hacq; ratio-
ne ſi D. Codebouius diceret & ſolus probaret ſe ad il-
lorum mandatum exegiſſe illas confeſſiones à D. Fur-
no, & tradidiſſe eaſdem Maſello & Camillo, non per
hoc inferri poſſet aliquod delictum contra D. Mariã,
cui neque Maſellus neque Camillus requirendo & re-
cipiendo confeſſiones, potuit præiudicare, iuxta l. non
debet alteri, ff. de reg. iur. pœna etenim non debet in-
fligi ex aliorum ſed ex proprio facto.

Præterea, ex alio D. Codebouius in ſuo vltimo exa-
mine non deponit concludenter, quod ad inſtantiam
vnius potius quam alterius confici curauerit cõfeſſio-
nem illam, ſed per ea verba deponendo (ſe bene mi ri-
cordo) dubitat, & conſequenter non probat, vt in ma-
7 teria vſurarũ de hac formali depoſitione † dicit Burſ.
in cõſ. 400. nu. 30. vbi fortius vult, q̃d talis teſtis produ
centi non obſit. Dubitat ẽt ſuper traditione, & inquit
ſe non retinuiſſe memoriæ cui eã confeſſionẽ tradide-
rit, vnde eſt in oĩbus incertus & dubius, debet enim te
ſtis ſcire plenè factum. Alex. conſ. 18. nu. 9. & 10. vol. 1.
Si vero primã eius depoſitionẽ attendamus, vltra iam
ſupradicta, ad vnũ erit magnopere aduertendũ, quod
ſcilicet non dicit hic teſtis, nec deponit ſibi fuiſſe de-
mandatũ à D. Maria vt curaret fieri receptionem; non
ẽt affirmat q̃d D. Maria nollet audire tractari de con-
cordia, niſi fierent receptiones, ſed referendo rñſum à
ſe datũ D. Furno, inquit ſe ei talia & talia verba dixiſ-
ſe; an vero D. Maria verè nollet ſine illa receptione tra
ctati accordiũ. hoc teſtis non dicit nec explicat: diffe-
runt aũt inter ſe hæc duo, quod D. Maria nollet audire
tractatũ niſi Do. Furnus confiteretur recepiſſe penſio-
nes, vel q̃d ipſe teſtis ſic dixerit & retulit D. Furno, &
poſſunt ſimul ſtare, q̃d D. Furno dederit tale reſponſũ,
ſed non ita ſibi dixerit Do. Maria: depoſitio ergo non
concludit, & tñ in criminalib. probationes debent eſſe
8 concludentes, † l. fi. C. de accuſat. etiam qñ de crimine
agitur ciuiliter. Crot. in tract. de teſtib. nu. 46. & debẽt
cõcludere per neceſſe, l. neq; natales, C. de prob. l. non
hoc, C. vnde legit. latè Becius in conſ. 67. nu. 4. vbi ꝙ de
bent eſſe magis certæ q̃ in ciuilibus, quod etiam dixit
Decia. in tract. crim. lib. 8. c. 19. nu. 14. Bertaz. conſ. 540.
nu. 16. in crim. Boſſ. de conuict. nu. 13. & ſicuti teſtis re-
ferens alterius dictũ, non probat, ita qñ refert ſuum di
ctum, debet enim nunc cum iuramẽto affirmare quod
fuit requiſitus à D. Maria & ꝙ D. Maria ſibi dixit, non

autem referre ſe tale dediſſe reſponſum Dom.Furno; quia hoc modo atteſtatur de eo quòd ipſe fecit & dixit non de eo quod fecit aut dixit D. Maria. Cum igitur D. Mariam feciſſe aut dixiſſe non deponat, eius depoſitio nihil certi aut clari ponit.

Quod ſi velimus admittere hanc depoſitionem, qđ tamen nullo iure fieri poteſt, adhuc teſtis fidem non faceret: quia in ſecundo dicto ꝙ eſt magis ſolemne, tanquã prolato in præſentia partis, aliter deponit, & non eſt dubium quin attendatur id quod teſtis depoſuit in
9 pręſentia partis,† ſcđm Tindar. in tract. teſtium, lib. 2.
quem ſequitur Dec. in c. per tuas, in fi. de prob. & omni
caſu ꝓp variationem & periurium vtrunq; dictũ debi
10 litatur & neutrum bene probat † vt Felin. in c. cum in
tua, nu. 6. de teſtib. & multos refert Men. de arbit. iud.
Caſu. 108. nu. 21. & 27. Ripa conſ. 128. num. 25. vbi ſubdit, quod tali caſu in ciuilibus non eſſet locus iuramẽto ſuppletiuo. Burſ. conſ. 320. nu. 93. vbi in vſura, & te-
11 ſtis varius non probat.† l. qui falſa, aut varia, ff. de teſtib. Alex. in conſ. 143. vol. 4. vbi etiam ſi varietas commiſſa ſit in diuerſis inſtantijs, Ripa d. conſ. 128. nu. 25. Men. d. Caſu 108. nu. 2. & dicit Dec. in conſ. 189. nu. 8. qđ non facit indicium ad inquirendum. & poſt Ruin. Gram. & alios, firmat Bertazol. conſ. crim. 559. nu. 8.

Debilitatur ex alio fides huius teſtis, qa eſt affinis D. Furni, quemadmodum ipſe atteſtatur in prima de-
12 poſitione, ideo ſibi imminuitur de fide,† glo. & alij, in
c. accedẽs, vt lite non cõteſt. c. in literis, de teſtib. Crot. in eo. tract. nu. 121. & in criminalibus teſtes debent eſ-
13 ſe omni exceptione maiores.† Boſſ. tit. de conuict. nu.
14. ſed non dr̃ maior omni exceptione is cui aliqs de-
14 fectus opponi poteſt. † gl. in §. item verborum, in verſ.
idoneos, Inſtit. de inutil. ſtipul. Alex. in conſil. 18. nu. 6. vol. 1. alios citat Burſat. conſ. 320 nu. 9. Bec. conſil. 47. nu. 5. Bertaz. conſ. 291. nu. 1. & ſeq. in criminal.

Accedat, quod eius perſona & dictũ in præſenti iudicio Dom. Furnus expreſſe impugnauit & reꝓbauit, in proteſtatione quæ per eũ legitur in actis producta: & ſicuti teſtis approbatus à parte non põt exinde reprobari, l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. cũ ſimilib. ita ſemel reprobatus non poteſt approbari, vt contrariorũ eadem ſit diſciplina, l. 1. C. de cupreſ. lib. 12. & nemo põt
15 ſe iuuare ex eo ꝙ ſemel impugnauit, † c. ex eo, de reg.
iur. in 6. Gabr. commun. opi. lib. 6. tit. de reg. iur. concl. 1. in prin. & approbare non poteſt quis quod ſemel impugnauit, l. 1. C. de furt. l. diſpẽſatorem, in fine, ff. de ſolut. confirmaui multis in conſ. 136. nu. 29. & ſequen.

Addo, quod ſi Dñs hic teſtis erat aduocatus D. Mariæ vt ipſe dicit in primo teſtificatu, & D. Furnus cõfirmat in ſua proteſtatione, non debebat cogi ad depo-
16 nendum contra clientem.† Neuiz. Silu. nupt. lib. 3. nu.
47. Bertaz. in conſ. crim. 253. num. 1. vbi dicit probandum eſſe, quod veritas aliter haberi nõ potuiſſet, ꝙ tamen in propoſito non fuit factum. teſtis autem qui nõ debuit examinari, ſi fuit examinatus, non probat, vel
17 ſaltem non eſt integer.† Bart. in l. maritus, ff. de quæ-
ſtion. Clar. in ſua praxi, §. fi. q. 24. in fin. quare cum tot laboret defectibus, eius depoſitio non debet attendi,
18 † Boſſ. in tit. de indic. & tortura, num. 194.

Poſtremo ſi omnia ceſſarent quæ ſunt ei obiecta, eſt vnicus & ſingularis, propterea non probat, l. vbi numerus, ff. de teſtib. & vnus teſtis non ſufficit ad victoriam, etiam in poſſeſſorio iudicio, quamuis in eo agatur de
19 modico præiudicio.† glo. Iac. But. Ang. & Sal. in l. 1. C.
quor. bon. Bart. in Extrau. Ad reprim. in verb. ſummariè, num. 10. multos ego poſui in conſil. 73. num. 38. & quod vnus teſtis non ſufficiat ad cõdemnationem, eſt tex. in c. veniens, & in c. licet, de teſtib. in l. iuriſiurãdi, C. de teſtib. vbi dictum vnius dicitur dictum nullius,

& non facit indicium etiam in criminibus exceptis,
20 † Marſ. in cõſ. 102. nu. 11. Gramm. cõſ. 66. nu. 3. Bertaz.
conſ. 332. qu. 6. in crim. & dicit Boſſ. in tit. de cõuictis, numer. 20. ꝙ ad condemnandum non etiam ſufficiunt duo teſtes non integri, & diſputãt Doctores, an poſſit quis condemnari ex depoſitione vel dicto vnius Principis, vel etiam Pontificis, vt videri poteſt apud Clar. in d. §. fi. q. 53. nu. 21. Decian. conſ. 93. num. 23. vol. 2.

Nec dicatur, quod in crimine vſurarum ſpeciale eſt quod teſtes ſingulares admittantur: quia omittẽdo ꝙ multi contrarium tenent, reſpondeo, aliud eſſe qđ teſtes recipiantur ſingulares, aliud vero quod vnus teſtis ſufficiat: cum enim dicunt DD. admitti teſtes ſingulares, pręſupponũt plures extare, aliàs conſiderari non poteſt an ſint ſingulares vel cõteſtes, ſi vnicus extat, & duo teſtes ſaltẽ requiruntur in omni crimine, ẽt
21 hæreſis,† vt voluit Boer. deciſio. 342. nu. 2. Crauet. in
conſ. 362. alios citat Decian. in tra. crim. lib. 5. c. 35. nu. 5. vbi refert multos velle, quod tres requirantur. & in duobus oẽs conueniunt, nec aliquis diſcrepat, vt ibi.

Secundo reſpũdeo, quod vbi etiam tractaremus de ſingularitate teſtium, adhuc idem eſſet: quia illud procedit, qñ agitur de probando in genere aliquẽ eſſe vſurarium, vel hæreticum, vel blaſphematorem, vel adulterium; ſed vbi agimus de probando crimen aliquod in ſpecie, puta an hic contractus ſit vſuratius vel nõ, & an talis fecerit talem conuentionem reprobatam, tuc
22 teſtes debent eſſe conteſtes, nõ aũt ſingulares.† Abb.
in conſ. 42. lib. 1. Alex. conſ. 72. nu. 3. & ſeq. vol. 1. Fel. in c. licet ex quadam, nu. 16. de teſtib. vbi loquitur in crimine hæreſis. Crau. in conſ. 73. nu. 5. & 32. & hanc ſequtur Foſler. Alba, Boer. Riin. Lamberteng. Io. Lup. Saarez & Gabr. quos citat & ſequitur communem dicens Burſat. in conſil. 320. nu. 92. Clar. in praxi crim. §. fin. q. 53. nu. 19. vbi reſoluit tunc agi de crimine in ſpecie qñ tractatur de illum puniendo criminaliter, & ſubdit, ꝙ ad probandum hæreſim, non ẽt ſufficerent teſtes ſingulares cum fama; cum hac diſtinctione tranſeũt Zanch. & Cãpeg. quos refert Decia. d. c. 35. num. 5. Bertaz. in conſ. 453. nu. 16. vbi cum Decia. Clar. & alijs dicit etiã in genere requiri teſtes conteſtes. alios citat Men. loquẽs in crimine vſurarum, de arbitrar. iud. Caſu 235. nu. 23. & ibi ponit qñ de crimine dicatr̃ tractari in ſpecie: & confirmat quod ſupra dixi duo teſtes requiri, inquit enim, tot eſſe neceſſarios quot in alijs delictis. Maſcard. tract. probation. concluſ. 1199. num. 15. Siue illam amplectamur opinionem, quæ vult teſtes ſingulares non probare etiam in genere, quam tenuit quoque Decian. in conſ. 100. num. 21. vol. 3. ſiue aliam quæ habet quod ſufficiunt in probando delicto in ſpecie, vtroque caſu obtinebit D. Maria: quia hic agimus de delicto in ſpecie, id eſt an D. Maria contractum approbauerit factum à viro & à filio confirmatum.

Demus etiam D. Mariam inſtigaſſe Dom. Codebouium vt requireret D. Furnum ad faciẽdum confeſſionem de receptione fictus, idque ſine veritatis læſione, quia nihil circa hoc probatum eſt, non tamen ex hoc inferri poteſt, quod approbauerit contractum vſurarium à marito celebratum, quia poteſt eſſe quod Do. Furnus penſioné cõfeſſatam vere receperit à D. Benedicto filio, hacq; ratione D. Maria voluerit confeſſionem receptionis; hoc autem ſolũ, ꝙ voluerit fieri ſibi fidem de recepto, non probat quod id fecerit contemplatione dicti contractus, cum potuerit feciſſe ob ſolutionem quam factam crederet à Benedicto filio, quod autem Benedictus nihil ſoluerit, non fuit probatum, & tamen erat incumbens fiſci: quia nõ infertur, facta eſt confeſſio de receptis, ergo nihil fuit receptum, & negatiua, nihil ſcilicet fuiſſe ſolutum, probãda eſt à fiſco, ꝙ

ſe ſan-

Digitized by Google

23 ſe fundat ſuper illa,† l.illa,ff.de verb.oblig.l.pen.§. do
cere,vbi Ang.& Iaſ.ff. ne quis eum. Herculan. quis te-
neat,prob.negatiu.nu.2.& ſeq.Natta in conſ.200. nu.
8.& ſeq.Rol.in conſ.22.nu.18.vol.1.Cœph.in conſ.47.
nu.1.Oſaſc.deciſ.Pedemont.108.nu.3. Becius in conſi.
105.num.11.non ergo ſat fuit probare quod facta fue-
rit confeſſio,ſed eſt probandum,quod facta fuerit ſine
ſolutione.Facit,quia per actum non inducitur ratifica
tio, niſi quando talis eſt actus qui fieri non poteſt niſi
24 ratificando.† Corn.conſil.269.vol.4. Crau.conſ. 204.
nu.14.Burſat.conſ.118.nu.19 Ruin.conſ.91.num.9. &
30.vol.1. at exigere potuit illam confeſſionem abſque
eo quod ratificaret contractum vſurarium, puta, quia
crederet penſionem eſſe ſolutam, vel quia vellet illam
penſionem ſibi remitti,ſi agendum erat de concordia
& trāſactione,poterat etiam ex multis alijs cauſis fie-
ri confeſſio,abſque ratificatione, ergo ex ea non infer-
tur per neceſſe, ad ratificationem, cum poſſit eſſe, &
non eſſe,quod per hoc voluerit ratificare.

Non omitto quod in proceſſu non probatur cōtra-
ctum geſtum inter Dominum Lazarum maritum Do-
minæ Mariæ,& Dominum Ioan.Baptiſtam Furnii eſſe
vſurarium, & ego non video hoc probatum vti debe-
bat,imò nec bene deductum:nec eſt oſtenſa ſpecies,&
forma dicti contractus,quo ſtante, non video quomo-
do dici poſſit quod etiam ſi Dom. Maria illum ratifi-
cauerit, (quod negatur,)plecti poſſit pro crimine vſu-
rarum,ſicuti enim non apparet quod maritus, ita con
trahendo deliquerit, eodem modo non deliquit qui
contractum approbauit: quia non datur acceſſorium
25 ſine principali,† c.acceſſorium,de reg.iur.in 6.& ideo
Bar.in l.ſi is qui,§.ſi in Titium,ff. de fur. dixit,quod nō
poteſt contra aliquem procedi pro acceſſione delicti,
ſi non conſtat de principali delicto, & Anch. in conſil.
216.in fine,vult, quod pro auxilio præſtito nemo puni
26 tur,niſi probetur principalem deliquiſſe.†Et idem eſt
in eo,qui mandauit hominem occidi,quia niſi conſtet
illum eſſe occiſum,non punitur.Dixi latè in conſil.40.
nu.9.ratio eſt: quia nullæ ſunt qualitates eius qđ non
eſt,l.eius qui in prouincia,ff.ſi cert.pet. & ratificari nō
poteſt delictum quod non conſtat à principali fuiſſe
commiſſum; erat igitur probandum in primis, quod
contractus illa vſuraria prauitate eſſet infectus, vt per
approbationem puniri poſſet hæc mulier.

Quin etiam non ſat fuiſſet probare contractum fæ-
neratitium fuiſſe niſi etiam probatum eſſet dominam
Mariam ſciuiſſe illum eſſe talem, quia ratificatio req-
rit ſcientiam eius qui ratum habeat, aliàs nemo vide-
tur approbare quod ignorat, vt inquit Oldr. in conſil.
329.nu.10.& dicit Bald.in conſ. 176. circa med.vol. 2.
27 quod ſcientia eſt de ſubſtātia ratificationis, † latè cō-
probat Nat.conſ.162.nu.31.alios adduxi in conſil.28.
nu.118. in facto autem probatum non fuit quod Dom.
Maria ſciuerit contractum illum à marito geſtum eſſe
vſurarium,& in dubio præſumitur ignorantia,vt in ra
tificante dixit Caſtr.in conſ.465.nu.5. & tali caſu non
ſufficeret ſimplex,vel confuſa ſciētia, ſed diſtincta cer-
ta, & ſpecifica requiritur cum omnibus ſuis qualita-
28 tib. † glo.in c.concertationi,in ver.ſciuerit, de appel-
latio.in 6.Caſtr. in loco prædicto vbi proprie loquitur
in ratificatione,Tiraq.de retract.conſang.§.36. gloſ.2.
nu.30.Oſaſc.deciſ.Pedemont.176.nu.4. Becius in cōſ.
73.num.23.& ſequen.vbi loquitur in ratificante,& al-
legat multos alios: fortè enim ſi ſciuiſſet contractum
conſperſum eſſe fraude vſuraria, illum non habuiſſet
ratum, & quamuis aliqui ex teſtibus dicant, Dominū
Benedictum filium mandaſſe quod ille contractus cor
rigeretur, id tñ non eſt probatum concludenter,præ-
cipuè,quia teſtes nō fuerunt citata parte repetiti, ſed
vbi eſſet probatum,non apparet quod Domina Maria
hoc ſciuerit,& probandum erat quod ſciuerit eo tem-
pore quo allegatur eam exegiſſe à Domino Furno con
feſſionem ſuper fictus receptione,aliàs non noceret.&
ad hoc tempus teſtes non reſtringunt ſuam depoſitio
nem. Nec dicatur præſumi ſcientiam,quia imò præſu-
mitur ignorantia,etiam inter coniunctos.quādo ſeor-
ſum habitant vti faciebant Domina Maria, & D.Be-
nedictus filius,& omni caſu vbi agimus de delicto, nō
29 ſufficeret ſcientia pręſumpta,†vt probatur in §.ſi quis
autem.& in §.ſi vero expreſſim,& ibi glo.in auth.de hę
red.& Falc. vbi ad excludendum ſuſpicionem fraudis
præſumitur teſtator vires ſui patrimonij ignoraſſe,
quamuis regulariter ſciuiſſe præſumatur. & probat
Aretin.in conſ.47.num.2.& præſumptio itaque ſcien-
tiæ excluditur,vt euitetur delicti præſumptio. ſic in fa
cto non præſumendum, quod Domina Maria ſciuerit
qualitatem contractus,vt excludatur ratificatio.

Et his arbitror cumulatè adeo apparere defenſio-
nem D. Mariæ, vt non modo ab impoſito ſibi crimine
ſit abſoluenda, ſed etiam in expenſis condemnandus
ſit huius iudicij promotor,& iuſtigator.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommiſſum etiam reciprocum non præſumitur.*
2 *Reciprocum fideicommiſſum vt inducatur coniecturę debent eſſe neceſſariæ,& vrgentes.*
3 *Reciprocu ſubſtitutio vbi udeſt illa debet intelligi per vulgurem nau per fideicommiſſum.*
4 *Subſtitutio præſumitur potius vulguris quā fideicōmiſſaria.*
5 *Taciti, & expreſſi non eſt par virtus, vbi agitur de excluſione,& priuatione.*
6 *Reciproca ſubſtitutio fideicammiſſaria tacitu, vt induc atur tria requiruatur, quod ſint vocati illi inter quos dicitur extare reciprocam, quod ſubſtitutio ſit facta vltimo ex eis morienti, & quod ſis facta in totu hæreditute, vel in omnibus bonis.*
7 *Fideicommiſſum reciprocum non inducitur quando ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate, ſi non ſit factu ab vltimo moriente.*
8 *Reciprocum fideicommiſſum non inducitur quamuis ſubſtitutio ſit factu in totu hæreditate poſt mortem vltimi.*
9 *Fideicommiſſum reciprocum non reſultat quando reſtituendi onus iniunctum quidem eſt vltimo morienti, ſed non eſt dictum in tota hæreditute, vel in omnibus bonis, ſed intelligitur tantum factum in portione ipſius vltimi, non in portione aliena.*
10 *Subſtitutio facta poſt mortem plurium, non operatur reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutas.*
11 *Maſculorū ex vocatione non infertur quod voluerit teſtator bona conſeruari in agnatione, ſed alia multa requiruntur.*
12 *Agnationis conſeruandæ ratio conſideratur ſolum in caſu diſpoſito.*
13 *Agnationis conſeruandæ ratio tacitu non extenditur ad inducendū reciprocum fideicommiſſum in caſibus non expreſſis.*
14 *Tacitum ex tacito deduci non debet.*
15 *Filiarum propriarum excluſio non operatur aliquod fideicommiſſum, vel reciprocum, vel alterius generis.*
16 *Reciprocum fideicommiſſum nō inducitur etiamſi extet perſona quæ ex veriſimili mente teſtatoris excludere debet ſubſtitutum, quando non concurrunt requiſitu in reciproca ſubſtitutione.*
17 *Soc.opinio in l.hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. quomodo procedat.*
18 *Vincula duo magis ligant.*
19 *Iuramentum non ſupplet plures defectus.*
20 *Singulu quæ non proſunt, multu iuuant.*
21 *Subſtitutio facta inſtitutis omnibus decedentibus ſine filijs*

in tota

in tota hæreditate, non efficit reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos.

22 *Probibitio alienationis facta vniuerſaliter omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis, operatur reciprocum fideicommiſſum, quia eſt ac ſi fuiſſet facta ſubſtitutio in omnibus bonis, & in tota hæreditate.*

23 *Probibitio alienationis non operatur idem ac ſi fideicommiſſum eſſet factum in tota hæreditate.*

24 *Trebellianicæ prohibitio non operatur reciprocum fideicommiſſum, quando grauamen non eſt iniunctum vltimo.*

25 *Copulatorum concurſus requiritur.*

CONSILIVM CCCXXIX.

PERSPECTO diligenter teſtamento D.Ioãnis Ponæ Tridentini, videretur dicendum inter inſtitutos filios ac filiorum filios, extare reciprocum fideicommiſſum, & conſequenter Illuſtrem D.Vrſulam à Salli, vti tutricem filiæ ſuæ teneri ad reſtitutionem bonorum quæ aliàs erant dicti teſtatoris verſus D.Chriſtophorum, & Hieremiam Ponas, per ea quæ hoc ipſo in facto grauiter, & eruditè ſcripſit Excellent. Dominus Menoch. in conſ.575.in 3.& 4. dubitatione.

Sed etſi magna ſit tanti viri authoritas, ſoleamque eius ſententias quam libentiſſimè amplecti, me tamẽ cogit veritas in aliam deſcendere opinionẽ, quã exiſtimo ẽt probaturos viros Iuriſconſultiſſimos excelſi Tridentini conſilij, coram quibus cauſa nunc agitur: nam fideicommiſſum non præſumitur niſi probetur, l.cohæredi,§.cum filiæ, ff.de vulg.l.Lucius,§.tres hæredes, ff. ad Trebell. & ne quis credat aliud eſſe in reciproco fideicommiſſo, quia voluerint aliqui illud eſſe fauorabile, vbi de eo ex teſtamenti lectura non appa-
1 ret, illud quoque nõ præſumitur † Socin.& Iaſ.in l.poteſt, ff.de vulgar. Alex.in conſ.11.vol.3. Cephal.in cõſ. 401. nu. 28. vbi nu. 35. dicit in dubio iudicandum eſſe contra fideicommiſſum. Burſat. in conſ.354. nu. 1. vbi dicit præſumi in dubio non adeſſe, interpretari nõ extare, iudicari non induci, nec extendi.& in conſil.371. nu.1. vſque ad 12. vbi latiſſimè probat interpretationem fieri ſemper debere vt fideicommiſſum excludatur.Rimin.conſ.371.nu.174.Menoch.in conſ. 274. nu. 36.& in conſ.475.num.10. Rota deciſ.698. in fine, in 1.par.in nouiſſ.& dicit Riminal.in conſ.602.nu.16.q̃d ſubſtitutio reciproca non debet induci, ſi in teſtamẽto non reperitur expreſſa, & procedit ẽt ſi agatur de fauore piæ cauſę quę ſit ſubſtituta: quia nihilominus reciprocum fideicommiſſum non præſumitur. Caſt. in cõſ.14.col.2.vol.1.Ale.Dec.& Zan.quos citat,& ſequitur Menoch d.conſ.274.nu.37.& ſeq. & rurſus, nu.50.

Et quamuis ex coniecturis fideicommiſſum poſſit induci, tamen vbi agimus de reciproco, cõiecturæ de-
2 bent eſſe neceſſariæ † & vrgentes, ſecundum Caſtr. & Iaſ.in d.l.poteſt. Io.Mar.Rimin. in conſ.224. num.56. Ripa, in l.hæredes mei, §. cum ita, nu. 17. & 23. ff. ad Trebell.vbi Zanc. in 6.part. num.99. Menoch.in conſ. 85.num.65.conſ.274.nu.36. conſ.462. nu.8.conſ.489. nu.10. vbi fortius contendit coniecturas non ſufficere ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, quamuis aliud ſit in alijs fideicommiſſis. Riminal. d. conſ. 371.nu.174. Card. Mantic. de coniectu. vlt. volu. lib.7. tit.5.num.14.Burſat. d.conſ.371.num.33. Riminal.in conſ.602.nu.28.vbi addit Albam, & Bottam, Peregr. in trac.de fideicommiſſ.artic.13. nu.4. in princ.

Præterea, quando adeſt reciproca ſubſtitutio, illa intelligi debet per vulgarem, non autem per fideicommiſſum, ideſt caſu quo primi non ſuccedant, ſed eis
3 admiſſis ſubſtituti ſunt excluſi, † vt probat text. in l.2. C. de impub. vbi Bart. dicit eſſe notandum ſe in facto iudicaſſe, quod vbi extat expreſſa ſubſtitutio reciproca, vos inuicem ſubſtituo, intelligitur per vulgarẽ, non per fideicommiſſum. idem voluit Bart. in l. Lucius, ff. de vulg. vbi Ripa, nu.41. dicit, quod hæc deciſio eſt cõiter approbata. quæ ſñia procedit in fortioribus terminis, ẽt qñ reciproca ſubſtituti fuerunt grauati hæreditatem alijs reſtituere: quia nihilominus reciproca intelligitur ſolum facta per vulgarem, vt probat Caſt.d.conſ.14.vol.1.Menoch.in conſ.85.num.66. vbi hanc defendit aduerſus Ripam Riminal. in conſ.371. nu.175.& in cõſ.603.nu.25. vbi addit Bottam, & prædicti referunt Bottam ſic quoque tenuiſſe, & Zancum, Burſa. qui cõmunem dicit, conſ.371.nu.12. Menoch.in conſ.452.nu.49.conſil.376.nu.13. & prædictæ concluſionis ratio euidens eſt: nam ſubſtitutio in dubio præ-
4 ſumitur potius vulgaris quam fideicommiſſaria, † gl. in l.verbis ciuilibus, ff.de vulgari. Aretin. & Socin.in l.Gallus, §. quidam rectè, ff.de lib.& poſth. Mantica, de coniectur.vltim.volunt.lib.5.tit.2.nu.1. Burſat.loco præcitato. Secundo quia minus præiudicat vulgaris quam fideicommiſſaria ſubſtitutio. Tertio quia reciproca non debet induci niſi quatenus infertur ex neceſſitate, nulla autem neceſſitas ſubeſt quod intelligatur per fideicommiſſum, cum poſſit ſatis operari per vulgarem; & demum fieri debet ſtricta interpretatio, & euitari extenſio. vbi agitur de grauamine inducendo. quod ſi prædicta procedunt in reciproca expreſſis verbis facta, vt Bartol. loquitur, quanto magis idipſum erit ſeruandum in reciproca tacita, quæ ex ſola interpretatione deſcendit, cum ſemper minus operetur tacitum quam expreſſum, l. expreſſa nocent, vbi Dec. & Cagnol. ff.de reg. iur. & vbi agitur de excluſione, & priuatione, non eſt par virtus taciti,
5 & expreſſi. Are. † in l.2.col.pen.ff.de vulg. Curt. iun.in l.cum quid, num.15.ver. octauus caſus, ff. ſi cert. pet. Menoch.in tract. præſump. lib.4.præſum.40. num.10.

Vt autem tacita reciproca ſubſtitutio fideicõmiſſaria videatur inducta, DD. communiter tria requirunt, quæ ſi non interueniant, nullam æſtimant ſubeſſe reciprocam; Primum eſt, quod illi inter quos vult quis reciprocam extare, ſint vocati; Secundum quod ſubſtitutio facta ſit vltimo ex eis morienti. Tertium,
6 ꝙ facta ſit in tota hęreditate, vel in omnib.bonis, † ita dicunt Doct.in l.penul.C.de impub.& in d.l.hæredes mei, §.cum ita, vbi Zanch.in 6.part.num.181.infinitos cumulat, alios etiam addit, Menoch.in conſ.85.nu.41. conſ.452.nu.48.conſ.462.nu.4. & ſeq. conſ.475.nu.7. conſ.489.nu.10.Card.Mantic.de coniectur.vlt.volun. lib.7.tit.5.nu.15.Simon.de interpret.vlti.volun.lib.3. interpr.3.dubit.4.ſolut.1.num.24.fol.322. Cęphal.in conſ.330.num.34.& conſ.430.num.36. Burſ. in conſil. 354.nu.2.in conſ.371.nu.17.vbi addit Decian. Piſcin. Albam, & alios. Crot.in conſ.349. num. 16. Riminal. in conſ.604.nu.70.Bolognet. in d.§.cum ita, num.114 & ſeq. Craſſus in §. ſubſtitutio, q.61.nu.11. Oddus in tracta.de compendioſa ſubſtitut.part.5.art.6.num.8. & ſeq. vbi ait, neminem diſcrepare, ſed omnes communiter ita tenere, & in conſ.44.nu.40. conſ.45.nu.9. Magon. deciſ.Florent.71. num.16. Alex. Trentacinq. in tract. ſubſtitut. par.5. c.2.num.14. ex quibus paret hanc eſſe ab omnibus approbatam opinionem, vt nõ cenſeatur inductum reciprocum fideicommiſſum tacitum, niſi tria hæc concurrant: horum autem primo excepto, nullum concurrit in facto propoſito: quia neque fideicommiſſum fuit vltimo morienti iniunctum, neque factum fuit in hæreditate tota, aut omnibus bonis: deſunt itaque ſubſtantialia, & magis neceſſaria

ceſſaria ad inducendum fideicommiſſum.

Porro prædicta copulatiuè intereſſe debent, nec alterum ſufficit ſine alijs, & ideo ſi ſubſtitutio facta eſſet in tota hæreditate, dummodo non ab vltimo, non efficeret
7 reciprocum fideicōmiſſum, l. Seia Titio, † §. Seia libertis, ff. de leg. 2. ita voluerūt oēs, in d. §. cum ita, vbi Soc. nu. 7. in quinto caſu dicit ita iudicatum fuiſſe Ferrariæ. Ripa cōem dicit, nu. 27. Socin. iun. nu. 19. & 23. & Bolognet. nu. 120. & ſeq. Mantic. d. lib. 7. ti. 5. nu. 13. hanc dicit magis cōem, & firmatam textibus, Craſſ. d. §. ſubſtitutio, q. 61. nu. 13. & ad hoc infinitos cumulat, cōem affirmans. Decian. in conſ. 26. nu. 58. vol. 2. quem pro omnib. ſufficeret allegaſſe. Oddo, in tract. compend. par. 5. art. 6. in prin. nu. 26. & 32. in fine, vbi dicit magis cōem, fol. mihi 61. & idem dicit in conſil. 44. nu. 43. hoc etiam tradit Burſat. d. conſ. 371. nu. 17. & nu. 18. verſ. tertio admiſſa. Trentacinq. d. par. 5. cap. 2. nu. 23. vbi dicit eſſe magis receptā. & ratio eſt: quia ceſſat hoc caſu ratio inducendi reciprocum fideicommiſſum, quę fuit, quia non aliter inducitur niſi hæreditas tota ad ſubſtitutum pertinere non poſſet, ſi prius ad vltimum non perueniret per reciprocum fideicommiſſum, quandoquidem, hoc quoq; caſu habebit ſubſtitutus totam hæreditatem, etiam nullo extāte reciproco inter grauatos: quia ſingulorum decedentium portiones habebit, ceſſante autem neceſſitate non inducitur fideicommiſſum, vt prædicti omnes concludunt, & hanc rationem proſequuntur dicti Doct.

Et hoc caſu ſubſtitutio facta poſt mortem vltimi, nō perinde habetur, ac ſi facta eſſet vltimo: quia cum vltimus non eſt expreſſe grauatus onere reſtituendi, cenſetur quilibet grauatus ſuam portionē reſtituere; nō autem intelligitur vltimus grauatus reſtituere totam: vnde ſi fideicommiſſum factum eſt in tota hæreditate, poſt mortem vltimi, non per hoc erit inter oēs
8 reciprocum fideicōmiſſum. † ita Soc. in conſ. 104. nu. 9. in verſ. ad ſecundum principale fundamentum, in 3. vbi latè hanc ampliationem probat Iaſ. in conſ. 206. in 3. dub. volum. 2. vbi refert ſic conſuluiſſe Alex. Alc. in §. cum ita, vbi etiam Zanch. in 6. par. nu. 168. dicit communem Burſat. in conſ. 371. nu. 17. poſt medium, & in conſ. 354. nu. 3. Ripa §. cum ita nu. 23. Simon. d. fol. 322. num. 26. Decia. d. conſ. 26. nu. 59. in 2. ſed in caſu noſtro neque vltimus fuit grauatus onere reſtituendi totam, neque ſubſtitutio iniuncta eſt vltimo.

Similiter adeo neceſſarius eſt concurſus dictarum qualitatum, vt non reſultet reciprocum fideicommiſſum, qn̄ reſtituendi onus iniūctum quidē eſt expreſsè vltimo morienti, ſed non eſt dictum in tota hæreditate, vel in omnibus bonis: intelligitur enim factū fideicommiſſum in portione ipſius vltimi decedentis, non in portione aliorum: & cum non cōſtet quod teſtator voluerit totam hæreditatem peruenire ad ſubſtitutū, ſat eſt ſi fideicōmiſſum inducatur in portione vltimi.
9 † Soc. in d. §. cum ita, nu. 6. vbi Ripa, nu. 18. verſ. tertia concl. cōem dicit Soc. ibi, nu. 17. Zanchus, num. 144. & Bologn. nu. 119. Cęph. in conſ. 401. nu. 29. Card. Mant. d. tit. 5. nu. 11. Odd. d. par. 5. art. 6. nu. 6. vbi ait omnes vno ore hoc tenere, quia ceſſat illa neceſſitas inducendi inter inſtitutos, quæ ſolet conſiderari à Doct. Craſſ. d. q. 61. num. 10. & 11. in fi. pulchrè Trentacin. d. c. 20. nu. 15. vbi eam confirmat, & reſpondet omnibus contrarijs. Oddus loco prædicto, nu. 12. vbi dicit magis communem. Vegius in d. conſ. 65. nu. 78. Vnde non eſt curandum, quod Menoch. in tractatu præſumpt. lib. 4. præſ. 62. nu. 2. velit contrarium: nam ex prędictis conſtat hanc eſſe communem, & conſequenter tenendam in iudicando, & cōſulendo; & vbi etiam ſuſtineri poſſet contraria opinio, non pertineret ad caſum noſtrū, quia Menoch. & alij loquuntur, quando in fideicommiſſo teſtator meminit indefinitè de ſua hæreditate, vel de ſuis bonis, voluntque quod indefinita eo caſu æquipolleat vniuerſali: at hic in ſubſtitutione nullum verbum factum eſt de bonis, & hæreditate, ſed ſolummodo dictum, quod ſuccedant filij fratris maſculi, vel eis non extantibus, ſuccedant fœminæ ſuper quibus verbis non cadit conſideratio indefinitæ locutionis.

Cum igitur ſubſtitutio non ſit facta vltimo, nec in tota hæreditate, non poteſt videri iniunctū fideicommiſſum reciprocū. Nec quicquam facit quod maſculi ex fratre ſint vocati non extātib. maſculis à teſtatore deſcendentib. quoniā per hoc non reſultat reciproca ſubſtitutio, quia perinde eſt ac ſi illi maſculi ex fratre fuiſſent vocati poſt mortem omnium maſculorū deſcendentium à teſtatore, quo caſu nullum inter inſtitutos adeſſet fideicommiſſum reciprocū, l. pater filiā, in fine, ff. ad leg. Falc. vbi probatur, quod ſubſtitutio facta poſt mortem plurium inſtitutorū, non operatur
10 reciprocum fideicommiſſum inter inſtitutos. † & ita notant ibi Ang. Imola, & Alex. idē probat tex. in l. qui duos, ff. de vulg. vbi hoc ēt voluerunt Ang. & Caſt. Soc. in d. §. cum ita, nu. 5. vbi Ripa, nu. 14. & nu. 24. vbi ait, quod tunc quilibet cenſetur pro ſua portione grauatus, & pluralitas reſoluitur in ſuas ſingularitates. Soc. iun. nu. 14. Bologn. nu. 118. Riminal. conſ. 371. nu. 179. latius conſ. 602. nu. 83. Craſſ. d. §. ſubſtitutio, q. 61. nu. 9. vbi multos addit concordantes. Trentacinq. d. c. 2. in fi. & Molin. in tract. de iuſtit. & iure diſput. 192. col. fi.

His ſic iactis fundamentis, non obſiſtit quod teſtator voluerit agnationē conſeruare eo quod ſemper ad ſucceſſionē vocauit maſculos, vt per Menoch. d. conſ. 375. num. 8. & in tract. præſumpt. lib. 4. præſ. 62. nu. 12. Card. Mātic. lib. 7. tit. 5. nu. 15. in fine, ver. ex coniecturis autem. Zanc. d. par. 6. nu. 176. Marzar. conſ. 1. nu. 18. & ſeq. Reſpondeo enim ex eo, quod teſtator maſculos vocauerit, non inferri quod voluerit bona conſeruare
11 in ſua agnatione, ſed alia multa requiri, † vt poſt Caſt. Soc. & alios concludit Pariſ. in conſ. 72. nu. 35. & ſeq. in 3. vol. vbi dicit, ideo non inferri ad reciprocū fideicommiſſum, & ſubdit, quod etiā ſi dici poſſet quod ſit conſiderata agnatio, id tn̄ intelligitur in caſu expreſſo non autem ad effectum, vt fiat extenſio ſicuti fieret ſi ratio agnationis fuiſſet explicitè deducta in teſtamento. Cęph. in conſ. 44. nu. 46. vbi dicit, quod ſi teſtator voluiſſet agnationem conſeruare, feciſſet expreſſum fideicommiſſum ēt reciprocum, & cum hac parte tranſit Mant. lib. 6. tit. 15. nu. 6. & quod ratio conſeruādæ agnationis conſideretur ſolum in caſu diſpoſito,
12 † voluit Menoch. in conſ. 243. nu. 52. latè Moli. de primoge. Hiſpan. lib. 3. cap. 5. nu. 20. vbi dicit, ſi ratio eſt certis perſonis adiecta, non debet ad alias trahi, & quamuis dubium id ſit, qn̄ ratio eſt expreſſa, tn̄ eſt certiſſimum, qn̄ eſt tacita; ratio eſt: quia duplex ſpecialitas eſſet in eodem facto, nam ex maſculinitate tacitè intelligeretur ratio conſeruandi agnationem, & ex tacita eiuſmodi ratione, inſurgeret tacitum fideicommiſſum, ita arguit in ſpecie Cęph. in conſ. 330. nu. 66. tacitum autem non debet induci ex tacito, vt ibi idem dicit, in conſ. 401. nu. 39. vbi in terminis vult, per prædictam rationem quod ex coniectura maſculinitatis non oriatur præſumptio conſeruandę agnationis, potens ad inducendum reciprocum fideicommiſſum, ſimiliter ad excludēdum coniecturam fideicommiſſi reciproci. ita ad argumentum conſeruandæ agnationis reſpondet Menoch. conſ. 85. nu. 102. conſ. 274. nu. 48. & in terminis in conſ. 462. nu. 21. & ſeq. vbi hoc modo tollit argumentum contrarium; Sic ēt in propoſito reſpondet Rimin. in conſ. 371. nu. 188. vbi tacitā hanc

rationem

rationem agnationis conſeruandæ negat extendi ad
inducendum reciprocum fideicommiſſum, in caſibus
13 non expreſſis, † & in conſ.602. nu.40. vbi nu. 32. for-
tius vult, quod non attendatur geminatio quę fit con-
tinuato ſermone in eadem oratione, & vtroque caſu
loquitur, vbi agitur de excludendo reciprocum fidei-
commiſſum, quod dicit non induci ex eo quod ſoli ma
ſculi ſint vocati, & feminæ excluſæ. hoc eodem modo
reſoluit Oddo in conſ.44.nu.37. & in conſ.65. nu. 30.
& ſeq. vbi conſiderat vnum conueniens facto noſtro,
quia non ſemper teſtator vocauit maſculos, ſed aliqñ
indefinitè loquutus eſt, vt qñ vocauit filios fratris, non
enim tunc de maſculis dixit; quinimò aduerto, ꝙ de
maſculis loquutus eſt ſolum teſtator diſpoſitiuè, qñ
vocauit filios filiorum, ſed in alijs caſibus poſuit eos
ſolum in cõditione, vt non extantib. maſculis ex filija
ipſis, & non extãtibus maſculis ex fratre, & tñ in pro-
poſito Doct. qui volũt ex qualitate maſculinitatis col
ligere fideicommiſſum reciprocum, loquuntur qñ ſem
per ſunt vocati maſculi, non qñ ſunt poſiti in cõditio-
ne: quare ſi aliqñ extendi debet fideicõmiſſum de vno
caſu ad aliũ, & de vna perſona ad aliam, id fieri debet
qñ ratio agnationis eſt certa, & expreſſa, nõ qñ eſt in-
certa, & coniecturata, quia tacitum ex tacito deduci
14 non debet, † vt in facto dixit Zanc. d.par.6.num.215.
Vndè diſputant DD. ſi expreſſa ratio agnationis con-
ſeruandæ extendat fideicommiſſum de caſu ad caſũ,
& de vna ad aliã perſonã, vt voluerunt Alex.Soc.Dec.
Ruin.Alciat.Rolãd.Cęphal. & alij, quos citaui in cõſ.
96.nu.10.& ſeq. infinitos cumulat Oddus conſ.66.nu.
113. quod ſi res eſt dubia, quando cauſa eſt expreſſa,
multo magis ab ea ſententia recedere debemus. quan
do non eſt expreſſa, & ſumus incerti an ex ea vel ex
alia teſtator motus fuerit, hoc enim nihil aliud eſt, q̃
diuinare mentem teſtatoris, & ſuper diuinatione ſta-
tuere, & ad alia obſcuriora inferre. quare ea maſculo-
rum deſignatio non debet importare fideicommiſſũ
reciprocum, & poſt Dec. & Soc.iun. dicit Oddus conſ.
44. numer. 38. non ſufficere quod ſubſtitutus fuerit
agnatus, niſi conſtet quod teſtator hoc fecerit gratia
conſeruandæ agnationis, & dicam latius infra.

Et per hæc ſublatum eſt quoque fundamentum ꝙ
fit ſuper eo quod excluſerit proprias filias: nam filia-
rum excluſio non operatur aliquod fideicommiſſum,
vel reciprocum, vel alterius generis, vt paſſim volunt
15 Doctores, † & optimè conſiderat Vegius in conſ. 65.
nu.77. vbi hoc concludenti probat ratione. Et hæc ex-
cluſionis coniectura eſt cum præcedenti coniuncta,
ideo ſublata prima, tollitur hæc quoque: nam nõ poſ-
ſet conſiderari maſculorum vocatio, niſi ſimul conſi-
deretur feminarum excluſio, vnde Doct. in l. maximũ
vitium, & in l. venia. C. de in ius vocando, dicunt, quod
ſtatutum excluſiuum feminarum, continet incluſio-
nem maſculorum, & habet duo capita: quocirca ſat
eſt primam fuiſſe congruè ſupra ſublatam, vt huic
quoque reputetur ſatisfactum. quamuis Menoch. d.
conſ. 575. eam ſeparatam ſcripſerit.

Maior videtur difficultas in diſſoluendo tertiũ fun
damentum, quo dicitur induci reciprocum fideicom-
miſſum etiam tribus illis requiſitis non concurrentib.
quando eo non inducto excluderetur perſona quæ ex
veroſimili teſtatoris mente debet excludere ſubſtitu-
tum, vt per Menoch.d.conſil.575. num. 9. Sed reſpon-
detur, contrariam ſententiam veriorem, & ceſſare re-
ciprocum fideicommiſſum etiam ſi extet talis perſo-
16 na, † vt poſt Soc. in conſ.104.vol.3. probat Ripa, in d.§.
cum ita, nu.27. vbi reſpondet argumentis Soc. ibi con-
trarium tenentis. ſequitur Alba, in conſ.31. num.8. &
27. vbi inquit, eam limitationem non poſſe ſubſiſtere,
& eſſe cõtra communem. idem dicit in conſ.32. nu.9.
& pro hac parte ſtant Ang. Imola, Caſt. Alex. Salic. Ful
goſ. Socin. Riminal. ſen. Corne. Soc.iun. Alciat. Pariſ.
Zancus, Torniel. & Anguiſciol. quos omnes citat, &
ſequitur dicens communem Peregrin. in tract. de fi-
deicommiſſ. artic. 13. num. 41. & Zanchus hanc latè
defendit in d. par. 6. nu. 105. & ſeq. vbi dicit commu-
nem, & ad eius comprobationem multa adducit, ean-
dem ſententiam dicit in puncto iuris veriorem Bolo-
gnet. in d.§. cum ita, nu.122. vbi etiam inquit, eſſe ma-
gis communem, & mouetur: quia ex tacita voluntate
non debet induci tacitum, & hæc opinio clara ratio-
ne confirmatur: quia reciproca ſubſtitutio nõ induci-
tur tacitè, & ex cõiecturis, niſi ſubſit cauſa neceſſaria,
hic autẽ nulla omnino ſubeſt neceſſitas eam inducẽdi.

Et ſi dicatur eam rationem loco eſſe neceſſitatis, ꝙ
niſi inducatur, filij fratris mortuo vno ex filijs ſine fi-
lijs, ſuccedent excluſo altero filio teſtatoris, qui tamẽ
cenſetur magis dilectus quam ſit frater, vel fratris fi-
lius, & qui non cenſetur excluſus propter fratrem, vel
fratris filium. Reſpondeo, quod huic inconuenienti
occurritur abſque eo quod tacitum reciprocum fidei-
commiſſum inducatur inter filios teſtatoris: nam in-
ter ipſos grauatos reſeruatum eſt ius legitimæ ſucceſ-
ſionis, & vno decedente, venientes ab inteſtato ſucce-
dunt, interim verò, ſubſtitutus excluditur, & ita nulla
ſubeſt neceſſitas quod adſit fideicommiſſum recipro-
cum, vt tollatur inconueniens, ne ſcilicet ſubſtitutus
excludat perſonam magis dilectam, cum ſubſtitutus
excludatur per perſonam magis dilectam ſuccedentẽ
ab inteſtato. ita reſoluit Alba, in conſ.131.n.18.& ſeq.
vſque ad finem, vbi hanc opinionem latè defendit. idẽ
Alba, in conſ.32.num.10. Burſat.conſ.371.num.19.&
31. Decian. in conſ.26.num.59. & 60. vol. 2. & dicam
immediatè in alia reſolutione.

Reſpõdeo etiam principaliter ad ſupradictam dif-
ficultatem, quod opinio Socini in §. cum ita, & aliorũ
qui eum ſequuntur volentium induci reciprocum fi-
deicommiſſum, quando aliàs perſona magis dilecta,
& quæ ex pręſumpta teſtatoris volũtate excludit ſub-
17 ſtitutum extat in medio, procedit, † qñ ex duobus prę
dictis requiſitis, alterum interuenit, puta, quod ſub-
ſtitutio eſt facta in tota hæreditate, vel vltimo morien
ti, tuc enim tolerari poteſt, quod qualitas perſonę ſup
pleat loco alterius requiſiti tunc deficientis, ita, vt ſi
ſubſtitutio facta ſit in tota, & extet perſona præſum-
pta, intelligatur factũ reciprocum, etiam ſi grauamen
non ſit iniunctum vltimo morienti; ſic etiam, ſi facta
eſt ſubſtitutio vltimo moriẽti, & interueniat perſona
præſumpta, quamuis ſubſtitutio non ſit facta in toto,
& in his terminis loquũtur Doctores omnes allegati
in contrarium. Soc. enim, in §. cum ita, num.8. verſ. ali-
quando tertio, & vltimo, loquitur expreſsè, quando
facta eſt in tota hæreditate, & deficit requiſitum, quod
vltimus fuerit grauatus, ſubdit autem, quod ſtãte per
ſona præſumpta, ſubſtitutio cenſetur facta vltimo. ſic
etiam loquitur Socin.iun. conſ.110.nu.35. in 3. ſic etiã
de fideicommiſſo facto in tota hæreditate, loquitur
Curt. iun. conſ.16. num. 4. vbi hoc modo intelligit, &
inducit dictum Bart. in l. codicillis, in princ. ff. de vſu-
fruct. leg. Pariſ. conſ.11.nu.48. in 3. vbi quando factum
eſt poſt mortem plurium in omnib. bonis, & allegat
Bart. & Socin. & hoc pacto loquuntur omnes qui in
contrarium poſſunt allegari, præcipuè Soci. iun. §. cũ
ita, nu.23.& 24. Craſſ. §. ſubſtitutio, q.61.nu.11.& 12.
ponit quæſtionem quando ſubſtitutio facta eſt in to-
to, ſed non vltimo morienti, & diſtinguendo tandem
in verſ. tertius caſus eſt, dicit, retento themate, quòd ſi
extat perſona præſumpta, inducitur reciprocũ fidei-
commiſ-

cōmiſſum. Oddo, d.par.5.in 6.art.nu.26.ponit ſecun-
dum caſum, qñ ſacta eſt in toto poſt mortem omniū,
& firmat primam regulam,quod non adſit fideicom-
miſſum. deinde,nu.33. limitat ſtante perſona præſum
pta.Trentacinq. d.par.5.q.2.nu.23. firmat cōem eſſe,
quod non extet reciprocum qñ poſt mortem omnium
datus eſt ſubſtitutus in tota hæreditate,& nu.24.limi
tat,vbi extat præſumpta perſona. Bolognet. quoque,
§.cum ita,nu.121.conſtituit regulam modo prædicto,
& nu.22. examinat, an ea procedat ſtante præſumpta
perſona. ſic etiam diſertis verbis dicit Rube.conſi.2.
nu.9.Didac.c.Rainutius,§.8.nu.4. Hanc controuerſiā
in eiſdem terminis conſtituit Zanc. d.par.6.nu.105.
& nu.108.& alij omnes. Card. Mantic.lib.7.tit.5.nu.
13.& 14. Simon loco prædicto, nu.27. fol.323. ita di-
ſtinguit clare Oddus,d.par.5.q.1.nu.34. At vbi neque
vltimo adiectum eſt grauamen,neque in tota hæredi-
tate, ſed ſolum ſubſtitutio facta eſt poſt mortem plu-
rium inſtitutorum,tunc etiā ſi inſtituti tales ſint, qui
ex præſumpta voluntate teſtatoris excludant ſubſti-
tutū,non importarur reciprocum fideicommiſſum in-
ter eos: & ideo apud DD.diſtinguentes plures caſus,
nemo extat qui quoad caſum qñ fuit aliquis ſimpli-
citer ſubſtitutus poſt mortem plurium, limitet regu-
lam,ſed omnes tranſeunt indiſtinctè,& volunt,ꝙ nul-
lum extet fideicommiſſum,vt poteſt videri apud illos
quos citaui ſupra in ver.cum igitur ſubſtitutio. Ratio
autē diuerſitatis eſt: quia ſicuti duo vincula magis li-
18 gāt,c.1.de † treug.& pace,dixi conſil.31.nu.6.ita duo
defectus difficilius ſuppleri poſſunt: videmus enim in
iurō,quod ſæpè tollit defectum aliquem,ſed non ſup-
19 plet plures defectus † Socin.in l.1.§.ſi quis ita, nu.10.
ff.de verb.oblig.in conſil.48. nu.18. vol.1. alios citaui
in deciſ.154.nu.12.& confirmari poſſet multis ſimili-
bus,quæ omitto. Alia etiam eſt ratio: quia vbi ſubſti-
tutio facta eſt in tota hæreditate, & interuenit perſo-
na præſumpta, tunc duæ concurrunt coniecturæ,circa
voluntatem teſtatoris: qñ autem ſola qualitas perſo-
næ interuenit,tunc vnica eſt coniectura, ideo non mi-
20 rum, ſi quæ nō proſunt ſingula,multa iuuant.† Albet.
in l.patre furioſo, vbi Iaſ. nu.44. ff.de his qui ſunt ſui,
vel alieni iur. & vulgo dicimus, quod vnus nihil, duo
plurimū poſſunt. Aliud igitur eſt,quod grauatus fue-
rit quis reſtituere totam hæreditatem, aliud verò, qđ
fideicommiſſum factum ſit ſimpliciter: quia primo ca
ſu,ſi perſona eſt talis quæ ſubſtitutum excludit,cenſe-
tur factum reciprocum fideicommiſſum. ſecundo ve-
rò caſu, ēt ſi perſona ſit præſumpta, nullum inducitur
fideicommiſſum: quamq̃ (vt dixi) verior ſit opinio, qđ
ēt primo caſu ceſſat fideicōmiſſum, ex quo nulla ſub-
eſt neceſſitas illud inducendi, cum perſona dilecta nō
excludatur interim,ſed bona retineat donec oēs mo-
riantur: & ita remaneat in ſuſpenſo ſucceſſio, vt per
Burſat. Albam,& Decia.quos ſupra citaui,& in dubio
dicere debemus fideicommiſſum non extare.

Quartum Menochij fundamentum quo dicit reci-
procum induci fideicommiſſum qñ ſubſtitutio facta
eſt poſt mortem omnium cum prohibitione alienan-
di,non repugnat: quia Zanch.in d.§.cum ita,in 6.par.
nu.164.& nu.180. & qui ab eo allegantur, loquuntur,
qñ ſubſtitutio eſt facta non poſt mortem omnium, ſed
vltimo morienti: eo enim caſu, quia prohibēdo alie-
nationē, videtur velle quod tota hæreditas reſtitua-
tur, concurrit vtrumque requiſitum neceſſariū ad re-
ciprocum fideicōmiſſum conſtituendum, ideſt, quod
ſubſtitutio facta eſt vltimo,& in tota: Sed nos ſumus
in caſu diuerſo,quia ſubſtitutio facta eſt poſt mortem
omnium,& non vltimo, & plurimum differt, ꝙ ſubſti
tutus quis fuerit poſt mortē omnium, vel ſubſtitutus
vltimo, vt probaui ſupra,in verſic. porro prædicta, &
in verſ.ſequenti,vbi fortius demonſtraui, non ſuffice-
re quod fideicommiſſum ſit factum poſt mortem vlti-
mi,quia non æquipollet ei, ꝙ factum eſt vltimo, ideo
non repeto, & ibi ēt dixi, quod ſi fideicommiſſum fa-
ctum eſt in tota hæreditate poſt mortem omnium, vel
ēt poſt mortem vltimi, nō cenſetur factum reciprocū,
ergo non ēt erit tale, qñ factum eſt poſt mortem om-
nium cum prohibitione alienandi, qđ ſecundū Zanc.
& alios per eum allegatos,& per Menoch. in d.conſil.
575.nu.10. æquipollet ei, quod factum eſt in tota hæ-
reditate: vult enim (vt dixi) Zanchus, ꝙ prohibitio
oſtendat voluntatem teſtatoris fuiſſe, ꝙ tota hæredi-
tas reſtituatur: ſed qñ hæc voluntas eſt expreſſa, non
ſufficit ad inducendum fideicommiſſum, niſi ēt ſit fa-
cta ſubſtitutio vltimo, ergo non ſufficit tacita volun-
tas, quæ colligitur ex prohibitione alienandi, cum vt
ſæpius tetigi ſupra, minus operetur tacitum, quā ex-
preſſum, præcipuè, vbi agimus de extenſione. & in d.
verſic. porro, adduxi authoritates probantes, ꝙ ſub-
ſtitutio facta inſtitutis omnibus decedentibus ſine fi-
lijs in tota hæreditate,non efficit reciprocum fideicō-
21 miſſum inter inſtitutos,† & ex his multi pronunciant
cōem,præcipuè Zanch.d.par.6.num.91.& nu.140.vbi
reprehendit Ruin. idem voluit Rimin. conſil.371. nu.
191.Menoch.in conſil.376.nu.17. vbi negat induci re-
ciprocum fideicommiſſum qñ ſubſtitutus eſt quis de-
ficientibus alijs ſine filijs, & magis cōem dicit Gabr.
conſil.117.nu.24. in 1.vol.vbi loquitur, qñ ſubſtitutio
facta eſt ſub conditione, ſi oēs deceſſerint. Simon.d.
lib.3 interpr.3.dub.4.ſol.1.nu.26.in fine, verſic. aut &
tertio,fol.323.vbi dicit,paria eſſe, ꝙ dicatur poſt mor
tem omnium,vel omnibus deficientibus, vel ſi omnes
deceſſerint: cum itaque Doctores allegati à Menoch.
loquuntur in alijs terminis, ideſt, quando ſubſtitutio
eſt facta vltimo,non quando facta poſt mortem plu-
rium, non obſtabit argum.vt dicam in 3.reſolut.

Secundo reſpondeo, quod contrarium admitti po-
teſt quando prohibitio alienationis facta eſt vniuer-
ſaliter omnibus inſtitutis,& ſubſtitutis,tunc enim nō
poteſt intelligi facta ad alium finem,niſi vt bona inte
gra perueniant ad vltimum ſubſtitutum, atque ideo
perinde habetur, ac ſi ſubſtitutio facta eſset in omni-
22 bus bonis, & in tota hæreditate,† ita expreſse Ripa
in d.§.cum ita,nu.17.ver.tu ergo reſpondeas,vbi dicit,
prohibitionem factā eſse omnibus oneratis. idem di-
cit Alciat.conſil.655.ita quoque Zanch. d.par.6.num.
164. vbi ait teſtatoris mentem oſtendi ex prohibitio-
ne facta omnibus: in facto autem prohibitio facta eſt
ſolum filijs inſtitutis,non alijs: quia eſt dictum quod
dicti mei filij,& hæredes non poſſint vendere, atq; ita
prohibitio non concernit fauorem omnium ſubſtitu-
torum,neque poteſt importare quod integra hæredi-
tas perueniat ad vltimum ſubſtitutū, vti neceſse eſt
ad hoc, vt inducatur fideicommiſsum reciprocum:
ratio enim quæ mouit Ripam, & alios, ad dicendum,
quod prohibitio alienationis arguit mentem teſtato
ris eſse, ꝙ vltimus habeat omnia bona, aptari ſolum
poteſt,quando omnes inſtituti, & ſubſtituti ſunt pro-
hibiti: quia tunc benè infertur quod voluerit integrā
hæreditatem peruenire ad vltimum: ſed quando pro-
hibitio facta eſt aliquibus tantum,tunc ea ratio appli
cari non poteſt: ergo nec dictum,& conſequenter ceſ-
ſat argumentum, ſicuti ceſsaret quando alienatio nō
eſset etiam prohibita in vltima voluntate, ſed ſolum
inter viuos, vti per Zanch.d.par.6.num.164.

Tertio reſpondeo,concluſionem Ripæ,Alciati,Zan
chi, & Menoch. in locis ſupra citatis, eſse falſam, &
prohibitionem alienationis nō operari idem, ac ſi fi-
deicom-

23 deicommiſsum eſset factum in tota hęreditate,† textus enim in l. Titia Scio, in §. Seia libertis, ff. de leg. 2. ex quo colligunt ipſi eam concluſionem non fundare ſuper prohibitione alienãdi, ſed ſuper eo quod onus iniunctum eſt vltimo morienti, ita intelligunt ibi Din. Bart. Albericus, Caſtr. & Imo. ita intelligit Soc. conſil. 69. col. pen. vol. 3. Raphael. in l. vel ſingulis, ff. de vulg. Aret. in §. vel ſingulis, nu. 3. Inſtitu. de pupilla. ſubſtitutio. & hũc eſse communem intellectum dicit Soc. iun. in d. §. cum ita. nu. 11. & 12. ſequitur Bologn. num. 114. vbi allegat Alc. Socin. & alios idem probarunt Bald. & Flor. in d. §. Seia libertis, & hunc dicit eſse communem intellectum Bauer. in l. cum filio, num. 46. ff. de leg. 1. & ſimiliter communem dicit Bero. in conſ. 78. nu. 15. vol. 2. qui omnes concludunt, prohibitionem alienationis reciprocum fideicommiſsum non inducere, niſi ſubſtitutio facta ſit vltimo, & in tota. & ratio prædictorum eſt: quia prohibitio alienationis operatur ſuum effectum, non in caſum mortis, ſed in caſu alienationis, vt volunt omnes Doctores, in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. vbi Alex. nu. 11. & fuit principalis deciſio Salic. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. vbi inquit, per talem prohibitionem præcipue nudam, & ſine cauſa videri prouiſum filijs, & hæredibus prohibitorum, ad quos bona ſunt peruentura. & hanc concluſionem multis confirmat Iaſ. in conſ. 96. nu. 6. vol. 3. vbi ſuſtinet, non cauſari fideicommiſsum reciprocum ex eiuſmodi prohibitione, & in terminis noſtris latè agit Menoch. in conſ. 85. num. 103. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando adiecta erat cauſa, & ratio: & allegat multas authoritates. idipſum confirmat in conſil. 274. num. 46. & ſequen. apertius in caſu hic ſimilimo Menoch. in conſil. 452. num. 49. & in conſ. 489. num. 4. & 5. quare non poteſt aliquo modo ſuſtineri intellectus dicti §. Seia libertis, ſed vbi etiam verus eſset, deficit aliud requiſitum, ideſt, quod ſubſtitutio facta fuit vltimo; ſuper quo requiſito Doctores hic à me relati fundant principaliter deciſionem illius textus, vltra quod prohibitio non eſt facta omnibus ſubſtitutis, & propterea non poteſt dici facta in gratiam ſubſtitutorum omnium, præcipuè vltimi, qui ideo non eſt vocatus ad omnia bona.

Nec mouet quod teſtator prohibuerit detrahi Trebellianicam: quia etſi id conſideretur à Menoch. in d. conſ. 575. num. 10. in princip. tamen ea prohibitio nihil omnino operatur, quando grauamen non eſt iniun
24 ctum † vltimo, vt bene declarat Socin. in conſil. 69. colum. fin. volum. 3. quem citat, & ſequitur Ripa, in d. §. cum ita, num. 15. in fin dicens, ſubſtitutionem factam poſt mortem plurium non operari tacitum reciprocum fideicommiſsum, etiam ſi prohibita fuerit Trebellianica, quia quilibet cenſetur grauatus in ſua portione, non autem in portione alterius. eos quoque ſequitur Menoc. conſ. 489. num. 4. in fi. & non facit eiuſmodi prohibitio, quod bona omnia perueniant ad vltimum, nec quod vltimus videatur grauatus in tota hæreditate et Ripa loquitur fortius, quando ſubſtitutio eſt facta in tota hæreditate. ſequitur Meno. in conſilio 376. num. 39.

Reaſsumendo ergo omnia ſupra deducta, conſiderandum eſt, quod fideicommiſsum reciprocum inducitur ſolum, quando coniecturæ ſunt neceſsariæ, nec ſufficit quod ſint probabiles, vel veriſimiles, vt dixi, & probat Zanch. d. par. ſexta, num. 163. in fine, & tunc dicuntur neceſsariæ, quando facta eſt ſubſtitutio vltimo morienti, & in omnibus bonis, vel adeſt aliquid æquippolens iſtis duabus; ſed quæ allegantur à Men. non æquipollent, non quidem vocatio maſculorum, & excluſio feminarum, tum quia ex ea non colligitur ratio agnationis tum etiam, quia ſi colligeretur, non induceret illum effectum, vt dixi per multa: & addo, ꝙ in fortioribus caſibus ipſemet Menoc. ſpreta expreſſa ratione agnationis, ne dum tacita, contrarium voluit in conſi. 376. 452. 489. & alibi ſępe. idem Cęph. in conſ. 401. latiſſimè Oddus, conſil. 65. & 66. vbi reſoluit contrarium factum de prohibita alienatione: & apud eos videri poteſt reſponſum ad omnia quæ in præſenti facto allegantur. Similiter filij inſtitutorum licet ex præſumpta mente teſtatoris excludant ſubſtitutos, nõ tamen hoc ſolum potens eſt ad inducendum reciprocũ, quia licet ſit veroſimile, ꝙ teſtator voluerit eos præferre ſubſtitutis, tamen per hoc nõ infertur neceſſario ad reciprocum fideicommiſſum: quia poteſt eſſe, & nõ eſſe, & quia forte teſtator voluit eis reſeruare ius ſuccedendi ab inteſtato, non autem ex teſtamento, & cũ ſumus in dubio, excludere debemus fideicommiſſum, & omni in caſu hæc eſt vnica coniectura, quæ poſſet effectum hunc operari, ſolum, quando concurreret alia, ꝙ ſcilicet grauamen eſſet iniunctum in tota hæreditate, vt Doctores conſiderant, vel quando vltimus fuiſſet grauatus. Demum prohibito alienationis nihil omnino prodeſt: quia facta eſt ſolis filijs inſtitutis, non autem omnibus ſubſtitutis, ideo nõ infert quòd vltimus teneatur reſtituere totum, cum nec ipſe totum conſequatur. Et procedit ſolum quando ſubſtitutio eſt facta vltimo: quia prohibitio ſupplet vnũ ex requiſitis, ideſt, quod fiat in toto, ſed non ſupplet alterum, quòd ſit facta vltimo ſuperſtiti. & vbi multa copulatiuè requirũtur, non ſufficit adeſſe aliqua tantum, ſed concur
25 ſus omnium eſt neceſſarius, † l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtitut. l. ſi is qui ducẽta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Alex. conſ. 13. nu. 14. volum. 3. dixi in conſ. 45. nu. 15. & propterea remanet vnica, & leuiſſima coniectura.

Quod ſi fideicommiſsum reciprocum non eſt inductum inter filios inſtitutos, multo minus aderit inter filiorum filios ſubſtitutos, adeo quòd non opus eſt tractare de quarto dubio propoſito a Domino Menoch. cum ei non ſit locus niſi conſtito, quod inter inſtitutos † extet fideicommiſſum, ſi enim non eſt inter inſtitutos, multo minus erit inter ſubſtitutos.

SVMMARIVM.

1 *Res aliena legari poteſt, & debetur æſtimatio ſi præſtari non poteſt res.*
2 *Diſpoſitione reddatur inutilis ſemper interpretatio fieri debet.*
3 *Teſtamentum primũ, vbi in ſecundo fuit confirmatum, tunc diſpoſita in primo ſuſtinentur tanquam relicta in codicillis.*
4 *Aſſignare, verbum, ſignificat dationem in ſolutum.*
5 *Obligatio ad intereſſe ſuccedit in obligationibus facti.*
6 *Venditor non poteſt reuocare venditionem factam etiam ſi offerat duplicatum precium.*
7 *Pœnitentiæ non eſt locus in contractibus nominatis.*
8 *Precium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus.*
9 *Precium conflatum ex re dotali eſt dotale.*
10 *Dotalem fundum ſi vir, & vxor conſtante matrimonio vendant, eo ſoluto, vxori datur ſolius precij exacti repetitio.*
11 *Legatum cenſetur reuocatum ſi teſtator rẽ legatam vendat.*
12 *Legatum reuocatum per rei legatæ alienationem non reſurgit, ſi teſtator poſt alienationem eam rem redimat.*
13 *Maritus eſt dominus dotis.*
14 *Teſtamenti generalis approbatio non extenditur ad legata, quæ erant reuocata.*
15 *Iuramentum de obediendo Imperatori, non obligat quando fuit depoſitus, vel aliter deſijt eſſe Imperator.*
16 *Iurans ſeruare ſtatuta non tenetur pro ijs quæ fuerunt reuocata.*

Con-

17 *Confirmatio generalis ſtatutorum non trahitur ad caſſata, & abrogata.*
18 *Confirmationis natura eſt dare robur confirmato, non autem illud extendere, vel augere.*
19 *Confirmatio ſtatutorum non refertur ad ſtatuta nulla, & inualida.*
20 *Diſpoſitio quæ verificari poteſt in actu valido, nunquam includit inualidum.*
21 *Dotis in legata quod maritus facit vxori id ſolum continetur quod ineſt actioni de dote.*
22 *Legatũ dotis factũ à marito vxori, non eſt inutile, quia accumulat actionẽ ex teſtõ, & ibidem aliæ recitantur vtilitates.*
23 *Legatum certæ rei etſi non ſit dotalis, ſuſtinetur, quando relinquitur ſub falſa dotis demonſtratione.*
24 *Maximè, dictio, poſita poſt genus quod includebat ſpeciem, non denotat implicationem.*
25 *Aeſtimatio non facit emptionem, vbi conuentum eſt quod eadem res reddatur.*
26 *Teſtator cenſetur ſolum legare ius quod habet licet illud eſſet morte periturum.*
27 *Dotalis fundus ſi à marito vxori legetur, æſtimatio non debetur.*
28 *Teſtamenti tempus attenditur, vbi agitur de cognoſcenda teſtatoris voluntate.*
29 *Securum facere promittens, tenetur tantum ſe abligare per ſtipulationem, non autem fideiubere, vel pignora dare.*
30 *Super, dictio, importat obligationem bonorum, & ſic aſſecurare velle ſuper bonis poterit intelligi de hypotheca.*

CONSILIVM CCCXXX.

IN cõtractu dotali celebrato tempore matrimonij Illuſt. Domina Gentilis Muzzarella inter alia dedit in dotem Illuſt. D. Franciſco Suſennæ nobili Ferrarienſi, prædium appellatũ la Rotta æſtimatum libris quinque millibus quinquaginta, pacto adiecto, quod diſſoluto matrimonio idem prædium reſtitueretur ſub ea æſtimatione, de anno vero 1549. in ſuo teſtõ D. Franciſcus reliquit D. Gentili vxori, dotes ſuas, & maximè poſſeſſionem prædictam quam in dotem habuit ex inſtro rogato egregio Ioanni Pantinerio anno ſequẽti prædicti Dñi iugales habilitati ex Ducali reſcripto poſſeſſionẽ illã vendiderunt. exinde autem D. Franciſcus conditis codicillis in quib. poſt aliquas diſpoſitiones teſtm̃ iam conditum cõfirmauit in forma, deceſſit. nunc hæredes Dom. Gentilis petunt ab hærede D. Franciſci eã poſſeſſionem, vel verum valorem hodierni tpis, quod excedit nedum æſtimationem nuptiarũ tempore factã, ſed ẽt pretium quo fuit vendita; Et pro filia D. Gẽtilis actrice, facit teſtm̃ prædictum, in quo dicta poſſeſſio relinquitur vxori; & licet ſit vendita, tamen res aliena
1 legari † poteſt, §. non ſolum, Inſtit. de legat. l. cum alienam, C. de legat. & vbi res præſtari non poteſt, debetur æſtimatio, l. ſi domus, §. in pecunia, ff. de leg. 1. l. non dubium, §. fin. & l. qui concubinam, §. fin. ff. de leg. 3. idque introductũ eſt ne inutilis reddatur diſpoſitio, cũ ſemper ea interpretatio fieri debeat per quam nõ redda-
2 tur inutilis teſtatoris diſpoſitio, l. Titia † cum teſtamẽto, §. Lucius, ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi tibi homo, in princip. nu. 10. ff. de leg. 1. ita declarat Card. Mant. de coniect. vlti. vol. lib. 9. tit. 9. nu. 7. vbi infert, quod ideo hæc iuris diſpoſitio iuſta eſt, & ſeruari debet, etiam in terris eccleſiæ ſubiectis, quamuis aliqui contradixerint.

Et quamuis hoc legatum poſſet dici reuocatum ex eo, quod poſſeſſio fuit poſtea vendita, l. rem legatam, ff. de adim. legat. tamen reconualuit qñ poſt alienationem idem teſtator codicillando confirmauit teſtamentum, l. poſthumus, §. fin. ff. de iniuſto teſtam. vbi dicitur, quod ſi primum teſtamentum fuit confirmatũ in ſecundo, tunc diſpoſita in primo, ſuſtinentur tan-
3 quam relicta in codicillis, † l. ſi quis priore, ff. ad Treb. l. ſed, ſi quis priore, Inſtit. quib. mod. teſta. infir. & latè probant Natta, in conſ. 483. conſ. 484. conſ. 527. Ceph. conſ. 73. col. 2. & ſeq. Card. Mantic. lib. 12. tit. 1. nu. 37.

Secundo pro hærede D. Gentilis facit, quia D. Franciſcus in precib. oblatis Sereniſs. Ferrariæ Duci, dixit, ſe velle D. Gentilem aſſecurare ſuper alijs eiuſdem D. Franciſci bonis, quæ verba dationem in ſolutum ſi-
4 gnificant, vt de verbo, aſſignare, ponunt † Decian. in conſ. 35. nu. 37. in 2. vol. & Menoch. in conſ. 202. nu. 6. & ſeq. quo caſu non eſt dubium, quod ob dationem in ſolutum non factam, hæredes D. Franciſci tenerentur ad intereſſe, vti ſolet in obligationibus facti, in quib.
5 ſuccedit obligatio ad intereſſe, † l. ſtipulationes non diuiduntur, in verſ. Celſus, & ibi notant omnes, ff. de ver. obl. in l. ſi quis ab alio, in fine, vbi Alex. & Iaſ. ff. de re iudic. Alex. conſ. 212. nu. 18. vol. 6. Iaſ. in l. quoties, num. 34. C. de rei vend. Dec. conſ. 502. nu. 8. Fabian. in trac. empt. in 5. q. princ. verſ. quarto quæritur; verſatur autem intereſſe in hoc, quod ſi tunc precium poſſeſſionis eſſet verſum in emptionẽ alterius poſſeſſionis, vel data fuiſſent in ſolutum prędia propria mariti pro eo pretio, ſine dubio ſubrogata prædia maioris eſſẽt nũc valoris quam eſſet pretium tunc ſic collocatum; quia in Italia valor prædiorum omnium ab annis quadraginta citrà, creuit abſque hominum induſtria, quemadmodum contigit aliàs, vt refert Curt. ſen. conſ. vlt. videtur ergo teneri dictos hæredes D. Franciſci ad verum dictæ poſſeſſionis valorem hodierni temporis, poſt quam eorum culpa prouenit tantum damnum.

Quibus tñ minimè repugnantibus, cõcludo, Illuſt. D. Franciſcũ nepotem, & hæredem D. Franciſci ſenioris vltra pretium poſſeſſionis, vt ſupra venditæ, quod ad manus peruenit dicti ſui aui, ad nihil teneri, nec D. Lauram hæredem D. Gentilis aliud conſequi poſſe præter dictum pretiũ: quia ſi dotis inſtrm̃ reſpicimus, in quo poſſeſſionem reſtituere promiſit, certum eſt qđ ea obligatio fuit diſſoluta per ſecutam eiuſdem præ-
dij alienationem, factam ab ipſa D. Gentili, vendens
6 enim priuatur facultate reuocãdi, † Salic. in l. quoties, prima, verſ. quero cum gl. C. de fideicomm. & in l. 2. in fine, C. ſi in fraud. patr. & offerens duplicatum pretiũ, non poteſt rehabere, rem l. non eſt probabilis cauſa, vbi notant omnes DD. C. de reſcind. vendit. & venditionem quam ſemel approbauit, non poteſt nunc impugnare: quia à princ. cõtractus ſunt volũtatis, poſtea vero neceſſitatis, l. ſicut, C. de actio. & obl. & nõ datur
7 pœnitentia in contractibus nominatis, † vt dicunt ibi DD. dixi in conſ. 38. nu. 6. & ſeq Et ſi non rem, ſed pretium velit exigere, nõ debet prætendere plus quam ad maritum peruenerit, cum enim dos ſit ius vniuerſale, vt per DD. omnes, in Rubr. ff. ſolut. matr. pretium in
8 vniuerſalibus ſuccedit loco rei, † l. ſi & rem, ff. de petit. hæred. vbi Bar. Alber. & Ang. l. vẽditor ex hæreditate, ff. de hæred. vendit. Bar. Bal. & Imola, in l. Imperator, §. fin. ff. de legat. 2. & ad hoc multos citat Tiraq. de retractu conſang. §. 32. glo. 1. num. 21. & ſeq. dixi in conſ. 92. nu. 24. Menoch. conſ. 213. per totum, & in terminis,
9 quod pretium conflatum ex re dotali, ſit dotale, † probat tex. in l. ſi ex lapidicinis ff. de iure dot. glo. in l. Labeo & Sabinus, in verſ. pretium abeſt, ff. de verb. ſignif. Bar. in d. rub. ff. ſolut. matr. nu. 20. Neguza. alios citãs in tract. pignor. in 4. memb. 2. par. nu. 59. Gabriel. cõſil. 37. col. 1. in 1. vol. & in terminis noſtris quod vbi vir, & vxor conſtante matrimonio vendiderunt dotalem fundum, detur vxori poſtea matrimonio ſoluto repetitio

10 petitio ſolius exacti pretij, † tenuit Bar. in conſil. 124.
Punctus quæſt. talis eſt, Domina P. nupſit, in 2. dub.
vol. 1. refert, & ſequitur Alexan. ad Bart. in l. ſi liqueat,
C. de inoffic. donat. Barbat. ad Bart. in l. pen. §. vxor, ff.
ſolut. matr. Negu. & Gabriel. locis prædictis. quini-
mo Bar. loco prædicto in 1. dub. tenet, quod poſſit ſo-
lum petere dimidiam, quando ipſa cum viro confeſſa
eſt pretium recepiſſe: in quo tñ non conſentio, quia cõ
munis opinio eſt in contrarium, vt videri poteſt apud
Bologni. in conſi. 45. nu. 4. Boer. deciſ. 23. nu. 6. Crau. in
conſil. 91. per totum. Natta in conſil. 30. & conſil. 552.
Rol. in conſil. 64. nu. 9. vol. 1. Oſaſc. deciſ. Ped. 44. nu. 5.
Quod ſi Dña Laura, velit agere ex legato poſſeſſio-
nis, quod D. Franciſcus reliquit D. Gentili, repellitur
per alienationem ſecutam, qñ quidem teſtator ven-
11 dens rem legatam, vĩ reuocare legatum, † l. rem lega-
tam, ff. de adim. leg. id quod procedit etiam ſi pro vti-
litare facta ſit, vt narratum fuit Duci in caſu noſtro.
DD. in §. ſi rem, Inſtit. de lega. vbi ponunt exemplum,
quando negociandi, vel etiam fęnerandi animo ven-
ditur, gl. & Bar. in d. l. rem legatam, ẽt in expreſſo lega
to, ſecundum cõem opinionem, quando etiam aliena-
tio eſt inutilis, l. legatum, §. pater hortos, ff. de adim.
legat. Gabriel. conſ. 123. nu. 10. vol. 1. Card. Mãt. alios
citans, de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 6. per totum: quin-
imo re poſt alienationem redempta legatum non re-
12 ſurgit, † Bal. in l. 3. nu. 5. C. de legat. Card. Mant. nu. 6.
Ancha. moder. famil. q. 75. nu. 9. in prima parte, reuo-
cato igitur legato ceſſat petitio ex teſtamento, & facit
in propoſito tex. in l. 1. §. adeo, ff. de dot. præleg. vbi di-
citur, quod legatum dotis vxori factum à marito, ex-
tinguitur, ſi poſtea dos mulieri in caſibus à iure per-
miſſis ſoluatur, vel ſi dotalis res intereat, ſicuti eua-
neſcit, qñ legatur corpus quod non eſt in rerũ natura.
Si verò prætendit quod D. Franciſcus in ſolutũ de-
derit tãtum de ſuis bonis, quantum capit pretium ac-
ceptum ex venditione, tenetur probare dationem in
ſolutum: quia facta non præſumuntur, l. in bello, §. fa-
ctę, ff. de capt. Et demum, ſi credit ſibi deberi intereſſe,
eo quod D. Franciſcus non dederit tñ de ſuis bonis
in ſolutum, vel pretium exactum non conuerterit in
emptionem prædiorum, oſtẽdere debet quod teneret,
vel in ſolutum dare vel conuertere: ad horum aũt neu
trũ erat obligatus, quia ſi pretiũ ſucceſſit loco rei, vt di
ctũ eſt, factũ fuit dotale, & potuit maritus illud retine
re penes ſe, & negotiari, vel de eo pro libito diſpone-
13 re, quia maritus eſt Dñs dotis, † l. doce ancillam, C. de
rei vend. l. ſi prædium, C. de iure dot. & erat dñs de pręſenti, vt inquit gl. in l. quãuis, ff. de iure dot. in l. ſi con-
ſtante, §. ſi maritus, ff. de iure dot. in l. in ſuis, ff. de lib.
& poſthum. Odofred. & Albe. in l. in reb. C. de iur. dot.
Alex. d. §. ſi maritus, nu. 3. & donec matrimoniũ durat,
ſolus maritus eſt dñs, gl. Bal. & alij, in d. l. in rebus, vbi
Sali. nu. 5. dicit cõem. Faber, & alij, in §. fuerat, vbi Iaſ.
nu. 2. Lupus in c. per veſtras, §. 43. nu. 2. ideo de ea põt
pro libito volũtatis diſponere, argum. l. in re manda-
ta, C. mand. l. dudum, C. de contrah. empt. l. non vſque
adeo, ff. ſi quis à paren. fue. manum. Iaſ. in l. more, nu. 1.
in fi. ff. de iuriſ. om. iud. Rol. in conſ. 62. num. 23. vol. 1.
His itaq; ſic poſitis fundamentis, non obſtat quod
poſſeſſio legata debeatur nõ obſtãte venditione alle-
gata, ꝙ D. Franciſcus poſt alienationem confirmauit
teſtñ, in quo illam legauerat. Reſpondeo enim multis
modis, primo, quòd ea generalis approbatio teſta-
menti, non extenditur ad legata quæ erant reuocata,
14 † arg. c. generi, de reg. in. in 6. Anch. loquẽs in ſpecie de
confirmatione, in cõſ. 2. in fine, ſequitur Crau. in conſ.
257. nu. 3. in princ. & hoc procedit non ſolum in ſim-
plici confirmatione, ſed etiam in quacunque promiſ-
ſione quãuis iurata, c. venerabilẽ, de elect. vbi iurñ de
obediendo Imperatori non obligat qñ fuit depoſitus,
15 vel aliter deſijt eſſe Imperator, & † ibi hoc voluit Abb.
in vlt. not. vbi infert, qđ prætor q iurauit ſeruare ſtatu
ta, nõ obligatur ad ea q̃ cõſuetudine cõtraria fuerunt
abrogata, & dicũt DD. in c. 1. de his q̃ fiũt à maio. par.
Cap. qđ iurans ſeruare ſtatuta, nõ tenetur pro ijs q̃ fue
16 runt reuocata. † Bal. in prælud. feud. nu. 15. Fel. in c. cũ
acceſſiſſent, nu. 11. vbi Dec. nu. 5. de cõſtit. Rip. in cõſ. 2.
nu. 4. Par. de Puteo de reintegr. feu. c. 289. nu. 3. Rol. in
conſ. 43. nu. 19. vol. 3. vbi tñ aliud dicũt ſi iuratũ ſit ſuꝑ
contentis in ſtatuto. & idem voluit Sanſeu. in l. omnes
populi, nu. 175. ff. de iuſtit. & iur. & Rip. d. conſ. 2. nu. 5.
dicit ꝙ confirmatio generalis ſtatutorũ non trahitur
17 ad caſſata, & abrogata. † Rol. de lucro dot. q. 99. nu. 7.
Reſpondeo ſecũdo, ꝙ confirmationis natura eſt da
re robur confirmato, non autem illud extendere, vel
18 augere vltra quam in eo contineatur. † l. Aurelius, §. 1.
ff. de liber. leg. Bal. in l. 3. in fi. C. ſi adu. rem iud. Alex. in
conſ. 122. nu. 18. vol. 4. Dec. in rub. de confir. vtil. vel in-
uti. Crot. in l. oẽs populi, nu. 115. ff. de iuſt. & iure. Ruin.
conſ. 97. nu. 2. vol. 3. Rip. conſi. 170. nu. 6. Gram. dec. 66.
nu. 52. vbi quòd non conualidat illud quòd eſt nullũ;
Natta conſ. 193. nu. 4. Gomez. de teſtam. c. 9. num. 11.
verſi. tertio facit. Rol. conſ. 5. nu. 19. & 20. vol. 1. ſed etiã
ſtante teſtamenti validitate, legatum hoc peti non po
terat ex teſtamẽto: quia fuit reuocatum, & extinctum
per alienationem, ergo nihil plus operatur confirma-
tio, quam ſi ea non adeſſet, nec ea ſtante plus peti po-
teſt quam quod ex teſtamento peti poterat.
Tertio reſpondeo, quod generalis teſtamẽti appro
batio non ſuſtinet legata quę fuerãt diminuta, vel de-
tracta in alia ſcriptura, tũ quia intelligi debet ne præ-
iudicet aut grauet approbantem, & confirmantem, tũ
etiam, quia confirmatio non ampliat confirmatum,
ita multis probat Crauet. in d. conſil. 257. num. 3. vſ-
que ad finem, vbi ſuſtinet, quod frater qui patris teſta-
mentum approbauit non cenſetur receſſiſſe à codicil-
lis, in quibus imminutum fuit legatum, quod fuerat
in teſtamento relictum, & ibi plura recitat fundamen
ta, quæ non tranſcribo: videri enim ibi poſſunt.
Quarto generalis confirmatio teſtamenti nõ inclu
dit legata inualida ſicuti dicimus de cõfirmatione ſta
tutorum quę nõ refertur ad ſtatuta nulla & inualida.
19 † Inno. & Io. And. in c. dudum, de decim. Alex. in conſ.
59. vol. 1. Iaſ. in l. quamquam, C. de teſtam. milit. Alex.
conſil. 39. nu. 10. ver. præterea reſpondeo, vol. 4. Ripa in
conſ. 93. nu. 19. Bero. in conſ. 107. nu. 11. & 12. vol. 1. pręcipue, qñ verificari põt, in actu valido, nã tunc nunquã
20 includit inualidũ. † But. d. c. dudũ, vbi ait non reperiri
alibi hoc dictum, Alex. d. conſ. 39. & d. conſ. 132. nu. 32.
Ruin. conſ. 158. nu. 16. vol. 1. cõſ. 97. vol. 3. Pariſ. cõſ. 33.
nu. 53. vol. 3. Soc. iun. cõſ. 32. nu. 43. in 3. Marſ. ſing. 196.
col. 1. Lup. in rub. de don. inter vir. & vxo. §. 7. nu. 9. Rol.
conſil. 29. nu. 35. vol. 1. legatum aũt de quo agimus, eſt
nullum, & inualidum, ꝓp alienationem ſecutã, & non
tam euanuit, quia cẽſeatur reuocatũ, q̃ quia res deſijt
eſſe, vt dr̃ in d. l. 1. §. adeo, ff. de dot. præleg. & cum plu-
ra alia contineantur in teſtamẽto, confirmatio ſuſtine
ri poteſt abſque eo quod referatur ad illud legatum.
Quinto vbi ẽt confirmatio poſſet referri ad hoc le-
gatũ, adhuc non poſſet D. Laura petere poſſeſſionem,
ſeu eius valorẽ à D. Franciſco hærede dñi Franciſci ſe-
nioris, quia non ſimpliciter fundum hunc legauit, ſed
legauit dotes ſuas, & maximè fundũ, &c. in legato au-
tem dotis quod maritus facit vxori, id ſolũ continetur
21 quod ineſt actioni de dote, † vt inquit explicite tex. in
d. l. 1. in prin. ff. de dote prælegata, & nihil plus, vt inq;
ibi gl. 2 verũ eſt, ꝙ vbi dos eſt in pecunia, tunc propter
repræ-

repræſentationis commodum; legatum affert vtilita-
tem, vt ibi dicitur in §. verum eſt, & idem probatur in
§. ſed ſi vxoti, in gl. 1. Inſtit. de legat. & quod nihil plus
veniat q̃ ſit in actione de dote, voluit gl. in l. vir vxori,
in gl. 3. ff. de dot. præleg. Bar. & alij in d. l. 1. in princ. eſt
etiam tex. in l. Mæuio, §. à me, in fi. ff. de leg. 2. id tãtum
videri legatum quod vxor iudicio dotis eſt conſecutu
ra: non igitur vxor propter legatum plus conſequi po
teſt quam conſequeretur ſi non fuiſſet legatum, in præ
ſenti enim facto non eſt locus repræſentationi, ex quo
etiam iure cõi inſpecto dos conſiſtens in bonis immo-
bilibus reſtituitur ſtatim ſoluto matrimonio, l. vnica,
§. exactio, C. de rei vxo. act. non dico, quod legatum ſit
nullum, aut inutile, nam affert hanc vtilitatẽ, quod ac-
cumulat actionem ex teſtamento, ita ꝙ vxor eligit an
petat dotem, vt voluit Bar. in l. 2. §. mela, ff. de dot. præ-
leg. poſt gl. ibi ex teſtamẽto, vel actione de dote, vt in-
22 quit † Aret. in §. ſed ſi vxori, nu, 2. verſ. ſin autem eſſet
verum debitũ, & nu. 5. in fi. Inſtit. de leg. eſt & alia vtili
tas, quia etſi maritus conuentus actione de dote ſolũ
teneatur in quantum facere poteſt, l. etiam, ff. ſol. mat.
tñ quando legatur dos, tunc non obſtant exceptiones,
ſed in ſolidum exigitur, gl. d. §. ſed ſi vxori Bart. in d. l.
ẽt, in prin. ff. ſol. mat. vbi etiam Imol. Aret. in d. §. ſed ſi
vxori, quamuis Alex. d. l. etiam, in fi. prin. contradicat,
eſt & alia vtilitas: quia ex quo legando teſtator vtitur
verbo præteriti temporis, ſi aliquas feciſſet impenſas
in rebus dotalibus vxori, non teneretur illas præſtare,
gl. in d. §. ſed ſi vxori, DD. in l. ſi nõ deſignata, C. de falſ.
cauſ. adiect. leg. gl. in l. Mæuio. §. à me, vbi Bar. Bal. Imo.
ff. de leg. 2. cõem dicit Aret. d. §. ſed ſi vxori. Simon de
interpr. vlt. vol. lib. 4. interp. 1. dubit. 10. nu. 8. fol. 408.

Et ſi dicatur, aduerte, qa hoc poſſet procedere ſi te-
ſtator dotem ſimpliciter reliquiſſet: at ſecus eſt qñ, vt
in facto fundum deſignauit, quia tũc non ſolum quod
eſt in actione de dote, ſed fundus qui ẽt non ſit dotalis
eſt præſtandus, vt probatur in l. 1. §. fi. ff. de dot. præleg.
in l. vir vxori, ff. eod. §. ſed ſi vxori, in verſ. ſi vero, Inſtit.
de leg. vbi certæ rei legatũ ſuſtinetur, ẽt ſi non ſit dota
23 lis qñ relinquitur ſub falſa dotis demõſtratione. † Re
ſpondeo, quod in caſu noſtro non ſunt duo legata, vnũ
ſcilicet dotis, & alterum fundi, vel vnicum eſt dotis le-
gatum, dotis ſcilicet, & maxime fundi, dictio enim il-
la maxime, poſita poſt genus, ꝙ includebat ẽt ſpeciẽ,
ideſt poſt dotem, in qua continetur ẽt fundus dotalis,
non denotat implicationem, ſed ſignificat maiorẽ ra-
24 tionem vrgere in fundo q̃ in alijs reb. dotalib. † Auth.
habita, C. ne filius ꝓ patre. Bar. in Extrauag. ad repri-
men. in ver. maxime, facit, l. & ſi maxime, ff. de ſer. leg.
vbi ꝙ ſignificat maioritatẽ rationis, gl. in l. illud, ff. ad
leg. Aquil. vbi notat Flor. Abb. in c. charifſimus, num. 8.
de conuer. coniug. Firmian. in ſuo Reperto. in ver. ma-
xime, cum ergo vnicum ſit legatum dotis non plus cõ-
tinet quam ipſa dotis actio, ſed per actionem de dote
vxor non poſſet petere à marito fundum quem ipſa-
met vendidit, nec pretium quod maritus non recepit,
ergo idem erit in legato huius fundi comprehenſo
ſub generali legato dotis.

Reſpondeo ſecundo, quod vbi etiam poſſet dici du-
plex eſſe legatum fundi ſcilicet, & dotis, hoc tñ eſſet
quoad corticem verborũ, ſed quoad ſenſum eſt vnicũ,
adduco tex. in l. 2. §. mela, ff. de dot. præleg. vbi ſi mari-
tus vxori leget fundũ quem habuit in dotem, & exin-
de leget dotem, fundus ſemel tñ erit præſtandus, & ſi
fuit inæſtimatus, legatum non valebit, qui caſus eſt no
ſter, quia licet fuerit æſtimatus tamen conuentum eſt,
quod fundus reddatur, quo caſu habetur pro inæſti-
25 mato, & æſtimatio emptionem non facit, † vt eſt text.
in terminis noſtris, in l. ſi inter, vbi gl. Bart. Bal. Salic.
& alij omnes, C. de int. dot. Bal. in l. quotiens, cit. fi. C.
eo. tit. Rol. in conſ. 92. nu. 7. vol. 2. Nat. in conſil. 650. in
princip. Becius conſi. 42. in princip. & dicit ibi gl. in d.
§. mela. Bart. in princ. & fine, idem eſſe quando fundus
æſtimatus erat, quia ſi relinquitur ſub cõmemoratione
dotis, eſt vnicum legatum dotis, quod etiam contigit
hic: & cum ſit factum ſub commemoratione dotis, nõ
eſt præſtandum niſi ſemel, & ſubdit menti tenendum
quia eſt vtile, & ille textus non habet concordantem.

Reſpondeo tertio quod teſtator legando fundũ do
talem, cenſetur legare ſolũ ius ꝙ habet, licet illud eſſet
26 morte periturum † argumento l. vxor patrui, C. de le-
ga. & in terminis hoc voluit gl. in l. dotalẽ, ff. de milit.
teſt. vbi vult, quod æſtimatio non debeatur, & quãuis
cõiter DD. concludant, æſtimationem deberi qñ relin
quitur ab extraneo, tamen qñ ſit legatum à marito de
27 eo fundo, ẽt æſtimatio non debetur, † ita diſtinguendo
concordant contrarias ſententias Bal. Ang. & Cuma.
in d. l. dotalem. Imol. in l. apud Iulian. in §. conſtat, vbi
Alex. nu. 11. & Iaſ. num. 46. ff. de leg. 1. & idem probauit
Sal. in l. cum alienã, C. de leg. Card. Mant. de coniect.
vlt. vol. lib. 9. tit. 9. nu. 17. Aretin. d. §. ſed ſi vxori, in fin.
Inſtit. de leg. quare cũ cenſeatur ſolum legare ius ꝙ ha
bet, & non debeatur æſtimatio, hæredes mariti mole-
ſtari non poterunt pro valore fundi legati. Et in hoc
erit aduertendũ, quod tpe legati facti ille fundus erat
dotalis, licet per alienationem deſierit eſſe talis, & te-
ſtamenti tempus attenditur, vbi agimus de voluntate
28 teſtatoris cognoſcenda, l. ſi ita † legatum, ff. de aur. &
arg. leg. Card. Mant. d. tract. lib. 3. tit. 11, nu. 1. & ſeq.

Non etiam reſiſtit quod in precibus porrectis Sere
niſs. Duci Ferrariæ pro habilitatione obtinenda, D.
Franciſcus dixerit velle vxorem ſecuram facere, ſuper
ſuis bonis: nã per hoc non infertur, ꝙ dederit, vel pro-
miſerit dare tñ de ſuis bonis in ſolutum, ſecurũ enim
qui aliquem facere promiſit, ſat eſt, ſi ſe obliget per ſti
pulationem, adeo, vt nec fideiubere, nec pignora dare
29 tenetur, † Bar. in l. 1. §. iudiciales, in fi. ff. de prætor. ſtip.
gl. & alij, in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. vbi Alex. nu. 5. Caſtr.
nu. 3. Iaſ. nu. 7. vbi multos cumulat. Marſil. in rub. ff. de
fideiuſſo. nu. 300. Rui. in conſ. 19. nu. 13. vol. 4. Stracca in
tract. de aſſecurat. in præfatio. nu. 52. & in caſu noſtro:
quia dicit aſſecurare velle ſuper bonis ſuis, poterit in-
telligi de hypotheca: quia dictio, ſuper, importat obli
30 gationẽ bonorũ. † Alex. conſ. 156. nu. 3. vol. 6. Afflict. in
Deciſ. 162. nu. 2. Crau. in conſ. 20. nu. 10. Nat. in conſil.
141. nu. 7. non extante autem mora, ceſſat intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Emens à fiſco non expellit conductorem.*
2 *Hypotheca tribuit ius in re.*
3 *Conductor qui habet bona locatoris hypothecata, non poteſt expelli à ſingulari ſucceſſore.*
4 *Obligatione bonorum generali venit etiam res locata.*
5 *Hypotheca generalis operatur ne colonus poſſit expelli ſicut ſi eſſet ſpecialis.*
6 *Hypotheca ſpecialis dicitur, quando exprimuntur omnia bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura.*
7 *Omnia, & ſingula, Clauſula habet vim ſpecialis expreſſionis.*
8 *Clauſula, Syncere, & fideliter vigore ſtatuti habet vim iuramenti.*
9 *Iuramentum obligat præciſe.*
10 *Colonus poteſt rei inſiſtere, nec expellitur per emptorem volentem ſoluere intereſſe quando in inſtrumento locationis adeſt iuramentum.*
11 *Intereſſe ſolutio nihil operatur ſi obligatio eſt præciſa ad factum.*

Digitized by Google

12 *Iuramentum operatur quod videtur ſpecialiter expreßum quicquid pro validitate actus erat ſpecialiter exprimendũ.*
13 *Iuramentum facit valere actum eo meliori modo quo valere poteſt.*
14 *Promittens certum quid, non facere, non poteſt facere actum ex quo ſequitur id quod promiſit non facere.*
15 *Succeßor ſingularic non poteſt expellere conductorem etiam ſoluto intereſſe, quando in inſtrumenta locatianis, cum hypotheca adeſt pactum de non alienando, & iuramentum.*
16 *Pactum de non alienando cum generali hypotheca impedit dominij tranſlationem.*
17 *Oblatio verbalis non ſufficit.*
18 *Succeßor ſingularis non tenetur ſtare colono.*
19 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*
20 *Succeßor ſingularis non poteſt cogere colonum, vt perſeueret in conductione.*
21 *Factum vbi venit in promiſſione, ſuccedit obligatio ad intereſſe.*
22 *Hypotheca extinguitur per ſolutianem debiti.*
23 *Succeſſor ſingularis ſoluta intereſſe poteſt expellere conductorem habentem hypothecam amplia, vt nu. 25.*
24 *Intereſſe ſolutio ſuccedit loco implementi debiti.*
25 *Colonus habens ſpecialem hypothecam poteſt expelli à ſingulari ſucceſſore ſi ſoluat intereſſe.*
26 *Hypotheca ſpecialis magis afficit rem obligatam, quàm faciat generalis.*
27 *Alienatio non impeditur per pactum de non alienando niſi adſit ſpecialis hypotheca.*
28 *Genus apud Legiſtas ſignificat ſpeciem Logicorum.*
29 *Debitor ſpeciei liberatur perempta ſpecie, & idem eſt in debitore generis reſpectu certæ ſpeciei.*
30 *Obligatio omnium, & ſingularum bonorum dicitur generalis non ſpecialis, ſecundum Iuriſtas.*
31 *Iuramenti vinculum quoad abligandum præciſe eſt perſonale, nec tranſit in hæredem iurantis.*
32 *Succeßor ſingularis nan ligatur iuramento auctori, neque quoad præciſam obſeruantiam, neque quoad intereſſe.*
33 *Iuramentum habet vim ſpecificæ expreßionis quoad ea quæ ſunt neceßaria ad validitatem actus, non quoad ea ſine quibus actus conſtare poteſt.*
34 *Pactum retrouendendi continet tacitam prohibitionem alienandi.*
35 *Taciti, & expreſſis non eſt eadem virtus, quando agitur de annullatione actus.*
36 *Prohibitio tacita alienãdi non impedit dominij tranſlatianẽ.*
37 *Alienationis prohibitio vbi eſt tantum tacita, tunc facta alienatione ignoranter, ſubſtitutus agit ſalum ad pretium, ſed vbi eſt expreſſa agit ad rem.*
38 *Specialia non ſunt multiplicanda.*
39 *Oblatio verbalis ſufficit quando creditor recuſet recipere, vel quando conſtat non eſſe recepturum.*
40 *Oblatia verbalis facta in iudicio, ſuſtinetur quoad conſtituendum creditorem in mora, licet non quoad liberandum debitarem ab obligatione.*
41 *Oblatia verbalis facta in iudicio idem operatur quod realis extra iudicium.*
42 *Oblatio verbalis ſufficit vbi debitum non eſt liquidum.*
43 *Pactum de non alienando cum verbis reſolutiuic principij contractus, impedit dominij tranſlationem.*

CONSILIVM CCCXXXI.

ANCEPS eſt quæſtio propoſita, primo enim aſpectu videtur q́d emptor Curiæ de qua agitur, teneatur omnino ſeruare locationem factam à venditore: quia quidquid ſit communi iure inſpecto, certum eſt, quod vbi conductor habet ius aliquod in re, nõ poteſt expelli à ſingulari ſucceſſore: quia ſicut datur actio, ita, & multo magis datur exceptio, l. 1. §. quod autem, de ſuperfic. l. 1. in fi. ff. ſi ager. vectig. vel emph. hinc eſt quod emens à fiſco, non
1 expellit conductorem, † l. fin. ff. de iur. fiſci, quia conducens à fiſco acquirit ius in re, quamuis conduxerit ad modicum tempus, gl. in l. 1. in prin. in ver. conduxerit, ff. de loco publ. fruen. & ibi no. Bart. gl. & Bart. in d. l. 1. §. quod autem, & quod conducens à fiſco poſſit inſiſtere rei, & non expellatur, gl. in l. emptorem, in verſ. colono, vbi Bald. C. locat. Imo. in l. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquennium, nu. 8. vbi etiam Roman. nu. 11. ff. ſoluto matr. & idem tenet ibi Alex. num. 5. Guid. Pap. q. 480. Iaſ. in l. diuortio, in prin. nu. 36. ff. ſol. matrim. Cur. ſen. conſ. 10. nu. 1. Ferdin. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 170. ff. de legat. 1. Duen. in reg. 240. nu. 8. Soarez in ſuo theſauro, in ver. conductor, num. 212. Caroc. in tractat. de locat. c. 71. num. 15. vbi tamen aliter firmat hanc concluſionem per errorem; in facto autem conductori ſint obligata omnia bona locatoris, vt legitur in inſtru-
2 mento locationis, & hypotheca, tribuit ius in re, † l. eos; C. de pignorib. §. item Seruiana, Inſtit. de actio. ergo manutenendus erit in re conducta, & in terminis
3 hoc voluit † Bar. in d. §. quod autem, & in d. §. ſi vir in quinquennium, vbi Imo. Roman. Alex. & alij, Bar. Bal. & Sal. in d. l. emptorem, C. locat. Ang. in conſ. 2. col. fin. Caſtr. in l. nihil, in fi. ff. de legat. 1. Imol. Aretin. & Alex. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de acquir. poſſ. Guid. Pap. d. quæſtio. 480. Corn. conſ. 6. col. 2. volum. 4. Soc. in conſil. 90. col. 2. vol. 4. Ioan. de Amic. in conſil. 113. col. fin. Marſil. ſing. 321. Gozad. conſil. 24. colum. 3. Fabian. de Monte, in tract. de emp. & vend. in 6. part. princ. q. 18. in fi. Aufre. ad Capell. Toloſ. quæſtion. 420. Bertran. in conſil. 153. num. 12. volum. 1. Duen. de reg. 240. num. 7. & ſequuntur multi alij quos non refero, quinimmo Alex. in d. §. ſi vir in quinquennium, num. 2. dicit, quod idem eſt in colono ad longum tempus, is enim ius habet in re, ideo expelli nõ poteſt, ſequuntur alij apud Gomez. de contract. cap. 3. nu. 9. verſ. ſecundo infertur, videatur Caroc. de locat. cap. 71. num. 4. Didac. variar. reſolut. lib. 2. cap. 15. num. 2. Guid. Pap. quæſtion. 480. nu. 5. Duen. in reg. 240. in 2. limitatio.

Nec dicatur hoc procedere quando conductori eſt in ſpecie obligata res conducta; reſpõdetur enim multis modis. Primo, ſat eſſe quod ſint obligata in genere omnia bona locatoris quoniã in generali obligatio-
4 ne bonorum venit etiam res locata † Bar. in d. l. ſi filio §. fin. in fin. ff. ſolut. matr. in l. qui fundum, ff. locat. Caſt. in l. ſi merces, §. 1. ff. locat. Neguz. in tract. pignor. in 2. memb. 2. par. nu. 33. & generalis diſpoſitio tãtum operatur circa contenta in genere, quantum ſpecialis circa ea quæ continentur ſub ſpecie, l. ſi duo, in fi. ff. de adminiſt. tutor. & in ſpecie de hypotheca generali, quod operetur reſpectu cuiuſlibet rei voluit gl. magna, in l. ſi is qui, ff. de iure fiſci, & q́d hypotheca generalis operetur ne colonus poſſit expelli ſicuti ſi eſſet ſpecialis,
5 voluit Caſtr. in d. l. nihil, §. fi. ff. de leg. 1. Caſtr. in l. ſi ita quis, §. ea lege, vbi etiam Iaſ. ff. de ver. oblig. Alex. in d. l. qui abſenti, §. 1. vbi dicit hoc verius eſſe in puncto iuris. Salic. in d. l. emptorem, late Neguz. in tracta. prædicto, in 1. memb. 2. par. prin. num. 6. vbi allegat Bar. Bal. Ang. Sal. Abb. & Alex. ſubdens quod vigore generalis hypothecæ ſemper datur retentio. Bart. & Doct. in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cond. indeb. infinitos citat Duen. d. reg. 240. num. 7. vbi dicit magis communem, & adducit Ang. Aret. Corn. Socin. Grat. Ioan. de Amic. Gozad. Didac. & Modern. Pariſ. & mouetur, quia textus in l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtract. pign. loquitur indiſtincte de hypotheca, ergo dẽt indiſtincte intelligi, l. de pretio, ff. de Publician. hanc etiam ſenten-

tiam

tiam tenuerunt infiniti Doctores, quos citat, & ſequi-
tur Becius, affinis meus, in conſil. 80. nu. 7.

Secundo reſpondetur, quod in præſenti facto vř hy-
pothecam eſſe ſpecialem non generalem, exprimit eñ
omnia bona mobilia immobilia, præſentia, & futura,
6 quo caſu dicitur ſpecialis, † ſecundum Ruin. in conſil.
112. num. 9. vol. 4. Claud. præciſe in d. l. abſenti, §. 1. vbi
ait, quod vbi hypotheca reſpicit omnia bona, tunc di-
citur ſpecialis, ſequitur Natta in conſi. 474. num. 12. &
ſeq. vbi late explicat, idque multo magis videtur obti
nere in caſu noſtro, in quo obligatā ſunt omnia, & ſin-
gula bona, quę Clauſula. Omnia, & ſingula, vim habet
7 ſpecialis expreſſionis, † gl. in c. vt circa, de elect. in 6. So
cin. in conſi. 3. nu. 17. vol. 3. Iaſ. in l. Titia, §. fi. ff. de verb.
oblig. Ruin. in conſ. 76. num. 7. vol. 3. & alios citat Ber-
ret. in conſi 42. num. 13. vbi ſere io noſtris terminis lo-
quitur. Gabr. in conſi. 144. num. 68. vol. 2. vbi dicit iura
mentum præſtitum ſuper omnibus, & ſingulis, haberi
ac ſi ſpecialiter eſſer ſuper quolibet articulo iuratum,
Cęph. in conſ. 539. num. 29. vbi quod clauſula illa vim
habet ſpecialis expreſſionis. Rota deciſ. 246. nu. 2. & 3.
in prima parte, vbi dicit quod refertur non ſolum ad
idquod principaliter diſponitur, ſed etiam ad ea quæ
acceſſorie, & importat particulariſſimam exptesſioné
non autem genericam, paria enim ſunt dicere, obligo
omnia, & ſingula bona, ac ſi diceretur, obligo hoc, & il
lud corpus, vel ſi ſingula corpora eſſent expreſſa.

Tertio reſpondetur, quod vltra generalem imò ſpe
cialem hypothecam omnium bonorũ, adeſt Clauſula,
Sincere, & fideliter, quæ vigore ſtatuti, ſeu ordinis vim
8 habet iuramenti, † vt per Pariſ. in conſ. 110. nu. 6. & 40.
vol. 1. Burſat. in conſi. 113. nu. 4. Iuramentum aũt obli-
9 gat præciſe, † gl. in l. ſi pecuniam, in verſi. neceſſe, vbi eã
notat Bald. ff. de cond. ob cauſ. Bal. in l. ſed & hæ. §. prę-
ter, ff. de procurat. But. & Abb. in cap. veniens, de iure-
iur. Imo. in c. per tuas, de arbit. Iaſ. in d. l. ſi pecuniã, in
princip. Bauer. in tract. de iuramen. col. 4. Cagn. in l. ſi
quis maior, nu. 98. C. de tranſact. Cęphal. in conſi. 480.
nu. 7. Rimin. in conſil. 399. nu. 70. & quod vigore dicti
iuramenti colonus poſſit rei inſiſtere, etiam ſi emptor
10 vellet ſoluere intereſſe, † ponit Burr. in cap. fin. ne prę-
lat. vices ſoas, quem ſequitur Soc. in conſi. 90. num. 20.
vol. 4. quia ſi obligatio eſt præciſa, ad ſactum nihil ope
11 ratur ſolutio intereſſe. Barbat. † in conſil. 36. in 4. dub.
vol. 2. Gozad. in conſi. 24. num. 9. Grat. in conſil. 95. nu.
19. vol. 1. Gozad. in conſil. 100. col. fin. Neguz. de pign.
in 1. memb. 2. par. num. 9. Natt. in conſi. 426. num. 4. &
5. Roland. in conſil. 6. num. 29. & 36. vol. 1. Crot. in d. §.
Diui, num. 97. Burſ. in conſi. 101. nu. 3. & 6. Marius An-
guiſ. in conſi. 216. nu. 26. Seraph. in tract. de iurament.
priuile. 74. num. 34. vbi concludit, ꝙ iſto caſu ſucceſſor
non liberatur ſoluendo intereſſe, ſed tenetur præciſe.

Et hoc procedit etiam quando hypotheca ſolũ ge-
neralis adeſſet: nã Goaad. Burr. & Soc. & Natta, ſupra
citati, loquontur in fortiori caſu quando nulla aderat
hypotbeca, mouentur enim, & eo ſolo fundamento, ꝙ
iuramẽtum obligat præciſe, multo ergo magis locum
habebit quando concurrit generalis hypotheca cũ iu
ramento, quandoquidem iuramentum operatur, ꝙ vi
detur ſpecialiter expreſſum, quidquid pro validitare
12 actus ſpecialiter eſt exprimẽdum. † Bald. in l. 1. col. 4.
C. commod. Rom. in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. &
facit actũ valere eo meliori modo quo valere poteſt,
13 † l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. c. venientes,
& cap. ad noſtram, vbi Doct. de iureiu. Bart. in l. ſi quis
pro eo, nu. 13. ff. de fideiuſſo. Bauer. in tract. de virtu. iu-
ramen. nu. 137. Ruin. conſi. 172. nu. 21. vol. 1. Rol. conſil.
70. num. 28. vol. 2. & in terminis, quod generalis hypo
theca cum iuramento obliget ad obſeruãtiam, hac ra-
tione quod ob iuramenti vim habeatur pro ſpeciali,
tenuit Ioan. de Amic. in conſi. 113. num. 12. verſic. & in
caſu noſtro. Crot. in d. §. Diui, num. 97. ver. & iſta con-
cluſio, vbi mouetur, quia iuramentum interpoſitum ſu
per contractu, vim habet ſpecificæ expreſſionis. Socin.
iun. in conſi. 129. num. 10. in fi. ver. & vltra etiam dico,
vol. 2. Marius Anguiſ. d. conſil. 216. num. 26. verſ. tertio
dicitur, vbi ait, interueniente iutameuto non referre,
quod bypotheca ſit ſpecialis, vel generalis, quia iura-
mentum habet vim ſpecialis obligationis, & in gene-
rali quoque hypotheca loquitur Burſat. d. conſil. 101.
nu. 3. verſi. & hoc ſtabilius, & nu. 7. ver. quinto accedat.
Rol. in conſil. 62. nu. 39. vol. 2. Becius in conſil. 80. num.
10. Seraph. in tract. de iura. priuileg. 158. vbi in fi. dicit,
ceſſare diſputationem Doctotum, qui contendunt ſu-
per qualitare hypothecæ, quia iuramentum efficit,
quod conductori competit ſpecialis hypotheca.

Nec obſtabit ſi opponatur præmiſſa procedere qñ
cum iuramento, & hypotheca concurrit pactum ne lo-
cator poſſit rem locatam alienare: quia tunc ſtantibus
omnibus prędictis, impeditur alienatio, & dominium
non transfertur, vel transfertur affectum eo onere, vt
emptor patiatur colonum perſeuerare, aliud autẽ eſt,
qñ nullum adeſt pactum, & nulla promiſſio non alie-
nandi. Reſpondeo etenim, DD. præcitatos moueri vir
tute hypothecæ, & iuramenti, & velle quod eo caſu ſtã
dum ſit locationi, nulla facta mentione pacti; Secũdo
reſpondetur, quod in inſtumento locationis adeſt ꝓ-
miſſio habendi pro rata, grata, & valida, quæcunq; co-
tenta in eo, & non contrafaciendi, vel veniendi aliquo
ingenio, colore, vel cauſa, quæ clauſula idem vř opera-
ri, quod promiſſio non alienandi; nec enim minus obli
gatur qui promittit non contrafacere q̃ promittens
non alienare, & locator qui alienat contrafacit loca-
tioni, ideo promittens non contrafacere, vř promitte
re non alienare, & non refert quid ex æquipollentibus
fiat, l. muliet, in prin. ff. ad Trebell. l. ſi mater, C. de inſti
tut. & ſubſtitut. vbi gl. citat concordantes, l. Gallus, §.
& quid ſi tñ, vbi Doct. ff. de lib. & poſth. late Euerar. lo
co 55. in princ. & qui promittit certum quid non face-
re, non poteſt etiam facere actum ex quo ſequitur id
14 quod promiſit non facere, gloſſ. in † l. item quia, ff. de
pact. l. codicillis, §. matre, ff. de leg. 2. vbi Bart. not. Dec.
in conſ. 445. nu. 26. & in terminis, quod eiuſmodi pro-
miſſio idem importet, quod pactum de non alienãdo,
voluit Ruin. in conſil. 180. colum. fin. vol. 1. Bertr. conſi.
185. nu. 10. in 3. propterea retorquetur argumentum,
quia ſeruari debet locatio præciſe, & conductor expel
li non poreſt etiam ſoluto intereſſe, quando cum hy-
potheca adeſt pactum non alienandi, & iuramẽtum,
15 † ſecundum Crot. d. §. Diui, num. 97. Soc. iun. d. conſil.
129. Becius, d. conſ. 80. num. 10. & 11. & in fine, qui om-
nes loquuntur etiam quãdo hypotheca eſt generalis.
Burſ. in conſ. 101. nu. 3. Rol. d. conſ. 62. num. 41. Marius
Anguiſ. d. conſi. 216. nu. 27. quinimò, multi volũt quod
generalis hypotheca cum pacto de non alienãdo, ſuf-
16 ficiat ad impediendum dominij trãſlationem. † Ang.
in conſ. 243. in princip. Caſtr. in §. ea lege. Alex. d. l. qui
abſenti, §. 1. Corn. conſil. 321. vol. 4. Crot. d. §. Diui, num.
96. quia vt dixi in generali obligatione venit etiam ip
ſa res, & quia conductori facta eſt generalis obliga-
tio, vt proſit, ergo non debet retorqueri in odium, &
tantum operatur generalis quantum ſpecialis obliga
tio, imò plus, ſecundum Ioan. de Amic. d. conſil. 113. &
ſeq. alij. Eandem concluſionem tenuit Soc. iun. d. conſ.
129. Nat. in conſi. 474. num. 15. & pro hac parte Becius
d. conſ. 80. nu. 5. & ſeq. allegat Bar. Bal. Ang. Sal. Caſtr.
Alex. Iaſ. Corn. Pariſ. Crot. Soc. iun. Brun. Marſil. Cor-
ſct. Tiraq. Boet. Grat. Natt. Crauet. & alios.

Non etiam contradicit oblatio facta de ſoluendo
intereſſe,& damna:quia rńdetur primo,illam eſſe ver
17 balem,& non ſufficere.† l.quidam exiſtimauerunt, ff.
ſi certum pet.l.4.§.ait prætor,ff.de re iud. l. ſeruus qui
hæredi,ff.de ſtatu libe.l.qui decem,in ver.idem reſpó-
dit,ff.de ſolu.l.ſi reſiduum,C.de diſtract.pign. Bart.&
38 *Augmentum quod diuidi, & ſeparari non poteſt à re feudali, cedit domino.*
39 *Aedificium factum in re eccleſiæ, cedit ipſi eccleſiæ, & numero 44.*
40 *Impenſa præſumitur facta per adminiſtratorem eccleſiæ, de reditibus ipſius eccleſiæ.*
41 *Clericus præſumitur acquiſiuiſſe de bonis eccleſiæ.*
42 *Quæſita per clericum de bonis eccleſiæ, efficiuntur eccleſiæ.*
43 *Res empta ex pecunia eccleſiæ ipſo iure acquiritur eccleſiæ, etiamſi nomine proprio prælati ſit empta.*
44 *Eccleſiæ cedit ædificium factum in eius ſolo, etiam ſi conſtares fuiſſe factum de propria pecunia facientis.*
45 *Solo cedit quicquid in eo ædificatur, plantatur, ſeritur, vel ſeminatur.*
46 *Aedificium factum in ſolo patrimoniali de pecunia eccleſiæ, non eſt patrimoniale, ſed immo ſolum cedit ædificio.*
47 *Bonæ fidei poſſeſſori qui in alieno ſolo ædificauit, ſoluenda eſt vera & iuſta æſtimatio.*
48 *Donatio præſumitur quando nulla alia ſubeſt coniectura.*
49 *Impenſam factam per grauatum in re ſubiecta fideicommiſſo, vel maioratu non reſtituit fideicommißarius apud quem res perpetuo non eſt manſura, ſed alteri tenetur reſtituere.*
50 *Donare videtur qui res ſuas alicui defendit.*
51 *Amicitiæ ratione donatum videtur, ſi quid amici cauſa impenditur.*
52 *Donatio præſumitur fauore dotis.*
53 *Doti ideo conceditur priuilegium, quia eſt cauſa pia.*

Eccleſia

54 *Eccleſia, & pia cauſa æquiparantur, & iiſdem gaudent pri-
uilegijs.*
55 *Clericus impendens circa rem quæ pertinet ad eccleſiam cen
ſetur donare, & non repetit impenſam.*
56 *Expenſæ factæ per prælatum in vtilitatem rei eccleſiæ, per-
tinent ad ſucceſſorem nō ad hæredes prælati prædefuncti.*
57 *Clericus trāslatus ad aliā eccleſiā, cōſequitur fructus prioris
beneficij, pro toto tempore decurſo ante translationem.*
58 *Aequiparatorum idem eſt iudicium.*
59 *Clericus in dubio præſumitur quæſiuiſſe quidquid habet de
bonis eccleſiæ, & in hoc eccleſia habet fundatam intentio-
nem contra hęredes clerici.*
60 *Impenſa facta per clericum circa rem eccleſię pręſumitur de
bonis eccleſię facta.*
61 *Hæres grauatus reſtituere hęreditatem non debet vexari à
creditoribus hęreditarijs.*
62 *Monachus qui tempore ingreſſus intulit bona patrimonia-
lia, ſi recedat à monaſterio, ea recuperat, & acquirit ſecun
do monaſterio.*
63 *Datum intuitu alicuius cauſę, repetitur ceſſante cauſa.*

CONSILIVM CCCXXXIII.

FRVCTVS qui vigore ſententiæ latæ à
Senatu, Excellentiſs. fuerunt percepti
à Reuerendo Dom. Camillo Lorſello
prouiſo de Capellania S. Franciſci in
Cathedrali eccleſia Mantuę, videntur
ſpectare ad Dñm Laurentium hęredē
D. Rainaldi de Rinaldinis ſui fratris, qui dum vixit
dictam obtinuit Capellaniam: nam agimus de bene-
ficio ſimplici, & nullam habente adminiſtrationē, quo
caſu fructus pertinent ad beneficiatū, qui poteſt de eis
1 diſponere inter viuos, vel in vltima voluntate, † ſecun
dum glo. in c. præſenti, in verſ. reſeruari, de offic. ord.
in ſexto, vbi diſtinguit inter clericum habētem admi
niſtrationem, & eū qui habet ſimplex beneficium: pri
mus enim æquiparatur in vita vſufructuario, qui po-
teſt de fructibus deſponere, c. cęterum, de donat. Sed
cum incipit infirmari comparatur vſurario, & ideo in
morte non poteſt diſponere: at ſimplex beneficiatus,
tam in morte quam in vita, vſufructuario æquipara-
tur; & idem tenet ibi Io. Andr. & gl. dicit hanc diſtin-
ctionem approbatam eſſe à conſuetudine generali. &
Bar. in c. peruenit, extra de fideiuſſor. dicit illam gl. ſin
gularem, & cōiter approbatam & Imola ibi teſtatur
pariter de cōi. Doctores in c. fi. de pecul. clericor. vbi
Card. notat, ibique Barbat. dicit gloſſam illam à toto
mundo allegari. Gemin. & alij, in c. fi. de offic. ordin.
in ſexto, & cōem quoque ait Corn. in conſil. 314. col. 3.
vol. 3. Bertach. de Epiſcop. lib. 4. par. 4. col. 5. verſic. vl-
timo quæro, Bellon. in conſ. 3. nu. 6. Butr. in c. 1. de cauſ.
poſſ. & propr. Imola in d. c. fin. nu. 11. & fuit originalis
diſtinctio Hoſtienſ. in d. c. fi. & cōem dixit Boer. in cōſ.
48. nu. 1. & quamuis multi contradicant, tñ tenenda
eſt, ſecundum Clarū, in §. teſtamentum, in q. 27. nu. 8.
vbi teſtatur ſe vidiſſe ſemper & vbique ſeruari, Molin.
in tract. de Primog. Hiſp. lib. 2. c. 10. nu. 33. vbi pronun
ciat eſſe cōmunem, ſubditque, quoad exterius forum
rem eſſe certam, & quod ſolum habet Deum vindicē,
ſi fructus perceptos ex beneficio malè diſpenſat, & vt
dixi, ratio eſt: quia cōparatur vſufructuario, eſt dñs
fructuum qui prouenient ex bonis ſui beneficij, ideo
de eis poteſt diſponere pro libitu ſuæ voluntatis.

Secūdo vbi iure cōi D. Laurentius eſſet deſtitutus,
idipſum conſequeretur ex Bulla Gregorij eius nomi-
nis decimitertij, Pontificis, per quā declaratur ſpolia
clericorum Mantuanæ eccleſiæ non amplius ad Ca-
meram Apoſtolicā, ſed ad clericorum hæredes ex te-
ſtamento, vel ab inteſtato ſpectare, hæredesq; prædi-
ctos in ius & locum Cameræ ſuccedere quoad ea ſpo-
lia: ſubrogatum autem ſapit naturā eius in cuius lo-
cum ſubrogatur, l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis
caution. ea enim quæ iure communi inſpecto pertine
bant ad eccleſiā, vel ſucceſſores in beneficio, pōt Papa
ad ſe aduocare, qui eſt dominus beneficiorum, & po-
2 teſtatem habet liberam in rebus beneficialibus, † c. 2.
in fi. de præbend. in 6. Clem. 1. in fi. vt lite pend. Dec. in
conſ. 157. nu. 1. in fi. verſ. & talia bona, & vulgo appel-
lantur ſpolia, c. ſicut dignum, §. eos inſuper, de homi-
cid. Rot. deciſ. 855. in antiq. Bellamer. in deciſ. pen. Si
Rector, col. 3. verſ. item quia diſput. Quintilian. Man-
doſ. in conſ. 86. nu. 2. ponunt, Redoan. in tract. de ſpo-
lijs, in prin. habebit igitur D. Laurentius fructus pre-
dictos vigore dictæ Bullæ, eoq; iure quo Camera Apo
ſtolica ante compoſitionem factam cum Mantuano
clero ſuper ſpolijs clericorum capere potuiſſet, nec ei
quidquam videtur opponi poſſe.

Nec obſtat quod fructus illi non eſſent adhuc per-
cepti, qñ D. Rainaldus deceſſit, ex quo nondum erant
exacti ab eo qui prædium occupabat: nam ſat eſt qđ
ab occupatore fuerint percepti, donec D. Rainaldus
erat de beneficio prouiſus, & qđ pro eis ius, ſeu actio
contra occupatorem competeret, qui enim actionem
habet ad rem, videtur rem quoq; ipſam habere, l. qui
actionem, ff. de reg. iur. & illam actionem tranſmittit
ad hæredem, qui ſuccedit in vniuerſum defuncti ius, l.
hæredem, ff. de reg. iur. & ſat eſt quod fructus fuerint à
ſolo ſeparati, quamuis beneficiatus illos non percepe
rit, videmus enim quod ſi bona ſint locata & clericus
decedat, perceptis iam à conductore fructibus, ſed an
tequam venerit dies ſolutioni præfixa, hæredes ipſius
3 beneficiati conſequuntur penſionem, † ſecundū Alex.
in conſi. 15. nu. 3. vol. 2. Caccialup. in tractatu penſion.
q. 25. Gigas de penſion. q. 53. nu. 2. & ratio eſt: quia de
penſionibus idē iudicatur quod de fructibus propter
4 quos ſoluitur, † l. defuncta, in prin. ff. de vſufruct. Din.
& Cin. in l. fructus, C. de actio. empt. vbi Bald. nu. 4. &
Salic. num. 3. Caſtr. in l. Iulianus, §. ſi fructus, nu. 2. ff. de
actio. empt. & in conſ. 214. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Anchar.
in conſi. 193. nu. 1. Alex. in conſi. 82. nu. 17. vol. 2. Socin.
in conſi. 100. ante numerum primum, verſ. item ſi eſſe-
mus, vol. 1. Brun. conſil. 106. col. 2. verſ. & pro prædijs,
Tiraq. de retractu conuent. §. 5. gloſ. 4. nu. 8. Didac. va-
riar. reſolu. lib. 1. c. 15. nu. 3. verſ. ſed hoc ſuppoſito, Gi-
gas d. q. 53. nu. 1. Natta in conſil. 141. num. 1. Mantic.
de coniect. vltim. volunt. lib. 7. cap. 10. nu. 26. Simon de
Pret. in eod. tract. lib. 3. interpretat. 3. dubit. 5. ſolut. 2.
num. 4. folio mihi 347. Ludou. Molin. in tract. de Pri-
mogen. Hiſpan. lib. 4. c. 11. num. 17. Si igitur ad ſucceſ-
ſorem ſpectat penſio etiam non maturata, quæ debe-
tur pro fructibus iam perceptis, quāto magis ad eun-
dem hęredem ſpectabunt ipſi fructus, ſeu actio ad eos
conſequendos ab occupatore prædij qui fuit condem
natus ad illorum reſtitutionem, propter enim quod
vnumquodque tale, & illud magis, Auth. Multo ma-
gis, C. de ſacroſ. eccleſ.

Tertio videtur etiam in hac patria vigere cōſuetu-
do, quod fructus percepti viuente beneficiato perti-
neant ad eius hęredes, hmōi autem conſuetudo valet,
5 † c. relatum, de teſtam. cap. ſi propter, de reſcript. in 6.
etiam in fructibus non perceptis, ſecundum Io. Andr.
in c. nemo plus, de reg. iur. in ſexto, Barbat. latè in d. c.
fin. col. 5. de pecul. Cleric. vbi propriè loquitur de con
ſuetudine Mutinenſi, quæ habet, quod Canonici teſta
ri poſſint de fructibus ſuæ præbendæ percipiendis in-
tra annum à die mortis, Bello. in d. conſil. 3. nume. 6. &
quod hæc cōſuetudo ſit generalis & vigeat in Gallijs,
Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpanijs,& apud Sequanos, late ponit Petrus Cena-
da in collectan.ad c.cum in officijs,nu.2.de teſtam.vbi
infinitas cumulat authoritates, quæ apud eum videri
poſſunt, quæ conſuetudo facit licitum,quod alias non
6 liceret,† l.ſi pignore.§.fi. vbi Bart.ff.de pignor.action.
Roman.in l. certi condictio,§.ſi nummos,ff.de cõdict.
indeb.vbi expreſſe Iaſ.col.6.in fine.Ruin. in conſi.139.
in fine, vol.4.Crau.in conſil.48.in fine,Rolan.qui alios
addit,in cõſ.75.nu.45.& conſuetudo pręſumitur pro-
ceſſiſſe ex cauſa iuſta,Bal.in l.de quibus, num.33.ff. de
legib.Bellam.in conſ.31.col.6.Natta,in conſ.58.nu. 3.
vbi poſt gl.dicit,quod cenſetur rationabilis conſuetu-
do,niſi in ſpecie ſit reprobata. Gabriel. commu. opin.
lib.7.tit.de malefic.concluſ.2. nu.8. ſtante autem con-
ſuetudine res videtur ſine ſcrupulo.

Contrarium tamen verius eſſe concludo, quod ſcili
cet fructus prædicti nõ ad heredes defuncti clerici,ſed
ad ſucceſſorem in beneficio ſpectent: is enim dr̃ quaſi
7 hæres ſui præceſſoris,† c.conuenior,23.q.8.gl.in c.1.de
ſolut.& ſucceſſor in beneficio ſuccedit ẽt in his quę in-
8 tuitu eccleſiæ præceſſor acquiſiuit,† Doct. omnes,in c.
relatum,il ſecondo,vbi poſt alios notat Abb.colum.2.
verſ.nota & tenementi,& Didac. nu.2. Clericus enim
æquiparatur vſuario, iõ ex fructibus beneficij nõ plus
9 percipit quam exigat vſus neceſſitas,†ſecundum gl.in
c.fi.de offic.ordin.in 6.gl.3.in c.fin. de pign. vbi Abbas
allegat concordantes,glo.in c.fi.de pecul.clericor.vbi
Barb. col.2. alios citat Abb. in repet.c. cum eſſes, q. 2.
de teſtam.Calder.in conſ.2.de pecul.cleric.vbi multis
modis hoc probat Card. & Barb.d.c.fi.Anchar.conſil.
116.Card.conſ.110. Tria ſunt,& dicit Anchar. in loco
prædicto, iuſtius eſſe quod fructus beneficij ſequãtur
illum qui ſeruit eccleſiæ, quam eum qui deſijt ſeruire.
Soc.in conſ.32.col.1.& 2.vol.1. vbi poſt multos á ſe re-
latos dicit, quod ex fructibus eccleſiæ illud tm̃ eſt cle-
rici,quod eſt neceſſarium ad eius vſum,de reliquo au-
tem nõ poteſt diſponere. Bertachin.d.tractatu,de Epi
ſcop.par.4.col.2.& 5.Bertrand.in conſ.296.col.2.in 3.
vol.vbi prædicti omnes concludunt, quod neque teſta
ri,neque ex teſtamento, poteſt in ſucceſſuros ab inte-
ſtato trãſmittere ſuperextantes fructus beneficij. Eã-
dem ſententiam circumſcripta tñ conſuetudine pro-
bauit Bellon.in d.conſ.3.Gigas de penſion.q.52. in pr.
vbi tamen vult, aliud eſſe in penſionibus: quia ille de-
bentur hæredibus penſionarij,ex quo non ſunt benefi-
10 cium,nec veniunt nomine beneficij.† Didac. in c. cum
in officijs,nu.6.vbi multos concordantes refert,& ali-
ter vult in pẽſione, in qua poteſt penſionarius teſtari;
& ab inteſtato ſuccedunt hæredes,idem probauit Ro-
bert.de Monte,conſ.25.per totum,inter conſ.Gigant.
& cum hac ſentẽtia tranſire vr̃ Rota, deciſ.761.& 809.
in 1.par.in nouiſſim.Decian.in conſ.37.num.15.& ſeq.
vol.2.& præter eos idem voluit Barb. in conſ.33.nu.1.
vol.1.Bologn.ad conſ.Anan.81.nu.4.Iaſ.conſ.75.col.2.
vol.3.Alba,in conſil.79.nu.15.Vaſq.late,agens de ſuc-
ceſſio.creat.lib.3.§.22. nu.39. vbi multos citat. Franc.
Marchus deciſ.446.nu.3.& ſeq.Neuizan. in conſil.93.
nu.17. Men.in conſ.39.nu.45.Caualcan.deciſ.44.nu.3.
in 1.par.Mãd.conſ.86.nu.2.Ludou.deciſ. Peruſ.33.nu.
15. vide tamen Redoan. de reb. eccleſ. non alienan.q.
53.iura enim quæ dicunt clericum non poſſe teſtari de
reditibus beneficij,loquuntur abſolute: & licet multa
inueniantur iura,quæ dicunt fructus beneficij eſſe cle-
rici, & ad eum pertinere,tamen intelligi debẽt quoad
fidelem diſpenſationem, dicitur enim potius procura
tor quã dominus,14.q.1.§.fi. ita Archid.poſt Innoc. in
c.ſtatutum,§.acceſſorem,de reſcript.in ſexto,quem al-
legant fere omnes ſupra citati,quia clerici dicũtur di-
ſpenſatores & facultatem habẽt diſponendi quidem
de fructibus ſed canonice,c. præcipimus,12.quæſt.1.

Secundo, quidquid ſit,quando Clericus eſſet teſta-
tus,res clarior videtur in facto noſtro, ex quo D. Rai-
naldus nullu fecit teſtamentum, ſed inteſtatus deceſ-
ſit,& licet aliás decedens inteſtatus,cẽſeatur bona ſua
relinquere proximioribus & ſuccedẽtibus ab inteſta-
to, l.conficiutur,ff.de iure codicillo.tamen qñ agimus
de eccleſiaſticis reditibus, aliud eſt, qa etſi velint mul
ti, quod clericus poſſit de fructibus beneficij diſpone-
re,etiã in morte,tñ hoc intelligitur qñ expreſſe diſpo-
ſuit:nam ſi decedat inteſtatus, illi ſpectabunt ad ſuc-
11 ceſſorem beneficij nõ ad hæredem ſanguinis,† gl. quæ
ita tenet in d.c.præſenti,in verſ.reſeruari,de offic.ord.
in ſexto,Anch.in conſil.116.ſecundum ordinem,nu.3.
Calder.in conſi.2. Qui ſuccedere,in verſ.puto conclu-
dendum.Ioan.de Anan d.conſi.87.ante numerum pri
mum,Card.conſ.110.Quidam prælatus.Bellon.d.cõſi.
3.nu.8.Gigas d.conſ.25.num.26.& ſeqq. & vr̃ tranſire
Iaſ.in conſ.75.col.fin.vbi fortius vult,quod ſufficiat eũ
ſimpliciter condidiſſe teſtamentum, niſi expreſſe de
fructibus diſponat,in quo contrarium tenuit Bertrãd.
d.conſ.296.nu.5.quem ſequitur Bellon. conſi.3.nu.10.
vbi ait ſufficere generalẽ diſpoſitionẽ, & hanc partem
ſequi videntur omnes DD.qui quęrunt, an Clerici te-
ſtari poſſint de bonis ſeu redditibus ſui beneficij: ſup-
ponunt enim quod ſi non teſtentur, ſucceſſores ſangui
nis, non ea conſequantur:aliud eſt enim qđ poſſit di-
ſponere,aliud vero quod velit,ex quo nãq; non diſpo-
nit,vr̃ voluiſſe quod eccleſia ſuccedat, argumento d.l.
conficiuntur,§.pen.& imputandum ei vr̃,qui cum poſ-
ſet diſponere,non voluit,argumento,c.1. & cap.fin. de
ſucceſſio.ab inteſtato,ita arguit Io. de Anan.d.cõſ.87.
in prin.& cum elegerint viam clericatus,atque ita ſpi
ritus & non carnis,videntur clerici magis velle pro ec
cleſia q̃ pro conſanguineis ſuis, & conſequenter quod
fauore ſanguinis,dicitur in l.cõficiuntur, videtur in cle
ricis locum habere fauore eccleſiæ & pro ea dictum.

Tertio videtur præſens quæſtio expreſſe deciſa per
Bullã Iulij Pontificis eius nominis tertij,quę mandat,
quod fructus, & redditus omnes benrficiorũ inexacti
ſpectent ad ſucceſsorẽ in beneficio:cuius verba qa ex-
preſſe caſum noſtru determinant, non eſt vlterius inſi
ſtendũ,l.ille aut ille,§.cu in verbis,ff.de leg.3. & dr̃ ca-
ſus legis,vbi aũt caſum legis habemus, nõ eſt vlterius
12 ratio inueſtigãda,† vt in ſtatuto dicebat Bal. in l.Gal
lus,§.ſi eius,in 2.not.ff.de liber.& poſth. Dec.cõſ.563.
nu.7. Marſ.conſ.131.nu.21.& in terminis loquendo de
illa Bulla,ponit Ioſeph.Lud.d.deciſ.Peruſ.33.num.4.
Nauar.in tract. de ſpol.cler.§.6.chart.36.& Canalc.d.
deciſ.44.nu. 3.quæ bulla id ſaltem operatur,quod ſi ea
opinio quę vult beneficij fructus pertinere ad eccleſiã,
ſeu ſucceſsorem beneficij, pateretur aliquam difficul-
tatem, ceſſaret prorſus ſtante Bulla: quia per eã pars
videtur opinionem eligere, & approbare, quã nos in
præſenti facto defendimus,& illa Bulla facit legem in
toto populo Chriſtiano:nam etiam epiſtola Papę quę
veniat aliquid declarando,quod eſſe debitum ſerua-
13 tur pro lege: † Ang.in l.item veniunt,§.ceterum,ff.de
petitio.hæred. Iaſ.in l.ciuitas nu.7.ff.ſi cert.pet. & di-
cit Canalc.in loco prætallegato, quod vidit illam Bul-
lam multis in locis ſeruari,præcipue Papiæ,& ego ha-
bui etiam in facto Caſali coram Domino Vicario Epi
ſcopi illius Ciuitatis,qui ſecundum eam iudicauit.

Quarto facit, quia fructus iſti nundum fuerunt per
cepti, & pro eis ſolum competit actio contra eum qui
prædium dictæ capellaniæ occupauerat:& ideo etiam
ſi dicamus beneficiatu æquiparari vſufructuario, non
ſolum in vita, ſed etiam in morte, adhuc fructus ſpe-
ctabunt ad ſucceſsorem in beneficio, non autem ad
hæredem:

Digitized by Google

hæredem : quia vt vſufructuarius faciat fructus ſuos,
14 debent eſſe non ſolum percepti, ſed ẽt reconditi, † l.ſi vſufructuarius,ff.quib.mod.vſufru.amittat.& ita vult gl.in c.fi.de offic.ord.in ſexto,vbi Geminian.col. pen. Hoſt.& Card.in c.fi.de pecul.cleric. Calder.in conſ.2. col.1.Franc.March.deciſ.197.in fi.par.2.

Quibus non aduerſatur quod multi teneãt fructus ſpectare ad hæredes ſanguinis : nã verior eſt & cõior opinio,quod deferãtur ad ſucceſſorem in beneficio,& vbi in iure difficultas aliqua ſubeſſet, Bulla Iulij III. auferret oẽ dubium, cum iſti fructus ſint inexacti, & nondum à beneficiato percepti, præcipuè,cũ nõ appareat de teſtõ, vel aliqua diſpoſitione facta per D.Rainaldum, qui ſi voluiſſet eos peruenire ad ſuos hæredes,id diſpoſuiſſet, vt ſupra dictum eſt in ſecundo fundamento, erat enim facilè ei hoc ordinare, cum vero non fecerit, præſumendum eſt, quod non voluerit.

Non obſtat cõpoſitio facta à clero Mantuano, cum Camera Apoſtolica, & approbata à Gregorio XIII. quia ad hoc in quo maius conſiſtit ius totius controuerſiæ, tñdeo,quod in ea compoſitinne nihil ipſi clero tribuitur, niſi ins quod Cameræ cõpetebat ſuper ſpolijs clericorum,at Cameræ nullum ius competebat ad fructus nondum perceptos à clerico defuncto: quia illud iam ex d.Bulla Iulij III. tranſlatum fuit in ſucceſſores beneficij,propterea nullum quoq; in talibus fructibus prætendere põt hæres,ceſſionarius enim vtitur
15 iure cedentis,† Specul.in tit.de teſtib.§.1. verſ.ſed pone Imola in conſi.172.nu.34.& ſuccedit in ius cedentis,l.emptor,vbi Bal. C.de hæred. vel act. vend. quinimò,cenſetur eadem perſona,l.ſi donare,§.1.ff.de donat.inter vir.& vxor.Crotus in conſi.83.nu.10.& conſequitur omnia iura quæ cedens habebat, l. ſi ager, in fi.vbi Bar. poſt Dyn.ff.de rei vend.Becius in conſ.115. nu.17.& non põt ceſſionarius plus iuris conſequi q̃ cedens haberet, l.nemo plus, ff.de reg.iur.& exceptio q̃
16 cedenti obſtat, repellit ẽt † ceſſionarium, l.exceptiones,ff.de excep.Bart.l.ſi quis rem,ff.de procurat. Alex. in l.ſi cum dotem,§.ſi patri,ff.ſol.matr. Bero.in conſil. 32.nu.46.vol.2.Crot.in cõſil.83.nu.11.& eſt regulare, quod exceptio quæ obeſt authori, nocet etiã ſingulari
17 ſucceſſori, † l. apud Celſum, §. de authoris, ff. de doli mali,& met.except.Soc.in conſi.13.nu.5.vol.3. Tiraq. de retract.conſang.§.1.gl.9.nu.128.Cum igitur in fructibus non exactis licet perceptis nullum ius haberet Camera,ſtante Bulla prædicta, nõ potuit aliquod ius conceſſiſſe clero Mantuano per conceſſionem illam.

Nec dicatur, quod ſumus Pontifex potuiſſet ſucceſſores beneficij excludere à ſucceſſione fructuum prædictorum, ideo concedendo clero omne ius, cenſetur etiam conceſſiſſe ius excludendi ſucceſſores præd. tñdeo enim,quod etſi id poſset tñ non aliter poterat niſi vtendo ſuprema ptãte,quæ ſibi tanq̃ ſupremo domino competit : at ius quod Principi cõpetit tanq̃ Principi, & non tanq̃ priuato nunq̃ cenſetur conceſſum,
18 nec venit in generali diſpoſitione,† vt declarat Albe. in l.fi.C.de iuriſd.omn.iud.vbi ait,quod Princeps concedens caſtrum cum omni iure ſuo, non cenſetur concedere ius regium. ſequitur Iacob. in ſua inueſtitura, in verſ.de caſtro,nu.6.Martin.Laud. in tract.de Princip.nu.115.Calcan.Socin.iun.Boſſius,Natta, & Rolã. in locis per me citatis,in conſil.47.nu.38. in generali igitur conceſſione non venit ius quod rõne ſupremæ poteſtatis ad Pontificem ſpectabat. Præterea cõceſſio illa intelligi ſemper debet ne præiudicet ſucceſſorib. in beneficio : Princeps enim nnnq̃ cenſetur aliquid
19 concedere ad præiudicium tertij,† l.2.§.merito,& l.ſi quis à Principe,ff.ne quid in loco publico,Alc.in trac. præſump.reg.3.præſumpt.11.nu.1.& procedit etiam in iure quæſito ad rem : quia nec in eo cenſetur velle tertio præiudicare, Abb.in c.in noſtra,in 3.notab.extra de Reſcript. & ante eum Io.Andr. in c. iuris ignorantia, de reg.iur. in Mercurial.Gemin.in conſil.107. in fi.Aret.in conſi.7.Dec.in conſi.525.nu.6.Crotus in in l.Gallus,§.& qd ſi tñ,nu.56.ff.de lib.& poſth. Natta in conſi.258.nu.3.Rolan.in conſi.45.nu.13.vol.4.& in dubio talis præſumitur mens Principis qualis eſt
20 legis ſcriptæ,† l.ex facto,vbi notant Doct.ff.de vulga. & pupill.Dec.in conſi.64.col.fi.Bec.in conſi.12.nu.35. & Princeps ſemper cenſetur diſpoſuiſſe ſecũdum ius cõe. Innoc.in c.dudum,vbi Io.Andr. & alij de decim. Bal. in l.bonorum, C. qui admit. & in Pontifice ponit Innoc.in c.innotuit,in princ.de elect.Caſtr.in l.ſi teſtamentum,C.de teſtam.& non præſumitur quod velit à ſe geſta reuocare, & quando reuocat præſumitur circumuentus,etiã ſi id faciat motu proprio,Bal.in conſ. 327.col.2.ante med.vol.1.Crau.in conſi.143.nu.10.ea igitur ſpoliorum conceſſio quæ clero Mantuano facta fuit à Pontifice,non includit ea ſpolia quæ iam à Pontifice conceſſa fuerant ijs qui in beneficio ſuccedunt, ſed ea quæ ad Cameram Apoſtolicam pertinent.

Conſuetudo autem quæ allegatur non apparet in hac patria, & Doctoribus de illa teſtantibus credendum non eſt,vt per DD.in l.de quibus,ff.de legibus,& plura requiruntur ad illius probationem, quæ in ter-
21 minis noſtris recitantur inter † conſi. Gigant.cõſ.25. nu.31.& ſeq.& vbi inducta eſſet non valeret, quia teſtari de fructibus beneficij permiſſũ eſt in vſus pios, vt in c.relatum,el ſecõdo,de teſtam.ſed generalis alia
22 conſuetudo reprobatur, & abuſus dr̃, † vt per Roch. de Curt.in c.fin.fol.49.de conſuetud.& eſt communis opinio, vt multis authoribus relatis dicit Didac. d. c. cum in officijs,nu.9.de teſta.quãuis eum aliter intellexerit Vaſq.de ſucceſſio.creat.§.22.nu.40.& de tali conſuetudine an valeat,videri poteſt apud eos quos citat Petr.Ceneda.d.Collectan.12. nu.21. ad c.cum in officijs, ſateſt autem quod hic non extet aliqua conſuetudo,vel ſaltem extare non ſit probatum,prout erat neceſſarium,vt hæres Domini Rainaldi obtinere poſſet.

De fructibus autẽ perceptis vacante beneficio nulli dubium videri debet,quo minus pertineant ad Do-
23 minum Camillum, eſt enim de hoc text.† in c. quia ſæpè,vbi gl.& Doctores notant, de electio. in ſexto,c. præſenti,de offic.ordin.in 6.vbi etiam gl.& Probus in additio.ad Ioan.Monach.Anchar.in conſil.158.col.1. Paul.in tractatu de offic. & poteſt. Capit. ſede vacan. In 1.q.2.par.princ.nu.2.Plot.in tract.de in lit.iurand. §.33.vbi poſt Afflict.& alios quos citat vult,quod ſucceſſori in beneficio detur iuramentum in litem cõtra hæredes præceſſoris,ſi fructus perceperat; & quod tales fructus ſpectent ad ſucceſſorem, tenuit etiam Gabriel.in conſil.197.num.14.vol.1. Caualcan.deciſ.44. nu.2.par.1.vbi dicit rationem eſſe,quia fundus beneficij poſt factam collationem ſpectat ad prouiſum, & à die vacationis fingitur factam fuiſſe prouiſionem, ideo ad eum quoque pertinere debent fructus percepti, debentur enim fructus ratione ſolius dominij, ẽt
24 ſine poſſeſſione, † l.fructus, C.de actio.emp. Alexand. in conſil.121.nu.6.vol.4. & in beneficijs ſola collatione, ſiue poſſeſſione acquiritur titulus, ſeu dominium,
25 † c.ſi tibi,de præben.c.fin.de conceſſio. præben.declarat optimè Gabr.in cõſi.192.nu.1.& per totum vol.1. vbi infert, quòd fructus poſt reſignationem ante tamen conſenſum reſignatarij percepti, ſpectant ad reſignatarium ſecuto conſenſu : quia retrotrahitur ad tempus reſignationis, Gemin. in d.c.ſi tibi, col.4. reſpectu igitur huius capitis, D.Camillus ius fouet,nec in his fructibus quiſquam alius prætẽdere poteſt ius.

Dubium

Dubium autem non modicum vr̃ ſuper alio articu-
lo, an D.Laurentius vti hæres D.Rainaldi fratris, re-
petere poſſit expenſas per illũ factas pro recuperatio-
ne prædij quod erat capellaniæ, ſed ab alijs occupaba
tur, & in quibus expẽſis pars cõuenta fuit condẽnata,
licet multæ aliæ fuerint, item factæ præter eas: nam vr̃
dari hæredibus repetitionẽ, per tex. in l. vbi purè, §. fi.
ff. ad Treb. vbi dr̃ impenſam factã pro conſeruãdis, vel
recuperandis reb. hæreditarijs, repeti per hæredẽ gra
26 uatu à fideicõmiſſario† atq; eidẽ fideicõmiſſ. imputa-
ri. ſequitur gl. 161. Aug. de teſta. gl. 86. nu. 12. Grat. in
conſil. 9. nu. 17. vol. 2. Matza. in Formu. fideicõmiſſi, q.
67. vbi latè agit, citando infinitos DD. tractantes illã
qõnem, an hæres cum beneficio Inuentarij detrahat
impẽſas quas fecit in litigãdo. idem voluit Phanuc. in
tract. inuenta. par. 5. nu. 47. Simon de Pret. de interpr.
vlt. volun. lib. 3. interpr. 3. dub. 5. ſolu. 4. nu. 15. fol. 354.
& nouiſſimè Peregr. in tract. fideicõm. art. 50. nu. 11. &
39. vbi allegat multos alios, & non eſt dubium, quin
dicatur impenſa neceſſaria illa, quæ fit pro recupera-
27 tione rei ab alio occupatæ, † Io. de Anan. in conſil. 32.
Alex. cõſ. 162. col. fi. vol. 2. declarat Peregr. d. ar. 50. n. 9.

Secundo idẽ videmus in vſufructuario, quia expen-
ſam magnam de ſuo non tenetur facere, & factã repe-
28 tit, † Ang. & Alex. in l. 1. §. vſufructuarius, ff. de vſufruc.
Picus in l. Titia, §. Titia, nu. 148. q. 58. de leg. x. Guzad.
in conſ. 94. nu. 37. vbi dicit eſſe cõem, Molin. qui pari-
ter dicit cõem, in tract. de primog. Hiſpan. lib. 1. c. 27.
nu. 11. præcipuè, ſi attendamus illorum opinionẽ qui
dixerunt etiam modicam impenſam refici debere, cũ
29 reſpicit perpetuam rei vtilitatem, † vt per Alex. in l.
diuortio, §. impendia, ff. ſolut. matr. quem ſequuntur
multi apud Rolan. in conſi. x8. nu. 25. vol. 1. quibus Pe-
regr. loco præcitato, nu. 13. multos alios addit, licet ip
ſe contrarium teneat, & illo caſu non tenetur cõpen-
ſare cum fructibus: quia D.Rainaldus nullos fructus
percepit ex dicto prædio: nam vita functus eſt ante-
quam ſententiæ executionem conſequi potuerit.

Tertio videmus, quod Prælatus qui vt ſe defendat
in prælatura, facit multas impenſas, repetit eas ab ec
30 cleſia, quia in illius vtilitatem dr̃ impendiſſe. † Doct.
in c. præteritæ, de elect. Feder. de Sen. in conſi. 119. Nul-
li, in princ. Soci. in conſ. 15. nu. x8. conſil. 29. nu. 2. vol. 1.
Phanuc. par. 5. nu. 45. vbi alios allegat, qđ ſi datur re-
petitio quando impendit pro ſe defendẽdo in præla-
tura, quanto magis cõcedenda erit, quando facta fuit
impenſa pro recuperanda re occupata, cum id ſine du
bio ſit eccleſiæ vtilius, quam defenſio Prælati, ex quo
immediatè reſpicit rem eccleſiæ, non autem mediatè.

Quarto certũ eſt, quod vbi à beneficio aliquid fuit
impenſum in vtilitatem eccleſiæ, poteſt id repeti per
31 eum, vel etiã per hæredem † ſuum, vt probat text. in
c. 2. vbi etiam gl. 1 x. q. 4. & in ſpecie ponderat Abb. in
c. fin. nu. 2. de pecul. cleric. vbi ait, quod etſi meliorans
cum ſua induſtria non repetat, ſi tñélioret cum pe-
cunia, vel re ſua patrimoniali, datur repetitio, non ſo-
lum ſibi, ſed etiam hæredi ſuo, & ibi dicunt DD. præ-
cipuè Innoc. Imola, & alij, qđ rem melioratam põt cle
ricus retinere, ẽt ſi ſit priuatus beneficio, retentio eñ
32 datur ẽt in beneficijs, † vt inquit Abb. in c. de multa,
nu. 14. de præb. vbi in propoſito infert, quod ſi clericus
moritur ſine teſtõ, hæres eius poteſt repetere expẽſas
quas ille fecerat de proprio patrimonio, & multo ma
gis ſi clericus decreuiſſet de illis repetendis, & inquit
hoc eſſe notabile dictum. ſequitur Iaſ. in l. ſi non ſor-
tem, §. ſi centum, in fi. ver. amplia iſtam fallentiam, ff.
de cond. indeb. & quamuis de Abbatia mentionẽ non
faciat, tñ idipſum dixit Afflict. in c. 1. §. ſi vaſſallus, nu.
15. hic finit lex Feder. & nouiſſimè Peregr. d. artic. 50.
nu. 43. Menoch. de recup. poſſ. remed. 11. nu. 16. Confir
matur hæc ſententia: nam ſuccedens in beneficio, te-
netur ſoluere debita contracta à præceſſore pro bene-
33 ficij vtilitate, vt † eſt tex. in cap. 1. vbi Butr. Abb. & alij
oẽs, extra de ſolutio. Doctores in c. ex præſentium, de
pign. quinimò dicunt Doctores, ſufficere quod cõſtet
debitum eſſe contractum pro vtilitate eccleſiæ etiam
ſi nõ probetur in rem eccleſiæ verſum, vt per Doct. ibi,
Aret. in l. ciuitas, col. 4. verſ. circa quartum, ff. ſi cert. pe
tat. & ad hoc multos allegat Molin. de primog. Hiſp.
lib. 1. c. 10. nu. 15. & multi ex Doctoribus in d. c. 1. de ſo
lu. volunt quod ſucceſſor teneatur pro debito facto à
præceſſore in propria ſui alimenta, vt in d. c. ex præſen
tium. Et facit, quia ſi prælatus, vel beneficiatus culpã,
aut negligentiam commiſit in rebus eccleſiæ, tenetur
ipſe, vel eius hæres reficere ſucceſſori omne damnum,
34 † gl. in Auth. Idẽ eſt de Neſtorianis, C. de hæret. notat
Ioan. de Plat. in l. vnica, C. de colon. Illiric. lib. 11. Mo-
lin. in d. tract. lib. 1. c. 27. num. 2. vbi infert idem eſſe in
maioratu; ſi igitur hæres prælati tenetur ad damna il-
lata, debebit poſſe conſequi impenſam quam eius au-
thor vtiliter facit, vt lucri & damni ſit par ratio, & cũ
ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda, l.
ſecundum naturam, ff. de reg. iur. & contrariorum ea-
dem ſit diſciplina, ita arguit tex. in c. quicũque, 12. q. 4.
Nec dicatur prædictas deciſiones loqui, quando im-
pẽſa facta eſt de patrimonio clerici, at in caſu noſtro,
non conſtare, quod de eo facta ſit: reſpondeo enim,
quod ſi dicamus impenſam factam eſſe de fructibus
eiuſdem beneficij, idem erit, quia illi ſunt proprij, &
pertinent ad beneficiatum, vt dictum eſt ſupra in præ
cedenti quæſtione, per gl. & alios, in cap. ſi propter, de
reſcript. in 6. & in c. fi. de pecul. cler. ideo perinde ha-
beri, ac ſi de proprio impendiſſet.

Sed in hoc quoque articulo teneo hæredibus prædi
ctis nõ dari repetitionem expenſarum factarum à D.
Rainaldo pro recuperatione prædij dictæ capellaniæ,
ſed teneri occupatorem eas expenſas in quibus con-
demnatus fuerat ſoluere D.Camillo, qui in beneficio
ſucceſſit: nam meliorationes quas clericus facit in re-
bus eccleſiæ, ſpectant ad ipſum clericum durante eius
vita, ſed poſt mortem remanent eccleſiæ, adeo, quod
35 clericus de illis non poteſt teſtari, † vt eſt tex. in c. fin.
de pecul. cleric. qui fortius loquitur, quando meliora-
tio proceſſit ex induſtria clerici, quamuis regulariter
clericus teſtari poſſit de bonis acquiſitis propria indu
36 ſtria, vt probat † tex. in cap. quia nos, de teſta. vbi not.
Butr. Anchar. & alij, præcipuè Barbat. qui dicit cõem,
& ampliant, etiamſi peruenerint ad clericum prætex-
tu ſacri ordinis, dum tamen non ex beneficio, puta in
celebrandis miſſis, vel officijs, vel in agendo capella-
num alicuius Principis, vel merẽdo ſtipendia ſub ali-
quo magno prælato, Cyn. & Doct. in Auth. licentiã, C.
de epiſc. & cler. Hoſt. Butr. Card. Anch. & Imola, in d.
c. quia nos, latiſſimè alios cumulando Didac. in c. 1.
nu. 11. de teſtam. Molin. lib. 2. cap. 10. nu. 51. Illud igi-
tur quod ad clericum peruenit ex propria induſtria,
licet ſit illius proprium, & de eo teſtari poſſit, ſi tamen
in vtilitatem eccleſiæ aliquo modo impendatur, effi-
citur eccleſiæ, & de eo clericus non poteſt diſponere,
ſed ſolum vti ad vitam, d. c. fin. & ratio eſt: quia aug-
mentum & vtilitas rebus eccleſiaſticis annexa eccle-
37 ſiæ cedit, ſed ſi eſt ſeparata, cedit ei qui facit. † ita An-
char. in d. cap. fi. nu. 2. quem ſequitur Imo. ibi, nu. 3. &
hanc concluſionem tenent omnes ibi, præcipuè Abb.
num. 2. Redoan. de reb. eccleſ. non alienan. quæſtio. 72.
cap. 1. nume. 7. & idem tenet Rot. deciſ. 761. nu. 5. in 1.
par. in nouiſſimis. & hoc videtur perpetuum non ſolũ
fauore eccleſiæ, ſed omnium, quia vbi augmentum

diuidi

diuidi,& ſeparari non poteſt à re,tunc cedit rei, vt in
38 feudali,† probat text.in tit.de inueſtit.de re alien.fa-
cta,c.1.vbi augmentum cedit domino, ſequitur Alex.
conſi.44.num.4.ver.corroboranrur,vol.3.Redo.d.t.1.
nu.6.vbi poſt Alex.ibi dicit,quod ędificium factum in
39 re eccleſiæ cedit ipſi † eccleſiæ, igitur ſi quid clericua
impendit in rem eccleſiæ, vt pro eius recuperatione,
id lucro cedit eccleſiæ, & propterea ab eius hæredi-
bus repeti non poteſt, licet viuens ipſe tanquam titu-
latus gaudeat omni melioratione.
Secundo moueor: quia præſumitur D. Rainaldum
tum Capellanum, feciſſe impẽſam prædictam de red-
40 ditibus eccleſiæ ex quo erat illius adminiſtrator, † l.
Neſennius,vbi Doct.ff.de neg.geſt.Crau.cõſ.129.nu.
3.& ſi quid habet clericus,præſumitur de bonis eccle-
41 ſiæ acquiſiuiſſe,† c.1.vbi gl.& Doct.de pecul.cler.alios
citat Didac.d.c.1.nu.6.de teſtam.Boer.deciſ.81.nu.6.
Ferret.in conſ.118.in princ. Mand.ad Roman.in cõſi.
159.nu.4.& Burſ.conſ.376.nu.1. & ſeq. quæſita autem
per cleticum ex bonis eccleſiæ,acquiruntur ipſi eccle-
42 ſiæ,atque efficiuntur,† c.Epiſcopi,2.q.1.c.fixum, 12.q.
5.c.1.& c.inquirendum,de pecu.cler.vbi glo.notab. q̃
ſequuntur DD.præcipuè Card.& Barb.qui dicunt ſin
gularem ad hoc, quod res empta ex pecunia eccleſiæ
acquiritur ipſo iure eccleſiæ tranſitque in eius domi-
nium,etiã ſi nomine proprio ipſius prælati empta ſit.
43 † idem voluit glo.in c.Apoſtolicos,12.q.s. in l.1. C. ſi
ǫuis alteri,vel ſibi Aret.in l.cum hęredes,in prin.ff.de
acq.poſſeſſ.cõem dicit Didac.in d.c.1.nu.5.de teſtam.
vbi habet pro abſoluto, qñ empta eſt ab eo qui eccle-
ſiam,vel eius bona adminiſtrabat. eſt etiam text.in c.
placuit,12.q.3.vbi gl.dicit eſſe ſpeciale in eccleſia, qđ
etſi ſacerdos proprio emat nomine de pecunia eccle-
ſiæ,tñ res ſtatim fiat eccleſiæ,& dicit Abb.in c.1.de pe
cul.cleric.qđ qõ eſſet de indubitabili,ſi ſacerdos emiſ
ſet nomine eccleſiæ,ideo infert intelligendam eſſe,qñ
emit nomine proprio,in quo tñ non aduertit,quod qõ
eſt vtilis,& dubia,qñ emit nullo expreſſo nomine, ec-
cleſiæ, vel proprio,Redo. latè q.53.c.4. per totum,vbi
refert latius ſe tractaſſe in tractatu de ſpolio clericor.
in tantum autem hoc procedit, quod perſonalis etiã
actio tranſit in eccleſiam qñ contractus eſt celebratus
ſuper bonis eccleſiæ,vt per Sarn. in tract. de redditib.
eccl.par.3.c.2.nu.8.Rota d.deciſ.761.nu.3.ergo expen
ſæ illæ tanq̃ factæ de redditibus eccleſiæ,ſpectabũt ad
eccleſiam, & conſequenter ad ſucceſſorẽ in beneficio.
Tertio expenſa facta in recuperatione rei eccleſiæ,
cenſeri debet,ac ſi aliquid eſſet ipſi rei iniunctum, in-
ſertum,aut ædificatum, at ædificatum in ſolo eccleſiæ
ẽt ſi conſtaret quod ædificium factũ fuerit de propria
44 pecunia,cedit eccleſiæ,& fit ipſius. † Alex.in d.cõſ.44.
nu.3.in fi.vol.3.Redoa.d.q.72.c.1.nu 6.& eſt regulare,
quod ædificium cedit ſolo, l.2. ff.de rei vend. l.Labeo,
§.ex diuerſo,ff.de acquir.rer.dom.l.qui domum, ff. ad
leg.Aquil.in quibus locis dicitur, qđ quidquid plan-
45 tatur, ſeritur, vel ſeminatur, ſolo cedit, de † quo latè
Redoa.in d.q.75.c.5.&6.Molin.lib.1.c.26.nu.14.mul
to ergo magis verum id erit ſauore eccleſiæ cuius cau
ſa ſemper præcipua eſt, adeo, vt licet regulariter ædi-
ficium factum in alieno ſolo cedat ſolo, tñ ſi quis ædi-
ficat in ſolo patrimoniali,de pecunia eccleſiæ, tunc ſo
46 lum cedit ędificio,† ſecundum gl.in c.Apoſtolicos,12.
q.2.Specul.in tit.de empt.& vend.§.tertio loco,nu.18.
Alex.d.conſil.44.nu.3.in fi.Abb.in conſil.94.vol.5.Ti-
raq. de priuileg. piæ cauſ. priuileg.151.vbi poſt Ioan.
Andr.& Rom. dicit, ꝙ ſaltem iſto caſu ædificium non
cedit ſolo,& quamuis in bonæ fidei poſſeſſore qui ędi-
ficauit,concludant DD.ſoluendam eſſe ædificanti ve-
47 ram,& iuſtã æſtimationem,† l.domos,ff.de lega.1.vbi
Doctores omnes præcipuè Iaſ.nume.2.l.ſi quis ſciens,
l.ſi in area,C.de rei vendicatio.§.certè, & vbique Do-
ctores, Inſtit. de rerum diuiſ. multos citat Molin. d.c.
26.nu.14. vbi loquitur in fideicommiſſario, & poſſeſ-
ſore maioratus, qđ non poſſit donandi animus conſi-
derari in eo qui bona fide,& cum titulo poſſidet, qua-
lis eſt clericus beneficiatus,vt per Bal. in l.2. C. de rei
vend.quia donationis pręſumptio cadit,qñ nulla alia
48 ſubeſt coniectura,† ſecundum Bal.ibi,Redoa. d.q.72.
c.5.& 6.& in c.3.nu.10.vbi dicit,quod non præſumitur
animus donandi in emphyteuta, vel vaſſallo, ex quo
habent titulum à Domino rei; id quod ẽt ſeruire põt
pro Clerico beneficiato: tamen hoc procedit,quando
res eſt apud ſucceſſorem perpetuo manſura, veluti ſi
grauatus tenetur reſtitnere fideicommiſſario,qui po-
ſtea non tenetur alij reſtituere, tunc enim fideicõmiſ-
ſarius tenetur reddere impenſam factam: tota enim
cedit eius loco,& cõmodo. aliud autem eſt,qñ is quo-
que fideicommiſſarius teneretur, vel eſſet rogatus re-
ſtituere alij: nam eo caſu non tenetur reficere expen-
ſas factas,aliàs repeteret à ſequenti,& ſequẽs ab alio,
ita,vt progreſſus daretur in infinitum,quod eſt vitan-
dum,l.fideicõmiſſa,§.qui dotem, vbi Doct. ff.de leg.3.
ita loquẽdo in fideicommiſſo, & maioratu perpetuo,
49 reſoluit† Molin.d.c.26.nu.15.verſ.ſed mea ſententia,
vbi declsrat hoc modo procedere, l.domos hæredita-
rias,& iura ſupra in contrarium allegata.& hæc reſo-
lutio facta in fideicommiſſo, & maioratu, multo ma-
gis conuenit ſucceſſori in beneficio quod nullo modo
intercidere poreſt cum tamẽ fideicommiſſum, & ma-
ioratus multis in caſibus deficere, & finiri poſſint.
Quarto,quidquid impenſum eſt à D.Rainaldo pro
recuperando prædio,videtur eccleſiæ, ſeu capellæ do-
natũ,idque ex pluribus deducitur. Primo,quia dona-
50 re vr̃ quicunque res ſuas alicui defendit, † vt probat
tex.in Auth. Vt ẽt eccleſ.Roma.cẽtum annor.cir.med.
verſ.habeat, itaq; ſanctitas tua, per quẽ ita dixit Ma-
ſcar.in tract.prob.concl.554. nu.94. Secũdo videmus,
ꝙ rõne amicitiæ donatum vr̃, ſi quid amici cauſa im-
51 pẽditur,† l.is qui amicitia,ff.de neg.geſt.vbi impenſa
facta in remouendo tutores ſuſpectos, non repetitur
per amicum, qui illam fecit; ſic procurator qui amici
ſui filium defendit in iudicio, non repetit impenſam,
ſed donandi animo præſumitur eã feciſſe,ſtante ami-
citia,quæ ſibi cum patre intercedebat,Bal.in l.2.nu.5.
C.de iure dot.& ponit Maſcar.d.concl.554.nu.56.vbi
ſubdit,id præſertim obtinere,qñ cum amicitia coniun
cta eſt pia cauſa, vt in facto noſtro: plurimum enim
operat̃ amicitia præter cões regulas,vt latiſſimè pro-
bat Tiraq.in l.ſi vnquam,in verſ.libertis,nu.92.& mul
tis ſeq.C.de reuo. don. ſed quæ poteſt maior conſide-
rari amicitiis,quam inter clericum,& eccleſiã, ſeu ca-
pellam ſibi collatam: intereſt enim quoddã quaſi ma
trimonium,tãta eſt coniunctio. Tertio ſi ſauore dotis
52 pręſumitur donatio,† vt poſt Martin.de Fano inquit
Cin.in l.fi.in 3.q.C.de iur.dot.vbi fortius loquitur,ẽt-
ſi dans dotem ſit adminiſtrator. Bald.in l. Neſennius,
col.5.nu.3.ff.de neg.geſt.Bald. Nou.de dote,in.6. par.
priuileg.45. & in extraneo abſolutum eſt,quod fauo-
re dotis cẽſetur donare,l.fi.C.de iur.dot. Docto.in l.2.
§.1.ff.ſol.matr.Bart.in l.quæ dotis,nu.6.ff.eo. Soc.iun.
in cõſ.79.nu.74.vol.3. Dec.in conſ.35.col.. Menoch.
de arb.iud.caſu 88.nu.36.Maſcard.loco pręcitato,nu.
77.ergo idem dicendũ eſt ſauore eccleſiæ: nã ideo do-
53 tis conceditur priuilegiũ: quia eſt cauſa pia, † l.cũ is,
§.pen.ff.de cõd.indeb. expreſsè Bar.d.l.quæ dotis,nu.
6.ſequuntur Menoch. & Maſcard. locis prællegatis,
Tiraq.de pia cauſa,in præfa.verſ.item cum dos,vbi di
cit cõem,& pia cauſa,ac eccleſia æquiparantur, & eiſ-
dem

Google

54 dem gaudent priuilegijs,† Io. Andr. Anch.& Gemin.
in c. 1. de reſtit. in integr. in 6. Inn. Abb. & alij, in c. re-
latum, de teſta. Anch. Card. & alij, in c. grandi, de ſup-
plen. neglig. prælat. Tiraq. de pia cauſa, priuil. 140. Si-
cuti igitur donatio præſumitur fauore dotis, ita præ-
ſumi debet fauore piæ cauſæ, & eccleſiæ: valet enim ar
gumentum à dote ad piam cauſam, vt latè hoc probat
Euerar. loco 25. vbi etiam dicit, quod dos habet in ſe
pietatem. Quarto quod clericus impẽdens circa rem
quæ pertinet ad ſuam eccleſiam, videatur donare, &
55 conſequenter minimè repetat, voluit,† Alciat. in cõſ.
38. in fi. vbi hoc admittit pro abſoluto, licet velit, q̃d ſi
ob eam cauſam clericus cũ aliquo cõtraxit debitũ, q̃d
nõ erat ſolutum tempore mortis clerici, illius ſolutio
ſpectet ad eccleſiam, vel eũ qui in beneficio ſucceſſit:
& loquitur in eo qui fecit multa melioramenta in do-
mo eccleſiæ, ſed aliquid non fuerat ſolutum lapicidæ.

Quinto principaliter, quod expenſæ factæ in vtilita
tem rei eccleſiæ pertineant ad ſucceſſorem non autem
56 ad hæredes præfati prædefuncti,† extat egregia deci-
ſio Rotæ, 761. per totam, in prima par in nouiſſ. quæ lo
quitur in fortioribus terminis, quãdo ſcilicet lata fuit
ſententia, & condẽnata pars in expenſis, vult etenim,
quod illarum expenſarum exactio ſpectet ad ſucceſ-
ſorem, duplici rõne. Prima, quia præſumitur facta illa
expenſa de redditibus eccleſiæ: ideo ad eccleſiã per-
tinet. Secunda, quia habetur pro melioratione facta
in re eccleſiæ, & conſequenter non tranſeunt ad hære-
dem ſanguinis, nec de eis licet teſtari, quod ſi iam fa-
ctæ, & debitæ à condemnato ſpectant ad eccleſiam,
multo magis illæ de quibus non eſt lata ſententia.

Et nõ obſtabit q̃d ſupra dictum eſt de hærede eum
beneficio inuentarij, & de grauato: quia tñdeo mul-
tis modis. Primo, quod ibi nõ ſubeſt aliqua rõ, vel præ
ſumptio quod voluerint donare, ſicuti diximus ſupra
in quarto fundamento, militare in impenſa quæ fit ad
commodum eccleſiæ, & piæ cauſæ, maximè à proprio
Capellano, & eo, cui commiſſa eſt defenſio Capellæ.
propterea non mirum, ſi quid ab eo non repetitur.

Secundo reſpõdeo, quod grauatus, & hæres impen-
derunt de proprio, & de eo, de quo ipſi poterãt diſpo-
nere inter viuos, & in vltima voluntate, merito datur
eis repetitio, at Capellanus impendit, & impendiſſe
præſumitur de pecunia eccleſiæ, vel comparata ex fru
ctibus eccleſiæ: propterea quidquid ex ea quæſitum
fuit, ẽtſi ſit actio perſonalis, fit eccleſiæ, vt dicitur in ea.
deciſ. 761. nu. 3. & ſi dicatur nonne ẽt Capellanus de
fructibus poterat diſponere pro libito? tñdeo, id verũ
quidem in vita, ſed non in morte, vt probaui in prima
q̃one principali, & in fructibus perceptis non ẽt quo-
ad in exactos, qui ex Bulla Iulij III. tranſeunt ad ſuc-
ceſſorẽ in beneficio. Tertio in fideicõmiſſario põt pro-
cedere, qui nõ ſit grauatus alij reſtituere: ſed aliud in
eo qui alij debet reſtituere: is enim nõ cogitur ſoluere
impenſam, ſcd̃m diſtinctionẽ Molin. ſupra relatam, in
tertio principali fundõ, & multo magis in ſucceſſore
beneficij qui certus eſt de perpetua ambulatione per
manus infinitorum. Ex quibus tollitur illud quoque
q̃d ſecundo loco deductum eſt, de vſufructuario, quia
illæmet militant rationes quæ in grauato, & hærede.

Quod vero tertio loco allegatur poſſe prælati repe
tere ab eccleſia quidquid de ſuo impendit, vt ſe defen
deret in prælatura, non turbat negocium: quia verum
eſt dum viuit ipſe, q̃d repetit, ſed eiuſmodi repetitio
non daretur hæredi ſuo, quia contra hæredem militãt
rationes oẽs ſupra allegatæ pro hac parte, quæ tñ oẽs
ceſſant quoad prælatum rei viuentem, nam meliora-
tiones oẽs per eum factæ circa eccleſiam, vel rem eccle
ſiæ, ad eum ſpectant dum viuit, vt in c. 1. de pecul. cler.
c. 1. de ſolut. & dixi ſupra in primo fundamento: ſed
poſt mortem remanẽt eccleſiæ, & ideo ſi D. Rainaldus
poſt factas dictas expenſas fuiſſet ad aliã eccleſiã tran
ſlatus, ſine dubio fructus huius beneficij obtinuiſſet
57 pro toto tp̃e decurſo ante trãſlationem, Rota in † de-
ciſ. vnica, de tranſl. Epiſc. in antiq. Bellam. in c. ſi quis,
nu. 10. verſ. vltimo quæro, 21. q. 1. Rot. quæ alios citat,
in deciſ. 809. nu. 2. parte prima, in nouiſſimis. Sicẽt in
reſignante, licet non petat fructus poſt reſignationem
perceptos, tñ ad eum ſpectant qui ante percepti ſunt,
vt per Gabriel. in conſil. 192. per totum, vol. 1. Caualc.
deciſ. 44. n. 1. in prima parte, & eodem modo potuiſſet
repetere expenſas factas ad commodum eccleſiæ cir-
cumſcripta tamen cõſideratione donationis: ſed quia
deceſſit, ſicuti ad hæredes non tranſmiſit fructus ſi qui
erant non exacti, & non trãſmiſiſſet perceptos, ſi non
adeſſet compoſitio cleri, ita nec has expenſas.

Sic etiam reſpondetur ad ea quæ dicuntur quarto
in argumento de eo qui impendit de ſuo patrimonio:
nam hoc verum eſt dum viuit, quia eſt ſuum durante
vita, & datur retentio, vt dicunt illi Doct. ſed poſt mor
tem, quidquid Abb. & alij ſupra in contrarium citati
dicant, aliud eſt: nam clara eſt deciſio, q̃d impendens
in rebus eccleſiæ ea de quibus aliàs poterat teſtari, nõ
tranſmittit ad hæredes, licet illis gaudeat in vita, c. fi.
de pecul. cler. vbi Anch. Imo. Abb. & alij, qui nõ faciũt
differentiam inter ea quę fuerũt à clerico acquiſita ex
induſtria, & ea quæ habuit ex ſuo patrimonio, cum de
oĩbus permiſſum ei ſit teſtari, & propterea ſi nõ tran-
ſmittit ad hæredes, ea quæ q̃uis ex propria induſtria
quæſita, impendit in meliorando rem eccleſiæ, non ẽt
trãſmittet patrimonialia: æquiparatorum enim eadẽ
eſt deciſio: & diſpoſitu in vno, locum habet ẽt in alio,
58 † glo. in c. ſi poſtquam, in ver. prouiſione, de elect. in 6.
quam dicit ſing. Corn. in conſi. 256. nu. 23. vol. 1. Iaſ. in
l. ſi conſtante, in prin. nu. 32. ff. ſol. matr. & nulla reddi
poteſt apta rõ diuerſitatis, quare magis clericus ad hę
redes tranſmittat impenſam factam ex quæſitis indu
ſtria, q̃ eam quæ facta eſt de patrimonio. Cum igitur
eadem in vtraque ſit ratio, idẽ quoque ius eſſe debet, l.
illud. ff. ad leg. Aquil. Dec. in conſi. 15. nu. 2. & in conſi.
301. nu. 6. & 8. & text. in c. quicũque, 12. q. 4. per quem
Abb. in d. c. de multa, nu. 14. de præb. & in c. fi. nu. 2. de
pecul. cler. dixit tranſmitti ad hæredes ius repetendi
impenſam factam de bonis patrimonij, nõ hoc dicit:
ſed ſolum loquitur inter viuos, nullo verbo facto de
eo, quod poſt mortem contingere poſſit, in c. autẽ præ-
cedenti, licet dicatur quod ad hæredes tranſmittitur
res quæſita partim ex patrimonio, & partim ex pecu-
nia eccleſiæ, tñ id nihil ad nos: quia illud nõ fuit ero-
gatum circa rem eccleſiæ; Mihi ergo nullo modo pla-
cet deciſio Abbatis, quamuis eam ſequantur multi ſu
pra relati, nec ꝑ eo video ſtare ius, aut rõnem aliquã:
ſed vbi ẽt vera eſſet, caſui noſtro nõ conueniret: quia
non apparet, q̃ D. Rainaldus pro recuperatione dicti
prædij aliquid impenderit de ſuo patrimonio: quini-
mo non fuit probatum, quod haberet bona patrimo-
nialia, & in dubio quidquid habet clericus, præſumitũ
59 quæſitum de bonis eccleſiæ,† c. 1. vbi oẽs Doct. de teſt.
& ibi Did. nu. 7. & dixi ſupra, in 2. principali fundõ, &
in hoc eccleſia fundatam habet intentionem cõtra hæ
redes clerici, Felin. in c. ex litteris, nu. 3. de cõſtit. Ber-
tach. de epiſc. p. 4. q. 3. & in dubio expenſa facta circa
60 rem eccleſiæ præſumitur facta ex bonis eccleſiæ,† ſe-
cundũ Hug. Io. & Arch. in c. 1. 12. q. 4. Inn. & Abb. in c.
fi. de pecu. cler. & in pulchro caſu Felin. in conſ. 11. nu.
6. vbi infert, q̃d renuncians beneficio rectè, & ſine la-
be ſimoniæ, exigere poteſt expẽſas quas fecit de pro-
prijs bonis ad commodum beneficij, ſecus ſi de bonis
eccle-

eccleſię, vel dubium eſt de qnibus, & ad eam deciſionē
Felini aduertatur: qnia non vnlt, quod exigere poſſit
id, quod de bonis eccleſię impendit, licet adhuc viuat,
& eam deciſionem ſequitur Flam. Pariſ. in trac. de re-
ſignatio. benefic. lib. 14 c. 7. nu. 46. ſic ergo in propoſito,
cum non appareat quibus ex bonis facta fuerit impen
ſa, præſumetur quod facta ſit de bonis eccleſiæ, & cōſe
quēter eius ceſſabit repetitio, ſcd'm prædicta, poſtquā
hęres non curauit probare quod haberet patrimoniū.
Parum etiam obeſt, quod ſucceſſor in beneficio tenea-
tur ſoluere debitum factum à pręceſſore circa rem ec-
cleſiæ: nā hoc ego quoque admitto, & pro hoc ego alle
gaui ſupra Alc. in conſ. 38. in fi. & confirmatur ex c. 2. &
c. quicunque, 12. q. 4. vbi reficitur clerico ſi quod ei de-
trimentum infertur occaſione eccleſiæ, ſed nō per hoc
infertur, quod hæres clerici poſſit repetere ſolutū, ceſ-
ſat enim ratio: nam ſi hæres clerici nullum cōſequi de-
bet commodum ex adminiſtratione eccleſiæ facta per
clericum ſuum authorem, vt dictum eſt, iuſtum quoq;
erit, quod non ſentiat incommodum pro eo quod cle-
ricus author ſuus promiſit aut ſe obligauit ad vtilita-
tem eccleſiæ: ita dicitur in d. c. 2. in fine ſicuti etiam di
cimus de hærede qui reſtituta hæreditate, non debet
61 vexari † à creditoribus hæreditarijs, l. 1. in prin. & l. q
totam, ff. ad Treb. §. ſed quia ſtipulationes, Inſti. de fi-
deic. hær. Sal. in l. 2. C. ad Treb. ſed omnis actio per re-
ſtitutionem tranſit in fideicommiſſarium, qui ideo cō
uenitur à creditoribus, l. reſtituta, ff. ad Trebell. l. cogi,
ff. eo. tit. accedat, quod eccleſia locupletari non debet
cum aliena iactura, locupletaretur autem, ſi ipſa com-
modum perciperet, & hæres clerici ſolueret debita, iō
iuſtè ſancitum fuit, quod eccleſia vel ſuccedens in ea,
teneatur ad æs alienum contractum pro eccleſiæ vtili-
tate, c. 1. de ſolutio. latè Redoan. de rebus eccl. nō alien.
q. 56. c. 1. & ſeq. ſed aliud eſt in ipſo beneficiato impen
dente circa rem beneficij: quia non tranſmittit ad hæ
redes, ratio diuerſitatis eſt: quia ſi hæres cogeretur ſol
uere debitum factum pro eccleſia, vbique grauaretur
in bonis patrimonij, at ſi repeteret impenſum conſe-
queretur de bonis eccleſiæ contra omnia iura, & reuo-
caretur donatio quæ facta præſumitur à clerico impē-
dente. Et ſi dicatur, ſi pręſumitur donatio vt ſupra fuit
deductū, quare viuenti clerico datur repetitio, reſpon
deo, quia donatum vr̄ ſub ea ſpe, retinendi beneficiū,
& ob cauſam illam quod ſuum ſit beneficium, propte-
rea ſi beneficium relinquat, vel eo priuetur, repetit tā-
quam cauſa nō ſequuta vel impleta, ſicuti dicimus de
monacho qui tempore ingreſſus monaſterij intulit bo
na ſua patrimonialia, nā ſi inde recedat, recuperat bo
na ſua, & acquirit ſecūdo monaſterio, quod poſtea in-
62 greſſus fuit: † quia videntur ſub conditione data ſi ibi
permanſerit, inſtar dotis datæ marito, quæ eandē con-
tinet cōditionem, l. vnica, §. cum autem, C. de rei vxor.
actio. c. nuper, de dote poſt diuor. reſtit. ita voluit Car
din. in c. quod à ſe, de cler. coniug. vbi etiam Abb. nu.
8. qui dicit notandum, & ſæpe euenire in practica. Eſt
verum quod multi tenent contrarium, vt latè diſpu-
tat Socin. in conſil. 52. num. 12. & ſequen. volum. 4. &
Menoch. in conſil. 193. num. 1. & 12. ſed quidquid ſit,
datum intuitu alicuins cauſę, repetitur ceſſante cauſa,
63 vt † latè probatur ex his quæ ponit Tiraquell. in tra-
cta. ceſſante cauſa, part. prima, per totam, vbi autem
clericus deceſſit, ceſſat repetitio: quia conſummata
eſt cauſa propter quam facta fuit donatio.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt à mixto exequutore quando grauauit.*
2 *Appellatio datur ſi lata ſententia contra vnum pronuncie-
tur exequendam eſſe contra alium.*
3 *Appellationi eſſe locum in dubio pronunciandum eſt.*
4 *Exequutor merus dicitur ille, cui iudex puram facti execu-
tionem committit poſt latam ſententiam, & poſt habitam
cauſæ cognitionem ſuper exceptionibus.*
5 *Exequutoris qualitas colligitur à forma mandati.*
6 *Delegatus nullam habet iuriſdictionem niſi quanta ſibi à de-
legante tribuitur.*
7 *Delegati authoritas regulatur ſecundum reſcriptum, nec vl-
tra perſonas vel res in eo contentas extenditur.*
8 *Arbitri poteſtas pendet à compromiſſo, nec vltra illud ex-
tenditur.*
9 *Sententia exequi non poteſt contra tertium non citatum.*
10 *Iudex qui alterius mandatum exequitur, non dicitur facere
aliquid, ſed mandans.*
11 *Exequutionem non impedit tertius quando ſciuit cauſam
agitari.*
12 *Exequutio fieri poteſt contra tertium qui fuit citatus cum
Clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe.*
13 *Exequutio fieri poteſt contra tertium qui acquiſiuit lite
pendente.*
14 *Dominium & poſſeſſio probatur per conſtitutum inter con-
ſtituentem, & conſtitutarium, & ab eis cauſam habentes.*
15 *Regulæ in dubio eſt inhærendum & ſecundum eum iudi-
candum.*
16 *Appellatio in dubio non eſt admittenda, quando ſumus in
materia in qua prohibetur appellatio.*

CONSILIVM CCCXXXIIII.

MVltis rationibus dixi aliàs non eſſe
admittendam appellationem peril-
luſtrium dominorum iugaliū de Tur-
chis, & præcipuè, quia is qui appella-
uit pro eis, non habebat ſufficiens mā
datum, & non expreſſerat ſufficienter
cauſas grauaminnm, vt requiritur qn̄ appellatur ab
exequutore, & poterant hæ cauſæ ſufficere pro illius
appellationis reiectione, præcipuè cum eis nullo pa-
cto reſpōdeatur in nouiſſimis dubitationibus; inſiſto
itaque iam deductis; ſed ne vno aut altero tantū fun-
damento munita videatur cauſa perilluſtris D. Comi
tis Ioan. Iacobi ab Arcu, non grauabor hæſitationes
qnoque propoſitas diſſoluere, quæ tria continent, pri-
mum, quod dn̄s Prætor Sablonetæ fuit non merus ſed
mixtus exequutor, ideo licet ab eo appellare quando
5 grauauit, † iuxta notata per Bart. in l. à Diuo Pio, in
princip. ff. de re iudic. vbi etiam alij Doctores in cap.
finali, de præſumpt. in c. paſtoralis, §. quia verò, de
offic. delega. dicitur autem tunc grauaſſe cum oppoſi-
tas exceptiones reiecit, vt fecit dictus Prætor.

Secundum eſt, quod vbi etiam Prætor eſſet merus
exequutor, tamen in eo videtur exceſſiſſe, quod cum
ſententia lata fuerit per dominos delegatos Mantua-
nos contra Dominum Vincentium Piperarium, pro-
nunciauit illam exequendam eſſe contra dictos do-
2 minos iugales, † ideo dicunt Ang. in l. ſi cum exceptio
ne, §. hæc autem actio, ff. de eo quod met. cauſ. & Imo-
la, Nil ab executore, colum. 2. ff. de appellat. quod lata
contra vnum ſententia, ſi pronnnciatur exequenda
contra alium, datur appellatio. † ſequuntur alij apud
Capic. deciſ. 1. num. 17. verſic. ſed quoad caſum no-
ſtrum. Lancellot. in tract. de attenta. in 2. par. cap. 12.
limit. 53. num. 21.

Tertium eſt quod in dubio pronunciandum eſt q̄
3 ſit locus appellationi, † glo. in cap. vt debitus, in ver.
rationabili, de appellat. Innoc. in cap. dilectus, il 2. de
reſcript. Crot. in conſi. 124. num. 11. Neuizan. in conſi.
44. num. 9. & procedit etiam quando eſt regulariter
L prohi-

prohibita. Bart.in l.1.num.6. ff.nil nou.appell.pend.
Franch.in cap.conſuluit,num.3.de appellatio. & cum
DD.dicant indiſtinctè deſerendum eſſe appellationi,
vt per Iaſ.conſ.187. nu.9. volum.2. Tiraquel.in tract.
Le mort ſaiſit,in 6.part.declaratio.6.num.10.Grat.in
conſil. 163.num.11. & 51. vol.2. intelligi debent indi
ſtinctè ſiue appellatio regulariter ſit admiſſa, ſiue ſit
prohibita,l.de pretio,ff.de Publician. in rem actio.

Nam accedendo ad primum caput, merus execu-
tor à iure cognoſcitur ex qualitate cauſæ vel negotij
demandari, & is dicitur merus executor cui iudex pu
ram facti executionem committit, poſt latam ſenten-
tiam & poſt habitam cauſæ cognitionem ſuper exce-
4 ptionibus.† ita declarat Bar.in d.l.à Diuo Pio, nu.10.
ſequitur Imo.ibi nu.3.col.2.verſic.circa aliud quando
committitur, vbi tres diſtinguendo caſus ponit vlti-
mo loco tertium,quando alicui committitur executio
præcedente non ſolum deciſione, & cognitione quæ
requiritur in ſententia,ſed etiam ea quæ ad executio-
nem eſt neceſſaria, & tunc in ver. item adde circa ter-
tium.concludit,quod eſt merus exequutor, qui nego-
tium iam diſcuſſum & deciſum exequitur.imo ſubdit,
quod is ſolus dicitur propriè exequutor, & dicit gl.in
cap.paſtoralis, §.quia verò, in verſic.ſciat,de offic.de-
leg. quod merus eſt exequutor is,cui committitur exe
quutio ſententiæ latæ partibus præſentibus. Anchar.
ibi,nu.3.ſequitur Bar.in loco prçcitato.Butr.nu.8.vbi
inquit, quod hic exequutor recipit executionem tan-
tum nõ iuriſdictionem, & nu.9. dicit,quod quidã ſunt
puri & nudi exequutores facti, ideſt quibus merum
factum committitur. Abb.autem num.3.verſi. & idem
dic de ſexto & vltimo, relatis quinque ſpeciebus exe-
quutoris, dicit aliam & ſextam eſſe ſpeciem, quando
iudex plenè cognouit de cauſa, & de exequutione fa-
cienda, & poſtea alteri committit purum factum exe-
quutionis, & hunc dici purum & merum exequuto-
rem, & ſubdit id maximè procedere, in exequutore
deputato ab homine, ſecus quando à lege; idem dixit
Imola nu. 11. dum vult, quod ſit merus exequutor is,
qui poſt negotium plenè diſcuſſum deputatur ad ſen-
tentiæ exequutionem, & nu. 19. replicat, quod ſi co-
gnitum fuit a primo iudice, non ſolum de concernen-
tibus ſententiam, ſed etiam de his quæ reſpiciũt exe-
quutionem, tunc eſt nudus exequutor, & non habet
agnoſcere ſed exequi. & Abb. in cap. fin. num. 12. de
præſumptio.dicit, quod merus exequutor dicitur ille,
qui deputatur poſt plenè diſcuſſum negotiũ,ita,quod
reſtat ſola actualis exequutio, & is nullam habet po-
teſtatem,ponit exemplum in nuncio,cui committitur
exequutio ſententiæ. & idem repetit Felin.ibi,nu.20.
dicens, quod ſi primus iudex plenè cognouit de iuri-
bus partium,etiam reſpectu exequutionis, tunc is cui
committitur, quod conferat vel inducat in poſſeſſio-
nem, dicitur merus exequutor: & nullam exceptio-
nem admittere debet, allegat Hoſtien. Ioann. Andr.
Butr. & Imol. Dec. quoque in capit.nouit, num.7. de
appellatio. dicit, quod ſi alicui committitur purum
factum,is dicitur merus exequutor, quia grauare non
poteſt vltra commiſſionem, de qua conſtat; & in co-
gnoſcendo quis dicatur mixtus vel merus exequutor,
remittit ſe ad Doctores ſupra relatos, in dicto §. quia
vero, & in dict.l.à Diuo Pio, & infert, quod recuſari
non poteſt; & in hoc non vidi aliquem diſcrepantem.
Prætori autem Sablonetæ ſi videantur literæ Domi-
norum delegatorum Mantuæ,nihil aliud fuit deman-
datum,niſi quod mittat vel aſſociet Comitẽ Ioannem
Iacobum in tenutam & corporalem poſſeſſionem bo-
norum exiſtentium ſuper eo territorio, quæ aliàs erãt
Domini Vincentij prædicti, ita enim legitur commiſ-
ſum fuiſſe ſub die decimaoctaua Aprilis,1594. ex lite
ris incipien. Preghiamo,videlicet, quæ quidem verba
nudum, & merum continent factum, nudique facti
exequutionem.

Rurſus, quod dicti Domini delegati cognouerint
non ſolum ea quæ ſententiam reſpiciũt, ſed illa etiam
quæ ad ſententiæ executionem pertinent, probatur ex
ipſis actis Mantuæ agitatis;qñ quidem, cum lata eſſet
ſententia contra D.Vincentium,commiſſaque eſſet il-
lius exequutio, duo nuntij ad id electi retulerunt ſub
die prima Septembris, 1593. nulla bona ſe inueniſſe,
ex quibus dicto D. Comiti ſatisfieri poſſit, quo facto,
petijt D.Com. prædictus moneri D.Comites Turcos,
iuxta Mantuani Statuti formam, ad indicandum bo-
na dicti Domini Vincentij condemnati, in quibus fie-
ri poſſit exequutio aliàs declarabitur excuſſionem le-
gitimè factam fuiſſe, ad effectum vt exinde poſſint ca-
pi bona quæ reperiuntur apud tertios poſſeſſores ex-
tra Mantuanam ditionem, & præcipuè in Sablonetæ
territorio:& ita conceſſæ fuerunt literæ ſub die ſecun-
da Septẽbris,ad Prætorem Ferrariæ. & quia reſcripſit
Dominos Comites Turcos eſſe ſub iuriſdictione Do-
minorum factorum generalium, vt patet ex reſponſi-
onis die nona Septembris, 1593. ſcriptum fuit in iuris
ſubſidium dominis factoribus die octaua Octobris, q
ſub die decimaquinta eiuſdem mẽſis per literas ſuas
reſpondent,citationis executionem eſſe factam, eiuſ-
que vigore nomine dictorum iugalium cõparuit pro-
curator, qui oppoſuit multa collecta in cedula inſerta
in inſtrumento mandati facti die decimanona Octo-
bris, 1593. & alterius, ſub die decimaoctaua, & cum
actor accuſaſſet contumaciam, eo quod nulla fuerant
indicata bona, moniti fuere Dñi iugales prædicti ad
videndum pronunciari ſuper validitate excuſſionis ꝑ
literas ad eoſdem dominos factores diei decimænonæ
Nouembris repetitas die decimaoctaua Decẽbris, &
de relatione conſtat literis Dominorum factorũ, diei
decimænonæ Ianuarij,& tandẽ octaua Februarij, pro-
nunciatum fuit excuſſionem legitimè factam. ſub die
verò vigeſimaquinta Februar. anni 1594. citati fuere
ipſi iugales, ad videndum prædictum Dominum Co-
mitem mitti in poſſeſſionem ſeu tenutam bonorũ om-
nium Sablonetæ, quæ aliàs erãt Domini Vincentij,vt
ex literis ad factores dicta die conceſſis & eorundem
reſponſione ſub die vigeſimanona Martij patet, quia
vero nihil nomine ipſorum iugalium fuit oppoſitum,
dicti delegati tenutam bonorum Sablonetæ decreue-
rũt atque ita pro illius executione literas ad Dominũ
Prætorem dictę Ciuitatis,in iuris ſubſidium dederũt,
ex quibus patet,quod ipſi delegati cognouerunt circa
ea quæ ſententiæ executionem reſpiciunt, adeo vt iu-
gales prædicti ad ſingulos actus citati, ſibi ipſis impu-
tare debent,ſi nihil oppoſuerunt.

Et non obſtat, quod idem executor cognouerit cau
ſam,citauerit partes,& intellexerit merita, quia vt di
xi in prioribus ſcriptis, non per hoc factus fuit mix-
tus executor, ſed etiam tanquam merus executor po-
tuit deguſtare merita, & intelligere iura partium, vt
probaui ibi,verſi.non etiam reſiſtit, vbi allegaui deci-
ſiones in terminis,quas non repeto;& idem confirma
ui in ver.& non valet conſequentia.

Addo nunc pro ſecunda reſponſione, quod an ſit
merus vel mixtus executor, inſpici debet mandatum
ſeu commiſſio dominorum delegatorum, vt pulchrè
dicunt Doctores,in dicto cap.fin.de prçſump. in dicto
c.paſtoralis,§.quia vero,& in d.l.à Diuo Pio, in princ.
& in alijs locis ſupra citatis,vbi ſemper à forma man-
5 dati colligunt qualitatem executoris. † idẽ voluerunt
Bal.& Dec.d.c.nouit, de appell.& bene quidem: quia
delega-

delegatus nullam habet iuriſdictionem, niſi quãta ſi-
6 bi à delegante tribuitur,† cap.1.de offic.delegat. Nat.
in conſ.39.in princ.Becius in conſ.21.nu.14. & forma
mandati eſt ſeruanda,l.diligenter,ff.mandat.& quod
dicitur de mandato ad contractus, procedit etiam in
mandatis ad cognoſcendum cauſas, & l.quia,ff.de iu-
riſdict.omn. iudic. Dec.in cap. relatum, nu.2.de offic.
deleg. ideo ſemper attenditur reſcriptum, & ſecundũ
7 illud regulatur authoritas delegati,† nec vltra perſo-
nas vel res in eo contentas extenditur. Innoc. in cap.
ſuper literis,in gl.magna, de reſcript.infinitos cumu-
lat Becius, d.conſ.21.nu.14. & ſequen. ſic etiam dici-
mus, quod poteſtas arbitri pendet à cõpromiſſo, nec
8 vltra illud extenditur, † l.non diſtingu. §.de officio, ff.
de arbitr. Angel.in conſil.231. Bald.in conſ.138.vol.4.
Roland.in conſ.88.nu.37. in 4. Becius latè in conſ.99.
num. 13. ex forma autem literarum ſcriptarum ad
Prætorem Sablonetæ apparet, quod ſola facti execu-
tio ideſt nuda immiſſio vel aſſociatio,fuit ſibi deman-
data, & quod per dictas literas nulla illi fuit conceſ-
ſa facultas cognoſcendi vel decidendi.

Secunda quoque non repugnat obiecto, quod ſen-
tentia lata contra vnum,fuerit executa contra alium,
atque ideo Prætor exceſſerit; Reſpondeo enim, quod
imò hic non eſt exceſſus, quia executionem fecit con-
tra eos contra quos fuit commiſſa, ideſt contra domi-
nos iugales Turcos,qui vt dixi,fuerunt citati, & nihil
ſaltem validum oppoſuerunt, & Doctores qui dicunt
non poſſe exequi contra tertium ſententiam contra
vnum latam, intelligunt de tertio qui nõ fuit citatus,
9 & contra quem executio non fuit commiſſa, † Innoc.
cap.1.in glo.a.de conceſſio.præb. in 6. vbi dicit, quod
tertius debet citari ſi poſſidet. Sequuntur multi apud
Felin.in d.cap.fin.nu.24.Alex.in conſil.52.nu.4.vol.7.
Rolan.in conſ.5.nu.16.& ſequen.vol.2.at cum fuerint
citati ad opponendum,& nihil dixerint,fuerītq; com
miſſa miſſio poſt decretam tenutam, non poſſunt dici
tertij, nec conqueri quod ſententia fuerit contra eos
exequuta,facit,quia iſto caſu Prætor qui formam lite-
rarum eſt ſecutus, non dicitur exceſſiſſe nec grauaſſe,
vt dicebam in primo reſponſo,in verſi.quæ omnia,etſi
ſubtilia,in fine.quibus addo Bald. in dict. cap. nouit,
dicentem, quod non grauat executor niſi excedat; &
ibi etiam Cardin.Abb.nu.5. & 7. in fine. Dec.num.3.
vbi dicunt, non facere aliquid iudicem qui alterius
10 mandatum exequitur. † & dicit Berous in cap. quo-
niam Abbas, nu. 111. & ſequen. de offic. deleg. quod
vbi nudum miſterium fuit alicui commiſſum,tũc exe-
cutor non dicitur facere verè nec propriè nec impro-
priè,ſed ipſe mandans dicitur propriè facere,mediã-
te executore,qui tanquam pica & organum mandan-
tis facit. Si ergo in executione fuerunt grauati, iſtud
grauamen prouenit à mandantibus, qui tenutam di-
ctorum bonorum decreuerunt, ideoq; ab eorum pro-
nunciatione appellandum fuit, non ab executore.

Reſpondeo etiam, quod tertius non impedit execu
11 tionem quando ſciuit cauſam agitari. † Innoc.in cap.
cum ſuper,colum.vltim.vbi Felin.num.10.de re iudic.
Bart.Imol.& Ang. Aretin. in l.à ſententia, colum. fin.
de appel.Cald.in conſil.9.titul.de re iudic. Anchar.in
cõſil.333.colum.2.Dec.in cap.ſua, colum.2. de appel.
Boer.deciſ.79.num.3.Franc.March.deciſ.538.num.7.
Grammat. conſil.ciuil.92.num.5. Ripa in conſil.166.
num.5. Crauet.in conſil. 503. num.5. & Imol. in loco
præcitato dicit quod talis non poteſt appellare. ſequũ
tur alij ſupra citati. Natta in conſil.457.num.2.vbi lo
quitur in eo qui aſtitit iudicio. Pureus qui ſic atteſta-
tur fuiſſe deciſum,deciſ.71.num.3.& de cõmuni teſta-
tur Contard.in l.vnica, limit.23.nu.7. C. ſi à moment.
poſſ.vbi alios citat Men. in cõſ.79.nu.23. vbi loquitur
in eo qui comparuit in iudicio.Boer.d.deciſ.79.ipſi au
tem iugales ſciuerunt quod D. Vincentius eorum au-
thor fuerat cõdemnatus,comparuerunt & fuerunt ci-
tati in iudicio executionis, & præſertim qũ fuit Com.
Ioan. Iacob. decreta tenuta & poſſeſſio bonorũ Sablo-
netæ:quinimo,in citatione vt ſupra retuli,fuit expreſ-
ſe dictum,ideo fieri excuſſionem bonorum D.Vincen-
tij,vt exinde ſententia poſſet exequi in bonis Sablone
tæ,propterea neque executionem impedire, neque ap
pellare poſſunt ab executione, quam ſciuerunt eſſe cõ
tra ſe ordinatam, debebant enim appellare ab inter-
loquutoria, qua delegati dixerunt Com. Ioan. Iacob.
mittendum eſſe in tenutam horum bonorum. & facit
quod voluit Caſtr.in l.cum filius,in princ.num.3.ff. de
verb.oblig.vbi ait,quòd executio fieri poteſt cõtra ter
tium qui fuit citatus cum clauſula, ſi ſua putauerit in-
12 tereſſe.† Ruin.in conſ.34.in fin.volum.5.Dec. in conſ.
187.nu.2.Crau.in conſ.12.nu.8.& in conſ.201. volum.
2.Cœph.in conſil.21.nu.11.in conſil.701.num.1.præci
tati autem domini iugales fuerunt cum dicta clauſula
citati, ergo contra eos fieri potuit exequutio.

Accedat,quod vbi alienatio rei facta eſt lite pendẽ-
te,tunc exequutio fieri poteſt contra tertium qui rem
13 acquiſiuit.† Bal. in l.fi.nu.1.C.de litigioſ.in l.credito-
res,nu.23.C.de pign.Iaſ.in §.omnium,nu.84.Inſtit. de
action.Dec.d.conſ.187.col.pen.ver. non obſtat qđ iſte
tertius.Ruin.in conſil.34.nu.12.in 5.Franc.de March.
d.deciſ.538.nu.4. cũ multis ſimilib. Addo Contard.d.
l.vnica,limit.24.nu.14.vbi ẽt alios addit.In facto aũt,
facta eſt alienatio iudicio pendente,vt cõſtat ex actis,
fuit enim hoc ſubhaſtationis iudicium contra Domi-
num Vincentium ceptum triennio antequã bona da-
rentur in ſolutum prædictis Dominis iugalibus, ideo
non poſſunt dicere,quod Prætor exceſſerit,cũ poſſeſſio
de nouo eſſet tradenda ſi non eſſet tradita,& qui alle-
gat exceſſum,debet illum euidenter probare.

Vltimo in loco Sablonetę extat Statutum,quod cre
ditor etiam excuſſione omiſſa, poſſit agere ad rẽ obli-
gatam, etiam ſi reperiatur penes tertium, & quomo-
docunque fuerit alienata, vt legitur in proceſſu in ea
ciuitate agitato, folio 122. Quod autem hæc bona fue
rint Comiti Ioan.Iacobo obligata,non eget alia pro-
batione, quia Dominus Vincentius in inſtrumento
debiti producti in actis Mantuanis,obligat omnia bo
na præſentia & futura. hæc autem negari non poteſt
quin eſſent Domini Vincentij: nam in actis leguntur
inſtrumenta per quæ ab eo dantur in ſolutum prædi-
ctis Dominis Comitibus cum conſtituto, quod inter
conſtituentem & conſtitutarium & ab eis cauſam ha
14 bentes probant dominium & poſſeſſionem.† Bald.in
l.ſiue autem,§.1.ff.de publican. Socin. in conſ.187.col.
5.volum.2.Tiraquel.de conſtitu.poſſeſſ.part.3.limita.
1.num.20. Natta conſil.171. num.9. ergo hac quoque
ratione ceſſat omne grauamen,& conſequenter execu
tor non exceſſit, ſed fecit quod iure facere debebat,&
diceretur defeciſſe,niſi ita feciſſet.

Quod autem tertio loco dicitur in motiuo, deferen
dum eſſe appellationi in caſu dubio, non turbat nego-
tium: quia conſtat ex ſupra deductis, nos eſſe in caſu
claro,non dubio,cũ enim Domini iugales citati(qua-
te non eſſet Comiti Ioan. Iacobo concedenda tenuta
horum bonorum)fuerint contumaces, & nihil oppo-
ſuerint, quin etiam audita pronunciatione tenutam
eſſe concedendam, non appellauerint, eſt ipſis impu-
tandum: ſi enim aliquod grauamen fuit illatum,con-
ſiſtit non in executione tenutæ,ſed in ea ſententia qua
dictum eſt, tenutam eſſe concedendam: ceſſante au-
tem dubio, ceſſat motiuum.

Reſpondeo ſecundo, quod etiam ſubſiſtente dubio, non eſt appellationi deferédum, qm̃ regula ſtat, quod ab executore nō appellatnr, l. ab executore, ff. de appella. imò nec à pronunciatione de exequendo, iuxra cōem opinionem, quam comprobaui multis authoritatibus in primo reſponſo, in ver. his vero non aduerſatur, & in dubio inhærendum eſt regulæ, & ſecundum
15 eã iudicandum.† Bart. in l. ſi tutor, in fine. C. de ſeru. pigno. dat. manum. Roman. conſ. 208. Alex. l. ex diuerſo, §. in indicio, col. 3. ff. de re indic. Iaſ. in l. ſi conſtante, nu. 15. ff. ſol. matrim. cum infinitis ſimilibus, & illi qui dicunt in dubio admittendam eſſe appellationem, loquuntur, qm̃ regulariter eſt admittēda, quamuis enim aliquibus in caſibus denegetur, ſi tñ eſt dubium an ſimus in limitatione, vel in regula, ſtandum eſt regulæ, & admittenda eſt appellatio: at vbi in materia ſubiecta regula eſt in contrarium, quod ſcilicet non ſit appellationi locus, tunc in dnbio iudicandum eſt ſecundum regulam, appellationem non eſſe admittendam, ita videtur voluiſſe Bal. in l. 2. C. de appellat. num. 2. dum inquit, quod niſi adeſſet clauſula appellarione remota, tenetur index deferre appellationi dubiæ, innuens, quod ſtante clauſula, nō tenetur deferre; ſed clarius ita limitauit Dec. in cap. ſuper eo, il. 2. num. 2. de appellat. dicens quod vbi in materia prohibetur appellatio, tunc in dubio non eſt recipienda, ſed ſtandum regulæ, quam habens pro ſe, dicitur intentionem
16 habere fundatam. † idem Decius, in conſ. 28. num. 8. Alciat. in conſ. 433. gubernatorem reuerendum, nu. 8. vbi in terminis noſtris dicit, etiam in caſu dubio recipiendam nō eſſe appellarionem interpoſitam ab executore, qnia ſumus in materia in qua regula eſt in contrarium, & ideo, licet dari poſſint aliqui caſus, quibus eſt licita, ſtandum tñ eſt regulæ qm̃ ſumus in dubio, allegat Oldrad. & Abb. qui hanc ipſam concluſionem probant. placuit etiam diſtinctio hæc Bero. in d. cap. ſuper eo, il 2. nu. 2. vbi & ipſe hoc modo reſoluit. Neuiza. in Silua nuptiali, lib. 6. nu. 47. vet. in dubio appellatio, vbi refert ſolum Decium. quod ſi aliquo in caſu verificatur, obtinere omnino debet cum agitur de appellando ab executore, proprer claras deciſiones, quæ volunt, ꝙ etiam in caſibus quibus propter exceſſum admittenda eſt appellatio, tunc cauſa exceſſus non ſufficit, quod ſit probabilis aut veroſimilis, ſed debet eſſe vera & certa, vt probaui primo in reſponſo, in ver. tertio vt ab executore, vbi multos allegaui, præcipuè Rot. deciſ. 100. num. 18. in 1. part. in nouiſſim. quæ mouetur hac ratione in facto noſtro concludente, qnod appellans habet contra ſe præſumptionem.

Quare ſtantibus quę in iure ſupra dicta ſunt, & multo maximè ijs, quę in facto concurrunt, nemo ſani capitis, ni grauiter fallor, dixerit, dominos iugales prædictos fuiſſe grauatos ab executore, qui id eſt ad amuſſim exequutus, quod ſibi fuit præciſè demandatum, quin potius grauanit Comitem Ioan. Iacobum, quia cum eſſet meri & nudi facti executor, nō debuiſſet citare, nec aliquid aliud facere quam exequi: potnit autem cognoſcere vt iuſtitiam cauſæ deguſtaret, quemadmndum dixi in ſuperioribus ſcriptis.

SVMMARIVM.

1 *Moneta noua ob deteriorationem vbi aureus creuit, ſolutio debet fieri de antiqua moneta, vel de noua ſecundum valorem antiquæ.*
2 *Monetæ valor attēditur ſcđm tp̃s obligationis nō ſolutionis.*
3 *Monetam certam vbi lex taxat, debet intelligi de ea quæ tunc cudebatur, præſertim quando lex habet certam perſonam, quæ eo tempore obligatur.*
4 *Solutiones diminutas recipiens non poteſt præiudicium aſferre cameræ fiſcali.*
5 *Præſcriptia quadraginta anno. requiritur contra fiſcum.*
6 *Præſcribere non poteſt qui ſoluit partem debiti.*
7 *Mala fides impedit præſcriptionem.*
8 *Monetæ valor vbi extriuſecus mutatur, tunc attenditur tempus ſolutionis, & variatio cedit damno, vel commodo debitoris.*
9 *Monetæ bonitas extrinſeca quæ dicatur.*
10 *Augmentum monetæ non eſt ſoluendam ſi non conſtat de bonitate extrinſeca antiquæ, & nouæ monetæ.*
11 *Moneta vna ſolui poteſt pro alia ex generali conſuetudine totius Italiæ.*
12 *Monetam quæ eſt in facultate ſoluendi licet deterioratam ſoluens debitor liberatur.*
13 *Accidens non datur ſine ſubiecto.*
14 *Monetam etiam deteriorem tenetur recipere creditor qui eſt cauſa mutationis monetæ.*
15 *Moneta conuenta vbi æſtimatio non apparet, poteſt ſolui de noua, quæ loco antiquæ videtur ſubrogata.*
16 *Moneta currens tp̃e ſolutionis attēditur quãdo agitur de debito prouenientē à lege, vel ſtatuto, reſcripto, ſeu priuilegio.*
17 *Valor monetæ currens tempore ſolutionis attenditur quando pecunia ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti ſoluenda eſt propter aliquod factum.*
18 *Diſpoſitio quælibet quantumuis generalis reſtringitur ſecundum ſuam cauſam.*
19 *Argenti legati precium debetur ſecundum tempus ſolutionis deſtinatæ.*
20 *Qualitas adiecta verbo, intelligi debet ſecundũ tēpus verbi.*
21 *Qualitas adiecta diſpoſitioni, habēti tractũ ad futurũ tēpus extenditur ad futurum, licet verbum ſit præſentis tēporis.*
22 *Tempus futurum incertum conditionem importat.*
23 *Conditionibus in poteſtatiuis attenditur tempus purificatæ conditionis.*
24 *Conditio poteſtatiua non retrotrahitur.*
25 *Conditio quælibet in reſcriptis non retrotrahitur.*
26 *Obſeruantia ſecuta declarat quid actum fuerit, & de qua moneta & valore ſenſerint partes.*
27 *Obſeruantia ſubſecuta etiam modici temporis, & non præſcripta, declarat mentem partium.*
28 *Præſcriptio triginta annorum contra priuatum, vel quadraginta contra eccleſiam, datur contra obligationem ſoluendi certam pecuniam.*
29 *Præſcriptio habet vim conuentionis.*
30 *Immunitas ab aliquo onere conſuetudine acquiri poteſt.*
31 *Conſuetudo liberat à decimis perſonalibus.*
32 *Conſuetudinem ad inducendam ſufficiunt diuturnitas temporis, frequentia actuum, & totius populi notitia.*
33 *Conſuetudo potius dicitur quàm præſcriptio, quando ab vna parte datur vna perſona, & ab altera vniuerſitas.*
34 *Valorem aurei eſſe variatum probandum eſt.*
35 *Prout, dictio, quando non reſtringat, ſed ſtet cauſatiuè.*
36 *Prout, dictio, quando ſtat limitatiuè, non reſtringit reſpectu ſubſtantiæ, ſed reſpectu qualitatis.*
37 *Monetæ bonitas, & materia iudicatur pro ſubſtantia.*
38 *Prout, dictio, ponitur ſimilitudinariè.*
39 *Diſpoſitio generaliter loquens, & indiſtinctè, non reſtringitur etiamſi in vno caſu maior ſit ratio quam in alio.*
40 *Vendere aliud eſt, aliud tractare de vendendo.*
41 *Venditio non eſt ſine pretio.*
42 *Pretium non debetur niſi re tradita.*
43 *Tempus ſtatutum ad pretij ſolutionem, non currit niſi facta rei traditione.*
44 *Vendita non dicitur res quæ ponitur ſub haſta, niſi aliquis licitator pretium offerat.*
45 *Tranſactio facta inter dominum, & ſubditos quæ cauetur, quod dominus teneatur furnum bene inſtructum, & reparatum in loco tenere, non obligat ſubditos accedere ad eum*

furnum

Digitized by Google

furnum pro coquendo panem, licet promiſerint eidem dare certum quid pro ſingulo furnatitio.

46 *Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli de vniuerſitate.*

47 *Prælatus eccleſiæ non collegiatæ poteſt ſolus caducitatem remittere.*

48 *Adminiſtratores Ciuitatis, Reipublicæ, & Principis dicuntur habere generale mandatum cum libera.*

49 *Exactor præiudicat domino ſi ſit ſoluendo, aliàs ſecùs.*

50 *Exactor gabellæ præiudicat domino.*

51 *Adminiſtrator q exegit minores vſuras domino præiudicat.*

52 *Prælatus præiudicat eccleſiæ quando pp negligentiam deficit in ſolutione canonis, quia tūc eccleſia perdit emphyteuſim.*

53 *Ratificatio inducitur ex receptione pecuniæ exactæ.*

54 *Scientia præſumitur omnium contentorum in ſcripturis quæ apud aliquem reperiuntur.*

55 *Officialium ſcientia ſufficit in præſcriptione cōtra Principē.*

56 *Princeps utitur iure cōi, ubi agitur de præſcriptione actionis.*

57 *Conſuetudo inducitur decennio.*

58 *Bar. doctrina in l. is qui vſumfructum, ff. quibus mod. vſusfruct. amitta. reprobatur.*

59 *Soluens monetam nouam loco antiquæ, tanquam partem debiti non præſcribit, ſecùs ſi ſoluit loco antiquæ pro extinctione totius debiti.*

60 *Moneta noua mutata quo ad bonitatem intrinſecam dicitur omnino alia moneta.*

61 *Monetam nouam loco antiquæ recipiens, & ignorans ſibi plus deberi, ſibi præiudicat, ſecus ſi ſciebat ſibi plus deberi.*

62 *Ignorātia pſumitur in Principe qui ſucceſſit in ius alterius.*

63 *Scientia particularium non eſt ſcientia vniuerſitatis, nec ei præiudicat.*

64 *Monetæ mutationem præſumuntur ignorare ciues qui ſucceſſerunt poſt mutationem.*

65 *Bona fides præſumitur in præſcribente.*

66 *Mala fides purgatur curſu longiſſimi temporis annorum triginta.*

67 *Recipiens ſcienter partem, videtur reſiduum remittere.*

68 *Conſuetudine in inducenda non requiritur bona fides, nec titulus, nec ſuperioris ſcientia.*

69 *Reſtitutio in integrum Principi denegatur quando eius ſtatus non læditur.*

70 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*

71 *Reſtitutio non conceditur niſi probata læſione.*

72 *Reſtitutio in integrum non conceditur minori cum quo nihil eſt geſtum.*

73 *Reſtitutio in integrum ex generali clauſula datur in ſubſidium quando adminiſtratores non ſunt ſoluendo.*

CONSILIVM CCCXXXV.

SERENISSIMVS Dux Ferrariæ anno 1523. reſcripto ſuo mādauit, quod ciuibus Regij atque ibi habitantibus vendatur ſal ſolidis duodecim in ſingula pondeta, pro quibus cum ad hāc diem ſoluti ſolum fuerint ſolidi nunc currentis monetæ quatuordecim cum dimidio, prætendatque Ducalis Camera antiquos illos duodecim ſolidos æquiualere viginti octo ſolidis vſualis monetæ petit nunc ſindicum Illuſtris Ciuitatis prædictæ condemnari ad ſoluendum ſolidos viginti octo loco illorum duodecim, & declarari ſibi ius competere exigendi à ciuibus & habitantibus dictam quantitatem: quia inquit quæ nunc cuditur moneta, adeo eſt impura, & mala, vt habito reſpectu ad numum aureum, duodecim ex antiquis ſolidis tantum auri puri efficiebant, quantum vix nunc efficere poſſunt viginti octo ſolidi, ex ijs qui nunc cōmuniter cuduntur: & generalis eſt regula, quod vbi aureus creuit ob deterio-

rationem nouæ monetæ ſolutio fieri debet de antiqua moneta, vel de noua, ſecundum tamen valorem anti-
1 quæ. † Bat. in l. Paulus, nu. 6. ff. de ſolut. Alex. Aret. Soc. & plures alij, quos citaui in conſil. 151. num. 69.

Præterea, communiter DD. videntur concludere, quod in deſpiciendo valore monetæ, attendatur tempus obligationis ſeu diſpoſitionis, non etiam ſolutio-
2 nis, † gl. in cap. conquerente, vbi DD. omnes, de offic. ordin. gloſ. & DD. omnes, in cap. cum olim, de cenſibus, & prædicti omnes DD. Gabr. com. opin. lib. 3. tit. de ſolut. concl. 1. poſt Brun. in tract. de augm. mone. in vlt. princip. concluſ. declar. 6. col. fin. ver. ſed maius dubium, folio mihi 28. vbi allegat Socin. Aret. Corn. Capr. & alios, & iſta fuit concluſio Iac. Butr. cum eſſet diſputatio inter Piſanos, relata à Bald. in conſil. 499. volum. 1. & eſt ad verbum deſumpta à Signo. in conſil. 74. vt inquit Hier. Gabr. conſil. 164. nu. 10. vol. 1. & ibi recitantur omnia fundamenta quæ in præſenti facto pro Ducali Camera Excell. Dominus Cocapanus ſcribens poſuit.

Tertio, res in præſenti facto clara videtur: quia in reſcripto dicitur, quod ſoluantur ſolidi duodecim, prout nunc ſoluitur: at eo tempore ſoluebatur de antiqua moneta, ergo non eſt coniecturæ locus, l. continuus, ff. de verb. oblig.

Quarto, id vr̄ etiam in legibus obtinere, ſecundum glo. in l. quicunque, in ver. viginti, vbi Bal. nu. 26. Salic. nu. 5. Caſtr. nu. 8. C. de ſeru. fugit. vbi dicitur, quod lex taxans certā monetam, intelligi debet de ea quæ tunc
3 cudebatur, non de alia. † Bal. d. conſi. 499. nu. 1. in fine.

Quinto, quidquid ſit etiam in legibus, qn̄ tempore diſpoſitionis non extat perſona, quæ ex tunc poſſit obligari, quo caſu variè DD. videntur locuti, videtur ſine dubio quod etiam in legibus attendatur tempus diſpoſitionis, non ſolutionis, quando lex habet certam perſonam quæ eo tempore obligatur, ita reſoluit Brun. d. concluſ. princ. vlt. in 12. declar. col. 2. verſ. ſed melior videtur, & verſ. & ſecundum prædicta eſt intelligenda, vbi reprehendit Rom. in conſ. 123. qui videtur cōtrarium tenere, & clarè Abb. in conſ. 56. nu. 1. in fin. ver. præterea præſuppoſito, volu. 2. Corn. conſil. 118. col. 27. verſ. nec obſtat quod ſolutio, vol. 2. in caſu autem noſtro lex ſtatim obligat ciues, & habitatores Regij ad eam ſolutionem, ergo attendi debet valor, qui tunc erat, non qui eſt ſolutionis tempore.

Sexto id ipſum videtur ſeruatum, quia loco ſolidorum duodecim antiquorū, ſoluti fuere ſolidi quatuordecim cum dimidio monetæ currentis, atq; ita ſi quid in bonitate nouæ monetæ deerat ad iuſtum valorem antiquæ, id fuit ex numero ſolidorum ſuppletum.

Septimo, nulla præſcriptio allegari poteſt contra Cameram: tum quia recipientes eiuſmodi diminutas ſolutiones, non potuere præiudicium afferre Cameræ.
4 † Fulgoſ. in conſil. 2. in 2. dub. Dec. conſ. 329. num. 3. Ruin. conſil. 70. num. 14. verſ. præterea quando, vol. 5.
5 tum verò, quia quadraginta anni requiruntur. † glo. in §. res fiſci, vbi Aret. num. 1. Inſtit. de vſucap. Balb. in tract. præſcript. in 2. par. 5. part. princip. num. 1. & nu. 26. at in caſu hoc, vix ſexdecim lapſi ſunt: nam vſque ab anno 1556. cępta eſt controuerſia. Sed & aliter reſpondendo dicitur, quod ex quo ciues partem augmenti ſoluerunt ſemper, ideſt duos ſolidos cum dimidio, non potuerunt reliquam partem præſcribere, per ea quæ ponunt gloſ. & Cin. in l. cum notiſſimi, §. in his, C. de præſcript. 30. ann. Din. & Bartol. in l. ſi prius, vbi Angel. in fine, & Caſtr. num. 3. & 4. ff. de aqua plu. arcend. Bartol. in l. is qui vſumfructum, ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. vbi etiam Bald. Signor. dict. conſil. 74. nu. 22. & 23. Roman. conſil. 198.

num. 4. Alex.in l.certis annis,num.8.C.de pact. Aret.
conſ.112.col.2.verſ.ſecundo eſt præmittendum. Iaſ.in
§.præiudiciales,nu.68. Inſtit.de actio.dixi in cõſ.220.
num. 18. & prædicti DD. volunt, quod exigens partẽ
ſibi debiti,conſeruat ius exigendi reſiduũ, & qui par-
tem ſoluit,videtur debitum agnoſcere,& cõſequenter
non præſcribit,etiamſi per agnitionem prædictam in-
6 terrumpatur præſcriptio, † & ſufficit ſcientia officia-
liũ. Bart.in l.ſi publicani,§.fin.nu.2.vbi Imo.nu.4.ff.de
publ.Rimin.conſ.640.nu.20.poſt Balb.d.par.2.nu.19.
7 & 27.Rurſus ceſſat præſcriptio,ſtãte mala fide.† Balb.
d.tract.par.2.& par.3.princip.nu.64.& 65. Socin.iun.
conſ.144.nu.46.vol.1.Rimin.conſ.506.nu.97.Decian.
conſ.108.nu.40.vol.3.Botta conſ.34.nu.24.& ſeq.ma-
la autem fides probatur ex ſcientia ſoluentium. Soc.
iun. d.conſ.145.nu.69.vol.1. & Rimin.cõſ.689.nu.33.
Et demum vbi locus eſſet præſcriptioni, datur Ducali
Cameræ reſtitutio aduerſus eam. Boſſ.in tit. ſi aduer.
rem iud.nu. 26. His verò quæ ornatè magis & copioſè
ab Excell. Dominis Dante Fogario, & Io. Franc. Co-
capane deducta pro Camera, & ab Illuſtri Domino
Iudice cauſæ motiuorum loco tradita ſunt, minimè
contradicẽtibus, exiſtimo Illuſtrem ciuitatem Regij,
ius fouere, & proinde recte ſe opponere pro eiuium
defenſione,& pro demonſtratione præmitto, quod in
ea Ciuitate etſi aliquando fiat mentio de libris anti-
quis vel nouis, ſicuti etiam de ſolidis, tñ nulla cuditur
vel exponitur moneta quæ appelletur libra vel ſoli-
dus,ſed eſt moneta imaginaria, & in abſtracto magis
quam in concreto poſita, & cuius potentia non actus
habetur,nec aliud antiquitus fuit viſum aut auditum.

Secundo præmitto,quod etſi in eadem Ciuitate fiat
diſcreta mentio de antiqua, vel de noua moneta, vel
libra,tñ in eius ratione ineunda vel calculo ponendo,
nullus habetur reſpectus, nullaq; proportio ad ſcutũ,
vel ducatum,vel floreũ aureum, ſed ſumitur æſtima-
tio à moneta noua,ita ſcilicet,vt viginti ſolidi qui ap-
pellãtur de antiqua moneta, conſtituant viginti qua-
tuor de noua, atque ita deponunt omnes teſtes produ
cti à Ciuitate, quin & duo priores Ferrariæ examina-
ti,pro Camera Ducali, qui affirmãt ita ſemper poſitũ
fuiſſe calculũ in omni negotio, licet ſi haberetur reſpe
ctus ad aureum in auro, aliter eſſet cõſtituenda ratio.

Tertio præmitto, quod vbi etiam conſtare poſſit va
lorem auri creuiſſe, eo quod moneta quæ nũc cuditur
ſit deterior antiqua, & impurior ac magis ære com-
mixta,tamen ſi recte examinetur negotium, & vna in
parte ponatur auri incrementum, & ab alia id quòd
nouæ monetæ deeſt ad antiquã bonitatẽ, dignoſcetur
longe pluris auctum fuiſſe valorem auri,quam ſit de-
teriorata moneta, & cũ ſæpius quæſtio hæc mihi con-
rigerit, iuſſi à peritis periculũ fieri & calculum iniri,
compertumque fuit, augmentum auri duplo excedere
id, quod in moneta noua deſideratur pro adæquatio-
ne antiquæ. vnde infertur falſum eſſe axioma illud,
quod hodie creuerit aureus propter diminutionem
valoris monetæ nouæ, quæ non ex puro argento vti
aliàs, ſed ære contaminata cuditur, ita etiam dicunt
Mod.Gall. de vſur.nu.736. in fi.verſ.non ob. ſecundo.

Poſitis autem prædictis fundamentis, dico, Ciues,
& incolas Regij, iure cogi non poſſe ad ſalis pretium
ſoluendum vltra quam ſoluere cõſueuerint ab eo an-
no 1523.citrà,deductis tamen decem illis ſolidis, qui
vt dicam infra additi fuere ad alium effectum. Primo,
quia vbi mutatur monetæ valor extrinſecus, non autẽ
intrinſecus, tunc tempus ſolutionis attendimus, non
autem diſpoſitionis, & ſiue creſcat ſiue minuatur, id
8 cedit damno, & commodo debitoris, † vt voluit ex-
preſsè Bart. in l. Paulus, ff. de ſolut. & in l. cum quid,
nu. 17.ff.ſi cert.pet.vbi dicit,quod variatio valoris ex-
trinſeci inſpicitur ſolum à die moræ, & hanc dicit eſſe
veram,& cõem opinionem Aret.in conſ.11. Proceden
dum eſt,nu.3.vbi allegat idem tenuiſſe Bald.& Anch.
Bald.in conſi.269.vol.2. vbi loquitur de ſalario debi-
to Poteſtati Albæ in patria mea Montisferrati. & hoc
ẽt voluit Aret.in conſil.112.col.2.incipiente.Conſide-
ratis, vbi allegat Cin.Iaco.de Aret.Ant.de Butr.Abb.
& Anchar. hanc item cõem profitetur Boer. in deciſ.
327.nu.4.vbi alios citat,dicens,quod tempus ſolutio-
nis attenditur,qñ valor extrinſecus mutatur. Butigel.
in d.l.cum quid,nu.22.vbi ait,quòd debitor non tene-
tur pro bonitate extrinſeca, niſi poſt moram. idem ẽt
probauit Martin.Laud.in tract.monet.col.4. verſ.cir-
ca quartum,vbi dicit,quod imputari non poteſt debi-
tori mutatio valoris, ſi non eſt in mora, dicitque hoc
fuiſſe de mente Hoſtien. Io.Andr. Bal.Ang.Fulg.Albe.
& aliorum, & in effectu hoc idem voluit Brun. in dict.
tract.concl.vlt.in 5.declarat. col.fin. verſ.ſecunda cõ-
ſideratio eſt, vbi dicit, non eſſe audiendum creditorẽ
qui dicat,ego tempore obligationis potuiſſem plures
eiuſmodi monetas habere, cum mille ſolidis, quam
nunc habeam: quia hoc eſt intereſſe lucri ceſſantis,
quod non eſt in conſideratione, niſi concurrente mo-
ra. Hanc partem amplexus eſt Crau.in conſ.836.nu.1.
verſ.argumentis his. Menoch.in conſi.138.num.13.&
crebriorem dicit Moder. Gall. in tract. de vſur. q.92.
nu.693. vbi inquit, hanc vbique tenuiſſe Bart. & citat
eiuſdem ſententiæ Alber. Bald. Fulg. Caſtr. Alex.Iaſ.
Mart.Laud.Iac.Put.Butigell. Brun. & Calcan. repro-
batque Curt.qui contrarium tenuit. Benintend.de cõſ.
Bono.39.qui tamen cum Brun.in loco prædicto diſtin
guit, an ſolutio fiat de moneta quæ erat in obligatio-
ne vel de ea quæ erat in ſolutione, ſed quoad nos, ea
diſtinctio non obeſt, quia vt dixi in obligatione nulla
erat certa moneta,ſed libræ quæ monetã faciunt ima-
ginariam, & pro quibus ſolui poteſt *quælibet* mone-
ta; in propoſito igitur, cum valor extrinſecus mone-
tarum fuerit mutatus, non autem intrinſecus, curan-
dum non eſt de eo, ſed ſat eſt quod ſoluatur de ea mo-
neta,vel de alia ſubrogata,præcipuè, cum ex generali
conſuetudine totius Italiæ vbi etiam certa moneta fo
ret promiſſa, liceat aliam ſoluere, quo caſu *Brun.* &
Benint.dicunt,inſpici tempus ſolutionis. *Quòd ſi di-*
catur,imò intrinſecum valorem fuiſse mutatum,quia
moneta quæ nunc cuditur, non eſt eiuſdem puritatis
& bonitatis,cum ea quæ cudebatur anno 1523.reſpõ-
detur diuinationem hanc eſse, & in proceſsu nõ fuiſ-
ſe probatam hanc mutationem, proinde nullam ha-
bendã eſse illius rationem, & vbi ẽt cõſtaret de intrin
ſeci valoris mutatione, ea non eſt talis quæ poſſit effi-
cere augmentum à Camera nunc petitum, quemad-
modum deduxi in 3.præmiſso; bonitatem autẽ extrin
ſecam appello non cum Mod.Pariſ.loco prædicto,nu.
696.formam,pondus,& ſubſtantiam,ſed impoſiti va-
lorem,quem indidit vſus,& hominũ opinio, ſeu prin-
9 cipis edictum,† vt per Oldrad.in conſi.168.q.3. & di-
xi in conſi.185.num.5. Martin.Lauden.col.4.verſ.cir-
ca quartum. Menoch.conſil.49.nu.9.& conſil.138.nu.
10. erat igitur probãda bonitas ligæ monetarum quæ
cudebantur tempore reſcripti, ideſt anni 1523. & ea
ſecundum quam cuduntur hoc tempore, ad effectum
vt dignoſci poſſit ſi damnum hoc prouenit ex muta-
tione intrinſeca vel extrinſeca, & vbi mutatus ſit in-
trinſecus valor, diiudicari poſſit ea mutatio quanta
ſit, & cum probatio facta non fuerit, dici non po-
10 teſt augmentum eſse ſoluendum, † vt poſt Rubeum
conſil.17.colum.2. dicit Hieron. Gabriel. conſil.164.
nu.3. & ante eos Corne. conſil.181. colum.28. verſic.
his

his tamen minimè, volu. 2. Anto. Gabr. lib. 3. de ſolut.
concl. 1. num. 36. Brun. concl. vlt. in 4. limit. colum. 2.
verſ. item ſecundum.
Secundo ſi certa moneta foret promiſſa, certum eſt,
quod eius loco alia omnis ſolui poſſet, ſtante generali
11 conſuetudine totius Italiæ † de qua per Bar. in l. Pau-
lus, nu. 3. & 4. & in l. 1. §. 1. ff. de aur. & argen. leg. Bal. in
l. 2. §. 1. ff. ſi cer. pet. DD. omnes, poſt gl. in l. ſi quis argẽ
tum, C. de donat. Cur. iun. in d. l. cum quid, nu. 25. & in
tract. monet. q. 9. Afflict. in tit. quæ ſint regalia, in verſ.
monetæ, nu. 21. Rub. in conſ. 148. nu. 1. verſ. ſecundo fa-
cit, vbi refert Io. de Plat. atteſtantem de generali con-
ſuetudine. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 18. nu. 31.
Didac. de collatio. veter. numiſma. cap. 7. §. vnico, nu. 1.
Boer. d. deciſ. 127. nu. 3. verſ. tñ de conſuetudine. Nat.
in conſi. 454. nu. 1. Cęph. in conſil. 31. nu. 2. Pin. in Rub.
C. de reſcind. vend. par. 1. cap. 3. nu. 16. vbi verò vnum
in obligatione reperitur, & aliud eſt in ſolutione, tunc
licet quod eſt in ſolutione ſit deterioratum, tñ debitor
liberatur illud ſoluendo, l. 1. §. plane, & §. ſi poſt litem,
ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat. & per illum tex. ita cõ-
12 cludit in materia mutatæ monetæ † Soc. in conſ. 6. col.
fi. verſ. vlterius ad prædictam concluſionem, vol. 1. vbi
ſubdit hanc eſſe regulam pro qua allegat idẽ voluiſſe
Bar. in d. l. Paulus, in fine, & illum ſequitur latius expli
cando Curt. iun. in conſil. 24. nu. 6. Rub. in d. conſil. 17.
nu. 2. col. 2. & hanc opinionem ſi non ſit mutata boni-
tas intrinſeca, ſequitur etiã Martin. Laud. in d. tract.
col. 6. verſ. ſi autem non fieret æſtimatio, & hanc partẽ
tenuit quoque Brun. in eo. tract. concl. vlt. declarat. 5.
col. 2. verſ. contrarium videtur, & col. 3. verſ. ſecunda
conſideratio, vbi refert etiã Aret. d. conſi. 11. Menoch.
d. conſil. 49. nu. 17. Beninten. d. deciſ. 39. in fine, Gabr.
com. opin. lib. 3. tit. de ſolut. concl. 1. nu. 38. Hier. Gabr.
conſi. 164. nu. 3. vol. 1. apparet igitur ex prædictis hanc
eſſe communem opinionem, quam ceſſante mutatio-
ne intrinſecæ bonitatis admittit etiam Purpur. in cõſ.
522. nu. 35. & ſeq. vbi conſuluit in eodem caſu, ſed cõ-
trarium cum Curt. iun. In facto noſtro ceſſare debet
omnis amaritudo, tum quia non apparet de aliqua
mutatione intrinſeca, tum verò magis, quia reſpectu
ſolidorum de quibus loquitur reſcriptũ, nulla omni-
no nec intrinſeca nec extrinſeca mutatio facta eſt, cũ
enim vt præmiſi nulla vnquam diſpoſitionis tempore
vel poſt fabricata fuerit moneta ſub ſolidi appella-
tione aut vocabulo, mutari ea nõ potuit, quia nõ entis
nullæ ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cer.
pet. & ꝙ non eſt, mutari non poteſt, quia accidens, vti
13 mutatio dari non põt ſine ſubiecto, † l. nec vllam, in §.
abſentis, vbi Ang. ff. ſi cer. pet. dixi in conſi. 234. nu. 23.
Tertio vbi conſtet auctum eſſe auri & argenti puri
valorem, ob impuritatem & contaminationem mo-
netæ nouę, adhuc idem dicendum eſſet ad fauorem ci-
uitatis: quia ipſe quoque Sereniſs. Dux Ferrariæ ſicu-
ti ceteri Principes deteriorẽ monetã cudi fecit in ſuo
ſtatu, atq; ita illi augmẽto cauſam dedit: propterea-
que non eſt præſtandum aut reficiendum damnum
quod ſua culpa ſentit, c. damnum, de reg. iur. in ſexto,
& in ſpecie dixit Hoſtien. in cap. quanto, de iureiur.
col. 3. quod ſi creditor eſt cauſa mutationis monetæ,
14 tenetur currentem monetam recipere, † etiam dete-
riorem. idem voluerunt Anchar. Zabar. & Imola, in
Clem. ſi beneficiorum, de decim. Rube. d. conſil. 17. in
fin. & Hier. Gabr. dict. conſil. 164. num. 6. Anto. Gabr.
dict. concluſ. 1. in fine, vbi citat etiam Martin. Lauden.
Quartò, non fuit probatus verus, & intrinſecus va-
lor ſolidi qui exponebatur de anno 1523. ideo licet
ſoluere de ſolidis hodierni temporis, ex doctrina Sa-
lic. in l. quicunque, nu. 6. C. de ſeru. fug. & in l. fi. in fine,
C. de ſeru. fug. vbi ait, quod ſi æſtimatio monetæ con-
uentę non apparet, tũc ſolui poteſt moneta noua: quia
15 videtur loco antiquę ſubrogata. † Cur. iun. d. conſ. 24.
nu. 6. in fine, verſ. ad quod bene facit. Purpur. in l. cum
quid, num. 173. ff. ſi cert. pet. Brun. dict. concluſ. vlt. in
2. præmiſſo, col. 5. verſ. eſt tamen aduertendum in fi-
ne, & in prima declar. col. 2. verſ. & ſi de valore, vbi
ait, quod ſi non apparet de valore, & bonitate pecunię
promiſſę, tunc ſoluitur moneta vſualis illius nominis.
idem probauit Hieron. Gabr. d. conſil. 164. num. 2. vbi
allegat etiam Corn. & colleg. Pap. idem probauit Me
noch. d. conſil. 49. num. 22. atqui dubium eſt, qualis eſ-
ſet valor ſolidi eo tempore, ergo in re dubia ſolutio-
nis tempus attendimus.
Quintò quidquid ſit in alijs diſpoſitionibus, com-
munis videtur eſſe ſententia quod tempus ſolutionis
attendatur quando agimus dę debito quod prouenit
à lege vel ſtatuto, ita Spec. in tit. de oblig. & ſolu. §. nũc
aliqua, in fine. vbi dicit quod pęna à ſtatuto impoſita
vel ſalarium ſtatuto declaratum ſolui debet de mone
16 ta currente tempore ſolutionis, † licet aliud ſit in con
tractibus, ſequitur Bald. in l. illud, nu. 13. C. de ſacroſ.
eccleſ. Rom. in conſil. 123. num. 1. Barbat. in conſil. 19.
col. 2. in fine, verſ. ſed vbicunque, vol. 4. Imola in d. l.
Paulus, Corn. conſil. 181. col. 27. verſ. nec obſtat quod
ſolutio. Martin. Laud. in d. tract. col. 7. ver. quid autem
in lege, vbi citat Io. Andr. Alb. Bald. & Butr. & quid-
quid dicant aliqui, placuit hæc ſentẽtia Bruni in eod.
tract. concluſ. vlt. concl. 12. vt dicã latius infra. Dec. in
l. quod te, num. 8. in fine, ff. ſi cert. pet. plures citat Ant.
Gabr. d. tit. de ſolut. concl. 5. in princ. Gigas in tract.
penſion. q. 98. nu. 2. Brun. declar. 8. in fine, & huius di-
cti duplex eſt ratio, ſecundum Roman. in conſil. 123.
col. 2. in fine. verſ. huius autẽ. Prima, quod ex quo lex
ſemper loquitur cum caſus euenit, videtur tunc facta
conſtitutio ſeu lex. Secunda eſt, quia lex ipſa videtur
mutari cum mutatione pecuniæ, & quod dicimus de
lege, locum ẽt habet in reſcripto, ſecundum Rom. loco
prædicto, quia ſtatutum & reſcriptum æquiparantur,
Innoc. in c. cauſam, quę, de reſcriptis. & hanc ſentẽtiã
in reſcripto, vel priuilegio qui eſt caſus noſter, proba-
uit Zenzelin. in Clem. ſi beneficiorũ, de decim. & eum
ibi, nu. 6. ſequitur Anchar. dicens, quod ille tex. apertè
loquitur qñ agimus de debito contracto ex reſcripto,
gratia, vel priuilegio. idem probauit Belencin. in tra-
ctatu, de ſubſid. charitat, q. 87. Gigas d. q. 98. nu. 2. & 3.
& qñ conceſſio facta eſt à Principe, qui ignorabat va-
lorem monetæ, hoc voluit Butr. in c. quanta, num. 12.
verſ. item hæc vera, de iureiurando. ſequitur Abb. ibi,
nu. 14. in fine, verſ. quid autem in mandato, vbi allegat
etiam Guliel. de Montelaud. Brun. declar. 7. verſ. præ-
dicta, id quòd facit ad caſum noſtrum, quia ignoran-
tia præſumitur in Principe, qui ita reſcripſit, l. verius,
ff. de probatio. non autem ſcientia. Brun. d. concl. vlt.
declar. 11. & non poteſt iuſta differentia conſtitui in-
ter legem & reſcriptum Principis, cum Princeps di-
catur lex viua. & quod Principi placet legis habet vi-
gorem, §. ſed & quod, Inſti. de iure natur. gen. & ciuili.
Sextò hæc pars cõfirmatur: quia vbi pecunia ex di-
ſpoſitione legis vel ſtatuti ſoluenda eſt, propter aliqđ
factum, tunc attẽditur non diſpoſitionis tẽpus, ſed va
17 lor currens tempore ſolutionis, † ita Gemin. in conſi.
137. col. 2. verſ. & pẽſio eſt ordinata. ſequitur Menoch.
d. conſil. 49. num. 24. Gabr. d. conſil. 164. num. 5. & eſt
text. in Clemen. 2. de decim. vbi pecunia propter fru-
ctus ſoluenda æſtimatur ſecundum tempus ſolutio-
nis non diſpoſitionis, & per hanc rationem Modern.
Gall. dict. tract. de vſur. num. 809. approbant conſil.
Gemin. dicentes, quod prædicta ratio eſt concludens.

in propoſito verò pecunia ſolui debet ob venditionẽ, & traditionem ſalis, ergo ſolutio fieri debet ſecundũ valorem moderni t̃pis, & ratio eſt: quia quidquid fit ob cauſam aliquam, determinatur ſecũdum illã cauſam. Bart. in l. Scio, in ſumm. ff. de annu. leg. vbi etſi loquatur in teſtamentis, extenditur tñ ab Alb. et ad cõtractus. deciſ. Ped. 98. nu. 10. facit l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 3. per quam Ang. in l. obligatione generali, ff. de pignor. inquit, quod diſpoſitio quælibet quantumuis generalis, reſtringitur ſecũdum cauſam
18 ſuam, † ita ergo illius temporis moneta eſt ſoluenda, qñ ſal præſtabitur ſeu vendetur. & pro hac parte eſt tex. in l. cum certum, ff. de aur. & arg. leg. vbi pretiũ argenti legati debetur ſecundum tempus petitionis ſeu
19 ſolutionis deſtinatæ, † ita enim verba illa præſentis tẽporis, glo. ibi, & DD. intelligunt. Roma. Sing. 519. & in d. conſi. 123. col. 2. verſ. ſi ergo, vbi dicit eſſe caſum notabilem & ſingularem; atque ita omnes intelligere dicit Pinell. in Rub. C. de reſcind. vendit. par. 1. cap. 3. nu. 23. licet ipſe contra omnes aliter intelligat, ſed ita etiam intelligit Brun. d. concluſ. vlt. in 9. declar. circa fin. quia ſecundum eũ agitur de precio argenti relicti, & Moder. Gall. nu. 745. quare pro hac parte habemus textum clarum, quod valor pecuniæ attenditur qui eſt tempore ſolutionis. quãdo pecunia datur pro pretio alterius rei, licet in ceteris legatis attendatur valor, qui eſt tempore teſtamenti, vt per Brun. d. concl. 9.

Septimo, quod valor ille attendatur qui fuit tẽpore cuiuſque ſolutionis, probatur alia ratione: nã reſcriptum dicit, quod vẽdatur ſal ſolidis duodecim, & ita loquitur de futura venditione, ergo adiectio ſolidorũ intelligi debet de ijs qui erunt in vſu t̃pe venditionis: quia qualitas adiecta verbo, intelligi debet ſecũdum
20 tempus verbi, † l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de nox. DD. in l. ex facto, in princ. ff. de vulg. Alex. conſ. 5. nu. 3. vol. 7. Dec. conſ. 37. nu. 8. Ruin. conſ. 92. num. 13. vol. 3. Pariſ. cõſ. 9. nu. 45. vol. 2. Gomeſ. §. rurſus, nu. 25. Inſtit. de act. Alciat. conſ. 15. nu. 5. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 9. nu. 94. Caſſa. conſ. 44. nu. 6. Crot. cõſ. 4. nu. 22. Crau. in reſp. pro genero, nu. 40. Ripa, conſ. 82. num. 9. Rol. conſ. 100. nu. 27. vol. 2. Ceph. in conſ. 251. nu. 13. & poſſem infinitos allegare. Sicuti igitur Princeps Sereniſs. diſponit de futura venditione, ita intelligi debet de futuris ſolidis, non de ijs qui eo t̃pe exponebantur; quinimò, vbi diſpoſitio habet tractum ad futurũ tempus, tunc etiam ſi verbum ſit præſentis temporis, tñ
21 qualitas adiecta extenditur ad futurum, † ita declarat Ripa, in l. Centurio, nu. 144. ff. de vulg. & in l. ex facto, nu. 38. ff. eod. Alciat. in conſil. 499. nu. 9. Rolan. qui alios ad hoc citat, in conſil. 39. nu. 54. vol. 4. & ne ſolis regulis nitamur, adduco Oldr. in conſil. 168. Ad primam, q. 2. nu. 2. vbi dicit, quod gratia Pontificis alicui facta de vacaturo beneficio tanti valoris, intelligi debet de valore, & æſtimatione quæ erit tempore vacationis, non tempore datæ: quia cum gratia conferatur in futurum tempus, attendi debet dies quo gratia ſortitur effectum, l. quoties, & l. ſeq. ff. de verbor. oblig. l. ſi Calendis, ff. de re iudic. mouetur etiam: quia ea gratia continet conditionem ſi vacabit beneficium, & in cõditionibus attenditur tempus euenientis cõditionis, l. eum qui poſt actum, ff. de cond. & demon. & idem omnino, nulla tamen Oldr. facta mentione dixit Io. Andr. ad Spec. in Rubr. de conceſ. præbend. colum. 5. verſ. in 2. & 3. quæſt. & col. fin. verſ. ad aliam quæſtionem. & eos ſequitur Brun. d. concl. vlt. declar. 11. col. 2. ver. eſto quod Io. Andr. & in fine verſ. eſt tñ aduertendum, vbi reprehendit rationem Oldradi, fundatam ſuper conditione, ſed approbat aliam: quia ex quo prouiſio fit de beneficio vacaturo, valor beneficij intelligi debet ſecundum tempus vacationis, per regulam prædictam. idipſum quoque, ſed per vtramq; rationem tenuit Rota, in deciſ. 857. Vrban. in antiq. vbi loquitur de gratia facta pauperibus quibuſdam Clericis de beneficijs vacaturis, vſque ad certas quãtitates: quia in taxando valore beneficij vult, quod inſpiciatur tempus vacationis, & ſecundum illud æſtimetur valor. Et fundamentum quod Oldr. Io. Andr. & Rot. faciunt ſuper eo quod diſpoſitio ſit conditionalis, & in conditionibus attendatur tempus quo cõditio verificatur, plurimũ facit ad factum noſtrum: quia ſolutio duodecim ſolidorũ eſt poſita ſub conditione, ſi vendetur ſal, quia nec aliter fieri debet, & futurum
22 tempus cõditionem importat, ſi ſit incertum, † l. dies incertus, ff. de cond. & dem. Crau. in conſ. 15. nu. 3. Nec dicatur, quod ẽt in conditionalibus diſpoſitionibus attenditur valor qui eſt t̃pe diſpoſitionis, nõ autẽ t̃pe euenientis conditionis, vt probat Brun. d. concluſ. vlt. declar. 9. quia illud procedit in conditionibus caſualibus vel mixtis, quæ retrotrahuntur ad diem contractus, in his eñ attenditur tẽpus celebrati contractus: at ſecus eſt in conditionibus poteſtatiuis, quia in eis
23 tempus conditionis purificatæ attenditur, † ſecundũ Bart. in l. ſi filius, ff. de verb. obl. vbi alij ſequuntur. & declarat Aret. in d. conſ. 11. col. 1. verſ. ſed contra iſta, & ver. & eſt aduertendum, vbi etſi neget ibi conditionem eſſe poteſtatiuam, tñ admittit concluſionem eſſe veram in iure, & cum eo tranſit Brun. d. 8. declar. verſ. pro concordia. & ratio eſt: quia conditio poteſtatiua
24 non retrotrahitur, † l. qui balneum, & l. potior. ff. qui potio. in pig. hab. l. ſi ſeruus, §. fin. ff. de ſtip. ſeru. Iaſ. in l. ſi prius, nu. 57. ff. ſi cert. pet. Dec. in l. lecta, nu. 34. vbi Cagn. num. 186. ff. eo. Tiraq. de retract. conſang. in fin. nu. 12. Crot. in l. ſi is qui pro emptore, nu. 137. ff. de vſucap. Neguſ. de pign. in 2. mem. 5. par. princ. nu. 10. Ber. in conſ. 46. nu. 15. vol. 1. Pariſ. latiſſime in conſ. 11. nu. 70. vol. 1. vbi nu. 32. vult hoc verum quoque eſſe, qñ cõditio poteſtatiua eſt collata in voluntatem tertij, addo quod conditio quæcunque in reſcriptis non retro-
25 trahitur, † cap. ſi pro re, de reſcrip. in 6. vbi Gem. & alij. Iaſ. d. l. ſi is qui pro emptore, num. 338. Pariſ. dict. conſil. 11. num. 36. & ſeq. Conditio igitur vendendi eſt poteſtatiua, quia pendet à ſola Principis voluntate, ideo cum retro non trahatur, attendi debet tempus venditionis; Et confirmatur hæc propoſitio: quia ſtatutum ſeu reſcriptum tunc ſortitur ſuum effectum, quando fit venditio ſalis, nõ antea. ergo tempus illud inſpiciendum eſt, ſecundum Oldr. Io. Andr. & Rot. & declarabo latius infra in reſolutione contrariorum.

Octauo, ſi quid dubij ſuberat quomodo fieri deberet ſolutio, & de qua moneta, de quo valore, & cuius temporis æſtimatio eſſet attendenda, id omne ſublatum eſt per ſecutam obſeruãtiam, quæ obtinuit, quod quatuordecim ſolidi cum dimidio vſualis pecuniæ à die reſcripti citra ſoluti fuere, & nihil vltra, vti & teſtes vtriuſq; partis dicũt, & admittit actor: obſeruantia autẽ declarat quid actũ fuerit, & de qua moneta,
26 & valore ſenſerint partes, † vt in l. ſi de interpretatione, ff. de legib. latiſſimè D. Bec. conſ. 101. nu. 49. & dixi in cõſ. 140. nu. 43. & in terminis dicit Corn. d. cõſ. 181. col. 29. ſocīo dicti rei, ibi, quod & ſatis eſt, vol. 2. vbi inquit, videri ita fuiſſe inter partes conuentũ, qñ ſolutio eſt eo modo ſecuta, quia ex ſeq. colligitur voluntas cõtrahentium. Lauden. in tract. moner. col. fi. ver. nota vnum, vbi ait, quod obligatio ſoluendi centũ florenos ſingulo anno, intelligitur de florenis aureis, ſi ita fuit lõgo t̃pe facta ſolutio. & ante eos Bal. in conſil. 269. in princ. vol. 2. Aret. d. conſil. 11. col. 3. nu. 5. ver. ſed tñ, ex Cur. iun. in tract. monet. concl. vlt. vbi ponit caſum, qñ

floreni

Digitized by Google

floreni ſoluti ſunt in ratione tot ſolidorum, qui eſt ca-
ſus noſter. Bru. d. tract. in ſecundo præmiſſo, col. fi. verſ.
& ſi conſtaret, vbi ait, ꝙ talis cenſetur fuiſſe ꝓmiſſio,
qualis eſt ſecuta ſolutio, & ibi ſubdit, poſt Bald. quod
eiuſmodi particularis conſuetudo ſoluendi præualet
alijs quibuſcunq; coniecturis, imò etiam generali con
ſuetudini, & ſtatuto. idem Brun. in 1. declar. col. 2. ver.
& ſi de valore. Crau. late, in conſil. 836. nu. 10. vſque ad
fin. vbi dicit, ſolam obſeruantiam ſecutam tollere om-
nem dubitationem in materia monetarum. idem ait
in conſ. 887. nu. 4. Men. in d. cõſ. 49. nu. 20. & ſeq. Gabr.
d. conſ. 164. nu. 7. vbi allegat Bal. Imo. Aret. Rom. Purp.
Corn. Soc. Cur. iun. & Rube. & pulchre Colleg. Pap. in
ſuo conſ. pro Ciuitate Caſalis, col. 2. verſ. prædictis nõ
obſtantibus, & col. ſeq. vbi ait, ꝙ ita præſumitur cõuen
tum ſicuti reperitur ſolutum, & ideo ſicuti à cõuentio-
ne recedendum non eſt, ita nec à ſolito vſu. in propoſi
to igitur caſu ex quo continuata eſt ſemper ſolutio in
ſolidis vſualibus & monetæ currentis quatuordecim,
cum dimidio, videtur ita conuentum, & ita intellectũ
tempore reſcripti: propterea immutari non debet, &
obſeruãtia prædicta procedit etiam, ſi ſit modici tem-
27 poris, & non præſcripta. † Aret. d. conſi. 11. col. 3. nu. 5.
verſ. ſed tamen ex ſuperabundanti. Curt. iun. d. conſil.
24. in fin. Crau. conſ. 836. colum. fin. verſ. neque ad rem
attinet. Menoch. conſi. 49. num. 20. Gabr. d. conſil. 164.
num. 8. quia ſecundum eum conſuetudo interpretati-
ua, diuturnitatem temporis non requirit.

Nono ex quo longiſſimo tempore non ſolum trigin
ta, ſed quadraginta imò ſexaginta annorum, & vltra,
ſoluerunt ciues, & habitantes in ea ciuitate ſolidos ſo
lum quatuordecim, cũ dimidio, vſualis monetę & cur-
rentis, tempore cuiuſq; ſolutionis præſcripſiſſent ius
eodem modo in futurum ſoluẽdi, etiam ſi forte reſcri-
ptum intelligẽdum eſſet de moneta antiqua, & illius
monetæ valor fuiſſet plurimum auctus ſupra dictos ſo
lidos quatuordecim, qui ſoluti fuere. Signo. d. conſil.
74. nu. 9. vbi præſuppoſita certa obligatione ſoluendi
monetam antiquam, ſi tamen fuit ſolutum de noua,
vel ſecundum aliam formam per triginta annos, vult,
quod illi obligationi præſcribatur, ita vt de cetero ſol
28 uatur quod ſolutum fuit per prædictum tempus. † &
melius Aret. in cõſ. 112. col. 2. verſ. ſecundo eſt præmit-
tendum, vbi ait, quod ſi quis triginta annis contra pri
uatum, vel quadraginta contra eccleſiam ſoluit flore-
nos in rationem librarum trium, & ſolidorum 18. qui
tñ inſpecto tempore promiſſionis erant maioris valo
ris, præſcribit contra obligationem, & in futurum co-
gitur idipſum, & non vltra ſoluere, & ſubdit, quod in-
cipit præſcriptio à tempore quo cęptum eſt ſolui de
pecunia minoris valoris quàm eſſet in obligatione.
idem voluit Corn. d. conſ. 181. col. 29. verſ. ſecundo di-
cti rei. vbi loquitur in ſolutionibus factis de currenti
moneta ære contaminata, & qñ mutatus eſt intrinſe-
cus valor antiquæ monetæ, allegat glo. But. & Abb. Et
hæc fuit doctrina Bar. in l. ſi prius, in princ. num. 3. ff. de
aqu. pluu. arcen. vbi qui viliorẽ monetam loco precio-
ſæ ſcienter recipit, ſibi præiudicat pro futuro. & idẽ vo
luerunt Cin, Sal. & Fulg. in l. cum notiſſimi. §. fin. C. de
præſcrip. 30. vel 40. annor. idem tenuerunt Inno. & Io.
Andr. in c. olim, de cenſib. vbi loquuntur, qñ debitor ſo
lidorum Papienſium ſoluit Lucenſes. & pulchrè Mar-
tin. Laud. in d. tract. col. fi. ver. nota vnum, ibi, prædicta
vera, vbi inquit, quod ſi certa eſt ſpecies, & qualitas pe
cuniæ quæ eſt ſoluenda, tunc ad præſcriptionem requi
runtur triginta anni. Si vero non eſt certa, ſufficit de
cennium. ſequitur Brun. d. limit. 4. col. fi. ver. quod autẽ
dixi, qui col. 1. latè proſequitur hanc concluſionem, di
cens procedere ſiue intrinſecus valor ſit mutatus, &
ſiue vniformis fuerit ſolutio, ſiue varia, prout fuit mo-
netarum valor variatus, immo etiam ſi creditor reci-
piẽdo proteſtaretur nolle ſibi præiudicare, vbi melior
pecunia debeatur. & ſubdit, quòd pręſcriptio prodeſt,
& creditori & debitori, & incipit à prima ſolutione
quæ facta eſt contra formam obligationis. idem pro-
bauit Colleg. Papien. col. 4. in fin. verſ. ſecundo princi-
paliter, vbi dicit, quod ſtante cõuentione de certa mo
neta ſoluenda, quam conſtet fuiſſe meliorem quam ſit
noua, communis eſt opinio, quod per ſolutionem tri-
ginta annorum contra laicum, vel quadraginta con-
tra eccleſiam, de moneta deteriore, præſcribatur illi
obligationi. Curt. iun. conſ. 24. nu. 7. verſ. ſed quod for-
tius, vbi loquitur de mutatione intrinſeca. Rube. conſ.
17. num. 4. Natta, conſ. 192. numer. 6. Menoch. conſ. 40.
num. 20. vbi allegat Socin. Iaſ. Dec. Ruin. & alios, & in
conſ. 138. in fine, Gabr. d. conſ. 164. nu. 8. & 9. vbi de in-
trinſeca mutatione, & de præſcriptione contra Ducẽ.
Gabr. d. concluſ. 1. num. 24. vbi multos allegat. & hu-
ius concluſionis eſt ratio: quia præſcriptio vim habet
29 conuentionis, † l. ſi certis annis, C. de pact. l. cum de in
rem verſo, ff. de vſur. Bald. in conſ. 315. volum. 3. vbi di-
cit, quod habetur pro contractu, & conſil. 24. colum. 2.
volum. 4. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. numer.
246. Crau. in conſ. 10. num. 11. immo habetur pro veri-
tate, l. 1. C. de ſeru. & aqu. Bald. & Crau. in locis prædi
ctis, ita Brun. d. limitatio. 4. col. pen. in fine.

Decimo, ſi aliqua ſubeſſet certa obligatio reſpectu
hominum, & ciuium Regij, ad vnam ſpeciem monetæ
ea fuiſſet conſuetudine ſublata, poteſt enim conſuetu
dine quis acquirere immunitatem ab aliquo onere,
30 † gl. in l. 2. in verſ. nullius, C. de exact. & tranſla. milit.
ann. lib. 12. vbi Io. de Plat. idem voluerunt Nicol. de
Neap. & Iac. Rebuf. in l. 1. C. eod. tit. Guid. Pap. cõſ. 66.
col. 7. Barb. conſ. vlt. col. 3. vol. 4. inter conſ. Alex. in cõſ.
124. colum. 1. eod. vol. & conſuetudo liberat à decimis
31 perſonalibus, † Butr. in cap. parochianos, de decim.
Fel. in c. cauſam, de præſcrip. Balb. in tract. præſcrip. in
2. p. 5. par. prin. q. 7. nu. 4. vbi nu. 8. dicit, quod conſuetu
dine minui poteſt decima, puta, cum reducitur ad vi-
geſimam, vel infra, allegat Bea. Tho. Cin. Io. And. Bal.
Butr. Abb. Caſtr. Soc. & alios, de immunitate à colle-
ctis, Natt. in conſ. 406. nu. 1. & in caſu noſtro concurrũt
requiſita ad cõſuetudinem inducendam, diuturnitas
temporis, frequentia actuum, & totius populi notitia,
32 quæ tria ſufficiunt. † vt per Cin. in l. 2. col. 12. C. quæ ſit
long. conſuet. Bald. in l. de quib. colum. 5. ff. de legibus,
& vbi ex vna parte datur vna ꝑſona, & ab altera Vni-
uerſitas, tunc dicitur potius conſuetudo quam præſcri
33 ptio. Butr. † in cap. final. colum. 2. de conſue. Cin. d. l. 2.
Alex. d. conſ. 124. Natt. conſ. 406. num. 9. Balb. in dicto
tract. in 1. part. quæſt. 10. numer. 4. facit l. venditor, §. ſi
conſtat, ff. commun. præd. vbi conſuetudine inducitur,
quod dato certo pretio, liceat fodere lapides ex fun-
do alicuius. & conſuetudo derogat legi, d. l. de quibus
in fin. & d. §. ſi conſtat, ergo eodem modo derogare po
teſt reſcripto. Et in materia monetarum quod pluri-
mum poſſit conſuetudo ſoluendi vnam monetam pro
alia, ponunt Curt iun. Rube. Crau. Menoc. & Gabr. in
locis ſupra citatis, poſt Brun. & alios quos allegant,
dum dicunt, quod conſuetudo ſeruanda eſt qua diſpo
nitur, quod valor pecunię æſtimetur ſecundum tem-
pus ſolutionis, non autem contractus.

Quibus ſic firmatis, non obſtat quod vbi creuit au-
reus ob deteriorationem inferioris monetæ, tunc ſo-
lutio fieri debeat de antiqua, vel de noua ſecundum
valorem antiquæ, quia pluribus modis reſpondetur:
Primo, quod non conſtat in facto creuiſſe aureum ob
deteriorationem monetæ, & probandus erat valor,
qui

quia erat tpe reſcripti,& qui nunc eſt, vt cognoſci poſ
34 ſet primum ſi eſt variatus. † Corn.d.conſi.181. Brun.
in cócluſ.vlt.in 4.limit.col.2.ver.item ſecundû. Rube.
conſi.17.col.2.Gabr.d.conſ.164.nu.3. & Ant.Gabr.d.
lib.3.tit.de ſolu.concl.1.nu.36. id quòd cum factū non
fuerit,negari poteſt,quod valor ſit mutatus.Secūdum
probari debebat, qđ mutatio prouenerit ex deterio-
ratione monetarū,quia ſi ſit mutatus extrinſecus,non
eſt præſtandus valor antiquæ monetæ, vt dixi ſupra in
primo ſundamento ex Bart. Bal.Anch.Aret.But.Abb.
Ang.Fulg.Caſtr.Alex.Iaſ.Iac.Brun.& alijs multis.

Secundo reſpondetur, qđ vbi eſſet auctus valor ob
cauſam prædictam,tñ id non noceret ciuitati, cū pro-
uenerit deterioratio culpa Sereniſs.Ducis, qui & ipſe
impuram, & ære contaminatā monetā inferioris ligæ
cudi fecit,vt in tertio fundamēto.Reſpondetur,& ter-
tiam concluſionem prędictam non procedere,qñ debi
tum prouenit ex reſcripto,ſicuti & à lege, vt in quinto
argumento.Quarto dicitur limitari aduerſariam pro
poſitionem, qñ pecunia debetur reſpectu alicuius fa-
cti,quia tunc inſpicitur tempus quo factum pręſtatur,
vt in ſexto argumento, ſicuti ēt propoſitio contraria
non attenditur qñ verba reſcripti diriguntur ad futu-
rum,vel ſunt cōditionalia, quia tunc futurus valor eſt
inſpiciendus, & attenditur tempus purificatæ condi-
tionis,vt in ſeptimo fundamento. Demum reſponde-
tur,non procedere, qñ per ſecutam obſeruantiam de-
claratum fuit de qua moneta, & de quo valore ſenſe-
rint partes,vt in octauo argumento, vel qñ præſcripta
eſt certa ſpecies vel valor monetæ, vel etiam conſuetu
dine acquiſitum quod ſolutio fiat ſecundum formam
diuerſam, à prætenſa obligatione, vel reſcripto, vt in
nono,& decimo fundamento ſupra poſitis.

Eadem fidelia denigratur ſecundum fundamētum
quo dicebatur valorem inſpici, qui fuit tempore con-
tractus ſeu reſcripti: nam hoc non procedit in caſibus
ſupra relatis, & præcipuè in legibus & reſcriptis, &
ſtante obſeruantia imò præſcriptione, & conſuetudi-
ne,& concurrentibus alijs ſupra deductis.

Quod vero dicitur rē eſſe claram, quia in reſcripto
exprimitur quod ſoluantur duodecim ſolidi, prout
nunc ſoluitur, ex quo tūc ſoluebatur moneta antiqua,
parum afficit Cōmunitatem, quia vt præmiſi in princ.
ſolidus ille antiquus nunquàm fuit maioris valoris q̄
nunc ſit,quia ſemper duodecim ex eis conſtituere qua
tuordecim cum dimidio vſuales,ita probāt teſtes om-
nes vtriuſque partis, ideo verè dici poteſt,ꝙ etiam nūc
ſoluuntur duodecim ſolidi,& ſolidus ille antiquus nō
conſtituebat ſpeciem monetæ, ſed potius vocabulum
numerale,ſic ſemper intellectum, vt duodecim illi effi
cerent quatuordecim nunc vſuales.

Secundo reſpondetur, quod nō conſtat aliter cuius
eſſent valoris illi duodecim ſolidi, atq; ita an releuēt,
nunc plus quam ſint quatuordecim vſuales,quāri for-
tè velit Camera valorem eorū metiri à valore aurei.
Reſpondetur id fieri non poſſe, quia cum ſolidus ille
non cuderetur,non poteſt dici deterioratus in valore,
vt per Menoch. d.conſi.49.num.14.Moder.Gall.num.
781. & quando nō conſtat quid tunc fieret dictio pro-
35 ut,non reſtringit,ſed ſtat cauſatiuè,† præcipuè in actu
diſpoſitiuo,quod pendebat à voluntate facientis,per-
inde ac ſi dictum eſſet, quia nunc ſic ſoluitur. ita Bart.
in Extrauag. Ad reprim.in ver.prout,nu.2.& in l.eum
qui,§.Iulianus,ff.de conſtit.pecu.Caſtr.in conſi.17.nu.
2.vol.2.Alex.conſi.145.num.5.vol.2. Aret.in conſi.76.
col.2.verſic.circa tertiam. Iaſ.in §.præiudiciales, in fi.
Inſtit.de actio.& in l.ſi teſtamentum, nu.2.C.de inſtit.
& ſubſtit.& in l.admonendi,num.29.& ſeq.ff.de iure-
iuran.vbi latè agit Fel.in c.2.col.4.de reſcript. Dec.in
conſi.63.num.5.Curt.iun. de feud.in 2.par. quæſt.7.in
fine,Ruin.conſi.25.num.11.vol.1. Natta,conſi.40.nu.5.
conſi.387.num.12.conſil.484.num.26. & 28. Menoch.
conſi.1.nu.64.ex quo igitur non apparet quomodo fie
ret ſolutio eo tempore,non eſt curandum de eo verbo,
prout,quia ſtabit cauſatiuè.

Tertio reſpondeo, quod ea dictio etiam quādo ſtat
limitatiuè non reſtringit reſpectu ſubſtātiæ, ſed reſpe
36 ctu qualitatis,† vt inquit Bart.d. Extrauag. Ad repri-
mendum,d.verſic.prout, in fin.verſic. item ex eo quod
dixi, qualitas autē in facto noſtro eſt,quod ſolutio fiat
de illis ſolidis quorum duodecim faciunt quatuorde-
cim vſuales, atque ita qalitas reſpicit vnum potius q̄
alterum ſolidum, ſed non ſubſtantiam, id eſt valorem
monetæ, & materiam: cum enim tria in moneta con-
ſiderentur, materia, forma, & æſtimatio, vt per Brun.
d.tract.Concluſ.vlt.col.4.verſic.iuxta prædicta,mate-
37 ria & bonitas iudicatur pro ſubſtantia,† & ita dicunt
Mod. Gall. in d.tract.num.693.

Quarto dico,quod retorqueri poteſt argumentum,
quia non intellexit Sereniſs. Dux de identitate ſolido
rum,ſed de ſimilibus:nam dictio,prout,ponitur simili
38 tudinariè.† Bart.d.verſic.prout,num.2.Soc.iun.conſi.
75.num.25.volum.3.& quòd eſt ſimile,non eſt idem,l.
quod Nerua, ff.depoſi. & hoc modo erit ſenſus, quod
ſolutio fiat ſecundum valorem qui erit ſucceſſiuis tem
poribus quādo ſal vendetur, ſicuti nunc fit ſecundum
illum valorem. Quinto & vltimo negari non poteſt
quin ſaltem dubium ſit an ſenſerit Princeps, de eodē
valore, vel non: & an de æſtimatione eadem vel non,
at dubietas hæc ſublata fuit per obſeruantiam; quin i-
mo vt dixi, etiam ſi nō dubium ſed certum eſſet, quod
ſenſit de noua moneta, ad valorem antiquæ,tamē pro
pter præſcriptionem idem eſſet: Doctores enim quos
ſupra citaui, loquuntur, quando certa moneta erat in
obligatione, & tamen volunt quod præſcriptio extin-
guat & reformet illam obligationem.

Quartum quoque obiectum non faceſſit negotium:
quia ſupra in quinto fundamento demonſtrauimus
cōem eſſe opinionem, quod in legibus monetæ valor
attenditur, qui eſt tpe ſolutionis faciendæ, ex Spec.Io.
Andr.Bald.Rom.Butr.Barbat.& alijs. Præterea, dictū
gl.in l.quicunque. C. de ſeru.fug. poſſet procedere, vbi
lex non dirigeret verba in futurum tempus vel de mo
neta mentionem non faceret, reſpectu alcuius limati
facti, at reſcriptum de quo loquimur, verba futuri tem
poris ponit, & factum continet explicandum in futu-
rum,& de pretio facit mentionem, reſpiciendo ad ſal
vendendum, & tradendum. propterea valór attendi
debet qui erit cum fiet ſalis venditio & traditio, vt in
ſexto & ſeptimo fundamento,& dicam paulo poſt.

Ea vero diſtinctio qua vtuntur Abb.Corn.& Brun.
citati in quarto partis contrariæ fundamento,vt ſcili-
cet tunc vſualis moneta inſpiciatur, qñ tempore legis
nulla oritur obligatio, ſecus qñ ex tunc extat obliga-
tio, eſt contra Spec. & alios per me citatos in quinto
fundamento, qui oēs cum loquantur indiſtinctè de le-
ge aut ſtatuto, non debent reſtringi ad caſum in quo
nulla eſt orta obligatio,l.de pretio,ff.de Publician.l.1.
§.& generaliter,ff.de leg.præſtan.etiā ſi maior ſit ratio
39 vno in caſu quam in alio,† l.in fraudem,§.fi.vbi Bal.ff.
de teſta.milit.Dec.conſi.27.nu.7. Neuiz.conſ.19.nu.1.
Crau.conſi.84.nu.13.D.Becius conſi.87.nu.4.& ratio-
nes quibus Spec. & alij ſunt adducti, militāt etiam qñ
perſona extaret quæ ſtatim obligaretur: quia ſcilicet
lex ſemper loquitur: & mutata moneta, lex quoque ip
ſa videtur mutata,& in lege ceſſat ratio, quæ facit qđ
valor qui eſt diſpoſitionis tempore, attendatur: quia
ſcilicet partes non cenſentur cogitaſſe de futuro: lex

etenim

etenim cogitat de futuro, & ad illud accommodatur.
Secundo vbi prædicta diſtinctio vera eſſet, non mo-
do non obſtatet Ciuitatis, ſed potius eius intẽtionem
comprobaret, vt dixi in ſexto fundamento: nam in fa-
cto non eſt verum quod Ciuitas remaneret obligata à
tempore reſcripti: quinimo, obligatio oritur ſolum à
tempore quo ſal venditur, quod demonſtro: quia dici-
tur quod ſal vendatur, quod eſt futuri temporis, ergo
ante venditionem nulla orta eſt obligatio: aliud .n. eſt
40 vẽdere, aliud tractare de vendendo.† Iacob. de Aret.
Bal. & Ang. in l. 1. C. de pac. pign. infinitos citat Tiraq.
de retract. conuent. in fine, nu. 41. Ruin. in conſ. 1. num.
10. vol. 4. & plures addidi in conſ. 52. nu. 13. vbi dixi, q̃d
gabella nõ ſoluitur de promiſſione, & licita etiam eſt
pœnitentia. Item illi duodecim ſolidi ſunt pro pretio
ſalis, at pretium non datur niſi ſit venditio facta,
& pretium non dr̃ niſi ſit venditio, ſicuti venditio non
41 eſt ſine pretio,† §. pretium, Inſtit. de emptio. & vendi-
tio. l. quod ſæpe, §. 1. ff. de contrahen. empt. l. pacta con-
uenta; ff. de contrah. empt. vbi dicitur, quod venditio-
nis ſubſtantia conſiſtit in pretio. Alex. in conſ. 18. col. 1.
in fi. vol. 1. Marſ. ſing. 38. Bero. in conſ. 188. nu. 15. vol. 1.
Crot. l. ſciendum, nu. 28. ff. de verb. oblig. ac multis ſimi
libus, & tunc perficitur contractus venditionis quãdo
poſt promiſſionem de vendendo res traditur, & pre-
tium ſoluitur. Soc. in l. ſi ante nuptias, nu. 2. ff. ſol. mat.
vbi cum ita conſuluiſſet, vt in conſil. 170. vol. 2. dicit ſic
fuiſſe iudicatum Cremonę. Dec. conſ. 614. nu. 15. Curt.
iun. conſ. 82. nu. 8. Ruin. conſ. 148. nu. 9. vol. 1. & cõſ. 47.
nu. 5. vol. 4. Boer. deciſ. 48. nu. 14. Natt. conſil. 384. nu. 6.
& alij quos omitto, imò facta venditione, non debetur
42 pretium niſi re tradita,† l. Iulianus, §. offerri, vbi Doct.
omnes, ff. de action. empt. l. ex prædijs, vbi Bald. C. de
action. empt. Dec. conſ. 421. num. 1. Natta, conſil. 305.
nu. 1. & ſtatutum tempus ad pretij ſolutionem, nõ cur
43 rit niſi facta rei traditione,† vt poſt alios ponit Iaſ. in
l. ſi cui legetur, in princ. ff. de leg. 1. cum infinitis apud
Tiraq. de retract. conuent. §. 2. glo. 1. nu. 16. & verba illa
quod ſal vẽdatur, important quod exponatur venale,
venditio autem cõtrahitur cum aliquis compatet vti
dicimus de re quę ponitur ſub haſta, non enim dicitur
vendita, ex eo q̃ exponitur, ſed cum aliquis licitator
44 pretium offert,† vt ponit Bar. in l. licitatio, in prin. nu.
4. ff. de public. vbi ait, q̃ aliquo promittente, perficitur
contractus, ſequuntur Doct. ibi, Bertac. de gabel. in 2.
par. colum. 5. Ferr. in eo. tract. num. 281.
Et ſi dicatur, aduerte, quia ex illo reſcripto induci-
tur obligatio ex parte hominũ ſal capiendi & ſoluen-
di, atq; ita inducta eſt obligatio: reſpõdeo, hoc eſſe fal
ſum: quia ſolũ ex eo reſcripto inducitur obligatio ex
perſona Principis, ad ſal manutenẽdum in ea Ciuita-
te pro dicto pretio, quibuſcũq; volentibus emere: ſed
per hoc non inducitur obligatio ex parte Ciuium, q̃
teneantur emere. & non eundo per argumenta, allego
Bertrand. in conſil. 3. vol. 2. vbi ait, quod tranſactio fa-
cta inter ſubditos & dominum, qua cauetur, quod dñs
teneatur tenere furnum in loco bene inſtructum & re
paratum, non obligat ſubditos ad eum furnum acce-
45 dere pro coquendo panem,† & ibi allegat rationem
palpabilem, quæ apud eum poterit videri. Nec dica-
tur, quod hic non ſolum dictum fuit, q̃ dñs faciat ven-
di ſal, ſed etiam fuit conuentum de pretio: quia reſpõ-
deo, quod nec ex pretij taxatione inducta eſt obliga-
tio ex parte Ciuitatis ad capiendum ſal, ſed id opera-
tur conuentio, quod quicunque voluerit emere ſal, il-
lius pretium ſoluet ſecundum taxam ibi factam; & in
hoc extat quoq; deciſio ferè in noſtris terminis, apud
Bertr. in d. conſ. 3. vbi ait homines loci non cẽſeri obli
gatos ad coquendum panem in furno domini, ex eo,
quod tranſigendo cum eo, promiſerint eidẽ dare qua-
drageſimam panis pro ſingulo furnatico, ſeu coctione
panis: quia tranſactio intelligitur de ijs qui in eo fur-
no voluerint coquere panem, & in eo ipſo caſu idem
tenuit Ripa, in conſ. 194. nu. 5. & 6. vbi ponit exemplũ
de eo qui pro tranſitu pontis promiſit ſoluere certum
quid ſingula vice, is enim non ſe obligat ad tranſeun-
dum per pontem, ſed ad ſoluendum quando tranſibit.
& ego ſecutus ſum in conſ. 127. nu. 25. & licet illi nõ di
cant, id voluit ante eos Bald. in conſ. 11. nu. 5. verſ. am-
plius, inter conſ. Anch. vbi ait, quod promittentes ſol-
uere duodecimã pro molitura victualiũ, non obligan-
tur accedere ad molendinum illius cui dictam duode
cimam promiſerunt, ſed promiſſio intelligitur ſub cõ
ditione, ſi in eo molendino macinauerint. ita in propo
ſito ſolutio ſolidorum duodecim, eſt ſub conditione, ſi
ſal emerint, & tunc oritur obligatio quãdo fit emptio,
non prius. Aduertatur autem, quia non dico, quòd ci-
ues poſſint alibi emere, vel quod non teneantur ſal ca-
pere à Sereniſ. Duce, ſcio enim id eſſe de regalibus,
ſed dico, q̃ nemo cogitur emere ſi non velit vti ſale, pu
ta, ſi quis poſſet & vellet ſine ſale vitam ducere, is non
cogeretur emere, nec diceretur obligatus ex eo reſcri
pto. Redeundo igitur vnde digreſſus ſum, dico, quod
obligatio tunc oritur, qñ ciuis ſal emit, & tunc incipit
obligari, & conſequenter diſtinctio Abb. Cor. & Brun.
comprobat intentionem Ciuitatis, vt ſolutionis attẽ-
datur tempus, quo reſcriptũ ſortitur effectum, & quo
ciues incipiunt obligari. Et hic caſus vr̃ omnino ſimi-
lis illis quos ponit Spec. in d. §. nunc aliqua, in fi. in tit.
de obl. & ſolut. dicit enim ſtatutum, quod poteſtas ha
beat centũ libras, hactenus ciuitas quę ſtatuit, videtur
obligata, ſed non perficitur obligatio niſi cum aliquis
acceptat officium: ita in caſu noſtro, Princeps exponit
ſal vendendum pro duodecim ſolidis, ſed non perfici-
tur contractus emptionis, niſi cum aliquis emit. eodẽ
modo pœna ſtatuitur contra vulnerantes, at effectus
ſequitur cum vulnerat quis, non antea. Comprobatur
hæc Concluſio: quia aut dicimus Vniuerſitatẽ eſſe obli
gatam eo reſcripto, & id quidem abſurdum eſſet affir-
mare: quia ſal venditur ciuibus, & particularibus pſo
nis, ideo ipſi debent obligari, non Vniuerſitas, quæ ſal
non recipit, & cui non venditur: nemo enim tenetur
pro alio, arg. l. id quòd noſtrum eſt, ff. de regu. iur. facit
Rubr. C. ne vxor pro marito, l. nõ debet alteri, vbi Dec.
& Cagn. ff. de reg. iur. & licet ſinguli de Ciuitate con-
ſtituãt Vniuerſitatẽ, tñ Vniuerſitas aliud eſt, & aliud
46 ſinguli,† gl. in l. ſicut, §. ſi qua, vbi Bart. & alij, ff. quod
cuiuſq; vniuerſ. nom. Docto. in c. cum omnes, de conſt.
dixi latè in conſ. 28. nu. 2. & dixit Bertr. in conſil. 242.
col. 1. vol. 3. aliud eſſe debitum Vniuerſitatis, aliud ve-
ro ſingulorum, ſequitur Rol. in conſil. 53. nu. 6. vol. 4. &
impium eſſet ſi ſinguli ſal recipiendo, commodum ex
contractu ſentirent, Vniuerſitas vero ſoluendo pre-
tium, haberet incommodum, contra l. ſecundum natu
ram, ff. de reg. iur. Si vero dicimus particulares perſo-
nas eſſe obligatas, tunc fatendum eſt obligationis or-
tum eſſe, quando capiunt ſal, & tunc ſolum, non ante
formari eorum obligationem, id quod ratione corro-
boratur: nam iſta obligatio contrahitur contempla-
tione ſalis venditi, vt dixi, ergo nõ ante naſcitur quam
vendatur, & tradatur ſal, quia vt dixi, diſpoſitio re-
ſtringitur, & limitatur ſecundum ſuam cauſam.
Obſeruantia autem quæ ex aduerſo deducitur, ſup
plendi ſcilicet ex numero ſolidorum id, quod in vſua-
libus deerat, ad iuſtum valorem antiquorum, non
bene probatur: etſi in facto verum ſit, quod quatuor-
decim ſolidi cum dimidio ſoluti fuere loco illorum
duodecim, tamen id non ideo factum eſt vt ſupplere-
tur

tur valor antiquorum ſolidorum, mutatione monetæ
cauſatus, ſed proinde quod ſemper & omni tpe cuiuſ-
cunque valoris eſſet aureus, & cuiuſuis bonitatis eſſet
antiqua vel noua moneta, ſemper ſolidi quatuorde-
cim vſualis monetæ efficiebant duodecim ſolidos, non
dico antiquæ monetæ, ſed antiquos, vti probát teſtes,
atque ideo licet fortè verum ſit, quod valor aurei au-
ctus fuerit ſępe ab anno 1523. fueritque ab eo tpe va-
rius, tñ ſemper ſolutio ſalis fuit vniformis, ideſt qua-
tuordecim ſolidorum vſualium cum dimidio; Retor-
quetur ideo argumentum hoc modo, valor auri & an-
tiquæ monetę fuit intra dicta tempora varius, & non
ſemper eadem, & tñ ſolutio fuit ſemper pariformis, &
eadem, ergo non fuit ſolutum augmentum & valor an
tiquæ monetæ, nec ad illum habitus fuit reſpectus, aut
proportio in ſolutionibus ſequentibus, & conſequen-
ter nulla eſt obſeruantia, ſed bene contrarius vſus: &
cum quatuordecim illi ſolidi ſint ſucceſſiuis tempori-
bus ſemper ſoluti de currenti & vſuali moneta tempo
ris quo ſoluebantur, non eſt qđ lite media, curet Came
ra ſolutiones eo modo fieri in futurum, quia parata
• eſt ciuitas ſine lite aut iudicis definitione ſoluere.

Nec turbat, quod aduerſus præſcriptionem dr̃ non
potuiſſe exactores p̃tij ſalis præiudicare Cameræ Du-
cali, recipiendo ita diminutas & nõ integras ſolutio-
nes: quia rñdetur, ciuitatem ius fouere ẽt circumſcri-
pto fundamento præſcriptionis, vt ſupra eſt oſtẽſum.

Secundo dico, contrarium procedere in prælato ec-
cleſiæ collegiatæ, quia is non poteſt remittere caduci-
tatem ex quo penes eum non extat adminiſtratio, ſed
cum Capitulo, ſecus quando eccleſia non eſſet colle-
47 giata, † quia tunc ſolus prælatus poſſet remittere, ita
communiter diſtingunt DD. vt per glo. in c. potuit, in
verſic. expelli, de locat. communem dicit Iaſ. in l. 2. nu.
130. C. de iure emphyt. cum multis apud Corb. in tra-
ctat. emphyt. in tit. de priuat. ob non ſolu. cano. limit.
21. nu. 5. hic autem adminiſtratio totius negotij ſalis
erat penes Rectores, qui à lege habent generale man
datũ cum libera, vt de adminiſtratore ciuitatis, Reip.
48 & principis, † l. præſes, & ibi not. Doct. C. de tranſact.
Caſtr. Iaſ. & alij, in l. ciuitas, ff. ſi cer. petat. ideo dicunt
Cin. & Bal. in l. 1. C. etiam per procur. quod tales expe
dire poſſunt ea quæ requirunt ſpeciale mãdatum. ſeq.
Iaſ. in d. l. præſes, nu. 7. vbi addit Caſtr. & Alex.

Tertio reſpondeo, quod imò exactores præiudicãt
domino, ita quod dominus non poteſt agere contra
ſoluentem, niſi in ſubſidium, quando exactor non eſſet
49 ſoluendo, † vt eſt tex. in l. fin. in §. ſi quis profeſſus, ff. de
public. & ibi no. Bart. idem voluit glo. in l. omnes pen-
ſitationes, C. de anno. & tribut. lib. 10. vbi Bald. nu. 2.
Luc. de Pen. num. 4. in fin. & Ioan. de Plat. nu. 3. vbi ait,
quòd tunc ſolutio non pręiudicat, quãdo exactor non
eſt ſoluendo, qui tamen ſecundum eum debet prius
conueniri, d. §. ſi quis profeſſus, & l. 2. C. de conuen. fiſci
debit. Bald. in conſi. 211. nu. 1. in princ. vol. 3.

Quarto dico ſimpliciter, quod præiudicat domino
exactor, quia habet generale mandatum; vt in exacto-
50 re gabellæ † dicit Bal. d. conſ. 211. in fin. Bero. in conſi.
164. nu. 23. vol. 3. & in terminis de adminiſtratore qui
exegit minores vſuras, cum tamen maiores deberen-
tur, ponit tex. no. in l. aduerſus, C. de vſur. vbi loquitur
in adminiſtratore ciuitatis: ſicuti enim dominus ſibi
præiudicat exigẽdo minores vſuras per ſeipſum, l. qui
ſemiſſes, ff. de vſur. l. quamuis, C. eo. ita quando exigit
51 miniſterio adminiſtratoris. † & illũ tex. allegat Nat.
in conſi. 406. nu. 8. & ratio eſt: quia præſcriptio hoc ca-
ſu cauſatur ex mora & negligẽtia adminiſtratoris, nõ
autẽ ex aliquo facto illius. ita declarat Bald. in d. l. ad-
uerſus, vbi etiam Salic. nu. 2. Alex. conſ. 5. num. 2. vol. 5.
quem citat & ſeq. Io. de Plat. in d. l. oẽs, nu. 3. & hoc mo
do dicimus ẽt prælatum præiudicare eccleſiæ qñ pro-
pter negligentiam deficit in ſolutione canonis: nam
52 tunc eccleſia perdit emphyteuſim, † ſecundum gl. in c.
conſtitutus, in verſic. iuxta ratam, de relig. domib. vbi
Hoſt. Abb. & alij. Corb. d. tit. de cau. priua. ob non ſolu.
cano. ampl. 27. nu. 1. & 10. vbi dicit cõem. Addo quod
hoc caſu non ſolum interuenit adminiſtratoris negli-
gentia ſeu culpa, ſed ẽt ipſius principis, ſicuti enim ſi
nihil pro ſale fuiſſet exactũ, pręſcriptio fuiſſet inducta,
ita qñ patum aut minus prætenſo debito, pro quo fa-
cit dictum Abb. in c. 1. de dolo, & contum. qui conſide-
rat negligentiam eccleſiæ qñ prælatus canonẽ non ſol-
uit. Ruin. conſ. 27. nu. 5. vol. 2. Corb. d. ampl. 27. nu. 8.

Quinto dico, quod non modo Princeps non poteſt
ignorantiam prætendere receptionum factarum per
ſuos adminiſtratores, ſed etiã vr̃ illas ratas habuiſſe,
percipiendo ab eis pecunias exactas, hoc enim modo
53 inducitur ratificatio, † l. Paulus, ff. rem rat. hab. ita rñ-
det in ſimili Dec. in cõſ. 329. nu. 3. poſt Spec. Bal. Anch.
& Alex. quos allegat, interẽs, quod hoc modo factum
maſſarij præiudicat Capitulo & eccleſiæ, quia dicitur
factum eccleſiæ ſeu Capituli id quod in facti cõtingen
tia cõfirmatur: quia libri in quib. deſcribitur qualitas
& forma exactionis, sũt in camera, & quotidie riman
tur ab agẽtibus ſuis, & ſcientia præſumitur oium con
tentorum in ſcripturis quæ apud aliquẽ reperiuntur.
54 † Anch. in conſil. 170. nu. 6. Caſtr. conſi. 311. in fi. vol. 1.
Aret. in conſi. 15. in fin. Crau. in conſi. 73. nu. 39. Natta,
conſi. 162. nu. 44. cum ſimilib. & pro hac parte facit, qa
etſi aliqñ ſcientia requiratur in præſcriptione, tamen
qñ contra principem præſcribitur ſufficit ſcientia offi-
55 cialium, † Bar. in l. ſi publicani, §. fi. nu. 2. vbi Imo. nu. 4.
ff. de public. cũ alijs citatis pro contraria parte, in hoc
ipſo fundamento, quibus addo Balb. de pręſcrip. in 3.
par. 5. par. princ. q. 3. nu. 8. vbi dicit cõem. Albã in conſ.
64. num. 51. Crau. de antiqu. tempo. par. 4. §. abſolutis,
nu. 23. vbi poſt Bald. dicit, fiſco præiudicare corũ ſcien
tiã, qui funguntr̃ vice fiſci. Burſ. in conſ. 104. nu. 19. ſicuti
itaque corũ ſciẽtia cũ taciturnitate nocet Principi ad
præſcriptionẽ, ita nocere dẽt receptio minoris precij.

Similiter non reſiſtit qđ non fuerit perfecta præſcri
ptio, ex quo quadraginta anni non fuerunt elapſi. Re-
ſpondeo enim, quod triginta anni ſufficiunt vt præſcri
batur facultas ſoluendi vnam monetam pro alia, &
vnum valorem pro alio, & ita concludunt communi-
ter DD. vt probaui in 9. fundamẽto ex Signor. Innoc.
Io. Andr. Aret. Corn. Curt. iun. Mart. Land. Brun. Dec.
Ruin. Rubc. Natta, Menoc. & alijs, ex quib. Hier. Gabr.
loquitur cõtra Ducem, Collegium vero Papienſe con-
tra March. Montisfer. & nihil eſt ſpeciale in Principe,
56 quia vtitur iure cõmuni, † l. idem, ff. de compenſat. l.
cum vitioſè, ff. de pigno. Cin. in l. 1. C. petit. hęred. & eſt
tex. in Principe, in l. cõpetit, C. de præſcript. 30. annor.
vbi dr̃, res fiſci triginta annis præſcribi. Pereg. de iure
fiſci, lib. 1. tit. 1. nu. 1. contrarium aũr de quo in §. res fi-
ſci, Inſtit. de vſucap. procedit, quando agitur de præ-
ſcribenda re fiſco incorporata, non autem de actione.

Secundo reſpondeo, quòd hic nedum quadraginta
* ſed ſexaginta annorũ ſpacium effluxit, & vltra, & ideo
etiam ſi longior requireretur præſcriptio, ea omnino
ceſſit, & non eſt quod interrupta fuerit: quinimo ſem-
per vſque ad hanc diẽ ſoluti fuerũt ſolidi illi quatuor-
decim cum dimidio, & nihil vltra: nam etſi anno 1556.
additi fuerint ſolidi decem cum dimidio, tñ cõſtat ex
actis augmentũ illud impoſitum fuiſſe, non pro ęquan
do valore antiquæ monetæ, vti deducit nunc Camera,
nec pro ſupplenda ciuitate, quæ deficiebat in moneta
noua, ſed vt ex eo augmento exigerentur aurei illi vi-
ginti

gintiquatuor mille, qui ſuperindicti fuere à Principe
ad muniendam Ciuitatem aggere,muro,& alijs neceſ
ſarijs reparationibus & propugnaculis, nec vnquam
mota fuit controuerſia ſuper valore ſeu pretio ſalis.

Tertio reſpondeo, quod vbi etiam Ciuitas non ob-
tineret ex præſcriptione, tñ deberet obtinere ex cõſue
tudine,quæ minorem temporis curſum exigit, decen-
57 nio enim inducitur, † vt probat text. in l. 2. C. quæ ſit
long.conſuet.& ibi notant Cin.Bar.Bald.Caſtr. & alij
omnes,in l.de quibus,ff.de legib. & hanc partem dicit
veriorem & communem Feſtaſ. in tracta.de collect. in
2.par.c.3.nu.25. vbi allegat Alex. Iaſ.Ioan.de Amicis
Curt.iun.Gozad. Rube.& alios. Martin.Laud. tracta.
monet.col.fin.ver.nota vnum, & dr̃ præſcripta conſue
tudo,qñ ſecundum eam decennio fuit obtentū, vt per
Iaſ.d.l.de quibus,nu.33. ſequitur Balb.d.trac.par.1.in
fin.nu.12.& procedit ſiue conſuetudo ſit contra ius,ſi-
ue præter,vt per Nattam,conſi.431.nu.3.& per totum,
vbi allegando glo.Abbat. Barbat.Salic.Alex. & alios,
probat iura loquentia de tempore antiquo, longæuo,
maximo,vel ſimili alio titulo in conſuetudine,intelli-
gi debere de ſpacio decem annorum.

Pariter non contradicit quod ex quo Camera par-
tem illius augmenti exegit,ideſt duos ſolidos cū dimi
dio,cenſetur reſeruaſſe ſibi ius exigēdi reſiduum, ſicu-
ti ēt ciues ſoluendo partem augmenti, ita videntur to
tum debitum agnouiſſe,vt nullo modo potuerint præ-
ſcribere,ex doctr. Bar.in l.is qui vſumfructū,ff.quibus
mod.vſusfr.amittit.vbi vult,quod recipiendo ſcienter
partem, retineat ius in toto; ad illud.n.multiplex eſt
58 reſpõſio:& primo,qđ opinio eſt falſa,† & contrarium
tenuere Iac.de Are.& Lambert.de Rampo. quos citat
Cin.in l.cū notiſſimi,§.in his, C.de præſcrip.30.annor.
per text.in l.competit, C.eod.tit.ibi,vel minus q̃ opor
tuerit.& in d.l.is qui vſumfructum,& quia etiā eadem
eſt ratio partis quoad partem,quę eſt totius quo ad to
tum. Idem tenuit Butr.in c.peruenit, in fine, de cenſib.
vbi loquitur in eo qui cum teneretur ad ducenta, ſol-
uit centum,quia poteſt allegare remiſſionem pro reli-
quo.Cuma.in l.ſi prius, in princ.ff. de aqua plu.arcen.
vbi etiam Imola in fine, & hoc voluit glo.1. in c.olim,
de cenſib. vbi vult, quod recipiens monetam minoris
valoris cum proteſtatione,ſi tamē præiudicet; & tran
ſeunt cum ea Innoc.Io.Andr. & DD.cõmuniter,vt in-
quit Brun.d.concluſ.vlt.limitat.4.col.2. in princ.verſ.
ſed contrarium innuit Rom. in d.l.ſi prius,nu.3.quam
legit cum l.poſt venditionem,vbi reprobat Bar. & hāc
eſſe cõem dicit Colleg.Pap.in d.conſi.5.in princ.vbi ēt
teſtatur eſſe veriorem.Idem tenuit Curt.iun.conſ.24.
col.fi.verſ.nec obſtat ſi quiſpiam. Natta in conſi.227.
nu.8.& pro hac opinione facit gl.in c.quicunque, in fi.
17.q.7.vbi dicit,quod ſi pro cathedratico ſolutum fuit
quid minus quā deberetur,cadit præſcriptio. ſequitur
Hoſt. Io.Andr.Butr.Abb. & alij, in c.olim cauſam, de
cenſibus, vbi volunt,ꝙ cathedraticum poſſit minui in
quantitate,& modo per præſcriptionem, niſi mala fi-
des obſtet,quod ēt voluit Bald. in tract.præſcrip.in 4.
par.4.par.princ.q.7.nu.3.licet ſtante mala fide contra
dicat.& ſic opinio Bart.in d.l.ſi prius,& l.is qui vſum-
fructum,procederet indiſtinctè, vtique falſa eſſet cõis
opinio, quæ habet, quod debitor antiquæ monetæ ſol-
uendo longiſſimo tp̃e de noua,pręſcribit,quia ſemper
diceretur creditor recepiſſe partem debiti, cum noua
moneta dicatur pars antiquæ quæ erat debita, vt inqt
Bar.in d.l.ſi prius,nu.3. ſed certum eſt,illam eſſe cõmu
nem, & veram, & ab oĩbus indiſtinctè receptam, ergo
opinio Bart.vel non ſubſiſtit,vel aliter debet intelligi.

Reſpondeo ergo ſecundo loco, quod dictum Barto.
& aliorum,procedit, quando moneta ſoluitur tanquā
pars debiti,at vbi ſoluitur pro extinctione totius debi
59 ti,& loco antiquæ,tunc inducitur præſcriptio,† ita re-
ſoluit rationabiliter Salic.in l.cum notiſſimi,§. in his,
nu.4.C.de præſcrip.30.annor.& ratio eſt:quia tūc ſol-
uens non dr̃ agnoſcere debitum,niſi pro illa quantita-
te q̃ ſoluit,& ceſſante mala fide ſoluentis. Hanc diſtin
ctionē probat ēt Balb.in d.4.par.4.partis,q.5.nu.1. li-
cet vbi extat mala fides, contrarium teneat.ſed in præ
ſenti facto nõ cadit mala fides, vt dicā infra.& quam-
uis ipſi non dicant,inuenio qđ hoc voluit Rom.in d.l.
poſt venditionem,nu.3.in fi.ff.de aqua plu.arcend. di-
cens,quod vbi quis monetā nouam ſoluit pro reliquo,
tunc ceſſat doctrina Bart.ibi.ſequitur Bouius in tract.
de præſcrip.ſtatuta.gl.19.nu.224.& Brun.in d.tract.in
4.limit.col.2.ver.vel quod deciſio.Bart.ibi,aut recipie
bat in partem ſolutionis,dum illius dictum reſtringit
ad caſum qñ creditor monetam nouā recepit pro par-
te ſolutionis,non pro integra ſatisfactione.& hoc etiā
voluit Corn.d.conſil.181.col.fi.ver.nec obſt. D.Anton.
Aret.d.conſi.112.col.2.verſi.requiritur ēt quòd ille,in
facto aūt noſtro negari non poteſt,quin & ementes ſal
ſoluerint quatuordecim ſolidos cum dimidio pro in-
tegro pretio ſalis,& vendentes receperint pro comple
ta ſatifactione, nihil vlterius ſperantes ſibi ſoluēdum
fore,quia nec ſolet haberi fides de pretio,& longiſſimi
tp̃is curſus & taciturnitas id arguunt,ergo neque ſol-
uentes agnouerunt debitum, neque recipientes volue
runt ſibi reſeruare ius cõſequendi reſiduum, præcipuè
cum tam in vendentibus q̃ in ementibus præſumatur
ignorātia dicti reſcripti,vt dicam paulo inferius.Con
firmatur aūt ſolutio hæc:quia non eſt verū Bartoli præ
ſuppoſitū, quod ſolidi monetæ nouæ quæ ſoluitur, ſint
pars monetę:nam vbi moneta noua eſt mutata quoad
60 intrinſecam bonitatem, dr̃ omnino alia moneta † vt
ipſemet Bar.dicit,in l.cum quid,nu.17.verſic.breuiter
quandoque,ff. ſi cert. pet. & ibi eum ſequuntur cõiter
omnes,vt inquit Curt.iun.d.conſi.24.col.fin.ver.pręte
rea ſi bene volumus.Imo.in d.l.ſi prius, in fi.princ.vbi
dicit,quod aliud pro alio ſolui dicitur,qñ noua mone-
ta ſoluitur pro antiqua, Colleg.Pap.d.conſi.col.5.cir-
ca med.ver.& ꝙ moneta, vbi ait, quod cum hac ſenten
tia tranſeunt alij,& ꝙ dicatur omnino alia moneta id
præſupponit ſemper Signor.d.conſil.74. præcipuè nu.
10.11.12.21.22.& 26.in princ.& verſic.ſecundo præmit
to, in fine, quod ſi dicitur alia moneta, infertur quod
non dicitur pars antiquæ,vt cenſuit Bart.d.l.ſi prius.

Tertio reſpondeo,quod doctrina Bartoli, & aliorū
in cõtrarium allegatorum,procedit,qñ recipiens ſcie-
bat ſibi plus deberi quam ſolueretur:at ſecus eſt quan
do ignorabat plus deberi ſed credebat id ſolum debe
61 ri,quod ſoluebatur quia tunc præiudicat.† ita loquun
tur Din.& Cin.in d.l.cum notiſſimi, in §.in his, vbi di-
cunt,expreſſe quod ſi credit nihil vltra deberi, cēſetur
alia remittere,ita quoq; Bar.in d.l.ſi prius,Bal.Ang.&
alij in d.§.in his,Purpur.in l.cum quid,colum.pen.ff.ſi
cer.pet.Bertran.in conſi.261.nu.7.vol.1.Balb.d.4.par.
quartæ part.princ.quæſt.5. & 7. Curt.iun. d.conſil.24.
nu.7.verſic.nec obſtat ſi quiſpiam. Brun.d.limit.4.col.
1.in fin. verſic.ſi quis autem ſciens. Colleg. Pap. col.3.
ver.ſecundo contra ibi,& licet Bart.& col.6.ver.ad ſe-
cundum principale. in caſu autem noſtro in Principe
62 præſumitur non ſcientia ſed † ignorantia, d.l.verius,
& in terminis ita dicit Signor.d.conſi.74.nu.12. vbi lo
quitur in eo qui ſucceſſit in ius alterius,ſicuti Duci Al-
phonſo reſcribenti ſucceſſere Sereniſſimi Duces Her-
cules & Alphonſus modernus, & rurſus idem Signor.
nu.26.verſic.item vt clarius idem dicit Curt. iun.in d.
conſi.24.colum.fin.ver.præterea etiam retenta, vbi &
ipſe loquitur de Principe,qui ſucceſſit in ius alterius,
propte-

propterea non modo Bartoli diſtinctio non prodeſt
Cameræ, ſed verius contra eam pugnat, quia in caſu
noſtro ignorauit Princeps reſcriptum illud, & multo
magis ignorarunt ſalinerij,& officiales exigentes qui
verſabantur in alieno facto, cuius ſemper ignorantia
præſumitur.

Porro mala qnoquo fides quæ allegatur in ciuibus,
non pōt impedire præſcriptionem, quandoquidē non
probatur ciues qui ſal emerūt fuiſſe in mala fide,& nō
bene deducitur ex ſciētia reſcripti quia negatur proɼ-
ſus cines prædictos notitiam dicti reſcripti habuiſſe,
imò præſumitur ignorantia, nec ſcientia ex eo colligi
pōt,quod a ſuis ſyndicis & rectoribus fuerit impetra-
tum: quia reſpōdetur,inde poſſe quidem vniuerſitatis
ſcientiam euiuci,ſed uō ciuium,cum tñ in præſenti ca-
ſu ſcientia ciuium requiratur nō Vniuerſitatis, ex quo
ciuibus venditur ſal non Vniuerſitati,& ciues ipſi præ
ſcripſere non Vniuerſitas, & ſicuti ſcientia particula-
rium non eſt ſcientia Vniuerſitatis, nec Vniuerſitati
63 præiudicat,†ſecundum Dec.conſi.437.nu.3.Rui.conſ.
129.nu.11.vol.4. dixi in conſi.28.num.101. & 107. ita
ſcientia agentium pro Vniuerſitate non dicitur ſcien-
tia ſingulorum, vt idem ſit iudicium contrariorum.

Secundo reſpondetur, quod imò bona fides in ciui-
bus præſumitur quia ignorauerunt curſum ſolidi fuiſ
ſe mutatum & potuerunt credere nullam adeſſe muta
64 tionē, † vt in terminis declarat Aret.d.conſi.112.col.
2.ver.potuit autem hic cadere, & ſubdit quòd etiā ſuc
ceſſerunt hoīes in ius alterius: quia ementes ſal, non
omnes interuenere tpe decreti ſeu reſcripti. idem di-
cit Corn.d.conſi.181.col.antepen.ver.nec obſtat ſupra
dicto fundamento, vbi fortius dicit,ꝙ etſi ſoluēs ſciat
ſe promiſiſſe florenos ad rationem ſolidorum trigin-
ta duorum, non tñ ſequitur quod ſciat ſe non integrè
ſoluere dando totidem ſolidos vſuales,& ſubdit bonā
fidem non malam præſumi,& caſus Corn. eſt in termi
nis fortioribus, tum quia loquitur in ipſomet qui con
traxit,tum vero qa in eo taxatus erat florenus ad cer-
tum numerum ſolidorum,cum tñ in facto noſtro,neq;
contrahentes interueniant, neque in reſcripto ſit de-
claratus,aut taxatus valor ſolidi.idem tenuit Brun.d.
limit.4.col.1.ver.quod puto verum,vbi dicit,quòd bo-
na fides præſumitur.Colleg.Papien.colum.5.in princ.
verſic.communis enim eſt ſententia,& quod præſuma
65 tur bona fides in præſcribente †volunt glo.& Doctor.
in c.ſi diligenti, de præſcript. in l.Celſus,ff.de vſucap.
dixi in conſi.234.num.30.Menoch.conſi.115.num.30.
imò ſi adeſſet mala fides, ea fuiſſet purgata curſu lon-
66 giſſimi temporis triginta annorum. † Bald.& Salic.in
l.1.in fin.C.vnde vi.Bald.Ang.Abb.Alex.Corn.& alij,
quos adduxi d.conſil.234.num.31.

Tertio reſpondeo,quod non procedit, qñ ſciens ſol
uit ei qui ſcienter quoque recipit,quia tunc ceſſat ma-
la fides,non enim fit iniuria volenti,l.1.§. vſque adeo,
ff.de iniur.cap.ſcientia,vbi Din.& alij,de reg.iur.in 6.
ita præcisè reſoluit Corn. d.conſil.181.col.antepen. in
fin.ver.nec obſtant ſupradicta. ſequitur Brun.d.limit.
4.col.2.verſic.circa quod dici poteſt, vbi ait,quod reci
67 piens ſcienter partē,videtur reſiduum remittere, † ꝙ
etiam tenet Balbus, d.q.7.verſic. puto tamen, vbi ait
quod ſoluens ei qui ſcienter recepit,poteſt allegare re
miſſionem,vel renunciationem. pro quo facit Hoſt.in
tit.de præſcrip.§.quæ res,colum.1.vbi dicit debitorem
præſcribere, licet ſciat ſe debitorem,ſi non fuit à credi
tore interpellatus, quia poteſt credere quod creditor
ideo nō petat quia velit donare, ſequitur Abb.in cap.
fin.num.18.de præſcriptio.Dec.conſi.554.col.1.Tiraq.
alios citans,in l.ſi vnquam, in verſic.reuertatur, num.
309.C.de reuocan.donat.Rip.in conſi.160.nu.5. Cac-
cialup.in l.oēs populi,nu.65. Vaſq.Illuſt.q.cap.76.nu.
8.vbi dicunt, qd᷈ debitor præſcribit ſi non ſit in mora.

Quarto reſpondeo, quod ciuitas non tam præſcri-
ptionem allegat quam conſuetudinem,in qua non re-
68 quiritur bona fides,† Angel.in l.de quibus,ff.de legib.
vbi idem dicit in tit.quod nō eſt neceſſarius, & ibi Iaſ.
nu.49. dicit eſſe bene notandum, quod populus poſſit
conſuetudinem inducere cum mala fide.Alex.in conſ.
6.col.1.vol.1. vbi ponit tam de bona fide quam de tit.
Balbus in tract.de præſcript.in 1.parte princip.quæſt.
10.nu.7.ver.quarta differentia, vbi hoc dicit intereſſe
inter conſuetudinem & præſcriptionem Natta conſil.
98.nu.7.& conſi.405.nu.24.vbi de vtroq; loquitur. Et
eodem modo in conſuetudine non requiritur ſuperio
ris ſcientia. Abb.in c.1.de treug.& pace. Alex.d.conſi.
6.q.10.nu.8. vbi multos allegat. Nat.d.conſi.98.nu.6.
vbi poſt Alex. dicit, hoc procedere etiam quando in-
ducitur conſuetudo contra legem vel ſtatutum.

Ad vltimum de reſtitutione concedenda aduerſus
præſcriptionem, reſpondeo primo, quod Principi re-
ſtitutio denegatur. Guid.Pap.q.340. Luc.de Pen.in l.
cubicularios,C.de præpo.ſacr.cub.lib.10.Zaſ.in repet.
l.Princeps,nu.6.ff.de legib. Alciat.conſi.181.nu.6.quā
69 ſententiā quando ſtatus Principis † non læditur,pro-
bauit etiam Sfort. Oddo, in tract.de reſtit.q.3.art.14.
non enim Princeps habet priuilegium niſi in caſibus
expreſſis,gl.in l.item veniunt,§.in priuatorum,ff.de pe
tit.hæred. Tiraq. de retra.conſaug.§.1.gl.14.num.100.
Guid.Pap.q.536.nu.2.Boſſ.de priuileg.fiſci,nu.75.

Secundo reſpondetur, quod principi non datur re-
ſtitutio contra Ciuitatem & Vniuerſitatem, quæ pari
gaudet priuilegio: nam priuilegiatus non vtitur pri-
70 uilegio contra pariter priuilegiatum,† §.ſed & hoc in
præſenti,in Authen.de ſanct.Epiſcopi,l.minor filiofa-
milias, & l.verum, §.fin.ff.de minor. Doctores omnes
in Authen.Quas actiones,C.de ſacroſan.eccle.Azo in
Rubr.C.ſi aduer.fiſc. Rom.in conſi.166.nu.14. Cephal.
conſi.7.nu.16.& 17.

Tertio reſpondeo, quod reſtitutio non conceditur
71 niſi probata læſione,† l.nam & poſtea,§.ſi minor,ff.de
iureiuran.cū multis quos citaui in conſi.79. at hic nul
la eſt læſio, quia certa moneta non fuit promiſſa nec
Vniuerſitas fuit vnquam obligata aliter quam pro ſo-
lidis quatuordecim cum dimidio: vt dixi, ergo ceſſat
fundamentum reſtitutionis.Barba. in conſi.26.nu.20.
in fine,vol.2. vbi hoc modo reſtitutionem excludit. &
probaui in conſi.234.nu.37.& 39.

Quarto aduertendum, quod præſcriptio cepta eſt
cum Duce Alphonſo,qui eo modo reſcripſit,& contra
eum habuit initium, quia ſub eo ceptum eſt ſolui mo-
do prædicto, ergo inſtar minoris non eſt Principi ſuc-
ceſſori concedenda reſtitutio, quia cum eo nihil eſt ge
72 ſtum.† Iacob.Butr.in l.2.C.ſi adu.vend.pign. vbi Bar.
& alij.Tiraq.de retractu conuent.§.1.gloſſ.2. num.54.
Bero.conſi.121.nu.123.vol.3.Natta in conſi.492.nu.2.
Roland.qui infinitos allegat, conſi.10.num.14. vol.2.
Maurit.de reſtit.in integr.cap.97.Anchar.mod.famil.
quæſt.lib.1.q.59.in princ.Caualc.de tutor.num.101.&
143.& ſi dicatur,quod ſaltē dabitur ex generali Clau-
ſula,Si qua mihi iuſta cauſa. Reſpondeo,quod ea da-
tur in ſubſidium,quando adminiſtratores non ſunt ſol
73 uendo,† l.fi.in princip.ff. de eo per quem fact.er.Bald.
& alij,in l.ſi infanti,C.de iur.delib.Ruin.conſi.119.col.
pen.vol.5.Natta conſi.462.nu.6.Alba conſi.18. per to
tum.Rolan.d.conſi.10.nu.19.

Quinto non fuit probatum quando deceſſerit Dux
Alphonſus concedens, & eſſe poteſt,quòd eo iubente
fuerit nedum cepta, ſed etiā perfecta præſcriptio, quo
caſu non eſſet locus reſtitutioni propter ſcientiam.

SVMMARIVM.

1 *Deficere propriè dicuntur maſculi quando nati deſierunt eſſe in rerum natura.*
2 *Onus ita cenſetur iniunctum vt valeat.*
3 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati quando extant coniecturæ.*
4 *Poſiti in conditione cenſentur vocati quando teſtator expreſſit rationem conſeruandi bona ſua in ſuos deſcendentes.*
5 *Deficere dicuntur ſecundum multos etiam qui non naſcũtur.*
6 *Verba vbi conueniunt, ibi & diſpoſitio conuenire debet.*
7 *Indefinita æquipollet vniuerſali præcipuè in fideicommiſſis.*
8 *Diſpoſitio cenſetur facta in caſum neceſſarium.*
9 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, & alij deſcendentes quando de eis fit mentio, prouidendo, præſertim quando diſpoſitio confertur in futurum incertumq; euentum.*
10 *Collectiuum nomen eſt quod plures continet gradus.*
11 *Reciprocum fideicommiſſum inducitur inter vocatos ſub nomine collectiuo præſertim vbi extat aliquod verbum, cuius ſignificatio importet tractum futuri temporis.*
12 *Teſtator vbi loquitur de ſua hæreditate, vel de ſuis bonis, perinde habetur ac ſi de tota & vniuerſa dixiſſet.*
13 *Grauamen vbi rei eſt iniunctum, tunc grauatus reſtituere tenetur etiam portionem quam habuit ſuccedendo cohæredi.*
14 *Reciprocum fideicommiſſum inducitur, quando teſtator voluit conſeruare bona ſua in deſcendentes.*
15 *Oratio vniuerſalis falſa in vno, redditur falſa in totum.*
16 *Relatio ſemper fit ad proxima.*
17 *Fideicommiſſum ſimplex & abſolutum inducitur ex ratione, vt bona remaneant in familia quando eſt adiecta prohibitioni valida & veſtita.*
18 *Relatiuum (quibus) reſtringitur ad perſonas ſupra nominatas.*
19 *Supraſcripsit, hæc dictio, reſtringitur ad eos qui ſupra legi poſſunt corporeis oculis.*
20 *Relatio fieri debet ad præcedentia referẽdo ſingula ſingulis.*

CONSILIVM CCCXXXVI.

TRIPLICI modo exiſtimo ad ſucceſſionem Comitis Feltrini Boiardi vocatam fuiſſe perilluſtrem Do. Camillam Eſtenſem de Muſtis neptem Comitis Iulij Boiardi, qui fuit pronepos dicti Comitis Feltrini, & primo quidem, dum poſt fideicommiſſum factum cuique hęredũ inſtitutorum ſine filijs, & deſcendẽtibus maſculis decedenti, dicitur quod deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis, ſubſtituiſſe feminas vſque in infinitum, deſcendentes à prædictis hæredibus, euenit enim caſus hic, quia nemo extat maſculus ex linea dictorum inſtitutorum, ideoque factus eſt locus feminis.

Secundo vocatur D. Camilla ex fideicommiſſo reciproco, quod inductum legitur inter omnes deſcendentes ab hæredibus inſtitutis, maſculos ſcilicet primum, deinde vero feminas.

Tertio admittẽda eſt ex fideicommiſſo quod reſultat ex Clauſula illa generali teſtamẽto inſerta, qua dicitur, quod teſtatoris firma eſt intentio, ſuam hæreditatem & bona nunquam trãſire, nec poſſideri extra ipſius deſcendentes in infinitum. Hæc autem vt vera eſſe demonſtrem, ſingula capita proſequar, & quæ cuique obſtare videbuntur, ſigillatim refellere conabor.

Quod ergo attinet ad primum, illa Clauſula, quod deficientibus omnibus deſcendentibus maſculis, ſuccedant filiæ, & eorum filij, vſque in infinitum deſcendentes, includit caſum noſtrum: quia tunc propriè maſculi dicuntur deficere, quãdo nati deſierunt eſſe in re
1 rum natura, † l. Titio vſufruct. ff. de condi. & demonſt. Alciat. lib. 3. de verb. ſignifi. in primo Axiomate, & in conſil. 492. num. 9. Ruin. conſil. 175. nu. 5. vol. 2. Rimin. conſi. 117. nu. 55. & ſeq. vbi multis probat, & allegando Ruin. Pariſ. & Alciat. inquit, lineam non deficere quæ nunquam incepit, præcipuè, cum dicatur de maſculis deſcendentibus, per quę verba ſupponi videtur, quòd ſemel extiterint, aliter enim verificari non poteſt nomen deſcendentibus.

Et ſi dicatur, quod non poteſt videri iniunctum fideicommiſſum deſcendentibus, niſi in caſu in quem ſunt vocati, ideſt, quando alter ex grauatis non reliquiſſet filios, l. ab eo, C. de fideicom. at hic caſus non euenit, quia filios reliquere.

Reſpondeo, quod grauamen non eſt iniunctum deſcendentibus, ſed inſtitutis, quandocunq; ſcilicet, deceſſiſſent ſine filijs & deſcendentibus, vel cum filijs, & deſcendentibus, qui poſtea deficerẽt, & in dubio onus
2 ita cenſetur iniunctum, vt valeat, † ſecundum Bart. qui ita determinat, in l. Centurio, nu. 37. ff. de vulgar. & pupillar. vbi inquit, in dubio cenſeri grauatum inſtitutum, & videri iniunctum fideicommiſſum ſub duplici conditione. ſequitur Ripa, nu. 167. & communem dicit Rota, deciſ. 112. in fine, in 2. part. nouiſſim. & hoc videtur terminare præſentem quæſtionem, quia perinde eſt ac ſi feminæ fuiſſent expreſſè vocatæ ſub conditione, ſi inſtituti decederent ſine filijs. Item & ſub alia, ſi inſtituti deceſſiſſent cum filijs, vel deſcendentibus maſculis, qui poſtea quandocunque deficerent.

Secundo reſpondeo, quod filij inſtitutorum non ſolum ſunt poſiti in conditione, ſed etiam vocati: nam etſi communis ſit opinio cum gl. in l. Lucius, la 2. ff. de vulg. & pupill. quod filij in conditione poſiti non ſint vocati, tñ fallit, quando extant coniecturæ in contra-
3 rium. † Soc. conſi. 14. vol. 1. Curt. iun. conſil. 16. Ripa latè, in l. Centurio, nu. 162. ff. de vulg. Cagnol. in l. 1. num. 47. C. de pact. Crauet. in conſi. 63. num. 6. Clar. §. teſtamentum, q. 77. verſic. aut vero aliquid, & infinitos allegat Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. 3. & hoc admittunt omnes, quos non curo referre. in præſenti autẽ facto coniecturæ multæ concurrunt; Prima, quòd maſculi ſunt in conditione poſiti; ſecunda, quòd ſunt grauati; tertia, quod teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum; quarta, quod voluit ſuam hæreditatẽ, & bona in infinitum remanere in ſuis deſcendẽtibus, de quarum coniecturarum validitate ne ſingulas proſequar, latè agit Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 24. 45. 69. & pluribus ſequen. ff. ad Trebellian. Petra in tract. de fideicommiſſ. q. 9. num. 174. 172. 188. & ſeq. Clar. d. §. teſtamẽtum, quæſt. 79. Simon de interpret. vlt. volun. li. 3. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 3. num. 1. & ſequen. folio 300. & ſequen. Card. Manrica lib. 11. tit. 3. per totum. Cęphal. conſil. 383. Et præter alias plures, illa videtur apud omnes in dubio coniectura, quando teſtator expreſſit rationem conſeruandi bona ſua in deſcendentes ſuos, tunc enim omnes ſine contradictione fatentur filios in conditione poſi-
4 tos videri vocatos. † Corn. conſil. 146. nu. 20. & 21. vol. 2. Pariſ. conſi. 16. num. 16. vol. 3. Card. Mant. d. tit. 3. nu. 15. Simon d. ſolut. 3. num. 24. Clar. d. quæſt. 79. num. 4. Craſſ. d. §. fideicommiſſum, quæſt. 14. num. 5. in caſu autem noſtro extat clauſula prædicta, quę etſi non ſit concepta fauore familiæ, tamen amplectitur omnes deſcendentes, quia dicit firmam eſſe teſtatoris intentionem, quod bona & hæreditas ſua nunquã exeant ſuos deſcendentes: ſicuti enim poſiti in conditione cenſentur vocati, qñ intentio teſtatoris fuit bona ſua conſeruare in agnatione, ita quãdo voluit conſeruari in de-
ſcenden-

ſcendentes,quia eadem eſt ratio,quod conſeruari non
poſſint niſi vnius vocetur ad alterius ſucceſſionem.

Secunda item eſt coniectura, quæ nullam vel modicam continet controuerſiam apud Doctores, quando teſtator poſtquam maſculos vocauit ſubdit,quòd non extantibus,vel etiam deficientibus maſculis,vocat feminas,vel maſculos feminarum, vt præcisè legitur in teſtamẽto Comitis Feltrini,tunc enim apparet, quod voluit filios non ſolum ponere in conditione, ſed etiã vocare, & præcipuè cum demum feminis quoque deficientibus piam cauſam ſubſtituat, ita in propoſito Ruin.conſil.122.num.4.volum.2. Bero.conſil.80.num. 23.volum.2. Cęphal. dicto conſil.383.nu.26.& Simon dicta ſolut.3.num.19. non enim aliter bona deficientibus maſculis poſſunt ad feminas peruenire, niſi inter maſculos ipſos gradatim admittatur ſucceſſio; & hoc multo magis admittendum eſt,quia proprias filias exclusit eaſque vocauit ſolum deficien. feminis deſcendentibus ex hæredibus inſtitutis,id quòd multum conſideratur à Doctoribus tractantibus quæſtionem, an filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, quæ ſupra retuli,verſic.ſecundo reſpondeo,& Purpur.conſil.103. num.13. Et vbi etiam difficultas fieret ſuper vnaquaque dictarum coniecturarũ,non tamen ea fieri poterit ſuper eis omnibus ſimul iunctis, vti animaduertunt plures ex prædictis Doctoribus; & præcipuè Craſſ.d. quæſt.14.in fine.

Necobſtabit,ſi fortè opponatur, quod clauſula (& maſculis deſcendentibus deficientibus, &c.) ſtat non principaliter,ſed continuatiuè ad pręcedentia,intelligique debet retento themate, & conditione, de quibus ſupra,ideſt vno hæredum ſine filijs decedente,exiſtentibus maſculis ex altero,qui poſtea & ipſi deficiãt. Reſpondeo etenim,Clauſulam illam ſtare de per ſe,& principaliter,& non repetere præcedẽtem caſum, ſed diuerſum ponere, ſupra enim teſtator prouidit, quando vnus hæredum decedit ſine maſculis, altero ſuperſtite, vel maſculis ex eo,ſed vbi vterque eorum deceſſiſſet ſine maſculis, vel vbi maſculi ab eis relicti poſtea defeciſſent, nihil dixerat, ideo prouidendum erat in vtrumq; hunc caſum, & hac ratione teſtator vtrumq; hæredẽ amplectendo,diſponit, quòd omnibus maſculis deficientibus ſuccedant feminæ ab hæredibus deſcendentes, & hoc modo intelligi debet ea ſubſtitutio,quia verba ſunt apta vtrumque caſum amplecti, quando ſcilicet ex hæredibus extarent liberi, qui poſtea deficiant:nam vt dixi, tunc propriè dicuntur deficere,& quando maſculi ex eiſdem hæredibus nulli extarent, quia multi volunt quòd etiam deficere dican-
5 tur,qui non naſcuntur,† vt voluit Dec.conſi.227.num.
2. Bero.conſi.102.num.18.vol.2.Socin.iun.conſil.181.
num.22.volum.2.& hoc modo vt vtrumque caſum includat, voluit Simon de coniect.vlt.volun.lib.3. interpret.3.dub.3.ſolut.11.num.45.& ſequen.vbi ſi poſt diuerſas filiorum ſubſtitutiones dicatur, quod deficiente maſculina linea filiorum, ſuccedant feminæ, tunc intelligantur vocatæ feminæ non ſolum quando ex filijs nulli naſcerentur maſculi,ſed etiam quando extitiſſent, & poſtea deceſſiſſent; debet ergo interpretari hæc ſubſtitutio,vt ad vtrumque caſum referatur,mortis ſcilicet hæredum ſine maſculis, vel etiam cum maſculis,qui poſtea decedant.

Et hoc ſuadet vt dixi conuenientia verborum: vbi
enim verba conueniunt, ipſa quoque diſpoſitio conue-
6 nire debet, † l.4.§.toties,ff.de damn.infect.l.ſi ſeruum,
§.non dixit,ff.de acquirend.hæred. Roman.conſi.442.
numero 2.

Item indefinita locutio æquipollet vniuerſali, l. ſi pluribus, vbi Bart.in princ.ff de leg.2. præcipuè in fi-
7 deicommiſſis. † Alex.conſi.91.num.5.volum.1.Curtiun.conſi.139.num.10. Tiraquel. de retractu conſang. §.1 glo.13.num.1.Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.6.tit.4.num.12.

Tertio interpretatio ſumi illa debet, quæ omnibus conueniat,l.iam hoc iure,ff.de vulgar. Crau.conſi.20, numero 12.

Quarto ſi teſtator volebat bona ſua conſeruari in
ſuis deſcendẽtibus, vti dixit expreſsè in ſubſtitutione
ſuarum filiarum, vtique neceſſe erat ſubſtituere non
ſolum vbi hęredes decederẽt ſine maſculis, ſed etiam
vbi maſculi ab eis relicti deceſſiſſent: quia diſpoſitio
8 cenſetur ſacta in caſum neceſſarium. † Bart. in l.triticum,ff.de verbor.obligat.Crauet.conſi.149.num.11.& intelligi debet ſacta eo modo quo fieri debuit, Alex. in l.qui filiabus,§.1.nu.3.ff.de leg.1.Car.Mant. d.lib.6. tit.6.num.5.

Secundo quoque reciprocum fideicommiſſum de-
ducitur hoc modo. in caſu noſtro teſtator vocauit fi-
lios,& filiorum filios,vſq; in infinitum: certum eſt au-
tem, quod filiorum appellatione veniunt non ſolum li-
beri primi gradus, ſed etiam nepotes, & alij deſcen-
dentes, quando de eis fit mentio prouidendo, puta,
9 ſubſtituendo,vel ponendo in conditione,† l.filij appellatione,ff.de verbor.ſignifi. quam ſic intelligit Bart. in l.liberorum, nu.5.verſic.materia noſtra, ff.eodem tit. Bald.conſil.303.volum.2.Socin.conſi.90.col.fin.vol.1. Gozad.conſi.4.num.15. Ruin.conſi.144.num.5.vol.2. Socin.iun. conſil.30. num.19. volum.3. Crauet.conſil. 115.num.8.Simon de vlt.volunt lib.3.interpret.3.dubitat.3. ſolut.2.num.16.& ſequen. folio 311. Cardin. Mantica, de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.8.num.1.verſic. tertio adducitur, vbi infinitos allegat; & quamuis aliqui contrarium teneant, tamen trãſit de plano hæc ſententia,quando vt in caſu noſtro, diſpoſitio confertur in futurum incertumque euentum,vt inquit Socin. conſil.1.num.38.volum.3.ex deciſione Imolæ, *in l.* Gallus,§.inſtituens, ff. de liber. & poſthum. *vbi Alexand.* numero 7. Socin.num.5.Iaſ.num.27. Gozad.conſil.4. numero 13.Cœphal.qui alios citat,in conſilio 194.numero 21.& hanc probauit Molina de primogenit. Hiſpan.libro 1 cap.6.num.29.Cardin.Mantica, dicto tit. 8.num.2.Craſſ.§.fideicommiſſum,quæſt.10.numero 6. Zanch.in §.cum ita, parte quarta, num.197. *vbi alios* addit.Et filiorum nomen eſt collectiuum hoc caſu, ſecundum Bart.in l.re coniuncti,in 4.declarat.verſic.ſecundo principaliter, ff. de vulg.Ruin. alios citans, in conſi.140.num.8.volum.3.alios plures citat Simon de coniectur.vlt.volun.lib.3.interpret.3.dubit.3.ſolut.1. num.17.& ſeq.ſolio 311.Bero.famil.quæſt.104 præcipuè quando extat verbum aliquod adiunctum, quòd importat tractum temporis in ſuturum, vt per Ruin. conſi.102.nu.3.vol.2.vt quando dicitur, vt in caſu noſtro,in infinitum.Ruin.conſi.139.num.21.volum.3.Petra de fideicommiſſ. quæſt.5. num.182. & ratio eſt in
promptu,quia ſi plures ſub ſe cõtinet gradus,quia in-
cludat nepotes & pronepotes, infertur ex neceſſitate,
quod eſt collectiuum, quia nomen illud collectiuũ eſt,
10 quòd plures continet gradus, † ſecundum Doctor. in
l.Gallus,§.quidam recte,ff.de liber.& poſthum. Quan
do vero ſubſtitutio eſt facta per nomina collectiua,
tũc inter vocatos ſub dicto nomine inducitur recipro
11 cum fideicommiſſum, † ſecundum Anch.27.colum.1.
& 3.quem ſequuntur plures citati à Tiraq.in l.boues, §.hoc ſermone, limita.12.num.5.ff.de verbor. ſignific. Alciat.conſil.561.num.4.Natta conſi.675.num.5.Roland.conſi.70.num.30.vol.3.Cœphal.conſil.353.Riminal.conſil.23.num.51.Craſſ.in §.fideicommiſſum,quęſtio.16.Molin.de primog. Hiſpan.lib.1.cap.5.num.19.

vbi

vbi infinitos cōcordantes adducunt. Et licet hæc Concluſio ſic abſolutè intellecta, patiatur aliquā contradictionem à Doct. tamen approbatur ab omnibus, ex ijs qui contrariam tueri ſolent, vbi extat aliquod verbum, cuius ſignificatio importet tractum futuri temporis. ita Cuman. in l. cum ita, §. in fideicōm. ff. de leg. 2. cuius diſtinctionem nemo impugnat, præter eos qui volunt abſolutè fideicommiſſum ſucceſſiuum induci, etiam ſi alia verba non extent futurum tempus deſignantia; ſed expreſsè ſequuntur Caſtren. Socin. Pariſ. Ruin. Socin. iun. Alcia. & alij, quos citat Card. Manti. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 11. & ſeq. Menoch. conſil. 85. nu. 67. Simon, conſ. 203. nu. 24. Craſſ. in d. §. fideicommiſſum, q. 15. in fi. Riminal. conſi. 371. nu. 148. Decian. conſil. 10. vol. 3. & alios cumulat Petra de fideicomm. q. 5. nu. 149. verſ. tertio conciliari poteſt, & verſ. quinto etiam dici poteſt. in caſu autem propoſito, nedum extat verbum in infinitum, quòd futurum denotat tempus, ſed plures ſunt gradus ſubſtitutionum, qui demonſtrant, quòd teſtator voluit bona de vno ad alium peruenire: & demum, extat generalis ratio poſita in fine ſubſtitutionum, quòd bona ſua nunquam exeant de ſuis deſcendentibus.

Et ſi dicatur, quod cōtrarium in fortioribus terminis voluit Alexand. in conſil. 139. lib. 2. reſpondetur, quod in caſu ſuo verba ſtabant illatiuè, & ita cōſecutiuè ex præcedentibus. Item Alexand. non reſpondet ad verba in facto ſuo conſiſtentia, ꝙ bona non exeant de ſua parentela, & tertio quòd nos ſumus in clariori caſu, quando conſtat clarè de mente teſtatoris, vt infra dicam, & hoc modo reſpondebant in ſimili caſu Domini de Rota, vt legitur in deciſ. 698. nu. 11. in prima parte, in nouiſſimis.

Nec aduerſatur, ꝙ reciprocum fideicommiſſum nō inducatur, niſi tribus concurrentibus, primo, ꝙ omnes ſint honorati, ſecundo, ꝙ ſubſtitutio facta ſit vltimo morienti, tertio, ꝙ in omnibus bonis; quia ad hoc pluribus modis reſpondeo. Et primò, quòd requiſita hæc omnia in facto concurrunt, & primum quidem, ꝙ oēs ſunt vocati, & honorati, quia ſupra in principio oſtendi poſitos in conditione hic eſſe vocatos, cōcurrit etiam ſecundum, quia ſubſtitutio eſt facta vltimo, vt legitur in ſubſtitutione facta de filiabus teſtatoris, & rurſus, in alia facta de pauperibus & pia cauſa. Vltimum quoque adeſt, quia in ſubſtitutione facta de filiabus proprijs, & in alia facta de pia cauſa, mandat ſuam hæreditatem, & bona reſtitui primo loco ſuis deſcendentibus in infinitum, poſtea vero piæ cauſæ. Et licet tota hæreditas vniuerſaque bona non videantur reſtituenda, qñ ſimpliciter fit mentio de hæreditate, & bonis, vt l. Titia, & ibi Alex. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. l. iuriſgentium, §. adeo, ff. de pact. Alciat. conſ. 567. tamen qñ loquitur de ſua, vel teſtatoris hæreditate, aut bonis, tunc perinde habetur, ac ſi de tota, & vniuerſa di-
12 xiſſet, † ſecundum Socin. iun. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 19. ff. ad Treb. & in conſ. 110. nu. 32. & ſeq. & cōſil. 145. nu. 42. verſ. ſed quidquid, vol. 3. Simon de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpr. 3. dubit. 4. ſolut. 1. nu. 33. folio mihi 326. quia loquendo de propria hæreditate, ſatis teſtator dat intelligere, ꝙ nō ſe reſtringit ad portionē illius qui grauatur. quæ opinio meo iudicio caret omni ſcrupulo, qñ (vt in caſu noſtro) teſtator nemini in ſpecie ſubſtituendo, generaliter diſponendo, dicit, ſe velle, quòd hęreditas & bona trāſeant in talem, tunc enim ex quo verba grauaminis nō referuntur ad aliquas perſonas, ceſſat ratio quę pro contraria parte ſolet allegari, quod ſcilicet intellexerit ſolum de portione quam vltimus habebat, ea enim ratio procedit, qñ vltimus fuit grauatus: ſed qñ grauamen rei imponitur, tunc idem eſt, ac ſi res certa veniret reſtituenda, & intelligere non poſſumus, niſi de tota; & quamuis non viderim DD. ita declarantes, tñ exiſtimo veritatē ſic ſe habere, eamque comprobo: quia onus eſt reale, & quando rei eſt iniunctum, tunc etiam portio cohæredum cenſetur obnoxia, ſecundum Bart. in l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3. vbi ait, quod etſi grauatus in dubio teneatur ſolum reſtituere portionē ſuā, tamen qñ grauamen rei iniunctum eſt, tunc reſtituit etiam portionem quam habuit ſuccedendo cohæredi.
13 † Caſtr. in l. voluntas, in fine, C. de fideicōm. & ibi Iaſ. nu. 11. Alex. l. 1. nu. 88. ff. de offic. eius, Dec. conſ. 69. in fi. conſil. 182. in fi. Iaſ. §. Diui, in 2. lectu. nu. 152. vbi Cror. nu. 43. Ripa nu. 66. & Ferdin. nu. 189. & licet prædicti loquantur, quando prohibitio, vel onus reſpicit rem certam, tamen idem eſt, quando reſpicit bona, vel hæreditatem: quia tunc intelligitur de omnibus bonis, & de tota hæreditate, vt in ſpecie ponit Caſtr. in conſ. 77. nu. 5. vol. 1. vbi præcisè loquitur quando per modū rationis dixit, ꝙ bona ſua veniant ad poſteros. & eum ſequuntur multi ex proximè citatis Docto. & alios citat Becius, conſi. 24. num. 24. & ſeq. ratio eſt: quia cum teſtator loquitur de bonis, vel hæreditate ſua, intelligitur de tota, non de parte, præcipuè, loquēdo per modum rationis. ſicuti igitur grauamen efficit, vt reſtitui debeant etiam portiones habitæ à cohæredibus, ita quando mandat hæreditatem tranſire ad deſcendentes, reſtringi non debet ad portionem vltimi, ideo nō ſine myſterio dicunt DD. non induci reciprocum, niſi onus vltimo iniunctum ſit in tota, ſupponendo quòd vltimus ſit perſonaliter grauatus: nam aliud eſſet, qñ grauamen eſſet hæreditati, vel bonis iniunctum, tunc enim ratio recti ſermonis non patitur, ꝙ reſtringatur ad portionem vnius: vbi enim ait velle, quod ſua bona tranſeant in deſcendentes, abſurdum eſſet intelligere de portione vltimi, & non aliorum, cum eadē militet ratio in portionibus aliorū, quæ verſatur in portione vltimi.

Secundo principaliter reſpondetur, quod etiā ceſſantibus dictis requiſitis, inducitur reciprocum fideicommiſſum quando ex coniecturis colligitur teſtatoris voluntas, & præcipuè, quando voluit conſeruare
14 bona ſua in deſcendentes, † ita Craue. in conſ. 113. in princip. vbi inquit, leuem quamlibet coniecturam ſufficere, & infert eam prodeſſe, qua conſtat teſtatorem reſpexiſſe ad agnationem. & in caſu noſtro teſtator agnationem cōſiderauit, donec ex ea aliquis extaret. poſtea vero ad ſucceſſionem vocauit feminas deſcendentes ex filijs, mox verò proprias filias, & demum omnes ſuos deſcendentes. ſequitur Socin. iun. conſil. 110. nu. 37. vol. 3. Zanch. d. §. cum ita, par. 6. nume. 136. & Card. Mantica, de coniectu. vlt. volunt. lib. 3. titu. 6. num. 15. Hic igitur extat coniectura, quia intentio teſtatoris fuit, quòd bona perueniant ad ſuos deſcendentes. Item, vocauit ſemper maſculos donec extarent, deinde verò feminas, & vltimo loco piam cauſam, & digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionū.

Tertium fideicommiſſum colligitur ex Clauſula, ſupra toties memorata, cum ipſius firma intentio ſit, ꝙ bona ſua nunquam tranſeant extra ſuos deſcendētes in infinitum, quę Clauſula, ſine dubio inter omnes deſcendentes, operatur reciprocum fideicommiſſum, ex quo aliter non poſſunt bona in eis conſeruari, vt probaui latè in conſil. 96. nume. 15. & ſeq. idque confirmatur: quia loquitur per verba quæ ſunt vniuerſalia negatiua, omnes caſus excludentia, ita vt reddantur fal-
15 ſa in totum, ſi aliqua in parte ſint falſa, † l. ſi is qui ducenta, §. verum, ff. de rebus dub. & exornatur per Cardin. Manticam, de coniectur. vlt. volunt. lib. 11. tit. 10. nu. 11.

num.11.& lib.12.tit.14.nu.13.Petra de fideicom. q.5.
nu.43.& ſeq.vbi infinitos allegat,Craſſ. §. fideicõmiſ-
ſum,nu.5.& ſeq.Simon.lib.3.interpret.3. dubit.1. ſol.
10.nu.8.& ſeq.Moliu.de primog.Hiſpan.lib.1.c.5.nu.
16. & licet prædicti loquantur, qñ eſt poſita Clauſula
poſt prohibitionem alienationis, tñ idem eſt, qñ eſſet
abſoluta, & de per ſe, vt per Soc.& alios de quibus le-
gitur in dicto meo conſ.96.Dec.Cur.iun.Socin.iun.&
alios,apud Molin.d.c.5.nu.16.Simon.d.ſol.10.nu.13.

Nec dicatur, quod in caſu noſtro clauſula ſit reſtri-
cta ad caſus ſupra expreſſos, ideo extendi non poſſit.
Rñdeo enim, qđ dictio, vt ſupra, poſita in fine Clauſu-
læ, nõ refertur ad totã Clauſulã, ſed ad verbum, in infi-
nitum, dicitur enim (extra ipſius deſcendentes in infi-
nitum vt ſupra) atq; ita repetit illam dictionẽ q̃ ſem-
16 per antea adiecerat, & relatio ſemper fit ad † ꝓxima,
gl.in l.1.ff.de legat.præſtan.Craue.conſ.147.num.8.

Secundo reſpondeo, quod Clauſula prædicta ſolet
extẽdere diſpoſitionem nedum de caſu ad caſum, vti
nunc quærimus, ſed etiam de perſona ad perſonam,
de tempore ad tempus, de re ad rem, vt latè probaui
dicto conſil.96.Petra d.quæſt.5.num.66.& ſeq.

Tertio dico, quod niſi perpetuum inter omnes de-
ſcendentes fideicommiſſum induceretur, per eã Clau-
ſulam, vtiq; eſſet omnino ſuperflua, & nihil operare-
tur, ꝙ non eſt dicendum: nam in ſimili volunt Docto.
ꝙ inducat fideicõmiſſum ſimplex, qñ eſt adiecta pro-
hibitioni validæ, & veſtitæ, ne ſit ſuperflua, licet aliàs
17 induceret ſolum conditionale. † Bart. in l.qui Romæ,
§.cohæredes, ff.de verbor.oblig. Socin.iun. conſil.140.
nu.7.vol.3.Ceph.conſil.134.nu.38. Petr.dicta quæſt.5.
nume.28.& ſeq.quæ omnia procedunt multo facilius,
quando verba ſunt in rem concepta, vt hic, ſecundum
Simonem, d.ſolut.10.num.25.vbi infinitos allegat.

Et quòd teſtator non voluerit reſtringere ſuam di-
ſpoſitionem ad præcedentes caſus, clarè apparet: quia
digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionũ, ſemper
maſculos vocauit donec extabunt, item feminas inui-
tauit poſt maſculos.

Circa teſtamentum Illuſtris Comitis Iulij, conclu-
do Illuſtrem D. Camillam illius neptem ex D.Laura,
non dici vocatam, quidquid tenuerit in proprijs ter-
minis Riminal.conſi.609.& D.Biſcia, nam conſidero
quod Comes Iulius ante Clauſulam illam (quibus om
nibus ac ſingulis, &c.) nullam mentionem fecit de ne-
ptibus, aut nepotibus ex filiabus, ſed de nepotibus ex
fratre, & ideo cum dicit (quibus omnibus, &c.) non po
teſt intelligi de neptibus ex filiabus, de quibus nullã
fecerat mentioné, relatiuum enim, quibus, eſt ad præ-
cedentes tantum perſonas referendum, ſecundum na
turam relationis, l.ea tamé adiectio, ff.de leg.3. & re-
18 ſtringitur ad perſonas ſupra nominatas, † Bero.con-
ſil.66.num.14.& 15.volum.2.Rurſus extat verbum, ſu
praſcriptis, quod reſtringitur ad eos, qui ſupra legi
19 poſſunt corporeis oculis. † Bart.in l.qui liberos, §.hęc
verba, in fi.ff.de vulg.multos allegaui in conſil.23.nu.
13.Cagno.in l.qui per ſucceſſionem, nu.8.ff.de rꝑg.iur.
Card.Mantica, de coniectur.vlt.volunt.lib.8.tit.14. in
fine, Simon lib.2. interpret.4.dubit.2. ſolut.1.nu.214.
folio 171. Cum ergo ſupra nominatæ non ſint, ad eas
referri non poteſt.

Et ſi dicatur, quomodo ergo intelligi debẽt illa ver
ba, erunt ne ſuperflua? reſpõdeo, rectè illa poſſe refer-
ri ad filios, quos ſupra inſtituerat, & ad filias quas ſu-
pra nominauerat, ad nepotes & deſcendentes ex fra-
tre quos inſtituerat, atque ita mentio nepotum & de-
ſcendentium verificabitur in nepotibus & deſcenden
tibus ex fratre, vt ſcilicet intelligatur Domina Iulia
neptis ex Com.Io.Baptiſta fratre ſubſtituta omnibus
illis perſonis quas ſupra ſub diuerſis tamen conditio-
nibus & caſuum euentibus inſtituerat, & hæc intelli-
gentia eſt iuridica, per quam ſingula ſingulis congruè
20 referuntur, † gl.in l.ſi negocium, C.de neg.geſt.gl.3.in
l.quæſtionem, & ibi Ange.C.de fideicõm. Dec. in pro-
poſito, conſ.186.col.penult.in fi.Crauet.in conſ.98.nu.
11.Rimin.conſil.31.nu.99.conſ.563.num.50.Rota de-
ciſ.757.par.1.in nouiſſ. Et ita intelligendo, ceſſant om
nia fundamenta Rimin.primum quidem de poſitis in
conditione, quia non ſunt poſitæ in conditione filiæ,
aut neptes in caſu de quo agitur, imò neptes ex filia-
bus nullo caſu ſunt poſitę in conditione, ſed nepotes
ex fratre, vt dixi, ergo non ſunt etiam vocatæ. Secun-
dum item, quòd ſint grauatæ ceſſat, quia ſi verba pri-
ma de eis non intelliguntur, nõ dici poſſunt grauatæ.

SVMMARIVM.

1 *Spurius filius matri ſuccedit.*

2 *Legitimatus habetur pro verè legitimo, & naturali.*

3 *Legitimatus agnaſcitur omnibus conſanguineis patris, & matris.*

4 *Agnationis & cognationis iura actiuè & paſſiuè recuperat legitimatus à Comite Palatino, etiam quo ad potentiam ſuccedendi.*

5 *Legitimatus ſuccedit agnatis licet in legitimatione eorum conſenſus non interuenerit, ſed ſolius patris, præſertim quãdo in legitimatione fuit expreſſum quod ſuccedat agnatis, & cognatis.*

6 *Adoptatus agnaſcitur conſanguineis adoptantis.*

7 *Agnationem agnatis etiam inuitis poteſt Princeps cooperante natura augere.*

8 *Legitimum pro parte, & pro parte ſpurium aliquem eſſe, lex non permittit.*

9 *Legitimatio eſt totius hominis integra ſtatus reſtitutio.*

10 *Decedens ab inteſtato non diſponendo, videtur conſentire quod legitimatus cui ab inteſtato defertur, ſuccedat.*

11 *Legitimatus ſuccedit fratri, & excludit ſorores, legitimas naturales, ſtante ſtatuto feminarum excluſiuo.*

12 *Legitimatio valet licet in ea nõ interuenerit conſenſus agnatorum, nec citatio, & ſic legitimatus efficitur legitimus & naturalis, quamuis non præiudicet non citatis.*

13 *Actus factus aliquo non citato, valet, licet non ad præiudicium non citati.*

14 *Mater donare poteſt filio legitimato, cum per legitimationem deſinat eſſe ſpurius, & ſublatum ſit impedimentum propter quod mater non poterat ei donare, vel aliquid relinquere.*

15 *Legitimatus licet ab inteſtato non poſſit ſuccedere cum legitimis, poteſt tamen capere ſi quid ex teſtamento, vel alia voluntate expreſſa ei à patre ſit relictum.*

16 *Matri non ſuccedit filia adulterina ex ea coniugata orta.*

17 *Spurius, ſeu adulterinus nõ poteſt titulo donationis, vel alio inter viuos aliquid conſequi à matre.*

18 *Subreptio, & obreptio vitiant legitimationem.*

19 *Legitimatio vitiatur quando non fuit expreſſum quod extarent filij legitimi.*

20 *Legitimatio conceditur propter defectum legitimæ prolis.*

21 *Legitimantis poteſtatem vt ſciamus, recurrendũ eſt ad eius priuilegium, tenorque illius eſt attendendus.*

22 *Legitimare ſtantibus legitimis filijs non poteſt Comes Palatinus, niſi in priuilegio ſit expreſsè conceſſum.*

23 *Principi reſeruata non tranſeunt in aliquem ex ſolo priuatorum conſenſu.*

24 *Clauſula, ſine præiudicio legitimorum, ſemper intelligitur in legitimatione.*

25 *Comes Palatinus videtur prohibitus legitimare ſtantibus legitimis, quando in priuilegio adeſt Clauſula, ſine præiudicio legitimorum.*

Legi-

26 *Legitimatus dicitur præpoſtere legitimus.*
27 *Legitimatus non dicitur proprie legitimus.*
28 *Legitimatio non nocet ignorantibus vel inuitis.*
29 *Agnatorum conſenſus requiritur, vt eis poßit legitimatus ſuccedere.*
30 *Legitimatio quæ fit per oblationem curiæ, validior eſt ea, quæ fit per reſcriptum.*
31 *Ignorans non conſentit.*
32 *Opinio defunctorum attendenda eſt non veritas, in coniecturanda eorum voluntate.*
33 *In legitimatione impetranda à Comite Palatino, debet fieri mentio de filijs legitimis & naturalibus, quia forte difficilius legitimaſſet.*
34 *Legitimatio non nocet, vbi agitur de alijs bonis, quam patris legitimantis.*
35 *Legitimatus ſine conſenſu matris non ſuccedit matri ſi eßet natus ex coitu accuſabili.*
36 *Legitimi & naturales filij ſunt citandi in legitimatione ſpurij fratris.*
37 *Diſpenſatio dicitur, quando legitimatur filius natus ex ea, cum qua non poteſt eſſe matrimonium.*
38 *Diſpenſatio dicitur, vbi non habilitatur quis ad omnia ſimpliciter & abſolute, ſed cum limitatione.*
39 *Citatio filiorum, & agnatorum eſt neceſſaria in diſpenſatione, aliàs eſt nulla.*
40 *Legitimatio ſimplex & abſoluta eſt ſauorabilis, diſpenſatio autem odioſa.*
41 *Legitimatio facta non vocatis filijs, nec eorum facta mentione, dicitur ſubreptitia.*
42 *Legitimatio ſubreptitia vitiatur in totum.*
43 *Obreptio vitiat legitimationem.*
44 *Subreptio vitiat legitimationem ope exceptionis, obreptio autem ipſo iure.*
45 *Obreptio modica ſufficit ad deſtruendum legitimationem.*
46 *Donatio facta ab auo nepoti legitimato per patrem ſine conſenſu aui, non ſuſtinetur, quia nepos quoad auum non dicitur legitimatus, licet quod ad patrem ſit legitimatus.*
47 *Legitimatio non præiudicat ei, qui erat citandus, vel de quo fieri debebat mentio, & quoad eum habetur pro non legitimato.*
48 *Præiudicium filijs legitimis & naturalibus eo ipſo infertur, cum ſpurius habilitatur ad capiendum id quod antea capere non poterat.*
49 *Legitimatio ſemper interpretari debet, vt minus lædat legitimorum iura.*
50 *Res eadem diuerſis reſpectibus poteſt diuerſo iure cenſeri.*
51 *Legitimatio poteſt ſtare ſine potentia ſuccedendi.*
52 *Legitimari quis poteſt limitate reſpectu ſucceßionis.*
53 *Gloſ. in cap. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. reprobatur.*
54 *Legitimatus cum Clauſula, Citra præiudicium filiorum legitimorum, ſtantibus legitimis nihil capere poteſt, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato.*

CONSILIVM CCCXXXVII.

FILIAM habens Illuſtris Dominus Cęſar Iſaurus ex Franciſca Rineria coniugata, quæ ex viro ſuo duas item habebat filias legitimas & naturales, curauit illã à Comite Palatino legitimari, eãq; ſibi vniuerſalem inſtituit hęredẽ, pauciſque ab inde annis Franciſca mater eidem Lauræ filię multa bona donauit: orta itaque eſt lis inter Laurã legitimatam & Dorotheam, ac Iſabellã legitimas, & naturales ſuper donationis prædictæ validitate, affirmante Laura validã eſſe donationẽ ſibi à matre factã, quia etſi ſpurius patri non ſuccedat, matri tñ põt ſuc-
1 cedere,† vt inquit Sal. in Auth. Ex complexu, C. de inceſt. nup. vbi ait, quod adulterinus natus ex patre coniugato, & matre ſoluta, ſuccedit matri. Soc. in cõſi. 148. nu. 2. & ſeq. vol. 1. vbi Bald. Nou. in conſ. ſequenti, idem tenet, idem Soc. in l. Gallus, §. quod ſi is, colum. penult. & fin. ff. de liber. & poſthum. vbi dicit ſic iudicaſſe Baldum Nouellum in quadam cauſa ſibi commiſſa. Cardin. Palęot. in tract. de noth. & ſpur. cap. 42. nu. 1. Soc. iun. conſi. 93. num. 57. vol. 3. Alciat. conſil. 232. Roland. in conſil. 74 num. 23. & ſeq. vol. 1. Petra in tracta. de fideicom. ex prohib. alienat. quæſt. 11. num. 230. & 231. ſicuti itaque ſuccedit matri illa quæ nata eſt ex patre coniugato & matre ſoluta, ita ſuccedere debet quæ ex matre coniugata eſt & patre ſoluto, vtroque enim caſu dicitur ſpuria & adulterina, vt per Capram in conſil. 108. & Dec. in conſil. 306. & alibi ſæpe Doctor.

Secundo, licet tanquã ſpuria dici poſſit incapax ſucceſſionis, tamen cum ſit legitimata, facta eſt habilis, &
2 habenda eſt pro vere legitima & naturali,† §. ſit igitur licentia, in Auth. Quib. mod. natur. effic. leg. & §. ſi quis autem, in Auth. Quib. mod. nat. effic. ſui. Alex. in conſi. 2. col. 4. vol. 1. Iaſ. latiſſime vbi infinitos cumulat legitimationis effectus, in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. Soc. in conſ. 63. nu. 26. vol. 3. Dec. in conſil. 298. nu. 5. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 8. num. 10. & in l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos, nu. 83. C. de reunc. donat. Pariſ. in conſi. 1. nu. 55. & ſeq. vol. 2. Berret. alios citans in conſi. 118. nu. 57. Gerard. Mazzol. conſil. 117. nu. 20. Burſat. in conſil. 85. nu. 11. Lamberteng. de contract. eor. qui ſine certa ſolen. gl. 19. num. 4.

Et per legitimationem dicta Laura agnata eſt non ſolum patri, ſed omnibus agnatis, & cõſanguineis pa-
3 tris, & matris,† vt notat Io. Andr. ad Specul. in titu. de ſucceſſ. ab inteſtat. in vlt. add. vbi poſt Vber. de Bobio concludit, quod ſuccedit agnatis, & cognatis: quia impẽdimentum fuit iniectum à iure ciuili, ergo Princeps poteſt illud tollere ſtatuendo contrarium, & alias ibi ponit rationes, & dicit Ang. in cõſ. 17. nu. 6. quod talis legitimatus à Com. Palatino recuperat iura agnatio-
4 nis & cognationis actiue & paſſiue,† ẽt quo ad potentiam ſuccedẽdi, allegat Azo. & Bar. & reprehendit Iacob. Belu. qui dicebat legitimatum non conſequi iura legitimorum niſi quoad legitimantẽ, nõ quoad alios, & ſubdit, quod eius opinio non eſt vera, quia non ponderauit tex. qui dicunt legitimatos nihil differre à legitimis. Caſtr. in cõſ. 180. col. 1. ver. & quia naturaliter, vol. 1. vbi dicit, quod ſicuti alicui naſci poſſunt legitimi ſucceſſores etiam inuito, ita poſſunt ei inuito fieri legitimi ſucceſſores à Principe cooperãte natura. Abb. in conſ. 86. nu. 1. vol. 1. vbi quod ſuccedit nõ ſolũ agnatis, ſed etiã cognatis. idẽ dicit Iaſ. dicta l. ſi is, qui pro emptore, num. 241. Butr. c. per venerabilem, nu. 17. qui fil. ſint legit. & ibi Prępoſ. in §. quod autẽ, nu. 29. Soc. iun. in conſ. 142. nu. 34. in 1. vol. Rol. in conſ. 67. num. 25. vol. 3. vbi quod agnaſcitur nedum patri, ſed etiam omnibus. Tiraquell. dicto verſ. ſuſceperit liberos, nume. 83. Mazzol. d. conſi. 117. nu. 24. Berret. dicto conſi. 118. nu. 57. & Lamberteng. num. 5. & 9.

Et quamuis Iacob. Beluiſ. & nonnulli alij voluerint requiri conſenſum agnatorum & aliorum quibus talis legitimatus intendit ſuccedere, aliàs quoad eos dicatur incapax, per §. filium, in Authent. Quib. mod. natur. effic. ſui, qui expreſſe dicit, quod legitimatus quis intelligitur ſolũ reſpectu eius q legitimationẽ petijt, tñ eorũ opinio eſt erronea, quia imò ſufficit ſolius pa-
5 tris conſenſus,† vt probatur in d. §. ſit igitur, & in §. illud, & clarius, in §. generaliter, in fi. Quib. mod. natur. effic. ſui, & contrariam ſententiã probarunt Azo. Bar. Angel. Caſtren. Alexan. Barbat. Butr. Abb. & Præpoſ. quos omnes citat Socin. iun. in dicto conſi. 142. numer. 34. Anton. de Roſell. in tractat. legitimat. in penult.

car.col.1.ver. ſed quæro an legitimatus per reſcriptũ.
Dec.in conſ.316.num.7.Purp.in conſ.49.nu.8. vbi ait,
quod hæc reſtrictio non eſt vera. Pariſ.in conſ.1.nu.33.
vol.2.vbi poſt Alex.dicit hanc eſſe magis communem,
& refert multos qui eam ſequuntur.

Quæ ſententia videtur ſine dubio procedere,quãdo
in legitimatione fuit expreſſum, quod ſuccedat agna-
tis & cognatis,vt poſt Caſtr.quem refert tenet Dec.d.
conſi.316.num.8.verſ.& iſta concluſio,Caſtr.in conſil.
34.nu.3.vol.2.Abb.in conſil.86.nu.1.in fine,vol.1. Soc.
in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,col.7.verſi.quarta & vl
tima, & videtur tranſire Crot.nu.171.dum diſtinguit
inter legitimationem quæ ſimpliciter facta ſit, & aliã
in qua ſit facta expreſſa mentio de ſuccedendo agna-
tis, & pręter eos idem voluit Iacob. Beluiſ. quem re-
fert,& ſequitur But.in dicto cap. per venerabilem,nu.
17. Crauet.in conſil.138.num.4. vbi multos citat. De-
cian.in conſil.138.num.7.volum.3. Lamberteng.dicta
gloſ.19.num.12. & dicta concluſio, quod etiam agna-
tis ſuccedat qui non conſenſerunt, fundatur multis ra
6 tionibus: Prima eſt,qa adoptatus iſtis agnaſcitur, † l.
cum adoptio,& l.qui in adoptionem,ff. de adop.ita ar
guunt Ioan. Andr. Caſtren. & alij citati à Deci. dicto
conſil.316.numer.7. Secunda eſt,quia Princeps qui eſt
ſupra legem poſitiuam, poteſt cooperante natura au-
7 gere agnatis & inuitis agnationem,† ita Caſtr.d.cõſi.
180. & ſequuntur alij. Tertia eſt, quia aliàs eſſet pro
parte legitimus & pro parte ſpurius, quod tamen lex
8 non permittit,†vt per Afflict.bene probantem in cap.
1.§.naturales,in 5.notab.num.21.ſi de feud. ſuer.con-
trouer.inter domin. & agnat. Felin.in cap.poſtulaſti,
colum.11. de Reſcript. quia legitimatio eſt totius ho-
9 minis integra ſtatus † reſtitutio. Siluan. in conſil.45.
num.18.circa medium, & in fine, & nu.25. dicit,quod
legitimatio non poteſt valere pro tempore, & poſtea
eſſe inualida,& dicit glo.in cap.inhibitio,in verſic.pa-
rentes, de cland. deſponſ. quod ſi legitimatio valeret
ſolum pro parte, eſſet quid monſtruoſum; Quarta &
potentior eſt ratio, quia conſenſus nulla alia ratione
poſſet deſiderari quam ob præiudicium quod agnatis
ipſis poſſet inferri: at nullum infertur præiudicium
inuitis: quia non per eam legitimationem interdicta
eſt illis libera ſuorum bonorum diſpoſitio, ſed ea non
obſtante,poſſent cui volunt relinquere: & quamuis ab
inteſtato talis legitimatus poſſit ſuccedere, tamẽ hoc
non præiudicat agnatis: qui decedendo ab inteſtato,
& aliter de bonis ſuis non diſponendo, videntur con-
10 ſentire quod legitimatus ſuccedat, † argum.l.conſi-
ciuntur,ff.de iure codicill.ita reſoluit Caſtren. in con-
ſil.180.num.1.volum.1. vbi infert, quod frater legiti-
matus ſuccedit fratri,& excludit ſorores legitimas,&
11 naturales, ſtante ſtatuto ſeminarum excluſiuo, † ſe-
quitur Præpoſ.d.§.quod autem,numer.29. & in fratre
idem dicit Io.Andr. non tamen per eam rationem, in
d.Rubr.de ſuec.ab inteſt.in vlt.add.

Tertio, certum eſt,quod vbi conſenſus agnatorum
ſeu cognatorum fuiſſet neceſſarius in legitimatione,
ad hoc vt illis poſſit Laura ſuccedere, & immo eorum
fieri deberet mentio in legitimatione, & quod magis
eſt,fuiſſent citandi,tamen nõ per hoc legitimatio red-
ditur nulla,ſed eſt valida,& Laura dicitur ſublata na-
talium macula reſtituta ad ſtatum legitimum & natu
12 ralem,† & dicitur legitimata,quoad omnes. Barto.in
tracta.de ſucceſſio.ab inteſt.col.1.Caſtren. in conſi.34.
nu.3. volum.2. vbi fortius loquitur, quando extabant
filij legitimi & naturales, & vult, quod ſuſtineatur q-
dem legitimatio, licet non ad præiudicium legitimo-
rum & naturalium.idem concludit Card.Floren.in d.
c.per venerabilem,colum.13.verſi. ego credo. ſequitur
ibi Butr.& Præpoſ.num.25,in §. quod aũt,diſtinguens
inter legitimationem quæ reſpicit ſtatum perſonæ, &
eam quæ concernit bonorum ſucceſſionem: nã in pri-
mo caſu ſiue extent filij,ſiue non, & ſiue fuerint citati,
ſiue nõ,ſemper efficitur legitimus, & naturalis: ſed in
ſecũdo aliter dicit,quia ſi extabant legitimi, & de eis
nulla eſt facta mentio,legitimatio non eis obeſt, eſt ve
rum, quod Butrius reſtringit ſe ad caſum quando ſoli
extant agnati,non filij.Ruin.in conſ.68.nu.3.ver.præ-
terea ex hoc,vol.3.in conſ.81.nu.8. eod.vol. vbi addit,
in ſimili quod dicitur de actu facto non citato aliquo,
13 quia valet,ſed non ad præiudicium non citati, † & idẽ
repetit in conſ.94.nu.1.eo.vol.Ripa,in l.ſi vnquam,nu.
79.C.de reuoc.don.vbi Tiraq.in verſ.donatione largi
rus,nu.316.Bero.in conſil.177.nu.81.vol.2.Soc.iun. in
conſ.93.nu.37.in 3.vol.Cęph.conſ.285.num.53.& hoc
etiam voluit Hondedæus conſ.89.nu.22.Peregr.in tra
cta.de fideicom.art.23.nu.55.ſed ſi non obſtante defe-
ctu citationis,vel alio, Laura eſt legitimata, infertur,
quod ei mater potuit donare, ſicuti potuiſſet cuicun-
que extraneæ: deſinit enim eſſe ſpuria,& ſublatum eſt
per legitimationẽ illud impedimentũ, propter quod
mater non poterat ei donare, vel aliquid relinquere,
14 ita vr̃ concludere † Ruin.in conſ.71.num.1.vol.3.& in
conſ.68.nu.3.ver.pręterea ex hoc,eod.vol.Soc.iun.cõſ.
93.nu.37.in 3.volum.Sicuti igitur potuiſſet mater do-
nare,vel relinquere extraneo, ita & filio, qui ſit legiti-
matus,quia non eſt amplius ſpurius, ſed habetur pro
extraneo,aliàs eſſet ſolum legitimus pro parte.

Nec repugnat Clauſula ꝗ legitur in priuilegio Co-
mitis legitimantis,quod legitimatio nõ pręiudicet fi-
lijs legitimis,& naturalibus, ea enim intelligi dẽt quo
ad ſucceſſionẽ inteſtati, quia ab inteſtato legitimatus
non poteſt ſuccedere cum legitimis, ſed non impedit
quo minus capere poſſit,ſi quid ex teſtamento vel alia
15 voluntate expreſſa relictum eſt à patre, † vt late poſt
Caſtr.& alios concludit Soc.in conſi.95.nu.25. & ſeq.
vol.4. vbi id multis probat Dec i. qui bis atteſtatur de
communi,in conſ.338.nu.4. vbi allegans Corn.& Ca-
rer. ſubdit, quod etſi hæc ſententia poſſit cauillari, ex
his quæ dixerunt Ang.& Anchar.tñ ſufficit quod ſit cõ
munis.Soc.iun.qui pariter dicit communem,in conſil.
120.nu.22.& in conſi.121.num.16.vol.2. Ruin.in conſi.
72.nu.15.vol.3. vbi dicit authoritatem Ang. & Anch.
reprobatam eſſe. Pariſ.conſil.14.nu.44.vol.2.Crot.in
conſ.99.num.4.Ludou.de Sard.in trac.de legit. per re
ſcrip.§.7.q.5.Io.Mar.Rim.in conſ.41.nu.9.vol.1. Grat.
qui cõem dicit,in conſ.64.nu.6. Alb.in cõſ.7.nu.1.Did.
de ſponſal.in 2.par.c.8.§.10.nu.1.Vaſq. de ſucceſ.pro-
greſſ.lib.1.§.2.in fine.Pute.deciſ.303.lib.2.& hãc partẽ
ſecuti ſunt Nico.de Vbal.Bero.Iacob.Leon. Gozadin.
Math.Brun.Pau.Lancel.Io.Dilect.& alij,quos citat &
ſequitur Gabr.in cõſ.22.nu. 12. dicens hanc eſſe verio
rem & communem. Merzar.in conſi.38.numer.74.vbi
aſſerit communem. Burſat.in conſil.264.num.23.& in
conſ.355.nu.28.Decian.in conſi.19.nu.26.vol.1.conſi.
40.num.33.vol.3.Rim. in conſil.446.num.42.Oddo in
conſi.16.nu.30.In caſu autem noſtro,extat matris ex-
preſſa volũtas,quæ filiæ donauit,ergo Clauſula illa nõ
obſtat.Rectius tamen omnia conſiderando,viſa eſt mi
hi verior contraria opinio,quod donatio prædicta ſu-
ſtineri non poſſit,quia cum Laura ſit adulterina, & na
16 ta ex matre coniugata, nõ poteſt matri ſuccedere,† §.
fin.in Auth.Quib.mod.nat.effic.ſui,Auth. Licet,in fin.
C.de natur.lib.gl.in Auth. Si qua illuſtris,C. ad Orfic.
Capra,in conſ.108.nu.23. vbi nu.28. dicit, quod talis
ſpurius non meretur filij nomen,ẽt quoad matrẽ. Cac-
cialup.d.l.ſi qua illuſtris,nu.75. vbi allegat Azo. Din.
Cin.Bart.Bal.& alios.Alex.conſil.174.vol.5.vbi dicit,
quod

quod noo habet ius cognationis, Afflict. deciſ. 96. Alc.
conſ. 232. nu. 3. Craue. conſ. 138. nu. 6. Didac. de ſponſ.
par. 2. c. 8. §. 5. nu. 15. Bened. in c. Raimutius, in ver. vxo-
rem nomioe Adelaſiam, deciſ. 5. nu. 134. de teſtam. Cę-
phal. in cóſ. 148. nu. 25. Card. Palęot. in tract. de noth.
& ſpur. c. 41. nu. 3. c. 43. nu. 2. Menoch. conſ. 60. nu. 31. &
col. 345. nu. 18. & Bothus in tit. de coitu damna. & pu-
oib. nu. 38. Gabr. conſ. 140. nu. 23. vol. 1. ſic etiã ſpurius,
ſeu adulterinus oon põt titulo donationis, vel alio in-
17 ter viuos aliquid conſequi à matre, † ſecundum Bald.
in conſ. 457. nu. 1. & 7. col. 5. vbi id affirmat, ſiue mater
ſit illuſtris, ſiue non, Caccialup. d. l. ſi qua illuſtris, nu.
38. Bened. d. deciſ. 5. num. 132. & in verſ. euidam Petro
tradiderunt, nu. 65. & 68. idem voluerunt Socin. iun.
Alba, & Crauet. quos allegat, & ſequitur Menoch. in
conſil. 421. num. 18. & ſeq. & in conſil. 478. nume. 10. &
aliquando latius probaui, quod talis adulterinus ſi-
cuti à patre ita à matre nihil omnino capere poteſt,
aliquo titulo ex teſtamento, ſiue inter viuos.

Et legitimatio quę facta fuit à Comite Palatino nõ
poteſt ei ſuffragari ex multis, & primo quidem quia
non conſtat quod ille legitimans habeat poteſtatem
legitimandi, & in priuilegio exhibito non legitur in-
cluſa eius perſona, & ſi prætendit ſe ab eo deſcendere,
cui à Cæſare collata fuit huiuſmodi facultas, debebat
hoc probare: & poſita facultate legitimandi, ex alio
deſtruitur: & quia non conſtat quod Laura ſit filia D.
Cęſaris, ex quo tanquam talis fuit legitimata, & in du
bio præſumitur potius quod ſit filia mariti quã adul-
teri; deficiunt etiam multæ ſolẽnitates. Sed prædictis
omnibus omiſſis, & rẽ ad pauca reſtringendo, eſt obre
ptitia & ſubreptitia: quia nõ fuit mentio facta Comi-
ti, quod ex eius matre filiæ extarent legitimæ & na-
turales, ſubreptio enim & obreptio vitiant legitima-
18 tionem, † c. noſtri, & c. cęterum, de reſcript. Præpoſ. in
c. per venerabilem, car. 4. verſ. quarto quæro principa-
liter, qui filij ſint legit. Curt. ſen. conſil. 16. col. penult.
conſil. 17. col. 5. Socin. conſi. 120. nu. 6. vol. 4. Pariſ. conſ.
15. nu. 54. vol. 2. Crot. in conſ. 60. nu. 45. Crauet. in con
ſil. 687. nu. 2. Cęph. in conſil. 442. nu. 20. Rolan. in conſ.
12. nu. 1. & 43. vol. 4. Purpur. in conſ. 262. nu. 1. Bertran.
in conſ. 141. nu. 1. vol. 5. Portius conſil. 106. num. 45. &
48. Gabr. conſ. 30. nu. 15. vol. 1. conſ. 26. nu. 1. vol. 2. Ri-
minald. in conſ. 446. nu. 51. conſ. 584. nu. 53. conſ. 689.
nu. 89. & 98. Menoch. conſ. 19. nu. 5. & 24. conſ. 181. nu.
5. & conſil. 461. nu. 1. & ſeq. ſubreptio autem inde ori-
tur, quia etſi pater affirmauerit ſe nullos habere filios
legitimos & naturales, tamen non expoſuit quod ex
matre extarent filiæ legitimæ nam vbi extat legitima
ſoboles, vitiatur legitimatio ſi de ea non ſit facta men
19 tio, † §. ſit ergo licẽtia, in Auth. Quib. mod. natur. effic.
legit. §. generaliter, in fi. in Auth. Quib. mod natur. ef-
fic. ſui, & hoc voluit Butr. io d. c. per venerabilem, col.
26. verſ. nunquid autem, & ibi Præpoſ. Abb. & alij, Ca-
ſtren. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, colum. penul. vbi
expreſsè loquitur, quando legitimatio fit patre viuen
te, vbi eum ſequitur Socin. col. antepen. in 2. concluſ. &
Iaſ. nu. 112. qui multos allegat cõcordantes. Anchar.
in conſ. 242. col. 2. Alex. in conſ. 25. col. penult. vol. 1. &
in conſ. 67. pen. col. eod. vol. Aret. in conſ. 166. colum. fi.
Corn. in conſ. 93. col. 3. vol. 2. Socin. in conſ. 65. num. 17.
verſ. ſecundo probatur, vol. 3. Pariſ. in conſ. 3. nu. 15. &
ſeq. vol. 2. vbi idem dicit, quãdo non extarent filij, ſed
nepotes, & infinitos ad hoc cumulat Socin. iun. in con
ſil. 93. nu. 35. vol. 3. idem in filia dicit Pariſ. in conſ. 55.
nume. 19. volum. 3. ſed ante eum Socin. in d. §. & quid ſi
tantum, colum. 6. Dec. conſil. 393. nume. 6. & 7. Didac.
lib. 1. variar. reſolutio. cap. fina. in fine, Gabriel. in con-
ſil. 23. nume. 3. volum. 2. vbi alios addit, loquens etiam
in nepote ex filia, & nume. 6. ampliat etiam, quando
extaret Clauſula derogatoria, quia prætereã requi-
ritur etiam mentio filiorum, & num. 12. & 16. loqui-
tur de filiabus & nepotibus dicens eſſe communem,
Decian. in conſil. 19. nume. 47. & ſequen. volum. 1. vbi
ſuſtinet eſſe nullam legitimationem quamuis facta ſit
patre inſtante & conſentiente, Menoch. de arbitr. iu-
dic. Caſu 203. nume. 5. Gaill. practicar. Obſeruat. lib.
2. obſeruat. 142. nume. 10. vbi fortius vult filiorum ci-
tationem requiri, quod tamen ego non probo, quia
communis opinio videtur in contrarium. Peregrin.
in tracta. de fideicommſſ. artic. 23. nume. 54. & 58. vbi
dicit de filijs, de filiabus, & de nepotibus fieri debere
mentionem, & idem ſi vxor pręgnans eſſet, immo vult
numerum quoque ipſorum Comiti exprimendum eſ-
ſe. Paſſet. in conſil. 165. nume. 1. vbi de filia & nepote.
Prædictorum autem ratio in promptu eſt, quoniam
legitimatio conceditur propter defectum legitimæ
20 † prolis, §. ſi quis vero non habens, & §. licet, in Au-
thent. Item ſi quis, C. de natural. lib. Tiraquell. in l. ſi
vnquam, in verſic. donatione largitus, nume. 314. Pe-
regrin. d. articu. 23. nume. 53. Vbi autem extant libe-
ri, ceſſat legitimandi cauſa, ergo & legitimatio ipſa.
Et quamuis (vt dixi) multi velint quod filiorum cita-
tio non requiratur, & hæc communis ſit, omnes ta-
mẽ volunt, quod eorum fiat mentio, nec aliter valeat:
plurimum differunt quòd non ſit neceſſaria citatio,
vel quod non requiratur notitia exiſtẽtium filiorum,
vt aduertit Tiraquell. in loco præcitato, nume. 311.
vbi dicit, huic ſententiæ diſſentire neminem præter
Federicum Senenſ. Bald. Iaſ. Guid. Pap. Praeterea, non
eſt veroſimile, quod Comes Palatinus eſſet legitima-
turus, ſi ſciuiſſet legitimos extare, vel ſaltem non ita
facile conceſſiſſet. Præpoſ. dicto capit. per venerabi-
lem, §. quod autem, nume. 20. quæſtione quarta, Ga-
briel. d. conſil. 23. num. 5. Decian. d. conſil. 19. oum. 49.
& 50. vbi vtramque recitat rationem, & oum. 59. di-
cit quod etſi Imperator ipſe poſſit in præiudicium fi-
liorum legitimare, tamen ſi ooo appareat quod ſcive-
rit legitimos extare, legitimatio non ſuſtinetur: quia
non ſolet fieri in eorum præiudicium ſine iuſta cau-
ſa, & ſine expreſſa diſpoſitione quod valeat in eorum
præiudicium, multo ergo magis corruet ea quæ facta
eſt à Comite.

Quinimo in facto corruit legitimatio: quia in pri-
uilegio conceſſo Comiti, non eſt data facultas legiti-
mandi quando extant filij legitimi & naturales, & de
hoc oullum verbum in eo legitur, & tamen vt ſcia-
mus poteſtatem Comitis legitimantis, recurrendum
21 eſt ad eius priuilegium, † tenorque illius eſt attenden
dus, vt inquit Socin. iun. in conſi. 121. num. 15. volum.
2. latiſſimè Decian. in conſil. 19. nume. 17. volum. 1. &
ideo dicit Barto. in l. cum filius, ff. de teſtam. militar.
quod etſi Comiti Palatino concedi poſſit poteſtas le-
gitimandi, ſtantibus etiam legitimis & naturalibus
filijs, tamen hæc facultas non continetur niſi in priui-
22 uilegio ſit expreſsè dictum, † Caſtren. in dicto conſil.
180. columna prima, in fioe, verſic. poſito autem, vo-
lum. 1. vbi dicit, quod ſicuti Princeps ipſe non legiti-
maret ſtante legitima prole, ita non cenſetur per ge-
neralia verba legitimandi facultatem tali caſu con-
ferre. Dec. in conſilio 288. numero 5. & idem proba-
uit Bald. in l. 2. nume. 39. C. de ſeruit. & aqu. Caſtren.
in d. §. & quid ſi tantum, in fine, vbi Socin. nume. 12. &
Iaſ. nume. 89. Alexand. in conſil. 67. num. 15. volum. 1.
& conſil. 94. nume. 5. eodem volumine, Socin. in conſil.
212. colum. 2. in 2. Ruin. in conſil. 88. nume. 14. in 3. vo-
lum. vbi dicit procedere, etiam ſi verba ſint ampla &
generalia. Decian. in conſil. 19. numero 31. volum. 1.

Alios addit Petegr.de fideicom.d.art.23. nu.57. verſ.
palatini autem. Ampliatur autem hæc opinio vt pro-
cedat etiamſi non ſolum pater,ſed ipſi quoq; filij legi-
timi conſentirent,quia nihilominus legitimatio eſſet
nulla ex defectu poteſtatis, quia cum ſit de reſeruatis
Principi, non põt eiuſmodi facultas in aliquem tran-
23 ſire ex ſolo priuatorũ conſenſu.† Bald.in c.1.§.pen.de
prohib.feud.alien.per Feder. & in terminis ita reſol-
uit Cepol.cauſ.ciuil.conſi.vltimo,nu.19.& ſeq.vbi for
tius loquitur quãdo filij cum iuramento conſentirẽt,
& de paterno conſenſu ponit Dec.in conſil.150.nu.5.
& latiſſimè declarat & comprobat Decian.d.conſ.19.
num.33.& 76.vbi vtrumque caſum proſequitur.

Quæ etſi per ſe clara ſint in facto,tñ lucidiſſima sũt,
quia in priuilegio inſerta eſt Clauſula,quod legitima
tiones per Comitem faciendæ, non præiudicent filijs
legitimis & naturalibus, per quam Cæſaris conceden
tis manifeſta redditur voluntas,quod nolit legitima-
tiones fieri ſtantibus legitimis & naturalibus filijs, &
talis voluntas quæ in caſu dubio erat tacita, nunc di-
citur expreſſa,vt inquit Cepol. d.conſil.vltimo,nu.19.
iſtoque caſu dicitur duplex cõcurrere prohibitio, vna
legis,quæ vult,ꝙ non poſſit legitimatio fieri ſtantibus
filijs legitimis,§.illud tñ a nobis,in Authẽ. quib.mod.
natur.effic.ſui, & §. ſi quis verò non habens, in Auth.
Quib.mod.natur.effic.legit.Gabr.in conſi.23. num.2.
vol.2.altera hominis id eſt Cæſaris, propterea que nõ
fiet legitimatio: & in caſibus aliàs permiſſis a lege,vt
in propoſito arguit Cepol.d.conſi.vlt.19.nu.28.quem
citat & ſequitur Decian. dicto conſil.19. nume.35. &
ſequenti, & cum hæc Clauſula ſemper intelligatur
24 in legitimatione.† Bald.in cap.licet guerram, col.pe-
nult. hic finitur lex Corrad.Bologn.cõſ.58.col.antep.
Socin.iun.d.conſi.21. nu.18. debet aliquid operari qñ
eſt expreſſa. Cepol.loco prçcitato. Decian.num.32.&
ſeq.aliàs eſſet ſuperflua, quod non eſt dicendum; imo
ipſa Clauſula intelligi ẽt debet repetita in ipſa legiti-
matione, ex quo in ea inſertum eſt integrum priuile-
gium, vt inquit Decian.d.conſ.19.nu.25.& vigore di-
ctæ Clauſulæ videtur Cæſar prohibuiſſe Comiti,ne le-
25 gitimet ſtantibus legitimis & naturalibus, † vt pro-
bat Caſtren.d.conſi.180.colum.2. verſ.& poſito quod
Princeps, vol.1.ſequitur Alex.in conſi.188.nu.17.in 5.
vol.vbi id tenet abſolutè,qñ Clauſula loquitur expreſ
sè de filijs. Ruin.in conſi.88.nu.15.vol.3. vbi latè agit
de iſta clauſula.Decia.d.conſi.19.nu.36. & 37. vbi di-
cit,quod legitimatio taliter facta redditur nulla, non
ſolum quia Comes poteſtate careat, ſed etiã quia le-
gitimauerit cõtra expreſſum Cęſaris mãdatũ, qui iuſ
ſit eã non fieri ſtãtibus filijs legitimis, & naturalibus.

Quibus hoc modo conſtitutis fundamentis, nõ ob-
ſiſtit quod ſpurius ſuccedat matri, & poſſit à matre ca
pere: quia hoc procederet, ſi natus non eſſet ex puni-
bili coitu, ſed in coniugata coitus punibilis eſt, quia
committit adulterium, quod omni iure eſt prohibi-
tum, proinde filij ex tali concubitu ſuſcepti dicuntur
adulterini, & non ſuccedunt patri, aut matri,quia le-
gibus ſunt admodum odioſi,§.ſi. in Auth. Quib. mod.
natur.effi.ſui,in Auth.licet,C.de natural.liber.& pro-
baui ſupra, in primo fundamento.

Non obſtat quod dicta Laura facta ſit legitima per
legitimationem, & habenda ideo ſit pro legitima &
naturali.quia reſpondeo,ea omnia dici impropriè,ſe-
cundum Bald.in c.innotuit, de electio. vbi dicit quod
26 legitimatus dr̃ præpoſterè legitimus, † imò idẽ Bald.
in l.1. C.de iur. aur. annul. dicit,quod eſt imaginariè
legitimus,& imaginatio repræſentat ſimilitudinẽ rei,
non autem proprium eſſe,& in c.1.de conſtit.dicit idẽ
Bald. quod legitimatio eſt ſimilis alchimiæ, quæ facit
apparere quod non eſt, ſed ſpeciem vnam,ſeu ſubſtan
tiam non tranſmutat in alteram,ſic in capit.fin.col.2.
de trãſlat.prælat.ait, quod eſt ſimilis homini medica-
to à morbo, qui retinet cicatricem: veritas enim im-
mutari non poteſt legis authoritate,l.2.ff.de vſufruct.
earum rerum quæ vſu conſum. & Bald. Salic. & Caſtr.
in l.fi.C.de his qui ætat.ven.impetrau. dicit, quod le-
27 gitimatus non dicitur propriè legitimus, † ſequun-
tur multi alij, immo dicitur abuſiuus filius. Bald. in l.
Paulus,ff.de ſtat.hom.vtiturque ficto ſpeciali & odio-
ſo priuilegio, ſecundum Ancha. in conſil.242.col.4.&
in pluribus differt à legitimis præcipuè reſpectu ſuc-
ceſſionis. Dec.in conſi.171.conſi.275.Brun. in cõſi.15.
num.20.Ripa in l.ex facto, §.ſi quis rogatus, il primo,
nu.18.ff.ad Trebel.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore, num.
160.ff.de vſucap.Ruin.in conſi.84.nu.2. volum.3. Ga-
briel.conſil.86.nu.6.vol.2.Cęphal.in conſi.606.nu.20.
Decian.in conſi.9. num.11.vol.4. latè alios citans Pe-
regrin.d.art.23.nume.3.Reſpondetur etiam pluribus
alijs modis, quòd vbi etiam verè regulariter dicere-
tur legitima, tamen hoc procederet, quando Comes
habuiſſet poteſtatem legitimãdi ſtantibus legitimis,
& quando eius intentio fuiſſet talis. Item, & quan-
do eſſet vera legitimatio, non autem diſpenſatio, vt
eſt in caſu noſtro, quas omnes reſponſiones proſequi-
tur Decia. d.conſ.19.nu.75.& quoad diſpenſationem
dicã latius infra in reſolutione aliarum obiectionum.

Nec mouet quod legitimatus agnaſcatur non ſolũ
patri,ſed etiã agnatis,& cognatis omnibus, quoniam
reſpondetur: id falſum eſſe, & contra tex. in §.filium,
in Auth. Quib.mod.nat.effic.ſui,vbi dicitur expreſsè,
quod legitimatio non nocet ignorantibus vel inuitis,
28 † & per illum text. hoc voluit Iac. Beluiſ. in §.quoniã,
eod.tit.quia ſicuti patri ignoranti vel inuito quis per
legitimationem non agnaſcatur, ita nec agnatis, aut
cognatis,ne hæredem habeãt quem nolunt. Eiuſdem
fuit ſententiæ Salic.in Authen.licet, C.de natural.lib.
idem voluerunt Iacob. de Aret. Barto. Bald.Angel.&
Anchar.quos citat & ſequitur Bologn.in conſi.58.nu.
28.vbi dicit agnatorum conſenſum requiri,vt eis poſ-
29 ſit legitimatis ſuccedere. Nec † ſuſtineri poteſt re-
ſponſio quam afferunt aliqui ad dictum §.filium,quod
ſcilicet procedat ſolum in legitimatis per oblationẽ
curiæ,non autem in his,qui per reſcriptum legitiman
tur,nam quæ fit per oblationem eſt validior ea quæ fit
30 reſcripto,† fit enim extantibus legitimis, §. proinde,
in Authent.Quib.mod.natur.effic.ſui, quod non obti-
net quando fit per reſcriptum, & ita dicunt Caſtren.
Aret.& alij,in l.ex facto,la grande, ff.de vulgar.vbi in-
ferunt, quod talis non excludit ſubſtitutum. & hanc
concluſionem probat Ripa ibi, nume.52.& in l.ſi vn-
quam, nume.62. C. de reuocan. donatio. vbi probat,
quod legitimatus per reſcriptum nihil differt ab eo
qui eſt legitimatus per oblationem, & reſponſio Soc.
iun.in conſi.242.num.37.& ſeq.volum.1. non ſatisfa-
cit:quia §.filium, nõ ſe reſtringit,nec vtitur taxatiua,
quemadmodum ille præſupponit. Nec allegari poteſt
diuerſa ratio, quare magis agnaſcere debeat ignoran
tibus & inuitis, quando fit per reſcriptum, quam vbi
fit per oblationem,ideo inter vnam & alteram legiti-
mationem,non eſt ſine ratione conſtituendum diſcri-
men, & rationes quæ allegantur non ſubſiſtunt: dum
enim dicitur, ꝙ ſicuti per naturam agnaſcuntur inui-
tis,ita fieri poteſt à Principe: procederet hoc,ſi de vo-
luntate Principis conſtaret, quod voluerit legitima-
tum agnaſci inuitis & ignorantibus, & hoc eſt de quo
quærimus, at dicimus in dubio Principis voluntatem
nõ præſumi talem,ſed qualem in hoc leges requirunt,
argumento eius quod dicunt Doctor. in l. hæredes
mei

Digitized by Google

mei, §.cum ita,ff.ad Trebellia.& in d.§.fin alium,vide-
mus explicitam eius voluntatem,in caſu fauorabilio-
ri;ſic etiam non ſubſiſtit ratio, quod legitimatio non
poſſit valere pro parte, & pro parte non: nam hoc eſt
verum reſpectu ſtatus,quia aut in totum debet eſſe va
lida,aut in totum nulla, ſed reſpectu ſucceſſionis non
eſt incóueniens,quod legitimatus ſuccedat vni, & nõ
alij, veluti latius declarabo in tertio argumento. Re-
ſoluitur etiam aliud de præiudicio: quia cum agnati,
vel cognati ignorent legitimationem, non poteſt dici
quod decedentes ab inteſtato videantur conſentire,
quod legitimati ſuccedant, ignorans enim non con-
31 ſentit, † l.cum Aquiliana,ff.de tranſact. l.mater dece-
dens, ff.de inoffic.teſtamen. alios ego citaui in conſ.7.
nu.37. relinquere igitur videtur ijs quos moriens ſcit
poſſe ſibi ſuccedere ab inteſtato, non etiam ijs quos
ignorat eſſe ſucceſſibiles,credens eſſe illegitimos,& in
coniecturanda voluntate defuncti attendenda eſt il-
32 lius opinio,non veritas. † Bald.in l.quo loco, §.1.ff.de
hæred.inſtituen. atque ibi ſequuntur Angel. & Imola,
alijque citati à Card. Mantica, de coniectur. vltimar.
volunt.lib.3.tit.10.num.1.& ſeq.Zanchus in d.l.hære-
des mei,§.cum ita,par.9.nu.44.Rimin.conſ.23.nu.79.

Sed ponamus agnatorum, vel cognatorum conſen-
ſum non requiri, non etiam video pluribus placere,
matris tamen & filiæ legitimæ & naturalis ſaltẽ men-
33 tio fieri debebat, † quia forte Comes difficilior ad le-
gitimandum fuiſſet redditus, vt voluit Iacob. Beluiſ.
in d.§.quoniam, Butr.in d.cap.per venerabilem, Bar-
bat.in conſil.41.vol.4.Bertran.in conſil.110.vol.2. So-
cin.iun. in conſil.99. nu.41. vol.2. Crot. in §. & quid ſi
tantum,num.130.& multos citat Cephal. in conſ.410.
num.21. & quamuis multi dicant contrarium eſſe ve-
rius, tamẽ loquuntur illi in legitimatione facta à Prin
cipe,qui cum plus poſſit,& præſumatur magis vacuus
à paſſionibus, & procedere cautius,& conſultius,non
tenetur adhibere cauſę cognitionẽ, ſicuti tenetur Co-
mes palatinus, quem conſtare debet fuiſſe informatũ
de omnibus, vt inquit Ruin.conſi.109.nu.23. in 3.vol.
& ita quoque reſoluit Cephal.in d.conſil.410.num.21.
Aliter etiam reſpódet Oddo,in conſ.1. nu.94. dicens,
quod ſaltem fieri debet mentio de fratre eius, qui pe-
tit legitimationem,ſecũdum Butr. d.cap. per venera-
bilem, nu.27.ergo multo magis fieri debet mentio de
matre,& matris legitima ſobole.Tertio etiam dici po
teſt, quod non debet fieri mentio agnatorum, vel co-
gnatorum,qui legitimato coniunguntur per patrem:
ſed aliud videtur quo ad eos qui ei iunguntur per ma
trem, & ſi bene videantur Doctores, qui dicunt quod
agnati vel cognati non ſunt citandi, nec eorum con-
ſenſus exigitur, nec eorum fieri debet mentio,illi ferè
omnes loquũtur ex parte patris,& Bart.in d.§.& quid
ſi tantum,nume.15.ponit rationem, quia pater cuius
principaliter intereſt, poteſt pro libitu ſuæ voluntatis
diſponere de bonis ſuis,& eum ſequuntur ceteri. Hæc
autem rõ ceſſat,quoad matrem,& maternam lineam,
& ideo inferunt DD.ibi,quod ſi agatur de alijs bonis,
34 quam paternis, legitimatio non nocet,† multos citat
Ripa,in d.l.ſi vnquam,num.80. & quod non agnaſca-
tur matri, ſtante filia legitima, probatur euidenti ra-
tione:nam ſi mater ipſa impetraſſet legitimationem,
vtique non valuiſſet in præiudicium filiæ legitimæ &
naturalis, præcipuè ſi de illa non fuiſſet facta mentio,
per ea quæ ſupra dixi: multo ergo minus ſuſtineri de-
bet hæc legitimatio facta à patre, in præiudicium filiæ
legitimæ cũ in bonis proprijs magis præiudicare poſ-
ſit is qui impetrat legitimationem, q̃ alius quiſpiam,
vt per Barto.& Doctor.in d.§.& quid ſi tantum, ita in
ſimili arguit Socin.in conſil.71. nume.34. in 3.volum.

inter cõſilia Ruin. vbi dicit,quod legitimatus à patre,
non potuit capere ab auo,qui cum filios haberet legi-
timos,conſenſit illi legitimationi, motus ea ratione:
quod ſicuti auus non facta mentione legitimorum nõ
potuiſſet nepotem ex vno filio legitimari facere, ita
nec in filiorum ſuorum præiudicium ratificare legiti-
mationem factã à filio. pro qua deciſione faciunt quæ
ſupra dicta ſunt ex Cepol. in conſil. vltimo, & Decian.
conſil. 19. de conſenſu filiorum legitimorum; facit et
ratio in caſu noſtro, quia talis legitimatus conſeque-
retur per alium, ideſt per patrem, ſeu patris impetra-
tionem: atque ita indirectè ſucceſſionem maternam,
quam per impetrationẽ propriæ matris conſequi non
potuiſſet, quod non eſt dicendum, l.quod dictum, ff.de
pactis, l.cum hi, §.ſi cum his, ff.de tranſaction. multos
allegat Craue.in conſi.973.num. 27. Et in fortioribus
terminis Bald in conſil.105.vol.5.tenuit, quod legiti-
matus ſine conſenſu matris,nõ ſuccedat matri, ſi erat
35 natus ex coitu † accuſabili, ſed in ſuo caſu contrariũ
concludit propter conſenſum matris; idem probauit
in conſi.119.num.4. verſic.porrò ſi mater, eod.volum.
vbi fortius, in eo qui ex vidua natus erat, & patre in-
ſtante legitimatus expreſsè, etiam ad ſucceſſionem
matris,vult,quod non potuerit legitimari quoad ma-
trem viuentem, quæ non conſenſerat: vult, quod ip-
ſius matris conſenſus ſit neceſſarius, cum de illius ſuc
ceſſione tractetur. & aduertatur, quod in caſu Baldi
non conſideratur præiudicium filiorum legitimorum
matris, vnde multo fortius procedet eius ſententia,
conſiderato filiorum præiudicio. Hæc autem conſilia
Baldi non vidit Abb.in conſi.86.num.1.volum.1.quia
non dixiſſet nullibi probari quod mater debeat con-
ſentire, quinimo ſtantibus filijs legitimis ex matre,
conſenſus matris non ſufficeret, ſicuti non ſufficere aui
conſenſum ſuſtinuit Socin.in eod. conſil.71.nume.33.
& ſequen. Clara itaque videtur reſolutio, quod matri
non poteſt agnaſci quæ non conſenſit,& conſequenter
ab ea capere non potuit ſtantibus filijs legitimis & na
turalibus. & idem voluit Iacob. Beluiſ. quem ſequitur
Salic.& Alex.apud Crot.in conſi.149.nu.9. qui & ipſe
cum eis tranſit.

Quarto reſponden, quod etſi non ſint citandi cete-
ri agnati vel cognati, tamen Dorothea & Iſabella fi-
36 liæ legitimæ & naturales erant citandæ. Bald. † in l.
nam ita Diuus,in princ.ff.de adoptio. Alex.in l.ex fa-
cto, la grande,num.25.ff.de vulg. Alexan.in conſi.187.
nu.10.vol.5.Iaſ.in d.§.& quid ſi tantum, nu.94. Gaill.
obſeruat.142.nu.11.lib.2.quamuis Crot. in §. & quid
ſi tantum,num.139.contrarium dicat, nam agitur de
filiorum præiudicio nõ ſolum reſpectu ſubſtantiæ pa-
ternæ,ſed etiam quia regulariter non poſſunt natura-
les legitimari,ſtãtibus legitimis,vt cõſiderat Bal.in d.
l.nã ita Diuus, quanq; & hoc quoq; rerum præiudiciũ
reſpiciat,nec nobis leue videri debet,cum lex illud te-
putauerit conſiderabile, propter legitimam ſpem.

Nec dicatur id procedere in filijs illius qui petebat
legitimationem,non autẽ in filijs matris, quia reſpon
deo: nullam diuerſitatis rationem allegari poſſe in-
ter filios patris petentis,& matris,ſi tamen legitima-
tio ad matrem extendere debet vires ſuas, & matris
ſucceſſionem amplectitur, eum non minus illis præiu-
dicetur quam illis, & inter agnationem nulla conſti-
tui debet differentia, l.maximum vitium, C. de liber.
præter.& cum lex loquatur generaliter de filijs,intel-
ligi debet non ſolum de paternis,ſed etiam de mater-
nis,l.de pretio,ff.de Publician.in rem act.faciunt quæ
dixi ſupra,in verſ.ſed ponamus.

Quinto reſpondeo,quod procederet contrarium,ſi
ageremus de ſimplici legitimatione, ſed nos ſumus in

diſpenſatione: nam hic erat filius adulterinus, tanq̃
natus ex coniugata, & dicitur diſpenſatio qñ filius ex
37 ea natus eſt, cum qua non poteſt eſſe matrimoniū.† vt
poſt Bal. & Petrum eius fratrē Caſtr. & Curt. ſen. pro-
bat Dec. in conſ. 288. nu. 6. & in conſ. 393. col. fin. Goza.
in conſ. 6. nu. 51. Soc. iun. in conſ. 142. nu. 23. vol. 1. Alc.
in conſ. 202. nu. 7. Neuiz. conſ. 99. nu. 13. Alba, in cōſ. 7.
nu. 5. Rolan. in conſ. 89. nu. 49. vol. 1. Oddo, in conſi. 16.
nu. 12. ver. ſecundo quia, & ratio eſt: quia vitium ſpu-
rietatis eſt de iure diuino, ideo Princeps ſæcularis il-
lud non pōt tollere, niſi fictè. Præterea legitimatio re-
trotrahitur ad tempus natiuitatis, & ex tunc fingit ip
ſum legitimum, ſed ea fictio non pōt habere locū vbi
non poterat eſſe veritas, ideo nō eſt legitimatio, vltra
quod, cum ſæcularis non poſſit ſuper matrimonio di-
ſponere, ita nec ſuper conſecutiuis ab eo; ita pulchrè
Alciat. d. conſil. 202. nu. 6. & 7. dicitur ēt in caſu noſtro
diſpenſatio, quia ex forma priuilegij non potuit fieri
legitimatio, in præiudicium filiorum; at vbi non habi-
litatur quis ſimpliciter & abſolutè ad omnia, ſed cum
limitatione, ea non eſt legitimatio, ſed diſpenſatio.
38 † Caſtr. in Rubr. C. de iure aur. annul. & in l. pactum
quod dotali, C. de collatio. idem Caſtr. in l. ſed ſi hac,
§. patronū, il ſecondo, vbi etiā Iaſ. nu. 6. ff. de in ius voc.
& dicit ibi Iaſ. hanc eſſe vtilē & notandam limitatio-
nē, allegat Butr. Alex. in conſil. 25. nu. 5. vol. 1. Aret. in
d. §. & quid ſi tātum, col. ante p. ver. ad tertium, vbi te-
ſtatur de cōi, Dec. in conſi. 338. nu. 3. Ruin. in conſil. 72.
nu. 16. vol. 3. vbi allegat Bal. in quodam conſilio, & lo-
quitur qñ appoſita eſt clauſula in facto noſtro, citra
præiudiciū filiorum. Gozad. d. conſi. 6. nu. 3. & 50. Soc.
iun. in conſi. 121. nu. 20. vol. 2. & ponunt omnes DD. ēt
infra citandi; in diſpenſatione autem quidquid ſit in
legitimatione non ſolum filij, ſed agnati quoq; citan-
39 di ſunt, aliàs diſpenſatio eſt nulla. † Anchar. in conſil.
241. Ex tenore, col. 2. Socin. in d. §. & quid ſi tantum, in
fi. vbi dicit, ſic patrem ſuum conſuluiſſe cum Ioan. de
Anan. idem Socin. in conſ. 246. Iaſ. in d. §. & quid ſi tan
tūm, nu. 132. & Crot. nu. 130. Dec. in d. conſ. 338. nu. 7.
Socin. iun. in conſ. 142. nu. 23. vol. 1. vbi dicit, cauſæ co-
gnitionem requiri. & d. conſ. 120. nu. 20. vol. 2. Goza.
d. cōſi. 6. & prædictis omnibus locis ponunt nō eſſe dif
ferētiam inter filios & agnatos, quia vtroque caſu re-
quiritur citatio. Alciat. d. conſi. 202. vbi qđ non poteſt
ſuccedere agnatis, allegat Bened. de Plumbino, alios
citat Rolan. in conſi. 61. nu. 21. vol. 1. & licet ipſe in ſuo
caſu contrarium teneat, ꝑp amplitudinem priuilegij,
tñ hic nō ea extat verborum vniuerſalitas, ſed potius
reſtrictio, quia dicit legitimationes faciendas, intelli-
gi debere ſine præiudicio, &c. Gail. d. obſeru. 141. nu.
11. multos citat Decian. in conſi. 38. nu. 59. vol. 3. latè
Oddo, qui cōem dicit, in conſ. 1. num. 116. & in cōſ. 16.
nu. 29. Vegius conſil. 62. nu. 16. Burſ. in conſi. 300. num.
40. & 59. vbi multos allegat, qui apud eum videri poſ-
ſunt. & quamuis aliqui contrariū probauerint, vt per
Ruin. in conſi. 75. nu. 16. vol. 3. Marzar. in conſi. 9. nu. . .
qui dicit hanc ſeruari in Rotis. Berret. in conſi. 29. nu.
4. ver. eſt verum, & Peregr. de fideicōm. art. 13. nu. 61.
qui dicit hanc differentiam ſibi non placere, tñ ea cōis
eſt, vt patet ex ſupra allegatis, & fundatur ratione nō
leui, qđ ſcilicet legitimatio ſimplex & abſoluta eſt fa-
uorabilis, quia nemini nocet, diſpēſatio autē eſt odio-
40 ſa.† gl. in c. 2. de filijs presbyt. in 6. Anchar. d. cōſ. 242.
in princ. & ponunt omnes DD. qui tenent citationem
agnatorum non eſſe omittendā in diſpenſatione. De-
cian. in conſi. 88. nu. 34. & 40. in 2. vnl. Cephal. in conſi.
442. nu. 33. & 42. Mandoſ. in conſi. 54. nu. . . . vbi quod
eſt odioſa, & reſtringenda, & quod requiritur cauſæ
cognitio & citatio agnatorum, & quod talis diſpen-
ſatus nō ſuccedit agnatis. & ibi allegat multos. Gail.
d. obſeruat. 142. nu. 6. & in fi. vbi ait, quod in caſu di-
ſpenſato habetur pro legitimo, ſed non vltra, quia li-
mitata cauſa, limitatum producit effectū, & omni ca-
ſu hæc cōis opinio carere debet difficultate in diſpen-
ſatione filij adulterini, quā nemo vnquam dixit fauo-
rabilem. & hoc videtur ſenſiſſe Alba, d. conſil. 7. nu. 5.
vbi cōtradicit, quoad eam diſpenſationē, quæ fit limi-
tatè, quoad aliqua, ſed quoad eam quæ fit de ſporio,
concludit odioſam eſſe; & cum hac diſtinctione con-
cordari poſſunt DD. inuicem pugnātes; & hoc modo
ēt loquitur Menoch. in conſil. 306. nu. 25. Quocirca, cū
ſimus in diſpenſatione inceſtuoſi, non poterit ſuſtine-
ri ex quo filij legitimi & naturales non fuerunt citati.
Nec dicatur, quod in priuilegio data eſt facultas legi
timandi citatis, & non citatis: quia in priuilegio mi-
hi exhibito talis Clauſula non legitur; ſed ſi extaret
non noceret, quia in eodem priuilegio ſublatū eſt om
ne præiudicium filiorum, ideo Clauſula, citatis, vel nō
citatis, reſtringi debet ad alios, non autem extendi ad
filios, qui fuerunt nominatim excepti, vt priuilegium
nō ſit ſibi ipſi contrarium, & vna pars ſecundum aliā
intelligatur, vt ſunt iura vulg. ſic etiam reſponderi po
teſt ad Clauſulam priuilegij, quæ dicit, non obſtanti-
bus legibus volentibus ꝙ naturales non poſſint legi-
timari ſine conſenſu & voluntate legitimorum: nam
intelligi debent, quoad ſtatum perſonæ legitimandæ,
quia ad hunc effectum vult Imperator ꝙ eis non cita-
tis legitimatio ſuſtineatur, ſed non quoad ſucceſſionē
in qua verſatur legitimorum præiudicium, quòd ſu-
pra in eodem priuilegio fuit reſeruatum, aliàs vt dixi
induceretur contrarietas & correctio incontinenti.

Maius eſt dubium circa id, quod tertio loco oble-
ctum fuit, legitimationē omni in caſu eſſe validā, quo-
ad tollendam natiuitatis maculam, & Lauram fuiſſe
ita effectā legitimam, vt ei ſaltem tanq̃ extraneæ ma-
ter potuerit donare, cum non poſſit dici quòd donatio
facta ſit filiæ adulterinæ, ex quo legitimatio abſtulit
adulterij notam; Sed huic quoque difficultati occur-
ritur: quia primo dici non poteſt, legitimationem eſſe
validam, cum facta fuerit extantibus filijs, ſed eis non
41 vocatis; nec eorum facta mentione aliqua.† Caſtren.
in conſil. 180. nu. 2. verſ. ſecunda ratio, vol. 1. vbi dicit,
quod eſt nulla & ſubreptitia, quia non creditur qđ ta-
li caſu Comes eſſet legitimaturus, ſi ſciuiſſet extare le
gitimos & naturales. idem Caſtren. in §. & quid ſi tan
tum, nu. 16. verſ. ſed aduerte, vbi dicit, quod eſt ſubre-
ptitia, quia non ſolet fieri niſi in defectum legitimo-
rum; ſic etiā voluerunt Anchar. Alex. & Aret. quos re-
fert, & ſequitur Dec. in conſi. 288. nu. 4. verſic. ſecundo
non obſtat, & Doctores omnes, qui dicunt filiorū men
tionem faciendam eſſe, vt ſupra retuli, illi oēs conclu-
dunt, quod ex hoc facta legitimatio corruit, quia men
tio filiorum vel retraxiſſet Comitē à legitimando, vel
difficiliorem reddidiſſet, & cum ſit ſubreptitia legiti-
42 matio, vitiatur in totum.† multos citat Rimin. in cōſ.
446. nu. 50. & ſeq. id quod in caſu noſtro videtur pro-
cedere fortius, ex quo obſtat etiā defectus poteſtatis:
quia Clauſula in priuilegio contenta, quod legitima-
tiones fiant citra præiudicium legitimorum, prohibi-
tionem continet, ne Comes legitimet ſtantibus legi-
timis, vt probaui in ſuperioribus, propterea legitima
tio aliter facta tanquam contraria mandato & pote-
ſtati conceſſæ, corruit in totum. Decia. d. conſil. 19. nu.
37. in 1. & quod nō facta mentione filiorum legitima-
tio ſit nulla, voluit ēt Butr. in d. c. per venerabilem, nu.
15. verſ. credo tamen quod, quia ſecundum eum, hæc
fuit cauſa diſponendi Principem ad legitimandum,
qui aliter forte non legitimaſſet; quinimo, in caſu no-

ſtro

ſtro dicitur commiſſa obreptio, dum dictum eſt, nul-
los extare legitimos, & naturales, quæ obreptio vitiat
43 legitimationem. † Inno. in c. cum dilecta, de reſcript.
vbi Abb. & alij, Butr. in c. ex parte, de capell. Monach.
Ruin. in conſi. 73. in princ. vol. 3. Bero. in conſi. 146. nu.
33. vol. 3. Rolan. in conſi. 12. col. 1. vol. 4. Gabr. conſ. 30.
nu. 15. vol. 1. conſil. 26. nu. 1. vol. 2. Menoch. in conſ. 461.
nu. 1. Rimin. d. conſi. 446. num. 51. imo obreptio magis
vitiat quam ſubreptio, quia vitiat ipſo iure, & obre-
44 ptio ſolum vitiat ope exceptionis. † Butr. in d. cap. ex
parte, Imola in d. c. cum dilecta, Gozad. in conſ. 26. nu.
21. Brun. in conſ. 12. nu. 17. Capic. deciſ. 32. nu. 12. Crau.
conſi. 7. nu. 11. & conſ. 296. col. 5. ver. ſecundo principa
liter. Decia. reſp. 29. nu. 58. vol. 2. Rimin. in conſil. 584.
nu. 54. & ad deſtruendũ legitimationẽ, ſufficit modica
45 obreptio. † Bal. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius, vel
vtil. publ. Ang. & alij, præcipuè Iaſ. in l. ſed ſi hac, §. pa-
tronum, ff. de in ius voc. Curt. ſen. conſi. 15. col. pen. Pa-
ſet. conſi. 165. nu. 1. Burſat. in conſ. 390. nu. 55. ver. & eo
minus, vbi addit Neuiz. Cęph. & Hug. Marcobr. in cõ-
ſi. 1. nu. 122. & in cõſ. 13. nu. 57. hic vero nõ de modica,
ſed de magna agitur ſubreptione, q. a Comes cui ptãs
non erat legitimandi ſtãtibus filijs, non legitimaſſet.
Secundo, retenta contraria ſentẽtia, adeo vt valeat
legitimatio, quæ opinio in præſenti facto forte eſt ve-
rior, ex quo in priuilegio conceditur facultas legiti-
mandi, ẽt ſtantibus legitimis, reſpondeo, quod nõ per
hoc ſuſtineretur donatio facta à matre: quia quo ad
præiudicium filiorum legitimorũ, habetur adhuc pro
adulterina, ac ſi nunq̃ fuiſſet legitimata, ita vt nõ ma-
gis ei potuerit donare quam ſi nulla facta fuiſſet legi-
timatio. ita concludit Ruin. in conſi. 71. nu. 3. in fi. ibi,
ſequitur quod quoad eum, vol. 3. & nu. 6. verſ. cum er-
go, ibi, non deſierit ſimpliciter eſſe ſpurius, vbi infert,
quod ex quo nepos quoad auũ non poterat dici legi-
timatus, quia auus legitimationi non conſenſerat, nõ
46 ſuſtinetur donatio per auum facta nepoti, † licet ne-
pos quoad patrem eſſet legitimus; & hęc deciſio vide-
tur noſtram controuerſiam terminare. & cũ eo tranſit
Soc. ibi, in ſubſcriptione, nu. 39. & ſeq. vbi dicit, quod
ex quo auus non conſenſerat legitimationi, & de filijs
aui non fuerat facta mentio, talis nepos quoad auum,
& aui filios, habetur pro non legitimato, nec poteſt il-
lis ſuccedere, & num. 44. & in fiñe dicit, quod cenſetur
ſpurius, & illegitimus, & nu. 45. dicit, quod eſt legiti-
mus patri, ſed illegitimus auo; & idẽ declarat Ruin.
in conſil. 81. nu. 8. in 3. vol. vbi allegando multos DD.
dicit, quod etſi legitimatio ſit in ſubſtantia valida, tñ
quoad præiudicium aliorum dicitur nulla, & reſpectu
ſucceſſionis non valet; ſic ẽt dicit in conſ. 94. nu. 1. eo.
vol. & præter eum Dec. in conſi. 55. nu. 7. ver. præterea,
il primo, vbi dicit, quod legitimatio non pręiudicat ei
qui erat citandus, vel de quo fieri debebat mentio.
47 † Cęphal. in conſil. 606. nu. 28. vbi dicit, quod reſpectu
prædictorum habetur pro non legitimato. & melius
ceteris declarat Gabr. in conſi. 23. num. 8. & ſeq. vol. 2.
Nec dicatur quod nõ infertur præiudicium legitimis
filijs qñ mater, aut pater relinquit, ſed ſolum qñ dece-
dit ab inteſtato: quia reſpondeo, hoc eſſe falſum, nec
Doctorum quemquam id affirmare, quinimo præiudi
cium eo ipſo legitimis inferri, cum redditur capax re-
licti, qđ eo nõ extante veriſimiliter erat ad legitimos
peruenturum. Bal. in l. cum filiusfam. de mili. teſtam.
declarat Gabr. d. conſil. 23. nu. 10. quid enim refert qđ
ſit legitimus, ad effectum capiendi ex teſtõ, vel ab inte
ſtato. & cum DD. dicunt, quod ad præiudicium legiti-
morum non ſuſtinetur legitimatio, loquuntur indefi-
nitè, nec diſtinguunt de qualitate præiudicij, & nõ mi
nus præiudicat filijs legitimis ſi capere poſſunt ex te-
ſtamento vel donatione, q̃ ſi poſſent capere ab inteſta
to, vtroque enim caſu infertur legitimis pręiudicium:
& præiudicatur filijs qñ redditur capax ad capiẽdum
qui antea erat incapax. & Socin. ac Gabr. in locis prę-
citatis dicunt, quod ex teſtõ talis legitimatus capere
non poteſt. & idem voluit Ruin. d. conſ. 71. ideo intel-
ligit eo ipſo præiudicium legitimo inferri, cũ ſpurius
habilitatur ad capiendum id, quod antea capere non
48 poterat. † & hoc modo intelligi debet id, quod DD.
dicunt, legitimationem eſſe validam in ſubſtãtia, ſed
non nocere legitimis: noceret autẽ ſi legitimatus poſ
ſet ſuccedere, vel aliter capere id, qđ ab inteſtato per-
cepturus eſſet legitimus. & pro hac parte facit: quia
legitimatio interpretari ſemper debet, vt minus lędat
49 legitimorum iura, † Alex. In l. fin. §. in computatione,
C. de iure delib. Felin. in c. 1. nu. 18. de reſcrip. vbi Dec.
nu. 7. in verſ. ſecundo limitatur. Brun. conſi. 80. nu. 6. in
3. vol. Pariſ. conſi. 12. nu. 1. 169. vol. 2. Brun. in conſ. 15.
nu. 12. Cęph. in conſi. 606. nu. 29. Decian. cõſ. 19. nu. 64.
in 1. conſi. 38. nu. 12. in 3. Burſat. in conſi. 355. nu. 24. at
minus lędit ius cõe, & filios legitimos, ſi intelligamus
quod habeatur legitimatio pro nõ facta, & legitima-
tus pro ſpurio, & adulterino, quo ad legitimos, quam
ſi intelligamus eã valere, ad effectum vt legitimatus
poſſit capere ex teſtõ, vel inter viuos: quia vtroq; caſu
verè dr̃ legitimis præiudicare, & cum DD. non diſtin-
guant inter præiudicium qđ fit legitimis ex teſtamen
to, vel inter viuos, & illud quod oritur ex ſucceſſione
ab inteſtato, nos quoque non debemus diſtinguere.
Nec reſiſtit, qđ legitimatio non poſſit ſuſtineri pro
parte, & pro aliqua parte eſſe nulla, cum vnus, & idem
homo, non poſſit diuerſo iure cenſeri, & pro parte le-
gitimus, pro parte vero adulterinus, reſpondeo enim
quod diuerſis reſpectibus vna, & eadem res poteſt di
50 uerſo iure cẽſeri, † l. miles, §. pro parte, ff. de leg. 2. Ab.
in c. cum in tua, in fine, de decim. Ripa in l. fi. nu. 122. C.
de reuoc. donat. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 18.
nu. 23. Menoch. de arbitra. iudic. q. 37. nu. 8. cum mul-
tis ſimilibus: ſic legitimatio valere poteſt quoad ſta-
tum perſonæ, ne ſcilicet poſſit dici illegitimus, qui na-
tus eſt ex adulterio; ſed eſſe nulla, quoad ſucceſſionẽ,
vel capacitatem relictorum, vel donatorum; nam le-
51 gitimatio poteſt ſtare ſine ſuccedendi potentia, † vt
inquit Bart. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. Soc. in conſi.
246. col. 2. vol. 2. Dec. in cõſ. 258. in fi. Goz. in cõſ. 6. nu.
64. Ruin. in conſi. 75. num. 18. & ſeq. vol. 3. Socin. iun. in
conſi. 93. nu. 41. vol. 3. vbi dicit facultatem ſuccedendi
eſſe quid ſeparatum à legitimatione, ſeu filiatione, &
ſuſtineri poſſe legitimationem abſque eo quod legi-
timatus ſuccedat, vel capax ſit relicti, & multos citat
ad hoc Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. donatione largi-
tus, nu. 317. C. de reuoc. donat. Gabr. in conſi. 21. nu. 21.
vol. 1. Burſat. in conſi. 355. nu. 23. hinc inferunt Docto-
res, quod reſpectu ſucceſſionis legitimari quis poteſt
limitate, puta, vt non ſuccedat, vel ſuccedat ſolum ex
teſtamento, vel capiat ſolum id quod pater voluerit ei
52 relinquere. † Ioan. Andr. ad Specul. in tit. de ſucceſſio.
ab inteſta. §. 1. verſ. ſed ex facto quæritur. Ang. & Caſtr.
in l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. But. in d. c. per venerabi-
lem. Caſtr. Alex. Corn. & Dec. in l. pactum quod dota-
li, C. de collatio. Socin. d. conſi. 246. circa princip. Dec.
in conſ. 258. in princip. Natta in c. quamuis, col. 2. ver.
fallit ſecundò, C. de pactis, multos citat Tiraqu. in d.
ver. donatione largitus, nu. 319. Addo Socin. in conſil.
71. nu. 31. & ſeq. vol. 3. inter conſilia Ruini, vbi infert,
quod nepos inſtante parte legitimatus, deſinit quidẽ
eſſe ſpurius, ſed reſpectu aui qui non conſenſit legiti-
mationi habetur pro ſpurio, & illegitimo, atq; ita re-
probata gl. in d. c. cum inhibitio, de clandeſt. deſpon.
tenent

53 † tenent infiniti Doctores, quòd reſpectu ſucceſſionis legitimatio fieri poſſit pro parte tantum, quos refert, & ſequitur Pariſ. in conſil. 7. nu. 5. & in conſil. 9. nu. 94. vol. 2. vbi atteſtatur de communi. Gabr. in conſil. 83. num. 6. & 17. volum. 2. vbi ait, quòd legitimatus etiam ad feuda, & emphyteuſes, habetur nihilominus pro ſpurio, quoad talia bona, ſi ea dependent ab eccleſia. Alciat. in conſil. 205. nu. 14. conſi. 207. nu. 7. nam vt ipſe dicit, reintegratio perſonæ, & bonorum ſucceſſio, ſunt inter ſe diuerſa, ergo de vno ad alterum non bene infertur. Et idem multos allegans ponit Riminal. in conſil. 46. num. 1. Burſat. in conſ. 355. nu. 63. & conſ. 390. num. 43. & 46. vbi infert, quod tali caſu legitimatus non excludit ſubſtitutum, in quo oës conueniunt Doct. ſed eos non refero, quia non expedit. Gail. d. obſeru. 142. nu. 6. & in fi. lib. 2. vbi dicit, quod ſi quis legitimetur limitatè, habebitur quoad quid pro legitimo, ſed quoad alia pro illegitimo. Lancello. in conſil. 176. num. 63. in 1. vol. conſi. vlt. volunt. Decia. in conſil. 19. num. 66. vol. 1. Paſet. in conſi. 72. num. 27. quare neminem mouere debet illa glo. in capit. cum inhibitio, quæ vult, quod ſit quid monſtruoſum, vt ſit quis legitimus pro parte, & pro alia parte illegitimus, & quod legitimatio ſit indiuiduæ naturæ, & diuiſionem nõ recipiat, vt etiam voluit Afflict. in c. 1. in 5. notab. nu. 21. ſi de feudo fuer. controuerſ. inter dom. & agnat. Marzar. in conſ. 48. nu. 27. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 1. nu. 14. quia illud bene procedit reſpectu perſonæ quæ ſemper eſt legitima, ſed quoad ſucceſſionem de ea iudicatur perinde, ac ſi nõ eſſet legitimatus, vt probant prædicti Doctores, qui reprobant gloſſ. contrarium tenentem.

Clauſula verò, citra præiudicium, &c. quamuis vbi loquitur ſolum de venientibus ab inteſtato, ius reſeruet ab inteſtato, tamen quando expreſsè dicit, citra præiudicium filiorum, tunc neque ex teſtamento, neq; ab inteſtato ſpurij capere poſsũt, ſtãtibus† legitimis.
54 Caſtr. in conſil. 180. num. 2. vol. 1. vbi fortius loquitur, quando dicitur citra præiudicium portionis legitimę prolis, quia portio prolis legitimæ capit totum ab inteſtato, & in conſi. 27. vol. 2. Bald. quem citat Socin. in conſi. 41. nu. 6. vol. 3. vbi ait, quod dicta Clauſula, reſeruat ius excludendi ſpurium, & impugnandi eius legitimationem. Ruin. in conſil. 88. nume. 15. volum. 3. vbi poſt Caſtr. & alios dicit, quòd hæc reſeruatio operatur tam ex teſtamento quam ab inteſtato; & mouetur: quia vbi talis extat Clauſula in priuilegio, videtur denegata facultas legitimandi extantibus filijs, vel ſaltem ſublata poteſtate eis quouis modo præiudicandi. Nouiſſimè Peregrin. in d. tract. de fideicõm. art. 23. num. 80. & ſeq. vbi concludit, quod reſpectu filiorum legitimatio habetur pro non facta, etiã quoad ſucceſſionem teſtati, allegat Socin. Felin. Cor. Dec. & alios, quæ opinio tanquam fauens legitimæ proli, eſt attendenda, præcipuè cum Doctores circa illius Clauſulæ intelligentiam, non parum variando laborauerint, vt latiſſimè examinat multos citando Peregri. d. art. 23. num. 75. & multis ſequentib. Menoch. in conſ. 306. per totum. Cæph. in conſi. 442. nu. 38. Gabr. conſi. 29. nu. 17. & ſeq. vol. 1. & conſi. 22. 23. & 24. vol. 2. Decian. conſi. 19. nu. 23. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens de rebus eccleſiæ non valet.*
2 *Dominium vtile ſtare non poteſt ſine directo, nec directum ſine vtili.*
3 *Connexorum idem eſt iudicium.*
4 *Correlatiuorum idem eſt iudicium.*
5 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet, quando expreſſe non reperitur deciſum contrarium.*
6 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non includitur ſtatuto laicorum.*
7 *Emphyteutica bona comprehenduntur in diſpoſitione loquente de bonis.*
8 *Obligans omnia bona ſua, cenſetur etiam obligare vtile dominium quod habet in emphyteuſim.*
9 *Rei qualitas non inſpicitur, ſed perſonæ apud quam res ipſa reperitur.*
10 *Aqua poſt quam intrauit fundum meũ, iudicatur mea, & de ea poſſum diſponere, ac ſi ortum haberet ex fundo meo.*
11 *Status præſens rerum eſt in conſideratione non qui aliàs fuit.*
12 *Collectari non poſſunt neque oneribus grauari bona eccleſiæ.*
13 *Emphyteuta eccleſiæ collectari poteſt pro vtili dominio, & pro fructibus quos percipit ex re emphyteutica.*
14 *Coloni partiarij, & conductores bonorum eccleſiæ, tenentur ſoluere collectam pro ſua colonica portione.*
15 *Dominium vtile, quod habet emphyteuta in re quam recognoſcit ab eccleſia, licet cohæreat rei eccleſiaſticæ, non tamen dicitur eccleſiaſticum, ſed proprium, & patrimoniale recognoſcentis.*
16 *Statutum excludens filiam dotatam à ſucceſſione, locum habet etiam in bonis emphyteuticis eccleſiæ.*
17 *Feudum cenſetur conceſſum ſecundum ſtatutum.*
18 *Dominium vtile emphyteutæ eccleſiæ ſubiacet iuriſdictioni laicorum, adeo, quod in eo poteſt ſatisfieri creditoribus.*
19 *Feudi eccleſiaſtici vtile dominium exiſtens penes laicum, eſt merè profanum.*
20 *Res eadem diuerſo reſpectu, & diuerſarum perſonarum ratione diuerſimodè iudicatur.*
21 *Poſſeſſio dicitur magna pars rei.*
22 *Iudex laicus poteſt de poſſeſſione rei eccleſiæ inter laicos cognoſcere.*
23 *Feudi de poſſeſſione vbi agitur, Iudex ordinarius adeundus eſt, non autem fundi dominus.*
24 *Socin. conſ. 99. lib. 1. reprobatur.*
25 *Spiritualium laici ſunt penitus incapaces.*
26 *Decimæ, licet ſint ſpirituales, tamen ſi cauſa ſit poſſeſſoria, tractabitur coram laico.*
27 *Princeps ſecularis poteſt ſtatuere ſuper vtili dominio laico conceſſo ab eccleſia, quando ius eccleſiæ in aliquo non læditur, aliàs ſecus.*

CONSILIVM CCCXXXVIII.

STATVTA laicorum diſponere non poſſe de vtili dominio ab eccleſia conceſſo emphyteutæ videtur multis rationibus probari poſſe, Primo, quia tale vtile dominium eſt eccleſiæ, & ab ea recognoſcitur: ſtatutum autem de re-
1 bus eccleſiæ diſponens, non valet, † cap. bona quidem, 96. diſtinct. Doctores omnes in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitution. & dicit Imola ibi, nume. 5. quod iudex eccleſiaſticus retractat quæcunque à ſeculari geruntur ſuper bonis eccleſiæ. & bona eccleſiæ dicuntur ſancta ſanctorum, capit. nulli liceat, & capit. quicunque, 12. quæſt. 2. Socin. conſil. 25. nume. 5. volum. 2. vbi dicit communem eſſe opinionem, quod ſtatuta laicorum non afficiunt bona eccleſiæ. Pariſ. conſi. 27. nu. 43. volum. 1. & dicta bona dicuntur patrimonium Chriſti, cap. cum ex eo, de electio. in 6. Felin. & Dec. in cap. conſtitutus, de Reſcriptis.

Secundo vtile dominium habet maximam connexitatem cum directo, ab eoque ſeparari non poteſt, & non poteſt eſſe vtile, niſi ſit directum, neque contra,

ſtare

2 ſtate poteſt directum ſine vtili. † & hanc connexitatẽ
ram ratione rei,quam nominis,latè probat Bero.in c.
quæ in eccleſiarum,num.12.& ſeq.connexorum autem
3 idem eſt iudicium,† l.proinde ſi ſeruũ,ff.ad leg.Aquil.
l.eum actum,ff.de neg.geſt.Iaſ.in l.ſed ſi plures,§.filio,
nu.3.ff.de vulga. Marſ.in l.1.§.Diuus,nu.3.ff.de qõnib.
Sicuti igitur laicorum ſtatuta non comprehendunt di
rectum dominium eccleſiæ, vt admittunt omnes, nec
in hoc inuenitur qui contradicat,ita quoque nõ com-
prehendit vtile,vt à pari iudicentur, præcipuè cũ ſint
4 correlatiua,& correlatiuorum idem ſit iudicium,† l.1.
vbi Bald.C.de cupreſſ.lib.10.l.3.in fi.C.de ſacroſ.eccl.
Tertio videtur expreſſus textus, in c. quæ in eccle-
ſiarum, vbi dicitur, ſtatutum laicorum ſuper aliena-
tione feudorum eccleſiæ etiam reſpectu vtilis domi-
nij non valere, ergo idem erit in alienatione vtilis do
minij rei emphyteuticæ,valet enim argumentũ à feu-
do ad emphyteuſim, qñ expreſsè non reperitur deci-
ſum contrarium,quia ſunt eiuſdem conditionis,& ijſ-
5 dem fermè regulis reguntur.† Specul.in tit.de feud.§.
qm,verſ.40.Bald.in d.c.quæ in eccleſiarum, Iaſ. in l.1.
nu.56.& 60.vbi infinitos allegat,C.de iure emph.Be-
ro.conſi.152.nu.20.vol.2.Soci.iun.conſi.167.num.24.
vol.2. Clarus, §.feudum,q.3. in facto autem nulla di-
uerſitatis ratio allegari poteſt,quare magis liceat lai-
cis diſponere de vtili rei feudalis,ergo idem in vtraq;
re dicendum eſt,idem enim eſt ius,& idem præiudiciũ
ram ratione honoris, & præeminentiæ, quam ratione
prælationis,& præiudicij,quæ tria iura diligẽter con-
ſiderat Bero.d.c.quæ in eccleſiarum,nu.14.
Quarto hanc opinionem quod ſtatutum laicorum
ſuper vtili dominio eccleſiæ nõ valeat, probauit Abb.
in d.c.quæ in eccleſiarum,nu.2.in 3.notab. dicens ſta-
tutum ſuper rebus eccleſiaſticis non valere,etiãſi vtile
dominium pertineat ad laicos;& infert,ꝙ ſimpliciter
diſpoſitũ de dominio, verificatur in directo. Dec. nu.
6.& in ſpecie quod ſtatutum laicorum non includat
6 emphyteuſim eccleſiaſticam,† tenuit Card. in conſ.2.
incip.Statutum. Abb.in conſ.72.negotio Guidonis,in
1.vol. vbi vult, non valere ſtatutũ quoad eccleſiæ præ-
iudicium, quo diſponitur emphyteutam ceſſantem in
ſolutione expelli non poſſe, ſed cogendum eſſe ad ca-
nonis ſolutionem. eos ſequitur Siluan.in conſ.9.num.
23.& ſeq.vbi probat,in emphyteuſi eccleſiæ omnia eſ-
ſe ſpiritualia præter perſonã recipientem, ideo de ea
tanq̃ de re penitus eccleſiaſtica iudicãdũ eſſe, ex quo
ſpiritualitas præualet. mouetur ẽt argumento con-
nexitatis,Bero.in d.c.quę in eccleſiarũ,nu.8.& ſeq.vbi
infert,quod ſæcularis iudex nõ poterit cognoſcere de
vtili dominio propter cõnexitatem,& reſpondet fun-
damentis quæ fiunt in contrarium:& per hæc videtur
ſatis fundata hæc ſententia ad fauorem eccleſiæ.
In contrarium tamen, quod laici poſſint ſuper vtili
dominio rei emphyteuticæ eccleſiæ ſtatuere, ſine tñ ip
ſius eccleſiæ præiudicio,facit,quia in eis voluntas con
currit,& poteſtas:voluntas,quia ſimpliciter diſponen
7 do de bonis, veniunt etiam emphyteutica, † l. rem in
bonis,ff.de acq.rer.dom.Spec. in tit.de loc. §.nunc ali-
qua,nu.156.Dec.in conſi.389.in fi.Ruin.in cõſi.25.nu.
5.vol.1.vbi allegat Iaſ.& alios,dicens,quod filius re-
pudians paterna bona, excluditur à feudalibus & em
phyteuticis,ideo debitor obligando omnia bona ſua,
cenſetur etiam obligare vtile dominium, quod habet
8 in emphyteuſim. † ſecundum Bart.Bal.Caſtr.& alios,
in l.tutor,§.fi.ff.de pignor.actio.in l.lex vectigali, ff.de
pignor. Bald. in l.1.vbi Rip.nu.10. ff.de pign. Neguz.
de pignorib.in 2.memb.ſecũdæ par.princ. nu.28. Me-
noch.in conſ.662.nu.2.poteſtas quoque adeſt, quia cũ
vtile hoc dominium ſit proprium emphyteutæ, ipſe-
que emphyteuta ſit ſubditus, nihil prohibet quo mi-
nus contra ſubditum, & de re ſubditi poſſint laici pro
libito ſtatuere,nec poteſt de hoc cõqueri eccleſia,quia
nihil ſua intereſt, & de re propria quilibet ſecundum
propriam voluntatem diſponere poteſt, l. in re man-
data,C.mandati,concurrit enim habilitas in agente,
in patiente, & in re de qua diſponitur.
Secundo, bona ſunt perſonarum acceſſoria, c.ſimi-
liter,16.q.1.& non inſpicitur qualitas rei,ſed perſonę
9 apud quam res ipſa reperitur,† cap.1. de iure patron.
in 6.l.licitatio,§.fi.ff.de Publican.Bart.in l.Paulus,nu.
3.ff.de acq.hæred.Tiraq.de retract.conſang.§.2.gloſſ.
13.nu.12. Vaſq. de ſucceſſion. crea. lib.1.§.20.nu.654.
vbi infert, quod ſi res penes eccleſiam reperitur, tra-
ctanda eſt tanquam eccleſiaſtica,ergo eodem modo ſi
eſt penes laicum, habẽda eſt pro laicali, & profana, &
non curamus vnde res venerit, vel à quo ducat origi-
nem,ſed penes quem reperiatur,Barto.in l.minus,nu.
25.ff. de flumin. vbi vult, quod etſi aqua ſit aliena, &
deriuet ab alieno fundo,tñ poſtquam fundum meum
intrauit, non amplius conſideratur origo, & initium,
ſed iudicatur mea, & de ea diſponere poſſum perin-
10 de, ac ſi ortum haberet ex fundo meo. † idem Bart. in
l.cum eſſent,§.per plurium, ff.de ſeruit. ruſtic. prædio.
Bald.conſ.241.nu.2.vol.2.Iaſ.in conſ.150. col. penult.
in fi.vol.2. Dec.in conſ.244. num.3.vbi nu.7. ampliat,
etiamſi aqua fuerit ad certum, & limitatũ vſum con-
ceſſa,Bertran.conſil.351.vol.2. Purpurat.in conſ.357.
nu.12. Boer.deciſ.352.nu.5. præſens enim rerum ſta-
11 tus eſt in conſideratione,non autem qui aliàs fuit. † l.
vbi autem, §. idem Marcellus, ff. de in diem adiectio.
Caſtr.in conſi.433. in fine,vol.1. Crauet.in conſil.906.
nume.4. latè Tiraq.de retract.conſanguin.§.1.gloſſ.8.
nu.25.Cum itaque nunc res ſit penes laicum,iudicari
debet tanquã laicalis,quamuis proueniat ab eccleſia.
Tertio, quod nulla habeatur ratio originis, & ha-
beatur vtile dominium pro re merè laicali,probatur:
quia etſi bona eccleſiæ nõ poſſint collectari, neq; one-
12 ribus grauari, † vt in Auth.Item nulla cõmunitas, vbi
Bart.& Doct.C.de epiſc.& cler.eſt text.in cap.non mi
nus,vbi Doct.omnes,de immun.eccl. Bald.in l.placet,
nu.21.verſ.de clericis,C.de epiſc.& cler. Alex.in con-
ſil.68.col.1. vol.2.cum ſimilibus, tamen emphyteuta
eccleſiæ poteſt collectari, pro vtili dominio,& pro fru
13 ctibus quos percipit ex re emphyteutica, † vt voluit
Iſern.in c.1.in verſ.& plauſtrorum,titu.quæ ſint rega-
lia, Bald.in l.placet,nu.26.verſ.ſed quid in emphyteu
ta, Alex.in conſ.181.nu.17.vol.1.quia ſecundum eum
res ſumit conditionem à perſona,non è contra,& ſub-
dit,quod ita ſolitum eſt de cõſuetudine ſeruari. idem
Alex.ad Bart.in l.priuatæ, C.de excuſat. mun. lib.10.
vbi Barto. quoque dicit, ita ſeruari Peruſij, Iaſ. in l.1.
nu.31.C.de iure emphyteut.Brun.de ſtatuto excluſ.fe-
min.in 8.articulo princip.nu.106.& ſeq.vbi latè diſſe-
rit,reſoluens, quod ſi ſoluit modicam penſionem, te-
netur ad collectas,& conciliat contrariam Bartoli ſen
tentiam, in d.l.priuatæ,vt intelligatur, quando ſoluit
penſionem correſpondentem fructibus, tunc enim nõ
tenetur: & omni caſu vult, quod in æſtimando valo-
rem rei; deducatur onus quod ab emphyteuta ſolui-
tur,idem voluit Purpur.in conſil.332.nu.2.& ſeq. vbi
tamen dicit minoris ęſtimari rem emphyteuticã pro-
pter onus Canonis,Roland.conſil.66.num.34.in 1.vo-
lum. Menoch.de arbitra.caſu 180.nu.9.Feſtaſi. in tra-
cta.de collect.parte quarta,cap.2.num.43.in 10.limi-
tatione,vbi dicit,quod hodie de conſuetudine emphy
teutæ eccleſiæ compelluntur ad collectarum ſolutio-
nem, & quod hæc pars eſt verior, quidquid tenuerit
Parpal.in l. placet, nu.73. C.de ſacroſanct. eccl.quid-
quid

quid etiam dicat Aegid.de Tomat.in tract.de collect.
in §.incip.pauperes an aliquibus,nu.29.& ſeq.fol.mi-
hi 431. vbi videtur contrarium determinare non ſolù
in emphyteuta eccleſię,ſed ēt in priuato,per futiles,&
inanes rōnes, onus omne collectarum reponens dño
directo adeo animosè,vt neget emphyteutam habere
vtile dominium, & eſſe nudum collectorem fructuum
ad vtilitatem dñi,quaſi regulariter non ſit maior vti-
litas quam percipit emphyteuta quam ſit canon qui
ſoluitur in recognitionē dominij,& pro hac opinione
facit, quia coloni partiarij, & conductores bonorum
eccleſiæ, tenentur ſoluere collectam pro ſua colonica
portione, & ita pro fructibus quos percipiunt ex bo-
14 nis eccleſiaſticis. † gl.in Clem.præſenti, de cenſib.vbi
eā ſequuntur Imola,& alij, Archid. Io.Andr. Gemin.
Franch.& alij,in c.quanquam,de cenſib.in 6.Io.Andr.
ad Spec.in tit.de immunit.eccleſiar.in fi.Feder.Sen.in
conſ.111.multos alios congerit Ripa,in conſil.68. nu.
17.& in fi.vbi reſpondet Bart. in d.l.priuatæ. intelligi
de oneribus quæ colono inducuntur pro parte domi-
nica, vel pro re,ſecus antē eſſe qñ imponuntur pro fru
ctibus ſpectātibus ad colonum,& allegat quoq; Barb.
& Curt.ſen.Brun.d.art.8.nu.109.Purpur. d.conſ.332.
nu.4.Ripa de rem.ad conſer.vbert.nu.127.Menoch.lo
co præcitato,Ancha.Abb. Io.de Amic.Capra,Parpal.
Feſtaſ. Bollus,Natta, & Menoch. quos oēs citat Burſ.
in conſ.42.nu.14.Io.Maria Rimin.cōſ.740.nu.12.in 4.
vol. quamuis in hoc quoq; capite, Aegid. in d.tract.§.
ſi quiſpiam,nu.7.contrariam amplectatur ſententiam,
& quod fructuum portio illa ad colonum ſpectet pro
labore,quaſi pro acquiſitis ex operis,vel aliter nō ſint
ferenda onera,nec ſoluēdæ gabellæ,vera igitur eſt opi
nio,qđ emphyteuta eccleſiæ collectatur pro re emphy
teutica, deducto onere, quia res iudicatur propria il-
lius penes quē reperitur,nō aūt habetur ꝓ re eccleſiæ.

Quarto ꝙ ſtatuta laicorum locum habeant in reb.
quæ ab eccleſia recognoſcuntur in emphyteuſim per
priuatos,voluit explicitè Anch.in conſ.125.nu.2.ver.
tertio principaliter,& nu.5. verſ.ſecundo principali-
ter,& nu.6.verſ.ex iſtis inſero,ibi,patet ēt, quod vtile,
vbi dicit,talia bona dici verè,& propriè patrimonia-
lia illius qui de eis eſt inueſtitus, & quod vtile domi-
nium licet cohæreat rei eccleſiaſticę,non tñ dici poteſt
15 eccleſiaſticum,† & infert, quod ſtatutum dans formā
ſucceſſioni,includit ēt talia bona, idem dixit Barb. in
conſ.14.col.penult.nu.6.verſ.ad hoc reſpondeo,vol.1.
vbi diſertis verbis pronunciat hāc concluſionem pro
vera. ſed clarius loquitur Anchar.in conſ.433.num.3.
vbi vult, ſtatutum excludens filiam dotatam à ſucceſ-
ſione, locum habere ēt in bonis emphyteuticis eccle-
16 ſiæ: † quia licet bona eccleſiæ nō ligentur ſtatuto lai-
corum,tñ hoc eſt verū, qñ agitur de præiudicio ipſius
eccleſiæ, ſed qñ ſtatutum afficit ſolum ius pertinēs ad
laicum,vt eſt vtile dominium, tunc res quoque eccle-
ſiæ ligatur, nec præiudicium aliquod infertur eccleſię
cuius non intereſt quod vnus potius quam alius ſuc-
cedat: & tali caſu ſtatutum non diſponit de rebus ec-
cleſiæ,ſed de rebus perſonarum ſibi ſubditarum.Soci.
in conſ.99.col.1.vol.1. vbi loquitur de ſtatuto,& con-
ſuetudine, quod ceſſans in ſolutione,nō cadat ab em-
phyteuſi,& vult,ꝙ includat ēt bona eccleſiæ quę tenen
tur à laico,& quamuis hæc cōſuetudo ſit damnoſa ec-
cleſiæ,quia tñ damnum eſt modicum, ſuſtinetur,& ſe-
cundum eā conceſſio cēſetur facta, Alex.in conſi.9.nu.
2.& 3.vol.5.vbi tractat de feudo eccleſiæ,& vult,quod
in eius ſucceſſione attendatur ſtatutum, quia ſecundū
17 illud cenſetur conceſſum.† & in conſil.27.nu.4.vol.6.
Afflict.c.Imperialem,§.præterea inter,num.9.de pro-
hib.feud.aliena.per Federicum,Dec.in Auth.Caſſa,in
a.notab.nu.9.C.de ſacroſan.eccleſ.vbi dicit valere ſta
tuta ſuper rebus eccleſiæ quatenus tangunt præiudi-
cium laicorum, puta, quando agunt de vtili dominio
laicis cōceſſo,quia intereſſe laici eſt ſeparatum ab in-
tereſſe eccleſiæ. idem Dec. d. cap. quæ in eccleſiarum,
nu.6.vbi additio infert,ſuſtineri quoad laicorū præiu
dicium quaſdam interpretationes Ferrariæ factas ſu
per Bulla Bonifaciana,Brun.d.art.8.num.106. verſ.&
prædictam cōmunem, vbi poſt Vbert. de Bob. & Frāc.
Tigr. infert, quod emphyteuta eccleſiæ conuentus co-
ram laico,non declinat forum, contra id quod tenuit
Bero.in d.cap.quæ in eccleſiarum, num.10. Purpur. d.
conſ.332.nu.9.ver.tertio contingit.Socin.iun.in conſ.
71.num.13.vol.1.vbi tamen declarat nōnullis modis,
præcipuè,quando emphyteuſis non eſſet hæreditaria,
vel non loqueretur de bonis, de quo tamen nihil ad
nos. Alba,in conſ.28.nu.6.vbi inquit,dominium vtile
eſſe emphyteutæ, & ſubiacere iuriſdictioni laicorum,
18 adeo quod in eo poteſt ſatisfieri creditoribus.†Ruin.
in conſ.70. num.11. vol.5.vbi idem dicit in feudo, in-
ferens, quod Papa non poteſt præiudicare laico inue-
ſtito reſpectu vtilis dominij,ex quo eſt merè profanū.
19 † Burſ.in conſ.56.num.12.Rimin.in conſil.447.nu.20.
& ſeq.vbi,quod nō intereſt eccleſiæ, quòd vnus potius
quam alius in feudo, & emphyteuſi ſuccedat, Pariſ.in
conſ.22.num.86.vol.2.vbi de ſtatuto Rauennate agit.
& idem tenuit Marcobrun.in conſil.26.nu.131.& ſeq.
vbi ſuſtinet interpretationes datas Ferrariæ ad Bul-
lam Bonifacianam, de qua ſupra dictum eſt, & infert,
quod ideo Imperator legitimat ad emphyteuſim ec-
cleſiæ,& laicus contra laicum præſcribit in decimis,&
iure patronatus,quatenus agitur de ſolo intereſſe lai
corum,Menoch.de arbitrar.iud.caſu 180.nu.9. & ſeq.
vbi confirmat multis medijs, & concludunt prædicti
omnes, quod vtile dominium non eſt eccleſiæ, ſed
laici, ideo Princeps, vel Ciuitas ſtatuendo, vel cōſue-
tudinem inducendo, poſſunt de eo diſponere, nec ec-
cleſia læditur, ſi tamen ſolum intereſſe laici tangitur.

Nec mouet quod ſtatutum laicorum de rebus ec-
cleſiæ diſponens, non valeat; quia reſpondetur, do-
minium vtile non eſſe eccleſiæ, ſed illius laici qui de
eo fuit inueſtitus,& ideo diſponendo ſtatutum neque
rem, neque perſonam eccleſiaſticam tangit, ſed rem,
& perſonam profanam afficit, vt ſupra ſæpius repe-
titum eſt.

Connexitas autem quam habet vtile dominium
cum directo, non efficit quin vtile dicatur proprium
laici,nō autem eccleſiæ. & licet inſeparabile videatur
à directo, tamen poteſt diuerſo iure cenſeri eo modo
quo vna, & eadem res poteſt diuerſo reſpectu immo
ratione diuerſarum perſonarum diuerſimodè iudica-
20 ri,† l.miles,§.pro parte,ff.de leg.2.Bal.in l.filium quē,
in 4.oppoſ.C.famil.erciſcun.Tiraq. in tract. de retra-
ctu conſang.§.1.gloſſ.18. num.23. vbi fortius poſt glo.
Butr.Abb.& alios vult, quod ab eodem fonte duo con
traria diuerſis ex cauſis procedere poſſint; hinc vide-
mus,qđ etſi poſſeſſio ſit cū proprietate connexa,adeo,
21 quod dicitur magna rei pars, ſecundum † Innocent.
in Rubr.de reb.eccleſ.non alienan.Bellam. in cap.fin.
colum.1.de iudic.Contard. in l.vnica, in prima ratio-
ne decid.nu.36.tamen iudex laicus poteſt cognoſcere
de poſſeſſione rei eccleſiæ. Innoc. Archid. Ioan.Andr.
Abb.& alij,in c.fin.de iudic.intelligendo tamen inter
22 laicos,† vt per Didac.pract.q.c.35.Ferret. conſi.1.nu.
15.& communem dicit Oſaſc.in deciſ.Pedemon.116.
nu.1.Menoch.de recup.poſſ.reme.15.nu.210.& de re-
tinen.poſſ.remed.3.nume.324. vbi dicit, quod etſi res
ſit beneficiaria,& ſpiritualis,tamen rei poſſeſſio tem-
poralis dicitur, Guid.Pap,q.1. nec ea connexitas quæ
eſt

eſt inter poſſeſſionem, & proprietatem, impedit einſ-
modi cognitionem fieri; & non eſt verum quod maior
connexitas ſit inter vtile, & directum dominium quá
inter poſſeſſionem, & proprietatem, niſi intelligat Be-
ro. qui ita opponit in d. cap. quæ in eccleſiarum, nu. 13.
verſ. ſecundo de proprietate, ideſt de dominio, qđ ego
non curo: quia loquor de connexitate quę eſt inter poſ
ſeſſionem rei, & rem ipſam: hæc autem non poteſt eſſe
maior: quia dari non poteſt poſſeſſio ſine re, & quam-
uis res ſpiritualis ſit, tamen aliquando ratione poſſeſ
ſionis iudex laicus de re illa cognoſcit. & hoc voluit ét
Amad. de Ponte, in tract. quis ſit iudex in cauſa feud.
col. 13. in fi. & col. 24. verſ. primo itaque Gaill. lib. 2. ob
ſeruat. 30. num. 20. ſic etiam videmus, quod vbi de feu-
di poſſeſſione agitur, iudex ordinarius adeundus eſt,
23 non autem feudi dñs, † gl. fin. in cap. ex parte, de foro
compet. in c. ceterum, in verſ. parati, de iudic. Alexan.
conſ. 79. col. 2. vol. 1. niſi agatur de iure feudi, quia tunc
dominus feudi cognoſcit, aliàs ſemper ordinarius eſt
iudex, vt per Afflic. in d. §. præterea inter, nu. 29. & ſeq.
Paris de Put. in tract. de feud. reintegrat. c. 198. incip.
an citatus. latè agit de hoc Menoch. in d. tract. recup.
poſſeſſ. remed. 3. num. 477. & 422. dicit, quod ſi agitur
de ſimplici poſſeſſione non autem iure feudi, ordina-
rius eſt iudex; & infert, quod multo magis procedit, ſi
cauſa eſt criminalis. Amad. de Pont. in d. tracta. col. 9.
verſic. cauſa poſſeſſoria feudi, vbi dicit, idem ſi non ſit
admixta cauſa proprietatis, & tamen poſſeſſio eiuſ-
dem eſt naturæ cuius eſt proprietas, capit. cauſam, de
præſcript. Connexitas igitur non impedit iuriſdictio-
nem, nec operatur quod laicus non diſponat de re ſibi
ſubiecta, quatenus eſt ſubiecta, nec Bero. loco prædi-
cto bene ſe explicat ab huc argumento.

Textus autem in cap. quæ in eccleſiarum, loquitur
in caſu quando ius domini ſit deterius, inducebatur
enim ibi, quod liceret vaſſallo irrequiſita eccleſia feu-
dum alienare, quod eſt in expreſſum eccleſiæ præiudi-
cium, quæ contẽnitur, & cogitur habere vaſſallum qui
ſibi fortè non erit gratus, & iam ius competebat eccle
ſiæ ne alienari poſſet feudum ſine ſua licentia; & dictũ
eſt ſupra, tunc tñ ſtatutum afficere bona eccleſię qñ id
facit ſine damno eccleſiæ, ſecus autem, qñ cum dãno,
præcipuè notabili; ita reſoluit Dec. in num. 6. d. c. quæ
in eccleſiarum, & idem eſſet in emphyteuſi, ſi de eccle-
ſiæ præiudicio ageretur: qua ratione mihi non placet
dictum Abb. in d. conſ. 72. dum vult, quod valeat ſtatu
tum mandans quod emphyteuta non cadat ob cano-
24 nem non ſolutum, ſicut & Socin. d. conſ. 99. † nam ex-
preſſum cõtinet damnum eccleſiæ, cui res applicatur,
quando emphyteuta non ſoluit. & ratio modici præ-
iudicij non quadrat: quia immo magnum eſt intereſ-
ſe, nedum ratione rei, quæ committi non poſſet, ſed ét
ratione canonis, quem emphyteuta ſoluere non cura-
bit, ſi ex mora nullum damnum, nullamque pœnã pa-
ti poteſt. & certè non credo ſuſtineri poſſe eorum de-
ciſionem, nec ei cõuenit ratio quæ in facto noſtro con-
ſideratur, quod vtile dominium ſit laicorum, nã præ-
dictum ſtatutum diſponit aduerſus directum, & iura
quæ domino competunt ratione directi dominij non
ratione vtilis, ideo mihi non placet.

Qui vero contrariam tenent ſententiam, non fun-
dantur valida ratione, non quidem connexitatis, quia
fuit iam ſublata: non etiam ſpiritualitatis, quia vtile
dominium penes laicum non eſt ſpirituale: nam non
concederetur laico à quo ſpiritualia poſſideri non poſ
25 ſunt, ſunt enim penitus incapaces, † c. Meſſana, & c.
ſacroſancta, de electio. c. hanc conſuetudinem, 10. q. 2.
cap. quamuis, vbi gloſ. Abb. & alij, de decim. & plures
contrarium tenent. quinimo, etiam reſpectu eorum,
quæ dicuntur ſpiritualia ſi agatur de acceſſorijs, iudi-
cantur tanquam profana, at, vt dictũ eſt ſupra de poſ-
ſeſſione rei eccleſiaſticæ, & beneficiariæ, idem eſt in de
cimis, quæ etſi ſint ſpirituales, gl. Hoſtienſ. & alij, in c.
ex tenore, de foro competen. Ioan. Andr. & Archid. in
c. fi. de iud. in 6. Feder. Senen. conſ. 145. Didac. lib. 2. va-
riar. reſolut. c. 16. nu. 5. & ideo iudex laicus de illis co-
gnoſcere non poſſit, Federi. loco præcitato, tñ ſi cauſa
26 ſit poſſeſſoria, tractabitur etiam coram laico. † ſecun-
dum Caſſan. in conſi. 45. num. 12. vbi mouetur ex dicto
Guid. Pap. q. 1. quod etiam voluit Didac. pract. quæſt.
c. 35. num. 1. verſ. ſexto non negamus, qui verſ. ſecundo
erit, voluit, quod vbi non eſt quæſtio iuris, ſed facti, agi
poſſit cauſa coram laico: ſi igitur laicus cognoſcit de
poſſeſſione decimarum, quare eodem modo non pote
rit ſtatuere, cum paria ſint forum ſortiri, & ſtatutis li-
gari, c. 2. de conſtitut. in 6. Docto. in c. 1. de conſtit. in l.
omnes populi, ff. de iuſtit. & iure, quin cognoſcendo
videtur iudex iuriſdictionem exercere, & ſtatuere.

Concludo itaque, poſſe Principem ſæcularem ſtatu
to ligare etiam vtile dominium eccleſiæ, laico tñ con-
ceſſum, ſed id procedere, qñ non læditur ius eccleſiæ,
vbi autem læditur, aliud exiſtimo; & in hoc non curo
27 quod modica, vel magna ſit læſio, † quidquid renuerit
Abb. in d. conſ. 72. in fi. quia etiam modicè laicus non
tangit ius eccleſiæ, & cum laicus diſponit de vtili do-
minio, diſpoſitio ét præiudicialis eccleſiæ ſuſtinetur,
ſolum quoad laicum poſſidentem, nõ autẽ quoad ec-
cleſiã, ideo vtile dominium ſupponi poteſt collectis,
& in æſtimo deſcribi: ſed ſi finita generatione, vel ali-
ter, vtile dominium conſolidetur cum directo, ea de-
ſcriptio nõ nocebit eccleſiæ, vt declarat Purpur. d. con
ſil. 332. nu. 9. in fi. ſic ſi de perſonis ſucceſſuris ſtatutum
laicorũ diſponat, & eccleſia probet aliquo modo ſua
intereſſe, non admittetur is cui à ſtatuto defertur ſuc-
ceſſio, vt poſt Abb. declarat Mareobr. in d. conſ. 26. nu.
151. vel eccleſia poterit impugnare, etiã non probato
alio intereſſe, vt per eum ibi, qui infert hoc modo ſuſti
neri id ꝙ dicebat Ruin. in conſ. 149. nu. 11. vol. 1. dum
voluit, quod ſtatutum non poſſit admittere ad ſucceſ-
ſionem eos qui non ſunt comprehenſi in inueſtitura,
ſed bene inter eos poſſit dare modum ſuccedendi, vt
ſcilicet intelligatur, quando non intereſt eccleſiæ, vel
vt ſuſtineatur quoad præiudicium comprehenſorum,
non autem eccleſia reclamante; & ex eius verbis in-
fertur, qđ ſi ſuſtineatur ſtatutum quo diſponitur em-
phyteutam poſſe ius ſuum alienare, intelligendũ erit
volente eccleſia, nõ autem ea reclamante, vt per eum.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex pacto, vel diſpoſitione, tenetur probare omnia re-quiſita.*
2 *Remiſſio vbi certis caſibus ex pacto fieri debet conductori, videtur in alijs denegata.*
3 *Remiſſio fit conductori qui paſſus eſt graue damnum.*
4 *Mors dicitur caſus fortuitus.*
5 *Caſus fortuitus dicitur omne accidens, quod per cuſtodiam, curam, aut diligentiam humanam non poteſt euitari.*
6 *Regulam habens pro ſe, dicitur habere rem certam, niſi con-trarium probetur.*
7 *Diſiunctiuæ dictionis natura eſt, tam ſenſum, quam verba diſiungere.*
8 *Alternatiua ponitur inter diuerſa.*
9 *Alternatiua poſita inter genus, & ſpeciem, aliquãdo reſol-uitur in coniunctam, & ponitur declaratiuè, vel reſtrictiuè.*
10 *Alternatiua ſufficit alteram partem verificari.*
11 *Declaratio non fit, niſi de re dubia.*
12 *Factum à maiori parte videtur factum ab vniuerſis.*

Vniuer-

13 *Uniuerſalis affirmatiua non reputatur falſa, licet aliquo in caſu verificari non poßit.*

14 *Reſtaurum ſi ex pacto certis caſibus eſt faciendum, poterit etiam peti in alijs ſecundum ius commune cui non fuit pacto derogatum.*

15 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

16 *Pactum factum ad alicuius fauorem, debet ſemper interpretari vt illi proſit, non vt noceat.*

17 *Conductor poteſt in ſe ſuſcipere caſus fortuitos, & præ eis liberare locatorem.*

18 *Caſus fortuitas non videtur in ſe ſuſcipere conductor per generalem renunciationem.*

19 *Renunciatio in dubio non præſumitur, includit ſolum expreſſa, & ſemper interpretatur, vt minus noceat renuncianti, quam fieri poßit.*

20 *Verba pacti dubia interpretantur contra eum qui ſe fundat in verbis.*

21 *Probatio dubia intelligitur contra probantem.*

22 *Locationis contractus eſt bonæ fidei, & in eo æquitas debet exuberare.*

23 *Contractus celebratus cum Principe, iudicatur bonæ fidei, etiamſi inter priuatos alterius eſſet naturæ.*

24 *Falcidiam non debet deducere Princeps de honeſtate.*

25 *Prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis deſcendentem à iure communi, non autem à ſpeciali, & extraordinario iure.*

26 *Conductor ſtipulatus ſibi fieri remißionem, caſu quo locator non obſeruaret promiſſa, poterit etiam petere damna, & intereſſe.*

27 *Emphyteuta ob non ſolutionem expelli poteſt, etiamſi dominus in defectu ſolutionis cauerit ſibi de pœna.*

28 *Prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis, quando prouiſio facta in fauorem retorqueretur in odium.*

29 *L. cum prætor, ff. de iud. regula declaratur.*

30 *Incluſio vnius nõ eſt excluſio alterius, quando caſus non expreſſus includitur alio iure, & quando in caſu omiſſo militat eadem ratio quæ in expreſſo.*

31 *Modus non curatur ſi reſultat idem effectus.*

32 *Superfluitas pacti potius toleranda eſt, quã permittere quod conductor damnum indebitè patiatur.*

33 *Superfluitas potius toleratur, quàm quod pactum operetur contra eum in cuius fauorem fuit factum.*

34 *Superfluitas toleratur, quando pactum idem diſponit, cum eo quod tacitè inerat, & iure communi diſpoſitum erat.*

35 *Conductor qui ſuſcepit in ſe caſus fortuitos, non tamen tenetur pro inſolita.*

CONSILIVM CCCXXXIX.

PACTO conuentum fuit inter DD. condu
ctores ſalinarum Ferrariæ, Mutinæ, &
Regij, & Illuſtres Duminos agentes
pro Camera Sereniſs. Ducis Ferrariæ,
che ſe in caſo di guerra, peſte, o moria vniuer
ſale de ſudditi, le ſalme patiſſero dãno, i con-
duttori habbino ad eſſere reſtorati per quel luoga, à luoghi
doue occorreſſe il caſo. ſupponitur autem quod in Duca-
tu Mutinæ, & Regij, & in Romandiola quæ præcitato
Principi ſubijcitur interierit ferè tertia pars perſona-
rum ibi exiſtentium, & ferè omnes putridis febribus
cum ſignis. Ex parte vero Cameræ opponitur caſum
de quo in conuentione non eueniſſe: quia etſi multi
mortui ſint, non tamen illi peſte, aut moria defecerũt,
hæc enim ſunt ſynonyma, & idem ſignificãt, & qui agit
ex pacto, vel diſpoſitione, tenetur probare omnia re-
1 quiſita, Bart. in † l. 1. §. quod autẽ ait prætor, ff. ne quid
in flum. public. latè Becius in conſil. 53. num. 9.
Secundo dicitur, quod caſus ille non fuit vniuerſa-
lis, ex quo ſoli pauperes fame enecti interiere, nõ au-
tem diuites, & alij quibus ad victum nihil defuit: in
facto autem promiſſum fuit reſtaurum, quãdo peſtis,
aut moria vniuerſalis cõtingeret. Ceſſante autem pa-
cto non videtur quod remißio peti poſſit, quia ex quo
partes egerunt de remißione facienda certis caſibus,
videntur conueniſſe quod in alijs nulla fiat remiſſio:
2 † quia prouiſio hominis ceſſare facit prouiſionem le-
gis, l. fin. C. de pact. conuent. & incluſio aliquorum ca-
ſuum, eſt aliorum excluſio, l. cum prætor, ff. de indic. &
exceptio firmat regulã in caſibus non exceptis, l. quæ-
ſitum, §. denique, ff. de fund. inſtru. & pactum eſſet ſu-
perfluum dum aliquos includit caſus, ſi alios non ex-
cluderet, quod tamen non eſt dicendum, Bald. in rubr. C.
de contrahen. empt. nu. 9. Et quod eiuſmodi pacto lo-
cator videatur ab alijs caſibus liberatus, voluit Ioan.
Andr. poſt Odofred. quem citat in addit. ad Specul. in
tit. de locato, §. iam dicendum, in addit. magna, in fi.
ſequitur Alex. in conſ. 3 num. 3. volum. 1. Calcan. con-
ſil. 24. num. 6. verſ. quid igitur, Ruin. conſil. 87. nume. 3.
volum. 1. Grat. conſ. 161. num. 10. vol. 2. Pariſ. conſi. 38.
num. 6. & ſeq. vol. 1. Io. Botta conſ. 81. nume. 51. Rimin.
conſ. 637. per totum.
His tamen non contradicentibus, arbitror domi-
nis cõductoribus denegari nullo modo poſſe penſio-
nis remißionem ob caſum prædictum quo tot homi-
nes fuerunt ſublati, & qui non poteſt aptiore vocabu-
lo appellari quam moria, vtpote, quo morti multi tra
dantur: dicitur enim moria maxima hominum mor-
talitas. quinimo nõ ſolum moria, ſed peſtis quodam-
modo appellari poteſt, quando huiuſmodi febres ma
lignæ, paruas maculas quas lẽticulas, ſeu puncticulas
aut peticulas dicimus, proferẽtes populariter vagari,
& graſſari videntur, ſunt enim contagioſa, & naturã
ſapiunt peſtilentium febrium, vt concludunt medici,
& legi ego apud Hiero. Fracaſtorium in tract. de mor
bis contagioſis, lib. 2. c. 6. Et circumſcripto pacto re-
mißio ex iuris cõis diſpoſitione debetur, quæ vult quod
remittatur merces cõductori qui paſſus eſt graue dã-
3 num, † c. propter ſterilitatem, locati, l. licet, C. eod. tit.
l. ſi vno, l. ex conſenſu, §. ſi vis, & l. ſi merces, ff. locati,
Boer. deciſ. 249. nu. 4. Franc. de March. deciſ. 62. in 1.
par. Rub. conſ. 153. in fi. Bertran. in conſ. 55. nu. 1. vol. 7.
Bero. conſ. 130. num. 13. vol. 1. Burſat. in conſi. 81. nu. 3.
& ſeq. Menoch. conſil. 27. num. 16. & ſeq. Caroc. in tit.
de locat. par. 3. tit. de remiſs. merce. num. 1. folio 96. in
quibus allegantur Doctores loquentes in conductio-
ne pedagij, & aliarum rerum, & dicit Boſſ. in tit. de re-
mißio. merced. publi. hanc eſſe generalem regulam quod
in locatione, & conductione fit remiſsio propter ſte-
rilitatem, & Rip. de priuil. contract. cau. peſt. nu. 46. &
ſequen. dicit conductori gabellarum fieri remiſsionẽ,
Peregr. de iure fiſci, lib. 6. tit. 5. nu. 41. & nõ eſt dubium
4 † quin mors dicatur caſus fortuitus, l. fi. in princ. ff. de
iure dot. Bald. in l. 1. in fi. C. qui non poſſ. ad liber. per-
uen. eſt tex. in l. contractus, ff. de reg. iur. in l. ſi vt certo,
§. quòd vero ſenectute, ff. commod. Bal. in l. quæ fortui-
tis, nu. 2. C. de pignor. act. Rub. l. ſed, & ſi quis, §. quæ-
ſitum, num. 3. ff. ſi quis caut. Seb. Med. de caſib. fortuit.
in 1. par. quæſt. 13. nu. 3. & omnis vis cui non poteſt re-
ſiſti, parit remedium petendi remiſsionem mercedis,
l. ex conducto, §. 1. ff. locati, Boſſ. de remiſſ. merc. con-
duct. nu. 38. & dicitur caſus fortuitus accidens, quòd
per cuſtodiam, curam, aut diligentiam humanam nõ
5 poteſt euitari, † Bald. d. l. quæ fortuitis, Caſtren. l. in-
terdum, num. 7. ff. de iudic. Iaſ. in §. ſed iſte, nu. 49. In-
ſtit. de actio. Rube. d. §. quæſitum, num. 1. Purpur. conſ.
428. num. 70. Crau. conſ. 957. nu. 30. Cagnol. in l. con-
tractus, nu. 86. ff. de reg. iur. Ripa, de priuileg. contract.
cau. peſt. nume. 68. Sebaſt. loco præcitato, quæſtio. 12.
num. 7.

nu.7.& ſeq.& cum pro dominis conductorib.ſtet regu
la iuris cõis, Cameræ onus incumbit probandi quod
hoc caſu non ſit facienda remiſsio. gl. in l.omnis defi-
nitio,ff.de regu.iur. & res dicitur pro eo certa qui ha-
6 bet regulam pro ſe,niſi contrarium probetur.† Barto.
in l.quoties,ff.ſi quis cau.in l.2.col.1.ff.ſi quis in ius vo
cat.non iuerit,Curt.ſen.conſ.73.nu.2. Dec. in l.iubere
cauere.nu.7.ff.de iuriſd.omn.iudi. Crauet. conſil.168.
nu.8.& dicit Roma.in conſ.123.nu.4. quod regulæ re-
naciter eſt adhærendum,donec probetur exceptio,&
sd repetit in propoſito ad fauorem conductoris, Boſſ.
in tit.de remiſſ.merced.conduct.num.5.

Non obſtat itaque quod peſtis, & moria ſunt ſyno-
nyma,atque idem ſignificẽt, proptereaque non dica-
tur eueniſſe aliquis ex caſibus conuentis, quia reſpon
detur: non eſſe verum quod ſint eiuſdem ſignificatus,
cum diuerſa ſint nomina, arg. l.ſi idem, C.de codicill.
& peſtis, ac moria ponuntur cum dictione diſiuncti-
ua,vel,ſiue,aut,cuius natura eſt, tam ſenſum, quã ver-
7 ba diſiungere,† l.1.§.ſublata,ff.ad Trebell.l.generali,
C.de ſacroſanct.eccl.l.cum quidam, C.de verb.ſignif.
Bart.in l.ſi quis ita, ff.de aur. & arg. leg. & ſi dicamus
hanc eſſe alternatiuam,vt ponit quoque Bart. & idem
8 erit quia alternat diuerſa, † gl. in l.vbi pactum, & ſe-
quuntur Doct.C.de tranſact.gl.in Rubr.ff.ſi ag.vectig.
vel emphyt.pet.& quãuis alternatiua poſita inter ge-
nus, & ſpeciẽ reſoluatur aliqñ in coniunctã, & pona-
9 tur declaratiuè, vel reſtrictiuè,† l.ſæpè, vbi Bart. ff.de
verb.ſign.Bart.in l.1.& in l.ſi is qui ducenta, §. vtrum,
ff.de reb. dub. tñ in caſu noſtro non poteſt dici poſita
inter genus,& ſpeciem,quia moria non eſt ſpecies pe-
ſtis,& qui vult dicere quod ſit ſpecies,tenetur proba-
re; niſi dicamus,quod in hoc aſsimiletur peſti,quate-
nus breui tẽpore multos abſumit,& ſi hoc modo intel
ligamus,intentum habebunt dñi cõductores: quia in
10 alternatiua ſufficit alteram partẽ verificari, † d.l.ſi is
qui ducenta,vbi Bar.Socin.& Ripa,in c.inter ceteras,
nu.24.C.de reſcrip.Alcia.conſ.57.nu.9. Præterea ſi di
camus peſtem, & moriam idem eſſe,vtique verbũ,mo-
ria,eſſet omnino ſuperfluum,quod non eſt dicendum,
Bald.in Rubr.C.de contrah.empt. nu.9. Nec dicatur,
quod ſtet declaratiuè, quia eſſet abſurdum, qđ verbũ,
peſtis,omnibus notum & a nemine ignoratum,volue-
rint partes declarare per terminum ignotum, dubiũ,
ac ambiguum,declaratio enim nunquam ſit niſi de re
11 dubia. † Felin.cap.venerabilis,col.fi.de exceptio.dixi
in conſil.281. num.30. & tunc terminus dubius decla-
ratur per terminum notum, & indubitatum, non au-
tem ignotum per ignotius.

Non etiam reſiſtit quod moria,ſeu mortalitas præ-
dicta non fuerit vniuerſalis, ex quo ſoli pauperes de-
fecere,reſpondetur enim,quod immo,& diuites multi
eo morbo interempti fuere,& quicunque deceſſere, ij
fere oẽs eodem morbi genere abſumpti ſunt, febri,ſci
licet putrida primum correpti cum peticulis, ad len-
ticularum ſpeciem, cum ergo omnis generis homines
inuaſerit,diuites,& pauperes,mares,& feminas,iuue
nes & ſenes,dicitur vniuerſalis,quia neque ſexui,neq;
qualitati pepercit,& dicitur vniuerſale, quod ad vni-
uerſos pertinet, vt eſt apud Ciceron. ad Herenn. Fuit
etiã vniuerſalis ratione locorum, quia in Ducatibus
Mutinæ, & Regij nullus locus nullave domus fuit in
quam ea lues non irrepſerit,& in quam non ſeuerit,&
eadem calamitas cõtigit in Romandiola,ita vt faren-
dum ſit,vniuerſalem fuiſſe morbum, nec enim fuit ne-
ceſſe omnes homines,vel loca omnia corripi, & occu-
pari eo morbo, ad effectum, vt diceretur vniuerſalis,
ſed ſufficit maiorem partem fuiſſe affectam reſpectu
locorum, arg.l.quod maior,ff.ad municip. l.aliud eſt,
§.refertur,ff.de reg.iur.c.1.§.illum, de reſtit. ſpol. in 6.
vbi dicitur videri factũ ab vniuerſis, quod maior pars
12 fecit.† & dicit Barto.in l.cum de lanionis, §. Sabinus,
ff.de fund.inſtr. qđ maior pars reputatur pro toto, &
licet diſpoſitio vniuerſalis negatiua reddatur falſa, ſi
in vno nõ verificetur,l.ſi is qui ducẽta,§.vtrũ,ff.de reb.
dub. non ſic tñ eſt in vniuerſali affirmatiua, quia non
reputatur falſa, licet aliquo in caſu verificari non poſ
13 ſit,vt declarat,† Dec.in l.1.nu.13.C.de pact.& ideo di
cimus negatiuã magis negare,ꝗ affirmatiua affirmet,
gl.in c.cum dilectus,de conſuet. Bec.conſ.94. num.33.

Quod autem dictum eſt ceſſantẽ pacto remiſsionẽ
non deberi,penitus negatur,immò,ſi caſus qui cõtigit
non includeretur pacto,remiſsio nihilominus eſſet fa-
cienda, ſecundum ius commune,cui nõ fuit pacto de-
14 rogatum,† vt voluit Fulgo.conſ.193.col.2.verſ.ſecun-
do quia prouiſio,& vol.3.verſ.ad ſecundum,vbi rñdet
contrarijs argumentis,idem voluit Cepol.in conſ.70.
col.3.in 2.dub.inter crim:vbi ita firmat,rñdendo con-
trario fundamento,idẽ probauit Anch. cõſ.151. nu.3.
in fi. vbi ait,quod in caſu non prouiſo attẽditur diſpo-
ſitio iuris cõis,Alcia.in conſ.157.nu.8.vbi dicit, qđ in
exceptione ſit extenſio ex identitate rõnis, ideo duo-
bus caſibus exceptis, nõ excludi eum qui iure cõmuni
comprehendebatur, & loquitur in fortioribus termi-
nis, quando pacto cautum fuerat, ne peteretur remiſ-
ſio,preterquam pro duobus caſibus; nos autem de ca-
ſu in quo conuentum fuit de remiſsione facienda cer-
tis caſibus,nihil autem dictum fuit de alijs,& idem vo
luit Bertran.in conſ.55.nu.3.vol.7.vbi in ver.ſed iſtud
nõ obſtat, inquit, quod etſi actum ſit quod locator te-
neatur de certis caſibus,non tamen infertur, quod de
alijs teneatur conductor,ſed id tanquam omiſſum re-
manet in diſpoſitione iuris communis, l.commodiſſi-
mè,vbi Doct.ff.de liber.& poſthu.l.ſi extraneus, ff. de
condict. ob cauſ.& ibi tenet idem eſſe, quando fuiſſet
expreſſe dictum,quod de alijs non teneatur. Idem vo
luit Boſsius omnino videndus in titu.de remiſs. mer-
ced.publica,num.63. vbi diſputat quæſtionem ad par
tes,& tandem reſoluit,qđ fieri debet remiſsio, & ſub-
dit, hoc vendicare locum etiamſi conductor promiſiſ-
ſet mercedem ſoluere,præterquam in caſu belli,& pe-
ſtis, & reſpondet omnibus argumentis contrariæ par
tis.Hanc etiam partem probauit Cephal.in conſ.257.
per totum,vbi nulla prædictorum facta mentione, la-
tè relatis, & reſolutis contrarijs argumentis, ſuſtinet
remiſsionem fieri pro caſu, qui non fuit deductus in
pacto, ſi tamen erat ſimilis deductis, cum prædictis
tranſit etiam Burſat.in conſ.81.nume.15.dicens ſatis
eſſe, quòd qui contigit caſus, ſit iure communi inclu-
ſus,quamuis non ſit in pacto expreſſus.Becius in con-
ſil.82.num.15.vbi allegar ſolum Alciat.& Ceph.in lo-
cis prædictis,Caroc.in tract. de locat. par.3.in titu.de
remiſſ.merced.num.35.fol.mihi 99.Purpur.conſ.290.
Cuius ſententiæ ratio prima eſt, quia in contractibus
ſicuti, & in alijs diſpoſitionibus caſus omiſſus rema-
15 net in diſpoſitione † iuris communis, d.l.commodiſ-
ſimè,& d.l.ſi extraneus. Tiraq.in tracta. primog. quæ-
ſtio.40. num.190. ius autem commune diſponit quod
fiat remiſsio pro quocunque fortuito caſu, qui dam-
num afferat graue, vt dictum eſt in principio.

Secũda eſt, quia pactum quod fiat remiſsio in caſu
belli,peſtis,aut moriæ,factum fuit in fauorem condu-
ctoris,quia ei ſoli affert vtilitatem, Natta in cõſ.374.
nu.13.Rimin.in conſ.637.in fi.ergo non debet trahi in
odium,& damnum ipſius, l.quod fauore, C. de legib.
nec operari contra finem ad quem fuit factum, l.lega-
ta inutiliter,ff.de lega.1. & quando pactum ad alicu-
ius fauorem factum, debet ſemper interpretari, vt illi
proſit

16 proſit non vt noceat,† l. in lege,in fine prin.ff. locati,l.
nulla,vbi Caſtr. in ſum.ff.de legibus.Ceph. conſil.604.
nu.16.vbi dicit idem eſſe in lege,in ſentẽtia,& in alijs ;
quia fieri debet pro eo interpretatio in cuius fauorem
tendit diſpoſitio,ita arguit Boſſ.loco præcitato.

Tertia eſt ratio quæ meo iudicio vrget plus ceteris,
certum eſt enim, quod etſi conductor poſſit in ſe ſuſci-
17 pere fortuitos caſus,& pro eis liberare † locatorem,l.
ſi vno,§.vbicunque,vbi Bart.ff.locari, Caſtr. in ead.l.§.
vis maior,Doct.in l.licet,C.eod. in c. propter ſterilita
tem,extra eod.tit.Bero.conſ.145.col. fin. vol.1.conſil.
142.nu.12.eod.vol.Soc.iun.conſ.78.nu.8.vol.2.vbi al-
legat Ang.& Fulg. Gomez. de contract. c.3.nu.19. vbi
multos allegat Pinell.in l.2.part.1.c.3.nu.26.C. de re-
ſcind.vend.Becius in conſ.94.nu. 29. tamen id intelli-
gitur, quando expreſſe illos ſuſcipit, vel eis renunciat
aliàs enim per generalem aliquam renunciationẽ,nõ
18 videtur caſus fortuitos in ſe ſuſcipere,vt † eſt tex. in l.
ſed,& ſi quis,§.quæſitum,vbi gl.Bar.& alij omnes,præ-
cipue Iaſ.ff.ſi quis caut.alios citat Ripa de priuil.con-
tract.cau.peſt.nu.73.& ſeq. vbi quando ſuſcipit qs om
ne periculum,vel promittit ſoluere remota omni exce
ptione,& nu.86.in fine, vbi dicit, quod conductor non
tenetur de caſu, niſi expreſſe id dixerit. Alex.conſil.3.
nu.7.vol.1.Soc.conſ.123.nu.5.vol.4.Corſet.in tract.de
iuram.priuileg.38.Bauer.in eod.tractat.col.2. in fine.
Crau.conſ.957.nu.3.Boſſ.de remiſſ. merc.cond.nu.58.
Nat.in conſil.256.nu.6.vbi dicit,quòd caſus fortuitus
nunquam videtur promiſſus,& dicit Rip.loco præcita
to,nu.73.credendum non eſſe quòd voluerit quis ſuſci
pere caſus fortuiti periculum, niſi liquido conſtet, &
poſt eum Pinell.loco præcitato,nu.28.dicit, generalia
verba non referri ad fortuitos caſus, & hunc eſſe verũ
ſenſum,d.§.quæſitum, quod ſi conductor non cenſetur
onus fortuiti caſus ſuſcepiſſe,niſi expreſſe dixerit,fatẽ
dum eſt non eis renunciaſſe, ex eo quod conuenerit re
miſſionem ſibi fieri certis caſibus euenientibus, quia
pro hoc non apparet liquido quod voluerit renuncia-
19 re,& in dubio non præſumitur renunciatio, † c. ſuper
hoc,de renunciat. Tiraq. in præfat.l. ſi vnquã, nu.118.
C. de reuocand. donat. & renunciatio includit ſolum
expreſſa,Calder.conſ.5.de præben. Alex. conſ.115.nu.
1.vol. 5. & ſemper interpretatur, vt minus noceat re-
nuncianti quam fieri poteſt. Grat. conſi.17.nu.46.vol.
1.Bec.conſi.111.num.31.cum ſimilibus,& hoc modo ar
guit ſolus Bertran.d.conſil.55.

Quarta eſt ratio: quia cum domini conductores ha
beãt intentionem fundatam ſuper iure communi, (vt
dixi)Camera vero pro eorum excluſione vtatur pacto
ambiguo,& non certo,debet pactum interpretari con
tra Cameram, quæ locauit. cui imputari poteſt quod
20 legem apertius non dixerit, † vt in locatore dicit præ-
ciſe tex.in l.veterib.ff.de pact. Affict. in prælud. feud.
nu.55. Neuiz.cõſi.40.nu.13. Port.Imo.conſ.2. num.34.
& dicit Corn.in cõſ.116.nu.9.in 1.vol. quod fit inter-
pretatio contra eum qui ſe fundat in illa parte cõtra-
ctus, & dicit Albe.in d.l. veteribus, quod interpreta-
tio fit contra eum qui ſe fundat ſuper verbis, & vult ex
eis vtilitatem percipere Imola,in conſ.21.in prin. Iaſ.
conſ.39.col.2.vol.1.Calcan.conſ.17.col.5. & conſi.25.
col.12.Addo Alex.in conſ.10.nu.6.vol.3.Patiſ.alios ci
tantem in conſ.88.nu.19.vol.1.Rim.ſen.in conſ.78.nu.
21.in conſ.145.nu.21. & ante omnes dixit Bart. in d.l.
veteribus,circa med.verſ. & ideo in dubio fit interpre
tatio, quod fit interpretatio cõtra eum qui fundat ſuã
intentionem ſuper pacto, quia probatio debet de ne-
ceſſitate concludere : qñ autem pactum eſt obſcurum,
& ambiguum,non probat intentionem illius, Crau.in
conſ.234.nu.3.in fine, verſ.ſexto,& in Rubr.ff.de leg.1.
nu.132.Men.conſ.416.nu.19.in fine. Rimin. conſil.19.
nu.32.& id fit ſecundum regulam quæ habet, quod du
21 bia probatio intelligitur contra probantem,gl.† in c.
in præſentia,de probat. Bart.Bal.& Iaſ.in l.non hoc,C.
vnde legitimi,etiã in materia fauorabili. Alex.in cõſi.
52.col.2.vol.5.alios citaui in conſ.5.nu.48.& ſeq.

Quinta allegatur ratio, quia contractus locationis
22 eſt bonæ fidei,& in eo æquitas debet exuberare,† §. a-
ctionum,vbi Doct.omnes Inſtit.de actio.præcipue Iaſ.
in prin.& Gomez.nu.22.Boſſ.in tit. de remiſſ. merc.cõ
duct.nu.5.& de remiſſio.merc.public. nu.36. vbi dicit,
quod iudicatur ex bono.& æquo.Ceph.d.conſ.257.nu.
20.vbi alios citat,bona autem fides,& æquitas nõ pa-
titur,quod fructus conductor non percipiat, & pẽſio-
nem ſoluat, & cum omnes mundi cõtractus quoad mẽ
tem,et ſubſtantiam bonam fidem requirant,vt inquit
Bald. in c. vnico,in fine, de plus petitio.illi tamen qui
cum Principe celebrantur,maiore æquitate abundare
debent,et iudicantur bonæ fidei, etſi inter priuatos al
23 terius eſſent naturæ.† Bal.in titu.de pace Conſtan.§.ſi
quis vero,in princ.et Iaſ.in d.§.actionum,num.2. dicit
eſſe ſingulare. Alc.in conſi.157.nu.12.vbi proprie loq-
tur in locatione.Sanſeuer. in l. omnes populi, nu.107.
in fine,ff.de iuſtit.et iure. Neuiz.in conſi.66.nu.30. vbi
allegat quoq; Iacob.Men.in conſ.27.nu.36.Bec.in cõ-
ſil.45.nu.28. ideo dicebam aliquando, quod etſi inter
priuatos rigoroſe agatur cũ agitur de remiſſione mer
cedis,tamen Princeps id vnum deberet quærere,an cõ
ductor ſit in damno, quia non debet lucrum facere cũ
damno etiam iuſto alterius. Hinc dicebat Bald.in l.4.
in fine,C.ad leg.Falc.quod Princeps de honeſtate non
24 deberet Falc.deducere, † in caſu autẽ noſtro, æquitati
plurimũ aduerſatur, quod conductori non fiat remiſ-
ſio:quia cauerit eam ſibi fieri certis in caſibus, et quia
fuerit nimiũ diligens,ſpecifice ſibi aliquo in caſu pro-
ſpexerit conductor,et aliæ rationes quas omitto, quia
apud præcitatos Doctores legi poſſunt .

Quod autem dicebatur, prouiſionem hominis tol-
lere prouiſionem legis, eſt verum, ſi prouiſio legis eſt
introducta ſpeciali,et extraordinario iure,ſecus,quã-
25 do legis prouiſio deſcendit à iure communi, † l.3.§. ſi
ex conuentione,ff. de re iudic.ita in materia locationis
reſpondet Alexand.conſ.118.num.19. volum.5.vbi di
cit,quod etſi cõductor ſtipulatus fuerit damna, & in-
tereſſe, caſu quo aliquid fieret à locatore in præiudi-
cium cõtractus,poterit tamen retinere rem, quia quod fa
ctũ eſt in fauorem conductoris,nõ debet verti in illius
odium,ſic in caſu contrario dixit Bello.in conſ.22. nu.
3.quod conductor qui ſtipulatus eſt ſibi fieri remiſſio-
nem,caſu quo locator non obſeruaret promiſſa, pote-
26 rit etiam petere damna,& intereſſe,† & dicit Rui.cõſ.
74.num.16.vol.1. quod etſi in locatione gabellæ ſalis,
dicatur,quod ea durante liceat ſal vendere ſubditis,non
tamen per hoc videtur receſſum à iure communi, quo
permittitur vendi etiam forenſibus, eodem modo re-
ſoluit Alexand.conſ.126.num.7. vol.5. ſic reſpondent
Boſſ.loco præcitato,nu.37. Bec.d.conſ.82. & alij, ſic ẽt
videmus in emphyteuta, q licet dominus cauerit ſibi
de pœna in defectum ſolutionis, põt tamen expelli .
27 † gloſ.Bart.& alij,in l.2.C. de Iur.emph.vbi Iaſ.nu.13.
Natta conſ.123.num.11.Soc.iun.conſil.128.num.200.
volum.1. vbi infert etiam ad prouiſionem teſtatoris .
Ripa, conſ.45.num.2.Bero.conſ.140.num.3.volum.2.
Becius late conſ.83.num.12.Purpura.conſ.290.conſi.
336.nu.6.Crauet.in conſ.442.num.2.& ſeq.vbi multis
alijs modis reſpõdet.Simon de vlt.vol.lib.4. interpre.
vlt.folio mihi 463. Menoch.conſ.206.num.71.conſilio
372.num.33.Riminal.conſ.178.num.93.& conſil.392.
num.106.vbi dicit, quod verba impropriãnda potius
ſunt,

ſunt, & loquitur in locatione, & in conſi.398.num.15. Rot.deciſ.385.num.4.in 1.par.in nouiſs.

Et multi ex prædictis reſpõdent, quod prouiſio hominis non tollit prouiſionem legis, quando hominis prouiſio facta in fauorem retorqueretur in odium.
28 † Alex.d.conſi.118.in 5.Dec.conſi.232. col.fi.Crau.d. conſi.442.Rimin.conſi.542.nu.8.Ruin.conſil.88. in fi. in 1. vol. ſic in generali facto legis, prouiſio eſt communis, & ordinaria, & prouiſio hominis facta in fauorem dominorum conductorum, verreretur in eorum odium, & poſſent applicari omnes limitationes quæ ad eam regulam dantur, quas tamen omitto, quia prædictæ duæ ſufficiunt.

Regula quoque l.cum prętor, ff.de iudic.non habet locum quando aliquid exprimitur gratia frequentio-
29 ris vſus, gl.in Clem.1.verſic.præſidentes, in fin. de reſcript.Iaſ.in l.1.col.3.ff.de legib.multos allegat Cæph. conſi.257.num.22.vbi ita in terminis reſpondet Boſſ. loco præcitato, nu.37. Burſat.d.conſi.81.nu.15.Becius d.conſi.82. nu.17.

Limitatur etiam, quando caſus qui non fuit expreſſus includitur alia via, ideſt alio iure, tunc enim vnius
30 incluſio, non eſt aliorum excluſio, † Sal.in l.qui de crimine, in 2.oppoſ. C.qui accuſ.non poſſ. Dec.in cõſ.99. nu.4.Ozaſ.dec.Ped.85.nu.12.Menoch.conſ.86.nu.30. Bec.conſi.93.nu.24.& ex diſpoſitione legis includitur caſus hic mortalitatis inſolitæ, ergo, &c.

Reſpondetur tertio, quod ea regula non procedit, quando in caſu omiſſo militat eadem ratio quæ in expreſſo, gl.in d.l.cum prætor. Gerar.ſing.7. Dec.cap.ſecondo requiris, nu.2.de appell.Pariſ.conſi.111.nu.39. vol.1. Menoch.conſi.14.num.14.verſi.quarto non procedit.Cæph.d.conſi.257.num.21. Boſſ.loco præcitato, nu.37. in fi.dicens non excludi caſus in quibus eadem viget ratio quæ in expreſſis.Bec.d.conſi.82.num.16.& conſi.111. num.36. in caſu autem mortalitatis eadem eſt omnino ratio: quia per eam ita imminuitur diſpenſatio ſalis ſicuti per peſtem, & non refert, quod peſte vel alio morbo homines deficiant, cum mors vndecunque proueniens eundem prorſus effectum producat, & quando deficit hominum vita, dicit deficere ſubſtantia rei, ergo, &c. Boſſ.fol.416.nu.61. & 37. Fulgoſ.conſi.193.col.3.& modum non curamus ſi effectus
31 idem ſit, † l.fin.ff.mand.l.Gallus, §.Seius, in fi. ff.de lib. & poſthum.l.mulier, la prima, in princ. ff.ad Trebell. l.3.C.de inſtit.& ſubſtit.

Et vbi pactum eſſet ſuperfluum, ſi alios caſus non excluderet, id potius eſt tollerandum quã permittendum quod conductores damnum indebite patiantur.
32 † Bat. & alij, in l.fi.§.in computatione, C.de iure deliberan.Fel.c.cauſam quæ, col.6.de reſcrip. ita reſpõdit Boſſ.in loco ſæpius per me relato, nu.36. poſt med. & de remitt. merced. cond. nu.58. circa fin. Addo Soc.in conſi.60.nu.15.vol.1.Goz.conſi.5.nu.3.Bero.conſ.134. nu.20.vol.2.Crot.conſi.136.nu.13.Bello.cõſ.7. nu.13. Cranet.conſi.70.num.29.Cæphal.conſil.104.num.22.

Secundo reſpondetur, quod ſuperfluitas potius toleratur, quam quod pactum operetur contra eum in
33 cuius fauorem fuit factum, † vt poſt Bal.in l.terminato, in fi.C.de fruct. & lit.expen.voluit Dec.in cõſi.232. in fi. quem in terminis noſtris ſequitur Becius d. cõſ. 82.nu.21.verſ.præterea illud dictum.Supra autem demonſtraui, & negari non poteſt, quin hoc pactum fuerit factum in fauorem conductorum, ergo, &c.

Reſponderi etiam poteſt, quod toleratur ſuperfluitas quando pactum idem diſponit cum eo quod tacitè
34 inerat, & iure communi diſpoſitum erat. † Ioan.And. in c.ſolitæ, de maio.& obedien.Ruin.conſi.169.nu.15. volum.1.Pariſ.conſi.110.num.47.volum.1.Ripa in c.1. num.44. de Reſcript. Neuizan.conſi.2.num.48.Bello. cõſ.7.nu.13.Natta conſi.415.nu.8.Cæph.in conſi.104. num.13. hic vero remiſſio erat etiam iure communi debita pro bello, & peſte, quamuis expreſſis verbis nihil eſſet dictum.

Hæc autem ſicuti vera ſunt, ſtantibus prædictis, ita veriſſima redduntur ſi conſideretur quod caſus præcitatus quo tot hominũ mortes vno anno viſæ ſunt, vel ob maximam paupertatem eorum, vel ob victualium extremam penuriam quanta nunquam fuit ab hominum memoria, vel ob cęli inclementiam, vel alio quouis Dei recondito iudicio, eſt inſolitus, & inopinatus, ita vt noſtra vel auorum noſtrorum memoria ſimilis vnquam non contigerit, cum occluſis ab omni parte itineribus clauſoque claſſibus mari, nullum omnino ſubſidium miſeris hominibus appareret, fameque & inedia moriendum eſſet, & tandem in extrema rerum diſpoſitione ex Danſico, & alijs ad glaciale mare poſitis ciuitatibus frumentum ad maritimas oras aduectum fuerit, quod tamen ijs qui mediterranea, & interiora colunt quales qui Rauennam, Bononiam, Mutinam, Regium, & ijs proximas habitant ciuitates modico fuit ſubſidio, quo circa ſi etiam domini cõductores caſus omnes fortuitos ſuſcepiſſent, non tamen tenerentur pro eiuſmodi inſolito, & qui nunquam euenit, & de quo nemo etiam prudẽtiſſimus potuiſſet co-
35 gitare, † Bar.in l.Seio, §.medico, ff.de ann.leg. Bal.in l. falſus, col.pen. C.de fur.conſi.119. col.1.vbi quod ſuſcipiens pericula, non cenſetur contra naturam cõtractus ſuſcipere inſolita, multos citat Bec. in conſil.82. nu.11. vbi loquitur in terminis noſtris, plures alios citaui in conſi.61.nu.65.vbi probaui hoc procedere etiã ſi dictum ſit, de caſu non præuiſo nec præcogitato, vel de omnib.qui imaginari poſſunt, vel ex quacunq. cauſa dici vel excogitari poſſint. Burſ. in terminis d. conſil.82.nu.6.Straccha de aſſicurat.gl.15. nu.9. Alba, cõſil.1.nu.4. Purp.conſi.466.nu.4.& 30.Crau.conſil.718. nu.13.& 14. Cum ergo neque tanta victualium penuria, neque tot hominum mortes vnquam in mentem prudentis viri cadere poſſent, ex quo non tantæ contigere trecentis abhinc annis, affirmari non poteſt quod partes hunc caſum voluerint excludere.

Et Io.Andr.poſt Odofred.qui tenuit quod paciſcẽdo de certis caſibus, videatur cõductor alijs renũciaſſe, mouetur leuib. rationibus, & arguit à remotis, nihil eorum memor quæ diximus ſupra concludere pro hac partè, & quamuis alij Io.And.ſequantur, illi tamẽ omnes perfunctoriè probant illjus opinionem, & non diſputant nec reſpondẽt contrarijs fundamẽtis, quẽadmodum faciunt Boſſ.Cęphal.Burſat.& Bec.pro hac parte allegari, vltra quod hæc videtur eſſe communis, quam tenuerunt Fulg.Anch.Cæpol. Alc.Bertran. Purp.Boſſ.Cæph.Burſat.Bec. & Caroc. & ita Sereniſs. dominus meus D.Dux Mantuæ cum retroactis annis ob famem multi in prouincia Canapicij patriæ meæ Montisfer. ſolum mutaſſent remiſit mercedem conductori ſalinarum.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex qui omiſit fructus in ſententia, non poteſt de cetero ſuper illis iudicare.*
2 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
3 *Sententia eſt ſtricti iuris, ita, vt non liceat egredi eius verba.*
4 *Sententia reſtitutionis in integrum lata ſuper principali, non extenditur ad fructus, nec eos includit.*
5 *Reſtitutio in integrum minori cõcedi debet etiam ad fructus.*
6 *Relatio fieri debet cum omnibus ſuis qualitatibus.*
7 *Confirmationis natura eſt, robur addere confirmato, non*

autem extendere vltra ſuos terminos.
8 *Confirmatio non conualidat actum nullum.*
9 *Temporis futuri tractus non pertinet ad iudicem.*
10 *Fructus poſt ſententiam percepti non veniunt in ſententia facientē mentionem de fructibus.*
11 *Fructus reſtituuntur quando titulus poſſeßionis eſt ipſo iure nullus.*
12 *Titulus habitus à non domino, ſufficit ad acquiſitionem fructuum, & ad præſcriptionem.*
13 *Fructus præſcribuntur lapſu triennij.*

CONSILIVM CCCXL.

ANNO 1582. 25. Nouembris cenſuit
Senatus Mõtisferrati partem Caſto-
deugam reſtituendã eſſe in poſſeſſio-
nem prædiorum cum fructibus; ſed re
melius diſcuſſa de anno 1584. 24. Mar
tij dixit partem de Ripis manutenen
dam eſſe in poſſeſſione eorũdem bonorum, donec ali-
ter foret ordinatum, & interim ſuſpendendã eſſe exe-
cutionem ordinati ſupra relati. demum anno 1590.
22. Maij idem Senatus iuſſit ſuſpenſionem tolli, & or-
dinatum primum exequi, nulla facta fructuum men-
tione. Cum verò à primo ordinato ſpacium effluxerit
octo annorũ, nunc dubitatur, ſi fructus medio illo tem
pore percepti reſtituendi ſint. Et mihi res ad reorum
fauorem ſatis perſpicua videtur, id quod vt demon-
ſtrem, Præmitto, non agere nos an de iure rei eſſent in
fructibus poſtea perceptis condemnandi. Secundo
præmitto, quod non ſumus in caſu quãdo poſt latam ſen-
tentiam victor differt exequutionẽ petere, atque ita
quãdo condemnatus percepit fructus propter negligen-
tiam petentis. Tertio præmitto, quod nos ſumus in
caſu fructuum perceptorum pẽdente iudicio reuiſio-
nis, non enim alia ratione, vel cauſa dilata fuit primi
ordinati executio, niſi quia articulũ illum voluit Se-
natus plenius reuidendo diſcutere. Quarto præmitto,
quod iudex qui omiſit fructus in ſnĩa, non poteſt de
1 cetero ſuper illis iudicare, l. Paulus, † ff. de re iudic. vbi
id facere permittitur iudici tantummodo intra diem
ſnĩæ: & Doctores ibi diſputant, an poſſit iudex in ſen-
tẽtia reſeruare ſibi condemnationem, & Alex. ibi in-
finitos allegat, Spec. in tit. de alleg. & diſputat. §. ſatis
clarè, nu. 10. & 11. ad idem eſt tex. in l. terminato, C. de
fruct. & lit. expenſ. Innoc. in c. grauis, de reſtit. ſpoliat.
vbi expreſsè Butr. ponit Guid. Pap. q. 405. nu. 2. Alex.
d. l. Paulus. Boer. qui plures citat deciſ. 18. per totam,
vbi nu. 5. dicit, multo magis id procedere in materia
poſſeſſoria, in qua nos verſamur, quia tractatur de re-
ſtitutione attentatorũ. & idem voluit pract. Papien. in
form. libell. quo agit. actio. real. in ver. ſimul cum fru-
ctibus, nu. 1. vbi ait, quòd etſi tribus in iudicijs, ibi nomi
natis, iudex poſſit de fructibus non petitis iudicare, ſi
tamen omittat, peti amplius non poſſunt, & ponunt
Doctores in l. 1. C. de iudic. hinc infertur, quod ſi fru-
ctus non debẽtur vigore ordinatorũ de quibus ſupra,
Senatus nunc non poteſt victos in eis condemnare.

His ſic præmiſſis, dico, fructus dictorum octo anno
rum, qui interceſſere non deberi, quia ordinatum vlti
mũ anni 1590. nihil diſponit de fructibus, ergo nõ eſt
ſuperſtitioſis inuẽtionibus excogitandum, vt de lege
non exprimẽte dicebat tex. in c. cõſuluiſti 2. q. 1. & quòd
2 lex non dicit, nec nos dicere debemus, † l. ſi ſeruum, §.
non dixit, ff. de acq. hæred. dixi in cõſ. 143. nu. 15. Et ſen
tentia eſt ſtricti iuris ita, vt non liceat egredi eius ver
3 ba, † l. ſi iudex, vbi Doct. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie-
ni iur. & in ea non datur extenſio, ſed inhærendum eſt
verbis tenaciter. Bart. in l. ſi expreſſim, nu. 2. ante fi. ff.
de appellat. etiam ſi petitio aliud ſuadeat. Soc. conſil.
134. col. 2. in fi. vol. 1. latiſſimè Crau. conſil. 936. num. 1.
deciſ. Pedem. 64. nu. 5. cum ergo non faciat mentionẽ
de fructibus, non debent in eis rei condemnari. pro
quo facit fere in terminis tex. in l. fi. §. fi. ff. de cond. in-
deb. vbi dicitur, quòd ſentẽtia reſtitutionis in integrum
4 lata ſuper principali, non extenditur ad fructus, † nec
eos includit. & ibi latè Iaſ. ponit, Socin. in conſil. 18.
nu. 8. vol. 3. Didac. variar. reſolut. lib. 1. c. 3. nu. 2. Crau.
de antiq. temp. par. 4. in prioc. nu. 65. & multos ad hoc
citat concordantes Sfort. Odd. io tract. de reſtit. in in-
tegr. quæſt. 45. in 1. artic. nu. 6. vbi dicit id veriſſimum
eſſe in reſtitutione concesſa à iudice viuo, quia ſenten
tia ſuper principali non extenditur ad acceſſoria, quę
pendente lite debentur. Et hæc deciſio eſt in fortiori-
bus terminis quandoquidem reſtitutio in integrum
5 minori debet etiam ad fructus concedi, † l. ſi minor, §.
reſtitutio, ff. de minor. cũ alijs citatis à Socin. & Crau.
in locis præcitatis, & cõmunem dicit Sfortia d. quæſt.
45. art. 2. num. 13. verſ. ſed contra eſt, quod ſi ſententia
mentionem non faciens de fructibus, eos non cõpre-
hendit, quando ſubiecta materia ſui natura fructuum
condemnationem expoſtulat, multo minus venient
quando dubium eſt ſi debeantur vel non.

Nec dicatur, quod ordinatum anni 1590. refert ſe
ad ordinatum anni 1582. in quo fit condemnatio fru-
ctuum, & relatũ eſt in referẽte, l. aſſe toto, ff. de hæred.
inſtituen. Rñdeo enim, quod relatio fieri debet cũ om
6 nibus ſuis qualitatib. Barto. † in l. 1. ff. de receptat. in
l. 1. ff. ſi famil. furt. feciſ. dicatur, cum multis quos cita
ui in conſil. 105. nu. 30. ideoque cum ordinatum anni
1582. includat ſolum fructus antea perceptos, non au
tem qui poſtea percepti ſunt, vt infra dicam, reſtringi
ad eos debet. Præterea, vltimum hoc ordinatum anni
1590. nihil addit illi ordinato ann. 1582. nec aliquid
de nouo diſponit, ſed ſolum tollit ſuſpenſionem & im
pedimentum, ideo non includit fructus poſt primum
ordinatum perceptos, de quibus in eo nullum factũ
eſt verbum, confirmans enim nihil noui dat, c. 1. & 2.
de cõfirm. vtil. vel inutil. & natura confirmationis eſt
robur addere confirmato, non autem extendere vltra
7 ſuos terminos, † vt in l. Aurelius, §. teſtamento, ff. de
liber. legat. Bald. in l. aduerſus, C. ſi aduer. rem iudic.
& dicit idem Bal. in l. nominationes, in fi. C. de appell.
quod confirmans non extenditur vltra confirmatum,
late Alex. in conſil. 122. nu. 18. vol. 2. & idem Bald. in l.
falſus, C. de furt. inquit, quòd cõfirmatio non eſt actus
per ſe ſtans, ſed dicitur quaſi ſimul firmatio. Dec. in
Rubr. de confirmat. vtil. vel inutil. col. pen. verſic. & ad
hoc eſt. ideo communiter dicimus, quòd confirmatio
8 non conualidàt actum nullum, cap. ex parte, † de con-
ſtitut. c. dudum, de decim. Dec. loco præcitato, Cror.
conſil. 55. nu. 17. Gram. deciſ. 66. nu. 52. Cum ergo per
vltimum ordinatum mandetur executio primi, atten
denda ſunt verba primi, & relatum dicitur eſſe in re-
ferente quoad finem, & effectum ad quem facta fuit
relatio, non ad alium: quia limitata relatio parit li-
mitatum effectum, l. magis, ff. de acquir. rer. dom.

Nec ſuſtineri poteſt, quod primum ordinatũ dum
loquitur de fructibus, intelligatur etiam de percipiẽ-
dis: nã futuri tẽporis tractus, non pertinet ad iudicẽ,
9 † l. 1. ff. de vſur. vbi glo. in verſ. tractus, allegat multos
concordantes, & in eadem l. dicitur, quòd iudex non po-
teſt adiudicare vſuras pro futuro tempore à die ſen-
tentiæ, ſed hoc etiam melius probatur in l. fideicom-
miſſi, in primo reſpon. in fi. ff. de vſur. vbi dicitur, quod
tempus poſt rem iudicatam à fructibus dependendis
eſt immune; & ibi notant Doctores, quod fructus
poſt ſententiam non debentur. ad idem eſt text. in l.
Iulianus,

Iulianus,§.idem Iulianus, il primo, ff.de rei vend.vbi
probarur, ſructus poſt ſeurentiā perceptos non veni-
10 re. idem † probat teatus in l.fructus, vbi gl. in verſic.
iudicandæ,ff.eod.tit.Bartol.in l.qui reſtituere, ff.eod.
vbi Pariſ.in 3.addit.Alex.ad Bart. in d.l.fructus, atq;
ibi quoq; Pariſ.& pulchrè Ang. in d.§.idem Iulianus,
io fioe,vbi ait,gl.eſſe ootandam, & tenendam meuti,
quia agendo reali actione petimus reſtitui uobis rem
cum fructibus perceptis & percipiendis ante ſnīam,
quia iudea non poteſt condemnare pro percipiendis
poſt ſoīam, ea quo illius remporis tractus ad eum nō
ſpectat: ſicuti non condemnar pro vſuris poſt ſnīam
curſuris,vt in d.l.1.& licer Bart. in d.l.qui reſtituere,
dicat, quod noua ſit condemnatio fructuum poſt ſen-
tentiam, tamen non facit ad noſtrum propoſitū: quia
hic poſt primum ordinatum nulla facta eſt fructuum
cōdemnatio. Prærerea Bartolus reprehenditur ibi ab
Ang.qui dicit,quod non poteſt fieri noua condemna-
tio. ſequitur Aret.in l.apud Iulianum,§.ſructus,col.fi.
ff.de leg.1. Pariſ. ad Bart.d.l.qui reſtituere, dicit autē
Aret. quod ſi iudea in ſententia iudicaret de fructib.
poſtea percipiendis,forte ſuſtineretur,ſed quo ad nos
hoc nihil eſt: quia oullum verbum de ſructibus futu-
ris. Et Ang. loco præcitato, inquit fructus perceptos
poſt ſentēriam dum ſit executio,venire,ſecus vero an-
te inchoatam eaecutionem. Sequitur Boer.deciſ.45.
nu.9.& 10.licet ita inuolutè loquatur, quod vix colli-
gi poſſit eius ſenſus, quod ſi iudex non poteſt in ſeo-
tentia expreſsè diſponere de percipiendis poſt ſen-
tentiam, multo mious venient quando ſimpliciter in
ſententia mentionem facit de fructibos,non enim vi-
deri debet voluiſſe tacitè quod eapreſsè facere nō po
tuiſſet, vt ſunt iura vulgata: vltra quod, ſententia in-
rerpretari debet,vt eo modo lata ſir, quo de iure ferri
debuit, vt ſæpè dicere ſolebat Crau.in ſuis conſilijs.

Ea prædictis apparet non obſtare motiuum quo di
citur fructus eſſe reſtituendos,quando ſentētia retra-
ctatur. Quia reſpondetur, quod ſi verum eſſet, tamen
ex quo de eis nihil eſt dictum in ordinato, non poteſt
nunc ſuper eis determinari, licet fortè ſi determinatū
eodem tempore fuiſſet, ſuſtineri poſſet ſenrentia con
demnans in fructibus. Et huc pertinet quòd ſupra di-
ctum eſt, ſructus in ſenrentia omiſſos non deberi.

Secuodo reſpondetur,l.filio, §.contratabulas, ff. de
inoffic.teſt.& deciſ.Rom.in conſil.454. & Nattæ con-
11 ſil.535.loqui,quādo titulus poſſeſſionis eſt nullus,† vt
qnia poſſidet quis ex teſtamento, quod declaratur nō
valere, vt ibi, vel geſtos eſt contractus cum minore, vt
declarat Menoch.de recup.remed.15.nu.638. vel alia
ex cauſa titulus eſt nullus ipſo iure. ita deciſ. Pedem.
160. nu.12. & 13. ar in facto titulus Do. Verri non eſt
nullus,ſed validus,quia emit à maiore, & licet vendi-
tor fortè non eſſet dominus, tamen ſufficit talis titu-
lus ad acquiſitionem fructuum, imò ad præſcriptio-
12 oem, † l.clauibus,in fi.ff.de contrahen.empt.Balb.de
præſcript.in 3.par.princ.in q.3.D.Bec.conſi.95.nu.15.
cui tamen in ſuo facto non conuenio.

Tertio reſponderi poteſt,illam deciſionem improba-
ri à Curt.ſen.& alijs citatis à D.Bec.d.cōſil.95.nu.24.

Quarto dico,hic non agi de reuocatione ſententiæ
primæ: nam primum Senatus non pronunciauerat in
fauorem Domini Verri, ſed dixerat ſuſpendendā eſſe
executionem, proinde cum reuocat ſuſpenſionem, nō
dicitur reuocare ſententiam,& non conueniunt dicta
Doctorum in cootrarium allegatorum.

Vnum quoque omittere noo poſſum, qood vbi etiā
ea integro nouo iudicio peti poſſint fructus, ꝙ tamen
eſſet contra iura ſupra allegata, tamē cum ſir lapſum
13 triennium,† dicūtur præſcripti, ſecundum gl.Bart.&
alios in l.ſeq.§.fructus, ff.de vſucap.Tiraq. de retract.
conſan.§.15.gl.2.nu.17. Didac.lib.1. variar. reſol. c.3.
ou.7.in fi.ver.quarta concluſ.Crau.conſil.506.num.1.
Quod ſi fortè dicatur hoc procedere, quando extant,
reſpondeo,ꝙ ſi non extant,non poſſunt vēdicari,tunc
enim ſolum peti poſſunt ſeparari iudicio, quando poſ
ſunt vendicari,atque ita quando realis actio datur,at
res,oon eatans vendicari non poteſt.

Quare cum fructus poſt ordinatum primum per-
cepti non includantur in primo ordioato,imo nec in-
cludi potuerint,& de eis,imo nec de alijs facta ſit mē-
rio in vltimo ordinato, & iuris diſpoſitione cautū ſit,
ꝙ fructus omiſſi peti non poſſint, quando ſolo deben-
tur iudicis officio,nemo ſani capitis dixerit,magnifi-
cos dominos Ripam,& Verrum ad eos teneri, præci-
puè accedente bona fide,& alijs quæ doctè cōſideran
tor à magnificis dominis patronis cauſæ, quorū ideo
ſentētiæ haud grauatè accedo, ſaluo meliori iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima petēdæ ius trāſmittitur ad hæredes, ēt extraneos.*
2 *Mater tranſmittit legitimam ſibi debitam in bonis filij.*
3 *Legitima tanquam exacta tranſit in quemcunque hæredē, cum fiat repletio ipſo iure.*
4 *Legitima defertur à lege, eſt quota bonorum, & detrahitur tanquam æs alienum.*
5 *Tranſmiſſio ſemper locum habet in his quæ non hæreditario, ſed ſingulari titulo à lege deferuntur.*
6 *Emancipato debetur legitima in bonis patris.*
7 *Legitima debetur parentibus naturali iure.*
8 *Tranſmiſſio legitimæ non deſcendit à beneficio ſuitatis.*
9 *Emancipatio inuenta eſt fauore filiorum.*
10 *Tranſmiſſio non impeditur vbi ſubeſt impedimentum in iure acquirendi, vel agnoſcendi.*
11 *Legitima non debetur filio emācipato in bonis patris emancipantis.*
12 *Parentes eo modo ſuccedunt filijs quo filij ſibi ſuccedunt.*
13 *Tranſmiſſio legitimæ oritur ex beneficio ſuitatis.*
14 *Emancipatus paternam hæreditatem non aditam non tranſmittit.*
15 *Hæreditas non adita non tranſmittitur.*
16 *Pater non tranſmittit hæreditatem filij quam non adiuit.*
17 *Legitima quæ competit filio, debetur naturali iure, quæ verò competit patri, deſcendit à iure ciuili.*
18 *Inſtitutus in vno nummo, reputatur inſtitutus in tota legitima.*
19 *Dominium non acquiritur filio antequam res aliqua ſibi ſit pro legitima aſſignata.*
20 *Poſſeſſio rei incertæ rōne loci, & quotæ apprehendi non pōt.*
21 *Legitima eſt quota bonorum.*
22 *Antecedente deſtructo, deſtruitur, & conſequens quod ab eo deſcendit.*
23 *Rationes plures vbi concurrunt, non ſufficit vnam ceſſare, vt diſpoſitioni non ſit locus, ſed omnes tollendæ ſunt.*
24 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
25 *Inſtitutus in legitima videtur inſtitutus in quota, detracto ære alieno.*
26 *Legitimæ titulus quamuis ſit ſingularis, defertur tamen iure, & nomine hæreditario.*
27 *Legitima an debeatur patri in bonis filij emancipati.*
28 *Legitima deſcēdentibus debita tolli non poteſt in totum per ſtatutum, ſecus in debita aſcendentibus.*
29 *Legitima ſicut filio debetur titulo inſtitutionis, ita & patri.*
30 *Legitima aſcendentium hodie eſt aucta vſque ad trientem, ſicut deſcendentium.*
31 *Legitima ſine onere debetur patri, ſicut & filio, etſi eſt adiectum, reijcitur ipſo iure.*
32 *Legitimam, & Trebellianicam detrahunt parentes grauati onere reſtituendi, prout faciunt filij.*

33 *Fructus percepti iudicio teſtatoris, an imputentur parentib. in legitimam, ſicut non imputantur filys.*
34 *Pater grauatus fideicommiſſo, unicã tãtum detrahit quartã.*
35 *Tranſmittentis reputatur ius, vel hæreditas, de cuius tranſmiſſione agitur.*
36 *Doctoris dictum perfunctoriè loquẽtis non eſt attẽdendum.*
37 *Legitimã non agnitã non tranſmittit pater, quando ei debetur cum hæreditate, ſecus ſi ſola legitima debeatur.*

CONSILIVM CCCXLI.

PVlchra, ſed difficilis eſt propoſita
quæſtio, an Capitaneo Federico, & Iulio
fratribus de Siccis, competat legitima
in bonis Andreæ fratris ex perſona
Simonis cõis patris, q poſt mortem
emancipati filij, nulla facta legitimæ
agnitione, deceſſerat? Et primo aſpectu videbatur
eam dubio carere, quia legitimæ petẽdæ ius tranſ
1 mittitur ad hæredes. Bald. in † l. 2. in fi. C. de lib. præter.
imo ẽt ad extraneos hæredes, vt voluit Salic. in l.
ſcimus, C. de inoffic. teſta. Alex. in conſ. 151. nu. 6. verſ.
item videmus in legitima, vol. 2. Dec. in conſ. 81. nu. 1.
verſ. nam legitima, Caſtr. in conſ. 342. nu. 4. vol. 1. vbi
dicit, quod filius eſt ſuus, & neceſſarius hæres patri, &
in eum continuatur dominium, ideo tranſmittit ſine
agnitione. Iaſ. in d. l. ſcimus, col. 1. Rui. in cõſi. 107. nu.
12. vol. 3. vbi dicit cõem. Pariſ. in conſi. 9. nu. 8. & conſi.
45. nu. 8. vol. 2. Fabian. de Gioch. in Auth. Nouiſſima,
nu. 268. C. de inoffic. teſtam. Roder. in l. quoniã in prioribus,
in declar. leg. regni limit. 3. col. antep. Crau. in
conſi. 142. nu. 2. in fi. vbi reprehendit Bart. contrarium
tenentem, Natta, in conſi. 200. nu. 6. in conſi. 238. nu. 4.
Rol. in conſil. 78. nu. 6. vol. 1. & in tract. de lucro dot. q.
47. nu. 9. Menoch. in conſi. 77. nu. 8. Boer. deciſ. 250. nu.
5. & 6. Aſcan. in tract. de patria poteſta. effect. 16. nu.
49. Cucus in tracta. de legitima, [illegible] nec vſufructu defraudari,
nu. 91. fol. 131. Craſſus in §. legitima, q. 37. vbi
dicit cõem allegans Coſtam, Vaſquium, & alios multos,
& loquitur etiam in extraneis, dixi conſi. 28. nu. 3.

Et procedit hoc nõ ſolum in legitima debita filijs,
ſed etiam in ea quæ aſcendentibus præſtanda eſt, & in
ſpecie de matre, quod tranſmittat legitimam ſibi in
2 bonis filij, † debitam, ponit Crau. in conſil. 312. nu. 5.
poſt Decium, quem citat, in conſil. 303. nu. 1. qui pariter
loquitur in matre. Cucus loco præcitato, in fi. Rot.
deciſ. 668. nu. 2. in prima par. in nouiſs. & illud Crau.
conſilium referunt multi, licet non ponderent quod
loquatur in matre.

Et prædictorum ratio eſt: quia filio fit repletio ipſo
iure ſine aliqua petitione, l. ſcimus, §. repletionem, C.
de inoffic. teſta. ideo fructus qui poſtea percipiuntur
non imputãtur, Bal. & Caſtr. in d. §. repletionem, Rui.
conſil. 194. col. penult. nu. 7. vol. ... ſed veniunt etiam
ſine interpellatione, vt notatur in l. Papinianus, §. conditioni,
ff. de inoffic. teſtam. glo. in l. fideicommiſſariã,
ff. ad Trebell. Natt. in conſi. 156. nu. 7. quare tanquam
fuerit iam exacta, tranſit in quemcumque hęredem, vt
3 declarat † Ripa in d. l. in fideicommmiſſariam, num.
39. Cucus d. tract. in §. vtrum data cau. condit. implen.
nu. 43. fol. 54. Caſtr. pulchrè d. conſi. 332. nu. 4. vol. 1. &
quod dictum eſt in legitima debita filio, vendicat ſibi
locum etiam in legitima debita patri, vel matri, quia
parificantur, vt probat per multa Vaſq. de ſucceſſio.
creat. lib. 2. §. 10. nu. 284. Coſta, in c. ſi pater, in 3. par. in
verſi. non poſſint, nu. 34. & ſeq. extra de teſtam. vbi infert
ad multas deciſiones in terminis Coſta loco præcitato,
nu. 37. Peregrin. de fideicomm. art. 49. num. 49.

Secunda ratio eſt, quia legitima defertur à lege, &
in ea filius habet titulum ſingularem: eſt enim portio
bonorum, & non hæreditatis. Bart. in l. ex facto, la ſeconda,
ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in Auth. nouiſſima, nu. 3.
C. de inoffic. teſtam. Gozad. in conſil. 43. nu. 17. Socin.
iun. conſi. 25. nu. 11. vol. 1. & præter eos Alber. in l. fin.
nu. 9. C. de edic. diui Adr. toll. vbi Alex. num. 6. Iacob.
nu. 11. & Zuchard. nu. 196. & detrahitur tanquam æs
alienum. Bal. in l. quanquam, C. ad leg. Falcid. Alex. in
conſil. 7. nu. 8. vol. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam, verſ. ſuſceperit
liberos, nu. 114. C. de reuocand. donat. Menoch. de
arbitr. iud. caſu 149. nu. 11. Bec. in cõſi. 34. nu. 5. Aſcan.
in d. tract. effectu 16. nu. 29. in his verò quæ non hære-
4 ditario, ſed † ſingulari titulo à lege deferuntur, ſẽper
5 locum habet tranſmiſſio † Bartol. in l. ſi arrogator, in
quinta oppoſit. in 2. ſolutio. ff. de adopt. vbi infert qđ
lucrum à ſtatuto delatum marito per mortem vxoris,
tranſmittitur ſine agnitione. & id multis deciſionib.
Iaſ. confirmat, in d. l. ſi arrogator, num. 14. comprobat
Alex. in conſi. 151. nu. 6. vol. 2. Roland. qui alios citat,
d. q. 47. nu. 7. Pbanuc. in tract. de lucro dot. gl. 4. num. 8.
quare cum legitima non deferatur titulo hæreditario,
& à lege deſcendat, non mirum, ſi nõ agnita transferatur
in hæredes. & eam regulam probauit etiam
Pinell. in l. 1. par. 1. num. 36. C. de bonis mater.

Nec dicatur, quod prædicta poſſent procedere, niſi
filius in cuius bonis prætendunt dicti fratres deducere
legitimam ex perſona patris, fuiſſet emancipatus,
ſed cum eſſet ſolutus à patria poteſtate, videtur quod
ab eo patri nulla debeatur legitima. Reſpondetur
enim, quod etiam filio emancipato debetur legitima
6 in bonis patris, † vt voluit Marcus Mant. ſingul. 562. &
eum ſequitur Aſcan. in d. tract. cap. vltimo, nu. 89. vbi
mouetur: quia filijs legitima debetur naturali iure,
quod eſt immutabile, l. ius agnationis, ff. de pact. l. iura
ſanguinis, ff. de reg. iur. §. ſed naturalia, Inſtit. de iure
natur. gent. & ciuili. & ſicuti filio debetur in bonis
patris emancipatione non obſtante, ita patri danda
eſt in bonis filij: tum, quia pater, & filius non ſunt ad
imparia iudicãdi, quinimo cum ſint correlatiua, diſpoſitum
in vno, cenſetur diſpoſitum in alio, l. fi. C. de
indicta viduit. tollen. l. fin. ff. de acceptilat. l. prima, C.
de cupreſſ. lib. 11. cum infinitis ſimilibus. tum vero,
quia etiam parentibus naturali iure debetur legiti-
7 ma. † Bald. in l. prima, §. ius naturale, ff. de iuſtit. & iure,
& probaui in conſil. 292. nu. 5. Coſta in capit. ſi pater,
in tertia parte, in ver. non poſſit, num. 34. & inter
patrem, & filium æquata eſt ſucceſſionis ratio, l. prima,
& l. nam, etſi parentibus, ff. de inoffic. teſtam. §. licet,
Inſtituta ad Tertull. §. de nepotibus, in Auth. quibus
mod. natur. effic. ſui, cum ſimilibus. Sicuti itaque
filio emancipato debetur legitima à patre, ita patri
debetur à filio emancipato.

Nõ etiam obſtabit ſi dicatur, quod ſaltem in bonis
filij emãcipati debita tranſmitti non põt à patre, quia
tranſmiſſio quæ fit de legitima, non prouenit à beneficio
ſuitatis, & ideo emancipatio licet ſuitatem tollat,
non impedit tranſmiſſionem. Quod autem tranſmiſ-
8 ſio legitimæ non deſcendat à beneficio ſuitatis, † voluit
Bal. in l. ſi arrogator, col. 2. ff. de adoption. vbi dicit,
qđ in trãſmiſſione legitimæ, illi omnes quibus eſt
debita, pares ſunt, non attento iure poteſtatis, ſed ſpeciali
tranſmiſſionis ipſius legitimæ natura. Atque ita
vult, qđ procedat ex natura legitimæ, non ex potẽtia
ſuitatis. Sequitur Socin. in conſi. 150. nu. 24. in princip.
vol. 2. Peralta, in l. cum patronus, num. 28. ff. de leg. 2.
Quamuis igitur ſuitas auferatur per emancipationem,
tamen non per hoc tollitur tranſmiſſio legitimæ,
quæ à ſuauitate non deſcendit. Præterea, eman-
9 cipatio inuenta eſt fauore † filiorũ, l. 1. C. de ingrat. lib.
Tiraqu. in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus,
num. 146.

nu.146. C.de reuocan. don. Vaſq. de ſucceſſio.creat.§.
20.nu.35. vbi alios addit. Aſcan.in d.tract.de patr.po
teſta.c.vlt.nu.9.ergo in eorum odium torqueri,ſeu ver
ti non debet. Accedat,quod in præſenti facto emanci-
patio affert impedimentum non patri tranſmittenti,
ſed filio in quem fieri debet tranſmiſſio,qui reperitur
emancipatus, vt de ſe patet.at vbi non in iure deferen
di,ſed in iure acquirendi,vel agnoſcendi ſubeſt impe-
10 dimentum,tunc non impeditur tranſmiſſio.† Bald.in
conſi.426.nu.3.vol.3. Anch.in 220.num.5.Honded.in
conſi.16.nu.3. ſecus autem eſſet, ſi impedimentum eſ-
ſet in patre ipſo tranſmittente.

In contrariam tamen ſententiam deſcendo,& pri-
mo dicere poſſem, quod patri non debeatur legitima
in bonis filij emancipati: nam filio non debetur in bo
11 nis patris emancipantis, † vt probat Bald. in l.vnica,
nu.6.C.quand.non pet.part.ſequitur Cagn.ibi,nu.25.
Cucus in tract.de legitim.num.3.in prin.tract.vbi re-
fert etiam Mantuam hoc tenere, quod ſi non debetur
filio, non etiam debetur patri, quia ſunt correlatiua,
vt dictum eſt ſupra; & quia parentes eo modo ſucce-
12 dunt filiis quo filij ſibi ſuccedunt, † l. nam etſi paten-
tibus,ff.de inoffic.teſtam. Ang.in tract.de teſtam.glo.
92.nu.2.alios citaui in conſ.292.nu.3. Azo.in Sum.C.
de legitim.hæred.in fi. Bart.in leg.1. in fin. princ.ff.de
contratab.infinitos cumulat Vaſq. in d.tract.§.10.nu.
488.& 502. vbi infert, quod patri non debetur legiti-
ma in caſibus quibus pater ipſe non tenetur filio legi-
timam relinquere,non enim debent ad imparia iudi-
cari,ideo ſi filio emancipato non cogitur pater præſta
re legitimam, eadem ratione dicendum quod patri
non erit debita legitima in bonis filij emancipati.

Secundo,ſi deberetur legitima,tamen illa non poſ-
ſet trãſmitti:quia tranſmiſſio quæ fit de legitima,ipſa
13 non aliunde oritur quã ex beneficio ſuitatis,†adeo,vt
ſuitate ſublata, ſit etiã tranſmittẽdi facultas ſublata,
vt probat Bal.in l.quoniam in prioribus,C.de inof.te-
ſtam. vbi dicit, quod ſi inſtituatur filius in legitima
ſub conditione,ſi voluerit,talis conditio quamuis po-
teſtatiua,& facilis,reijcietur, quia grauat filium,& de
neceſſario facit voluntarium, adeo, quod legitimam
tranſmittere non poteſt prout antea,& ſine illa condi
tione potuiſſet.Salic.nu.7.vbi dicit, quod legitimã ta-
li caſu filius non conſequitur, niſi declaret ſe velle, cũ
tamen conditione illa non adiecta, eam omnino con-
ſequatur. Caſtr. nu.4. vbi dicit eſſe menti tenendum,
quia intereſt filij quod poſſit tranſmittere. Imo.in l.fi.
ff.de cond.inſtitut. Caſtr.in l.ſuus quoque,ff.de hæred.
inſtituen. vbi ſubdit, hoc eſſe pulchrũ dictum Roder.
in d.l.quoniam in prioribus,in 5.ampliat.nu.2.Docto
res in l. ſi pater, vbi præcipuè Alex. Corn. Iaſ. & Dec.
C.de hæred. inſtit. Vaſq. d.§.10. nu. 227. & nu.243. &
vbi dicit communem, & quod impedit tranſmiſſionẽ
licet re illam non minuat. Craſſ. in §. legitima, quæſt.
38.nu.12.vbi addit Alc.Coſtam, Burſ.& alios.Gomez.
de teſta.c.9. nu.22. & nu.33.vbi quid in emancipato.
Bened.in c.Rainutius, par.2. verſ. mortuo itaque te-
ſtatore,il ſecondo,nu.110. Vaſq. §. 10.nu.523.Coſta,c.
ſi pater,in 2.par. ver. debitæ,num.4. Iaſ.d.l.ſcimus,in
princ.nu.2. in fine, C.de inoffic.teſtam.

Tertio facit communis Doctorum ſententia, quod
emancipatio tollit tranſmiſſionem, adeo, quod filius
emancipatus paternam hæreditatem,quam nõ adiuit
14 tranſmittere non poteſt,† l.fin.C.de repud.hæred.vbi
poſt Placen. & Azon. tenuerunt Cin.Io.Fab.Bal.Ang.
Salic.& Corn. qui dicunt, qđ etſi quoad ſubſtãtiam &
effectum ſublata ſit hodie differentia inter emancipa
tũ,& filium in poteſtate, tamen quoad modum ſucce-
dẽdi ſubſiſtit adhuc.Doct.in l.ſi emancipati,C.de col-
latio.vbi Alex.nu.11.& Iaſ.in l.fin.qui loquuntur etiã
in ea hæreditate quæ ab inteſtato delata fuit. Iaſ. in l.
ſi filius,qui patri,nu.16.ff.de vulg. & pup. vbi teſtator
de communi. Alc.in l.ventre,nu.34.ff.de acquir. hære.
Coſta,in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,par.3.nu.211.ff.
de lib.& poſth. & in c. ſi pater, in 1.par. in ver.habens,
nu.19.de teſtam. Bened.in c.Rainu.par.2.ver.mortuo
teſtatore,nu.135. cum ergo propter emancipationem
impediatur tranſmiſſio,quæ ſolet filio concedi de hæ-
reditate paterna, multo magis erit ſublata trãſmiſſio
quam pater poſſet prætendere de bonis filiorum.

Quarto pro hac parte facit, quia parẽtes regulari-
ter non tranſmittunt hæreditatẽ filiorum ſibi delatas
quidem,ſed non agnitas, regula enim iuris vult,quod
15 hæreditas non adita non † tranſmittatur,l.1.§.in no-
uiſſimo, C.de cad.toll. l. qui libertos,§.hæc verba,et l.
ſed ſi plures,in prin.ff.de vulg.l.emãcipata, C.qui ad-
mitti,l.3.§.hoc igitur, ff.de bon.poſſ. et in ſpec e quod
parens nõ tranſmittat etiam ad filium hæreditatem
16 alterius filij,quam non adiuit,† voluit Caſtr.in conſi.
305.nu.5. in fi.verſi. ex his relinquitur,vol.1. Corn.in
conſi.1.col.2.ver.verũ quia non præſupponitur, vol.2.
Soc.in l.qui duos,ff.cum in bello,num.1.ff.de reb.dub.
Iaſ.poſt Ale.in l.ſi infanti,nu.2. ver.tamen pro eadem
ſententia,C.de iur.delib.Bertr.in cõſi.220.nu.2.vol.7.
Crau.in conſi.37.nu.4.conſi.732. nu. 18. ſed ante eos
loquendo in patre hoc voluit Bar.d.l.ſi infanti, nu.5.
vbi dicit, quòd hæreditatem filij pater non occupat
iure peculij,nec iure patrio,ſed tãquam hæres,et ideo
ſi hæreditatem prædictam non adeat,non etiam trãſ-
mittit, qđ ſecus eſſet, ſi patrio iure occuparet, et ſub-
dit,eueniſſe caſum eo anno,et ſic tenuiſſe,et iudicaſſe,
ſequitur Bal.num.7.vbi qđ in patre requiritur aditio.
Cuma.conſi.111.D.Lucretia,num.2 Aſcan.in d.tract.
patr.poteſt.effectu 13.nu.16. Cucus de legitim.fol.99
nu.1. quod ſi hæreditatem filij non agnitam non trãſ-
mittit certe non ẽt tranſmitteret legitimam, & ſi hoc
verum eſt in patre qui habet filium in poteſtate, mul-
to magis procedit in eo qui filium emancipauit.

His vero ſic admiſſis,non obſtat quod legitima etiã
non agnita tranſmittatur: reſpondetur enim primo,
patri in bonis filij emancipati nullam deberi legiti-
mam,præcipuè contra teſtamentum filij, quia eodem
modo filio in bonis patris, qui filium non habebat in
poteſtate,non competit legitima, ex Bal.Cagnolo, &
Cuco, ſupra relatis.

Secundo reſpõdetur, quod vbi etiam legitima eſſet
debita, tamẽ aliud eſt quoad tranſmiſſionem in legi-
tima patri debita,aliud in ea quæ debetur filio:nam q̃
filio cõpetit,magis debetur,naturali ſcilicet iure, at,q̃
17 patri eſt debita,deſcendit à iure ciuili, † l. ſcripto,vbi
gl.& Doct.C.vnde libet.Bereng.in l.in quartam,num.
169.ff.ad leg.Falc.communem dicit Coſta, in c. ſi pa-
ter,in 3.par.in ver.non poſſit,nu.39 ver.nec pro Barto
lo,& nu.41. Cucus in tract. de legit. in ver.ſubſtantia,
nu.44.folio mihi 55. Craſſus in §.legitima, quæſtin.3.
nu.2. vbi dicit communem. Peregr. in tract. de fideic.
artic.49.nu.44.Præterea,in filium continuatur domi-
nium rerum paternarum ſine aliqua apprehenſione,
propter potentiã ſuitatis, quod non eſt in patre, quo-
ad bona filij, ergo non eſt tanta ratio tranſmittendi
legitimam filio debitam, quanta eſt in tranſmiſſione
legitimæ quæ ipſi patri debetur. Accedat, quod diffe-
rentiæ exemplum patet: qm̃ hæreditatem partis filius
tranſmittit,& tamen pater non tranſmittit hæredita-
tem filij ſibi delatam: ſi eam non agnouit, ergo idem
eſſe debet in legitima,cũ in vtraque eadem ſit ratio.

Tertio reſpondetur, quod contrarium procederet
fortè in patre q̃ filiũ habeat in poteſtate, ſed nos agi-

mus de hæreditate emancipati filij, emancipatio autẽ
tollit potentiam tranſmiſſionis ẽt in filio, ergo multo
magis tollit in patre: quia facilius trãſmittit filius pa
tris hæreditatẽ, q̃ pater trãſmittat illã filij, vt dixi ſup.
Eodẽ modo tollitur authoritas Decij, & Crau. qui
dñt, quod mater tranſmittit filij hæreditatẽ non adi-
tam, qñ perfunctoriè loquuntur nec rõnem, vel autho
ritatem aliquã afferunt: mouentur namq; ea iuribus,
quæ loquuntut de legitima filiorum. Et oĩ caſu nõ lo-
quuntur de legitima debita in bonis filij emancipati,
adeo ꝙ duo obſtant: primo, quod pater non ſolet trãſ-
mittere; ſecundo, quod filius eſt emancipatus, atque
ita ſolutus à patria poteſtate, & ſupra allegauimus iu
ra, rationes, & authoritates in contrarium.
Et non mouet, quod patri fiat repletio ipſo iure, ſi-
cuti filio in legitima, quia rñdetur, procedere id, quod
de repletione dr̃, qñ filio vel patri aliquid eſt relictũ,
ſed qñ nihil relictum eſt, non poteſt tractari de reple-
tione, quia non entis nullæ ſunt qualitates, l. eius qui
in prouincia, ff. ſi certum petatur. Crau. conſ. 312. col.
pen. verſi. tertio principaliter, & qñ aliquid eſt pro le-
gitima relictum, tunc vr̃ is inſtitutus in tota legitima,
vt inquit Bal. in l. hac edictali, col. 3. C. de ſecund. nupt.
& vr̃ plus dictum, & minus ſcriptum. Bar. in l. ea facto,
ff. de vulg. Ruin. in conſ. 42. nu. 4. vol. 3. & quod inſtitu-
tus in vno numo, reputetur inſtitutus in tota legiti-
18 ma, † probat Dec. in l. fin. num. 24. C. de edict. D. Adr.
tollen. Cagno. in l. Papinianus, §. quarta, nu. 2. ff. de in-
off. teſtam. Ceph. in conſi. 95. nu. 9. & ſeq. vbi autem ni
hil ratione legitimæ relictum eſt, ceſſant prædictæ ra-
tiones, & ideo dominium non acquiritur filio anteq̃
19 res aliqua ſibi ſit pro legitima aſſignata, † vt bene pro
bat Crau. in conſi. 202. nu. 35. Cucus in tract. de legiti-
ma poſt principium, §. his conſequens, nu. 1. fol. 4. & cũ
legitima ſit incerta ratione loci, & quotæ, non tranſit
20 etiam illius poſſeſſio, imo apprehẽdi non poteſt. † Bar.
in l. 2. nu. 3. C. quan. & quib. quarta pars, lib. 10. Iaſ. in
l. 3. §. incertam, nu. 10. ff. de acq. poſſeſſ. Cucus qui alios
citat in d. tractatu, §. legitima eſt autem quota bono-
21 rum, † nu. 6. fol. 20. & ego diai in conſi. 128. nu. 1. Rim.
in conſ. 91. nu. 25. & inferunt ideo Bart. & alij, quod fi-
lius pro ſua legitima non poterit authotitate propria
certam aliquã rem pto ſua legitima occupare, ſequun
tur alij apud Cucum, loco præcitato, nu. 8. Cum ergo
nõ fiat repletio legitimę ipſo iure, qñ nihil eſt relictũ,
ceſſat cõſequẽtia quæ ducitnr ab ipſa repletione: quia
deſtructo antecedenti, deſtruitur & conſequens quod
22 ab eo deſcendit, † c. cum ex officij, de præſcrip. Euerar.
loco 96. Caroc. in c. cum quid, in 3. par. in princ.
Secundo reſpondetur, quod ratio tranſmiſſionis ea
non eſt, quod repletio fiat ipſo iure, ſed alia, ideſt, pa-
tria poteſtas, & ſuitas, vt ſupra dictum eſt, hæc autem
ſnitas, non cadit in filium emancipatum, ergo neque
tranſmiſſioni poteſt eſſe locus: ſicuti enim qñ plures
rationes concurrunt, non ſufficit vnam ceſſare vt diſ-
23 poſitioni non ſit locus, ſed omnes tollendæ ſunt, † vt
in §. affinitatis, Inſtit. de nupt. Iaſ. in l. cum filio, nume.
146. ff. de leg. 1. ita ad conſeruandum actum non ſuffi-
cit, quod ex pluribus rationibus aliqua conueniant,
ſed omnium concurſus eſt neceſſarius, vt contrariorũ
24 eadem ſit diſciplina, † l. etſi contratabnlas, in fine, ff.
de vulg. diai in conſil. 1. nu. 92.
Tertio, quod etſi repletio fiat ipſo iure, tamen re-
quiritur agnitio, ad hoc, vt acquiratur legitima incõ-
mutabiliter, ſecnndum gl. in l. ſcimus, vbi Bal. in prin.
gl. in l. poſthnmo, C. de contratab. Et quãuis ſequens
agnitio, vel declaratio trahatur ad tempus mortis, vt
probaui d. conſi. 128. nnm. 13. tamen hoc ius declaran
di non tranſmittitur ab aſcendente in alinm, præci-
puè in filium emancipatum, & hoc etit magis clarum
ex his quæ dicentur in ſequentibus.
Parum autem negocij infert alıud argumentum,
quod legitima deferatur à lege, & ſingulari titulo, id-
eo tranſmittatur ante acquiſitionem: rñdeo etenim,
quod etſi pro legitima videatur dari ſingularem titu-
lu, tñ re vera eſt vniuerſalis: nam inſtitutus in quota,
25 detracto ære alieno, † ſecundum Gul. Cun. & Bal. in l.
ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſt. Fab. qui eos ſequitur in
Auth. Nouiſſima, nu. 205. C. eod. tit. ſequitur Menoch.
in tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 164. & Bal. in loco
præcitato dicit, quod ideo datur petitio hæreditatis,
& filius tali caſu mittitur in poſſeſſionem, ex l. fi. C. de
edic. D. Adr. toll. idem voluit Bald. in ea l. fin. num. 83.
Corn. in conſil. 148. nu. 4. vol. 4. Crau. in conſil. 312. col.
pen. verſic. quod competat petitio, & ponit Menoch.
d. rem. 4. nu. 158. vbi nu. 165. dicit, quod non recederet
à ſententia Baldi, Cucus d. tracta. fol. 20. nu. 6. 9. & 17.
vbi ſubdit, quod hæc ſententia videtur magis commu
nis, & dicit Menoch. loco præcitato, quod filius in le-
gitima inſtitutus dicitur hæres quoad actiones acti-
uas, & cetera commoda, licet non quoad incommo-
da, & præcipuè æs alienum.
Reſpondetur ſecundo, quod vbi etiam legitimæ ti-
tulus eſſet ſingularis, tamen defertur iure, & nomine
26 hæreditario, † vt voluit Bart. in l. pro hærede, §. 1. in fi.
& in l. gerit, num. 22. ff. de acquir. hær. Soc. in l. 1. nu. 32.
in princip. ff. de vulg. per teat. in §. aliud quoque capi-
tulum, in Auth. Vt cum de appell. cognoſ. Rip. d. l. 1.
num. 157. & ſeq. Cucus de legitima, §. legitima eſt au-
tem, nu. 41. fol. 23. dicens mirabile quidem, ſed veriſſi-
mum, & receptiſſimum dictum, licet videantur inui-
cem repugnare, quod legitima ſit quota bonorum, &
quod titulo hæreditario debeatur, & in §. quo modo
relicti, nu. 1. fol. 75. ſicuti itaque parentes filiorum hæ-
reditates non aditas non tranſmittunt, ita nec legiti-
mam: quæ enim hæreditario titulo veniunt, ad hære-
des non tranſeunt ſine aditione vel agnitione, vt pro-
bat Bart. in d. l. ſi infanti, nume. 5. & alij relati ſupra in
quarto fundamento. Cum itaq; titulus ſingularis nõ
ſit, & ſit etiam hæreditarius, non erit tranſmiſſioni lo-
cus, & hac reſponſione euitantur omnia exempla, quę
poſſent in contrarium adduci.
Etſi dicatur, quare legitima filio debita tranſmit-
titur, non autem illa quæ patri debetur? reſpondeo,
quia in filium tranſit, vel cõtinuatur dominium, quod
nõ eſt in patre, q cogitur adire, atq; ita ſuitatis benefi
ciũ eſt cauſa tranſmiſſionis, ea vero ſublata in filio, vel
nõ exiſtente in patre, ceſſat trãſmiſſio in vtroq; quem
admodum in ſuperioribus ſatis declaratum eſſe.
Obiectum verò, quod factum eſt, patri deberi legi-
timam in bonis filij, etiam emãcipati, reſolui poteſt,
primo negando legitimam deberi: nam contrarium
probarunt Bal. Cagnol. & Cucus, citati in primo fun-
damento huius partis, & quod contraria ſentẽtia ve-
27 rior ſit, † quam ergo quoque ſecutus ſum, in cõſ. 293.
Gomeſ. de teſtam. c. 9. nu. 24. Benedictus in c. Rainut.
par. 1. in verſi. reliquit, nu. 31. & pro qua in dicto facto
iudicauit Senatus Montisferrati, tñ ea non tranſmit-
titur, à patre, tum quia filius emancipatus non tranſ-
mitteret eam, vt probaui in 2. argumento tum etiam,
quia ſi filius tranſmitteret, tamen in patre nõ militat
eadem tranſmiſſionis ratio, ideſt ſuitas, quæ operatur
quidem quod ab aſcendentẽ dominiũ continuatur in
deſcendentẽ, ſed non ꝙ à deſcendente continuatur in
aſcendẽtem, id qđ probatur, quia filins eſt patri ſuus,
& neceſſarius hæres, vt in l. ſuus quoque, ff. de hæredib.
inſtituend. ſed pater non eſt neceſſarius hęres filio, ſed
requiritur aditio, vt per Bartol. d. l. ſi infanti, nume. 5.
cum

cum aliis ſupra in 4.fundamēto, ſicuti enim pater hæ-
reditatem filij non tranſmittit, quamuis filius patris
hæreditatem tranſmittat, ita pater legitimam in filij
bonis ſibi debitam non tranſmittet,quamuis filius le-
gitimam ſibi debitam in bonis patris tranſmittat.

Quāuis vero in multis æquata ſit patris, & filij ſuc-
ceſſio,ita vt eo modo pater ſuccedat filio quo filius ſuc
cedit patri, id tñ intelligendū eſt quoad ſubſtantiam
ipſam ſucceſſionis, quib. enim in caſibus filius ſucce-
dit patri, in ijs pater eueniente caſu ſuccedit filio, ſed
in modo ſuccedendi non eſt æqualitas:quia fauorabi-
lior eſt filij, quam patris ſucceſſio, & patris hæreditas
magis filio debetur quam patri debeatur ſucceſſio, &
hæreditas filij: ſic videmus, quod filio debeē legitima
iure naturæ in bonis patris,ſed patri in bonis filij iure
ſolū ciuili,ſic legitima deſcendentib. debita tolli in to
28 tum non poteſt ſtatuto. † Bart.in l.Titio centum,§.Ti
tio genero,nu.6.ff.de cond.& demō. Din.in c.indultū,
de reg.iur.in 6.Alexan. in conſ.55.col.fin. vol.2.Soc.in
conſ.150. in princ. vol.2. & fere omnes illi quos infra
citabo, ſed ea quæ parentib. debetur in totum tolli po
teſt,Bal.in l.1.§.ius naturale,ff.de iuſt.& iur. Rom.cōſ.
32.col.fi.Abb.conſ.75.Quidam deceſſit. Capra,in cōſ.
15.& conſ.151.Cæph.in conſ.278.nu.50. Cucus de le-
gitima,§.nec vſufructu,nu.69.& ſeq. Aſcan.in d.tract.
de patr.pot.effect.16.nu.22.& ſeq. Didac.in Epitom.
de teſtam. part.2.c.8.§.6.nu.5.vbi allegat Rip. Coſtā,
in c.ſi pater,in 3.part. verſ.non poſſint,nu.42.Vaſq.de
ſucceſſio.creat. lib.2.§.20.nu.306.

Et licet in multis eadē ſit patris, & filij conditio cir
ca legitimā,quia ſicuti filio debetur inſtitutionis titu-
29 lo,ita & patri,† §. iuſtum autem, §. ſancimus,§. & hæc
autem diſpoſuimus, in Auth. Vt cū de appel. cognoſ.
Caſtr.in Auth.Ex cauſa,nu.11.C.de liber.præter.Salic.
in Auth. Nouiſſima,col.2. C.de inoffic.teſtam.vbi Iaſ.
dicit cōem,nu.37.vbi ait Barto.contrarium tenentem
cōiter reprobari. Alex.in l.1.nu.4. C.de bon.poſſ.con-
trarab.vbi etiam Dec.num.8. eam quoque cōem dicit
Fabian.in d. Auth. Nouiſſima, nu.204.Coraſ.in l.filiū
quem habentem,nu.82.& 83. C.fam.erciſc. Rube.in l.
pater filium,nu.50.ff.de inoffi.teſtam.Clar.in §.teſtiū,
q.38. verſ.ſed quæro tu ſcis. Coſta,in d.ver.nō poſſint,
nu.35.Vaſq.d.§.20.nu.282.Molin.de primog.Hiſpan.
lib.2.c.15.nu.16. vbi dicit cōem, & veriſſimam. Cucus
de legitima,§.conſequens eſt quæſtio,per totam, folio
mihi 101. & ſeq. Theſ.deciſ.Pedem.58.nu.1.Peregr.in
30 tract.de fideicom.art.49 n.48.Et ſicuti† hodie filiorū
legitima ad trientem vſque aucta eſt, ita & aſcenden-
tium, gl.in l.omnium.ff.de vſufruct. Bar.in Auth.No-
uiſſima, gl.in §.ſi vero expreſſim, in Auth.de triente,&
ſem.in §.cum igitur reliquum, in verſ.allegationibus,
in Auth.Vt cum de appell.cognoſc.Petr de Bellapert.
Odofr. Iac.de Aret. Fab.Cin.Iac.Butrig.Bart.Bal.Al-
ber.Salic.Caſtr.& Fulgoſ.quos citat,& ſequitur Iaſ.in
d.Auth.Nouiſſima,num.35.vbi dicit cōem,alios mul-
tos addit Vaſq.d.§.20.nu.283. qui idem tenet in §.10.
nu.266.idem probarunt Alex.Soc.Crot.Fabian.Crau.
& Natta,quos refert, & ſequitur Cucus,in d.tracta.§.
eadem,in gl.nu.6.folio 100.eam pariter probat Craſ-
ſus,d.§.legitima,q.9. vbi addit Coraſ. Berengar. Did.
& alios. Peregr.d.art.49. nu.47. vbi addit Guid. Pap.
& Rolā. ſimiliter patri debetur ſine onere legitima ſi-
31 cut filijs, & ſi adiectum ſit, reijcitur ipſo iure,† eſt tex.
in l.Panthonius,ff.ſi quis à pareo.fuer. manumiſ.gl.in
d.§.ſi vero,in Auth.de hæred.& Falc.probat Vaſq.d.§.
10.nu.266.in fi. Soc.iun.in conſ.64. nu.6.vol.2. vbi in-
fert, quod ideo legitima parentibus dari nō poteſt in
fructibus,ſed in proprietate. Roder.in l.qm̄ in priori-
bus,ampliatio.16.C.de inoffi.teſta.Gomez.de teſtam.

Lib. III. Conſ. Io. Petri Surdi.

c.11.num.24. Guid.Pap.q.478.Io.de Garron.in Auth.
Ex teſtam.nu.31.C.de ſecun.nupt. Cucus,d.§.nec vſu-
fructu fraudari,nu.4.fol.108. Craſſ.d.§.legitima,q.39.
nu.2.Peregr.d.art.49.nu.47. Hac ipſa ratione parētes
grauati onere reſtituendi, detrahunt non ſolum legi-
timam iure naturæ debitam,ſed etiam Trebellianicā,
32 prout † detrahunt filij grauati, vt voluerunt Ange. &
Com.in l.ſi à milite,§.fi.ff. de milit. teſtam. & vna non
compenſatur cum aliqua quarta.Crot.in l.qui Romę,
§.duo fratres,nu.80.ff. de verb.oblig.& in l.re coniun-
cti,num.177.ff.de leg.3.Berengar.in l.in quartam,c.1.
nu.333.ff.ad leg.Falc.Did.in c.Rainut. §.fi.nu.6.de te-
ſta.Coſta,in d.verſ.non poſſint,nu.36. Crau. conſi.itu.
in 1.dub.latè Craſſ.§.Trebell.q.4.§.4. Rurſus,ſicut filio
non imputātur in legitimam fructus percepti iudicio
teſtatoris, ita nec parētib. quia iura antiqua correcta
in filio,cenſentur ēt correcta in aſcendētib.& quia re-
pletio parentib. fieri debet de ſubſtantia teſtatoris ſi-
33 cut filiis,† vt voluit expreſsè Guid.Pap.in q.478.Ma-
rheſil.in l.filium quem habentem,nu.73.ver.quinimo,
C.fam.erciſc.Corn.in conſ.176.nu.3.vol.3.Hercul.in l.
in fideicommiſſarias, ff.ad Treb. & in l.filiusfam.ff.ad
leg.Falc.Rub.in l.pater filium,nu.49.ff. de inoff.teſt. &
hāc ſniām defendit Coſta, in d. verſ. non poſſit,nu.38.
vbi infert, quod ſicuti pater nō pōt filio pecuniam aſ-
ſignare,vel deſtinare pro ſua legitima,ita nec filius pa
tri, quamuis inq̃ æqualis ſit patris, & filij conditio in
aliquibus,tñ in multis eſt diuerſa:nam patri legitima
debetur iure poſitiuo, filio verò iure naturali,vt dictū
eſt ſupra. Secundo,filius tranſmittit hæreditatem non
aditā,ſed pater nō tranſmittit. Tertio, in filio non re-
quiritur agnitio hæreditatis paternæ, ſed in patre eſt
neceſſaria aditio,aliàs ſibi nō quæritur. Quarto,patri
fructus percepti iudicio teſtatoris imputātur in quar
tā,ſcđm Bal.in c.ſi pater,de teſtam. in 6.in fi. vbi dicit,
tex.in l.filiusfam.ff.ad leg. Falc.eſſe incorrectū, & hoc
modo limitari l. iubemus, C.ad Treb. Alex. qui idem
probat in l.in fideicōmiſſariam, nu.9. ff. ad Treb.& in
d.l.filiusfam.nu.4.Fabian.in Auth. Nouiſſima,nu.112.
Picus in l.in quartam, nu.pen.ff.ad leg. Falc. Berēgat.
ibi,c.1.nu.98.& c.3.nu.29. Roder. in d.l.qm̄ in priori-
bus,in 16. ampliat. Franch.in d. c. ſi pater,nu.21.Ripa,
d.l.in fideicōmiſſariam,nu. 43. & cōem dicit Ioan. de
Garron.in Auth.Ex teſtō,nu.33.C.de ſecund.nupt.li-
cet contrariam ipſe teneat. Cucus de legitima, in ver.
ex ſubſtātia,nu.44.fol.55.vbi dicit rationem eſſe,quia
legitima non ita debita eſt aſcendentib. ſicut deſcen-
dentib. Craſſ.§.legitima,q.20.in fi. idē Craſſus,§.Tre-
bel. q.11.in fi. & tamen filiis non imputātur,vt admit-
tunt prædicti omnes.& hæc eſt cōis,quamuis Coſta ſu
pra allegatus, in diuerſam iuerit ſententiam. Quinto
pater grauatus fideicommiſſo, vno caſu tantum de-
34 trahit quartā, † vt voluit Bal. in l.ſi à milite,§.fin.ff.de
milit.teſt.Alex.in l.cohæredi,§.cum filiæ,num.10.ff.de
vulg. Iaſ.in Auth. Nouiſſima, nu.39. Coraſ.in l.filium
quem habentem,nu.77.C.fam.erciſc.Bero.in c.Rainu
tius,nu.156.de teſta. Rub.in l.pater filium,nu.48.ff.de
inoffic teſtam.Gomez.in 3.lege Tauri,nu.85.Bertran.
conſ.19.nu.3.4.5.& 6.vol.1.in a.par. Cotta in Memor.
incip.filius grauatus,in vet.ſed quid ſi fratre,ita,quod
ſi hæc non eſt cōis,tamen negari non poteſt quin quæ-
ſtio ſit dubia, ex quo pro vtraque parte graues habet
authores,& aliæ plures ſunt differentiæ inter parētes,
& filios,quoad ſucceſſionem, præcipuè vero quoad le-
gitimam, quo circa, non poteſt mirum videri, ſi pater
non ita tranſmittat legitimam ad filium, ſicuti filius
ſolet illam tranſmittere ad quemcunque.

Superiora oſtendunt, ſuſtineri non poſſe Baldi, So-
cini, & Peraltæ ſententiam, qui voluerunt, quod trāſ-

miſſio legitimæ fiat ex natura ipſius legitimę, non autem ex potentia ſuitatis: nam contrariã amplexi ſunt Bal. Salic. Caſtr. Alc. Roder. Corn. Iaſ. Dec. Alc. Bened. Gomeſi. Butſat. Vaſq. & Craſſus, quos retulit ſopra in ſecundo fundamento huius partis, dum volunt, quod tranſmiſſioni non ſit locus, quando filius deſinit eſſe neceſſarius hæres, & factus eſt voluntarius, vt quando fuit inſtitutus ſub illa cõditione, ſi voluerit, & hęc ſententia videtur carere dubio, quãdo filius eſt inſtitutus vniuerſalis hæres, vel in quota, eo enim caſu non aliter trãſmitti poteſt quam iure ſuitatis, vt declarat Petalta d. l. cum patronus, nu. 28. ſecus forte, cũ ſola debetur legitima, quia tunc tranſmitteretur non ex ſuitatis iure, ſed ex peculiari natura ipſius legitimæ.

Argumentum quod emancipatio inuẽta ſit fauore filiorum, & in eorum odium verti nõ poſſit, non cõcludit: quia licet à principio fuerit introducta fauore filiorum, tñ in conſequẽtiam ſæpè filijs ipſis pręiudicat: nam non tranſmittunt vt dixi hęreditatem nõ agnitã, vel aditam, & perdunt ſuitatẽ, & multi alij ſequuntur effectus in perniciem filiorum: ſufficit autẽ, quod principaliter, & ab initio ſit in fauorẽ filij, quod nõ ſubiaceat patrię poteſtati. Secundo reſpõdeo, quod hic nõ agimus de fauore filiorũ, ſed patris, an ſcilicet pater poſſit, vel non poſſit tranſmittere, vt dicunt Doct. illi, qui volunt ꝗ filius dicatur grauatus quando inſtituitur ſub cõditione, ſi voluerit, ex quo tunc tranſmittere non poteſt: & ideo alij dicunt, quod in filiofamilias duo cõſiderantur, ſuitas ſcilicet reſpectu filij, & neceſſitas reſpectu patris, vt declarat Gomez. d. c. 9. nu. 33. verſi. 1. quia, & poſt Iac. Butrig. Caſtr. conſil. 342. nu. 4. vol. 1. Cucus de legitima, fol. 131. num. 91. Hoc igitur, quod pater poſſit tranſmittere, cõcernit fauorem patris, non filij, ideſt eius qui habet tranſmittere, nõ eius in quem fieri debet tranſmiſſio. Tertio reſpondetur, quod in præſenti facto, tranſmiſſio non ſolum impeditur propter emancipationem ſed etiam ex alio: quia ſcilicet pater nõ poteſt tranſmittere, vt dictum eſt ſupra, propter differentiam inter aſcendentes, & deſcẽdentes, & ex hoc infertur, quod filius non tranſmittit legitimam ſibi debitã in bonis matris, quia matri nõ eſt ſuus hæres, nec neceſſarius, quemadmodum patri, & ideo matris hæreditas non continuatur in filium.

Regula vero quæ dicit, quod vbi impedimẽtum eſt nõ iure deferẽdi, ſed in iure agnoſcẽdi, eſt locus agnationi, retorquetur: quia in facto noſtro impedimẽtum eſt non in filio, qui deceſſit, & ita non iure deferendi, ſed in patre agnoſcẽte, & ita in iure agnoſcendi, ꝓpterea non eſt locus tranſmiſſioni: hæreditas. n. vel ius de cuius tranſmiſſione agitur conſiderari debet tanq̃ agnoſcendum, non tanquam agnitũ, & reputatur ius tranſ-
35 mittentis, † Iaſ. in l. ſi infanti, col. pen. C. de iure deliberan. Rui. conſi. 22. col. pen. vol. 3. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 4. nu. 107. & 405. Phanuc. in tract. de inuentar. par. 6. nu. 88. Crau. in l. cum filiofam. pat. 2. nu. 340. ff. de leg. 1. Simon de interpret. vlt. vol. lib. 3. interp. 2. dub. 1. ſolut. 4. nu. 35. fol. 215. Berret. in conſi. 79. nu. 1. Conſideranda eſt itaq; patris perſona, an eſſet habilis, vel nõ ad tranſmittendum, non perſona filiorum, qui prætẽdunt in ſe factam eſſe tranſmiſſionẽ, ſed in patre ceſſat habilitas, ergo non fit tranſmiſſio.

Nihil autem turbare debent authoritates Decij, & Crau. loquẽtes de legitima matri debita, dixerũt eã trãſmitti, q̃uquidem loquuntur perfunctoriè, ideo at-
36 tendi non debet eorum dictum, † Iaſ. conſi. 151. col. 3. vol. 4. Pariſ. conſi. 91. nu. 49. vol. 3. quia ſecundum eum id ſeruatur quod diſputãdo affirmat Soc. iun. in cõſ. 1. nu. 143. vol. 1. vbi ait, in enucleanda cõi opinione enumerari ſolum illos qui diſputant quæſtionem. Alc. in trac. præſcr. reg. 1. præſcr. 51. nu. 4. Cagn. in l. nemo põt, nu. 10. ff. de reg. iur. Straccha de mercatur. tit. de ſponſionibus, nu. 6. Neuiz. in Silua nup. lib. 5. nu. 29. Rolan. conſi. 39. nu. 34. & 44. vol. 4. Cæph. conſ. 310. nu. 7. & nõ allegans rationem, textum, vel authoritatem, præter iura quæ loquuntur de legitima filio debita, quæ tamẽ vt latè ſupra oſtẽſum eſt, non procedunt patre, vel alio aſcendente, poſſet autem conciliari difficultas per diſtinctionem, quod vbi debetur legitima cum hæreditate, nõ tranſmittatur niſi fuerit agnita: cum vero ſola
37 debetur, tunc tranſmittatur ſine agnitione. † Alex. conſ. 150. in fi. vol. 2. & clarè Bal. d. l. ſi arrogator, col. 2. quem etiam ſic intelligit Petalta. d. l. cum patronus, nu. 28. Soc. conſi. 150. nu. 24. in 2. vol.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres.*
2 *Priuatus hæres ob moleſtiam vxori illatã, fingitur grauatus onere reſtituendi, & priuato vertitur in fideicommiſſum.*
3 *Trebellianicam detrahit quicunque grauatur reſtituere per fideicommiſſum.*
4 *Trebellianicam detrahit hæres priuatus, eo quod vxorem moleſtauerit.*
5 *Falcidia detrahitur de legato facto in pœnam.*
6 *Trebellianica non cenſetur prohibita, niſi expreſſum ſit, ſaltem verbis generalibus.*
7 *Trebellianica non detrahitur quando priuatio inducitur à lege, & num. 11.*
8 *Hæres qui fuit, deſinit eſſe hæres auctoritate legis, & alius fit directè hæres.*
9 *Trebellianicam non detrahit grauatus pure reſtituere.*
10 *Voluntatem defuncti non implens priuatur emolumento.*
11 *Priuatio vbi inducitur à lege tunc non detrahitur Trebellianica.*
12 *Prouiſio legis quæ pinguius prouidet, non tollitur à prouiſione teſtatoris.*
13 *Voluntas deprehenditur etiam ex actu nullo.*
14 *Trebellianicam non detrahit priuatus à teſtatore.*
15 *Priuatio hæredis facta cum Clauſula, Ex nunc, operatur quod retro fingitur nunquam fuiſſe hæredem.*
16 *Ex nunc priuat, hæc Clauſula, operatur, quod priuatio cenſeatur facta ante aditam hæreditatem, & ſic vere directo, & conſequenter tali caſu non detrahitur Trebellianica.*
17 *Peccatum in committendo grauius eſt quam in omittendo.*
18 *Falcidiæ detractionem non patitur legatum, quando in pœnam quis cogitur alij ſoluere.*

CONSILIVM CCCXLII.

IN eadem cauſa intendebant pręditi fratres detrahere Trebellianicam ex perſona propria, pro eo, quod cum eſſent hęredes inſtituti, fuerunt hęreditate priuati ob moleſtiam illatã vxori teſtatoris: nam etſi priuatio fuerit inducta ex nunc, & in eũ caſum dati alij hæredes, tamẽ
1 quia ſemel hæres, non põt deſinere hæres eſſe, † §. extraneo, Inſt. de pup. ſubſt. l. etſi ſine, in §. quod Papinianus, ff. de minorib. l. qui ſoluendo, ff. de hær. inſt. Bar. in l. in ſubſtitutione, in fi. ff. de vulg. Rui. in conſi. 160. nu. 18. vol. 2. Pariſ. in cõſi. 33. nu. 85. vol. 3. Natta, in conſi. 459. nu. 3. Cæph. conſil. 52. nu. 22. ea priuatio vertitur in fideicommiſſum, & hæres fingitur grauatus onere
2 reſtituendi per fideicommiſſum, † vt per Caſtr. in conſil. 77. col. 2. vol. 1. Alex. in conſi. 57. col. 2. vol. 2. Aret. in conſi. 67. in 2. dubio. Crau. in conſ. 1. nu. 6. quicunq. autem, grauatur reſtituere per fideicommiſſum, detrahit
3 Trebellianicã, † §. ſed quia hæredes, Inſt. de fideic. hær.

l. 1. vbi

l.1.vbi Doct.ff.ad Trebel.Bal.in l.quãquam, C.ad leg.
Falc.Piccus,in l.Titia, §.Titia cum nuberet,nu.106.in
fi.ff.de leg.2.Bellon.in conſ.30.nu.5.Natta in cõſ.528.
nu.34. Rolan.de confect inoent.3.quia in præcedenti,
nu.31.fol.186.Et in terminis,quod hæres priuatus eo
quod vxorem moleſtauerit, deducat Trebellianicam,
4 † voluit Imola, in l.paterfamilias teſtõ, col.pen. verſi.
vlt.dubitatur,per tex.in l.1.§.item ſi ita,ff.ad leg.Falc.
vbi detrahitur Falcidia, de eo quod in pęnam cogitur
quis alij date,& addit.l.cũ pater,§.1.ff.eo.vbi propter
moram,& contumaciam,Falcidia non amittitur,&
ſubdit menti tenendum : quia Bar. non tangit . idem
tenuit Raph.ibi,& in l.1.ff.de his quæ pęn. nom. Aret.
in conſi.18.col.3.verſi.ſed antequã,vbi mouetur: quia
communis eſt opinio , quod Falcidia detrahatur de
5 legato facto in pœnam,† ſecundum Inn.Butr. & Abb.
in c.Rainaldus,de teſta.Soc.iun.conſ.113.nu.50.vol.1.
Rui.conſi.47.nu.17.vol.2. quando tamen aliud nõ ac-
cedit,vt in ſuo caſu,in quo cõtrariũ tenet propter alia
ſic etiam Cęph.in conſi.153.nu.44.verſi.ſexto quoniã,
Gabr.in cõſi.90.nu.11. & ſeq.vol.2. vbi vult, qđ ſi pri-
uatur hæres propter inobedientiam,detrahat quartã,
ex quo non deſinit eſſe hæres,& quia grauatus in pœ-
nã deducit Falcid. Pereg. de iure fiſci,lib.2.c.fi.nu.12.
vbi dicit,quod eſt communis,& verior opinio in pun-
cto iuris,& mouetur:quia Trebellianica hæres priua-
ri nõ debet niſi in caſib.expreſſis:etſi voluiſſet teſtator
hæredem priuare , dixiſſet ; & pęna non eſt multipli-
canda,ſed ſufficit quod ſi priuatus hæreditate,& cum
hac ſententia tranſit Alc.in conſi.536.num.2. licet ex
alijs in ſuo facto cadentibus contrariom amplecta-
tur. Hanc etiam dicit communem Peregrin. de fidei-
com. artic.3. nu.92.

Nec dicatur , quod teſtator priuando hæredem , &
alium reponendo , videatur tacitè prohibere Trebel-
lianicæ detractionem; reſpõdetur enim quod Trebel-
lianica non cenſetur interdicta niſi expreſſum,ſit ſaltẽ
6 generalibus verbis,† Auth.Sed cum teſtator, vbi gl.1.
C.ad leg. Falc. Laucel.in l.Cẽturio, nu.400.ff.de vulg.
vbi Crot. nu. 36. & communem poſt alios quos citat
inquit Coſta,in c.ſi pater,in 3.par.in verſ.interdũ, nu.
99.de teſta.in 6.regulariter detrahitur contra volun-
tatẽ defuncti, l.Titia,in fi.ff.ad leg. Falc. c.Rain.de te-
ſtam. Abb.in c.Raiuald.in vltimo notab.nu.16.Imola
d.l.Titia,nu.5. Oſaſc.deciſ.Pedemon.147. nu.25. Co-
ſta,d.c. ſi pater,in 2. par.in verſic. abſque deductione,
nu.24. Marius Anguiſ.conſi.66.nu.17.Marzar.cõſi.8.
num.9. præcipuè, quando voluntas eſt tacita,non ex-
preſſa.Peregrin. d.art.3. num.86.

Nec mouet quod contrauenìens voluntati teſtato-
ris priuetur à lege omni commodo, §.ſi quis autem nõ
implens,& in §. ſi vero nulla, in Auth. De hęr. & Falc.
& in Auth.Hoc amplius,C.de fideic.quando autẽ pri-
uatio inducitur à lege, tunc non deducitur Trebellia
7 nica,† vt probatur in d.Auth.Hoc amplius,& l.fi.C.de
fideic.quia inter legis,& hominis priuationem inter-
eſt , authoritate enim legis qui fuit hæres , deſinit eſſe
8 hæres,& alius fit directè hæres,† l.ex facto,§.Iulianus,
ff.de vulg.gl.in d.l.in ſubſtitutione,Rui.conſil.170.nu.
11.vol.3.Gomeſ.de teſta.c.2.nu.15. circa fin. ideo non
detrahit Trebellianicam,quæ non debetur quãdo pu-
9 re grauatur aliquis reſtituere,† l.quanquam,C.ad leg.
Falcid.vbi Bart. in princ.& Bald.num.1. in fi.& Salic.
Alex.conſi.43.in fine,volum.2. Bero.cap.in præſentia,
num.437.de probat.Crauet.in conſi.200. in fi.Didac.
in cap.Rainutius,§.11.num.5.

Quod verò non ſit licita deductio Trebellianicæ
probo primo, quia non implens voluntatem defuncti
10 priuatur emolumẽto. † d. Authen. Hoc amplius, cum
iurib. ſupra citatis,l.cum pater, §. libertis, ff.de leg.2.
Aret.in conſil.67.in 2.& 3.dub.Curt.ſen.conſil.63.nu.
72.Pariſ.conſ.1.nu.68.vol.3.Crau.in conſi.24.num.5.
Didac.in c.filius noſter,nu.6.de teſtam.Pariſ.conſ.91.
nu.56. in 2. vbi autem priuatio inducitur a lege , tunc
11 non deducitur Trebellianica, † vt probat Bal. in l.fin.
nu.23.C.de fideicom. Caſtren.conſi.292.num.7.vol.2.
Imol.in l.paterfamilias teſtamento,in fin.ff.de hæred.
inſtit.nec dicatur,quod in præſenti facto pœna appo-
ſita eſt à teſtatore . Reſpondeo enim, quod concurrit
prouiſio hominis cum prouiſione legis , & ideo cum
lex pinguius prouideat , non tollitur eius prouiſio à
12 prouiſione teſtatoris, † l.fin.§.fin. vbi Caſtren. nu.2.ff.
de eo per quem fact.erit.Iaſ.l.1.nu.143. C.de iur. em-
phyt.Ripa,conſi.45.num.2.Bec.conſil.83. circa finem.
Oſaſc.deciſ.Pedem.141.nu.10.rurſus ſi hoc poteſt fie-
ri à lege fauore teſtatoris , multo magis ab ipſo teſta-
tore,vt in terminis dicit Caſtr. in d.conſ.192.nu.7. ſi-
cuti igitur non detrahitur Trebellianica qñ lex pri-
uat ob non ſeruatam teſtatoris voluntatem , ita non
debet detrahi,quãdo ipſe teſtator priuat: & quamuis
non deſinat illo caſu eſſe hæres,tamen ſat eſt,quod ſe-
quitur effectus priuationis : nec põt vera ratio diuer-
ſitatis adduci inter priuationem legis, & teſtatoris.

Secundo quia ob moleſtiam vxori illatam , cogitur
hæres reſtituere hęreditatem,ergo non debet ex hęre-
ditate deducere Trebellianicam , ne ex eodem facto
ſequatur.& priuatio,& beneficium, l.ſi cui, ff.ex quib.
cauſ.maior.l.ita demum, ff.de arbitr.gl.in l.ſiue hære-
ditaria. ff.de negot.geſt.

Tertio ſi poſſet teſtator efficere quod qui fuit hæres
deſineret hæres eſſe , & eius loco alium directo facere
hæredem , certum eſt quod priuatus non detraheret
Trebellianicam,ſed quia deficit in teſtatore poteſtas,
nulla fit detractio,vt dicunt ij,qui contrariam ample-
ctuntur,& declarat Gabriel.conſil.90.num.11. & ſeq.
volum. 1. licet vero deficiat poteſtas , tamen ſufficit
quod adſit voluntas in teſtatore excludendi hęredem
à petitione Trebellianicæ:ergo non debet attendi de-
fectus poteſtatis,cum adſit voluntas,quæ etiã ex actu
13 nullo deprehenditur, † l.fin.C.fam.erciſcun.colum.4.
ff.de acquiren.hæred. Socin.conſil.8.num.31.volum.3.
Natta,conſi.306.num.7.

Quarto quod priuatus à teſtatore,nõ detrahat Tre
14 bellianicam,† tenet Bened.Capra, in conſi.163. nu.8.
& ſeq. vbi dicit, id procedere ad ſimilitudinem eius
qui priuatur quia non implicat voluntatem defuncti.
Ruin.in conſi.48.num.18.vol.2. vbi reſpondet iuribus
in contrarium allegatis, vt procedant, quando tranſ-
latio in pœnam fit de re ad rem , nam tunc vna res lo-
co alterius ſubrogatur , ideo fit deductio in re ſubro-
gata,ſicuti fieret in prima : ſecus quando fit de perſo-
na ad perſonam: & ſubdit, ſic etiam voluiſſe Barto. in
loco per eum allegato,& ſequitur Alciar.in conſ.556.
nu.2.quia pœnam hæres patitur ex ſuo delicto. Hanc
pariter ſententiam probarunt Caſtr. in d. conſil.292.
num.7.volum.2.Ruin.in conſi.170 .nu. 10. & ſeq.vol.3.
vbi loquitur de eo qui fuit inſtitutus ſub modo,Gabr.
in conſi.184.num 6.volum.1.Cæphal.in conſi.153.per
totum , vbi , quod veniens contra prohibitionem te-
ſtatoris,non detrahit Trebellianicam. Duran.de arte
teſtan.tit. de hæred. Inſtit. caut.4. Petra de fideicom.
quæſt.15.num.179.

Quinto quidquid ſit in ſimplici priuatione,quando
teſtator priuando vult quod ille habeatur pro non in-
ſtituto, tunc videtur prohibere Trebellianicæ detra-
ctionem,vt voluit Ruin.in conſi.47.num.18. volum.2.
Cæph.qui tamen de illo non meminit, in d. conſi.153.
num.44.verſi.ſexto quoniam.Peregrin. in tractatu de

fideic.

fideic.art.3.nu.92. poſt medium,in verſi. moderando
tamen, in facto autem dixit teſtator quod ex nũc mo-
leſtantem priuat,quæ Clauſula operatur, quod retro
15 fingitur nunquam fuiſſe hæredem, † gl. in Clem.1. de
iure patr. Ang.Imola.Alex.& alij,in l.huiuſmodi,ff.de
verb.oblig.Felin. in c.licet cauſam,in 6.not.de proba-
tion.Pariſ.alios citans in conſi.91.nu.66.vol.2.Simon
de interpret.vlt.volun.lib.4.dubit.9.nu.61.ſol.404. &
in terminis per dictam Clauſulam, quod priuatio cẽ-
ſeatur facta ante aditam hæreditatem, atque ita iure
directo,& conſequenter non detrahatur Trebelliani-
16 ca † tenuit Rim.conſi.54.num.4.& ſeq.Pariſ.conſi.92.
col.pen.vol.2.Burſat.conſ.167.nu.15.& 16.Scotus cõ-
ſil.17.nu.9.volum.2. Cæphal.in conſi.153. num.45. &
ſequen. vbi allegat Ang. omnino videndum, in conſi.
168.nu.2.& 3.qui dicit id fieri poſſe, non ſolum quan-
do inſtitutioni conditio adijcitur, ſed etiam quando
eſt pura,ſed admittitur ſub conditione, quia lex ciuilis
priuationi aſſiſtit,quidquid dixerit Gabriel.conſi.90.
num.11. volum.2.

Sexto hæc opinio probatur ratione:qui enim repu-
diat,& adire recuſat,nõ detrahit Trebellianicã,quan
do à iudice compulſus eſt adire, eſt tex. in l.nã quod,
§.qui cõpulſus, ff.ad Trebel. qui autem teſtatoris præ-
ceptum ſpernit,& voluntati teſtatoris cõtrauenit, vi-
detur maiori pęna dignus,quam is,qui ſimpliciter re
cuſat adire:quia plus recipiens plus debet:qui autem
iam acceptauit hæreditatem dicitur commodũ con-
ſequutus, & conſequenter magis obſtrictus teſtatori,
quam is,qui nullam habuit vtilitatẽ. Præterea qui re-
pudiat,ſi lædit voluntatem teſtatoris,id facit omittẽ-
do, qui vero facit contra expreſſum teſtatoris præce-
ptum,is committendo peccat:certum eſt autem, quod
grauius eſt peccatũ in committendo,quam in omittẽ-
17 do patratum,l.argentarius,† §.cum autem,& ibi Bal.
ff.de eden.glo.in l.ſi mora,ff.ſolut.matr.Bart.in l.licet,
§.fi.ff.de pecul.Dec.in l.1.nu.8.C.de tranſact. niſi autẽ
priuatus hęreditate ob ſpretum teſtatoris pręceptum
priuaretur Trebellianica, mitius puniretur quam is
qui minus peccauit, quod eſſet abſurdum, non enim
debet eſſe melioris conditionis is, qui grauius offen-
dit,l.ſiue hæreditaria,ff.de negoc.geſt.l.ſi cui,in princ.
ff.ex quibus cauſ.maior.l.ſi à domino,§.ſi prædo, ff.de
petit.hæred.l.non ſolum,ff.de noxalib.l.3.§.1.ff.de do-
nat.inter vir.& vxor.cap.1.de poſtulan. cap.cõtingat,
de dolo & contum. ſicuti igitur adiens coactè non re-
tinet Trebellianicam, ita nec is qui ſpontè adit, ſed
committit in legem ſcriptam à teſtatore,& iniunctum
præceptum contemnit.

Et non obſtat,quod cenſeatur hęres grauatus one-
re reſtituendi, & ideo tanquã grauatus detrahat Tre-
bellianicam; Reſpondeo enim, quod hæc eſt legis fi-
ctio, non proueniens à voluntate teſtatoris, ideo cum
preſsè velle ſuũ habere domiciliũ, & eo mobilia duce
ret, tñ mobilia iudicarentur ſcđm legem prioris loci,
ꝙ nemo affirmabit. Ecce ergo, q̃ vera & æquitati con-
formis eſt noſtra opinio, qđ mobilia comitentur per-
ſonam, ſcđm q̃ eorum ſemper eadẽ cum perſona erit
determinatio. Addo qđ cõior eſt ſnĩa quæ habet, iudi-
cari mobilia prout de perſona dñi. Accedat, qđ diſtin
ctio illa an bona ſint in loco perpetuo manſura, & ad
certum vſum deſtinata, vel non, fit tantũmodo ab ijs
qui tenent bona mobilia cenſeri de loco vbi reperiun
tur, illi eñ hanc ſuã opinionem declarãt, vt ſolum pro
cedat qñ vel ibi ſunt ppetuo manſura, vel ad certũ vsũ
fuerunt in eo loco deſtinata, ita loquunẽ Bal. & Alex.
in cõtrariũ citati. ita ẽt Alex. in d. cõſ. 16. Brun. de ſtat.
excluſ. ſemin. art. 8. nu 131. atq; ita ſupponunt veram
præcedentẽ concluſionẽ: at ea falſa eſt, & cõtra cõem,
ergo eorum reſtrictio & declaratio non eſt attenden-
da; bene admitto, qđ in caſibus quibus vetũ eſſet mo-
bilia de loco cenſeri vbi ſunt, non aliter procederet, q̃
ſi ibi futura ſint ppetuo, vel fuerint deſtinata ad vſum
certum & determinatum: vbi aũt Doct. de ea declara-
tione tractant, ſupponũt cetera habilia, vt in §. extra-
neis, Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. deferuntur.

Id vero quod ſecundo loco dicebatur, mobilia iudi
canda eſſe tanq̃ Cremonæ ſint, & ſicut res ſoli Cremo
nenſis, etiã attenta opinione, ꝙ perſonam ſequantur,
ex quo D. Aluiſius domicilium Cremonæ habebat, &
animũ ſuum declarauerat velle ibi perpetuo viuere,
quieſcere, & mori. Rñdeo, non obſtare: quia non habi-
tationis, ſed originis domicilium eſt attendendũ, qñ
in vna & eadem perſona vtrumque forum concurrit,
8 † eſt tex. qui non põt cauillari, in l. libertus, §. præſcri-
ptio. ff. ad municip. notat gl. in l. 1. C. de municip. & ori
gin. lib. 10. & in l. ciues, C. de incol. lib. 10. & plures tex
tus allegat gl. in d. §. præſcriptio. Bart. in l. aſſumptio,
§. 1. ff. ad municip. gl. fi. in l. in adoptione, C. de adopt.
vbi Alber. idipſum probat Alex. in conſil. 100. nu. 1. &
2. vol. 3. Marian. in c. fi. nu. 23. de foro comp. Gram. Vo
to 10. nu. 16. Bertaz. conſi. 56. nu. 17. in ciuil. Soc. in cõſ.
79. nu. 7. vol. 4. idem voluit Alber. in l. cũctos populos,
C. de ſum. Trin. vbi ait, quod ſi ſtatuta loci originis dif
ferunt à ſtatuto habitationis, ſtandum eſt ſtatuto ori-
ginis. ſequitur Rom. in cõſ. 39. in fi. vbi loquitur in ma
teria ſucceſſionis ẽt quoad bona extra territorium po
ſita; cum eo tranſit Soci. in conſ. 254. nu. 9. vol. 2. Crot.
in Rubr. ff. ſolut. matr. nu. 37. vbi duplici mouetur rõ-
ne: prima, quia originis qualitas eſt immutabilis: ſe-
cunda, quia eſt naturalis, illa vero habitationis eſt mu
tabilis, & accidẽtalis, Oldr. Rota, Ang. Io. Andr. Alex.
Aret. & Iaſ. quos citat Niconit. in Rubr. ff. ſolut. matr.
nu. 80. Alcia. in tract. præſumpt. reg. 1. in præſumpt. 37.
nu. 5. & in conſ. 55. nu. 6. & 10. Bertazol. in conſi. 74. nu.
114. inter conſilia Burſat. vbi, & ipſe Burſa. nu. 37. Me-
noch. in conſi. 329. nu. 38. Ceph. in conſ. 451. nu. 112. &
in conſi. 398. nu. 23. inter conſil. Menoch. & præter eos
in materia ſucceſſionis, Oldr. in conſ. 248. voluit atten
dendum eſſe locum originis defuncti, nõ obſtante qđ
alio in loco domicilium haberet: nouiſſimè in mate-
ria ſucceſſionis hanc amplectitur Decian. in conſil. 71.
nu. 11. qui dicit, qđ vbi de ſucceſſione agitur, ſeruanda
ſũt ſtatuta loci originis illius de cuius ſucceſſione tra
ctatur, nulla habita rõne quod loquãtur in rem, vel in
perſonã, ẽt ſi is qui vult ſuccedere, ſit forenſis, allegat
Alber. Fulg. & Rom. & dicit idem eſſe, qñ ſtatutum ori
ginis contrariatur ſtatuto habitationis, quia tunc p̃-
põderat origo, & ſubdit procedere, ſiue agatur de ſuc
ceſſione teſtati, ſiue inteſtati, qa decedendo inteſtatus
vr̃ diſponere ſcđm ſtatuta originis. allegat Alb. & Si-
gnor. Tiraq. d. q. 46. nu. 12. vbi alios addit, & vt dixi in
prioribus ſcriptis, licet aliqui velint domicilium habi
tationis præualere, tamen ſupra citati ſunt plures &
grauiores, & alij non loquuntur in terminis in mate-
ria ſucceſſionis, ſed in alijs terminis, vt videri poteſt:
propterea diſcedendum eſt à regulis, & ſtãdum deci-
ſionibus, quæ noſtros retinent terminos præciſos.

Præterea aduertatur, qđ hic agimus de bonis mo-
bilibus, quæ retenta cõcluſione ſupra per me firmata,
ſequuntur perſonã, & ita tractamus, qđ ſtatutũ ſit at-
tendendum in concernentibus ipſius defuncti perſo-
nã, vnde ſuccedit egregia doctrina Baldi, in l. cunctos
populos, col. 4. in Lectura Patau. vbi dicit, qđ ſi in vna
eademque perſona concurrit domicilium originis, &
incolatus, tunc ſi in actu de quo agitur conſideratur
principaliter & in ſe perſona, attẽdimus ſtatutum, &
domicilium originis, ſed ſi principaliter conſideratur
9 res, tunc attenditur domicilium habitationis. † Hanc
dixit elegantẽ doctrinam Caccialup. in d. l. cũctos po-
pulos, nu. 129. Marian. in c. fi. nu. 23. de foro compe. vbi
cum Bal. tranſit. idem facit Felin. ibi, nu. 24. Soc. in cõſ.
79. nu. 29. vol. 4. vbi dicit eſſe doctr. Ruin. in conſi. 120.
nu. 8. vol. 4. & neminẽ vidi qui in ſpecie hanc reprobet
diſtinctionem: & nõ mirum, ſtandum eſt enim Docto-
ri diſtinguenti: quia ſicuti generaliter loquens facile
poteſt aberrare à ſcopo, ita diſtinguens eſt proximus
10 veritati, † vt poſt Senecam & Salic. dicit Bero. in conſ.
100. nu. 3. vol. 1. Neuiza. in Silua nupt. lib. 5. nu. 32. Ca-
ualcan. de vſufructu mulier. relict. nu. 2. Oſaſc. deciſio.
Pedemon. 162. nu. 8. cum ſimilib. Cum itaque princi-
paliter agamus de perſona, ſecundum quã diximus
mobilium ſucceſſionem regulari, fatendum eſt ſtatu-
tum Inſulæ ſpectandum eſſe, non autem Cremonenſe.

Et quãuis D. Aluiſius domicilium conſtituiſſet in
ea Ciuitate, non tñ per hoc perſonæ ſuæ conditionem
11 mutauit: † quia naturalia non immutantur, §. fi. Inſt.
de iure nat. gen. & ciuili, l. iura ſanguinis, ff. de reg. iur.
§. fi. Inſtit. de legitim. agnat. tutela, Marian. d. c. fin. nu.
52. & natura quidam eſt actus diuinus, qui mutari nõ
poteſt, vt inquit Bal. in l. adoptionem, C. de adoption.
& quod naturæ nexus ſit diuinus, probat text. in l. cum
in adoptiuis, §. cum enim tanta fragilitas, C. de adopt.
& in ſpecie, ꝙ originis domicilium ſit immutabile,
12 † & non tollatur, etiam ſi alium in locum ille ſe tranſ-
ferat, & originis locum deſerat, eſt tex. in l. aſſumptio,
in princ. ff. ad municip. in l. origine, & l. ſeq. C. de mu-
nicip. & origin. lib. 10. gl. in l. penult. in fi. ff. de ſenator.
in l. prouinciales, ff. de verb. ſignif. Hoſt. in titu. de foro
comp. §. a. ver. itẽ rõne originis, Bart. in d. l. aſſumptio,
in princ. in l. fi. §. idem reſcripſerunt mulierem, nu. 4. ff.
ad municip. Bald. in d. l. penult. ff. de ſenator. Alberic.
in l. incola, la prima, ff. ad municip. Rom. d. conſ. 39. in
fi. vbi dicit, quod origini renunciari non poteſt, & re-
nunciatio non eum eximit à domicilio originis. Io. de
Plat.

Plat.in d.l.origine, Alex.conſi.34.nu.2.in fi.vol.5. La-
tè Socin.in conſ.35.nu.7.vol.1. vbi dicit hoc procede-
re, tam in ſpiritualibus, q̃ in temporalibus, ēt ſi origi-
nis domicilium viliſſimum ſit, & habitatio trãſlata in
locũ magnificũ: quia naturalia relinqui non poſſunt.
& infert, quod ēt deſerta origine, cogi poteſt ibi ſubire
onera, Gram. Voto 10.nu.16.poſt Bologn. quem citat
Boer.in deciſ.13.nu.2.& ſeq. vbi quod nec mutare, nec
ei renunciare pōt tacitè, aut expreſsè, ēt ſi abſens eſſet
per mille annos, vel alij in adoptionem daretur. alle-
gat multos Doctores, Io. Annibal.in Rubr.ff.ſol.matr.
nu.260. Burſat.in conſ.74.nu.37.& ibi Bertaz.nu.113.
Silua.conſi.25.nu.16. Menoch.in conſi.329.nu.37. Cę-
phal.qui multos addit, in conſi.451.nu.109.& nu.125.
vbi dicit, quod ſtatim cum quis naſcitur, eſt patriæ hy
pothecatus, & quod habitatio non facit mutationem
patriæ, ſed adiectionem, Berret.in conſ.95.num.4. vbi
addit Afflict.& Ruin. dicens, quod voluntate, vel alio
modo non amittitur originis forus, Bertazol.in conſi.
56.nu.14.& 34.inter ciuil. Decian.in tract.crim.lib.4.
c.16.nu.19.in fi. præcipuè cum agamus non de cōmo-
do ipſius defuncti, ſed an ligetur ſtatutis originis, at-
que ita de incommodo: nam etſi deſerendo ciuitatem
originis perdat vtilitates ſecundũ aliquos, tñ non de-
ſinit eſſe alligatus incōmodis, vt conſiderat Rota de-
ciſ.327.num.5.in 1.par.in nouiſs. vnde inferunt DD.
quod originarius qui deſeruit patriã ligatur nihilo-
minus ſtatutis patriæ, & cogi ibi poteſt onera ſubire,
13 † vt probat Oldrad.in conſ.169. Factum tale eſt, Luc.
de Pen.in l.vnica, C.de mul. & in quo loco, nu.12.lib.
10. Socin.in conſi.254.in fi.vol.2.& in conſi.79.nu.20.
vol.4. Ruin.in conſi.120.nu.5.in 4.vol. Abb.in c.propo
ſuiſti, nu.7.de foro compet. Crot.in rubr.ff.ſolut.matr.
nu.33.39.40.& ſeq.& infinitos alios cumulat Bertaz.
d.conſi.56.nu.16.& ſeq. vbi fortius vult, quod ēt gau-
deat ſtatutis, & ideo non habeatur pro forenſi, ſi aliò
domicilium tranſtulit, & poſſit acquirere non obſtan
14 te ſtatuto quo forēſis excluditur ab acquiſitione. † qđ
voluit ēt Crauer.in conſi.441.per totum, idem Bertaz.
conſi.103.per totum, vbi probat originarium alibi ha
bitantem gaudere ſtatuto originis. Et in fortioribus
terminis Berret.in conſ.95.per totum, tenet quod bã-
nitus non reputatur forenſis, ſed admittitur ad ſucceſ
15 ſionē, non obſtante ſtatuto forenſium excluſiuo, † ecce
ergo quod etſi Dominus Cremonam ſe receperit ani-
mo ibi perpetuò habitandi, non tamen per hoc ſolu-
tus fuit à nexu originis, cui etiam expreſsè renuncia-
re nō potuiſſet, ſed remanſit illi obligatus, ac ſi ibi ha-
bitauiſſet, & mortuus fuiſſet, & conſequenter, de eius
bonis iudicãdum eſt ſecundum ſtatuta originis, & pa
triæ à quibus volens non potuiſſet ſe eximere; & ratio
eſt: quia in his quę non ſunt in poteſtate noſtra, ſed ab
alieno pendent arbitrio, nihil prodeſt noſtra declara-
tio noſtriq. animi motus; vnde ēt dicimus, quod pro-
teſtatio non iuuat in his quæ non pendent à poteſtate
16 noſtra, † l.qui in aliena, §.fi. vbi Doct. ff.de acq. hæred.
Cum itaque tractemus de ſucceſſione mobilium, quæ
perſonam reſpiciunt, & ſecundum eam iudicãtur, vti-
que perſonaliter magis ſubiecta origini quam habita
tioni, & ſubiectio illa tanq̃ inducta à natura, & prius
contracta eſt fortior, et arctius ligat, et conſequenter
ſtatuta Inſulæ, et originis attendi debent, et ſecũdum
ea ſuccedendum eſt, in bonis præcipuè mobilibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuatio præſupponit habitum.*

2 *Subſtitutio facta caſu quo poſthumus decederet ſine filijs, non verificatur illo non nato.*

3 *Tunc & eo caſu, dictiones, reſtringunt diſpoſitionem ad tempus, & caſum expreſſum.*

4 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio non extenditur de caſu ad caſum.*

5 *Subſtitutioni ſecundæ eſt locus quando euenit conditio ſub qua hæres fuit grauatus.*

6 *Vulgaris ſubſtitutio expirat per aditionem.*

7 *Subſtitutio facta in rebus certis, non poteſt dici vulgaris.*

8 *Subſtitutio facta in caſu natiuitatis, & mortis alicuius, habet locum etiam quando ille non naſcitur.*

9 *Abortus parificatur ei qui nunquam natus eſt.*

10 *Subſtitutionis vno gradu perempto, ſequens ſuccedit, ſiue agamus de directa, ſiue de fideicommiſſaria ſubſtitutione.*

11 *Compendioſa dicitur ſubſtitutia cum ſit mentio mortis.*

12 *Compendioſa ſubſtitutia poſt aditam hæreditatem continet fideicommiſſariam.*

13 *Compendioſa ſubſtitutio continet vulgarem.*

14 *Compendioſa vbi reſoluitur in vulgarem, de ea idem iudicatur quod de vulgari.*

15 *Vulgaris ſubſtitutio facta in vnum caſum, extenditur ad alium.*

16 *Vulgaris ſubſtitutio fit non ſolum in hæreditate, ſed etiam in fideicommiſſis, & legatis.*

17 *Vulgaris contenta in compendioſa dicitur ſolum in genere expreſſa.*

18 *Clauſula vulgariter, &c. operatur quod ſubſtitutio dicatur vulgaris in indiuiduo expreſſa.*

19 *Subſtitutio extenditur ad alium caſum, licet dictum ſit, tunc ſuccedat.*

20 *Volens vnũ, cenſetur velle omne id, quod ex eo conſequitur.*

21 *Extenſio fit non obſtantibus quibuſcunque verbis, vbi habemus teſtatoris voluntatem.*

22 *Superflua ne ſint teſtamẽti verba, interpretatio faciẽda eſt.*

23 *Fideicōmiſſi gradu prima ſublato, ſequẽs admittitur, quamuis ſcriptus fuerit in alium caſum.*

24 *Actum faciens, cenſetur ſe aſtringere legibus loquentibus de illo actu.*

25 *Subſtitutioni eſt locus, etiam quando teſtator non cogitauit illum caſum, ſed lex præſumit quod ſi cogitaſſet idem diſpoſuiſſet.*

26 *Subſtitutio vulgaris fieri poteſt in fideicommiſſis, in legatis, & in donationibus rerum etiam particularium.*

CONSILIVM CCCXLVII.

NON eſt noua quæſtio quæ oritur ex te-
ſtamento D. Galeatij Zignaghi Cre-
monenſis, qui inſtitutis Dñis Alexan-
dro, & Gabriele fratribus de Cãbia-
go, eis poſt mortem ſubſtituit primo-
genitum maſculum, & ſucceſſiuè pri-
mogeniti primogenitum ex eis naſciturum, in infini-
tum, poſtea verò ſecundogenitum & eius primogeni-
tos pariter in infinitum. ſi verò oēs maſculi naſcituri
ex eis, vel deſcendentes in infinitum decederent ſine
maſculis, ſubſtituit in bonis immobilibus vulgariter,
& per fideicommiſſum, venerãdum Collegium Dño-
rum Notariorum Cremonæ, cum onere diſtribuendi
oēs reditus hæreditatis in puellis maritandis. Cũ aũt
ex Dñis Alexandro, & Gabriele, nulli ſuperſint ma-
ſculi, defeciſſe videtur ſubſtitutio facta de Collegio,
quia non euenit conditio ſub qua fuit vocatũ, & non
dicitur deceſſiſſe qui nunquam eſt natus, quia priua-
1 tio præſupponit habitum, † l.decem, vbi Doctor. ff.de
verb.oblig.& in terminis Iaſ.in conſi.132.nu.11.vol.1.
& in præſenti facto dixit teſtator expreſsè, ſi maſculi
naſcituri decederent, ideo diſpoſitio non verificatur
eis non natis, & omittendo argumẽta quæ poſſent al-
legari, eſt in terminis deciſio Oldr.in conſ.142.& 177.
vbi

vbi vult, quod ſubſtitutio facta caſu quo poſthumus
2 decederet ſine filijs, non verificetur illo nô nato, † per multas rônes quas adducit, & eius ſnĩam ſecuti ſunt multi, quos ego citaui in conſ. 236. nu. 12. vbi ẽt retuli multas rationes eiuſdem partis. Menoch. in conſ. 326. nu. 15. ſed latius in conſi. 532. per totum, præcipuè nu. 16. vbi dicit eſſe receptam opinionem, Cęph. in conſil. 649. vbi in eodem facto cum Menochio multis confirmat, Ruinal. in conſi. 110. nu. 18. & ſeq. Oddus conſi. 56. nu. 19. vbi dicit magis communem, & in conſil. 67. num. 35. vbi pariter dicit communem.

Quæ ſententia videtur ſine dubio procedere, quando in ſubſtitutione adſunt verba reſtrictiua, tuc & eo
3 caſu, † vt contigit in præſenti facto. vbi dictum eſt, q́d dicto caſu Collegium inſtituit, Alciat. in conſ. 492. nu. 24. Marzar. conſi. 1. col. 1. Crau. in conſ. 98. nu. 7. Zanch. in §. cum ita, par. 8. nu. 207. & Menoch. in d. conſil. 326. nu. 16. & in conſi. 532. nu. 7. Cęphal. d. conſ. 649. nu. 42. alia etiam reſtrictio legitur in teſtamento prædicto: quia Collegium eſt ſubſtitutum maſculis ſic decedentibus, ideo non debet extendi ad caſum in quo non ſic decederent, ſed nati non eſſent.

Fortius locum habet in fideicommiſſaria ſubſtitutione, ea enim de caſu ad caſum non extenditur, ſecus eſſet in vulgari, in qua agitur de ſuſtinendo teſtamento, qua rône fauorabilis ſemper recipitur interpretatio, cum tamen in fideicommiſſaria, quæ locum habet
4 hæreditate adita ceſſet hæc ratio. ita † Alc. côſ. 492. nu. 20. Menoch. d. côſ. 326. nu. 18. & 27. & conſ. 532. nu. 6.

Nec dicatur, q́d vna ſubſtitutione deficiente, bona remaneant apud grauatum cum onere reſtituendi, & ſit locus ſequenti ſubſtitutioni: quia hoc ſuſtineretur, ſi diſpoſitio teſtatoris oẽs caſus cõprehẽderet, & tam illum qui euenit, q̃ eum qui defecit: at in facto teſtator non diſpoſuit in caſu quo nulli naſcerentur filij, iõ nõ pôt aperiri locus Collegio, q̀ fuit vltimo loco ſubſtitutum, Menoch. in conſi. 531. nu. 19. vbi infert, quod ex quo ſubſtitutio eſt facta in caſum qui non fuit præ oculis teſtatoris, nô verificatur qñ ille caſus non euenit. allegatur ẽt Cęph. in côſ. 649. nu. 79. vbi dicit, ſcđę ſubſtitutioni eſſe locũ, qñ conditio euenit ſub qua hæ-
5 res fuit grauatus. † Zanch. d. §. cũ ita, par. 2. n. 74. & 76.

Non etiam dici poteſt, quod Collegiũ ſuccedat ex vulgari quæ côtinetur in fideicommiſſaria, nã ea vulgaris non operatur reſpectu hæredis inſtituti, & gra-
6 uati, ei enim poſtq̃ adiuit ſuccedi non pôt, † niſi per fideicommiſſum, & conſequẽter inſpici debet ſi euenit caſus fideicommiſſi. ita procedit doctrina Cuman. in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 7. ff. de liber. & poſth. quẽ explicat Menoch. in conſi. 85. nu. 75. Et non poteſt di-
7 ci vulgaris, quia facta eſt in certis rebus, † Bero. in conſil. 102. nu. 34. & Alcia. in conſ. 492. nu. 21. & vbi etiam eſſet vulgaris, ea tanquam comprehenſa in fideicommiſſaria, nô operatur effectus quos producit vera vulgaris: neque eſt fauorabilis, vt illa quæ ſuſtinet teſtamentum, & à qua poteſt incipere ſucceſſio, quia ceſſat in iſta fauor & cauſa fauoris, cum hæreditas iam ſit adita, & non poſſit effici caduca, & hæc ſunt quæ vſdeo proponi contra Collegium prædictum.

Sed eis non aduerſantibus, contraria verior eſt ſententia, & Collegium admitti debet per multas rônes quas ego allegaui in conſil. 236. quas nolo repetere, quia ibi videri poſſunt, ſed ea eſt præcipua, quod ſubſtitutio facta in caſu natiuitatis, & mortis alicuius, ha-
8 bet locum ẽt qñ ille non naſcetur, † vt voluit Bar. in l. 1. nu. 33. ff. de vulg. per tex. & gl. in l. penult. ff. de vẽtr. inſpic. & in l. fi. C. de inſtitut. & ſubſtit. vbi ponitur caſus contrarius, qñ conditio eſt ſi quis non naſcatur, & hãc ſnĩam probarunt Bald. Albet. Fulgoſ. Aret. Corn. Iaſ. Soc. Curt. ſen. Dec. Curt. iun. & alij, quos citat Tiraqu. in l. ſi vnquam, in verbo, libertis, nu. 5n. C. de reuoc. donat. Ruin. Pariſ. Bologn. Socin. iun. Alciat. Bero. Ripa, Tho. Calar. Bocr. Frãc. de March. Bertrã. Eman. Colla, Zanch. Card. Mantica, Decian. & Simon de Pret. quos addidi in d. conſ. 236. nu. 26. Gomeſ. variar. reſol. lib. 1. c. 3. n. 10. verſ. tertio infero, & verſ. quinto, infero, quib. ẽt addo Crau. in conſil. 904. per totũ, vbi ſubſtitutionẽ factam poſthumo naſcituro decedenti ſine filijs, vult locum habere poſthumo non nato, Lancel. Polit. in l. 1. nu. 177. & 284. ff. de vulgar. vbi & Zaſ. nu. 19. Marza. conſil. 1. nu. 1. vbi ait ita fuiſſe deciſum in Rota Roma. & non contradicit Burſat. in conſ. 19. nu. 3. & hanc partem latiſſimè authoritatibus, & rationibus muniẽdo defendit Rimin. in conſi. 512. per totum, vbi ferè nihil intactum reliquit Menoch. latiſſimè quoque in conſil. 326. & in tract. præſumpt. lib. 4. præſumpt. 65. nu. 1. & ſeq. vbi nu. 21. dicit eſſe magis receptam opinionem. Craſſus communi opi. in §. ſubſtitutio, q. 81. nu. 6. & magis côem dicit Oddus in tract. compẽd. par. 6. in 1. art. nu. 9. fol. 142. & in conſil. 12. nu. 7. & 29. dicit hanc eſſe côem & ſibi magis placere, Marcobr. in conſil. 10. nu. 49. & 70. vbi dicit Oldr. & Io. Andr. contrarium tenentes côiter reprobari, & in conſi. 61. num. 141. infinitos ad hoc cumulat Berret. in conſi. 36. num. 11. vbi multis rônibus comprobat, & idem dicit qñ eſt facta ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs, & contingit illum eſſe incapacem, & repetit in conſi. 93. num. 4. Trentacinque in tract. ſubſtit. par. 1. c. 10. in fi. vbi hanc tenet côcluſiue. multos item refert Peregr. in tract. de fideicômiſſ. art. 15. nu. 16. vbi ait deciſionem contrariam Oldradi, & Ioan. Andr. communiter reprobari, licet multos habeat approbatores; & in vulgari ſubſtitutione neminem arbitror tam audacem qui neget eam eſſe communem, & pars quoque aduerſa non diffitetur, dum conatur defendere quod aliud ſit quando eſt quæſtio de fideicommiſſaria; & prædicti omnes Doctores dicunt, quod etſi verborum proprietas repugnet, ſenſus tamen teſtatoris idem eſt. & eadem eſt ratio vocandi in caſum quo filius non naſcatur, quę fuit in vocando, ſi natus decederet ſine filijs, id quod maximè eſt conſiderandum pro defenſione eorum quæ infra ſubijciã, dum demonſtrabo non eſſe in hoc differentiam inter vulgarem, & fideicommiſſariam.

Hæc ſentẽtia multo magis verificatur, qñ conditio deficit per abortum: quia tunc eſt locus ſubſtituto, vt ponunt Doctores omnes, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. & videtur tex. in l. ab exhęredati, §. 1. ff. de leg. 1. in l. qui ventri, ff. de ventr. inſpic. & in l. fi. C. de inſtit. & ſubſtitu. & in caſu abortus conſuluit expreſsè Calcan. in conſil. 103. colum. 1. quem ſequitur Berreta, in d. conſil. 36. num. 11. & idem dicit de prædictis tamen nulla facta mentione Oddus in conſil. 12. num. 4. qui volunt quod ſubſtitutio ſi deceſſerit ſine filijs, procedat eo nato per abortum, patifi-
9 cando abortum ei qui nunquam eſt natus, † & conſequenter nunquam deceſſit. Et Calcan. in loco præcitato conſiderat rationem adductam in contrarium, quod non decedit qui non eſt natus.

Secundo moueor: quia Dñi Alexander & Gabriel, fuerunt grauati onere reſtituendi poſt mortem eorũ hæreditatem filio primogenito naſcituro: quamuis autem primogenitus nullus venerit in lucem, & conſequenter ſubſtitutio defecerit, non tamen per hoc hęreditas eiſdem fratribus remãſit libera ab onere reſtituendi, ſed imò apud eos remanet cum onere ſibi iniuncto, & eo caſu, qui vlteriore loco ſunt ſubſtituti, ſuccedunt in locũ primi, perinde, ac ſi dicti fratres fuiſſet primo loco grauati reſtituere Collegio, per text. in l.

vnica,

vnica,§.pro ſecũdo,C.de cad. tollen. vbi vno gradu pe
10 rempto,ſequens ſuccedit † Bar.in l.quamdiu, la 3.nu.
10.ff.de acq.hær.vbi eum ſequitur Ang.col.pen. in fin.
ver.ſed adde quod huic deciſioni Imol. ante nu.1.ver.
ſecunda eſt,& Caſtr.nu.7.atq; Aret.& in præcitatis lo
cis Ang.& Caſtr.dicunt ſe conſuluiſſe,& dicũt omnes,
eſſe pulchram & notabilem deciſionem,quam ſequun
tur Bald.Fulg.Alex.Soc.Dec.Iaſon.Curt.iun. Ruin.So
cin.iun.Guido Pap.Bertr. Ripa. Bero. Alc.Rube.Caſ-
ſan.Tiraq.Crau. Natta, Lancellot. & Zãcb. quos om-
nes citaui longo ordine in conſ.279.nu.10. & hanc di-
cit communem Oddus, in conſil.2.nu.12. idem volue-
runt Pariſ. Gomeſ. Marzar. Gabr. & Craſſ. quos citat
Theſſau.deciſ.Pedem.86.nu.1.dicens Senatum in eam
ſententiam tranſiuiſſe quamuis in contrarium allega
rentur Oldr.& alii. Peregr.de fideic.art.15.nu.14. vbi
addit Decian.& Card. Mant.ſubdens,hęc eſſe notãda,
& optime tetigit Clariſſ. Dñs iudex in ſuis motiuis.

Quæ opinio procedit, non ſolum quando prima
ſubſtituto eſt directa, ſed etiam qñ eſt fideicommiſſa-
ria,quia ſecunda non minus ſuccedit primæ qñ vtra-
que eſt fideicõmiſſaria quam ſi vtraque eſſet directa,
cum eadem ſit ratio.ita Bart.in d.l.quãdiu inſtitutus,
in fine,qui ponit primo caſum in directa, idest, quãdo
vtraque directa eſt, poſtea limitat, quando prima eſt
directa & ſecunda fideicommiſſaria, demum decidit,
quando vtraque eſt fideicommiſſaria, & allegat text.
in d.§.pro ſecunda,ſequuntur Doctores ibi,Caſtr.cõſi.
152.Præſens dubium videtur formari,col.1.in fine,&
col.2,in 1.vol. vbi tenet hoc pro indubitato, idem di-
cit in conſi.422.vol.2.vbi loquitur quando non vnica,
ſed plures intermedię ſubſtitutiones euanerũt Ruin.
in conſi.94.nu.4.vol.2.Dec.in conſi.427.nu.7. & 8. vbi
multos addit concordantes, & loquitur expreſſe quã-
do iam adita eſt hęreditas, itaque nõ poteſt amplius
tractari de directa ſubſtitutione. Crau.in conſ.295. in
princ.vbi addit Corn.& Caccialup.Soc.iun. in cõſ.42.
nu.24.vol.1.pulchre Gabriel.in conſi.117.nu.16.vol.1.
vbi quod primis ſubſtitutionibus peremptis ſequen-
tes non perimuntur,ſed ſeq; aperitur via, & ſecundus
gradus intrat locum primi, ac ſi hæres inſtitutus fuiſ-
ſet expreſſe grauatus reſtituere ſecundo ſubſtituto, &
ſequens gradus ſit prior,vbi præcedens deceſſit, idem
probauit Cęphal.in conſi.620.num.15. vbi proprie in
fideicommiſſaria loquitur, & vult, quod ſucceſſio de-
feratur ſequenti ſubſtituto, non minus quam ſi ipſe
fuiſſet ſubſtitutus primo loco. Oddus d.conſ.2.nu.12.
vbi quando vtraque ſubſtituto eſt fideicommiſsaria,
vult prædictis eſse locum. Guid. Pap. in q.550. vbi in
fine dicit, ita ſe vidiſse pluries iudicatum. Decian. in
conſ.81.num.2.& num.4.verſic. quartus eſt caſus, vol.
2. vbi vſque ad finem allegat multos concordantes,
quam item comprobat nouiſſime Peregr.in d. tractat.
art.15.num.22. vbi alios congerit,ſubdens procedere
non ſolum in fideicommiſſis, ſed etiã in legatis,& do-
nationibus cauſa mortis, quocirca dubitari nõ poteſt
quin hæc ſententia obtineat, etiam quãdo tamen quæ
deficit ſubſtitutio; quam vltima facta eſt per fideicõm
miſsum,& reprehendunt contrarium tenentes,& præ
cipue Oldrad.quinimmo aliqui vt Alex. & Dec. quos
citat,& ſequitur Oddus d.conſi.2.nu.15.dicunt,Oldr.
deciſionem procedere ſolum in directa, ſed aliud eſse
in fideicommiſsaria ſubſtitutione; in facto autem non
eſt dubium,quod domini Alex.& Gabriel fuerũt gra-
uati per fideicommiſsum; quia iuſſi fuerunt primoge-
nitis ſuis hæreditatẽ reſtituere poſt mortem, quæ ſub-
ſtitutio dicitur compendioſa, ex quo mortis continet
11 mentionem.† Cum enim quis ſemper mori poſſit, con
ditio mortis dr̃ habere ſucceſſiuum tractum, & multa
tempora complectitur, gl. magna in l.in teſtam.C. de
teſtam.milit.vbi Fulgoſ.Caſtr. & Alex.notant Ang.in
conſ.125.in prin.Crau.conſ.283.nu.1. Rol.cõſi.25.nu.
15.vol.1.Natta conſ.68.nu.7.Trentacinq.de ſubſtitut.
par.4.c.5.Craſs.§.ſubſtitutio,q.60.nu.8. in verſ.cõtra-
rium,& in compendioſa poſt aditam hæreditatẽ conti
12 netur fideicõmiſsaria,† vt in l. precibus,C. de impub.
in c.ſi pater,de teſtam.in 6.Doct.in l.Cẽturio, vbi Bar.
ff.de vulg.& Peregr.late probat in tract. fideicom.art.
34.nu.65.& ſeq.Rol.d.conſi.25.num.10.& admittunt
omnes,quare cũ prędicti inſtituti fuerint grauati poſt
mortem,& hęreditatẽ adiuerint,tenebantur reſtitue-
re primogenitis; ſed quia nulli nati ſũt primogeniti,
reſtituendi onus apud eos remanſit ad fauorẽ Colle-
gij,quod fuit ſubſtitutum dictis primogenitis,non ali
ter,q̃ ſi ipſi duo fratres fuiſſent ſimpliciter,& abſolute
poſt mortẽ grauati reſtituere ipſi Collegio,ex quo,ꝑ
defectũ primogenitorũ qui nati non ſunt, ſubintrauit
primum locum & gradũ ſubſtitutionis, & hoc caſu nõ
obſtat quod Collegium ſubſtitutum fuerit primogeni
tis,non aũt fratribus inſtitutis: quia ad hoc reſpondet
Bar.in d.l.quamdiu inſtitutus,in fine,& in caſu noſtro
facta ẽt fuit ſubſtitutio ipſi teſtatori, quia ꝑ fideicõm,
ſucceditur teſtatori,l.cohæredi,§.cum filię,ff.de vulg.

Tertio principaliter ad id amplectendum adducor
quia ſubſtitutio facta de Collegio, eſt compendioſa,
quia in caſum mortis maſculorum ſubſtitutorũ,prout
firmaui ſupra: compendioſa autem continet vulgarẽ,
13 † vt firmãt DD.omnes,in l.precibus,C.de impub.Bal.
in conſ.428.vol.4.Alex.conſ.22.nu.2.vol.3.Dec.in cõ-
ſil.426.nu.6.Ripa in conſi.121.nu.6.Bertr.in conſ.316.
nu.1.vol.3.cõem dicit Ripa,in l.Centurio,nu.146.ff.de
vulg.Crau.conſ.62.nu.1.& 3. Oddus in tract. cõpend.
par.5,art.1.in prin.Craſſus,§.ſubſtitutio,q.61. num.2.
Trentacinq. de ſubſtit.par.4.c.1.nu.2.qñ autem com-
pẽdioſa reſoluitur in vulgarem,de ea idem iudicatur,
14 quod de vulgari.† Bar.in l.hęredes mei,§.cum ita,col.
fin.ff.ad Trebell.Alex.in conſ.1.col.pen.vol.1. at ſi ſub
ſtitutio eſt vulgaris, licet facta ſit in caſum mortis om
nium maſculorũ; verificatur tñ etiam in caſu quo ma-
ſculi non naſcantur: quia vulgaris ſubſtitutio facta in
15 vnum caſum,extenditur ad alium,† Doct.omnes,in l.
Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſth.Bart. in l.
Titius,§.Lucius,num.1.ff.eod.late Bened.in c. Rainu-
tius,in 2. part. in verbo ſi abſque liberis, il ſecundo in
materia vulg. ſubſtit.nu.25.de teſtam. Didac. ibi,§.4.
nu.5.latiſſime Gomeſ.variar.reſol.lib.1.c.3.nu.10.vbi
infert ad multas deciſiones, Coſta in c.ſi pater,in pri-
ma parte in verſ.eidem filio,nu.47.de teſtam.in ſexto,
vbi dicit,procedere etiam in vulgari quæ ſit incluſa in
compendioſa. Alc.in conſil.499.num.1. vbi vult, quod
ſubſtitutio facta caſu quo nulli reperirentur maſculi,
vel omnes decederent, locum habeat, quando exta-
bant quidem, ſed tanquam forenſes non poterant ſuc
cedere,& ego late comprobaui in conſil.236.num.23.
Trentacinq. in d.tract.par.1.c.1.num.25. Craſſ.§.ſub-
ſtitutio,q.7.numer.7. quamuis ergo Collegium voca-
tum fuerit in caſum mortis omnium maſculorum, ta-
men ſuccedere debet etiam in caſu quo maſculi non
naſcantur, ex quo vulgaris nullum caſum omittit, ſed
complectitur omnes caſus in quibus maſculi primo
loco vocati non ſunt hæredes, vel non ſuccedunt, vt
optime probant Doctores ſupra citati, quorum exem
pla non refero,quia apud eos videri poſsunt.

Et vulgaris fit non ſolum in hæreditate, id eſt, non
ſolum ad effectum,vt ſi hæreditas non adeatur per in-
ſtitutum,ſuccedat ſubſtitutus,ſed etiam fit in fideicõ-
miſso,id eſt ad effectũ vt ſi ꝑ fideicommiſsum primo,
vel ſuperiore alio loco ſubſtitutus non ſuccedat, ad-
mitta-

Digitized by Google

mittatur ſequẽs ſubſtitutus, quamuis fideicommiſſa-
16 rius, vt cõſiderat Bar.† in d.l.quãdiu inſtitutus, in fine,
quem ad hoc ponderat Crau.in conſi.283.nu.1. vbi di
cit, q̃d poſt aditã hæreditatem compendioſa continet
vulgarẽ, non reſpectu inſtituti, qui iã adiuit, ſed reſpe-
ctu ſubſtiturorum, qui ſuccedere nõ potuerunt, vel q̃a
mortui ſunt viuẽte grauato, vel quia aliter ſũt excluſi,
& hic eſt caſus noſter: q̃a etſi vulgaris quoad fratres
de Cãbiaghis inſtitutos euanuerit, non tñ euanuit re-
ſpectu primogenitorum, & maſculorũ ex eis deſcendẽ
tium, qui ſuccedere non poſſunt, ex quo nati non ſunt,
idẽ latiſſime proſequitur Crau.in cõſ.985.n.32. & ſeq.
vbi dicit, quod vulgaris fit non ſolũ in hæreditate, ſed
ẽt in fideicommiſſis, & legatis, & loquitur expreſſe in
vulgari, quæ fit comprehenſa in compendioſa, ſubdẽs,
habendã eſſe, ac ſi expreſſis verbis facta eſſet, quinimò
eueniẽte caſu vulgaris, tẽ haberi, ac ſi pure is eſſet ſub-
ſtitutus, & vulgarẽ in fideicõmiſſo conſiderat Cuman.
in d.§.quidã recte, nu.8. de quo Crau. in locis præcita-
tis non meminit, ſed citat eum Men.in conſ.85.nu.74.
& alibi ſæpe in conſilijs, ſed ante eos id ceteris melius
explicat Caſtr.in conſ.152. Præſens dubiũ, col.2. circa
finem, verſi. vel aliter & melius, vol.1. vbi dicit, q̃ vulga
ris ſubſtitutio fieri poteſt fideicommiſſario, ſicuti fit di
recto hæredi, & fideicõmiſſario moriente anteq̃ poſſit
ſuccedere, admittitur ſubſtitutus p̃ vulgarẽ, quia ſuc-
cedit loco defuncti, & ſicuti ſubſtitutus primus ſucce-
deret mortuo grauato, ita ſuccedit ſecundus, qui fuit
vocatus per vulgarẽ, & in eodem facto idẽ voluit Cu-
man.in cõſ.122. Gerardus, nu.4. ver. præterea Marcus,
vbi dicit, quod licet poſt aditam hæreditatẽ per inſti-
tutum ſubſtitutus decedat, tñ erit locus ſecundo ſubſti
tuto per vulgarem comprehẽſam in compendioſa, &
dicit eo caſu ſubſtitutionem factam in vno caſu, ideſt,
ſi ambo ſubſtituti decederent ſine liberis, verificari ẽt
q̃ñ illi prædeceſſerũt inſtituto. Hoc idem voluit Corn.
in conſi.35.col.fin. verſi. tñ hoc non obſtante, vol.2. vbi
vult dari vulgarem in fideicommiſſaria ſubſtitutione,
& per eam ſcd̃m ſubſtitutum admitti in locum primi,
qui non ſucceſſerat. Hoc item placuit Soc.iun.in conſi.
42.nu.16. & 20.vol.1. vbi loquitur de vulgari incluſa in
compendioſa, ſubdes, quod etſi ſit vulgaris, tñ ſemper
ſucceditur per fideicommiſſum, ſed operatur vulgaris
quod ſequens gradus ingreditur locũ præcedentis, idẽ
Soc.in conſ.110.nu.6. & 7.eod.vol. vbi quod d̃r vulga-
ris reſpectu primi ſubſtituti, non reſpectu inſtituti, a-
pertiſſime in conſ.114.nu.12.eod.vol. Peregr.art.15.n.
7. Gabr.conſi.117.nu.16.in 1.vol. vbi dicit ſubſtitutum
ſecundo loco admitti per vulgarẽ quãdam tacitã, per
quam hæreditas directo non capitur, ſed vnus gradus
ſuccedit in locum alterius. Ceph.in conſ.620.nu.20. in
propoſito igitur Collegium ſubſtitutum caſu quo om
nes maſculi deſcendentes ab inſtitutis decederẽt ſine
filijs, admitti debet ẽt illis maſculis non natis, quia in
compẽdioſa illa continetur vulgaris, quæ etſi facta in
vnum caſum expreſſum, qui non euenit, extenditur ad
oẽs caſus per quos præcedens ſubſtitutio euaneſcit, &
operatur vt poſterior gradus intelligatur ſubſtitutus,
non ſolum præcedenti ſubſtituto, ſed etiam inſtituto.

Quod ſi prędicta vera ſunt, q̃ñ agitur de vulgari in-
cluſa in compendioſa quę d̃r ſolum in genere expreſſa
17 † vt per Bar.in d.l.1.nu.8.ff.de vulg. vbi eum ſequũtur
omnes, vbi inquit Ripa, in Rubr.ff.de vulg.nu.77. cum
aliis apud Craſſ.in §.ſubſtitutio, q.7.nu.2. Trentacinq.
de ſubſtit.par.1.c.1.nu.3. multo magis locum vẽdica-
bunt in caſu noſtro, in quo Collegium fuit vulgariter
ſpecifice ſubſtitutum, quæ expreſſio operatur, quod in
18 indiuiduo dicatur vulgariter ſubſtitutũ, † per ea quæ
Doctor. ponunt in locis præcitatis, & in terminis hanc
clauſulam conſiderant Caſtr.d.conſi.152.nu.1.in fine,
vbi ideo vult ſuccedi in defectum primo loco ſubſtitu-
ti. Cuman.d.conſi.122.nu.3.in fine, verſi. pręterea Mar
cus, qui duo ponderant q̃d ſit facta in indiuiduo vul-
garis, & ſubdunt, quod ſi eo modo facta non eſſet, con-
tineretur in compendioſa Corn.d.conſ.35.col.fi.verſi.
nam eſt aduertẽdum, in cuius caſu aderat Clauſula,
vulgariter pupillariter, & per fideicõmiſſum. Soc.iun.
d.conſi.100.nu.5.ver. aduertẽdum vlterius, iũcto prin.
vbi ponit caſum, & in conſil.114.nu.11.ver. ſecunda ẽt
ſubſtitutio. Ruin. in l. Gallus, §. & quid ſi tñ, nu.69.ff.
de lib. & poſth. ver. mihi tñ, vbi dicit, quod ſubſtitutio
facta vulgariter vtrumq; caput vulgaris amplectitur.
& infert, quod ſubſtitutus caſu quo filii naſcantur, &
decedant ſine filiis, admittatur ẽt ſi filii non naſcãtur,
ſi ſubſtitutio facta etiã ſit vulgariter, & licet dicatur
voluntaria conditio, quo ad caput impotentiæ, eſt tñ
neceſſaria quoad voluntatis caput, cum aliter nõ poſ-
ſit nolle; niſi naſcatur. Crau.in conſ.904.nu.5.verſi. ter
tio argumento, vbi eo modo arguit quo & ego ſupra,
& allegat ẽt Aret. ſic voluiſſe, q̃ñ vulgaris ſubſtitutio
explicite facta eſt, & infert, quod ſubſtitutio facta vul-
gariter poſthumo naſcituro, includit caſum quo is nõ
naſcatur. Decian.in conſ.81.col.fi.vol.2. clariſſime Ri-
min.in conſ.512.nu.24. & melius, nu.26. quia vulgaris
omnem caſum complectitur, ſiue impotentiæ ſiue vo-
luntatis præcipue, quando eſt concepta, & expreſſa in
ſpecie, vt per eũ ibi, qui loquitur in indiuiduis termi-
nis noſtris, quando ſubſtitutio facta eſt vulgariter, &
per fideicom. ſi filij naſcituri decederent ſine filiis,
quare res videtur ſine aliqua hæſitatione procedere.

Quibus ſic ſe habentibus, non obſtat deciſio Old.in
contrarium allegata, quia ex his quæ ſupra dicta ſunt
in primo fundamento huius partis, conſtat communẽ
opinionem eſſe in contrarium, & eam eſſe cõmuniter
reprobatã, & ſiue numerum Doctorum attendamus,
ſiue rationes, noſtra eſt potior ſententia, quæ etiã gra-
uiores habet authores, vltra, quod nemo fere ex his q̃
Oldradum ſequuntur, ſibi conſtat, quinimmo, fere oẽs
variarunt, & amplexi ſunt Bart. ſententiam, quæ adeo
repugnat Oldr. vt vlla ratione conciliari nequeat.

Nec vis fieri põt in verbis reſtrictiuis adiectis ſub-
ſtitutioni, quibus exprimitur quod Collegiũ dicto ca-
ſu ſuccedat: reſpondeo enim, quod illa verba nõ ſunt
limitatiua, vel reſtrictiua, quemadmodum conſiderãt
DD. in dictione Tunc, vel in Clauſula, Tunc, & eo caſu,
vel in Clauſula, Non aliter, nec alio modo, aliud enim
eſt dicere, dicto caſu ſuccedat, aliud vero, Tũc & eo ca-
ſu, geminatio namq; habet emphaſim quandam, quæ
ceſſat in ſimplici explicatione, & Soc.iun.in cõſi.106.
nu.27.vol.1. dicit verba, & caſu quo, non dici reſtricti-
ua, & ideo videmus, q̃d vbi dictum eſt, Tunc ſuccedat,
non reſtringitur ſubſtitutio ad eũ caſum, ſed extendi-
19 tur ad aliũ, vt probat † Decian.conſ.1.nu.148.vol.1. di
xi in cõſi.236.nu.46. addo Marzar.in conſi.1.nu.4. vbi
ait poſt Pariſ. idẽ eſſe, q̃ñ dictum eſſet, Tunc & eo caſu,
quod tñ firmare nunc non expedit, & ſubdit ſic fuiſſe
iudicatum à Rota, alios citat Men.de præſump. libr.4.
pręſumpr.65.nu.24. vbi addit Galian. & Zãch. & certe
illa verba, dicto caſu, nõ aliud ſignificant q̃ Tunc, ideo
non debent magis reſtringere diſpoſitionem q̃ ſi dictũ
eſſet, Tunc, & teſtator prius dixerat ſimpliciter, quod
bona deueniant ad Collegium, & ideo licet ſubiũgat,
quod in dicto caſu ſibi hæredem inſtituit, ſequentia ta-
men hæc verba non debent præcedentia reſtringere,
quæ habebant orationem, & ſenſum perfectum.

Reſpondetur etiam, quod non ſtetit teſtator in pu-
ris terminis illorum verborum, dicto caſu, & ſic dece-
dẽtibus, ſed addidit, quod ſubſtituit vulgariter, atque

ita

ira qualificauit ſubſtitutionē, de vulgaris autem ſub-
ſtitutionis natura eſt, vt ſubſtitutus ſuccedat non ſolū
in caſu expreſſo, ſed ēt in quocunque alio comprehen
ſo ſub vulgari, vt dixerūt Caſtr. Cuma. Corn. Soci. iun.
Ruin. Crau. Decia. & Riminal. quos citaui in verſ. ꝙ ſi
prædicta, qui vult enim vnū, cenſetur velle oē id quod
20 ex eo conſequitur, † c. cum quid, de reg. iur. in 6. l. 2. ff.
de iuriſd. omn. iud. l. 1. §. fi. ff. de offic. eius Caroc. d. c. cū
quid, par. 1. in prin. & poſita vulgari ſubſtitutione, po-
nuntur oēs caſus qui ſub ea veniunt, & DD. volunt, qđ
ſi expreſſus ſit vnus caſus vulgaris, veniāt oēs, vt pro-
baui ſupra in tertio huius partis fundō, præcipnè ve-
ro id probant Iaſ. in l. 1. ff. de vulg. & Gomeſ. d. cap. 3.
quanto ergo magis venientes oēs caſus qui ſub vulga
ri venire poſſunt, qñ ſubſtitutio continet non vnum ſo
lum caſum, ſed oēs, dicendo, vulgariter. Cū ergo ſub-
ſtituit vulgariter, perinde eſt, ac ſi ſubſtituiſſet nō ſolū
in caſu quo filij naſcerentur, & decederent ſine filijs,
ſed ēt in caſu quo non naſcerentur. Et facit, quia cum
teſtator ſubſtituit vulgariter, tunc videtur voluiſſe qđ
ſubſtitutus in omnem caſum ſuccedat, vbi autem ha-
bemus teſtatoris voluntatē, tunc fit extenſio non ob-
21 ſtantibus quibuſcunque verbis, † vt voluit Gozad. in
conſi. 64. in fi. Pariſ. conſil. 90. nu. 60. in 2. vol. Soci. iun.
in conſi. 114. nu. 29. vol. 1. conſ. 181. nu. 54. vol. 2. Alcia.
de verb. ſignific. lib. 3. & in conſi. 250. nu. 7. Cephal. in
conſil. 196. nu. 33. Card. Mantica, lib. 3. tit. 14. nu. 10. la-
tiſſimè Simon lib. 3. interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 5. nu. 21.
vbi poſtquā retulit vulgarem reſtringi ad caſum qui
fuit expreſſus cū dictionibus limitatiuis, & reſtricti-
uis, nō extendi ad alios caſus, ſubdit ex tacita teſtato
ris voluntate extēſionē admitti, Rolan. cōſi. 70. nu. 49.

Confirmatur hæc reſolutio; quia niſi dicamus Col-
legium admitti ēt in caſu quo non naſcerentur filij, il-
la ſubſtitutio vulgariter facta eſſet ſuperflua, & nihil
operaretur; nam non poſſet verificari vllo caſu ſi eſſet
reſtricta ad caſum illum quo filij naſcerentur, & dece-
derent ſine filijs; quia ſucceſſio illa non poteſt eſſe vul-
garis, & tñ nō eſt credēdum, ꝙ teſtator ocioſè fecerit
illā ſubſtitutionē, & ſuperfluitas eſt vitanda, l. 1. ff. qđ
met. cau. & fieri dēt interpretatione teſtamēti verba
22 ſint ſuperflua, † l. ſi qñ, in prin. ff. de leg. 1. Bar. in l. gña-
li, §. 1. ff. de vſufr. leg. Crau. in Reſp. pro genero, nu. 312.
Card. Mātica, de cōiect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. nu. 1. & ſeq.
Simon de interpr. vlt. volūt. lib. 2. interp. 3. dubi. 1. ſol. 1.
nu. 48. & ſeq. fol. mihi 141. Ne igitur illa expreſſio red-
datur ſuperflua, admitti dēt extenſio ad caſum ſimilē,
& caſus eſt ſimilis, quia qua rōne teſtator Collegiū vo
cauit decedentibus maſculis ſine deſcēdentib. ea ipſa
vocaſſet maſculis nō natis: nō eñ inſpecto effectu qc-
quā refert ꝙ maſculi nō naſcant, vel naſcātur, ſed de-
cedāt ſine filijs, & hoc eſt, qđ conſiderat Dec. in conſil.
427. col. fi. dum rñdet ad Oldr. Cōſtat itaque qđ teſta-
tor oēm caſum cogitauit qñ ſubſtituit Collegium vul-
gariter, quia alias nō potuiſſet Collegium vulgariter
ſuccedere, ſi ſolum eſſet vocatus in caſum expreſſum.

Per prædicta ceſſat diſtinctio facta inter vulgarē,
& fideicōmiſſariam ſubſtitutionem, quia cum vulga-
ris includatur in fideicōmiſſaria, ea extēditur eo mo-
do quo vulgaris quæ fit reſpectu hæreditatis, vt dicunt
DD. quos citaui in verſ. tertio principaliter, & in duo
bus ſequentibus, & vulgaris hæc ſubſtitutio reſpectu
fideicōmiſſi idē operatur qđ vulgaris ſimplex reſpe-
ctu hæreditatis; quia ſicuti inſtituto nō nato, vel dece-
dēte ante teſtatorē, vel ex alia aliqua cauſa, nō adeun
te, ſuccedit vulgaris ſubſtitutus, quāuis datus in vnū
tantum caſum, ita ſubſtituto non nato, vel decedente
ante grauatū, vel repudiante, ſuccedit ſequēs gradus
adeo Caſtr. Cuman. Corne. Socin. iun. Craue. Cephal.
& Gabr. quos citaui in verſi. & vulgaris fit, loquuntur
expreſſe in vulgari, quæ fit reſpectu fideicōmiſſi, & vo-
lunt qđ concepta in vnum caſum, extēdatur ad alium.

Secundo reſpondetur, quod imò ſublato primo gra
du fideicommiſſi, ſequēs gradus admittitur quamuis
ſcriptus fuerit in aliū caſum, id eſt, qñ primus gradus
23 ſucceſſiſſet, & ſine filijs deceſſiſſet, † vt eſt explicita do
ctrina Bar. in d. l. quādiu inſtitutus, in fi. ff. de acq. hær.
cum qua tranſeut cōiter DD. citati in ſecundo funda-
mento huius partis, quinimò Dec. in conſi. 427. nu. 12.
reſpondendo ad conſiliū Oldradi, dicit illud nō pro-
cedere in fideicōmiſſaria, motus ea ea deciſione poſt
Alex. in conſ. 1. nu. 15. vol. 1. Oddus conſ. 2. nu. 15. quare
mirū eſt, quod Alc. & Men. auſi fuerint reſtringere de-
ciſionē Bar. in d. l. quamdiu, ad vulgarem factam reſpe
ctu hæreditatis, & eū non viderint, in fine, vbi loquitur
expreſſe in fideicommiſſaria, & rō diuerſitatis quæ eſt
in prima, id eſt, vt teſtamentum ſuſtineatur, militat ēt
in ſecunda, quia fauor datus eſt voluntati teſtatoris, q̄
conſiſtit non ſolum in hæredis inſtitutione. ſed etiam
in alijs in eodem teſtamento ordinatis, & ideo fauen-
dum eſt teſtatori, vt ſuſtineatur fideicommiſſa, & effe-
ctum ſortiantur, non minus quam vt ſuſtineatur hære
dis inſtitutio, & ſi non tantum, ſaltem paulo minus.

Tertio reſpondeo, quod etiam in fideicommiſſis fit
extenſio, de caſu ad caſum, vt probaui ſupra, & volunt
DD. quod vbi præcedens ſubſtitutio deficit puta, quia
ſubſtitutus deceſſit ante grauatum, vel repudiauit, vel
alia cauſa ſubſtitutio prima nō habuit effectū, tunc fit
locus ſecundo ſubſtitutio, ēt ſi non euenerit cōditio in
quam ſecundus fuit vocatus, puta, ſi vocatus ſit, ſi pri-
mus ſubſtitutus deceſſerit ſine filijs, & tñ reliquerit fi-
lios, vt bene concludit Caſtr. d. conſ. 152. col. 2. ver. ſed
videndum eſt nunc, vol. 1. vbi dicit, quod primo ſubſti-
tuto decedente, remaneat fideicommiſſum penes gra
uatum, cum onere iniuncto primo ſubſtituto, nō cum
eo, ꝙ iniunctum eſt ſecundo, & illa conditio, ſi maſculi
decederent, nō eſt onus primi ſubſtituti, ſed releuamē
eſt tñ onus ſecundi, ergo euaneſcente prima ſubſtitu-
tione, non opus eſt quod verificetur conditio q̄ adie-
cta fuit ſecundæ ſubſtitutioni, & ibi Caſtr. reſpondet
omnib. adiectis, quæ fieri poſſent. Cuman. d. conſ. 122.
nu. 4. ver. & ſi dicatur. Curt. iun. in conſ. 83. nu. 4. Alc. in
conſ. 547. nu. 1. vbi noua mouetur ratione, qa vno gra-
du caducato euaneſcunt conditiones oēs illi aſcriptæ,
& late proſequitur Pariſ. in conſ. 19. nu. 80. & ſeq. in 2.
Dec. in cōſ. 427. col. 2. & 3. vbi addit, quod teſtator idē
diſpoſuiſſet hoc caſu, ſi de tali ſucceſſu cogitaſſet. Soc.
iun. conſ. 42. nu. 18. 25. & 30. vol. 1. Bertr. in conſ. 23. nu.
5. volum. 3. Crau. in conſ. 283. nu. 1. ver. itaq; non vr̄ ob-
ſtare, vbi dicit, conditionē ſequēti gradui adiectam à
teſtatore, quia credidit futurum eſſe locū primo gra-
dui; ſed vbi expirat prima ſubſtitutio, non attenditur
conditio ſequentis gradus. Gabr. conſ. 117. nu. 18. vol.
1. & conſ. 103. in prin. vol. 2. Ruin. cōſ. 97. col. 1. & 2. vol.
2. Vegius conſ. 62. nu. 70. conſ. 66. nu. 41. Theſau. deciſ.
Pedem. 86. nu. 2. vbi ait, ſic fuiſſe iudicatum, quamuis
aliqui contrarium tenuerint. & cum hac ſnīa trāſit no
uiſſime Peregr. in tract. de fideicom. artic. 15. nu. 35. &
ſeq. vbi refert, ita iudicatum fuiſſe, quia in primis attē
ditur an cōditio euenerit in pſona grauati; qđ ſi ſub-
ſtitutio concepta in caſu quo nulli extarent filij, exten
ditur ad caſum contrarium, qñ extant, multo magis
extenditur ad caſum diuerſum, qñ ſcilicet non ſūt na-
ti maſculi, & non ſuperſunt filij; & quāuis contradicāt
aliqui, tñ illi loquuntur in mera fideicommiſſaria non
autem in compendioſa, quæ etiam habet vulgarem, &
multo minus in vulgari expreſſa, put eſt caſus noſter.

Minus contradicit limitatio adducta ex Menoc. in
conſi.

conſi.532.num.19. qui vult,quod tunc ſequens gradus
intret in locum primi, quando teſtator habuit omnes
caſus præ oculis.quia reſpondeo, nos eſſe in iſto caſu,
quia dum teſtator Collegium ſubſtituit vulgariter, cẽ
ſetur reſpexiſſe ad omnes caſus qui continentur ſub
vulgari, faciens enim actum cenſetur ſe aſtringere le-
24 gibus loquentibus de illo actu.† Bald.in l. ſi duo,ff.de
acq.hær. Natta conſ.49.nu.22.Bec.conſ.35.num.11. &
vt dixi ſupra, ſi teſtator voluiſſet Collegij ſucceſſionẽ
reſtringere ad illum caſum, non addidiſſet Clauſulã,
vulgariter,quæ tali caſu nihil erat operatura,ſed ideo
addidit, vt ſucceſſio Collegio intelligeretẽ delata om-
ni caſu quo præcedentes ſubſtitutiones deficerent.

Reſpondeo ẽt,quod ea limitatio Men.non eſt vera,
ſed repugnat illis omnib.qui dicunt,ꝙ ſubſtitutus ca-
ſu quo primi decedãt ſine filijs,admittitur,ẽt ſi ex pri
mis extent filij, qñ præcedentes ſubſtitutiones cadu-
cantur. Prætetea, ea limitatio contradicit Bar. in l.q̃-
diu inſtitutus, qui loquitur, qñ teſtator non reſpexit
omnes caſus,ſed aliquos tm̃,& aduertendum, qđ ſub-
ſtitutioni eſt locus etiam qñ teſtator non cogitauit eũ
caſum,ſed lex præſumit quod ſi cogitaſſet, idem diſpo
25 ſuiſſet,vt inquit pulchre † Calcan.in conſ.103.nu.2.re
ferens Fulg.ſic declarantem,& diſtinguit inter caſum
quo lex præſumit teſtatorem cogitaſſe, & alium quo
ſcit quidem non cogitaſſe, ſed præſumit quòd ſi cogi-
taſſet.idem diſpoſuiſſet, & ſane rationabilis eſt diſtin
ctio illa, ſiue ergo dicamus teſtatorem non cogitaſſe,
ſiue cogitaſſe,vtroque caſu locus eſt ſubſtitutioni.

Quod vero dr̃,vulgarem locum habere ſolum reſpe
ctu primi ſubſtituti,vel à me non intelligitur, vel cõfir
mat intentionem Collegij, vulgaris enim facta eſt re-
ſpectu ſubſtituti,vt ſi ſubſtitutus primus ex aliqua cau
ſa nõ ſuccedat,fiat locus ſecundo ſubſtituto,vt late di-
xi in tertio fundamento,& hic eſt caſus noſter,quia fi-
lij deſcendentes maſculi ex dñis fratribus Cãbiaghis
qui fuerunt ſubſtituti parentibus ſuis inſtitutis, non
ſunt nati,& eorum ſubſtitutio facta eſt caduca,propre
rea ex vulgari in eorum locũ ſuccedunt ſequentes ſub
ſtituti,ideſt Collegium: & quamuis Cuman. in §. qdã
recte,& Men.in d.conſ.85.dicant proximiores intelli-
gi vocatos per vulgarem inter ſe,ideſt, vt ſi vnus repu
diet,vel nõ poſſit ſuccedere,alter admittatur, non aũt
per fideicom. vt ſcilicet vno ex eis ſemel admiſſo, alij
poſſint ſuccedere, tñ non per hoc negant dari vulgarẽ,
per q̃ deficiente primo gradu,ſequens intret in eundẽ
locum:& ſi negarent,iã eorum negatio non eſſet atten
denda, quia in ſimili adſunt alij firmantes Concluſio-
nem hãc,errauit ergo Dñs Aduocatus partis aduerſæ,
ſi credidit,vulgarem producere ſolum effectum conſi-
deratum à Cuma. & Men.& reſtringi ad illum caſum.

Poſtremo, non reſiſtit qđ vulgaris non detur quan-
do ſubſtitutio facta eſt in reb. certis,ex Alciato,& Be-
roo, quia imò vulgaris fieri poteſt in fidcicommiſſis,
in legatis,& in donationibus rerum etiam particula-
26 rium,† vt probat Crauet.in conſi.985.num.32. & alij
ſupra citati,in verſic.& vulgaris fit.Corne.in conſi.35.
col.fi.Socin.iun.conſ.100.nu.7.vol.1.& pulchre decla-
rat Peregrin.d.artic.15.num.23.in fine,verſi.& eſt no-
tandum, vbi dicit, non teferre, quod vulgaris ſit facta
in totum,vel in parte,quod vero dicũt Alciat. & Bero.
bene procedit, per viam coniecturæ, an ſit vel non ſit
inducta vulgaris,& quãdo eſt dubium, quia tunc cum
ſubſtitutio eſt facta in rebus certis,inſtitutio autem in
omnibus bonis,non eſt præſumendum, quòd facta ſit
ſubſtitutio per vulgarem,quæ totam non amplectitur
inſtitutionem, in facto autem noſtro vulgaris eſt ex-
preſſa in indiuiduo,& in claris non eſt opus coniectu-
ris,l.continuus,ff.de verb.obligatione.

S V M M A R I V M.

1 *Vltima voluntas non poteſt tolli, nec reſtringi.*
2 *Donatio facta in pœnam reuocationis teſtamenti, codicillo-
rum, vel alterius vltimæ voluntatis, non valet: quia di-
citur facta ſub turpi conditione.*
3 *Donatio fieri poteſt in codicillis, teſtamento, & qualibet
alia vltima voluntate.*
4 *Donatio facta in pœnam reuocationis alicuius legati parti-
cularis, valida eſt.*
5 *Pactum de ſuccedẽdo reſtrictum ad certa bona, permittitur.*
6 *Legata facta in pœnam, ſunt valida.*
7 *Pœnalis diſpoſitio, tunc tantum prohibetur, quando accedit
diſpoſitioni quæ à legibus eſt interdicta.*
8 *Pœna non tenet quando principalis diſpoſitio eſt à lege pro-
hibita.*
9 *Donatio cauſa mortis, ſi ita fiat, vt non poſſit reuocari, tran
ſit in donationem inter viuos.*
10 *Qualitas adiecta diſpoſitioni contra ipſius ſubſtantiam, fa-
cit tranſire diſpoſitionem in aliam ſpeciem quæ admittat
illam qualitatem.*
11 *Fraus non põt dici commiſſa ex actu qui ſine fraude fieri põt.*
12 *Modus non curatur, ſed effectus eſt reſpiciendus.*
13 *Donatio facta purè, & ſimpliciter, non habito reſpectu ad
mutationem, vel reuocationem legati, eſt valida.*
14 *Clauſula, Si non vales, &c. valeat iure donationis inter vi-
uos, nihil operatur in teſtamento, ſed ſolum in codicillis.*

CONSILIVM CCCXLVIII.

CODICILLIS ſuis Illuſtr. D.Comes
Camillus Coartabilis reliquit Illuſtr.
& Excellentiſs. D.Violanti vxori Illu-
ſtriſſimi, & Excellentiſſimi D.Alphõſi
Eſtenſis multa bona,& voluit codicil-
los eſſe irreuocabiles, & pro maiori
cautione D.Violantis,diſponit,quod illi codicilli ver
tantur, & per ſapientem verti poſſint in donationem
inter viuos,cum vero ita factu fuerit,dubitatur nunc,
ſi donatio prædicta ſuſtineatur, an videatur eſſe nul-
la, quia nulla vltima voluntas fieri poteſt irreuocabi-
lis,l.ſi quis in princip.teſtamenti,ff.de leg.3.& vltima
voluntas ſicuti tolli non poteſt in totu,ita nec reſtrin-
1 gi,† Bal.in conſil.22.circa fin.volum.1. Roman.conſil.
171.col.1.Caſtren.conſil.75.colum.2.vol.2. Crau. qui
alios citat in conſil.934.nu.8.& in ſpecie ſi quis in pę-
nam reuocationis teſtamenti codicillorum, vel alte-
rius vltimę voluntatis aliquid ex nunc donat,non va-
let donatio: quia dicitur facta ſub conditione turpi,
tatur,de conſuetudine,l.ſi de interpretatione,ff.de le-
gibus,& dicit Rom.in conſ.338.nu.5. quod ſubſequen
tia facta, vel verba præſtant antecedentibus euiden-
tiſſimum intellectum.Butr.in c.cum veniſſent, de inſti
tutio.vbi infert,quod ex obſeruantia dignoſcitur ſi cõ
ceſſio fuit realis,vel perſonalis; Cuman.conſil.162.col.
penul.latiſſime multos cumulans Becius, in conſ.101.
num.49.Siluan.in conſil.66.nu.20 prædictis autẽ om-
nibus ſimul iunctis, exiſtimo bene eſſe fundatam ex-
ceptionem oppoſitam à mulieribus, easque obtinere
debere aduerſus hæredes Corſini, qui tentat titula-
tam poſseſſionem ſexaginta annorum ſubuertere.

His vero ſic iactis ſundamẽtis,non obſtat ex forma
inueſtituræ feudum ſpectare ad Corſinum patruum,
non ad filias:hoc enim in primis negatur,quia vbi feu
dũ ſemel ex diuiſione ad vnum ex filijs deuenit, tunc
feminæ ex illius linea ſuccedunt excluſis maſculis al-
terius lineæ,ſecũdum Rui.Bero.& alios ſupra citatos.
Prętere a,in facto Corſinus conſenſit Mariam inueſti-
ri propterea ſibi præiudicauit. Rurſus, ſimplex ſciẽtia
cum taciturnitate anni,inducit excluſionem, vt ſupra
dictum eſt, etiamſi nullus acceſſiſset actus expreſsum
denotans conſenſum; Et demum,præſcriptio triginta
annorũ,imo & quadraginta,& vltra, plenum ius tran
ſtulit in Mariam,necnon eius deſcendentes, ita quod
feudum nunc reuocari non poteſt per eum qui præ-
ſcriptionem paſsus eſt,nec per eius hæredes,qui ligã-
tur, ac ſi feudum fuiſset ab authore ſolenniter aliena-
tũ, prout hæc omnia ſigillatim ſupra cõprobauimus.

Nec vero obſtat quod Corſinus anno 1526.eſset mi
nor,propterea conſentire non potuerit inueſtiturę fa-
ctæ ad commodum Mariæ, nam ego non inſero ex eo
conſenſum, & alienationem, ſed dico quod ſaltem ea
ſtante Corſinus non ignorauit, ſed ſciuit Mariã fuiſse
inueſtitam de feudo, atque illud poſſidere per mortẽ
patris:hæc autem ſcientia excludit Corſinum à feudo,
poſtquam factus maior tacuit per annum,& nõ refert
quod ſciuerit:nam ſi quid ſciuit dũ eſset minor, illud
ipſum præſumitur ſciuiſse factus maior:quinimo,præ
ſumitur ſcientia etiam eius quod ſciuit,dum eſset pu-
33 pillus: ſi tamẽ erat proximus pubertati, † vt declarat
Bar.in l.ad teſtium,ff.de teſta.& in l.qui Romæ, §.duo
fratres,nu.15.ff.de verb.obl.arg.l.notionẽ,§.inſtrumẽ-

torum, ff.de verbor.ſignif. Felin.in cap.cum nobis, de præſcript. Aret.in d.§.duo fratres,vbi etiam Ripa,nu. 59. & idipſum admittere videtur Bero. in conſil.68. nu.84. vol.1. vbi propriè quærit,an ea ſciētia ſufficiat, vt agnatus ex forma d.§.Titius,excludatur à feudi reuocatione per lapſum anni. Sufficit igit,quod ex ſciētia tunc habita, & poſtea confirmata, qñ anno 1565. petijt inueſtituram ſibi confirmari, præſumatur abeſſe ignorantiam, etiam tempore quo factus eſt maior.

Quod autem ex aduerſo dictum eſt, ſolam præſentiam cum taciturnitate non inducere conſenſum, ex quo præiudicialis erit ille actus, facili negotio diſſoluitur: quoniam non adfuit ſola præſentia, & taciturnitas in inueſtitura, ann. 1565. ſed actus ēt poſitiuus, quia primo recitauit tenorem inueſtituræ,& in ſpecie ſe, cum mulieribus inueſtitum fuiſſe, atque ita conſenſiſſe inueſtituræ,ſtantibus per me ſupra deductis; rurſus petijt ſibi confirmari inueſtituram pro portione quæ in ea fuerat conceſſa, atque ita videtur abnegaſſe portionem pro qua Maria fuerat inueſtita, ſtante autem conſenſu, ſibi præiudicauit,vt in d.c.1.§.præterea.

Scđo rñdeo, qđ vbi ēt ſimplex eſſet taciturnitas, & ſciētia ſine cōſēſu,ex ea cenſeretur approbaſſe inueſtiturā,ſecūdū gl.in d.§.præterea,in ver.regreſsū,& alios quos retuli ſup.in fine ſecūdi ſundamēti huius partis.

Tertio dico, quod ſi forte gloſſæ illius opinio non attendatur,quia verum non ſit quod ſola præſentia cū taciturnitate ſtatim non præiudicet, id tamen non procedit,quando accedit anni lapſus,quia tūc quoad feudum alienum in agnatum remotiorē videtur proximior conſenſiſſe, & conſequenter perdit facultatem reuocandi feudum,quæ ſibi competebat,iuxta text.in dicto c.1.§.Titius, qui in hoc differt à §.præterea, quia hic loquitur in expreſſo conſenſu, ille verò in præſentia, ſeu ſcientia, & lapſu temporis.

Proteſtatio porro domini qui inueſtiendo dixit, ſe non concedere aliquid quod ſit alicuius alterius, non impedit quo minus Corſinus dicatur conſenſiſſe inueſtituræ factæ in Mariam,vel quo minus Maria dicatur inueſtita, & ad feudū illud admiſſa,ex pluribus: & primo, quia per illam proteſtationem non eſt reſeruatū ius quod competebat Corſino: quia loquitur de iure alicuius alterius,quę verba non poſſunt referri ad perſonas tunc inueſtitas,ſed ad alias,dū enim illos inueſtit, ſaluo iure aliorū,non intelligitur ius ipſorū reſeruatū:quia alij nō ſunt ipſi,ſed pſonæ ab illis diſtinctę.

Secundo fruſtratoria fuiſſet proteſtatio,ſi dominus intellexiſſet inter ipſos inueſtitos inuicem reſeruata iura,poſtquam ipſi inter ſe petendo, & ſuſcipiendo inueſtituram,videbantur vnus alteri conſentire, & ſi voluiſſent reſeruare,vtique dixiſſent ipſi, non autem expectaſſent de hoc verbum fieri à domino.

Tertio qñ inter aliquos fit actus contra alios, tunc actus ille non poteſt inter eos qui ſimul, & cōcorditer actum faciunt producere effectū, vt probat Bal.in cōſ. 309.nu.2.& 3.vol.1.vbi ſi plures fratres ab vna parte, & eccleſia ab alia,cōpromiſerunt,arbiter non pōt determinare inter ipſos fratres: quia hoc non cōtinetur in cōpromiſſo.† Butr.in cōſi.77.col.2. Soc.in l.Gallus,
34 §.quidā recte, nu.3.ff.de liber.poſthu.vbi ſubdit, ita ſe conſuluiſſe ſæpius, & conſultu vidiſſe Corn. qui tñ de prædictis non fuit recordatus, in conſi.24.col.1.vol.1. Dec. in conſil.253.nu.4.cir.fin. & hanc concluſionem exornat multis deciſionibus adductis Alciat.in conſi. 364.nu.19.& ſeq.& in conſi.200.nu.4.Alba in conſ.38. nu.10.Zanch.qui alios citat in l.hæredes mei, §.cū ita, par.6.nu.88. ff.ad Treb. ſic ergo reſeruatio facta quoad alios, intelligi non poteſt quoad ipſos inueſtitos, vltra quod quoad eos nihil operatur:tanquā cōtraria
35 facto,vt de proteſtatione † eſt text.in l.cum in plures, §.locator horrei, ff.locati, cap.gratum, de offic.deleg. DD.in l.non ſolum,§.morte, ff.de oper.noui nunciat. & in c.cum M.Ferrarienſis,de conſtitutio.dixi in cōſi. 143.nu.11. & cum ſit limitata ad alios, producit effectum limitatum, l.in agris, ff.de acquir.rer.dom. nec trahi poteſt ad ipſos inueſtitos,quibus non petentib. credendum non eſt quod voluerit prouidere dñs,arg. l.de pupillo,§.qui opus, ff.de oper.noui nunc.l.4.§.hoc autem iudicium, ff.de dam.inf.vbi Ripa, nu.1.& ſeq. ampliat multis modis:dř enim ibi,quod iudex officiū
36 ſuum non impartitur non petenti. † Accedat,qđ generalis diſpoſitio nunquam ad eos refertur quib.ſpecia-
37 liter fuit prouiſum,† l.cohæredi, §.qui patrem,vbi gl. & DD.ff.de vulg.pro cuius dicti ornamēto videri poſſunt quæ latè ponit Zanch.in d.§.cum ita,par.5.nu.11. & par.6. nū.217. & ſeq.quare inueſtitura cuiq; ipſorū quoad ipſos inter ſe videtur abſoluta, & ſine reſeruatione conceſſa,ideo confirmatio quoq; ſimpliciter intelligenda eſt,non cum aliqua reſeruatione, vt obſeruantia ſecuta probauit ſic quoque partes intellexiſſe.

Non reſiſtit, quod ſtante forma inueſtituræ feminæ habeantur pro extraneis dum extant maſculi deſcendentes à primo inueſtito,reſpondeo enim, falſum hoc eſſe:nam cum feminæ ſint in inueſtitura vocatæ, licet remotiore gradu,habentur pro remotioribus tanquā
38 incluſæ, & habiles ad ſuccedendum, † ita in terminis declarat Purpur.in conſi.367.nu.83.vbi ait,extraneū, ſecundum notata in §. Titius, intelligi eum ſolum,qui non eſt vocatus in inueſtitura, ſubdens, quod femina reſpectu agnatorum maſculorū comprehenditur non minus quam maſculi remotiores reſpectu proximiorum.ſequitur in propoſito Io.Baptiſta Surdus,d.§.Titius,nu.20.in fine,addo, quod eadem ratio militat in femina quæ in maſculo:nam ipſa eſt affinis,& coniuncta,cadit ſcientia,& lapſus anni,qua ratione gl.voluit moueri textum illum, ergo idem ius eſt in ea ſeruandum,vt inquit Purpur.d.conſi.367.

Secundo reſpondeo, quod in facto vbi etiam femina iudicanda eſſet pro extranea, adhuc maſculus excluderetur: quia triginta annorum curſus interuenit, imo quadraginta,& vltra, propterea quocunq; ſe vertat pars aduerſa, cogitur ſuccumbere.

Nec mouet, quod ſcientia cū taciturnitate nō obſit niſi data certa ſcientia, & conſtito quod ad eum effectum agnatus cōſenſerit,vt mulier vel agnatus remotior inueſtiatur de feudo ad ipſum proximiorē ſpectāte.reſpondeo enim,gl.& DD.in d.c.pręterea loqui ſecundum terminos illius textus, qñ ſcilicet non ſolum interuenit proximioris ſcientia,& patientia,ſed ēt cōſenſus,ita enim loquuntur gl.& DD. qui eam ſequuntur: nos autem ſumus in caſu in quo ēt per ſimplicem ſcientiam,cū taciturnitate per annū,agnatus ſibi pręiudicat,vt in d.§.qui Titius, qui termini ſunt diuerſi.

Et ſi dicatur, error præſumitur qñ expreſſe conſenſit,quare non eſt præſumendus error in eo, qui tacite conſenſit,cum taciti,& expreſſi idem ſit iudicium,l.ſi quid, ff.ſi cer.pet.l.triticum, ff.de verb.oblig. imo ex-
39 preſſa renunciatio plus operetur quam tacita, † Cl. Sæpe, in ver.partib.de verb.ſign.& plus etiam nocet expreſſa repudiatio quam tacita, glo.in l.1. vbi etiam Caſtr.C.qui admitti. Reſpōdeo,quod tacita repudiatio reſultans ex diſpoſitione legis propter negligentiam, & curſum temporis, fortius operatur quam ex-
40 preſſa facta ab homine, † vt probatur in l.aduerſus, C.de vſu.iūcta,l.pręſes,C.de tranſ.c.de quarta,de pręſcript.iuncto c.2.de donat.idē Bal. in l.1.nu.27.C.qui adm.dicit, quod plus operatur curſus temporis, quā renunciatio; & multa perduntur negligentia,quę non

per-

perdunt repudiatione, vel expreſſo cõſenſu, vt d.l.ad-
uerſus, & ſubdit rationem eſſe: quia pactũ excludit p-
ſonã à iure, ſed pręſcriptio excludit ius à pſona addit,
& aliam rationem, quæ facto noſtro maxime cõuenit,
excluſio enim hominis pendet ex eius aĩo, & volunta-
te, & ideo non extenditur vltra q̃ eiuſdem animus, &
voluntas protendatur. Hinc fit quod ſi deficit conſen-
ſus, ſeu voluntas, vt quia errauerit, vel erraſſe pręſuma
tur tunc renunciatio, vel excluſio non nocet, vt in d.gl.
§.præterea, vbi ſi nõ conſenſit ad effectum, vt alius in-
ueſtiatur, vel aĩo donãdi conſenſus ſibi non p̃iudicat,
ſed excluſio, vel renunciatio legis non pendet à volun-
tate hominis, ſed à diſpoſitione legis, iõ operatur con
tra, vel circa voluntatẽ, & conſenſum hominis, qua ra-
tione dicũt DD. quod præſcriptio currit ẽt cõtra igno
rantem, vt dicam infra, propterea ſiue ex certa ſciẽtia,
ſiue per ignorantiam proximior agnatus tacuerit, dũ
modo tñ ſciuerit remoriorem fuiſſe inueſtitũ ſibi præ-
iudicat non ſecus, ac qñ expreſſe conſenſit inueſtiturę:
qm̃ renunciatio oritur ex conſenſu, & annullatur con-
ſenſu remoto; & hanc concluſionem, quod plus opere-
tur renunciatio tacita inducta à lege ex negligentia, q̃
expreſſa facta ab homine, tenent oẽs in d.l.1. vbi Salic.
nu.21.vet.non obſtat contrarium, dicens, quod tacita
fomentum ſuum recipit à lege, ſubdens ꝙ ſic aliàs ne-
gligentia plus operatur q̃ pactum, l.ſi inter me & te, ff.
de ſeru.vrb.præd. & proſequitur Iaſ.d.l.1.nu.6.vbi ad-
dit, quod ſuus qui repudiando expreſſe poteſt exinde
reuocare abſtenſionẽ, l.fi.C. de repud. hæred. ſed ſi ex-
41 cluditur lapſu tẽporis, non reuocat excluſionem, † Idẽ
voluit Dec.in ead.l.1.nu.5.& 6.poſt Alex ibi, qui nu.6.
dicit cõem, & quamuis DD.ibi loquantur ſolũ de pre-
iudicio tertij, velintq; tacitam repudiationem filij ꝓ-
uenientem ab eius negligentia, & lapſu temporis, nõ
nocere patri, tñ ratio qua illi mouẽtur concludit ẽt re-
ſpectu ipſiuſmet negligẽtis, inſertque, ꝙ illi quoq; ma
gis noceat negligentia cum temporis curſu, q̃ renun-
ciatio; & colligunt oẽs indiſtinctam concluſionem, qđ
plus afficit legalis excluſio inducta propter negligen-
tiam, & lapſum temporis, quam expreſſa renunciatio,
42 † vt voluit præter ſupradictos Signorol.in d.l.1.nu.45.
Iacobin.nu.4.Cur.iun.nu.24.& ſeq. Zuchar.nu.29.nu.
41.& nu.43.Sapia.nu.25.qui dicit communem. Niger,
nu.13.& ſeq.Igne.nu.38.& ſeq. dicens, quod data ter-
minorum paritate, idem eſt effectus taciti, & expreſſi,
ſed vbi termini ſunt impares, & diuerſi, aliud eſt: nã in
repudiatione tacita, duo concurrunt, curſus tẽporis,
& continuata negligentia, vnde non mirum, ſi plus po
teſt præſcriptio q̃ pactum, hoc enim eſt regula, l. ſed ſi
inter me, vbi gl.ff.de ſeruit.ruſt. præd. & ideo Polit. in
tract. ſubſtitut. in materia vulg. ſubſtit.q.11. dicebat,
in excluſione tacita legali, id principaliter agi, vt ad-
uerſarius quærat, licet in conſequentiam veniat, qđ ne
gligẽs amittat: ſed in tacita repudiatione venire prin
cipaliter, vt renuncians perdat, & in conſequentiã qđ
aduerſario acquiratur; & ponit exemplum in præſcri
ptione, vel vſucapione, quæ aliqñ conceditur cõtra mi
norem, non quia ipſe alienauerit, ſed quia alius vſuca
piendo, vel pręſcribendo acquiſiuerit, licet ẽt hoc caſu
minor alienet, ſed nõ principaliter, idem tenuit Rim.
ſen.n.4.vbi addit, quod ſortius excludit aſſignatio ter
43 mini facta a lege, q̃ facta ab homine, † ſcđm Bald.in l.
diffamari, C.de ingen.& manumiſ. & prædictam rõnẽ
Politi approbauit Zuchard. nu.29. Hippolit. Rim.nu.
228.vbi eam dicit valde ſubtilem, atq; illam defendit
ab impugnatione Nigri, & poſt Bart. dixit Aret. in l.
Clodius, col.4.ver.item adde dictis Bar.ff. de acq.hær.
quod legis excluſio prouenit pręter voluntatem homi
nis per fictionẽ quandã, ſequitur Rimin.d.l.1.nu.263.

ideo non recipit interpretationem illam, quæ fit ſuper
hominis conſenſu, ex quo inducitur contra conſenſũ,
& tunc ceſſante cõſenſu ceſſat excluſio, qñ propter cõ-
ſenſum excluſio inducta fuit. eſt & alia ratio propter
quam ipſimet excluſo magis nocet legalis excluſio, q̃
renunciatio: nam excluſio legalis inducta ex tempo-
ris lapſu, habet ſucceſſiuum conſenſum, quæ potentior
eſt eo conſenſu momentaneo qui interuenit in conſen
44 ſu expreſſo, ſeu renũciatio. † ita dicit Io.And.ad Spec.
in rubr.de præſcript. quem citat, & ſequitur Gigas ad
Dec.in c. perſonas, in prima addit. de appellat. Cror.
in l.qui Romæ, §.duo fratres, nu.104.in fi.ff. de verbot.
oblig. Rim.d.nu.225. & ſecundum hanc rationem nõ
ita facile præſumi poteſt error in ſucceſſiuo conſenſu,
ſicut in momentaneo, propterea non valet argumen-
tum, præſumitur error in eo qui renunciat, vel expreſ-
ſe conſentit inueſtituræ alij factæ de re propria, ergo
præſumendus quoque erit in eo qui ſciens alium eſſe
inueſtitum tacuit per annum: quia vt dictum eſt, ex-
cluſio quæ propter taciturnitatem inducitur non ſun-
datur ſuper conſenſu, ſed ſuper legis diſpoſitione,
adeo, vt conſenſus excluſi uullo modo conſideretur.

Reſpondeo etiam aliter: nam ſi in ea legis excluſio-
ne conſenſus poteſt conſiderari, certe is erit vel pręſũ
ptus, vel fictus à lege: quia ſcilicet illum lex vel fingit,
vel pręſumit: nec aliter poteſt conſiderari; at ſiue ſit fi-
ctus, ſiue præſumptus, nullo modo dici poterit qđ pre-
ſumatur per errorẽ iuris, vel facti adhibitus, nam qñ
45 lex fingit, tunc fictio habetur pro veritate. † Bart.in d.
l.ſi is, qui pro emptore, in tertia princ.q.ff. de vſucap.
nu.29. Alex.in cõſ.2.nu.28.vol.1. Dec. in conſ.275.col.
4.vbi loquuntur in legis fictione inductiua, & tñ ope-
ratur fictio quantum veritas, l.qui ad certum, ff.locati,
l.ſi mulier debitori, in fine, ff.de iur.dot. DD. in l.ſingu
laria, vbi Dec.nu.6.ff.ſi cert.pet. & fictio fit ſemper ſu-
46 per certo contra veritatem ipſam, † l. qui in aliena, ff.
de acq.hær.in prin.eſt enim fictio indubitatę falſitatis
pro veritate aſſumptio. Ang.in d.l. ſi is qui pro empto
re, late Men. in tract. præſumpt.lib.1.q.8.nu.4. & ſeq.
cum itaq; conſenſum lex fingat in eo qui ſciens tacuit
per annum, non poteſt allegari error contra fictum cõ
ſenſum, quia cum errans non conſentiat, hoc eſſet ab-
negare conſenſum, contra quam lex fingat, & tñ con-
47 tra fictionem iuris nulla recipitur probatio, † c.2. de
arbit.in 6. Fel.in c.quanto, de præſcript. late Menoc.d.
q.8.num.11.& ſeq. ita fere in terminis Imo.l. Clodius,
in fi.verſ.ſed potes ſaluare, ff.de acq.hæred. Si vero vo-
lumus conſenſum eſſe præſumptum, idẽ erit: quia vbi
dubium eſt, aliquid an ſit, vel nõ ſit, tũc ſi lex præſumit
illud, habetur pro veritate, quia præſumptio cadit ſup
48 incerto, † glo.in l.vnica, §. accedit, in verſic. præſuma-
tur, C.de rei vxor.act.cum multis quos citaui, in conſ.
28.nu.111.& vbi lex præſumit aliquid, tunc illud cen-
ſeri debet interueniſſe valide, nõ autem nulliter, quia
lex nihil fruſtratorium facit, eſſet autem fruſtratoriũ
præſumere conſenſum erroneum, & vt dixi allegare
hoc caſu errorem, nihil aliud eſſet, quam deſtruere iu
ris pręſumptionem quæ inducit conſenſum, & pro-
pterea ſi hoc loco probaretur error, ceſſaret præſum-
ptio, quia cedit veritati, l.fi.ff.quod met.cauſ.dixi cõſi.
181.num.2.ſed vbi allegatur ſola erroris præſumptio,
non tollit iuris pręſumptionem quæ inducit conſen-
ſum, vltra quòd vt dixi quando lex præſumit aliquid
interueniſſe, intelligi debet quod eo modo interuene-
rit prout requiritur ad validitatem actus, vt dicebam,
49 † in conſil.82.num.39. adduco Salic. in l.2.nu.6.C. de
pact. qui dicit, quòd vbi lex aliquid pręſumit, vel fin-
git, ea quoque omnia fingit, & præſumit, quę ſunt ne-
ceſſaria ad principalem actum. Dec.numer.8. Crauet.

in conſ.866.nu.7.vbi dicit,quod qñ lex ſcientiam præ-
ſumit, tunc qualitates omnes cum ipſa ſubſtantia pſu
muotur: quia aliàs præſumptio nullius eſſet momẽti,
quare in facto noſtro licet conſenſus ille ſit pręſũptus,
ſiue fictus, ſemper erit legitimus conſenſus, nec alle-
gari poterit erroneus, niſi vere erroneus probetur, &
præſumptioni non erit locus, ſtante iuris expreſſa di-
ſpoſitione. Melius ẽt tolluntur hæc omnia, ex his q̃ in-
fra dicam, circa conſenſum: quia illa recte applicari
poſſunt ad reſolutionem huius obiecti, quod reſpicit
ſolam ſcientiam cum taciturnitate,ſed vnũ non omit-
to: nam ſi diſpoſitio §. Titius, pateretur illam limita-
tionem,quam ad §.prærerea, ponit gl. ibi,certe DD. q
exacte materiam dicti §.Titius tractãt, non eã omiſiſ-
ſent,& tamen ex eis nemo quem viderim illam ponit,
quæ tamen adeo frequens eſt, vt omitti non debuerit.

Pariter nõ aduerſatur quod per errorem Corſinus
conſenſerit, vel tacuerit,quia ſcilicet crediderit dictas
mulieres eſſe ad feudum vocatas per mortem eorũ pa
rentum,reſpondeo enim, quod hic eſt error qui ex iu-
ris ignorantia deſcendit, quæ tũ non præſumitur,quia
50 præſumitur quilibet ſcire leges,† l.leges,ſacratiſſimæ,
C.de legib.l.conſtitutiones,C.de iu.& facti igno. l.iu-
ris ignoranria,vbi Doc.C. qui admitti.& talis ignorã
tia iuris dicitur lata culpa. Bar. in l.liberorum,§.notã-
tur,ff. de his qui notan. infam.in l. quod Nerua, col.6.
verſi. iuxta prædicta,ff.depoſit. Alex.in conſ.77.col.2.
vol.3.Rim.in conſi.612.nu.56. Menoc.conſi.160.nu.9.
Rot.deciſ.428.nu.2.in 1.par.Decian.in conſ.33.nu.35.
51 vol.1.ſic dicimus errorem iuris non præſumi,l.ſi† hæ-
res ab eo,§.fi.ff.ad Treb.Bar.in l.non faretur,ff.de con-
feſſ.Crau.in conſ.390.nu.16.conſ.786.nu.12.conſ.861.
nu.10.Rui.in conſ.128.nu.7.in 2.Marcobrun. in conſi.
86.nu.91.Men.conſ.124.nu.117.Propterea qui dicit ſe
erraſſe in iure, tenetur non ſolu allegare errorem,ſicu
ti præſumptio allegari debet,l.ſi adulterium cum ince
ſtu,§.idem Pollioni,ff.de adul.Bec.conſ.70.nu.16. dixi
in conſ.149.nu.8.Rim.in conſi.612.nu.57. vbi proprie
loquitur de errore iuris. Crau.conſ.376.nu.15. & Ber-
taa.in conſil.122.nu.7. vbi tñ loquitur de errore facti,
52 ſed etiam renetur probare.† Bar.in l.2.col.pen.verſic.
quæro qualiter probabitur,ff.de confeſſ.in l.ſed ſi lege,
§.ſcire,ff.de hær.ver.ad vnum tamen aduerte, vbi etiã
Ang.in prin.Butr.in cap.grauis,col.3. verſi. ſed hic eſt
dubium,de reſtitut.ſpol.ſequitur Imol.ibi,nu.3. Alex.
Aret.Fel.Curt.iun.Ruin.Balb.Bertr.& alij,quos citat,
ſequitur Lambert.de cõtract. cor. qui ſine cert. quant.
gl.1.nu.131.& dicit Corn. in conſ.136.col.3.volum.2.
qood allegãs iuris ignorantiam,tenetur probare.De-
cian.conſ.73.in fi.vol.2.Rim.conſ.612.nu.58.& conſil.
626.nu.18.Men.qui de iuris errore loquitur, in eo qui
conſenſit inueſtiri alium de feudo ad ſe pertinente, in
conſ.401.nu.41.Maſcard.de prob.concl.78.nu 7.qui-
nimò non ſufficeret probare errorem niſi etiã probet
ſe motum fuiſſe eo errore ad conſentiendum,vel tacẽ-
53 dum.†Bar.in l.inter omnes,§.recte,circa finẽ,ff.de fur.
Ang.Imol.& Raph.in l.ex conſenſu,§.fi.ff. de appellat.
Tiraq.in tract.de pœn.temper.cau.43.nu.9. alios cita
ut in conſ.149.nu.9.Rim.d.conſi.612.num.58.

Et ſi dicatur ſatis de errore conſtare,poſtquam ap-
paret rem aliter ſe habere,ideo feudum ad Corſinum,
non ad dictas mulieres ſpectare,vt dictum eſt ſupra ꝓ
contraria parte. Reſpondeo, quod illud procedit, qñ
agimus de facti errore, & ita loquitur Bar.in d.l. nõ fa
tetur,qui loquendo qualiter probetur error facti,lon-
gam ponit diſtinctionẽ,ſed nu.12.dum tractat de pro-
bando iuris errorem,nõ quo ſupra dixerat modo, ſed
aliter reſoluit,dicens, quod ex qualitate facti,& perſo
narum deprehenditur,non autem ex eo q̃ rem conſtet
aliter ſe habere; & hãc diſtinctionem inter iuris & fa-
54 cti errorem,probat † Ruin.d. conſ.128.nu.7.in 1.vol.
Præterea aduerſatur,quod tunc probatur error demõ
ſtrando rem aliter ſe habere quando tractamus de er
rore confeſſionis, eo enim caſu ſi vnum credidi ſic eſ-
ſe,quod non ita erat,certe dico erraſſe, & patet error
ex dicta probatione, at ſi non agimus de confeſſione,
ſed de facto aliquo, puta de renunciatione iuris, licet
conſtet,quod renuncianti ius competeret, non tamen
per hoc dicet quiſpiam probatum eſſe errorem,ſed ali
ter demonſtrandum erit,quòd per errorem fecerit.

Secundo ad principale argumentum reſpondeo, q
hæredes Corſini non poſſunt allegare qđ Corſinus iu-
ra ignorauerit,vel crediderit feudum iure ad eas mu-
lieres non ad ſe ſpectare, quia hoc conſiſtebat in aio,
& voluntate Corſini, hæres autem non poteſt volunta
55 tem,& animum defuncti declarare,† gl. in l. idẽ Pom
ponius ſcribit,ſi frumentum,§.fi.ff.de rei vendic. Bart.
in l.inter ſtipulantem, §.1. vbi ẽt Iaſ.ff. de verb.oblig.
Bart.Ang.Alex. & Aret.in l.naturaliter,§. nihil cõe,ff.
de acq.poſ.vbi Iaſ.nu.96.& Ripa,nu.139. vbi dicit cõ-
munem. Natta in conſ.439.nu.8.eandem communem
dicit Alex. ibi,nu.52. Fabius nu.96. Bolognin.nu.68.
Claud.Mariner.nu.140.& Hormanot.nu.78.Bar.in l.
edita,nu.9.C.de eden.vbi Iaſ.nu.29.Corn.nu.20.Cur.
ſen.nu.61.Curt.iun.nu.140.Vimereat.num.94.Bec.in
conſ.70.nu.19.Tiraq.in l.ſi vnquam, in verſ.Reuerta-
tur,nu.302.C. de reuoc.don. Card. Mant. de coniect.
vlt. vol.lib.2.tit.15.nu.25. & hoc præcipue verum eſt,
qñ agitur de præiudicio tertij, cui medio tempore ius
fuit quæſitum: nam tunc hæres non declarat defuncti
voluntatem.Bart.in l.ſi quis à filio,§.ſi quis plures,nu.
1.ff.de legat.1.quem ſequuntur omnes Doct.vt inquit
Iaſ.nu.4.Abb.in conſ.80.nu.5.ver.prærerea,vol.1.de-
clarat Card.Mant.loco prædicto,nu.24.& rõ eſt,quia
voluntas morte expirat,l.4.ff.locati. & hic agimus ve
re de declarando quo animo,vel qua intẽtione,& qua
ratione Corſinus tacuerit, vel conſenſerit inueſtituræ
factæ Mariæ,& ſorori, non autem de reuocando erro-
re,quia ignoramus ſi errauerit vel non: & poteſt eſſe,
quod vltra præſumptam iuris ſcientiam, vere ille ſci-
uerit feudum ad ſe ſpectare,ſed quia adeſſent DD cõ-
tradicentes,& de vtilitate neptis agebatur,non cura-
uerit de proprio præiudicio.Et ideo licet prætextu er-
56 roris poſſit hæres reuocare confeſſionem † defuncti, p
text. in l.nõ icciteo,C.de iu.& facti ign.Bal.in l.error,
in fi.C.eod.tit.Iaſ.d.§.ſi quis plures,nu.6.Afflict.deciſ.
233.Rui.in conſ.76.nu.14.vol.3. Cæph.cõſ.537.nu.13.
& 28.Men.in conſ.89.nu.19. tñ procedit id,qñ conſtat
confeſſionem erroneam fuiſſe, atq; ita teſtatorẽ erraſ-
ſe, at in propoſito non conſtat quod teſtator fecerit p
errorẽ,vel ignorauerit iuris diſpoſitionem, quę igno-
rantia eſt neceſſaria,vt dicamus illũ erraſſe,propterea
bene dixit Becius in conſ.70.nu.19. quod hæres nõ po
teſt contra defuncti confeſſionem allegare quod fue-
57 rit facta tormentorum metu: † quia hoc modo eſſet
declaratio volunratis quæ non tranſit in hæredem.

Reſpondeo tertio, quod in caſu noſtro ſi ſubeſſet iu
ris error,ille non impediret curſum anni, & præiudi-
cium quod ex curſu poteſt inſerri, qood locus eſſet re-
ſtitutioni in integrum,vt in ſimili dixit Ang.in l.Clo-
dius,in fi.ff.de acq.hær.vbi dicit,quod hæredi erranti
in iure ſuccurritur per reſtitutionem in integrum,ex
Clauſula generali,Si qua mihi iuſta cauſa, puta, quia
58 non potuit cõſulere peritiores,idem probauit † Imo-
la ibi,in fine,& defendit Aret.in l.pen.ver. extra dicta
Bartoli,dicens,quod opinio Ang. & Imolæ eſt proba-
bilis,& loquuntur in eo qui tẽporis lapſu eſt excluſus,
voluntque oon admitti hæredem, niſi per remedium
reſtitu-

reſtitutionis,& pro hac parte ſtare videtur Caſtr. ibi,
in fine,qui fortius vult,quod nec etiam per reſtitutio-
nem prouideatur hæredi: quia error iuris non præbet
iuſtam cauſam reſtitutionis,& ideoquamuis de præ-
dictis non meminerit Purpur.in conſil.367.nu.86. di-
cit, quod agnato qui paſſus eſt remotiorem inueſtiri,
non conceditur reſtitutio in integrum,propter erroré
59 iuris,† quia præſumpta ſcientia impedit reſtitutio-
nem,& multi alij volunt,quod error iuris non ſit iuſta
60 cauſa reſtituendi: quia omni caſu eſt culpoſus,† Bart.
in l.cum fideicommiſſum,num.4.ff.de confeſſ. & idem
Barto.in l.1.§.quod dictum,ff.de ſeparat.vult cauſam
requiri iuſtiſſimam, vt detur reſtitutio aduerſus iuris
errorem,Decian.in conſ.18.nu.260.vol.1.& in cõſ.46.
nu.147.vol.2.& dixit Barto.in l.auunculo,col.penult.
ff.de cond.ſine cauſ.quod vbi iuſtiſſima cauſa requiri-
tur,nunquã ſufficit iuris error,etiam ſi agatur de dam
no vitando. ſequitur Aret.in d.l.Clodius,col.fin.verſ.
& tene menti hunc articulum.

Nec dicatur, quod prædicta procederent, ſi agere-
tur de lucro captando,at vbi tractatur de vitando dã-
no,tũc error iuris excuſat, quemadmodum ſupra pro
cõtraria parte oſtendimus, & ſatis dicitur agi de dã-
no vitando, quando iam Corſinus erat in eum caſum
vocatus ad feudum ex inueſtitura paterna,quia ré ha
bere videtur,qui actionem habet ad rem,l.qui actio-
nem,ff.de regu.iur.& lucrum iam quæſitum ſi amitta-
tur,dicitur agi de damno vitãdo,vt dixi ſupra in verſ.
rurſus dicitur. addo Aret.in d.l.Clodius,§.fin.quoniã
ad hoc reſpondeo,quod verum eſt, quãdo verè eſt dã-
num, vt quia ſibi deperit aliquid actualiter, vt quãdo
ſoluit indebitum, ſed qñ agimus de perditione actio-
nis quæ competebat, tunc potius dicitur agi de lucro
captando,quam de damno: & ſi potuit conſulere pe-
ritiores,reſtitutio non datur propter talem errorem,
61 ita † diſtinguendo determinat Oddus in tract.de re-
ſtitut.par.1.q.8.artic.11.nu.88.& 93.& ratio eſt:quia
acquirens id quod eſt ſibi quaſi debitum,lucratur, ſe-
cundum Barto. in l.3.in fi.C.de iuris & facti ignoran.
vbi ait,de tali re iudicari tanquam de lucro;& ſubdit
eſſe notãdum, & Bal. ibi dicit,quod quidquid eſt me-
dium inter verum lucrum, & verum debitum, iudica-
tur tanquam lucrum: & huius naturæ eſt actio, quæ
competit vaſſallo ad feudum.

Reſpondetur ſecundo, quod vbi agitur de captãdo
lucro,tunc iuris error non excuſat,niſi etiam concur-
rat ea qualitas, quod errans non potuerat conſulere
peritiores: nam ſi potuit conſulere,non reſtituitur,vt
per Auge.Caſtr.Imolam,& Aret.in d.l.Clodius,quan
do autem agitur de damno,ſat eſt quod detur reſtitu-
tio etiamſi potuiſſet peritiores conſulere, ſed non ip-
ſo iure prodeſt verum requiritur reſtitutio. At in fa-
cto nulla eſt petita reſtitutio, quæ tamen concedi non
62 poteſt,niſi petatur,†ſecundum Imol.in cap.cum veniſ
ſent,de inſtit.Zabar.Clem.1.nu.2. de reſtit. in integr.
Roman.in Singul.462.vbi addition.multos addit,Vi-
talin.d.Clem.1.nu.31.Rebuff.in tit.de reſtit.in integr.
artic.1.gloſ.3.nu.27.

Quarto reſpondeo,quod error iuris poteſt quidem
allegari, quando tractaremus de renunciatione, vel
pacto,quia tunc circumſcripto cõſenſu deſtruitur pa-
ctum,& per errorem iuris tollitur conſenſus,à quo pa
ctum vires ſumit: ſed non ita eſt quando excluditur
temporis lapſu, tunc enim quia excluſio nõ fundatur
ſuper conſenſu, nihil refert quod errauerit, vel nõ er-
rauerit, quemadmodum ſupra probatum eſt, in verſ.
etſi dicatur error.

Quod ſi opponatur non minus errorem iuris excu-
ſare in caſibus quibus ille præſumitur, quam excuſet
error facti,eaque ratione ſicuti annus nõ currit igno-
rãti factum,vt in d.§.Titius,cum multis ſupra citatis,
præcipuè Oſaſc. d. deciſio.176. ita non debet currere
contra eum,qui ignorauit ius, reſpõdeo,qđ vbi ſubeſt
facti ignorantia, nihil eſt quod imputari poſſit agna-
to,ſecus quando ſubeſſet ignorãtia iuris, quia ea nun-
quam eſt ſine culpa, ſi is potuit conſulere peritiores,
vt per Barto. & alios, in d.l.Clodius,& ſi lex voluiſſet
iuris errorem impedire curſum anni,hoc dixiſſet.

Secundo reſpondeo, etiam admiſſo quod iuris er-
ror impediat curſum anni,id tamen procederet,quan
do probaretur tacuiſſe eum ob prædictum iuris erro-
rem, ſed in dubio non præſumitur ea de cauſa tacuiſ-
ſe,nec aduerſus curſum præſumitur error iuris,nec ali
quis ex Doctoribus in hoc articulo de curſu anni au-
det ponere hanc limitationem, quam tamen omnes
ponunt qñ agitur de conſenſu,vt per gl. & Doct. in d.
§.præterea, quib.mod.feud.amit.& ſicuti ibi limitãt,
ita limitarent in hoc caſu. Non omitto,quod ſi circa
curſum anni præſumeretur taciturnitas proueniſſe ex
iuris errore, & ideo excuſatione dignus eſſet cenſen-
dus vaſſallus,vtique nunquam eſſet locus deciſioni il-
lius textus, quæ tamen procedit etiam aduerſus mi-
norem,vt per Bero.in d.cõſ.68.col.penult.vol.1.Ioan.
Baptiſta Surdus,d.§.Titius,nu.21.& tamen in minore
63 non ſolum præſumitur facti ignorantia,† l.ſi quis pa-
trem,ff.ad Macedon.dixi conſil.251.nu.16.ſed facilius
admittitur ignorantia iuris, quam in alijs, vt paſſim
dicunt Doctores,non ergo quod dicitur in cõſentien-
te trahi debet ad tacentem,cum maior ſit legis exclu-
ſio cauſata à tempore,quam hominis.

Vnum ſupereſt,quod etiam poſſet contra prædicta
allegari, quod ſcilicet reſpectu reſcriptionis triginta
annorum ea non potuit currere aduerſus Corſinum,
qui erat minor tempore,quo cœpta eſt,nam tẽpus mi-
noris ætatis ſubducitur, & præſcriptio ipſo iure dor-
64 mit, & nõ currit, † adeo quod non eſt opus reſtitutio-
ne,l.fi.C.in quib. cauſis in integr.reſtit. non eſt neceſſ.
Brun. in conſil.67.nu.9. & idem videtur tenere Curt.
ſen.in conſ.83.col.5. verſ.& cũ præſcriptio,vbi diſtin-
guit, an præſcriptio ſit contra minorem inchoata, vel
contra patrem maioré,Pariſ.in conſ.23.nu.195.vol.1.
Oddus de præſcrip.q.90.in 1.artic.nu.3.ſed hoc quo-
que tollitur primo,quia etiã contra minorem inchoa-
ri poteſt præſcriptio ſi tamé ſit adultus,licet detur re-
ſtitutio,quidquid ſit contra pupillum,l.etiam ei, ff.de
minorib.l.fi.vbi gl.Bar.Bald.& alij omnes, C. in quib.
cauſ.in integr. reſtit. nõ eſt neceſſ.vbi diſtinguunt in-
ter triginta annorum præſcriptioné,& aliã breuioris
65 temporis,† probat Balb.in tracta.præſcript.in 6.par.
in princ.Caſu 23.nu.29.& num.37. verſ.prædictæ tres
Regulæ, vbi inter adultum, & pupillum diſtinguit in
præſcriptione triginta annorum. ſequitur Tiraq. de
retract. conſang.§.35.gl.2. nu.1. vbi ſequitur Balbum
in præcitato loco,& in tracta.præſcript. in verſ.mino-
res,gl.9.Affl.de iure protomiſ.in verſic.infra triginta,
nu.41.Bald.in c.1.§.1. quo tempore miles, & hãc dicit
cõem Alex.in conſ.65.nu.33.vol.6. vbi dicit cõiter re-
probari Bartolum, diſtinguenté inter lucrum & dam
num, & cum hac tanquam communi tranſit Becius in
tract.de ſtatut.Vrbis præſcript.gl.19.nu.36. vnde non
eſt curandum de ſupradictis contrarium tenentibus.

Secundo tollitur obiectum, quia tantum temporis
lapſum eſt quod ſubducta etiam minori ætate, inter-
uenit tempus habile ad præſcribendum,ideſt triginta
anni,& vltra,ſi recta fiat ſupputatio,quod anno 1526.
Corſinus excedebat decimumquartum annũ, & anno
1538. factus erat de neceſſitate maior, atque ita ſi in-
cipiamus præſcriptioné in anno 1538. erant lapſi an-
ni quin-

ni quinquagintaquinque, & vltra, vnde nõ aliud eſſet nunc quam reuangare niundum ſi Corſini hæres admitteretur ad reuocandum feudum de quo agimus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum factum inter liberos fingitur habere clauſulam derogatoriam ad omnia ſequentia.*
2 *Teſtamentum primum inter liberos, non reuocatur per ſecundum, quando primum eſt filijs magis fauorabile.*
3 *Fideicommiſſum fauore agnationis iudicatur fauorabile.*
4 *Teſtamenti publicatio eſt neceſſaria ad illius validitatem.*
5 *Publicatio teſtamenti non præſumitur.*
6 *Fideicõmiſſum non ſolum in caſum expreſſum, ſed etiam in caſum mortis, videtur inductum per prohibitionem alienationis cum ratione, vt bona perpetuò remaneant in familia.*
7 *Fideicommiſſum non extare in dubio iudicandum eſt.*
8 *Teſtamentum primum reuocatur ipſo iure per ſecundum.*
9 *Teſtamento ſecundo non ſolum inſtitutio facta in primo, ſed etiam legata, & fideicommiſſa tolluntur.*
10 *Teſtamentum primum inter liberos ſicut tacitè continet Clauſulam derogatoriam ad ſequentia, ita ſecundum habet à lege Clauſulam derogatoriam ad præcedentia.*
11 *Teſtamentum filijs magis fauorabile ſeruandum eſt, ſiue illud ſit primum ſiue ſecundum.*
12 *Fideicommiſſum dicitur onus.*
13 *Odioſum reputatur fideicommiſſum quoad grauatos.*
14 *Liberis hominibus non eſt rerum ſuarum adminiſtratio auferenda.*
15 *Teſtator poteſt rei ſuæ onera, quæ vult adijcere, nec per hoc videtur filijs iniuriam facere.*
16 *Filij viuente patre dicuntur quaſi domini.*
17 *Hæreditas patris nunquam eſt iacens.*
18 *Teſtamentum illud dicitur filijs fauorabilius, in quo pater eos minus grauauit.*
19 *Læſio conſideratur in onere reciproco, quãdo non eſt æqualis ſpei ratio.*
20 *Teſtamentum ſecundum inter liberos præfertur primo, vbi fauor eſt æqualis.*
21 *Remiſſio fideicommiſſi reciproci eſt fauorabilis.*
22 *Contrariorum contraria eſt ratio, & contrarius effectus.*
23 *Publicatio teſtamenti præſumitur quando in fine teſtamenti adeſt Clauſula actum in tali loco.*
24 *Publicatio continet teſtamenti ſolẽnitatem, non voluntatem concernit.*
25 *Publicatio non eſt neceſſaria in teſtamento inter liberos.*
26 *Teſtis vnicus plenè probat contra producentem.*
27 *Teſtamentum ſcriptum manu notarij cum clauſula actum in tali loco, poteſt de iudicis mandato releuari, etiamſi non fuerit repertum regiſtratum in libro.*
28 *Clauſula, Et cetera, in inſtrumento poſita, includit ſolum clauſulas, quæ ſunt de natura actus.*
29 *Notarius cui ſunt commiſſæ rogationes notarij defuncti, non poteſt ſine iudicis mãdato extendere Clauſulas ceteratas.*
30 *Stylus notarij debet probari, nec ſufficit vnus actus, qui præceſſit, ſed plures requiruntur.*
31 *Fideicommiſſum abſolutum non inducitur per Clauſulam, vt bona conſeruentur in familia.*

CONSILIVM CCCL.

EX primo teſtamento Dom. Peregrini Ruffini Regienſis, rectè videtur agere D. Alexander Ruffinus vigore fideicõmiſſi contra filias D. Ioannis eius fratris, non obſtante ſecundo teſtamento, quia nullius eſt valoris, ex quo nõ facit expreſſam mentionem de primo, ꝙ tanquam factum inter liberos, habere fingitur Clauſulã deroga-
1 toriam ad † omnia ſequentia, Auth. hoc inter liberos, vbi Doct. C. de teſtam. Curt. iun. in conſ. 169. nu. 8. Socin. iun. in conſ. 183. nu. 35. vol. 2. cum multis ſimilibus, & quamuis ſecundum quoque teſtamentum ſit inter liberos, tamen quia primum eſt filijs magis fauorabi-
2 le, non fuit reuocatum per ſecundum, † Bal. d. Authen. Hoc inter, nu. 4. Corn. in conſil. 31. nu. 19. vol. 2. multos citat Menoch. lib. 4. præſumpt. 166. nu. 62. verſ. tertia eſt opinio, Craſſ. in §. teſtamentum, q. 86. nu. 7. Simon de vlt. volunt. lib. 4. interpret. 3. dubit. 2. nu. 4. fol. mihi 460. dicitur autem fauorabile, quia continet fideicommiſſum agnationis fauore, quod iudicatur fauorabi-
3 le, † vt latè per Card. Mant. de coniect. vlt. volũt. lib. 7. tit. 1. per totum, vbi citat multos, præcipuè quando fideicommiſſum eſt reciprocum, quia tunc nullum videtur continere grauamen, per ea quæ ponunt Doctores in l. de fideicommiſſo, C. de tranſact.

Præterea ſecundum teſtamentum non videtur validum, quia non legitur publicatum, eſt enim neceſſa-
4 ria publicatio, † l. fideicommiſſa, §. 1. vbi gl. ff. de leg. 3. Barto. in l. ſi is qui, vbi etiam Caſtr. ff. de teſta. & multi alij adiũt. & in dubio publicatio non præſumitur
5 † glo. in d. §. 1. quam dicit mirabilem, Bal. in l. ſtatutis, ante nu. 1. C. de ſent. ex breuicul. recit. Felin. in cap. 1. num. 16. in ſi. de fide inſtrum.

Demum videtur, quod in ſecundo teſtamẽto extet fideicõmiſſum fauore agnationis ſicut in primo, adeſt etenim Clauſula, per quam prohibet teſtator, ne bona in fiſcum tranſeant in caſu delicti, quæ videtur iuxta ſtylum notarij extendenda, cum ea ratione, quæ in primo legitur teſtamento, vt bona perpetuo remaneant in familia, quæ ratio ſolet fideicommiſſum inducere, non ſolum in caſum expreſſum, ſed etiá in caſum mor-
6 tis, † vt per multa probat Menoch. in conſi. 197. nu. 9. io 2. q. per totam, vbi vult, nullam dari differentiã inter caſum quo dictum eſt, vt bona conſeruentur in familia, & alium, quia vult bona conſeruari in familia, & in conſ. 333. nu. 52. Ruin. in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 62. ff. de leg. 1. communem dicit Petra, in tracta. de fideicomm. ob probib. alien. q. 5. nu. 110. quę ſententia confirmatur ex dictione, in perpetuum, quæ fuit adiecta, & de cuius virtute multa ponit Petra, dicta quæſt. 5. num. 13.

Accedit, quod in eodem teſtamento filiæ prædictæ iuſſæ fuerunt aliud non petere ab hæredibus ſcriptis, vel eorum ſucceſſoribus, ſignum euidens, quod teſtator non voluit neptes ſuas poſſe ſuccedere filijs inſtitutis, & conſequenter bona ſubiacere fideicommiſſo.

Iſtis tamen non repugnantibus, veriorem arbitror contrariam ſententiam, & allegato fideicommiſſo nõ eſſe locum, ſed bona omnia ad filias Dom. Ioan. ſpectare, quæ patri ab inteſtato ſucceſſerunt, & qui fideicommiſſum allegat, probare tenetur, Iaſ. in l. ex tribus, C. de inoffic. teſtam. Dec. conſil 465. num. 14. & in dubio iudicandum eſt fideicommiſſum non extare,
7 † Crauet. conſil. 180. in fine, Rolan. conſil. 46. volum. 3. Ceph. in conſil. 45. nu. 12. Et non obſtat primum teſtamentum, in quo legitur ſubſtitutio, quia vbi ſecũdum teſtamentum aliqua ratione ſuſtineri non poſſet, vt quia extra filcias fuerit repertum, vel careret ſolẽnitate aliqua, hoc quoque iiſdem rationibus nullum eſſet, cum Notarius, qui releuauit, atteſtetur in ſua depoſitione, vtrũque ex eodem loco habuiſſe; quocirca, vel vtrumque validum eſt, vel vtrumque nullum, nec vnum, & idem obiectum poteſt vni obſtare, quin alterũ quoque vitiet: id quod volui dixiſſe, vt ſciat aduerſarius, opponendo contra ſecundum teſtamentũ, ſuo ſe gladio interficere.

Secundo reſpondeo, quod primum teſtamentum reuo-

reuocatum fuit ipſo iure per ſecundum, ſecundũ cõem
8 regulam,† de qua in §.poſteriore, Inſtit.quib.mod.te-
ſta.infir.l.ſi quis priore, ff.ad Treb.l.ſi iure, ff.de leg.3.
cum infinitis ſimilib. & dicit Iaſ.in l.duob.§.idẽ Pom-
ponius, in 2.not.ff.de iureiur. quod habens ſecundum
teſtm̃, dr̃ habere intentionem fundatam. Dec.in conſi.
475.nu.2.& procedit etiam, ſi in ſecundo teſtõ ille idẽ
ſit inſtitutus, qui in primo ſcriptus erat, l.3.§. item ſi
ipſe, ff.ſi cui plus quam per leg.Falcid. Natta in Auth.
Hoc inter, nu.1.C.de teſta. vbi alijs modis ampliat, &
per ſecundum teſtamentum non ſolum inſtitutio, ſed
9 etiam legata, & fideicommiſſa tolluntur, † l.3.§.pen.
vbi glo. in verſic. ſcriptus, ff. ſi cui plus quam per leg.
Falc.glo.in l.hæredes palam, §.ſi quid poſt, in verſ.om-
nia, ff.de teſta.Nat.d. Auth.Hoc inter, nu.88.vbi refert
Bal. multis in locis. Et ſi vnum legatum ſit in nouo te-
ſtamento mutatum, non per hoc reliqua cenſentur cõ
firmata.Caſtr.d.§.ſi quid poſt. Nat.in conſi.484.nu.4.
& 5.Card.Mant. de coniect.vlt.vol.lib.12.tit.1.nu.36.
& ſeq.vbi ſubdit onus fideicõmiſſi, vel probibitę alie-
nationis, quod fuerat in primo teſtamento appoſitũ
inſtitutioni vel legato, non cenſeri repetitum in ſecun
do relicto ſimpliciter facto, quod facit ad caſum no-
ſtrũ reſpectu allegatæ ſubſtitut. Oddo conſi.89.nu.36.

Et quamuis primum teſtm̃ cenſeatur habere Clau
ſulam derogatoriam ad ſequentia, qñ factum eſt inter
liberos, hoc tñ procedit ſolum, qñ in ſecundo teſtõ in-
ſtituti ſunt extranei, vel ſi ſint liberi inſtituti, ſecundũ
eſt eis minus fauorabile quam primum; cum enim in
vtroque inſtituti ſint filij, æqualitas fauoris mutuo ſe
confundit, adeo, ꝙ locus eſt iuri cõi, l.ſed & milites, in
princ.ff.de excuſ.tutor. præterea ſicuti primum conti-
net tacitè Clauſulam derogatoriam ad præcedentia,
10 † vt volunt DD.communiter, præcipue Iaſ.in l.ſanci-
mus, in 7.limitat.C.de teſtam.Socin.iun.in conſi.124.
num.31.vol.1. Latè Simon de Pretis de interpret.vlti.
volun.lib.4. interpret.3. dub.2.nu.3. fol.460.vbi citat
Bero.Didac.Ioſeph.Ludo.& alios, Card.Mantica, de
coniectur.vlt.volun.lib.12.tit.8.num.29. Oddo conſil.
89.nu.59.Cardin.Mãtica lib.6.tit.2.nu.19. propterea
non minus fauendum eſt ſecundo contra primum te-
ſtamentum, quam primo contra ſecundum.

Et eſt generalis, & approbata ab omnib. reſolutio,
quod vbi duo ſunt teſtamẽta inter liberos facta, illud
ſeruandum eſt quod filijs eſt magis fauorabile, ſiue il-
lud primum ſit, ſiue ſecundum, & hæc fuit originalis
11 diſtinctio † Baldi, in d. Auth. hoc inter liberos, quem
ſequuntur ibi Ang.Caſtr.Sali.Fulg. Corn.& Iaſ.Rom.
in conſi.385.col.1. hanc item probarunt Corneus, Ri-
minal.ſen.Dec.Socin.iun. Grat.Pariſ.& Crau, quos ci
tat, & ſequitur dicens communem, & tenendã Simon
d.dubitat.2.nu.4. Hanc ẽt multos allegans dicit cre-
briorem, & tenendã in iudicando, & cõſulendo Achil.
Perſonal.in tract.de petit.hæred.nu.578. & num.615.
Clarus §.teſtamentum, quæſt.98. vbi alios addens am
pliat etiam, ſi ſecundum magis fauorabile ſit minus
ſolenne, & primũ habeat omnes ſolennitates. Craſſ.
in §.teſtamentum, q.86. nu.7. vbi multos cumulat, &
nu.8.ampliat modo proxime dicto; & hanc tanquam
æquitati conſentaneam amplexus eſt Menoc.in tract.
præſumpt.lib.4. præſump.166.num.62.verſi.tertia eſt
opinio.Decian.in conſil.34.num.2.vol.1. & hanc com
munem eſſe, & teneri ab omnibus indifferenter, teſta-
tur Oddo, in conſil.89.num.60.vbi multos addit.

In facto autem ſecundum eſt filijs fauorabilius, ex
duobus præcipue fundamentis. primum eſt, quod in
primo filij erant grauati fideicommiſſo, & plurib.ſub-
ſtitutionibus, cum tamen in ſecundo libera illis reli-
cta ſit bonorum diſpoſitio, fideicommiſſum enim dr̃
12 onus, † l.cohæredi, §.cũ filio, ff.de vulg.& ibi Iaſ.nu.12.
alios citat Rimin.conſi.50.nu.3.& conſi.358.nu.94.&
conſi.279.nu.137.& poſſent infinitæ authoritates alle
gari quas ſciens omitto, & quamuis multis in caſibus
DD.dicant, fideicommiſſum eſſe fauorabile, tñ hoc eſt
reſpectu ipſius teſtatoris, cuius voluntati lex fauet
quantum poteſt, vt §.diſponat, in Auth.de nuptijs: vel
ẽt reſpectu eorum, qui in ſubſtitutione vocati ſunt, ſed
quoad ipſos grauatos, ſemper fideicommiſſum repu-
13 tatur odioſum, † & ſemper continet odium. Iaſ.conſi.
203.col.4 verſ.non obſtat ſecundo, vol.2.Dec.in conſi.
95.nu.5.vbi quòd ex parte grauati còntinet onus. So-
cin.iun.conſi.168.nu.91.vol.2.Crot.in l.filiusfamilias,
§.Diui, num.54.in fine, ff.de leg.1.Natta in conſil.602.
nu.16.& 17.& late ſic diſtinguendo explicat Cardin.
Mantica, de coniectur.vlt.vol.lib.7.tit.1. nu.30. clare
Menoch.de præſump.lib.4. præſump.67.nu.24.latiſſi-
me Simon lib.3.interpr.3.ſolu.3.nu.1.& ſeq.folio mihi
275.vbi ſuſtinet dici odioſum quoad grauatum, & fa-
uorabile quoad teſtatorem, & eos quibus fieri debet
reſtitutio.Cæph.in conſi.607.nu.59.Peregrin.in tract.
de fideic.art.1.nu.23.& 27.& ratio eſt: quia liberis ho
minibus non eſt rerum ſuarum adminiſtratio auferen
14 da, † l.non vſq; adeo, ff.ſi quis à paren.fuer.manumiſ.
l.nemo exterus, C.de iudic.& cuique debet eſſe liberũ
bona ſua alienare, l.dudum, C.de contrah.empt. Rol.
in conſi.62.nu.23.vol.1. nec dicatur quod teſtator po-
teſt rei ſuę onera, quę vult adijcere, nec per hoc vr̃ filijs
15 iniuriã facere, † l.in traditionibus, C.de pact. Becius
in conſil.101.nu.25.& ſeq. nam filij etiam viuente pr̃e
16 dicuntur † quaſi domini, l.fin. C. de impub. vbi quòd
vnum vr̃ patrimonium, & vnum æſtimum, gloſ.in l.2.
C.qui ætat.ſe excuſ.lib.10. Iaſ.in l.ſciendum, num.25.
ff.qui ſatiſd.cogan. vbi dicit eam cõmunem. Vaſq.de
ſucceſſ.creatio.§.19.nu.15.& in filium continuatur do
minium, §.ſui, Inſtit.de hæred. ab inteſta. gl.in l.cum
hæreditas, C.depoſit.vbi dicit, quòd patris hæreditas
17 nunquam eſt iacens.† Corn.in l.3. C.de iur.delib.Iaſ.
in l.in ſuis, ff.de liber. & poſth. Gomeſ.variar.reſolut.
lib.1.cap.9.nu.17.ideo non minor fit iniuria filio quã-
do grauatur onere reſtitutionis à patre, quã ſi graua-
retur in bonis aduentitijs. & in ſpecie quod illud te-
ſtamẽtum dicatur filijs fauorabilius, in quo pater eos
18 minus grauauit, † voluit Caſtr. in d.Auth. hoc inter,
nu.1.in fi.Natta in ead.Auth.nu.3.vbi illud inquit ma
gis fauorabile, quòd minora continet legatorum one
ra.Decian.in conſi.34.nu.2.vol.1. vbi quando in ſecũ-
do adempta ſunt legata ſcripta in primo. Oddo, conſ.
89.nu.62.& magis ad rem noſtram dicit Socin.iun. in
conſi.127.nu.11.& 18.vol.1.quod dicitur magis fauo-
rabile ſecundum teſtamentum per quod reuocatum
fuit fideicommiſſum factum in primo, nu.12. loquitur
etiam in fideicõmiſſo reciproco, ſic poſt Bap.de Sãcto
Blaſ. dixit Simon d.dubit.2.nu.5.fol.460.quod dici-
tur minus fauorabile illud, quod continet fideicom-
miſſum. in propoſito igitur cũ in primo facta fuerint
plura fideicommiſſa, & plures ſubſtitutiones, ſecun-
dum vero careat eiuſmodi oneribus, fatendum eſt ſe-
cundum tamquam fauorabilius præualere primo.

Nec refert quod fideicommiſſum contentum in pri
mo ſit reciprocum, atque ideo non grauet: quia reſpõ
deo pluribus modis: primo, quod etſi reciprocum fi-
deicommiſſum minus oneris afferat, quam ſi eſſet ad
fauorem vnius tantum partis ordinatum, tamen ma-
gis grauat quam ſi relinquantur filijs bona liberè, &
ſine onere, vt de ſe patet, & nemo eſt tam fatuus, qui
nõ eligat bona ſine onere, quam cum reciproco onere.

Secundo reſpondeo, quod etſi regulariter nõ detur
ant conſideretur læſio qñ ex euentu poteſt lucru ſicuti
damnum

Google

damnum prouenire, vt in iuribus allegatis, in contra-
rium tamen fallit, quando non eſt æqualis ſpei ratio,
vt quando vnus eſt ſenex & alter iuuenis, vel vnus cũ
ſpe prolis, alter ſine, tunc enim dicitur lædi & grauari
is, qui eſt ſenior, vel ſuſcipiendæ prolis ſpe deſtitutus,
19 † vt declarat Dec. in d. l. de fideicommiſſo, nu. 3. C. de
tranſac. ſed ante eũ voluit ibi Fulgoſ. in fine, & Claud.
nu. 8. ſic etiam voluit Cuma. conſil. 115. nu. 5. Oddo in
tract. de reſtit. in integr. q. 85. nu. 28. in facto autem im
par erat ratio ſpei, nam cum ſoli maſculi eſſent ſubſti-
tuti, Ioannes tres habebat maſculos, Alexander vero
ſolas feminas, cum quibus poſtea deceſſit nullis reli-
ctis maſculis, atque ideo inæqualis erat ſpes lucri &
damni, inſpecto eo ſtatu qui debet attendi in æſtiman
da læſione, quidquid inde ſequi poſſet, vt per DD. in
l. 2. C. de reſcind. vendit. Ioannes enim erat certus de
maſculina prole, & Alexander incertus.

Tertio vbi etiam extaret æqualitas, adhuc tamen
ſecundum teſtamẽtum præfertur primo, vbi fauor eſt
20 æqualis, † vt inquit glo. in §. & ſiquidem, in verſ. perfe-
cta, in Auth. de imperfect. teſta. Soc. iun. referẽs alios,
in conſ. 124. nu. 33. vol. 1. vbi allegat Bal. Salic. & alios,
& communem dicit Card. Mantica, d. lib. 6. tit. 2. nu.
19. in fine. Oddo, d. conſil. 89. num. 61. vbi etiam dicit
communem, quod vbicunque par eſt fauor, tunc ſecun
dum teſtamentum præualet primo.

Et in ſpecie, quod etiam reciprocum fideicommiſ-
ſum dicatur onerosum, probatur: quia illius remiſſio
21 eſt fauorabilis, † vt poſt Pariſ. cõcludit Crau. in conſ.
638. nu. 10. ergo eius inductio eſt odioſa, quia id ma-
lum eſt, cuius contrarium bonum eſt, contrariorum
22 enim contraria eſt ratio, & contrarius effectus, † l. fin.
ff. de edeu. l. qui accuſare, ff. de accuſat. Bald. in l. Impe
rator, la prima, ff. de ſtat. hom. Euerar. loco 75. verſic.
circa illud tamen.

Ad id vero, quod de publicationis defectu oppoſi-
tum eſt, reſpondetur, quod ex Clauſula in fine teſta-
menti poſita, actum in tali loco, infertur publicatio,
quia cum ſine publicatione actus non ſit perfectus, il-
la Clauſula non contineret veritatem, niſi publicatio
23 interueniſſet, † Bald. in Authent. quod ſine, C. de te-
ſtam. Caſtr. in l. ſi is qui, num. 4. ff. eod. Alex. in conſil.
14. nume. 14. volum. 6. Iaſ. in l. ſi ita ſcriptum, colum. 3.
ff. de legat. 3. Dec. in l. ſemper in ſtipulationibus, nu. 6.
in fine, ff. de reg. iur. Curt. iun. in conſil. 162. nume. 3. in
fine. Ruin. conſil. 1. num. 12. volum. 3. Socin. iun. conſil.
148. nu. 18. & ſeq. volu. 2. Didac. in c. relatum, il primo,
num. 10. de teſtamen. Crauet. in conſil. 637. nume. 10.
Card. Mantica, lib. 2. tit. 4. num. 7. Marcobrun. conſil.
89. nu. 1. & ſeq. vbi probat, quod ſtante tali Clauſula,
ſumi poteſt inſtrumentum Authenticum ex imbre-
uiatura notarij defuncti.

Secundo reſpondetur, quod fuit probata publica-
tio per duos teſtes, qui pleuè probant, & ſufficiunt, ex
quo vt dicam infra, publicatio non concernit volun-
24 tatem, ſed ſolennitatem teſtamenti. Bald. † in l. cum
proponebatur, ff. de leg. 2. & poſt Bart. Io. de Plat. & Ia
ſon latè ponit Bauer. in §. ſed hæc quidem, nume. 3. &
16. Inſtitut. de teſtamen. & probaui multis in conſil.
129. num. 29. Card. Mantica, lib. 12. tit. 16. num. 15. la-
tiſſimè Maſcard. de probatio. concluſ. 1352. nume. 51.
vbi infinitos allegat.

Tertio reſpondeo, quod in teſtamento facto inter
liberos non eſt neceſſaria publicatio, quia ea reſpicit
25 ſolennitatem, † non voluntatem. Bart. in l. is qui, vbi
eum ſequuntur alij, ff. de teſtam. Imola, in c. 2. de teſta.
& communem dicit Alex. in conſil. 114. nume. 7. vol. 7.
vbi reprehendit Salic. contrarium tenentem Decian.
qui pariter dicit cõmunem, in conſil. 46. nu. 157. vol. 2.

non eſt ergo faciendum fundamentum ſuper defectu
publicationis.

Nec etiam opponi poteſt, quod eiuſmodi teſtũ re-
pertum fuerit extra filcias notarij defuncti, ideoq; ex
eo non potuerit ſumi inſtrumentum authenticũ: nam
in ſubſcriptione facta per notarium, qui illud de man
dato iudicis releuauit, is atteſtatur inueniſſe in filcijs,
& ei credendum eſt in his, quæ ad eius officium perti-
nent, & quamuis in diſpoſitione, quam fecit tanquam
teſtis, videatur aliter dicere, tñ hoc non nocet parti,
quia eſt vnicus & ſingularis, & cõtrarium eſt atteſta-
tus in d. teſtamenti ſubſcriptione, & vbi eiuſmodi at-
teſtatio eſſet attẽdenda, corrueret eodem vitio teſtũ
productum à D. Ioanne; quod idem Notarius dicit
inueniſſe eodem in loco, atq; ita eſſet locus ſucceſſioni
ab inteſtato, ſecundum quam filiæ præferuntur fratri
in ſucceſſione patris, & vnius teſtis dictum facit ple-
26 nam fidem contra † producentem. Socin. iun. conſil.
69. num. 11. volum. 1. & Bero. conſil. 96. num. 11. vol. 3.
Cæphal. conſil. 65. num. 55. conſil. 141. num. 16.

Accedat, quod in facto conſtat, teſtamentum illud
eſſe ſcriptum manu notarij, propterea cum contineat
clauſulam, actumque, vt dixi, denotat illius perfectio-
nem, potuit de iudicis mãdato releuari, etiam ſi non
27 fuerit repertum regiſtratum in libro. † Caſt. in l. ſi is,
ff. de teſtam. Alex. in conſil. 14. num. 15. verſ. ad prædi-
cta, vol. 6. Ruin. in conſ. 159. nu. 12. volu. 4. Marcobrun.
conſil. 89. per totum. Decian. in conſil. 24. nu. 36. vol. 1.
vbi quando conſtat eſſe ſcriptum manu notarij, vult,
quòd ſufficiat abſque ſigno, & ſubſcriptione; & ſi No-
tarius releuans atteſtatur inueniſſe in filcijs, ſuppo-
nit quod ei credendum ſit, quæ ſententia caret dubio,
ſtantibus depoſitionibus duorum teſtium, de quibus
ſupra verba feci, qui probant de publicatione dicti te
ſtamenti, adeo, vt remoueatur omnis ſuſpicio, & ceſ-
ſent omnia, quæ ſolent obijci contra reuelationem
ſcripturæ notarij defuncti.

Quod autem in vltimo teſtamento extet fideicom-
miſſum in fauorem maſculorum, negatur prorſus: nã
illa verba, vt bona perpetuo remaneant in familia,
non leguntur in inſtrumento, & quod inſtrumentum
non dicit, nec nos dicere debemus, & qui allegat fidei-
commiſſum, tenetur probare: quia eſt onus, vt dixi ſu-
pra ex Rimin. in conſi. 279. nu. 137. & in dubio non præ
ſumitur, ſed iudicatur non extare.

Secundo reſpondeo, quod clauſula, & cetera, quæ le
gitur in inſtrumento, includit ſolum clauſulas, quæ
28 ſunt de natura actus, † vt dicunt Bart. & alij in l. Gal-
lus, §. idem credendum, ff. de liber. & poſthum. at illa
Clauſula, quod facit vt bona conſeruentur in fam. nõ
eſt de natura actus, quia aliud eſt prohibere ne per de
lictum filij bona applicentur fiſco, aliud verò ſubijce-
re bona perpetuo fideicommiſſo, vnum enim commo-
de ſtare poteſt ſine altero.

Tertio reſpondeo, quod ſuper clauſula illa nondum
extenſa, non poteſt fieri fundamentum, nec ea poteſt
induci ad decisionem cauſæ: nam prius quærendum
eſt, an extendi poſſit; & certum eſt, quod is cui com-
miſſæ ſunt rogationes notarij defuncti, non poteſt ſine
iudicis mandato extendere, quia ignorat mentem de
29 functi, & ea interpretari † non poteſt, gloſ. in l. Pom-
ponius ſcribit ſi frumentum, §. fin. in verſic. ſi plures,
ff. de rei vendic. Doctores in l. Gallus, §. idem creden-
dum, vbi Galiaula, num. 21. ff. de liber. & poſthum. &
Iaſ. nume. 19. & iudex antequam concedat licentiam
extendendi, multa conſiderare debet, quæ referuntur
à Iaſone, & Galiau. in locis præcitatis. Antequam igi-
tur licentia ſit conceſſa, imò antequam ſit cognitum
ſuper ipſa extẽſione nõ poteſt de illa Clauſula argui,
tanquam

tanquam ſi eſſet extenſa, & in facto argui non poteſt ab extenſione primi teſtamenti ad ſecundum, quam cum in primo extet fideicommiſſum explicitum, facile potuit teſtator præmittere illa verba, vt bona conſeruentur in familia, quæ implicitum continent fideicommiſſum, quod non permiſiſſet in ſecundo teſtamento in quo nullum ordinauit fideicommiſſum explicitum, & ſicuti non fecit explicitum, ita credẽdum eſt, quòd non fecerit implicitum. addo quod ſtylus no-
30 tarij debet probari, † vt per Iaſ. & Galiau. ibi, & non probatur ex vno actu, qui præceſſit; ſed plures requiruntur. Bald. in l. 1. nu. 5. C. ad Velleian. Gabr. conſ. 58. nu. 50. vol. 1. Menoch. conſil. 480. num. 9.

Reſpondeo etiam, quòd illa Clauſula vt bona conſeruentur, &c. non inducit fideicommiſſum, niſi in ca-
31 ſum contrauentionis, † ſecundum Alex. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. Socin. Dec. Ruin. & Socin. iun. quos citat Menoch. conſil. 197. nu. 36. verſic. octauo, cum alijs ſimilibus, & contraria loquuntur quando prohibita eſt abſolutè omnis alienatio non quando ſola confiſcatio.

Super exclusione filiarum, & præcepto quod nil amplius petere poſſint, non curo inſiſtere quia pro inducendo fideicom. alia requiruntur. & illa excluſio intelligi debet, quoad bona teſtatoris, non autem filiorum teſtatoris, vt dicimus de filia dotata excluſa à ſtatuto, quæ intelligitur excluſa ſolum à bonis dotantis.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus non poteſt in damnum ſucceſſori bona primogenituræ alienare, obligare, in longum tempus locare, vel ad vtendum, & fruendum concedere.*

2 *Agnatus proximior reuocat feudum alienatum in remotiorem, licet in inueſtitura vocatum.*

3 *Feudum ex pacto, & prouidentia licet nouum, non poteſt ab acquiſitore alienari ad præiudicium vocatorum.*

4 *Feudum nouum poteſt ab acquiſitore alienari ad præiudicium ſucceſſorum, accedenti tamen domini conſenſu.*

5 *Licentia, vel aſſenſus ſequens non conualidat alienationem antea factam, præſertim quando refertur ad fiendam non ad factam.*

6 *Conſenſus pro alienatione feudi fienda, non trahitur ad iam factam, licet feudum ob alienationem factam domino inconſulto ipſi domino non applicetur.*

7 *Impedimenta plura vbi obſtant, vno ſublato alia ſubſiſtunt.*

8 *Primogenituræ bona non poſſunt alienari pro ſoluendo ære alieno contracto ab eo qui fecit primogenium, quando fructus bonorum primogenio ſubiectorum ſufficiunt.*

9 *Primogenitus tenetur aſſignare ſecundogenito tantum ex bonis ſuis, ex quo poſſit alimenta percipere.*

10 *Alimenta ſunt præſtanda ſecundogenito non ex reditibus ſed ex ſubſtantia primogenij.*

11 *Debitor certæ annuæ quantitatis frumenti, vini, vel alterius rei, poteſt ſe liberare aſſignando prædium. ex quo illa quantitas percipi poſſit.*

12 *Fideicommiſſo ſubiecta bona alienari poſſunt pro diſſolutione æris alieni contracti à fideicommittente.*

13 *Aes alienum deducitur ante omnia in reſtitutione fideicommiſſi.*

14 *Maioratui bona ſuppoſita alienari poſſunt pro ipſius inſtitutoris debito ſoluendo.*

15 *Bona fideicommiſſo obnoxia vendi poſſunt pro alimentis grauatorum.*

16 *Agnatus ſuccedens in feudo, tenetur ſoluere debitum contractum à vaſſallo propter feudum.*

17 *Vita, & militia non ſolum eſt onus feudi, ſed etiam pars feudi.*

18 *Feudum poteſt alienari pro ſoluenda ſecundogenito vita, & militia.*

19 *Feudum quæſitum ex noua cauſa, dicitur nouum.*

20 *Agnatus remotior ſi conſentientibus agnatis, emat feudum paternum, illud in illius perſona erit nouum.*

21 *Feudum dicitur nouum, quando noua pacta adduntur, vel datur noua forma ſuccedendi.*

22 *Feudum alienatum in agnatum proximiorem, reuocatur per alios, qui ſunt in pari gradu, pro eorum portionibus, non minus quàm ſi eſſet alienatum in remotiorem.*

23 *Feudum poteſt eſſe quo ad aliquos antiquum, & quo ad alios nouum.*

24 *Feudum nouum poteſt ab acquiſitore alienari, nec poteſt agnatus alienationem impugnare.*

25 *Primogenituram poteſt inſtituere pater in feudo à ſe acquiſito, ad præiudicium eorum qui cum primogenito erant eodem tempore vocati.*

26 *Pater poteſt in feudo nouo præiudicare filio primogenito, & facere, quod omnes filij ſuccedant in eo feudo, quod ſolus primogenitus erat habiturus.*

27 *Feudum pecunia, labore, vel induſtria quæſitum poteſt ab eo qui quæſiuit dari, & adimi, pro libitu voluntatis.*

28 *Donatio facta à patre filio in poteſtate, non valet niſi perſeueret pater vſque ad mortem, & ſi interim mutet voluntatem, non ſuſtinetur.*

29 *Abſenti nullum quæritur ius, niſi interueniente nuncio, vel epiſtola.*

30 *Donatio facta eccleſiæ, ei non acquiritur niſi interueniente nuncio, vel epiſtola.*

31 *Donatio facta abſenti poteſt reuocari antequam fuerit per abſentem acceptata.*

32 *Donatio facta abſenti, acceptata per tertium, qui tamen non ſit iudex, vel notarius, non perficitur niſi ſecuta ratificatione.*

33 *Conſtituti virtus non prodeſt abſenti non ſecuta acceptatione.*

34 *Notarij ſtipulatione acquiritur ius abſenti, ſecus in ſtipulatione alterius, qui non ſit perſona publica, niſi mediante ceſſione, & ratificatione.*

35 *Donatione alicui facta cum pacto, quod poſt mortem res donata tranſeat in tertium, poſſunt contrahentes diſcedere à conuentione ad præiudicium illius tertij.*

36 *Contractum acceptans, tenetur acceptare cum omnibus ſuis qualitatibus.*

37 *Emphyteuſis ſtipulata à patre pro ſe, filijs, ac nepotibus, poteſt ab eodem patre renunciari ad præiudicium nepotum, qui non ſunt in rerum natura.*

38 *Ius quærendum facilius remittitur quàm quæſitum.*

39 *Approbare diſpoſitionem dicitur, qui ea vtitur.*

40 *Ratificare contractum cenſetur, qui agit ex eo contractu.*

41 *Approbatum ſemel, non poteſt reprobari.*

42 *Conſenſus defectum dominus ſolus poteſt allegare, & nemo præter illum.*

43 *Argumentum à contrario ſenſu non poteſt ſumi à dicto Doctorum.*

44 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur in diſpoſitionibus feudalibus.*

45 *Alienatio feudi inſcio domino facta in comprehenſum in inueſtitura, licet remotiorem ſuſtinetur.*

46 *Conſenſus domini requiritur ob eius præiudicium ideo tollitur præiudicium quandocunque ſuperueniat conſenſus.*

47 *Aſſenſum domini ſufficit ſuperuenire poſt factam feudi alienationem.*

48 *Licentia teſtandi conceſſa monacho, vel Cardinali, ſuſtinet teſtamentum factum.*

49 *Licentia alienandi feudum, trahitur ad alienationem iam factam, vbi ceſſat pœna caducitatis.*

50 *Feudum paternum in extraneum alienatum, ſine domini licentia aperitur agnatis, non domino.*

CON-

CONSILIVM CCCLI.

COMITATVM Sartiranæ ſibi relictum ab
Illuſtr. D. Mercurino Gatinaria apud
Carolum V. Imperatorē ſupremo om
nium eius Regnorum Cancellario, &
Cardinali, erigēs perilluſt. D. Iacobus
in primogeniturā ad ſauorē Comitis
Honorij eius filij, curauit vt inter alios filios perilluſt.
D. Ferdinandus filius illi erectioni, & inſtitutioni cō-
ſenſum præſtaret, receptis ſexcentis aureis in annos
ſingulos, cum autem perilluſt. D. Carolus, & Cęſar fra
tres deceſſiſſent, & annuæ penſionis illis eadem condi
tione aſſignatæ pars maior D. Ferdinādo accreuiſſet,
Comes Honorius vt ſeā ram grauis penſionis onere
liberaret eidem D. Ferdinando in ſolutum dedit, &
aſſignauit fructus, & reditus omnes Turris Berrerorū
(locus ille membrum eſt Comitatus) & quatenus fie-
ri poſſet de iure, dedit in ſolurum poſſeſſiones bona &
iura eiuſdem loci cum validiſſimis Clauſulis, & omni
quo poſſet meliore modo, diem autem functo Com.
Honorio, Tutrix Mercurini filij, repetit a D. Ferdinan
do locum Turris Berretorum cum omnib. bonis, mo-
do quo ſupra aſſignatis, & in ſolutum datis, quia cum
vſq; de anno 1565. Comes Iacobus inſtituerit primo-
genium in eo Comiratu D. Ferdinand. & illud ipſum
anno 1573. cōfirmauerit eodem D. Ferdinando aſſen-
tiente, non potuit D. Com. Honorius partem dictorū
bonorum ad præiudicium primogeniti vocati ad ſuc-
ceſſionem alienare, vt probat tex. in c. Imperialem, de
prohib. ſeudi alien. per Feder. & in ſpecie, ꝙ primoge-
nitus in damnum ſucceſſuri non poſſit bona primoge
nituræ alienare, vel obligare, & in longum tp̄s locare,
1 vel ad vtendū ſruendumue cōcedere, † probat Molin.
de primog. Hiſp. lib. 4. c. 1. per totū. & facit: quia ſicuti
feudum alienatū in eum, qui non erat immediatè ſuc
ceſſurus, quamuis in inueſtitura vocatus reuocetur à
2 proximiore agnato. † DD. oēs, in c. 1. de alie. ſeudi pat.
Iſer. Bal. Alua. & alij, in c. 1. §. Titius, ſi de ſeud. defunct.
Bal. in conſi. 38. vol. 1. Curt. iun. in conſi. 1. nu. 31. Brun.
conſi. 77. & 80. Soc. iun. in conſi. 77. nu. 120. vol. 1. Alba,
in conſi. 76. Cæph. in conſi. 3. nu. 105. Rol. conſi. 55. col.
2. vol. 3. Neuiz. in conſil. 10. nu. 4. Burſat. in conſil. 291.
nu. 120. Tho. Marin. de feud. tit. de ſeud. pater. nu. 47.
Sola in conſtit. Redem. tit. de feud. glo. 1. nu. 16. ita pri-
mogenitus reuocabit ſeudum primogenituræ ſubie-
ctū, alienatum in eum qui non eſt primogenitus: quia
perinde eſt poſt mortem primogeniti, ac ſi eſſet alie-
natū in extraneum, quia reuocatur ſine pretij reſtitu-
tione, nec agnato acquiſitori aliqua concedit retētio.

Nec proderit D. Ferdinando allegare, quod ſeudū
ſit nouum: quia imò eſt antiquum, & ſaltem paternū,
nam vt dictum eſt, fuit primo loco conceſſum D. Car-
dinali, poſtea peruenit ad Comitem Iacobum, exinde
in Comitem Honorium, & in feudo paterno nulla va
let vaſalli poſſidentis diſpoſitio, d. c. 1. de alien. ſeudi
pater. Præterea, vbi eſſet nouum, non tū potuiſſet per
Com. Honorium alienari ad pręiudicium ſuorum de-
ſcendentiū, quia ex decreto Excell. Senatus, eſt ex pa-
cto & prouidentia, rectumq; feudum, & vr̄ communis
eſſe opinio, quod feudum nouum non poſſit ab acqui-
ſitore alienari qn̄ fuit conceſſum ex pacto & prouidē-
3 tia. † Iſern. Bald. & Aluar. in c. 1. de ſend. ſucceſſio. late
Curt. iun. de feud. par. 4. verſ. ex prædicta regula. Soc.
iun. in conſi. 72. nu. 35. vol. 1. vbi addit Aret. Corn. Cac-
cia lup. & alios teſtādo de cōmuni. Afflict. in c. 1. nu. 74.
de prohib. feudi alie. per Feder. vbi cōem dicit. Pinel.
in l. 1. par. 3. nu. 97. C. de bon. mat. vbi allegando Alex.
Iaſ. Pariſ. Siluan. Lofred. & Zoanet. dicit eſſe receptio-
rem Berret. conſi. 51. num. 5. verſic. dico amplius. Pan-
cirol. conſi. 1. nu. 13. & Menoch. in conſ. 401. nu. 6. & 46.

Quinimò, in caſibus quibus ſecundum aliquos feu
di noui alienatio permiſſa eſt, id ſolum conceditur do
mini accedente conſenſu, non aliter; & ita loquuntur
quicunque dicunt ſeudum nouum alienari poſſe ad
4 præiudicium ſucceſſorum. † Iſeru. in c. 1. nu. 9. de alien.
feudi pater. Aluar. col. 3. verſ. quæro nunquid feudum
nouum. & Afflict. nu. 14. Bal. in l. qui ſe patris, nu. 9. C.
vnde liberi. in conſil. 276. in princ. vol. 5. Iac. Beluiſ. in
c. 1. §. aut ſi libellario, vbi etiam Bald. col. 1. verſic. ter-
tius caſus, quib. mod. ſeud. amitt. Laud. in c. 1. §. Titius,
col. 1. in fine, ſi de feudo ſuer. controu. inter dom. &
agnat. Aluar. in c. 1. §. fin. concl. 47. quæ fuit prima cau.
benefic. amitt. at in facto noſtro nullus interuenit do-
mini conſenſus, ideo vbi aliàs licita eſſet alienatio, nō
tamen ſuſtineretur ſtante defectu conſenſus domini,
ſine quo etiam primus acquiſitor feudū non alienat.

Et quamuis impetrata fuerit licentia à dn̄o, dandi
in ſolutum, & alia faciendi, vt legitur in decreto ad eū
effectum expedito de anno 1591. tamen non prodeſt
D. Ferdinando: quia contractus iam erat celebratus,
& datio in ſolutum perfecta, & ſequens licentia vel aſ
5 ſenſus non cōualidat alienationem ante ſactam, † ſe-
cundum Caſtr. in l. ſi iam ſacta, ff. de iniuſt. rupt. teſta.
in l. ſi quis filio, §. irritum, in fi. ff. eod. tit. Alex. & alij, in
l. & militibus, C. de teſtam. milit. Afflict. in deciſ. 355.
per totam. Ruin. in conſil. 7. nu. 4. verſ. præterea, vol. 2.
vbi confirmat alijs ſimilibus, & præcipue, quia referr̄
non ad factā alienationem, ſed ad in futurum fiendā,
Lofred. in conſi. 7. nu. 35. & in conſi. 9. nu. 20. & quāuis
aliqui velint hoc nō procedere, qn̄ feudum ob aliena-
tionē factā inconſulto domino non applicatur dn̄o: tn̄
contraria ſententia verior vr̄, & eo quoque caſu licen
tia pro alienatione facienda, non trahitur ad iam fa-
6 ctā, † vt pulchre probat Marin. Freccia, de feud. lib. 2.
q. 11. per totam; & idem probauit Camerar. in c. Im-
perialem, concl. 9. ſol. mihi 427. & 430. quia etſi hoc ca
ſu ceſſet vna ex rationibus, quę ſolent impedire retro-
tractionem, non tamen ceſſant aliæ. & quando plu-
7 ra obſtant, vno ſublato, reliqua ſubſiſtunt, † l. ſi quan-
do, C. de inoff. teſtam. alios citaui in conſil. 50. nu. 27.

Non etiam repugnat, quòd alimenta ſeu penſiones
loco alimentorum promiſſa D. Ferdinando ſint one-
ra ſeudi, & ſequantur ſeudum ipſum, & bona primoge
nituræ poſſint alienari pro ſoluendo ære alieno con-
tracto ab illo, qui fecit primogenium: quia reſponde-
tur, verum hoc eſſe, quando fructus bonorum primo-
8 genio ſubiectorum nō ſufficiunt. † ita explicite voluit
Molin. in d. tract. primog. lib. 4. c. 1. nu. 19. & 28. vbi ex-
preſsè dicit, tunc ſolum poſſe alienari, quādo fructus
non ſufficiunt: at in facto conſtat fructus Comitatus
Sartiranæ longe excedere penſiones promiſſas, ideo
pro eis ſoluēdis nō fuit neceſſe imò nec expediens, qđ
pars vel membrū dicti Comitatus daretur in ſolutū.

Minus obſtabit ſi dicatur, ꝙ primogenitus tenetur
aſſignare ſecundogenito tm̄ ex bonis ſuis ex quo poſ-
9 ſit commode alimenta percipere, ſecundum † Abb. in
c. licet, nu. 10. poſt Hoſtienſ. & Io. Andr. de voto, quia
hoc verum eſt, qn̄ inter fratres nihil eſt conuentū pro
alimentis, verum hic fuit inter eos actū quomodo ſint
præſtanda alimenta, & fuerunt taxata in pecunia, nō
in rebus, vnde licet regulariter alimenta ſint pręſtāda
ſecundogenito, non ex redditibus, ſed ex ſubſtantia
10 primogenij, † vt voluit Roder. in l. quoniam in priori-
bus, in 2. limit. ad leg. for. nu. 12. C. de inoff. teſtamen.
Lup. in c. per veſtras, in 3. notab. §. 23. nu. 7. Didac. de
ſponſal. par. 2. c. 8. §. 6. num. 15. Cordub. in l. ſi quis à li-
beris, §. idem reſcripſit, nu. 144. ff. de lib. agnoſc. Molin.
de

Digitized by Google

de primogen. Hiſpan.lib.2.c.15.nu.10. tamen vbi pa-
cto eſt aliter inter partes conuentum,id ſeruandū eſt,
& ideo donec primogenitus ſoluit ſcd̃m conuēta ſibi
debita alimenta,ſecundogenitus nihil aliud hēt quæ-
rere, & in facto nō recuſat tutrix primogeniti ſoluere
penſionem promiſſam, ſed contendit non potuiſſe ab
initio aſſignari ſecundogenito partem bonorum, quæ
ſunt primogenituræ ſuppoſita, atq; ita in ſuum præiu-
dicium imminui primogeniturā, quæ integra ad ſeip-
ſum deuoluenda erat; & per hoc ēt reſpōdetur ad mo
tiuum ſupra proxime excitatum,quod bona primoge
nituræ poſſint alienari ꝓ debito cōſtituētis primo-
geniturā;quia hoc procederet; vbi ſibi in pecunia non
ſatisfieret, ſecus qñ penſio ſoluitur? & in præſenti fa-
cto primogenitus non recuſat ſoluere penſionem, ſed
dicit pro ea non potuiſſe alienari partem illā feudi.

Verum tamen his non repugnantibus exiſtimo nō
iuſte agere primogenitum ad recuperationem Turris
Berretorum, & aliorum quæ in ſolutū pro dicta pēſio-
ne fuerūt aſſignata D.Ferdinando,ſed potuiſſe Comi-
tem Honorium pro extinctione penſionis à ſe debitæ
dare in ſolutū locum prædictum,per tex.in l. ſi quis ar
gentum,§.ſi vero,C.de don. vbi Bal.in prin.nu.6.ver.ſi
vero,dicit,quod ſi quis debet certam annuam quanti-
tatem frumenti,vini,vel alterius rei, poteſt ſe liberare
aſſignando prædiū ex quo illa quātitas percipi poſſit.
11 † Sequūtur Sal.ibi,nu.1.Barbat.in rubr.extra, de don.
col.fi.& hoc dicit quotidianum,& honorabile Iaſ.in l.
2.§.mutui datio,col.fi.verſ.decimoſeptimo fallit, & in
l.non amplius,§.cū bonorum,ff.de leg.1.alios citat Ti-
raq.de retractu cōſang.§.1.gl.6.nu.20. Gerard.ſingul.
34.& quamuis aliqui dicant inductum hoc fuiſſe fauo
re donantis,qui cōuenitur ex ſua liberalitate, & aliud
eſſe in reliquis,quod ego quoq; ſecutus ſum in tracta-
tu alimentorum,tit.vlt.q.40.nu.31. & q.41.num.4.ta-
men hoc eſt verum,quoad hoc, vt creditor inuitus co-
gi poſſit prædia recipere: quia obſtat regula quæ hēt,
quod inuito creditore aliud pro alio ſolui non poteſt,
d.l.2.§.mutui datio,cum ſimilibus: ſed qñ creditor cō
ſentit,non eſt dubium quin fieri poſſit aſſignatio,licuit
ergo Comiti Honorio per aſſignationem dicti loci
Turris Berretorum, eximere ſe ab obligatione ſoluen
di eam annuam penſionem, & euitare continuas vexa
tiones,quæ poterant imminere pro illius exactione..

Secundo moueor,quia onus pēſionis debitæ D.Fer-
dinādo,prouenit à primo inſtitutore primogenituræ,
ideſt à Com.Iacobo,& Com.Honorio,qui vt D.Ferdi-
nādus primogenituræ acquieſceret,& ius quod habe-
bat in feudo poſt patris mortem remitteret, promiſe-
runt eam ſoluere penſionē,cū aliter nō eſſet adhibitu-
rus ſuum conſenſum,vel iuri ſuo renunciaturus,vt ex-
preſſe dr̃ in documētis exhibitis,ergo ſucceſſores om-
nes ad ſolutionem erunt obligati,l. peto,§. prędium,ff.
de leg.2. vbi dr̃,quod bona fideicōmiſſo ſubiecta alie-
nari poſſunt pro diſſolutione æris alieni contracti à
12 fideicommittente, † l.cum fidei hæredis,ff.de fideicō-
miſſ.libert.l.Senatus,in prin.ff.de leg.1.late ꝓbat Mo-
lin.de primog. Hiſpan.lib.1.c.10: nu. 2. & hoc eſt quod
dici ſolet,æs alienum deduci ante omnia in reſtitutio-
13 ne fideicommiſſi,† l. Papinianus,§. quarta,ff. de inof.
teſtam.Bal.conſil.85.nu.2.vol.1. Alex.conſ.18.in prin.
vol.4. Dec.in conſi.299.col.1.Natta in conſi.255.nu.3.
ſic bona maioratui ſuppoſita alienari poſſunt pro ip-
14 ſius inſtitutoris debito ſoluendo.† Bolognin.in conſi.
43.col.3.verſ.aut volumus. Soc. conſil.16.nu.12.vol.3.
alios citat Molina d.lib.1.c.10. in prin. & lib.4.c.6.nu.
8.& vendi poſſunt bona fideicōmiſſo obnoxia pro ali-
15 mentis quoque grauatorum.† Bart.in Auth. res quæ,
nu.9.C.ad Trebel.vbi Caſtr.nu.13.Iaſ.nu.31.Curt.iun.
num.30.& communem dicit Molin.lib.4.c.6.nu.8. la-
tius Perra, in tract. de fideicom. ex prohib. alien.q.8.
nu.480. Peregr. qui multos cumulat in tract. de fidei-
com.art.62.nu.86. in quibus locis loquuntur non ſolū
de alimentis debitis ipſi fideicommittenti, ſed etiam
grauato,& alijs deſcendentibus,& in feudo eſt deciſio
Iſer.in c.1.nu.3.verſ.debitum feudi,in tit. an agna. vel
filius,vbi dicit,quod agnatus q nō eſt hæres ſuccedens
in feudo,tenetur ſoluere debitum contractum à vaſſal
16 lo propter feudum.† Bald.in conſi.232.Femina,vol.3.
Brun.in conſ.104.Afflict.in d.c.1.nu.19.vbi ponit exē-
plum,qñ debitum eſt contractum pro dando vitam,&
militiam ſecūdogenito,vel parragium ſorori, vel ad-
hoam Regi,vel quid ſimile.Capic.in c.Imperialem,in
4.q.de prohib.feudi alien.per Fed.folio mihi 22.verſi.
limita niſi vaſſallus.Marin.Freccia,de feud.li.2.in 29.
authorit.num.10.vbi addit Caſſan.& Moder.Gallos.
Crau.in conſ.197.nu.1.Sonsbech.in tract.feud.par.12.
nu.100.Camer.in d.c.Imperialem,verſ.quarto & vlti-
mo,folio mihi 81.Nard.ad Iſern.in d.c.1.nu.3.atq; ibi
Io.Baptiſta Surdus,nu.34. & non mirū in caſu noſtro:
quia vita & militia nō ſolum eſt onus feudi,ſed etiam
17 pars feudi,† vt poſt Iſern. Neapod. & alios,concludit
Afflict.in deciſ.138.nu.2.& in dec.252.nu.4.& 6.quin-
18 imo, pro tali debito feudū poteſt alienari, † vt voluit
Iſern. in c.1. §.quid ergo, nu.6. verſ. niſi eſſet debitum
cōtractum,de inueſtit.de re alien.fact. vbi proprie lo-
quitur de ſoluenda ſecundogenito vita & militia, di-
cens dominum teneri conſentire. Capic. in d.c.Impe-
rialem,in d.ver.limita niſi vaſſallus. Freccia,d.lib.2.§.
pluribus autem modis,limit.25.nu.75.fol.mihi 154.&
ante eos voluit Iac.de Ardiz.in Sum.verū feud. in pig.
dari prohib. Bald. in l.2.in prin.C.com. de legat.ſeq-
tur Nard.ad Iſern.in d.§. quid ergo; Ecce ergo qđ fuit
iuſta cauſa alienandi feudi partem,vt D. Ferdinando
ſatisfieret pro debito, cuius onus erat feudo annexū,
& contractum fuerat contemplatione feudi.

Tertio adducor in hanc ſententiam, quia feudum
Sartiranæ quoad portiones, quas conſequutus eſt Co
mes Honorius ex renunciatione dominorum Caroli,
Ferdinandi,& Cæſaris fratrū ſuorum, erat in perſona
ipſius Com. Honorij nouum, non autē antiquum vel,
paternum, eas enim portiones nō eſt conſequutus ex
conceſſione Ducis Mediolani, vel Regis, quia in inue-
ſtitura moderata à Senatu,vocatus erat ſolum pro ſua
virili, quæ erat quarta,cum ergo ceteras portiones ha
buerit non ex tenore inueſtiturę,ſed ex renunciatione
fratrum,atque ita ex noua cauſa, fatēdum eſt feudum
19 fuiſſe nouum.† Iſern.in c. 1.de eo, qui finē fecit agnat.
Bald.in c.1.nu.19.an agna.vel fil. Oldr.conſ.178.nu.2.
Afflict. in deciſ.112.nu.5. & in deciſ.248.nu.8.Zaſ. de
feud.par.3.nu.8.Natta in conſ.615.num.2.late Thom.
Marin.de feud.li.1.tit.3.nu.6.vbi poſt Bal. Iaſ. & alios
dicit eſſe nouum, qñ non prouenit ex ſucceſſione: &
quamuis reſpectu ſuę portionis feudum eſſet paternū,
tñ factum fuit nouū quoad alias portiones per acqui-
ſitionem, vt clare ponit Afflict. in c.1. nu.41.de vaſſal.
decrep. ætat. vbi ait, quod ſi agnatus remotior conſen
tientibus agnatis emeret feudum paternum, illud in
20 eius perſona fiet,† & erit nouum, allegat Iſer.in c.1.§.
hoc quoque, de ſucceſſio.feud.& qñ noua pacta addū-
tur,vel datur noua forma ſuccedēdi, feudum dr̃ nouū,
21 † ſecundum Iſern.in c.1. de vaſſall. decrep.ætat. Oldr.
in conſi.178.alios citat Thom.Marin.d.tit.3.num.3.&
in propoſito dicit Zaſ.in loco præcitato, quod vbi feu
dum paternum mutatis pactis renouatur, efficitur
nouum feudum; & infert, qđ ſi cum eſſet maſculinum,
dominus illud detorſit ad feminas, erit nouum reſpe-
ctu feminarum, ſequitur Becius, in conſil.56.num.20.
& quam-

& quamuis Afflict.& Zaſ.loquãtur,qñ mutara eſt vaſ-
ſalli perſona, tñ idem eſt ſubſiſtenre eadem perſona,ſi
tñ forma feudi mutetur, vt cum oẽs maſculi eſſent vo-
cati in viriles,nunc ſolus primogenitus admittitur,&
feudum qđ viuentibus fratribus erat ad eos tranſitu-
rum,ex nunc remanet penes Com.Honorium,& filios
ſuos, & non eſt conſtituenda differentia, qđ tranſiue-
rit in remotiorem,vel in proximum,qui tñ hẽt alios in
eodẽ gradu, quia ſi non fuiſſet alterata inueſtitura pri
ma,& non fuiſſent noua pacta adhibita, non potuiſſet
Comes Honorius conſequi totum feudum, & ſi pater
illi totum cõceſſiſſet, potuiſſet ab alijs reuocari, ſcđm
regulam, quod feudũ alienatũ in agnatum proximio-
rem, reuocatur per alios, qui ſunt in pari gradu ꝓ eo-
rum portionibus,non minus q̃ ſi eſſet alienatum in re-
22 motiorem.† Bald.in conſ.309.vol.1.Ruin.conſ.37.nu.
17.vol.1.Tiraq.de retract.conſang.§.12.glo.6.num.71.
Zaſ.de feud.par.9.nu.25. Burſat.in conſi.291.nu.122.
& licet feudum prædictum in perſona Com.Honorij
eſſet antiquum pro portione quam circumſcripta pri-
mogenitura erat habiturus ab inteſtato, tamen non
per hoc mirum videri debet,quod aliç portiones quas
non habuiſſet dicantur penes eum nouæ, quãdo vnum
& idem feudum quoad aliquos ſit antiquum, & quo-
23 ad alios iudicetur nouum, † vt declarat ponẽdo exem
plum,Bald.in d.c.1.§.hoc quoque,nu.2.in fine,verſi. &
nota pro intellectu, ſequũtur multi quos ego citaui in
cõſ.5.nu.31.& qđ feudi portiones ad ceteros DD.fra-
tres ſpectãtes ſint penes Com.Honoriũ nouæ,& ex no-
ua cauſa prouenerint, neminem arbitror negaturum.

Hoc aũt ſtante,quod feudum eſſet nouum,infertur;
quod,Com.Honorius primus acquiſitor, potuit de eo
diſponere, & illud in totum, vel in parte transferre in
D.Ferdinandum fratrem : quia cum eſſet ſuum,nõ eſt
ingenuis hominibus deneganda rerum ſuarũ diſpoſi-
tio,l.2.ff.ſi quis à paren.fuer.manum.& quod acquiro,
poſſum ꝓ libitu alienare, l.qua ratione,§.hoc quoque,
ff.de acq.rer.dom.§.per traditionem, Inſtit.eod. & qa
cum lex feudi prohibens alienationẽ, loquatur de feu
do antiquo,vr̃ permittere,quod fiat de feudo nouo,ar-
gum.l.cum prætor,ff.de iud.& per has rõnes Iſer. in c.
1.nu.9.de alien.feud.paterni,dicit,qđ feudum nouum
poteſt à ſuo acquiſitore alienari, nec põt agnatus alie
24 nationem illam impugnare.† ſequuntur Aluar.col.3.
verſi. quçro nunquid feudum nouum,& Afflict.nu.14.
Bal.in cõſi.276.poſt prin.lib.5. vbi dicit hoc eſſe rõna-
bile.Bald.in l.qui ſe patris,nu.9.C. vnde lib. Ang.in l.
adoptiuum,§.1.ff.de in ius voc.Iac. Beluiſ.in c.1.§. aut
ſi libellario, vbi Bal.col.1.ver.tertius caſus,quib.mod.
feud.amitt.Laud.in c.1.§.Titius,in fin.ſi de feud. fuer.
controu.inter dom.& agnat. Alex.in conſ.18.nu.5.cõſ.
28.vol.5.Barb.in conſ.66.col.10.vol.4.Alc.in c.1.§.fin.
concl.47. quæ fuit prima cauſa benefic.amitt. Aret.in
l.apud Iulianum, §.ſi quis alicui,nu.7. in 2.concl.ff. de
leg.1.Afflict. in dec.112.& in c.1. in prin.nu.75. de ꝓ-
hib.feud.alien.per Feder. Dec.in conſi.208.nu.8. & in
conſ.390.col.fi.in conſ.447.nu.7. Bero.famil.q.45.nu.
3.Tiraq.de retract. conſang.§.32.gl. vnica,nu.2. Goz.
in conſ.47.nu.17.conſ.75.nu.13. Loſred. in conſ. 1.nu.
228.in conſ.52.nu.1.vbi inquit,omnes tenere.Bello.in
conſ.33.nu.9.Natt.in conſ.501.nu.17.Zaſ.de feud.par.
7.nu.30.verſ.ſeptimo principaliter.Clar.in §.feudum,
q.41.cir.med.verſ.ſed in feudo nouo.Cæph.in conſil.3.
nu.12.conſ.12.nu.16.conſ.152.nu.51.conſi.302.nu.1.&
conſ.468.nu.35. Men.conſ.161.nu.52.conſ.401.nu.15.
& ſeq.Burſat.in conſ.191.nu.95. Berret.in conſ.33.nu.
12.& conſ.100.nu.4. Tho. Marin.lib.1.tit.3.nu.16. vbi
infinitos addit Bec.in conſ.56.nu.21. Crau.in cõſ.138.
nu.8.Bertaz.conſ.101.num.25.in ciuil. Card.Mant.de
cõiect.vlt.vol.lib.7.tit.9.nu.3. Nard.ad Iſer.in c. 1.nu.
9.de alie.feu.pater.Pinel.in l.1.par.3.nu.98.C.de bon.
mat.Alc.in conſ.481.nu.18.Phan.de Inuent. par.6.nu.
32. Guer.Piſ.de feud.c.vlt.ver.limita hãc concluſionẽ.
Pereg.in tract.de fideic.art.6.nu.19.Ex quib.apparet,
hanc eſſe cõem opinionem, qđ feudum nouum põt in
præiudicium oĩum deſcendẽtium alienari, adeo licet
aliqui contradicant,tñ non ſit à prædicta diſcedẽdum
in iudicando,& conſulendo, & multi ex prædictis in fe
runt ꝙ pater põt inſtituere primogenituram ad præiu
dicium eorum, q cum primogenito erant eodẽ tpe vo
25 cati,† vt poſt Alex.Iac.Cur.ſen. & Pariſ. cõcludit Bec.
d.conſ.56.Bello.d.conſ.33.nu.9. Cæph.conſ.302.nu. 1.
Berret.d.cõſ.100.nu.14.& Men.d.cõſ.401. & ſicuti põt
primogenitura erigi ĩ feudo nouo,inuitis agnatis, ita
iã erecta põt deſtrui,qa militat eadẽ rõ in deſtruẽdo,q̃
in ædificando, & nihil tã naturale eſt,q̃ diſſolui vnum
quodq; eo iure quo colligatũ eſt,l.nihil,ff.de reg.iu. &
is põt ſoluere,q potuit cõdere,arg.l.eius eſt nolle,ff.de
reg.iur.& in terminis hoc vr̃ voluiſſe Crau.in cõſi.135.
nu.8.vbi dicit, quod pater põt in feudo nouo præiudi-
26 care filio primogenito, † & facere qđ oẽs filijs ſucce-
dant,in feudo, qđ ſolus primogenitus erat habiturus.

Quæ ſnĩa procedit ſine dubio qñ feudum non fuit
gratis à dño conceſſum,ſed pecunia vel labore,aut in-
duſtria quæſitum, quia tunc tanq̃ ab eo proueniat qui
illud quæſiuit,põt ab eodem dari & adimi pro libito,
27 † ſcđm Bal.in l.1.in fine,C.ꝑ quas perſon.nob.acq.qui
cũ loquatur indiſtincte,multo magis vẽdicat ſibi locũ
vbi agitur de ſolo filiorũ acquirentis prçiudicio,ſcđm
Aret.in d.l.apud Iulianum,§.ſi quis alicui, in fine,ff.de
leg.1.& rõ eſt:quia cum pater conuenit qđ feudum ad
filium deuoluatur,vr̃ tacite filio donare,arg.l.filiæ cũ-
ius,C. famil. herc. eiuſmodi aũt donatio à patre facta
filio in poteſtate,nõ valet,niſi perſeueret pater vſq; ad
mortem,at ſi interim mutet voluntatẽ,non ſuſtinetur,
28 † l.donationes quas parẽtes,C.de don.int.vir. & vxo.
& ſequitur Corn.in conſ.37.circa med.& conſ.51.ver.
ſed his non obſtantibus,vol.3.Cur.iun.de feud.p.4. in
vlt.cauſ.priua.reg.1.ver.& prædicta regula,col.4.in 2.
concl.Goz.in conſ.75.nu.14.Nat.conſ.503.nu.3.Ruin.
in conſ.42.nu.11.& 17.in conſ.48.num.5. vol. 1.Soc.iun.
cõſ.72.nu.35.circa med.vol.1.Pinel.d.l.1.p.3.n.98.ver.
hoc aũt tutius ꝓcedit.Cra.in cõſ.135.nu.8.Bec.in cõſ.
56.nu.35.Berret.in cõſ.78.nu.23.Car.Mãt.de coniect.
vlt.vol.lib.1.tit.3.nu.10.Men.conſ.409.nu.18.& 19.vbi
addit Calca.Crot.Maran.Boſſiũ, & alios,in propoſito
aũt filius Com.Honorij hoc beneficiũ,quod totum feu
dum ſibi tanq̃ primogenito quæratur, hẽt à patre,qui
dũ vixit,potuit tanq̃ profectitiũ reuocare, & de eo ali
ter diſponere q̃ prius feciſſet,vt cõcludunt ꝑdicti DD.
qui inſerũt ẽt ad emphyteuſim, dicẽtes, ꝙ vbi feudum
prouenit à gratia & liberalitate dñi, tũc pater nõ põt
filio ꝑiudicare, q aliunde hẽt q̃ à patre, & ſicuti pater
nõ põt bona filij aduentitia alienare,ad filij ꝑiudiciũ,
vt probant DD.in l.1.C.de bo.mat. ita non põt ad filij
præiudiciũ diſponere de feudo aduẽtitio .i. aliũde ꝓ-
ueniente,q̃ à patre,at vbi pater ipſe eſt cauſa acqſitio-
nis,tunc qa eſt profectitiũ,põt pater reuocare conceſ-
ſionẽ,& in aliũ transferre,hic vero primogenitus licet
paternam feudi portionem q̃ eſt quarta,habeat à Du-
ce Mediolani,qui donauit,vel à ſupremo Cancellario,
qui illud acquiſiuit pro nepote Iacobo,& illius deſcẽ-
dentib.tres tñ alias portiones hẽt à Com. Honorio pa-
tre, q eas acqſiuit fratrib. ideo ẽt potuit partẽ in vnũ
trãsferre.Quib.nõ reſiſtit,ꝙ Co.Honorius non potue-
rit de feudo diſponere ad ꝑiudiciũ primogeniti, q ad
illud erat vocatus ex conuentione facta anno 1565. &
1573. Reſpõdeo eñ,ꝙ ex quo feudũ erat nouũ, potuit

in

Digitized by Google

in eius præiudicium alienari, ſcđm ea quæ ſupra latè
dicta ſunt præcipuè cũ agatur de alienatione facta à
patre primo acquiſitore. Id qđ clariſſimè apparet, qñ
ex dicta primogenituræ inſtitutione, nullũ ius quæſitũ
fuit filijs Com. Honorij, & conſequenter Com. Mercu
rino nunc agenti, attento qđ pro eo nemo eſt ſtipula-
tus hunc ordinẽ primogenituræ, & nemo illũ accepta-
uit, vt mihi ſupponitur in facto tranſmiſſo, certum eſt
aũt, abſenti nullũ ius quæri, niſi interueniat nuncius,
29 vel epiſtola, † l. ſi ego, ff. de neg. geſt. l. abſẽti, ff. de don.
q̃ iura propriè loquuntur in donatione, & qđ plus eſt,
procedunt ẽt in donatione quæ facta eſt eccleſiæ, ſcđm
gl. in l. illud, C. de ſacroſ. eccl. q̃ ordinariã dicit Roma.
in conſ. 295. Aret. in cõſ. 17. col. 6. verſ. ex noua, Soci. in
l. 1. in prin. ff. ſi ex noxal. cau. agat. Iaſ. in l. qui Romę, §.
Flauius, nu. 22. ff. de verb. oblig. Dec. in conſ. 236. nu. 7.
Curt. iun. in conſ. 120. nu. 2. & cõem dicit Rube. conſil.
132. Tiraq. de pia cau. priuil. 115. cõem dicit Clarus, §.
donatio, q. 12. in fi. vbi ait notandũ, quia contrariũ qli-
bet diceret, Didac. qui teſtatur de cõi, & multos addit
in rub. de teſta. par. 3. in prin. nu. 13. Molin. de primog.
Hiſpan. lib. 4. c. 2. nu. 58 vbi multos cumulat, quinimò,
qñ nuncius interuenit, requiritur qđ fuerit ad hoc ſpe
cialiter deſtinatus, nec ſufficit qđ aliquis caſu talẽ do
nationẽ renunciet donatario, gl. 1. in l. nec ambig. C.
de don. quã poſt multos à ſe relatos cõem dicit Clar.
d. §. donatio, q. 12. nu. 2. & procedit ẽt inſpecto canoni
co iure, c. 1. de cõceſ. præb. in 6. Doct. in c. 1. & cap. 2. de
pact. in rubr. C. de pact. cõem dicit Moli. p̃citato loco,
nu. 62. verſ. tertio quia fortius, Barto. in d. l. abſenti, in
prin. dicit, qđ ſi quis diceret exiſtẽs in domo ſua dono
Titio decẽ, Titiusq. trãſiens per viã, & eã exaudiẽs do
30 nationẽ dicat accepto, non ſuſtinetur donatio: † quia
facta abſenti, ſine interuẽtu nuncij & epiſtolæ; & p̃di-
cti oẽs Doct. dicunt qđ reuocari põt donatio anteq̃ ſit
31 per abſentẽ acceptata, † præcipuè Alex. in d. l. abſen-
ti, cõem ait Molin. d. c. 2. nu. 62. verſ. ſecundo quia, in fi
ne, & prædicta vera ſunt, ẽt ſi aliquis tertius non dico
de iudice, & notario, ſed de quocũque alio, acceptaſ-
ſet nomine abſentis, quia ẽt eo caſu nõ acquiritur irre
uocabiliter anteq̃ abſens ratificet acceptationẽ, & aſ-
ſequatur iurium ceſſionẽ, vt poſt gl. voluit Caſtr. in d. l.
illud, nu. 6. vbi dicit, qđ ſi q̃s recipiat pro abſente, non
32 perficitur, niſi ratihabitione ſequuta, † idem Caſtr. in
conſ. 171. col. 1. vol. 2. vbi propriè loquitur in donatio-
ne filiæ facta à patre, Curt. iun. in conſ. 120. num. 1. vbi
ampliat, ẽt accedẽte ſtatuto, qđ alteri per alterũ quęri
poſſit, & ampliat accedente quoq; cõſtituto, quia nec
eius virtus prodeſt abſenti nõ ſequuta acceptatione,
33 Dec. † in cõſ. 226. nu. 24. vbi loquitur in patre, & filia,
Curt. iun. conſ. 52. nu. 13. vbi in patre ſtipulante pro fi-
lio, & in cõſ. 55. nu. 10. vbi ſimiliter in patre, & vult, qđ
ſtipulatio patris nõ acquirat filio, niſi mediante rati-
ficatione, Rol. in cõſ. 19. nu. 5. & 6. vol. 1. vbi n. 22. verſ.
nõ obſtant mõ adducta, dicit miniſterio priuatæ per-
ſonæ acceptãtis pro abſente nõ acquiri, niſi mediante
ceſſione, & ratificatione, licet aliud ſit in perſona pu-
34 blica, vt eſt notarius. † Hanc quoque differentiã inter
notariũ, & alium ſtipulatorẽ, tenet Oſaſc. Pedem. de-
ciſ. 33. nu. 3. & in matre hoc voluit Grat. in cõſ. 25. nu.
19. vol. 1. & in paterna ſtipulatione, Barba. cõſ. 40. nu.
6. & 7. vol. 2. Molin. d. lib. 4. c. 2. nu. 63. & 65. vbi ait, qđ
etſi aliqui poſſint ſtipulari alteri, tñ hoc intelligi dẽt
quoad irreuocabilẽ acquiſitionem, ſi per alterum po-
ſtea fiat ratificatio, aliàs non acquiritur ius, & quãuis
Caſtr. & Dec. in locis citatis ſupra, reprehẽdantur ab
aliquibus, id tñ intelligitur, quatenus volunt qđ ex ſti
pulatione notarij non acquiratur irreuocabiliter, ſed
quatenus loquuntur de aliorum acceptatione, aut ſti-

pulatione nemo eos arguit. Et q̃uis regulariter pater
poſſit pro filijs etiã nondum natis ſtipulari, vt probat
Natta in conſ. 531. nu. 31. tñ non infertur qđ nõ poſſic
reuocari ſtipulatio, quinimo eo ipſo, qđ pater ſtipula
tur pro filio, hoc ſtipulationis beneficiũ dr̃ profecti-
tium, & reuocari põt à patre. Hinc dicunt DD. quod ſi
quis alicui donet, cum pacto qđ poſt mortẽ res dona-
ta trãſeat in tertium, poſſunt cõtrahentes diſcedere à
35 cõuentione ad præiudicium illius tertij, † ſcđm Bart.
in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. oblig. quẽ ſequun-
tur ibi omnes Doctores, Crauet. conſil. 135. nu. 10. vbi
ait eſſe magis cõem, Clarus in §. donatio, q. 13. num. 5.
vbi ſubdit, eſſe veriorem, & magis cõem, allegat Socin.
Iaſ. Ruin. Cagn. Grat. Didacum, & etiam, Molin. d. c. 2.
nu. 74. Cum ergo nemo acceptauerit pro deſcenden-
tibus, fatendum eſt potuiſſe Com. Honorium reuoca-
re conuentionem illam, & feudi partem transferre in
D. Ferdinandum, titulo dationis in ſolutum, & in ter-
minis ita quoque reſoluit Molin. in d. c. 2. vbi latiſſimè
diſſerendo firmat hanc concluſionem multis rationi-
bus, & ante eum Caſtr. in conſil. 164. nu. 5. vol. 2. vbi lo-
quitur de primogenitura, Pinell. d. l. 1. par. 3. num. 98.

Secundo rñdeo, quod in caſu noſtro qñ fuit inſtitu-
ta primogenitura anno 1573. fuit ẽt cõuentum, quod
Com. Honorius poſſet ex bonis Comitatus prædicti
alienare vſq; ad quantitatẽ aureorum duodecim mil-
le, incluſa tñ dote vxoris: vnde pro ea quantitate non
poteſt inſerri qõ, an ſuſtineatur datio in ſolutum, quia
Com. Mercurinus modernus non põt primogenituræ
inſtitutionem acceptare, niſi ẽt approbet onera iniun
cta, & onus annexum, ſed in totũ debet approbare, vel
in totum reprobare, l. cum q̃ritur, ff. de admin. tut. l. nã
abſurdum, ff. de bon. libe. l. neminem, ff. de leg. 2. l. ſi ita
ſtip. in fi. ff. de opc. lib. & dicit Bal. in l. contra iuris, §. fi.
ff. de pact. qđ is cui quęritur ius ex cõtractu, tenetur il
36 lum cum oĩbus ſuis qualitatibus acceptare, † & Albe.
ibi ſubdit, qđ cogitur agnoſcere contractũ contra ſe,
& dicit Bal. in c. nihil, nu. 6. de elec. qđ vnus & idẽ con
tractus non põt diuidi, ſed acceptari cum ſuis cauſis,
& vitijs; latiſſimè cõprobat hanc concluſionẽ Tiraqu.
de retractu cõuent. in fi. nu. 2. & ſeq. multos ego addi-
di in conſ. 52. nu. 40. & ſeq. pati ergo debet Com. Mer-
curinus, quod pater vſus ſit ea facultate, quã ſibi reſer
uauit in erectione primogenituræ, & ea facultas alie-
nandi eſt libera, & non reſtricta ad dotes vxoris, licet
in eam imputãdæ quoq; ſint vxoris dotes: aliud enim
eſt quod in alienatione, ſeu in bonis alienatis compu
tentur dotes vxoris, aliud vero quod fiat alienatio
pro dotibus vxoris; & hãc diuerſitatem nemo eſt qui
nõ videat, vltra quod, cum ea vxor deceſſerit, & Com.
Honorius lucratus ſit dotes, ex quo non ſuperfuerunt
filij non eſt agendum de imputatione, niſi ad fauorem
Domini Ferdinandi, pro ea itaque quantitate datio
in ſolutum impugnari non poteſt.

Tertio reſpondeo, quod cõtrarium poſſet procede-
re ſi tẽpore alienationis feudi Com. Mercurinus fuiſ-
ſet natus: tunc enim quia eius ſpes fuiſſet probabilis,
vtiq; dici forte poſſet alienationem tollere ius ipſius,
& conſequenter tanquam ſibi præiudicialem non va-
lere, ſed eo tempore non erat natus, aut cõceptus, nec
de eo ſuberat ſpes aliqua, viuẽbat enim prima Com.
Honorij vxor, ideoque non poteſt in eo conſiderari ex
ea die ius aliquod, nec re, nec ſpe probabili, propterea
potuit fieri alienatio, vt concludit Curt. iun in conſil.
55. nu. 8. vbi infert, quod emphyteuſis ſtipulata à pa-
tre pro ſe, & filijs, ac nepotibus, poteſt ab eodem pa-
tre renunciari ad præiudicium nepotum, qui tunc
37 non erant in rerum natura, † & loquitur in fortiori-
bus terminis, quãdo ſcilicet pro nepotib. interuene-

rat ſtipulatio quæ tamen vt dixi non adeſt in caſu no-
ſtro, ſic etiam filio naſcituro nihil quæri potuiſſe dicit
Grat.conſ. 25.nu.19.vol.1. etiam matre ſtipulante,fa-
cit quod voluit Becius in conſil.56. num.36. & ſeq. vbi
ſuſtinet facile tolli poſſe ius competens naſcituris ſu-
per feudo quia dicitur quærendum non quæſitum,ideo
38 facilius remittitur,† glo. & Doctores,in l.ſeruus,ff.de
pact.l.qui autem,in princip.ff. quæ in fraud.cred. cum
alijs per eum citatis.

Et non eſt verum quod feudum hoc ſit antiquũ, aut
paternum reſpectu portionum quæ inſpecta prima cõ
ceſſione erant peruenturæ ad Dominos Carolum,Fer-
dinandum, & Cæſarem, nam quoad eos probauimus
nouum eſſe feudum,& ad Com. Honorium deueniſſe,
non ſecundum ordinẽ ſucceſſionis in inueſtitura præ-
ſcriptum,ſed ex noua cauſa,ideſt,ex ipſorum omnium
ſuorum fratrum renunciatione, ſecundum Baldũ, Af-
flict.& alios,quos ſupra citauimus,& quamuis præten
derat Com.Iacobus feudum totum, ſecundum ordinẽ
primogenituræ deuolui debere ex forma teſtamenti
Cardinalis,tamen ex eo teſtamento nulla inſurgit pri
mogenitura, vt demonſtrabitur,ſi Excellentiſſimus Se
natus,vel perilluſtr. D. cauſæ relator expedire diiudi-
cabit; Nunc autem non duxi operepretium ingredi
hãc quæſtionem,quia video in motiuis ſupponi, quod
primogenitura tunc demum inſtituta fuerit, quando
Dominus Ferdinandus renunciauit iuri ſuo,& in ſup-
plicatione per Com. Mercurinũ ſeu eius nomine por-
recta conqueritur,quod locus Turris Berretorum fue-
rit in ſolutum datus pro annuo debito, atque ita non
negat debitum,ſed contradicit dationi in ſolutum.

Non etiam reſiſtit, quod etſi feudum ſit nouum, eſt
tamen ex pacto & prouidentia,quia reſpondeo:cuiuſ-
cunque qualitatis exiſtat feudum, ſemper ſi nouũ ſit,
primum acquiſitorem poſſe de eo diſponere,præcipue
ad præiudicium filiorũ,& deſcendentium, & in feudo
quoque ex pacto loquitur maior pars Doctorum, qui
dicunt,alienari poſſe nouum feudum, vt videri poteſt
ex relatis ſupra,in verſ.hoc autem ſtãte,præcipue Iſer.
& Feudiſtæ oẽs,& in feudo ex pacto,militant rationes
omnes quibus illi mouentur ad cõcedendum aliena-
tionem,& in filijs res eſt clariſſima,quia ſiue ex pacto,
ſiue hæreditarium ſit,ſemper eſt profectitium,& deſcẽ
dit à patre,& ab eo habetur,nec potuit filio quæri,niſi
patre perſeuerante, vſque ad mortem in eadẽ volun-
tate:ſed vbi pater viuens diſponit de feudo, renocare
vr̃ conceſſionem quam fecerat filio,ſcd̃m Aret.in d.§.ſi
quis alicui, quem ſequuntur alij ſupra citati, in verſic.
quæ ſententia procedit, præcipue cum filius non erat
natus,& vlterius cõuentum fuit,quod de feudo poſſet
diſponere vſque ad quantitatem aureorũ duodecim
millium, vt in eo inſtrumẽto legitur:ex quo nunc agit
Comes Mercurinus, & quod produxit in hoc iudi-
cio,& conſequenter approbauit:nã producens inſtru-
mentum,vel vtens aliqua diſpoſitione,dr̃ illam appro
39 bare,† l.ſi quis teſtibus,C. de teſtibus. Crau. in conſil.
33.nu.14.Vantius in tract.nullit.in tit. quib.mod.ſent.
null.defendi poſſ.nu.103.vbi multos allegat Tiraq.de
conſtit.poſſeſſor.parte 3. limit.39. num.12. Burſat. in
conſ.118.num.14.Menoch.in conſ.23.num.1.ſic etiam
40 qui agit ex contractu, dicitur illum ratificare.† Bald.
in conſil.34.num.1.vol.2.in conſ.14.vol.5.Dec.in conſ.
297.nu.2. Alex.in conſ.117.nu.2.vol.5. Tiraq.d. limit.
30.num.12. Bellon. in conſ.45.num.11. & quod ſemel
41 approbatum fuit,nõ poteſt reprobari,† l. Pomponius
ſcribit,ff.de neg.geſt.Becius in conſi.3.num.39. Oſaſc.
deciſ. Pedem.62.numer.18. & ex hoc quoque capite ſi
etiam ſolum eſſet,ſuſtineretur dicti feudi alienatio.

Mouere autem quemquam non debet, quod feudũ
etiam nouum non poſſit alienari ſine domini conſen-
ſu,nam cõſenſus defectum ſolus dominus poteſt alle-
41 gare,& nemo præter illum. † Bal. in l.fin. in fine,C. de
reuoc.donat.Ruin.in conſil.2. volum.1. Alba conſ.67.
num.6.Crau.in reſpon. pro genero,num.393. vbi alle-
gat Oldr. Alex.& Decium, Rolan. late in conſ.57.nu.
10.& 30.vol.3.Natta in conſ.475.num.14. Cœphal.in
conſ.3. num.118. in quibus locis dicunt, agnatum non
poſſe feudi alienationem impugnare, ſub prætextu,
quod domini conſenſus non interuenerit.

Secundo reſpondeo,quod etſi DD.dicant, feudi no
ui alienationem permitti cum dñi conſenſu,nõ tamen
inferunt,quod conſenſu non interueniente, alienatio
ſit nulla, nam argumentum à contrario ſenſu non põt
43 ſumi à dicto Doctorum.† ita Alex. in l.1.nu.28. in fin.
ff.de leg.1.Euerat.loco 4.col.pen. verſ.vltim. circa hãc
materiam,Oſaſc. deciſ. Pedemon.58.nu.30.Neuiz. in
conſ.16.col.fin.in quibus locis loquuntur etiam de gl.
Præterea in diſpoſitionibus feudalibus non ſumitur
44 argumentum † prædictum,vt poſt Iaſ.in l.1.col.13.nu.
58.C.de iur.emph.& in l.de quibus,ff. de legib.conclu
dit Euerard.loco prædicto,nu.80.licet ſecundum eum
ſumi poſſit ex verbis inueſtituræ præcipue quando di-
ſpoſitio eſt iuri communi contraria,vt per Iaſ.loco præ
citato,& declarat Oſaſc. deciſ. Pedem.23.num.52.

Tertio reſpondeo, quod DD. dicẽtes feudũ nouum
alienari cum dñi conſenſu,procedunt,qñ agitur de in-
tereſſe ipſius domini,& ita,quando à iure non eſt per-
miſſa alienatio,niſi dominus conſentiat,at vbi nõ po-
teſt tractari de intereſſe domini, tunc non requiritur
eius conſenſus; vnde dicunt DD. ꝙ ſi feudum in eum
alienatur qui eſt comprehenſus in inueſtitura,ſuſtine-
tur alienatio,quamuis facta inſcio domino, etiam ſi il
le ſit remotior agnatus, & non ſucceſſurus ab inteſta-
45 to † c.1.§.& ſi cliẽtulus,de feud.alien.c.de alien. feud.
par.non enim vr̃ alienatum quod in corpore,vel lineæ
agnatorum conſeruatur,vt inquit Bald.in conſ.316.in
fin.in 2.vol.Afflict.d.c.1.nu.33.de alien.feud. pater.Ia
cobin.in ſua inueſtit.in verſ.& cum pacto de non alie-
nando,nu.20.Dec.conſ.144.in prin. Curt.iun.de feud.
par.4.in 2.reg.Soc.iun.in conſ.72.nu.39.vol.1. Ripa in
l.qui Romæ,§. duo fratres, nu.87.ff. de verb. oblig. Ti-
raq.de retract.conſang.§.11.gl.6.num.10. Natt.conſi.
475.nu.14.Rol.late agens in conſi.57.nu.65. volum.3.
Men.cõſ.158.nu.88.vbi addit Ruin.Pariſ.Brun. Crau.
& alios.Decia.in conſi.55.nu.69.vol.3. vbi alios nume
rat.Corbul.in tract.emphyt.tit. de cauſ.priuation. ob
alienat.limit.6.nu.4.vbi ampliat etiam,quando in in-
ueſtitura pactum extat expreſſum, quod nõ poſſit alie
nari:quia non intelligitur reſpectu comprehenſorum
in inueſtitura,Io.Baptiſta Surd.in c.1.§. Titius,nu.6. ſi
de feudo fuer. controu. inter dom. & agnat. & prædi-
ctorum ratio eſt:quia vbi ſit inter comprehenſos, ceſ-
ſant omnes cauſæ propter quas alienatio eſt interdi-
cta, vt optime declarant ſupradicti Doctores. & facit
quia feudi alienatio prohibita eſt duplici reſpectu,
primo,domini,ſecundo,agnatorum, vterq; aũr reſpe-
ctus ceſſat quando feudum nouum alienatur in voca-
ros ex inueſtitura, domini quidem,quia habet eum in
vaſſallum,quẽ ſibi elegit inueſtiendo, non aũt in inco-
gnitum aut non gratum.agnatorum autẽ non intereſt,
quia feudum eſt nouũ, & poteſt primus acquiſitor de
eo diſponere, & reuocare conceſſionem quam fecit:
vnde ſi vtriuſq; ceſſat intereſſe,& reſpectus, nõ mirum
ſi feudi alienatio ſuſtinetur ſine domini conſenſu.

Quarto reſpondeo, quod in præſenti facto interue-
nit domini conſenſus: nam cum die octaua Februarij
1591.ſupplicatum fuit,cõceſſit Rex & dominus feudi,
quod pro dictis penſionib. liceret Com.Honorio dare

Dom.

Dom.Ferdinando Fratri in ſolutum locum prædictum
Turris Bertetorum, & alia bona, quæ in ipſa datione
exprimuntur; & quamuis eo tempore iam facta eſſet
datio in ſolutum, tamen ſuperueniens conſenſus dñi,
illam conualidat, etiam ſi fuiſſet nulla: nam conſenſus
requiritur pp domini preiudicium, ergo quandocunq.
46 ſuperueniat, tollitur præiudicium, † l. in concedendo,
in fine, ff. de aqua plu. arcen. Item ad hoc requiritur dñi
conſenſus, vt tollatur impedimentum, quod obſtabat
alienationi, ergo quandocunq. poteſt tolli, l. vbi lex, ff.
de vſucap. demum alienatio ſine dñi cõſenſu eſt nulla,
volente domino, & ad eius fauorem, ideo cum ipſe cõ-
ſentit, ceſſat nullitas. Bart. in l. 1. §. ſi filius, ff. de leg. 3. &
in ſpecie, quod ſufficiat ſuperuenire cõſenſum poſt fa-
47 ctã alienationem, tenuit † Iacob. Ardiz. in Sum. in tit.
ex quib. cauſ. amit. verſ. conſenſum autẽ. Iſern. in c. Im-
perialem, nu. 14. de prohib. feudi alien. per Feder. Al-
uar. nu. 15. verſ. quæro an conſenſus, Curt. iun. de feud.
par. 4. in 2. reg. q. 2. vbi dicit eſſe communem, & refert
tres illas rationes. Dec. in cõſ. 144. nu. 1. Gozad. in con-
ſil. 26. nu. 9. Socin. iun. in conſ. 97. nu. 16. conſ. 101. nu. 2.
vol. 2. Natta in conſ. 97. nu. 10. & in conſ. 475. n. 13. Ro-
lan. in cõſ. 2. nu. 146. vol. 1. Iac. in ſua inueſtitura, in verſ.
& cum pacto de non alienãdo, nu. 19. Zaſ. de feud. p. 9.
nu. 32. verſ. hoc non habet dubium, folio mihi 138. Ca-
pic. in d. c. Imperialem verſ. quærit ſucceſſiuè And. fol.
mihi 36. col. 2. latè Nardus ad Iſern. loco pdicto. Crau.
in cõſ. pro genero, nu. 397. & ſeq. Sola in conſt. Pedem.
tit. de feud. par. 2. glo. 2. nu. 18. Menoch. conſ. 1. nu. 405.
conſ. 38. nu. 32. Burſ. in conſ. 49. nu. 25. vbi infinitos po-
nit Rol. in cõſ. 97. nu. 33. vol. 1. & ex prædictis multi di-
cunt, quod conſenſus retrotrahitur, pcipuè Sola, n. 18.
vbi multos citat. Camer. d. c. Imperialẽ, in prin. ver. nec
te moueat id, folio mihi 205. & in fi. verſ. veniat igitur
iſte aſſenſus mihi 724. vbi dicit Doctores, ita cõiter te-
nere; & poſſent ad hoc allegari infiniti Doctores.

Nec turbat, quod licentia tenet in futurũ, & loqua-
tur de alienatione faciẽda, propterea non extendatur
ad iam factam, nec illam conualidet: hoc enim benè
procederet ſi ptopter iam factam alienationẽ Comes
Honorius in pœnam amiſſionis feudi incidiſſet, & ius
aliquod per eam fuiſſet domino quæſitum, tunc enim
dominus, qui ignorabat non videtur approbando re-
mittere ius commiſſæ caducitatis; ſed quando alienã-
do feudum non cõmittitur, nec ſuper eo quæritur ali-
quod ius dño, tunc licentia alienandi in futurum con-
ualidat alienationem iam factã, quia ceſſat ratio quæ
poſſet impedire retrotractionem, ideſt ius quęſitum, &
intereſſe domini: nam vbi ratio particularis intereſſe
non eſt cõſiderabilis, tunc licentia aliquid faciẽdi ex-
tẽditur ad id, qp eſt factum, l. ſi quis filio, §. qua ratione,
ff. de iniuſto rup. teſtam. vbi reſeruatio facultatis teſtã-
di ſuſtinet iam factum teſtamentum, & dicit Caſt. in l.
ſi iam facta, ff. de cond. & demon. quod licentia teſtan-
di cõceſſa monacho, vel Cardinali, ſuſtinet factum te-
48 ſtamentum. † idem Caſtr. in d. l. ſi quis, §. irritum, vbi
Bal. dicit, quod permittens aliquẽ facere, videtur con-
firmare iam factum. Alex. in conſ. 95. nu. 9. vol. 7. & in l.
& militibus, in prin. C. de teſtam. milit. vbi Iaſ. dicit be-
nè notandum. Dec. nu. 7. & ſeq. Iaſ. in l. quo minus, nu-
me. 127. vbi idem dicit de licentia extruendi molendi-
num, quæ operatur vt iam factum retineri poſſit. Curt.
iun. in cõſ. 103. nu. 7. & quãuis aliud ſit in feudo, vel em-
phyteuſi, tamẽ illud eſt pp pęnam per quam ius acqui-
ritur domino, qui non præſumitur illam remiſiſſe: ita
Caſtr. d. §. irritum, qui ideo ſi non committeretur pęna
idem dixiſſet in feudo, & emphyteuſi, quod in alijs di-
xerat; ſequuntur Soc. in l. ſi iam facta, in fine, ff. de con-
dit. & dem. & quod ceſſante pœna, illa etiam in feudo
licentia ſequẽs trahatur ad venditionem factam, cla-
49 rè voluit † Alex. in cõſ. 146. nu. 8. & 9. vol. 5. & in ſpecie
etiam ſequuntur Afflic. in deciſ. 355. per totam, vbi etſi
dicat, contrarium fuiſſe iudicatum, mouetur tamẽ ra-
tione, quæ facto noſtro non conuenit: quia ſcilicet aſ-
ſenſus fuerat pſtitus ſub expreſſa, cõditione veris exi-
ſtentib. pręnarratis: qua clauſula circũſcripta, Afflict.
tranſit cum Alexan. & approbat eius deciſionem: hinc
Anto. de Alex. in c. Imperialem, infert, quod aſſenſus
præſtitus in Regno Neapolitano ſuper futura vendi-
tione, validam reddit eã quæ facta erat, quia in eo Re-
gno pro alienatione vaſallus non priuatur feudo, nec
cadit in pęnam: ſequitur Capic. in ſua inueſtit. in verſ.
feudorum aſſecurationes, in fine, verſ. ſi enim vaſallus,
vbi ſubdit ita iudicatum fuiſſe. refert ẽt Freccia, d. li. 2.
q. 11. & hanc declarationẽ neminem attuliſſe ex prædi
ctis pręter ſolum Alex. in d. conſ. 146. allegando, tenuit
Lofred. in ſua paraphra. feud. in d. c. Imperialem, col. 4.
verſ. & ſi feudatarius alienauit, folio mihi 57. & idem
dixit Ruin. in conſ. 7. nu. 6. verſ. nec contrarium dicit,
vol. 2. vbi etiam in fine, conſ. vult, quod vbi non tracta-
tur de præiudicio domini, licentia confirmet, id quod
iam factum eſt, quamuis concedatur ab ignorante, &
quod licentia vendendi includat, & comprobet vendi-
tionem factam, idq; procedat ſecundum ſuam naturã,
voluit clarè Caſtren. in d. §. irritum, dum diſtinguit in-
ter dñm ſcientem venditionem, & ignorantem, & in
ſciẽte vult, quod trahatur ad iam factam, qđ non eſſet,
ſi non permitteret natura licentiæ, quia eo quoq; caſu
verba non conueniunt, & tamẽ in eo omnes ſequuntur
Caſtr. & in ignorante ſola præiudicij ratio impedit ne
trahatur ad iam factam; in caſu verò noſtro, nõ agitur
de domini præiudicio, tum quia facta eſt alienatio in
vocatos, & inter comprehenſos in inueſtitura, vt ſupra
declaraui: tũ verò, quia ſi alienatio facta quoq; fuiſſet
in extraneum, feudum non fuiſſet domino apertũ, ſed
50 agnatis, quia erat paternum feudum, † ita vult gl. in c.
1. §. hoc quoque, de feud. ſucceſſio. vbi notant Iac. Bel-
uiſ. Nicol. de Neap. Iſer. Martin. Laud. Alci. & Prępoſ.
Iſer. Aluar. Laud. Præpoſ. Afflic. & alij in c. 1. §. callidis,
de prohib. feudi alien. per Feder. Aluar. & Afflic. in c. 1.
§. aut ſi libellario, quib. mod. feud. amitt. Alex. in conſi.
30. vol. 1. Dec. in conſ. 208. nu. 9. Iacobin. in ſua inueſti.
in ver. & cum pacto non alienandi, nu. 30. & hanc dicit
magis cõmunem Io. Rainal. in d. c. Imperialem, §. pœ-
na, & Imola, in c. 2. extra de feud. dicit, qđ in iudicando
non eſt tutum recedere ab hac opinione. Curt. iun. de
feud. par. 5. nu. 11. Gram. deciſ. 77. nu. 13. Bero. conſ. 77.
nu. 35. vol. 1. Ruin. conſ. 2. nu. 2. vol. 1. Neuiz. in conſi. 10.
nu. 16. Tiraq. de retract. conſang. §. 21. glo. vnica, num. 1.
vbi dicit, quod hanc opinionem ſequuntur ferè omnes
Gallicanæ cõſuetudines. Hanc item dicit magis com-
munem Clar. in §. feudum, q. 66. nu. 7. vbi congerit infi-
nitos eam tenentes. Rolan. in conſ. 64. nu. 28. vol. 2. vbi
dicit communem, & in conſ. 57. nu. 58. vol. 3. Celſ. Hug.
conſi. 26. nu. 28. conſi. 123. nu. 11. Burſat. qui multos ad-
dit in conſi. 91. nu. 14. dicens eſſe communem, & obſer-
uatam, & cum hac diſtinctione tranſit Oſaſc. deciſ. Pe-
dem. 69. in fi. & Tho. Marin. de feud. lib. 1. tit. 2. de feud.
patet. nu. 86. vbi dicit veriorem communem, alios po-
nit Nardus ad Iſer. in d. §. hoc quoque, nu. 5. in verſi. ad
dominum. ex quib. conſtat hanc eſſe communem, & te-
nendam in iudicijs, licet non deſint, qui cõtrariã am-
plexi ſunt ſentẽtiam, ſicuti enim expreſsè non potuiſ-
ſet vaſallus feudum ad præiudicium agnatorum alie-
nare, ita nec tacitè delinquendo, ne plus operetur ta-
citum, quam expreſſum. cum ergo feudum ſit paternũ,
ex alienatione facta ſine domini conſenſu, nullum ius
eſt quæſitum dño, nec de illius intereſſe tractari po-

reſt: vt etiam optimè cognouit Senatus Excellentiſſimus, qui ad concedendum licentiá requiſitam ea ſola ratione eſt motus, quod ex quo alienatio eſt ſacta inter vocatos, dñi intereſt. Ceſſante itaq; dñi intereſſe, licentia loquens de faciendo cótractum validat eum qui iam factus eſt, ſcd̃m Alex. Anto. Affl. Ruin. Capic. & Lofred. in locis præcitatis, cũ quibus cóſentit Freccia, de feud. lib. 2. q. 11. nu. 7. verſ. tñ opinio, vbi dicit, noſtrá ſniam procedere inſpecto iure cõi feudorum, quo ſufficit tacitus dñi conſenſus, qui exurgit ex cóceſſione: qui enim dat licentiam faciendi, confirmat factum, ex quo nihil opponi pót quo minus eſſet à principio cócedenda licentia; idipſum quod ſcd̃m ius cõe licentia cóſirmet alienationé iam factam, qñ feudum per eam non applicatur dño, reſoluit, ſi bene & attentè legatur Camer. d. c. Imperialé, in nona cóncluſ. verſ. non quidem cóſiderarunt, & verſ. dico quod eorũ opinio. Et in facto noſtro res eſt clariſſima, quia alienatio ſacta eſt inter vocatos, ideoq; nullum dñi intereſſe conſiderari poteſt, neq; pecuniarium, neq; affectionis, quo ceſſante, nedum ſupra citati, ſed ipſi quoque Freccia, & Camerar. admittunt extenſioné. Et quidquid ſit, præpóderare debet Caſtr. Alex. Ant. ab Alex. Affl. Ruin. Capic. Lofred. & aliorum ſnía, quæ ea ſuſtinetur ampliſſima róne, quod dñi non intereſt factam ſuiſſe alienationem, & quod inter agnatos conſiderari non poteſt dñi diſſenſus, poſtq̃ oẽs perſonæ vocatæ in inueſtitura dñr approbatæ à dño: nec dicatur hoc caſu feudum eſſe nouum vt ſupra dixi, ideoq; deuolui ad dñm qñ ſine eius conſenſu alienatur, quia reſpondet eſſe nouum quo ad quid, nó in omnibus. Præterea licet ſit nouum, tñ quia ad illud ex cóuentione vocantur tranſuerſales, ſicut nó poſſet in eorum præiudiciũ alienari in extraneum, ita nec deuolui ad dominum.

Non omitto, quod in precibus pro impetrando aſſenſu oblatis oppoſitũ fuit partes nó in futurum deuenire velle, ſed deueniſſe ad trăſactioné vt ibi (Ideo ſupplicantes inter ſe ad certas conuentiones deuenerunt per quos dictus Com. Honorius voluit & vult loco dictæ penſionis D. Ferdinãdo in ſolutum dare Caſtrum, &c.) vnde licet ſequentia ſonent in futurũ tps, non per hoc dici poteſt, qđ in totum retinuerint contractum fuiſſe factum, quo caſu eſſemus in primo mébro diſtinctionis Caſtrenſis, in quo vult, ꝙ etiá ſi agatur de intereſſe domini, conſenſus ſuper contractu ſaciendo cóceſſus validet iam factum, ſi dominus factũ ſciebat, & in hoc ſequuntur eum Doctores omnes, nec aliquis contradicit, vt ex ſupradictis videri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Generi per ſpeciem derogatur.*
2 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit tenetur reſeruare quartam.*
3 *Corrigere ſe incontinenti non cenſetur voluiſſe teſtator.*
4 *Correctio vt euitetur interpretatio ſumi debet.*
5 *Diſpoſitio præcedens nunquam cenſeri debet ſublata, niſi quatenus expreſsè id ſactum legatur.*
6 *Saluis præmiſſis, hæc verba, modificant diſpoſitionem.*
7 *Relatio præmiſſorum operatur, ac ſi præmiſſa fuiſſent de nouo expreſſa verè, & propriè, expreſsè, & ſpecialiter.*
8 *Vt ſupra, dictio, repetit præcedentes omnes qualitates.*
9 *Alienationis verbum eſt generale, & amplectitur omnem alienationis ſpeciem, tam per contractum, quam per vltimam voluntatem.*
10 *Alienationis vocabulo includitur hæredis inſtitutio, vbi de alienatione fit mentio permiſſiuè.*
11 *Generi per ſpeciem non derogatur, quando genus eſt certum, determinatum, & præciſum, ſed tunc ſpecierum enumeratio cenſetur per imperitiam, vel ad abundantiam facta.*
12 *Exceptio declarat regulam.*
13 *Generi per ſpeciem derogatur, quando inuicem ſunt contraria, aliàs ſecus.*
14 *Species regulariter nõ derogat generi, niſi ex aliquibus conſtet de contraria diſponentis voluntate, ſed ſpecies cenſetur expreſſa gratia demonſtrationis.*
15 *Genus quod non reſtringatur per ſpeciem in dubio fit interpretatio.*
16 *Genus & ſpecies vbi ponuntur circa eandem perſonam, non derogatur generi per ſpeciem.*
17 *Generi per ſpeciem non derogatur quando genus exprimitur per verba diſpoſitiua ſpecies autem per verba enũciatiua.*
18 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit non tenetur reſeruare quartam quando ei fuit conceſſa licentia alienandi.*
19 *Indefinita æquipollet vniuerſali in vltimis voluntatibus.*
20 *Dictis, dictio, eſt præcedentium relatiua, & repetitiua.*
21 *Indefinita in teſte licet non æquipolleat vniuerſali, tamen quando deponit relatiuè de dictis bonis, intelligitur de omnibus.*
22 *Quibus, dictio, eſt relatiua, & refert omnes qualitates.*
23 *Qualitas, quantitas, & alia accidentia facilius præſumuntur & probantur quam ipſa ſubſtantia.*

CONSILIVM CCCXLII.

DVBITAT Clariſſimus D. Arbiter, qđ D. Maurelia de Freddis non potuerit inſtituendo Magnificum D. Iuliũ Cæſarem Freddum, diſponere de bonis ſibi per D. Imperium maritũ relictis, quia in bonis quæ per ipſam D. Maureliam viuentem non fuiſſent alienata, conſumpta, vel legata, dictus Imperius ſubſtituit Dominam Floriſpinam: hæc verò bona ſunt talia, quia non reperiuntur conſumpta, alienata, vel legata per viuentem: alienatio namq; refertur ad contractũ, cóſumptio ad vſum, legata ad ſpeciem diſpoſitionis; & quamuis in præcedentib. videatur D. Maureliæ cóceſſa ampla facultas diſponendi de dictis bonis, ea tñ quantum attinet ad vltimas volũtates, videtur reſtricta ad ſpeciem legati, vt ſcilicet legando, nó aũt alio medio vel titulo intelligatur cóceſſa licentia diſponédi, quia generi per ſpe-
1 ciem † derogatur, c. generi, de reg. iur. in ſexto. l. in toto iure, ff. de reg. iur. Ruin. in l. 1. §. hoc autem edictum, nu. 75. ff. de oper. noui nũc. vbi ampliat multis modis, præcipuè qñ ſpecies expreſſa non cótinetur ſub omiſſa. Et hoc ipſum vř ſic intellexiſſe D. Maurelia, q̃ nonnulla ex d. bonis per legatũ reliquit, quo facto declaraſſe intelligiř mariti diſpoſitioné ſic fuiſſe recipiédã.

Secundo, quia cũ D. Imperius permiſit quod poſſet de bonis diſponere, non poteſt nec debet de omnibus intelligi, ſed de parte, per ea quæ poſuit Pariſ. in conſi. 18. nu. 37. vol. 3. præcipuè, cũ ſubiecta materia id ſuadeat: grauatus eñ reſtituere q̃dquid ſupererit, tene-
2 tur reſeruare quartam, † Auth. Contra rogatus, C. ad Trebell. cuius diſpoſitio optimè procedit, quãdo grauatus non fuit inſtitutus in totũ, ſecundum Ruin. cóſ. 76. nu. 13. vol. 2. Gabriel. lib. 4. comm. opin. tit. ad Trebell. concluſ. 13. nu. 3. in facto autem Dominæ Maureliæ bona hęc à viro fuerunt non inſtitutionis, ſed legati titulo relicta, ideo locus erit dictæ reſeruationi.

Quæ etſi ſubtilia, docta, & ingenioſa ſint, me tamé à priore ſententia nó remouent: probaui enim in priorib. ſcriptis, licentiã diſponendi eſſe D. Maureliæ generaliter, & per quemcunq; titulum conceſſam, quia verba ſunt ampliſſima, quod poſſit diſponere ad ſuæ libitum voluntatis, per quemcunq. contractum, & diſtractum cuiuſcunq. ſortis, & per vltimã voluntatem, vel per donationẽ, aut eo alio meliori modo quo ſibi placue-

placuerit, probaui etiam, quod ex facultate prædicta,
potuit inſtituere Dominum Iulium Cæſarem, & ei ti-
tulo inſtitutionis bona hæc relinquere, ideo non repe-
to; ſed quia tota difficultas conſiſtit in reſolutione
contrariorum, ideo ad ea me conuerto.

Itaque non obſtat, quod amplitudo illa verborum
reſtringatur ex ſequẽtibus verbis, quibus teſtator D.
Floriſpinā ſubſtituit in bonis non legatis, quia reſpon
deo, id nullo iure ſuſtineri poſſe, per infraſcripta, pri-
mo quia teſtator q paulo ſuperius fuerat generaliter
loquutus de oĩ ſpecie alienationis, non cenſetur vo-
3 luiſſe ſe incontinenti corrigere, † l. nõ ad ea legata dũ-
taxat, vbi gl. & DD. ff. de condit. & demon. Alc. late in
tract. præſumpt. reg. 2. præſump. 28. num. 1. & ſeq.

Secundo, quia in dubio ſumi debet interpretatio vt
4 dicta non ſe inuicem corrigant, ſed concordent, † cap.
cum expediret, de elect. in 6. l. fin. C. de eden. Alciat. lo-
co præcitato, numer. 9. id etiam probatur in l. præcipi-
mus, C. de appell.

Tertio, nunquam præcedens diſpoſitio cenſeri de-
bet ſublata, niſi quatenus expreſſe id factum legatur.
5 † Bar. conſ. 72. Ex facto, colum. 3. vol. 1. Dec. conſil. 3. &
conſ. 358. nu. 4. in conſ. 37. num. 2. Doctores, in l. pacta
nouiſſima, C. de pact. Cagno. in l. vbi repugnantia, nu.
4. ff. de reg. iur. Crau. pro Genero, nu. 297. & 301. vbi la
te agit, ſed hoc caſu poteſt optime ſaluari à contrarie-
tate, & correctione diſpoſitio teſtatoris, ſi intelliga-
mus de legatis factam eſſe mentionem, non animo re
ſtringendi, ergo ad id reſtringi non debet.

Quarto, quod teſtator nõ voluerit ſe corrigere, aut
reſtringere, probatur ex ſuis verbis: quia in ſubſtituen
do dicit, quod Maureliæ non diſponenti de dictis bo-
nis, ſaluis premiſſis, ſubſtituit ei, rurſus dicit, q ſubſti-
tuit in bonis q̃ non fuerint alienata, conſumpta, vel le-
gata, ſaluis præmiſſis, q̃ verba modificãt diſpoſitionẽ,
6 † gl. in l. item Labeo, §. ſed ſi purè, ff. famil. herciſc. in l. ſi
debitor, §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolut. late Be-
cius in conſ. 74. nu. 14. dũ ergo dixit de legatis, modifi-
cat dictũ, & ſe refert ad præmiſſa quæ erant lata & am
pla, & includebant non ſolum legata, ſed & inſtitutio-
nem, relatio enim præmiſſorum operatur ac ſi præmiſ-
ſa fuiſſent de nouo ibi expreſſa, l. aſſe toto, ff. de hær. in-
ſtit. vere & proprie. Dec. conſ. 138. nu. 6. imò expreſſe &
7 ſpecialiter. † Bald. in l. 1. in fine, C. de ſent. ex breui, rec.
Crau. conſ. 143. nu. 14. ſic dictio vt ſupra, eſt relatiua, &
8 repetit præcedentes oẽs qualitates. † Ruin. conſil. 183.
nu. 1. vol. 2. Pariſ. conſ. 19. nu. 68. vol. 2. Curt. iun. conſil.
556. nu. 7. vbi ait, quod virtute huius dictionis, quęcũ-
que in præcedentibus dicta ſunt, cenſentur in ſequen-
tibus repetita: cũ autem ſupra teſtator loquutus ſic de
alienatione, quæ & per vltimam voluntatẽ facta eſſet,
intelligi quoque debet ſubſtitutio de bonis quæ alie-
nata eſſent aliquo modo per vltimam voluntatem.

Quinto teſtator non ſubſtituit ſolum in bonis non
legatis, ſed dixit, etiam non alienatis, & ideo non põt
dici quod ſe reſtrinxerit ad non legata, cum addiderit
non alienata, hoc autem alienationis verbum eſt gene
rale, & omnem alienationis ſpeciẽ, ideſt, tam vltimam
9 voluntatem quam contractus amplectitur. † gl. in l. ſta
tuliberi à ceteris, §. Quintus Mutius, in ver. emptionis,
ff. de ſtatuliber. Bar. in l. alio, n. 11. ff. de alimen. & cibar.
leg. & vbi de alienatione fit mentio, permiſſiue inſtitu
10 tio hæredis ſub alienationis vocabulo includitur, † l. ſi
quis prioris, §. certum, vbi gl. C. de ſecun. nupt. & dicit
Bar. in l. ſi ita quis, §. ea lege, nu. 7. ff. de verb. oblig. vbi
Imol. nu. 1. & Iaſ. nu. 41. ſequitur Alex. Soc. Ruin. Pariſ.
Gozad. Curt. ſen. Crot. Natta, Rolan. & Menoch. quos
citaui in conſ. 10. nu. 11. & ſeq. addo Grat. conſ. 9. num.
159. vol. 1. Gabr. conſ. 143. nu. 5. vol. 1. Mazol. in conſil.
35. nu. 4. Marium Anguiſ. conſ. 138. nu. 1. Rimin. conſil.
313. num. 9. & 10. & conſ. 456. nu. 73. Licet itaque bona
hæc Domina Maurelia non legauerit, tamen aliena-
uit, inſtituendo Dominum Iulium Cæſarem, ideo non
poteſt dici, quod in eis facta fuerit ſubſtitutio.

Sexto, quia generi per ſpeciem nõ derogatur, qũ ge
nus eſt certum, determinatum, & præciſum, ſed tũc ſpe
cierum enumeratio cenſetur per imperitiam, vel ad
abundantem facta, licet aliud ſit, qñ genus eſt dubiũ,
11 † quia tunc per ſpeciem certam declaratur, ita p mul-
ta concludit Silua. in conſ. 81. nu. 24. Ruin. in conſ. 119.
nu. 3. vol. 4. Facit, quia generi non detrahitur p ſpeciẽ
per viam reuocationis, ſed quia ex ſpecie colligitur,
quod diſponens noluit illum caſum includi, & ita ſpe
cies declarat voluntatem diſponentis, vt poſt Bart. &
Aret. pulchre declarat Ruin. in conſ. 38. nu. 18. vol. 5. at
vbi genus eſt certum & determinatum, ita quod decla
ratione non indiget, tunc ſpecies non derogat generi:
in facto autem modo genus erat certũ, quia ſupra con
ceſſa fuit facultas alienandi per quãcumque vltimam
voluntatem, ergo ea non debet reſtringi ad legatum,
quod autem licẽtia amplectatur non ſolum legatum,
ſed quamcunque vltimam voluntatem, & inſtitutio-
nem, probaui in prioribus ſcriptis, & præcipue, ex ver
bo diſponere, item ad libitum ſuæ voluntatis, item cu-
iuſcunque ſortis, item eo alio meliore modo qui ipſi
D. Maurelię placuerit, quę verba ſine offenſione & de-
ſtructione ſenſus reſtringi non poſſunt ad legatũ. Con
ſidero etiam, quod exceptio eſt generaliſſima, dum di-
cit, q non poſſit aliquo modo relinquere filijs Lauren
tij de Remãdinis, & ideo ampliat regulam in caſibus
non exceptis, ita ſcilicet quod alijs poſſit quocunque
modo relinquere, l. nam quod liquide, ff. de pen. leg. &
12 declarat † regulam ipſam, vt late per Tiraq. de retrac.
conſanguin. in fine, nu. 95. Ripam, in l. 1. §. quod ſi in pa
tris, nu. 13. ff. ſolut. matrim. cum ſimilibus.

Septimo, quia tunc eſt quærendũ an generi deroge-
tur per ſpeciem qñ inuicem ſunt contraria, ſed qñ non
ſunt contraria, tunc non eſt locus regulæ, l. ſi alij, §. Sẽ-
13 pronius, ff. de vſufr. leg. † Dec. in l. in toto iure, nu. 14. in
fine, ff. de reg. iur. & ibi Cagn. num. 9. qui citat Franch.
Ruin. in conſ. 54. nu. 6. vol. 3. & in l. 1. §. hoc edictum, nu.
95. vbi Horman. nu. 25. ff. de oper. noui nunciat. & mul
tos alios citat Menoch. in conſ. 141. nu. 37. vbi id con-
firmat, & in tract. præſump. lib. 6. præſump. 38. num. 14.
Marcobrun. conſ. 71. nu. 128. & ſeq. vbi addit Alciat. &
alios in propoſito autem non ſunt contrariæ diſpoſi-
tiones, ſed diuerſæ, quia prima cõcedit facultatem di-
ſponendi per quamcunque viam, in ſecunda vero fit
ſubſtitutio in bonis non legatis, ergo per hanc ſubſti-
tutionem non cenſetur reſtricta generalis facultas di
ſponendi in ſuperioribus verbis cõceſſa, ſed de ſpecie
videtur facta mentio gratia exempli, vt Franch. dicit,
quem citat Cagnol. loco præcitato, num. 9. & num. 15.

Octauo, ſpecies nõ derogat generi regulariter, niſi
ex aliquibus conſtet de contraria diſponentis volun-
tate, ſed ſpecies cenſetur expreſſa demõſtrationis gra
14 tia, † ita per multa probat Socin. in conſ. 300. nu. 2. &
ſequen. volum. 2. vbi conſiderat verba geminata, & di-
cit, quod cõſtare debet ex aliquibus, quod ſpecies fue-
rit adiecta ad limitandum. Afflict. in deciſ. 106. nu. 2.
vbi dicit, id maxime procedere, quando ex anteceden
tibus apparet hanc fuiſſe diſponentis voluntatem, q
optime noſtro caſui conuenit, in quo bis fuit amplitu-
do facultatis expreſſa. Crau. in conſil. 227. nu. 7. 8. & 9.
vbi conſiderat mentem diſponentis. Cęphal. in conſil.
372. num. 26. & 27. vbi ſequitur dictam Afflicti deciſio-
nem, ſic etiam Mazol. conſ. 88. num. 29. Marcobrun. d.
conſ. 71. nu. 126. & ſeq. Pariſ. conſ. 92. nu. 34. & ſequen.

volum.1.in caſu autem præſenti nedum non concurrit
modo aliquo voluntas diſponentis, ſed etiam expreſ-
ſe repugnat.

Nono, vbi ſumus in dubio, an voluerit diſponens p
ſpeciem reſtringere genus, fit interpretatio quod non
15 reſtringatur, † ita gl. in l. quæſitum, §.fi.ff. de fund. in-
ſtru. vbi Bart.col.2.verſ.ſed ſi eſſet dubium, & ſequitur
Corn.Aſſlict.& Dec.quos citat approbando Cæph. in
d.conſ.72.nu.29.Pariſ.d.conſ.92.nu.41.vol.1.vbi quod
intelligitur poſita ſpecies ad tollendũ dubitationẽ, &
exempli gratia, & in conſ.43.nu.70.vol.3.Marcobrun.
d.conſ.71.nu.133.Lofred.in conſ.43.nu.14. Dec.d.l.in
toto iure,nu.16.vbi addit Caſtr.& probat, quod in du-
bio ſpecies adiecta cenſetur gratia demonſtrationis.

Decimo, quando genus & ſpecies ponuntur circa
eandem perſonam, non derogatur generi per ſpeciẽ,
16 † d.l. quæſitum, §. item ſi ſtudum, vbi probatur, quod
ſpecies videtur expreſſa gratia tollendę dubitationis.
Din.qui ita declarat, in d.reg.generi.Dec.in d.l.in to-
to iure,num.15.ſequitur Cagnol.ibi,numer.etiam 15.
Crauet.in conſ.227.num.9.in princ. Cęphal.d.conſil.
372.nu.28. hic autem reſpectu eiuſdem perſonæ facta
eſt generalis mentio vltimarum voluntatũ, & ſpecia-
lis legatorum, quia dum teſtator loquitur de legatis,
exprimit de factis, ſeu faciendis à domina Maurelia,
cui generaliter ſupra concellerat facultatem diſponẽ-
di per vltimas voluntates, propterea legatorum men
tio cenſenda eſt facta, ad tollendam dubitationem,
non vt reſtringatur poteſtas generaliter data.

Vndecimo, quando genus exprimitur per verba di
ſpoſitiua, ſpecies aũt per verba enũciatiua, tunc gene-
17 ri non derogatur per ſpeciem, † vt eſt textus clarus in
l.Titia, §.Luc.Titius relictis, ff. de leg.2. & ita regulam
declarat Bar.in d.l.quæſitũ, §.fi.nu.15.verſ. ſi vero vnũ
poneretur diſpoſitiue, ff.de fund.inſtr.& Bar.in d.§.Lu
cius, dicit, quod obſcura declarantur per clara præce-
dentia, ſequuntur Bal.Imol.& Caſtr.ita ergo in propo
ſito, quod inferius dictũ eſt de legatis enunciatiue in-
telligi debet ſecundum præcedentem, diſpoſitionẽ, &
ab ea recipere interpretationem, non autem inducere
correctionem, præcipue qñ præcedentia ſunt adeo cla
ra, quod ſalua ratione recti ſermonis reſtringi nõ poſ-
ſunt, vt declarat etiam Crau. dicto conſ.227.num.12.

Accedat, quod nulla ſuberat ratio reſtringendi fa-
cultatem illam ad actum legandi potius quam inſti-
tuendi, ſed vtroque caſu eadem militat ratio & ſicuti
voluit, quod libera & abſoluta eſſet facultas diſponen
di per contrarium, nulla facta reſtrictione ad certam
aliquam ſpeciem, ita credendum eſt, quod voluerit eã
eſſe generalem & liberam reſpectu vltimę voluntatis:
eadem namq; determinatio debet æqualiter determi
nare, l.eum qui ædem, ff. de vſucap. imò facilius conce-
ditur diſpoſitio per inſtitutionem, quam per legatum,
vt ponunt Doct.in l.filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg.1.
ideo ſub eo, quòd eſt plus, venit quod eſt minus, l.ſem-
per in eo, ff.de reg.iur.& cui conceditur quod eſt plus,
non debet denegari quòd eſt minus, l.non debet, eo.
ff.eod.titu. Cum igitur nulla ſubeſſet reſtringendi ra-
tio, non debemus reſtrictionem præſumere.

Dum vero ſecundo loco principaliter dubitando
dicitur, licentiam diſponendi à teſtatore conceſſam
non eſſe intelligendam de omnibus bonis, ſed de par-
te. Reſpondeo, quod etſi grauans teſtituere quidquid
ſupererit, teneatur reſeruare quartam, iuxta diſpoſi-
tionem Authen. contra rogatus, C. ad Trebell. tamen
quando conceſſa ei fuit alienandi licentia, poteſt de
omnibus bonis diſponere, & nihil ſubſtituto reſerua-
18 re tenetur, † vt voluit Socin.in conſ.123.nu.3.volum.3.
Iaſ.conſil.232.in vltimo dubin, col.fin.volum.2. Ruin.
conſ.76.nu.13.vol.1. Anch. mod. fam.q.12.nu.4.lib.1.
Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, par.7.num.98.ff.ad
Trebell.dixi in conſ.10.nu.34.ecce ergo, quod licentia
alienandi extenditur ad omnia bona, non autem re-
ſtringitur ad partem; & hoc ſtante, nõ eſſet aliud quæ-
rendum, ſed pro maiori confirmatione dico, quod li-
centia indefinita alienandi bona, æquipollet vniuer-
ſali, quia in vltimis voluntatibus indefinita habet ſi-
19 gnificationem vniuerſalem, † l.ſi pluribus, ff. de leg.2.
l.ſi plures, ff.de leg.3.quæ iura loquuntur in indefinita
teſtatoris, & Bar.in præcitatis locis declarat Cur.iun.
in cõſ.43.nu.3.& 5. vbi ait, neminem extare qui neget
hanc concluſionem Iaſonn excepto. Alex.in conſ.171.
nu.4.vol.2.vbi in perſonis, in conſ.91.nu.5.vol.1.Soc.
in conſ.80.col.2. in prin. verſ. his tamen non obſtant.
vol.1.Pariſ.conſ.53.num.22.vol.2.addo Cum.in conſ.
3.nu.3.vbi vult, quod teſtator de hæreditate loquens,
intelligatur de tota, propter regulam prædictam, &
ibi Fulg. in ſubſcript. Duran.de arte teſtan.tit.5.caut.
28.in fine, Card.Mant. de coniectur. vltim.volunt.lib.
3.tit.4.num.12. præcipue quando non ſubeſt ratio di-
uerſitatis. Angel.in conſ.261.num.2. Didac.lib.1.va-
riar.reſolut.c.13.num.9.Card. Mant.loco præcitato, &
paria ſunt dicere, quod poſſet alienare bona teſtato-
ris, & dicere, quod poſſit omnia alienare; in facto au-
tem nulla ratio ſubeſt, quare indefinita non debeat ha-
beri pro vniuerſali, ergo ſtandum eſt regulæ.

Accedat, quod teſtator in ſubſtitutione dicit ſe ſub
ſtituere Dominæ Maureliæ non diſponenti de dictis
bonis atque ita loquitur relatiue ad bona quæ eidem
legauerat, dictio enim, dictis, eſt præcedentium rela-
20 tiua & repetitiua, † l.qui liberis, §.hæc verba, ff.de vul-
ga.l.fin. C.de hæred. inſtit. Pariſ.conſ.86.nu.36.vol.4.
Crau.conſ.98.nu.8.Men.conſ.390.nu.15.dixi in conſ.
125.nu.13.& in propoſito quod per dicta verba teſta-
tor loquẽdo de bonis, intelligatur de omnibus, voluit
Soc.d.conſ.80.col.2.ver.ſupra enim fecerat mentionẽ,
vol.1.id quod etiam procedit in teſte, qui etſi indefini-
te loquendo non includat vniuerſalem, tamen quan-
do relatiue deponit de dictis bonis, intelligitur de om
21 nibus, ita † Rota, in deciſ.71.num.1.in 1.par.in nouiſ.

Rurſus, poſtquam teſtator multa prælegauit Domi
næ Maureliæ vxori, ſubdit, de quibus terris, prædio, &
linellis, vt ſupra legatis, poſſit diſponere, &c. atque ita
in facultate diſponendi refert ſe ad bona relicta, non
ſolum per dictionem, vt ſupra, quæ vt dixi facit rela-
tionem, ſed etiam per dictionem, quibus, quæ eſt rela-
22 tiua. † Caſt.conſ.283.num.5.volum.1.Ripa in l.re con
iuncti, nu.33.ff.de leg.3. Roland.conſ.58.nu.13.vol.3.
vbi quod refert omnes qualitates, at ſupra deſignaue
rat omnia bona, ergo facultas diſponendi referri dēt
ad omnia bona, quia ſat eſt quod per relationem in-
telligatur vniuerſalitas, ita Aret.in l.ſerui electione, §.
1.in fine, ff.de leg.1.vbi dicit, quod etſi teſtis loquendo
de re, non intelligatur de tota, tamen ſi in capitulo to-
ta res ſit deſignata, & teſtis referat ſe ad capitulum,
idem erit ac ſi de tota depoſuiſſet, ſequitur Socin.in l.
ſi quis totum, nu 4.ff.de excep.rei iudic.Felin.in c.au-
ditis, colum.12.in prin.verſ.10.limita niſi, de præſcript.
& ibi allegat Bar.Bal.& alios, ſequitur Rota loco præ-
citato. Sicut igitur in prælegato includuntur omnia
bona, nec reſtringi poteſt ad eorum partem, ita licen-
tia alienandi relata ad legatum ipſum, intelligi de-
bet de toto legato, & de omnibus bonis in legato com
prehenſis, & non reſtringi ad partem.

Ex ſtantibus prædictis, non opus eſt aliter reſpon-
dere ad conſilium Pariſ.18.nu.37. in 3. quia in eo caſu
non concurrunt quæ ſupra ego in facto conſideraui, &
res ex multis erat ibi clara, quia cum mãdat de dictis

bonis

bonis dotati filiã, vel in dictis bonis non intelligitur,
vt omnia in dotem dentur, ex quo dos non eſt quid
certum,ſed arbitrio iudicis certificandum, & ibi age
batur de nouum legatum fauore filiæ inducendo, vel
autem de qualificando iam factum,nam qualitas,quã
titas,& alia accidentia, facilius præſumuntur & pro-
23 bantur quam ipſa ſubſtantia,† l.Titius, & l.creditor,
ff.de actio.empt.gloſſ.in l.talis ſcriptura, §.fin.in verſ.
vniuerſa,ff.de leg.1.Ang.in l.ſi certis annis, C.de pact.
dixi in conſi.94.num.26.& facilius conſeruatur quod
iam eſt in eſſe productum, quam aliquid de nouo in-
ducatur,l.fin. §.penult. C.de donat.ante nupt. DD.in
l.fin.C.de edend.l.pater furioſo, vbi DD.ff.de his qui
ſunt ſui vel alieni iur. Crauet.conſil.882.nu.7. & cum
habeamus ſpeciales deciſiones, quib. probatur,quod
licentia diſponendi trahitur ad omnia bona, non de-
bemus curare ea argumenta quæ à remotis deducun-
tur, & in alijs terminis verſantur.

Ex prędictis pariter eſt ſublatum fundamentum fa
ctum ſuper d.Auth. Contra rogatus, quia vt prædixi,
procederet, quando non ſubeſſet licentia alienãdi, &
facta eſſet ſubſtitutio in eo quod ſupereſſet: at cum vl
tra formam ſubſtitutionis expreſſa adſit alienandi li
centia, tunc integre poteſt alienare. & ratio eſt: quia
aliàs licẽtia alienãdi eſſet ſuperflua, & nihil operare-
tur,ſi reſtringeretur ad dodrantẽ,ex quo ea circũſcri-
pta poterat grauatus ſub ea forma dodrãtẽ alienare,
vt vero aliquid operet̃, importat totalẽ alienationẽ.

Nec ex eo quod Domina Maurelia de aliquib. bo-
nis per legatum diſpoſuerit, videtur colligi argumen
tum quod non poſſet aliter quam per legatum diſpo-
nere:quia eſt clarum, quod poterat quoquomodo di-
ſponere,in claris autem non egemus coniecturis, l.cõ
tinuus,ff.de verb.oblig. Præterea, argumentum pro-
cederet forte,ſi non diſpoſuiſſet de alijs,ſed etſi per le
gatum aliqua reliquerit, alia tamen per vniuerſalem
ſubſtitutionem tranſtulit in Dominum Iulium Cæſa-
rem: nam in prioribus ſcriptis probaui, bona ſibi reli
cta à marito, venire in inſtitutione facta de Domino
Iulio Cæſare,& propterea retorquetur argumentum,
quia ſi partem per legatum, partem vero per inſtitu-
tionem reliquit,ergo dat intelligi, quod vtroque mo-
do credidit ſe poſſe diſponere. Rurſus,cũ plures modi
ſibi paterent ad diſponẽdum, eligendo vnum modũ,
quoad aliqua bona, non per hoc facultatem ſuam vi-
detur reſtrinxiſſe: erat enim in ſua facultate vno vel
alio diſponere,aliàs poſſemus dicere,ꝙ non eſſet con-
ceſſa licentia alienandi per contractum, ex quo nihil
diſpoſuit per contractum, quòd tamen eſt abſurdum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.*
2 *Alienationi rei propriæ hæredis à defuncto factæ non poteſt hæres contrauenire.*
3 *Teſtator poteſt de bonis hæredis diſponere non minus quam de proprijs.*
4 *Hæres hæredis non poteſt factum defuncti impugnare.*
5 *Feudi ex pacto, & prouidentia alienationẽ a defuncto factã non poteſt reuocare hæres qui inuentarium non confecit.*
6 *Hæres nõ poteſt contrauenire facto defuncti in feudo mixto.*
7 *Inuentario confecto, tenetur nihilominus hæres ſeruare alienationem feudi factam a defuncto, quatenus hæreditatis vires ſuppetunt.*
8 *Feudũ conceſſũ pro ſe, & hæredib. tranſit ad ſolos maſculos.*
9 *Feudum efficitur nouum, quando ei conceditur qui in antiqua inueſtitura non erat comprehenſus.*
10 *Feudum efficitur nouum ex noua cauſa habendi.*
11 *Transuerſalis eius qui primo feudum acquiſiuit, nunquam in eo ſuccedit.*
12 *Actoris ex perſona ius eſt metiendum.*
13 *Filia non ſuccedit in feudo materno, ſi mater habuit feudum ex pacto poſito in paterna inueſtitura, quod Titia ſuccedat: quia pactum eſt perſonale, ſecus ſi nihil eſt dictum de certa femina, ſed generaliter quod feminæ ſuccedant.*
14 *Feudum vbi ſemel ad mulierem peruenit, ſemper in eius linea & deſcendentia conſeruatur.*
15 *Femina ſuccedit in feudo matri conceſſo.*
16 *Iſern.in c.1.§.& quia vidimus, num.15.qui feud. dare poſſunt, quomodo intelligatur.*
17 *Licentia vendendi feudum vni, eſt perſonalis, nec ad alium extenditur.*
18 *Licentia vendendi feudum vni conceſſa, eo mortuo cenſetur hæredi conceſſa.*
19 *Aſſenſus vendendi feudum eſt stricti iuris.*
20 *Feudum in perſona extranei in quem fuit alienatum, efficitur nouum, ideo ſuccedit dominus decedente emptore ſine deſcendentibus, non autem agnati venditoris.*
21 *Femina ſemel per maſculum excluſa, non admittitur vlterius ad feudum.*
22 *Conſenſus patris in alienatione feudi non nocet filijs etiam hæredibus.*
23 *Conſenſus acceptatus tranſit in pactum.*
24 *Filius conſentientis alienationi feudi & promittentis non contrauenire, non poteſt feudum reuocare.*
25 *Promittens de ſe, cenſetur etiam promittere de hæredibus.*
26 *Bald.in l.qui ſe patris, num.9. C.vnde liberi, quomodo intelligi debeat.*
27 *Filius hæres, qui non fecit inuentarium, non poteſt aſpirare ad feudum alienatum cum conſenſu patris promittentis pro ſe, & hæredibus, non contrauenire.*
28 *Alienatio feudi facta in extraneum, de conſenſu domini eſt valida.*
29 *Præſcribi qui patitur, dicitur alienare.*
30 *Præſcriptio habet vim contractus & pacti.*
31 *Præſcriptio contra patrem, nocet filio in feudo hæreditario.*
32 *Præſcriptio non nocet ei qui agere non poteſt.*
33 *Caducitatem ob lineam finitam nemo allegat præter dominum directum.*
34 *Feudum feminæ concedere poteſt dominus ceſſante maſculorum præiudicio.*
35 *Alienans priuat ſe facultate rem alienatam reuocandi.*

CONSILIVM CCCLIII.

PRo clara motiuorũ elucidatione duo
mihi præmittenda ſunt, ex quib. arbi-
tror plane inferri poſſe, dominus Pari
dem & Galeatium de Andreaſijs non
poſſe ad bona feudalia aſpirare, quæ
nunc a Mag. ſororibus de Griſantis
poſſidentur. Primum eſt, quod prædicti Domini fra-
tres tenentur approbare,nec poſſunt impugnare con-
ſenſum à D. Galeacio auo eorum paterno præſtitum
D.Franciſco materno auo ipſarum ſororum, ad relin
quendum bona ſua feudalia filiabus quas tũc dictus
D.Franciſcus habebat. Secundum eſt, quod bona iſta
quoad filias Franciſci quibus in teſtõ relicta fuere,fa-
cta ſunt feudum nouum. Quod attinet ad primum,ex
quo dicti fratres nũc agentes,ſunt aui & patris hære-
des vulgata ſuccedit concluſio,ꝙ hæres non poteſt ve
1 nire contra factum defuncti,† l.cum a matre, C.de rei
vendic. l.ex qua perſona,ff.de reg.iur.l.ſi ab eo, C.de li
ber.cau.l.venditrici, C. de reb. alien. non alien. l.ſiue
poſſeſſio, C.de euict. Tiraq.de retract.conſang. §.1.gl.
9.num.47.Alciat.in conſi.611.nu.2.Crot.in conſil.18.
num.9.Bellon.conſil.9.nu.8.Natta,in conſi.213.nu.1.
cum infinitis ſimilibus,quæ procedit, etſi res à defun-
cto alienata,eſſet propria ipſius hętedis,quia nihilo-

2 minus hæres non poteſt contrauenire † alienationi,
l.filiű,ff.de lib.cauſ.l.3. C.de reb.alien.non alien. Dec.
in conſi.547.nu.3.Crot.in conſi.32.nu.28. Caſſan.cőſ.
47.nu.30.& ſeq.Rol.conſi.30.nu.32.vol.4.Pinel.in l.1.
par.3.nu.81.& ratio eſt: quia teſtari non minus quis
poteſt & diſponere de bonis hæredis quã de proprijs,
3 † §.non ſolum,Inſtit.de legat.l.hęredum,C.de fideiuſ.
alios citat Rol.d.conſi.30.nu.35.& hæres cenſetur ea-
dem perſona cű defuncto, vt in Auth. de iureiurand.
à morienti.pręſtito in ptin.& ſicuti impugnare nemo
poteſt factum proprium,l.poſt mortem,ff.de adoptio.
ita nec factum defuncti quod proprium ipſius hære-
dis reputatur:quinimo, id vendicat ſibi locum etiam
in caſu quo defunctus nő tenetur de euictione, l.ſi fun
dum, C.de euict.glo.in d.l.cum à matre, vbi DD.om-
nes,Pinel.d.par.3.nu.81.verſi.ampliatur ſecűdo, poſt
Tiraq.in loco citato,nu.47.& Socin.iun.in §.Cato,nu.
221.& non ſolum primus hæres prohibetur factum
defuncti reprehendere, ſed hæres quoque hæredis,
4 Caſtr.† in conſil.208.vol.2. Boer.in deciſ.23.num.20.
Lofred.in conſil.1.num.168. quam ampliationem la-
tiſſime defendit Menoch.in conſi.89.num.126.& mul
tis ſequen.Cæphal.in conſil.393.num.58.& ſeq. & nu.
135.& ſequen. vbi teſtator de communi. latiſſime Io-
ſeph.Ludou.concluſ.16.illat.43.in 4.ampliat. vbi di-
cit communem, & illatio. 82. in ampliat.11. vbi dicit
magis communem; Et quamuis prædicta videantur
generalia,ex eis tamen bene inſertur ad ſpecialia.

Nam hæres qui inuentarium non confecit,reuoca-
re non poteſt feudum etiam ex pacto & prouidentia
alienatum à defuncto,ſed tenetur alienationẽ appro-
5 bare,†eſt doctrina Bal.in l.qui ſe patris,nu.9. C.vnde
lib.quem ſequuntur Alex.Dec. Ruin.Affl.Pariſ.Zaſ.&
Boer.citati à Menoch.in conſil.89.num.65.& ſeq. vbi
tranſit cum ea opinione. Rol.d.conſil.30.nu.38.vol.4.
vbi allegat Alex.Iacobin.Ruin.& Tiraq.& idem pro-
bauit Rol.poſt infinitos quos allegat in conſ.44.nu.9.
vol.3.vbi vult,quod hęres cű beneficio inuentarij poſ-
ſit venire contra factum defuncti in feudo ex pacto &
prouidentia,contrariű innoens, qñ nő fecit inuenta-
rium; & hanc partẽ probauit expreſsè Burſ.in conſ.3.
num.29.vbi allegat Curt.iun.Afflict.Cepol.Clar.Rol.
Ruin. Gabriel. & Tho.Marin. Cum ea pariter tranſit
Ioſeph.Lud.dicta concl.16.illat.81.ampliat.7. vbi vl-
tra prædictos addit Zaſ.& Pinel. idem voluit Alba,in
conſi.76.nu.6.vbi expreſsè loquitur in feudo ex pacto
& prouidentia:qñ non eſt factum inuẽtarium. Crau.
in conſi.894.nu.11. vbi addit Iſeru.Curt.ſen.& Schur
fum,& nouiſſimè qñ non fuit factum inuentarium,
eandem tenuit Rodulph.Scrad.de feud. par.8.cap.8.
num.19. vbi addit Præpoſ.Martinum Lauden. Feder.
Schenck & alios eam ſequẽtes. Nicola.Intringliel.de
feud.q.51.nu.13. vbi ſequitur Pinel. Oſaſc.deciſ.Ped.
180.nu.11. vbi tunc ſolum vult hæredem admitti ad
reuocationem feudi mixti, vel ex pacto & prouiden-
tia,qñ fecit Inuentarium.quare ex prædictis apparet
hanc eſſe cőem opinionem,quamuis aliqui ei contra-
dixerint, & videri poteſt apud Decian.in conſil.117.
nu.32.& ſeq.vol.3.& dicit Phanuc.de inuentar.par.7.
nu.110.regulam l.cum a matre, non facto inuentario,
procedere in fideicommiſſo, in feudo, & in quacűque
alia materia, & num.156. tenet prædictam concluſ.
ſequitur Rol.de inuentar.par.3.§.nunquid hæres, nu.
19.folio mihi 150. Marin.Freccia,lib.3.differen.21.in
fine.Sola in Conſtit.Pedem. tit.de feud. conſtit.incip.
quia plerique, nu.4.vſque ad finem, vbi dicit eſſe ma-
gis communem.Scrader.de feudis, part.7. c.2.nu.47.
Intringliel. de feudis,q.51.nu.110.ſi id verű eſt in feu-
do ex pacto & prouidentia,multo magis obtinebit in
feudo mixto,quale eſt illud de quo agimus, fuit enim
conceſſum pro ſe, & hæredibus ex ſe legitimè deſcen-
dentibus, vt poſt infinitos quos allegat concludit Cæ
phal.in conſi.303.num.38.& per totum, plures addit
Burſ.in conſi.2.nu.41.& in conſi.291.nu.76.& conſil.5.
in princ. in quibus locis dicit eſſe magis communem
opinionem,Berret.in conſil.78.nu.13.vbi cum Burſat.
in locis præcitatis concludit in eo hęredem contraue-
6 nire non poſſe facto defuncti.† Decian.conſil.117.nu.
27.Menoch.in conſil.401.nu.12. Et quãdo factum fuit
ab hærede inuentarium, tunc hæres tenetur factum
7 defuncti ſeruare, quãtenus hæreditatis vires † ſuppe-
tűt,vt voluit Aluar.in c.1.§.Titius filios, ſi de feud.de-
fun.col.fin.ver.quæro ab extra. Afflict.in cap.1.nu.33.
tit.an agnat.vel fili.Dec.in l.debitori,col.3.C.de pact.
Barbat.in conſ.66.col.4.vol.4. Cagnol.in l.ex qua per
ſona, ff.de reg.iur. & hanc partem tenuerunt Petr.de
Bellap.Iac.Butr. Cin.glo.Bar.Ang.Caſtr.Salic.Alber.
Alex.Corn.Iaſ.Curt.iun. Purpu.& Crau.quos omnes
citat & ſequitur dicens magis cőmunem, Gabriel.in
conſ.125.nu.11.vol.1.Alba,in conſi.76.nu.6.Burſat.in
conſil.3.num.31.Pinell.d.l.1.par.3.num.81. in 5.& 7.
ampliat. Berret.in conſil.82.nu.16.vbi addit Roman.
& Socin.iun.Bero.in conſi.70.nu.42.vol.1. Rol.de con
fect.inuent. part.3.§.nunquid hæres, nume.19.& ſe-
quen.Anchar.mod.famil.quæſt.19.in fine, lib.1. Ioan.
Baptiſta Surdus,in d.c.1.nu.21. in tit.an agnat. vel fi-
lius.Intringliel.in d.q.51.nu.101. vbi poſt Canet.dicit,
hæredẽ teneri,quatenus hæreditatis vires ſuppetunt;
Cum igitur domini actores ſint hęredes patris & aui,
non poſſunt contrauenire conſenſui per eos præſtito,
quòd hæc bona ſibi poſt mortem fratris peruentura,
poſſent ad neptes ex fratre tranſire quocűque titulo.

Secundo etiam præmiſſum, quod ſtante validitate
diſpoſitionis factæ à D.Franciſco patre in fauorem fi-
liarum de bonis prædictis, cum conſenſu Domino-
rum Antonij & Franciſci fratrum ſuorum, bona hæc
ſic ex patris teſtamento dictis ſororibus acquiſita,ef-
fecta fuerint feudum nouum, & antiquam amiſerint
naturam,clarum eſt:nam filiæ D. Franciſci non erant
incluſæ in prima inueſtitura, nec illius vigore potuiſ-
ſent in his bonis ſuccedere,quia feudű conceſſum pro
8 ſe,& hæredibus,tranſit ad ſolos maſculos,cap.1. † vbi
Bald.de natur.feud.cap.1.§.ſimiliter, ver.profecto,de
lege Corrad.vbi quod feudum pro hæredibus conceſ-
ſum,ſolos maſculos admittit, & ibi Affl.in fine dicit,
hæredis appellatione in feudali materia ſolos maſcu
los ſignificari.Dec.in conſ.445.num.13.Caccialup.de
feud.cognit.art.5.nu.13.cőem dicit Clarus,§.feudum,
q.9.cőem quoque dicit Becius in conſi.101.nu.37.vbi
infinitos cumulat. idem probarunt Gozad. Pariſ. &
Rub.citati à Menoch.in conſi.443.nu.40.vbi idem ip-
ſe voluit,& in conſil.391.nu.2.Scrader.de feud.par.7.
c.4 nu.2. Zaſ.de feud.par.8.nu.39. Sonsbech.de feud.
pat.9.nu.121.& 119.& feudum efficitur nouum,qñ ei
conceditur qui in antiqua inueſtitura non erat com-
9 prehenſus,†vt voluit Salic.in l.fin.nu.17.C.de iure em
phyt.Goz.in conſ.65.nu.2.& hoc etiã innuit Caſtr. in
conſi.159.col.2.vol.2.Crau.in conſ.215.nu.8.Cæphal.
conſil.27.nu.19.& in conſil.301.nu.118. Thom.Marin.
de feud.lib.1.tit.3.nu.7.in fine,& prædictam Salic.do-
ctrinam dicit notabilem Iaſ.in ea.l.fin.nu.41. eamq;
ſequuntur alij apud Amad.à Ponte, in q.10. Laudenſ.
in ptin.& ideo infert in noſtris terminis Zaſ.de feud.
pat.3.nu.4.quod ſi dominus feudum pro maſculis cő-
ceſſum aliàs nunc ad feminas detorſit, & extẽdit, erit
nouum in feminis, & in filijs feminarum erit mater-
num. ſequitur Intringliel.de feud.q.23.nu.10. Oſaſc.
deciſ.Pedemon.23.num.9.in fi.Marin. Freccia, lib.2.
q.12.

q.12.nu.8. Et ſicuti acceſſione nouæ perſonæ inducitur
nouatio,l.fi.C.de nouation.ita mutatione perſonæ pri
mo loco inueſtitę efficitur feudum nouum,vt poſt Ca-
ſtren.& Alex.concludit Bero.conſ.77.num.39.vol.1.&
quando inueſtitur is qui non ſuccedebat in feudo, di-
citur feudum nouum, ita poſt Iſer. concludit Afflict.c.
1.quemad. feud. ad fem. pertin.nu.11. alios citat Cæ-
phal.in conſ 30.nu.32.& Afflict. ponit exemplum, qñ
inueſtitur filia quæ non erat vocata,& quod per muta
tionem perſonæ feudũ efficiatur nouum, voluit Aret.
in l.ſi mihi,& Titio,col.pen.& fin. vbi etiam Iaſ.col.pa
riter penult.& fin.ff.de verb.oblig. Zaſ.conſ.12.nu.13.
vol.1.Menoch.conſ.104.nu.36. Intringliel.d.q.23.nu.
5.& cum initium ſumat hoc feudum à filiabus Domi-
ni Franciſci quoad earum deſcendentes,dr̄ nouum,vt
per Curt.iun.de feud.par.1.quæſt.8.col.2. Amad.d.q.
20.col.1. Inttingliel.d.q.23.in princ. Vallaſc. de iure
emphyt.q.39.nu.1.in fin. Præterea,filiæ Domini Fran-
ciſci feuda hæc habuerunt non vigore inueſtituræ, aut
ordinarię ſucceſſionis feudorum,ſed vigore diſpenſa-
tionis per patrem obtentæ à domino feudi, quod poſ-
ſet ea relinquere ſuis filiabus, & vigore conſenſus pa-
truorum, qui ex tenore inueſtituræ erant vocati, ideo
obtinent non ex antiqua,ſed ex noua cauſa; propterea
feudum dicitur nouum, quia noua cauſa habendi,
10 facit nouum feudum,† c.1.& ibi not.Iſer.de eo qui fin.
fecit agnat. Bald. in c.1.nu.19. in fine,an agnat. vel fil.
vbi fortius loquitur, quando is inueſtitur qui vocatus
erat. Afflict.in deciſ.12.nu.5. Natta in conſ.615.nu.2.
Cæphal.conſ.173.nu.20.& conſ.264.nu.16. Oſaſc.de-
ciſ.Ped.23.nu.22.ideo Afflict.in deciſ.248. nu.8.dicit,
quod feudum efficitur nouum, quando habens feudũ
antiquum cum Principis diſpenſatione, & aſſenſu,
transfert illud in filium per viam legati, qui videtur
caſus noſter:nam habere dicitur à Principe qui aſſen
ſum præſtitit,ſequitur Pariſ.in conſ.21. in fine,volum.
1.Cæph.d.conſ.264.nu.16.Sola,d.conſtit.de feud.par.
2.gl.4.nu.14.ſic in propoſito, cum per reſutationẽ pa-
truorum,& diſpenſationem domini directi, filiæ Do-
mini Franciſci habuerunt hæc feuda ex teſtamẽto pa-
tris,& nõ ex tenore inueſtiturarum, ea dicũtur noua.

Firmis aũt manentibus duobus ſic præmiſſis funda
mentis,infertur, Domino Paridi & fratri nullum om-
nino ius in dictis bonis competere, quia inſpecta per-
ſona Domini Franciſci qui filiabus hęc bona reliquit,
vel etiam attentis perſonis ipſarum aliarum, quæ ex
paterno teſtamento habuerunt hæc bona, prædicti do
mini fratres ſunt tranſuerſales, ideſt D. Franciſci pro
nepotes ex Galeatio fratre, & communis eſt regula,
quod tranſuerſalis eius qui primo feudum acquiſiuit,
11 nunquam in eo ſuccedit, † c.1.§.& quia vidimus, qui
feud. dare poſſ. c.1.§.fin.de feud.ſucceſſ.c.1.de benefi.
fratr.c.1.de gradib. ſucced. in feudis,c.1.§.fin. de feud.
March.Bal.Nicol.de Neap.Laudenſ.Pract.Papien.Al
uar.Dec.Curt.iun.Iaſ.Rui. Goz.Soc.iun.Marſil.Bero.
Natta,Cæph.Clarus, Didac. Rolan.Tho.Marin.Burſ.
& alij,quos citaui in conſ.5.nu.26. Ripa,in l.1.nu.5.ff.
de legat.1. Loſred. in conſ.38.nu.4. & confirmat Scra-
der.de feud.par.2.c.4.nu.64.vbi infert, quod erit feu-
dum degenerans, ſi in inueſtitura contrarium ſtatue-
retur, & in par.7.c.7.nu.1. vbi late agit. Intringliel.de
feudis,q.23.nu.19.Marin.Freccia,lib.2. de author.Ba
ron.quæſt.12.num.10.Sola in conſtit. Pedemon.tit. de
feud.2.part.glo.4.num.15. in caſu autem noſtro nihil
cautum eſt contra regularem naturam feudi, & ideo
dicti fratres,qui ſunt collaterales dictarum ſororũ, in
quibus feudum cępit eſſe nouum, & nouam aſſumpſit
naturam,nullo modo poſſunt ad hæc bona aſpirare.

His vero non reſiſtit, quod fœminæ non ſuccedant
in feudo, & quod vbi ſunt vocatæ,tunc ſolum veniant
in defectum maſculorum, & ideo neque maſculos ex-
cludant, neque cum eis concurrant: Sicuti etiam non
monet, quod ipſæ fuerint ſemel ab illis bonis excluſæ
per exiſtentiam earum fratris: quia poſſent forte hęc
allegari à dominis fratribus,& eis prodeſſe,ſi ipſi fra-
tres eſſent ex noua inueſtitura matri dictarum ſororũ
conceſſa,vocati,ſed cum feudum fuerit filiabus Domi
ni Franciſci,& matri harum ſororum conceſſum, ſolũ
pro hæredibus ab eis deſcendentibus,dicti fratres ve-
nire non poſſunt, ex quo ab illis non deſcendunt, vn-
de etiam ſi hæ ſorores in feudo nullum ius haberent,
quod tamen nunc non expedit diſcutere, non tamen
ipſi fratres eſſent admittendi, metiẽdum enim eſt ius
12 ex perſona actorum.† Bart.in Authen. Hoc locum,nu.
12.ver.3.C.ſi ſecund.nupt.& non curamus de non iure
poſſeſſoris,ſi non conſtat de iure petitoris,l.fin.vbi gl.
citat concordantes,C.de rei vendicat Felin.in c.1.col.
3.de accuſat. & non ſufficit reum excludere, niſi pro-
bet actor ſe ius fouere. Bald. in l. cum mulier,col.11.ff.
ſolut.matrim. alios citaui in conſ.1.nu.76.& non pro-
bante actore,abſoluitur reus,etiam qui nihil præſtite-
rit,l.qui accuſare,C.de eden. & hæ dominæ ſorores di
cere poſſunt dominis actorib. quoad vos,liberas ędes
habemus, Brun conſil.1.nu.60. dixi in conſ.214.num.
6.conſ.258. num.8. & prædicta tria argumenta reſpi-
ciunt excluſionem ſororum non autem incluſionem
agentium, quocirca non eſt operepretium inſudare
circa eorum reſolutionem, quamuis ſi eo res eſſet de-
ducta, facile oſtendi poſſit eas iuſto titulo poſſidere.

Maius eſt dubium poſitum in quarto argumento,
in quo dicitur,quod cõſenſus præſtitus à fratribus Do
min. Franciſci, vt ſcilicet Dominus Franciſcus poſſet
teſtando vel aliter de dictis bonis diſponere in ſuas
filias,eſt perſonalis,& non debet extendi ad deſcendẽ
res filiarum,per ea quæ ponit Iſern. in cap.primo,§. &
quia vidimus,nu.15.qui feuda dare poſ.vbi vult,quod
ſi feudum ſit maternum, filia non ſuccedat ſi mater ha
buit feudum ex pacto poſito in paterna inueſtitura, ꝙ
13 Titia ſuccedat,quia pactum eſt perſonale,† ſecus,ſi in
pacto nihil dictũ eſt de certa femina, ſed generaliter
quod feminæ ſuccedant, in caſu autem noſtro conſen-
ſus eſt præſtitus ad merum fauorem filiarum, non aũt
omnium feminarum, ſequitur Iacob. in ſua inueſtitu.
in verſ.& feminis,num.2.Curt.iun.de feud. parte ter-
tia:in princ.in prima limitat. Marin.Freccia,lib.2. in
prima auth. quæſt.5.num.8. folio mihi 171. Guerrin.
Piſo,de feud.in titu.an,& quando femin. ſuccedat,cõ-
lum.3.ver.rurſus animaduertendum,& voluit Afflict.
in dicto §.& quia vidimus,nu.37. & idem voluit Iſern.
in cap.1.in fine prin.de benefic.femin.Scrader de feud.
parte ſeptima,cap.quarto,num.41. vbi poſt Curt.iun.
ampliat,vt nomine filiarum neptes non veniãt, quod
videtur decidere caſum noſtrum, & Iſern. diſtinctio-
nem ſequutus eſt Burſat.conſil.131.num.55. ſed ſi dili-
genter attendantur Doctorum ſcripta; neque hoc ar-
gumentum quicquam facit: quia quod dicit Iſer.in lo
co in contrarium citato,non debet intelligi, quod pa-
ctum ſit adeo perſonale, quod in feudo in quo ſucceſ-
ſit mater,deſcendentes ab ea non ſuccedant, i. [illegible] hoc
falſiſſimum eſt,& contra omnes iuris terminos, & re-
gulas,quandoquidem vbi feudum pacto, vel aliter ſe-
mel ad mulierem peruenit,ſemper in eius linea,& de-
14 ſcendentia conſeruatur, † vt probat text. in cap. pri-
mo,de natur.ſucceſs.feud. vbi Bal. & alij omnes decla
rant.Ripa,in l.ex facto,in prin.num.7.ff.ad Treb. Nat-
ta,conſil.22. in prin.Crauet.conſ.664.num.15. Moli-
na,de primogen.Hiſpan.lib.3.cap. quarto,nu.14. Amad.
de Ponte, quæſt. Laudim.12. & quod in feudo feminæ
concesso

conceſſo detur deſcendentibus ſuis ſucceſſio, probat
text. in c.1. de benefic. femin. diſputant enim id ſolum
DD. an in feudo femineo ſeu materno, femina ſucce-
dat, & quomodo ſuccedat: nam tenuerunt aliqui, qđ
deſcendens à femina non ſuccedat, niſi ſit maſculus, & ſi
ſi mater ſolam relinquat feminam. Alij vero dixerunt,
quod immo femina ſuccedit in feudo matri conceſſo,
15 † & hæc ſecunda eſt cõmunis, quidquid tenuerit Iſer.
& gl. in aliquibus locis: nam eam probarũt Iac. de Ar-
dizo. Iac. Beluiſ. Nicol. de Neapoli, & Bal. in c.1. de be
nefic. femin. vbi Aluar. col. 2. verſ. ſed aduerte, ne erres,
dicit quod ſequuntur communiter DD. idem tenue-
runt Anch. & Rom. quos citat & ſequitur Curt. iun. in
conſ. 181. col. 1. cuius conſilium habuit effectum, quia
etiam hodie deſcendentes à Com. Io. Baptiſta ibi no-
minato, poſſidẽt ea caſtra, idem Curt. iun. in tract. feu.
par. 3. in prin. col. 2. verſ. ſecundo ſingulariter, placuit
hæc ſententia Fed. Schenck. in d. c. 1. de benefi. fem. be-
ne prædicti omnes admittunt, quod ſtantibus maſcu-
lis, femina non ſuccedit, vt per eos, & Soc. iun. in conſi.
109. nu. 7. vol. 2. Capic. in feud. inueſtit. in tit. feud. ge-
nera, ver. maternum. Zaſ. de feud. par. 9. nu. 39. vbi ait,
quod filia ſuccedit ſi ſola ſit, & non concurrat cum ma
ſculo. Sonsbech. de feud. par. 9. nu. 123. & bene Hartm.
Piſtorius, de feud. par. poſter. lib. 2. c. 34. num. 14. & 15.
Intringliel. de feud. q. 27. num. 4. Nard. ad Iſern. in d. c.
1. in verſ. non extante maſculo, & non opus eſt pacto,
vt femina ſuccedat in feudo materno, vt per Zaſ. Sons-
bech. & alios ſupra relatos, quia eo ipſo, quod feudum
vadit ad matrem, tranſit quoque ad filiam ſine pacto,
illa ergo Iſerniæ deciſio intelligitur quoad excluſionẽ
16 feminæ, † atque ita ad effectũ vt femina ſuccedat quæ
à vocata deſcendit: nam ſecundum eum vocata nomi-
natim Titia, filia ipſius Titiæ non ſuccedet matri dece
denti, ſed non excludetur filius maſculus eius d. Titię,
etiam attenta Iſerniæ opinione, vt probatur in d. c. 1.
de benefi. fem. vbi gl. 1. dicit maſculum matri ſuccede-
re, & in c. 1. de natur. ſucceſſ. feudi vbi gl. reprobat illos
qui dicebant maſculos ex femina non admitti ad feu-
dum maternum, & Afflict. nu. 104. dicit, quod filius in
feudo materno ſuccedit matri, ſicut in paterno ſucce-
dit patri, & hoc eſt, quod ipſemet Iſern. dixit, in d. c. 1.
§. & quia vidimus, nu. 15. qui feuda dare poſſ. maternũ
feudum regulari eo modo quo regulatur paternum,
& eodem modo declarat Afflict. ibi nu. 37. Sonsbech.
dicta par. 9. num. 142. & nemo vnquam Doctorum du-
bitauit, quia filius feminæ ad feudum admiſſæ ſucce-
dat, eſt itaque pactum perſonale, quoad hoc, ne alię fe
minæ præter nominatim admiſſam, ſuccedant, ſed nõ
eſt perſonale, ad hoc, vt deſcendentes à femina, quam-
uis maſculi ſint, excludantur, apparet autem, quod ar
gumentum non obſtat, retenta opinione Iſern. pro ve-
ra, ſed multo minus in facto obſtabit ſtante eo, quod
ſupra dixi, ſcilicet, quod falſa ſit Iſerniæ opinio. Et cõ-
muniter reprobata à Doctoribus, qui dicunt feminam
ſuccedere matri, quando nulli extant maſculi.

Et quod Iſernia loquatur ſolum de feminarum ex-
cluſione, non autem aliorum deſcendentium, ex femi-
na, conſtat ex eo, quia principaliter ipſe tractat mate-
riam legis quam exponit, ideſt, an, & quando femina
in feudo ſuccedat, tractat etiam particularem illam
quæſtionem, an feudum maternum tranſeat ad femi-
nam ideo eius verba intelligi debent ſecundum ſubie
ctam materiam, l. Proculus, ff. de vſufruct. l. inſulam, ff.
de præſcrip. verb. & cum dixit pactum eſſe perſonale,
intelligi debet quoad excluſionem aliarum femina-
rum, non autem quoad hoc, ne etiam filij eius mulie-
ris ſuccedant: quia hoc eſſet contra omnes præcitatos
qui volũt, quòd in feudo femineo ſuccedat ſine dubio
maſculus, vt late etiam ponit Sola in cõſtitut. Pedem.
rit. de feudis in decreto Yolant. in ſecunda parte, gloſ.
14. num. 16. Scrader. de feud. parte ſeptima, c. 4. nu. 60.
& ſeq. nec perſonalitas pacti in feudis excludit deſcen
dentes, quoniam videmus, quod licentia vendẽdi feu-
dum vni, eſt perſonalis, nec ad alium extenditur. Al-
17 uarot. † in cap. Imperialem, in prin. nu. 8. de prohibit.
feudi alien. per Federic. cum alijs quos citaui in deciſ.
325. num. 9. & tamen poſtquam ille pro quo fuit con-
ceſſa licentia feudum obtinuit, illud ſine dubio tranſ-
mittit ad ſuos filios, & inter ſuos deſcendentes eſt lo-
cus ſucceſſioni, ergo perſonalitas non obſtat: ſic licen-
tia vni conceſſa, cenſetur eo mortuo conceſſa hæredi,
18 † Iſern. Aluarot. & Præpoſ. c. 1. de prohib. feudi alien.
Scrader. de feud. part. 8. c. 4. nu. 18. vbi idem dicit econ
tra, de quo Marin. Freccia, lib. 2. in prima author. quæ-
ſtion. 5. per totam. Intringliel. de feud. quæſt. 51. num.
146. Camer. dicto cap. Imperialem, concluſ. 5. fol. 363.
Freccia, lib. 3. different. 18. ſi feudum fuit cum domini
licentia obligatum pro dotis reſtitutione, erit locus
ſtatuto de lucranda dote in fauorem mariti, vt ponit
Sola dicto titulo de feud. in decret. Blanch. par. 3. gloſ.
vnica, num. 6. folio mihi 73. & quamuis aſſenſus ſit ſtri
19 cti iuris, † ſecundum Camer. poſt Iſer. & alios, in cap.
Imperialem, in ſecunda concluſio. folio 432. deciſione
203. num. 5. tamen deſcendentes ab eo qui vigore li-
centiæ emit feudum, ſuccedunt emptori, & doctrinam
Iſern. ſic intellexit Camerar. c. Imperialem, in 2. con-
cluſ. verſ. ex quibus notanter, fol. 367.

Reſpondeo ſecundo, quod ſi verum eſſet quod de-
ſcendentes à femiua cui feudum fuit ex gratia cõceſ-
ſum, non ſuccedant, non tamen per hoc infertur, quod
agnati eius qui feudum alienauit ſuccedant in eo feu-
do: nam cum feudum ſit nouum, vt probaui ſupra, &
fatentur omnes, domino applicabitur non agnatis, ex
quo vt dixi, tranſuerſales nõ ſuccedunt in feudo nouo,
ita in terminis decidit Scrader. de feud. parte octaua,
cap. 5. num. 25. verſ. aut vero vaſſallis conſentientibus,
vbi inquit, quod feudum in perſona extranei in quem
fuit alienatum, efficitur nouum, ideo ſuccedit domi-
20 nus, † idem probatur ex dictis Marin. Frec. in tractat.
feud. lib. 2. auth. 1. quæſt. 12. à numer. 1. vſque ad 20. vbi
quęrit, ſi mulier cui feudum pro dotib. primo obliga-
tum fuit, poſtea aſſignatũ in ſolutum decedat ſine de-
ſcẽdentibus, an ei ſuccedat frater, vel dominus, & nu.
10. dicit, iure communi feudorum inſpecto, fratrem
non ſuccedere ſorori, quia feudum eſt nouum, poſtea
vero num. dicit, quod ex quo in Regno frater in feudo
nouo ſuccedit ſorori, & aſſenſus cenſetur præſtitus ſe-
cundum iura Regni, admittetur frater excluſo domi-
no ſeu fiſco; atq; ita vult, quod ſecundum ius feudorũ,
dominus ſuccedat, nõ autem frater qui dedit feudum.
Hoc etiam voluit Zaſ. de feud. par. 3. num. 4. vbi inquit
fratrem non ſuccedere feminæ cui conceſſum fuit feu-
dum, quod aliàs erat maſculinum: & ibi vult, quod ta-
le feudum tranſeat ad deſcendentes feminæ ſi extant,
ſequuntur alij per me ſupra citati in ſecundo præmiſ-
ſo; vnde infero, quod ſi deſcendentes à femina non ſuc
cedunt, nõ etiam ſuccedit frater feminæ, vel alius eius
agnatus tranſuerſalis, quia feudum eſt nouum, & deſi-
nit eſſe antiquum, eo ipſo, quod tranſit ad feminã, quæ
non erat ex prima inueſtitura ad feudum vocata; be-
ne fateor, quod ſi in prima inueſtitura maſculo cõceſ-
ſa, extaret pactum circa ſucceſſionem, feminam vnam
aliquam admittens, tali caſu ſi femina ſuccederet, &
exinde ſine filijs decederet, nõ admitteretur fiſcus, ſed
agnati etiam trãſuerſales, tunc enim quia femina fuit
in prima conceſſione vocata, nõ alterat feudi naturã,
nec facit feudum eſſe nouum: quinimò, remanet anti-
quum,

quum,& deuoluitur ſecundum ſuam primordialé naturam,ita Bald.in c.1.in princ.nu.2.verſ.ſed ſtatim oppono, de eo qui ſibi & hæredibus, vbi inquit, quod eo caſu per feminæ ſucceſsionem feudum remanet paternum,& non efficitur maternum,ſequitur Capic.in ſua inueſtitura,in tit.feudor.genera,in ver. maternum, in fine,Thom.Marin.de feud.lib.1.titu.11.nu.12.Intrangliel. de feud.q.27.num.12. ſed nos ſumus in caſu quo ſecundum tenorem primæ inueſtituræ femina ſuccedere non poterat, ſed fuit ob agnatorum conſenſum, & ex domini gratia admiſſa poſt ius agnatis omnibus quæſitum, quo caſu feudum non tranſit ad feminam ex pacto primi acquiſitoris,ſed medij ſucceſſoris.

Nec dicatur, quod vbi feudum eſt femineũ ſiue maternum,adhuc filiæ non ſuccedunt, quæ ſemel per maſculum fuerunt excluſæ,vti excluſæ fuerũt hæ ſorores, per Dominum Franciſcum iuniorem earum fratrem,
21 qui ſolus fuit inueſtitus,ſic † enim voluit Aluar.d.c.1. col.2.in fine,verſ.fateor tamen,de benefic.feud.Zaſ.de feud.par.8.nu.39.verſi.& ſic non obſtat ratio. Soc.iun. in conſ.109.nu.8.verſic.ac etiam,vol.2. Capic.in inueſtitur.in verſ.maternum,circa med.Sonsbech.de feud. par.9.nu.128.Reſpondeo enim,hoc non eſſe præſentis ſpeculationis, nec ad actores pertinere: quia ſi eſſent per fratrem excluſæ, non tamen aperiretur feudum agnatis tranſuerſalibus,ſed domino,ex quo eſt nouũ, vti iam ſæpius dixi ,quamquam etiam non deſint rationes per quas etiam dominus excluderetur; ſed agimus nunc de agnatorum excluſione non domini.

Quintum obiectum ſtringere videtur,quia auus dominorum agentium cõſentiendo feudum in feminas transferri contra formam primæ & aliarum inueſtiturarum,non potuit ceteris agnatis,vel ſuis etiã deſcendentibus præiudicare:nam alienatio vaſſalli nõ præiudicat agnatiaquo minus adueniẽte caſu reuocent feudum,c.1.§.hoc quoque,vbi Doct.de ſucceſſ.feu.c.1.§.Titius,ſi de feud.defunct.fuer.cõtr.vbi Io. Bap.Surdus late proſequitur;& late ẽt agit Scrad.de feud. par.8.c.6. per totum,& c.5.in quibus locis ponunt id verum,ẽt ſi fuiſſet alienatum feudum in agnatum:quia nihilominus non ſuſtinetur ad præiudicium non conſentiẽtiũ. Et in ſpecie , quod conſenſus patris non noceat filijs,
22 † voluit Bald.in l.qui ſe patris,nu.11.C.vnde lib.Iſer. in d.§.hoc quoque,Pinel.in auth.niſi tricẽnalis,nu.50. C.de bon.mater. infinitos cumulat Scrad.d.par.8.c.6. nu.12.vbi loquitur de filijs poſtea natis.Decia.cõſ.60. nu.2.vol.1. & filius nõ impeditur in reuocatione feudi per cõſenſum,quẽ pater præſtitit alienationi, ẽt ſi patris hæres ſit.Iac.Belu.Bal.& Aluar.in c.1.§.hoc quoq; de ſucceſ.feu.late Scrad.multos citãs,par.8.c.8.nu.18. in fi.ver.ſin aũt filius,& ibi nu.2.& ſeq. vult,qđ conſentiens vel alienãs in dubio cenſeatur ſolũ ius ſibi cõpetens remittere,nõ aũt ius filiorum lædere,ẽt ſi promittat pro ſe,& hæredibus,& feudum ſit hæreditarium.

Sed hoc quoq; tollitur obiectum, ex ijs q̃ ſupra poſui in primo præmiſſo, vbi ſuſtinui, quod hæres non poteſt diſpoſitionem ſuper feudo ſactam à defuncto impugnare,qñ nullum fecit inuentarium , etiã ſi feudum eſſet non ſolum hæreditarium,vel mixtum,quale eſt illud de quo agimus , ſed etiam ex pacto & prouidẽtia; & quia demonſtraui hanc eſſe communem , non opus eſt vlterius inſiſtere per rõnes. Et quamuis ſimplex cõſenſus patris nõ noceat filijs,tñ nos non ſumus in ſimplici conſenſu,ſed in pacto:nã conſenſus fuit pręſtitus D. Franc. & notario acceptantibus & ſtipulantibus,
23 & conſenſus acceptatus trãſit in pactũ.† Rom. in cõſi. 433.in fine.Alex.in l.1.in fi.ff.de pact. Scrad.qui ſpecifice loquitur in conſenſu,par.10.ſect.8.nu.109. & iõ licet hæres ex iure ſibi ex perſona propria competente, poſſit venire contra actum cui defunctus conſenſit, vt per Fulgoſ. conſi.67.col.3. & alios quos citaui in conſil.104.in fine,num.40. tamen aliud eſt quando defunctus non ſolum conſenſit, ſed etiam promiſit & ſe obligauit,vt per Fulg. & alios ibi à me citatos: quia tunc non poteſt negari quin impugnet factum defuncti, licet conſentiens actui videatur actum facere.l. filium, ff.ad Macedo.l.3.§. non tantum,ff. de donat. inter vir. & vxor. multos citat Scrader.d.ſect.8.num.103.

Præterea,in præſenti facto aduertendum eſt, quod auus Dominorum agentium nõ ſimpliciter conſenſit, ſed ẽt promiſit attendere,& obſeruare,& non contrauenire,quo caſu filius talis conſentientis & promittẽ-
24 tis,non poteſt feudum reuocare,† vt voluit Iac. Beluiſ. & ſequitur Bald.in c.1.§.hoc quoque,nu.20.verſi.ſecũdo caſu,de ſucceſſ.feud.Iacob.in inueſtit.in verſi. & cũ pacto,nu.36. & ratio eſt: quia filius dr̃ impugnare factum defuncti , & contrauenire actui per eum geſto. Curt.iun.de feud.part.4.in 3.reg.verſic. ſecunda cadit neceſſaria.Zaſ.de feud.par.9.nu.27.Caſſan.qui tamen non loquitur in feudo, ſed in alijs, vult que quod filius non veniat contra actum cui pater conſenſit, promittendo non contrauenire,in conſi.47.num.34.atque ita fuiſſe iudicatum refert Minſyng.Singu.obſeruat.Centur.5.obſeruat.55. ſequitur Scrader.part.8.c.8.nu.18. verſ.idem eſt ſi conſentiens,cum verò in facto extet ea promiſſio,non licebit nepotibus contrauenire;& procedit hæc concluſio, etiam ſi in tali promiſſione . nihil dictum ſit de hæredibus,vt patet ex deductis per eos, & ratio eſt: quia promittens de ſe,cenſetur ẽt promit-
25 tere de hæredibus,†glo.in l.ſi ſic,vbi Bart.Bal.& Ang. ff.de verb.oblig,& poſt Iac.But.& Gul. Cun. ita in terminis ponit Alex.in conſi.13.nu.7.in 5. vol. vbi loquitur de feudo , ſed non meminit de prædictis qui omnẽ adimunt ſcripulum, & idem tenuit Ruin.conſ.1.num. 16.vol.1.vbi loquitur ẽt ſi pater nõ promiſiſſet pro hęredibus.idem voluerunt Afflict.& Martin.Laud.quos citat & ſequitur Gabriel.conſi.125.qu.2.in 1.vol. & latius nu.13.vbi bene loquitur. Et per prædicta apparet, male loqui Bal.in l.qui ſe patris,nu.9. C.vnde libe.vbi dicit , quod pater conſentiendo promittens non contrauenire, non præcludit filijs etiam hæredibus , viam reuocandi feudum,& impugnandi alienationem, niſi pro hæredibus quoque promittat:nam hoc eſt falſum, & contra id quod ipſe,& alij dixerunt in d.§.hoc quo-
26 que,niſi ſaluando Baldum intelligamus,† qñ promiſſio eſt facta taxatiue pro ſe tantum, prout vere ipſe loquitur;& cum dixit promiſiſſe pro ſe,& hęredibus,intelligatur non ſolum quando hæredum facta eſt mentio, ſed etiam quando ſimpliciter promiſit nõ reſtringendo ad ſe,nec ad alios, & ſaluari debet hoc mõ Bal. ne ſibi videatur contrarius & hoc modo Baldum intelligit Ruin.conſ.42.num.17.in 1.Decian.conſil.121.nu. 32.in 2.licet in conſi.1.nu.15.in 1.Bald. reprehendat.

Rurſus, ſumus nos extra omnẽ difficultatem: quia auus promiſit expreſſe pro ſe , & ſuis hæredibus non contrauenire, quo caſu filij hæredes nõ poſſunt ad feudum aſpirare,quando non fecerunt inuentarium:cõſtat enim, voluiſſe filios & deſcendentes omnes obligari ad illius actus obſeruantiam,vt expreſſe determi-
27 nat † Bald.in d.l.qui ſe patris,nu.9.& qui alij eum ſequuntur,præcipue Alexand. dicto conſil.13. numer.7. Ruin. conſil.1.numer.15.conſil.11. numer.2.conſilio 38.numer.18.& in conſil.42.numer.17.volum.1.Bero. conſil.68. num,48. volum.1. Decian. dicto conſil.121. num.32.volum.3. Gabriel. dicto conſ.125.num.2. vol. 1.vbi loquitur etiam in ſimplici liberatione. Ioſeph. Ludouic.concl.16.illation.82.in 14.ampliat.Io.Baptiſta Surd.in c.1.§. Titius.nu.19.ſi de feud.defunct. fuerit con-

rit contene. Cum igitur promiſſio facta ſit nō ſimplex,
nec taxatiua, pro ſe tm̄, ſed præciſa & expreſſa pro ſe,
& hæredibus, fatendū eſt, patrē vel auum obligaſſe hæ
redes, qui cum adiuerint ſine inuentario, non poſſunt
feudum prædictū reuocare à femina in q̄ fuit transla-
tum, vel à ſuis deſcendētibus: perinde em̄ eſt, ac ſi ipſi
quoq; conſentientis hæredes præſentes actui conſen-
ſiſſent, ex quo hęres repræſentat perſonam defuncti, &
cenſetur eſſe eadem perſona, vnde ſicuti ipſe conſen-
tiens alienationi feudi repellitur à reuocādo, c. 1. §. Ti
tius, vbi DD. ſi de feud. defuncti, c. 1. §. præterea, quib.
mod. feu. amittat, vbi gl. in ver. regreſſum. Iac. Beluiſ.
Bald. Aluar. & Præpoſ. alios citat Io. Baptiſta Surdus,
d. §. Titius, num. 17. vbi poſt gl. ampliat, ſiue tacite, ſiue
expreſſe conſentiat. Scrad. par. 8. c. 5. nu. 2. & ſeq. vbi in
ſequentibus infert ad alias deciſiones, & præcipue nu.
25. dicit, quod ſi is decedat ſine filijs, in quem feudum
eſt alienatum, tunc neque alienans ſuccedit, neque illi
qui conſenſerunt ſuccedunt, ſed dominus: quia feudū
eſt nouum, licet aliud ſit, quando feudum eſt alienatū,
non in extraneum, ſed in agnatum, quamuis remotio-
rem, & ipſe probat num. 9. nu. 26. & num. 22. Burſat. in
conſ. 63. nu. 30. ita eodem modo repelluntur hæredes,
quoniam factum defuncti reputatur factum hæredis.

Hæc autem ſnīa debet omnino ſuſtineri ex alio in
præſenti facto: quia nedum auus promiſit non contra-
uenire nomine proprio, & hæredum, ſed ſuum præſti-
tit conſenſum nomine proprio, & nomine hæredum,
quod D. Frāciſcus ſenior, feudum transferret in filias;
quocirca, cum ipſi hæredes adeundo ratum habeant
conſenſum ſuo nomine præſtitum, non poſſunt nunc
aliquo modo contrauenire, quia impugnarent factum
proprium, l. poſt mortem, ff. de adoptionibus.

Et non obſtabit, quod hęres poſſit venire contra fa-
ctum defuncti, quod eſt nullum, quia alienatio feudi
facta in extraneum, de conſenſu domini, non eſt nulla,
28 ſed valida, † arg. c. 1. in princ. de prohib. feudi aliena-
tio. per Feder. c. 1. §. fi. de alien. feudi, ita poſt Afflict. di
cit Sola d. tit. de feud. indirecto, verſ. quia in pleriſque,
par. 1. gl. vnica, num. 5. Surdus, d. §. Titius, nu. 11. Theſ.
deciſ. Pedem. 99. num. 3. vbi allegat Brun. & Clarum,
Berret. conſ. 14. num. 13. Scrad. part. 7. cap 2. nu. 48. Ia-
ſius par. 8. cap. 6. nu. 17. vbi allegat Iſern. Bal. Aluarot.
Afflict. & alios, & nu. 19. vbi idem eſſe ait, quando non
adeſt conſenſus domini, ſi tamen eo caſu non requiri-
tur, ideo ceſſat argumentum, quia actus geſtus à teſta-
tore, eſt validus, interuenit enim domini conſenſus.

Ceſſant etiam aliæ rationes in contrarium allega-
tæ, quia imò lex prohibet ne hæres impugnet feudi vē
ditionem, & non defunctus hæredem fraudauit, ſed
hæres ipſe adeundo ſeipſum excluſit, & cum habea-
mus deciſiones claras, non opus eſt inſiſtere ſuper re-
gulis generalibus, vel ijs quæ à remotis veniunt.

Si præmiſſa non obſtarent, forte præſcriptio exclu-
deret iſtos agnatos: quia cum feudum ſit hęreditariū
mixtum, vt ſupra probatum eſt, & longiſſimo tempore
fuerit à matre & fratre harum ſororum poſſeſſum cum
titulo & bona fide, videtur præſcriptum contra auum
& patrem agentium, quæ præſcriptio quidquid ſit in
feudo ex pacto & prouidentia, videtur filijs & deſcen-
dentibus nocere, & voluit Caſtr. conſ. 44. num. 3. vol. 2.
qui enim patitur præſcribi, dr̄ alienare, l. alienationis
29 † verbū, ff. de verb. ſign. & ibi notāt gl. & alij, l. vbi lex,
& ibi gl. Bar. & alij, ff. de vſucap. l. 2. vbi glo. & Doct. C.
eod. tit. infinitos cumulaui in conſ. 276. num. 11. Vnde
ſicuti pater alienando feudum præiudicat filijs, vt di-
xi, ita & patiendo, quod alius præſcribat, facit & alia
ratio: quia præſcriptio habet vim contractus, & pacti.
30 † Bald. conſil. 315. col. 1. vol. 3. conſ. 24. vol. 4. Tiraq. de
retractu conſanguin. §. 1. gl. 9. nu. 26. Crau. cōſ. 10. nu.
11. & ideo quemadmodum per pactum ſeu contractū
patris filius feudo priuatur, ita ab eo excluditur ex p̄-
ſcriptione formata contra patrem; & hac ratione di-
cimus, quod præſcribens non dicitur cauſam habere à
vero domino, ſed à tradente, ſecundum Alber. in l. ſi
alienam, in prin. per illum textum, ff. de don. cau. mor.
Tiraquel. d. §. 1. gl. 9. num. 252. Freccia de feud. lib. 3. in
quarta differen. feud. ex pact. & prouid. circa fi. Intrin-
gliel. de feud. q. 51. nu. 61. & in terminis, quod præſcri-
ptio contra patrem filio noceat in feudo hæreditario,
31 † non etiā in eo quod tranſit ad deſcendentes ex pro-
uidentia, voluit Iſern. in c. 1. §. quid ergo, num. 7. de inue-
ſtit. de re aliena facta. & Bald. ibi dicit, quod ei nocet
præſcriptio cui nocet pactio, & late proſequitur Af-
flict. nu. 19. qui nu. 21. dicit, in hæreditario feudo præ-
ſcriptionem inductam contra patrem nocere filio, &
ſequuntur omnes Scribentes, vt inquit Freccia, lib. 3.
in 4. differen. feu. ex pacto & prouid. Pariſ. in conſ. 23.
nu. 149. vol. 1. vbi dicit, ſecus eſſe, quando feudum eſt
mixtum, & filius non eſt hęres patris, ſed primi acqui-
rentis, quia tunc ſicuti non nocet præſcriptio feudi ex
pacto, ita nec mixti, cum filius non eſt hæres, nec ſuc-
ceſſor negligentis. Scrad. de feud. par. 8. c. 6. num. 3. vbi
loquitur in feudo ex pacto, ſupponens aliud eſſe in hæ
reditario, & dictæ filiæ in feudo præſcripto ſuccedunt
eo modo quo ſuccederent in feudo conceſſo etiam ſi
inueſtitura nulla eſſet facta, ex quo feudum præſcriptū
nihil differt à vero. Aluarot. in c. 1. de feud. dat. inuin-
cem leg. commiſſor. Iacobin. in ſua inueſtit. in verſ. ita
quod ipſi inueſtiri, in fine. Zaſ. de feudis par. 8. num. 8.
Balb. de præſcrip. 4. par. quartæ par. quæſt. 1. nu. 5. poſ-
ſunt hanc præſcriptionis exceptionem opponere, non
minus quam ſi feudū fuiſſet auo & patri earum à do-
mino conceſſum; multoque magis id facere poſſunt,
ſtante expreſſa domini directi cōceſſione, & quamuis
regulariter præſcriptio non noceat non natis, quia nō
32 concurrit ei qui non valet agere, † l. 1. in fi. C. de annal.
excep. & in feudo voluit Præpoſ. in d. §. quid ergo, col.
fin. verſ. extra gl. Aluar. in d. cap. 1. §. hoc quoque. Deci.
in conſi. 395. in fine, Balb. in tractat. præſcription. in 4.
parte quartæ par. princ. in 12. principali quæſt. in pri-
ma quæſt. in fine, latiſſime Pariſ. in conſ. 23. num. 199.
volum. 1. vbi dicit, quod eis non nocet præſcriptio, &
quod agnati veniunt gradatim, vnus poſt alium, nec
vni obeſt dum eum alius præcedit, ad quem eſt proxi-
ma ſucceſſionis ſpes. Soc. iun. in conſ. 76. nu. 27. in 1. vo-
lum. Gabr. in conſ. 263. numer. 15. & ſequen. vol. 1. Ber-
ret. in conſ. 14. numer. 14. Molin. de primogen. Hiſpan.
lib. 4. cap. 10. num. 3. Scrader. part. 8. c. 8. numer. 44. hoc
tamen verum eſt, quando illi veniunt ex perſona pro-
pria, & non ſunt hæredes negligentis, vel etiam feu-
dum eſt ex pacto, & prouidentia, quia tunc tolli non
poteſt à parte ius quod aliunde ſibi fuit quæſitum, vt
probatur ex ſupra deductis, pręcipue ex Iſern. & alijs,
in d. §. quid ergo, & declarat Pariſ. d. conſil. 23. nu. 199.
& ſicuti pater potuiſſet in eorum quoq; filiorum præ-
iudicium alienare feudum, qui nondum nati ſunt, ita
potuit negligendo præſcriptionem pati.

Stantibus autem prædictis infertur, dominis acto-
ribus nullum ius competere in dictis bonis, ſed ſi ius
aliquod quis prætendere poteſt, id totum reſidet in di
recto dominio, ſed allegari nō poteſt ab actoribus, quia
vt dixi, defectus iuris in poſſidentibus ſibi nō prodeſt,
niſi conſtet bona ad ſe ſpectare, & ſe ius fouere, cum
poſſeſſori ſufficiat actoris intentionē excludere. Præte-
rea, hunc iuris defectū ſeu caducitatē ob maſculorum
lineam finitā, nemo poteſt allegare præter dominum
33 directum, † vt per gloſ. & Doctores in l. 2. C. de iure
emphyt.

emphyt. & nemo pōt ius tertij allegare, l. loci corpus, §. cōpetit, ff. ſi ſeru. vendi. l. 2. ff. vti poſſidet. l. 2. ff. de excep. rei iud. alios citaui in conſ. 213. nu. 16. & ratio eſt: quia forte dñs feminas non recuſabit ad feudū admittere, id qđ facere poteſt, qñ non agitur de præiudicio maſculorū, vt hic, poteſt enim dñs ceſſante dicto præiu
34 dicio, feudum feminæ concedere.† gl. in c. 1 §. cum vero, in verſ. frater, vbi Iſer. & alij, qui feud. dar. poſſ. tex. in c. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. vbi Iſern. & omnes Doct. Iacobin. in ſua inueſtitura, in ver. ex feminis, nu. 4. Curt. iun. de feud. in 3. par. princip. in princ. Zaſ. de feud. par. 8. nu. 40. Sonsbech. de feud. par. 9. num. 123. Tho. Marin. de feud. lib. 1. tit. 11. nu. 18. vbi multos allegat. Guer. Piſo, de feud. tit. an & quando femin. ſucced. in 3. ſallent. Garzon. de femin. ad feud. nō admit. Scrader. de feud. par. 7. c. 4. nu. 49. qui omnes etſi contēdant an admiſſio feminæ facta à domino ex gratia, ſuſtineatur in feudo antiquo: tñ conueniunt omnes, quod vbi feudum eſt deuolutum ad dominū, vt quia ſit nouum, & non extant deſcendentes maſculi, poſſit dominus feminæ concedere feudum. idē dicunt in feudo antiquo, ſi agnati conſentiant, atq; ita volunt omnes, quod ceſſante intereſſe agnatorum, valeat inueſtitura in feminam. Facit, quia ratio non admittendi feminas ad feudum, reſpicit ſolius domini fauorem, cui ideo poteſt renunciare, l. pen. C. de pact. quinimo multi dicunt, quod ēt ad præiudicium agnatorum poteſt dominus ad feudi ſucceſſionem habilitare feminam. Dec. in conſ. 269. col. 4. Brun. conſi. 1. Pariſ. conſil. 103. vol. 4. Becius qui alios citat, in conſ. 56. nu. 40. dum igitur feminæ poſſunt à dño admitti, nemo eis interim debet eſſe moleſtus, idque multo fortius procedit in portione q̃ habebat D. Franciſca filia D. Franciſci ſenioris, res enim eſt clara; nam de ea fuit à domino directo inueſtita D. Hippolyta illius ſoror, & mater harum ſororum, Et idipſum militat in ea petia, q̃ prædicta D. Hyppolita emit à D. Gaſpare patre horū agentium, quia eius reſpectu ceſſant omnia fundamēta deducta in motiuis, ex inueterata namq; conſuetudine feuda poſſunt in hac patria ad pręiudicium ēt agnatorū alienari, & valet hmōi cōſuetudo, ideo ſicuti D. Gaſpar, ſi viueret non poſſet alienationem à ſe factam impugnare, quia alienans priuat ſe facultate rem alienatam
35 reuocandi.† Salic. in l. quoties, la prima, ver. quęro cū glo. C. de fideic. in l. 2. C. ſi in fraud. patron. à lib. alien. fact. ſit, Cęph in conſ. 393. nu. 39. ita non poſſunt filij eius hæredes, vt ſupra probaui, ſi non eſſent hæredes, non etiam admitterentur, ſtāte conſuetudine de qua ſupra, operatur enim conſuetudo ac ſi alienatio facta eſſet de conſenſu omnium agnatorum.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ herciſcundæ iudicium eſt vniuerſale, & comprehendit omnia bona hæreditatis & etiam aliena quæ à defuncto de cuius hæreditate diuidenda agitur poſſidebantur.*
2 *Nullitas deduci non poteſt lapſo tempore à ſtatuto præfixo.*
3 *Tutela data à iudice ſciente tutorem eſſe creditorem pupilli, valet.*
4 *Iudex poteſt ex officio ſe informare de ſtilo & obſeruantia.*
5 *Obſeruantia facit licitum, quod aliàs eſt illicitum.*
6 *Actus qui poteſt aliquo modo deſtrui, & alio ſuſtineri, recipit confirmationem ex capite valido.*
7 *Etiam, dictio, implicat alium caſum non expreſſum.*
8 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti, ſaltem quatenus eſt in hæreditate.*
9 *Familiæ herciſcundæ iudicium non datur pro certis rebus diuidendis.*
10 *Cōi diuidundo actio cōpetit ad diuidendum res particulares.*
11 *Familiæ herciſcundæ in iudicio non venit id quod reus prætendit ſuum eſſe ex alia cauſa quam hæreditaria, licet actor petat illud diuidi tanquam hæreditarium.*
12 *Communi diuidundo actio non datur ei qui negatur ſocius, & non poſſidet.*
13 *Communi diuidundo in iudicio maior requiritur probatio circa dominium quam in iudicio familiæ herciſcundæ.*
14 *Sententia notorie, & euidenter iniuſta, nunquam tranſit in rem iudicatam, & ſemper poteſt opponi nullitas.*
15 *Nullitate reiecta non cenſetur reiecta iniuſtitia manifeſta.*
16 *Nullitatem deduci poſſe, etiam poſt tempus à ſtatuto pręfixum, ad dicendum de nullitate tenuerunt multi graues authores.*
17 *Statutum admittens ad appellandum, ſeu agendum de nullitate intra certum terminum, non impedit quo minus lapſo termino liceat excipere vel replicare de nullitate.*
18 *Conceſſum ad tempus, cenſetur poſt tempus denegatum.*
19 *Tutor creditor pupilli amittit ſuum creditum in ipſo puncto quo decernitur tutela.*
20 *Moræ purgatio non admittitur vbi certum tempus eſt à lege præfinitum.*
21 *Actui non cenſetur ineſſe quod fit incontinenti, vbi eſt quæſtio de momento.*
22 *Copulatorum concurſus requiritur ad ueritatem copulatiuę.*
23 *Aduerſatiua dictio repetit qualitates præcedentis caſus:*
24 *Conſuetudo debet probari.*
25 *Conſuetudo non probatur per ſolam inſtrumentorum productionem.*
26 *Obſeruantia probari debet in ſpeciali caſu de quo agitur.*
27 *Actus cenſetur factus in executione præcedentis mandati.*
28 *Superior vbi manum apponit ad cauſam. non poteſt inferior in ea ſe intromittere, etiamſi ſuperioris prouiſio ſit nulla.*
29 *Delegationem importat verbum, committo, vel præcipio.*
30 *Iudici ordinario vbi imponitur id quod ipſe facere non tenebatur, iuriſdictio alteratur, & fit delegatus.*
31 *Teſtator inſtituendo videtur ſolum relinquere ius, quod habet.*
32 *In inſtitutione generali non veniunt bona quæ teſtator tenebatur poſt mortem reſtituere.*
33 *Diſpoſitio generalis facta titulo lucratiuo, continet ſolum ius concedentis.*
34 *Bona quæ non ſunt propria teſtantis, non includuntur in generali inſtitutione.*
35 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti, quando pro eo defunctus non tenebatur de euictione.*
36 *Euictionem non præſtat teſtator pro inſtitutione.*

CONSILIVM CCCLIIII.

PERACVTA & ſubtilia ſunt quæ præclariſſimus Dominus Iudex motiuando opponit contra illuſtr. D. Marchioniſſam Cathetinam Mannam de Gonzagis; & primum, quod cum familiæ herciſ. iudicium per eam intentatum
1 vniuerſale ſit, & omnia bona hæreditatis includat,† l. fundus mihi, ff. familiæ herciſc. §. quædam, vbi Doct. Inſtit. de act. cogitur D. Catherina, diuidere ēt bona quæ vellet percipere, & ante partem habere, ea enim poſſidebantur à D. Franciſco Manna de cuius diuidenda hæreditate tractatur, l. itē prædia, verſ. nec minus, ff. fam. herciſc. vbi etiam aliena quæ tamen poſſiderentur à teſtatore veniunt, l. inter cohæredes, §. ſi familia, ff. eo. vbi gl. vbi ēt res depoſitæ & commodatæ ſunt diuidendę & conſtat ex ſententijs productis ea bona eſſe hæreditaria, tanquam Domino Franciſco prædicto adiudicata.

Nec dicatur, eas ſententias eſſe nullas, tanq̃ contra minorem curatore legitimo carētem & indefenſum,

& con-

& contrarius: qa motiuando rñder, quod lapſo tpe à
ſtatuto, & conſtitutionibus præfixo, non licet nullita-
2 tē inducere. † Burſ.conſ.73.nu.3.& 5.conſ.474.nu.31.

Præterea, nulla ſubeſt nullitas, nõ quidem eo quod
Franciſcus tutor non ſignificauerit iudici ſe creditorē
pupillæ quando tutelam aſſumpſit, nam ſatis eſt ꝙ id
expreſſerit in Inuentario paulo poſt confecto, & iu-
dex ea expreſſione non obſtante approbauerit inuen-
tarium, valet enim tutela data à iudice ſciente illum
3 creditorem, † ſecundum Bart.in Auth. Minoris, nu.12.
& Salic.nu.14.C.qui tuto.vel cur.dent.Barba. in conſ.
60.col.5.verſic.quia ad hoc reſpondeo, vol.3. & paria
ſunt, aliquid fieri in actu, vel poſt pactum incontinen
ti, l.iuriſgentium, §.quinimo, ff.de pact.

Accedat, quod obſeruatur Cremonę, vt tutor ſeu cu
rator detur quamuis ſit creditor minoris, & multa ex
tant decreta, & iudex poteſt ex officio ſe informare.
4 † Aret. conſ.199.nu.18.Ludou.concl.38.Ampliat.6. ea
5 vero obſeruantia facit licitũ qđ alias erat illicitũ, † l.ſi
pignore, §.fi.vbi Bar, ff. de pigno.Crau.conſ.6.nu.103.

Non etiam dici poſſunt nullæ ſententiæ, eo ꝙ decre
tum tutoris ſit fundatum ſuper erroneo Senatus re-
ſcripto, quia cũ idem iudex propria anthoritate poſ-
ſet nullo etiam reſcripto accedente dare curatorem,
ſuſtineri debet datio, tãquam ad ipſo D.Iudice facta,
vt actus qui poteſt aliquo modo deſtrui, & alio ſuſti-
neri, recipiat conſormationem ex capite habili, & va-
6 lido, † c.ad diſſoluendum, de deſpon.impub.Barba.d.
conſ.60.nu.24.col.7. verſ.quod oſtendo, & iudex hoc
caſu dationem non fundauit ſuper ſolo Senatus reſcri
pto: quia dixit etiam ad formam reſcripti, quæ dictio
7 implicat alium caſum non expreſſum † Clem. Religio
ſis, vbi Card.in 1.notab.de procurat.

Demum, vbi etiam omnia illa acta eſſent nulla, tñ
D.Catherina hæres D. Franciſci non poteſt contraue
nire illius facto cuius eſt hæres: quia hæres non impu-
gnat factum defuncti, l.cum à matre, C.de rei vend.l.
ex qua perſona, ff.de reg.iur.ſaltem quatenus eſt in hę
8 reditate. † Pinel.in l.1.par.3.nu.81.C.de bon.matern.

Sed prædictis iuribus diligenti examine pondera-
tis, contrarium oĩno credo verius eſſe, ea ſcilicet bo-
na, quæ D.Frãciſcus vigore dicti iudicij & ſententarũ
ſuperinde latarum obtinuit, non eſſe diuidenda, ſed
præcipua eſſe D.Catherinæ tanquam hæredis D.Tho-
mæ patris, qui ea poſſederat, & in ſua hæreditate reli-
querat, vt in proceſſu probatum fuit, & latè per D.Ad
uocatos deductum, ita vt ſuperſit ſolum rñdere ad ea
quæ in contrarium allegantur à D.Iudiee nintiuante.

Non obſtat igitur, quod in iudicio familiæ herciſ-
cundæ tanquam vniuerſali, veniant omnia ēt aliena,
& ideo omniũ fieri debeat diuiſio; quia reſpondetur,
non familiæ herciſcundę iudicium fuiſſe à D.Marchio
niſſa intentatũ, ſed potius cõi diuidundo, petijt enim
non omnia bona hæreditatis D. Franciſci patrui diui
di, ſed bona certa & ſpecialia corpora, in fine ſui libel
li deſignata & deſcripta, & in fine libelli non omnia,
ſed aliqua exprimuntur, vt melius eſt videre quam re
ferre. iudicium autem familiæ herciſcundæ quia vni-
uerſale eſt, vt ex aduerſo dicitur, non fuit intentatum
9 non enim datur pro certis rebus diuidẽdis † d.l.item
prædia, & l. inter cohæredes, §.fi.gl.magna, in l.ſi filia,
§.ſui, ff.famil.herciſc.vbi quod non datur ad vnam vel
plures res hæreditatis, Bald.in l.1.in princ.C.ſam.her
ciſc.ſequitur ibi Salic.& alij, Azo.in Sum.C.eo.tit. Pa-
pienſ.in forma libelli pro hære. vel re ſing.in verſ.cõi-
ter, nu.4.Io.Faber, d.§.quædam, col.6.verſ.quid ſi cõi.
Aret.ibi, num.6. quinimo loco prædicto inquit Faber
col.5.verſic. quid ergo ſi actor petat. ꝙ de rigore iuris
nõ ſuſtineretur libellus quo actor peteret diuidi, non
hæreditatem, ſed res hæreditarias, & col.6.verſic. ſed
quid ſi ſit vna, dicit fortius, quod ſi vnica ſit res in hæ-
reditate, non poterit illius diuiſio peti per actionē fa-
miliæ herciſcundæ, licet vniuerſitas poſſit conſiſtere
in vna re. fatendũ igitur, familiæ herciſcundæ actionē
non fuiſſe inteutatam, cũ ea non detur ad ſingularia
corpora, ſed potius actum fuiſſe actione communi di-
uidundo, quæ competit ad diuidendum particulares
10 res, † vt dicunt omnes DD.in d.§.quædam, Pract.Pa-
pienſ.loco prædicto.in verſ.domum vnã, in princ. vbi
allegat multa iura, Iaſ.in d.§.quædam, in quibus locis
conſtituunt hanc differentiam inter iudicium familię
herciſcundæ & communi diuidundo, quia primũ non
datur niſi ad omnia, ſecundum vero competit ad res
particulares. hoc autem ſtante, non poſſunt conuenti
impedire vel differre diuiſionem ſub prætextu quod
alia extent diuidenda bona in eadem hæreditate.

Secundo reſpõdeo, quod vbi ēt actum eſſet iudicio
familiæ herciſcundæ, adhuc ea exceptio iudicij ꝑgreſ
ſum non impediret, ex quo D.Catharina negat hære-
ditarias eſſe res quas reus contendit eſſe diuidendas;
ſed dicit eas ad ſe alio titulo ſpectare, & proueniſſe à
paterna hęreditate, quæ eſt propria, non aũt à patruo,
& hoc probatur in l.ſi id quod, ff.fam.her.vbi proprie
dicitur, quod in eo iudicio non venit id quod reus præ
tendit ſuum eſſe, ex alia cauſa quam hæreditaria, licet
11 actor petat illud diuidi tanquam hæreditarium. † &
idem dicitur in l.hæredis, §.idem ſcribit, ff.eo. & gloſ.
vtroque in loco dicit, primo agendum eſſe rei vendica
tione, vel Publiciana, & hoc etiam ponit Faber, in d.§.
quędam, col.6.verſ.quid ergo fiet ſi ſint aliquæ, vbi ait,
quod ſi aliquæ ſint res quas actor petat diuidi, & reus
dicat non eſſe hæreditarias, ſuperſedendum eſt à diui
ſione illarum, & agendum rei vendicatione, vel Publi
ciana, præcipue ſi opponens poſſideat: & quamuis lo-
quatur in reo proponente exceptionem prædictam, rñ
idem eſt qñ iudicium proponitur à reo, & actor exci-
pit rem non eſſe hæreditariam, quia ſufficit quod vno
negante non ſit ad diuiſionem deueniẽdum, & Faber
in loco præcitato vult id locum habere, etiam ſi is qui
diuiſionem petit, vellet probare rem hæreditariam eſ
ſe, quia non admittitur probatio.

Nec dicatur quod vbi etiam D.Catherina intentaſ
ſet iudicium cõi diuidundo, adhuc tamen diuidenda
eſsent bona quæ Colleti dicunt eſse hæreditaria, qñ-
quidem reſpondeo, quod ex quo D.Catherina negat
illa eſse hæreditaria, & aſserit propria, atque ita re-
uocat in dubium cõmunionem, non impeditur iudi-
cium, ſed repellitur exceptio, l.fundum, ff. de except.
l.2.C.com.diuid.l.1.vbi Doct.C.ſam.herciſ.l.ſi manci
pium, §.1.ff.de euictio.& in prædictis locis ponunt Do
ctores oẽs, Azo.in Sum.C.commu.diuid. & dicit Bart.
in l.in prouinciali, §.1.in princ.ff.de ope.nou.nunc.qđ
non datur actio communi diuidundo, ei qui negatur
12 ſocius, & non poſſidet, † imo nec officium iudicis, Io.
Fab.in d.§.quædam, col.7.verſ.quæritur, dictum eſt ſu
pra. Aret.nu.9.& Iaſ.nu.55.quinimo, maior probatio
circa domininm requiritur in iudicio communi diui-
13 dundo, quam in iudicio familiæ herciſcundæ, † l.1. vbi
Flor.& Fulg.ff.fam. herciſ.Flor.in Rubr.ff.com.diuid.
Aret.d.§.quædam, nu.9.circa med.verſ.ſecundo aduer
tas, & in caſu noſtro res caret difficultate, quia à prin-
cipio fuit oppoſitum rem eſse propriam D. Catheri-
næ, ideo repelluntur Colleti aduerſantes, vt latè per
Alex.in conſ.213.in fine, vol.2.Soc.l.fundum, nu.8. de
except.infertur igitur ex prædictis, quod reiecta exce-
ptione communonis per conuentos oppoſita, proce-
dendum eſt ad diuiſionem bonorum, quæ ijdem con-
uenti admittunt eſse hæreditaria.

Ad id

Ad id vero quod dictum eſt, ſentẽtias tranſiuiſſe in
iudicatum,& nunc opponi non poſſe nullitatem,lapſo
tempore,dico, quod ſententiæ prædictæ tanquam no-
toriæ & euidenter iniuſtæ,non potuerunt tranſire in
24 iudicatum,& ſemper poteſt opponi nullitas.† Feli. in
c.inter ceteras,num.10.de re iudic.Contard.in l.1.li-
mit.9.num.42. & ſeq.C. ſi de mom. poſſ. & dixi ego in
conſ.61.nu.24.& 52.Et quamuis certum tẽpus perſigi
tur ad dicendum de nullitate, non liceat vlterius illã
proponere,ẽt ſi euidens eſſet & notoria, vt in cõtrario
dictum fuit in quo cum neque conſtitutio Mediolani
neq; ſtatutum Cremonæ fuerit tranſmiſſum, non poſ-
ſum aliquid bene firmare,tamen pro nunc dico, quod
reiecta nullitate,non cenſetur reiecta iniuſtitia mani-
25 feſta,† vt per Afflict.in deciſ.28. in fine, vbi ait, ritum
loquentem de nullitate,non includere iniuſtitiam, &
ita iudicatum fuiſſe à Rota Romana refert Maſcard.
de probat.Concluſ.1114.num.7. vbi loquitur,quando
præfixum eſt certum tẽpus ad dicendum de nullitate.

Reſpondeo etiam,quod contraria ſententia non eſt
tuta,quia multi etiam contradicunt graues authores.
26 † Afflict.Grat.Rebuff.Natta,& alij,apud Oſaſc.deciſ.
142.num.33.& hanc partem nouiſſime tenuit Rota in
deciſ.666.num.3. in prima parte nouiſs. vbi in ſtatuto
Mantuæ quod certum ſtatuit terminum ad dicendum
de nullitate,vt per Burſat.d.conſil.73.num.4.

Tertio reſpõdeo,quod ſtatutũ admittens ad appel-
landum ſeu agendum de nullitate intra terminũ, non
impedit quo minus lapſo ẽt termino liceat excipere,
27 vel replicare de nullitate, ita † ſæpius deciſum fuit à
Rota Rom. per multas deciſiones, quas allegat Con-
tard.d.l.1.in 7.lim.nu.67.ver. intellige tñ, vbi proprie
loquitur qñ ſtatutũ certã habet diẽ ad proponendum
nullitatem, & hoc voluerunt Spec. Bald. Ang.Salic. &
Imol.quos citat & ſequitur Ruin. in cõſ.65.nu.29. vol.
5.Oſaſc.deciſ.142.nu.31.vbi addit Abbat.& Socin.

Addo & quarto, qđ non cõſtat ſententias eiuſmodi
fuiſſe intimatas & notificatas, atq; ideo lapſum non
eſt tempus opponendi contra eas, & ſi ſtatutum fuiſ-
ſet tranſmiſſum,forte aliæ adducerentur ſolutiones.

Non mouet,quod datus fuerit tutor à iudice ſcien-
te,ſecundum Bar.in d.Authen. Minoris debitor, quia
reſpondeo, quod iudex tempore quo tutelam illi de-
creuit,ignorauit eſſe creditorem, & eo tempore tutor
tacuit ſe creditorem eſſe, ideo nõ intrat doctrina Bar.
quæ loquitur,quando iudex ſciuit tempore decretæ tu
telæ:& quamuis poſtea in inuentario expreſſerit ſe cre
ditorem,tamen hoc nõ eum releuat: primo,quia text.
ille vult,quod ab initio & ante decretam tutelam noti
ficet debitum, ideo non ſufficit quod poſtea notificet,
quia conceſſum ad tempus, cenſetur poſt tempus de-
18 negatum, † l. ſi vnus,§.1. vbi Bald.l. epiſtola,§.fin. vbi
Caſtren.ff.de pact.Tiraq. de retract. conuentio.§.1.gl.
a.num.44.deciſ. Pedem.85.num.13. & ſi aſſumpta tu-
tela ſolueret debitum,nõ ſuppleret defectũ,vt ibi dici
tur,§. itẽ ſi taceat, imò, ſi nõ erat debitor,ſed factus eſt
durante tutela,datur,adiunctus,vt ibi in prin.verſi.nã
& ante,& ſi à princ. iuſte ignorauit, & ſuſcepta tutela
reſciuit,tenetur denunciare,aliàs ſtatim perdit, ſecun
dum glo.ibi, in verſicu. iacturam, ecce ergo,quod non
ſufficit poſtea denunciaſſe, quãdo à principio erat cre
ditor,& ipſe ſciebat,addo, quod creditũ, perdit in ip-
19 ſo puncto in quo decernitur tutela, † ſecundum Bart.
in d.Auth.minoris, nu.14.in fine, allegando Richard.
& glo.ibi,dicens,quod efficitur tutor, quia ſtãre amiſ-
ſione, non eſt amplius creditor, & idem voluit Azo,
quem citat Salicet. ibi, num.14.verſic. ſed dubium eſt,
an & certum eſt,quòd ex decreto curiæ factus eſt cura
tor,ergo amittit,§. ſi vero tacuerit, in Authent. vt qui
oblig.& ſi ſtatim amittit debitum,certe nõ excuſatur,
ſi ex poſt denunciat ſe creditorem:quia res deſijt inte-
gra eſſe ob ius quæſitũ pupillę, & effectus iam eſt cõſu-
matus,ideoq; cauſa ceſſante,nõ ceſſat; vt de primo eſt
tex.in l.non putauit,§. ſed ſi poſt mortem,ff. de bonor.
poſſ.contra tab.Tiraq.in tract.ceſſante cau.limit.11.in
prin.& de ſecundo eſt tex.in l.fi.in prin.ff.vnde lib.Ti-
raq.d.tract.limit.12. in prin. & vbi certum tempus eſt
20 à lege præfinitũ, non admittitur purgatio moræ, † In-
noc. Abb.Card.& alij,in c.cum in tua,qui matrim. ac-
cuſar.poſſ.Tiraq.de retract.conſang.§.3.glo.3.nu.2. &
ſeq.& hoc eſt qđ dicimus non ſufficere,quod ſuperue-
niat poſt tempus id quod certo tempore eſt requiſitũ
à lege,ſecundum Bart.in l.1.nu.4.verſic.item aduerte,
C.de teſtam.Bal.nu.1.Caſtr.nu.5.in fine,& Iaſ.num.2.
Men.in conſ.1.nu.416.vbi dicit,non ſufficere ꝙ ea qua
litas adfuerit paulo ante vel paulo poſt & regula illa,
quod videatur actui ineſſe id, qđ incontinenti fit poſt
actum, non habet locum quando eſt quæſtio de momẽ
21 to,ſecundum † Bald. in c. cum dilectus, col.1. de fide
inſtr.Iaſ.l.edita,nu.14.C.de eden. dantur & aliæ limi-
tationes, quæ omnes facto noſtro conueniunt, vt per
Tiraq.de retract.conu.§.1.gl.5.nu.23.& ſeq.Cum pri-
mum igitur factus eſt curator,amittit debitum, vt di-
citur in §. ſi vero tacuerit, at efficitur curator ſtatim
poſt curæ decretum,ergo ſtatim amittit debitum,& ꝙ
ea allegatio & probatio requiratur ante decretũ tute-
lę,probo:quia probatio exigitur ad effectũ ne quis ſub
falſo prætextu,ꝙ ſit creditor,excuſet ſe à tutela, vt in-
quit tex.in §.vt aũt non demus, in Auth. Vt hi qui obl.
ſe perh.& gl.in d. Auth. Minoris excuſatio aũt propo-
nẽda eſt ante decretã tutelam,ergo & denunciatio, &
probatio debiti eſt neceſſaria ante tutelam decretam.

Secundo reſpondeo,quod doctrina Bart. in contra-
rium allegata,locũ haberet,ſi non ſolum curator alle-
gaſſet,ſed ẽt probaſſet debitum ſeu creditum, non aũt
qñ ſolum allegauit: nam tunc iudex vr̃ diſpenſare ad
tutelam,qñ conſtat ſibi de credito, at vbi non conſtat,
vr̃ potius exceptionem allegatam reijcere, tanquam
friuolam, atque ita illum in tutorem admittere, non
quidem non obſtante credito,ſed imò quia non ſit cre
ditor, ex quo allegatum creditum non probauit: qua
ratione,non dr̃ diſpenſare cũ creditore, ſed declarare
eum creditorem nũ eſſe,ita in terminis Sal.in d. Auth.
Minoris,nu.14.verſi. ſed dubitari põt,& fundatur rõ-
ne:quia diſpenſatio non trahitur ad ignorata: ſed ad-
do ego,qđ maior dolus probatur in curatore,qui alle-
gauit ſuum creditum,ſed nõ probauit,q̃ in eo qui ſim-
pliciter tacuit,quia affectans tutelam, ſciens tñ proba
to ſuo credito ſe illam non conſequuturum, voluit iu-
dici imponendo mediam viã eligere,per q̃ non reijce-
retur à tutela, ſed creditum ſuum non reticeret: duo
enĩ requirit text. copulatiue, quod notificet, & ꝙ pro-
bet,vel iuret ſe creditorem: ideo non ſufficit ꝙ allega-
uerit, ad veritatem enĩ copulatiuæ requiritur concur-
22 ſus copulatorum,† l.ſi heredi plures,ff.de cõd.& dem.
Crau.conſ.80.nu.13. dixi in conſ.207.nu.7. & iõ poſt-
quam dictum eſt,qđ denunciet et probet, ſubdit text.
in Auth. et vt hi q. obl.ſe perhib.in §.ſi vero tacuerint,
quod ſi tacuerint,etc. et appellat eum tacere, q. in vno
deficit:quia ſcilicet non denunciat,aut nõ probat:ad-
uerſatiua enim dictio,illa vero, repetit qualitates præ
23 cedentis caſus.† Bald.in l.omnes populi,col.8.nu.21.
ff.de iuſt.et iu.Ruin.conſ.11.nu.6.vol.3.Bero.conſi.42.
col.2.vol.1.vbi ait,quod aduerſatiua retinet præcedẽ-
tes terminos.Corneus conſ.186.nu.5.vol.3.Rim.conſ.
251.nu.16.Gabr.conſ.11.nu.3.Soc.iun.conſ.83.num.9.
vol.1.vbi loquitur de hac dictione, vero, et in d. Auth.
Minoris,loquitur per modũ rationis:nã ſi taceat, etc.

ſed .

ſed cum ſupra dixiſſet, non ſolum de denunciatione, ſed etiam de probatione, non eſſet bona ratio ſi vtrunque caſum non reſpiceret, & cum ſit ſubiecta poſt expreſſionem vtriuſque caſus, referri debet ad omnia præcedentia, l.doli clauſula, ff.de verbor. oblig.l. talis ſcriptura, §.fin.ff.de leg. 1.cap.ſecundo requiris, de appellat. & quod Bart. & alij in contrarium allegati intelligantur, quando conſtabat de credito, monſtrat ratio Bart. quia ſcilicet an tale ſit creditum quòd à tutela remoueat, ſtatur iudicis arbitrio. Ecce ergo, quod Bart. ſupponit conſtare de debito. Sic etiam Salic. ibi dicit, num. 24. quod tenetur prædicere & probare: ſed ſi his non obſtantibus recipiatur, non perdit creditum.

Tertio reſpondeo, quod ſi D. Franciſcus ad ſe excuſandum à tutela allegaſſet ſe creditorem, forte prætendere poſſet ſe ſuum creditum non perdidiſſe: quia hoc malam fidem forte purgaret, & hoc modo loquuntur iura, in d.§. vt autem non demus, & in d. Auth. Minoris, iuncta gl. ſed in facto non allegauit ſuum creditū ad ſe excuſandū, ſed ee tacendo ſibi præiudicaret, deſcribendo res communes pro propriis pupillæ, & vt euitaret hoc modo diſpoſitionē l.fin.C. arbitr. tutelæ.

Non autem reſiſtit allegata obſeruantia: quia negatur illam extare: & probanda eſt, ſicuti dicimus de cō-
24 ſuetudine.† Bart. in l.2.num.27. C. quæ ſit long. conſuet. Dec.conſ.538.num.8. Rol.conſil.32.nu.23. vol.2. Menoch. conſil.37.nu.92. Becius conſil.2.in fine.

Secundo reſpondetur, quod non ſufficeret cōſtare, quod aliquā creditor fuerit datus tutor, ſed probādum eſſet, quod contradicente parte fuerit approbata tutela, alias ſola productio inſtrumentorum non ſuffice-
25 ret,† vt bene Abbas probat in ſimili, in conſ.53.vol.2. & late Natta, quem vnum ſufficiat pro omnibus allegaſſe in conſil.574.num.13. & conſ.575.num.9.

Reſpondeo tertio, quod talis obſeruantia probari
26 debet in ſpeciali caſu, de quo agitur.† Oldr.conſ.237. col. 1. Natta, d.conſ.575.nu.15. Rol.conſil.80.num.10. vol.1. Menoch.conſil.54.num.37. Becius conſ.96.num. 7. nam cum ſit in arbitrio iudicis conſtitutum, quale creditum repellat à cura, vt per Bart.d. Auth. Minoris, num.12. Menoch.de arbit.iud.caſu 196. forte iudex eſt arbitratus in his caſibus non obſtare, quod curator eſſet creditor, aliter in alio caſu arbitraturus, & in caſibus allegatis forte non concurrebant qualitates & circumſtantiæ quæ in facto noſtro contigere.

Parum ēt aduerſatur, quod decretū tutelæ poſtea datæ D. Frāciſco ſuſtineri poſſit ſola authoritate iudicis dantis, ēt nullo exiſtente reſcripto Senatus. Reſpōdeo enim, qđ in facto decreta fuit cura, in exequutionē ordinis Senatorij, & non ex propria authoritate iudicis, quia actus cenſetur ſemper factus in executionē præ-
27 cedentis mandati,† l.qui in aliena, §.ſi is qui putabat, vbi gl.Bart.Bal.Ang.Imol. Caſtr.& alij, ff.de acq. hær. late probaui in conſ.19.nu.28.& ſeq.& non eſt veroſimile, quod iudex inferior voluerit concurrere cum ſuperiore, cum ēt volens non poſſet, cum enim ſuperior manum apponit ad cauſam, inferior nō poteſt in ea ſe
28 intromittere,† c. vt noſtrum, de appell. Bald. in l. ſi vt proponis, la prima, C. quo & qñ iud.& procedit ēt, qñ ſuperioris prouiſio eſt nulla. Rom.conſil.335. Dec.d.c. vt noſtrum, in prin. Crau.conſ.338.nu.19.& delegatio ſeu commiſſio ſuperioris reuocat ordinariam poteſtatem, ſicuti ſpecies derogat generi, c.2.de offic.leg.& ió Butr.in c.cum ex officij, nu.8. verſ. non puro qđ ſimul, de præſcript.inquit, quod iuriſdictio delegata, & ordinaria nō poteſt in eadem perſona, & cauſa concurrere, nec eadem perſona poteſt illam exercere, & quamuis eius opinio pariatur difficultatem, qñ ſuperior nō alterat: ſed ſolū excitat iuriſdictionem, tñ eſt communiter recepta qñ per delegationē iuriſdictio alteratur, & tunc iudex non pōt eodem tempore exercere vtrāque poteſtatem, nec eligere ordinariam, per rationem præcitatam, vt late declarat Fel.ibi, col.7. verſic. prima concluſio, ſubdens, qđ ita volunt apertiſſime DD. allegat gl.in c.hi qui, de præb.in ſexto, in facto aūt non poteſt negari, quin iuriſdictio fuerit ex reſcripto alterata, tum quia adeſt in eo verbum, mandamus, qđ delegationem importat. vt de verbo, committimus, & præ-
29 cipimus,† dicūt Doct.in c.licet, de offic. ord. vbi Abb. nu.3. Butr.nu.17. Imol.nu.9.& Fel.nu.1.et 2. vbi dicūt, ea verba et alia ſimilia ſignificare delegationē. Marā. de ord.iud.par.4.in 5.prin. diſt.nu.4. & ponunt Doct. oēs, in l.ius autem ciuile, ff.de iuſt.et iure, tum ēt, quia non tenebatur iudex ordinarius dare curatorem ſpecialem ad lites mouendas, ſed poterat generalem dare, & ex quo innotuit D.Franc. patruum eſſe, vel ſe prætendere creditorem, poterat illum remouere, vt d r̄ in d. Auth. Minoris, et in d.§. hac itaque lege, in Auth. vt hi qui oblig.et qñ imponitur ordinatio id qđ ipſe face re nō tenebatur, tūc iuriſdictio alteratur, et ſit delega-
30 tus,† c.cum aliquibus, vbi gl.de reſcrip.in ſexto, Butr. Abb.Fel.et alij, in d.c.licet. Demum qñcunque aliquid adijcitur qđ non erat in iuriſdictione ordinaria, dr̄ delegatus; ita omnes Doct. prædicti, et alij, in d.l.ius autem ciuile, at in præſenti reſcripto adeſt Clauſula, qđ iudicia ſic mouenda perinde valeant, ac ſi fuiſſent per ſupplicantē agitata; hæc vero Clauſula ſine dubio nō extat in ordinario iudicio, quia non perinde valēt, ſed longe minus, vt de ſe patet; quare cum ordinaria iuriſdictio eſſet occupata à delegata, et in eam transfuſa, non potuiſſet dñs iudex etiam volens dare curatorem ex ſua poteſtate ordinaria, et conſequenter cura decretum non poteſt ſuſtineri, vigore ordinatiæ poteſtatis.

Poſtremo non turbat iura D. Catherinæ quod tanq̃ hæres non poſſit impugnare factum D. Franciſci, q. diſponendo de omnibus bonis, vt̄ etiā de illis diſpoſuiſſe que per ſententias prædictas obtinuerat: reſpondetur enim, quod teſtator inſtituendo, vt̄ ſolum relinque-
31 re ius quod habet,† l.ſerui electione, §.fin.ff.de leg.1.l. vxor patrui, C.de leg. alios citaui in conſ.11.3.nu.14.& in dubio non vr̄ teſtari de alienis rebus, glo.in l.conficiuntur, §.ſi poſt factum, in verſ. teſtatur, in fin.ff. de iure codicill. & in l.1.C. qui teſtam. fac. poſſ. hinc dicimus, in generali inſtitutione non veniunt bona quæ
32 teſtator tenebatur poſt mortem reſtituere.† Bart.l.codicillis, §.inſtituto, ff.de leg.2. Dec.conſ.378.nu.1. Paris.conſ.7.nu.8.vol.1. Cęph.conſil.3.nu.93. Petra de fideicommiſſis, q.8.nu.276. Zanc.in §.cum ita, part.10. nu.32.in fine, & in generali diſpoſitione facta lucrati-
33 uo titulo, venit ſolum ius concedentis,† vt poſt Bal.& Iacob. tenuit Rol.conſ.71.nu.23.vol.2. & quod teſtari in dubio quis non videatur de alieno, ponit Bald. in l. in teſtamēto, in prin. C.de leg. Falc. & quod generalis inſtitutio non includat bona quæ non erant propria
pro omni, & toto eo ꝙ ipſa prętendere poſſet in bonis
omnibus, paternis, maternis, & fraternis; quocirca,
tanquam à fratrib. dotata excluditur eodem ſtatuto.
Vltimum aũt, ſi bene mentem conſulentis percepi,
non continet difficultatem: quia ſi ex Dominis Fede-
rico, & Iacob. Antonio defunctis, extãt filij naturales,
illi ſine dubio ſuccedent, naturales in duab. vncijs, ex
quo neq; iuſti filij, neque coniux legitima extant, ita
54 diſponit† text. in §. ne igitur, in Auth. quib. mod. nat.
effic. ſui, & in Auth. Licet, §. ab inteſtato, C. de natura-
lib. lib. Bart. in § conſideremus, in Auth. de trien. & ſe-
miſ. Afflict. in deciſ. 392. nu. 2. Palæot. de noth. & ſpur.
cap. 38. nu. 4. in fi. Aſcan. Clem. in tract. de patr. pote-
ſta. cap. 5. nu. 33. & ſeq. Didac. in Epitome de ſponſal.
par. 2. cap. 8. §. 4. nu. 9. verum eſt, quod controuertitur
à Doctoribus, an hoc caſu ſufficiat filiũ nõ eſſe natum
ex punibili coitu, vel potius debeat prouenisse ex pro-
prio cõcubinatu; & multi quidem probarunt concu-
binatum matris eſſe formiter probandum, & ſecundũ
eos vidi in facto annis præteritis conſultum à D. Pan-
cirolio, ſed ea nunc videtur receptior, quòd ſufficiat
55 eſſe natum ex ſoluto, & ſoluta,† vt voluit Bald. in con-
ſil. 129. nu. 3. lib. 2. Bero. latè, conſi. 165. vol. 2. Alcia. Pa-
rerg. li. 4. cap. 5. in fi. Boer. deciſ. 127. nu. 6. Didac. Epi-
tome, de ſponſ. d. c. 8. §. 5. n. 3. Palæot. d. tract. c. 40. Ga-
briel. cõſi. 29. vol. 1. Berret. in conſ. 90. nu. 8. & latius in
conſi. 119. nu. 11. & ſeq. vbi alias addendo authorita-
tes, hanc probat eſſe communiter approbatam ſen-
tentiam. Quidquid verò demptis duabus illis vncijs
ſupereſt, diuidendum erit inter eos, qui prædictis fra-
tribus ab inteſtato ſuccedunt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quinque requiruntur in codicillis.*
2 *Numerus idem teſtium eſt neceſſarius ad diſſoluendum qui requiritur in conſtruendo.*
3 *Legatum vbi ex diſpoſitione ſtatuti probari poteſt duob. teſtibus, eius quoq; reuocatio duob. teſtibus probari poterit.*
4 *Teſtamentum factum cum legitimo numero teſtium, non poteſt reuocari per actum inter viuos, cum duobus teſtibus factum.*
5 *Proteſtatio derogatoria quæ fit ante actum, videtur quædam ademptio.*
6 *Clauſula derogatoria non tollit codicillos poſtea factos.*
7 *Teſtamentum ſecundum tolit primum.*
8 *Codicilli ſequentes non tollunt priores.*
9 *Voluntas teſtatoris inducta declaratur duob. teſtibus, ſed ſeptem requiruntur ad probandum ea de qua nullibi conſtat.*
10 *Voluntas teſtatoris probatur ſeptem teſtibus, vbi agitur de teſtamento, & quinque quando de codicillis.*
11 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

12 *Teſtes duo regulariter ſufficiunt in quocunque actu.*
13 *Teſtibus duobus probatur teſtatorem non voluiſſe pupillariter ſubſtituere, quando fecit vulgarem expreſſum.*
14 *Teſtes duo ſufficiunt etiam non rogati, quando probandum eſt aliquid negatiuè.*
15 *Error in nomine appellatiuo vitiat legatum.*
16 *Contractus poteſt fieri in teſtamento.*
17 *Legatum probatur duobus teſtibus, quando teſtator fecit ſibi ab hærede promitti præſtationem legati.*
18 *Regulæ in dubio ſtandum eſt.*
19 *Metus duobus teſtibus probatur.*
20 *Metus debet probari tribus teſtibus, quando interuenit amicorum, vel conſanguineorum, vel iudicis præſentia.*
21 *Proteſtatio declaratoria animi per verba quæ futurum reſpiciunt, tollit conſenſum, et mentem à ſequenti actu, quando actus pendet à pura poteſtantis voluntate.*
22 *Derogatoria Clauſula poſita in teſtamento, oſtendit defectum voluntatis in proteſtante.*
23 *Clauſula derogatoria poſita in teſtamento, poteſt tolli in codicillis, quia per eam hæreditas non datur, nec adimitur.*
24 *Codicilli non valent quando præceſſit Clauſula derogatoria, quia dicuntur carere voluntate teſtatoris.*
25 *Teſtamentum ſecundum habetur pro nullo, quando primum continet Clauſulam derogatoriam.*
26 *Lege quod cautum non reperitur, non eſt nouis inuentionibus præſumendum.*
27 *Verba quibus tollitur Clauſula derogatoria, probari poſſunt, non ſolum per ſcripturam, ſed etiam per teſtes.*

CONSILIVM CCCLVI.

ARticvlvs qui venit diſcutiēdus in
controuerſia vertente inter Illuſtrem
D. Flaminium affinem meum, & filium
celeberrimi Iuriſconſulti D. Franciſci
Becij, & Magnificum Dūm Antonium
Guacium, nouus eſt mihi, nec aliquem
vidi qui eum examinet: in eo autem quæritur an ſufficiens,
& valida ſit proteſtatio facta ab Illuſtri D. Catherina
Becia ad deſtruēdū codicillos quos poſtea fecit
ad fauorem dicti Domini Antonij, cum duo tātum
teſtes adhibiti fuerint. Et primo aſpectu dicēdum videtur,
quinq; teſtes fuiſſe neceſſarios, tot enim requi-
1 runtur ad faciēdum codicillos, † l. fin. in fi. C. de codicil.
glo. in ca. licet vniuerſis, ver. duorū, de teſtib. Craſſ.
in §. codicillus, nu. 4. vbi dicit procedere ēt ſi à ſtatuto
minuatur numerus teſtiū in confectione teſtamenti,
quia per hoc nihil innouatum cenſetur in codicillis,
& ad diſſoluendum idem teſtium numerus eſt neceſ-
2 ſarius, qui in conſtruendo, † l. hæredes palam, §. ſi quid
poſt, de teſtam. Doc. Rubr. ff. de acq. poſſeſſ. vbi Ripa,
nu. 8. Dec. l. nihil tam naturale, ff de reg. iur. Marſil. in
Rubr. C. de probat. nu. 345. Purp. in conſi. 516. num. 13.
hinc Bald. in l. fin. num. 24. C. de fideic. dixit, quod ſi ex
ſtatuto duobus teſtibus probari poteſt legatum, eius
3 quoq; reuocatio duobus teſtib. poterit probari, † ſequitur
Card. & Imola, in c. relatum, il primo, extra de
teſtam. Alex. in l. quemadmodum ff. de acquir. poſſ.
Secundo extat Iaſ. deciſio in conſi. 141. in prin. vol. 4.
vbi dicit, quod per actum inter viuos factum cū duobus
teſtibus, reuocari non poteſt teſtamentum ſolēni-
4 ter factum cum legitimo numero † teſtium, mouetur
rōne prædicta, & vlterius, q2 in l. ſancimus, C. de teſt.
eſt ſpeciale, ꝙ teſtamentum reuocetur per declarationem
inter viuos factam corā tribus teſtib. apud acta,
ideò in cōtrarium eſt ius ordinarium, mouetur etiam
ex d. Bal. in l. teſtium, in 5. not. C. de teſtib. vbi reſolutio
eodem modo probatur quo ipſa conſtitutio. Simon
de interpr. vlt. vol. lib. 4. in 2. dub. nu. 50. fol. 464.

Et quamuis iura prędicta loquantur de tollēdo diſpoſitionem
iam factam, idem tamen videtur in faciēda,
quia proteſtatio derogatoria, quæ fit ante actū,
5 videtur quædam ademptio, † vt inquit glo. in l. ſi quis,
in prin. in glo. magna, poſt prin. ff. de leg. 3. & ibi idem
dicit Bart. nu. 6. vbi ad propoſitum noſtrum loquendo
de clauſula derogatoria, dicit, quod ea fieri debet
in voluntate ſolenni, ex qua poſſit hæreditas adiri, ſed
non eſt ſolennis voluntas, quę duobus tantum conſtat
teſtibus, quando agimus de tollendo codicillum, qui
quinque teſtibus conditur.
Tertio quidquid ſit in teſtamēto, videtur quod per
Clauſulam derogatoriam codicillus poſtea factus nō
6 tollatur, vt eſt tex. † expreſſus in l. alius, §. licet, ff. de iure
codicil. Iaco. Butr. & Cin. in l. ſancimus, C. de teſta.
& rationem ponit textus: quia vltima priorib. derogant,
& difficilius tolluntur codicilli, quam teſtamen-
7 tum; nam ſecundum teſtamentum tollit † primum, l. 3.
§. pen. vbi glo. in ver. ſcriptus. ff. ſi cui plus quā per leg.
Falcid. l. hęredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſta. cum
ſimil. & hoc procedit ēt quoad legata, vt ibi, & ponit
Card. Mantica de coniect. vlt. volut. lib. 12. tit. 1. nu. 36.
& 38. tamen præcedentes codicillos nō tollunt qui ſe-
8 quuntur, † §. non ſolum, Inſtit. de codicil. Specul. in tit.
de inſtru. editio. §. Viſo. Natta in Auth. Hoc inter liberos,
nu. 88. C. de teſta. vbi allegat etiam Cępol. Craſſ.
in §. codicillus, nu. 30.
Quarto hæc Concluſio probatur: quia agimus non
de declarando alicuius volūtatem iam in eſſe productam,
ſed de probando voluntatem teſtatoris, de qua
nullibi conſtat: communis autem eſt omnium Doctorum
Concluſio, quod vbi agimus de inducenda noua
voluntate, ſeu noua diſpoſitione, tūc ſeptem omnino
teſtes requirūtur, quamuis duo ſufficiāt vbi tractatur
9 de ea declaranda, quę iam eſt inducta, † gl. in d. l. hęredes
palam, §. ſi quid poſt, vbi Bart. nu. 4. & Caſtr. n. 13.
Oldr. in conſ. 297. nu. 7. Bal. in l. quamuis, nu. 1. vbi Salic.
nu. 4. C. de impub. Salic. in l. precibus, n. 7. C. eod. &
ſeq. infiniti quos citaui in conſil. 129. nu. 29. vbi retuli
Bauer. dicenté, qđ ſeptē teſtes requirūtur ad probādā
volūtatē teſtatoris, latè Car. Mā̄t. de cōiect. vlt. volun.
lib. 12. tit. 16. nu. 2. & ſeq. Maſcar. concl. 1352. nu. 51.
Quinto dicit glo. in l. cum proponebatur, in verſic.
quæreretur, & in verſi. cōiectura, ff. de leg. 2. quod voluntas
teſtatoris probatur ſeptem teſtib. quando agi-
10 tur de teſtam. & quinq; quando de codicillis, † & infert
ibi Bart. ad propoſitum noſtrū, quod ſi volo probare,
quod teſtator dixit ſe velle ſubſtituere, tunc requiruntur
ſeptem, vel quinq; teſtes, vt ſupra, ſicuti igitur
tot teſtes ſunt neceſſarij ad probandum quod dixerit
ſe velle relinquere, ita totidē requirūtur ad probandū
quod dixit ſe nolle relinquere, quia contrario-
11 rum eadem eſt diſciplina, † l. etſi contratabulas, in fi.
ff. de vulgar. alios citaui in conſi. 1. nu. 92.
Verumtamen contrariam amplector ſententiam,
quod ſatis ſit proteſtationem prædictam coram duobus
teſtib. eſſe factam, quia regulariter duo teſtes ſuf-
12 ficiunt in quocunq; actu, † l. vbi numerus, ff. de teſtib.
ca. in omni, extra eod. tit. ca. illud, & cap. placuit 1. q. 4.
Spec. in tit. de teſte, §. reſtat, in princ. Felin. in cap. quoties,
in 1. not. de teſtibus. Soc. in conſ. 102. nu. 14. vol. 3.
Dec. in conſi. 342. col. 1. Gram. in conſi. 67. num. 12. vbi
etiam in cauſis grauibus; imo Felin. in loco pręallegato,
loquitur in cauſis etiam grauiſſimis.
Secundo moueor, quia eiuſmodi proteſtatio reſpicit
nō ſubſtantiā alicuius diſpoſitionis, nec nouā efficit
diſpoſitionē, ſed declarat quo animo D. Catherina
eſſet factura codicillos, libero ne an meticuloſo, & an
animo codicillandi, vel alio, & quando probādum eſt
ali-

aliquid,etiam pertinens ad vltimā voluntatem,quod
tamē ſit extrinſecum, tunc duo teſtes ſufficiunt, vt di-
cimus teſtatorem non voluiſſe pupillariter ſubſtitue-
re,quando fecit vulgarem expreſſam,probari duobus
13 teſtibus. † Bar.in l.2.nu.59.vbi Clau.nu.25.ff.de vulg.
Bal.in l.quamuis,nu.1. Salic.nu.4. Alex.nu.2.C.de fi-
deicom.alios citat Card.Mantic.lib.12.tit.16.num.4.
& ſeq. vbi idem dicit, quando dubitatur ſi tacita pu-
pillaris excludat matrem; & alia cumulaui exempla
d.conſi.129.nu.29.& ſeq. ſicuti igitur probatur duob.
teſtibus qua intentione ſubſtituerit pupillariter, &
an teſtator voluerit matrem excludere, vel includere
pupillarem ſubſtitutionem, ita duobus teſtibus pro-
bari poteſt quo animo fecerit codicillos.

Tertio dicta proteſtatio nihil diſpoſitiuū continet,
ſed abnegatiuum, ideſt, ſe nunq̄ habuiſſe animum le-
gandi D. Guacio, neq; ſe legaturam ſponte,aut ex li-
bera voluntate.& Bal in d.l.cum proponebatur,circa
medium, ver. aut probatio erroris non includit, ff.de
leg.2. dicit, quod vbi probādum eſt aliquid negatiuè,
tunc duo teſtes ſufficiunt, qui etiam non ſint rogati:
14 quia † rogari non poſſunt teſtes de non ente,ſequitur
Imola ibi,col.2. circa fin. verſic. an autem requiratur.

Quarto declaratio animi eſt actus inter viuos,non
autem vltima volūtas, quia nihil diſponit, ſed tantū-
modo propriam declarantis mentem,& intentionem
exponit, adeo, vt ea non tranſeat neq; in contractum,
neque in vltimā voluntatem, vt probatur ex eo, quod
glo. dicit, in l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg.1.in
ver. vocabula,vbi inquit,quod error in nomine appel
15 latino † vitiat legatum, in tm̄, quod ſi teſtator voluit
mulum legare,& dixit equū,non debetur neq; equus,
neque mulus,ſequitur Bar.ibi,idem voluit gl.in d.l.cū
proponebatur,ff de leg.2.dum ait,qđ ſi teſtator dixit
ſe velle ſubſtituere, & non ſubſtituit,non cenſetur er-
raſſe, ſed conſulto omiſiſſe, ideo ſubſtitutio illa nō at-
tenditur.ſequitur Bar.ibi,& Bal.in fine. Cū igitur hæc
voluntas non tranſeat in diſpoſitionem,ſed ſiet in pu
ris terminis actus inter viuos,duob. teſtib. rectè pro-
batur,d.l.vbi numerus,Imola,d.l.cum proponebatur,
nu.2.Iaſ.l.fin. nu.18. C.de fideic. & quamuis declara-
tio verſetur circa futuros codicillos, atq; ita circa vl-
timam voluntatem, tamen non eſt nouum quod fiant
actus inter viuos circa vltimam voluntatem: poſſunt
16 enim in teſtamento contractus fieri, † §.fin.in l.hære-
des palam,ff.de teſtam. Barto. in l. nemo poteſt, ff. de
leg.1.vbi Imo.& Alex. dicunt,quod ſi teſtator facit ſi-
bi ab hęrede promitti præſtationem legati,tunc lega-
17 tum probatur duob. teſtib. † ſequitur Alex. in multis
locis,& Iaſ.in l.2.nu.11.C.de bon.poſſeſſ.ſecun.tab.in
d.l.fin.nu.18. & in d.l.nemo poteſt, num.28. vbi Crot.
nu.12.Ripa,nu.29.Annibal.nu.187. & Bologn.nu.29.
Craſſ.§.teſtamentum,q.55.nu.21.

Quinto regula ſtat,qđ duo teſtes ſufficiunt in quo-
cunque actu, qui ergo voluerit dicere plures ad pro-
bationē proteſtationis requiri, tenetur probare, quia
18 in dubio ſtandum eſt regulæ, † l. vltim. C. de hæredi.
inſtit.l.apud antiquos,C.de furt. l. illud, C. de ſacroſ.
Eccl. gloſ.in l.omnis definitio,ff.de regul.iur.latè Be-
cius in cōſi.93.nu.12.Card. Mātic. lib.5.tit.15.nu.31.
Menoch.conſi.88.nu.51. vbi dicunt, transferri in ad-
uerſarium onus probandi ſuam exceptionem.

Sexto ſi contra dictos codicillos vellet Do. Becius
probare,quod metu facti fuere, vtique duo teſtes ſuf-
19 ficerent, quia metus duobus probatur teſtibus, † vt
conſtat ex Bald. & Caſtr.in l. tranſactionem dominij,
C.de tranſact. vbi dicunt regulariter duob.teſtib. me-
tum probari,licet tres requirantur, quādo interuenit
amicorum vel conſanguineorum, vel iudicis præſen-
20 tia, † & ibi Curt. num.3. dicit eſſe aureum dictum, &
valde extollit Cur.ſen.in cōſ.43.col.6.in princ.Marſil.
Sing.528.& in terminis Anch in conſi.337.nu.2.in fi.
vbi ait duob. teſtib. probari vim fuiſſe adhibitam, &
coactum quem fuiſſe ad teſtandum: ergo eodē modo
ſufficient duo teſtes ad probandū proteſtationē,per q̄
declarat teſtatrix, ſe ꝑ metū eſſe conditurā cōdicillos.

Quare non reſiſtit,quod ſicuti in cōdendis codicil-
lis quinque requiruntur teſtes,ita totidem ſint neceſ-
ſarij ad illorum deſtructionem: quia hic non agimus
de reuocandis codicillis, ſed de probādo quod ab eis
voluntas teſtantis abfuerit, & ꝙ non ex libera animi
ſententia facti fuerint.hæc enim eſt vis proteſtationis
declaratoriæ animi,habentis verba quæ in futurū reſ-
piciant, quod tollit conſenſum, & mentem à ſequenti
actu,ita ꝙ dat ſine mente ſonum, quando actus pēdet
21 à pura proteſtantis † voluntate,l.ſi mihi,& Titio,§.in
legatis,ff.de leg.2.Bald.Ang.& Caſt.in l.pacta nouiſ-
ſima,C.de pact.vbi Alex.Iaſ.& alij.Bart.in l.non ſolū,
§.morte,in 1.Spec.ff.de oper.noui nunciat.vbi Alex.&
alij, præcipuè Rub. Maſcard. alios citat in tracta. de
probat.concl.1242.num.30.ſic dicunt Doct.de prote-
ſtatione, ſeu Clauſula derogatoria poſita in teſtamē-
tis:quia ea oſtendit defectum volūtatis in proteſtan-
22 te, † ſecundum Bart.& alios,in l.ſi quis, in princ.ff.de
leg.3.vbi pulchrè Soc. iun.num.3. & ſeq. Purpur. con-
ſil.243.nu.3.Gabr.conſi.117.nu.3. vol.2.Simon de cō-
iect.vlt.volunt.lib.4.interpret.3.dubit.2.nu.60.& idē
Doct. dicunt in clauſula derogatoria poſita in ſtatu-
to,conſtitutione,vel alijs diſpoſitionib. vt per Bart.in
Extrauag.ad reprimendum, in ver. non obſtantibus.
Rota deciſ.122.& 137. in 1.par.in nouiſs.aliud autem
eſt vltim. volunt.condere,& reuocare,aliud vero ani-
mum ſuum declarare in futurū; contrarium procedit
quando diſſolueretur codicillus iam factus, non quā-
do agitur de non faciendo aliquem.& hoc quoq; mo-
do reſpondetur ad id quod voluit Iaſ. in conſi. 141. in
princip.vol.4. tractat enim de teſtamento reuocando
per actum inter viuos factum cum duobus teſtibus.

Et nō eſt verum quod illa declaratio, ſeu proteſta-
tio derogatoria ad ſequentes actus,ab emptione vim
habeat: nā per eā nihil datur, nec adimitur, vt inquit
Salic.in l.2.nu.3. C. de codicil.vbi infert,quod clauſu-
la derogatoria poſita in teſtamēto, poteſt tolli in co-
dicillis:quia per eam hęreditas nō datur neq; adimi-
23 tur. † vtitur etiam alio argumento, quia nō reperitur
cautum in contrariū,ergo permittitur.Ang.in §. pen.
nu.1.in fi. verſ.quærit, Inſtit.de codicil.& dicit ſingu-
larem doctrinam Iaſ.in l.ſancimus,nu.14.in fine,C.de
codicil.Alex.in d.l.2.nu.4.Pariſ.conſi.10.nu.28.vol.3.
Natta in Auth.Hoc inter liberos,nu.54. C. de teſtam.
Didac.de teſtam.in Rubr.par.2.nu.19. verſi.decimo-
quinto.Menoch.tract.præſumpt.lib.4.præſumpt.166.
nu.52.Card.Mant.de coniectur. vlt.volun.lib.6.tit.4.
num.9.& lib.12.tit.8.nu.25. Oddo in conſi.89. nu.33.
117.& 125. vbi dicit communem, refellit opinionem
quandam Ruini,declarantis non procedere ſupra di-
cta, quando codicillus eſſet factus poſt ſecundum te-
ſtamentum, & ſubdit eſſe contra communem ſenten-
tiam.Cum ergo proteſtatio illa neque det,neque adi-
mat, potuit quandocunque fieri.

Textus autem in l.Diuus,§.licet,ff.de iure codicill.
qui vult, quod codicillus non tollatur per derogato-
riam clauſulam præcedentem, varios habet intelle-
ctus, vt per glo. ibi, ſed ille approbatur: quia ſcilicet
ſequens codicillus continebat clauſulam per quam
tollebatur clauſula derogatoria; & hunc ibi intelle-
ctum ſecuti ſunt Din. & Bart. in d.l.ſi quis, in princi-
pio teſtamenti,vbi refert Din.quod Cin.ipſo audien-
re mu-

re mutauit ſententiam,& tranſiuit eum hac opinione,
& latè Augel. in conſi.314. per totum, vbi tandem in
fine dicit,codicillu non valere,quando præceſſit Clau-
ſula derogaroria: quia dicitur carere voluntate teſta-
24 toris, ex † quo per Clauſulam probatur voluntatem
non adeſſe in actu ſequenti,& illum ſequitur Pariſ. in
d.conſi. 10.nu.28.in 3.vol. Simon d.lib.4. interpret.3.
dub.2.in princ.nu.68. fol.mihi 464. atque ita non mi-
nus codicillus, quam alia quælibet vltima voluntas
annullatur per proteſtationẽ præcedentem,quia Clau
ſulæ derogatoriæ effectus eſt, remouere voluntatem à
ſequenti actu,ſine qua actus non poteſt ſuſtineri,& ſi-
cuti teſtamentum ſecundum reuocatur, & habetur
pro nullo, quando primum continet Clauſulam de-
25 rogatotiam, vt latè apud † Menoch. præſumpt. 166,
per totam.Simon,d.dubitat.2.etiam per totam. Car-
din. Mantica d.lib.12. tit.8. Craſſ.in §. teſtamentum,
q.89.ita codicillus dicitur carere voluntate, quia ea-
dem ratio in vtroque verſatur, & ſolum vtriuſque di-
ſpoſitionis fundamentum eſt voluntas,quę ſi abſit,di-
ſpoſitio corruit.

Ad quartum reſpondeo, quod procedit, quando
actus verſatur circa voluntatem continentem diſpo-
ſitionem, per quam aliquid datur, vel aufertur, tunc
enim ſeptem requiruntur teſtes: at vbi ſolum declara-
tur ipſa volũtas, ſed per eiuſmodi declarationem ni-
hil confertur in aliũ,nec tollitur collatum, tunc etiã ſi
agamus non de antiqua declaranda, ſed de noua,ſuf-
ficiunt duo teſtes, quia vt dixi, fieri poteſt declaratio
non modo in vltima voluntate,ſed etiam inter viuos.

Hoc etiam modo intelligi debet doctrina Bart.in l.
cum proponebatur, quia ibi tractatur de ſubſtitutio-
ne inducenda, ideo non mirum ſi quinque teſtes ſunt
neceſſarij; aliud eſt, quando non agimus de noua ali-
qua diſpoſitione inducenda, ſed de explicanda men-
te,& voluntate teſtatoris, qualis ſit, & hæc plurimum
inter ſe differunt,vt iam ſatis ſupra dictum eſt.

Et ſanè, cum non extet lex quæ contrarium dicat,
ſtandum eſt regulæ per quam duorum teſtium nume-
rus aptus indicatur ad declarandum voluntatem, &
quòd lege cautum non reperitur,non eſt nouis inuen-
26 tionib. præſumendum,† cap. conſuluiſti, 2. qu.5. Ar-
chid. in proœm.6.in verſi.ſacroſanctæ,col. pen. in fin.
latè Becius in conſ.53.nu.4.vbi multos allegando,di-
cit paria eſſe,contra legem fieri,vel ſine lege,& cũ non
reperiatur id prohibitum, cenſeri debet permiſſum,l.
necnon, §. quod eis, ff.ex quib.cauſ. maior. quo argu-
mento vtitur Sali. in d.l. 2. C. de codicill. ad demon-
ſtrandum,quod clauſula codicillaris reuocari poteſt
in codicillis,& ſequuntur alij per me adducti in reſo-
lutione ſecundi obiecti, & non prohibetur ſtare quod
non reperitur correctum, l. præcipimus, C. de appell.
Et hac ratione voluit Roman. in conſi. 385.nu.7.in fi.
quòd non ſolum per ſcripturam, ſed etiam per teſtes
probari poſſint verba quibus tollitur Clauſula dero-
27 gatoria.† Sequitur Card.Mantica d.lib.12.tit.8.n.31.

SVMMARIVM.

1 *Diſponere in vita non dicitur qui per teſtamentum diſponit.*
2 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit, poteſt alienare dodrantem inter viuos,non autem per vltimam voluntatem.*
3 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit, decedendo ab inteſtato,non cenſetur transferre dodrãtem in ſuum hæredem.*
4 *Inſtitutione in generali non veniunt bona quæ teſtator tenebatur per fideicommiſſum alijs reſtituere.*
5 *Grauatus onere fideicommiſſi,vbi inteſtatus decederet, non euitat reſtitutionem ſi fecit teſtamentum in quo nihil expreſsè diſpoſuit de bonis ſubiectis fideicommiſſo.*
6 *Alienationis vbi fit mentio permiſſiuè,tunc alienaſſe dicitur qui hæredem inſtituit.*
7 *Diſponere,verbum,propriè ſignificat vltimam voluntatem.*
8 *Diſponere qui poteſt decedendo ab inteſtato, dicitur diſpoſuiſſe in proximiores.*
9 *Succedens ab inteſtato,non habet titulum à defuncto, ſed à lege.*
10 *Clauſula, Ad libitum ſuæ voluntatis,importat liberum, & abſolutum arbitrium,non iuris regulis limitatum.*
11 *Voluntas præſumpta includitur in quacunque diſpoſitione quæ loquatur de expreſſa voluntate.*
12 *Grauatus onere reſtituendi,dicitur dominus, & interim poteſt alienare,& alienando transfert dominium.*
13. *Meum,tuum,ſuum,& ſimilia pronomina poſſeſſiua,reſtringuntur ad tempus præſens.*
14 *Vniuerſalia verba amplectuntur ea, quæ aliàs non includerentur, & prolata ab homine, non recipiunt reſtrictionem de habilitate.*
15 *Teſtatus pro parte,& pro parte inteſtatus quis decedere non poteſt.*
16 *Legato repudiato fugitur dominium nunquam retro quæſitum.*
17 *Fideicommiſſo non eſt locus niſi volente ſubſtituto.*
18 *Legatum capi debet de manu hæredis.*
19 *Interdictum quorum legatorum, datur contra particularem fideicommiſſarium occupantem propria auctoritate, non minus quam contra legatarium.*
20 *Alijs,dictio eſt repetitiua ſimilium.*
21 *Bona reſtitutioni ſubiecta exiſtentia penes teſtatorẽ,veniunt in inſtitutione omnium bonorum ſimpliciter facta,& multo magis quando eſt verbis vniuerſalibus concepta.*
22 *Diſponendi facultatem habens, inſtituendo hæredem, cenſetur diſpoſuiſſe, licet de bonis illis expreſſam non fecerit mentionem.*
23 *Nouerca præſumitur odio habere priuignos.*
24 *Contrarietas, & repugnantia vt tollatur interpretatio fieri debet.*
25 *Subſtitutionis conditio, & qualitas vbi deficit, dici poteſt quod hoc caſu non loquitur ſubſtitutio.*
26 *Copulatorum concurſus requiritur, nec ſufficit alterum adeſſe.*
27 *Rogatos reſtituere quicquid ſupererit,poteſt etiam in teſtamento de illis bonis diſponere.*
28 *Diſponere quis cenſetur ſolum de bonis de quibus poteſt diſponere.*
29 *Verba vniuerſalia, & geminata includunt etiam feudalia, emphyteutica,& ſimilia bona.*
30 *Socin.conſi.95.in 3.dub. vol.3.reprobatur.*
31 *Legitimam non prohibetur petere filius, qui acceptauit legatum factum à patre pro omni eo,& toto quod habere,& conſequi poteſt in bonis, & hæreditate.*
32 *Legatum acceptans cenſetur onus quoque legato adiectum acceptare.*
33 *Legitimæ ſupplementum petere non poteſt filius qui acceptauit legatum factum pro omni, & quacunque legitima, ſeu portione ſibi ſpectante.*
34 *Reſcriptum intelligitur ſecundum ſupplicationem.*
35 *Excluſio generalis legis aufert etiam legitimam, quia non debetur ei qui non poteſt ab inteſtato ſuccedere.*
36 *Legitima minui poteſt per ſtatutum.*
37 *Legitimato debetur legitima, non minus quam legitimè nato.*
38 *Feudum vbi à patre de cuius ſucceſſione agitur fuit quæſitũ, tunc ſiue ſit ex pacto,ſiue hæreditarium,ſemper imputatur filio in legitimam,ſi vero ſit antiquum, non venit in ratione legitimæ,niſi ſit hæreditarium.*
39 *Legitimati non ſuccedũt in feudo, vel emphyteuſi Eccleſiæ.*
40 *Legitimatus nõ ſuccedit in feudo, vel emphyteuſi Eccleſię, niſi id expreſſè dicatur in legitimatione.*

41 *Im-*

41 *Imperator non poteſt legitimare ad feuda,& iura Eccleſiæ.*
42 *Legitimare non poteſt Comes Imperialis ad emphyteuſim, & feudum Eccleſiæ,etiamſi priuilegium legitimandi conceſſum ab Imperatore ſit à Summo Põtifice confirmatum.*
43 *Legitimandi priuilegium à Summo Pontifice, & Imperatore ſimpliciter ad feuda conceßum,non extenditur ad feuda Eccleſiæ,niſi hoc ſit expreßum.*
44 *Legitima non debetur ei qui ab inteſtato nõ erat ſucceßurus.*

CONSILIVM CCCLVII.

MVlta bona D.Imperius de Freddis legauit D.Maureliæ ſuę vxori de quib.
illa poſſet pro libiro voluntatis diſponere per quécunq. contractum,&
diſtractum, cuiuſcunq. ſortis, & per vltimam voluntatem,vel donationẽ,
aut eo meliori modo quo ipſi placuerit: ei vero decedenti, & non diſponenti per viam
contractus,donationis, aut vltimæ voluntatis, de dictis bonis, ſubſtituit D. Flordiſpinã eiuſdem teſtatoris naturalem filiam, legitimatam, in eo quod de bonis,vt ſupra legatis ſupererit,& quæ per vxorem non
fuerint alienata.conſumpta,vel legata; Cum vero D.
Maurelia condito teſtamento hæredẽ ſibi inſtituerit
D.Iulium Cæſarem de Freddis in omnib. & quibuſcunq. ſuis bonis,mobilibus, & immobilibus, iuribus,
& actionib. vbicunq.ſint,& penes quoſcunq. reperiãtur, agit D. Flordiſpina corã arbitris ex ſubſtitutione prædicta tanquam D. Maurelia non diſpoſuerit de
bonis ſibi à marito relictis,& videtur ius fouere, quia
ſubſtitutio facta eſt de bonis quę non fuerint per ipsã
viuentem alienata,conſumpta,vel legata,hęc aut non
poſſunt dici alienata per ipſam viuentẽ, quia alienatio facta eſt per vltimam volnntatem,vt per Barto. in
conſi.76.pater filio,vol... vbi ait,quod non dicitur in
1 vita diſponere,qui per teſtamentum diſponit,† Natta
conſi.270.nu.6.latè Crau.conſ.426.per totum:non ẽt
dicuntur conſumpta,quia extant; minus fuerũt legata, quia nihil de eis per viã legati fuit diſpoſitum; cũ
ergo ſubſtitutionis verba cõueniãt,ipſa quoq; ſubſtitutio conuenire dicitur,l. ſi ſeruum,§. non dixit,ff. de
acquir. hæred.l. 4.§. toties,ff. de dam.infect.Roman.
conſil.442.num.2.

Secundo ſubſtitutio facta eſt de ijs quæ ſupererint
tempore mortis,hęc autem bona cum non fuerint inter viuos alienata, dicũtur ſupereſſe, & veniũt in ſubſtitutione,Ruin.conſ.182.nu.17.vol.1.Cæph.in cõſ.16.
num.59.hinc dicit Cum.in l. Titius, ff.ad Treb. quod
grauatus reſtituere, quidquid ſupererit,poreſt quidẽ
alienare dodrantem, ſi id faciat inter viuos, at ſecus
2 ſi alienet per vltimam voluntatem, † ſequitur Alea.
ibi,nu.9.Ruin.conſi.76.nu.11.vol.2.

Tertio, quando grauatus quis reſtituere quidquid
ſupererit,tunc ſi decedat nullo condito teſtamẽto, nõ
poterit hæres deducere dodrãtem, & ita licet grauatus poſſet alienare dodrantem, tamen decedendo ab
inteſtato,non cenſetur illud transferre in ſuum hæredem,
3 † vt voluit glo.in §.hæc igitur,in Auth. de reſt. &
ea quæ parit.Cin.Auth.contra rogatus,vbi etiã Bald.
nu.9.C.ad Treb.Imo.in l.nam quod,§.fin.ff.eod.tit.&
communem dicit Alex.in d.l.Titins,num.9.& tñ quilibet decedens videtur relinquere venientibus ab inteſtato,l.conficiuntur,ff. de iure codicillor.

Quarto in generali inſtitutione non veniunt bona
quæ teſtator tenebatur per fideicõmiſsũ alij reſtituere.
4 †Bart.in l.codicillis,§.inſtituto,ff.de leg.2. Dec. cõſil.378.n.1. vbi alios citat, & ſequũtur alij quos omitto, hæc autem bona erant à D. Maurelia reſtituenda
D.Flordiſpinæ,ergo inſtituẽdo ſimpliciter hæredem,
non cenſetur voluiſſe relinquere hæc bona.

Quinto videtur in terminis extare contra D. Iuliũ
Cæſarem deciſio Soc.in conſ.92.in 3.dub.nu.23.vol.1.
vbi ait hæredem grauatum onere fideicõmiſſi vbi decederet inteſtatus,& ſine filijs,non euitare reſtitutionem ſi teſtamẽtum fecit in quo nihil expreſsè diſpo-
5 ſuit de bonis ſubiectis fideicommiſſo: † quia cum nõ
fecerit ſpecificam mentionem illorum,videtur quoad
ea inteſtatus,allegat,§.qđ autẽ,Inſtit. de legit. agnat.
tutela.& dicit ſecum conſuluiſſe Ioan.Bapt.Sanſeuer.
idẽ voluit Pariſ.conſ.44.nu.14.vol.3.Alci.in l.1.nu.27.
ff.de vulg.facit quod voluit Corn.in conſi.133.col.fin.
vol.2.Brun.de ſtat.excluſ.fem.ar.8.q.6.Crau.cõſi.136.
nu 7.Petr.de fideic.ex prohib. alien. q.8. num.279. &
nu.287. verſ. decimoquinto, ſed omnibus clarius hoc
videtur voluiſſe Silua.in conſi.14.per totum,vbi multis rationibus probat, quod grauatus reſtituere cum
facultate diſponendi in vita, & morte, ſi facto teſtamento inſtituat aliquem hæredem,non videtur ei reliquiſſe bona reſtitutioni ſubiecta,niſi expreſsè illum
inſtituat ẽt in bonis fideicõmiſſo obnoxijs, Borgnin.
de vſufructu, nu.99. Sic igitur in propoſito,quãuis D.
Maurelia poſſet diſponere de bonis ſibi à marito relictis,tñ nõ videtur diſpoſuiſſe per verba generalia ſuæ
inſtitutionis, poſtq̃ nihil expreſsè de illis diſpoſuit.

Diligenter tamen omnibus conſideratis, exiſtimo
nullũ ius D. Flordiſpinæ competere in bonis aliàs legatis D. Maureliæ: quia de eis dicitur, teſtando, & D.
Iulium Cæſarem inſtituendo,generaliter in omnibus
bonis ſuis diſpoſuiſſe, iuxta facultatẽ ſibi à teſtarore
cõceſſam,vbi enim de alienatione fit mentio permiſ-
6 ſiuè,tunc alienaſſe dicitur qui hæredem inſtituit,† l.ſi
quis prioris.§.certũ,vbi glo.C.de ſecund.nupt.l. peto,
§.fratre,vbi Bart.nu.2.ff.de leg.2. & hanc concluſionẽ
probaui mulros adducendo in conſi.10. nu.12. & ſeq.
& licet illi loquantur in alienatione, tamen idem eſt
in diſpoſitione: quia verbũ, diſponere, quamuis aptũ
ſit etiam importare contractum,propriè tñ ſignificat
7 vltimam volũtatem,† §.diſponat,in Authen. de nupt.
Doct.in Rubr.ff. ſolut. matrim.vbi Iaſ. in ſecunda lectura,nu.29.vbi Niconit.nu.127.Ruin.cõſ.182. nu.17.
vol.1.Pariſ.conſ.23.nu.57.& 91.vol.3.Boer.deciſ.204.
nu.46.Natta conſi.563.nu.26.Menoch.cõſi.476.n.13.
& 15.quinimo,fortius qui facultatem habet diſponẽdi de aliquib. bonis ſi decedat inteſtatus, ſatis videtur de eis diſpoſuiſſe in eos qui ab inteſtato ſuccedũt,
ſecũdum notabilem deciſionem Baldi Nou. in l. cum
filio,nu.4.ff. de leg.1. vbi hęres inſtitutus cũ onere reſtituendi hæreditatem, ita tamẽ quod poſſit diſponere de mille aureis,dicitur de illis diſpoſuiſſe in proxi-
8 miores, ſi deceſſit nullo cõdito teſtamẽto, † ſeq.Curt.
iun.in cõſi.4.col.3.poſt tractat.feud. Natta in cõſ.216.
nu.10.Soc.iun.in cauſa Mãtuana Caſatiçi pro Brolijs,
conſi.83.nu.5.& ſeq.vol.4.Crau.conſ.70.nu.13. in fin.
Menocb.in conſi.210.nu.50.Marcobr.conſi.81.nu.10.
& ſecundum banc opinionem iudicauit hic Senatus
in ſubhaſtatione bonorum Ludouici Surge,ad fauorẽ
dominorum de Gornis,quod ſi ſuccedens ab inteſtato capit bona de quib. defunctus poterat diſponere,
multo magis ea ſpectabunt ad hæredem generaliter
ab eo inſtitutum,cui diſponendi facultas fuit cõceſſa:
quia is qui ſuccedit ab inteſtato, non habet titulum à
9 defuncto,ſed à lege,†Bald.in l.ſi emancipati,in 8.oppoſ.C.de collatio.Alea.in conſi.44. in fi.li.5. Dec.in l.
ſemper in ſtipulationib.nu.6.ff.de reg.iur.quod ſecus
eſt in hærede inſtituto, vt per eos,et ſuccedens ab inteſtaro, tacitam habet defuncti voluntatem, at hæres
ſcriptus,habet expreſſam, vt per Alea. in l.fin. nu.22.

C.de

C.de edicto diui Adrian.tollen.& hoc ſolum argumē-
tum poſſet ſufficere ad victoriā huius cauſæ: quia non
poteſt contrarium iudicari, niſi deſtruatur ea deciſio
Baldi, quæ eſt communis, & ab hoc Senatu approba-
ta, cuius ſententia iuxta ducales ordines, facit ius in-
feriorib.omnib. iudicibus, & ita arguit ſere in termi-
nis Nat.in conſi.683.nu.14.vbi dicit qđ ſicuti habens
facultatem diſponendi de feudo, per quemcunque ti-
tulū, tranſmittit illud ad ſuccedentes ab inteſtato, ita
inſtituendo hæredē videtur de illo feudo diſpoſuiſſe.

Secundo moueor, quia teſtator conceſſit D.Maure-
liæ vxori poteſtatem diſponendi ad libitum ſuæ vo-
luntatis. Quæ verba important libitum, & abſolutum
10 arbitrium, nō autem iuris regulis † limitatum l. fidei-
commiſſa, §.quamquam, ff.de leg.3. Bald. quem citat,
& ſeq.Iaſ.in l.ſi ſic legatum, in princ.nu.35.ff.de leg.1.
Fel.c.1.nu.39 de conſtit. Ruin. in conſi.27. nu.1. vol.1.
vbi de licentia diſponendi pro libito ſuæ voluntatis,
Gabr.conſi.143.in fi.vol.1.alios citat. Anch.mod.ſam.
q.12.nu.5.lib.1.Menoch.de arbitrar.iudic.q.7.nu.32.
vbi autem negetur inſtitutum à D. Maurelia habere
indiuiduam, & ſpecificam voluntatem teſtatoris cir-
ca hæc bona, quod tamen ex infra dicendis negari nō
poteſt, fatendum eſt, ſaltem eum habere tacitam, imò
vero præſumptam illius voluntatem, quod in huiuſ-
modi bonis ſuccedat: nam etiam ſucceſſio ab inteſtato
continet præſumptam voluntatem, vt probat Curt.
iun.d.conſi.4.nu.15.& 17.& eum ſeq. Menoch.de adi-
piſc.poſſ.rem.4.nu.68.& 72.Soc.iun.d.conſi.83. nu.5.
& ſeqq.quæ præſumpta voluntas includitur in quacū-
que diſpoſitione etiam ſtrictè interpretanda, quæ lo-
11 quatur de expreſſa voluntate, † vt per Curt.& Menoch.
locis præcitatis, & ideo infert Soc. iun. vbi ſup. quod
facultatem habens diſponendi per quamcunque vl-
timam voluntatem, videtur diſpoſuiſſe, quādo deceſ-
ſit inteſtatus, quia ea eſt ſaltē larga, & impropria vo-
luntas.Iaſ.conſi.202. nu.17.vol.2. Menoch. conſi.210.
nu.27.quanto ergo magis id obtinebit in eo qui teſtā-
do hæredē in omnib. bonis ſuis inſtituit, qui enim ha-
bet alienandi licentiam, nullis ſubiacet regulis, ſed li-
berè illa vti poteſt, §.nobis igitur, vbi Angel. in Auth.
de reſtitut.fideicom.alios citaui conſi. 10.nu.29.in fa-
cto autem hæc ſunt planiora, quia licentiæ verba am-
pliſſima ſunt, nempe, per quemcunque contractum, &
diſtractum cuiuſcunque ſortis, per vltimam volunta-
tē, per donationem, aut eo alio meliori modo quo ipſi
D.Maureliæ placuerit; ſufficit ergo quæcunque ipſius
D.Maureliæ, volūtas, etiam generalis, nec requiritur
indiuidua, & ſpecifica mentio horum bonorum.

Tertiò, quāuis ea bona eſſent reſtitutioni ſubiecta
ſub conditione, de qua in teſtamento D. Imperij, tā
negari nō poteſt, quin eſſent propria D.Maureliæ hę-
redis, atq; in eius dominio conſtituta, donec conditio
eueniat. Bart.in l.Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebel.
vbi dicit, quod grauatus onere reſtituendi, dicitur
Dominus: & interim alienare pōt, & alienādo tranſ-
12 fert dominium, † ſeq. Angel.ibi, col. 1.& dicit Caſtr.in
l.fin.§.fin.ff.de leg.2. quod pendēte conditione eſt ve-
rè dominus, alios allegaui in conſi.73.nu.77.& ſeq.&
ponont Iaſ.& Dec.in l.ſi ſocius, ff.ſi cert.petat. ergo cū
in bonis ſuis hæredem inſtituerit D.Iulium Cæſarem,
cenſetur eum inſtituiſſe in ijs quoque bonis, quæ ſibi à
viro fuerunt relicta, cum onere reſtituendi, & ſatis di-
citur de illis diſpoſuiſſe, quando de bonis ſuis diſpo-
ſuit quia tempore diſpoſitionis erant D.Maurelię: nā
pronomina hæc poſſeſſiua, meum, tuum, & ſuū, reſtrin-
13 guntur ad tempus præſens, † l.ſi ita, vbi Bar.ff.de auro,
& arg.leg.alios adduxi, conſi.27.nu.5.Hęc autem ſen-
tentia confirmatur: quia nō ſimpliciter inſtituit eum
hæredem in bonis ſuis, ſed addidit quibuſcunque bo-
nis, vbicunque ſint, & penes quoſcunque reperiantur,
quæ verba, cum ſint vniuerſalia, non poſſunt reſtringi
ad ea quę iure proprio D.Maurelia poſſidebat, ſed ex-
tendi debent vt includant ea, quæ fuerant ſibi à viro
relicta: nā qui omne dicit, nihil excludit, l.1. vbi Doct.
ff.de leg.1.& vniuerſalia verba ea quoque amplectun-
tur, quę aliàs non includerentur, Archid.in cap.ſtatu-
tum, de reſcrip.in 6.& ſi omnia non venirent propoſi-
tio, non eſſet vera. Dec.conſi.599.nu.1.& prolata ab
homine non recipiunt reſtrictionem de habilitate.
14 † Bald.in l.fin.nu.1.C.ſine cenſ.vel reliq. infinitos cu-
mulaui, conſi.73.nu.61.& ſeqq.& vniuerſalis diſpoſi-
tio includit omnia quę venire poſſunt, & tantum ope-
ratur quātum ſpecialis, l.ſi duo, in fi. vbi Bart.ff.de ad-
min.tutor.alios citat Menoch.conſi.210.nu.32.vbi in
propoſito noſtro infert, quod ſub inſtitutione vniuer-
ſalibus verbis facta, includuntur etiam bona quæ fue-
rant ei teſtatori relicta cum facultate diſponendi.

Quarto, quod in generali inſtitutione veniant etiā
bona quæ D. Maureliæ relicta fuerant cum onere re-
ſtituendi, probatur argumento meo quidem iudicio
indiſſolubili: nā nemo poteſt decedere pro parte bo-
norum teſtatus, & pro parte inteſtatus, §. non autem
vtique, Inſtit.de hæred.inſtit.l.ius noſtrū non patitur,
15 † ff.de reg.iur.vbi gloſſ.Dec.& Cagn.allegant cōcor-
dātes, at ſi D. Flordiſpina repudiaret ſubſtitutionem
in eiſdem bonis factam a D. Imperio patre, quod fa-
cere poteſt, quia ſicuti legatum non acquiritur inuito,
imo eo repudiante fingitur dominium retro nūquam
16 quęſitum, † vt per Bart.in l. Pomponius, la ſeconda
nu.10. ff. de neg. geſt.in l.ſi tibi homo, §. cum ſeruus,
ff.de leg. 1.ita nec fideicōmiſſum quod legato eſt exæ-
quatum, l.1.vbi Doct.omnes, ff. de leg. 1. & fideicom-
17 miſſo non eſt locus niſi ſubſtituto volente, † l.1.§.cum
autem extiterit, verſi.ſi velit alius, & in l.cogi, §. idem
Metianus, ff.ad Trebell Caſtr.& Ripa, in d.l.§. ſed, &
quoties, ff.ad Trebell.nu.6.tunc ſi non eſſent bona hęc
in inſtitutione incluſa, eſſet D.Maurelia pro parte te-
ſtata, & pro parte inteſtata, quod eſſet inconueniens;
ideo fatendum eſt, bona illa venire in generali bono-
rū inſtitutione, ita arguit Pariſ.conſi.72. nu.61. vol. 3.
& admittit Marcobrun.conſi.85.nu.201.& ſi legatum
18 capi debet de manu hæredis, † cap.Rainaldus, vbi gl.
in ver.petendo, de teſtam.l.eam quam, C.de fideicom.
alios citaui in conſ.253.nu.1.ſicuti etiam in fideicom-
miſſarium occupātem authoritate propria datur, in-
ter dictum quorum legatorum, non minus quā contra
19 legatarium, † Dec.conſ.243.nu.3. Ripa in l.1.in prin.
nu.5.ff.quor.legator.Menoc.de adip.poſſ.rem.2.n.21.
quomodo poterit hæres D.Maurelię tradere legatum
ſi non eſt ſibi relictum, & non comprehenditur in in-
ſtitutione ſibi facta, nemo enim dat quod non habet,
c.Diabertum, 1.q.7.alios citat Dec.in l.nemo plus iu-
ris, nu.2.ff.de reg.iur.

Quinto, ex teſtamento D.Maurelię legitur eam le-
gando diſpoſuiſſe de nonnullis bonis, ex his quæ ſibi
relicta fuerant à marito, poſtea vero generaliter inſti-
tuit D.Iulium Cæſarem in omnib. alijs ſuis bonis, er-
go videtur inſtituendo expreſsè diſpoſuiſſe, nō ſolum
de ſuis patrimonialibus, ſed etiā de relictis ſibi à ma-
20 rito, quia dictio, alijs, eſt repetitiua † ſimiliū, glo.in l.ſi
fugitiui, C.de ſer.fugit.& ibi Dec.nu.33.Abb. in c. ſe-
des, de reſcrip.Cur.iun.cōſ.33.nu.11.Rui.cōſ.116.nu.17.
vol.2.& repræſentat eaſdem qualitates cuius erāt res
expreſſę, l.quidā te legatus, vbi gl.a.ff.de reb.dub.mul
tos citat Soc.iun.conſ.160.nu.13.vol.2. Fel.& Dec.d.c.
ſedes.Rui.conſi.191.col.2.vol.2. Nat.conſi.298. nu.2.
Ceph.conſi.13.nu.11.deciſ.Pede.167.nu.7.dixi in cō-
ſil. 42.

ſil.42.nu.25.& non ſolum perſonarum,ſed etiam rerũ,
& caſuũ repetit qualitates, c.fi.de pact. in 6. vbi Arch.
& Gem.dixi in conſ.21.nu.14. Cum ergo ſupra diſpo-
ſuerit de proprijs bonis, & de illis quoque quæ erant
reſtitutioni ſubiecta, ſupponendo inſtitutionem om-
nium aliorum bonorum, intelligi debet tam de ſubie
ctis fideicommiſſo,quam de proprijs, & in ſimilib. ter
minis hoc argumento vtitur Nat.d.conſil.683. nu.12.
verſ. ad hoc etiam reſpondetur, vbi inſtitutionem fa-
ctam de omnibus aliis bonis, intelligit includere etiã
feudalia, de quibus teſtator poterat diſponere,quan-
do prius diſpoſuerat per legata particularia de ali-
quib. bonis in eadem inueſtitura comprehenſis, præ-
cipuè, quãdo adiecta eſt vniuerſalis dictio, omnibus,
quæ iuncta verbo, alijs, implicat maiora expreſſis,ca-
que deciſio meo iudicio non poſſet melius conuenire
facto noſtro,in quo sũt ſæpius repetita vniuerſalia ver
ba,idem fermè voluit Gab. conſ.85.nu. 5. & ſeq.vol.1.

Sexto in inſtitutione omnium bonorum ſimpliciter
facta,& multo magis qñ vniuerſalib. verbis eſt cõcep-
ta,veniunt bona reſtitutioni ſubiecta, quæ erant apud
21 teſtatorem,† vt voluit Alba,in cõſ.17.nu.4. vbi moue-
tur: quia fideicommiſſum eſt pars hæreditatis, l. 1. C.
vbi de fideicom.ag.oportet.idem voluit Bellon. in cõ-
ſil.9.nu.14. in ver.præterea dici poteſt, vbi inquit vni-
uerſalem omnium bonorum inſtitutionem includere
etiam ſubiecta fideicommiſſo. Natta,d.conſil.683.nu.
14.verſ.tertio reſpondetur. Petra,in tract.de fideic.ex
prohib. alien.q.8.nu.278. & ſeq. quæ opinio ſine diffi-
cultate procedit, quando teſtator poterat de illis libe
rè diſponere, vt dicam in reſolutione contrariorum.

Septimo, quod nulla etiam facta expreſſa mẽtione
bonorũ, videatur D. Maurelia diſpoſuiſſe de bonis ſi-
22 bi relictis cũ facultate diſponendi,hoc voluit† expreſ
ſe Pariſ.in conſ.72.nu. 57.& ſeq. vol.3. Alc. de verb. ſi-
gniſ.lib.3.verſ.ſexto,fol.157.Rui.in l.Gallus,§. & quid
ſi tñ,col. 20.nu.58.ff.de liber.& poſth. vbi vult,ſuffice-
cere inſtitutionem,licet de illis bonis non faciat parti
cularem mentionem.Gab.conſ.143.num.5.& 7.vol.1.
quem in ſuis terminis ſimpliciter ſequitur Burſ.conſi.
266.nu.17.Zanc.in l.hæredes mei,§.cum ita,par.10.nu.
32.ff.ad Treb.Menoc.conſ.210.num.22.& 64. vbi latè
agit. Nat.d.conſ.683.nu.12.vſq; ad fin. & eandem ſen
tẽtiã in fortioribus terminis amplexus eſt Fabian. de
Monte,conſ.149.nu.31.& ſeq.inter conſ.vlt.volunt. &
ibi ſequuntur duo alij Doct. in conſ.150.col. 1. & 2. &
conſ.158.nu.10.eandemq; amplexus eſt Cephal.conſ.
410.nu.61.& nu.67.vbi dicit cõem.Marcobr. conſ.81.
nu.18. hæc autem ſententia pluribus rationib. & con-
iecturis confirmatur relatis per Menoc.loco præcita-
to,quib. vnam iuuat in facto addere,quod cũ D.Mau-
relia ſciret D. Flordeſpinam eſſe in dictis bonis ſuc-
ceſſuram, caſu quo de eis non diſpoſuiſſet, non eſt ve-
roſimile,quod voluerit proprium hæredem illis bonis
priuare,atque in eis D.Flordiſpinã præferre, quæ erat
ſpuria mariti ſui, & conſequenter odioſa: ſi enim no-
uerca odio præſumitur habere priuignos quamuis le-
23 gitimè natos, † gl.in c.paſtoralis, in ver. principia,de
re iudic. Tiraq.de legib.connub.l.9.gl.1.par.9.nu.196.
quanto magis odio habebit ſpuriam mariti: ne igitur
tm̃ beneficium in eam contuliſſe videatur, quam odio
proſequi præſumitur, dicendum eſt, voluiſſe eam po
tius inſtituendo de bonis quoque mariti diſponere,
hæc verò clariora fient ex reſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur, quod ſubſtitutio facta ſit de bo-
nis non alienatis per D.Maureliam, viuentẽ,nec con-
ſumptis aut legatis,hęc autẽ talia non ſint; quia rñde-
tur,quod etſi in fine ſubſtitutionis extent ea verba, tñ
in principio teſtator facultatem generalib. verbis tri-
buit vxori diſponendi ad illius libitum volũtatis, per
contractum,per vltimam voluntatẽ,& eo meliori mo-
do quo ſibi placuerit,quæ verba ampliora ſunt,& plus
important q̃ verba prædicta, nec à prædictis reſtrin-
gũtur, quia aliàs induceretur incontinenti correctio,
quod fieri non poteſt,l.niſi à dea legata dumtaxat,vbi
gl.& Doct.ff.de cond.demonſt. & ſumi debet interpre
24 tatio per q̃ tollatur contrarietas, & repugnantia, † §.
quibus,in prima conſtit.C.§.ceterum,in Auth. de fide
inſtrum.alios citat Cagn.in l.vbi repugnantia,nu.4.ff.
de reg.iur. plures Crau. in reſpõſo pro genero,nu.301.
& ſeq.vbi nu.297. & ſeq. addit ſequentia declarari ex
præcedentibus. Id vero in caſu noſtro præcipuè obti-
nere debet, quia vltra facultatem diſponendi de qua
ſupra dixerat teſtator, in ipſa quoque ſubſtitutionis
ſubſtantia repetit fermè eadem verba,dum inquit,cui
D.Maureliæ quandocunq. decedẽti,& de dictis bonis
non diſponenti, per viam contractus, donationis, vel
vltimæ voluntatis,quæ ſimiliter generalia ſunt,& non
reſtringuntur ad legatum, vel ẽt ad contractum, aut
aliam diſpoſitionem inter viuos, ſed amplectũtur te-
ſtamentum,& inſtitutionem, quæ cum facta fuerit,ſa-
tis deficit conditio ſub qua facta eſt ſubſtitutio,& quę
importatur per participium non diponenti, quod id-
deo reſtringit.Caſtr.conſ.132.col.1.vol.1.Alex.& alij,
quos citaui in conſ.127.nu.46. & ſeq.cum ergo quali-
25 tas illa deficiat,dici põt, ſubſtitutio de hoc caſu † non
loquitur. Io. And.ad Spec.in tit.de teſtam.§.1.in ver.oc
currit,in fi.cum aliis per me citatis in conſil.10,nu.19.
& vocatus ſub vna conditione, non poteſt ſuccedere
in caſu contrario, l. ſi legatum purè, ff. de adim. leg. l.
quod purè,ff.quand.dies leg.cedit.

Per prædicta ſublatum eſt quoque ſecundum argũ
fundatũ ſuper eo, quod ſubſtitutio facta ſit in eo quod
mortis tp̃e ſupereſſet, quia plures cõtinet qualitates,
& p̃cipue, quod non diſpoſuerit D.Maurelia de dictis
bonis; Secũdo,quod ea bona ſuperſunt tp̃e eius mor-
tis, vtraque aũt qualitas copulatiuè debet cõcurrere,
ſed vna deficit in facto,quia licet ſuperſint tp̃e mortis,
tñ diſpoſuit de eis teſtando, & hæredem inſtituẽdo: &
qñ plura copulatiuè requiruntur, non ſufficit alterum
26 adeſſe,† vt l.ſi hæredi plures, ff.de cond. & demon. l. ſi
is qui ducenta,§.vtrum,ff.de reb.dub.Alex.in conſ.13.
nu.14.vol.3.Soc.conſ.91.nu.5.vol.1.Brun. de ſtatu.ex-
clu.ſem. in 6.princ.artic.nu.321. Præterea,nõ poſſunt
ſimul ſtare, quod D. Maurelia poſſit per vltimam vo-
luntatem diſponere de bonis, & quod teneatur reſti-
tuere quod ſibi ſupererit tp̃e mortis, quia quod per vl
timam relinquitur,nõ ſortitur effectũm,niſi poſt mor-
tem teſtantis, & conſequenter teſtatori morienti ſu-
pereſt,l.ſi ita hæredem, ff.de hæred. inſtituen. Cuman.
Alex. & Ruin. in locis pro contraria parte allegatis,
ideo dum teſtator mentionem facit de eo quod ſuper-
erit, ad euitandum repugnantiam, intelligi debet
de eo, de quo non ſit diſpoſitum ab eadem vxore in-
ſtituta, & hoc modo poſteriora cum ſuperioribus cõ-
cilianda ſunt,ſecundum Crau.d.reſponſo pro genero,
num.297. cum alijs in præcedenti reſolutione citatis.
Reſponderi etiam poteſt, quod imo etiam ſupereſſe
non dr̃ id quod à teſtatore fuit in teſtõ alij relictum,
ideo rogatus reſtituere quidquid ſupererit, poteſt ẽt
27 in teſtõ de illis bonis diſponere. † Bal.in Authen.Cõ-
tra rogatus, C.ad Trebell.nu.10.quem ſequitur Alex.
Barb.Soc.Ruin. & Ripa,quos retulit in conſi.10.nu.20.
vbi num.23. probaui id ſine dubio procedere,quando
conceſſa fuit, vt in facto noſtro, licentia alienandi,eo
enim caſu grauatus reddere quidquid ſupererit, po-
teſt in teſtõ diſponere,ſecundum Socin.Ruin.Pariſ. &
Anch.mod.quos memoraui,nu.18.& in cõſi.71.nu.15.

Marco-

Google

Marcobrun. conſil.81.nu.9. Et ſi dicatur, q̃õ poſſunt
ſimul ſtare, quod granatus poſſit de his bonis diſpone
re, & quod teneatur illa reſtituere? videntur enim in-
compatibilia. Reſpondeo, hæc non inuicem repugna-
re: quia cenſetur grauatus caſu quo nõ diſponat, Iaſ.
conſ.232.col.fi.vol.2.dixi in conſ.10.nu.34. alios citat
Menoch.conſil.497.num.11. Gabr.conſil.99.num.10.
Card. Mant. de coniect.vlt.volunt. lib.4.tit.4. in fi. fa-
ciunt quæ poſui in conſil.96.num.25.

Tollitur eodem modo quod dictum eſt, grauatum
reſtituere quidquid ſupererit, non trãſferre in hæredẽ
ſitum ab inteſtato ius deducendi dodrantem, quia de
hoc nihil ad nos, ex quo ſumus in caſu claro, tum quia
hæres eſt teſtatus, & cõſequenter expreſsè diſpoſuit,
tum verò, quia conceſſa fuit expreſſa facultas diſpo-
nendi, qua ſtante, licuit ſibi etiam in teſtamento de il-
lis bonis facere pro libito ſuæ voluntatis, & demum,
non fuit reſtrictum fideicommiſſum particulate ad id,
quod ſupereſſet, ſed ad id, de quo per vltimam volun
tatem non eſſet diſpoſitum.

Quartum quoque nõ aduerſatur, quod in generali
inſtitutione non veniunt bona ſubiecta reſtitutioni,
quia contrariũ tenuerunt Alba, Bellon. Natta, & Petr.
Ant. à Petra, quos citaui in ſexto fundamento huius
partis. Reſpondeo ẽt quod Bart. in §.inſtituto, in con-
trarium citatus, hoc non dicit, ſed ſolum quod in ge-
nerali obligatione non veniunt bona alienari prohibi
ta. Dec. autem d.cõſ.378.nu.1.non facit ad propoſitũ,
quia loquitur ſecundum Batt. q̃ñ teſtator prohibitus
erat alienare: nã in dubio cenſetur ſolum de illis di-
28 ſponere, de quibus poteſt, † vt ibi per eum. Zuch.l.fin.
nu.484. C.de edict.diui Adr. toll. ita reſpõdet Zanch.
d.p.10.nu.32. in fi. & voluiſſe non creditur, q̃d volens
nõ poterat, in caſu autem noſtro poterat alienare hæc
bona, ideo inſtituendo hæredem in omnibus bonis, vi-
detur inſtituiſſe quoque in eis. & per hanc rõnem q̃ in
dubio non videatur quis diſponere de bonis alienari
prohibitis, dixerunt Pariſ.conſi.7.nu.9.vol.1.Roland.
conſ.71.nu.26.vol.2.Cæphal.conſ.3.nu.9.conſ.516.nu.
11. quod inſtitutio non trahitur ad bona quæ teſtator
nõ poterat alienare, hac vero rõne ceſſante, ipſa quo-
que diſpoſitio ceſſare debet, l. adigere, § quãuis, ff. de
iur.patr.l.quod dictũ, ff.de pac. Tiraq.in tract.ceſſante
cauſ.pat.1.nu.125. hac ipſa ratione præcitati DD. di-
cunt, quod inſtitutio non trahitur ad feudalia vel em-
phyteutica bona, quæ non potuiſſet teſtator alienare.
Reſponderi etiam poteſt, quod Bart. in §.codicillis, §.
inſtituto, loquitur, quando ſi aliquid includeretur, te-
ſtator pœnam incurreret, ideo hoc modo intelligendi
ſunt alij oẽs qui illius authoritate mouentur. & ita lo-
quitur Dec.d.conſ.378. vbi vero non ſubeſt timor pœ-
næ, ceſſat ea concluſio. & ideo Crauet. poſt Curt. iun.
Ripam, & alios quos citat, concludit, in conſ.56.nu.6.
quod in generali, & multo magis in vniuerſali diſpo-
ſitione, venit feudum, q̃õ abſque metu pœnæ aliena-
nis poterat alienari. in caſu autem noſtro, non eſt de
pœna aliqua dubitandum, ergo hæc quoque bona vi-
dentur inſtitutioni incluſa. Vltimo reſpõdetur, quod
cum inſtitutio concepta ſit vniuerſalibus, & multipli-
catis verbis, in omnibus ſcilicet, & quibuſcunque bo-
nis, vbicunque ſint, & penes quoſcunque reperiantur,
continere ẽt debet bona quæ aliàs ſui natura nõ veni-
rent, ob vim, & importantiam verborum vniuerſaliũ,
& geminatorum, quæ etiam ea quæ non ſunt ſub abſo-
luta diſponentis poteſtate, & quæ non poſſunt aliena-
ri, & alienando pœna committeretur, includunt, qua-
29 lia ſunt feudalia, emphyteutica, & ſimilia, † quemad-
modum poſt Cor. Iaſ. Dec. Curt. iun. Ruin. Purp. Alcia.
Rimin. Nat. Crauet. Cæphal. Albam, Rolan. Menoch.
& alios, probaui in conſil.73.num.68. & ſeq. quo loci
me remitto ne idem ſæpius repetam.

Poſtremo, non contradicit authoritas Soc. in conſ.
92. cum alijs qui eum ſequuntur quandoquidem, illos
reprehendit Pariſ.d.conſil.72.nu.61.vol.3. dicens, eo-
30 rum dictum non eſſe verum, † quia non reperitur ali-
qua lege cautum quod dicatur inteſtatus is, qui in ſuo
teſtamento non diſpoſuit ſpecificè de bonis ſibi reli-
ctis cum facultate de eis diſponendi: quia vniuerſa-
lis inſtitutio illa comprehendit, & nõ eſt opus expreſ-
ſiori mentione. & reſpondet ad textũ in d.§.quod au-
tem præcitatum quoque Socin. conſ. impugnant Rom.
Alciat. Natta, Zanch. Cœph. Menoch. & alij, quos ſu-
pra citaui in vltimo fundamento, quando dicunt, eius
aſſertionem non eſſe veram, & vt credi poteſt, in eodẽ
facto contrarium conſuluerunt Fabian. de Monte, at-
que alij duo relati in conſil.149.conſ.150.& conſ.158.
inter conſilia vltim. volunt. qui in fortioribus termi-
nis loquuntur.

Secundo reſpõdetur, quod Soc. nu.22. verſ. ſuccedit
autem, in princ. mouetur, quia bona non erant adhuc
teſtanti acquiſita, deceſſerat enim filius ante matrem
quæ erat bonorum domina, ideo ius q̃d nundum teſta
tori competebat, non poterat videri incluſum in ea ge
nerali inſtitutione. ita rñdet Zanch. d.par.10.nu.32.

Tertio reſpondetur, Soc. & alios, loqui, quando te-
ſtator non poterat diſponere, tunc enim inſtituendo,
non videtur diſpoſuiſſe, ita reſoluit Menoch. d.conſil.
a 10.nu.65. vbi diſtinguendo plures caſus, dicit, quod
vbi quis poteſt de re aliqua diſponere, & res ſui natu-
ra poteſt cõprehendi in generali diſpoſitione, tunc in-
ſtituendo cẽſetur de ea re diſpoſuiſſe; q̃ñ vero vel non
poteſt diſponere, vel res ſui natura diſpoſitione gene-
rali non continetur, tunc generaliter diſponendo, nõ
cenſetur de ea re diſpoſuiſſe; & hoc modo conciliat
contrarias ſententias. Eandem reſolutionem proba-
uit Gabr. d.conſil.145.nu.6.vol.1. dicens, quod vbi per-
miſſa eſt alienatio, & diſponens eſt dominus, licet re-
uocabiliter, tunc in generali inſtitutione ea quoque
res eſt incluſa quamuis aliud ſit quando, vel is non eſt
dominus, vel non habet facultatem alienandi.

Dubitatur etiam, num D. Flordeſpina quæ accepta
uit legatum ſibi à patre factum, pro omni & quacun-
que legitima. ſeu portione ſibi ſpectante, necnon pro
omni. & toto eo, quod habere, & cõſequi poſſet in bo-
nis, & hæreditate, quacunque de cauſa, & occaſione, poſ
ſit petere nunc legitimam ſibi ſuppleri ſi legatũ prædi
ctum iuſtam quantitatem legitimæ non capit. & poſ-
ſet videri acceptationem legati non ei officere, per de
ciſionem Bal. in l. ſi quãdo, §. & generaliter, C. de inof-
fic. teſtam. vbi propriè dicit, quod filia acceptans lega
tum ſibi factum cum onere plus non petendi, nõ ideo
31 prohibetur petere legitimam, † ſequuntur ibi Caſtr.
Salic. & Iaſ. idem voluerunt Caſtr. Aret. Rodet. Ruin.
Pariſ. Bero. Brun. Bertr. Lup. Rolan. Natta, Cæphal. &
alij, quos citaui in conſil.45.num.53. facit etiam, quia
multi volunt tacitam teſtamenti approbationem quæ
fit per aditionẽ quinimo expreſſam quoque, ſine tamẽ
promiſſione, vel ſtipulatione, nõ præiudicare filio quo
ad legitimam. Ruin. conſil.56. vol.2. Pariſ. conſil.43.
vol.3. Rube. conſil.43. per totum.

Veriorem tamen arbitror contrariam ſententiam, q̃d
ex quo legatum cũ onere adiecto ſibi factum accepta-
uit, non poſſit nunc legitimæ ſupplementum petere,
32 quia onus quoque iniunctum acceptaſſe † videtur, c.
officij, de teſtament. l. cum ab vno, in princ. ff. de leg.2.
l. qui tutelam, ff. de teſtam. tutel. alios citaui in conſil.
143.nu.10. & in terminis quod acceptatio legati cum
eo onere facti excludat filium à ſupplemẽto legitimæ
vo-

33 † voluit Bal.in l.1.col.pen. nu.34. verſ.item pone.filio
legatum, C.de iure fiſci, lib. 10.eiuſque deciſionem in-
quit ſingularē Bened.in c.Rain.in 1.p.in verſ.reliquit,
nu.40.limit.9.de teſt.ſequitur ſimpliciter Iaſ.in l.quo
niam in prioribus, in fine, C. de inoffic.teſt.hoc etiam
voluit Curt.iun.conſ.159.nu.6. vbi dicit; quod electo
legato videtur expreſſe renunciatum legitimæ, qñ le-
gata ſunt facta cum onere, & ibi latè proſequitur Dec,
in conſ.687. vbi ait, quod ſi in teſtamento ſit expreſſa
mentio de legitima, tunc ſimplex legati acceptatio re
fertur ad teſtamentum, & perinde eſt ac ſi renuncia-
tio eſſet expreſſa propterea ſupplementum legitimæ
non petit, pulchrè Socin. iun.in conſ.122.nu.9.15.& 21.
vbi vult, quod acceptatio eiuſmodi, vim habeat ex-
preſſæ renunciationis, dr̄ enim expreſſe aliquid factū,
qñ de facto ita clare conſtat, quod pro eo intelligen-
do, intellectus non laborat. Et hoc caſu negari non po
teſt, quin filius de perdenda legitima cogitauerit, cum
in teſtamento fiat ſpecifica illius mentio. Eandem ra-
tionem ſecutus eſt Pariſ.in conſ.9.num.4.vol.3.vbi di
cit, agnitionem legati non præiudicare in legitima,
niſi pater in teſtamēto expreſsè filium à legitima ex-
cludat, mediante legato, tūc enim habetur pro ſpecia
li renunciatione, quia agnoſcendo filius legatum red-
dit ſe conformem voluntati paternæ. idem vr̄ tenere
Bero.in conſ.136.nū.10.vol.2.vbi vult, quòd ſi in teſta
mento ſit certa mentio legitimæ, tunc ſequens agnitio
referatur ad legitimam ratione præiacētis inquit ma
teriæ. & ante eos hoc ipſum videtur voluiſſe Angel.in
l.quod de bonis, §.cum fideicommiſſum, poſt medium
ff.ad leg.Falcid.vbi ait, quod filius agnoſcēs iudicium
defuncti, ſibi præiudicat in legitima, & ſibi ipſi impu-
tare debet, qui cum poſſet repudiare, voluit acquieſce
re. Hoc idem placuit Calcan.in conſ.56. nu.18.verſic.
quinimo, quia ſecundum eum licet onus de legitima
reijcietur, tamen hoc intelligitur qñ filius declarauit,
aliàs ſi acquieſcat, & ſimpliciter acceptet relictum, nō
petit ſupplementum legitimę, refert, & ſequitur Rimi
nald.in conſ.379.nu.109.& ſequen. qui in conſil.539.
nu.12.tranſit cum eadem ſententia. latiſſimè Menoch.
in conſ.206.nu.95.vſque ad fin.& conſ.453.nu.10.vſ-
que ad 17. vbi in propoſito concludit, filiam quæ ſim-
pliciter paternum agnonit legatum, cenſeri ēt agno-
uiſſe onus anneaum, proindeque eacluditur à legiti-
mæ ſupplemento. Confirmatur hæc ſententia, quia nō
eſt dubium, quin filia poſſit approbare paternum fa-
ctum, ēt circa legitimam, de hoc enim eſt textus in d.l.
ſi quando, §.& generaliter, at ſatis dicitur aperta filiæ
voluntas, qñ agnoſcit legatum quod in extinctionem
legitimæ fuerat factum, dicere enim non poteſt, quod
de legitima non cogitauerit, quando teſtator in lega-
to mentionem fecit de legitima, vt concludunt Curt.
iun. Socin.iun. Bero. & alij, ſupra citati, & indefinita
acceptatio recipit declarationem à verbis legati, ſicu
ti reſponſio interpretatur ſecundum interrogationē,
§.præterea, Inſtitut. de inutil. ſtipul. & reſcriptum ſe-
34 cundum ſupplicationem, † l.eam quam, col.1.C.de fi-
delcom. cum alijs quos citaui in conſil. 49. num. 24.

Non obſtat igitur doctrina Bal.& aliorum, in d.l.ſi
quando, §.& generaliter, quia procedit, qñ in legato fa
cta non eſt ſpecialis mentio legitimæ, ſed ſimpliciter
dictum eſt, quod plus non petat, tunc enim neque te-
ſtator de legitima vr̄ ſenſiſſe, neque filius, cum genera-
lis diſpoſitio non includat legitimam, d.§. & generali
ter, ſecus eſt, qñ teſtator fecit expreſſam mentionem
de legitima, Nec dicatur, quod onus prædictū habea-
tur pro non ſcripto, & ipſo iure ſit à lege reiectū, ideo-
que legatum habetur pro puro, & conſequenter ſubſe
quens acceptatio non poteſt referri ad onus quòd nō
extat. Reſpondetur enim, ſecundum Calcan. Riminal.
& alios, ꝙ onus nō reijcitur niſi legatario opponente,
& expreſſe declarāte, ſed vbi legatarius nedū non con
tradixit, ſed ēt legatū acceptauit, vtique oneri vr̄ ac-
quieuiſſe, atque illud approbaſſe, vt pulchrè per Me-
noch.d.conſi.206.nu.95. & ſequen.& conſ.453. nu.10.
& ſeq.vbi reſpondet ad fundamēta contrariæ partis.

Sed vbi etiam prædicta opinio non procederet, ex
alia Domina Flordiſpina non poteſt legitimæ ſupple
mentum petere, quia cum fuerit à patre dotata, eſt ēt
ſtatuto Mātuano excluſa, ſub Rubr. de ſucceſſionibus
ab inteſtato, §.ſi vero dictæ feminæ, vbi dotatæ à patre
excluduntur, & generalis legis excluſio aufert etiā le-
gitimam, quia non debetur ei qui non poteſt ab inte-
35 ſtato ſuccedere. Alex.† conſ.3.nu.10.vol.7. & in l.Gal-
lus, §.& quid ſi tātum, ff.de liber. & poſthum. vbi dicit
eſſe communem. multos alios citat Becius, conſi.107.
num.7. alios addidi in conſ.85.nu.15.& ſeq. quinimo
idem ſtatutum in §.contra teſtamētum autem, expreſ-
sè prohibet, ne femina poſſit venire contra teſtamen-
tum patris, etiam petendo ſupplemētum legitimæ, &
non eſt dubium, quod ſtatuto legitima minui poteſt.
36 † Bar.in l.Titio centum, §.Titio genero, ff.de cond. &
demonſtr.latè ponit Craſſ.§.legitima, quæſt.42.Aſcan.
de patr. poteſt. effectu 16.nu.22. hæc autem reſponſio
tutior mihi videtur quam præcedens.

Tertium nunc dubium aggredior, an in ponenda
rōne legitimæ debitæ D. Flordiſpinæ filiæ legitimatæ
ſit habenda ratio bonorum feudalium, vel emphyteu-
ticorum quæ dependent ab Epiſcapatu, vel etiam ab
Abbatia Nonantula, filio enim legitimato non minus
debetur legitima, quam ei qui eſt legitimè natus, ſecū
37 dum, † Bald.in cap.de cauſis, num.34.de off.deleg. Iaſ.
conſ.154.col.antep.ver.octauo principaliter, vol.2.cū
multis alijs, quos ego citaui in conſ.75.n.2.addo Ber.
in conſ.136.num.1.vol.2. & iure communi inſpecto, ea
videtur eſſe communis reſolutio Doctorum, quod vbi
feudum fuit à patre quæſitum de cuius ſucceſſione agi
tur, tūc ſiue ſit ex pacto, ſiue hæreditarium, ſemper im
putetur filio in legimā, & ex eo etiam legitima dedu-
catur filio debita, quia dicitur ad filium peruenire ex
patris prouiſione, & illud habet à patre; Cū vero deſ-
cendit ab auo, non aliter veniat in ratione legitimæ,
38 quam ſi hæreditariū ſit. † Bart. in l.1.§.nec Caſtrenſe,
ff.de colla.bon.Caſtr.in l.omnimodo, §.imputari, ff.de
inoffi.teſta.& hanc veriorem, & magis communem di
cit Alex. qui omnia diuiſionis membra amplectitur,
conſ.29.n.4.vol.5.alios citat Ripa in l.in quartam, nu.
177.& ſeq.ff.ad leg.Fal.vbi dicit, idem eſſe, quādo feu-
dum eſt hæreditarium ſecundū quid. Vaſq. de ſucceſſi.
creat.lib.3.§.30.n.233.Clarus, §.feudum, q.46. & Mar.
Frec.lib.3.notab.14.Cucus in tract.de legiti. §.quæ ſint
imputanda, n.6.fol.45.Craſſ. qui alios citat in §. legiti
ma, q.21. per totam, præcipuè nu.5. vbi vult idem eſſe,
qñ eſt paternū, ex pacto, & prouidentia. Burſ.in conſ.
3.nu.3.conſil.89.num.37.Rimin.conſi.379.num.53.

Contrariam tñ in hoc quoque articulo amplector
ſententiam ob facti contingentiam: nam inuenio qđ
domina Flordiſpina non fuit legitimata ad ſucceſſio-
nē bonorum emphyteuticorum, aut feudalium eccle-
ſiæ, ideo vbi etiam legitimatio ſubſiſteret, quæ tamen
alijs multis rationibus impugnatur, tamē non poſſet
ipſa ſuccedere in bonis prædictis, quia filij illegitimè
nati, quamuis ſint legitimati, non ſuccedunt in feudo,
39 vel emphyteuſi Eccleſiæ.† ita Bald. in l.generaliter, §.
cum autem, nu.2.C.de inſtit.& ſubſtit.quia ſecundum
eum, baſtardi ſunt infames apud eccleſiam, ideo con-
cedens beneficium, non cenſetur intellexiſſe de repro
batis. ſequūtur ibi Salic.& Iaſ.nu.9.dicētes, eſſe ſignā-
dum

dum tanquam quotidianum, adduntque Anch. Imo.
& Alex. limitando duobus modis, quorum neuter cō-
uenit facto noſtro. & Dec. ibi nu. 23. hoc etiam volue-
rūt Ang. Imol. & Alex. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff.
ad Treb. eccleſia enim quæ mater eſt pudicitiæ, nō vi-
detur cogitaſſe de his qui haberi nō pñt ſine peccato.
Dec. cōſ. 284. nu. 14. Ripa dicit cōem, d. §. ſi quis, nu. 63.
vbi extendit in quacūque diſpoſitione eccleſiæ. Ruin.
conſ. 158. nu. 5. vol. 1. cōem dicit Grat. conſi. 79. nu. 14.
vol. 1. Bero. conſ. 101. nu. 4. vol. 1. & in conſi. 113. nume.
14. vol. 2. vbi dicit communem, & à Legiſtis, & Cano-
niſtis approbari, & in c. in præſentia, nu. 334. & ſeq. de
probat. Clar. in §. emphyteuſis, q. 31. vbi dicit eſſe cōem
Gabr. conſ. 30. nu. 5. 13. & 25. vbi inquit procedere, ét ſi
emphyteuſis ſit ſimpliciter hęreditaria, & allégat mul
tos alios citat Tiraq. in tract. nobilit. c. 23. nu. 17. Boer.
deciſ. 123. num. 7. & Beccius, conſi. 3. nu. 16. & 35. vbi li-
mitat, quando eſt expreſsè. Rimin. conſ. 522. nume. 4.
Corbul. in titu. de cauſ. priuat. ob finit. liue. num. 76. no
uiſs. Rot. deciſ. 214. nu. 3. in 2. par.

Et quamuis non procedat hæc ſententia quando le
gitimatio eſt ſpecialiter facta ad bona eccleſiaſtica, ta
men in præſenti facto nullum extat verbum tale quid
importans, & tamen legitimatus non aliter ſuccedere
poteſt in feudo, vel emphyteuſi eccleſię, niſi id expreſſe
40 dicatur, † vt pulchrè apud Dec. in d. l. generaliter, §. cū
autem, nu. 23. C. de inſtit. & ſubſtit. Rui. conſ. 158. nu.
14. & ſequen. vol. 1. Gozad. in conſ. 25. nume. 12. Bero.
conſ. 101. nu. 5. vol. 1. & in c. in præſentia, num. 335 de
probat. Rota Romana in deciſ. 151. in princ. part. 1. in
nouiſſimis. Bec. & Rim. in locis paulo ſuperius citatis.

Sed quod magis eſt, vbi etiam fuiſſet præciſè legiti-
matus ad feuda, & emphyteuſes eccleſiæ, non tamen
ideo ſuccedere in eis poſſet: quia facultas legitimādi
conceſſa fuit ab Imperatore qui non poteſt legitima-
41 re ad feuda, & iura eccleſiæ, † ſecundum Bald. in l. eam
quam, nu. 28. verſ. ex his apparet, C. de fideic. Iaſ. conſ.
70. nu. 10. vol. 3. Ruin. pulchrè, in d. conſ. 159. nu. 14. vol.
1. Bero. conſ. 113. nu. 17. volum. 2. vbi allegat Io. Andr.
Præpoſ. & Alex. & idē Bero. d. c. in præſentia, nu. 335.
Dec. d. §. cum autem, num. 23. Bero. d. conſ. 101. num. 5.
Gab. cōſ. 30. nu. 14. in fi. vol. 2. Rot. d. deciſ. 151. in prin.
qui omnes concludunt, Imperatorem, ſeu ab eo depu-
tatum, non poſſe legitimare ad feudum, vel emphyteu
ſim eccleſiæ, ideoque quoad ea non valere legitimatio
nem, niſi ab eo fiat qui poteſtatem habeat ſuper feudo
vel emphyteuſi, vt eſt Summus Pontifex.

Quæ ſententia locum habet, etiamſi priuilegium le
gitimandi ab Imperatore conceſſum, fuerit ab ipſo
quoq; Pontifice confirmatum, quia nihilominus Co-
mes Imperialis nō poterit legitimare ad emphyteu-
42 ſim, † vel feudum eccleſiæ, ita in terminis probat Ru.
d. conſ. 158. nu. 14. & ſeq. vol. 1. vbi ait, quod Papa non
cenſetur cōfirmare priuilegium in ea parte in qua eſt
nullum, etiamſi in facultate Comiti conceſſa ab Im-
peratore, fieret expreſſa mētio de feudo eccleſiaſtico.
Quinimò, ipſemet Imperator, vel etiam Pontifex, con
cedendo priuilegiū ſimpliciter legitimandi ad feuda,
vel emphyteuſim, non tamen viderentur concedere
facultatem quoad feuda vel emphyteuſim eccleſiæ, ſi
43 hoc non exprimant, † vt per Ruin. in d. conſ. 158. num.
14. & ſeq. & Bero. d. conſ. 101. num. 6. vbi dicit, quòd re
ſtringitur ad bona profana priuatorum; quare res in
præſenti facto videtur carere omni dubio, quia in pri-
uilegio nulla ſit mentio de bonis eccleſiæ, & in legiti-
matione nullum quoque extat verbū de dictis bonis,
& quando omnia prædicta reperirentur expreſſa, non
prodeſſent, ex quo nulla eſt Imperatoris, aut Comitis
legitimantis poteſtas ſuper ijs bonis.

Cum verò prædictorum bonorum Domina Flor-
diſpina non ſit capax, nō etiam poteſt ex eis aliquam
prætendere legitimam, quæ non debetur ei qui ab in-
44 teſtato non erat ſucceſſurus. † ſecundum Bal. in conſ.
329. vol. 3. quem ſequuntur Alexand. Corn. Socin. Iaſ.
Dec. Gozadin. & Brun. citati à Crauet. in conſ. 11. nu.
23. vbi dicit communem, addidi ego in conſi. 45. nu. 2.
Dec. Ruin. Pariſ. Nattam, Roland. Cæphal. & alios, &
Doctores omnes ſupra in principio citati, dicūt, quod
feudum, & emphyteuſis non imputatur in calculanda
legitima, quando in ipſo feudo non poteſt ſuccedere
is, qui agit ad legitimam, & idem eſt quod non impu-
tetur, vel quod in bonis defuncti non computetur, vt
aduertit Clar. d. §. feud. quæſt. 46. in principio.

SVMMARIVM.

1 *Appellari poteſt à pronuncia exequendo. contra nu. 12.*
2 *Appellatur ab executore quādo excedit modū in exequendo.*
3 *Executor merus, non poteſt de meritis, & iuſtitio cauſæ cognoſcere.*
4 *Appellari non poteſt ab executore.*
5 *Executori non tribuitur actus, ſed ei qui primo fecit.*
6 *Inſtantia noua non datur in executione.*
7 *Executio non grauat, ſed ſententia.*
8 *Mandatū induiduū requiritur ad appellandū ab executore.*
9 *Appellans ab executore, debet exprimere cauſam, & exceſſum propter quem appellat.*
10 *Renunciare iuri ſuo cenſetur, qui non facit in tempore quod facere debet.*
11 *Appellans tenetur probare quod appellauerit intra legitimum tempus.*
12 *Appellatio non conceditur à pronuncia de exequendo ſecundum magis communem opinionem.*
13 *Executor poteſt cognoſcere de meritis ad effectum iudicandi, ſed pro informatione ſua conſcientia.*
14 *Iudex ſæcularis à quo eccleſiaſticus iudex implorat brachiū, poteſt adhibere aliqualem cauſæ cognitionem, vt cognoſcat an iuſtum ſit id quod petitur ab eo.*
15 *Iudex ab alio in ſubſidium, vel auxilium iuriſdictionis requiſitus, poteſt cognoſcere circa res, & exceptiones quæ opponi poſſunt poſt ſententiam, non vt ſuper eis iudicet, ſed vt exequatur ſi videat ſententiam iuſtam, vel remittat ad iudicem requirentem ſi de iniuſtitia dubitet.*
16 *Executor quilibet de aliquibus cognoſcit.*
17 *Executor poteſt ſi vult cognoſcere ſuper exceptionibus oppoſitis, ſed non cogitur.*
18 *Confeſſione propria nulla eſt melior probatio.*
19 *Genus includit omnes ſpecies.*
20 *Generalis non minus operatur quàm ſingulorum expreſſio.*
21 *Generalis expreſſio quæ in vno tantum verificari poteſt, habetur pro ſpeciali, & indiuidua.*
22 *Qualitatis adiectio per quam non mutatur ſubſtantia rei nō facit rem nouum.*
23 *Appellari non poteſt ab executore qui deuenit ad certorum corporum expreſſionem, quæ comprehendebantur in ſententia vniuerſali.*
24 *Grauamen nouum vbi non adeſt, nō appellatur ab executore.*

CONSILIVM CCCLVIII.

LATA ſentētia per Magnificos DD. delegatos Sereniſs. D. Ducis Mantuæ in fauorem Perilluſtris Dom. Com. Io. Iac. de Arcu, contra Magnificū Dom. Vincentium Piperarium, factaque legitimè bonorum in eo Ducatu exiſtentium excuſſione, dicti delegati pro executione requiſiuerunt in ſubſidium Magnificum D. Prætorem Sablonetæ,

netæ, vt prædictum D. Comitem mitteret in poſſeſſio-
nem bonorum, quæ aliàs idẽ Piperatins poſſidebat in
dicto territotio. Prætor autem citatis ſeu verius ſe op
ponentibus per illuſtrib. dñis Comitibus Annibale &
Lauta de Turchis Ferrarienſibus, poſt maximam in-
ter partes contentionẽ, tãdem declarauit executionẽ,
& aſſociationem petitam concedendam eſſe, & prædi-
ctum Com. mittendum in tenutam & poſſeſſionem di
ctorum bonorum. ſed procurator dictorum Dñorum
iugalium, appellauit, & nunc an deferendum ſit appel
lationi dubitat Clariſſimus & Excellens Dñs Iudex,
qui ab Excell. D. Duce Sablonetæ cõmiſſa & delegata
fuit cauſa, quia etſi regulariter nõ appelletur ab exe-
cutione, tñ benè appellatur à pronuncia de exequen-
1 do, † gl. 1. in l. ab executione, vbi Barto. & alij, C. quor.
appell. non recip. multos allegat Gabr. comm. opin.
lib. 2. tit. de appell. cõcluſ. 4. in princ. ideo Soc. in tract.
fallẽt. Reg. 33. in 5. limit. admonet, quod fiat executio
ſine alia pronunciatione? quia aliàs daretur appella-
tio. ſequitur Aſin. in ſua praxi, §. 31. c. 18. in 5. limit. Præ
terea, ẽt ab executore appellatur, qñ is excedit modũ
in exequendo, & partẽ de nouo grauat, vel nouũ adij-
2 eit grauamen, † c. nouit, de appell. gl. c. ad noſtrã, extra
eod. tit. Aſin. loco prædicto, limit. 6. Gabr. d. concluſ. 4.
nu. 2. vbi loquitur in ſñia de exequendo. Contar. in l.
vnica, limit, 19. nu. 3. C. ſi à mom. poſſ. in facto verò ex-
ceſſiſſe vr̃ D. Sablonetæ Prætor, quia cum merus execu
tor non poſſit de meritis & iuſtitia cauſæ cognoſcere,
3 † ſcdm Specul. in tit. de execut. ſñiæ, §. 2. nu. 5. & 6. Bar.
in l. ſi prætor, nu. 1. ff. de iudic. Bart. qui in terminis lo-
quitur in l. à Diuo Pio, in princ. nu. 7. ff. de re iud. & ibi
Ang. col. 2. in fi. verſ. ſecundo limit. Bero. conſi. 104. nu.
5. vol. 3. ipſe tñ de meritis cognouit, vt apparet ex præ-
ambulis ſentẽtiæ, in quibus dicit vidiſſe inſtr̃a crediti
D. Comitis ab Arcu, & conſideraſſe hypothecã bono-
rum, obligationẽ Cameralem, conſtitutũ pactum exe-
cutiuũ, Clauſulam, dedit & tradidit, & alia multa, at-
que ita cognoſcendo vr̃ decidiſſe ea omnia quæ fuerãt
iam in principali iudicio ante ſententiam terminata.
quinimò, ex eo ꝙ Prætor in ſua ſñia vtitur verbis, dici-
mus & declaramus, q̃ diffinitiuæ conueniunt ſñiæ, vt
per Celſ. Hugo. in tract. clauſul. in verſ. clauſulæ ſñia-
rũ, cenſetur non voluiſſe ſimpliciter exequi, iuxta de-
mãdata, ſed diffinitiuè pronũciare ſup iuſtitia cauſæ.

Quæ omnia etſi ſubtilia doctaque ſint, non tñ exiſti
mo obſtare D. Comiti ab Arcu, qui habet pro ſe cõem
4 regulã, qđ ab executore non appellatur, † l. ab executo
re, ff. de appell. l. ab executione, C. quor. appell. non re-
cip. alios multos citat Aſin. in loco præcitato, c. 18. in
princ. Crau. conſ. 273. nu. 1. Gabr. d. concluſ. 4. in prin.
Maranta de ord. iud. par. 6. nu. 259. dñs autem Præ-
tor fuit conſtitutus merus executor ſñiæ latæ à dñis
delegatis, & munus ſuũ erat exequi, vt conſtat ex ſub-
ſidialibus litteris ad eum tranſmiſſis, ergo nõ licuit ab
eius pronunciatione appellare, & non datur appella-
tio vbi nullum eſt grauamen: executor aũt nõ grauat,
ſed grauamen oẽ prouenit à ſñia delegatorũ, & ab ea
appellandũ erat, c. litteris, de reſcript. Bal. in cõſ. 368.
col. 1. in fi. vol. 1. vbi dicit, qđ actus non tribuitur exe-
5 cutori, ſed ei qui primo fecit. † Butr. in conſil. 74. nu. 3.
circa fi. & nu. 4. vbi pulchrè declarat, & ſcđm eum hæc
rõ eſt, quare nõ appelletur ab executore. Crau. in cõſ.
273. nu. 1. verſ. ſecundo qđ in tali pronuncia. Contar.
d. limit. 19. nu. 3. & dicit Menoch. in conſil. 219. nu. 13.
quod executor nihil noui dr̃ facere circa actus ſubſtã-
tiam, materiã, vel formam. Hac ẽt rõne, in executione
6 ſententiæ non datur noua inſtantia, † Cin. in d. l. ab
executione. Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, q.
30. ff. de pactis. Decian. in conſi. 11. nu. 51. & quod exe-
7 cutio non grauet, ſed ſententia, † latè ponit Marcobr.
in conſil. 60. num. 38. vbi infert non appellari, & dicit
Bald. in l. 1. col. 4. verſ. ſed an executor, ff. de leg. 2. quod
executio eſt ſequela ſententiæ. ſequitur Crauet. in
conſil. 802. nu. 11. & in cõſil. 819. num. 9.

Secundo non eſt deferendũ appellationi prædictæ,
quia Calletus ille, qui nomine D. Comitũ de Turchis
appellauit, non habebat ſufficiens mandatũ ad appel
lãdum, & q̃uis in ſuo mãdato legatur Clauſula ad ap-
landũ à quacunque ſñia diffinitiua, vel interloquuto-
ria, tñ hoc non ſufficit: quia cũ appellans ab executore
incidat in pœnam d. l. ab executione, requiritur nõ ſo-
8 lum ſpeciale, ſed ẽt indiuiduum mãdatum, † ita tenet
Ang. Aret. in d. l. ab executore, col. 4. ff. de appell. idem
Ang. in §. præterea, il ſecondo, nu. 16. verſ. tertio & prin
cipaliter, Inſtit. de except. vbi dicit, ſingulariſſimè mẽ-
ti tenẽdũ, quia quotidie in facto occurrit in palatijs,
& allegat Ang. de Peruſ. in quodã conſilio, vbi tenet,
non ſufficere qđ habeat ſpeciale mãdatũ ad appellan
dũ, & loquitur ẽt, qñ licita eſt appellatio. Felin. in c. 1.
col. 7. vt lite non conteſt. Dec. in c. nouit, nu. 6. vbi Addi
tionatores allegãt Bald. Gemin. Alex. Franc. & Felin.
Rol. conſi. 43. nu. 11. vol. 1. vbi addit Aret. Soc. & Iaſ. &
in conſi. 26. nu. 6. & 23. vol. 2. vbi addit Alex. & Rimin.
Bero. in conſ. 25. nu. 10. in 3. vol. vbi fortius dicit, non
ſufficere generale mandatum cũ libera, ẽt ſi aliqua ex
primantur quæ requirant ſpeciale mandatũ, & ſubij-
ciatur clauſula generalis, & ad quæcunque alia. Con-
tar. d. l. vnica, limit. 19. nu. 36. addo Cur. iun. in cõſ. 149.
nu. 9. vbi dicit, nõ ſufficere mandatũ factum ante gra-
uamen. Sociun. in conſ. 92. nu. 4. vol. 3. Natta in conſi.
445. nu. 4. Vantius in tit. de nullit. ex defectu mãd. nu.
95. Carocius in c. cũ quid, par. 1. nu. 4. de reg. iur. in 6.
quibus ſtantibus, nõ obſtãt Clauſulæ gñales poſitæ in
mandato: quia illæ non ſupplent defectũ indiuidui-
tatis quæ requiritur; & notandũ, quia Doct. nõ exigũt
ſpeciale ſolum, ſed indiuiduum. ceſſant itaque oĩa ea
quæ in propoſito ponit Seraph. de iure priuileg. 111.

Tertio, vt ab executore detur appellatio, neceſſe eſt
quod exprimatur cauſa & exceſſus, propter quẽ pars
9 appellat. † Bald. in d. l. ab executore, num. 4. vbi Salic.
nu. 5. Bellamer. d. cap. nouit, nu. 5. Franc. c. interpoſita,
nu. 4. in limit. 12. de appell. Bar. in d. l. ab executore, ff.
de appell. & volunt prædicti, non ſufficere quod alle-
getur exceſſus in genere, id eſt executorẽ excedere, niſi
ẽt exprimatur in quo exceſſerit, vt benè aduertit Dec.
d. c. nouit, nume. 5. vbi multos allegat; & dicit Bero. in
cõſ. 32. nu. 7. vol. 3. quod de exceſſu fieri debet mentio
ſpecialis, & in indiuiduo adducit plures Doctor. & di
cit Abb. in c. quoad conſultationem, col. fi. ff. de re iud.
non ſufficere ſi dicatur, appello, quia excedis modum,
ſed neceſſe eſſe ꝙ cauſa exceſſus nominatim & ſpecifi
cè exprimatur. Marant. d. par. 6. in verſ. & quandoque
appellatur, nu. 259. Rol. qui multos addit, in d. conſil.
43. nu. 6. Contard. qui plures enumerat. d. limit. 19. nu.
26. Rota Roma. in deciſ. 100. nu. 18. in 1. par. in nouiſs.
vbi quod non ſufficit exceſſum exprimere per relatio
nem ad acta, & non ſolum allegari debet exceſſus, ſed
verè extare debet, aliàs appellatio nõ admittitur. In-
noc. in c. in noſtra, nu. 5. & 6. de procurator. Felin. in c.
quod ad cõſultation. col. 9. de re iud. Bellamer. Gem.
Imola, & Dec. quos citat & ſequitur Rota loco præal-
legato, nu. 17. verſic. tñ id procedit, vbi inquit cauſam
exceſſus, nedũ eſſe debere veriſimilem & probabilem,
ſed ẽt veram, & ſubdit nu. 19. quod hac rõne Rota nõ
cõſueuit admittere eiuſmodi appellationes, & inhi-
bere iudici, niſi prius aliquid deguſtauerit de graua
mine. in tñ aũt cauſa grauaminis exprimi debet, qđ
ſi ea iuſta ſit, locus erit quidẽ appellationi, ſed iudex

non poterit de alio articulo cognoſcere, verū ſolū tra-
ctabit de en pp quem fuit appellatum, ita poſt Pet. Ia-
cob. ponit Guid. Pap. q. 574. nu. 2. at ſi cauſę deductę in
appellatione diligēter legantur, apparebit in eis nul-
lum oīno contineri exceſſum, quinimo ibi pars cōque-
ritur, quod prętor nō voluerit cognoſcere de iurib. per
eam allegatis contra ſententiā quamuis modernus
delegatus in motiuis imputet iudici, quod malè fece-
rit, dum voluit de meritis, & iuſtitia cauſę cognoſcere.

Quarto vbi ceſſarent prædicta omnia ea alio nō eſt
admittenda appellatio, quia ſcilicet interpoſita non
fuit intra tempus quod à ſtatuto, & ordinibus Sablo-
netæ, & à iure quoq; cōi præfixum eſt ad appellandū,
vt latius deducitur in memoriali formato per Magni-
ficum Dominum cauſæ patronum, & qui non facit in
10 tempore, cenſetur renunciare iuri ſuo, † gl. in l. ſi ego,
vbi Ang. & alij, ff. de neg. geſt. tempus enim vim habet
renunciationis. Bal. in l. ſi ea, C. qui accuſ. non poſſ. Ti-
raq. alios addens, de retract. conuent. §. 1. gl. 2. nu. 49.
& ſeq. & quamquā innuat dominus delegatus in mo-
tiuis, quod appellatio interpoſita præſumitur in tēpo-
re debito, quæ fuit opinio Rotę in deciſ. 316. in nouiſ.
& Peruſ. in c. bonæ, verſic. 8. de oppellat. tamen verior,
& communis eſt ſententia, quod appellans teneatur
11 probare, ꝙ appellauerit intra legitimū tempus. † pro-
bat tex. in c. Romana, §. ſi vero, de appel. Alex. in conſi.
87. in princ. vol. 7. Rol. in conſil. 41. nu. 45. vol. 1. Cæph.
in conſi. 42. nu. 54. Rimin. in conſi. 71. num. 18.

His vero non aduerſatur quod à pronuncia, ſeu ſen-
tentia de exequendo liceat appellare, quamuis non
appelletur ab executione. reſpondeo enim, contrariā
12 ſententiam eſſe magis cōem, quam † tenuerūt Odofr.
Guid. Suzzar. Alber. Pap. Io. And. Cin. Spec. Bart. Bal.
Ang. & Butr. quos oēs citat, & ſequitur Ale. in conſ. 95.
nu. 5. in 2. vol. vbi dicit cōem, & ab ea in iudicando nō
eſſe recedēdum, & ibi refert multas rōnes, quæ euitari
non poſſunt. Corneus in conſi. 71. col. 4. vol. 1. vbi addit
Iac. de Rauen. Imolam, & Fulgoſ. dicens hanc eſſe ma-
gis cōem, hanc etiam ſequuntur Fel. Dec. Ruin. Grat.
& Capic. quos citat Gabr. d. concl. 4. nu. 1. vbi aſſerit
magis communem, eam quoque veriorem, & cōiorem
dicit Soc. iun. in conſi. 92. num. 1. vol. 3. vbi addit Ang.
Aret. eam ſimiliter ait magis cōem Bero. in conſil. 32.
nu. 5. vol. 3. Contard. d. lim. 19. num. 14. cum ea tranſit
Maran. d. par. 6. verſ. & quandoq; appellatur, nu. 260.
multos addit Rol. d. conſi. 43. nu. 5. vbi inquit eſſe ma-
gis receptam ſententiā, & nouiſſimè Rot. Rom. d. dec.
100. nu. 13. in 1. par. in vlt. vbi allegantur etiam Gemin.
Guid. Pap. Franc. Aret. & Socin. Ex quibus apparet,
hanc eſſe communem, & tenendam, nihil enim refert
quod iudex committat executionem, vel pronunciet
eſſe exequēdam, Ale. in d. conſi. 95. nu. 5. aliàs ſecundū
eum lex impoſita eſſet verbis, nō rebus; videtur enim
iudex exequi miniſterio illius cui committit exequē-
dam, vt inquit Corn. d. conſi. 71. & quod idem ſit, te-
nuerunt multi, quos citat Rim. & in conſil. 48. num. 17.
vbi infert ad ſtatutum, & conſi. 631. num. 26. Burſat. in
conſi. 269. nu. 16. Bero. d. conſ. 32. num. 10. Contard. d.
lim. 19. nu. 31. vbi & ipſe tenet non dari appellationē
à pronūcia de exequendo, allegat præter alios Roder.
Alciat. Cran. & Grauat. ita vt non ſit de hac opinione
dubitandum, Lancellót. de attent. par. 2. c. 12. lim. 53.
nu. 14. & ſeq. in antiquis vbi dicit magis communem.

Non ēt reſiſtit, quod dominus Prętor cognouerit de
meritis cauſæ, illiuſq; iuſtitia, & ideo exceſſerit. hā re-
ſpondeo, nō ideo inferri ad exceſſum quod merita cau
ſæ voluerit deguſtare, quādo quidem executor poteſt
aſſumere partes iudicis, & cognoſcere de meritis, non
dico ad effectum iudicandi ſuper eis, vt ponunt Inno.
Imola, & alij, in c. fin. de præſumpt. & ponitur in pra-
cticabilib. Rot. Rom. nu. 16. poſt ſecundam partem no-
uiſſimatum deciſionū, & in ſpecie hoc tenet in iudice
requiſito per ſubſidiales, Cag. in l. cū qdā puella, n. 33.
verſ. quinto colligitur, ff. de iuriſd. om. iud. vbi inquit,
ꝙ non debet de boue, & equo, ac velo leuato exequi,
13 ſed videre acta pro informatione ſuæ conſcientiæ, † ſic
videmus, ꝙ iudex ſęcularis à quo Eccleſiaſticus implo
rat brachium, pōt adhibere aliqualē cauſæ cognitio-
nem, vt cognoſcat an iuſtum ſit quod petitur ab eo.
14 † Anchar. conſil. 381. vol. 2. Federic. Senenſ. conſil. 251.
col. fin. Innoc. Oldrad. Caſtr. & Calcan. in locis allega-
tis à Rol. in conſ. 37. n. 7. vol. 1. ſic etiam dicimus, quòd
iudex ab alio in ſubſidium vel auxilium iuriſdictionis
requiſitus, pōt cognoſcere circa res, & circa exceptio-
nes quæ opponi poſſunt poſt ſententiam, non quidem
ad effectū vt ſuper eis iudicet, ſed vt exequatur, ſi vi-
deat iuſtam, & validā eſſe ſententiam, vel remittat ad
15 iudicem requirētem ſi de iniuſtitia dubitet. † ita Bar.
in l. à diuo Pio, in prin. nu. 7. & 9. ff. de re iud. vbi Imo-
la col. 2. verſi. circa feudum, Alex. nu. 9. & 10. poſt Ang.
col. 2. qui dicit hoc procedere, ſiue exceptio oppoſita
impugnet ſententiā, ſiue non, latè Iaſ. nu. 12. & ſeq. Me
noch. de arbit. iud. q. 38. nu. 9. & 12. Bero. cōſ. 104. nu. 5.
& 14. vol. 3. Rot. dec. 33. nu. 1. in 2. par. in nouiſ. & quod
talis iudex poſſit cognoſcere, ponit Guid. Pap. q. 574.
vbi quod iudicat ēt an ſententia ſit vel non ſit exequē-
da, allegat Cin. Pract. Pap. & Pet. Iac. idem voluit De-
cia. conſi. 11. nu. 189. vol. 1. quinimo ſi nullitas, quæ ſit
notoria opponatur contra ſententiam, iudex non re-
mittet ad requirentem, vt poſt Bal. concludit Rom. in
conſi. 51. Attentis, in prin. Rui. in conſi. 7. num. 3. vol. 4.
Cran. in conſ. 556. nu. 8. quod ſi de prædictis poteſt co-
gnoſcere, quo modo dr̄ exceſſiſſe ſi fecit ꝙ facere po-
tuit, & addit. ad Guid. Papam in loco prædicto dicunt
quod iudex requiſitus pōt ad ſui inſtructionē recipere
probationes, vt ſi qd videt aduerſus ſententiā, moneat
primum iudicem, & interim ſuperſedeat. allegat Ion.
Odofr. Cin. & Bal. etſi id fecit iure permittente, nō dēt
reprælſendi, argumēto l. Gracchus, C. de adult. quare
vbi ēt verū eſſet, qđ cognouerit de meritis, & de iuſti-
tia ſententiæ, non tamen ideo dabitur appellatio, ex
quo non dr̄ exceſſiſſe, & ſine exceſſu denegatur appel-
latio, vt poſt Pet. Iac. voluit in terminis Guid. Pap. ibi.

Et non valet conſequentia, quæ fit per Dominū de-
legatum, dum dicit, cognouit de meritis, ergo nō fuit
merus executor, & ideo datur appellatio. Reſpondeo
enim, quod licet executor citet, ſumat informationes,
& alia faciat quæ tendunt ad iuſtificandum ſuam exe-
cutionē, non per hoc deſinit eſſe vel dici executor. arg.
c. bonæ, il primo, de electìon. nam quilibet executor de
16 aliquibus cognoſcit. † ita dicit notabiliter Anchar. in
cōſ. 224. Iſte Dominus executor, nu. 2. vbi infert quod
nō conceditur appellatio, qm̄ debebat pars cōparere
coram deputante, & ſuas deducere exceptiones, vt ibi
in prin. ſequitur Bero. in conſil. 14. num. 5. 8. & 9. vol. 1.
vbi & ipſe dicit admittendam nō eſſe appellationem,
& dixit Bald. in l. neque natales, num. 8. C. de probat.
quod executor, qui citauit non tenetur expectare, quia
etſi aſſumpſerit in aliquibus partes iudicis, poteſt ab
ea via recedere. Fel. in c. fin. nu. 22. de præſumpt, vbi re-
fert etiam Card. & vult, quod ſi proceſſit in aliquibus
vt iudex, non per hoc facit ſe mixtum executorem, &
cum eo tranſit Contard. d. l. vnica, lim. 2. §. 1. num. 44. in
fi. propterea ex eo quod citauerit, quod viderit inſtru-
menta, eorumque verba, & clauſulas examinauerit, &
cauſæ, ac ſententiæ iuſtitiam cognouerit, non per hoc
ita factus eſt iudex, quod deſierit eſſe executor, nec
dici poteſt, quod iudicauerit tanquam iudex, præci-
puè

pńe cum in ſua ſententia fateatur illam eſſe ſummariā
declarationē, omniaq; ſecerit pro executione ſenten-
tiæ,& literarum ſubſidialium, quinimo petitam exe-
quutionem concedat id quod non poteſt referri ad
nouam cognitionem,aut nouam ſententiam.

Nec dicatur,qđ grauauit dominos iugales de Tur-
chis, in eo quod nō voluit ſuas exceptiones cognoſce-
re,vt dicitur in cauſis appellationis, ideo tanquam in
hoc exceſſerit datur appellatio. reſpondeo etenim qđ
in motiuis dicitur cōtrarium, quod ſcilicet exceſſerit
pro eo quod voluerit cognoſcere ſuper oppoſitis ex-
ceptionibus,quamquam,vt oſtendi, non etiam hic ſit
exceſſus. Secundo reſpondeo, quod vbi etiam verum
eſſet quod recuſauerit cognoſcere, non tamen per hoc
exceſſit aut grauauit, executor namque poteſt ſi vult
cognoſcere,ſed non cogitur, ſuo enim eſt arbitrio, &
17 voluntati remiſſum id facere,vel non facere,† ita Inn.
in c.fin.nu.2.verſi.item ſuper huiuſmodi,de præſump.
Imol.nu.9. Abb.nu.13. & Fel.nu.22.verſi.ſecunda con-
cluſio.Quintil.Mandoſ.conſ.58.nu.14 quod enim ali-
cuius poteſtati committitur, iuris neceſſitati non ſu-
bijcitur,l.non quidquid,ff.de iudic.gl.in verſi. repere-
rint,in Clem.vnica,de officio deleg. & dicit Angel. in
l.non quidquid, quod ſi iudex poteſt ex forma ſtatuti
ponere aliquem ad torturam,non tamen tenetur; im-
purati, ergo non poteſt iudici quia non fecerit quod
facere non tenebatur, & ceſſante exceſſu,ac grauami-
ne non eſt locus appellationi.

Non etiam contradicit,quod exceſſus ſit clarus, in
quantum prætor declarauit Com. ab Arcu mittēdum
eſſe in poſſeſſionem prædij appellati, *la Peuerara*, cum
tamen in ſententia delegatorum de eo in ſpecie nul-
lum verbum dictum fuerit. Reſpondeo etenim, quod
etſi in ſententia nō ſit expreſſe dictum de prædio illo,
tamen dictum fuit in genere ſatisfaciendum ei eſſe in
bonis D.Vincentij Piperarij,& litterę in auxilium iu-
riſdictionis requirunt,quod mittat in poſſeſſionē om-
nium bonorum exiſtentium ſuper territorio Sablone-
tæ,quę aliàs erant dicti D.Vincentij:at prędium dicto
la Peuerara erat D.Vincentij, vt conſtat ex actis Sablo
netæ agitatis,& ex cōfeſſione dictorum iugalium, qui
pro eo allegant, & producunt titulum dationis in ſo-
lutum ſibi factę à D.Vincentio de dicto prędio,& nul-
18 la melior eſt probatio quam proprij oris confeſſio,† l.
cum te, C.de tranſact. & ſuperat inſtrumentum, & te-
ſtes, Bal.in conſi.192.col.2.vol.2.Soc.conſi.24.num.8.
vol.3.Pariſ.conſi.121.col.antepenul.vol.1.& ideo non
exceſſit Prætor fines ſuæ commiſſionis: quia prædium
della Peuerara erat incluſum in cōmiſſione,genus enim
19 includit omnes ſpecies,† l.oēs,vbi Ang.not.C.de prę-
ſcrip.trig.annor.& qui generaliter loquitur, compre-
hēdit directè omnia particularia, & nullum excludit.
Fed.Sen.conſi.85.nu.2. & generalitas non minus ope-
20 ratur q̃ ſingulorum expreſſio, † l. ſi duo, in fi. ff.de ad-
miniſtr.tutor.Soc.& alij,in l.1. ff.de vulg. & genus idē
operatur quo ad omnia, quod ſpecies quo ad indiui-
dua, l.ſi chorus, ff. de leg.3. notatur in c. 2. de offic.or-
din.in c.2.de coniug.leproſor.quinimo cū D. Vincen-
tius alia bona non poſſideret in territorio Sablonetæ
præter illud prædium, & in alio litteræ verificari non
poſſint;& qui vult dicere alia extare bona,probet,iux-
ta gl.in l.cum de lege,ff.de probation.ea generalis ex-
preſſio bonorū habetur pro ſpeciali,& indiuidua,per-
21 inde,ac ſi litterę dixiſſent *della Peuerara*. † gl.in l.2. in
verſi.nominatim, & ibi Doctores oēs,præcipuè Iaſ.ff.
de lib.& poſtb.l.ſi optio,ff.de opt.leg.Bar. in l.qui Ro-
mæ,§.duo fratres,nu.19.ff.de verb.oblig. vbi Crot.nu.
127.Ripa,nu.79.Crau.pro Genero,num.343.Bec.latè
conſi.34.nu.14.tunc aūt dr̄ modum in propoſito exce-
dere, qñ in poſſeſſionem mittit vnius rei in quam non
debet mittere,vt per Bar.in l.ab executore, nu.2. ff.de
appell.Salic.in l.ab executione,C.quor.appellat. non
recip.Contard.d.lim.19.nu.21. Bellam. d.c.nouit,nu.
5.in facto autem noſtro Prætor debuit mittere in poſ-
ſeſſionem *de'la Peuerara* ſtantibus litteris delegatorū,
adiectio enim qualitatis per quam non mutatur ſub-
ſtātia rei iudicatę non inducit nouū grauamen,neque
22 facit rem nouam,† Bar. Ang.Imola, Cuman. Caſtr.&
Aret.in l.ſi hæres palā,§.ſi quis poſt,ff.de teſtam.Rom.
in conſi.45,in fi.Rota,deciſ.100.nu.28.in 1.par.in no-
uiſſ. quinimo liquidatio ſententiæ latæ in iudicio vni-
uerſali,de omnib.pertinentijs Hoſpitalis non inducit
nouum grauamen, licet contineat in ſpecie res in ge-
nerali ſentētia incluſas,& ideo non datur appellatio,
Bar.in d.l.ab executore,nu.11.Bal.in l.terminato, nu.
6.C.de fruct.& lit.exp.Lapus,Aret. Barb.Fel. Calcan.
Sarnen. & Gabr.quos oēs citat Rota,d.deciſ.100.nu.
14.vbi in terminis vult,quod non appelletur quando
executor deuenit ad certorum corporum expreſſionē,
23 quæ in ſententia vniuerſali erant comprehēſa,† caſus
autem noſter eſt minus dubitabilis,quia conſtat bona
eſſe illa met,de quibus in ſententia, & litteris, & pars
non allegat hanc rei diuerſitatem,ſed fatetur identi-
tatem.Et licet hæc liquidatio contineat aliquid noui,
quia tamen pars non grauatur,non debet dari appel-
24 latio,ex quo non adeſt nouum grauamen.† Aret. Fel.
& Rui.quos citat,& ſequitur Contard.d.lim.19.nu.20.
vbi refert ſic Rotam Romanam iudicaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Paria ſunt quid non fuiſſe factum, vel factum nulliter.*
2 *Pactum factum cum vno, alij non nocet.*
3 *Renunciatio vnius alteri non præiudicat.*
4 *Mandatum ſpeciale requiritur ad trānſigendum.*
5 *Mandatū ſpeciale requiritur ad donandū, & renunciandum.*
6 *Coniunctus pro coniuncto nihil facere poteſt, vbi requiritur ſpeciale mandatum.*
7 *Inſtrumento ſe iuuare non poteſt qui illud impugnauit.*
8 *Reprobatum ſemel non poteſt approbari.*
9 *Fidem frangenti non eſt ſeruanda fides.*
10 *Paria ſunt tranſactionem non fuiſſe factam, vel non habuiſſe effectum.*
11 *Conuentio facta cum vno non prodeſt alij.*
12 *Inſtrumentum non probat niſi in fauorem illius qui rogauit notariam.*
13 *Tertij ius allegari non poteſt, & num.15.*
14 *Cedens non obſtante ceſſione agere poteſt, nec debitor ceſſus rectè opponit de ceſſione alteri facta.*
15 *Exceptio de iure tertij opponi non poteſt ab eo contra quem directa eſt petitio, & nu.13.*
16 *Caſtr.conſi.455.nu.2.vol.1.reprobatur.*
27 *Aditio non præſumitur, ſed debet probari ab allegante.*
18 *Sententia quæ tranſiuit in iudicatum facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis.*
19 *Sententia nocet ſubſtituto.*
20 *Fideicommiſſario nocet ſententia lata contra hæredem.*
21 *Additio prę ſumitur ex temporis longinquitate.*
22 *Sentetia præſumitur iuſtè lata etiamſi de actis non appareat lapſo biennio.*
23 *Emptor nō agit ꝓ euictione quę ſuo facto, vel culpa ſucceſſit.*
24 *Venditio rei alienæ ſubſiſtit ad vendentis præiudicium.*
25 *Euictio datur in emphyteuſi, ſicut in rebus venditis.*
26 *Fideiuſſor vtitur iuribus principalis debitoris.*
27 *Fideiuſſoria obligatio eſt acceſſoria.*
28 *Clauſulæ acceſſoriæ non immutant nec alterant principalem diſpoſitionem.*
29 *Quem de euictione tenet actio, eundē agētē repellit exceptio.*

Digitized by Google

30 *Euictione ſecuta in parte, in parte tantum datur actio pro euictione, niſi conſtet emptorẽ nõ fuiſſe empturũ niſi totum.*
31 *Accidens cognoſci non poteſt vbi ignoratur ſubſtantia.*
32 *Generalis obligatio omnes caſus includit, & generaliter debet intelligi.*
33 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus, intelligitur obligatus in omnem caſum qui euenire poſſit.*
34 *Poſteriora derogant prioribus.*
35 *Nouatio inducitur per ſequentem actum primo contrarium.*
36 *Specialis prouiſio tollit generalem.*
37 *Prouiſio hoĩs tollit ꝓuiſionẽ legis, in caſu prouiſo, nõ in alio.*
38 *Euictio niſi ſit cũ effectu ſecuta, nõ datur actio pro euictione.*
39 *Prouiſio ſpecialis non tollit generalem tendentem ad finem diuerſum.*
40 *Specialis prouiſio non tollit generalem, quando ambæ factæ ſunt ad fauorem vnius.*
41 *Generi per ſpeciem derogatur quando ſunt oppoſita, & non poſſunt ſimul ſtare, aliàs ſecus.*
42 *Fideiuſſor licet non poſſit obligari in plus quam principalis, poteſt tamen obligari ad minus.*
43 *Nouatio non inducitur per dationem noui fideiuſſoris, nec primi liberantur.*
44 *Generalis diſpoſitio trahitur ad ea in quibus facta fuit ſpecialis, quando vtraque non eſt in eodem capitulo, ſed in diuerſis, & ſeparatis.*
45 *Generi per ſpeciem non derogatur quando genus, & ſpecies ad idem ius non referuntur.*
46 *Onera, & iura actiuè, & paſſiuè tranſeunt non ſolum in hæredes, ſed etiam in fideicommiſſarium, facta hæreditatis reſtitutione.*
47 *Fideicommiſſarius qui non fecit inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias ad onera teſtatoris, qui fecit fideicommiſſum.*
48 *Fideicommiſſarius tenetur ad onus legatorum.*

CONSILIVM CCCLIX.

SENTENTIAM à præſtantiſſimo Domino Vicario iuſtitiæ Mediolani latã in fauorem perilluſtris Dominæ Veronicæ Paſterlæ, contra admodum illuſtrem Comitẽ Gallaſſium Landrianum impugnari poſſe videtur ex multis, quæ à grauiſſimo Senatore iuriſq; conſulto acutiſſimo excitantur; eis tamen non obſtantibus, ſubſiſtere dictam ſententiam, & in hoc quoq; iudicio confirmãdam exiſtimo, id quod iuri omnino conſentaneum apparebit, ſublatis quæ in oppoſitum allegantur.

Primum igitur obiectum eſt, quod Domina Veronica plus debito petijt agendo pro tertia parte totius huius crediti, quod tamen fuerat elapſis annis ceſſum pro tertia Comiti Marco Antonio Landriano, vt ex producto inſtrumento legitur: ſed reſpondetur, quod ceſſio illa eſt nulla, & habenda eſt pro infecta, in qua Domina Veronica nõ interuenit, nec alius quiſquam qui ab ea authoritatem haberet cedẽdi; & paria ſunt,
1 quid non fuiſſe factum, vel nulliter factum, † l. quoties, vbi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cogan. Natta in conſil. 402. nu. 54. Roland. conſi. 14. nu. 25. & 33. vol. 1. Cæphal. conſi. 160. nu. 11. & ſine facto Dominæ Veronicæ non potuit ius quod illa in eo credito habebat cedi, l. id quod noſtrũ eſt, ff. de reg. iur. & per alium non potuit ſua conditio fieri deterior, l. non debet alteri, ff. eo. tit. & tranſactio facta per Dominum Marcum Antonium maritũ Dominæ Veronicæ non poteſt vxori præiudicaſſe, l. tranſactione matris, C. de tranſactio. & eſt generale, quod
2 pactum factum cum vno, alij non nocet, † l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. Iaſ. in l. iuriſgentium, §. prætor ait, nu. 9. ff. de pact. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 9.
3 nu. 127. & in renunciatione eſt † tex. in l. iubemus, C. ad Velleian. quem citat Caſtr. conſi. 70. vol. 2. Roman. conſi. 472. in prin. Crot. in conſi. 89. num. 7. Tiraq. loco præcitato, & probatur ratione: nam ad tranſigendum
4 requiritur ſpeciale mandatum, l. mandato † generali, ff. de procurat. c. qui ad agendum, §. fin. de procurat. in ſexto, l. tranſactionis placitum, vbi omnes Doctor. C. de tranſact. Alex. conſi. 129. nu. 2. vol. 2. Socin. conſi. 18. nu. 37. vol. 1. Bero. conſi. 76. num. 17. conſil. 175. num. 5. volum. 1. Soc. iun. conſi. 59. nu. 8. conſi. 129. nu. 53. vol. 1. Marau. de ordin. iudic. par. 4. diſtinct. 14. nu. 4. Rolan. in conſi. 26. nu. 11. volum. 2. ſic etiam ſpeciale requiri-
5 tur mandatum ad donãdum, & renunciandum, † cap. fin. de offic. vicar. in ſexto, l. contra iuris, §. ſi filius, ff. de pact. Socin. iun. d. conſi. 59. nu. 8. & d. conſil. 129. nu. 51. vbi dicit ſpecialiſſimum requiri. Bero. conſi. 5. nu. 71. & conſi. 174. nu. 13. vol. 1. Natta conſi. 10. nu. 4. conſi. 29. nu. 4. conſi. 115. nu. 8. conſi. 641. num. 5. qui omnes adducunt, quod nõ ſufficit generale cum libera; vbi autem ſpeciale mandatum requiritur, coniunctus nihil po-
6 teſt facere pro coniuncto, † l. patri pro filio, & l. illud, §. 1. ff. de minor. gl. in l. exigendi, C. de procurat. vbi notant omnes Doctores. Iaſ. in l. maritus, nu. 8. C. de procurator. vbi expreſſe loquitur in marito.

Secundo nõ poteſt Comes Gallaſſius cauſam ſuam
7 iuuare ex eo inſtrumẽto tranſactionis, † quia illud ſæpius impugnauit, cap. ex eo, de reg. iur. in ſexto, c. cum olim, vbi Abb. in ſexto notab. de cenſib. l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. cum multis apud Gabriel. commun. opin. lib. 6. titul. de reg. iur. concluſ. 1. nu. 1. & ſequen. & ratio eſt: quia vna, & eadem res debet in totum acceptari, vel in totum reprobari, l. cum quæritur, ff. de adminiſtr. tutor. l. nam abſurdum, ff. de bon. liber. dixi in conſ. 52. num. 40. & ſicuti quod ſemel placuit non debet poſtea diſplicere, cap. quod ſemel, de regul. iur. in ſexto, ita quod ſemel fuit reprobatum
8 nõ poteſt approbari, † l. diſpenſatorem, vbi tex. not. ff. de ſolution. Bart. in l. Pomponius, num. 11. ff. de negot. geſt. Bal. in l. abſentis, nu. 2. C. ſi cert. pet. alios congeſſi in conſi. 152. num. 10.

Tertio dictam tranſactionem Comes Marcus Antonius non obſeruauit, nec conuenta in ea fuerunt ab eo vel ab alijs impleta, ideo ad illius obſeruantiam cogi non poteſt Domina Veronica, quia non implenti
9 obſeruandum non eſt, † gl. in l. cum proponas, vbi Bar. Bal. Alex. Iaſ. Curt. & Dec. C. de pactis. & prædicti Doctores allegant infinitos cõcordantes, eſt tex. in l. quæro, §. inter locatorem, vbi Bar. notat, ff. locati. Corneus conſil. 121. colum. 3. volum. 1. Ruin. conſil. 143. num. 8. volum. 4. Socin. iun. conſi. 77. num. 142. volum. 1. Crau. conſil. 127. num. 13. Tiraquell. de retractu conuent. §. tertio, gloſſ. vnica, num. 19. Natta in conſil. 60. num. 1. Cæpha in conſil. 66. num. 26. Crot. conſil. 86. num. 9. Menoch. conſil. 1. num. 364. & Becius conſi. 45. num. 6. quinimo, cum tranſactio ſit iurata, & Co. Marcus Antonius contrauenerit, cecidit ab omni illius commodo, l. ſi quis maior, vbi Docto. omnes, C. de tranſactio. obijci ergo non poteſt de tranſactione, quæ nullum habuit effectum, & paria ſunt, ꝙ non fuerit facta, vel ef-
10 fectum ſortita non fuerit, † l. 1. §. nihil, ff. de inoff. teſt. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſta. tutela, l. 2. §. ſed et ſi ſint, ff. de ſuis, & legit. l. ex cõſẽſu, §. 1. ff. de appel. faciũt quæ ſcripſi in cõſ. 3. nu. 25. & ſeqq. ſibi ergo imputandũ eſt qui à tranſactione nõ implendo promiſſa diſceſſit.

Quarto non conſtat quod Com. Gallaſſius nũc conuentus ſit hæres Comitis Marci Antonij cum quo fuit tranſactũ, propterea ſibi non prodeſt tranſactio, con-
11 uentio enim facta cum vno, non prodeſt alij † eſt tex. in l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. & ibi notant Bart. Caſtr.

Cxſtr. Alex.& Iaſ.in l. Imperatores,in princ. ff.de tran
ſact. Ruin. in conſ.11.nu.8.vol.1.ideo dicũt Caſtr.Ale.
& Iaſ.in l.actionẽ, C. de pactis, quod ſoror quæ vni ex
fratrib. fecit pactum de non petẽdo,poterit nihilomi-
nus contra alios fratres petere,nec is iuuabitur pacto
facto cum aliis. idem Caſtr. in l. planè,§.ſi duob. ff. de
leg.1.Crot.in conſ.89. nu.9.idem dicimus de cõceſſio-
ne facta ad ſauorem vnius,quæ nõ prodeſt xlij, vt poſt
Io.And.dixit Natta in conſ.94.nu.7. & in liberatione
idẽ voluit Pariſ.in conſ.100.nu.60. & ſeqq.vol.1.ſic in
inſtrõ dicunt Docto.quod non probat niſi in ſauorem
12 illius qui rogauit notarium.† Bald.in Rubr.C.de fide
inſtr.Alex.conſ.110.vol.2. Iaſ.qui cõem dicit,in l.cum
aliquis,nu.4.C.de iure delib. Guid.Pap.q.193. Ruin.
conſ.115.num.5.vol.5. Didac.pract.quæſt.c.20.in fine.

Quinto non poteſt D. Comes Gxllxſlius opponere
de ceſſione facta Comes Marco Antonio, quia hoc eſt
13 allegare ius tertij,quod fieri nõ poteſt,† l.loci corpus,
§.competit,ff.ſi ſeru.vend.l.1.& 2.ff.ſi xger vectig.l.2.ff.
de exceptio.rei iud.l.2.ff.vti poſſid. & quod cedens nõ
obſtante ceſſione xgere poſſit, & debitor ceſſus oppo-
14 nere non poſſit de ceſſione alteri facta, † eſt tex. in l. ſi
cũ emptore,ff.de pactis,vbi ita tenet Cxſtr.nu.1.& col.
fin.verſ.aut verò quærimus ſi agat,& ibi Iaſ.in fine,di-
cit tenere Fulg.& Salic.in l.1.q.16.C.de actio.& oblig.
Caſtr.in l.facta,§.ſi hæres, ff.ad Trebel.cõem dicit Al-
ber.in d.l.ſi cũ emptore,nu.3. & ibi Alex. col.fin.Salic.
in l.3. in fi. C. de nouation. ſiue igitur ceſſio valida ſit,
ſiue nullx,nõ poteſt Comes Gallaſlius de illa oppone-
re, & impedire hoc modo actionem D. Veronicæ.

Secundum eſt motiuum,quod D.Veronicx agit pro
tertia, & tanquam hæres Domini Alexxndri Paſſerlæ
pro tertia parte mediãte perſona Domini Lancelloti
patris, cum iam conſtet ex xctis,D.Lancellotum qua-
tuor reliquiſſe filix s,& ideo hac quoque ratione vide-
tur plus debito petere;ſed tollitur argumentum:quia
hæc quoq; eſt exceptio de iure tertij, quæ opponi non
15 poteſt ab eo contra quem directa eſt petitio, † vt ferè
in terminis concludit Caſtr.in l.peto, §.fratre, nu.2.in
fine,verſic.in textu,ibi paratus,ff.de leg.2.& glo.ibi,in
verſ.ſuperſit,in fine, dicit, quod vnus ex plurib. vnum
& eundem gradum obtinentibus,poteſt totum petere
fideicommiſſum, præſtita cautione,ſi à parte petatur,
ideſt,ab agnxto non à cõuento, vt per Caſtr. ibi, idem
voluit Bal. ibi,in fine, dicẽs eſſe notandum,quod vnus
admittitur ad ſolidi petitionem,& quxmuis loquatur
quãdo alius ſperatur, puta partus, tamẽ approbxt gl.
quæ loquitur qñ alius eſt,vel eſſe ſperatur, & vtrunque
caſum amplectitur, & hoc ẽt inquit notandum Imola,
in fine,qui habet pro abſoluto quxndo recipiendo to-
tum, caueret de dando alij partem ſuxm,id quod ha-
ctenus non fuit petitum, nec à conuento peti poteſt,
ſecundum Caſtr. ibi,& quando etiã peteretur,præſtari
poſſet in exequutione ſententiæ, & ex prædictis colli-
16 gitur,male ſenſiſſe † Caſtr. in conſ.455.nu.2.vol.1.qui
vult, quod mxlè xgat quis in totum ad rem, ſi habeat
alios pares in gradu: & mouetur falſa ratione, dum
inquit, quod præſumitur omnes filios eſſe hæredes,nã
hoc non eſt verum: quia aditio non præſumitur, ſed
17 qui eam allegat, tenetur probare. † Signorol. in conſ.
164.nu.4.Rom.in cõſ.154.nu.2. alios citat Maſcar.de
probat.concl.40.nu.8.& ſeq.benè verum eſt,quod ſi fi-
lius agat; vt hæres,tunc præſumitur hæres ſed vbi non
agit,quicũq; illum dicit patris hæredem,tenetur pro-
bxre,nec locus eſt dicto Apoſtoli, filius, ergo hæres, &
facit communis regula, quæ habet, quod exceptio re-
ſpiciens ius tertij, non poteſt allegari ſi non ſit exclu-
ſiuum ipſo iure intentionis agentis: & ex de qua agi-
mus, non eſt excluſiua ipſo iure, quia poteſt eſſe quod

illa ſoror vel deceſſerit, & ei Domina Veronica, cum
ceteris ſororibus ſucceſſerit,vel renunciauerit portio-
nem ſuxm ſororibus, vel repudiauerit, vel ſit præſcri-
ptione excluſa, propterea xdduci non poteſt.

Secundo etiam rñderi poteſt, quod nunc quærendũ
non eſt, quota portio hæreditatis paternæ ſpectet ad
D. Veronicam, qñquidem,iam multæ latæ ſunt ſenten
tiæ ad eius ſxuorem,quæ oẽs illxm admittunt pro ter-
tix ad paternxm ſucceſſionem,& nunc de ipſarum ſen
tentiarum executione agitur,nõ de cognitione, & ex-
ceptio hæc impugnaret ſentẽtiã,ſi admitteretur, ideo
admittenda non eſt, quia ſententiæ, quæ tranſiuerunt
in iudicatum,faciunt ius,vt dicam in capite ſequenti.

Tertia difficultas eſt,quix ius totum quo vtitur Do.
Veronica,dependet à D. Alexandro Paſſerla, ſed non
probatur quòd D. Lancellotus eius frater & D. Vero-
nicæ pxter,illius adiuerit hæreditatem, atque itx eius
perſona mediãte ius D. Alexandri trãſiuerit in D. Ve-
ronicam, ſed huic difficultati occurritur primo:quia,
vt dictum eſt, multæ ixm latæ ſunt ſñiæ quibus D. Ve-
ronica mediante patris perſonx admiſſa eſt tanquam
hæres Alexandri ad agendum, & illæ impugnari non
poſſunt: quia in rem iudicxtam tranſiuerunt,& faciũt
18 de albo nigrum, & æquant quadrata rotundis, † l.res
iudicata, ff.de reg.iur. l.ingenuum, ff. de ſtatu homin.
gl.in l.ſi non ſortẽ,§.hæredi,ff.de cond.indeb. Bal. in c.
noſti,de elect.Curt.iun.in conſi.23.col.pen.in fi.Cagn.
d.l.res iudicata,nu.2.Rolan.in conſi.83.nu.12.vol.1.cũ
infinitis ſimilibus, & ſentẽtiæ lxtæ contra Gallxſlium
ſeniorem,eiusque hæredes inſtitutos,nocent ſubſtitu-
19 to,† vt in l.ex contractu, ff.de re iudic. Alex.in conſil.
123.nu.3.vol.1.Iaſ.in l.decem,nu.38. & 40. ff.de verb.
oblig. ſic etiam lata contra hæredem nocet fideicom-
20 miſſxrio,† l.ſi patroni,§.fi.ff.ad Trebell.& ſemper ſen-
tentia nocet ſucceſſori.glo.in l.& an exndem,in verſic.
perſonarum, ff. de re iudic. & in ſubſtituto idem vult
Alexan. in l. ſæpè,ff.de re iudic. Dec.in conſil.445.nu.
30.qui ambo tenent, ſententiam præiudicare ſubſtitu
to, quamuis non citato, & videtur quoque tranſire
Oſaſc.deciſ.Pedem.157.in penult.colum.

Secundo reſpondeo, quod ex quo lxpſi ſunt nedum
decem ſed viginti & triginta anni, atque vltrà, aditio
21 ipſa præſumitur,† l.ſi filius,C. de petitio.hæred. Cæph.
in conſil.98.nu.27.Maſcard. in tract. probation. con-
cluſ.40.nu.11.vbi allegat Dec.& Gabriel.& non vide-
tur veroſimile,quod tunc cum res erat de recenti,fue-
rit omiſſa hæc inquiſitio, nunc autem quòd longiſſi-
mum tempus lapſum eſt,præſumere debemus pro ſen
tentia, quod iuſtè lata fuerit, & ritè, etiam ſi de actis
22 non xppareret, præcipuè lapſo biennio, † vt per Do-
ctores, in c.quoniam contra,de probat. vbi Felin. col.
17.Alex.in conſi.25. in princip. vol.6. Natta in conſil.
524. nu.14. & multo mxgis quxndo ixm quinquagin-
ta anni & vltra lapſi ſunt,vt latè per Nattxm ibi,& in
conſil.525.eſſet enim reuangare mundum ſi omnia ex
integro cognoſcenda eſſent.

Tertium contra ſñiam adducitur fundamentum,
quod plus ex alio capite petit D. Veronica, agit enim
pro liuellis etiam decurſis ab anno 1536.vſque ad an-
num 1593. & tamen D.Barbauaria Senator, & poſtea
Præſes Mediolxnenſis Senxtus,ex anno declxrxuit fu-
turi temporis liuellos deberi tñ pro tempore,quo em
phyteuticus ille contractus duraret,ſed ille cõtractus
eo ipſo anno fuit extinctus,quia in eadem illa ſñia di-
ctum fuit, bona illa emphyteutica ſpectare ad Geor-
gium Ferrarium,eique fuerunt adiudicxta. Huic fun-
dxmento reſponderi poteſt, quod ẽt nunc durant vi-
res dicti cõtractus,nec fuerunt reſolutæ per euictionẽ
ſequutam ſuper prædio emphyteutico,debemus enim

aduertere, quod ille Oſſius qui bona illa in emphyteu
ſim recognouit, ea prius vendiderat D. Alexandro Pa
ſterlæ, concedenti, & pro eis de euictione promiſerat,
vnde Oſſius ſi viueret, non poſſet de euictione prædio-
rum opponere, ex quo ſecura eſt ſua culpa & facto, id
eſt, pp ſuam obligationem factam Ferrario occaſione
dotis vxoris, non enim emptor agit pro euictione, quę
23 ſuo facto ſucceſſit. † & text. in l. tenetur, §. ſi ſibi, vbi cla
rè Bar. ff. de act. empt. l. hoc iure, & l. ſeq. ff. de euiction.
l. ſi ſeruum, ff. eod. l. ſi per imprudentiã, §. ſi quis locum,
ff. eod. Io. Mar. Rimin. in cõſi. 205. nu. 22. vol. 2. Cabal.
in tract. euictio. §. 5. nu. 42. imò ſufficit qđ aliquo mo-
do emptori imputari poſſit culpa circa rei euictioné,
vt excludatur ab actione, gl. in l. quod ſi nolit, §. ſi man-
cipiũ, in verſ. adhibuerit, ff. de ædilit. edict. Dec. in cõſi.
74. col. 3. verſ. & facit ad prædicta. Tiraqu. de retractu
conſang. in fi. nu. 48. in fi. Gram. conſi. ciuili 22. nu. 5. vt
qñ potuit vſucapere & neglexit, l. ſi dictum, §. ſi cu poſ-
ſer, vbi gl. ff. de euiction. Cabalin. d. §. 5. num. 29. vel qñ
compromiſit, l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euict.
Cabalin. loco prædicto, nu. 15. vel culpa ſua cecidit à
poſſeſſione, l. ſi rem quam, §. ſi duplę, ff. de euiction. Ca-
balin. nu. 50. vel fecit pactum de non petendo, gl. in d.
l. hoc iure, Cabalin. nu. 75. in facto aũt euictio cauſata
eſt ab obligatione Oſſij, qui eadem prædia pro ſoro-
ris dote & ex alijs cauſis obligauerat, iõ non potuiſſet
idem Oſſius contra D. Alexandrum allegare, quod ob
ſecutam euictioné contractus emphyteuticus eſſet re-
ſolutus: nã quoad eum, ſubſiſtit, ac ſi nulla euictio eſſet
ſecuta, quia res aliena vendi poteſt, quoad vendentis
24 præiudicium, † l. rem alienã, ff. de contr. empt. gl. in l.
ſi quis alienã rem, ff. de actio. empt. Rolan. conſ. 57. nu.
20. vol. 3. cõſ. 60. nu. 56. vol. 4. & ſicuti venditio rei alie-
næ valet, ita & emphyteuſis: nam euictio datur in em-
25 phyteuſi ſicut in rebus venditis. † Imola, Aret. Alex. &
Ripa, in l. ſi aliquã rem, ff. de acq. poſſeſſ. Valaſcus de iu
re emphyt. c. 39. nu. 32. nõ ergo dici põt reſolutus con-
tractus emphyteuticus, quamuis res fuerit euicta, &
quéadmodum hanc reſolutioné non allegaret Oſſius,
ita eã allegare non põt Comes Gallaſſius Oſſij fideiuſ
ſor, vel fideiuſſoris hæres, quia fideiuſſor vtitur iuri-
26 bus principalis debitoris, † l. 2. ff. quæ res pign. oblig.
non poſſ. l. conſtitutionibus, vbi Bald. C. de vſur. Bald.
in l. ſi mandatori, col. fi. C. de non numer. pecun. Mar-
ſil. in Rubr. ff. de fideiuſſoribus, nu. 268. Pariſ. conſ. 96.
nu. 39. vol. 3. Natta in cõſ. 50. nu. 23. & conſ. 658. nu. 6.
& cum quærimur, an contractus fuerit reſolutus vel
non, contrahentiũ perſonas reſpicimus, adeo, vt ſi du-
rat reſpectu ipſorum principalium, dr̃ etiã durare re-
ſpectu fideiuſſoris; nec contractus cõditio variari de-
bet ex fideiuſſoris perſona, quia fideiuſſoria obligatio
27 eſt acceſſoria, † l. 1. & l. ſi Stichum, §. fi. ff. de fideiuſſor. §.
fideiuſſor obligari, Inſtitut. eod. probaui in conſi. 21.
nu. 9. & acceſſorium ſequitur principalis naturã, non
autem eam mutat, c. acceſſorium, de reg. iur. in 6. ideo
gl. in Clem. 1. de præbend. dicit, ꝙ acceſſoriæ clauſulæ
non immutãt, nec alterant principalem diſpoſitioné.
28 † Felin. in c. licet, de offic. ord. Alex. in l. qui Romæ, §.
duo fratres, vbi Ripa, num. 45. ff. de verb. oblig. dixi in
conſi. 179. nu. 5. cum verò contractus non fuerit reſolu
tus quemadmodum ſatis clarè meo iudicio ex ſupe-
rioribus liquet, nõ opus eſt illam ingredi difficultaté,
an pro euictione ſicut præmiſſum eſt, ſecuta, D. Gallaſ
ſius ſit, vel non ſit obligatus: quia ea tractanda eſſet ſi
contractus dici poſſet reſolutus, ſed ſiue ſit obligatus,
ſiue non, idem eſt, quia contractus non eſt reſolutus, &
conſequenter nunq̃ Oſſius liberatus fuit ab onere ſol-
uẽdi annuũ canoné ſeu liuellum promiſſum, q̃nis res
liuellaria ad manus alterius peruenerit, ex quo hoc
ipſum ipſius Oſſij facto & culpa contigit; & optimè
quadrat regula, quod qué de euictione tenet actio, eũ-
29 dé agenté repellit exceptio, † l. vendicanté, ff. de euict.
l. frater a fratre, ff. de cond. indeb. l. altius, C. de ſeruit.
& aqua. multos cumulat Becius in conſil. 24. nu. 11. &
ego quoque probaui in conſi. 15. nu. 3. Vnde, cũ Oſſius
ipſe teneretur de euictione, id efficit ne cõtractus pp
ſecutam euictionem dicatur reſolutus, licet fideiuſſor
non eſſet obligatus in caſum illum pro quo ſecuta eſt
euictio; & ſi hoc eſt verum, qñ non eſſet ſecuta euictio
ex contractu ipſius Oſſij, multo magis obtinebit ſtan-
te eo quod deſcendit euictio à facto ipſius Oſſij.

Secundo reſpondetur, qđ vbi ét ex euictione ſequu-
ta extingueretur contractus emphyteuticus, non tñ di
ci poſſet in totum extinctus, quia non oĩa prædia em-
phyteutica fuerunt euicta, ſed illorum pars tñ, & ea-
tenus eſſet extincta emphyteuſis, quatenus fuit eui-
ctũ, non vltra, & vbi euictio ſequitur in parte, tunc in
30 parte tñ datur actio pro euictione, † l. fi. vbi Bald. C.
de commun. rer. alien. gl. in l. 1. vbi Bart. & Alex. ff. de
euict. l. ſi dictum, §. in ſtipulatione, vbi ét Bart. ff. eo. tit.
niſi conſtet qđ vnica ſit venditio, & emptor non aliter
fuiſſet empturus niſi totum. Tiraq. de retractu cõſang.
§. 23. gl. 1. nu. 2. & ſeq. Soc. iun. cõſ. 26. nu. 10. vol. 1. alios
citat Becius, cõſ. 106. nu. 49. quinimo, cũ incertũ adhuc
ſit, quid, & quantũ illud ſit qđ dr̃ occaſione prædictarũ
dotium euictum, fruſtra agitur de reſolutione contra-
ctus, pp euictionem, & fruſtra agimus de accidẽtibus,
cum non conſtet de ſubſtantia. Bal. in l. 2. ff. de bonor.
poſſeſſ. ſecund. tabul. vbi dicit, qđ ſubſtãtia ſi ignore-
31 tur, cognoſci non poteſt accidens. † & idé Bal. in conſ.
465. nu. 1. vol. 4. dicit, qđ ſubſtantia ei eſt probãda qui
vult qualitaté probare; alios citaui, in conſil. 39. nu. 13.

Tertio rñdeo, quod vbi ét ſequuta eſſet in totũ eui-
ctio, tñ adhuc Comes Gallaſſius teneretur vti hæres
eius Gallaſſij ſenioris qui in contractu emphyteutico
promiſit canoné ſoluere ni remota exceptione, fideiu-
bendo & ſe principalem debitoré conſtituendo: nã ei
quoque opponi poteſt quem de euictione tenet actio,
eundem agentem repellit exceptio. d. l. vendicanté, &
ſicuti id dici põt contra principalé, ita & contra fide-
iuſſorem qui ſe eodẽ modo obligauit cum principali.

Nec refragatur, quod in motiuo dicitur id obijci
non poſſe fideiuſſori, quia is non ſe obligauit pro eui-
ctione, quæ ſequeretur ex cauſa dotium Ambroſinæ
vxoris, ſed pro ea cauſa datus fuit alius fideiuſſor,
nempe D. Benſperandus de Vicecomitibus. Reſpon-
detur enim, quod vbi etiam fideiuſſio non fuiſſet in eã
cauſam pręſtita, tamen ſat eſt, quod principali obſtet,
iuxta dicta in prima reſponſione, ſufficit enim quod
euictio ſecuta ſit culpa Oſſij, vt non dicatur ideo reſo-
lutus contractus emphyteuticus.

Secundo reſpondeo, quod imò in contractu emphy
teuſis Comes Gallaſſius ſenior obligauit ſe generali-
ter pro omni caſu, reſpectu ipſius emphyteutis & ſolu
tionis fictuũ, nec ea obligatio reſtricta fuit ad aliqué
caſum, & caſus euictionis qui ſequeretur quibus do-
tes vxoris non fuit exceptus, ideo generalis promiſſio
32 & obligatio oẽs caſus includit, † etiam ſi maior ſit ra-
tio in vno quam in alio. Decius in conſ. 277. col. 2. etiã
quando materia eſt odioſa. Angel. in l. fi. ff. de conſtit.
principum. Dec. in conſi. 534. nu. 5. & generalis obliga
tio debet generaliter intelligi, l. 1. §. & generaliter, ff.
de leg. præſt. l. de pretio, ff. de Publician. Cum igitur
promiſerit in omné caſum, intelligi etiam debet pro
cauſa dotis ſuæ vxoris, imò fideiuſſor ſimpliciter ac-
ceptus intelligitur obligatus in omnem caſum qui
33 euenire poſſit, † l. ſi quis pro eo, §. ſi nummos, ff. de fi-
deiuſſor. & ibi notant Alber. & Caſtr. Florian. in l. ait

lex,

Digitized by Google

lex,col.1.nu.2.ff.ad leg. Aquil.Boer.in deciſ.354.nu.4.
Crau.in conſi.45.nu.6. vbi poſt Caſtr.dicit,q̃d fideiuſ-
ſor cenſetur acceptus in oẽm caſum,& cauſã,quę pro-
cedit ex natura negocij, multo aũt magis dicẽdum id
erit,quando obligatio concepta eſt generalib. verbis,
nec curandum eſt quid geſſum fuerit in venditionis
contractu,quia poſterior fuit obligatio quæ legitur in
cõtractu emphiteutico,& poſteriora priorib.derogãt,
34 † l. pacta nouiſſima, vbi latè exornat Dec. C. de pact.
Crau.in conſi.282.nu 5.Becius,conſi.42. nu.24.& per
ſequentem actũ primo contrarium,tollitur primus,&
35 inducitur nouatio,† ſecundum Bal.in l.fi.C.de noua-
tion.Dec.in conſi.400.colum.pen.in fi.Bero.conſ.205.
nu.13.vol.3.Cagnol.in l.ſingularia,nu.102.ff.ſi certum
pet.vbi dicit communem eſſe opinio.

Tertio reſpondeo,(& ad hoc aduertatur,quia meo
iudicio tollitur oĩs amaritudo) quod etſi regulariter
ſpecialis obligatio deroget generali,l. in toto iure, ff.
de reg.iur. c.generi,eo. lib.in ſexto,& ſpecialis proui-
ſio ita tollat generalẽ, vt generalis nunq̃ referatur ad
36 ea ſuper quib.ſpecialiter eſt prouiſum,† l.doli clauſu-
la,ff.de verb.oblig.l. vxorem,§.felicitſimo,ff.de leg.3.l.
cohęredi,§.qui patrẽ,ff.de vulg.& in ſpecie de Clauſu-
la illa,omnia,& ſingola in inſtrõ contenta, quod non
trahatur ad caſus in quib.data fuit ſpecialis prouiſio,
voluit Ale.in conſi.95.in fi.& 96. in fi.in 4. vol.in præ-
ſenti tñ caſu, nõ ita res ſe habet in facto: quia nihil eſt
ſpecialiter prouiſum eo caſu quo euictio ſequeretur
ex cauſa dotiu D. Ambroſinæ : nã pro euictione gene-
raliter,& pro attẽdendis,& obſeruandis omnib.& ſin
gulis promiſſis per venditorẽ,promiſit D.Comes Gal
laſſius, & promiſſio hæc ſui natura amplectitur quid-
quid inde ſequi poſſet cõtra contenta in inſtrõ, poſtea
vero additur pactum,per quod Oſſius promittit face-
re cum effectu quod Ambroſina vxor conſentiret om-
nibus contentis in inſtrumento, & liberaret bona illa
ab hypotheca,ſub pœna aureorum quadringentorum
ducatorum,& pro hoc pacto interceſſit Benſperandus
prædictus.at hic caſus eſt diuerſus à primo,quia aliud
eſt promittere euictionem ſimpliciter, & generaliter,
aliud vero promittere quod vxor cõſentiet, quod au-
tem dicitur generalem promiſſionem non trahi ad ca-
ſum in quo fuit ſpecialiter prouiſum procedit quãdo
caſus ille ſpecialis continetur ſub genere, vt ſi promit-
tat quis generaliter euictionem, & alius promittat ſi
res euincatur à tali perſona,tunc,quia ſpecialis conti-
netur ſub generali,ſpecies derogat generi,ſecus ſi non
continetur : quia ceſſat tunc regula, ſeu verius regula
non conuenit. & ita loquuntur iura omnia in contra-
riũ allegata, nec in alijs terminis erit reperire qui cõ-
trariũ dicat. & facit quod dicimus,quod promiſſio ho-
minis tollit prouiſionem legis,in caſu prouiſio,non in
37 alio,† Bar.in l.ſi conſtante,in prin.nu.54.ff.ſolut.matr.
vbi Crot.in 2.lectura,nu.106.Ale.cõſi.127.nu.6.vol.5.
Ripa in conſi.45.nu.2.verſ.tertio reſpondetur.Bellon.
in conſi.22.nu.3.caſus aũt cõſentiendi,& approbandi
inſtrũ vẽditionis,& cõtenta in eo,diuerſus eſt ab eui-
ctione,ergo prouiſio ſpecialis facta in vno caſu,nõ tol-
lit generalẽ factã in alio.conuenit & illud, quod pro-
uiſiones prædictæ tendunt ad diuerſum finẽ, quia ge-
neralis pro euictione cõtinet reſtitutionem pretij dã-
norum,& intereſſe,& duplã,& reſpicit tñ euictionem
ſecutam, ita quod non dabitur actio niſi rea ſit cum ef
38 fectu euicta,l.habere † licere,ff.de euict. l.qui rem,vbi
Bal.C.eod.tit.imo non cõpetit actio niſi facta ſenten-
tiæ executione.Ale.in conſi.119.nu.25.vol.2.Bec.con-
ſil. 106. nu.44. ſpecialis aũt reſpicit ſolum conſenſum
vxoris,& datur pro quadringentis ducatis loco dam-
norum,& non vltra,& pro ea agi põt ẽt non ſecuta eui
ctione,ſed ſtatim quod vxor recuſat cõſentire; quãdo
autem generalis, & ſpecialis prouiſio tendunt ad finẽ
diuerſum,tunc vna tollit aliam, vt dicimus de proui-
39 ſione hominis,& legis.† Caſtr.cõſi.263.col.pen.vol.2.
Dec.conſi.386.in primo dubio.Soc.iun.conſil.136. nu.
12.vol.1.Ruin.conſi.132.nu.6.vol.2.Ripa d.conſil.45.
nu.2.circa finem. Menoch.conſi.151.num.37.& ſeq.

Quarto reſpondeo, quod ſi concedamus ſpecialem
prouiſionem concernere caſum etiam euictionis, non
tamẽ per eam erit eo in caſu derogatu generali obli-
gationi factæ in caſum euictionis,quia vtraque proui-
ſio,& obligatio facta fuit fauore D. Alexandri empto-
40 ris,& ideo ſpecialis nõ tollit generalem,† vt in l.quę-
ſitum,§.fin.ff.de fund.inſtruc. & per illum text.hoc di-
xit Bal.in conſ.329.col.fin.nu.6.vol.1.vbi ita reſpõdet
ad regulam in contrarium allegatam, quia factum in
fauorem non debet conuerti in læſionem. Crauet. in
conſi.895.nu.17.19.& 20. vbi addit Signorol.

Quinto generi per ſpeciem non derogatur quando
genus,& ſpecies ſe inuicem compatiuntur, ſed tũc ſo-
lum quando ſunt oppoſita, & non poſſunt ſimul ſtare.
41 † Bart.in d.§.fi.Franch. c.generi,circa principium, de
reg.iur.in ſexto.Dec.in l.in toto iure,nu.14 vbi Cagn.
nu.9.in fi.ff.de reg.iur.Ruin.conſi.54.nu.6. vol.3. & in
l.1. §.hoc autem, nu.75. vbi multos alios allegat,& ſe-
quitur Hormanot.nu.25.ff.de oper.noui nunc. Menoc.
in conſil.141. num.37.in princ. Marcobrun.in conſi.71.
nu.129.vbi dicit,quod ſpecialis prouiſio non derogat
generali,niſi illi opponatur.at ſpecialis cautio pręſti-
ta pro euictione quæ ſequeretur ex cauſa dotis D. Am
broſinæ non eſt contraria generali cautioni præſtitæ
pro quacunque euictione: quia potuit dari fideiuſſor
in omnem caſum euictionis, & vlterius alius dari pro
illo caſu ſpeciali, ſicut enim pro eodem facto plures
dari poſſunt fideiuſſores, vt patet omnibus,l.liberum,
& l.reos,C.de fideiuſſor. ita conueniri poteſt, vt vnus
teneatur pro vno tñ caſu, & alius pro omnib. quia fi-
deiuſſor licet obligari non poſſit in plus,põt tñ ad mi-
42 nus,† l.2.in fi.ff.qui ſatiſd.cog.l.Gręcè,§.illud,ff.de fi-
deiuſſ.Azo.in Sum.C.de fideiuſſ.n.6.& 9.Gabr.cõſ.43.
nu.1. vbi q̃d in leuiorem cauſam,& minorẽ ſummã re-
cipi poteſt fideiuſſor,& dando nouos fideiuſſores,non
43 inducitur nouatio, nec primi liberantur, † vt voluit
Bar.in l.pen.num.5.ff.de prætor.ſtipulat.gl.in l.4.§.ex
cõuentione,in verſ.pignora,& ibi not.Caſtr.de re iud.
Imola,in d.l.pen.in fi.col.& dicunt Doctores oẽs,in l.
qui bis idẽ,ff.de verb.obl. & in d.l.pen. & in l.qui vſũ-
fructũ,ff.de verb.oblig. q̃d ſecunda promiſſio vel obli-
gatio continens re minus q̃ prima,non tollit primam
obligationem,ergo dando fideiuſſorem qui obligetur
ſolum in vnũ caſum,non tollitur obligatio fideiuſſoris
qui promiſit in oẽm caſum, ex quo ſe compatiuntur.

Sexto ſpecies nõ derogat generi,& generalis diſpo
44 ſitio trahitur ad ea in quibus facta † fuit ſpecialis,qñ
vtraq; nõ eſt in vno,& eodem capitulo,ſed in diuerſis
& ſeparatis capitulis,eſt tex.in l.fin.ff.de dote prælег.
declarat Bar.in d.l.1.§.hoc aũt edictũ,nu.7.ff.de oper.
nou. nunc. & licet ipſe videatur loqui de diuerſitate
ſcripturæ,tñ Doctores intelligant idẽ eſſe in eadẽ ſcri-
ptura,ſi tñ capitulum ſit ſeparatum. Rom.in cõſi.308.
nu.4.verſ.nec huic determinationi. Crau.in conſ.176.
nu.6.Menoch.in conſi.141.nu.17.verſ.maximè quãdo,
hic vero duo ſunt diuerſa capitula, quorum primum
continet generalem obligationem Com. Gallaſſij,al-
terã vero ſpecialem illius Benſperandi; quare ex præ-
dictis apparet, quod ſpecialis promiſſio facta per Bẽ-
ſperandum, non derogat generali obligationi factæ
per Comitem Gallaſſium, & quod generalis refertur
etiam ad caſum cui fuit in ſpecie prouiſum.

Et quia ſupra dixi, in tertia reſolutione huius motiui, quod nihil eſt prouiſum ſpecialiter in caſu quo euictio ſequeretur ex cauſa dotis, & iurium Ambroſinæ, ſed circa eum caſum extat ſola generalis promiſſio euictionis: reſpondebit fortè aliquis, imo ſatis eſſe prouiſum, cum fuit conuentum non ſolum quod Oſſius curaret vxorem conſentire, ſed etiam quod vxor non moleſtaret emptorem in bonis emptis, & in caſũ moleſtiæ promiſit ſubrogare alia bona, vel ſoluere loco damnorum ducatos quadragintos: ſed replicatur, quod & hęc promiſſio continet quid diuerſum ab euictione: quia aliud eſt quod res euincatur, aliud vero, quod in ea re emptor moleſtetur: poteſt enim dari moleſtia ſine euictione, & vt dixi ſupra, pro moleſtia non agitur euictione, quia euictio datur ſolum quãdo lata eſt ſententia, & executioni demandata, pro moleſtia autem agi poteſt etiam non lata ſententia: Præterea, pactum minimè reſpicit generaliter omnem moleſtiam, quę à quacunq; perſona inferretur, ſed ad eam reſtringitur quam Ambroſina vxor inferret, qui caſus non euenit, quia Ambroſina non moleſtauit emptorẽ in bonis emptis, ſed cum marito vendidit quædã bona, & occaſione illius venditionis emptores moleſtarunt D. Alexandrum, ſed moleſtia illata per emptores illos, non poteſt dici moleſtia illata ab Ambroſina: cũ vero genus, & ſpecies non ad idem ius referuntur, tũc
45 generi per ſpeciem non derogatur.† Bar. in d. §. fi. circa fin. & in l. re coniuncti, nu. 10. ff. de leg. 3. Dec. in d. l. in toto iure, nu. 14. in fi. vbi Cagn. nu. 13. Ruin. in conſil. 40. nu. 8. vol. 2. Rol. in conſi. 8. num. 37. vol. 2. Card. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 23. & vbi etiam moleſtia illata ab emptoribus, poſſet dici moleſtia illata ab Ambroſina, tamen ſat eſt, quod nihil ſit ſpecialiter cautum de euictione, & propterea reſpectu euictionis ſpecialis, illa promiſſio non derogabit generalis, & conſequenter vbi Comes Gallaſſius conueniri non poſſet pro moleſtia, poſſet tamen conueniri pro euictione, circa quam nulla ſpecialis prouiſio facta fuit.

Subſequitur alia difficultas, quia indebitè videtur condemnatus Comes Gallaſſius iunior, pro canone maturato viuentibus hæredibus Comes Gallaſſij ſenioris, ad quos onus illum ſoluendi ſpectabat, non autem ad ipſum qui ſucceſſit ex fideicõmiſſo, ſed diluitur ſine mora, nam Canon pro toto tempore debitus erat à Comite Gallaſſio ſeniore, qui ad illius ſolutionem tanquã fideiuſſor, & principalis debitor ſe obligauit, onera autem, & iura omnia actiuè, & paſſiuè tranſiuerunt non ſolum in hæredes grauatos, ſed ẽt fa
46 cta hæreditatis reſtitutione in fideicommiſſariũ,† l. 1. in princ. l. facta reſtitutione, §. 1. ex aſſe, ff. ad Trebell. Quinimo, fideicommiſſarius ſi non fecit inuentarium, tenetur ad onera teſtatoris qui fecit fideicommiſſum
47 vltra vires hæreditatis.† Bart. in l. in ratione, §. quod vulgo, in pen. quæſt. ff. ad leg. Falc. Iaſ. in l. 1. §. ſi is qui quadringẽta, ff. ad Trebel. alios multos citat Phanuc. in tract. de inuentario, par. 2. nu. 50. vbi refert Caſtr. Roland. in eodem tractat. par. 1. quæſt. 20. per totam, folio 26. vbi dicit communem, & prædicti duo vtuntur ratione, quia fideicommiſſarius eſt hæredis loco, l. ſi filius, ff. quod cum eo, l. poſtulante, verſic. ex aſſe, ff. ad Trebell. ergo ad omnia onera tenetur ad quæ hæres obligatus eſt, ſic etiam fideicommiſſarius tenetur
48 ad onus legatorum.† d. l. 1. §. ſi is qui quadringenta, l. Marcellus, in princ. vbi gloſ. & Doctores, ff. ad Trebel. l. 2. & l. fin. vbi gloſſ. & Docto. C. eod. titul. Guid. Pap. quæſt. 296. in princ. Simon de Pret. in tract. vltim. volunt. lib. 4. ſolut. 11. num. 30. folio mihi 416. propterea ceſſat dubitatio.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones pronunciari non poſſunt pro confeſſis niſi is qui reſpondere recuſat fuerit in iudicio, & iudex iuſſerit vt reſpondeat. Lim. vt num. 26.*

2 *Poſitionum copia eſt danda reſpondere debenti, declara, vt nu. 31. & 32.*

3 *Contumax in reſpondendo poſitionibus, non habetur pro confeſſo, vbi ſubeſt iuſta cauſa recuſandi.*

4 *Cap. 2. de confeſſ. in ſexto, quomodo intelligatur, & nu. 6.*

5 *Ob leuem contumaciam quis non debet perdere totã cauſam.*

6 *Tacens in iudicio haberi debet potius pro negante, quam confitente.*

7 *Iudici conceditur pœnis etiam adhibitis ſuam defendere iuriſdictionem.*

8 *Contumax in non veniendo, cum eſt citatus, offendit iuriſdictionem iudicis.*

9 *Contumax largo modo dicitur rebellis.*

10 *Contumacis mulctæ ſunt pœnæ à iure inuentæ.*

11 *Edere qui recuſat fiſco, habetur pro confeſſo quo ad id quod fiſcus erat probaturus per ſcripturam quæ à reo occultatur & non editur.*

12 *Iudex poteſt plura adhibere remedia vt ſibi pareatur, etſi vnum elegit poteſt aliud adhibere.*

13 *Contumaci poteſt iudex audientiã denegare ẽt in alia cauſa.*

14 *Facta multa tenent quæ fieri prohibentur.*

15 *Mulcta impoſita ob fictam contumaciam, ſuſtinetur, licet ob eam non poſſit quis mulctari.*

16 *Sententia contra ſententiam valet ſi pars quæ obtinuit primam ſententiam non oppoſuit exceptionem rei iudicatæ, ſed paſſa eſt de iuſtitia primæ ſententiæ cognoſci.*

17 *Iurans pecuniam fuiſſe numeratam non admittitur ad probandum contrarium, ſed ſi parte non opponente probauit non fuiſſe numeratam, abſoluetur.*

18 *Simulatio non obſtante iuramento allegari poteſt, ſi contra iuramentum receptæ ſint probationes.*

19 *Facere per ſe videtur qui per alium facit.*

20 *Nuncius dicitur merus executor facti reſpectu voluntatis iudicis.*

21 *Nuncio publico creditur ſine literis, ſecus ſi eſt deputatus ad vnicum actum.*

22 *Facere dicitur qui per alium facit, etiam vbi agitur de pœna incurrenda.*

23 *Contumacia in non comparendo eſt maior quam in non parendo, ideo grauius punitur.*

24 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

25 *Iuſſus per nuncium habetur pro confeſſo, ſi non comparet non minus quam ſi eſſet iuſſus à iudice.*

26 *Contumax in non reſpondendo poſitionibus, poteſt haberi pro confeſſo ſi iudex præter primam citationem factam ad reſpondendum, iterato citet, comminando quod niſi compareat, & reſpondeat eum pronunciabit pro confeſſo.*

27 *Comminatio aggrauat culpam, & conuincit malitiam rei.*

28 *Singula quæ non proſunt multa iuuant.*

29 *Contumax habetur pro confeſſo, quando facta eſt comminatio, quod pro confeſſo habebitur niſi reſpondeat.*

30 *Opinio illa quæ diſtinguendo conciliat contrarias ſententias in dubio eſt tenenda.*

31 *Poſitionum copia non eſt danda parti antequam reſpondeat.*

32 *Copia poſitionum non eſt danda parti, quando continent factum proprium reſpondere debentis.*

33 *Poſitiones ſunt inuentæ, vt per eas ponens releuetur ab onere probandi.*

34 *Appellans ſi fideiubere debet de expenſis aliàs proceſſus ſit nullus, valebit proceſſus fideiuſſione non præſtita, ſi non fuit etiam petita.*

35 *Vſufructuarius qui tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, non dicitur in mora ſi cautio non petatur.*

36 *Pretium offerre tenetur agens ex empto, ſed intelligitur ſi petatur.*

Petitio

37 *Petitio ſemper requiritur vbi lex mandat aliquid fieri.*
38 *Sententiam ſuo facto confirmat qui non appellat.*
39 *Sentētiæ ſtare tenetur pars ſicut tenetur obſeruare cōtractū.*
40 *Sententia quæ tranſiuit in iudicatum, habetur pro veritate.*
41 *Sententia nulla nunquam tranſit in iudicatum, nec meretur nomen ſententiæ, neque poteſt exequi.*
42 *Nullitatis ſententiæ exceptio impedit ipſius executionem.*
43 *Nullitas ſententiæ poteſt allegari vſque ad triginta annos.*
44 *Iudex poteſt regulariter pronunciare pro confeſſo eum qui recuſat reſpondere poſitionibus.*
45 *Inſtrumentum quod quis producere tenetur ſi iuſſus recuſat producere, tunc poterit pronunciari pro confeſſo, circa id quod pars intendit probare per illud inſtrumentum.*
46 *Actus factus contra legis prohibitionem, nō eſt nullus, ſi lex vlterius non procedat annullando actum contrarium.*
47 *Contumaci poteſt iudex imponere pœnam confeſſi, circa id in quo fuit commiſſa contumacia.*

CONSILIVM CCCLX.

POSITIONES productæ nomine Reuerēdi Capituli Terræ Mirādulæ contra fratres de Blāchis non rectè videntur pro confeſſis pronūciatę à Magnif. & Reuerendo D. Vincentio Forano, quia dicti fratres per literas ſibi à nūcio Curiæ præſentatas, moniti fuere vt comparerent rñſuri poſitionibus, cum cominatione, qđ aliàs haberentur pro confeſſis: nunq̃ autē fuerunt in iudicio, nec index iuſſit eis qđ rñderent id, quod requiritur vt pro-
1 nuncietur pro confeſſo, is qui reſpondere recuſat. † ita diſponit expreſſus tex. in c. 2. de confeſſ. in 6. ibi, interrogatus iuſſusque à iudice, quem ita intelligit glo. in verſ. iuſſus, dicens, quod non ſufficit quod fuerit à iudice iuſſus per nuncium, niſi ēt à iudice fuerit interrogatus: duo enim copulatiuè ponit textus, interrogatus nempe & iuſſus, idem voluit Din. in c. contra eum, de reg. iur. in 6. Cin. in l. quod obſeruari, §. quod ſi actor, in fi. C. de iuram. calum. ſubdēs, qđ de iure Canonico eſt expeditum. Archid. d. c. 2. nu. 1. vbi dicit, textū non habere locum in abſente qui citatur vt veniat reſponſurus poſitionibus, quia maior eſt illius contumacia & contemptus qui præſens in iudicio recuſat, quā eius qui abſens non venit, ſequuntur alij Doctores ibi; idē tenuit Bart. in l. certum, in prin. nu. 2. ff. de confeſſ. ſubdens, oportere, qđ ſit præſens in iudicio & iuſſus recuſet, & dicit Angel. ibi, in fine, qđ aduocatus debet eſſe cautus vt ſeruet ad vnguem practicā dicti textus, Bar. in d. §. quod ſi actor, nu. 4. vbi tria dicit requiri, qđ lis ſit conteſtata, quod ſit præſens in iudicio, & qđ fuerit iuſſus à iudice. Repetit Salic. in fi. & ita tenent oēs, vt dicit Curt. iun. d. l. quod obſeruari, nu. 55. vbi multos allegat, diſputans de veritate illius requiſiti, qđ poſt litem conteſtatā producantur poſitiones, Abb. in c. cū cauſam, num. 13. de iuram. calum. quia ſcđm eum plus operatur iudicis iuſſus in præſente, quā nuncij monitio in abſente: nā iudicis iuſſus inducit peremptoriū, qđ non facit monitio nuncij. Papienſ. in forma poſition. actor. in verſ. reſpōderi, & in forma excipien. contra poſitio. in ver. tranſmiſſatum, vbi dicit cōi iure nō reputari contumacē, nec haberi pro confeſſo eum qui non fuit per iudicem perſonaliter interrogatus, & iuſſus reſpōdere, licèt aliud diſponatur à ſtatutis & conſuetudinibus Lombardiæ. Iaſ. in Authēt. hoc amplius, nu. 3. C. de fideicommiſs. vbi infert, qđ hæres quoque vt incurrat priuationis pœnam, de qua ibi, debet perſonaliter à iudice moneri, & non ſufficit quod per nūcium vel epiſtolam monitus fuerit. Aret. in c. 1. nu. 25. de iudic. vbi ēt Dec. nu. 13. idem vr̄ ſentire Purpur. in conſi. 246. nu. 8. Berous d. c. 1. nu. 99. in fine, de iudic. & in c. quoniam contra, nu. 199. de probat. vbi ponit tria requiſita de quibus ſupra, Crau. in conſi. 254. nu. 3. vbi fortius vult, quod non ſufficiat procuratorem moneri, ſed perſona principalis ſit citanda, & conſil. 330. nu. 10. vbi in vniuerſitate dicit ſindicum eſſe monendum, ex quo vniuerſitas non habet perſonam, & præter eos ita quoque illum textum intelligit Lanfranc. in cap. quoniam contra, c. 6. de reſcript. nu. 3. vbi tria dicit requiri vt contumax habeatur pro cōfeſſo, quia recitata ſunt. Gail. lib. 1. obſeruat. 80. num. 5.

Præterea dicti fratres in facto noſtro non videntur contumaces, qui a habuerunt iuſtam cauſam recuſandi: nā poſitionum copia non fuit eis trāſmiſſa, ſed ſimpliciter per nuncium citati fuere ad reſpondēdum, &
2 tamen danda erat copia poſitionum, † vt voluit Bald. ad Specul. in tit. de teſtibus, §. copia, & ita de conſuetudine ſeruari dicit Iaſ. in l. 2. nu. 5. C. de eden. idem Iaſ. in l. 1. nu. 16. ff. ſi certum petat. Veſtr. in ſua praxi, c. 14. nu. 9. vbi ait, ita Romæ ſeruari, vbi Garauat. nu. 33. dicit, multis in locis ſe quoque vidiſſe ſeruari, vbi autem iuſta ſubeſt cauſa recuſandi, tunc non habetur pro con-
3 feſſo, † vt probat tex. in d. cap. 2. ibi, abſque rationabili cauſa recuſet. & ibi notant omnes. Bar. d. §. qđ ſi actor, nu. 4. in fine, vbi Salic. nu. 10. dicit talem requiri contumaciam, quæ nullo modo excuſari poſſit. Butr. d. c. cum cauſam, num. 21. Bald. in l. vnica, C. de confeſſ. ſed ante eos gl. in d. c. 2. in verſic. rationabili cauſa, vbi multas recitat cauſas contradicendi Lanfranc. d. c. quoniam contra, c. 6. nu. 3. Bero. in eod. cap. num. 196. & in ſpecie ponit Iacob. Butr. in l. 1. ff. de interrog. action. vbi dicit, quod etſi contumax in reſpondendo poſitionibus habeatur pro confeſſo, tamen ſi non trāſmittantur poſitiones, excuſabitur: quia ignorans non punitur. idē videntur tenere illi qui Butrig. ſequūtur, & de quibus infra faciam mentionem, quare cum in facto tranſmiſſæ non fuerint poſitiones iactæ, potuerūt dicti fratres recuſare, & hac ratione dici non poſſunt contumaces.

Nec dicatur quod diſpoſitio dicti c. 2. de confeſs. in 6. non procedit, quando iudex comminatus eſt parti quod habebit eam pro confeſſa, niſi reſpondeat, vt videtur voluiſſe Spec. in tit. de poſitio. §. 9. nu. 3. quia reſpondetur, in contrarium ſtare textum prædictum, &
4 cōem illius intelligentiam, † & iudicem non poſſe imponere parti contumaci pœnam, quod habebitur pro confeſſa, niſi reſpondeat: quia hoc modo propter leuem contumaciam perderet totam cauſam, quod non
5 eſt dicendum, † ſecundum gl. in l. 1. §. hoc iudicium, ff. ſi quis ius dic. non obtemp. & Bald. ibi, nu. 2. dicit, quod iudex interloqui nō poteſt, quod habebit partem pro confeſſa, ex quo non poteſt excedere terminos legis, à qua ſtatutæ ſunt aliæ pœnæ contra contumaces, præcipuè vbi agitur de contumacia abſentis, ſecus autem quādo ageremus de contumacia præſentis, quia eius præſentis maior eſt contumacia quam abſentis, l. 2. cum ibi not. C. quom. & quand. iud. infertque quod ob contumaciam in non veniendo haberi nemo poteſt pro confeſſo; & ideo Cin. in d. §. quod ſi actor, cum dicit, quod iudex poteſt pœnā confeſſi imponere ei qui recuſat reſpondere, ſubdit, hodie tamen eſſe expeditum de iure Canonico, per dictum c. 2. de confeſs. atque ita præſupponit, quod hodie non poſſit iudex confeſſi pœnam comminari, ſed eum tanquam contumacem habere. & ratio eſt: quia tacens in iudicio, haben-
6 dus eſt potius pro negante, quā pro confitente, † l. hoc autem, §. ſin autem, ff. ex quib. cau. in poſſ. eat. & hac ratione Gofred. & Martin. Silliman. quos refert Cin. in d. §. ſi actor, dixere, quod contumax non habetur pro confeſſo, quia potius haberi debet pro negante.

Iſtis

Google

Iſtis tamen non obſtantibus, teneo ſuſtineri inter-
loquutoriam, ſeu pronnnciationem à D. Vicario fa-
ctam ad fauorem Reuerendi Capituli, quod dicti fra-
tres habeantur pro confeſſis, ex quo poſitionibus non
curatunt reſpondere, ſæpius ad id moniti, & cōminati
in ſpecie ſub dicta pęna: nam iudici conceſſum eſt pœ
nis etiam adhibitis ſuam defendere iuriſdictionem,
7 † l.1. in princ. ff. ſi quis ius dic. non obtempera. & con-
tumax in non veniendo cum eo citatus offendit iuriſ-
8 dictionem iudicis, † vt probat gl. ibi, quam notat Bal.
nu.3. & dicit textus in l. contumacia, ff. de re iud. quod
contumacia litigātis, litis damno coercetur, & ibi gl.
ponit de contumacia non venientis. contumax enim
9 largo modo dr̃ rebellis. Bart. † in Extrauag. qui ſint
rebelles, in ver. rebellando. Ange. in l.2. §. fin. ff. de iud.
etſi contumax poteſt mulctari, vt in d.l.1. & per Doct.
in l.1. ff. ſi quis in ius voc. non iuer. quare eodem modo
non poterit pœna confeſſi puniri, & à iure infinitæ pœ
10 næ inuentæ ſunt contra contumaces, † vt latè videri
poteſt apud Maran. de ord. iud. in 6. par. in 2 membr.
princip. nu.9. & ſeq. vbi cumulat vigintiquatuor pœ-
nas quæ à iure indicuntur contumaci, & in ſpecie facit
tex. in l.2. §. Diuus, il primo, ff. de iure fiſci, vbi qui recu
ſat fiſco edere, habetur pro confeſſo quoad id quod fi-
ſcus erat probaturus per ſcripturam, quæ à reo occul-
11 tatur, & non editur, † & iudex poteſt plura adhibere
remedia, vt ſibi pareatur, etſi vnum elegit poſt aliud
12 adhibere. † Bar. in l. conſentaneum, C. quom. & quādo
iud. Alex. in l.4. §. ex conuentione, in 2. not. ff. de re iud.
Iaſ. in l. nulli, col. 2. C. de iud. & ſi iudex pōt contuma-
13 ci denegare audientiam, † l. ſed ſi per prætorem, §. ſed
ſi dū decreto, ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. vbi hoc pro-
batur procedere, non ſolum in cauſa in qua eſt contu-
max, ſed etiam in alia, ſecundum Ang. ibi Iaſ. in l. iuſ-
iurandum, & ad pecunias, §. ait prætor, in 2. not. ff. de
iureiur. vbi poſt Bal. dicit, quod iudex poteſt, & alium
iudicem requirere vt illi deneget audientiam. Maran.
loco præcitato, nu.17. quāto magis poterit illū pronun
ciare pro confeſſo, ſi nolit reſpondere vel comparere.

Secundo, vbi etiā de iure pęna confeſſi non eſſet par
ti imponenda, tñ poſtquam eſt impoſita, & declarata,
ſuſtinetur, quia multa facta tenent quæ fieri prohiben
14 tur, † l. patre furioſo, vbi Doct. præcipuè Iaſ. latè exor
nat, ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. latè Lamber. de
iure patr. lib.10. art.7. in 1. par. Contar. in l. vnica, lim.
13. nu.2. C. ſi de momen. poſſ. vnde videmus, quod etſi
non poſſit quis ob præſumptam contumaciā mulctari,
tamen ſi iudex pro ea imponat mulctam non erit nul-
15 la, ſed ſuſtinebitur † ſecundum Bal. in l. & in mulctis,
C. de appell. Alex. d.l. vnica, §. fin. ff. ſi quis ius dic. non
obtemp. Aret. in c.1. nu.49. extra de iudic. Iaſ. in d.l. pa
tre furioſo, nu.31. quare ergo non ſuſtinebitur decla-
ratio pro confeſſo quæ fuit facta, licet regulariter non
poſſit fieri niſi ſit à iudice præſens interrogatus, & iuſ-
ſus, facilius enim ſuſtinetur quid iam factum, quam
de nouo fieri permittatur, l. fin. §. penult. C. de don. an-
te nupt. Doctor. in l. fin. C. de eden.

Tertio, dicti fratres quando fuerunt moniti quod
veniant ad reſpondendum poſitionibus, cum commi-
natione, quod aliàs pronunciarentur pro confeſſis,
nihil oppoſuerunt contra dictam comminationem,
imo nec contra pronunciationem per quam fuerunt
declarati pro confeſſis, ideo ſuſtinetur actus ille, etiā
ſi de iure fieri non potuiſſet, argumento eius quod po-
ſuit Innocen. in cap. cum dilecta, in ver. furtiuè, in fin.
de reſcript. vbi vult, quod etſi regulariter non valeat
ſententia contra ſententiam, tamē fallit, quando pars
quæ primam obtinuerat ſententiam, non oppoſuit
exceptionem rei iudicatæ, & paſſa eſt de primæ ſenten
16 tiæ iuſtitia cognoſci. † Roman. in l. admonendi, in 9.
lim. ff. de iureiur. Franch. in c. dilecto, col.9. de appell.
& ad hoc infinitos cumulat Fel. in c. inter monaſteriū,
col.11. verſ. limita octauo, de re iud. in ſimili dixit Bal.
in l. fin. C. de non num. pec. quod iurās pecuniam fuiſ-
ſe numeratam non admittitur ad probandum con-
trarium, ſed ſi parte nō opponente probauit non fuiſſe
17 numeratam, abſoluetur. † ſequitur ibi Salic. Alex. in
conſ.89. num.15. vol.2. & in d.l. fin. Bald. infert, quod ſi
probationes ſint receptę contra iurm, poterit tunc iu-
18 ramento nō obſtante allegari ſimulatio. † Alex. alios
citans, in l. nemo poteſt, nu.17. ff. de leg.1. Soc. in conſi.
264. col.4. vol.2. Iaſ. in l. iuſiurandum, §. procurator, ff.
de iureiu. Pariſ. in conſ.53. nu.37. vol.1. Rim. in cōſi.62.
num.33. & ſeq. & multos citat Vantius tract. de nullit.
tit. quib. mod. ſent. nulla deſen. poſſit, num.60. vbi pro-
bat, quod iudex eccedere poteſt fines mandati ſi pars
non contradicat, & probat, quod non ſufficit partem
contradicere niſi etiam appellet; qñ partis contradi-
ctioni iudex non acquieſcit, & ponit Contard. d. limit.
13. vbi examinat quæſtionem, qñ iudex parte non op-
ponente admittit appellationem cui de iure non eſt
deferendum, vt quia lata eſt in cauſa poſſeſſoria, & po
nit, an ſufficiat contradictio, vel ſit neceſſaria appella-
tio. in facto aũt nulla fuit facta contradictio à princi-
pio dū res erat integra, nullaq; poſt interloquutoriā
introducta appellatio, ergo nunc non poteſt actus ille
impugnari, quia vr̃ approbatus per taciturnitatem.

Non obſtat igitur quod poſitiones non habeantur
pro cōfeſſis, niſi iudex ipſe præſentem interrogauit, &
rñdere iuſſerit, quia rñdeo, ſatis dici iuſſum, & interro
garum à iudice eum, qui per nuncium, & epiſtolā, vel
literas à iudice ordinatas iubetur rñdere, qui enim
19 per alium facit, ipſe facere † vr̃, c. qui per aliū, de reg.
iur. in 6. l.1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armata, l. non ideo,
C. de accuſ. l. ita, §. quod ſi quis, ff. de admin. tutor. l. is
damnum dat, vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. & omnia
noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authori-
tatem, l.1. verſ. omnia, C. de veter. iure enunclean. l. in
ædibus, §. qui filio fam. ff. de donat. & textus non dicit
quod iudex immediatè, & perſonaliter iubeat rñde-
re, ergo ſufficit quod ei iubeat per nūcium vel literas,
& nuncius dr̃ merus executor facti reſpectu volunta-
20 tis iudicis, † gl. in c. paſtoralis, §. qa vero, in verſ. ſciat,
de offic. deleg. vbi Anch. nu.3. Butr. nu.8. Imo. num.11.
Abb. nu.3. Bar. in l. à diuo Pio, in prin. nu.10. vbi etiam
Imo. nu.3. & Iaſ. nu.14. ff. de re iud. Abb. in c. fin. nu.12.
de præſump. vbi Fel. nu.20. Dec. in c. nouit, nu.7. de ap-
pellat. & ei creditur etiam ſine literis, quando eſt pu-
blicus, licet aliud ſit quando eſt deputatus ad vnicum
21 actum, † gl. in c. prudentiam, ver. per certum nuncium,
de off. deleg. in c. cum parati, in ver. nuncius, de appel.
Maran. de ord. iud. in 6. par. §. propoſui, num.45. & 79.
multo ergo magis quando, vt in facto noſtro, habet li-
teras iudicis manu ſubſcriptas, atq; eius ſigillo ſigna-
tas, vt per Bart. in Extrauag. ad reprimendum, in verſ.
per literas, & vbi etiam agitur de pœna incurrenda,
22 qui facit per alium, dicitur facere, † c. ſi quis ſuaden-
te, 17. q.1. & maior contemptus iudicis vel maior con-
tumacia eſt illa quæ committitur in non comparen-
do, quam illa quæ conſiſtit in non parendo: nam qui
non comparet, peccat in duobus, quia non comparet,
& non paret: qui verò non paret, peccat in vno tātum,
ideo peccans in non comparendo, grauius punitur.
23 † Abb. in cap.1. num.10. de iudic. vbi Aret. num.23. &
Dec. num.12. & ſequen. vnde infert Abb. in loco præ-
dicto, quod cōtumax in non comparendo in cauſa le-
ui, poteſt excommunicari, quamuis aliud ſit in con-
tumace in non parendo. Et ſubdit alibi non legiſſe,

ſi enim

ſi enim pronunciatur pro cõfeſſo qui præſens, & iuſſus
recuſat rñdere, quare non debet eodẽ modo pronun-
ciari abſens, qui non vult venire ne interrogetur, & iu
beatur, & vt idem contemptus, & eadem iudicis offen
ſio. & quamuis diſpoſitio dicti c. 2. ſit odioſa, tñ odiũ
eſt rationabile, & fundatum ſuper contumacia rei, &
in obedientia, quam iura deteſtantur, & quod textus
24 non dicit, nec nos dicere† debemus, l. illam, vbi Iaſ. C.
de collation. §. optimum, in Authen. de non eligen. ſe-
cun. nub. Becius in conſi. 25. nu. 4. ideo Iacub. Butrig. in
l. 1. ff. de interrog. actio. tenet, quod iuſſus per nunciũ
habeatur pro confeſſo, ſi non comparet, non minus q̃
25 ſi eſſet iuſſus à iudice,† quæ opinio ſi rationibus agen-
dum eſſet, mihi admodum placet, quãdo nuncius ſe-
cum habet literas iudicis, quibus iubetur abſens re-
ſpondere poſitionibus, vt fieri ſolet in Lombardia, vbi
per literas monentur rei ad aliquid faciendum, & illæ
per nuncium publicum deferuntur ad citatum, & hoc
modo poteſt ſuſtineri dictum Iacobi Butrigarij.

Secundo rñdetur, quod diſpoſitio dicti cap. ſecũdi,
de confeſſ. in 6. & doctrina Doctorum in contrarium
allegatorũ non procedit, qñ iudex præter primam ci-
tationem factam ad reſpondendum poſitionibus, ite-
rato partem citat, comminando, quod niſi compare-
rit, & rñderit, eũ pronunciabit pro confeſſo, tunc enim
ſi perſiſtat in ſua contumacia, poterit haberi pro con-
26 feſſo, † ſecundum Specula. in titu. de poſitio. §. 6. nu. 3.
vbi conſulit iudici, quod ſeruet hanc practicam. & ra-
tio eſt: quia comminatio aggrauat culpam, & conuin-
27 cit malitiam rei,† vt inquit Bal. in Rubr. C. cõminat.
vel epiſtol. nu. 1. vbi etiam dicit, quod ex quo iudici p
mittitur comminari, debet ipſa comminatio aliquid
operari. Secunda eſt ratio: quia geminata monitio &
ipſa aggrauat reum, & oſtendit illius pertinaciam, vt
dicimus de trina, per Authen. Hoc amplius, C. de fi-
deicom. & qñ plures ſunt iudicis iuſſiones, tunc plures
etiam ſunt partis inobedientis contemptus; cũ ergo
textus loquatur qñ nulla cõminatio facta eſt, ſed ſim-
plex monitio ad reſpondendum, non habebit locum
qũ monitio duplex eſt, & qñ acceſſit ẽt comminatio iu
dicis, tunc enim quæ ſingula non proſunt, multa iuuãt,
28 † l. ſi ſtipulatus, in princ. vbi gl. ff. de vſur. gloſ. in l. 2. in
princ. ff. de excuſ. tutor. Alex. conſi. 1. nu. 22. vol. 3. Affli.
in deciſ. 13. num. 28. Soc. iun. in conſ. 8. in fine, vol. 2. Et
eum ſpernens ſimplicem monitionẽ factam ad reſpon
dendũ poſitionibus, puniatur pęna contumacię, adeo,
quod contra eum proceditur tanquam contumacem,
ſpernens duplicem citationem, & comminationem,
remaneret impunitus ſi non haberetur pro confeſſo,
nec vltra puniretur, quam quod habeatur pro contu-
mace, ideo Butr. in c. eum cauſam, nu. 21. de iuramento
calum. dicit opinionem Iac. Butr. iũgendã eſſe cũ opi-
nione Specul. & contumacem habendum eſſe pro con-
feſſo, qñ facta eſt comminatio quod pro confeſſo ha-
29 bebitur niſi reſpondeat; & † cum eo tranſit quoque
Alex. in conſi. 188. nu. 3. vol. 2. & ante eum Roman. in l.
de pupillo, §. meminiſſe, nu. 4. ff. de oper. nou. nunc. idẽ
voluit Pariſ. in c. quoniam contra, nu. 63. de probatio.
& facit quod voluit Bero. in c. 1. nu. 102. ver. vel atten-
tari, de iud. vbi ait, quod etſi regulariter contumax in
non reſpondendo poſitionibus non habeatur pro cõ-
feſſo, nec excommunicari poſſit, tamen ſi iudici videa-
tur, poterit excommunicari, ſecundum ergo etiam po
terit haberi pro confeſſo: quia duo hæc a pari proce-
dunt in ea materia, vt per Doctor. ibi. diſtinguendum
erit igitur, an vnica, & ſimplex præceſſerit citatio, &
tunc contumax non habebitur pro confeſſo; aut du-
plex præceſſit citatio cum comminatione prædicta, &
tunc reo non comparente, locus erit comminationi. &
quamuis Abb. in d. cap. cum cauſam, contradicat Bu-
trio, tamen ſoli illius authoritati non eſt ſtandum cõ-
tra tot graues authores, quales ſunt Specul. Butr. Ro-
man. Alexan. & Pariſ. in dubio tenenda eſt illa opinio
quæ diſtinguendo conciliat contrarias ſententias.
30 † Aret. Inſtit. de emptio. in princ. num. 2. Soc. conſ. 66.
nu. 28. vol. 1. Ripa, in l. ita ſtipulatus, num. 6. ff. de verb.
oblig. Neuizan. in Silua nuptiali, libro 5. nu. 32. Berg.
in conſi. 100. nu. 3. vol. 1. Nec dicatur, quod communis
eſt opinio in contrarium, quoniam illi non contradi-
cunt, ſed loquuntur in facto diuerſo, quando ſcilicet
vnica eſt citatio, & nulla interuenit comminatio, pro-
pterea opiniones dicuntur non contrariæ, ſed diuer-
ſæ, & quælibet obtinet in ſuis terminis.

Nec dicatur, quod hoc poſſet admitti, ſi dictis fra-
tribus fuiſſet tranſmiſſa copia poſitionum vti dicit Ia
cob. Butr. in d. l. 1. ſed in facto non fuit tranſmiſſa, ideo
iuſtam habuerit cauſam non cõparendi. ad hoc enim
rñdeo, quod imo non eſt danda copia poſitionũ ante-
quam pars rñdeat, quia poſſet inſtrui, atque ita falsũ
31 rñdere, & hanc partem tenere † vt Bal. in l. 2. nu. 6. C.
vt lit. pẽd. latiſſime probat multis rõnibus Luc. de Pe-
na in l. in ſacris, la terza, C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.
12. nu. 13. & ſeq. vbi diſputat ad partes Marant. de or-
din. iudic. par. 6. art. 5. nu. 19. Grauat. ad Velle. in ſua
praxi, c. 14. nu. 33. in quibus locis aduocatum quoque
non admittunt, quando pars reſpondet poſitionibus,
& licet vana ſit obſeruãtia, tamen in Curia Mirandu-
læ viget conſuetudo, quod poſitionum copia non de-
tur, ſed pars accedit ad iudicem, & audito poſitionũ
tenore cogitur ſtatim cum iuramento reſpondere, &
hanc partem probauit Neuiz. qui alios citat, in conſi.
75. nu. 2. Sola in 2. par. conſtitut. Pedemon. tit. de poſi-
tion. gloſ. 5. in fine, folio mihi 95.

Secũdo huic obiecto occurritur: quia poſitiones de
quibus agimus, continet ipſorum conuentorũ factum
proprium, quod ſcilicet prędium emphiteuticum Ca-
pit. permutarunt, quod illius poſſeſſionem actualem
tradiderunt, quod prædij eius loco recepti fructus p-
ceperunt, quæ omnia conſiſtunt in eorum facto. at vbi
poſitionum materia reſpicit propriũ factum rei, tunc
non eſt danda earum copia, ſed reus cogitur ſine dila-
tione, & ſemoto aduocato reſpondere, aliàs ſi daretur
copia, poſſet facile inſtrui ad reſpondendum contra
32 veritatẽ.† ita declarat Bal. in d. l. 2. nu. 6. C. vt lite pen-
den. ſubdens, quod ita quotidie practicatur. ſequitur
Alex. in l. 2. nu. 4. C. de eden. quia ſecundum eum, habi
ta copia poſſet inſtrui ad committendum falſitatem.
& ibi Curt. in additio. idem Curt. iun. in l. 2. nu. 11. vbi
dicit eſſe communem opinionem, & allegat gl. ſic te-
nere, in cap. 1. in glo. magna, poſt princ. de confeſſ. in 6.
& reprehendit Iaſ. contrarium tenentem, ſubdens, qđ
ſuper conſuetudine per eum allegata non poteſt fieri
fundamentum, niſi obtenta eſſet in contradictorio iu
dicio, quia fortè actores voluntariè miſerunt copiam
parti, iudice non cogente. Purpur. quoque in d. l. 2. nu.
92. tenet hanc partem, & negat conſuetudinem exta-
ri, & reprehendit Iaſ. Dec. nu. 22. qui limitat, quando
etiam in facto proprio eſt probabilis ignorantia. &
Cagnol. ibi, nu. 30. negat extare conſuetudinem alle-
gatam à Iaſone. idem voluit Fel. in c. 1. col. 11. de pro-
bat. Grauat. loco præcitato, nu. 33. Sola in 2. parte cõ-
ſtitut. Pedem. tit. de poſitionibus, glo. 5. vbi limitat, &
ipſe, quando tale eſt factum, quod etſi proprium iuſtè
potuit ignorare. cum igitur hæc ſit communis limita-
tio, attendi debet, nam cum agatur de facto proprio,
nulla ſubeſt ratio, quare ante reſponſionem danda ſit
copia, & ad hoc inuentæ ſunt poſitiones, vt per eas po
33 nens releuetur ab onere probandi. † c. 1. vbi gl. magna,
de con-

de cōfeſſ.in 6.vbi not.Franch.& alij.Spec.in tit.de po-
ſition.§.2.nu.1.Bar.in l.2.§.ꝗ obſeruari,nu.30.C.de iu
ram.calum.Marant.d.art.5.nu.1.Nat.in cōſ.59.nu.8.
Rol.in cōſ.90.vol.3.Veſtr.d.c.14.in prin.Gaill.li.1.Ob-
ſeruat.79.n.2.Sola in d.tit.gl.1.n.5. at facile eludi poſ
ſet hęc legū intētio,ſi daretur copia ante reſpōſionem.

Tertio reſpondeo,quod vbi de iure danda eſſet po-
ſitionum copia reo, id intelligendum eſſet, quatenus
ab ipſo reo petatur,arg.l.peto,§.fi.ff.de leg.2.ibi,quod
ſi cautio non fuerit deſiderata,& per illum text. dixit
ibi Caſtr.quod ſi appellans fideiubere debet de expē-
ſis, alias proceſſus ſit nullus,valebit proceſſus fideiuſ-
34 ſione non præſtita,ſi non fuerit poſita. † Alex.in con-
ſil.96.vol.4.idem probat tex.in l.vniuerſa, iuncta glo.
ibi,C.de precib.Imper.offer.vbi Caſtr.idem voluit, &
ſequitur Iaſ.ibi,Natta in cōſi.685.per totum. Ripa,in
l.4.§.hoc antē iudicium,nu.4. ff.de dam. infecto. Facit
gl.in Clem.quia cōtingit,§.vt aūt, verſ.annis ſingulis,
de religioſ.quæ vult,quod etſi rectores hoſpitalium ex
illius textus diſpoſitione teneantur ſingulis annis ra-
tionem reddere,tamen eſt verum, ſi fuerint requiſiti:
eā ſequuntur ibi Pau. Liaz.& Card.Flor. qui refert ita
ſe conſuluiſſe. Alex.in conſi.1.nu.5.vol.7.ſic in vſufru-
ctuario qui tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbi
trio boni viri,l.vſufructu cōſtituto,C.de vſufruct. Fed.
de Sen.conſi.46.Alc.in conſ.58.nu.6.& 7.vol.3.Iaſ.cō-
ſil.40.nu.2.vol.1. tn̄ ſat eſt ſi petenti moram nō faciat,
35 ſi enim non petatur,non præſtat cautionem,† arg.l.2.
§.quod ait pretor,ff.quor.leg.Bar.in d.l.vſufructu.Bal.
in l.1.C.de vſufruct.latiſſimè comprobat Dec. in con-
ſil.607.nu.2.& ſeq.Rui.in conſi.91.nu.10. vol.2. vbi id
vult in fortiori caſu, qn̄ ſtatutum mandat reſtitui fru-
ctus perceptos ante præſtitam cautionem, quia ni-
hilominus intelligitur qn̄ fuit à parte petita. Soc.iun.
conſ.72.nu.8.vol.2.& bene declarat Natta in cōſ.477.
num.1.& ſeq.ſic etiam agens ex empto, debet offerre
pretium,l.Iulianus,§.offerri,ff.de action.empt.ſed in-
36 telligitur ſi petatur.† Bal.in l.ſi traditio,in 3.queſt.C.
de action.empt.in l.1.Cod.de his quæ ſub modo,& eſt
generalis regula,quod vbi lex vel ſtatutū mandat ali-
37 quid fieri,id ſemper interpretatur,ſi fuerit petitū,† d.
l.2.§.quod ait prætor,l.ſi quis filium,§.ſtipulatio, ff.de
collatio.bonor.cap.1.de ſent.excom.in 6. cap.1. circa
finem,de ſepultur. in 6. Felin.qui multa cumulat in c.
fin autem,de reſcripr.Iaſ.etiam in d.l.vniuerſa,Dec.in
cap.licet cauſam,col.9.de probation.Ripa,d.l.4.§.hoc
autem iudicium,nu.3.& ſeq.ff.de dam.infecto,vbi in-
fert ad multas deciſiones, & ampliat multis modis,
poſito ergo quod poſitionum copia ſit parti tranſmit-
tenda, tamen hoc verum eſt, qn̄ pars illam petijt, vbi
autem non petijt, tunc ſibi ipſi,non alij imputare de-
bet;& ita cōtigit in facto,quia nunquam illam petijt,
ſed perſeuerauit pars conuenta in ſua contumacia.

Poſtremo,dicti fratres non poſſunt impugnare ſen
tentiam,ſeu pronunciationem illam,quia tranſiuit in
iudicatum,ex quo non appellarūt intra tempora a le-
gibus ſtatuta,qui enim non appellat,ſententiā ſuo fa-
38 cto confirmat,† l.fi.C.de ſent.quæ ſine certa quātitat.
& in iudicio quaſi contrahitur,l.3.§.idem ſcribit,ff.de
pecul. ideo pars tenetur ſtare ſententiæ ſicuti tenetur
39 obſeruare contractū,† Natta conſi.24.nu.22. & ponit
Specul.tit.de ſent.§.fin.nu.15.ſententia etiā quæ tran-
40 ſiuit in iudicatum, habetur pro veritate, † l.ingenuū,
ff.de ſtatut. homin. l.res iudicata, vbi Doct. præcipuè
Dec.& Cagnol.ff.de reg.iur.c.diffinitiua, 2.q.6.gl.in l.
ſi non ſortem,§.hæredi, ff.de condic. indeb. & infinitæ
poſſent allegari authoritates quas omitto.

Quod ſi dicatur, hic non agi de iniquitate ſentētiæ
ſed de nullitate,quæ efficit, ne ſententia vllo tempore
41 tranſeat in iudicatum,† l.ſi expreſſim,vbi glo.Bar.&
alij,ff.de appel.& non meretur ſententiæ nomē,l.Di-
uus,ff.de teſtam.milit. Bart.in l.2.ff.qui ſatiſd.cogan.
Corn.in conſi.125.vol.1.& non poteſt exequi,l.ſi cum
nulla,ff.de re iud.l.4.§.cōdemnatum,ff.eo.tit.gl.in l.1.
C.de edic.Diui Adr.tollen.Bar.in l.1.C.de execut.rei
iud Bal.in Auth.Quæ ſupplicatio,C.de precib.Imper.
offerend.& eſt vulgare,quod exceptio nullitatis impe
42 dit executionem ſententiæ,† d.§.cōdemnatum,Doct.
in l.à Diuo Pio,in prin.ff.eo.tit.l.3.§.ibidē,ff.ad exhib.
multos allegaui in conſi.99.nu.19. & ſeq. nullitas pōt
43 allegari vſque ad triginta annos,† gl.in Sum.35.q.9.
in fi.Spec.in tit.de ſent.§.iuxta,verſ.fi. Bal.in conſi.67.
col.2.vol.3.Tiraq.de retractu cōſang.§ 36.gl.2.nu.18.
circa fi.vbi addit Gul.à Monte Laud.Imol.Guid.Pap.
& alios,& eſt communis obſeruantia,vt inquit Gaill.
lib.1.Obſeru.127.nu.8.Reſpondetur,quod ea pronun-
ciatio non poteſt dici nulla ex prædictis cauſis ſupra
latè firmatis,quinimo,eſt valida & iuſta,quia,vt dictū
eſt,accedente comminatione, poſitiones pronunciari
poſſunt pro confeſſis, & vbi etiam dici poſſet ſenten-
tiam fuiſſe latam,contra textum, in d.c.2. adhuc non
eſſet nulla,quia poteſt iudex regulariter pronunciare
pro confeſſo eum, qui recuſat poſitionibus reſponde-
44 re,vt per multas rationes concludit † Cin.in d.l.quod
obſeruari,§.quod ſi actor,nu.8.vſq; ad fi. C.de iuram.
calum. Rom. in l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de oper.
noui nunc.& hoc procedit non ſolum quando eſt con-
tumax in reſpondendo poſitionibus,ſed etiam quan-
do in alio articulo non vult parere, puta, quando re-
cuſat producere inſtrumentum quod tamen produce-
re tenetur, quia tunc poteſt pronunciari pro confeſſo
circa id quòd pars intendit probare per inſtrumentū,
45 quod actor recuſat producere, vt probat † Purpur.in
conſi.266. per totum, & ratio eſt: quia omni remedio
poteſt iudex defendere ſuam iuriſdictionem, vt dixi
in primo fundamento,& tex.in d.c.1.non procedit vl-
terius annullando actum contrarium,& non loquitur
prohibitiuè, ergo actus cōtrarius nō redditur nullus,
46 tanquam factus contra legem, † vt probatur in l.fin.
C.de ſent. ex breu. recitan. vbi id notat Salic.Alex.in
conſi.24. nu.2.vol.4. Fel.in c.cum dilecta, col.14. am-
pliat. 10.verſ.eſt verum quod,de reſcript. Iaſ. in l.non
dubium,nu.18.C.de legib.vbi ita limitat iura quæ di-
cunt nullum eſſe quod factum eſt contra legis diſpoſi-
tionem,quia intelligitur de lege prohibitiua, vel pro-
cedente vlterius ad annullationem actus.

Præterea,id procederet, ſi pars cōtra cominationē
ſibi factā oppoſuiſſet,ſed cū ea facta, & executa fuerit
parte non opponēte,impugnari nunc non poteſt,quia
multa facta tenent,& quia qđ parte opponente dene-
gatur,id ea tacēte ſuſtinetur, vt probaui ſupra in 2.&
3.arg. vbi probaui, quod non ſolum opponere, ſed
etiam appellare debebat, non autem tam diu tacere.

Et per hoc rn̄detur ad id quod voluit Bal.in d.l.1.§.
hoc iudicium,ff.ſi quis ius dicēti non obtēper.vbi vult,
ꝙ iudex non poſſit pęnā confeſſi imponere. procedit
enim,quando pars contradicit. Præterea,intelligi debet
Bal.in pęna confeſſi,quæ reſpicit totam cauſam,& per
quā tota perditur cauſa;at vbi agitur ſolum de confeſ-
ſione eius circa quod fuit commiſſa contumacia,puta
47 † in reſpondendo poſitionibus,tunc ſuſtinetur pœna
a iudice impoſita,ita declarat Purpur.d.cōſ.266.nu.6.
verſ.& non intelligo,nos aūt agimus de ſolis poſitio-
nibus,quibus recuſauit reſpondere pars conuenta.

SVMMARIVM.

1 *Dotis cauſa vbi eſt in ſpecie priuilegiata, non comprehendi-
tur à ſtatuto generaliter loquente.*

Inſinua-

2 *Ioſinuatio non requiritur in dote.*
3 *Ioſinuationem requirens ſtatutum, non extenditur ad caſus in quibus de iure inſinuatio non eſt neceſſaria.*
4 *Proœmij verba arguunt cauſam finalem.*
5 *Donatio ex cauſa matrimonij non eget inſinuatione.*
6 *Donatio facta in cauſã matrimonij, dicitur donatio ob cauſã.*
7 *Inſinuatio non requiritur in donatione ob cauſam.*
8 *Actus corruit, & eſt nullus non ſeruata ſolennitate ſtatuti.*
9 *Forma ſtatuti ſeruanda eſt etiam in donatione facta filio.*
10 *Donationi non inſinuatæ poteſt donans contrauenire, & illam reuocare.*
11 *Inſinuationi requiſitæ à ſtatuto partes renunciare non poſſunt etiam cum iuramento.*
12 *Inſtrumentum non habens ſolennitates à ſtatuto requiſitas non probat quod contractus fuerit factus, nec iuramentum in eodem contentum.*
13 *Præſcriptionem inducens ſtatutum, procedit etiam in debito iurato, quando iuramentum aliunde non probatur quàm ex inſtrumento debiti, cuiusuis à ſtatuto eneruatur.*
14 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
15 *Donatio facta à patre filio propter merita, & propter ſanguinis affectionem, præſumitur potius facta ex affectione, quàm ex cauſa meritorum.*
16 *Cauſa quæ nocet inſpicitur, non quæ prodeſt.*
17 *Sponte, dictio, puram arguit liberalitatem, non autem cauſam vrgentem.*
18 *Modum important verba, vt poſſit nobilius, & condecentius nubere.*
19 *Modus concernens fauorem donatarij, & non tertij, non ſignificat cauſam finalem.*
20 *Cauſæ plures vbi concurrunt, vna ceſſante non deficit diſpoſitio.*
21 *Modus importat cauſam finalem quando dos relinquitur pauperi.*
22 *Exceptio aliquorum caſuum operatur, vt cenſeatur in alijs contrarium diſpoſitum.*
23 *Appellatio ſi ſit à ſtatuto prohibita, intelligitur etiam in caſibus à iure permiſſis.*
24 *Inſinuatio non requiritur in donatione propter nuptias facta ex parte mariti, ſecus ſi ex parte mulieris.*
25 *Donatio propter nuptias quæ non reſpectiuatur ad dotem, eget inſinuatione.*
26 *Dos data filiæ per patrem de bonis aui, vel ab auo nepti, non confertur per patrem fratribus ſuis, quando agitur de ſuccedendo patri, & auo reſpectiuè.*
27 *Donatio cauſa mortis, & ea quæ poſt mortem acquiruntur, non conferuntur.*
28 *Collationi non eſt locus, quando conſtat de voluntate donantis, quod donatio ſit præcipua, & non conferatur.*
29 *Donatio à principio valida confertur cum agitur de ſuccedendo donanti.*
30 *Dos data per auum nepti confertur per patrem ad cuius manus dos peruenit.*
31 *Dos cenſetur data nepti patris contemplatione.*
32 *Donatio quam pater fecit nurui propter nuptias augendo dotem, confertur per filium.*
33 *Collatio non fit contra voluntatem patris.*
34 *Trebellianicæ detractionem prohibendi coniecturæ, debent eſſe vrgentes, & neceſſariæ, non leues.*
35 *Præſumptio vna, & coniectura aliam tollit.*
36 *Collationẽ ſi pater non prohibeat videtur illam permittere.*
37 *Confirmationis natura eſt, rem in ſuo ſtatu manentem roborare, non autem extendere.*
38 *Clauſulæ acceſſoriæ non alterant naturam principalis diſpoſitionis.*
39 *Voluntas quæ ex actu tacito deducitur, eatenus colligitur, quatenus ex ipſo actu infertur de neceſſitate.*
40 *Collatio habet locum tantum inter eos qui ſuccedunt.*
41 *Actum faciens, obligat ſe legibus de illo actu loquentibus.*
42. *Hæreditatẽ acceptãs, cẽſetur illã acceptare cũ ſuis oneribus.*
43 *Conferendi neceſſitas, vel immunitas à collatione deducitur ex his quæ pater diſpoſuit in teſtamento.*

CONSILIVM CCCLXI.

OMISSIS duabus priorib. dubitationibus, quę meo iudicio nullam admittunt difficultatem, inſiſtam circa duas poſteriores, an ſcilicet donatio quæ à Domino Petro Ant. Ghello Bononienſi facta fuit Magnifico Domino Thadæo eius filio, & Dominæ Hippolytæ ex eodem Thadæo nepti, de aureis bis mille, ſuſtineri poſſit, quamuis non interuenerint ſolennitates requiſitæ à Bononienſi ſtatuto, videlicet præſentia iudicis, numerus ſeptem teſtiũ, & duo notarij, & vbi ſit valida, an mortuo poſtea patre donante, ea ſit per prædictum Dominum Thadæum conferenda Magnifico Domino Vliſſi fratri, & cohæredi. & quamuis exactè ac nihil omnino prætermiſſo Clariſſimi Domini Arbitri qui conuenere in ſententiam D. Vliſſi fauorabilem, vtramque quæſtionem pertractauerint, ne tamẽ votum meum petenti deſim, quid ego in re tam difficili ſentiam exponere nõ grauabor. Dubium autem quoad primum articulum in eo cõſiſtit, quod ſtatutum ſolennitates prædictas exigens, non videtur locum vendicare in donatione facta in cauſam dotis, quia nõ debet trahi ad caſus qui ſunt in ſpecie priuilegiati, ſecundum Salic. in l. fi. C. de dot. promiſſ. vbi dicit, cauſam dotis non includi ſtatuto,
1 quando eſt ſpecialiter in eo caſu priuilegiata. † Sequuntur alij apud Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 14. nu. 91. Pariſ. conſi. 81. num. 9. volum. 3. Ripa in l. fin. quæſt. 51. C. de reuocand. donation. Soc. iun. conſil. 12. colum. 3. volum. 2. reprobato Neguſ. in tractat. de pignor. in 1. membro, octauæ par. num. 23. Cagnol. in l. 1. num. 22. ff. de regul. iur. vbi hanc partem ſuſtinet. idem voluit Lamberteng. de contract. eor. qui ſine ſolenn. gl. 21. nu. 4. cum multis ſimilibus, dos autem non exigit iure communi inſinuationem, & in ea habet pri-
2 uilegium ſpeciale, † l. fin. §. 1. C. de iure dot. l. fin. C. de donat. ante nupt. Duen. regul. 224. in 1. limit. Purpur. conſi. 453. num. 29.

Præterea, ſtatutum requirens inſinuationem, non extenditur ad caſus in quib. de iure inſinuatio non eſt
3 neceſſaria, † vt probat ex multis Caſtr. in conſ. 212. nu. 3. vol. 2. ſequitur Vegius conſi. 52. nu. 9. & durum videretur, ſi caſus ab Imperatore excepti, viderentur incluſi in generali ſtatuto, vt inquit Monterent. ad prædictum ſtatutum Bonon. lib. 3. tit. de donat. in verſi. & hoc. Quod autem donatio facta fuerit ex cauſa dotis, ſatis demonſtrari videtur ex ijs, quæ in proœmio donationis leguntur, vt nobilius, & condecentius nuptui collocari poſſit, quaſi dictum ſit, quod mulier cum pinguiori dote nobiliorem, & ditiorem virum habere poteſt. & rurſus ſubditur, dotes in dies augeri. Hæc autẽ verba proœmij, finalem arguunt cauſam, quæ donan-
4 tem mouerit, † l. fin. vbi Bart. ff. de hæred. inſt. alias citaui in conſi. 110. num. 28.

Demum ſi non eſſet facta cauſa dotis, ſaltem negari non poteſt, quin ſit ex cauſa matrimonij, quæ etiam non eſſet inſinuatione, vt inferendo à donatione propter nuptias ad donationẽ ex cauſa matrimonij, con-
5 cludit † Dec. in conſi. 239. num. 1. in fine, verſi. vlterius ait, num. 3. in fine, verſ. vlterius, & eum ſequuntur Purpur. in conſ. 353. num. 29. & faciunt quæ ponit Natta in conſ. 609. num. 1. & ſequen. & num. 28. vbi ſuſtinet, quod donatio facta filio in cauſam matrimonij, valet, & non continetur in ſtatuto ſimpliciter loquente de dona-

donatione, quia fit & intelligatur donatio ob cauſã.
6 † idem voluit Becius alios citans in cõſ.20.nu.9. & ſe-
quen. Rol.in conſil.44.nu.9.& ſeq. vol.4. in donatione
7 autẽ ob cauſam facta, non requiritur inſinuatio. † gl. 3.
in l. Aquilius, ff.de donat. vbi etiam Bart.col.1. in fine,
Alex.in conſi.12.col.2.vol.1.Purp.d.conſi.353.num.9.
Natta dicto cõſi.609. Molin.de primog.Hiſpan.lib.2.
cap.8.num.15.& 16. vbi latè. hæc itaque dubiam red-
dunt deciſionem dominorum Arbitrorum.

Sed re diligenter conſiderata, iuſtiſſimum exiſtimo
eorum laudum, cum enim in ea donatione adhibitæ
non ſint ſolẽnitates à ſtatuto requiſitæ remanet actus
ipſe nullus, prout etiã in ſtatuto dicitur, quod ipſo iu-
8 re non valeat, vt in ſimili ſtatuto ponit † Burſat.in cõſ.
396.nu.19. 20. & ſeq. & poſt Rebuff. quem citat ponit
Virgin.in conſtitut. Picen.gl.5.nu.6. vbi quòd actus cor-
ruit quñ ſtatuti forma non eſt ſeruata, & hæc forma ſer-
9 uanda ẽt fuit in donatione facta filio, † vt per text.in l.
donationes, C.de donat.inter vir. & vxor. Dec.conſil.
426.nu.9. dicit Pariſ.in conſi.16. nu.23.vol.2. Decian.
conſi.3.nu.12.in 1.vol.cõſ.32.nu.51.in 3. Vegius conſi.
52.nu.3. & in noſtro ſtatuto. Pariſ.cõſi.33.nu.13.lib.3.
quem citat Monterent. in verſ.valeat, in fine. & facit
quod Doct. dicunt de donatione nõ inſinuata, dum vo-
lunt, quod donans poſſit illi contrauenire, immò & re-
10 uocare. † Imola, in d.l. Aquilius, ff.de donat. Alex.ad
Bart.in l. Modeſtinus, ff.eod.tit. Crauet. in conſil.542.
nu.4.& conſi.575.nu.2. intãtum, quod ſi donans ſemel
donationẽ impugnauit, non valebit de cetero pœnitẽ-
tia ductus illam inſinuare. Ang.in conſi.179. col.fi. &
poſt Alex.& Marſil.ab eo citatus Virgin.d.gl.5.nu.17.
Et licèt in inſtrõ donationis multæ ſint renũciationes,
multæque Clauſulæ, tñ illæ non tollunt vim ſtatuti, at-
que illius neceſſitatem & efficaciam, cui partes nullo
11 mõ potuerunt renunciare. Bart. † in l. ſancimus, in fi.
C.de donat. Bald.in l. illud, col.fi. C.de ſacroſ.eccl. Imo
la in d.l. Aquilius, in fi. vbi dicit cõem. Alex. in l. nemo
poteſt, nu.12.ff.de leg.1. vbi dicit quoque cõem. Dec.in
conſi.432.nu.31. Eleſantuc.apud Monterẽt. ad ſtatut.
Bonon.in tit.de donat.lib.3.in verſic.ſcribat. Decian.
in conſi.1.nu.70.vol.3. Berret.in cõſi.11.nu.14. Vegius
in conſi.52.nu.4. Plot.de in lit.iuran.§.52.nu.25. Bur-
ſat.in conſi.396.nu.29. Virgin.d.gl.5.nu.5. & 6. etiam
cum iuro, ſtante, quod vltra ius cõe cõcurrit ſtatutum,
vt poſt Bertr. Rebuf.& Silu. concludit Plot. d.§.52. nu.
24. Alciat.in conſi.759.in fi. Berrer.d.conſi.11.nu.15.&
Virg.d.gl.5.nu.6.& ſtatut. Bonon.in fi. mandat ea ſer-
uari non obſtante iuro; id quod fieri poteſt accedentè
Apoſtolica confirmatione, c. venerabilem, de electio.
Ruin.in conſi.60.nu.6.vol.4.conſil.55.in fi.vol.5. Go-
zad.in conſi.16.nu.16. Bero.in conſi.40.num.12. vol.3.
Accedat, quod ex quo inſtrm̃ non habet ſolennitates
à ſtatuto requiſitas, non probat quod contractus fue-
rit factus, nec quod iurm̃ interuenerit, ideo ſuper iuro
12 vis fieri non poteſt. † Abb.in c.cum contingat, nu.26.
de iureiur. Ruin.in locis prædictis. ſicuti enim inſtrm̃
non probat cõtractum, ita non probat iurm̃. Rota de-
ciſ.104.nu.2.in 2.par.in nouiſs. Addo Socin.in cõſ.97.
nu.5.volum.1.& abolitione inſtri reſoluitur omne ius
oriens ex inſtrõ, vt inquit Bal.in c.1.§.fi.nu.8. per quos
fiat inueſt. & ideo Rot. tenuit, quod ſtatutum inducẽs
præſcriptionem procedat ẽt in debito iurato, quando
iurm̃ aliunde non probatur, quam ex inſtrõ debiti, cu-
13 ius vis ſtatuto eneruatur, † vt apud Put. deciſ. 16. de
conſtit.& latè confirmat Io.Bapt. Bouius, in tract. præ-
ſcript.gl.29.nu.2. dicẽs, aliud eſſe qñ iurm̃ probaretur
teſtib. Crot.in conſi.76.nu.18. Paſet.in conſil.65.nu.2.

Non obſtat igitur, quod generalis diſpoſitio ſtatu-
ti non trahatur ad cauſam dotis, quia pluribus modis
reſpondetur. & primo, quod hæc donatio non fuit fa-
cta ex cauſa dotis: nam de dote in ea nulla fit mẽtio,
niſi dum dicitur, maximè cum experientia demõſtret
quotidie dotes augeri; quæ verba non inferunt, quod
quantitas fuerit donata in cauſam dotis, præſertim
cum donatio ſit etiam facta patri, & acquitatur tum
nepti, tum patri, etiam nõ ſequuto matrimonio, cum
14 tñ dos eſſe non poſſit ſine matrimonio, † l.3. ff.de iure
dot. l.fi. C.de don.ante nupt. §.pen. Inſtit. de nupt. Iaſ.
Ripa, & Niconit.in Rubr. ff.ſol.matrim. & quia etiam
dicitur donationem fieri ex alijs rationibus, & cauſis
eius animum mouentibus, quo caſu affirmare nemo
põt quod facta fuerit ex vna potius quam ex alia cau-
ſa, & ſic donatio non fundatur totaliter ſuper cauſa
dotis vel matrimonio, ſed ſuper alijs cauſis. & pro
hoc adduco multum ad propoſitum meo iudicio Ca-
ſtren.in conſi.346.nu.2.verſ.ſecundo videtur obſtare,
vol.1. vbi dicit, quod ſi pater donat filio propter meri
ta, & propter ſanguinis affectionem, donatio præſu-
metur potius facta ex affectione quam ex cauſa meri
15 torum, † licet ſic intelligendo reddatur nulla. ſequi-
tur Alex.in l.ſi donatione, nu.5.in fine, C.de collation.
vbi dicit, quod magis attenditur cauſa naturalis quã
accidentalis, & quod inſpicienda ſemper eſt ex pluri-
16 bus cauſis ea, quæ nocet, non alia quæ prodeſt. † Felin.
in c.1.col.5.in 5.limita.de re iudic. vbi ampliat etiam,
quando merita probantur: quia donatio non eſt tota-
liter fundata ſuper meritis. idẽ voluit Vegius, in conſ.
52.nu.27.& quod ea non fuerit ſola ratio, demonſtrat
dictio, maximè, adiecta à donante, vt benè ponderat
Felin.in d.c.1. loquendo de dictione, præſertim; idem
probauit Decian.in conſil.32.num.60.& ſeq.vol.3. vbi
poſt Bald. Imol. Cuman. Fulgoſ. Caſtr. Alex. & Iaſ. di-
cit, quod ſi pater ſtipulatur filio, & dicat id facere pro
pter merita, tamẽ cenſetur potius motus ratione ſan-
guinis quam ob merita. & doctrinam Caſtr. ſecutus
eſt Socin.in conſi.295.nu.9.verſ.ſextus & vltimus, vol.
2. Ceph.conſi.81.nu.12. Accedit, quod in princ. dicit ſe
donare ſponte, &c. quæ verba donationem arguunt fa-
ctam fuiſſe ex pura liberalitate, non autem ex vrgen-
17 ti aliqua † cauſa, vt in propoſito conſiderat Oldr. in
conſil.5. vbi loquitur etiam, ſi poſtea dicatur, quod fit
ex cauſa matrimonij, & in remunerationem. Alex.in
conſi.14.vol.1.in conſ.40.in tertio dubio, vol.4. Socin.
d.conſil.295.num.9. in princ.vol.2. vbi dicit ſe vidiſſe
conſultum Senis. & Oldradum in iſtis terminis con-
tradictorem non habere. Dec. in conſil.366. num.10.
Ruin.conſi.38.nu.3.& conſil.173.nu.13.vol.1. Pariſ.in
conſi.88.in fine, in 3.vol. Bertrãd.in conſi.1.nu.4.vol.5.
Franch. March.deciſ.326.nu.4. Decian.in d.conſil.35.
nu.59. Et illa verba, vt poſſit nobilius & condecentius
nubere, non important cauſam finalem, ſed modum,
18 † l.1. C.de his quæ ſub modo. Bart.in l.1.nu.51.& in l.
quibus diebus, §. Termilius, nu.2. ff.de cõd.& demon.
poſt glo.ibi, Felin.in cap.cum Ioannes, num.2. de fide
inſtrum. Ruin.in conſil.26.nu.8. vol.ſecundo. Cephal.
in conſi.81.nu.10. modus autem cauſam finalem non
ſignificat, quando concernit fauorem donatarij, &
19 non tertij, † l. Titio centum, in princ. ff. de condit. &
de monſtr. Angel.conſi.124.num.4. Alex.conſilio 127.
num.3.vol.7. Socin.conſil.56, num.4. vol.3. vbi dicunt
ideo, quod ceſſante cauſa nõ perit relictum, latè Dec.
in conſil.238. in fine, vbi multos allegat. Berous conſ.
22.nu.76.volum.2. Alciat.conſil.217.nu.4. Crauetta,
in conſil.59.num.5. Natta in donatione conſilio 609.
nu.13.& in præſenti facto res eſt clara, quia conſtat,
quod etiam ceſſante matrimonio donatio ſortiri de-
bet effectum, tum ex eo; quòd moriẽte nepte, donatio
confertur in patrem, tũ etiam, quia Auus ad donandũ
motus

motus eſt alijs quoque rationibus, quo caſu ob defe-
ctum modi non deficit donatio, vt per Doct. prędictos
præcipuè Ruin. & Cęph. qui nu. 14. dicit, quod vbi plu-
res cauſæ concurrunt, tunc vna ceſſante non deficit di-
20 ſpoſitio, † & ego quoque tetigi in tractatu de alimen.
tit. 5. q. 5. nu. 8. & ſeq. & tit. 5. q. 5. num. 6. & ſeq. vbi pro-
baui, quod alimenta alicui relicta pro ſuis neceſſitati-
bus debentur etiam diuiti, nec dicatur ſpeciale eſſe
fauore dotis, vt modus importet cauſam finalem, quia
reſpondeo duob. modis. primo, quod procedit, quādo
21 dos relinquitur pauperi, † vt per Bal. Nouel. in l. 1. nu.
350. ff. ſolu. matr. ſecundo rñdeo, quod in caſu noſtro
conſtat ex aliis quoq; cauſis fuiſſe donatum, ideo cau
ſa dotis non eſt ſola, nec finalis. & hæc ſufficiāt ad de-
monſtrādum cauſam non eſſe finalem, quia clariſſimi
Domini Arbitri, hanc concluſionem exacte tractarūt,
& multis alijs rationibus confirmarunt, vt non opus
ſit longius inſiſtere.

Secūdo rñdeo, quod vbi dici poſſet donationem fa-
ctam eſſe ex ſola dotis cauſa, tñ non ſuſtineretur con-
tra formam ſtatuti: quia etſi in materia inſinuationis
dos reperiatur expreſsè priuilegiata, & ideo diſpoſi-
tio generaliter loquens de inſinuatione non includat
cauſā dotis, tñ nos non agimus de inſinuatione, & ſta-
tutum non requirit ſolum inſinuationem, ſed alias ſo-
lennitates, puta duos notarios, & ſeptem teſtes, in his
verò ſolennitatib. non erit reperire quod doti priui-
legium aliquod fuerit à lege ſingulariter attributū, &
conſequēter ceſſante ſpeciali priuilegio, dos includi-
tur in ſtatuto generaliter loquēte, per iura & rationes
quæ ſupra in cōtrariū relatæ ſunt. & multos addit Ga
briel. conſ. 20. in prin. vol. 2. Pedrocha in cōſ. 25. nu. 37.
Hond. conſ. 14. n. 29. & poſſent allegari infiniti Doct.

Tertio admiſſo, quod hoc quoque caſu dos habeat
ſpeciale priuilegium, adhuc illi cenſetur derogatū à
ſtatuto, duplici rōne. primo, qa generaliter, imo vni-
uerſaliter diſponit de oī donatione, ergo etiam de ea
quæ fit ex cauſa dotis, quia oē qui dicit, nihil excludit,
l. Iulianus, ff. de leg. 3. ſecundo, quia ſtatutum excipit
caſus aliquos in quib. vult ſolennitatem non eſſe ne-
ceſſariam, ergò in alijs videtur contrarium diſponere,
22 † vt in ſimili arguit Dec. in conſ. 426. nu. 9. & in termi-
nis hoc voluit Rebuff. in tract. de dona. inſinuat. art. 1.
gl. 1. in princ. & nu. 17. & 24. quem citat, & ſequitur, li-
cet durum dicat, Monteren. in d. ſtatuto, in verſ. & hoc,
vbi ex enumeratione aliquorum caſuum exceptorum
colligit aliud eſſe ſeruandum in non exceptis, & præ-
ter eum in terminis ſtatuti ſic excipientis, vt videatur
in non exceptis requirere ſolennitatem, ponit Lam-
berteng. in d. tract. de contract. cor. qui ſine certa ſo-
len. gl. 23. nu. 1. ſed latius, & clarius Bec. in conſ. 61. nu.
38. vbi mouetur ex duabus prædictis rationib. ad di-
cendum, quod donatio etiam Principis eſt inſinuan-
da, ſecundum ſtatutum. addi etiam poteſt, quod ſta-
tutum eſſet ocioſum, & ſine effectu operandi, ſi caſus
aliàs iure communi exceptos non includeret.

Ex prædictis autem tollitur deciſio Caſtr. in cōtra-
rium allegata, quia non dici poteſt facta donatio ob
cauſam dotis: pręterea ea deciſio eſt falſa, quia imò qñ
ſtatutum loquitur de inſinuanda donatione, intelligi
debet etiam in caſib. in quib. de iure inſinuanda non
eſſet, vt per Rebuf. Beciū, & Monterent. in locis præci-
tatis, pro quib. facit deciſio Bald. in l. 2. C. de appellat.
vbi dicit, quod ſtatutum prohibēs appellationem, in-
23 telligitur etiā in caſibus à iure permiſſis, † quā ſingu-
larem dicit Aret. in cōſ. 20. col. 3. ver. & quia vt audio,
& in conſ. 105. in fine. Neguſ. de pignor. in 8. par. in 1.
mem. nu. 3. idem voluerunt Ruin. Rolan. & Beninten.
quos citat, & ſequitur Contard. in l. vnica, in ampl. nu.
131. C. ſi à momen. poſſ. præterea, procederet deciſio
Caſtr. quando ſtatutum non loqueretur per vniuerſa-
lia verba, quæ regulariter in ſtatutis non recipiunt re-
ſtrictionem, vel etiam qñ ſtatutum non exciperet ali-
quos caſus, ſed cum aliquos excipiat, ceteros omnes
quamuis cōi iure conceſſos includit Bart. in l. 1. §. 1. ff.
quod vi aut clam, vbi quod ſtatutū excipiens aliquas
oppoſitiones cenſetur ceteras omnes à iure communi
admiſſas prohibere. Bal. & Salic. in l. ita pudor, C. de
adulter. quæ iura ad hoc citat Aret. d. conſi. 20. num. 3.
verſic. quid plura pro iſta concluſione, vbi infert, non
intelligi ſtatutum ſecundum ius commune.

Demum non aduerſatur quod ſaltem ſit facta dona
tio ex cauſa matrimonij, qm ex ſuperioribus reſpon-
ſio patet, non etiam eſſe talem, quia plures recitantur
cauſæ, & nulla ex eis eſt finalis: & ratio ſanguinis exi-
ſtimatur potior, & principalis, vt prædixi. Reſpondeo
etiam, quod ſi eſſet ex cauſa matrimonij, non tñ minus
veniret inſinuanda, quia tunc ſolum donatio pp nu-
ptias, inſinuationem non exigit, qñ fit ex parte mariti,
24 ſed ſecus qñ ex parte mulieris. † Bar. in l. fi. §. ſimilique
modo, C. de iure dot. vbi Bal. Salic. in Auth. Eo decur-
ſum, C. de donat. ante nupt. & declarat Pariſ. in conſi.
16. nu. 26. & ſeq. vol. 2. Matth. Gribal. in conſ. 80. nu. 11.
inter conſ. Port. Imol. ſequitur Decia. in conſi. 3. nu. 15.
vol. 1. & procedit ſine dubio, quando datur abſque eo
quod ſit dos vel donatio pp nuptias pro incontro do-
tis, vt bene declarat Vegius in conſil. 52. nu. 22. vbi ita
diſtinguit, ſaluando Pariſ. & vult, quod etiam ſi detur
cauſa matrimonij, ſi tamen non eſt dos, neque ea pp
25 nuptias donatio quæ reſpectiuatur ad dotem, † egeat
inſinuatione: & hoc etiam modo intelligunt Moderni
ad Dec. in d. conſil. 239. nu. 3. in fi. vbi dicunt, quod do-
natio propter nuptias vera, & propria nō inſinuatur,
ſecus autem ſpōſalitia largitas, licet fiat ob matrimo-
nium. & præter eos adduco Caſtr. in conſ. 346. num. 1.
ver. primo, quia filiusfamilias, vol. 1. vbi dicit aliud eſ-
ſe donationem propter nuptias vel dotem, aliud vero
id quod datur ad effectum, vt detur in dotem, vel do-
netur pp nuptiàs: nam poſteriori caſu non gaudet pri
uilegio dotis vel donationis propter nuptias, antequā
ſit datum in dotem vel donatum pp nuptias, idem di-
cit nu. 4. verſ. ſed huic ſimiliter, vbi vult, quod donatio
ob cauſam matrimonij inſinuationem requirat, ſi non
eſt dos nec donatio pp nuptias. Gabr. conſ. 57. nu. 16.
vol. 2. & nu. 23. & quāuis poſt Guid. Pap. in deciſ. 145.
Natta in conſ 609. nu. 1. & ſequentibus, videatur con-
trarium tenere, tamē loquuntur ipſi, qñ donatio fit in
ipſo contractu matrimonij, vel etiam qñ fit contem-
platione certi matrimonij, ideſt contrahendi cum cer
ta perſona, quæ ſi donatio nō ſuſtineretur, remaneret
decepta. & pro confirmatione videri poſſunt Bertr. &
Crau. citati à Bec. in conſ. 80. nu. 8. qui etſi contrarium
teneat, loquitur tamen ſecūdum terminos Guid. Pap.
Reſponderi etiam poteſt, quod non agimus hic de ſim
plici inſinuatione, ſed de ſeruādis aliis ſolēnitatibus,
quæ non exiguntur iure cōi; ſed à ſtatuto, ideo vbi ēt
talis donatio non eſſet inſinuanda, tamē non eſſet ex-
cludenda à ſtatuto, ſed in ea ſeruanda eſſent ea om-
nia quæ à ſtatuto requiruntur in donationibus.

Succedit ſecundus articulus, qui eſt admiſſa dona-
tione pro valida, nō obſtantibus ſupra deductis, an ea
ſit conferenda per D. Thadæum in diuiſione paterno-
rum bonorum cum D. Vliſſe fratre, & multa collatio-
ni repugnāt. primo, quod facta fuit D. Hippolitæ filiæ
D. Thadæi, ideo conferre eā non tenetur D. Thadæus,
per textum expreſſum in l. pater filiæ, ff. de euiction. ſe-
cundū vnam lectu. vbi probatur, quod dos data filiæ
per patrem de bonis aui, vel etiam data nepti ab auo,
non

Digitized by Google

non conſertur per patrem fratribus ſuis, qñ agitur de
26 ſuccedẽdo auo, & patri reſpectiuè, & † per illum tex.
ita determinat Bal.in l.fin. in prima lectura, nu.14. in
fi.C.de collat.qui etſi loquatur, quando pater nõ auus
dotem dedit de bonis ſui patris, tñ eius deciſio proce-
dit ẽt quando auus ipſe dedit, & eũ ſic intelligit Aret.
in conſ.17. in 7. dub.col.pen.& fi.vbi hos caſus paciſi-
ficat.idem voluit Ruin.in conſ.72.nu.6.vol.7.ſequitur
Alcia. licet dicat non probari in d. tex. in tract. præ-
ſumpt.reg.1. præſumpt.17.nu.4. verſ.quid dicendum.

Secundo, donatio hæc facta fuit eueniẽte morte do-
nantis, atque ita collata eſt poſt mortẽ, propterea non
eſt conferenda, quia aliàs nullam afferret vtilitatẽ; vt
autem ſit valida, & vtilis, dicendum eſt eã non debere
conferri, vt in propoſito arguit Crau. in conſ.85.nu.7.
& ego ſecutus ſum in conſ.143. num.33.quando enim
fit poſt mortem, & à morte ſumit robur, tunc habetur
tanquam donatio cauſa mortis, quæ non confertur, ſi-
27 cuti non conferuntur ea quæ poſt mortem † acquiran-
tur, l.ſi donatione, vbi Doct.l.ea demum, & l.ſi emãci-
pati, C.de collat.Doct.in Auth.Ex teſtamento, C.eod.
vbi inferunt ideo non conferri quę pater filio donaue-
rat inualida donatione, quæ poſtea fuerit morte con-
firmata. & hanc dicit cõem Alex. in d.Auth. Ex teſta-
mento, Cęph.in conſ. 183.num.24. Corn.in conſ.289.
vol.4. hanc pariter cõem dicit Bero.in cõnſ.54.nu.21.
& ſeq. vol.1. vbi fortius dicit procedere, quamuis do-
natio facta ſit per contractum, & cum clauſula, ex nũc,
prout ex tunc, quinimo etiam qñ ſolus effectus eſt col-
latus poſt mortem donantis, & ex eius dictis tollun-
tur quæcunque per Excell. D. Horatium Giouagno-
nium fuerunt pro huius obiecti reſolutione allegata.

Tertio multæ adſunt coniecturæ quæ collationi vi-
dentur obſtare, & pcipuè clauſula, omni meliori mo-
do, iurẽ, clauſula per ſe, & hęredes, clauſula, perpetuo
& irreuocabiliter, & alia promiſſio non reuocandi, re-
nunciatio facta omni iuris, & legũ auxilio, & aliæ plu-
res, de quibus ego diſſerui in d.conſ.143.collationi au-
tem non eſt locus, quando conſtat de voluntate do-
nantis, quod donatio ſit præcipua, & non conferatur,
28 † vt dixi in eo.conſ.8.nu.18.& idem probauit Cacher.
in conſ.62.nu.18. & in eodem facto conſuluerunt Ex-
cellentiſs. Iuriſconſul.D.Iacob.Franciſcus Gambara-
na, aliàs præceptor meus iuris Canonici, poſtea vero
iuſtiſſimus Senator Regius Mediolani, & Io. Baptiſta
Riſicus Senator, & collega meus.

At in hoc quoq; articulo ſequor prædictorum DD.
opinionem, quod conferenda ſit D. Vlilli donatio, de
qua nunc tractatur, ſi eam ſupponamus validam eſſe,
& ſuſtineri à principio: quia hæc eſt communis omniũ
Doctorum opinio, quod donatio à principio valida
conferatur, cum agitur de ſuccedẽdo donanti, vt pro-
29 bant † Cin.Salicet.& alij, præcipuè Corn. Iaſ. Dec. &
Mod.in d.Auth.Ex teſtamẽto.Alex.& alij, in l.ſi eman
cipati.Soc.conſ.91.nu.7.vol.1.Pariſ.in conſ.26.nu.33.
vol.2.Crot.in l.frater à fratre, nu.74.de cond.indeb.&
& alij apud Rol.in conſ.70.nu.16.& ſeq.vol.4.Seraph.
de priuil.iuram.priuil.72.in fi.ex quib. multi loquun-
tur in donatione iurata, quinimo etiam filius emanci-
patus tenetur conferre, d.l.ea demũ. & hoc caſu indu-
citur per quandam recompenſationem iniuriæ quæ fit
filiis in poteſtate, cũ emancipati admittũtur ad ſucceſ
ſionem, vt dicunt Caſtr. & Dec.in Rubr.C.de collatio.
Alc.in l.1.C.eod.tit.Iaſ.in l.qui ſe patris, nu.41.C.vn-
dè liberi.Soc.in cõſ.127.nu.13.vol.3.vbi dicit commu-
nem.Dec.in Auth.Ex teſtamẽto, nu.2. vbi etiam in do
natione facta in præmium emancipationis. Alciat. in
conſ.584.num.1. & quia hæc concluſio benè fuit com-
probata à Domino Giouagnonio, vlterius non proſe-
quor, ſed deuenio ad reſolutionem oppoſitorum, in
quibus conſiſtit totius conſultationis neruus.

Nõ obſtat igitur, quod donatio facta fuerit D.Hip-
polytæ, & ideo D.Thadæus pater cõferre nõ teneatur;
ad hoc enim multiplices ſunt rñſiones. Prima eſt, quod
donatio facta fuit ipſi D. Thadæo æquè principaliter
ac filię, vt legitur in inſtrõ multis in locis, imo, in eo
nunq̃ fit mentio de D.Hippolyta, quin eodẽ loco nomi
netur etiã D.Thadæus pro donatario, quo ſtante, con-
ferenda eſt donatio, ſecundum regulam ſupradictam.

Secunda reſponſio, eſt qđ contrarium procedit, qñ
dos reperitur penes filiã matrimonio collocatam, tũc
enim, quia dos nõ eſt penes patrẽ, ſed apud filiam, pa
ter non tenetur conferre fratrib. ſed vbi dos peruenit
30 ad manus patris, pater tenetur illã conferre. † ita pro-
priè diſtinguit tex.in d.l.pater filię, ff.de euict. idẽ pro-
bat tex.in l.1.§.fi.ff.de colla.dot.vbi rõnẽ reddit, quare
dos non ſit conferenda, quia non eſt penes patrem, &
ibi gl.ſic intelligit tex. in d.l. pater filiæ. idem ẽt voluit
gl.fi.in l.dotem dedit, ff.de colla.bon.vbi diſtinguit, an
extet matrimoniũ, vel ſit ſolutũ, & clariſſimè explicat
Aret.d.conſ.17.nu.20.in 7.dub.dicens, non cõferri do-
tem nepti datam, niſi tpe mortis aui ſit apud patrem.
ſequitur Rui.in repet.l.in quartã, nu.61.ff.ad leg.Falc.
licet dicat vix euenire caſum in quo dos reuertatur ad
patrem viuẽte auo.Ripa in ead.l.in quartam, nu.203.
vbi dicit, talem dotem non eſſe conferendam, quando
nondum eſt reuerſa ad patrem, innuens contrarium,
qñ eſt reuerſa. Alc. in tracta. præſumpt. reg.1. in præ-
ſumpt.17.nu.4.verſ.quid tenendum, vbi dicit, collatio
nem ideo non fieri quando durat matrimonium, quia
dos tunc non eſt penes patrem ſuccedẽtem. Cum igi-
tur in facto dos ſit penes patrem, erit collationi lo-
cus, quia ceſſat ratio propter quam ſolet denegari.

Tertia eſt reſolutio, quia dos iſta cẽſetur patri da-
ta, ideo pater confert perinde ac ſi ipſe illam haberet:
nã in dubio cenſetur nepti data patris contẽplatione.
31 † Bar.in cõſ.131.nu.1.vol.1.in l.dotem dedit, nu.2. ff.
de coll.dot.Ang.in l.in quartã, in fi.vbi Imo.col.3.Ale.
nu.127.Picus, nu.141.& nu.173.& Ripa, nu.202.in fi.ff.
ad leg.Falc.Ale.in conſ.31.col.1.vol.4.Rui.conſil.171.
nu.9.conſ.223.nu.10.vol.1.Rim.cõſ.230.nu.8.Soc.iun.
conſ.33.nu.8.vol 1.Bero.cõſ.81.nu.24.conſ.150.nu.8.
vol.2.Bertr.in conſ.73. nu.20. vol.1. Neuiz.conſil.76.
nu.12.Alc.d.præſumpt.17.nu.1. Cęph.conſ.105.nu.22.
& 41.Simon de interpret.vlt.volun. lib.1.interpret.2.
dub.2.ſolu.6.nu.19.Mant.de coniect.vlt. volunt.lib.8.
tit.16.Craſſ.§.legitima, q.20.nu.7.Cucus, in tract.legi-
timæ, in §.vtrum data cauſa cond.implendæ, nu.20.fo-
lio mihi 50.quib. in locis inferũt, filiam teneri dotem
eiuſmodi imputari ſibi in legitimam, cum patri ſucce-
dit: quia cum patris contemplatione data ſit, vr̃ patri
primo data, & ab eo filiæ; & in hoc diſtingui non dẽt,
an pater eſſet diues vel pauper, vt faciunt aliqui: quia
vtroq; caſu dr̃ releuari pater ab onere dotandi filiã, &
intereſt patris habere filiam dotatam, & ſpẽ ſuccedẽ-
di in dote, vt inquit tex.in d.l.pater filiæ, ff.de euict. &
ita determinauit Senatus hic Mantuanus, vt cõſtat ex
deciſionib.quę nunc ſub pręlo ſunt: nam ſi pater ſit di-
ues, dicitur exolutum eius debitũ, ſi eſt pauper, dos dr̃
propter patrẽ data, qui principaliter tenebatur, licet
ob eius paupertatem onus ab eo in auum tranſiuerit.
in caſu noſtro in tantum dos fuit ab auo relicta patris
contemplatione, quod ipſi patri fuit relicta, & ipſi ac-
quirenda eſt ſi neptis moriatur, ideo non poteſt nega-
ri quin pater cõferre teneatur. & facit, quia filius tene
tur conferre donationẽ quam pater fecit nurui. pro-
pter nuptias, augendo dotẽ, vti fit in Pedemontium, &
32 Montisferrati partib. † Theſau. deciſ. 46. per totam.

Quod

Google

Quod vero ſecundo loco dictum eſt, collationi non
eſſe locum, quia donatio nullam vtilitatem afferret,
non ſubſiſtit in facto: quoniam etſi illius effectus ſit
poſt mortem collatus, tamen non fuit ſine vtilitate,
quia per eam D. Thadæo prouiſum fuit de quantitate
prædicta in bonis paternis, aduerſus omnem caſum,
qui poſſet contingere ſuper ſubſtantia patris, adeo, vt
ſi aduerſa fortuna pater fuiſſet poſtea facultatib. lap-
ſus, nihilominus conſequutus ipſa fuiſſet quantitatē
donatam: quare non modica eſt vtilitas reducere ad
certitudinem ea, quæ euentui erant expoſita. Alias
etiam vtilitates recitat Dominus Giouagnonius, quo
ſtante, ceſſat argumentum.

Reſpondeo etiam, quod vbi nullam vtilitatem af-
ferret, tamen ſola hæc coniectura non ſufficeret ad ar-
guendum quod pater voluerit donationem non con-
ferri, quia etſi collatio non fiat contra voluntatem pa
33 tris, † vt probatur in Authen. Ex teſtamento, & in cor
pore vnde ſumitur, C. de collatio. Bal. in conſi. 210. col.
1. vol. 4. Alc. in conſil. 584. nu. 1. & in conſil. 663. num. 2.
Crauet. in conſi. 85. nu. 8. & in conſil. 125. nu. 5. Cephal.
in conſ. 183. nu. 5. tamen hoc procedit, quando expreſ-
ſè ſic diſponit, non quando tacitè, vt voluit Ang. in §.
illud, in Authen. de triente & ſemiſſe. Roman. in d. Au
then. Ex teſtamento, vbi ait, quod ſi pater non prohi-
bet collationem, eſt illi locus: ſed quia communis eſt
opinio, quod etiam tacita prohibitio ſufficiat, vt per
Imol. & Aret. in l. 1. ff. de vulg. Fulgoſ. & Roman. in l. ſi
emancipati, vbi Alex. in col. fin. C. de collation. Docto.
in dicta Authen. Ex teſtamento, vbi Dec. num. 2. Alc.
dicto conſil. 663. nu. 2. cum ſimilibus. reſpondeo, quod
procedit, quando coniecturæ tales ſunt, ex quibus col-
ligi poteſt clara voluntas prohibendi collationem,
aliàs non erunt ſufficientes. Rimin. in d. Authen. Ex
teſtamento, nu. 2. & conſil. 228. Bolognin. in l. ſi eman-
cipati, nume. 41. ſic dicunt Doctores de coniecturis ex
quibus colligitur tacita voluntas prohibendi Trebel-
lianicæ detractionem, volunt enim, quod ſint vrgen-
34 tes, & neceſſariæ, non leues, † vt poſt Caſtren. in Auth.
Sed cum teſtator, C. ad leg. Falcid. tenuerūt multi alij
apud Peregrin. in tracta. de fideicomm. artic. 3. nu. 88.
Cardin. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 1. nu.
23. ſic coniecturæ ad inducēdum fideicommiſſum de-
bent eſſe concludentes. Bald. Caſtr. & Iaſ. in l. poteſt, ff.
de vulg. Coraſ. in l. cū vir, nu. 11. & 97. C. de fideicom.
Alba, conſi. 31. num. 9. Ceph. conſi. 447. nu. 14. Menoch.
conſil. 399. nu. 5. & ſexcenta adduci poſſent exempla,
at hæc leuis eſt, vt dixi, & ſola.

Demum contra hanc coniecturam extat teſtamen-
tum patris, in quo filios equaliter inſtituit, & nihil om
nino dixit de collatione impedienda, & vna coniectu-
35 ra tollit aliā. † glo. in l. Dinus, ff. de reſtit. in integ. Soc.
in l. cum auus, nu. 80. ff. de cond. & demon. latè Card.
Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 17. nu. 6. & 7. vbi
qđ fortior coniectura tollit debiliorem, & coniectura
quæ ex teſtamento colligitur, dr̄ eſſe fortior. Ruin. in l.
Gallus, §. & quid ſi tantū, nu. 71. ff. de lib. & poſth. ſicut
etiam illa quæ inter liberos æqualitatē inducit, arg. l.
vt liberis, C. de collat. & poſt Alc. ponit Card. Mant. d.
tit. 17. num. 54. & quod ex forma teſtamenti colligatur
patris voluntas in tollendo, vel inducendo collatio-
nem, deducit Soc. in conſi. 127. nu. 14. in 3. vol. & ex quo
pater non prohibuit collationem, videtur voluiſſe il-
36 lam permittere, † vt arguit in terminis. Theſau. deciſ.
Pedem. 46. nu. 6. Decian. conſ. 22. nu. 15. vol. 5.

Ex iſtis ſublatæ etiam videtur coniecturę quæ refe-
runtur ad impediendam collationem, quia illæ nō in-
ferunt ex neceſſitate quod fuerit ſublata collatio, qui-
nimo, cum non aliter conferatur donatio quæ fit à pa-
tre, niſi ſit valida, clauſulæ illæ tendētes ad eam robo-
randam, & conualidandam magis inducunt collatio-
nem quam remoueant: quia, vt dixi, vt conferatur do-
natio, debet eſſe valida, & propterea ſi eas Clauſulas
torqueremus ad tollendam collationem, operarentur
effectum contrariū intentioni partium, contra l. lega-
ta, ff. de leg. præſtand. Præterea collatio donationem
non imminuit, nec eam inualidat, quinimò confirmat,
quia niſi eſſet valida, non conferretur, ideo promiſſio
de non reuocando, ſed de obſeruando, Clauſula q̄ va-
leat omni meliori modo, & aliæ Clauſulæ non poſſunt
tollere collationem. Accedat, quòd illæ Clauſulæ con-
firmant donationem, natura autem cōfirmationis eſt,
rem in ſuo ſtatu manentem roborare, non autem ex-
37 tēdere, † l. Aurelius, §. teſtō, ff. de liber. leg. Bal. in l. ad-
uerſus, C. ſi adu. rem iudic. in l. nominationes, in fi. C.
de appel. Alex. in conſi. 125. nu. 18. & ſeq. vol. 4. Dec. in
Rubr. de confirm. vtil. nu. 1. Crot. in conſil. 55. num. 15.
conſ. 75. nu. 17. Rui. conſ. 158. nu. 16. vol. 1. Ripa in con-
ſil. 170. nu. 6. Natta conſi. 193. nu. 4. Rol. conſi. 5. nu. 19.
& 20. vol. 1. facit etiam, quia Clauſulæ acceſſoriæ non
38 alterāt naturam principalis diſpoſitionis, † Clem. 1.
de præb. Fel. in c. licet, de offic. ordin. Bec. cōſ. 24. nu. 21.
& cum poſſint ſimul ſtare, quod donatio valeat omni
meliori modo, quod non poſſit reuocari, quod ſit ob-
ſeruanda, & nihilominus conferatur, non pōt ex dictis
promiſſionib. videri tacitè ſublata collatio: nam vo-
lūtas quæ ex actu tacito deducitur, eatenus colligitur,
39 quatenus ex ipſo actu infertur de neceſſitate. † Bar. in
l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuato. Dec. in
conſi. 72. col. 3. Pariſ. in conſi. 79. nu. 12. vol. 3. Socin. iun.
conſi. 122. nu. 14. vol. 1. Natta, in conſil. 77. nu. 14. Bec.
conſi. 106. num. 46. & demum ius collationis oritur ex
ſucceſſione, quia locum habet ſolum inter eos qui ſuc-
40 cedunt, † l. 1. §. inter eos, ff. de collat. bonor. Doctor. in
l. illud, C. de collation. vbi Rim. col. fin. Calcau. in con-
ſil. 18. Maran. in l. is poteſt, num. 93. ff. de acquir. hæred.
Bero. in conſi. 44. nu. 14. vol. 1. atq; ita hoc ius cauſatur
ex poſt facto, & ex ſucceſſione quæ inde ſequitur, pro-
pterea præcedentes Clauſulæ intelliguntur niſi aliud
ſuperueniat, argum. c. cum inter, de renunciat. Feder.
de Sen. in conſi. 77. Dec. in conſi. 265. col. 2. Pariſ. in cō-
ſil. 7. nu. 70. vol. 2. & filius qui acceptat paternam hęre-
ditatem, videtur renunciare iuri non conferendi, & ſe
ad conferendum obligare, quia faciens actum, obligat
41 ſe legibus de illo actu loquentibus. † Bal. in l. ſi duo, ff.
de acq. hær. Natta, in conſi. 49. nu. 22. Becius conſi. 35.
num. 11. & acceptans hæreditatem, cenſetur illam ac-
42 ceptare cum ſuis oneribus, † l. cum ab vno, in princ. ff.
de leg. 2. l. qui tutelam, ff. de teſtam. tut. alios citaui in
conſi. 7. num. 5. onus autem hæredum eſt inter ſe con-
ferre quecunque conſequuti ſunt inter viuos à defun-
cto, ergo cum Dominus Thadęus patris hæreditatem
agnouit, eo ipſo ſe obligauit ad conferendū; & in tan-
tum verum eſt eiuſmodi ius depēdere à ſequenti ſuc-
ceſſione, vt paſſim Doctores neceſſitatem conferendi
vel immunitatem à collatione deducant ex his quę in
43 teſtamento pater diſpoſuit. † Alber. in d. l. ſi emanci-
pati, num. 19. vbi Fulgoſ. & Rom. nu. 8. Cagnol. nu. 153.
Bologn. nu. 40. & ſeq. & Rim. iun. nu. 306. Angel. & Sa-
lic. in l. 1. in princ. C. de collat. Roman. Caſtr. Alex. Iaſ.
& Corn. in d. Auth. Ex teſtamento, vbi Rim. ſen. nu. 2.
idem Rimin. in d. conſi. 228. Purpur. num. 1. & 4. Dec.
num. 2. & Curt. iun. nu. 2. d. Auth. Ex teſtamento, Soc.
conſi. 127. num. 13. vol. 3. poſt Bald. conſi. 210. vol. 4. vbi
colligunt ex teſtamento coniecturas ad inducendam
vel tollendam collationem; quare fruſtra arguitur à
dictis Clauſulis generalibus.

Et quamuis Cachet. dict. conſil. 62. & ego in d. con-

ſil. 143. ponderauerimus coniecturas illas, tamē qualitas facti, vt bene aduertit occulatiſſimus Giouagnonius, aliud omnino ſuadebat: nā ibi mulier recuſabat cum filio Domini Euaſij matrimonium contrahere, quia eſſet ſibi facultatibus impar, propterea vt matrimonium ſortiretur effectum, pater donauit filio multa bona, & hac ratione ceſſabat æqualitatis ratio, quæ eſt collationis fundamentum, & pater vt matrimoniū ſortiretur effectum, id geſſit principaliter in animo, vt is filius eam præciperet quantitatem, & in ea potior eſſet ceteris filijs, hac itaq; ratione rectè conſideratæ fuerunt Clauſulæ illæ ad demonſtrandum quod donatio debebat eſſe præcipua, & non erat conferenda, fuiſſet enim decepta vxor, vt bene in eo ipſo facto ponderabat Natta, in d. conſi. 609. poſt Guid. Pap. ab eo relatum. in præſenti autem facti ſpecie, nihil horum cōcurrit, quia non ſenſerunt partes de aliquo certo matrimonio paris vel nobilioris conditionis. cum ergo factum ſit diuerſum, non poteſt idem ius ſtatui.

SVMMARIVM.

1 *Remotior non ſuccedit donec extat proximior.*
2 *Collectiuo nomine vocati, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo.*
3 *Stirps eſt nomen collectiuum plurium perſonarum diuerſorum graduum.*
4 *Primogenitura non diuiditur.*
5 *Diſpoſitio facta in vnum caſum non extenditur ad alium, & facta de vno tempore non trahitur ad aliud.*
6 *Primogenitura vbi eſt conſtituta, tunc primogeniti, & primogenitorum filij ſuccedunt alijs excluſis.*
7 *Prout, dictio, relationem importat, & reſtringit diſpoſitionem ad id quod continetur in relato quando de eo cōſtat.*
8 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
9 *Vt ſupra, dictio, importat relationem omnium præcedētium.*
10 *Obſeruantia ſubſecuta dicitur regina oīum interpretationū.*
11 *Teſtamenti verba ſunt inſpicienda vbi ſucceditur ex teſtō.*
12 *Primogenituræ in ſucceſſione nepos præfertur patruo.*
13 *Qualitas adiecta diuerſificat, & in diuerſa ſpecie reponit.*
14 *Talem eſſe ſimpliciter aliud eſt, aliud verò eſſe ſcdm quid.*
15 *Corrigere ſe ipſum incontinenti non eſt veriſimile.*
16 *Clauſula in ſtirpes mutat naturam ſuam, vt euitetur contrarietas.*
17 *Verborum in interpretatione ſingula ſingulis ſunt referenda.*
18 *Cuique, dictio, eſt diſtributiua.*
19 *Diſtributiua non tribuit actum cuique in ſolidum, quando natura rei repugnat.*
20 *Clauſula in ſtirpes denotat non ſubſtantiā ſubſtitutionis, ſed modum ſecundum quē ſuccedere debent illi qui ſunt vocati.*
21 *Correctio, & contrarietas vt euitetur interpretatio capi dēt.*
22 *Collectiuè diſpoſita ex parte aliquorum verſus alios non habent locum inter ipſos.*
23 *Compromiſſo facto inter tres ab vna parte, & vnum ab alia, non veniunt controuerſiæ quæ ſunt inter illos tres.*
24 *Interpretatio ea capi debet per quam ſatisfit vtrique parti.*
25 *Vocati alternatiuè cenſentur inuitati ordine ſucceſſiuo vbi ſubeſt ordo charitatis, & affectio ordinata.*
26 *Compendioſam ſubſtitutionem efficit mentio mortis.*
27 *Subiunctiuum ſiue præteriti imperfecti, ſiue præſentis temporis, ſemper importat futurum.*
28 *Copula ponitur inter diuerſa.*
29 *Alternatiua ponitur inter diuerſa, licet non multum ratione diſtantia.*
30 *Fideicōmiſſum ſucceſſiuū inter illos de familia cenſetur ordinaſſe teſtator qui diſponit bona ſua conſeruari in familia.*
31 *Teſtator poteſt rei ſuæ legem ponere, & eius diſpoſitio habet vim legis.*
32 *Determinatio æqualis non fit quando diſponēs aliud mādat.*
33 *L. eum qui ædes, de vſucap. regula non procedit, dum res in eſſe deducitur.*
34 *Res eadem poteſt diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeri.*

CONSILIVM CCCLXII.

DISTRIBVTA hæreditate in plures nepotes, D. Franciſcus Sugana Taruiſinus diſpoſuit, quod deficientibus omnib. maſculis ex D. Hieronymo, Aluiſio, Chriſtophoro, & Baſilio, bona omnia illis relicta peruenirent ad D. Franciſcum, Baptiſtam, Iacob. Antonium, & Sebaſtianum, vel eorum filios, & deſcendentes per maſculinam lineam per ſtirpes, & nō per capita, cum oneribus fideicommiſſis, prout ſupra continetur, de alijs bonis prædictorū cuiq; relictorū. Item relictis multis bonis Do. Franciſco eius nepoti ex D. Michaele, cauit, quod omnia dicta bona necnon quæcunque alia quæ per mortē alicuius ex vocatis in eo teſtō peruenirent, aut peruenissent ad eundem D. Franciſcum, vel eius deſcendentes, deferantur ſemper in primogenitum, vel deſcendentes ab ipſo continuato ordine, gradu, & linea primogenituræ. Contigit deceſſiſſe D. Franciſcum vlt. & vnicum ex linea prædictorum quatuor D. Hieronymi, ſcilicet Aluiſij, Chriſtophori, & Baſilij, & ad illius ſucceſſionem aſpirat D. Dominicus nepos D. Franciſci, qui erat ex D. Michaele nepos teſtatoris: concurrit etiam Illuſtr. D. Hieronymus Sugana eiuſdem Domini Franciſci pronepos, & dubitatur, vtri eorum delata ſit portio quæ ex teſtamento relicta eſt Franciſco, vel filijs aut deſcendentibus ſuis in defectu omnium prædictorum quatuor dominorum, & iuſtior videtur cauſa D. Dominici, is enim reperitur proximior tam teſtatori, quam Frāciſco grauato, qui vltimo loco deceſſit, & per cuius mortem euenit caſus fideicommiſſi,
1 & remotior non ſuccedit donec extat proximior. † l.
antiqui, in princ. ff. ſi pars hæred. pet. l. inter agnatos, verſ. quamdiu, ff. vnde legit. l. 1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognati, l. inteſtato, §. vtique, ff. de ſuis, & legi. l. 1. §. ſi vero apud teſtes, ff. ad Tertull. & ſequētes in gradu non admittuntur niſi excluſis præcedentibus. Bart. in l. quamdiu, la tertia, ff. de acq. hære. vbi Imola, & Rom. dicunt, quod poſterior non ſuccedit niſi præcedentib. excluſis. Cum autem multi vocantur ſub collectiuo nomine deſcendentium, vt in caſu noſtro, tunc intelligitur ordine ſucceſſiuo, ita ſcilicet, vt proximior primo loco, eoque deficiente, is qui immediatè ſequitur ad-
2 mittatur. † l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. l. cum ita, §. in fideicommiſſo, vbi Bar. Bal. Imola, & alij, ff. eod. tit. l. fin. vbi Bal. Ang. Fulgoſ. Caſtr. & alij, C. de verb. ſign. infinitos citat Tiraq. de retractu conſang. §. 11. gl. 4. nu. 2.

Et quamuis teſtator ſubſtituēdo Franciſcū, & alios atque eorum deſcendentes vocet illos cum oneribus de quibus dixerat in ſubſtitutionibus cuique illorum factis, & in ſucceſſione Franciſci expreſsè diſpoſuerit quod ſuccedant ſoli primogeniti, tamen non per hoc ſoli primogeniti deſcēdentes, à Franciſco dici poſſunt in hoc caſu vocati, quia teſtator expreſsè dixit, quod ſuccedant in ſtirpes, & non in capita, quæ ſuccedendi forma non verificatur qn̄ vnicus vocatur, ſed quando concurrunt multi ad eandem ſucceſſionem, §. reliqui, in Auth. de hæred. ab inteſt. venient. Bart. in l. 2. §. 1. ff. de ſuis, & leg. ſtirps enim nomen eſt collectiuum plu-
3 rium perſonarum diuerſorum graduū, † l. cum ita, §. in fideicommiſſo, l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſignific. Bero. conſ. 6. nu. 10. vol. 2. Ruin. conſi. 171. nu. 8. verſic. accedit, vol. 2. Menoch. conſil. 357. num. 8. Petra, in tract. de fideicom. ob alienat. prohibit. induc. q. 5.

q.5. in fi. & nihil magis repugnat primogenituræ quã ſucceſſio in ſtirpes, quia vt dixi, per eam plures vocã-
4 tur,& primogenitura non diuiditur,† ſecundum Cin. in l.ſi viua matre,C.de bon.matern. Bald.in Auth. Ex teſtamento,C.de collation. Tiraq.in tract.primogen. q.51.num.1.plures citat Molin.de primogen.Hiſpan. lib.1.c.11.nu.2.Cum ergo teſtator plures eodem tempore ad ſucceſſionem vocauerit per ſtirpes,fatendum eſt,non conſideraſſe primogenituram.

Secundo inſtitutio primogenituræ videtur quo ad Franciſcum,& eius deſcendentes ordinata,ſolũ reſpectu bonorum quæ immediatè Franciſco fuerunt relicta,vel quę ei adhuc viuẽti forte obueniſſent,per mortem alicuius ex vocatis in teſtamento prædicto, & ita expreſsè diſponunt verba, vt videri poteſt,non etiam ea quæ poſt ipſius Franciſci mortem obueniſſent,idq; clarius oſtenditur ex Clauſula illa, *& doppo la morte del detto M. Franceſco*,vbi incipiendo ſubſtitutionem vt ordinem primogenituræ,dicit,quod poſt mortem Franciſci,omnia ea bona relicta,& quæ etiam obueniſſent, deferantur iuxta per eum ibi diſpoſita.

Tertio ordo primogenituræ fuit inſtitutus inter deſcendentes Franciſci,quoad bona quę iam ad Franciſcum,vel eius deſcendentes perueniſſent,ea enim mãdat inter ipſos deferri , & cõſeruari iuxta primogenitutę ordinem,& hic non eſt caſus noſter,quia non agimus de modo ſuccedendi inter deſcendẽtes Franciſci, quoad bona iã quæſita, ſed quærimus , quomodo ſuccedatur in bonis quæ fuerant alijs relicta,hæc autẽ inter ſe differunt, ergo de vno ad alium caſum non bene infertur,l.Papinianus exuli,ff.de minorib.& tempora ſigillatim demõſtrata fines, & limitationes ſigillatas habent,ſecundum Ang.in l.ſi ſeruitus,col.2.ff.de ſeru. vrb.prædio.& diſpoſitio facta de bonis quæ iam obuenerunt,non extenditur ad ea quę nondum ſunt quæſita,& facta in vnum caſum , nõ extenduntur ad alium,
5 & facta de vno tempore,nõ trahuntur ad aliud. † Bar. in l.ſi ita quis,ff.de vulg.Soc.conſi.76.nu.5.vol.3.in l.1. col.12.ff.de vulg.Dec.in l.certi iuris,nu.6.C.de teſtam. milit. & militat diuerſa ratio: nam facilius iã quæſitũ conſeruatur,quam de nouo quæratur,l. patre furioſo, vbi Iaſ.multa cumulat,ff.de his qui sũt ſui vel alie.iur.

Quarto cu plures ſint ſubſtituti dictis quatuor fratribus , & ius primogenituræ non poſſit conſiderari in Baptiſta,Iac.Antonio,& Sebaſtiano ſubſtitutis,nõ dẽt ẽt conſiderari in Franciſco,& ſuis deſcendẽtibus,quia vnica determinatio plures reſpiciens,dẽt oẽs eodẽ modo non difformiter determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulg.& vna atq; eadem ſubſtitutio,non debet diuerſo iure cenſeri, vt ſcilicet aliqui ex vocatis ſuccedant in ſtirpes , quoad alios vero, ſuccedatur ſecundum ordinem primogenituræ, l.eum qui ædes, ff.de vſucap.

Quæ etſi plurimum videantur vrgere, eis tamẽ minimè mouentibus,arbitror Illuſt.D.Hieronymum ſolum tanquam Franciſci nepotis inſtituti, & prædictis quatuor fratrib. ſubſtituti pronepotem, eſſe admittẽdum ad portionem illã quæ ex dicta ſubſtitutione fuit Franciſco,& eius deſcendentibus delata,eſt enim primogenitus ex linea D.Frãciſci inſtituti, & nepos Marci Antonij ex Franciſco filio primogenito , ipſe aũt D. Dominicus contradictor, eſt vltimi huius Frãciſci frater, ſecundogenitus; duplici aũt moueor fundamento, primo,quia teſtator poſt multa prælegata facta Franciſco ſeniori diſpoſuit , quod nõ ſolum bona ſic relicta Franciſco,ſed & alia omnia quę per mortẽ alicuius ex vocatis in ſuo teſtamento perueniſſent ad eundẽ Frãciſcum,vel eius deſcendentes, ea omnia perueniãt recta linea,& recto ordine , & gradu primogenituræ ad primogenitũ,qui tunc eſſet de linea D. Franciſci,atq; ita teſtator primogenituram inſtituit in omnib. bonis,tã quæ ex futura ſucceſſione obueniſſent Frãciſco , vel ſuis deſcendentibus,q̃ quæ tunc ei ipſe immediatè reliquerat: vbicunq; aũt cõſtituta eſt primogenitura , tunc primogeniti ſemper ſuccedũt excluſis alijs , ſicut
6 & primogenitorum filij. † Abb.in conſi.85.nu.3. & 5. vol.1.Tiraq.in tractatu primogen.q.40.nu.156.plures alios citat Molin. de primog.Hiſpan.lib.3.c.6. nu.29. qui oẽs dñt ſecundogenitũ vel ab eo deſcendentẽ non admitti, donec aliqui ſextat de linea primogeniti, & negari non poteſt,quin caſus euenerit,quia per mortẽ dictorũ quatuor fratrum, Franciſcus ſenior ſi viueret, conſequeretur dimidiam : nam etſi quinque fuerint ſubſtituti,tres tamen ex eis deceſſere nulliq; extãt deſcendentes, Baptiſta ſcilicet, Iacobus, & Sebaſtianus. ſumus ergo in caſu expreſſe a teſtatore,quia horũ bonorum dimidia perueniſſet ad Frãciſcum,vel eius deſcendentes,eo non extante,& formari poteſt pauciſſimis verbis argumentum hoc modo: teſtator primogenitos Frãciſci vocauit ad bona quæ ad Franciſcũ perueniſſent, at hæc bona ad eundem Franciſcum perueniſſent ſi extaret , ergo primogenitũ vocauit ad bona de quib.nũc agitur. & hæc ſola diſpoſitio ſufficeret D. Hieronymo , vt dimidiam dictorum bonorum conſequatur ; nec meo iudicio ei poſſet fieri controuerſia ſi ſubſtitutio facta dictis quatuor fratrib. non obſtaret.

Secundo,pro D.Hieronymo faciunt verba ſubſtitutionis factę quatuor illis fratribus , dũ eis omnib. decedentib. mãdat,quod bona deueniãt ad Baptiſtam, Franciſcum,& alios,ſiue ad eorum filios, & deſcẽdentes maſculos,cum onerib. fideicommiſſo, & prout dictum eſt de alijs bonis cuiq; prædictorum vel deſcendentib. eorũ relictis,quæ verba quod attinet ad Franciſcum,& eius deſcendentes, non poſſunt aliter intelligi,niſi quod Franciſcus,& eius deſcendẽtes ſuccedãt ſeruato ordine primogenituræ; ſic enim diſponitur in alia parte teſtamenti in qua bona Franciſco relinquũtur,& in qua eidem plures annectũtur ſubſtitutiones, quandoquidem in hac ſubſtitutione teſtator ſe refert ad ea quæ diſpoſuit circa quemlibet ſubſtitutorum,dũ dicit,(cũ onerib. fideicõmiſſo,& prout, &c.) illa enim dictio , prout, relationem importat, & diſpoſitionem reſtringit ad id quod continetur in relato, quando de
7 eo conſtat.† Bar. in Extrauag. Ad reprimend.in verſi. prout,col.1.Ruin.conſi.50.nu.6. vol.2..Gozad.in conſil.31.nu.18.& conſi.84.nu.6.& in conſi.80.num.3.vbi dicit,quod inſtituendo plures, necnon vxorẽ pro vita tantum,prout ſupra dixerat,nõ cenſetur teſtator vxorẽ inſtituiſſe ſimpliciter,vti alios fecerat,ſed reliquiſſe vſufructuariam;quia ſupra eidem ſolum reliquerat vſumfructũ,& plures citat Soc.iun.in conſi.122.nu.33. vol.3.Gram.dec.59.nu.7. & 8. Crau.conſi.956.nu.14. Gabr.conſil.173.nu.8.vol.2.Rimin.conſil.19.nu.38.& conſi.27.nu.71.Burſ.conſi.85.nu.8. & perinde eſt ac ſi quoad Franciſcum , & eius deſcẽdentes repetita eſſet explicitè clauſula primogenituræ,quia relatum eſt in
8 referente cum omnib. ſuis qualitatibus. † Bar. in l.1. ff.de receptator.in l.1.ff.ſi famil. furt.feciſſ. dicatur,in l.ſi quis ſeruũ,§.fin.ff.de leg.2. Dec.in c.qm̃ contra,nu. 48. de probation. Gozad. in conſi.31.nu.2.Bero.conſil.121.num.2.volum.1. Neuiz.conſi.40. num.3. Cran. conſi.45. nu.4. Natta conſi.204. nu.12. Cæphal. conſi. 256.num.42.dec.Pedemon.178.num.5. Bec. conſi.41. num. 22. & quæcunque ſupra dicta ſunt de illa dictione , prout, verificantur in dictione *come* vulgari idiomate poſita in caſu noſtro,quia idem ſignificat,vt per Ruin.conſi.25. num. 10. & ſeq.volum.1. vbi vult, quod limitet reſtringatq; præcedentem diſpoſitionem . Alciatus conſil. 767.num. 3. hinc Socin. iun. conſil.172.

num.32.vol.2.vult,quod prohibitio Trebellianicæ ge-
neraliter facta,reſtringatur ex adiectione relatiuæ di-
ctionis,& dicit Menoch.in conſi.177.nu.26.quod non
eſt ſpectandum id ꝙ teſtator dixit in diſpoſitione re-
ferente,ſed attendi debet diſpoſitum in relato: & ſi di-
xiſſet teſtator hoc loco deſcendentib. Franciſci defe-
rendam eſſe ſucceſſionem ſcđm ordinem primogeni-
turę,vtiq; res careret dubio:ergo neq; hoc caſu eſt am
bigendum, cum habeatur primogenitura pro repeti-
ta, vigore relationis importatæ per dictionem illam,
prout,& per aliam ibi, *di ſopra ſi contiene*, quæ dictio, vt
ſupra,importat ēt relationem omnium præcedētium.
9 † Bar.in l.1.§.hoc edicto,ff.de poſtul. Dec.cōſi.227.nu.
3.Crau.conſi.208.nu.6.& repetitio operatur,ac ſi ſpe-
cificè fuiſſet ita diſpoſitum vt cōtinetur in relato. Iaſ.
conſi.207.nu.2. vol.1. & in materia ſubſtitutionis po-
nit Aret.conſ.155.in primo dubio,vbi vult,ſequentem
ſubſtitutionem pp annexam Clauſulam(dicto modo)
intelligi ſecundum pręcedentem,& regulari ſecūdum
eam.Dec.conſi.227.nu.3.vbi vult,quod ſubſtitutio fa-
cta cum Clauſula,vt ſupra,intelligatur vulgariter,pu-
pillariter, & per fideicommiſſum, quando præcedens
continebat eandem formam.& pulchrè Menoc.in cō-
ſil.124.nu.58. & ſeq. vbi propter dictionem, vt ſupra,
vult,quod ſeruetur inter ſubſtitutos ordo ſuccedendi
quem teſtator poſuerat in pręcedenti ſubſtitutione,&
latius agit idē Menoc.in conſil.435.nu.15. vbi allegat
Dec.Curt.iun.Bero.& Rubeū,qui ferè omnes loquun-
tur in terminis noſtris,& videri poterunt Soc.Ruin.&
Pariſ.citati à Simone de Pret.in trac.de interpret. vlt.
volunt.lib.2. interpret.4. dubit.2.ſolut.1.num.205.&
ſeqq. qui loquuntur de vi relationis factæ in teſtamē-
to,& in caſu noſtro teſtator non ſimpliciter ſubſtituit
Franciſcum, & eius deſcendentes, ſed cum onerib.fi-
deicommiſſo,& prout dictum eſt de alijs bonis eidem
Frāciſco relictis,ideſt cum ordine primogeniturę,ita,
quod ſolus primogenitus ſuccedat,vt ferè in terminis
noſtris conſiderat Soc.in conſi.251.col.2.verſ.ex quib.
vltimo loco,vol.2.vbi ait,quod facultas teſtandi con-
ceſſa in teſtamento cum oneribus,& grauedinibus ſu-
pra impoſitis, reſtringitur ad diſpoſitionem quæ fie-
ret in deſcendentes, ex quo ſupra prohibuerat bona
extra deſcendentes alienari.

Tertio ſupponitur, alios eueniſſe caſus in quib. ſo-
lus primogenitus ex linea Franciſci fuit admiſſus ad
ſucceſſionem alijs deſcendentibus excluſis, quæ obſer
uātia attulit interpretationem eius quod nunc dubiū
videtur,& dicitur regina omnium interpretationum,
10 † l.ſi de interpretatione,& l.minime,ff.de legib.l.cer-
ti iuris,C.de iud.Bar. in l.diuturna,ff.de legib. Natta,
cōſi.406. nu.28. Crau.in Reſpon.pro Genero,nu.317.
Cęph.cōſ.272.nu.144.Rol.cōſ.69.nu.50.vol.2.Menoc.
cōſi.32.nu.44.Bec.conſi.6. nu.15. & ſeq.& in ſpecie de
interpretatione teſtamenti, ex eo ꝙ fuit obſeruatum,
ponit Capra in conſi.158.in fi.Crau.conſil.766. nu.7.
habet enim vim declarationis cuiuſdam,quę plurimū
operatur,vt latè per Pariſ.conſi.75.nu.52.vol.2.Card.
Mant. latè de coniect. vlt.volunt. lib.3. tit.1.nu.25.&
ſeq.& eodem modo Crau.conſi.954.nu.5.ſuſtinet feu-
dum eſſe rectū, ex eo quod pro tali fuit emptū ſępius,
& ab eo excluſæ feminæ.Similiter Brun.conſi.127.col.
7.verſi.quod ſi quartam, & col.20. verſi.item prædicta
non obſtarēt, in caſu iſto colligit bona eſſe allodialia,
& non feudalia, ex quo ſolita erant vendi & alienari.

Quib. ſic poſitis fundamentis, non obſtat quod D.
Dominicus teſtatori, & grauato qui vltimus deceſſit
proximior ſit, quia in caſu noſtro non iure communi
ſucceditur,ſed ex præſcripto teſtatoris,qui quoad bo-
na Franciſco relicta, vel eidē aut ſuis deſcendentibus
peruentura ob mortem alicuius ex inſtitutis, vocauit
ſolos primogenitos,& hæc teſtatoris diſpoſitio eſt at-
tēdēda,§.diſponat,in Auth. de nupt.& vbi ſucceditur
ex teſtamento, tunc teſtamenti inſpiciēda ſunt verba,
11 † l.ille aut ille,§.cum in verbis,ff.de leg.3. Tiraq.alios
citans in l.ſi vnquam,in ver.libertis,nu.10.C.de reuoc.
don.exornat latè Card.Mant.lib.3.tit.4.nu.1.& ſeqq.
cum ergo vocauerit primogenitos,non eſt dubiū quin
D. Hieronymus vti filius Franciſci iunioris primoge-
nitus ex Marco Antonio excludat D. Dominicū eiuſ-
dem Marci Antonij ſecundogenitum, nepos enim in
12 primogenituræ ſucceſſione præfertur patruo,† ſecun-
dū Oldr.Io.And. & infinitos alios, quos citat Tiraq.
in trac.primogen.q.40.vbi latiſſimè agit,nu.11.& ſeq.
& nouiſſimè alios modernos referens hāc ſententiam
defendit Lud.Molin.de primogenit.Hiſpan.lib.3.c.6.
per totum, vbi probat ius eſſe adeo quęſitum filio pri-
genito,cum naſcitur, vt eo decedente ante delatam
ſucceſſionem illud trāſmittat in filios, qui ideo repre-
ſentando patris perſonam,excludunt patruum. alios
addit Thomas Marin.de feud.lib.1.tit.6.nu.23.Gabr.
conſ.130.nu.36.vol.2.Burſ.conſi.67.nu.25.qui teſtan-
tur de magis communi opinione Crau. conſi.677.nu.
9.conſi.798.nu.17.in caſu autem noſtro vocauit teſta-
tor deſcendentes Franciſci inſtituti, ſecundum ordi-
nem primogenituræ,non autem ſimpliciter.

Minus reſiſtit,quod vocando deſcendentes Franci-
ſci in ſtirpes, & non in capita, teſtator non reſpexerit
primogeniturā, nec ſolos inuitauerit primogenitos,
ex quo eo caſu non conuenit ſucceſſio per ſtirpes. Re-
ſpondeo enim, quod teſtator nō ſimpliciter ſubſtituit
in ſtirpes,& non in capita,ſed adiecit qualitatem illā
cum oneribus, fideicommiſſo, & prout dictum eſt de
alijs bonis cuiq; ipſorum relictis; hæc autem qualitas
modificat naturā dictæ Clauſulæ in ſtirpes,& non ali-
ter ſuccedendum eſt in ſtirpes, quam dicatur in parti-
cularibus ſubſtitutionib. cuiusq; ipſorum,quia,vt di-
xi ſupra,relatū limitat, & reſtringit diſpoſitionē refe-
rentem,Bar.d.Extrauag.ad reprimendū, in verſi.pro-
ut, aliud aūt eſt, ꝙ ſimpliciter ſuccedatur in ſtirpes,
aliud vero quod in ſtirpes ſuccedatur ſcđm modum
cuiq; ſubſtitutorum præſcriptum:nā qualitas adiecta
13 diuerſificat, & in diuerſa ſpecie reponit.† Bart.in l.ſi
quis poſthumo,§.ſi quis filium,in fi. ff. de lib. & poſth.
& ibi Iaſ.nu.51.Crot.cōſi.50.nu.8.Marſ.ſing.520.Go-
meſ.§.in perſonam,nu.16.Inſt.de act.Menoc.conſi.351.
nu.13.& aliud eſt talem eſſe ſimpliciter,aliud verò eſ-
14 ſe ſecūdum quid.† Bar.in l.maritus,§.legis Iuliæ,ff.de
adulter.Bal.in l.adoptiuum,§.patronū,ff.de in ius vo-
cando.Ale.in conſi.168.col.1.in fi.vol.1. Crau.in con-
ſil.653.nu.4. & quod Clauſula,in ſtirpes, ex adiuncta
qualitate mutet naturam ſuam, & in alium tranſeat
ſignificatum,voluit Pariſ.in conſi.40.nu.33.vol.2.

Secundo reſpondetur,quod ſi in portione Franciſci
attenderetur ea Clauſula, vtiq; ſucceſſio non fieret eo
modo quo teſtator diſpoſuit circa bona cuique ipſo-
rum relicta,ideſt,ſeruato ordine primogenituræ,atq;
ita teſtator eſſet ſibi inuicem contrarius, ꝙ non eſt di-
cendum,& ſeipſum incontinenti corrigeret,quod eni
15 non eſt veriſimile, † l.præcipimus,in prin.C.de appel.
l.cum hic ſtatus,§.1.in fi. ff.de don. inter vir. & vxor.cū
alijs quos citaui in conſi.241.nu.20.& Clauſula illa,vt
16 euitetur cōtrarietas, ſolet naturam ſuam mutare,† vt
probat Curt.ſen.in conſ.43.Teſtator Auguſtinus,col.
pen.10 fi.verſ.& primo,quia melius,vbi vult,quod po-
tius ſit ſuperflua, quam quod correctionem inducat.
Pariſ.d.conſi.40.nu.35.verſ.& etiam,quia per dictam
Clauſulam.Simon de coniect.vlt.volun.lib.3.interp.3.
dubit.4.ſolut.3.num.19.folio mihi 340.

Tertio

Tertio reſpondeo, quod Clauſula illa, in ſtirpes, in-
telligi debet quoad alios omnes ſubſtitutos, in quorũ
ſucceſſione non eſt ſeruandus primogeniturę ordo,
non autem quoad Franciſcum, & eius deſcendentes;
inter quos ordo prædictus eſt ſeruãdus, ita ſcilicet, vt
quoad deſcendentes Franciſci ſolus ſuccedat primo-
genitus, quo verò ad alios, veniãt omnes in ſtirpes, &
non in capita. ſuadetur autem reſponſio hæc, quia in
verborum interpretatione ſingula ſingulis referenda
17 ſunt,† ſecũdum gl. in l. qui in futurum, ff. de pact. Dec.
in conſi. 186. colum. fi. conſi. 464. in fi. Soc. iun. conſ. 125.
nu. 15. vol. 1. Crau. in conſ. 98. nu. 15. Rim. conſi. 31. nu.
99. conſi. 563. nu. 5. à Menoc. conſi. 177. nu. 26. vbi pro-
priè loquendo in teſtatoris diſpoſitione relatiuè, vult,
quod relatio fiat diſtributiuè, applicando ſingula ſin-
gulis. Rota Rom. in dec. 757. nu. 1. in 1. par. in nouiſs. &
de hac Clauſula Simon d. gl. 3. nu. 28. poſt mediũ. erit
ergo ſenſus, quod reſpectu aliorum in quibus non eſt
ſeruanda primogenitura ſuccedatur in ſtirpes, raſpe-
ctu verò Frãciſci non. Suadetur etiam hic ſenſus, quia
teſtator non voluit pariformiter de omnibus ſubſtitu-
tis diſponere, nec eos eodem modo omnes ad ſubſti-
tutionem vocare, ſed differenter, dum inquit, prout de
alijs bonis cuique ipſorum relictis dictũ eſt. illa enim
18 dictio, cuique ipſorum, eſt diſtributiua.† Bart. Imola,
& alij, in l. hoc articulo, ff. de hær. inſtit. Corneus conſi.
289. col. 4. verſ. nec verbum vniuerſale, vol. 4. Soc. in l. ſi
fuerit, ff. de reb. dub. Doct. in l. ſi qs in fundi vocabulo,
§. 1. vbi Iaſ. & Ripa, ff. de leg. 1. & licet diſtributiuę pro-
prietas ſit, actum cuiq; in ſolidum tribuere, l. ſi plurib.
vbi Bar. Imola, & alij, ff. de leg. ſecundo. Paril. conſ. 49.
num. 4. vol. 2. tamen, quando natura rei repugnat, tunc
19 perdit proprietatem.† Bart. in d. l. hoc articulo, nu. 6.
verſi. hoc eſt verum, vbi Imola, col. pen. verſi. hoc pro-
cedit. Coraſ. in l. ſi quis, nu. 1. C. de impuber. Paril. cõſ.
43. nu. 45. vol. 2. in caſu autem noſtro, non poteſt in ca-
pite Domini Franciſci retinere ſuam naturam, & de-
notare ſucceſſionem in ſtirpes, quia in ea fuit ordi-
nata ſucceſſio ſecundum ordinem primogenituræ, er-
go actum non tribuit cuique.

Quarto reſpondeo, quod Clauſula, in ſtirpes, & non
in capita, poterit ẽt conuenire Franciſco, & deſcendẽ-
tib. ab eo, abſq; læſione primogeniturę, ſi intelligamus
quod reſpiciat concurſum omnium ſubſtitutorum in-
ter ſe, vt gratia exempli, ſi ad ſucceſſionem concurrant
quatuor filij Baptiſtę, tres Franciſci, duo Sebaſtiani, &
vnus Iacobi, importabit hęc Clauſula, quod tm̃ capiat
vnicus filius Iacobi, quantum habebunt quatuor illi
Baptiſtæ. Soc. conſi. 104. nu. 4. vol. 3. latè Burſ. conſi. 67.
& cõſ. 71. Simõ d. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. ſol. 3. n. 29.
fol. 340. non autem debet intelligi quod idẽ ordo ſuc-
cedendi ſeruetur inter plures deſcendentes ab vno ex
ſubſtitutis puta à Franciſco, vt in facto nunc agitur:
quia Clauſula illa denotat non ſubſtantiam ſubſtitu-
tionis, ſed modum ſcd̃m quem ſuccedere debent illi,
20 qui ſunt vocati,† & ita non ſignificat quę perſonæ ſint
admittendæ ad ſucceſſionẽ, ſed quæ portio ijs aſſignã-
da ſit, q̃ prius ſunt vocatæ, vt pulchrè declarat Alc. in
conſi. 639. in fi. Petra d. tract. q. 11. nu. 131. & hoc modo
ſaluabitur diſpoſitio à contrarietate: quia cum quęri-
mus qui ſint vocati, reſpondendum eſt ex Franciſco,
ſolum primogenitum, quia hoc modo fuit ordinata
ſucceſſio in bonis Franciſco relictis; cum vero quæri-
mus, quaota portio huic primogenito vocato ſit aſſi-
gnanda, dicimus tantam deberi quantã caperet Fran
ciſcus ſi viueret, & hoc modo videtur, quoque intelli-
gere Soc. iun. conſi. 135. nu. 7. verſ. nec prædictis obſtat,
vol. 1. & Celſ. Hugo, conſi. 120. nu. 27. concludit, quod
hæc Clauſula non mutat naturam ſubſtitutionis in
caſibus, igitur in quib. primogenitus ſuccedit, fiet bo-
norum diuiſio in ſtirpes, & in dubio capi debet ea in-
terpretatio per quam correctio euitatur, & contrarie-
21 tas,† l. item videndum, in princ. ff. de petit. hær. l. fi. C.
de noui. dotib. Alex. conſi. 170. vol. 6. infinita congerit
Crau. pro genero, nu. 301. & pluribus ſeqq. & prędicta
interpretatio ſuadetur: quia clauſula in ſtirpes adie-
cta reſpectu plurium, ſimul vocatorũ, & copulatorum
in vna ſubſtitutione, referri non dẽt ad plures deſcen-
dentes ab vno ex illis plurib. vocatis, nã diſpoſita col-
lectiuè ex parte aliquorum verſus alios non habẽt lo-
22 cum inter ipſos,† l. qui duos, & l. ſeq. ff. de procurator.
l. ſi quis ingenuam, §. in ciuil lib. ff. de captiu. Ideo ſi in-
ter tres ab vna parte, & vnũ ab alia fiet cõpromiſſum,
23 non venient controuerſiæ quæ ſunt inter illos † tres;
Bal. conſi. 309. vol. 5. Butr. cõſi. 77. Dec. conſi. 253. nu. 4.
vbi infert, quod inſtituto fratre, & eius filijs, conſide-
rabuntur filij reſpectu patris, non inter ſe, & multas ſi-
miles deciſionas ponit Alc. in conſil. 200. nu. 4. & ſeq.
Zanc. in l. hæredes mei, §. cũ ita, par. 6. nu. 87. & ſeq. ff. ad
Treb. Sic in propoſito, licet dictũ ſit oẽs prædictos eo-
rumq; filios ſuccedere debere quatuor illis fratrib. in
ſtirpes, & non in capita, id intelligitur inter ipſos oẽs
vocatos, non aũt inter plures filios vnius ex vocatis; &
principalis intentio teſtatoris fuit, non deſignare qui
ad ſucceſſionem vocarẽtur, ſed qualiter inter vocatos
ſint diuidenda bona. Idẽt oſtendo alia rõne: nam ſi nõ
adiecta illa Clauſula (in ſtirpes, & non in capita) te-
ſtator ſimpliciter dictos oẽs, & eorũ filios ſubſtituiſſet
cum oneribus, & prout dictum fuit, de bonis cuiq; ip-
ſorũ relictis, certe res eſſet clara, & ſolus primogeni-
tus ſuccederet ſine controuerſia, quia oẽs dicerentur
vocati ijs modis, quibus eſt cuiuſq; ipſorum ordinata
ſucceſſio; ſolum aũt ſupereſſet dubium, qualiter illi vo-
cati deberent ſuccedere, an ſcilicet ſingulis perſonis
portiones ſingulæ eſſent aſſignandæ, vel oẽs deſcendẽ-
tes vnius ex ſubſtitutis nominatis conſtituerent partẽ
vnam, & vna portione deberent eſſe cõtenti: vt igitur
eiuſmodi dubitationam tolleret teſtator; Clauſulam
illam ſubiecit, per q̃ voluit, qđ oẽs deſcendẽtes ab vno
ſtipite vnicam recipiant portionẽ, non aũt tot portio-
nes quot ſunt capita: intelligi ergo debet appoſita illa
Clauſula ad eũ finẽ, ad quẽ apponi debebat, vt de ſen-
tentia dicit Bar. in l. miles, ff. de re iud. Cępol. conſi. ci-
uili 57. nu. 5. facit l. ſi duo, vbi Bal. ff. de acq. hær. Cran.
cõſ. 91. nu. 8. & cũ neceſſaria eſſet declaratio portionũ
in quib. erat ſuccedendum, cenſeri dẽt Clauſula ad id
aſcripta, ideſt in caſum magis neceſſariũ. Bal. conſ. 35.
col. 2. vol. 2. Crau. conſi. 135. nu. 34. conſi. 149. nu. 12. cũ
ergo referendo Clauſulam illã ad filios Frãciſci indu-
catur contrarietas in teſtatore, ſed intelligendo inter
oẽs ipſos vocatos tollat dubiũ, quod ſuberat, & neque
verba, neq; ſenſum offendat, nemo erit meo iudicio tã
pertinax, qui non intelligat, eam Clauſulã non impe-
dire quo minus, ſoli primogeniti ſuccedant in portio-
ne Frãciſco delata, ex quo hoc modo Clauſula opera-
tur ſuũ effectum, & non remanet otioſa, & ſucceſſio de-
fertur primogenito, ſcd̃m voluntatem teſtatoris, & or-
dinem ab eo præſcriptum, & capi debet interpretatio
24 per q̃ ſatisfit vtriq; parti.† Caſtr. in l. 1. in fi. ff. ſi quis
caution. Crau. conſi. 333. nu. 13. & conſil. 396. nu. 12.

Non etiam contradicit quod primogenitura fuerit
inſtituta ſolum in bonis quę fuerant relicta Frãciſco,
vel quæ ei adhuc viuenti obueniſſent per mortem ali-
cuius ex grauatis, non aũt in alijs quæ ſuis deſcenden-
tib. quoquo modo per mortem vocatorum delata eſ-
ſent, quia teſtamenti lectura repugnat, & contrarium
oſtendit, & ẽt ea iure primogeniturę deferuntur quæ
perueniſſent in deſcendẽtes D. Franciſci, vt ibi *in dicto*

M. Franceſco, ouero ſuoi deſcendenti, viuente autem Do-
mino Franciſco ſui deſcendentes oon poterant ſucce-
dere aliquib. ex vocatis, quia ſemper ſunt alternatiuè
vocati cum Franciſco, quę alternatiua ſubſiſtente or-
dine charitatis, & affectione ordinata, operatur, quod
cenſeantur vocati ordine ſucceſſiuo poſt Franciſcum,
25 non aũt eodem tpe cum eo, † l. ſi fundus ſub conditio-
ne, §. his verbis, ff. de leg. 1. l. cum pater, §. pen, ff. de leg.
2. Bal. Salic. & Caſtr. in l. cũ quidã, ff. de lib. & poſth. Be
ro. conſi. 97. nu. 5. vol. 2. Clar. de teſta. q. 80. nu. 5. Ceph.
in conſi. 433. nu. 13. & ſeq. Simon. de interpret. vlt. vo-
lunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. ſolut. 2. nu. 6. folio mihi
332. Cũ ergo in primogenitura includantur bona quæ
obueniſſent filijs, & filij ij non poſſint ſuccedere niſi
poſt mortem patris, fatendum eſt, ea quoque includi
bona poſt patris mortem eſſent filijs, & deſcendentib,
delata, & illa Clauſula, *& doppo la morte del detto M.
Franceſco* minimè reſtringitur ad tempus mortis Frã-
ciſci, ſed plura tempora complectitur, quia cum ſem-
per quis mori poſſit, mentio mortis continet tractum
ſucceſſiuum, & ideo efficit ſubſtitutionem compẽdio-
26 ſam, † gl. magna in l. in teſtamento, C. de teſtam. milit,
Ang. conſil. 125. in princ. Fulgoſ. Caſtr. & Alex. d. l. in
teſtamento, Natta, in conſi. 68. num. 7. Rolan. conſi. 25.
num. 16. vol. 1. vbi alios citant, etſi quid poſt mortem
Frãciſci obuenit eius filijs, rectè dicitur obueniſſe poſt
mortem patris; & id clarius fiet ex his quę dicentur in
reſolutione ſequentis argumenti.

Pariter non obſiſtit, q̃d ordo ſuccedendi ſecundum
primogenituram aſcriptus ſit reſpectu bonorum quæ
iam deueniſſent ad deſcendentes Franciſci, vt ſcilicet
poſtq̃ intrauerunt eã lineã, ſemper in ea conſeruentur
tranſeundo de primogenito in primogenitũ: nos verò
agimus de bonis nõdũ ei lineæ incorporatis, vel quę-
ſitis, & de modo ea quærendi, & in eis ſuccedendi. re-
ſpondeo etenim, ordinem primogenituræ datum fuiſ-
ſe non ſolum pro bonis iam quæſitis ſucceſſorib. Fran-
ciſci, ſed etiam pro quærendis in futurum, & id oſten-
do per expreſſa teſtatoris verba, dum dicit, *& tutti gl'
altri beni che per morte, &c. perueniſſero, ouero foſſero perue-
nuti in detto Franceſco, ouero ſuoi deſcendenti*; quatenus eñ
dicit *foſſero peruenuti*, includit bona iam quęſita; quate-
nus autem dicit *perueniſſero*, non poteſt intelligi niſi de
futuris, & nondum quæſitis, quia verbum ſubiunctiuũ
ſiue ſit præteriti imperfecti, ſiue præſentis temporis,
27 ſemper importat futurum, † l. ſi ita quis, §. Seia, ff. de
verb. oblig. Bar. in l. 1. in 7. quęſt. num. 11. ff. de iur. codi-
cillor. Bald, in l. fin. num. 21. C. de codicill. vbi ait, quod
imperfectum omne tendit in futurum. ſequuntur alij
apud Simon, de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1.
dubit. 1. ſolut. 10. num, 91. & dicit Angel. in l. ſeruitus,
col. 2. ff. de ſeruit. vrb. præd. quod in vltimis voluntati-
bus omne tempus porrigitur ad futurũ, & ibi in prin.
dicit, quod ſi verbum reperitur in præterito imperfe-
cto, & in futuro, tunc includit omne tempus, & idem
eſt in verbo optatiui modi.

Et clarius apparet, quia teſtator dixit *perueniſſero ò
foſſero peruenuti*, ſicuti enim copula ponitur inter diuer
28 ſa. † gl. in Rubr. ff. de iur. & facti ignoran. in l. ſi duo, C.
per quas perſon, nob. acq. Iaſ. in l. 1. nu. 2. in princ. ff. de
iuſtit. & iure, Cæph. in conſi. 183. nu. 69. ita, & alterna-
tiua, quia & ipſa ponitur inter diuerſa, licet nõ multũ
29 ratione diſtantia, † l. 1. vbi Doctor. ff. de reb. dub. facit
Oldr. conſ. 297. Fel. in c. ſedes, nu. 23. de reſcript. & niſi
ea verba diuerſum tempus importarent, alterum ip-
ſorum eſſet ſuperfluum, contra not. per Bald. in Rubr.
C. de rer. permut. nu. 9. & l. ſi quando, ff. de leg. 1.

Rurſus patefit hæc teſtatoris voluntas ex alio cla-
riſſimo fundamẽto, quia diſponit, quod bona quę per-
uenirent ad deſcẽdentes Franciſci perueniant ad pri-
mogenitum Franciſci. ergo primum verbum perueni-
rent, non poteſt intelligi cum effectu, ſed in potentia,
ideſt, quæ contigerit deferri vel aperiri deſcẽdẽtibus,
volo applicari primogenito, vt ſit ſenſus, quod ſolus
primogenitus ſuccedat in ijs omnibus bonis quæ erũt
deſcendentibus ex Franciſci linea aperta, ſeu delata,
aliàs ſi primum verbum intelligerent cũ effectu, indu-
ceretur repugnantia, non enim poſſunt perueniſſe ad
omnes deſcendentes, & ſoli primogeniso applicari;
ideo alius ſenſus capiendus eſt, Crau. conſi. 70. nu. 22.

Pręterea facit, quia nulla ratio diuerſitatis aſſigna-
ri põt quare teſtator magis voluerit primogenituræ
ordinem ſeruari in bonis quæ per aliorũ mortem per-
ueniſſent ad Franciſcum, quam in illis quæ ad Frãciſci
deſcendentes perueniſſent, ergo in omnib. cenſendum
eſt idem diſpoſuiſſe, l. illud, ff. ad leg. Aquil. & cum om-
nia deferantur tam deſcendentibus, quam Franciſco
ex eadem ſubſtitutione, non eſt credendum quod vo-
luerit aliqua ad ſolum primogenitum venire, alia ve-
rò ad omnes ſpectare, ſed potius omnia eodem modo
determinare, l. iam hoc iure, ff. de vulg.

Rurſus, ſi voluit iam quæſita conſeruari in primo-
genitos, cenſetur etiam voluiſſe quod à principio quę-
rantur primogenitis, quia non aliter poſſunt conſer-
uari niſi eo modo acquirantur, & qui vult conſequens,
cenſetur etiam velle omne antecedens neceſſarium, l.
ad rem mobilem, ff. de procur. Hinc dicunt Doctores,
quod ſi teſtator diſponit bona ſua conſeruari in ſua
familia, cenſetur eo ipſo ordinaſſe ſucceſſiuum fidei-
commiſſum inter illos de familia, quia conſeruari ali-
30 ter nõ poſſunt. † Bar. in l. ſi cognatis, ff. de reb. dub. vbi
Cuma. declarat Soc. conſi. 12. nu. 18. vol. 3. alios citaui
in conſ. 96. nu. 14. etſi D. Dominicus ſuccederet, vtique
non conſeruarentur bona in primogenitis.

Vltimo nõ obſtat, quod cum omnes illi fuerint *vni-
ca* oratione vocati, debeant etiam omnes vniformiter
ſuccedere, nõ autem vnus ſecundum ordinem primo-
genituræ, alij vero ſecundum ius commune, hoc enim
rectè procederet, ſi non extaret in contrarium expreſ-
ſa teſtatoris diſpoſitio modũ ſuccedendi præſcribens,
ea nunquam vim habet legis, §. diſponat, in Auth. de
31 nupt. & potuit ipſe legem ponere rei ſuæ, † l. traditio-
nibus, C. de pact. Bec. conſi. 101. nu. 25. & non fit æqua-
32 lis determinatio quando diſponens aliud mãdat, † l.
in teſtamẽto, C. de teſta. milit. Ripa, l. Centurio, nu. 28.
in fi. ff. de vulg. Menoch. conſi. 76. nu. 17. ante eos Soc. in
l. hæredes mei, §. cum ita, col. 12. ff. ad Trebell. vbi vult
id procedere etiam ex ſola coniecturata voluntate, ſe-
quitur Zanch. par. 10. num. 53.

Reſpondeo ſecundo, quod etſi vnica ſit ſubſtitutio
facta de plurib. perſonis, tñ reſpectu ſucceſſionis nõ eſt
vnicus modus ſed plures: quia dixit teſtator quod bo-
na pueniat eo modo quo ſupra dixerat de bonis cui-
que ipſorum relictis, atque ita ſuccedendi normam
tradidit non vniformem, ſed prout de alijs bonis di-
xerat in prælegato cuiq; eorum facto. Tollitur ẽt quod
deducitur ex regula, l. cum qui ædes, ff. de vſucapion.
33 nam ea non procedit dum res in eſſe deducitur, † quia
id fieri poteſt diuerſo iure, licet aliud ſit poſtquam eſt
in eſſe deducta, Ripa in l. in quartam, nu. 18. ff. de vulg.
Similiter diuerſis reſpectibus poteſt res eadem diuer-
34 ſo iure cenſeri, † l. miles, §. pro parte, ff. de leg. 2. Ripa,
l. fi. nu. 122. C. de reuocan. don. Menoch. alios citans in
tract. de recuper. poſſ. Remed. 1. nu. 36. dixi in cõſ. 127.
nu. 69. atque ita quoad Franciſcum ſucceſſio ſoli pri-
mogenito erit aperta, quo vero ad alios, cenſebun-
tur vocati omnes eiuſdem gradus.

Cõcludo igitur ſine vlla hæſitatione, ſolum Domi-
num

Digitized by Google

num Hieronymum admittendum eſſe ad portionem quæ delata eſt lineę Domini Franciſci,& in ea nullum prorſus competere ius Domino Dominico,ſaluo ſemper meliore iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus relictus vxori qui ſtantibus filijs ex conſuetudine Bulgari reſtringitur ad alimenta poſt eorum mortem integre debetur, nec amplius reſtringitur, ſed ſortitur effectum ſecundum verborum ſenſum.*
2 *Subſtitutio facta filiæ ſi deceſſerit antequam nubat eſt pupillaris, quia illa verba exponantur antequam ſit nubilis.*
3 *Pupillaris ſubſtitutio fieri poteſt filię in re certa inſtitutæ.*
4 *Pupillaris ſubſtitutio quamquam facta in certis bonis, amplectitur omnia bona filiæ vndecunque illa habuerit.*
5 *Pupillaris ſubſtitutus excludit matrem in totum.*
6 *Pupillaris ſubſtitutio fit ſolũ filiæ decedẽti in pupillari ætate.*
7 *Subſtitutio in certum tempus facta, ad aliud tempus non trahitur.*
8 *Matrimonij ad validitatem in muliere requiritur annus duodecimus.*
9 *Correctio repentina, vel repugnantia ſemper vitanda eſt.*
10 *Copulatorum concurſus requiritur.*
11 *Diſiuncta fauore filiorum reſoluitur in coniunctam.*
12 *Hæreditas dari, vel directa ſubſtitutio fieri non poteſt in codicillis.*
13 *Pupillaris ſubſtitutio facta in teſtamento imperfecta ſuſtinetur, ſi filius eſt ſubſtitutus ſecus ſi extraneus.*
14 *Mater non obſtante fideicommiſſaria ſubſtitutione facta per patrem filio ſuccedit ipſi filio decedenti in pupillari ætate, ſed tenetur ea bona ſubſtitutis reſtituere, detracta ex perſona filij legitima, & ex propria Trebellianica.*
15 *Pater non poteſt per fideicommiſſum priuare matrem legitima ſibi debita in bonis filij.*
16 *Pupillaris ſubſtitutio directa, quamuis deinde vertatur in fideicommiſſariam, dicitur grauamen iniunctum filio.*
17 *Reſtituat verbum eſt obliquum.*
18 *Legitimam, & Trebellianicam detrahit filius grauatus fideicommiſſo.*
19 *Legitimæ filij nõ imputatur datũ cauſa cõditionis implendę.*
20 *Datũ cauſa cõditionis implẽda imputatur in Trebellianicã.*
21 *In Trebellianica non imputatur datum cauſa conditionis implendæ, quando non eſt remanſurum penes filium, ſed venit aliquo caſu reſtituendum.*
22 *Pater ſicut põt ꝑ filio pupillo teſtari, ita & codicillos facere.*
23 *Pater poteſt grauare fideicommiſſo eum, qui filio pupillo ab inteſtato ſucceſſurus eſt.*
24 *Pupillaris ſubſtitutio facta in codicillis, vbi vertitur in fideicommiſſum, tunc ſola bona teſtatoris veniunt.*

CONSILIVM CCCLXIII.

EX teſtamento, & codicillis conditis ab Illuſtri D. Aluiſio Maſcarello nobili Vicentino plures inſurgunt quæſtiones, quarum prima nullam meo iudicio continet difficultatem, quia relictum vſusfructus factum Illuſtri Dominæ Doralici eius vxori, etiam ſi viuente D. Angeletta communi filia, debuiſſet forte ex conſuetudine Bulgari reſtringi ad ſola alimenta, tamen mortua exinde filia, legatum ſortitur effectum ſuum, ſecundũ verborum ſenſum, & non reſtringitur, quia per mor-
1 tem filij ceſſauit cauſa reſtrictionis. † Barr. in l. Titia, §. Titia teſtamento, nu. 10. ff. de leg. 2. & ſequuntur cõmuniter Doctores, vt probaui in tract. de alimen. tit. 2. alimen. quand. cenſeant. relict. q. 15. nu. 162. ideo tanquam res clara ſit, & diſcuſſione non egeat, vlterius non inſiſto, præcipuè cum in codicillis legata vxori facta fuerint confirmata, non obſtante reſtitutione bonorum, quæ in eis fuit ordinata ad fauorem fratrum teſtatoris.

Secunda eſt quæſtio, an prædictæ Dominæ Doralici matri debeatur legitima in bonis D. Angelettæ filiæ defunctæ in ætate pupillari, ei enim ab inteſtato ſuccedere non poteſt ſtante ſtatuto Vicentino, quod matrem excludit ſtantibus agnatis, & videtur nullam ei deberi legitimam, quia in codicillis duæ factæ ſunt ſubſtitutiones. prima in caſum in quem fratres obligarent ſe ſoluere Dom. Angelettę ducatos ſex mille, tunc enim vult pater quod eis hæreditas reſtituatur. ſecunda eſt, per quam mandat quod Angelettæ decedenti in ætate nubili, & ante matrimonium fratres prædicti ſuccedant in dictis ducatis ſex mille, & quãuis ex prima ſubſtitutione non excludatur mater, quia non poteſt dici pupillaris, ſed fideicommiſſaria, vt infra probabo, tamen ſecunda videtur pupillaris, tanquam facta filiæ, ſi moriatur antequam ſit nubilis; ita enim ex-
2 ponuntur verba illa, antequam nubat, † vt eſt tex. atq; ibi gl. in l. qui habebat, ff. de vulg. Ripa, in l. 2. nu. 38. ff. eod. tit. Sfortia in tract. compendio. in prælud. par. 3. q. 6. in princ. & poteſt pupillaris ſubſtitutio fieri filiæ
3 in re certa inſtitutæ, † vt eſt text. in c. ſi pater, in verſic. eidem filio, de teſtam. in ſexto, & ibi notat Gemin. nu. 15. Aret. in l. iam hoc iure, nu. penult. ff. de vulg. & communem dicit Coſta, in d. c. ſi pater, in 1. par. in verſ. eidem filio, nu. 3. Hæc autem pupillaris, quamquam facta in certis bonis, amplectitur omnia bona filiæ vn-
4 decunque illa habuerit, † l. cohæredi, §. fin. ff. de vulg. Alex. in l. 2. nu. 27. ff. eod. tit. vbi Iaſ. nu. 29. dicit illum tex. eſſe ſingularem, Card. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 3. num. 14. Craſſus in §. ſubſtitutio, q. 29. nu. 3. Stante itaque pupillari, infertur, quod mater reperta in medio excluditur in totum à ſubſtitutis pu-
5 pillaribus, † d. c. ſi pater, gl. in l. precibus, in verſic. omnimodo, C. de impuber. cum infinitis quos adducit Craſſ. d. §. ſubſtitutio, quæſt. 30.

Concludo tamen prædictis nõ attentis, matri legitimam deberi in bonis filiæ prædefunctæ, (non examino an filiæ ſucceſſio ſpectet ad matrem, non obſtante ſtatuto, quia de hoc non ſum interrogatus, & forte obtineret ea opinio, quod in totum mater ſuccedat, quia ſtatutum non habet locum vbi agitur de ſucceſſione feminæ, quemadmodum in ſtatuto Mantuano huic ſimillimo tenui aliquando, & fuit ab hoc quoque Senatu ſæpius deciſum) quoniam pro matre ſtat ius commune, & ſtatuti deciſio.

Et non obſtat, quod pupillaris ſubſtitutio matrem excludat: nam reſpondeo, quod ſubſtitutio de qua ſupra, nõ eſt pupillaris, facta enim fuit ſi moreretur poſt pubertatẽ, & in tempore nubilis ætatis, pupillaris au-
6 tem fit ſolum filio decedẽti in pupillari ætate, † vt in l. ſecunda, ff. de vulg. vbi Bart. ponit in ſecundo requiſito, & ſequuntur alij omnes. Sfortia d. tract. in prælud. par. 3. q. 2. adueniente enim pubertate extingueretur popillaris, ſi facta eſſet, ergo multo minus eo tempore poteſt incipere, l. Titio cum moriatur, ff. ad vſufructu. Bened. in c. Rainutius, par. 2. in verſ. ſi abſque liberis moreretur, il ſecondo, num. 27. de teſtamen. ſubſtitutio porro in certum tempus facta, ad aliud tempus
7 non trahitur, † l. ſi ita quis, l. ex facto, §. item quæro, vbi Docto. ff. de vulg. Barto. & alij, in l. ſi mater, §. 1. ff. eod. Pariſ alios citans, in conſil. 14. num. 12. volum. 2. Alc. in conſil. 559. per totum, vbi dicit, quod diuerſitas temporis diuerſitatem inducit in ſubſtantia. Peregr. alios citans de fideicommiſſ. articul. 1. numero 37. & articul. 52. numero 3. vbi latius proſequitur. Cum

igitur ſubſtitutio facta ſit ſi moreretur in ętate nubili,
ideſt poſt annum duodecimũ; is enim ſtatus requiri-
8 tur ad validitatem matrimonij in muliere.† §. 1. Inſt.
de nupt.c.continebatur,& c.atteſtationes,de deſpon-
ſat.impub. glo. in c.2.eod.tit. Calcan.conſ.120.Tiraq.
de leg.connub.l.6.nu.36. non debet trahi ad caſum in
quo mortua eſt adhuc infans.& aduertatur,quod non
dixit pater ſimpliciter, ſi filia decederet nubilis, ſed ſi
decederet in tempore ſuæ nubilis ætatis. ſic enim im-
portant verba illa vulgari idiomate prolata, *nel tempo
della ſua nubile età*, quocirca, loquendo de ætate nubili,
non poteſt de alia intellexiſſe quam de ea quæ nuptijs
apta eſt,& conſequenter de duodecimo anno.

Nec aduerſatur q᷉d poſtea verba addiderit, *& auan
ti che ſi maritaſſe*, quæ videntur importare antequam ſit
nubilis,d. l. qui habebat, & ſupra dictum eſt; nam re-
ſpondetur, intellectum glo.ibi benè procedere in ter-
minis illis, quando aliud non erat adiectum,ſed con-
uenire non poſſe caſui noſtro,in quo prius dictum eſt,
in tẽpore ætatis nubilis, quocirca induceretur,vel re-
pentina correctio, vel repugnantia, quorum vtrumq;
9 vitandum eſt. † de primo,eſt tex. in l.niſi ad ea legata
duntaxat,vbi gl.ff.de cond.& demonſtr.& de ſecundo
in l.vbi repugnantia,ff.de reg.iur.voluit ergo teſtator
amplecti tempus quod intercedit poſt pubertatẽ, ſed
ante matrimonium. Accedat,quod copulatiuè loqu-
tus eſt,ſi decederet in tempore nubilis ætatis, & ante
matrimoniũ vnde vtriuſque copulati requiritur con-
10 curſus,† l.ſi hæredi plures,ff.de cond.inſtit.Bart.in l.ſi
is qui,§.verum,ff.de rebus dub. Soc.cõſ.33.col.2.vol.3.
Oſaſc.deciſ. Pedem.71.nu.66. facit tex. in l. generali-
ter,C.de inſtit. & ſubſtit. vbi Docto.concludunt,quod
fauore filiorum disiunctiua reſoluitur in coniunctam,
& ideo requiritur vtriuſque conditionis purificatio,
11 vt ſit locus ſubſtitutioni. † Oldr.conſil.189.Simon de
Pret.lib.3.interpret.3.dubit.3.ſolut.3.nu.7.folio 316.
Zanch. in §.cum ita,par.8.nu.146. ſi itaque in fauorẽ
filiorũ disiũcta reſoluitur in copulatiuam, multo ma-
gis copula retinebit naturam ſuam,vt vtraque condi-
tio verificetur, aliàs fideicommiſſum non habeat effe-
ctum. at in facto, licet deceſſerit Angeletra ante ma-
trimonium, non tamen in tempore nubilis ætatis, at-
que ita non euenit caſus in quem facta fuit ſubſtitu-
tio,nec dici poteſt facta pupillæ.

Secundo, ſi admittamus ſubſtitutionem fuiſſe factã
pupillæ,& ideo pupillarem eſſe,tamen ea erit nulla,&
non ſuſtinebitur, quia codicillis hæreditas dari nõ po
12 teſt, nec fieri directa ſubſtitutio, † vt in §.fin. Inſtit.de
codicill. l.Sceuola, ff.ad Trebell.ideo Bart.in l.Lucius,
nu.5. ff. de vulg. dicit quod ſubſtitutio breuiloqua fa-
cta à patre duobus impuberibus in codicillis, cõtinet
duas fideicommiſſarias, & Ripa ibi,nu.20.dicit,hanc
ſentẽtiam eſſe approbatam ab omnibus, & ſolum Ia-
ſonem diſſentire.eam quoque ſequitur Lancellot.Polit.
in tracta.ſubſtitut. in tit.de breuiloqua,ſeu reciproca,
in prin. num.4. & hoc procedit ſine dubio in facto no-
ſtro,in quo ſunt ſubſtituti extranei,ideſt fratres teſta-
toris, non autem filij; nam etſi ſecundum multos poſ-
ſit fieri directa ſubſtitutio in codicillis, quando filius
teſtatoris ſubſtituitur, tamen quãdo alius datur ſub-
ſtitutus,quam filius, tunc non ſuſtinetur,vt per Bar.in
l.2.nu.18. ff.de vulg. vbi dicit,quod in teſtamento im-
perfecto ſuſtinetur pupillaris, ſi filius eſt ſubſtitutus,
13 non ſi extraneus, † & eius diſtinctionem communem
dicit Cur.iun.l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,nu.
6.C.de teſtamen. & ibi eum defendit Natta,nu.128.
Clar.in §.teſtamentum,q.10. & hoc voluit Bart.in d.l.
hac conſultiſſima, §. ſi quis, in fine, procedere etiam ſi
in codicillis reuocaret pupillarem ſubſtitutionem fa-
ctam de extraneo,modo deinde ſubſtituat fratrem pu-
pilli vel alium ab inteſtato ſibi ſuccedentem, ſequun-
tur Cuma.Fulgoſ.Caſtr.Alex. & Aret. quos omnes ci-
tat,& ſequitur Iaſ.qui hanc defendit in d.§.ſi quis,nu-
me.3.& in l.1.nu.2. C.de codicill.Salic.in l.2. C.de co-
dicill.Bened.in c.Rainutius,par.1.in verſic.teſtamen-
tum,il primo,num.80.& in verſic.teſtamentum,il ter-
zo,num.57. vbi dicit magis communem, & in verſic.ſi
abſque liberis,nu.2.in tracta.breuiloq. nu.18.Coſta,in
cap.ſi pater,par.3. in verſic.interdum,nu.13.de teſta-
men.in 6.& quamuis hæc opinio habeat contradicen-
tes,tamen videtur communis,ſed vbi contraria obti-
neret, clarior eſſet caſus, vt quia ſi etiam ſubſtituto fi-
lio nõ admittitur pupillaris directa in codicillis,mul-
to minus admittetur quando eſt ſubſtitutus extra-
neus, vt contigit in facto. quamcunque ergo partem
amplectamur, ſemper dicemus ſubſtitutionem præ-
dictam non ſuſtineri iure directo.

Hoc ſtante, quod non ſit pupillaris ſubſtitutio, ſed
fideicommiſſaria,vt dicitur in l.Sceuola,ff.ad Trebell.
infertur, quod mater non excluditur à legitima: nam
ſi ſtatutum non obſtaret, mater ſuccederet filiæ in om
nibus bonis,licet ea teneretur poſtea reſtituere ei qui
fuit per fideicommiſſum ſubſtitutus, vt not.d.l.Sceuo-
la,vbi venientes ab inteſtato cenſentur rogati,ſed de-
traheret ex perſona filij legitimam,& ex propria per-
14 ſona Trebellianicam, † vt in terminis voluit glo.in d.
c.ſi pater,in verſi. abſque deductione,vt in verſic. Tre-
bellianicæ, & ſequuntur omnes ibi, vt inquit Coſta,
par.2.d.verſic.ſine deductione, in princ. & num.28.&
Doctores omnes, qui dicunt matrem excludi etiam à
legitima, loquuntur,quando datus eſt filiæ pupillaris
ſubſtitutus, non autem quando per fideicommiſſum,
& quod plus eſt,pater non poteſt per fideicommiſſum
15 priuare filium ſua legitima, † vt probat text. in l.Pa-
pinianus, §. ſed nec impuberis, ff. de inoffic.teſtamen.
not. Doct. in d.c. ſi pater.& in l.precibus, C.de impu-
ber. & hanc differentiam inter pupillarem, & fidei-
commiſſariam ſubſtitutionem ponit Imola,in l.cohæ-
redi,§. cum filiæ, num.12. verſic.ſexta differentia, ff.de
vulgar. & ibi Alexan.in fine,in verſic. ex hoc infertur,
& fuit originalis opinio Dini, quem ibi citat Bal. ibi,
verſic.in textu,nec aliud, vbi dicit,quòd fideicommiſ-
ſaria facta pupillo, non trahitur ad bona pupilli, &
conſequenter nec ad legitimam ei debitam, & clarè
Coſta,in cap.ſi pater,in ſecunda parte, in verſic. debi-
tæ,nu.7. quidquid ſit,quando ſubſtituta eſt pia cauſa,
& dicit Bart. in d.l.cohæredi,§. qui ita,in princ. quod
in fideicommiſſaria ſubſtitutione facta pupillo, non
veniunt bona filij; quæ ſententia procedit ſine dubio,
quando, vt in caſu noſtro, fideicommiſſum iniunctum
eſt ipſi filio, dictum eſt enim, quod eo caſu ſui ſint
hæredes fratres, volunt enim hoc caſu, quod filius non
grauetur fideicommiſſo, reſpectu legitimæ, vt latè po-
nit Galiaul.in l.Centurio,nu.407. vbi Ripa,num.127.
Pariſ.conſil.30.nu.8.volum.3.Curt.iun.conſi.71.nu.8.
Clarus,§.teſtamentum,quæſtio.72.nume.2. Peregrin.
de fideicommiſſ.artic.12.num.44. Coſta d.capit.ſi pa-
ter, in ſecunda parte, in verſic. debitæ, & in dubio vi-
detur grauamen iniunctum eſſe filio, ſecundum Bart.
in d.§.cum filiæ,vbi eum ſequitur Caſtr. & alij, & præ-
terea Bald.Salicet.Cuman. Corne.Marheſil. Aret.Be-
rengar.Socin.iun.Roder.Ferdin.Moder. Galli, Crot.
Galiaul.& Ripa,quos refert Coſta, d.verſi.debitæ,nu.
21.alios addit Peregrin.dict.art.12.num.34.& proce-
dit multo magis, quando mater eſt in medio, vt ca-
piatur benigna interpretatio eius fauore. Aret. in cõ-
ſil.155. Corne. conſil. 322. volum. 4. Bero. conſil. 79.
nu.22, in 2. Zanch. in l.hæredes mei,§.cum ita, nu.24.

ff.ad

ff.ad Trebell.Galiaul.in l.Centurio,num.411. in fi.ſe-
quitur Coſta in d. verſi.debitè,nu.21.verſi.ſecundo,li-
cet aliter dicat,quando pia cauſa eſt ſubſtituta.Card.
Mantic.de coniect.vlt.volun.lib.8.tit.3.nu.5. Accedit,
quòd in caſu noſtro facta fuit directa pupillaris à te-
ſtatore, quamuis deinde vertatur in fideicommiſſa-
16 riam, quo caſu grauamẽ dicitur iniunctum filio.† Iaſ.
in conſil.99.vol.4. Socin.iun.conſil.131.num.69.vol.1.
Zanchus d.§.cum ita,num.484.ſecundum antiq. ordi-
nem.ſed adiuuatur quoque ſententia iſta,quia nõ fuit
facta in omnibus bonis, nec fuit prohibita detractio
aliqua,quo caſu res eſt certior,ſecundum Iaſ. Soc.iun.
& alios ſupra citatos.

Quibus ſtantibus,non opus eſt reſpondere contra-
rijs:nam ſupra ſatis ſublata videri poſſunt, cum, vt di
xi,ſubſtitutio non ſit pupillaris,ſed fideicommiſſaria,
& vbi etiam teſtator cogitaſſet facere pupillarem,illa
tanquam talis ſuſtineri non poteſt.

Videndum eſt ſolũ,quæ & quanta iudicari debeant
bona Angelettę ex quibus poſſit mater legitimam de-
trahere, & ſanè non eſt dubitandum quin ad filiã ſpe-
ctent legitima, & Trebellianica in bonis paternis, le-
gitur enim granata onere reſtituendi vniuerſam hæ-
reditatem patruis ſuis ſub conditione ſi illi ſe obliga-
rent ad ſoluendum ducatos ſex mille,quod grauamen
dicitur iniunctum per fideicommiſſum, tum quia im-
poſitum in codicillis in quibus hæreditas non poteſt
directo dari,l.Sceuola,ff.ad Trebell.& dixi ſupra, tum
etiam quia poſitum eſt verbũ,reſtituat, quod eſt obli-
17 gatorium, † vt per Doctor. in l. Centurio, vbi Ripa,
nu.185.& non poteſt dici pupillaris,quia non eſt con-
cepta in caſum mortis,nec etiam vulgaris,quia non in
caſum, quòd hæres eſſe nolit vel non poſſit; eſt igitur
fideicommiſſaria,quo ſtante,filia duas detrahit quar-
18 tas,legitimam ſcilicet,& Trebellianicam, † c. Ramu-
tius,& c.Rainaldus,de teſtam.Matheſi.qui multos ci-
tat in notab.164.Curt.iun.in conſi.160.nu.1.Cotta,in
Memor.incip.filius grauatur.Crau.conſi.50.Bertr.cõ-
ſil.21.nu.4.vol.1.Rol.conſi.25.nu.8.vol.1.Coſta,in d.c.
ſi pater,in 2.par.in verſ.abſq; deductione,nu.4.Did.d.
c. Rainutius,§.11.nu.5.Card.Mantica,lib.7.tit.11.nu.
6.Becius,in conſi.23.nu.1.& dictæ quartæ capiunt di-
midiam hæreditatis paternæ, vt volunt prædicti Do-
ctores,& præcipuè Becius,num.2.

An autẽ ducati illi ſex mille dandi à patruis impu-
tentur in legitimam filiæ,dico non imputari:quia legi
tima ſolui debet ea paterna ſubſtantia,l.ſcimus, §. re-
pletionem,C.de inoffi.teſta.illi autem ducati filiæ de-
bentur ex patrimonio, ſeu ſubſtantia patruorum, &
quia legitima debetur ſtatim à morte patris,l.cũ quę-
ritur,C.de inoffic.teſtam.illi vero ducati fuerunt filiæ
debiti vel promiſſi poſt patris mortem, & demũ,quia
legitima non debet pendere à poteſtate tertij, nec re-
cipere interuallum temporis, ideo in terminis glo. in
l.filium quem habentem,in gloſſ. t. poſt med. ibi, non
autẽ de quarta iure naturæ,C.famil.herciſ.dicit, quod
datum cauſa conditionis implendæ, non imputatur
19 filio in legitimam, † & eam ſequitur ibi Bald. num.7.
verſic.oppono,& videtur. idem voluerunt Ange.Imo-
la,& Alex.in l. in quartam, vbi etiam Ripa, num.136.
ff.ad leg.Falcid. idem voluit Salic. in d.l.filium quem,
& Iaſ.nu.18.qui dicit communem. Ruin. d. l. in quar-
tam,num. 30.& Socin.iun.num.115. dicit magis com-
munem Ferdinan. cap.3. nu.95. vbi dicit magis com-
munem. Picus,num.203. vbi etiam dicit communem.
Fabian.in Auth. Nouiſſima,nu. 108. C.de inoff.teſtam.
Sola,in d.l.filium,nu. 58.& ibi Lancell.num.123. dicit
communem, & Coraſ. nu. 203. vbi reſpondet ad tex-
tum,qui videtur contrarium probare. Cucus qui latè
diſputat de ratione, in tract. de legitima, tit. quæ ſint
imputanda in legitimam,nu.8.& ſeq.& tit. ſeq.per to
tum,fol.44.& ſeq.Craſſ.in §.legitima,quæſt.20.per to-
tam. Peregr.in tract.de fideicom.artic.3.num.44.& ex
prædictis multis ſuſtinent eam concluſionem locum
habere,etiam quando id quod datur gratia conditio-
nis implendæ prouenit ex patris ſubſtantia, vt quan-
do dicitur, quod filius retentis ſibi centum reſtituat
hæreditatem, vt per Socin. iun. Cucum, Craſſum, &
alios, & dicunt magis communem, ſed non expedit
hic examinare, quia ſex mille ducati in caſu noſtro
dandi ſunt à patruis de proprio patrimonio, non de
ſubſtantia patris, propterea res caret oĩ dubitatione.

Si verò quæratur, an ſaltem imputentur in Trebel-
lianicam debitam D.Angelettę,communis eſt opinio,
quod datum cauſa implendæ conditionis imputetur
20 in quartam Trebellianicam, † ſiue deſcendat ex ſub-
ſtantia teſtatoris,ſiue aliundè, & ſiue in pecunia, ſiue
in rebus ſoli,ſic probat tex.in l.in quartam,in ſecundo
reſponſo,in verſi.ſed & quod implẽdæ, & in d.l.filium
quem, ſecundum communem intellectum, vbi etiam
gl.Bart.d.l.in quartam, vbi eum ſequuntur omnes, vt
dicit Bereng.c.3. nu.27. Soc.iun.num.61. & ſeq. Picus
num. 91. vbi fortius vult,quod procedat etiam in filijs
primi gradus. Ripa,nu.77. vbi idem dicit Craſſus,qui
communem dicit,in §. Trebellianicam,q.10.nu.6. Pe-
regr.d.art.3.nu.45. ſed hęc Concluſio limitatur vt non
procedat,quando datum cauſa implendæ cõditionis,
non eſt remanſurum penes filiam,ſed venit aliquo ca-
ſu reſtituendum, quia tunc etiam in Trebellianicam
21 non imputatur.† ita probat tex.in l.acceptis,ff. ad leg.
Falc.per quem ita reſoluit Barr. in d.l.in quartã,nu.4.
in quarta oppoſit. quia non dicitur perueniſſe ad hæ-
redem quod apud eum non remanet.l. 2.§.illud, C.de
action.vel hæredit.vend. l.ſi pro parte, §. verſum, ff.de
in rem verſo.hoc etiam tenent Caſtr.& Alexand.in d.
l.acceptis,vbi dicunt præſtandam eſſe cautionem ipſi
hæredi,& hanc probant omnes, vt per Soc. iun. in d.l.
in quartam,num.63.vbi diſputat an ſit habenda ratio
emolumenti quæſiti medio tempore. Ripa,d.l.in quar
tam, num. 77. ſed in caſu noſtro res non habet du-
bium,quia nullum emolumentum perceptum fuit an-
te caſum reſtitutionis: quare ſi etiam ponamus quod
Dominæ Angelettę imputandi ſint in Trebellianicam
dicti ſex mille ducati,id erit intelligẽdum, dummodo
ſoluantur, vel caueatur de eos non reperendo eue-
niente caſu ſubſtitutionis.

Cum igitur in bonis Angelettæ filię reperiantur illi
ſex mille ducati, & præter eos etiam legitima ſibi de-
bita in paternis bonis,danda erit Illuſt. Dominæ Do-
ralici eius matri,loco legitimæ,tertia pars non ſolum
ducatorum ſex millium,ſed etiam eius,quod capit le-
gitima vt ſupra Dominæ Angelettæ debita.

Nouiſſimè circa legitimã dubitari poſſet, quia pa-
ter ſicuti poteſt pro filio pupillo teſtari, vt Inſtitut.de
pupil.ſubſtitutione,§.1.ita poteſt pro eo codicillos fa-
22 cere,† arg. l.2. ff.de leg. 1. quemadmodum autem hæ-
redem quem pupillo in teſtamento ſcripſit teſtator,
poteſt fideicommiſſo grauare,l.ſi Titio,§.fi.ff.de leg.1.
ita poteſt eum qui pupillo ſucceſſurus eſt ab inteſtato
23 ſimili fideicommiſſo onerare,† l.ab exhęredati ſubſti-
tutio, §.fin. ff. de leg.1. & pulchrè probat Coſta,in c.ſi
pater,in 2.par.in verſ.debitæ,num.15.ex tali autem fi-
deicommiſſo debentur non ſolum bona quę propria
ſunt patris teſtantis,ſed etiam ea quę pupillus aliudè
habuit,quia omnia pupilli bona amplectitur, quẽad-
modum pupillaris ipſa ſubſtitutio, vt voluerunt Ol-
drad. Din. Bar. & Alber.in l. Sceuola, ff.ad Trebellian.
vbi propriè loquũtur in matris terminis de pupillari
ſubſti-

Digitized by Google

ſubſtitutione facta in codicillis, quæ ex legis benigna interpretatione in fideicommiſſariam vertitur. idem probarunt Io.Faber, Ang. de Perigl. Aret. Fulgoſ. Chriſtoph. Caſtilion. Iaſ. Viglius, & alij, quos citat Coſta, d.c.ſi pater, in 3.par. in verſic. interdum, nu.21.& hoc caſu pater fideicommittendo in codicillis, non minus poteſt matrem priuare legitima, quam ſi illi dediſſet pupillarem ſubſtitutom, Cin. in l.ex tribus, C.de inoffic. teſtam. Alber. in l.precibus, num.27. vbi Curt. iun. num.74. C.de impuber. Alex. conſi.12. vol.3. Fabian. d. Auth. Nouiſſima. Galiaul. in d.l.Centurio, nu.411. Coſta in d.3.parte, in verſic. poteſt, nu.6.& ſeq.& in verſic. cenſendum, nu.21. vſque ad finem, idem probauit Peregr. de fideicomm. artic.8. nu.26.& ſeq.

Sed ex alijs ſupra deductis vera colligitur reſolutio. primo, quod hic non fuit factum fideicommiſſum pupillare, quia in tempus eſt collatum quo filius moreretur iam factus pubes. ſecundo, quia vbi etiam pupillare dici poſſet, fuit iniunctum pupillo, non autem venientibus ab inteſtato, nec ſubſtitutis. tertio multi voluerunt, quod vbi pupillaris ſubſtitutio facta in codicillis vertitur in fideicommiſſum, tunc ſola bona te-
24 ſtatoris veniant, & † deducatur legitima, & Trebellianica, Caſtr. d.l.Sceuola, Petr. Beſut. & Iaſ. in l.ſi Titio, §.fin. ff. de leg.1. Salic. in l.ſi idem, nu.1. vbi etiam Corneus, C.de codicill. Soc. in l.Centurio, nu.34. Crot. in l.1.§.ſi quis ita, nu.31. in 1.lectura, ff. de verb. oblig.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium impuberis ſuſtinetur ſi ſit pubertati proximus, & malitia ſuppleat ætatem.

2 Malitia, ſeu coeundi potentia cognoſcitur ex aſpectu corporis, & ex alijs ſignis, licet non ſit deuentum ad actus executionem vel conatum.

3 Matrimonium ſuſtinetur ſi proximus pubertati attentauerit copulam.

4 Pubertati proximus dicitur maſculus qui eſt in decimo anno cum dimidio, vide num. 31.

5 Sponſalia per verba de præſenti contracta ab impubere, tranſeunt in matrimonium, ſi pubes factus illa expreſſè, vel tacitè verbis vel facto ratificet, & nu.15. Declara vt nu.42.

6 Matrimonium ſecundum nullum eſt nec præiudicat primo.

7 Iurans aliquam ducere in vxorem, cogendus illam accipere niſi aliqua rationabilis cauſa contrarium ſuadeat, & nu.9. Amplia, vt num.12.

8 Promittēs aliquam ducere in vxorem, tenetur fidem ſeruare.

9 Paupertas vnius ex contrahentibus poſt ſponſalia ſuperueniens, non præſtat iuſtam cauſam recuſandi matrimonium.

10 Sponſalibus renunciare non licet vni ex contrahentibus de iure Canonico, quod in hoc eſt ſeruandum.

11 Sponſalia de futuro non tolluntur per ſequentia etiam de futuro, ſed bene tolluntur ſi poſteriora ſint de præſenti.

12 Impubes iurans aliquam ducere in vxorem, cogitur adimplere iuramentum.

13 Pubes tempore ſponſaliorum non poteſt poſtea diſſentire, ſed obligatur ad obſeruantiam.

14 Negatiua præpoſita verbo, poteſt, excludit omnem potentiam.

16 Matrimonium perfectum non poteſt ſola partium voluntate diſſolui, & num.17.

17 Maritus qui iurauit ſe vxorem non repetiturum, poteſt nihilominus eam repetere.

18 Matrimonium, & ſponſalia ad ſui eſſentiam requirunt mutuum conſenſum qui eodem tempore concurrat.

19 Conſenſus contemporaneus ſicut requiritur in contrahendo, ita in diſſoluendo contractum.

20 Matrimonium non præſumitur.

21 Impubes non poteſt validum contrahere matrimonium.

22 Matrimonium per verba de præſenti contractum ab impubere, reſoluitur in ſponſalia de futuro.

23 Impubes ſponſalia per verba de præſenti contrahens, poteſt adueniente pubertate ab illis reſilire, & num.51.

24 Spōſalia de futuro diſſolui poſſunt volētib. ſponſis, & nu.52.

25 Iuramentum recipit tacitam conditionem ſi partes in eadem voluntate durauerint.

26 Sponſalia de præſenti, ſed re & iuris interpretatione de futuro, his omnibus modis diſſoluuntur, quibus diſſolui poſſunt ſponſalia re, & verbis de futuro.

27 Approbare quis non poteſt quod ſemel impugnauit.

28 Actum ſemel impugnans non poteſt exinde illum approbare.

29 Iuramentum oblatū recuſans non poteſt exinde illud ſubire.

30 Renunciatio non acceptata non nocet renuncianti.

31 Pubertati proximus in matrimonijs contrahendis dicitur is, cui ad perfectam ætatem ſex tantum deſunt menſes.

32 Pubertati proximus quis ſit, licet iudicis arbitrio relinquatur, tamen hoc non procedit vbi agitur de matrimonio.

33 Impubes non præſumitur potens ad coeundum.

34 Malitia dicitur ſupplere ætatē quādo adeſt potētia coeundi, & diſcretio ad coniugalē conſenſū, & vtrumq; requiritur.

35 Matrimonium requirit conſenſum vtriuſque contrahentis.

36 Matrimonium contractum ab impubere eſt nullum.

37 Pluralis numerus vau non eſt contentus.

38 Dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium.

39 Matrimonium non poteſt ſtare niſi ab vtraque parte ſit vinculum.

40 Sponſalia diſſoluuntur ſi maior antequam impubes ad perfectam perueniat ætatem contrahat matrimonium cum alia, & num.46.

41 Sponſalia per verba de præſenti contracta per maiorem cum impubere diſſolui poſſunt etiam ex parte maioris aliqua iuſta ſubſiſtente cauſa.

42 Sponſalia inter maiorē, & impuberem per verba de præſenti nō tranſeunt in matrimonium ſuperueniente ætate perfecta impuberis, niſi nouus interueniat conſenſus maioris.

43 Vxorem accipiens per verba de præſenti, ſub conditione, ſi pater conſentiat, pendente patris conſenſu promiſſio illa habet vim ſponſaliorum, & ſecuto patris conſenſu non tranſit in matrimonium, ſed cogitur promittens deuenire ad matrimonium.

44 Promittens ſub conditione, non poteſt pendente conditione recedere à promiſſione.

45 Matrimonium contractum ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit inter eos inter quos extabat impedimentū, nō eſt perfectum ſecuta diſpenſatione, niſi nouus adhibeatur cōſenſus.

47 Conſenſus ſimultaneus licet ſit neceſſarius ad validitatem matrimonij, poteſt tamen ſeparatis vicibus, & diuerſis temporibus præſtari.

48 Conſenſus ſimultaneus, & cōtemporaneus quomodo dicatur.

49 Contrariorum eadem eſt diſciplina.

50 Voluntatis mutatio non præſumitur.

51 Impubes qui contraxit ſponſalia per verba de præſenti, factus pubes poteſt reſilire, & num.23.

53 Contractu perfecto, ſi partes communi conſenſu ab illo recedunt, non poteſt exinde vna partium redire ad contractum, ſed ſi altera conſentiat, valebit contractus ex nouo non ex antiquo conſenſu.

54 Matrimonia præſumpta omnia hodie ceſſant ſtante decreto ſacræ Tridentinæ Synodus.

55 Matrimonium præſumptum eſt eiuſdem virtutis cuius eſt verum, & præfertur vero poſtea contracto etiam per copulam confirmato.

56 Decreti ſolennitas ſi interueniat in compromiſſo minoris, non erit poſtea neceſſaria in laudo ſecuto, quamuis ex eo ſequatur alienatio.

57 Licentia ſuper contractu extenditur ad ratificationem.

58 Sponſalia, & matrimonium copula non confirmatum poteſt Summus Pontifex dirimere.

CON-

CONSILIVM CCCLXIIII.

PRAEMISSIS denunciationibus, &
ſeruatis ſolennitatibus ex præſcripto
Sacri Tridentini Concilij anno 1589.
die 25. Aprilis celebratū fuit matri-
monium inter Illuſtriſſimum, & Ex-
cellentiſſimum D. Michaelem Perretū
Marchionem Inciſiæ annum tunc agentem duodeci-
mum, & Illuſtriſſ. D. Margaritam Cauatiam Comi-
tiſſam Somagoæ, & Do. Marchio poſt ætatē perfectam
dictum matrimonium verbis, & facto approbauit, di-
cta tamen Comitiſſa ſemper reclamante, & diſſentien
te; demum vero cum idem Marchio matrimonium
tractaret cum Illuſtriſſ. D. Catherina Gonzaga Mar-
chioniſſa Caſtri Giufredi, & Sanctiſſimus D. N. Cle-
mens VIII. Pontifex Maximus de omnibus antea ge-
ſtis plenè informatus, per ſuum Breue abſoluiſſet D.
Marchionem à iuramento, eumque liberaſſet ab om-
ni promiſſione de implendo, & obſeruando iuramen-
tum præſtitum ſuper dicto matrimonio, dicta D. Co-
mitiſſa per ſuum procuratorem ad impediēdum ma-
trimonium, ſic vt ſupra tractatū, ſupplices eidem Sā-
ctiſſimo Domino noſtro porrexit preces pro ſui matri
monij executione, quocirca re in iudicio deducta vi-
dendum, & cognoſcēdum de eiuſdem matrimonij vi-
ribus. Et quidem prima facie non videtur de illius va
lidirate dubitandum, qm̄ etſi tunc D. Marchio non eſ-
ſet perfectæ ætatis, erat tum pubertati proximus, &
malitia ſupplebat ætatem, quib. duobus concurrenti-
1 bus impuberis quoque matrimonium ſuſtinetur. † c.
de illis, il ſecondo, vbi notant glo. & Doct. omnes, & c.
fin. de deſponſ. impub. c. 1. §. idem quoque, vbi Io. And.
eo. tit. in 6. Cald. in conſ. 4. & conſ. 199. Abb. in c. de il-
lis, vbi nu. 4. poſt Innoc. dicit, malitiam ideſt potentiā
coeūdi cognoſci ex aſpectu corporis, & ex alijs ſignis,
quamuis non ſit deuentum ad actus executionem vel
2 conatum. † Corn. in conſ. 116. in princ. vol. 3. gl. in c. cō-
tinebatur, de deſpon. impub. Neuiz. in conſ. 48. num. 9.
Decia. in conſ. 25. nu. 20. vol. 4. & hæc eſt cōis opinio,
quamuis Tancred. & Hoſtien. realem exigant copulā,
& ideo in c. atteſtationes, de deſponſ. impub. dr̄, quod
ſi proximus pubertati attentauerit copulam ſuſtine-
3 tur matrimonium, † gl. ibi Butr. Card. Abb. & Præpoſ.
Didac. in Epitom. de ſponſ. in 1. par. c. 4. §. 1. nu. 20. Me
noch. in tract. præſ. lib. 3. præſ. 1. nu. 53. & ratio eſt, quia
interueniunt omnia neceſſaria, conſenſus ſcilicet va-
lidus, ex quo eſt pubertati proximus, & potētia coeun
di quæ probatur ex nixu. dr̄ autem pubertati proxi-
mus maſculus, qui eſt in decimo anno cum dimidio,
4 ſecundum † gl. in §. pupillus, Inſtit. de inutili ſtipul. in
§. in ſumma, Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcunt. Iaſ.
in l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudic. Aret. d. §.
pupillus, Aret. l. 1. in §. adipiſcimur, ff. de acquir. poſſeſ.
Dec. in l. pupillum, ff. de reg. iur.

Secundo, ſi defectus ætatis fuiſſet impedimento ne
verum dici poſſet matrimonium, ita, vt ſponſalia de
futuro ſint ſolummodo contracta, negari non poteſt
quin ea tranſiuerint in matrimonium, ex quo D. Mar-
chio pubes factus approbauit, & ratificauit ea multis
modis, mittendo literas, munera donando, eam nomi
nando vxorem, & petendo ſponſaliorum executionē;
nam quando ſponſalia contracta ſunt verbis, & con-
ſenſu de præſenti, ſed iuris interpretatione de futuro,
vt ſunt ea quæ fiunt ab impubere, tunc tranſeunt in
matrimonium, ſi is nactus ætatem perfectam, illa ex-
5 preſsè, vel tacitè verbis, vel facto ratificet, † eſt tex. ex-
preſſus in c. 1. §. idem quoque, de deſponſ. impub. in 6.
vbi gl. & Io. Andr. in Nouell. & Domin. Inn. & Butr. in
cap. atteſtationes, de deſp. impub. & ibi quoque Hen-
ric. Boic. Bal. in cōſ. 194. vol. 3. Alex. in conſil. 149. in fi.
vol. 5. Aret. in conſ. 142. nu. 7. vbi nu. 9. ponit rationem
diuerſitatis, quare ſponſalia mente, & verbis de futu-
ro efficiatur matrimonium per ſolam copulam, ea ve-
rò quæ ſola iuris interpretatione ſunt de futuro, tran-
ſeant in matrimonium per quoſcunque actus ſignifi-
cantes conſenſum, ſic etiam Corn. d. conſil. 116. col. 3.
vol. 3. Dec. conſ. 368. nu. 2. vbi dicit eſſe communē opi-
nionem, & ſecundum eam iudicandum, & poſt Abb.
ſubdit ſufficere ſigna taciti conſenſus, vt quod cohabi
tauerint, ſe nominauerint coniuges, munera miſerint,
vel alia fecerint ſimilia. idem dicit in conſil. 603. nu. 6.
Ruin. in cōſ. 203. nu. 2. in 4. concl. vol. 1. dicit hos actus
efficere matrimonium, ſi fiant poſt pubertatem, ſecus
ſi ante perfectam ætatem. Pariſ. latè in conſ. 51. nu. 3. &
ſeq. vol. 4. vbi dicit ſufficere ſigna conſenſus, præcipuè
tranſmiſſionem, & acceptationem muneru, nomina-
tionem, & ſimilia; & nu. 11. ſubdit in propoſito, quod
matrimonium ſic vt ſupra ſecutum, non ſeparatur cō-
ſenſu vnius partis, nec etiam per matrimoniū poſtea
per verba de præſenti contractum ab vna partiū. Go
zad. in conſ. 2. nu. 27. & ſeq. Pariſ. conſil. 62. nu. 9. vol. 4.
vbi loquitur de oſculo, de amplexu, de cohabitatione,
de tranſmiſſione munerū, & mutua nominatione con-
iugali. Bertran. conſ. 21. nu. 3. & 4. vol. 7. vbi dicit aliud
eſſe, ſi ea ſigna ante pubertatem fuiſſent emiſſa, & in
conſ. 218. nume. 1. & 2. eod. vol. vbi dicit ſigna ſufficere
conſenſus, ſed rem eſſe clariorem qn̄ pubes factus ex-
preſſis verbis approbat ſponſalia præcedentia, dicens
ſe illam velle in vxorem, idem Bertrand. in conſi. 147.
nu. 2. & in conſ. 154. nu. 2. & ſeq. vol. 8. vbi latiſſimè cō-
probat Neuiza. d. conſ. 48. nu. 1. vbi de ſolo nixu ad co-
pulam Didac. in Epitom. de ſpon. c. 4. §. 2. nu. 3. vbi di-
cit cōem, declarando tamen qn̄ actus geſti fuere poſt
pubertatem, & qn̄ ſponſalia fuere contracta à maiore
ſeptennio. Maſcar. in tract. probation. Concluſ. 1032.
num. 1. & 3. vbi & ipſe intelligit, ſi fiant à viro perfectæ
ætatis. Menoch. in tract. præſ. lib. 3. præſ. 1. nu. 64. vbi li-
mitat duobus modis prædictis. cum ergo verum præ-
ceſſerit matrimonium, non poteſt Marchio cū alia cō-
trahere, imò ſi contraxiſſet matrimonium, poſtquam
actus prædictos fecit, ſecundum matrimoniū eſſet nul
6 lum, & cogeretur adherere primæ vxori, † d. c. 1. §. idē
quoque, vbi no. Ioan. Andr. Card. Gemin. & Franch.
quos citat, & ſequitur Gozad. d. conſi. 2. num. 12. Pariſ.
d. conſ. 51. num. 12. etiam ſi ſecuta eſſet copula, cap. fin.
de deſponſ. impub. Dec. in l. nuptias, nu. 2. ff. de reg. iu.

Tertio, ſi non verum eſſet matrimonium, ſed ſola
ſponſalia de futuro, adhuc Do. Marchio cogi poſſet, &
deberet ad matrimonium contrahendū, iurauit enim
illam accipere in vxorem, & matrimonium perficere,
& dicit textus in c. ex literis, il ſecondo, de ſponſ. quod
iurans aliquā ducere in vxorem, ſi recuſet, moneri de-
bet, ſi monitis non ſit audiens, Eccleſiaſticis cēſuris co
gendus erit illam accipere, & maritali affectione tra-
ctare, niſi rationibilis aliqua cauſa contrarium ſua-
7 deat. † & ibi hoc notat Abb. num. 5. quinimò idem eſt
quando promiſſio nō eſt iurata, quia nihilominus te-
8 netur fidem ſeruare, † c. 2. c. ſicut, c. requiſiuit, de ſpon-
ſalib. c. de illis, il primo, in ver. mulierem, vbi Hoſtien.
Abb. & Boic. notant. multos alios citat Didac. in d.
Epitom. in 1. par. c. 4. in princ. num. 2. vbi poſt Diuum
Thom. & alios dicit, peccare mortaliter qui fidem fal
lit. Soc. iun. in conſ. 30. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Ripa in l. 2. §.
ſi ſponſa, nu. 7. ff. de priuil. credit. Menoch. in conſ. 386.
nu. 1. & 2. vbi id tenet, ſiue promiſſio ſit iurata, ſiue nō,
ſubdens, paupertatem vnius ex cōtrahentibus etiam
quæ poſt ſponſalia ſuperuenerit, non præſtare iuſtam
cauſam

9 cauſam recuſationis. † Rimin.in conſ.538.num.25. & ſeq. vbi loqnitur etiam, quando non interuenit iuramentum, & quod cogitur præcisè: quia in ſpiritualib. quale eſt matrimonium, non datur intereſſe, ex quo nõ recipiunt æſtimationem. Gabr. in conſ.159. num.1.& ſeq. vol.2. vbi agit de ſponſalib. iuratis, ſubdens, recuſare non poſſe ſponſum niſi cum ſit iuſta, rationabilis, & legitima. & quãuis id iudicis arbitrio relinquatur, tale tamen arbitrium debet eſſe iuri conſonum, puta quod ſint euentura homicidia, adulteria, vel ſimilia mala, nec ſufficit ſimplex odiũ ex leui cauſa, quod forte tolli poſſit per ſubſequens matrimonium, latiſſimè Decian.in conſ.66.nu.15.vol.5. vbi ait eſſe locum præciſæ coactioni, quando promiſſio eſt iurata, & cauſa iuſta recuſandi non ſubeſt, quæ tamen arbitrio iudicis committitur. Marcobrun. in conſi.7.nu.36. vbi dicit, quod etſi iure Ciuili inſpecto liceat vni contrahentiũ renunciare ſponſalibus, l.1. C. de ſponſ. tamen aliud
10 eſt de iure Canonico. † gl.27.q.2. cap. deſponſatas, & hoc ius eſt ſeruandum, gl.in §.hactenus, Inſti.de grad. affin.& procedit non ſolum accedente iuramento, ſed etiam qñ adeſt ſimplex promiſſio, quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & ſimplicem loquelam, & concludit, quod præcisè cogi debet non ſolum ab eccleſiaſtico, ſed etiam à laico iudice, ſi non ſit dubium de validitate ſponſaliorum, & addit, quod recuſans peccat mortaliter. Rota, in dec.497.in 1.par. in nouiſs. vbi tamen loquitur in ſponſione iurata, & excipit iuſtam cauſam à iudice arbitrandam, ſubdens inimicitiam ortam propter recuſationem, non præſtare excuſationem. Et huiuſmodi ſpõſalia quamuis de futuro, non tolluntur per ſequentia etiam de futuro, licet aliud ſit, quãdo poſteriora eſſent de præſenti cõ-
11 tracta, † c.ſicut, & c.ſi inter virum, de ſponſ. Dec.in cõſil.368.nu.1. vbi nu.2. & 3. dicit, ſponſalia de præſenti diſſoluere præcedentia de futuro, quamuis iurata. idẽ in conſi.603.nu.4. Soc.iun. conſ.30.nu.1.vol.2. vbi tamen vacillat. Port.Imol.in conſ.171.nu.21. Silua.conſil.3.nu.6. quinimo ſuſtinentur prima ſpõſalia, etiam ſi poſtea quis cum iuramento alij ſimilem fidem dederit. Innoc. Ioan.Andr. Abb. Præpoſ. & alij, in d.c.ſicut. ſequuntur multi citati à Didac. d. Epitom. par.1. c.4.nu.3. Et quod ſupra in princ. dictum eſt, cogi quem ad implendum ſponſalia iurata, procedit etiam in im-
12 pubere iurante, † vt voluit glo. quam comendat Abb. ibi in d.c.de illis, il ſecondo, glo. Abb.& alij, in d.c.ex literis, il ſecondo, Didac. d.par.1.c.5.§.1.nu.3.

Nec dicatur, quod à primis ſponſalibus fuit receſſum, ex quo D. Comitiſſa diſſenſit, & recuſauit illa habere rata, quando fuit ad obſeruantiam interpellata, qm̃ certum eſt, quod cum eſſet pubes ſponſaliorũ tem-
13 pore, non potuit aliquo modo diſſentire, † vt probat expreſsè text. in d.c.de illis, il primo, in fine, & ibi notant Butr.& Abb.in 2.notab. dicentes, quod fauore impuberis claudicat contractus, & maior obligatur ad obſeruantiam, non autem quia ex ſui parte ſit matrimoniũ, ex quo illud non contrahitur niſi interueniente vtriuſque partis legitimo cõſenſu, & id repetit millies Præpoſ.nu.1. vbi ponit rationem diuerſitatis; quare qui erat pubes tempore ſponſaliorũ nunquam contradicere poteſt; qui vero poſt ſpõſalia primus factus eſt pubes, poſſit contradicere adueniente tamen pubertate alterius, ſed non ante. Gozad. d. conſil.2.nume.11. vbi ait, quod ita tenent omnes, quia negatiua præpoſita verbo, poteſt, excludit omnem potentiam.
14 † Ruin.conſ.207.nu.5. verſ. nec etiam obſtat, vol.1. Pariſ.in conſil.51.nu.1.vol.4. Didac.d.c.5.§.1.nũ.5. Martin.Garrat.conſ.15.nu.11. inter conſi.matrim. Rimin. in conſi.538.nu.29. Cum vero ipſa non poſſet diſſentire, infertur, quod ſtatim ſecuta approbatione Domini Marchionis ſacta poſt pubertatem per actus, qui continent nedum tacitum, ſed expreſſum conſenſum, ſpõſalia illa in matrimonium tranſiuere, abſque alia de-
15 claratione Dominæ Comitiſſe, † ita vult Gozad. in d. conſi.2.nu.12. vbi infert, quod ſecuta ratihabitione impuberis poſt perfectam ætatem, adeo eſt perfectũ matrimonium, quod ſi is qui tempore ſponſaliorum maior erat contraxerit cum alia, matrimonium erit nullum, & cogetur habitare cum prima. idem voluit Silueſter, in ver. matrimonium, il quinto, q.8. & ratio eſt, quia non curatur diſſenſus eius, qui non poteſt contradicere, & idem tenet Pariſ.in d.conſi.51.nu.12: quia ſponſalia de præſenti contracta non diſſoluuntur per ſubſequens matrimonium, vt nu.13.

Et cum ſequuto tacito conſenſu Dom. Marchionis poſt pubertatem, ſtatim conualuerit matrimonium, non eſt curandum, quod poſtea vterque ipſorum diſſenſerit: quia matrimonium perfectum non poteſt ſo-
16 la partium voluntate diſſolui, † quos enim Deus coniunxit, homo non ſeparat, Math.c.19.& Marci cap.10. & Paul.7. ad Corinth. dicit, coniugatis præcipio, non ego, ſed Dominus, vxor à viro ne ſeparetur. gl. in cap. literas, in ver. diuertit, & ibi Doctor. de reſtit. ſpol. vbi dicit, quod coniuges non poſſunt pro ſuo arbitrio ſe inuicem ſeparare, & dicitur in c.tua nos, il ſecondo, de iureiurando, quod maritus, qui iurauit ſe vxorem nõ repetiturum, poteſt nihilominus illam repetere, quia
17 iuramentum illud fuit temerarium. † Dec. in conſil. 112.in princ.& Pariſ.d.conſi.51. nu.15. dicit, quod expreſſo conſenſu etiam vtriuſque non diſſoluitur. & loquitur in noſtris terminis Dec. in l.nihil tam naturale, nu.8. ff. de reg. iur. vbi quod matrimonium conſenſu perficitur, ſed ſolo conſenſu non diſſoluitur, allegat multa iura. & in propoſito Rimin. conſil.538.num.22. vbi quod diſſenſus nihil operatur poſt ſemel præſtitũ conſenſum, Neuiz.conſi.48.num.8.

Reſpondetur ſecundo, quod etſi verum eſſet, quod aliquando D. Comitiſſa diſſenſerit, tamen vt à ſponſalibus cõtractis dici poſſit receſſum, neceſſe eſt, quod vtriuſque partis aſſenſus fuerit cõtemporaneus, & ſimultaneus, vt dicimus in ſtipulatione, vnum quodque enim eo modo reſoluitur, quo in eſſe conſtituitur, l.nihil tam naturale, ff. de reg.iur. ad ſponſalia, & matrimonium ad ſui eſſentiam requirunt mutuum conſen-
18 ſum, qui eodem tempore conueniat, † c. tuæ, de ſponſal. l.2. ff.eod. cap.ſufficit, & cap. matrimonium, 27.q.2. Io.And. Bal. Butr. Præpoſ. Abb. Ale. Iaſ. Crot. & alij citati à Pariſ.in conſi.55.nu.14. in 4. & hoc voluit Arch. explicitè in d.c.ſufficit, dicens, nõ contrahi ſponſalia, niſi conſenſus concurrat ſimultaneus; ergo etiam in diſſoluendo neceſſarius erit conſenſus ſimultaneus, & hoc videtur probari in c.2.de ſpon. ibi, ſin autem ſe ad inuicem admittere noluerint. Rurſus, & ibi eandẽ ſibi remittunt. Abb.nu.5. dicit, quod diſſoluuntur pari cõſenſu. & Præpoſ.nu.6. ait, quod id fit mutuo conſenſu; & hanc partẽ quod requiratur conſenſus mutuus tenuit Rimin. in d. conſil.538.nu.16. & ſeq. ſic dicimus, quod quemadmodum in contrahendo contemporaneus conſenſus eſt neceſſarius, l.1. ff. de pact. ita & in
19 reſoluendo contractum, † l.prout quiſque, ff.de ſolut. l.ab emptione, ff.de pact. latè probaui in conſi.136. nu. 18.& ſeq. vbi etiam ſuſtinui non dici ſimultaneum, qñ intercedit temporis interuallum, non enim fit contractus ex voluntatib. tempore ſeparatis, vt inquit Bald. in l.in vendentis, in fine, C.de contrahen.empt. ſed ex copulatis; non eſt attendendus, ergo diſſenſus partium, qui fuit ex interuallo adhibitus, vt vnus hodie, alter cras.

Hæc

Hæc vero quamquam plurimum ſtringere videan-
tur, es iſtimo tamen eis non mouentibus, Excellentiſs.
D. Marchionem poſſe liberè matrimonium contrahe-
re cum Illuſtriſs. D. Donna Catherina Gonzaga, & cu
randum nõ eſſe de ijs quæ ante p ſe, vel per procurato-
res aut nuncios geſſit cum Illuſtriſs. D. Comitiſſa Mar
garita, ſeu eius procuratoribus, vel agentibus: cum
enim matrimonium fiat conſenſu, d. l. nuptias, & con-
ſenſus conſiſtat in facto, l. cõſilio, ff. de curator. furioſi,
20 non præſumitur, † c. aliter, 30. q. 5. & poſt Bart. voluit
Corn. in conſ. 68. col. penult. ver. prout dicemus, vol. 1.
& in conſil. 204. col. 3. ver. nec obſtant adducta, vol. 3.
Alc. in tractatu præſumpt. reg. 2. præſ. 2. nu. 5. idem vo-
luerunt Alexan. Cępol. Dec. Pariſ. Soc. iun. citati à Me-
noch. in conſi. 199. nu. 8. & in tract. præſumpt. lib. 3. pręſumpt. 1. nu. 1. Maſcard. concluſ. 596. nu. 13. & concluſ.
1022. nu. 1. addendo Cęph. & alios, dicit, quod allegãs
matrimonium, tenetur probare, & hoc adeo clarum
eſt, vt probatione non egeat; propterea Domina Co-
mitiſſa, quæ dicit interceſſiſſe ſibi matrimonium cum
D. Marchione id demonſtrare debet, tanquam funda-
mentum ſuæ intentionis, l. ei qui dicit, ff. de prob. aliàs
ea non probante Reus abſoluendus eſt, l. qui accuſare,
C. de eden. etiam qui nihil præſtiterit, vt ſunt iura vul
gata, quæ ideo non curo referre.

Secundo, certum eſt, quod actus qui fuit coram Re-
ueren. Mediolanẽſi Archiepiſcopo celebratus die 25.
Aprilis 1589. non poteſt dici matrimonium, quia tũc
Dominus Marchio ſi attigerat non excedebat annum
duodecimum ſuæ ætatis; vt autem quis validum con-
trahere poſſit matrimonium perueniſſe debet ad pu-
21 bertatem, ideſt ad annum decimumquartum, † §. 1.
Inſtit. de nupt. c. continebatur, & cap. atteſtationes, de
deſpon. impuber. gl. in c. 8. eod. tit. Tiraq. de legib. cõ-
nubial. l. 6. nu. 36. Didac. in Epito. de ſponſ. par. 2. c. 5.
num. 1. in quibus locis ponunt rationem: eſt enim hæc
ordinaria pubertas, vt probat Coſta in c. ſi pater, in 1.
par. in ver. impuberes, nu. 1. extra de teſtam. in 6. & re-
quiritur annus completus, vel quod ſaltem vltimus
dies decimiquarti anni ſit ceptus, ſecundum gl. Hoſt.
Ioan. Andr. Butr. & alios, in cap. fin. de deſpon. impub.
Corn. d. conſi. 116. col. 2. in princ. vol. 3. Dec. conſil. 603.
nu. 4. Et ideo quamuis in eo inſtrumento dicatur ma-
trimonium fuiſſe celebratum per verba de præſenti,
tamen quia id de iure eſt factu impoſſibile, Iuris inter-
pretatione actus ille conuertitur in ſponſalia de futu
22 ro, † c. 1. §. idem quoque, de deſponſ. impub. in 6. c. fin.
eod. tit. in antiq. Bal. in l. 1. C. de ſponſ. Rota deciſ. 450.
ſi pubes contrahit, vbi ait, id fieri iuris fictione. Bal. in
conſi. 194. in 3. Calder. conſi. 4. de ſponſ. Card. in Cle. 1.
q. 18. de conſang. & affin. Aret. in conſi. 603. nu. 4. Corn.
conſi. 316. colum. 2. in princ. idem Dec. in conſi. 368. in
princ. Pariſ. in conſil. 51. nu. 2. conſi. 62. nu. 8. vol. 4. Ber-
trand. in conſi. 22. nu. 3. & conſ. 218. in princ. vol. 7. De-
cian. in conſil. 25. nu. 21. in 4. Menoch. d. lib. 3. præſum-
ptio. 1. nu. 61. & hoc verũ eſt, etiam ſi ſæpè impubes an-
nixus fuerit ſponſam carnaliter cognoſcere, quia ni-
hilominus ſunt ſolum ſponſalia, vt probat Didac. d.
par. 2. c. 4. §. 1. nu. 20. & rationem quare verba de præ-
ſenti reſoluantur in ſponſalia de futuro, ponit Didac.
loco præcitato, c. 3. nu. 2. hoc autem ſtante, quod ſcili-
cet ſint ſponſalia de futuro, ſequitur quod Dominus
Marchio factus pubes, potuit reclamare, & ab illis re-
23 ſilire, † cap. de illis, il primo, de deſpon. impub. vbi not.
omnes Doctor. præcipuè gl. Card. Abb. & Præpoſ. Di-
dac. d. par. 1. c. 5. §. 1. in princ.

Idque multo facilius accedente conſenſu recedẽdi
ab eis, qui fuit præſtitus à Domina Comitiſſa: nam nõ
eſt dubium, quin ſponſalia de futuro diſſolui poſſint
24 volentibus ſponſis, † & eſt textus expreſſus in c. 2. de
ſponſ. qui fortius loquitur, quando eſt data fides, quæ
idem importat quod iuramentum, & dicit eſſe inſtar
ſocietatis, quæ ſicuti conſenſu contrahitur, ita ſoluitur
ſociorum diſſenſu, & procedit hoc ex iure communi,
nulla etiam accedente Pontificis diſpenſatione, im-
mo, & ſine peccato, ſecundum gl. fin. ibi, in prima lectu
ra, quia iuramentum continet tacitam conditionem,
ſi partes in eadem volũtate durauerint, & dicit Butr.
ibi, nu. 7. quod Deus recipit iuramentum conditiona-
25 liter, niſi pars remittat † illud. Abb. nu. 5. vbi dicit eſſe
communem, & Præpoſ. nume. 3. 5. & 6. dicit eſſe magis
communem, & dicit Anchar. quod verba ſui natura in
futurum tendunt, ideo ab eis licet recedere. Didac. d.
par. 1. c. 5. in princ. nu. 1. Marſil. in conſil. 122. nu. 1. Ripa,
in conſi. 70. nu. 1. Bertran. conſi. 218. nu. 2. in fine, vol. 7.
Soc. iun. conſil. 30. vol. 2. vbi fortius loquitur quando
confirmata ſunt per ſententiam iudicis. Menoch. in
conſi. 15. nu. 1. & in conſi. 60. nu. 11. Marcobrun. in con-
ſil. 7. nu. 36. Nauar. Manual. confeſſ. c. 22. nu. 25. & quã-
uis prædicti loquantur in ſponſalibus quæ re, & verbis
ſunt de futuro, tamen idem eſt in ſponſalibus quæ ver
bis ſunt de præſenti, ſed re, & iuris interpretatione, &
fictione de futuro, nam hæc quoque diſſoluuntur his
omnibus modis quibus diſſolui poſſunt ſponſalia re,
26 & verbis de futuro, † vt voluerunt Butr. & Boic. in d.
c. de illis, il primo, ſequitur Didac. d. par. 1. c. 5. in fine,
& videtur de hoc eſſe tex. ibi, in fine, & clarè ponit Bu-
tri. nu. 5. circa med. verſi. aut petitur diſſolutio. in fa-
cto autem ſupponitur, D. Comitiſſam ſæpe conqueſtã
de illis ſponſalibus, proteſtatam fuiſſe quod non in-
tendebat illis ſtare, nec ſe obligatam. Et rurſus, idip-
ſũ declaraſſe D. Marchionem, quinimo munera vtrin-
que tranſmiſſa fuiſſe reſtituta, & vtranque partem ſua
recepiſſe ſine proteſtatione, &, quod magis eſt, gẽmas,
& alia quæ arrarum loco D. Comitiſſa conſignauerat
D. Marchioni, ſeu Excellentiſſimæ Dominæ Camillæ,
ſeu Sixto V. Pontif. Max. fuiſſe eidem reddita, quæ illa
acceptauit. quæ omnia tum expreſſum, tum tacitum
diſſenſum continentia, ſine hæſitatione vlla reſolutio-
nem continent ſponſaliorum præcedentium, & volun
tatum mutationem oſtendunt, adeo, vt de prædictis
ſponſalibus nulla ſit habenda ratio, magis, quam ſi ea
nunquam fuiſſent tractata, aut celebrata.

Quod ſi nunc D. Comitiſſam ſui diſſenſus penituit,
& ſponſaliorum quæ impugnauit exequutionem affe-
ctat, ſcire debet, ſibi id minimè concedendum inuito
Dom. Marchione, & ſine nouo eiuſdem Domini Mar-
chionis conſenſu, tum quia approbare nemo poteſt
27 quod ſemel impugnauit, † cap. ex eo, de reg. iur. in 6.
cap. cum olim, vbi Abb. in 6. notab. de cenſib. l. Papi-
nianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. l. 1. C. de furt.
l. quæſitum, ff. de acquir. hæred. Alex. conſil. 109. in fine,
vol. 3. tũ verò, quia ex quo ſubſtantia, & validitas ma-
trimonij prædicti pendebat à ſola voluntate Dominæ
Comitiſſe, ſtante cõſenſu Domini Marchionis, qui ſe-
mel actum impugnat, non poteſt exinde approbare,
28 † vt probat text. in l. diſpenſatorem, in fine, ff. de ſo-
lutio. quem ita declarat Din. in cap. ratihabitionem,
col. 5. verſic. alia quæſtio eſt, de reg. iur. in 6. vbi ſi ego
improbaui ſemel, quod meo nomine fuerat geſtum,
adeo impeditur actionis natiuitas, quod ſi poſtea ra-
tum habeo, non naſcitur actio, quia à principio per
recuſationem natiuitas fuit impedita. Barto. in l. poſt
legatum, num. 5. ff. de his quib. vt indig. eſt etiam text.
in l. non erit, §. fin. ff. de iureiur. vbi recuſans oblatum
29 iuramentum, non poteſt exinde illud ſubire. † & per
illum tex. dixit Angel. in conſi. 374. nu. 4. quod qui ſe-
mel recuſauit cõtrahere, non poteſt pęnitentia ductus

contra-

cōtractum acceptare ſi aduerſarius nolit oouum præſtare conſenſum. ſequitur Crau. in conſi. 106. in fine. ſibi ergo imputet, quæ cum poſſet exequi ſponſalia, imò inſtantiſſimè ad id faciendum ſtimularetur, ſemper contradixit, & pertinaciter abnegauit illa implere.

Nec dicatur, eius recuſationem non eſſe attendendam, cum & D. Marchio qui ſponſalia approbauit, nō poſſit, & ipſe diſcedere ab eo, quod ſibi ſemel placuit: quia reſpondetur, quod D. Comitiſſa debebat conſenſum D. Marchionis acceptare, cum vero nedum nō acceptauerit, ſed expreſsè, & tacitè contradixerit licuit D. Marchioni mutato propoſito impugnare, quod approbauerat, & conſenſum ſuum reuocare, gl. in c. cum veniſſent, de eo qui mit. in poſſ. vbi dicit, quod etſi offerens cautionem ad formam ſententiæ videatur renunciare appellationi interpoſitæ, & approbare ſentētiam, ſi tamen aduerſarius non acceptauit oblationem, poterit appellationem proſequi, & ibi notat Bal. quod renunciatio non acceptata oon nocet renunciā-
30 ti. † Iaſ. in l. poſtquam liti, nu. 1. verſ. tertio limita, C. de pact. vbi etiam Dec. nu. 8. Curt. iun. in l. 1. nu. 41. C. de pact. ſic etiam dixit Aret. in d. l. poſtquam liti, col. fin. ver. ſin autem nondum, quod is qui renunciauit liti, poteſt reuocare renunciationem quando aduerſarius illam non acceptauit. Soc. ibi, nu. 5. in primo caſu. Dec. nu. 7. & ſeq. & Curt. iun. nu. 9. Ruin. in conſil. 164. nu. 12. vol. 5. Cum itaque D. Comitiſſa non acquieuerit ſponſalibus acceptatis à D. Marchione, licuit eidē Domino Marchioni reuocare ſuam approbationem, & aſſentiendo impugnationi Dominæ Comitiſſæ, cōtrahere cum alia, perinde, ac ſi prima non fuiſſent celebrata, & hic mutuus diſſenſus operatur eorum reſolutionem, vt ſupra dixi.

Verum præſentis conſultationis pondus cōſiſtit io reſolutione contrariorum: quo circa ad ea deueniendo, non obſtat, quod non ſponſalia, ſed verum interceſſerit matrimonium, attento quod D. Marchio erat tunc pubertati proximus, & malitia ſupplebat ætatē. Reſpondeo etenim, horum vtrumque in facto cōſiſtere, & probatione egere, neutrū aūt verum eſſe, nā proximus pubertati in matrimonijs cōtrahēdis dr̄ is cui
31 ad perfectā ætatē ſex ſolum deſunt mēſes, † vt probat tex. in c. atteſtationes, de deſponſ. impub. vbi gl. in verſ. circa finem, id notat expreſsè. & ſequuntur Doct. gl. in c. continebatur, in verſ. proxima, eod. tit. vbi eam ſequuntur Inno. & Abb. nu. 9. dicit eſſe benè notandū. idem ait Præpoſ. in fin. idem tenuerunt Bal. & Igneus in l. excipiuntur, ff. ad Sillanian. Iaſ. in Authen. Sacramenta puberum, nume. 15. Zaſ. Placca, & Oldendorp. qoos citat Menoch. in tracta. de arbitr. iudic. Caſu 57. nume. 26. Calcan. conſil. 120. nume. 13. vſque ad 21. Et quamuis multi dicant hoc relinquendum iudicis arbitrio, qui non tam annorum numerum quam perſonæ habitum, & qualitates viresque corporis attēdendo, diiudicabit quis ſit pubertati proximus, vt per Butr. in d. c. atteſtationes. Abb. & Præpoſ. in d. c. continebatur, & ſequuntur alij citati à Menoch. in loco præcitato, tamē illud non obtinet, vbi agitur de matrimonio,
32 † vt per Ioan. Staphil. in tracta. de liter. grat. & iuſtit. folio 74. vbi dicit eſſe communem, & eum ſequitur Didac. d. Epitom. de ſponſal. c. 5. col. fin. vbi ſubdit, quod arbitriu iudicis non eſt paſſim exhibendum ante ætatem communi prædicta opinione diffinitam, eo quod omni caſu id aget raro, & cautè. & Menoc. d. Caſu 57. nume. 31. dicit hæc in contractu matrimonij ſtabilita eſſe, quare communis opinio ſeruanda eſt, præcipuè cum aliud non appareat, & generales deciſiones attendendæ non ſunt, vbi habemus ſpeciales, loquentes in propria materia. Quod autem malitia ætatem ſuppleat, & ita D. Marchio eo tempore potens eſſet ad
33 coeundum, nullibi apparet, † & non præſumitur, c. puberes, de deſponſ. impub. d. c. 1. §. idem quoque, vbi gl. & Doct. Nauar. in Manual. confeſ. c. 22. nu. 29. eſt autē probationis adeo difficilis, vt Tancred. & Hoſtienſ. viſum fuerit nō aliter pateſieri poſſe quam per ſecutam copulam, quamuis alij contradicant, vt per Abb. in d. c. de illis, il ſecondo, nu. 4. nam dr̄ malitiam ſupplere ætatis defectum qñ adeſt naturalis vigor, & potentia
34 coeūdi. † Archid. Io. And. Franch. & alij, in c. 1. §. idem quoque, de deſponſ. impub. in 6. poſt gl. ibi Io. And. & Butr. in c. fin. de deſponſ. impub. in antiq. Didac. d. c. 5. nu. 3. vbi dicit, malitiam in duob. conſiſtere, in diſcretione ſcilicet ad coniugalem cōſenſum intelligendū, & in potentia ad carnalem copulam. Bert. in cōſ. 12. num. 3. & io conſi. 218. io princ. volum. 7. & vbi etiam prædictorum alterum concurreret, noo ſufficeret: quia vtrumque copulatiuè requiritur, nec vnum ſine altero ſuppler validitatem actus. ita Abb. d. cap. de illis, il ſecondo, Corn. dicto cooſi. 116. col. 1. vol. 3. Calcan. latè d. conſi. 120. oum. 20. & ſequen. vbi num. 22. & ſequen. tractat, qualiter probabitur iſta malitia, & dicit relinquēdum arbitrio iudicis, qui inſpecto corporis robore, membrorum firmitate, animi ſagacitate, & totius corporis robuſticitate, iudicabit, an ea ſit complexione, quæ ad matrimonium ſufficiat. ſubdit autem, non ſat eſſe, quod laouginem produxerit, & quod habuerit concupiſcentiam coeundi, quinimo, nec quod attentauerit copulam, ſi oon ſucceſſit.

Non reſiſtit, quod ſtante conſenſu per D. Marchionem poſt pubertatem adhibito, ſponſalia illa in matrimonium tranſiuerint: quia ad hoc in quo præcipua totius quæſtionis coottrouerſia, & difficultas conſiſtit, reſpondeo, non potuiſſe traoſire io matrimonium ex ſolo D. Marchionis conſenſu, ſtante D. Comitiſſæ contradictione, ſed conſenſum quoque D. Comitiſſæ fuiſſe eo tp̄e neceſſarium, id quod probatur primo, quia matrimonium vtriuſque contrahentis conſenſum re-
35 quirit, † c. ſufficiat, & c. matrimonium, 27. q. 2. c. ex litteris, de ſponſ. l. nuptias, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. §. nuptias itaque, in Auth. de nupt. §. illud, in Auth. quibus mod. natur. effic. legit. l. fi. in prin. C. de repud. Rurſus certum eſt, quod matrimonium ab impubere
36 contractum eſt nullum, † c. de illis, il primo, c. de illis, il ſecondo, de deſponſ. impub. cap. 1. eod. tit. in 6. quod autem nullum eſt, reconualeſcere non poteſt, niſi de nouo fiat, l. quòd initio, ff. de reg. iur.

Tertio hoc probat text. io dicto cap. 1. §. idem quoque, de deſpon. impub. lib. 6. inducendo eum triplici modo. Primo, dum dicit matrimonium impuberum, vel vnius impuberis cum maiore, legitimæ ætatis ſuperuentu non conualidari, niſi conſtiterit eoſdem contrahentes cum eiuſdem voluntatis perſeuerantia ad pubertatis tempora perueniſſe: inquit enim, eoſdem contrahentes debere perſeueraſſe, qui pluralis numerus, non eſt vno contentus, ſed plurium requirit
37 concurſum, † l. vbi numerus, de teſtibus, l. final. ff. ad Trebell. l. libertas, §. fin. ff. de manumiſ. teſtamen. & dicit Cæphal. in conſi. 306. num. 45. quod pluralitas non poteſt in vno ſaluari. Riminal. io conſil. 518. num. 17. vbi latè agit, & infert in ſimili, quod text. in cap. 1. de deſponſ. impub. loquens de reſolutione ſponſalium per diſſenſum, intelligi debet de vtriuſque partis diſſenſu, quia loquitur in plurali numero, & hoc argumento vtitur in proprijs terminis noſtris Bal. in conſil. 194. Incipiam, poſt princip. verſi. modo ſequitur, & conſi. 200. num. 2. & 4. volum. 3. Pondero ſecundo loco eundem textum, dum dicit, tranſire in matrimonium per carnis copulam, vel aliquem alium modum, ſicuti

enim

enim in carnis copula maris & feminæ coniunctio, &
cõſenſus interuenit, ita vtriuſq; cõſenſus exigitur, qñ
per alium modum debet conualeſcere matrimonium,
38 quia dictio, alius, repetit ſimilia.† gl. in l. ſi fugitiui, C.
de ſeru. fug. vbi Dec. nu. 33. Abb. in c. ſedes, de reſcript.
& repræſentat eaſdem qualitates, quas expreſſerat in
præcedẽtibus, l. quidam relegatus in princ. iuncta gl.
a. ff. de reb. dub. multos ego allegaui, in conſ. 21. nu. 13.
vbi probaui, procedere, non ſolum in perſonis, ſed etiã
in rebus & caſibus, quinimo, ẽt qñ adiecta eſt vniuer-
ſalis dictio. ſicuti igitur qñ confirmatur per copulam,
vtriuſque interuenit conſenſus, ita interuenire debet
qñ per alium modum cõfirmatur, & hoc quoque argõ
vtitur, licet non ita clarè, Bal. in d. conſ. 500. col. 1. verſ.
item ex carnali. Tertio ille text. in princ. dicit, ſponſa-
lia intra ſeptennium facta conualeſcere, ſi per mutuã
cohabitationem, vel aliud factum, aut dictum cõſtite-
rit eoſdem adueniente ætate perſeuerare in eadem vo
luntate, & hoc caſu nõ eſt dubium, quin nouus vtriuſ-
que partis conſenſus ſuperuenire debeat aut conuali-
dentur ſponſalia, ſubdit poſtea idem quoque eſſe, qñ
à duobus impuberibus, vel vno pubere, & altero impu
bere contrahuntur: at non erit idem, ſi ſolius impube
ris conſenſus poſt pubertatem ſufficeret, nec eſſet ne-
ceſſarius ipſius quoque puberis nouus cõſenſus. Cum
vero adeo duo illi caſus ſint adæquati, vt idem ſtatuẽ-
dum duxerit Pontifex in vtroque, palam fit, verificari
in vno quidquid in alio diſpoſitum fuit, arguendo ab
æquiparatis, vt latè per Doctores in l. 1. ff. de leg. 1. &
hoc quoque modo arguit Bal. in d. conſil. 194. in prin-
cip. Quomodo autem.

Quarto, ergo probo quod nouus conſenſus requi-
ratur: nam conſenſus primo loco præſtitus à maiore,
non ſuſtinetur tanq̃ ad matrimonium, ſed tanq̃ pro-
miſſio de contrahendo, vt inquit gl. fi. in c. de illis, in fi.
il primo, de deſponſ. imp. vbi eã ſequitur Inn. & Hoſt.
idem voluit ibi Butr. in fi. dicens, quod matrimoniũ nõ
39 põt ſtare niſi ab vtraque parte ſit vinculum, † eſt enim
mutua obligatio indiuidua, & ideo maior tenetur ex
vi obligationis ad contrahendum. Præpoſ. nu. 4. vbi di
cit, gl. illam eſſe auream, & quod non eſt matrimoniũ,
quia non adeſt ſimultaneus conſenſus, ex quo minor
non habet cõſenſum. & prædicti omnes Doct. inferũt,
quod ſi maior interim contrahat matrimonium cum
alia antequam impubes deueniat ad perfectam æta-
40 tem, erit validum, & erunt diſſoluta ſponſalia. † Hoc
etiam tenuit Rota in deciſ. 450. Si pubes contrahit, in
nouis. vbi etſi pubes teneatur expectare legitimã æta-
tem impuberis, hoc tñ non eſt ratione matrimonij qđ
nullum eſt pp imperfectam ætatem impuberis, ſed ra-
tione ſuæ promiſſionis, quã tenetur obſeruare, quod ſi
conſenſus ille primus per puberem præſtitus nõ facit
matrimonium, ſed obligat ſolum ad exequendum pro
miſſionem, ſequitur ex neceſſitate, ꝙ in maiore, ſeu pu-
bere, nouus requiritur conſenſus qui matrimoniũ per
ficiat, ſicuti requiritur qñ aliquis promiſit vendere, vel
donare, vel permutare, nam etſi is non poſſit recedere,
teneaturque ad implendum, ideſt vendendum, donan
dum, aut permutandum, nemo tamen dixerit, qđ ante
nouum conſenſum perfecta ſit venditio, donatio, aut
permutatio, & cum prædictis Doct. tenet etiam Ruin.
in conſi. 203. nu. 5. verſ. nec etiam obſtat ille text. vol. 1.

Quinto quod opus ſit nouo conſenſu maioris, nec
ſufficiat impuberem poſt ætatem perfectam conſenti-
re, probo ex alio: quando quidem ſponſalia eiuſmodi,
per verba de præſenti contracta, quæ ob alterius inha-
bilem ætatem reſoluuntur in ſponſalia de futuro, diſ-
ſolui poſſunt etiam ea parte maioris, ſi aliqua ſubſit
iuſta cauſa, & poteſt maior recuſare matrimonium.
41 † Butr. & Boic. in d. c. de illis, Ruin. d. conſil. 203. nu. 5.
in fi. ver. & plus etiam dico. Didac. d. par. 1. c. 5. §. 1. in
fi. & nemo ſani capitis id negabit: quia ſi ſuperueniat
inimicitia, infirmitas, vel alius ex caſibus recitatis à
Nauar. in ſuo Manuali c. 22. num. 25. vbi decem & ſe-
ptem recitat excuſationes, & ponunt Dec. conſil. 603.
nu. 7. Pariſ. in conſil. 52. nu. 46. in 4. Caſſan. in conſuet.
Burgund. Rub. 4. in princ. nu. 24. Menoch. in conſil. 69.
nu. 43. in conſi. 386. nu. 3. Rimin. in conſil. 538. num. 18.
Decian. d. conſil. 66. nu. 20. in 5. in quibus locis enarrãt
multas cauſas recuſandi ſponſam, tali caſu iniquum
eſſet maiorem cogere ad executionem matrimonij q̃-
uis cauſæ illæ iam contractum non dirimant; at ſi ex
iuſta cauſa poteſt maior reſilire, vtique fatendum eſt
quod conſenſus nouus eſt neceſſarius: nam aliàs non
poſſet diſcedere ab illo contractu, ſi ille ſufficeret con-
ſenſus, & alius non eſſet expectandus.

Sexto, in terminis noſtris, quod nouus requiratur
conſenſus, multas authoritates habemus, primo id vo
42 luit † Bald. in d. conſil. 194. per totũ, & conſil. 200. vol.
3. vbi non perfunctoriè loquitur, ſed multis vtitur ra-
tionibus & ea præcipuè, quod cum ſponſalia hæc iuris
interpretatione ſint de futuro, certè, ſolo vnius conſen
ſu non poſſunt tranſire in matrimonium; præterea di-
cit, quod verba maioris inducunt obligationem per-
ſonalem ad conſentiendum, quæ non inducit nexum
matrimonij, ſed obligationem ad contrahendum: nã
etſi obligatus ſit conſentire, ante tamen quam conſen
ſerit non eſt matrimonium; & ibi latè proſequitur.
idem dicit d. conſil. 200. Hanc etiam ſententiam pro-
bauit Ruin. in conſil. 203. per totum, vol. 1. vbi fortius
infert, quod maior licitè matrimonium cõtrahit cum
alia, etiam poſtquam impubes ſuperueniente legiti-
ma ætate approbauit ſpõſalia contracta per verba de
præſenti, qui caſus quam ſit durior nemo non videt.
idem voluit Pariſ. in d. conſil. 51. nu. 4. vol. 4. vbi dicit,
quod ſponſalia de præſenti contracta, tranſeunt in ma
trimoniũ ſuperueniente ætate legitima eius qui erat
impubes, & ambobus perſeuerantibus in eadem vo-
luntate, ad excluſionem conſenſus præſtiti ab eo ſolo
qui factus eſt maior. Didac. in d. c. 5. §. 1. in fi. vbi tenet
in omnibus dictum Ruini etiã quo ad validitatem ma
trimonij ſecuti poſt factam declarationem ab eo qui
erat impubes, & peruenit ad perfectam ætatem. Idem
placuit Marc. Ant. Cuco in ſuis Inſtit. Canon. maior.
lib. 5. tit. 10. nu. 80. de ſponſalib. Cum ergo tot habea-
mus authoritates, non videtur rectè dubitari poſſe.

Septimo moueor in ſimili, quia ſi quis per verba de
præſenti accipiat aliquam in vxorem ſub conditione,
ſi pater ſuum præſtaret conſenſum, certum eſt, quod
pendente patris conſenſu res eſt in pendenti, & pro-
miſſio illa vim habet ſpõſaliorum; ſecuto vero patris
conſenſu non tranſeunt in verum matrimoniũ, ſed co-
43 gitur promittens deuenire ad matrimonium, † cap. ſu
per eo, de condit. appoſi. vbi not. Doct. Ecce hic verba
ſunt de præſenti, ſicut in caſu noſtro, & res pendet ab
alieno arbitrio, ideſt à patre, ſicuti in facto noſtro pen-
det à voluntate impuberis, & tamen nouus requiritur
conſenſus, ad hoc vt illa ſponſalia tranſeant in matri-
monium, & ſi interim is qui promiſit, contradicat, vel
aliam ducat vxorem, ſuſtinebitur ſecundum matrimo
nium, & nulla habebitur ratio primi actus. ita gl. in d.
c. ſuper eo, in verſic. alieno arbitrio, & Innoc. ibi dicit,
quod ſuperueniente conſenſu patris, fit matrimoniũ, ſi
tamen ille qui conſenſum reſeruauit non contradicat,
ſed eo contradicente non poteſt matrimonium cõtra-
hi ſine nouo conſenſu de præſenti. & idem per forma-
litatem verborum dicit Io. Andr. & prædicti loquun-
tur, quando contradictio facta eſt poſt iam interpoſi-
tum

tum patris conſenſum, licet à filio ignoratũ. ita Anch.
ibi, nu. 5. licet ipſe dubitet & relinquat cogitandum.
& idem confirmat Butr. nu. 9. & tamen illo caſu filius
nõ poteſt mutare voluntatem antequam appareat de
patris diſſenſu, vt probat Præpoſit. d.c. ſuper eo, nu. 3.
in fi. quia promittens ſub conditione, non poteſt con-
44 ditione pendente recedere à promiſſione. † Alexan. in
conſil. 40. nu. 3. vol. 6. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo.
2. nu. 26. Roland. in conſil. 63. nu. 7. & 8. vol. 4. & Ceph.
in conſil. 118. nu. 28.

Octauo comprobatur hæc ſententia ex eo quod vo-
luit Innoc. in d.c. ſuper eo, in princ. vbi ait, quod ſi illi
inter quos extat impedimentum contrahant matri-
monium ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, nõ erit
perfectum matrimonium, ſecuta diſpenſatione, niſi
nouus adhibeatur conſenſus, quia à principio actus ſi
45 eſſet purè factus, erat nullus. † ſequitur ibi Io. Andr.
Abb. nu. 8. vbi dicit, quod altero non volente, non erit
matrimonium, niſi de nouo cõtrahatur: quia vt retro-
trahatur, requiritur quod à principio potuerit geri.
idem placuit Anch. num. 7. Arct. d. conſil. 142. nu. 3. vbi
num. 5. inquit, quod poſt diſpenſationem ratificari, vel
renouari debet actus, & nu. 4. addit, quod in materia
matrimoniali hoc receptum eſt, quod ſi inter inhabi-
les, vel impeditos contrahatur matrimonium, ceſſan-
te inhabilitate, & impedimento, non conualidatur ex
antiquo conſenſu, ſed ex nouo, & matrimonium cõtra-
hitur de nouo. allegat iura & Doctores vidẽdos apud
eum Felin. in c. ſignificantibus, in fine, de offic. deleg.
& eius ſententiæ ſunt Summiſtæ, videlicet Roſſella, Sil
ueſtr. & Tabien. in verſic. matrimonium, & aliqui alle-
gant etiam Adrian. in 4. Senten. in materia matrimo-
nij, q. 10. in prin. col. penult. ſed ego eum non vidi; qui-
bus ego Doctoribus exiſtimo magis eſſe ſtandum quã
Butrio. & etiamſi qui alij tenent contrarium: præſtant
enim hi quos ſupra citaui, numero, authoritate, & ra-
tione, & cum eis ſtat Card. qui ſubdit ita conſuluiſſe, vt
legitur in conſil. 57. Ad primum, quod de iure, colum-
na prima. Et Præpoſ. in d. capit. ſuper eo, refert etiam
Io. de Zoch. his ergo octo fundamentis arbitror euelli
authoritates Gozadini, & Silueſtri, qui tenent abſque
nouo conſenſu ſponſalia tranſire in matrimonium ſu-
peruenientе conſenſu minoris, poſtquam factus eſt pu
bes, vltra quod nemo eſt qui ignoret, eis præferendam
eſſe authoritatem Baldi, & aliorum, quorum ego opi-
nionem veram exiſtimo, ſtante contradictione; at ſi
adueniente pubertate is qui impubes erat declaret
ſuam voluntatem, & alter non contradicat, eius taci-
turnitas habetur pro conſenſu, fauore matrimonij, vt
in conditionali matrimonio dicunt Innoc. & Butr. in
dicto cap. ſuper eo.

Et non refragatur, quod maior non poſſit contra-
dicere, ex quo ſemel ſuum adhibuit conſenſum in prin
cipio, fuit enim ex præmiſſis ſublatum: quoniam non
poteſt diſſeutire, quo minus cogatur matrimonium
contrahere eo iure quo cogendus eſt quilibet qui ſpon
ſalia de futuro celebrauit, non autem vt dicatur ipſo
iure matrimonium perfectũ poſt alterius conſenſum:
& hoc eſt quod dixit gl. fi. in d.c. de illis, il primo, & alij
ſupra citati, teneri vigore promiſſionis & obligatio-
nis, non autem in vim matrimonij, quia vti poteſt om-
nibus excuſationibus, quibus vtuntur quicunque poſ-
ſunt à ſponſalibus diſcedere, & ideo Doct. dicunt, qđ
46 ſi contraxit cum alia matrimonium ſuſtinetur, † ſecun
dum gl. & Doct. d.c. de illis. Rot. d. deciſ. 450. quod non
eſſet ſi ſtatim tranſiuiſſent matrimonium: & quamuis
cogi poſſit cõſentire & perſeuerare, tamen antequam
cogatur nõ eſt matrimonium, vt benè declarat Bal. d.
conſil. 194. nos autem non quærimus nunc an cogatur
contrahere matrimoniũ, quia dicemus in vltimo obie
cto, ſed an inductum ſit matrimonium ſine nouo con-
ſenſu. Et ceſſat quoq; aliud, qđ ſcilicet perſectum iam
matrimoniũ ob conſenſum adhibitũ à D. Marchione
poſt perfectã ætatem, non poſſit cõi diſſenſu diſſolui:
nam nunq̃ fuit perſectum, quia D. Comitiſſa diſſenſit,
nõ ſolum poſt pubertatem Marchionis, ſed etiã ante,
ita, qđ mutuus cõſenſus nullo adfuit tempore habilis,
non quidem durãte pueritia D. Marchionis, quia tunc
ipſe neque cõſentire, neque diſſentire valide poterat,
nõ etiam poſtquam factus eſt maior, quia tum & mul-
to etiam prius Domina Comitiſſa contradixerat.

Dum aũt dr̃ mutuum, & contemporaneum conſen-
ſum eſſe neceſſariũ ad diſſolutionẽ ſponſaliorũ, & mi-
nime ſufficere ſi ſeparatus adhibeatur, qualiter vi fa-
ctũ hoc caſu, quia D. Marchio affectabat matrimoniũ
perfici, ſtatim quod peruenit ad iuſtam ætatẽ, tunc ve-
ro D. Comitiſſa contradicebat. Rñdeo, qđ imò conſen
ſua fuit ſimultaneus, quia durãte diſſenſu D. Comitiſ-
ſæ, & antequam illa reuocaret ſuas contradictiones,
quas ẽt non conſtat aliter reuocaſſe q̃ per præſentẽ mo
leſtiam, ipſe quoq; D. Marchio diſceſſit à ſponſalibus;
& pro maiori declaratione ſciẽdũ eſt, quod etſi ſimul-
taneus cõſenſus ſit neceſſarius ad validitatem matri-
monij, & ſponſaliorum, vt in contrariu dictum eſt, ti
poteſt ſeparatis vicibus, & diuerſis temporibus præ-
47 ſtari conſenſus. † Hoſt. in c. ſi inter, de ſponſ. Io. Andr.
Archidiac. Anchar. Gemin. Franch. Præpoſ. Boic. Abb.
Card. Flor. & alij multi, quos citat Pariſ. in cõſi. 55. nu.
15. vol. 4. Hoſtien. Io. Andr. Card. & alij, in c. dilectus,
de ſponſal. & eſt cõis opinio, vt inquit Ripa, in conſil.
71. nu. 7. vbi ſubdit Archid. contrarium tenentem cõi-
ter reprobari. idem repetit in conſi. 120. nu. 12. intelli-
gẽdo tamen dummodo primus perſeueret in ſuo pro-
poſito, quia donec ille non reuocat ſuum conſenſum,
ſemper dicitur conſentire, & ſemper ſuperueniens al-
terius conſenſus dicitur ſimultaneus, & contempora-
48 neus. † probat tex. in c. fin. de procurat. in 6. vbi Doct.
omnes. Innoc. in c. iuuenis, num. 5. de ſponſal. Alex. in
conſi. 146. nu. 15. vol. 5. vbi dicit, quod præſumitur per-
ſeuerantia voluntatis, donec de mutatione appareat.
& idem tradunt gl. Ioan. Andr. Butr. Boic. Abb. atque
alij, quos refert, & ſequitur Pariſ. loco præcitato, nu.
16. & ſeq. ita declarans, quod dicitur cõſenſum vnius
poſſe interuenire ex interuallo poſt conſenſum alte-
rius. Iaſ. in l. ſed ſi plures, §. in locando, nu. 3. ff. de verb.
oblig. vbi dicit procedere in contractibus, qui perfi-
ciuntur conſenſu excepta ſtipulatione. & Alc. ibi, in
princip. dicit, idem, ſubdens quod ex quo præſumitur
durare in conſenſu quouſque alius acceptet, iungun-
tur conſenſus, & perficitur actus. Marcobrun. in con-
ſil. 7. num. 27. Nauar. in ſuo Manuali, c. 22. num. 80. vbi
dicit ſufficere, quod altera pars prius, & in vno loco
conſentiat, & poſtea quouis temporis interuallo in-
teriecto altera alibi aſſentiatur, modo prior in ſuo cõ-
ſenſu perduret, quod præſumitur, ſecundum Alexan.
& Alciar. in locis prædictis. Quintilian. Mandoſ. in
conſil. 45. nume. 8. & ſequen. quod ſi matrimonium, &
ſponſalia dicuntur conſenſu ſimultaneo celebrata,
quando ex interuallo vnus poſt alium conſentit, du-
rante tamen prioris conſenſu, & voluntate, ita ſimul-
taneus dicetur diſſenſus, licet vna partium primo, al-
tera vero ex interuallo contradicat, dum tamen prio-
ris diſſenſus non ſit mutatus, quemadmodum ſupra
dictum eſt, non præſumi: contrariorum enim eadem
49 eſt diſciplina, † l. & ſi contra tabulas, in fine, ff. de vul-
gar. dixi in conſi. 1. num. 92. & idem iuris eſt in diſſol-
uendo, quòd in ligando. Cum itaque appareat de diſ-
ſenſu Dominæ Comitiſſæ, nec conſtet vllo vnquam
tempore

tempore fuiſſe reuocatum, ille præſumitur continua-
tus,& conſequenter diſſenſus Domini Marchionis ſu-
perueniens ſemper dicitur contemporaneus, & quod
50 dictum eſt voluntatem præſumi continuatam, † pro-
batur etiam ex dicto Bart. in l. licitatio, in princ. ff. de
publican. Doct. omnes in l. 1. §. qui præſens, ff. de verb.
oblig. vbi Iaſ. num. 3. impugnando Petr. Cin. & Imol.
dicit, quod etiam in interuallo non præſumitur muta-
tio voluntatis, idem ait Crot. num. 10. & 13.

Poſtremo, non repugnat quod etſi dicamus matri-
monium non fuiſſe perfectum, ſed ſola fuiſſe ſpõſalia,
tamen Do. Marchio cogendus eſt matrimonium con-
trahere: quia reſpondeo, quod imò impubes qui ſpon-
ſalia contraxit per verba de præſenti, factus pubes, po
51 teſt reſilire, † dicto c. de illis, il primo, §. 1. de deſponſ.
impub. & iuramentum non illum obligauit, cum non
eſſet proximus pubertati, gl. & Doct. in d. c. ex literis,
il ſecondo, de ſponſ. Bart. Corn. Iaſ. & alij, in Auth. Sa
craméta puberum, C. ſi aduer. véd. Dec. in l. pupillum,
ff. de reg. iur. Didac. d. c. 5. §. 1. num. 3. Reſpondetur ſe-
cundo, quod multo minus compelli põt ſtante diſſen
52 ſu vtriuſque partis, per qué diſſoluuntur ſpõſalia, † c.
2. de ſponſalibus. quod procedit, etiamſi iurata ſint,
vt probaui ſupra, in verſic. idque multo facilius, ſiue iu
ramentum parti, ſiue Deo ſit præſtitum: quia cõtinet
tacitam conditionem, niſi partes voluntatem mutaue
rint, & poſtq̃ partes iam diſſenſerunt, & mutuo cõſen-
ſu receſſerunt à ſponſalibus, non poſſunt, niſi nouum
conſenſum præſtent, ſponſalia exequi, vt probat Bart.
in l. ab emptione, nu. 14. ff. de pact. vbi dicit, quod ſi par
tes à contractu perfecto receſſerunt communi diſſen-
ſu, non poteſt exinde partium vna redire ad contractũ
altera inuita, imò, ſi altera cõſentiat, valebit cõtractus
53 ex nouo, non ex antiquo conſenſu. † Aret. qui id con-
firmat, in conſil. 128. Eximie Domine, nu. 3. verſ. quid
plura, & hoc eſt quod dixit Angel. in conſil. 374. nu. 4.
eum qui ſemel recuſauit contrahere, non poſſe conſen-
tire, niſi aliter quoque nouellum præſtet conſenſum, &
dixi ſupra, in ver. quod ſi nunc, & in ver. ſequenti.

Hæc vero multo clariora redduntur, ſtante decreto
Sacræ Synodus Tridentinæ ſolennitates requirẽte, per
q̃d ideo ceſſant nunc omnia matrimonia præſumpta,
54 † vt voluit Nauarr. in ſuo Manual. c. 25. in tit. de pecca
tis coniugat. nu. 144. Cum enim annullat matrimoniũ
celebratum non ſeruata illa forma, nõ minus deſtruit
præſumptum quam verum matrimoniũ, eſt enim eiuſ-
dem virtutis, cap. is qui fidem, de ſponſ. & tantã habet
vim quantam verum. Abb. in cap. veniens, il ſecondo,
de ſponſ. in tantum, quod præfertur vero quod poſtea
55 fuit contractum. Abb. in d. cap. is qui fidem, & in cap.
pen. eod. tit. etiam ſi ſecundum ſit per copulam confir
matum. Alex. conſil. 149. vol. 5. Gozad. qui alios citat
dicto conſi. 2. num. 12. Pariſ. d. conſil. 51. col. 2. vol. 4. &
Siluan. conſil. 3. nu. 2. & 3. Nec dicatur, quod hoc proce
deret, niſi ſponſalia præceſſiſſent, in quibus ſeruatæ fue
re omnes ſolennitates præſcriptæ à Concilio, quo ca-
ſu videtur, quod in executione ſponſaliorum, ideſt in
matrimonio contrahendo alia non requiratur ſolenni
tas, ſicut dicimus in ſolennitate decreti quæ ſi interue
nit in compromiſſo minoris, non eſt neceſſaria poſtea
56 in laudo ſecuto, q̃uis ex eo ſequatur alienatio. † Bal. in
l. ſi præſes, C. de tranſact. & idem dicit in licẽtia domi-
ni adhibita vaſallo compromittenti. Iſern. quem citat
Afflict. in deciſ. 285. nu. 15. vbi infert, quod licentia ſu-
57 per cõtractu extenditur ad ratificationem. † & in de-
ciſ. 335. num. 19. & in c. Imperialem, in 12. notab. num.
16. & 52. de prohib. feud. alien. per Feder. & in qõ. 24.
nu. 75. Freccia de ſubfeud. lib. 2. q. 19. per totã. Grãmat.
conſil. ciuil. 10. num. 4. & ſeq. Burſat. conſil. 29. num. 18.
conſil. 30. nu. 16. Amad. de Ponte, quæſtio. Laudim. 37.
vbi prædicti Doctores inferũt ad plures notabiles de-
ciſiones. nam cum forma ſit à Concilio præſcripta ma
trimonio, non ſufficit illam fuiſſe ſeruatam in ſponſa-
libus, vltra quod cum matrimonium quod partes in-
tendebant contrahere fuerit nullum, impediente æta-
tis defectu, neceſſe eſſet in nouo, & valido matrimo-
nio eandem ſeruari ſolennitatem, quæ erat requiſita
in primo, & poſſet hoc multis modis comprobari, ſed
quia nunc non expedit, ſtantibus tot alijs fundamen-
tis ſupra poſitis, omitto vlterius examinare.

Addo tamen, quod vbi poſſet aliquod ſubeſſe dubiũ
ſuper ſponſalibus prædictis, illud omne ſublatum fuit
ex Apoſtolico Breui conceſſo à Beatiſſimo Domino no
ſtro Clemen. Papa VIII. quo eum liberat ab obligatio
ne de non recedendo à dictis ſpõſalibus, & de illa im-
plendo, conſtat autem Pontificem non modo ſpõſalia
poſſe dirimere, ſed etiam verum matrimonium, quod
58 tamen non ſit copula confirmatum, † c. ex publico, de
conuerſ. coniugat. vbi Hoſtienſ. & Doct. communiter
notãt, quod ex poteſtate abſoluta poteſt id facere, nul
la ſubſiſtente cauſa, licet in ordinaria requiratur ali-
qua cauſa. Idem voluerunt Hoſtienſ. & Doct. in c. tuas,
de ſponſal. & hanc partem tenuerunt Innoc. Archid.
Io. Andr. Anch. & Præpoſ. quos citat, & ſequitur Dec.
in conſi. 111. nu. 2. in fine, verſ. ſed tamen prædictis, vbi
dicit, ſuper matrimonio non conſummato Papam ha-
bere latiſſimam poteſtatem, & hanc eſſe cõem opinio-
nem Socin. in conſil. 28. nu. 6. & 7. Pariſ. multos citans
in conſil. 51. nu. 14. in 4. Bertrand. in conſil. 218. num. 3.
vſque ad finem, vol. 7. vbi pulchrè, & cum ea loquitur
reuerentia, quæ verè Catholicum decet. & in cõſi. 147.
in fine, vol. 8. & communem dicit Oddo, in tract. de re
ſtit. q. 60. artic. 2. Neuiz. Silua nupt. lib. 1. nu. 152. & ſeq.
& quamuis aliqui contrarium teneant, tamen hæc eſt
communis, & procedit ſine dubio, quando ſubeſt iuſta
aliqua cauſa, vt per Dec. d. conſil. 603. nu. 7. & ſequen.
Curt. iun. conſi. 170. num. 1. & 15. vbi recitat cauſas di-
ſpenſandi. Gozad. d. conſ. 2. nu. 14. & 25. Pariſ. d. conſi.
51. nu. 15. & ſeq. Menoch. conſil. 15. num. 2. & 9. vbi latè
diſſerit, & conſi. 385. nu. 1. per totum, & in præſenti fa-
cto ſupponitur ſuam ſanctitatem dum eſſet in minori
bus conſtitutus, interueniſſe, & vnguem, vt dicitur, ac
digitum poſuiſſe, quin & poſt adeptum Pontificatus
apicem plenè ſciuiſſe quidquid in eo negocio tracta-
tum fuit, adeò, vt cum plenè eſſet informatus, vti ẽt in
Breui atteſtatur, nihil cõtra diſpoſitionẽ opponi põt.

Et quẽadmodum ſuppoſita veritate facti ſupra ex-
poſiti rem exiſtimo ſatis certam contra Illuſtriſſimam
Dominam Margaritam, ita nemo erit qui non illam
credat indubitatã eſſe, ſi demus Dominum Marchio-
nem poſt pubertatem nullum omnino ſignum, nullam
coniecturam emiſiſſe, ex quibus inferri poſſit eum ta-
citè vel expreſſè conſenſiſſe prædictis ſponſalibus, id
quod in facto ſupponitur veriſſimum, quãuis vt exu-
berantior appareat cauſæ iuſtitia, fuerit ſupra citra
veri offenſionem admiſſum, quod conſenſus ſucceſſe-
rit. & hæc quidem ſub correctione ſcripſi cuiuslibet
rectius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator qui mandatum acceptauit, tenetur exequi, aliàs tenetur ad intereſſe.*
2 *Tutor non exigit vſuras pro ſuo credito, quando cum poſſet ſibi ſoluere in bonis pupilli, id non fecit.*
3 *Neceſſitatem non inducunt verba importantia arbitrium, & voluntatem, ſeu facultatem.*
4 *Acceſſorium regulatur ſecundum naturam principalis.*

5 *Conditio quæ eſt in principali, ineſt quoque in acceſſorio.*
6 *Guarentigia poſita in inſtrumento eſt nulla, ſi principalis cõtractus nullus ſit.*
7 *Acceſſorium reputatur conditionale quando principalis contractus eſt conditionalis.*
8 *Acceſſorium non immutat, nec alterat principalem diſpoſitionem.*
9 *Copula repetit qualitates præcedentis copulati.*
10 *Corrigere ſeipſum incontinenti nemo præſumitur.*
11 *Mandatum factum ad ſolum fauorem mandatarij, non obligat mandantem.*
12 *Mandatum ſub conditione fieri poteſt.*
13 *Mandatum conditionale euaneſcit deficiente conditione.*
14 *Creditor vendens pignus iure creditoris, transfert dominium in emptorem.*
15 *Minor licèt fecerit inuentarium, poteſt nihilominus reſtitui ad repudiandam hæreditatem quam adiuit ad euitandas vexationes.*
16 *Separare ereditatem ſuum ab alijs rebus hæreditarijs, vtile eſt hæredi qui fecit inuentarium.*
17 *Inuentarij beneficium non prodeſt hæredi qui facit actum ex perſona propria.*
18 *Promittens aliquem iuuare contra omnes, non tenetur cõtra ſeipſum iuuare.*
19 *Aduocati conſilium à culpa excuſat.*
20 *Culpa nõ poteſt imputari ei qui facit id, quod ſibi à iure permittitur, vel quod credit ſibi licere.*
21 *Eligens potius vnam viam quàm aliam, cum plures ſibi à iure concedantur, non dicitur eſſe in culpa.*
22 *Perſonam vnam duplicem repræſentante vnum quodque ius conſideratur de per ſe tanquam ſi duæ eſſent perſonæ.*
23 *Prælato agenti nomine eccleſiæ non obſtat factum proprium.*
24 *Pater qui rem aduentitiam filij alienauit, non prohibetur illam vendicare nomine filij.*
25 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
26 *Tutori ex perſona propria nõ obeſt id quod fecit tanq̃ tutor.*
27 *Teſti, & notario non nocet in proprijs iuribus actus geſtus in executione eorum officij.*
28 *Verba teſtamenti debent intelligi ſecundum communẽ loquendi vſum, qui erat tempore teſtamenti, non poſt.*
29 *Tempus actus inſpicitur vbi quærimus quæ fuerit alicuius voluntas circa actum.*
30 *Culpa eſt non præuidere quod facile poteſt euenire.*
31 *Remedia plura vbi competunt ad fauorem creditoris, vno electo non tollitur alterum.*
32 *Electio ſemel facta poteſt reuocari ante acceptationem.*
33 *Renunciatio poteſt reuocari antequam ſit à parte acceptata.*

CONSILIVM CCCLXV.

CREDEBAM reſolutum fuiſſe omne dubium ex prioribus ſcriptis per me pro defenſione ſententiæ latæ ad fauorem D. Preti, contra D. Catabenũ, ſed nonnulla adhuc video excitari. Primũ eſt, ꝙ D. Pretus ex cõuentione poterat ſibi ſatisfacere vendendo tot ex bonis aſſignatis pro dote; & quãuis illud pactum videatur collatum in facultatem D. Preti, tamen quia exinde D. Catabenus conſtituit D. Pretum procuratorem irreuocabilem ad vendendum, atque is acceptauit mandatum, tenetur exe-
1 qui, aliàs tenetur ad intereſſe. † vt per Alex. in conſ. 52. nu. 7. vol. 6. Pariſ. latè conſi. 91. nu. 14. vol. 1. Straccha in tract. mercat. tit. de mandat. nu. 51. & facit l. quoties, §. ſicut autem, ff. de aminiſtr. tuto. vbi tutor, qui cum poſſet ſibi ſoluere in pupilli bonis, nõ fecit, ea plectitur pœ-
2 na, quod pro ſuo credito non exigit vſuras, † Aret. in §. actionem, nu. 50. Inſtit. de act. Soc. in conſil. 126. nu. 5. vol. 1. alios citaui in tract. alim. tit. 3. q. 7. num. 16. vnde culpa imputari poteſt D. Preto, qui non impleuit mandatum quod ſuſcepit.

Secundum eſt, quod D. Pretus tutor, poterat omiſſo ſeparationis iudicio, æquè tutè, & cum minori pupilli, & D. Catabeni diſpendio dare bona in ſolutum, cum authoritate D. Prioris, ſed cum elegerit iudicium ſeparationis diſpendioſum, & graue D. Carabeno, atq; difficile ob neceſſitatem fideiubendi, quæ incumbit creditoribus, & ob vitium litigioſi, qđ impedit bonorũ venditionem, vñ quod totum hoc damnum culpa tutoris prouenerit, eiq; propterea ſit imputandũ, non D. Catabeno, qui credidit bona ſibi in ſolutũ dari extra iudiciũ, nõ eodẽ modo ſe obligaturus, ſi ſciuiſſet tam diuturnũ, & incõmodũ iudicium mouendũ fuiſſe à tutore.

Tertiũ eſt, quod D. Catabenus non potuit diuinare tempore contractus celebrati, nec cogitare quod inſtituendum eſſet tale iudicium; quinimo veriſimiliter potuit credere illud non fuiſſe inſtituẽdum, quia ſolutio fieri debebat intra annum 1590. & conuentio de dote facta fuit menſe Iunio, intra enim tam modicum tẽpus iudicium finiri non poterat, quinimo, primũ proclama legitur publicatum menſe Ianuario anno 1591. Vnde nõ eſt ꝙ imputari ſibi poſſit. ceſſante autem culpa, ceſſat mora, & damnorum, atque intereſſe petitio.

His tñ non repugnantibus perſiſto in priori ſñia, qa de mora D. Catabeni ne prædicta obſtarent, dubitari non poſſet, defecit enim in oĩbus & ceteris vigilantibus, cũ ſeparationis iudiciũ ageretur, ſolus dormitauit. non obſtat aũt qđ D. Pretus fuerit in culpa, qui cũ poſſet bona vendere, nõ vendidit, quia in primis ſcriptis rñſum fuit, pactum vendẽdi bona pro quantitate crediti, collatũ fuiſſe in facultatem, & arbitriũ D. Preti, vt videri poteſt in ver. vlt. non obſtat pactũ, & verba ſunt clariſſima, qui dicunt, dedit, & impartitus fuit licentiam, & omnimodam ptãtem, & facultatem eligendi, quæ omnia arbitrium non neceſſitatem importãt, & nihil magis neceſſitati repugnat quã facultas, licen-
3 tia, & poteſtas, † vt demonſtraui in conſi. 98. per totũ, Cuman. in conſil. 148. nu. 4. verſic. ex aduerſo autẽ. Natta in conſi. 504. nu. 2. Rimin. conſ. 437. nu. 68. Cæph. in conſ. 725. nu. 21. & ſi eſt facultas, non põt cenſeri neceſſitas, facit quod dicimus facultati nunquã præſcribi.

Et ab hac facultate, & arbitrio non receſſit D. Pretus, qñ acceptauit mãdatum vendendi bona, quia mãdatum ad vendendũ factum fuit in conſequentiã, & executionem poſt quã dictum fuit, qđ D. Pretus poſſit eligere tñ de bonis, quãtum capit ſuum creditum, iõ continet eandẽ conditionẽ q̃ continet præcedẽs pactũ eligendi tñ de bonis, quia acceſſorium ſequitur natu-
4 ram ſui principalis, & ſcđm illam regulatur, † l. cum principales, vbi Dec. & Cagno. ff. de reg. iur. c. acceſſorium, vbi gl. & Doct. ff. de reg. iur. in 6. & dicit gl. in l. ſi patronus, §. patronũ, in ver. Fauiana, ff. ſi quid in fraud. patroni, quod oẽs clauſulæ in contractu appoſitæ ſequuntur naturã principalis contractus, vbi ponit exẽplum in euictione, & in pœna. Bald. in l. 1. num. 4. C. de inoffic. donation. infinitos ad hoc cumulat Tiraqu. de conſtit. poſſeſſ. limit. 7. nu. 28. 29. 31. 33. in fine, & nu. 40. Maſcard. de probat. concluſ. 14. nu. 12. vbi nu. 14. ponit rationem, quia ea eſt natura cõtractuum, qui ſe inuicem reſpiciunt, vt vna parte ſublata altera non ſubſiſtat, & idem ſemper iudicamus de acceſſorio, quod de ipſo principali, & in ſtatutis, vt per Cagnol. in d. l. cũ principalis, nu. 4. Crau. in conſi. 692. nu. 6. latè Burſat. in conſi. 103. nu. 18. quibus in locis ponunt de cõſtituto, de pœna, de renunciatione, quæ liti & inſtantiæ fit in compromiſſo, & de alijs multis, & conditio quæ eſt
5 in principali, ineſt quoq; acceſſorio, † vt inquit Gabr. conſ. 173. nu. 10. volum. 2. & confeſſio quoque non ſuſtinetur,

ſtiuetur,quãdo principalis contractus corruit. Iaſ.cõſ.
170.nu.33.vol.2.conſ.199.in fine,eod.vol ſed proprius
accedendo,guarentigia petita in inſtrumento retinet
naturam principalis contractus, & eſt nulla, ſi ille eſt
6 nullus.† Bal.in l.ſi non ſorté,§.1.ff.de condictio.indeb.
cum infinitis apud Tiraq.d.limitatio.7.nu.26.& tũ in
guarentigia ineſt cõſtitutio procuratoris,vt ponit An
tonius Maſſa.de forma Cameral.oblig. in 1. par. in
princ.nu.5.ergo verum eſt dicere,quod mandatũ poſi-
tum pro executione alterius contractus,aſſumit natu-
ram,& conditionem illius contractus; & quod acceſſo-
rium reputetur conditionale qñ principalis cõtractus
7 eſt conditionalis † voluit Ioan. Mona. loquẽdo in con-
ſtitutio.in cap.fin.in prin.vbi Gemin.in gloſſ.fin. circa
fin.de appell.in 6.Dec.in conſ.247.nu.3. ver. quantum
vero ad alia bona,col.3.Gozad.in conſ.28.nu.36.verſi.
prætera,& vltimo,pulchrè Ripa,in conſ.142.Tiraq.d.
tracta.ampliat.15.nu.3.ſicuti igitur cõditio quæ ineſt
principali contractui reddit quoque conſtitutum con
ditionale,ita conditio quę ineſt in facultate,ſeu pacto,
ꝙ D.Pretus poſſet vendere, efficit ſequens mandatum
conditionale:quia intelligitur tunc D. Pretus cõſtitu-
tus procurator ad vendendum qñ voluerit vẽdere , vel
elegerit tñ de bonis; ſicuti eñ pactũ de vendendo,vel
eligendo non obligat illum ad eligendum, vel venden
dum,ſed intelligitur conditio,ſi ſibi ita placuerit,vel ſi
voluerit,ita conſtituto mandatum adiectum pro exe-
cutione venditionis,intelligi debet caſu quo eligat bo
na,& velit vendere, & ſicuti principalis diſpoſitio poſi
ta ad vnum finẽ,non debet operari contrarium, l.lega
ta inutiliter,ff.de adim.legat.& inducta in fauorẽ,non
debent torqueri in odium,l. quod fauore , C.de legib.
ita nec acceſſoria , cum acceſſoria nõ immutent neque
8 alterent principalem diſpoſitionem.† Clem.prima,de
præbend.Becius in cõſ.24.nu.21. quod aũt illud man-
datum veniat acceſſoriè ad facultatẽ eligendi & ven-
dendi,nemini arbitror dubium eſſe qui attentè legerit
verba cõtractus,dicunt eñ,ꝙ D. Catabenus promittit
ſoluere D.Preto,& eidem dedit licentiam eligendi tã-
tum de bonis , dans ampliſſimã licentiã ea vendendi,
ac conſtituens eum procuratorem,&c.& ſemper verba
ſunt copulatiuè poſita,quæ copula repetit qualitates
9 præcedentis copulati.† glo.in l.ſi ſic,ff.quemadm.ſeru.
amitt.alios citat Rip.In c.2.nu.46. de reſcript. Et qđ
mandatum contineat eam cõditionem, & intelligatur
ſi D. Pretus elegerit bona , & ea voluerit vendere, non
aũt importet neceſſitatẽ, probatur manifeſta ratione :
quia ſi induceret neceſſitatem non fuiſſet in facultate
D.Catabeni ſoluere in pecunia , & euitandi venditio-
nem bonorum , quòd tamẽ eſt falſum:quia non obſtã-
te eo mandato potuiſſet ſoluere in pecunia , ſtante ex-
preſſo pacto . Præterea poterat D. Pretus eligere ſibi
tantũ de bonis prædictis, & pro ſe retinere,vt ibi dici-
tur,& partes viderentur incontinenti ſe correxiſſe ſi
mandatum induceret neceſſitatem,quod non eſt præſu
10 mendum,l.præcipimus,† in fine,C. de appell.cũ alijs
quos citaui in conſ.241.num.19.intelligitur ergo man
datum prædictum ſub conditione,quæ præcedentibus
pactis ineſt,quod ſcilicet ſit procurator ad vendendũ,
& poſſit vendere tanquam procurator Do.Catabeni,ſi
& quando elegerit tantum de bonis,& quando volue-
rit vendere, ſed ſi voluerit agere ad pecuniam , & non
eligere bona,nec vendere,tunc non obligetur ex man-
dato,nec intelligatur procurator.

Nec per acceptationem alteratur conditio tacita q̃
ineſt mandato:quia,vt dixi,conditio,quæ ineſt princi-
pali diſpoſitioni , influit in pacta acceſſoria , & ea om-
nia qualificat,& afficit eodem onere,& acceptatio in-
telligitur facta ſub eadem conditione, ſub qua factum
eſt principale pactum eligendi , & vendendi, ſicuti di-
cunt Doctor.ſupra citati, quando loquuntur de eo qui
ſtipulatur pœnam , vel euictionem de eo qui acceptat
conſtitutum præcarium,vel renunciationem, vel iura-
mentum , volunt enim quod acceptatio non impediat
quo minus conſtitutum,præcarium,iuramentum, pœ-
na , renunciatio, & alia cenſeantur ſub eiſdem condi-
tionibus quibus concepta eſt principalis obligatio.

Et aduertatur , quod non dico mandatum factum
fuiſſe ad ſolum fauorem mandatarij, quo caſu nõ obli
11 garet mandantem,† vt Inſt.Mandati,§.1.l.2.in princ.
ff.eod.ſed dico factũ eſſe vtriuſq; gratia , & ad vtriuſq;
vtilitatem,ſed eſſe conditionale, non autem purum,&
ſimplex,aut abſolutum,ideſt caſu quo D.Pretus elige-
ret bona,& vellet vendere. Et hæc ſunt inter ſe diuerſa
quod ſit gratia mandatarij , vel quod ſit factũ vtriuſq;
gratia,ſed ſub conditione; & quod mãdatum ſi fieri poſ-
12 ſit ſub conditione † probat text. in l.1.§.1.ff. mãd. Azo
in Sum.C.mandati,nu.7.& non numeratur inter actus
legitimos,qui conditionem non recipiunt,l.actus legi
timi,ff.de reg.iur.& poſſunt ſimul ſtare,quod ſit gratia
vtriuſque,& fiat ſub conditione,vt dixi, & quãdo man
datum factum eſt ſub conditione , non producit effe-
ctum pendente conditione, ſed ea deficiẽte euaneſcit,
13 † Aegidius concluſ.606.circa finem,eum citat,& ſequi
tur Vant.in ti.de nullitate ex defectu mandati,nu.175.
c.medio,Maſcard.concl.1015.nu.16.in fin.ver.ſic alias
generaliter. Cum igitur mandatum factum,& accepta
tum fuerit ſub conditione quæ non euenit , non poteſt
nocere Domino Preto, aut prodeſſe D. Catabeno.

Et ſi dicatur , quid prodeſſe potuit mandatum ſi nõ
obligauit Dom. Pretum ad vendendum ? Reſpondeo,
vbicunque D.Pretus elegiſſet bona,eaque vendere vo-
luiſſet,tunc profuiſſet mandatum : quia ſicuti non po-
tuiſſet ea bona tanquam ſibi obligata vẽdere , niſi iure
creditoris,& tanquam creditor,accedẽte mandato ea
poterat vendere nomine domini mandantis, & domi-
nũ obligare de euictione,vt in l. ſi cũ venerit, ff. de pig.
action.l.non eſt nouum,ff.de acq.rer.dom. Decius,l. ne
mo plus,n.3.ff.de reg.iu.vbi creditor poteſt pignus vẽ-
dere iure creditoris,licèt non ſit dominus, & vendẽdo
14 transfert dominium in emptorem,† Addo ſecundum
huius facti cõtingentiam aliam vtilitatem prouenien-
tem ex mandato:quia cum poſſet Dominus Pretus eli
gere pro ſe,& retinere tantum ex dictis bonis,licèt fa-
cta electione poſſet vendere iure,& nomine proprio,&
ſe ipſum obligare emptori , non tamen potuiſſet obli-
gare Dominum Catabenum,nec vendere nomine Ca-
tabeni:at mandato accedente,potuiſſet nomine D.Ca
tabeni vendere bona electa,& pro eorum euictione il-
lum obligare emptoribus , atque ita mandatum hunc
quoque effectum poterat producere.

Secundum obiectum , quod Dominus Catabenus
fuerit in culpa inſtituendo iudicium ſeparationis,cum
poſſet cum minori Domini Catabeni damno æquè tu
tè conſulere iuribus pupilli , dando in ſolutum bona
cum authoritate Domini Prioris, arbitror fuiſſe ſubla
tum ex deductis in prioribus ſcriptis , in verſ. ad ter-
tium , in quo nec obſtat quod remedium elegerit ma-
gis damnoſum Domino Catabeno , cum poſſet aliud
eligere cum minore illius detrimento : quia reſpon-
deo, quod tamquam tutor qui iurauit vtilia pupilli
facere,tenebatur, & debet remedium eligere quod eſ-
ſet magis ex re pupilli,& rebus pupillaribus tutius,&
vtilius,non quod eſſet alijs minus damnoſum,ſed nul-
lum erat magis tutum , imo magis proficuum pupil-
lo, quam ſeparatio bonorum: cum enim duæ ſimul eſ-
ſent confuſæ hæreditates,Domini ſcilicet Sigiſmondi,
& Dom.Annibalis patris,& patrui,& graue æs alienũ

immineret ſubſtãtiæ pupillari ex vtroq; patrimonio,
nullum poterat adhiberi magis conueniens remediũ,
quã eo modo bona propria pupilli, & paterna ſecerne
te à bonis,& oneribus patrui, & huic malo occurri nõ
potuit ſolo beneficio inuentarij,vt innuit motiuũ:quia
primo,inuentariũ etſi prouideat ne hæres teneatur de
proprio ſatisfacere creditorib. non tñ eximit à vexa-
tionibus, quia neceſſe habet hæres tot ſuſtinere lites
quot ſunt creditores,& tenetur cuique & ſingulis cre-
ditoribus exhibere inuentariũ,& ſingulis oſtendere,&
probare quæ bona ſint conſumpta,& in quã cauſam,&
quæ non conſumpta: quia creditores meliora ſemper
eligunt,nec acquieſcunt declarationi hęredis,aſſerẽtis
talia,& talia bona fuiſſe alijs in ſolutũ data,ſępe etiam
opponunt fuiſſe data ꝓ minori precio, & pro nõ iuſto
valore,& præterea per ſolum beneficium inuentarij nõ
plene conſulitur hęredi pro ſuis creditis, pro impenſa
funeris,pro legatis ſolutis, pro ære alieno extincto, cũ
propria pecunia,& ideo ꝑꝑ pręd ictas,& alias eiuſmo-
di vexationes,volunt Doct.quod minor qui fecit inuẽ-
tariũ,poſſit nihilominus reſtitui aduerſus aditionẽ, &
mediante reſtitutione admitti ad repudiandum hære
15 ditatem quam adiuit. † Salic.in Auth.Si omnes, nu.8.
C.ſi minor ſe ab hæred.abſtin.Beto.conſ.68.nu.83.vol.
1.Phanuc.in tract.de inuentar.par.2.nu. 26. ſicuti etiã
ad vexationes vitandas admittitur ad repudiandũ hæ
reditatem ſimpliciter aditam,licèt ea ſit opulenta, &
ſoluendo. Bald.in l.cũ hæreditate, in fine,ff. de acquir.
hæred.vbi Rom.nu.5.& Aret.col.3.in fine,alios ego ci-
taui in cõſ.87.nu.9. & quod inuentariũ non plenè con
ſulat hæredi,nec plenã ei præſtet ſecuritatẽ, præcipuè
quando hæres eſt creditor, & habet iura particularia
vel ex hoc ſolo probatur,quia conſulunt Doct.eiuſmo-
di hæredi qui fecit inuentariũ, quod curet ſeparari cre
16 ditum ſuum ab alijs rebus hæreditarijs, † ita Bal.in l.
debitori,nu.4.C.de pact.vbi Alex.dicit ſe ita obſeruaſ-
ſe,ſeq.alij apud Phan.in d.tract.par.5.nu.19.Rol.in eo.
tract.in to.vtilit.nu.5.& ſeq.fol.mihi 131.ecce ergo ꝙ
ſola inuentarij confectio non eximebat pupillũ à vexa
tionib. nec ſufficiebat ad iurium ſuorũ conſeruationẽ.

Non etiam poterat prædictis occurri,dando Domi
no Catabeno bona in ſolutũcum authoritate Domini
Prioris,cum enim hoc debitum non eſſet vnicum in hæ
reditate,ſed multa alia abundarent,vt euentus demõ-
ſtrauit:nã in iudicio ſeparationis, triginta,& vltra cõ-
paruerunt creditores,qui obtinuerunt,& ſententias fa
uorabiles retulerunt,non prudenter egiſſet tutor ſi ea-
tra iudicium D.Catabeno ſatisfeciſſet, eique in ſolutũ
dediſſet bona hæreditaria,quia inde coactus fuiſſet cũ
ceteris creditorib. diſceptare,an iure id factum fuerit,
an legatariũ potuerit creditorib.præferre,an res datæ
eſſent pro iuſto precio, an datio facta eſſet de bonis pa
tris,vel patrui,& innumeræ quęſtiones ortæ fuiſſent ea
penſis,& periculo pupilli,exinde extricãdæ. Nõ omit-
to, quod in extraiudiciali datione in ſolutũ, veniebat
euictio abſoluta,quę tñ vbi res datur in iudicio ſepara
to,non venit niſi quatenus hęreditaria bona ſuppetũt.
Rurſus,in extraiudiciali & conuẽtionali datione,obli
gabatur pupillus ex perſona propria,& de proprijs bo
nis,id quod pupillo fuiſſet dãnoſum, præcipuè quia nõ
17 potuiſſet ſe iuuare beneficio inuentarij.† Ang.conſ.31.
col.pen.Dec.in conſ.496.nu.12.Phan.de inuenta. par.
6.nu.110.Rol.in eodem tracta.§.beneficium inuẽtarij,
nu.1.folio 154.Præterea,ſi Domino Catabeno dediſſet
in ſolutum bona extra iudicium,ſuperextabant nihilo
minus omnia alia debita hæreditaria, pro quibus ne-
ceſſaria erat ſeparatio,ita, quod ſiue ſatisfaceret Do-
mino Catabeno,ſiue non, ſeparationis iudicium inſti-
tuere cogebatur tutor pro defenſione bonorum pupil-
larium,nec aliter tot incommoda,& vexationes pote-
rat euitare,& à bonis pupilli diuertere,qua ratione tu
tius, & vtilius fuit pupillo vnico remedio,& iudicio
omnem auertere vexationẽ, & omnes complecti credi
tores; nec arbitror prudentiſſimos Patres, qui ſedent
in Senatu,aliter fuiſſe rñſuros, ſi re integra à Dño,tuto
re pro remedio conſulti fuiſſent. Pater ergo,& nemo
ſani capitis dubitauerit, qđ etſi vtilius fuiſſet Do.Ca-
tabeno ſuum conſequi creditũ extra iudicium, tñ pu-
pillo cautius,vtilius, & tutius fuit eum cum ceteris de
ducere ad generale ſeparationis iudiciũ: tutor autem
non quod ceteris,ſed quod pupillo expedit cogitare,&
exequi debet,neque tã aliorum vtilitati, quam pupilla
rium rerũ ſeruationi proſpicere tenetur,erga eñ alios
moralis inſtitutio ſuadet, erga pupillũ ſuſcepti mune-
ris,& iuramẽti pręſtiti neceſſitas obligat atque denun-
cit; Nec conqueri debet Dominus Catabenus, quod
Dominus tutor non fecerit,quod ſibi proderat quidem,
ſed pupillo erat damnoſum,nemo enim tenetur alium
iuuare contra ſe ipſum,etiam ſi promiſiſſet contra om-
18 nes.Abb.† in l.frater à fratre,ff.de cõd.indeb.Roland.
conſil.5.num.37.vol.3.dixi conſ.152.num.47.

Et Alpibus ille perit,qui ſe plus diliget vllum.

Facit l.præſes,C.de ſeruit.& aq.Et cũ Do. Pretus ſecu-
tus fuerit conſilium Baldi,in d.l.debitori, & aliorũ ſu-
pra citatorum, non dicitur culpam commiſiſſe, vult
enim Doct. vnius etiam aduocati conſilium excuſare,
19 † vt per Anch.in Clem.Romani, in princ. de electio.
Iaſ.in l.properandum,§. alterutra,num. 8.C.de iudic.
Aſin.in praxi,§.32.in 2.limit.principali.

Secundo reſpondeo, ꝙ vbi ẽt vtilius non fuiſſet pu-
pillo iudiciũ ſeparationis inſtituere,tñ non poſſet cul-
pa ideo imputari Dño Preto,quod illud inſtituerit:qa
certum eſt,quod remedium hoc fuit, & eſt licitũ, lega-
le,& à legibus permiſſũ, vnde non debet inde omni cul
pa,iuxta regulã,quod nõ meretur pęnã, qui aliquid fa
cit lege permittente,l.Gracchus,C.de adult.imo ſuffi-
20 cit quod credat ſibi licere.† Crau.in conſ.6.nu.89.cõſ.
8. in fi. & cum non teneretur vnam potius quã aliam
viam amplecti, ex pluribus quæ à iure erant conceſſæ,
nõ eſt in culpa eo quod vnã elegerit,& aliam omiſerit.
21 † Aret.in conſ.111.col.fina.vbi dicit, non eſſe in culpa
eũ, qui non facit id quod facere non tenebatur. Crau.
in conſ.63.nu.9.& ego tetigi in conſ.150.num.97.

Tertio reſpondeo,quod Dominus Pretus duplicem
egit perſonam in contractibus quos fecit cum Domi-
no Catabeno: nam quando ei tradidit aurum, gem-
mas, & veſtes, & quando ſtipulatus eſt ea ſibi reſtitui
& ſolui,induxit propriam perſonam, & proprio nomi
ne contraxit: quando verò dotes promiſit Dominæ
Olimpiæ debitas,tutorio nomine ſe obligauit,& nihil
promiſit proprio nomine,ſed tanquam tutor:propte-
rea ſicuti D.Catabenus contra Dominum Pretũ agen
tem ad ſolutionem, quam ex propria perſona fuerat
ſtipulatus,non poſſet opponere de culpa vel facto ali-
cuius tertij, qui ſibi fuiſſet impedimento quo minus
eſſet conſecutus dotem a Dominæ Olimpiæ:quia factum
vnius non debet alij nocere, l. id quod noſtrum, ff. de
reg.iu.ita deducere non poteſt qđ impeditus fuerit ab
ipſomet Domino Preto tanquam tutore, quãdo enim
vnus repræſentat duplicem perſonam, & diuerſa iu-
ra habet ſecundum perſonæ diuerſitatem, tunc vnum
quodque ius conſideratur de per ſe, tanquam ſi duæ
22 eſſent perſonæ, † l. 1. vbi Bald. ff. de offic. Conſul. So-
cin. in l. cum filium, numero 28. vbi Crauet.in 1.part.
ff.de leg.1.& ideo ſi prælatus qui rẽ vendiderat agat no
mine eccleſiæ ad recuperationem, non ei obſtat quod
ipſemet vendiderit, quia agenti nomine eccleſiæ non
23 obſtat factum proprium. † gl.in c.1.in ver.cõtractum,

de in

Digitized by Google

de integr.reſtit.in 6.probaui in cóſ.183.nu.43.ſic pater
qui rem aduentitiá filij alienauit,nó prohibetur illam
vendicare nomine filij,nec ió remouetur:quia ipſe alie
24 nauerit.† gl.Bald.Salic.& alij,in l.cũ à matre, C.de rei
vẽd.alios citat Pinell.in l.1.par.3.nu.73. C. de bo.mat.
fol.mihi 493.& poſſem infinitis ſimilibus cõfirmare.&
certè,ſi non ipſe,ſed alius tutor iudicium ſeparationis
inſtituiſſet,non excuſaretur D.Catabenus,ergo non ẽt
debet excuſari,eo quod D. Pretus illud inſtituerit, qđ
enim fecit tanq̃ tutor,non debet ſibi nocere in rebus
proprijs,& officium ſuum nemini debet eſſe dãnoſum.
25 † l.ſed & ſi quis,ff.quemad.teſtam.aper. l.videlicet, ff.
ex quib.cauſ.maior.l.ſi ſeruus,§.quod vero,ff.de furt.&
in ſpecie quod tutori ex perſona propria non obſit id
26 quod fecit tanq̃ tutor,† voluit text.in §.tutor,Inſtit.de
inoffic.teſtam.vbi pôt teſtm̃ patris arguere inofficioſi,
qoamuis tanq̃ alterius tutor illud approbauerit acci-
piendo legatum in eo relictum pupillo, & ibi glo.dicit
rõnem eſſe,quia actũ gerit ex neceſſario tutelæ officio.
idem dr̃ in l.cum quædam,C.de admin.tut. Aret.& Vi
glius,in d.§.ſi tutor,Tiraq.de retractu conſang.§.1.glo.
9.nu.266. vbi poſt Alber. dicit idem eſſe in aduocato,
qui mandante iudice ſuſcepit cauſæ defenſionem . hoc
ẽt procedit in teſte,& notario,quibus nõ nocet in pro-
prijs iuribus actus geſtus in executionem eorum offi-
27 cij,† l.Titia cum teſtõ,§.Lucia,vbi Barto.& Bald. ff.de
leg.2.gl.& Bart.in l.ſicut,§.non videbitur,ff.quib.mod.
pig.vel hypot.ſol. Tiraqu. loco præcitato,num.140. &
quemadmodum tutor malè faceret ſi remedium pupil
laribus rebus proficuum omitteret,eo ductus timore,
ne iode rebus proprijs detrimẽtum ſequeretur,ita im-
pium eſſet,rem ipſius tutori effici deteriorem , ob dili-
gentiá in rebus pupillaribus adhibitam; hoc enim mo
do tutor ſtaret ſub ancipiti gladio , vt conſiderat text.
in d.l.cum quædam.liberum ergo,& ab omni ſuſpicio-
ne proprij damni conſeruari debet tutoris arbitrium ,
in adminiſtratione rerum pupilli,nec geſta tutorio no
mine trahenda ſunt ad proprium incommodum .

Ex prædictis infertur ad reſolutionẽ tertij obiecti ,
quia ſiue potuerit , ſiue nõ potuerit D.Catabenus præ-
uidere, & cogitare quod poſſet inſtitui vniuerſale ſepa
rationis iudicium,ſiue non, ſemper D.Pretus eſt ab oĩ
culpa,& damno immunis,quia ſat eſt quod illud inſti-
tuerit tanq̃ tutor, & quod factum tutorio nomine noo
poſſit ſibi in propriis rebus vitio verti. & ſufficit, quod
à D.Preto excludatur culpa,hoc eñ ſtante, nõ curo, an
D.Catabenus cogitauerit vel non, præuiderit,vel non.

Reſpondeo quoque, quod D.Carabenus potuit co-
gitare de inſtitutione vniuerſalis iudicij ſeparationis
bonorum , quando ſibi fuit à D.Preto promiſſa dos : à
die namque promiſſionis ad diem cõuentæ ſolutionis
intercedebat ſemeſtre ſpacium , quia promiſſio facta
eſt Menſe Iunio,& ſolutio veniebat in fine Menſis De-
cembris ; & io tanto temporis curriculo poterat inco-
hari ſeparationis iodicium,& creditores poterant de-
ducere iura ſua,ſententias impetrare,aſſignationes cu
rare, & alia facere , vt ſæpe vidimus perfectum ab his
qui res ſuas diligenter curant , & iura ſua non negli-
gant ; & quamuis non finiantur communiter tanto tẽ-
pore vniuerſalia iudicia,nõ tamen interea impediuo-
tur creditores proſequi, & conſequi quod ſuum eſt .

Nec releuat ꝙ primum proclama fuerit euulgatum
poſt Natiuitatem Domini,quia per hoc non infertur,
quin de tempore conuentionis factæ ſuper dote,potue
rit D.Catabenus credere, & cogitare quod poſſet inſti
tui ſeparationis iudicium : ad hoc enim cognoſcendũ,
an potuerit,vel nõ potuerit cogitare , attendere debe-
mus tempus capitulorum, & contractus dotalis , non
aliud tempus : quia eo tempore, non alio debebat co-
gitare; ſicuti dicimus,quod verba teſtamenti intelligi
debent ſecūdum cõem loquendi vſum,qui erat tpe te-
28 ſtamenti , nõ aut poſt.† Cuman.declarat Soc.in l.Gal
lus,§.ſi eius,nu.6.ff.de liber.& poſthum.Ruin.in conſil.
88.nu.12.vol.3.Card.Mãt. de coniect.vlt.volunt.lib.3.
tit.8.nu.6.Menoch.in conſ.266.nu.67. & vbi quærimus
quæ fuerit alicuius voluntas,circa actũ,inſpicere debe
29 mus tempus ipſius actus,ſic † in teſtamẽtis dixit Rom.
in Auth.Similiter,nu.93. C.ad leg.Falcid.Card. Manr.
d.lib.3.tit.9.nu.5.Simon lib.1.interpr.1.dubit.3.ſolut.
11.num.3.& eſt regulare,quod quæcunque concernunt
contractum,iudicari debent ſecundum tempus cõtra-
ctus,non ex ijs quæ poſtea ſequuntur,licet igitur iudi-
cium non fuerit inchoatum intra tẽpus ſolutioni de-
ſtinatum, non tñ per hoc dici poteſt quod de tali iudi-
cio inſtituendo D. Catabenus non potuerit cogitare,
ex quo poterat inchoari ſtatim poſt factam promiſſio-
nẽ ſoluendi dotem,& ſufficit quod poſſet fieri , licet nõ
fuerit factum,l.3.in princ.ff.quod quiſque iuris,l.pater
filio, ff.de hæred.inſtit.l.cum in ſecundo,vbi glo.2.ff.de
iniuſt.rup.teſtam.vbi dicitur attendendam eſſe poten-
tiá , & culpa eſt non præuidere qđ facile poteſt eueni-
30 re.† Alex.cõſ.41.col.3.vol.3.Crau.in conſ.179.num.5.

Et non euitatur hæc reſolutio ex eo quod alijs etiá
modis poſſet Dominus Pretus citra ſeparationis iudi-
cium ſatisfacere D. Catabeno , quoniam ſi multis mo-
dis poterat ſatisfacere , debuit D.Catabenus cogitare
omnes illos modos,& veriſimiliter cogitauit: vnde nõ
minus potuit præuidere hunc quam alium modum ,
ſed omnia circumſpicere debuit .

Nec dici poteſt, quod D.Catabenus geſſerit in ani-
mo nihil proprij erogare in extinctionem, & exolutio
nem eius debiti quod contraxerat cum D.Preto : huic
enim aſſertioni repugnant inſtrumenti verba in fol. 4.
io 2.facie,vbi pro obſeruantia omnium, & ſingulorum
contentorũ in inſtrumento,obligat ſe, ex propria per-
ſona,& ſupponit omnia ſua bona, & folio 5. in 1. facie
rurſus , ſe & bona ſua obligat , & iterum in 2.facie , &
alibi ſæpè in eodem inſtrumento. vnde negari non pôt
quin voluerit omni caſu teneri,& ſe obligare,& quam-
uis promiſſio facta fuerit de pecunijs extrahendis ex
venditione bonorum ſibi aſſignandorum pro dote Do
minæ Olimpiæ,tamẽ id poſitum eſt potius ad demon-
ſtrandum vnde commodè pecunia poſſet pro ſolutio-
ne comparari,quam ad reſtringendum , & limitãdum
ſolutionem ipſam,ex quo præcedens oratio continens
promiſſionem eſt perfecta,& poteſt ſtare ſine ſequenti
illa clauſula,l.quidam teſtamento,in princ. ff.de leg.1.
l.Lucius,ff.de alim.& cibar.leg.Bart.in l.inter ſtipulao
tem,§.ſacram, ff.de verb.oblig.Cin. in l. ſi quis argen-
tum, poſt medium , verſ. breuiter cum quid promitti-
tur,C.de donat. multos alios citaui, in tract. aliment.
tit.4.q.26.nu.1.& ſeq. in quibus locis Doctores diſtin-
guũt , an promiſſio ſit ante loci deſignationem perfe-
cta,& an contineat duplicem orationem,vel ſit imper-
fecta,& vnicam habeat orationem .

Nec vltimo loco contradicit,quod Dominus Cata-
benus inſteterit vendi bona, vt in proceſſu fol.10. quia
ad hoc multis modis reſpondeo . Primo,quod vbi plu
ra remedia competunt ad cautionem creditoris , tunc
31 vnum eligendo non tolluntur alia. † Bald.in l.conſen-
taneum, in fine, C. quom. & quãdo iud.vbi ſi creditor
miſſus eſt in tenutá bonorum debitoris, poteſt nihilo-
minus agere perſonali , & pro captura inſtare. Dec. in
conſil.12.nu.3.col.2.Natta conſil.496.num.18. Capic.
deciſ.46 num.8.Straccha de mercat. titu. de decoctor.
nume. 46. folio mihi 185. fuit autem in fauorem Do-
mini Federici conuentum , quod poſſet eligere bona ,
& quod poſſet agere perſonali , ergo vnius electione

non fuit ab alijs excluſus. Secundo reſpondeo, eiuſmodi variationẽ permiſſam eſſe ex Mantuano ſtaturo, & nedum ſemel, ſed pluries vſque ad plenã ſatisfactionem. Tertio, & hoc tollit omnem difficultatem, D. Catabenus electionẽ factam à D. Federico impugnauit, vt legitur in ſcriptura producta die 19. Iunij 1592. in proceſſu ſolio 11. & ea impugnatione ſtãte, licuit D. Federico recedere, argó c. ex eo, de reg. iur. in ſexto, ita in terminis reſpondent Aret. & Soc. iun. quos citat, & ſequitur Ozaſ. deciſ. Pedem. 54. in fi. facit, quia electio ſe-
32 mel facta poteſt reuocari ante acceptationem.† Bart. Ang. & Imola, in l. abſenti, ff. de donat. Natta in conſil. 501. nu. 19. ergo multo magis poſt impugnationẽ. Facit ẽt quia renunciatio facta alicui iuri, pōt reuocari ante-
33 quam ſit à parte acceptata.† Aret. in l. poſtquã liti, vbi Soc. Dec. & Curt. iun. C. de pact. dixi in cõſi. 136. nu. 40. receſſit autem D. Federicus ab ea petitione, vt conſtat ex ſcriptura producta die 12. Ianuarij 1594. fol. 34.

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur facta ad menſuram quando partes incipiunt explicare mentis ſuæ conceptum à menſura.*
2 *Venditio vbi eſt ad menſuram, tunc ſi prædium excedat menſuram enunciatam, non venit in contractu niſi quantum capit menſuram enunciatam.*
3 *Pretium rei venditæ ad menſuram, licet ſit vnicum, non tamen per hoc deſinit venditio eſſe ad menſuram, nec variat naturam ſuam.*
4 *Venditio tot pertiearum, vel bubulearum ex certo prædio, remanet incerta, niſi per menſuram diſtinguatur.*
5 *Verba voluntatem dicentis declarant.*
6 *Contractus is cenſetur celebratus quem oſtendit forma verborum, & à partibus nominatur.*
7 *Aeſtimatio licet faciat emptionem, tamen id non procedit quando certi ſumus quod ad alium finem facta fuerit.*
8 *Voluntas contrahentium eſt principaliter inſpicienda, & verbis etiam præfertur.*
9 *Coniecturis non eſt locus, ſi apparet, & ſumus certi quid veniat in venditione.*
10 *Partium voluntas vbi coniecturis probatur, tunc non attenditur quod inceperint explicare mentis conceptum à corpore, vel à menſura, ſed tacita earum voluntas eſt ſeruanda.*
11 *Traditio cenſetur facta in executione preambuli contractus.*
12 *Traditio non præſumitur facta ſine cauſa.*
13 *Factum quid præſumitur eo modo quo fieri debebat.*
14 *Obſeruãtia ſubſecuta arguit quid à principio fuerit inter partes conuentum.*
15 *Venditio an ſit facta ad corpus, vel ad menſuram, cognoſcitur ex ijs quæ poſtea geſta ſunt.*
16 *Prout, dictio, eſt relatiua, & reſtringit diſpoſitionẽ ad id quod eſt relatum.*
17 *Prout, dictio, prolata à partibus quæ poterant de nouo diſponere, importat diſpoſitionem, licèt non conſtet de relato, nec de eo appareat.*
18 *Menſura debet fieri intra ſexaginta dies, quando nullo expreſſo tempore actum eſt de re menſuranda, ſecus, ſi nihil ſit dictum de menſura facienda, quia tunc poteſt peti menſuratio vſque ad triginta annos.*
19 *Menſuram petendi facultati de iure Canonico ob malam fidem nullo tempore præſcribitur.*
20 *Venditio facta ad menſuram, dicitur conditionalis, & contractus eſt imperfectus, donec ſit facta menſura.*
21 *Menſuratione ſemel facta, ſi quis vult reclamare, non auditur, niſi intra annum à die prioris menſuræ.*
22 *Præſumptio cedit veritati.*
23 *Qualitas adiecta actum in diuerſam ſpeciem transfert.*
24 *Probatio dubia non releuat, ſed interpretatur contra probantem.*
25 *Venditioni includitur quod venditor habebat pro vna petia, etiamſi det ſe ipſum pro confini, prpſertim quando ſubſequitur poſſeſſio totius ex qua tollitur incertitudo.*
26 *Qualitatis vnius defectus non reddit corpus incertum, quando ex alijs demonſtrationibus eſt certum, aliàs ſecus.*
27 *Identitas corporis probatur ex qualitatibus expreſſis.*

CONSILIVM CCCLXVI.

VENDITIO quam de anno 1584. fecerũt Mag. D. Paula, & Iunipera de Suauijs de bubulcis decẽ nouem cum dimidia terræ laboratiuæ, prattuæ, & clauſuratæ cum arboribus, & ædificijs in villa Ripaltæ diſtrictus Regij: in ſui aſpectu dr̃ facta ad menſurã, quia inceperunt partes explicare mentis ſuæ conceptum à menſura, dicendo, quod
1 vendunt bubuleas decem nouem cum dimidio,† ſecundum Oldrad. in conſil. 297. quem ſequuntur multi citati à Iaſ. in conſil. 73. nu. 1. vol. 1. & in cõſi. 79. nu. 1. vol. 1. vbi dicit, ꝙ Doct. indifferenter ita concludunt, & quod eſt vera, & indubitata doctrina, à qua nemo vnquã deuiauit. Bertr. in conſi. 30. in princ. vol. 3. vbi quod eſt tota, & vulgaris diſtinctio, quam ſequuntur cõiter Doct. legendo, & conſulendo. Cotta in memor. incip. quis, vel qui. Didac. pract. qõ. c. 3. nu. 3. Cagn. in l. 2. nu. 176. C. de reſcind. vend. vbi dicit cõem Neuizan. in cõſi. 38. nu. 1. & ad hoc multos alios citaui in deciſ. Mãtuan. 64. nu. 1. quæ nunc eſt ſub prælo. qñ autem venditio eſt ad menſuram, tunc ſi prædium excedat menſuram enunciatam, non venit in contractu niſi quantum capit di-
2 ctam menſurã.† Oldrad. d. cõſi. 197. Io. Andr. ad Spec. in tit. de empt. & vend. §. ſciendum, in fi. Alber. in l. cum comprehenſum, ff. de contrah. empt. Anchar. Imola, & Abb. in c. per tuas, de donat. multos alios addit Didac. d. c. 3. in prin. Burſat. in conſi. 441. nu. 20. Rimin. in cõſi. 448. nu. 1. Gabr. in conſi. 64. nu. 2. vol. 2. Pinel. in l. 1. par. 3. c. 2. nu. 7. & procedit etiam, qñ pretium eſt vnicum, quia per hoc non deſinit venditio eſſe ad menſurã, nec
3 variat naturam ſuam,† vt probat textus in l. quod ſæpè, §. ſed & ſi ex doliatio, ff. de contrah. empt. quem ad hoc ponderauit Socin. in conſil. vlt. vol. 3. Dec. in conſil. 500. nu. 14. Didac. d. c. 3. nu. 9. ver. ſeptimo illud eſt obſeruandum. alios ad hoc citat Pinell. d. c. 2. nu. 4. verſ. ſed tam ex antiquis. Gabr. d. conſil. 64. nu. 2. Socin. cõſi. 32. nu. 1. in fi. in 4. vol. Curt. iun. conſi. 131. nu. 7. Burſat. 441. nume. 11. His ergo ſtantibus, ſi prædium in venditione deſignatum exuperet eam menſuram, erit venditricibus reſtituendum quidquid deducta menſura conuenta inuentum fuerit ſupereſſe.

Confirmatur hæc ſnĩa, quia venditrices ipſæ dantur pro confinibus, & dr̃ prædium venditum poſitu eſſe à mane iuxta ipſas venditrices, vnde non præſumus bene ſcire quo vſque ſe protendat venditum prædium, niſi illas reſtringamus ex menſuræ expreſſione, aliàs venditor caperet forte totum prædium, vltra ꝙ remanet venditio penitus incerta, niſi per menſuram diſtingua-
4 tur.† & de hoc videtur text. clarus in d. §. ſed etſi ex doliario, vbi vult quod vẽditio tot metretarum ex doliario ſit incerta, & conditionalis, donec facta ſit mẽſura, aliud enim eſt totum aliquod corpus, ſeu prædiũ vendere, aliud verò ex eo certa iugera alienare, vt in terminis conſiderat Socin. in cõſi. 32. col. 1. verſ. ſed in caſu noſtro nõ habebamus talem certitudinem, in 4. vol. Neuiz. in conſi. 38. nu. 5. vbi addit Anan. & facit Curt. iun. in conſi. 131. nu. 7. verſ. nec obſtat ſi quiſpiam, vbi dicit hoc procedere, etiam quando plures petiæ ad menſuram venditæ ſunt, nam etiã tunc reſtrictio fit ad menſuram, & para cuiuſque petiæ efficit vnam petiam.

Rectius

Rectius tamen conſideratis verbis inſtrumenti mi-
hi exhibiti per excellentem Iuriſconſultum Dñm Ale
xandrum Ancharanum, cõtrariam ſuiam quàm liben
tiſſimè amplector, & exiſtimo venditionẽ prædictam
ad corpus eſſe, & non ad menſuram, & propterea totũ
corpus venire, etiam ſi enunciatam menſurã ſuperet,
idque deduco ex pluribus. Primo, quia partes ibi ex-
preſsè dicunt, venditionem factam fuiſſe ad corpus, &
non ad menſuram, & nullum maius eſt mentis noſtræ
teſtimonium, quàm verba. Bal. in l. generaliter, in 1. no
tab. C. de non nu. pecun. & non alio tendunt verba, ni-
5 ſi vt voluntatem dicentis exprimat, † l. Labeo, ff. de ſu-
pellect. leg. infinitos cumular Tiraq. in l. ſi vnquam, in
ver. libertis, nu. 17. & ſeq. C. de reuoc. don. & contractũ
iudicamus ſecundum verba, l. fideiuſſores magiſtra-
tuum, §. 1. ff. de fideiuſſoribus, l. qui ſaxum, ff. de donat.
vbi hoc notat Imola, & is cenſetur cõtractus celebra-
6 tus, quem forma oſtendit verborum, † l. qui fundum,
§. fundi, ff. de contrah. empt. Bart. in l. cotẽ, §. qui maxi-
mos, nu. 5. ff. de publicau. & dicit Bal. ad Spec. in tit. de
locat. in priu. quod talis eſt contractus qualis à parti-
bus denominatur. Dec. in conſi. 32. col. 1. Soc. cõſi. 165.
nu. 5. vol. 2. multis confirmat Becius, conſi. 35. nu. 9. Ri-
pa, de priuileg. contract. cau. peſt. nu. 47. Crot. in conſ.
93. nu. 6. Ozaſ. deciſ. Pedem. 139. nu. 24. & quamuis vbi
ſumus in dubio, an contractus ſit ad corpus, vel men-
ſuram celebratus, nitamur id colligere ex coniecturis,
tñ cum mens partium clara eſt, ceſſant omnes conie-
cturę. vnde Aret. in conſi. 84. col. 2. dicit, quod etſi in du
bio æſtimatio faciat emptionem, tamen qñ ſumus cer
ti de voluntate partium, quod non ad eum, ſed ad aliũ
facta fuit, non attendimus præſumptionem, aut con-
7 iecturam. † idem voluit Barba. conſi. 19. vol. 4. Gozad.
in l. 2. nu. 35. circa finem, C. de pact. inter empt. & vẽd.
Pariſ. in conſil. 81. num. 16. vol. 3. Soc. iun. in conſi. 141.
nu. 11. vol. 1. & ratio eſt, quia voluntas contrahentium
eſt principaliter inſpicienda, & verbis etiam præfer-
8 tur, † l. ſi. C. de verb. ſignif. c. præterea, de verb. ſignific.
& in propoſito, an totum veniat, vel pars tantum, & an
ſit ad corpus, vel ad menſuram, pendet à volũtate par-
tium, vt inquit tex. in l. Imperatores, ibi, quibus mẽſu-
ris, quibuſuè pretijs, in partium facultate eſt, ff. de cõ-
trah. emptione: & ſeruare debemus quod inter partes
actum eſt, vt dicit Caſtr. in l. ſi ſeruum, §. ſi modus, ff. de
act. empt. vbi vult, quod ſit ad menſuram quando pre-
tium eſt diſtributum in ſingula iugera, niſi aliud inter
partes actum ſit: atq; ita vult id ſequẽdum eſſe, ꝙ fuit
conuentum à partib. ſic Alex. in conſ. 8. nu. 8. vol. 4. di-
cit totum prædium venire, vel non venire, ſi actum eſt,
vel de voluntate partium conſtat. idem probat Barba.
in conſi. 54. col. 2. verſic. & ſi quiſpiam opponat, vol. 4.
dum inquit, coniecturis non eſſe locum ſi apparet, &
9 ſumus certi quid veniat in venditione. † Caſtr. in loco
prædicto ſequitur Fel. in c. ſignificante, col. pen. de re-
ſcript. Cagnol. in l. 2. nu. 186. C. de reſcind. vend. Gabr.
in conſi. 64. nu. 6. & 20. vol. 2. Confirmatur, quia vbi in-
tentio partium probatur etiam coniecturis, tunc non
attẽdimus quod inceperint conceptum à corpore vel
à menſura, ſed tacitã earum voluntatem ſeruamus.
10 † Anan. in conſi. 98. per totum. Corn. in conſ. 59. col. 2.
vol. 4. Iaſ. in conſi. 79. num. 2. vol. 1. Soc. Iun. in conſi. 43.
col. pen. vol. 2. Didac. pract. quæſt. c. 3. verſic. hæc vero
ita intelligenda. Decian. in conſi. 113. num. 13. vol. 3. &
Rim. in conſil. 448. nu. 8. Burſ. in conſi. 441. nu. 23. Rota
deciſ. 132. nu. 4. in 1. par. in nouiſs. multo ergo magis
id eſt dicendum quando expreſſis verbis partes ſuam
explicarunt intentionem, dicentes ſe ad corpus, & nõ
ad menſurã contrahere, cum expreſſa magis afficiant,
& ita etiam conclũdit Burſat. conſi. 441. nu. 12.

Secundo id probatur, quia ſtatim ſecuto contractu
imo ante inſtrumenti celebrationem facta fuit totius
prædij traditio in eo modo, & quantitate in qua nunc
reperitur: legitur enim in inſtrõ incõtinenti poſt præ-
dij demonſtrationem, quod ita fuit conſignatum: ea
aũt traditio, aut conſignatio cẽſeri debet facta in exe-
11 cutione præambuli contractus, † l. quædam mulier, ff.
de rei vẽdic. l. 2. C. de acq. poſſ. & in traditione hoc di-
xit Ruin. in conſ. 61. nu. 9. vol. 1. Balbus in tract. præſcr.
in 1. par. tertiæ part. princ. q. 10. nu. 35. dixi in conſi. 19.
nu. 21. ergo præcedens contractus non poteſt dici fa-
ctus limitate ad mẽſuram: quia traditio habet neceſ-
ſariam conſequentiam ad contractum, l. 1. & l. exem-
plo, in prin. ff. de contrah. empt. Tiraq. de retractu cõ-
ſang. §. 1. gl. 10. nu. 12. & traditio non præſumitur facta
12 ſine cauſa. † Archid. in c. noſce, diſtin. 63. per quem ita
dixit Bald. in c. fin. nu. 6. de elect. vbi dicit promiſſionẽ
poſſe quidẽ præſumi quod ſine cauſa facta ſit, ſed non
traditionem. Iaſ. in rep. l. cum quid, nu. 24. ff. ſi cert. pet.
quia traditio fit ſemper cum maiori deliberatione, vt
inquit Bal. in loco præcitato. eſt igitur præſumendum
ideo tm̃ prædium fuiſſe traditum, quia tantũ traden-
dum, alias induceremus donationem, vel ſui iactatio-
nem, quæ non pręſumitur, l. cum de indebito, ff. de pro-
bat. & generaliter factum quid præſumitur eo modo
13 quo fieri debebat, † c. ex litteris, de conſtit. c. ſedes, de
reſcript. Crauet. conſ. 91. nu. 8. alios citaui in conſ. 198.
nu. 14. facit Bart. in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de
pign. vbi ait, quod p̃ſumitur iudex eo modo iudicaſſe
quo de iure tenebatur. Crau. in conſ. 74. nu. 9. conſ. 188.
nu. 9. & factum quid præſumitur ex cauſa, ex qua de-
bebat fieri. Caſtr. in conſil. 136. col. fin. vol. 1. Craue. in
conſi. 23. nu. 2. vbi dicunt ſententiam latam cenſeri ex
cauſa, ex qua ferenda erat. ita arguit Ruin. in conſ. 83.
num. 6. in 1. vol. Dicere itaque debemus tantum præ-
dium fuiſſe venditum quantum eſt traditum.

Tertio, vendentes nedum tantum tradiderunt, ſed
etiam tm̃ paſſæ ſunt longo tempore emptorẽ poſſide-
re, quod non feciſſent, ſi ex contractu non fuiſſent obli
gatæ tradere in ea quantitate, & menſura, ſecuta enim
partium obſeruãtia, arguit quid à principio fuerit in-
14 ter partes conuentum. † Barr. in l. ſi ſeruus plurium, §.
huiuſmodi, ff. de leg. 1. vbi Iaſ. multos citat concordan
tes, & poſterior qualitas poſſeſſionis declarat quid à
principio fuerit partium intentionis. Bal. in conſ. 245.
in fine, vol. 3. Cuman. in conſi. 162. col. pen. & poſterius
factum declarat prius actum, ſecundũ Bal. in loco pre-
citato. Crau. in conſi. 294. verſ. vigeſimoprimo. multos
allegat Becius in conſi. 101. nu. 49. & in ſpecie quod ar-
guatur partium voluntas ex poſſeſſione, & ex his quæ
poſtea geſta ſunt, ad effectum cognoſcendi ſi venditio
15 facta eſt ad corpus, vel ad menſuram, † voluit Soc. in
conſi. 32. in fine, vol. 4. clarius Pariſ. in conſi. 64. nu. 48.
vol. 1. vbi num. 68. idem repetit: quia non eſt veriſimi-
le illum tacuiſſe tanto tempore, alia ex cauſa quam
quod ad corpus vendiderit. Soc. iun. in conſi. 42. nu. 11.
verſic. & iſta concluſio, vol. 2. vbi in eodem facto con-
ſulendo exornat eam ſententiã pluribus medijs. Bur-
ſat. in conſil. 441. nu. 29. & ante eos Ruin. in conſil. 83.
num. 6. vol. 1. vbi dicit, quod ex quo venditor permiſit
emptorem tenere, & poſſidere totum hoc prædium,
fateri videtur quod totum vendiderit, & totum con-
tineatur in venditione. Anchar. Regienſ. in familiar.
quæſt. 18. num. 1. in prima parte.

Quarto planior res efficitur, ſi diligenter venditio-
nis verba inſpiciantur, quandoquidem, cũ dãtur con-
fines, dicitur incontinenti prout fuit conſignatum, &
menſuratum dictis emptoribus, atque ita non ſimpli-
citer dicitur de tali prædio, ſed de eo quod fuit emp-

toribus menſuratum,& conſignatum, referendo ſe ad
menſuram,& conſignationem: dictio namque, prout,
eſt relatiua,& diſpoſitionem reſtringit ad id quod eſt
16 relatũ,ſcd̃m † Bar.in Extrauag.Ad reprimẽdũ,in ver.
prout.Ale.in conſ.46.nu.8.vol.1.Dec.in conſi.63.nu.6.
Rui.in conſi.25.nu.11.vol.1.& in conſil.50.nu.6.vol.2.
Gozad.in conſi.31.nu.18.in conſi.80.nu.3.in conſi.84.
nu.6.Soc.iun.in conſi.122.nu.33.vol.3. Gram.dec.59.
nu.7.& ſeq.Rim.in conſi.19.nu.38.in conſil.27.nu.71.
Burſ.in conſ.85.nu.8.Menoc.in conſi.177.nu.26.Crau.
in conſi.956.nu.14.vbi dicunt id procedere,præſertim
ſi talis dictio ad præteritum referatur. Simõ de inter-
pret.vlt.volun.lib.2.in fi.num.58. intelligitur ergo tñ
de prædio venditũ,quantũ fuit tunc menſuratũ,& cõ-
ſignatũ emptoribus; quãtum autem fuerit menſuratũ
vel conſignatum,nõ eſt dubium,quia ſupponitur,& ex
longa quoq; poſſeſſione oſtenditur id totũ fuiſſe con-
ſignatum,& mẽſuratum qđ nunc reperitur poſſeſſum,
ergo illud quoq; fuit venditum: quinimò, licet regu-
lariter dictio,prout,faciat conditionẽ,& reſtringat ad
id quod eſt relatum,tamen qñ profertur à partib. quæ
poterant de nouo diſponere, tuncẽt ſi non conſtet de
relato, & non appareat, de eo tñ importat diſpoſitio-
17 nem,† perinde,ac ſi dictum fuiſſet,concedo tibi quid-
quid menſuraui, & conſignaui, ex quo partes poterãt
plus vel minus vendere q̃ ſit menſura enunciata.Bart.
in l.eũ qui,§.Iulianus, ff.de conſtit.pecun. Caſtr.in cõ-
ſil.17.nu.2.vol.2.Bar.d.verſi.prout,nu.2.& in l.admo-
nendi,num.7. ff.de iureiur.Iaſ.in §.præiudiciales,in fi.
Inſtit.de act.& in l.ſi teſtamentum,nu.1.C.de inſtit.&
ſubſtitut.vbi latè agit.Dec.d.conſi.63. nu.5. vbi quod
procedit in quacunque diſpoſitione. Fel. in c.2.col.4.
de reſcript.vbi ait,locum habere in omni materia.Iaſ.
in d.l.admonendi,nu.29.Curt.iun.de feudis,in 2.par.
q.7.in fi.Ruin.d.conſi.25. nu.11. vol.1. Natta in conſi.
40.nu.5.in conſi.484.nu.26.& 28.Menoch.in conſil.1.
num.64.latiſſimè Decian. in conſil.58.num.61.& ſeq.
vol.2.hoc autem dictum eſt ex abundanti,quia non eſt
dubium, ſed certiſſimum, quod tempore venditionis
fuit menſuratum,& conſignatum quidquid nunc poſ-
ſidetur: non ergo fuit contractus reſtrictus ad certã
menſuram bubulcarum decem nouem cum dimidio,
ſed ad id, quod eo tempore fuit à venditoribus men-
ſuratum, & conſignatum, proptereaque non debe-
mus attendere menſuram in inſtrumento enunciatã,
ſed eam quæ cum traditione facta fuit, poſtquam ad
eam retulerunt ſe contrahentes.& ſi dicatur non con-
ſtare quod traditum, & menſuratum fuerit id totum
quod nunc reperitur poſſeſſum,reſpondeo, agentibus
onus incumbere probandi,quod minus fuerit menſu-
ratum aut conſignatum,l.eum qui,ff.de probat.facit l.
qui accuſare, C.de eden. & actor debet venire inſtru-
ctus,aliàs reus abſoluitur,ẽt qui nihil præſtiterit,præ-
cipuè cũ longa ſit poſſeſſio,&,vt dixi,præſumatur poſ-
ſidere ex præambulo titulo,& ex voluntate venditorũ
qui ſemper tacuerunt,cum tamen prętendere nõ poſ-
ſint ignorantiam eius quod poſſidetur,ex quo ſunt vi-
cini,& contiguum prędium detinent,ad iura vulgata.

Sed dato citra veritatis lęſionem,quod venditio fa
cta eſſet ad menſuram,& nõ ad corpus,adhuc reuide-
ri nunc non poſſet menſura: quia vbi res eſt menſurã-
da, id fieri debebat intra ſexaginta dies, quib. elapſis
18 nunc peti non poteſt menſuræ reintegratio. † eſt tex-
tus,in l.quod ſi nolit,§.ſed quid ita,ff.de ædilit.edicto,
per quẽ ita clarè decidit Imo. in c.per tuas, de decim.
Soc.in conſi.vlt.in fi.vol.3.Pariſ.in conſi.64.nu.30.vol.
1.Cæph.in conſi.36.n.7.Anch.mod.famil.qõ.18. in fi.
lib.2.Sola in loco infra allegato. Et quamuis hoc in-
telligatur quando eſt conuentum de re menſuranda,
nullo tamen expreſſo tempore, ſecus quando nihil eſt
dictum de menſura facienda, vt declarat Imola, in d.
c.per tuas,cum quo tranſit Abb.ibi,nu.7. verſi.tertius
caſus,& ita reſoluit Dec.in conſi.347. in fi. vbi volunt,
quod tali caſu ſupplementum deficientis menſurę pe-
ti poſſit intra triginta annos. quod voluit ẽt Natta,in
cõſi.569.nu.10.Anch.Mod.d.q.18.in fi.Sola in conſtit.
Ped.tit.de cenſus ſolu.in gl.vnica,primæ par.num.28.
verſic.ſecundo ſi nihil partes.quinimo Hoſtien.fuit in
opinione, quod nullo tempore præſcribatur aduerſus
facultatẽ petendi mẽſuram fieri,pp malam fidem quæ
iure Canonico inſpecto ſcd̃m quod etiam in foro Cæ-
ſaris iudicãdum eſt in hac materia, impedit oẽm præ-
19 ſcriptionem.† & eum ſequuntur Imola,& Abb. in lo-
cis præcitatis.Bero.ſam.q.5.per totã,qui fortius vult,
quod nullo tempore præſcribatur, ſed peti poſſit mẽ-
ſura etiam lapſis triginta annis, nõ modo qñ nihil eſt
dictum de menſura, ſed etiam qũ expreſsè conuẽtum
eſt,quòd menſuratio fiat:quia ſecundum eum ſcientia
ſemper impedit ne præſcribatur. & eũ ſequitur Theſ.
dec.Ped.185.col.1.contradicit tñ Sola,vbi ſupra,verſi.
quinimo ſcripſit, tamen ſi dicamus contractum factũ
eſſe ad menſuram,nos ſumus in eo caſu in quo conuẽ-
tum eſt de prædio menſurando;paria enim ſunt,paci-
ſci quod prædium menſuretur, vel vendere ad menſu-
ram,quia cum ſit venditio ad menſuram, cõtractus ẽ
imperfectus donec facta ſit menſura,& conditionalis,
20 ſi fiat menſura,† l.quod ſæpè,§.in his,ff.de contrahen.
emp.Bar.in l.Iulianus,§.ſi Titius,ff.de act.emp.Soc.in
conſi.26.col.fi.verſ.poſtremo,vol.3.Afflict.in dec.280.
& dec.399.nu.4.Capic.dec.14.nu.6. Boer. in dec.183.
nu.8.& 9.vbi dicunt contractum eſſe imperfectum,&
Neuiz.in conſi.38.nu.24. & ſeq. dicit eſſe conditiona-
lem.idem voluit Did.d.c.3.nu.6. Gabr.d.conſi.64 nu.
3.6.& ſeq.vol.1. Rot.dec.132. num.2. par.1. in nouiſ.
Odd.qui alios citat in conſi.50.nu.1.Menoc.in cõſ.26.
nu.29.Burſ.in conſi.441.nu.6.& qñcunque partes ven-
dunt ad menſuram, videntur ſemper conuenire quod
menſuretur: quia aliter nõ habet effectum,& qui vult
conſequens, cenſetur ẽt velle omne antecedens neceſſa-
rium,c.cum quid,de reg. iur. in ſexto, cum ſimil. pro-
pterea nõ minus excluditur para lapſu ſexaginta die-
rum iſto caſu,q̃ vbi dictum eſt explicitè,quod fiat mẽ-
ſura; ſumus ergo in tẽrminis de quib. loquuntur Dec.
& alij, declarantes dictum Soc. & ſi diligenter aduer-
tamus,Imola d. c.per tuas,nu.9. verſi.interdum verò,
& tertio,& Abb.nu.7. verſi. tertius caſus, & alij ſupra
relati,præcipuè Sola,in verſi.quærendum nunc eſt,lo-
quuntur ſatis apertè,qñ prædium eſt menſurãdum ex
natura contractus. & ita nouiſſimè intellexit, & pro-
nunciauit Pedemontanus Senatus,vt refert Theſ.dec.
185.col.2.verſ.aut fuit vendita ad menſurã, vbi,vult,
terminũ ſexaginta dierum currere qñ venditio facta
eſt ad menſuram. quare cũ habeamus claram deciſio-
nem in noſtris terminis, non eſt vlterius indagãdum.

Retento eodem præſuppoſito, dico, quod ex quo
menſuratio ſemel facta eſt, vt conſtat inſtrumento vẽ-
ditionis,in quo,vt ſupra retuli, dicitur,prout fuit mẽ-
ſuratũ, & conſignatũ, nõ agimus nunc ſimpliciter de
menſurando prædio,ſed de reuiſione menſuræ iam fa-
ctæ,aduerſus quam ſi quis reclamare vult,nõ auditur,
niſi intra annum à die prioris menſuræ, non aũt poſt
21 annũ,† vt probat tex.in l.qui grauatos,C.de cenſib.&
cenſit.lib.11.per quẽ textum ita dixerũt Bal.& Carald.
in quos citat,& ſeq.Soc.in d.conſi.vlt.in fi.vol.4. idem
voluit Bal.in l.qui bona fide,ff.de damn.infecto,prout
eum allegat Abb.in c.quia iudicãte,nu.5.de pręſcrip.
& in propoſito idem probauit Felin.ibi,col.2.verſi.ad
tertiam quæſtionẽ. Cæph.in conſ.36.nu.7.Bero.d.q.5.
col.1.

Digitized by Google

col. 1. licet ipſe propter malã fidem contrariũ teneat, quæ tñ non cadit in præſens factum. Sola in ſupracitato loco, verſi. quærendũ nunc eſt. & hic caſus differt ab alijs in quib. nunquã menſura facta eſt, quia cum non eſt facta, facilius admittitur quis ad illã petendum, q̃ admittatur ad retractandum illã quæ iam fuit facta: multa enim facta tenent, quæ fieri prohibẽtur, l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & q̃ lapſo anno quis ſit excluſus à reuiſione per dictũ textu, in d. l. qui grauatos, voluit Bart. in l. forma, §. fi. ff. de cenſib. vbi ait, intra annũ tñ, & non vltra peti poſſe emendationẽ cataſtri, & in ſpecie, q̃d vltra dictum tempus nõ liceat reclamare aduerſus mẽſurã factam, tenuit Bal. in cõſ. 387. Ille qui, in 3. vol. ſequitur Alc. in d. l. forma, §. fin. Feliaſ. in tract. de collect. in 1. par. cap. 1. num. 26.

Infertur ex ſupradictis clara reſolutio ad omnia in contrarium adducta, nam etſi in dubio dicatur venditio facta ad menſuram, quando partes mentis conceptum inceperant à menſura explicare, tamen aliud eſt quando ſumus certi de mente partium, vt quando expreſſẽ dixerunt, quemadmodum in præſenti facto, ſe contrahere ad corpus, omnis enim præſumptio cedit
22 veritati, † l. fi. in prin. ff quod met. cauſ. l. nuptura, in fi. ff. de iure dot. l. cum de indebito, §. 1. ff. de probat. Aret. in conſi. 38. col. 2. Neuiz. conſi. 81. nu. 24. Rurſus locum habet, quando ſimpliciter facta eſt venditio ad menſuram, ſed in facto præſenti partes non ſe reſtrinxerũt ad menſuram enunciatam in inſtrumento, ſed ad mẽſurationem, & conſignationem, dicendo, prout menſuratum, & conſignatum eſt, qualitas autem hæc adiecta, adeo actum qualificat, vt in diuerſam ſpeciẽ trans-
23 ferat. † Bar. in l. ſi quis poſthumo, §. ſi filium, in fi. ff. de lib. & poſth. vbi Iaſ. nu. 51. Marſil. in Singul. 520. Bero. conſi. 128. nu. 12. vol. 2. Gomeſ. in §. in perſonam, nu. 16. Inſt. de act. Nat. in conſi. 362. nu. 18. & ex adiecta qualitate cognoſcimus quid in diſpoſitione veniat. Bar. in l. 4. §. quoties, ff. de dam. infecto. Fel. in c. nonnulli, nu. 102. & ſeq. de reſcript. Ceph. in conſi. 149. nu. 14. Cum ergo dictum eſt de bubulcis decem nouem cum dimidia, prout eſt conſignatum, & menſuratum, datur intelligi, partes non voluiſſe ſtare illi aſſertioni, ſed executioni, & traditioni iam factæ.

Eodem remouetur collitio id, quod obiectum eſt, venditrices datas fuiſſe pro cõfinibus, quia fortè benè procederet, ſi præter enunciatam menſurã nihil adeſſet: nam aliter cognoſci non poſſet vbi incipiat confine adiectum, niſi detracta menſura vẽdita, ſed ex quo facta iam erat menſuratio, & traditio ante aſſertionẽ, & inſtrumentum, cadere non poteſt ea dubitatio. ſed attendenda eſt poſſeſſio inſecuta; & ceſſat rõ dubitationis: quia eatenus cenſetur menſuratũ, & cõſignatũ, quatenus per emptorem reperitur poſtea poſſeſſum, & vbi ẽt probaretur emptorẽ plus poſſidere q̃ importet menſura enunciata, nõ per hoc inferre poſſet quod illud plus non fuerit venditũ; eſſe enim põt quod plus fuerit conſignatum q̃ eſſet in enunciata menſura, & ſi
24 eſt dubia probatio, nõ releuat probantem, † l. nõ hoc, C. vnde legitimi, & interpretatur contra probantem, c. in præſentia, vbi gl. de probat. Bar. Bal. & Iaſ. in d. l. non hoc, multos ego citaui in conſi. 5. nu. 49.

Reſpondeo ſecundo, quod in venditione id totum includitur, quod venditor habebat pro vna petia, ideo nulla remanet incertitudo, etiam quando vẽditor dat ſeipſum pro confine, & vbi etiã dubium aliquod ſub-
25 eſſe poſſet, ſequens poſſeſſio illud remouet. † ita reſpondet in terminis Ruin. in conſi. 83. nu. 6. in 1. vol. & ante eum Corn. in conſi. 59. col. 2. in fine, verſi. & licet. Oldr. in 4. vol. vbi vult, menſuram non attendi, etiam quando vendens ponit ſe pro confine. Pariſ. conſil. 64. nu. 65. & ſeq. vol. 1. vbi adducit etiam argũ deſumptũ à poſſeſſione ſequuta, & aliam quoq; applicat rñſionẽ, vt ſcilicet non procedat, qñ alia tria extant confinia, ex quib. certificatur corpus venditũ. proſequitur Burſar. in conſ. 441, nu. 31. verſ. reſpectu vero terrarum, vbi in verſic. tertio reſpondeo, inquit rem carere dubio, ſi fuit deſignatum quouſque ſe protendat prædium venditum, vt cõtigit in hoc caſu, in quo ſubdit nullam eſſe difficultatem, & omni caſu ceſſat ſcrupulus, quia non conſtat quod venditum prædium cõſtitueret vnum, & idem corpus cum prædio pro quo venditores dant ſe confines, tunc enim poſſet dici incertum eſſe, quid fuerit venditum, niſi per menſuram diſtinguatur, cũ aliàs poſſit plus vel minus continere. & hoc modo loquitur tex. in l. quod ſępe, §. ſed & ſi ex doleario, ff. de contrah. empt. at in caſu iſto prædium erat diſtinctum ab alijs ipſorum vendentium prædijs, vt conſtat ex inſtrõ, in quo dr̃, quod cohærẽt vendentes pro reſiduo non eiuſdem prędij, ſed ſuæ poſſeſſionis, ideſt poderij & maſſaritij, dicimus enim poſſeſſionem poderium, quamuis multa in corpora diſtinctum, ſed quod ab eodem colono tenetur. hoc etiam clarius demõſtratur: quia prędium venditũ dr̃ in inſtrõ eſſe clauſuratum, ideſt clauſura, & ſepe circumquaque concluſum, vnde incertitudo nulla remanere potuit in modo poſſidendi, ex quo erat ab alijs diſtinctum, & ſeparatum per clauſuram. vnde ego infero, quod ſi alia ceſſarent, hoc ſolo argumento fatendum eſſet venditionem eſſe ad corpus, veriſimile namque nõ eſt, quod partes voluerint tale prædiũ diuidere, & vendere pro parte tm̃. Præterea, ſi nõ totũ veniſſet in venditione, deſtrueretur illa qualitas; quia non totum eſſet clauſuratum, ſed pro parte tm̃, & quamuis vnius qualitatis defectus non vitiet, nec reddat corpus incertum, tamen hoc eſt verum, qñ ex alijs demonſtrationibus eſt certum, aliàs ſi non ſit cer-
26 tum, vnius qualitatis defectus deſtrueret actũ. & † hoc modo intelligo Soc. in conſ. 89. nu. 9. in fine, vol. 1. Rol. cõſi. 67. nu. 15. vol. 2. præcipuè, cum hic non tractemus, niſi de cognoſcenda quantitate prędij venditi, & quãtum venerit in venditione, quo caſu nõ eſt dubium, rectè argui à qualitatibus expreſſis, ex quibus probatur
27 corporis identitas, † vt de qualitate olineti dicit glo. in l. ſi quis in fundi vocabulo, ff. de leg. 1. Ruin. cõſi. 115, nu. 14. in 5. Natta conſil. 138. nu. 18.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non poteſt ſe pro alio obligare, ſed iuuatur beneficio Velleiani Senatuſconſulti.*
2 *Mulier renuncians beneficio Velleiani, debet expreſsè certiorari de illius importantia.*
3 *Uxor non poteſt ſe obligare ad commodum mariti.*
4 *Statuti vbi adeſt clara diſpoſitio, non eſt vlterius dubitandũ.*
5 *Iuramentum non validat obligationem vxoris factam ad commodum mariti.*
6 *Uxor non poteſt ſe obligare vt maritum à fiſco liberet.*
7 *Mulieri dicenti pecuniam ad ſe perueniſſe, non creditur, quando ſe obligauit pro marito,*
8 *Habilitas perſonæ præſumitur in quocunque actu.*
9 *Vxor poteſt cum viro omnem contractum ſemota fraude facere, excepta donatione.*
10 *Velleiano non iuuatur mulier, quæ ſe obligauit pro cauſa quę pietatem concernit.*
11 *Carceris cauſa reputatur pia.*
12 *Velleiani beneficio mulier renunciare poteſt, præſertim cum iuramento.*
13 *Iuramentum validat obligationem vxoris factam ad commodum mariti.*
14 *Vxoris obligatio pro excarcerando marito ſuſtinetur.*

Dotalem

15 *Dotalem fundum poteſt vxor vendere, vt virum è carceribus liberet.*

16 *Captiuus vt redimatur, poſſunt alienari bona fideicommiſſo ſubiecta.*

17 *Vxor fideiubens vt virum liberet à carceribus, non iuuatur Velleiano,*

18 *Mulier non minus obligatur intercedendo pro marito carcerando, quam vbi fideiubet pro iam carcerato.*

19 *Fideiuſſor poteſt agere contra principalem, licet non ſoluerit, quando breui eſt condemnandus.*

20 *Fideiuſſor obligatus per inſtrumentũ guarentigiatum, poteſt agere contra principalem, licet nondum ſit condemnatus.*

21 *Potentia actui proxima habetur pro actu.*

22 *Bannitus ſicut ex forma ſtatuti poteſt impunè offendi, ita & ille qui mox eſt banniendus.*

23 *Metus ſuſpicio non minus vitiat contractum, quam metus ipſe.*

24 *Belli timor idem operatur quod bellum.*

25 *Finis ſecundũ naturam regulantur, quę ordinantur ad finem.*

26 *Filiusfamilias ſi ex forma ſtatuti obligari non poteſt ſine patris conſenſu, ſuſtinetur eius obligatio, ſi fiat pro patre liberando à carceribus.*

27 *Vxor non obſtante ſtatuto poteſt ſe obligare pro liberando marito à carceribus.*

28 *Vxor tenetur in ſubſidium pro debito mariti contracto pro vtriuſque ſuſtentatione.*

29 *Exceptio intelligi debet, vt regulæ conueniat.*

30 *Mulier ſi aliquid pro alio liberaliter ſoluat, non iuuatur Velleiano.*

31 *Filius licet patrem alere cogatur, non tamen tenetur æs alienum pro eo ſoluere.*

32 *Fideicõmiſſo ſubiecta bona alienari non poſſunt pro redimendo eo qui ob delictum, vel debitum reperitur carceratus,*

33 *Cæpol. conſi. ciuili 27. latè reprobatur.*

34 *Soluere, & promittere paria ſunt.*

35 *Alienare plus eſt quam obligare.*

36 *Mulier fideiubens in cauſam propriã, vel in cauſam quę continet pietatem, & honeſtatem, non iuuatur Velleiano.*

37 *Vir, & vxor cenſentur vna caro, & debent eſſe participes omnium infortuniorum.*

38 *Donatio ob cauſam non eſt prohibita inter virum, & vxorem.*

39 *Filius tenetur patrem captiuum redimere.*

40 *Perſona rebus omnibus eſt anteferenda.*

41 *Alimentorum cauſa, & redemptionis à pari procedunt.*

42 *Bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſunt pro redimendo grauato è carceribus.*

43 *Eccleſiæ bona alienari poſſunt pro liberandis carceratis ex cauſa delicti, vel æris alieni.*

44 *Maritus bannitus, vel excommunicatus, ſi pauper ſit, alendus eſt ab vxore.*

CONSILIVM CCCLXVII.

HONESTAE huius mulieris obligatio
facta Magnif. Domino Aſcanio Rubino
ex pluribus cauſis videtur nulla.
Primo, quia pro debito alieno eſt cõtracta,
eum tamẽ mulier non poſſit ſe
pro alio obligare, ſed iuuetur ſemper
1 beneficio Velleiani Senatuſc. vt † probatur toto tit. ff.
& C. ad Velleia. adeo, quòd repetit id quod iam eſt ſolutum,
l. quamuis, §. interdum, vbi Bart. C. ad Velleia.
etiam ſi geminata ſit promiſſio, l. doli, §. diuerſum, in
princip. ff. de nouat. & multi volunt, quod renunciare
non poſſit mulier huic beneficio, & omni caſu debet
2 expreſſe certiorari de illius importantia. † l. fin. §. fi. ff.
ad Velleian. Signorol. conſi. 181. Alber. qui communem
dicit, d. §. fin. vbi etiam Fulgoſ. nume. 7. multi alij ſequuntur
quos citat Andr. Gaill. pract. obſeru. lib. 2.
obſeru. 77. num. 3. corruit ergo obligatio facta contra
iura prædicta.

Secundo, promiſſio facta eſt pro debito mariti, atque
ita prçter generalem iuris prohibitionem, qua mulier
non poteſt pro alieno debito ſe aut ſua obligare, extat
ſpeciale interdictum ne id faciat ad commodum ma-
3 riti, vt probatur expreſsè † in §. illud, in Auth. Vt nulli
iudicum, & in Authen. Si qua mulier, C. ad Velleian.
ſapit enim donationem, quæ inter coniuges eſt prohibita,
ſecundum glo. ibi, & ſi id permitteretur, mulieres
quæ facilè maritorum blanditijs ad ſe obligãdum
inducuntur, breui ſuis dotibus, & bonis expoliarentur,
vt dicunt Cin. & Salic. in d. Authen. Si qua mulier,
Socin. in conſil. 23. in fine, volum. 4. obligatio ergo nulla
eſt quamuis ſuſtineatur quoad maritum, vt ibi, &
ponit Specul. in titul. de oblig. & ſolut. §. ante omnia,
num. 7. & dicit Bald. in d. Authen. Si qua mulier, nu. 1.
quod mulier poſſet iam condemnata opponere hanc
exceptionem poſt ſententiam; & quod ſit nulla, voluit
Caſtr. conſi. 41. nu. 2. vol. 1. & dixi in deciſ. 164. nu. 11.
& præter ibi à me relata, idẽ voluit Gaill. d. lib. 2. obſeru.
89. per totam, vbi vult, quod teneatur creditor
probare pecuniam verſam eſſe in vtilitatem propriam,
nec ſufficeret mulieris confeſſio, & ſubdit ſic
fuiſſe iudicatum. idem probauit Theſaur. in deciſio.
Pedemon. 123. nume. 2. & ſeqq. vbi ampliat multis
modis, & præcipuè, quando conficeretur pecuniam
ceſſiſſe ſuo commodo, & quando renunciaret eiuſmodi
beneficio. eum igitur pro alio ſe obligauerit, & mariti
obligationem ſuſceperit, ſuſtineri non poteſt eius
obligatio.

Accedit & tertium impedimentum: nam ex ſtatuto
prohibetur mulierib. ne ſecum marito vel alijs
obligent, niſi certa adhibita ſolennitate, vbi autem
ſtatuti claram habemus diſpoſitionem, non eſt vlte-
4 rius dubitandum, † ſecundum Bald. in l. Gallus, §. ſi
eius, in 2. not. ff. de lib. & poſth. Dec. conſi. 563. num. 7.
& ponit Becius, conſi. 12. nu. 3. & ſeq. Cæph. in cõſi. 138.
num. 20. Rota in conſi. 29. num. 5. quare vbi ſingulæ rationes
ſupra citatæ non poſſent hanc promiſſionem
annullare, omnes tamen ſimul iunctæ deſtruere illam
debent, arg. l. patre furioſo, cum ibi notatis, ff. de his
qui ſunt ſui vel alieni iur. cum ſimilibus.

Nec dicatur promiſſionem fuiſſe iuramento vallatam,
cum ea ſit nulla; non potuit iuramento validari,
vt per Doctor. in Authen. Sacramenta puberum, C.
ſi adu. vend. & in ſpecie, quod iuramentum non pro-
5 ſit, voluerunt † Bart. Ioan. Fab. & Salic. in d. Authen.
Si qua mulier.

Non etiam dicatur, quod poſſit ſuſtineri obligatio,
ex quo facta eſt ne vir in carcerçs detruderetur, quoniam
qualitas cauſæ pro qua promittit, non ſuſtinet
mulieris obligationem, vnde etiam ſi debitum mariti
publicum ſit, non magis obligatur mulier, vt ibi
inquit text. d. Authen. Si qua mulier, vbi hoc not. Felin.
num. 2. dicens eſſe ſingulare, & Caſtr. nume. 2. in
fine, dicens quod mulieris priuilegium præfertur pri-
6 uilegio fiſci. Cæpol. conſil. ciuili 27. num. 2. † ſi ergo vt
maritum à fiſco liberet vxoris obligatio non eſt permiſſa,
multo minus erit permiſſa vt liberetur à debito
priuati, cui iura tantum fauorem non impendunt
quantum fiſco.

Reſpondetur etiam, quod quidquid ſit, quando maritus
eſſet in carceribus, aliud videtur hoc caſu dicendum,
cum eſſet extra carceres, & non eſſet certũ quod
veniret carcerandus, de futuris enim contingentibus
non eſt determinata veritas, & non potuerunt fingere
partes ſuſpicionem carceris, vt vxorem ad ſe obligan-

dum

dum inducerent, ſicuti non creditur mulieri, quando
7 dicit pecuniã ad ſe perueniſſe.† Bart. Bal. Salic. Caſtr.
& alij in d. Auth. Si qua mulier, Theſ. d. deciſ. 223. num.
2. ſic etiam quando dixit pecuniã verſam fuiſſe in ſuã
vtilitatem, quia ſibi non creditur. Nicol. Matar. Barto.
Bald. Alber. Salic. & Caſtren. in d. Auth. Si qua mulier,
alios citat Theſaur. d. deciſ. 223. nu. 4. ſtante enim ſuſpi
cione fraudis degenerat omnis confeſſio.

Amplector tñ contrariam ſniam, & teneo promiſſio
nem, vt ſupra factam, eſſe validam, & mulierem cogen
dam eſſe ad illius obſeruantiam, quia nihil magis na-
turali rationi conuenit, quam ſeruari pacta, l. 1. ff. de
pact. & habilitas perſonæ præſumitur in quocunque
8 actu, † ſecundum Innoc. in c. innotuit, de eo qui furt. or
din. ſuſcepit. Abb. in c. in præſentia, nu. 33. de probat.
Aret. nu. 21. & multos cumulaui in deciſ. 75. num. 14. &
ſeq. & qui vult dicere quod mulier nõ potuerit ſe obli
gare, tenetur probare, & licèt mulier à publicis officijs
arceatur, l. feminæ, ff. de regu. iur. non tamen prohibe-
tur propria gerere negotia, & res ſuas tractare, vt ibi
probatur. & non ſolum cum alijs, ſed etiam cum viro
proprio poteſt omnem contractum bona fide, & frau-
9 de ſemota facere, excepta donatione, † l. ſponſus, §. cir-
ca venditionem, & ibi gl. in verſic. momenti, ff. de don.
inter vir. & vxor. Franc. March. deciſio. 508. Gail. lib. 2.
pract. obſer. 90. in fine, ac hic non agitur de donatione,
ſed de alio contractu: tota autem difficultas conſiſtit
in reſolutione eorum, quæ fuerunt in contrarium alle-
gata, illis verò reſolutis, clara remanebit concluſio
quam defendo, propterea omiſſis alijs, quæ pertinent
ad fundandam D. Aſcanij intentionem.

Nõ obſtat, quod mulier quæ pro alio intercedit, iu-
uetur Velleiano Senatuſconſulto. reſpondeo enim, qđ
vbi ſe obligauit pro cauſa quæ pietatem concernit, nõ
10 ei ſuccurritur. † ita concludit Rom. in Auth. Similiter,
in tertio ſpeciali contractuum, C. ad leg. Falcid. Socin.
in tract. fallent. reg. 310. in 3. fallent. Calca. in conſi. 13.
col. 2. Tiraqu. de pia cauſa, priuileg. 113. vbi mouentur
per text. in l. pen. C. ad Velleian. & in l. dotare, & l. vlt.
C. eod. quæ iura loquũtur in libertate, in dote, & alijs.
at hanc ſubijt obligationem, ne maritus in carceres
11 detruderetur, & carceris cauſa reputatur † pia, l. ſi quis
pro redemptione, ibi, pijſſimam adminiſtrationem, C.
de donat. §. ſi vnum de prædictis, in Autheo. Vt cum de
appell. cognoſc. Bal. Caſtr. & Fulgoſ. in l. illud, C. de ſa-
croſ. eccleſ. Tiraq. de legib. connub. glo. 8. num. 186. vbi
confirmat ẽt auctoritate Ciceronis, & Lactantij, dicen
tium, præclarum iuſtitiæ munus eſſe captiuorũ redem
ptionẽ, & dicã latius in ſequentibus reſponſionibus.

Reſpondeo ſecundo, quod huic beneficio mulier in
inſtrõ certiorata de illius viribus renunciauit, id q̃ ſe-
cundum multos facere potuit, gl. in l. fi. ff. ad Velleian.
& in l. fi. C. eod. vbi Bart. dicit hanc opinionem ſeruari
12 de conſuetudine. † idem dicit Bart. in l. doli, ff. de no-
uation. vbi Alber. & Alex. ad Bart. inquit hanc eſſe cõ-
munem. Dec. in l. pen. nu. 3. C. de pact. vbi citat Ang. &
ante oẽs Azo. in Summa, C. ad Velleian. nu. 3. Didac. in
c. quamuis, in 2. par. §. 3. nu. 5. de pact. in ſexto, latè Pa-
dil. in l. fi. nu. 9. C. de iuris & facti ignoran. & quamuis
hæc ſententia maximam patiatur controuerſiam, eſt
tamen certa & cõis, quando iurm̃ acceſſit, vt in facto
præſenti, quia tunc valida eſt renunciatio, & impugna
ri non poteſt, Bar. d. l. fi. §. fi. Abb. in c. ſi diligenti, de fo-
ro compet. poſt gl. in c. ex reſcripto, de iureiur. & hanc
partem ſequuti ſunt Archid. Io. Andr. Bart. Bald. Ang.
Salic. Butr. Abb. Alex. Rom. Feli. Caſtr. Iaſ. Alc. Aufred.
Curt. & alij multi apud Theſaur. deciſ. Pedemon. 222.
num. 10. Andr. Gail. lib. 2. Obſeruat. 77. nu. 10. vbi dicit
cõmunem, & ampliat eorum vterque procedere, etiã
ſi non conſtet certiorationem præceſſiſſe, quia cum iu-
ramentum inducat præſumptionem ſcientiæ, & deli-
berationis, ſupponit mulierem eſſe certioratam. Se-
raph. de iuram. priuil. 63. num. 3. vbi dicit certioratio-
nem præſumi. Vaſq. de ſucceſſ. ord. lib. 3. §. 28. num. 61.
Rolan. conſil. 70. vol. 2. Aſin. de execut. §. 9. c. 157. nu. 15.
& in facto acceſſit iudicis auctoritas, & proximorum
interuentus, quæ dolum excludunt.

Minus repugnat, quod ſe obligauerit pro marito,
quod videtur durius quã obligari pro alio, & cui obli-
gationi lex magis reſiſtit, quam ſi in fauorem cuiuſuis
alterius facta eſſet: quia hoc quoque tollitur per iura
13 mentum, † ſecundum Caſtrenſ. in conſil. 8. per totum,
vol. 2. vbi reprehendit gl. in d. Auth. Si qua mulier, con
trarium tenentem, & dicit illam procedere, inſpecto
iure Ciuili, quod nihil curat de anima, ſed ius Canoni-
cum cui præcipua eſt cura ſalutis animæ, & ideo ſerua
tur vtroque in foro, niſi res aliter diſponat. idem voluit
Bal. in l. antiquæ, §. fi. C. ad Velleian. in fi. Bauer. in tra-
cta. iuram. priuileg. 53. Afflict. deciſ. 311. ſed ante om-
nes hoc voluit Bald. in conſi. 5. volum. 5. vbi referendo
Feder. Sen. dicit iuramentum eſſe obligatorium, quia
non continet turpitudinem, nec eſt iure diuino prohi-
bitum, & illud conſilium refert, & ſequitur Tiraqu. de
legib. connubial. gl. 8. nu. 285. idem probauit Seraph.
in d. tractatu, priuil. 118. iuramentum enim ſeruari de-
bet quandocunque fieri poteſt ſine interitu ſalutis ęter
næ, & quamuis difficilius admittatur ad fideiubendũ
pro viro quam pro alio, tamen tanta eſt iuramenti vis,
quod etiam pro viro poteſt obligari, ſi iuret promiſ-
ſionem obſeruare.

Secundo reſpondetur, quod diſpoſitio Auth. Si qua
mulier, intelligi debet, quãdo mulier obligat ſe ex cau
ſa omnino voluntaria, at vbi obligat ſe pro marito ex-
carcerando, tunc cauſa reputatur neceſſaria, & obliga
14 tio ſuſtinetur, † l. quamuis, & legibus ſequentibus, ff.
ſolut. matrimo. vbi tenetur mulier pro liberatione ex
vinculis alicuius ex ſuis neceſſarijs, & idem dicitur in
d. l. quamuis, in quacunque cauſa iuſta & houeſta, quia
quod de carcere, de alimentis, & alijs id dicitur, pro-
cedit per modum exempli, ideo idem eſt in quacũque
alia cauſa, vt notat Bald. in d. l. quamuis, in fine. ſequi-
tur Cuman. nu. 2. & iura prædicta loquuntur, quando
verſum eſt in vtilitatem alicuius ex neceſſarijs vxoris,
quinimo ſufficit quod agatur de honore & decore ma-
riti, quia tunc idem iudicatur, ac ſi cauſa eſſet vtilis &
neceſſaria, ſecundum Cuman. in d. l. quamuis, vbi for-
tius voluit, eo caſu maritum impendentem liberari, ẽt
ſi inuita & contradicente vxore ſoluiſſet, per doctrinã
Bald. in l. fi. C. de negot. geſt. & ita declarat Bart. qui in
d. l. quãuis, tenuit quod maritus ſoluendo de pecunijs
dotalibus pro marito excarcerando, inuita vxore, non
liberetur: nam Cuman. impugnat in hoc Bartolum, &
eum ſequitur Alex. ibi, num. 15. nam tali caſu non tam
eſt aliena quam propria cauſa, quando agitur de neceſ
ſitate, vtilitate, aut honore mariti, ex quo, vt Alexand.
dicit, non poterat ſine dedecore vxoris ſtare maritus
in carceribus, & fortius loquitur Alexan. in coniuncto
mariti, nõ in ipſo marito, & ex quo vxor eadem eſt ca-
ro cum viro, tenetur illi in neceſſitate poſito ſubueni-
re, vt inquit Bald. in conſi. 478. nu. 1. vol. 5. ſed non po-
teſt maior conſiderari neceſſitas, quam in carcerato,
& ſicuti vxor vendere poteſt fundum dotalem vt virũ
15 è carceribus liberet, † quemadmodum probat multis
Natta, conſi. 547. per totum, vbi arguit Baldum cõtra-
rium tenentem, ita poteſt vendere vt eum à vinculis
ſoluat, vt probaui in deciſ. 86. per totam, & facit: quia
bona fideicommiſſo ſubiecta, poſſũt alienari, vt à ca-
16 ptiuitate redimatur grauatus, † ſecundum Bald. in
Auth.

Auth.Res quæ, nu.11. C.cõmun. de leg.vbi idem dicit,
quando agitur de redemptione filij.ſequuntur Fulgoſ.
ibi,num.7. Alex.in d.l.quamuis, nu.11.& in l. Marcel-
lus,§.res quæ,nume.3.ff.ad Trebell.ſed ante eos voluit
Bart. in d.Auth.Res quæ, nu.10. Caſtren.nu.13.Corn.
col.fi.qui dicit communem.Iaſ.nu.32. verſ.ſexto exten
de,& Curt.iun. nu.31. vbi teſtatur quoque de commu-
ni.Tiraq.de legibus connubial. gl.8.nu.283. Lamber-
teng.de contract.eorum,gl.1.nu.59.& ſeq. Padill.in d.
Auth.Res quæ,nu.94.vbi etiam ponit, an id verum ſit,
quando propria culpa aut delicto fuit quis coniectus
in carceres.& in Mantuano Senatu fuit deciſum,quod
mulier poteſt fundum dotalem vendere, vt ſubueniat
marito carcerato,vt dixi in deciſio.86.& ſanè, plus eſt
vendere fundum dotalem pro ea cauſa, quam ſe obli-
gare ad ſolutionem : quia forte ſolutio promiſſa fieri
poterit ſine alienatione fundi dotalis . & in terminis,
quod mulier non iuuatur Velleiano quando interce-
17 dit vt maritum liberet à carceribus,† probat Io. Maria
Rimin.in conſil.77.nu.16.vol.1.poſt Bald.in conſil.20.
in fine,vol.2. facit l.pen. C.ad Velleian.vbi mulier non
iuuatur Velleiano quando obligatur pro libertate dã-
da ſeruo ,quanto ergo magis obligabitur pro liberta-
te dãda viro; carcer enim eſt ſeruitutis ſpecies,vt poſt
Alex.dixit Decian.in tracta.crim.lib.7.cap.10.nu.23.
& æquiparatur morti , vt poſt Bal.inquit Marſil.in l.1.
in princ.num.29.ff.de quæſtio. ideo ſicuti vxor tenetur
maritum redimere à morte, ita & à carcere.

Nec reſiſtit quod maritus non eſſet eo tempore in
carceribus: quia ſat eſt,quod eſſet de proximo pro eo-
dem debito carcerandus ; paria enim ſunt,aliquid eſſe
factũ,vel de proximo fieri debere,l.ait Prætor, §.ſi de-
bitorem,ff.de his,quæ in fraud.credit.l.quæſitum,ff.de
pignor.& in propoſito,quod mulier non minus oblige
tur intercedendo pro marito carcerãdo, quam vbi pro
18 iam carcerato fideiubet, † determinat Riminal.ſen.d.
conſ.77.nu.16.Facit,quia etſi non poſſit fideiuſſor age-
re contra principalem,niſi facta prius ſolutione , tamẽ
19 fallit, quando eſt breui condemnandus, † Bald. in l. ſi
pro ea, nu.9. C.mandati,Iaſ.in l.diuortio,§.interdum ,
nu.16.ff.ſolut.matrim. Socin.in tract. fallent. reg.1.8.
in 3.fallent. Marſil. in Rubr.ff.de fideiuſſor.num.216.in
fine. Bero.conſil.184.num.6.vol.3.Lupus in Rubr.ff.de
donat.inter virum,& vxor.§.38.num.7. Io.de Arno. in
Singul.81.vbi infert,quod ſi fideiuſſor eſt carceratus,li-
cet nondum ſoluerit,poteſt agere: & idem eſt,quando
fideiuſſor eſt obligatus per inſtrumẽtum guarentigia-
tum,tunc enim licet non ſit condemnatus, quia tamen
20 habet executionem paratam, poteſt agere, † vt voluit
Bald.in d.l.ſi pro ea,num.7.poſt Cin.in l.certum,C.fa-
mil.herciſc.vbi Bald.nu.9.idem dicit, & poſt Bart.in l.
fideiuſſor pro venditore,ff.de fideiuſſor. ſequitur Salic.
in d.l.ſi pro ea,nu.11.Socin.& Marſil. in locis ſupra ci-
tatis . idem inquit Bald.in d.l.certum,num.9.in eo qui
obligatus eſt ex libro mercatoris qui habet exequutio
nem paratam , quia idem eſt, ac ſi eſſet condemnatus;
& dicit menti tenendum,quod habetur pro cõdemna-
to is,cõtra quem parata eſt exequutio, & eſt regulare ,
21 quod pro actu habetur potẽtia, quæ actui eſt † proxi-
ma,l.pen.vbi Bald.ff.de teſtam.milit.glo.Barto.& alij,
in d.l.diuortio, §.interdum, vbi Iaſ.num.15. & multis
ſequentibus , illam exornat inſerendo ad plures deci-
ſiones Marſil. d.Rubr.ff.de fideiuſſ. num.216. latiſſimè
Lupus,d.§.38.nu.1.& multis ſequent.& in tantum hoc
procedit , vt locum etiã habeat in ſtatuto . vnde Caſtr.
in l.3.§.ſi ſeruus,in lectura Patau.ff.de acq. poſſeſs. in-
fert, quod ſicut bannitus ex forma ſtatuti poteſt impu
22 ne offendi, ita & ille qui eſt mox banniendus. † Iaſ. d.
§.interdum,nu.16.in fine,Lup.d.§.38.num.8. & Bero.d.

conſil.184.nu.3.Facit, quia ſat eſt quod periculum im-
mineat, ſecundum Bald.in l.fi.num.7. C.de negot.geſt.
vbi ait, quod ſi quis liberat alium conſtitutum in peri-
culo vitæ , repetit expenſam factam etiã illo reluctan-
te ; & idem operatur ſuſpicio vrgens quod ipſemet
actus,Bart.in l.metum,C.de his quæ vi,vbi ait,ſuſpicio
nem metus non minus vitiare contractum, quã ipſum
23 metum,† Bal.in l.interpoſitas,col.2. C. de tranſactio.
Brun.in conſil.82.num.2.& non refert,quod quid coa-
ctè fiat, vel per metum,ne cogeretur,Bald. in l.nouiſſi-
mè,in princ.ff.quod falſ.tuto. autho. & idem operatur
24 timor belli quod bellum.† Anch.in conſ.88. Iaſ.in l.2.
C.de tranſact. & metum probaſſe dicitur, qui cauſam
metuendi probat , ex quo nemo debet ſe exponere pe-
riculo,capit.bonæ memoriæ Epiſcopo Maguntino, de
elect.Bal.in Rubr.extra quod met.cauſa. Ang.in l.me-
tum, ff. quod met. cauſa, vbi paria eſſe dicit, quòd fiat
per metum,vel per ſuſpicionem metus. Alex.in conſil.
99.vol.3.vbi latè probat. Pariſ. conſil.53.nu.57.vol.4.
Natta in conſi.50.nu.16.& ſeq.& in conſi.627. num.7.
Gram.deciſ.5.num.8.deciſ.18.num.17. & ſeq. Neuiza.
conſil.46.num.2.Bellon.conſil.18. nu.14. Curta in Me-
mor.incip. conductor, nu.2. quamuis ergo maritus nõ
eſſet in carceribus,tamen carcerari poterat,& imminè
bat carcerandi timor & ſuſpicio, quia debitum erat
Camerale, & fideiuſſor erat Cameræ obligatus, cui nõ
pro indemnitate conceſſa fuiſſet captura contra ma-
ritum , qui erat principaliter obligatus, & qui eidem
fideiuſſori ſe obligauerat eo modo quo fideiuſſor obli-
gabatur Cameræ ; vnde dubium non eſt, quin tentata
per Cameram exequutione contra fideiuſſorem , poſ-
ſet fideiuſſor capturam impetrare contra principalẽ,
atque ita certum erat maritum carcerandum de pro-
ximo,ſine alia cognitione & proceſſu , propterea obli-
gatio vxoris ſuſtinetur,ac ſi maritus iam eſſet carcera
tus ; ſicuti igitur vxor intercedere poteſt, vt maritum
à carceribus conſtitutum liberet , ita idipſum poteſt
facere,vt impediat ne conijciatur in carceres, quia re-
ſpicit hoc eundem finem , & quæ ordinantur ad finem
25 regulantur ſecundum naturam finis , † l. oratio, ff. de
ſponſal.Bald.in conſil.105.col. 2. vol.1. & idem indica-
mus de actu qui nos ad finem perducit , quod de ipſo
fine,l.iniuriæ,ff.de furt.Iaſ.in l.auunculo,colum.2.ff.de
cond.ſine cauſ.latè exornat Crauet.in conſil.231.nu.8.
Facit,quia principijs obſtandum,ne ſero medicina pa
retur . & cautius eſt cauſam intactam ſeruare, quam
poſt illatum vulnus quærere remedium,l.fi.C.in quib.
cauſ.in integr.reſtitut.non eſt neceſs.l.1.C.quan.liceat
vnicuique ſine iud.ſe vindic.capit.ſi illa, prima q.7.&
certè nulla diuerſitatis ratio allegari poteſt,quare ma
gis liceat ſe obligare pro viro excarcerando,quam pro
eo defendendo ne mittatur in carcerem:& quæ dicun-
tur de fraude, ſimulatione,vel etiam colluſione, non ca
dunt in præſens factum , quia conſtat verè D. Aſcanij
etiam Cameræ obligatum pro eo, & Cameram eo tem
pore creditricem mariti quantitatis egregie vrgere fi
deiuſsorem, proptereaque omnem dolum & fraudem
ceſsare , vltra quod ex ea vxoris obligatione nihil lu-
cratur fideiuſsor , ſed ab imminenti damno ſeruatur,
atque ita indemnitatem ab vxore conſequitur pro eo
ꝙ Cameræ eſt ſoluturus, ſecus autem eſt, quando cau-
ſa debiti fingitur ; at hic nihil fictum, nihil occultum,
oĩa aperta, vera, & clara . & in Mantuano Senatu vidi
ego iudicari,quod liceat vxori bona propria vendere,
& de pretio ſoluere debita mariti , quando timor ſub-
erat ne in carceres detruderetur. facit l.ſi pro aliquo,
in fi.ff.ad Velleianum,vbi ſi quid facit,ne pater condẽ-
natus vexetur , non iuuatur Velleiano, puta, ſi pro eo
ſoluit vel ꝓmiſit,ergo idẽ erit ſi promittat pro marito
obligato

Digitized by Google

obligato in forma Cameræ, atque ita iã condemnato.
Statutum autem uedum promiſſioni prædictæ non
reſiſtit, ſed eam confirmat, quia adhibita ſolennitate
de qua in ea, permittit mulieri quemcunque contra-
ctum: ea vero ſolenuitas interuenit, quia adfuit domi-
nus Prior Collegij, qui ſuam interpoſuit auctoritaté,
& decretum, adfuerunt & agnati, atque ideo contra-
ctus remanet validus. Præterea vbi deficerent ſtatu-
ti ſolennitates, adhuc promiſſio eſſet valida, quia ſta-
tutum non habet locum quando mulier obligat ſe ex
cauſa tam pia, qualis eſt ea per quam liberatur mari-
tus à carceribus, & quæ teputatur neceſſaria, vt in ſi-
mili ſtatuto dicit Bald. in conſil. 213. Occurrit dubiú,
vol. 2. vbi dicit, quod etſi filiusfamilias ex forma ſtatu
ti obligari non poſſit ſine patris conſenſu, tamen ſuſti-
netur eius obligatio, ſi fiat pro patre liberando à car-
26 ceribus, quia cauſa eſt pia, & neceſſaria; † ſicuti igitur
caſum prædictum non includit ſtatutum ad fauorem
patris, ita nec includere debet ad fauorem matiti, qui
æſtimatur eadé caro, & eadem perſona, & cui, vt vxor
obediat, relinquere debet pattem, & matrem; & Bal-
dum ſequitur Tiraquel. de legib. connubial. gloſ. 8. nu.
285. Lamberteng. de contract. eor. glo. 10. num. 25. vbi
allegat etiam Caſſan. & hi duo inferunt in ſpecie, qđ
vxor pro liberatione mariti à carceribus, poteſt ſe obli
27 gare non obſtante ſtatuto, † qua ratione Cęph. in con
ſil. 51. num. 21. ſecutus Bald. in d. conſil. 5. volum. 5. di-
xit, quod vxor poteſt fundum dotalem alienare vt ſol-
uat maritum è vinculis, & præcipuè, quando debitum
mariti eſſet contractum pro vtriuſque ſuſtentatione,
ſecundum Bald. Nouell. de dote, par. 7. in 1. priuileg.
in 4. limitat. num. 8. nam eo caſu vxor quoque ienetur
28 in ſubſidium, † vt dixit Ioan. de Plat. l. vxorem, in fine,
C. de Decurion. lib. 10. Lupus in Rubr. de donat. inter
vir. & vxor. §. 66. numero 6. dixi in tract. aliment. tit. 8.
priuileg. 48. nume. 6. in facto autem noſtro patet de-
bitum de quo agimus non fuiſſe contractum ad alium
finem quam ad communem ſuſtentationem, quia
maritus etat pauper, & patrimonij eius reditus erant
tennes, nec poterant ſufficere pro ſua, & familiæ ne-
ceſſitate, nobiliter enim viuebat, & vxot in curru in-
cedebat, quæ non niſi cum magno ſumptu ſuſtineri
poterant.
Hæc autem ſtatuti diſpoſitio tollit omnia cõtraria
ſupra excitata: quia expreſſe permittit vxori, quod
pro viro poſſit obligari, dummodo ea interueniat ſo-
lennitas, quæ hic fuit adhibita; & ſi bene ibi legatur
ſtatutum, apparebit conuenire in omnibus cum d.
Authen. Si qua mulier, dum prohibet vxorem pro ma
rito obligari, vnde, cum in fine dicat ſuſtineri obliga-
tionem, quæ fiat cum ſolénitate ibi præſcripta, expreſ-
sè vult, quod poſſit cum ea ſe pro vito obligare, quia
29 exceptio intelligi debet vt regulæ conueniat. † Din. in
cap. 1. in fine, de reg. iur. in 6. Bart. in l. 1. vbi Dec. num.
20. ff. eod. tit. Natta in conſil. 159. num. 31. & quamuis
poſſit eſſe dubium, an renunciatio, quam mulier facit
beneficio Velleiani, extendatut etiam ad dictam Au-
thent. Si qua mulier, per ea quæ ponit Caſſan. in Con-
ſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 13. num. 10. tamen dubita-
ri non poteſt quin ſtatutum tollendo diſpoſitionem
Authent. prædictæ deroget etiam generaliter benefi-
cio Velleiani, quia in eo quòd eſt plus, continetur etiã
quod eſt minus, licèt econtra plus non contineatur in
eo, quod eſt minus, propterea conceſſio ſtatuti tollit
beneficium Velleiani, & diſpoſitionem dictæ Authen.
Si qua mulier.
Prædictæ Concluſioni vnum obſtare videtur, quod
etſi non fuerit ab aduerſaria allegatum, operæ tamen
precium duxi illud tollere, quamuis enim mulier poſ-
ſit pro mariti liberatione dotem exigere, & ſoluere, vt
in d. l. quamuis, & in l. & ideo, ff. ſoluto matrimon. ta-
men non poteſt promittere, & pro dicta liberatione ſe
obligare, quia facilius inducuntur mulieres ad ſe obli
gandum & promittendum, quam ad ſoluendum, &
in promiſſione facilius cadit deceptio & fraus, quam
in ſolutione, ideo videmus, quod etſi iuuetur Velleia-
no promittendo, tamen ſi liberaliter aliquid ſoluit
30 pro alio, non iuuatur, † l. ſi pro aliquo, §. 1. ff. ad Velle-
ian. Et hæc ratio differentiæ allegatur in tex. in l. ſed
ſi ego, in fine, ff. ad Velleian. vbi dicitur, quod facilius
mulier ſe obligat quam donet. Præterea, licet vxor
poſſit pro alijs ſuis neceſſarijs redimendis ex vinculis
ſe obligare, vt in d. l. & ideo, tamen facere hoc non po-
teſt pro viro: quia videtur quædam donatio, quæ in-
ter virum & vxorem non valet, l. 1. ff. de donatio. inter
virum & vxorem. Rurſus, licet mulier poſſit de dote
alere maritum, non tamen poteſt ſoluere eius debita,
ſicuti dicimus de filio qui patré alere cogitur, l. ſi quis
à liberis, §. ſi vel parens, ff. de liber. agnoſcen. tamen
31 non cogitur æs alienum pro eo ſoluere, † l. 1. & 2. C. ne
filius pro patre. Demum, ſicuti non poſſunt fideicom-
miſſo ſubiecta bona alienari pro eo redimendo qui ob
delictum vel debitum reperitur carceratus, ſecundum
32 Salic. poſt Ang. in d. Autheut. Res quæ, nume. 4. C. ad
Trebellian. vbi Caſtr. num. 13. Iaſ. qui communem di-
cit num. 20. & 33. & ſequuntur Alexand. Imo. Roman.
Socin. Crot. Claud. Felin. Segura. Boer. & Didac. fere
omnes atteſtantes de communi, quos ad hoc citat Pa-
dill. in d. Authent. Res quæ, nume. 102. Oſaſc. deciſio.
Pedemont. 168. nume. 8. Crauet. corrolar. reſponſ. pro
genero, nume. 39. ita, nec poteſt vxor ſubuenire viro,
& ſe pro eo obligare, ſuccurrẽdum enim non eſt ei qui
propria culpa incidit in neceſſitatem, l. ſiue hæredita-
ria, ff. de negot. geſt. per has rationes in terminis ita
contra virum concludit Cępol. conſ. ciuil. 27. per totú.
Sed hæc Cępollæ opinio tanquam iuri, & rationi re-
pugnans, non eſt attendenda, & ea non obſtante, ſuſti-
netur mulieris obligatio, per ea quæ ſupra dicta ſunt,
& præcipuè ſtante ſtatuto, quod permittit eiuſmodi
obligationem pro marito factam, & conſequenter eã
ſuſtinet, etiam ſi Cępollæ opinio vera eſſet, procede-
ret enim iure communi inſpecto, ſed ſtatutum illi de-
rogat. Verum etiam attenta iuris communis diſpo-
33 ſitione, falſa eſt doctrina Cępollæ, † & rationes pereú
allegatæ non concludunt, & in primis ea differentia
inter promiſſionem, & ſolutionem in propoſito non ſu
34 ſtinetur: quia paria ſunt, ſoluere, vel promittere, † l.
fin. C. ad leg. Falcid. & in ſpecie noſtra eſt textus in Au
then. Siue à me, C. ad Velleian. nec ſuſtinetur Cępollæ
reſponſio, quod ibi ſint parificata à lege, ſecus vbi non
probatur parificatio: nam ſufficit nobis quod in mate
ria Velleiani facta ſit parificatio, licet non in alijs: &
regulare eſt, quod idem iudicamus de promiſſione,
quod de ſolutione, l. fuit quæſtionis, vbi Alexan. in vlt.
not. ff. de acquir. hæred. l. ſi patronus, §. de illo, ff. de do-
nation. Tiraquel. latè de retract. conuentio. in fi. num.
30. nec in facto poteſt allegari diuerſitatis ratio inter
promiſſionem, & ſolutionem, imò plus eſt ſoluere quã
promittere, ſicuti plus eſt alienare, quam obligare.
35 † Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 85. ff. de lega. 1.
& dixi in deciſio. 254. num. 16. Reſpondeo etiam, quod
etſi mulieri ſuccurratur ſolum quando ſe obligat, non
quando ſoluit, aut donat, tamen etiam multis in caſi-
bus promittendo obligatur, nec ei ſubuenitur, & præ-
cipuè quãdo obligat ſe pro debito patris, vel alterius
ſui neceſſarij, ſicuti etiam quando patré liberat à vin-
culis, tunc enim ſuſtinetur obligatio, non quia non ſit
promiſſio, ſed quia videtur debitum proprium exolue-
te &

re & extinguere, non alienum, & quia cauſa eſt pia, & honeſta, ita dicitur in d.l.quamuis, vbi non quæritur an mulier bene impēderit, ſed an bene exegerit dotē, vt impendat in cauſas illas pias & honeſtas, & textus fundat ſe ſuper honeſtate, & pietate cauſæ, nec vim cōſtituit, an pro ea cauſa vxor ſit potius ſe obligatura, ꝙ ſolutura: ponamus enim, quod mulier quæ ibi dotem exegerat, ſolum obliget ſe, nec ſoluat, ſed dotem ipſam paratam ſolutioni habeat, nonne exactio ſuſtinebitur &c. & ſi ea cauſa ſufficiens eſt ad iuſtificandū ſolutionē, quanto magis erit ſufficiens ad iuſtificādum promiſſionem, quæ minus nocet mulieri, quam ſolutio; & prædictorum ratio eſt, quia Velleiani beneficiū lex introduxit vt à deceptione, fraudibus, & rerum ſuarum diſſipatione mulieres defenderet, non autem vt eas à naturalibus obligationibus liberaret, ideoque vbicunque in propriam cauſam fideiubet, nō iuuatur Velleiano, l.ſed ſi enim, & l.aliquando, ff. ad Velleian. & iudicatur cauſa propria, quando cōtinet pietatem,
36 vel honeſtatem, d.l.† quamuis, præcipuè quando liberat maritum, qui eſt vna caro cum ipſa, ſic quando precium accepit, vt fideiuberet obligatur, l.antiquæ, C.ad Velleian. Quamuis igitur ſine cauſa obligari non poteſt, tamen ſuſtinetur obligatio quando ſubeſt cauſa vel neceſſitatis, vel pietatis, vel honeſtatis, & vt dixi in d.l.quamuis, & alijs ſequ. ſuſtinetur actus, non quia ſit ſolutio potius quā obligatio, ſed quia cauſa erat iuſta, vnde ēt ſi ſola interceſſiſſet obligatio, puta, quia dotalē pecuniā obligaſſet aut depoſuiſſet pro cauſa illa cōſequēda, eodē modo ſuſtinentur promiſſio, & depoſitio.

Secunda quoque ſubuertitur ratio: quia ſi pro alijs coniunctis liberandis poteſt vxor ſoluere, & ſe obligare, multo magis id facere poterit pro viro; nulla enim dari poteſt maior coniunctio eius quæ inter virum &
37 vxorem eſt, cenſentur enim vna caro, † vt dixi ſupra, & ponit Dec. in l.1.in princ. C. vnde vir & vxor. Ripa, in l. ſi conſtante, nu.14. Cępb. conſ.51.nu.22. & debent eſſe participes omnium infortuniorum, l.ſi cum dotem, §.ſi maritus, verſic. quid enim, ff. ſolut. matr. & dicit Bald. in conſil.478. vol.5. quod alter alterius onera portare debet; & quamuis inter virum, & vxorem prohibita ſit donatio, tū mulier liberans maritum à vinculis non dicitur marito donare, ſed debitum perſoluere, vt probaui in ſuperioribus: prohibitio autem de qua in titulo de donat. inter vir. & vxor. procedit ſolum in dona
38 tione pura, non autem in ea quæ fit ob cauſam, † puta, qū fit in remunerationē, l. quod autē, §. ſi vir, ff. de donat. inter vir. & vxor. proſequitur latè Lupus in Rubr. de donat. inter vir. & vxorē, §.50. Præterea, ſuſtinetur donatio qū tendit ad honorē, & decus mariti, vt probatur in l.qđ adipiſcendæ, cum tribus ſequentib. ff. de donat. inter vir. & vxor. probat latè Lupus loco præcitato, nu.54. agitur autē de mariti honore vbi vel liberatur à carceribus, vel aliquid fit ne in eos detrudatur, & in ſpecie hanc honoris cauſam conſiderat Cuman. in d.l.quamuis, ff. ſoluto matrim. vbi ea comparat vtilitati, & neceſſitati, vultque iudicari pro cauſa propria vxoris, & infert, quod ſi quid maritus ex dote impendit pro honore proprio, id totum tenetur vxor accepto ferre ſuper dote ſibi ſoluenda. ecce ergo quod ratio prohibitionis iſto caſu nō eſt in conſideratione.

Diuerſitas item quæ à Cępol. allegatur inter alimēta, & debita mariti, ad demonſtrandum, ꝙ etſi vxor alere teneatur maritum, non tamen tenetur æs illius alienum exſoluere, non facit ad propoſitum: quia etſi vxor pro marito nō teneatur ad ſolutionem æris alieni, tenetur tamen illum de carceribus liberare, vt in d. l.quamuis, & legibus ſequentibus, ſicuti tenetur à mortis periculo eximere, & ſicuti poteſt intercedere pro libertate danda ſeruo ſibi nullo modo attinenti, d.l. pen. C.ad Velleian. ita poteſt ſe obligare vt captiuum, & in carceribus detentum maritum vindicet in libertatem, cui ſtrictiori nexu iuncta eſt. ſic videmus, quod etſi filius patris debita ſoluere minimè teneatur, l.1.& 2. C. ne filius pro patre, tenetur tamen patrem captiuū
39 redimere, † l.ſi captiui, C. de Epiſcop. & Cler. vbi dicitur, quod filius negligens patrem redimere captiuum, poteſt exhæredari, & idem dicitur ibi in patre. Aliud igitur eſt teneri ad debita, aliud vero ad redemptionē perſonæ: nam perſona rebus omnibus eſt anteferēda,
40 † l.in pecudum, ff. de vſufruct. l.iuſtiſſimè, ff. de ædilit. edicto. Natta conſil.430.nu.9. ſed bene valet argumentum, tenetur quis vnum alere, ergo & à carceribus liberare: quia cauſa alimentorum, & cauſa redemptionis
41 ſunt æquiparata, & à pari procedunt, † l.ſancimus, C. de ſacroſan. eccleſ. Tiraqu. de pia cauſa in præfatione, verſ. item legatum alimentorum. & ideo, ſicuti pater eſt alendus à filio, ita è vinculis ſoluēdus, idemque per omnia dicendū in vxore; quare, ſi à iure permittitur mulieri dotes cōſumere, vt quemcunque neceſſarium eximant è carceribus, vt ipſe quoque Cępolla admittit, & iure inficiari non poteſt, multo magis licebit ei ſe obligare pro excarcerando marito, cumquo maior quam cum quouis alio intercedit coniunctio.

Vltimo non contradicit, quod hic agatur de debito voluntario mariti contracto per eū nulla cogente neceſſitate, ideoque ſibi non ſit ſuccurrendum, qui propria culpa incidit in eas anguſtias, vt carcerandus eſſet; ſicuti non conceditur alienatio bonorum ſubiecto ru reſtitutioni, vt grauatus ſoluatur è carceribus, quibus propter æs alienum eſt mancipatus: ad hoc enim multis modis reſpondetur, & primo, quod etſi multi in fideicommiſſo tenuerunt opinionem in cōtrarium relatam, tū diuerſam probarunt quoque multi, & gra-
42 ues Iuriſcōſulti, † inter quos Fulg. in d. Auth. Res quæ, num.7. vbi dicit, ſententiam hanc humaniorem eſſe, & voto parentum magis conformem, eamque ſequutus, & Alex. in l. Marcellus, §.res quæ, nu.3. ff. ad Trebell. & in l.quamuis, nu.11. ff. ſol. matr. & pro eis facit glo. vnica, in c.ſacrorum, 12. q.2. vbi dicit, bona eccleſiæ poſſe alienari pro liberandis carceratis ex cauſa delicti vel
43 æris alieni, † & ibi eam probarunt omnes tanquā ſingularem. idem voluerunt Bald. & Caſtr. in l.illud, C. de ſacroſ. eccleſ. & gl. illam approbatam eſſe cōmuniter dicit Campeg. de dote, in 1.par.q.12. & Boer. in deciſio. 128.nu.3. ait, ꝙ eam ſequuntur oēs. multos alios citat Lupus in d. Rubr. in §.78.nu.30. circa medium. Gomeſ. in §.item ſi quis in fraudem, nu.32. Inſtit. de action. Tiraq. in d. tract. de pia cauſa, in præfatione, verſ. itē relictum pro redemptione; ſicuti igitur in alienandis bonis eccleſiæ non curamus an carceratio, vel captiuitas proueniat culpa carcerati, vel non, ita nō debemus diſtinguere qū agitur de alienandis bonis fideicommiſſo ſubiectis. Reſpondeo etiam, quod Doctores ferè omnes in contrarium citati loquuntur, quando quis eſt carceratus pro delicto, nos autem quando pro debito, quæ tamen inter ſe non parum differūt, quia etſi vtrumque proueniat à cauſa voluntaria, tamen in primo caſu concurrit pro certo culpa delinquentis, nec dari poteſt delictum ſine culpa, ſupponendo, quòd ſit punibile: in ſecundo verò poteſt eſſe, quod abſit culpa & quod æs alienū fuerit contractum ſine culpa, & ideo vtriuſque non debet eſſe eadem deciſio, ſicuti non eſt eadem ratio, & quamuis Caſtr. in d. Auth. Res quæ, in fine, Socin. in d.l. Marcellus, §.res quæ, nu.6. & alij nonnulli dicant idem eſſe in carcerato propter debitum, tamen mouentur ſolum fragili ratione, quod non poteſt dici paternum debitum.

Sed

Sed his omiſſis reſponſionibus, dico, quod nihil nocet contrarium: nam ſi vera eſſet, vt videtur communis dicta opinio, adhuc ſuſtineretur noſtra obligatio, procedit enim aduerſa ſententia, quia agitur de præiudicio tertij, ideſt fideicōmiſſarij, qui ad ea bona eſt vocatus poſt grauati mortem, & ideo cum res non ſit propria, & libera hæredis grauati, ſed reſtituēda alij, non mirum ſi non attendimus, quod debitum ſit à grauato contractum, vt poſt Fulgoſ. & Alex. tenet Oſaſc. dicta deciſio. 168. nu. 10. Curt. iun. d. Authent. Res quæ, nu. 32. Tiraq. de legib. connub. gloſ. 8. nu. 290. Crauet. in corrola. reſp. pro genero, num. 39. in fine. nos autem agimus de ſuſtinenda obligatione facta à muliere de re propria, & in qua nullius alterius præterquā ipſius intereſſe verſatur, vnde cum voluntas eius concurrat, & poteſtas ſecundum ſupradicta, dubitari non poteſt de validitate, atque ita quamuis venditio rei fideicōmiſſo ſubiectæ non ſuſtineatur pro liberando grauatum à carceribus, in quibus detinetur pro delicto, aut debito proprio, ſuſtinetur tamen obligatio facta ab vxore pro liberando maritū, qui occaſione debiti proprij erat carcerandus. confirmatur, quia delictum mariti regulariter non liberat vxorē ab onere ſibi iniuncto à lege: nam vir quantumuis propter delictum bannitus, vel excommunicatus, ſi pauper ſit, alendus erit
44 ab vxore. † Specul. in tit. de dote poſt diuort. reſtitu. §. fin. nu. 70. Bart. in l. ſi conſtante, nume. 22. ff. ſoluto matrim. vbi Bald. Nouel. num. 50. vbi Crot. num. 30. & ſequuntur alij quos ego citaui in tract. aliment. tit. 1. q. 36. nu. 6. vſque ad finem, quia etſi vir legum ſit contemptor, tamen ſemper vxor obſequium & reuerentiam exhibere debet, quamuis contrarium inaduertenter tenuerit Bald. in conſil. 478. num. 2. vol. 5. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſic. bona, num. 5. C. de reuoc. donatio. & Crauet. in dicto corrolat. reſpon. pro genero, num. 39. culpa itaque mariti non eximit vxorem, ſicuti nec culpa patris eximit filium ab onere alendi, & conſequenter, nec ab onere redimendi, ſeu liberādi à carceribus.

SVMMARIVM.

1 *Moneta mutatio eſt probanda vbi agitur de augmento monetæ.*
2 *Aeſtimatio vbi interuenit, reddenda eſt æſtimatio non res æſtimata.*
3 *Aureus, vel Florenus vbi fuit æſtimatus, tunc non eſt locus augmento, ſed attenditur, quod inter partes actum eſt.*
4 *Aeſtimatio vbi eſt facta, non eſt curandum de augmento, vel diminutione monetæ.*
5 *Intereſſe lucri ceſſantis ei ſoli præſtandum eſt, qui conſueuit negotiari, & paſſus eſt moram.*
6 *Moneta deteriorata in bonitate intrinſeca, debitum eſt ſoluendum de antiqua moneta, vel de noua ſupplendo tantum de noua quantum eſt deterior antiqua.*
7 *Aureus vbi creuit ob deteriorationem monetæ, tunc attenditur valor qui fuit tempore contractus.*
8 *Aurei valor præſumitur creuiſſe ob deteriorationem monetæ nouæ.*
9 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*
10 *Valor monetarum vbi eſt mutatus in bonitate intrinſeca, tunc ſolutio creditori fieri debet de antiqua moneta, vel de noua ſecundum tamen valorem antiquæ.*
11 *Solutio facta alicui de centum Florenis ad computum librarum trium pro ſingulo Floreno, ſi poſtea requirantur tres libræ cum dimidia ad faciendum Florenum, tunc erunt pro ſingulo Floreno ſoluendæ libræ tres cum dimidia, nec ſufficit ſoluere tot libras quot tempore contractus valebat Florenus.*
12 *Aeſtimatio auri ſi ſit reducta ad libras, vel Florenos, ſolui debent libræ, vel Floreni illius bonitatis cuius erat tempore contractus.*
13 *Plus & minus non faciunt differre ſpecie.*
14 *Aeſtimatio quandoque fit ad demonſtrandum non ad æſtimandum.*
15 *Pecunia minuta æſtimatur per groſſam contra Bart.*
16 *Moneta vbi eſt mutata in bonitate intrinſeca, tunc creditori debetur augmentum etiam nulla intercedente mora.*
17 *Intereſſe intrinſecum præſtandum eſt creditori, quando ſcilicet valor aurei creuit ob deteriorationem monetæ inferioris, & minutæ.*
18 *Moneta argentea etiam ære contaminata, ſemper habet proportionem ad valorem auri.*
19 *Scriptura non recognita nihil probat.*
20 *Peritorum relationi non creditur ſine iuramento.*
21 *Cauſæ duæ vbi concurrunt, vna ceſſante non ceſſat effectus.*
22 *Plura vbi obſtant vno ſublato remanet alterum.*
23 *Cauſa eſt inſpicienda, non effectus.*
24 *Aeſtimatio idem reputatur cum re æſtimata.*
25 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
26 *Moneta vna non poteſt pro alia ſolui, quando intereſt creditoris vnam potius quam aliam habere.*
27 *Intereſſe creditoris conſideratur non ſolum quia cum moneta noua non poteſt conſequi tot aureos, quot conſequebatur cum antiqua, ſed etiam quia creſcente auri æſtimatione, & diminuto valore monetæ, ceteræ res omnes augentur in pretio.*
28 *Solutio, vt fiat de moneta illius valoris, & bonitatis quæ erat tempore contractus, ſemper cenſetur actum inter partes.*

CONSILIVM CCCLXVIII.

QVAMVIS Horatius Bocius pro redēptione cenſus aliàs mihi venditi, promiſerit ſoluere quadringentos aureos de regalibus duodecim pro ſingulo eorum, tamen videtur quod Camera Ducalis, quæ Horatio prædicto ſucceſſit, mediante confiſcatione bonorum, liberetur ſoluendo tot numero Regales quot tunc requirebātur ad faciendum illos quadringētos aureos promiſſos, & vbi etiam teneatur ad monetæ augmentum ſaltem non ſit curandum de àugmento auri, ſed de ſola monetæ inferioris deterioratione. Primo, quia non conſtat, quòd moneta antiqua ſit deteriorata, vel potius quod noua ſit deterior antiqua, & vbi agitur de augmento mone-
1 tæ probanda eſt mutatio monetæ, † ſecundum Corne. in conſil. 181. colum. 27. vol. 2. Brun. de augmen. & diminut. in vlt. concluſ. princip. limit. 4. colum. 2. Sola in Pedemont. Conſtit. tit. de pact. inter emptor. & vend. glo. vni. num. 72. Gabr. conſil. 164. numero 2. in primo volumine.

Secundo, quia cum aurei fuerint æſtimati regalibus duodecim, ea æſtimatio facit emptionem, ita quod
2 æſtimatio ipſa reddenda eſt, non res æſtimata, † glo. in l. ſi inter, vbi Cin. Bald. & alij, C. de iur. dot. Socin. conſ. 57. colum. 2. verſic. ſeptimus caſus, volum. 1. Rolan. in conſil. 92. num. 9. volum. 2. Becius conſil. 42. nume. 2. & ſeq. Natta in conſil. 650. num. 1. & ſeq. ideo dicit Bart. in l. Paulus, in fine, ff. de ſolut. quod vbi interuenit partis conuentio, & aureus vel florenus fuit æſtimatus, tunc non eſt locus augmento, ſed attenditur quod in-
3 ter partes actum eſt. † & id probat tex. in cap. quanto, de iureiuran. vbi gloſ. & Doctores notant. Imola in d. l. Paulus, in fine, vbi poſt Ioan. Andr. dicit, vtile eſſe pactum quod reddatur in eadem qualitate. & dicit

Brun.

Brun. dicta concluſ. vlt. in 2. præmiſſo, verſ. aliquando
vero & quinto, & latius in octaua limitatione, in prin.
poſt Bario. Bal. Io. de Anan. Socin. & alios, quod cauti
negociatores dubitantes de monetarum diminutio-
ne, ſolent à principio conuenire de æſtimatione mone
tæ reddendæ. idem tenet in verſic. ſecundo quæritur,
& ante eum Bald. in conſil. 213. in fine, vol. 5. ait, quod
homines cauti ſolent æſtimare aureum, & quod curan
dum non ſit de augmento, vel diminutione monetæ
4 quando facta eſt æſtimatio, † voluerunt Aret. in conſil.
112. nu. 1. verſic. pro veritate. Boer. deciſio. 327. nu. 10.
Crauet. conſil. 836. nu. 1. Moder. Gall. in tract. de vſur.
num. 735. Didac. de collat. veter. numiſ. cap. 7. §. vnico,
concluſ. 7. Gabr. commun. concluſ. lib. 3. tit. de ſolutio.
concluſ. 2. num. 8. Menoch. conſil. 49. num. 10. Sola d. gl.
vnica, num. 76. vbi quod eo caſu mutatio monetæ non
prodeſt, neque nocet.

Tertio, non poteſt haberi reſpectus ad valorem au-
rei, quando moneta debetur: & ſi tempore contractus
aureus erat valoris librarum quatuor, tempore vero
ſolutionis ſit valoris librarum quinque, debitor centũ
librarũ, non erit cogendus ſoluere quinque libras pro
quatuor debitis, eo ſub prætextu, quod cum quatuor
libris potuiſſet tunc emere vnum aureum, quia minu-
ta moneta non ſolet æſtimari per groſſam, imò non po
reſt eo modo æſtimari, & hoc eſſet intereſſe lucri ceſ-
ſantis, quod ei ſoli præſtandum eſt qui conſueuit nego
5 tiari, & paſſus eſt moram. † vt expreſsè dicunt gloſ. &
Doct. in l. nummis, ff. de in lit. iuran. Bart. clare in d. l.
Paulus, vbi Ang. Imola, & Caſtren. ponunt. alios citat
Brun. d. concluſ. vlt. in 1. limitat. verſ. & prædicta pro-
cedunt. cõmunem inquit Dec. in l. cum quid, in 2. lect.
num. 56. ff. ſi cert. petat. Boſſius in tit. de monet. num. 3.
poſt med. Sola d. glo. vnica, num. 74. verſic. etſi dicatur,
hoc enim dicitur augmentum extrinſecum, quod non
prouenit à monetæ deterioratione, ideo non debet im
putari debitori, ſicut decrementum non imputaretur
creditori.

Quarto, ſi tractandum eſſet de augmento mone-
tæ, certè nihil mihi deberetur vltra verum monetæ mi-
nutæ decrementum, quod à tempore celebrati contra
ctus citra fuit de duodecim in ſingulos centenos au-
reos, vti atteſtatur Franciſcus Canepanoua vnus ex
officialibus officinæ nummariç, qui dicit tanto nouam
monetam eſſe antiqua deteriorem. eſt enim commu-
nis omnium Doctorum cõcluſio, quod vbi moneta de-
bita facta eſt deterior in bonitate intrinſeca, tunc de-
bitum ſoluendum eſt in antiqua moneta, vel de noua
ſecundum tamen valorem antiquæ, ſupplendo rãtum
6 de noua quanto eſt deterior antiqua. † Bartol. in l. cum
quid, num. 17. ff. ſi certum petat. vbi Alex. num. 16. dicit
hanc eſſe magis veram, & magis communem opinio-
nem, & dicam latius infra. Si igitur ad ſupplendum
bonitatem antiquæ monetæ duodecim deſunt in cen-
rum, duodecim quoque ſoluendo vltra centum nouæ
monetæ, erit debitor liberatus, nec vltra creditor exi-
gere poteſt, quia plus debito peteret, contra iura.

Et non obſtat, quod vbi aureus æſtimatus fuit pro-
miſſus, ſi contingat illum creſcere, tot nihilominus li-
bræ ſoluendæ ſint ex quibus totidẽ Ducati haberi poſ-
ſint, vt per Socin. in conſilio 298. volum. 2. cum alijs in
cõtrarium allegatis. Reſpondetur enim, præmiſſa pro-
cedere, quãdo ſolutio facta eſſet in auro, quamuis æſti-
mato. & ita loqui videntur omnes Doctores, at in fa-
cto non aurum, ſed diuerſæ ſpeciei moneta fuit ſoluta,
ideo reſpectus haberi non poteſt ad aurum, ſed ſat eſt
ſi conuenta moneta ſoluatur. Id quod multo magis
dicendum eſt in facti ſpecie, in qua actum eſt de aureis
regalium duodecim, cum tamẽ nullus cudatur aureus
illius valoris, nec aliqua etiam moneta in vſu ſit quæ
duodecim valeat regales. propterea videtur ſufficere,
ſi tanta nunc ſoluatur moneta, quæ totidem valeat re-
gales, vt per Menoch. in conſil. 49. num. 14. verſic. ſecun
do vel ex eo. quare concludendum videtur, augmentũ
aliud non deberi, niſi illud, quod inſpecto vero valore
iuxta prædictam atteſtationẽ deeſt nouis monetis ad
ſupplendum antiquarum valorem, atque ita de duo-
decim pro centenario, & non vltra.

Quæ etſi vrgentia ſint, & primo aſpectu quemcum-
que terrere poſſint, me tamen non mouent, & illis ni-
hil obſtantibus exiſtimo integrum mihi valorem mo-
netarum deberi, ita vt poſſim ex quatuordecim rega-
libus, & tribus groſſis conſequi aureum vnum in auro,
ſicuti potuiſſem tempore contractus. eſt enim commu
nis, & ab omnibus Doctoribus recepta cõcluſio, quod
vbi aureus creuit ob deteriorationem monetæ, tunc is
7 attendatur valor, qui fuit contractus tempore. † Bart.
in d. l. cum quid, num. 17. Alex. nu. 16. qui dicit commu-
nem. Socin. num. 40. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo.
18. num. 27. Boer. deciſ. 327. num. 13. Didac. d. §. vnico,
concluſ. 3. poſt Brun. in d. tract. in 6. declaratio. colum.
fin. in verſic. ſed maius dubium. Martin. Laud. in eod.
tract. col. 5. in fi. verſic. vlterius quærendum. Cum eod.
tract. colum. 4. verſic. ego indiſtinctè. Menoch. conſ. 49.
num. 50. Sola d. glo. vnica, par. 1. num. 72. Theſau. deci-
ſio. Pedemon. 174. in princip. in præſenti ſuttm facto
creuiſſe aureum, nõ poteſt dubitari, quia lippis patet,
& tonſoribus, & conſtat ex proceſſu. quod autem ideo
creuerit quia noua moneta ſit deterior antiqua, id
8 non eget probatione, quia præſumitur à iure. † Socin.
iun. in conſil. 145. nom. 95. vol. 1. Purput. in conſil. 179.
num. 3. Menoch. in conſil. 49. nu. 3. & iuris præſumptio
9 eſt liquidiſſima probatio. † l. licet Imperator, ff. de leg.
1. cap. cum dilectus, vbi Abb. de donat. Socin. in conſil.
264. num. 3. vol. 2. Bertran. conſil. 57. num. 11. volum. 3.
Ruin. conſil. 223. num. 5. volum. 1. Didac. variar. reſolu
tio. lib. 2. cap. 6. num. 1. Natta conſil. 581. num. 17. pro-
pterea mihi ſoluendum eſt monetæ augmentum iuxta
valorem, qui fuit tempore contractus.

Secundo eſt etiam communis ſententia Doctorum,
quod vbi monetarũ valor eſt mutatus in bonitate in-
trinſeca, puta in liga vel in pondere, tunc ſolutio credi
tori fieri debet, vel de antiqua moneta, vel de noua, ſe-
10 cundum tamen valorem antiquæ. † Barto. in d. l. cum
quid, & in d. l. Paulus, num. 6. & hanc dicit Socin. in d.
conſilio 298. volum. 2. tenere communiter Legiſtas, &
Canoniſtas. Aret. in conſil. 11. colum. 1. & 2. vbi an lo-
cum habere etiam in conditionalibus contractibus,
quod ſequitur Rube. in conſil. 148. verſic. ſed præmiſ-
ſis. communem quoque dicit Socin. in d. conſilio 145.
num. 94. & de annua ſolutione loquitur Brun. in 7. de-
clarat. ſicuti etiam de conditionali ponit in declarat.
8. & Natta in conſilio 302: loquitur de contractu em-
phyteutico. & Rube. conſil. 17. num. 1. & 2. loquitur de
annuis ſolutionib. Didac. d. §. vnico, verſ. ſeptima cõ-
cluſio. & de annuis præſtationibus Cephal. in conſil.
31. nu. 8. & ſequen. Myſing. Sing. obſeruat. Camer. cen-
tur. 5. obſeruat. 1. Cagnol. in l. 2. num. 210. & 217. C. de
pact. inter empt. & vendit. Crauet. conſil. 47 nume. 6.
Bero. conſil. 143. num. 28. volum. 1. Bertran. conſilio 45.
num. 4. volum. 4. conſil. 17. num. 4. eodem volum. Natta
conſil. 454. num. 5. Benint. deciſ. Bonon. 39. num. 1. Sola
d. glo. vnica, par. 1. num. 73. at ſi noua moneta ſoluen-
da eſt ſecundum valorem antiquæ, vtique tanta ſoluen
da eſt, quæ in omnibus eandem creditori afferat vtili-
tatem, quantam ex antiqua percepiſſet, vel percipere
potuiſſet, vt latius infra deducam. De mutatione in-
trinſecæ bonitatis monetæ ſatis patet, tũ ex præſum-
ptione

ptione ſupra allegata, tum etiã ex ea atteſtatione quæ
in contrarium allegatur.

Tertio videtur in terminis deciſio Soc.298. volu.2.
vbi poſt Bal. ſi ſolui alicui centum florenos, ad com-
putum libratum trium pro ſingulo floreno, & poſtea
tres libre cum dimidia requirantur ad faciendum flo-
renum, dicit quod tres libræ cum dimidia ſoluendæ
erunt pro ſingulo floreno, non autem ſolum tot libræ
11 quot tempore contractus valebat florenus. † & eum
ſequitur Brun. in 8. limit. verſ. tertio quæro. Natta in
conſ.454.nu.6. Moder.Gall. de vſur.num.735. in prin.
Didac.d.§.vnico, in 7. concluſ. Cæphal. in d.conſil.31.
nu.9.& 10.& Sola loco præcitato, num.77. qui omnes
concludunt, quod etiam ſi aureus ſit æſtimatus nihilo-
minus habenda ſit ratio monetæ, & eius valoris, & hic
videtur mihi caſus noſter: quia debitum eſt de aureis
quadringentis, ad rationem regaliũ duodecim, & non
differt hæc loquutio ab ea qua dicitur ad computum
librarum, vel regalium duodecim. nec video quid in-
terſit dicere ad computũ, vel ad rõnem. Cum ergo idẽ
ſit caſus, & idem factum, eadem ſequi debet deciſio.

Quarto ſi non eſſet factum verbum de aureis, ſed ſo
lum de moneta, & ſicuti fuit dictum de quadringentis
aureis, ad rationem regalium duodecim, dictum fuiſ-
ſet de regalibus quatuor mille octingentis, certè tene-
retur debitor mihi ſoluere tot regales, valoris qui fuit
tempore cõtractus, & tot regales eius bonitatis cuius
erant tempore contractus, ponunt Doctores in l. cum
quid, vbi Alciat. in fine, ff. ſi certum petat. Alciat. con-
ſil.155. in fin. vbi dicit, quòd ſi æſtimatio aurei redu-
cta eſt ad libras vel florenos, ſolui nihilominus de-
bent libræ vel floreni illius bonitatis cuius erant flore
12 ni tempore contractus. † idem Alciat. in conſi.586. in
princ. Cæphal.d.conſi.31.num.12. verſ. nec eſt verum,
vbi ſubdit, hoc eſſe veriſſimum, & de mente iuris. alle-
gat Socin. & Brun. quia ſecundum eum ſi non fieret
ſolutio ſecundum valorem, qui erat tempore promiſ-
ſionis, certè minus debito ſolueretur. Sola, d.gl. vnica,
par.1.num.87. vbi dicit, hoc procedere, non ſolũ quan
do aurei ſunt æſtimati, & debitor vult ſoluere in mo-
neta, ſed etiam quando dos eſt conſtituta in florenis,
puta mille, nulla facta ducati vel aurei mentione: nam
ſi tunc aureus valebat quinque florenos, & nunc valet
decem, certè loco illorum quinque ſoluendi erunt de-
cem, aut ſoluentur tot aurei, quot eo tempore efficie-
bantur ex mille florenis, & ita quoque tenet Theſaur.
deciſ.174.nu.6.verſ. ſed aduerte, vbi dicit, quod etſi at
tendatur æſtimatio qñ aureus eſt per florenos æſtima-
tus, tñ floreni ſoluẽdi erunt ſecundum valorẽ qui fuit
tempore contractus, & hãc dicit cõem eſſe opinionem
Alciat.d.conſil.155. in fi. quare aut eſt in obligatione
aureus, & eius valor attẽditur, aut æſtimatio, & eo quo
que caſu valor inſpicitur qui fuit tempore contractus.

His ſic conſtitutis fundamentis, non obſiſtit, quod
non conſtat nouam monetam eſſe deteriorem anti-
qua, & mutatam fuiſſe in valore intrinſeco, quia ſatis
id liquet ex actis, & præcipuè ex dicta atteſtatione, &
admittitur à fiſco, dum contendit longe minus aug-
mentum deberi, ſed non negat deterioratam eſſe mo-
netam: plus autem vel minus non faciunt differre ſpe-
13 cie, † l.ſi.ff.de fund.inſtr.Bart.in l.1. in prin. vbi Iaſ.nu.
67.ff.de acquir.poſſeſſ. & notorium eſt, non ſolum auri
augmentum, ſed etiam monetæ deterioratio.

Non etiam mouet, quod æſtimatio faciat emptio-
nem, & quod facta æſtimatione non ſit curandum de
augmẽto. nam rñdeo, quod in præſenti facto æſtimatio
addita fuit non ad æſtimandũ, ſed ad demonſtrãdum.
14 † Barb.conſil.19.vol.4. vbi dicit, adijci monetã vt ſcia
tur aurei valor, non vt æſtimetur. Alc.conſ.155.& 586.
Cæph.in conſ.31.num.6. vbi ait, quod cum aureorum
multæ ſint ſpecies diuerſi valoris, ideo exprimitur mo
neta, vt demonſtretur de quo aureo partes ſenſerint.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiam talis eſſet æſti-
matio quæ faceret emptionem, tamen adhuc moneta
per quam aureus æſtimatur reddi debet ſecundum bo
nitatem cuius erat tempore contractus, & non ſufficit
tantum reddi in numero, putat tot libras, quot fuerũt
promiſſæ, ſi variata eſt intrinſeca bonitas, ſed ſi tunc ſe
xaginta faciebant aureum, & nunc requiruntur ſeptua
ginta, erunt nunc ſeptuaginta ſoluẽdi loco ſexaginta.
ita poſt Bald. clarè determinat Socin. dicto conſi.298.
in 2.vol. ſequuntur Brun. Natta, Moder.Galli, Cephal.
Dida.& Sola, quos citaui in tertio fundamento huius
partis. & Alciat. dicto conſil.586. & dixi quoque ſupra
in quarto fundamẽto. ſic ergo non recuſo recipere tot
regales quot tunc efficiebant quadringentos aureos,
ſed dico, qđ ſi mihi ſoluãtur tñmodo tot in numero re
gales quot tunc requirebãtur ad faciendũ aureos qua
dringentos, ero defraudatus parte mei crediti, quia il
li non ſunt eiuſdem valoris nec bonitatis, ſed longe mi
noris; nam antiqui adeo erant boni, quod quatuorde-
cim ex eis, additis tribus groſſis valebãt vnũ aureũ in
auro; qui vero nunc ſunt in vſu, adeo ſunt praui, quod
decem & octo requiruntur ad faciendum aureum.

Tertio non contradicit doctrina Bartoli, & aliorũ,
in l. Paulus, qui dicunt, quod pecunia minuta minime
15 poteſt per groſſam æſtimari, † & quod hoc eſſet inter-
eſſe lucri ceſſantis, quod nõ debetur niſi data mora, &
ei qui conſueuit negotiari. Reſpondeo etenim, huic
opinioni contradicere omnes Canoniſtas, Butr. Abb.
Imo.& alios, in cap. quanto, de conſuetud. Cin. in l. in
minorum, C. in quib. cauſ. reſtitut. in integ. non eſt ne-
ceſſar. Martin. Laud. in tract. moner. q.14. Curt. iun. in
eod. tractatu, in 2. quæſt. vbi dicit cõiter non teneri hãc
opinionem Brun. in d. tract. in 1. limitatione, in fi. ver-
ſic. & licet prædicta procedant, vbi dicit hãc eſſe verio-
rem ſententiam, & eam ſequitur Dec. in l. cum quid, in
ſecunda lectura, nume.56. ff. ſi certũ petat. Didac. dicto
§. vnico, in 5. concluſ. vbi dicit, opinionẽ Barr. non eſſe
tenendam. Et cum prædictis tenent Socin. d. conſi.298.
Brun. Natta, Moder.Gall. Cephal. & Sola, quos allega
ui ſupra, in tertio fundamento, qui omnes cõcludunt,
quod pro ſexaginta ſolidis qui antiquitus faciebant
vnum aureum, ſolui nunc debent ſeptuaginta, ſi tot ad-
conſtituendum nunc aureum requiruntur, atque ita
volunt augmentum deberi, etiam non data mora, &
non ſolito negotiari, & ita de conſuetudine ſeruari
inquit Parpal. in dicta l. cum quid, numero 27. circa
principium.

Reſpondeo ſecundo loco, (& ad hoc aduertatur,
quia meo iudicio tollit funditus omnem dubitationẽ)
quòd contraria opinio Bartol. & aliorum procedit,
& ita loquuntur omnes, quando monetæ minutæ æ-
ſtimatio mutata eſt ſeu mutatus valor vſu & conſue-
tudine hominum, remanente ſemper eadem bonitate
intrinſeca, & quæ nunc cuditur moneta non eſt infe-
rioris ligæ: non autem loquuntur, nec procedit eorum
ſententia, quando quæ de nouo cuditur moneta, eſt
magis ærosa & minoris bonitatis intrinſecæ: nam tali
caſu augmentum debetur. & ita inter vnum, & alium
16 caſum differentiam diſtinguendo conſtituit † Bart. in
d. l. cum quid, nume.16. & ſequen. vbi in primo dicit,
non attendi quòd valor aurei creuerit, in ſecundo ve-
ro ſubdit, id plurimum attendi, ita etiam Caſtr. in d.
l. Paulus, in fine, & alij omnes in contrarium citati, &
deprehenditur hic eorum ſenſus, ex eo qꝫ in ſuperiori-
bus ſcriptis eiuſdem legis concludunt, mutata bonita
te intrinſeca monetæ minutæ, deberi augmentũ etiam

nulla intercedente mora,quòd ſi in ſequentibus intel-
ligerent de mutatione intrinſecæ bonitatis, eſſent ſibi
ipſis contrarij, nec vllo modo conciliari poſſent, cum
vno in loco velint augmentum deberi nulla quoque
concurrente mora,in alio verò dicunt non deberi etiã
mora interueniente: fieri autem debet interpretatio
per quam reducantur ad concordiam, & non videan-
tur ſibi ipſis contradicere, vt in cap.inter dilectos, de
fide inſtrumen.dixi in conſilio 230.in fine, & idem di-
cimus in teſtibus, vt ſunt iura notiſſima. Idipſum de-
prehenditur ex alio, quia conſiderant eo in loco mo-
ram, quæ tamen non eſt in conſideratione, quando eſt
imminutus valor intrinſecus monetæ. Rurſus, ratio-
nes quas adducunt Bart. & Caſtr. in l. Paulus, in fine,
non conueniunt caſui contingenti, quando ſcilicet in-
trinſeca bonitas monetæ eſt mutata, dicunt enim in
ſuo caſu intereſſe eſſe extrinſecum, cum tamen quãdo
mutatur liga vel pondus, in confeſſo ſit tunc intrinſe-
cum dici intereſſe; dicunt etiam, tunc non decreuiſſe
id quod eſt in obligatione, ideſt, valorem librarum,
ſed valorem aurei, qui non debetur, cum tamen valor
monetæ minutæ dicatur decreuiſſe, quando mutatur
liga,vel pondus. Cum igitur caſui noſtro non conue-
niant rationes per eos adductæ, non debet etiam con-
uenire diſpoſitio,l.4.§.toties,ff.de dam.in fect.

Reſpondeo tertio, (& hoc quoque dubiũ remouet)
ꝙ etiam vbi attenderemus dictum Bar.Caſtr. & alio-
rum in contrarium citatorum, tamen illud limitatur
ſecundum ea quæ ſupra proximè dixi, vt procedat, qñ
æſtimatio monetæ minutæ variatur, non propter mu-
tationem ſubſtantiæ, vel ſuæ bonitatis, ſed quia groſſi
valor eſt auctus, v.g. aureus valebat quatuordecim
regales, & nunc valet decem & octo, ſed moneta infe-
rior eſt eiuſdẽ valoris cuius antea erat, licet ex ea nũc
maior quantitas requiratur ad faciendum aureum;
ſed aliud eſt quando valor aurei creuit ob mutationẽ
intrinſeci valoris, & bonitatis monetæ inferioris, vt
quia inferior moneta eſt ære magis contaminata, &
impurior quam olim eſſet, tunc etenim dicitur non lu-
crum ceſſans, ſed damnum emergens, nõ extrinſecum
intereſſe, ſed intrinſecum, & conſequenter creditori
17 præſtandum eſt à debitore,† & non vagando, ita in
terminis concludit Butr.in cap.quanto, num.11.verſi.
vltimus caſus,quando alteratio,in fine,ibi, hoc puto ſi
contingat,extra de iureiuran.& hanc limitationẽ pro
bauit Alexan.in l.cum quid,num.16.verſ.limita etiam
illud. hoc etiam tenet expreſsè Parpal. in l. cum quid,
numero 27.concluſio 5.& 6.dicens, quod ſi æſtimatio
groſſæ pecuniæ eſt aucta,& minutæ bonitas eſt intrin-
ſecus mutata, licet non ſit mutatus valor, tunc aug-
mentum monetæ debetur creditori, ſaltem poſt mo-
ram,& ponit exemplum ſi ex decem florenis mihi de-
bitis poteram tempore cõtractus habere tres aureos,
nunc autem plures floreni requiruntur,teneberis ſol-
uere mihi tot florenos, cum quibus poſſim emere tres
aureos, quemadmodum potuiſſem tempore contra-
ctus. cum vero aurei valor creuit abſque vitio mone-
tæ inferioris,tunc intereſſe non eſt cõſiderabile. Brun.
dicta limit.1.col.fin.verſ. & tenendo hanc opinionem,
& in limit.8.ver.ſũt tñ prædicta,& hic eſt caſus noſter,
quia moneta inferior ære eſt contaminata, & non eſt
eiuſdem bonitatis cujus erat moneta,quæ tẽpore con-
tractus cudebatur, ſed fuit mutata ejus intrinſeca bo-
nitas,ergo attendi debet valor aurei,& ſecundũ illum
æſtimari minuta, & tanta ſolui debet, cum qua poſſim
tot aureos in auro emere, quot potuiſſem contractus
tempore cum ea quam ſoluam.

Reſpondeo quarto, quod ego hoc augmentum non
peto tanquam intereſſe lucri ceſſantis, nec quia potue
rim tunc emere tot aureos in auro, ſed illud peto tan-
quam damnum emergens, quia ſcilicet ſine eo dando
nouam monetam minus debito mihi ſoluatur, ex quo
moneta noua non eſt eiuſdem bonitatis cuius erat an
tiqua;ad probandum autem,quanto noua ſit deterior
antiqua,ego dico reſpiciendum eſſe valorem aurei, &
id quidem non ſine ratione, quandoquidem moneta
argentea etiam ære contaminata, ſemper habet pro-
18 portionem ad valorẽ auri,† vt probat text.in l.prima,
C.de argent.pret.lib.10.vbi Ioan.de Plat.notat, quod
argentum æſtimatur per aurum, & nummi minuti
æſtimantur per aurum, & hunc textum ignorauit Bar.
cum dixit, quod minuta moneta non æſtimatur per
groſſam,niſi intelligamus,ꝙ minuta argentea nõ æſti-
matur per groſſam argenteam, nec minuta aurea per
groſſam auream, ſed benè minuta argentea per aureã
poteſt æſtimari, proportionando ſemper argentum
ad valorem auri, dãdo decem vel duodecim pro vno,
& ita quoque tenet Alciat.in d.conſil.155. in fine, vbi
hunc tradit modum æſtimandi monetam. idem dicit
in conſil.586.num.6.& hunc modum liquidandi va-
lorem monetæ tradit Purpur.in d.l.cum quid, nu.169.
& approbat Sola dicta gloſ.vnica,par.prima,num.85.
verſ.& pro liquidatione,vbi dicit,idem voluiſſe Grat.
conſil.12.nume.1.volum.1. atque ita differentia eſt in
modo practicandi:ſi enim peterem tanquam intereſſe
lucri ceſſantis,poſſet fortè opponi,quòd non debetur:
ſed quia peto tãquam damnum emergens, & valorem
auri deduco ad liquidandum valorẽ monetæ, fieri mi-
hi non poteſt talis oppoſitio,pręcipuè,quia non conſi-
deratur aureus tanquam moneta impreſſione ſignata,
ſed tanquam aurum rude & in maſſa, ita vt pro quali-
bet auri vncia,ſoluenda ſit tanta moneta. Cum igitur
agatur hic de liquidatione quantitatis augmenti,ceſ-
ſant ſupra obiecta.

Nõ aduertatur quartum, quia nego expreſsè,quod
noua moneta ſit antiqua deterior,ſolum in duodecim
pro ſingulis centũ aureis vel libris,inſpecto enim auri
valore,dignoſcitur decrementum longe maius eſſe, &
atteſtatio illa Canepanouæ non facit fidem, quia non
fuit producta in actis,& iudex debet ſecundum proba
ta iudicare,l.illicitas,ff.de offic.præſid.

Secundo non conſtat quod ſit ab eo confecta, & ſcri
ptura non recognita non probat, ſed eſt neceſſaria re-
19 cognitio,† l.Publia,ff.depoſiti,§.ſi quis igitur,in Auth.
de inſtrum.caut.& fide.Bart.in l.admonendi,num.26.
vbi Ripa,nu.101.ff.de iureiu.Craue.in conſi.73.nume.
15.in fine.Neuiz.conſil.45.num.14.Bero. in conſil.68.
num.21.in 3.vol.

Tertio ſi ille retuliſſet, non tamen credendum eſſet
20 ſuæ relationi, niſi adhibito iuramento, † iuxta doctr.
Bar.in l.Theopompus, nu.8.verſi. ſed ſi aſſumeretur,ff.
de dot.præleg.gloſ.Bart. & alij, in l.hac edictali, §.his
illud,C.de ſecund.nup.Iaſ.in Repet.l.admonendi,nu-
mer.219.vbi Ripa, numer.194.ff.de iureiuran. Didac.
lib.2.variar.reſolut.cap.13.num.tertio.hic autem non
iurauit, merito & fides adhibenda non eſſet, ſi etiam
alia ceſſarent.

Quarto illa relatio ſi etiam probaret, non noceret:
quia dicit, quod noua moneta Montisſerrati eſt dete-
rior antiqua ſolum de duodecim pro centenario, ſed
vbi id verum eſſet, non tamen ex eo inferri poſſet, qđ
augmentum auri non prouenerit ex deterioratione
monetæ, quandoquidem ad cauſandum dictum aug-
mentum concurrit non ſolum moneta Montisſerrati,
ſed ea quoque, quæ Meſſerani, Decianæ, Frinchi, Me-
diolani,& in Pedemontibus cuditur,quę cum ærosa,&
contaminata ſit, aurei augmentum induxit, & docet
experiẽtia, quod in patria Montisſerrati maior extat
copia

coſpia exterarum monetarum quã earum, quæ cudun-
tur in prouincia,& aurei valur creuit non ſolũ in Mon
teferrato, ſed in Pedemontibus, Meſſerani, Mediola-
ni,Cremonæ,Mantuæ,Parmæ,& alibi; quamuis igitur
moneta Montisferrati decreuerit ſolum in ea quanti-
tate, tamen augmentum auri potuit prouenire à dete
rioratione aliarum monetarum exterarum, & cũ duæ
21 concurrunt cauſæ,vna ceſſante nõ ceſſat effectus, † l. ſi
non lex Aelia Sentia,ff.de hæred.inſtituen. Tiraquel.in
tract.ceſſan.cauſ.limitat.22.Cęphal.in conſi.81.nu.14.
& quando plura obſtãt,vno ſublato remanet alterum,
22 † l.ſi quando,C.de inoffic.teſtam.dixi in conſil.50.nu.
27. & ex pluribus rationibus nõ ſufficit vnam ceſſare,
§.affinitatis,Inſtit.de nupt. Iaſ.in l.cum filio,num.146.
ff.de leg.primo. quia vero Canepanoua in ſua atteſta-
tione refert ſolũ de moneta quæ cuditur in ea patria,
eum tamẽ aliarum quoque prouinciarum monetæ de-
creuerint, probatio non concludit, capit.in præſentia,
de probation.l.non hoc,C.vnde legit. dixi in conſil.5.
num.45.

Quinto reſpondeo, quod etſi vbique locorum dete-
rioratio nouæ monetæ eſſet limitata ad duodecim pro
centum, tamen adhuc totum aurei augmentum dice-
retur ob monetarum deteriorationem proueniſſe; po-
tuit enim modica monetæ deterioratio cauſam dediſ-
ſe maximo aurei augmento,& non eſt bona cõſequen-
tia, moneta eſt deteriorata in duodecim, aureus vero
creuit in viginti,ergo augmentum aurei non prouenit
à deterioratione monetæ: non enim effectum inſpice-
23 re debemus,ſed cauſam,† l.nunquam nuda, ff. de acq.
ret.domin.l.obligationum ſubſtantia,§.fin.ff.de actio.
& obligat.l.verum,la ſeconda,ff.de furt.Bald.in Auth.
Ex teſtamento,num.6.C.de ſecund.nupt.Cęph.in con
ſil.76.num.55.& effectus regulatur à ſua cauſa,l.cãcel-
lauerat,ff.de his quæ in teſta.delent.Soc. in l. cũ auus,
col.21.verſic.hoc ſuppoſito, ff.de condit. & demonſtr.

Et quamuis augmentum auri non ſit proportiona-
tum ad decrementum nouæ monetæ, tamen ſat eſt, ꝙ
aurum creuerit ob monetæ deteriorationem, vt debi-
tor ad augmentum illud teneatur, ex quo, vt dictum
eſt, vbi aureus creuit propter monetæ deteriorationẽ,
damnum eſt debitoris.

Sexto reſpondeo, quod non tam inſpiciendum eſt
monetæ nouæ decrementum, quam auri augmentum,
quia ſi monetæ valor regulari debet ex valore auri, vt
dixi in quarta reſolutione præcedentis obiecti,nõ de-
bemus attendere quantum decreuerit moneta à die
cõtractus citrà, ſed quãtũ creuerit aureus: propterea,
ſi aureus creuit in ratione vigintiquinque pro cẽtum,
totidem ſunt creditori ſoluendi,licèt moneta decreue
rit ſolum in ratione duodecim.

Non etiam repugnat,quod ego ſoluerim non aurũ,
ſed monetam; quia reſpondeo, quod ex quo moneta
per me ſoluta reducta fuit ad tot aureos, perinde eſt,
ac ſi tot aureos ſoluiſſem: quia æſtimatio emptionem
facit, vt ſupra dixi, venditio etenim cenſus facta fuit
pro quadringentis aureis regalium duodecim, & ven
ditor recepit tot aureos in diuerſis tamen monetis,
ideo perinde eſt,ac ſi aureos eius qualitatis ſoluiſſem,
quia æſtimatio idem reputatur cum ipſa re æſtimata.
24 † Bart.in l.1.in princ.col.1.ff.de action.empt.& in l.vi-
num,circa finem, ff.ſi certum petat. Felin. in cap. licet
Heli,col.4.in fi.de ſimon. Doct.in d.l.vinum, vbi Curt.
iun.in fine,Burig.num.55. Aret. in conſil.83. colum.2.
num.3.Cagnol.in l.vnica,nume.70. C.de ſent.quæ pro
eo,quòd intereſt.

Secundo reſpondeo, nõ eſſe attendendum quid ego
ſoluerim,ſed quid debitor promiſerit reſtituere: nam
25 contractus ex conuentione legem accipiunt, l.1.† §. ſi
conueniat, ff. depoſ. l.1. ff.de pac. & multa veniunt ex
pacto,quæ non veniunt ex natura cõtractus. Bal.Ang.
Salic. & Fulg.in l.1. C.commod. & ſemper reſpicimus
obligationis formam,& ſecundum eam iudicamus, vt
poſt Bald.& Boer.ponit in terminis Menoch.conſi.49.
num.10.

Tertio reſpondeo, quod etiã ſi monetam ſoluerim,
& moneta ſit reddenda, nihilominus reddenda eſt mi
hi in eadem bonitate,& eodem valore,ſed non eſt ea-
dem bonitas,& valor ſi eum quatuordecim regalibus,
& groſſis tribus ex moneta quam tunc ſolui,emi pote-
rat vnus aureus, & nũc ſoluatur mihi moneta talis ex
qua aureus emi non poſſit, niſi cum regalibus decem
& octo; & in materia monetarum id ſeruãdum eſt, ne
creditor in damno remaneat: hinc dicimus,ꝙ etſi vna
moneta ſolui poſſit pro alia, ſi tamen eſt eiuſdem valo
ris,fallit nihilominus, qñ intereſt creditoris vnam po
26 tius quã aliam habere, † vt in l. Paulus, ff.de ſolut.vbi
Ang.& Imola,Ioan.de Anan. in c.fi. de maleſic. Mart.
Laud.in tract. monet. Brun. in eod.tract.in 2.præmiſ-
ſo,col.1.& 2.præmiſſo,col.1.& 2.Sola d.glo.vnica,par.
1.nu.71.& 73.Moder.Gall.de vſur.num.754.Menoch.
d.conſil.49.nu.25.Purpur.conſi.522.num.31.intereſſe
autem creditoris conſideratur non ſolum, quia cũ no-
ua moneta conſequi non poſſit tot aureos quot conſe-
quebatur cum antiqua, vt dixi ſupra, & tenet ẽt Curt.
iun.in l.cum quid,nu.12.ver.circa quæſtionem,Sola d.
nu.85.Purp.conſi.522.nu.38.ſed etiam quia creſcente
auri æſtimatione, & diminuto valore monetæ cetere
omnes res augeantur in precio, & cum noua pecunia
non poſſum habere tãtum de vna re,quantum habuiſ-
27 ſem tunc.† ita Purp.in d.l.cum quid,num.171.& in d.
conſil.522.nu.38. vbi ſubdit, hinc prouenire quod ca-
rior in dies eſt annona, & omne genus mercis, res eñi
pecunia comparabiles pecuniæ curſum ſequuntur, vt
inquit Alber.in d.l.cum quid, ſequitur Purp. d.conſil.
26.eſt omnino videndus, & Curt.iun.d.l.cum quid,nu.
13.verſic.circa quæſtionem.Sola loco præcitato,nu.89.
verſic.quintum argumentum. Theſau.deciſ.214.nu.1.

Poſtremo, non turbat, quod ſolutio facta ſit de au-
reo, cuius valoris nulla omnino cudatur moneta, &
promiſſio quoque reſtituẽdi contineat aureum de re-
galibus duodecim,cum tñ nullus reperiatur aureus il
lius valoris: nam etſi eius aurei appellatio habeat ſe
tam ad meliorem, quam ad deteriorem monetam, tñ
attendi debet valor qui eſt tempore cõtractus, vt poſt
Azon.Io.Andr.Bar.Bal.& Alb. inquit Brun.in d.tract.
in vlt.concl. in 6.declar. in princ.vbi inquit, hanc eſſe
cõem opinionem,& in 1.declar.col.pen.verſic.itẽ præ-
dicta procedunt. & ratio eſt, quia inter partes actum
ſemper cenſetur, quod fiat ſolutio de moneta illius va
28 loris,& bonitatis,quæ erat tpe cõtractus: † nec viden-
tur cogitaſſe de mutatione poſtea contingente, vt poſt
alios concludit Marian.in conſi.6.vol.1.Purpur.d.con
ſil.179.nu.3.& cõſil.522.nu.34.Brun.d.concl.vlt.limit.
8.in 3.q.& ſicuti augmentum monetæ deberetur,ſi nul
la de aureis facta eſſet mentio,vt probaui ſupra, ita cũ
dictũ eſt, de aureis regalium duodecim,& ita quoque
poſt Alc.& Rub.cõcludit Sola d.gl.vnica,nu.84. quare
cum non ſit cõſtituenda vis in qualitate monetæ enun
ciatæ in contractu, idem dicendum eſt de imaginatio
hoc aureo,quod de vero: quia cum talis aureus non re
periatur, videntur partes reſpexiſſe ad monetã,ex qua
ille poteſt conſtitui, & ſi illa decreuit in valore intrin-
ſeco, idẽ eſt, ac ſi extaret aureus regalium duodecim,
& ille decreuiſſet, & in dubio attendimus mentem, &
voluntatem partium; & propterea inſiſtendum nõ eſt
ſuper conſi.Menoch.49. quod in ſingulis ſuis partibus
reprobatur à Sola, in loco præcitato, num.89.

SVMMARIVM.

1 *Numerus ſingularis in diſpoſitionibus conditionalibus, & vbi agitur de forma, trahitur ad pluralem, ſi eadem ſit ratio, & diſponentis mens conueniat.*
2 *Agnationis ratio largè conſiderari non poteſt, niſi in caſu ordinata à donante.*
3 *Singularis numerus de ſui natura, & inſpecta verborum proprietate, non trahitur ad pluralem.*
4 *Mobilibus in domo exiſtentibus relictis, non veniunt quæ in omnibus domibus reperta ſunt.*
5 *Verborum proprietas attendi debet in contractibus.*
6 *Interpretatio ſtricta fit in contractibus.*
7 *Numerus ſingularis in cõtractibus nõ trahitur ad pluralem.*
8 *Licentia vendendi feudum, vel emphyteuſim, nõ trahitur ad duos emptores, vel acquiſitores.*
9 *Donatio eſt contractus nominatus.*
10 *Eligendus vbi eſt vnus, non facta electione, omnes admittuntur.*
11 *Teſtator vbi vtitur ſingulari numero ſine alia adiectione, videtur in dubio ſentire de vno.*
12 *Eligendus vbi eſt vnus à grauato, nõ poteſt ipſe duos eligere.*
13 *Primogenitus ſolus ſuccedit in rebus, quæ vni tantum deferri poſſunt.*
14 *Electione nõ facta per grauatum, bona ad vnum tantum non ad omnes deuoluuntur, vbi teſtator voluit vnum, & non plures eligi.*
15 *Geminatio non attenditur quando eſt facta incontinenti, & quando cadit ſuper diuerſis.*
16 *Geminatio etiã eodem tempore facta, oſtendit præciſam, enixam, & deliberatam mentem diſponentis.*
17 *Maſculinitatis qualitas repetita in pluribus ſubſtitutionibus, oſtendit voluntatem teſtatoris, quod de maſculis ſolis intellexerit.*
18 *Qualitas adiecta in vno capitulo, licet non referatur ad aliud diuerſum, & ſeparatum, tamen multum operatur ad declarandum mentem diſponentis, etiã circa diuerſam perſonam.*
19 *Singularis numeri geminata locutio, operatur, quod quis cenſeatur ſentire de primogenito tantum, non de pluribus.*
20 *Iaſ. in conſi. 215. nu. 11. reprobatur.*
21 *Guid. Pap. deciſ. 467. defenditur.*
22 *Natus reputatur exiſtens in vtero.*
23 *Natus non reputatur, qui exiſtit in vtero in materia primogenituræ.*
24 *Legimatus per ſubſequens matrimonium, non ſuccedit in fideicommiſſo relicto filijs natis ex legitimo matrimonio, nec in feudo ſub eadem forma conceſſo.*
25 *Primogenitus non dicitur legitimatus per ſubſequens matrimonium, ſi ante matrimonium extabat legitimus, & naturalis, licet legitimatus fuerit primo natus.*
26 *Donatio vbi eſt facta ſub modo, & ſunt adiecta pacta, ſi modus non impleatur, & non ſeruentur pacta, tunc dominium rerum donatarum retransfertur ipſa iure in donantem præſertim ſi adſit Clauſula præciſa, & reſolutiua, Non aliter, nec alio modo.*
27 *Modus reſpiciens fauorem tertij, importat cauſam finalem.*
28 *Cauſam finalem, an importet modus, reuocari non poteſt in dubium quando id fuit expreſſum.*
29 *Captatoria diſpoſitio non valet.*
30 *Ingratitudo propriæ non dicitur inobſeruantia pactorum.*
31 *Generalis diſpoſitio admittit reſtrictionem, quam diſponens adiecit.*
32 *Implementi non ſecuti exceptio, nunquam videtur remiſſa, vel reiecta.*
33 *Renunciatio intelligitur facta ſecundum naturam actus principalis.*
34 *Conſtitutum ſimplex habetur pro conditionali, ſi contractus ſit conditionalis.*
35 *Ius ſtipulatione notarij quæſitum, non poteſt per donantem tolli.*
36 *Implementi defectus etiam minimus conſideratur.*
37 *Forma etiam in minimo non ſeruata vitiatur actus in totum.*
38 *Hæres qui ſi non dederit decem intra certum tempus iubetur dare fundum, non excuſatur ob defectum vnius nummi.*
39 *Paria ſunt non eligere, vel non rite, & valide, & contra formam præſcriptam eligere.*
40 *Diſpoſitio quæ fit decedendo ab inteſtato dicitur impropria, & non includitur in contractu.*
41 *Diſpoſitio quæ fit ex eo quod quis inteſtatus deceſſit, non admittitur vbi ex conιectaris requirebatur expreſſa, & ſpecifica diſpoſitio.*
42 *Impedimentum vt excuſet, debet impeditus facere quidquid in ſe eſt.*
43 *Vt ſupra, dictio, eſt relatiua omnium præcedentium qualitatum.*
44 *Relatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus.*
45 *Relatio fit ad omnia præcedentia.*
46 *Contrafacere dicitur, qui non facit, quod tenetur facere, etiam in pœnalibus.*

CONSILIVM CCCLXIX.

AMBIGVAM reddunt concluſionẽ pro Illuſtri Domino Andrea Bouio Bononienſi latè per Excellentiſſimum Dominum Menochium, & me confirmatam, ea quæ nunc ab Ecellenti D. Compromiſſario eruditè, & ſubtiliter excitantur: ſed meo quidem iudicio tolli commodè poſſunt. Inuerſo itaque ordine reſpondendo prius ijs quæ contra meam conſultationem obijciuntur, non obſtat quod etiam in diſpoſitionibus conditionalibus, & vbi agitur de forma, ſingularis numerus trahatur ad pluralem, ſi eadem ſit ratio, & diſponentis mens conue-
1 niat.† Bart. in l. ex duobus, ff. de vulga. Socin. in l. ſi fuerit, nu. 10. ff. de rebus dub. Iaſ. in l. qui filiabus, §. 1. num. 4. ff. de leg. 1. addo Archid. Io. Andr. Gemin. & Franch. in cap. vno, de rer. permutatio. in 6. Cardin. in Clemen. vnica, in 6. oppoſ. & ibi etiam Imola, colom. fin. de renunciat. Alex. in l. qui quartam, §. fin. num. 3. ff. de leg. 1. Rolan. in conſi. 38. num. 47. & 50. volum. 4. Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. glo. 9. num. 176. Burſat. in conſilio 363. num. 18. Riminal. conſil. 287. num. 14. Peralta, in l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fundum, nu. 5. ff. de leg. 2. in facto autem eadem videtur ratio in electione plurium, quæ in electione vnius: quia vtroque caſu conſeruatur agnatio, & familia, prout donans voluit, dummodo eligantur agnati, vt mandat donans. Reſpondeo enim, quod in caſu noſtro, non eſt eadem ratio, nec concurrit mens donantis: quia non ita conſeruatur decus, & dignitas familiæ ſeu agnationis, eligendo plures de familia, ſicut eligendo vnum, & ampla quoque patrimonia corrumpuntur diuiſione, vt dixi in ſecundo fundamento in prioribus ſcriptis. & hæc ratio eſt finalis cauſa erigendi maioratum, ſeu primogenituræ, vt dixi: quia magis conſeruantur bona vnita quã diuiſa, & ſplendor familiæ durat & continuatur, quod non contingit quando diuiduntur in plures. Ceſſante itaque ratione, ceſſat declaratio ſupra adiecta. Præterea, aduertendum cenſeo, quod illa ratio fuit conſiderata à donante ſolum poſt electionem vnius, & quoad poſteros talis eligendi, iuſſit enim fideicommiſſum fieri inter ſucceſſores eligendi pro conſeruãda agnatione, ideo ratio agnationis largè cõſiderari non poteſt, ni-
2 ſi in caſu ordinato à donante. † Pariſ. conſil. 71. nu. 37. in 3.

Digitized by Google

in 3. Menoch. alios citans conſi. 243. num. 52. & conſil.
274. num. 26. Molin. de primoge. lib. 3. cap. 5. nu. 20. in
ipſo autem eligendo ſtrictius, eſt conſideranda agna-
tio, vt ſcilicet bona remaneāt vnita & indiuiſa, voluit
enim conſeruari bona in deſcendentibus eligendi.
Addo quod de ſui natura, & inſpecta verborū pro-
prietate, ſingularis numerus nō trahitur ad pluralem,
3 vt præter adductos primo loco † voluerunt Io. Andr.
in cap. pluralis locutio, de reg. iur. in 6. Natta, cōſ. 112.
num. 2. conſ. 164. nu. 30. conſ. 501. nu. 35. cōſ. 506. nu. 4.
Bald. in Rubr. ff. ſi certum petat. col. fin. Alciat. in l. in
vſu, nume. 3. ff. de verbor. ſignificat. vbi quod in diſpo-
ſitione hominis nō trabitur ad plura niſi verba ex ſui
natura generalitatem ſignificent. & dicit Euerar. loco
54. colum. 3. quod alteratio hæc fit quando remanere
non poteſt in propria ſignificatione, niſi ſequatur ab-
ſurdum, vel iniquum. & dicit, quod hoc fit contra pro-
prietatem ſermonis. idem dicit Cæph. in conſil. 306.
nume. 44. idem voluit in conſil. 636. nume. 16. vbi reli-
ctis mobilibus in domo exiſtentibus, non veniunt quæ
4 in omnibus domibus reperta ſunt. † Et idem conſu-
luit Menoch. in conſi. 329. Riminal. conſ. 246. num. 70.
vbi dicit hoc fieri per improprietatem.
Quod ſi prædicta vera ſunt in alijs diſpoſitionibus,
attendi multo magis debent in cōtractibus, in quibus
5 verborum proprietas attēdi debet, † l. quidquid aſtrin
gendæ, ff. de verb. oblig. l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exer-
cito. Socin. & Sadulet. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. &
ſcdm Grammaticalem ſenſum, Card. in cap. relatum,
in vlt. notabili, diſt. 37. Neuiz. conſi. 92. nu. 11. & in con
6 tractibus fit ſtricta interpretatio. † Bald. conſ. 145. col.
pen. vol. 3. Roland. conſi. 58. nu. 64. in 3. Et quod in con
tractu ſingularis numerus non poſſit duci ad plura,
7 † ponit Decian. in conſil. 42. in fine, volum 3. vbi infert,
quod arbitri quibus in caſu diſcordiæ conceſſa eſt fa-
cultas eligendi tertium, non poterunt, duos vel plures
eligere, imò nec etiam vniuerſitatem: quia etſi dicatur
vnica, repræſentat tñ multos. eum ſequitur Riminal. in
conſil. 525. nu. 20. & ſequ. vbi infert, quod contrahens
nomine perſonæ nominandæ, non poteſt nominare
plures, per prędictam rationem. ſic etiam licentia ven
dendi, vel alienandi feudum, aut emphyteuſim, non
8 trahitur ad duos emptores, vel acquiſitores. † Marin.
Frecia, de feud. lib. 2. quæſt. 8. vbi nume. 2. dicit, quod
licentia permutandi beneficia, non extenditur vt fieri
poſſit cū duobus beneficijs. ſequitur in feudo Corbul.
de cauſa priuatio. ob alienat. ampliatio. 5. per totam,
aliud ergo eſt in contractibus, & aliud in vltimis vo-
luntatibus, & vt dictum eſt, ſingularis numerus etiam
in materia electionis, non extenditur vltra vnum: nos
autem ſumus in contractibus, ideſt in donatione, quæ
9 eſt contractus nominatus. † gloſ. in l. in ædibus, §. 1. in
verſ. ex rebus, ff. de dona. Alex. poſt alios, in l. iuris gen
tium, in princ. num. 6. & ibi Iaſ. num. 8. ff. de pact. com-
munem poſt multos profitetur Clarus, in §. donatio,
quæſtio. 1. Atque ita duplex ad hoc motiuum affertur
reſponſio. Prima, quod non eſt eadem ratio in pluri-
bus, quæ eſt in vno. Secunda, quod contraria loquun-
tur in vltimis voluntatibus, non autem in contractu,
in quo verba propriam ſuam ſeruant naturam, & ſin-
gularis numerus in vno, pluralis in pluribus verifica-
tur. Tertia etiam additur, qđ in præſenti facto concur
rit voluntas teſtatoris ex alijs declarata, ideſt ex mul-
tiplicatione ſingularitatis, & alijs de quibus inferius
dicam in reſolutione ſecundi obiecti. Vnum tamen vl-
tra conſiderata in primis ſcriptis non omitto, quod
vnitatem etiam conſiderauit donans, quando iuſſit fi-
deicommiſſum fieri quoad reliquos vltra primo no-
minandum, & rurſus, quoad dicti primo nominandi
poſteros. rurſus, & tertio, quando mandat, quod om-
nes etiam incluſo primo nominando obtemperent
diſpoſitioni quam Epiſcopus faciet, & ita ſingularita-
te vtitur tribus alijs in locis, pter alios aliàs relatos.
Addo, quod excepto primo nominando ſemper lo-
quutus eſt in plurali, dicendo, nunc reliquos, nunc po-
ſteros, nunc omnes agnatos; & ideo, cum diſcretiuè
loquutus fuerit de ſingulari, & plurali numero, infer-
tur, quod eorum proprium ſignificatum confundere
non voluit. argumento eorum, quæ ponit Crauet. in
conſi. 677. nu. 3. verſ. ſecūdo rñdetur. Simon lib. 3. inter
pret. 3. dubit. 4. ſolut. 1. num. 43. fol. 326. Gabriel. com.
opinio. lib. 6. de verb. ſignif. concluſ. 1. num. 93. ſi enim
voluiſſet plures eligi poſſe, facilè fuiſſet ei loqui in plu
rali numero, vt fecit quando voluit, argumēto l. vnicæ,
§. ſin autem ad deficientis, C. de cad. toll.
Eodem modo diluitur ſequens oppoſitio, qua dici-
tur, ex eo ſolo quod donans ſingulari numero vſus
fuerit, non inferri quod voluerit bona ad vnum non
ad plures peruenire, ex quo iura ſunt clara: quod etſi
vnus eſſet eligendus, tamen non facta electione, om-
10 nes admittuntur. † l. ſi quis Titio, §. fin. ff. de leg. 2. l. ſi
quis in teſtamento, ff. de fideicom. liber. nam hæc iura
loquuntur in vltimis voluntatibus. Præterea in eis ſe-
mel tantum dictum eſt de vnius electione, hic verò ſæ-
piſſimè, quia quater dicitur de vno, & de vno etiā fra-
tre meminit, cum vult vnū ex filijs fratrum eligi: quia
dicit, vnum ex filijs alicuius ex fratribus, adeo, quod
non etiam ex pluribus fratribus eligi poterant filij,
vltra quod hæc bona vni ipſi Epiſcopo reliquerat; vn-
de non ſit mirandum, ſi ea ad vnum quoque non plu-
res voluit peruenire. multis autem iſtis concurrenti-
bus, apparet donantis voluntas, quod bona ad vnum
tranſeant, licèt non reſultet ex eo ſolo, quod ſemel tan
tum de vno fecerit mentionem: quælibet enim acce-
dens coniectura ſufficit ad colligendum eiuſmodi vo-
luntatem, ideo ſi dixit, ei qui, non videtur teſtator co-
gitaſſe de plurib. Caſtr. in l. quoties, la 1. ff. de reb. dub.
vbi etiam Soc. idem Soc. in l. ſi fuerit, num. 6. ff. eo. qui-
nimo, vbi vtit ſingulari numero ſine alia adiectione,
11 videtur in dubio ſentire de vno, vt per † Aret. in conſ.
155. Diligenter viſis, colum. 2. vbi dicit, quod teſtator
ponendo numerum, & terminum ſingularem, vide-
tur voluiſſe ſubſtituere vni, & non pluribus. Socin. d. l.
ſi fuerit, nu. 6. & in conſi. 88. col. 1. vol. 3. in verſ. perſua-
detur, vbi loquendo in conceſſione feudi facta duobus
fratribus, vocatum fuiſſe vnicum primogenitum, non
aūt primogenitos amborū fratrum: quia in ſingulari
fuit dictū de primogenito. & in terminis noſtris idem
voluit Iaſ. in conſ. 215. nu. 8. verſic. ſecundo facit, vol. 2.
vbi dicit, quod vnus tm̄ pōt eligi. & clarius hoc firmat
nu. 11. vbi admittit, qp nō poſſent eligi plures, licèt exi-
ſtimet in caſu omiſſo, ideſt grauato non eligēte, omnes
admitti, quòd eſt erroneum, vt demonſtraui in primo
reſponſo, & dicam latius infra. ſufficit autem, quod in
eligendo Iaſon ſtet pro hac ſententia, dum expreſsè
concludit grauatum non poſſe eligere duos. idem ſe-
12 quendo † Soc. & Iaſ. tenuit Menoch. qui & ipſe loqui-
tur in diſpoſitione Imperatoris, in conſil. 158. num. 41.
42. & 43. Simon loquens in primogenitura, de inter-
pret. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dubit. 3. ſolut. 3. nume. 11.
fol. 337. vbi ex hoc qp ſubſtituerit quis ſuū proximiorē
agnatum maſculum, infert, quod vnū voluerit, & plu-
res excluſerit. & in eodem Triultiorum facto, idē hac
ipſa ratione ſuſtinuit Marzar. in conſi. 28. nu. 7.
Ad textus in cōtrarium allegatos reſpondeo, quod
non modo in primo dicto non repugnant, ſed hanc
ſententiam comprobant, quia non dicunt, quod pluri-
bus poſſit hæres dare, quinimo cōtrarium diſponunt,

quod vni ſolidet, vt ibi videri pôt, ſed in hoc videntur
contradicere deciſioni noſtrę illi text. quatenus dicũt,
quod grauato non eligente, oẽs admittũtur. Cui tamẽ
obiecto rũdeo, procedere, quia electione non facta, di-
gnoſci non puterat quibus teſtator magis relinquere
voluerit, vel quem prę ter alios diligeret, ita ꝙ prę ferri
poſſet ceteris, ideo, pro ſuſtinẽdo legato vocantur oẽs,
& hæres ꝑꝑ propriam contumaciam eam patitur pœ-
nã, vt dicitur in d. l. ſi quis in teſtũ, in fi. iuncta glo. fin.
& idẽ ponit Bar. in d. l. ſi quis Titio, §. fin. & hoc innuit
tex. iuncta gl. in verſic. ſententia, in d. l. ſi quis in teſta-
mento, dum ibi habetur, quod oĩum admiſſio procedit
ex impropria teſtatoris voluntate. Verũ in pręſenti fa-
cto, ſi admittamus, quod donans voluerit vni ſoli relin
qui, habemus ſatis certã volũtatem, qđ primogenitus
ſuccedat: quia in rebus, quæ vni tantũ deferri poſsũt,
13 ſuccedit ſolus primogenitus, † vt poſt Ang. Franch.
Aret. Roder. Soarez, Didac. & Lupum concludit Me-
noch. d. conſ. 158. nu. 42. dixi in conſ. 279. n. 19. & alios
citaui in primis ſcriptis, in 2. fundamẽto. Peralt. in d. l.
vnum ex familia, §. ſed ſi quis fundũ, nu. 19. verſ. ſuper-
eſt, ff. de leg. 2. quæ primogenituræ ratio augetur in ca-
ſu noſtro, quia donans voluit bona hæc conſeruari in
familia, & non aliter poſſunt conſeruari in familia, &
ad vnum ſolum peruenire, quã ſi ad primogenitũ deſe
rantur. ceſſat autem hæc conſideratio in dictis legibus
pro aduerſa parte citatis, in quibus agnationis ratio
nõ potuit cõſiderari in ſeruis & libertis, nec relicti qua
litas id poterat ſuadere, ideo non mirum ſi non obſtan
te quod teſtator voluerit vni ſoli relinquere, omnes in
caſu electionis non factæ admittuntur, cum nemo eſſet
ex illis, qui dici poſſet prædilectus, & niſi oẽs admiſſi
eſſent, erat periturum legatũ tanquã incertæ perſonæ
factũ, quæ nullo euentu poterat certificari: ſecus aũt in
ꝓpoſita facti ſpecie dicẽdũ eſt, in qua & agnatio atten
ditur, & in ipſa agnationis ratione volũtas teſtatoris
cõmodè ſeruatur, ſi bona ad primogenitũ tranſeant.

Hoc autem modo intelligendo, defenditur deciſio
quàm firmaui, quod vbi teſtator voluit vnum, & non
plures eligi, tũc mortuo grauato electione non facta,
bona ad vnum tantum non ad omnes deuoluuntur,
14 † quam ſententiã bene cõfirmat Molin. in d. tract. pri-
mogen. lib. 2. c. 4. nu. 42. vbi allegat Gregor. & Padil. &
eis addo Peralt. d. §. ſed & ſi quis fundum, n. 19. verſ. ſu
pereſt. & ratione defenditur, ſi enim vult quod vnus
eligi poſſit, & pluralitatem abhorruit, nõ ſatisfit mẽti
quando electione non facta omnes admitterentur, tũc
autem omnes admittuntur, qñ colligi non pôt quis ex
voluntate diſponentis præferendus ſit, vt in dictis dua
bus legibus. Et hanc rõnem diuerſitatis nõ apprehen-
dit Iaſ. qui in cõſi. 215. credidit oẽs eſſe admittendos.

Ad id verò, quod opponebatur non eſſe attenden-
dam geminationẽ qñ cadit ſuper diuerſis, & qñ eſt fa-
15 cta incontinenti, † per ea quæ ponit Fel. in c. ſi cautio,
de fide inſtr. Iaſ. §. in perſonam, inſtitu. de action. quia
hæc procedunt in caſibus particularibus, qñ ſcilicet ex
diſpoſitione legis, vel ſtatuti tres vel duo actus requi-
runtur: tunc enim non ſufficit quod eodem tpe ille ter
fiat, vt dicunt Doct. de tribus apocis ſeu ſolutionibus,
quæ faciunt præſumi quod retro ſemper fuerit ſolutũ,
tunc non ſufficit quod eodem tpe confiteatur quis de
pluribus ſolutionibus, ſic vt tollatur exceptio pecuniæ
nõ numeratæ, requiritur geminata confeſſio facta di-
uerſo tpe. & plura adduci poſſunt exempla; Sed cũ quæ
rimus, an teſtator aliquid enixè voluerit, & intensè ex
petiuerit, & cum miſterio, nõ a:it caſu loquutus fuerit,
tunc ex geminatione etiam facta eodem tpe, colligunt
præciſam, enixam, & deliberatã mentem diſponentis,
16 † & ita loquitur tex. in l. Baliſta, ff. ad Trebell. vbi con
ſiderat geminata verba eadem oratione contenta. &
idem dicunt, quando extant verba quæ important ge-
minationẽ, vt quandocunque, quomodocũque, quali-
tercunque, & ſimilia. Salic. in l. 2. C. de noxalib. Soc. l.
quidam relegatus, nu. 9. ff. de reb. dub. Crot. conſi. 104.
nu. 5. Natta conſ. 159. nu. 11. Capic. deciſ. 88. n. 5. Rum.
conſ. 109. nu. 6. vol. 5. Cæph. conſ. 144. num. 19. hac ipſa
ratione dicunt Doctores, quod geminatio verborum
ſine filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo ma-
trimonio natis, excludit legitimatum per ſubſequens
matrimonium. Bar. in l. cum ſcimus, C. de agricol. &
cenſ. lib. 11. Dec. in conſil. 155. col. vlt. conſil. 181. col. 1.
Rim. ſen. Bero. Curt. iun. Cæpha. & Decian. quos citat
Peregr. de fidecom. artic. 27. nu. 40. Card. Mantica, de
coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 10. & ſæpe a Do-
ctoribus conſideratur geminatio verborum facta in
eadem, & vnica oratione, vt latè ponit Simon de in-
terpret. vlt. volunt. lib. 2. interp. 4. dubit. 2. ſolut. 4. num.
21. & ſeqq. folio 158. vbi quod geminatio arguit præ-
ciſam, & enixam voluntatem diſponentis, etiam ſi fa-
cta ſit ſimul, & vno inſtanti: quia non debet eſſe ſine
effectu. & infert ad plures deciſiones, & ego repoſui in
conſ. 179. nu. 18. Petra in tracta. de fideicom. quæſt. 15.
num. 200. Sic etiam colligitur voluntas ex eo, quod in
diuerſis ſubſtitutionibus teſtator vnam qualitatem ſæ
pius repetiuerit, vt quando loquendo de deſcendenti-
bus vnius, adiecit maſculos: deinde loquendo de alio,
17 dixit, quoque maſculos. † Abb. in conſil. 36. vol. 1. Ga-
briel. com. opin. lib. 4. tit. de teſtam. concluſ. 10. num. 1.
Menoch. conſ. 95. nu. 81. & in tract. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 84. n. 43. infinitos allegat Molin. de primog.
Hiſpan. lib. 3. cap. 5. nu. 56. vbi loquitur in diuerſis ſub-
ſtitutionibus. Cæphal. conſ. 251. nu. 77. Facit, quia etſi
qualitas adiecta in vno capitulo nõ referatur ad aliud
diuerſum & ſeparatum, tamen multum operatur ad
declarãdum mentem diſponentis, etiam circa diuer-
18 ſam perſonam. † Bart. & Ang. in l. vtrum, ff. de petitio.
hæred. Ang. & Imola in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb.
oblig. latè Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 34. & ne im-
morer multum ſuper generalibus regulis de virtute
geminationis, qđ ẽt operetur circa diuerſas perſonas,
& caſus, & orationes, videri poſſunt infiniti citati a Ru
llico, in tract. quando fil. poſit. in cond. lib. 2. c. 5. nu.
5. & multis ſeqq. Petra, in d. tract. quæſt. 1. nu. 33.

Et in terminis, qđ loquendo geminatè in ſingulari
numero, videatur, quis ſentire de primogenito tñ, &
16 non de pluribus, † voluit Marza. in conſi. 18. nu. 8. vbi
ſuſtinet hanc ſniam, & allegat Cuma. Aret. & Soci. qui
mouẽtur ex vi ſolius numeri ſingularis, & gauiſus ſum
inueniſſe illud conſilium, quod non videram, qñ primũ
ſcripſi. & ſauè ſi rectè conſideretur, nũ ab re, aut incon-
ſulto, & inopinatè donator ſemper dixit de vno.

Ex his non eſt curandum, quod Iaſ. d. conſi. 215. n. 11.
20 tenuerit, † quod electione non facta, omnes veniant:
quoniam conceſſo antecedenti, quod vnus tantũ poſ-
ſet eligi, vti iam ex illmo luculenter probatum, fatẽ-
dum eſt, vnum quoque mortuo grauato non facta ele
ctione admittẽdum eſſe: quia habemus contra Iaſ de-
ciſionem Padillæ, Peral. Gregor. & Molin. qui omnes
dicunt, primogenitum tali caſu ſuccedere.

Deciſio porrò Guid. Pap. 457. non deſtruitur, eo ꝙ
dubitauerit de illa Molin. lib. 1. cap. 5. num. 34. & illam
expreſsè impugnauerit Theſaur. Pedem. deciſion. 170.
num. 11. quoniam ſat eſt nobis, quod ea communiter
21 ſit approbata; † nec refert, quod vnus aut alter diſſen-
tiat; quod autem recepta ſit communiter, probat Mo-
lin. loco præcitato, vbi allegat infinitos qui eum ſe-
quuntur. addo Marzar. d. conſil. 28. nume. 5. Decian.
conſil. 16. nume. 31. in 4. volum. Burſat. in conſil. 354.
num.

num.13. Peralt.in d.l. vnum ex familia, §. ſed & ſi fun-
dum, nume.19. & Menoch.in conſil.158. nume.43. &
Moliu. in loco præcitato non impugnat Guid. ſed di-
cit, quod ex ſolo præcepto ferendi nomen, & inſignia
familiæ non inſurgit certa coniectura, quod teſtator
voluerit bona conſeruari in familia, & deferri ad ſo-
los primogenitos, quod non etiam tenuiſſet Guido ni-
ſi acceſſiſſet alia ratio, quod ſcilicet teſtator vnum ſub-
ſtituerat, non plures. Theſaurus etiam dicit, quòd ſi
accedat alia coniectura, res erit clara, puta, ſi res ſit
maiorum, vel caſtrum ad quod teſtatoris affectio poſ-
ſit conſiderari: in facto noſtro concurrit quod quater
locutus eſt donans de vno, & illum voluit eligi ex vno
non ex pluribus fratribus, quod non prohibuiſſet ſi
plures potuiſſét eligi, quia nihil omnino intererat qđ
duo filij diuerſorum patrum potius quam ex eodé pa-
tre eligerentur, niſi vnicus fuiſſet eligédus, & iam hæc
bona fuerant in vnum ipſum D. Epiſcopum collata,
atque ita cũ opinio Guid. Pap. procedat in fortioribus
terminis, & concurrunt plura alia in facto noſtro, quæ
deſiderabantur in ſuo, vbi etiam ea deciſio non ſuſtine
retur, non per hoc argui poſſet ad caſum noſtrum.

Nec verũ eſt quod moueatur Guid. Pap. ea ratione,
quia ſolus primogenitus in Gallis deferat arma, nam
conſiderat ſingularitatem, & qui eũ ſequuntur mouen
tur ex ea, & voluntate conſeruãdi agnationé, & ita lo-
quuntur oẽs quos citaui, nec vnus quidem reperietur
qui ſe fundet ſuper ea conſuetudine; & rõ illius deci-
ſionis ita verè deducenda eſt, qm̃ ex præcepto deferen-
di inſignia inſurgit agnationis conſeruandæ rõ, ex ſin-
gulari elocutione colligitur rem apud vnum eſſe debe
re coniugendo itaq; vtramq; qualitaté, infertur con-
cluſio, quod ſi eſſe debet apud vnum in agnatione, tran
ſibit ad ſolum primogenitum, per concluſionem ſupra
formatam, quod vbi bona ad vnum tranſire debent ex
diſpõne alicuius, nõ alius quã primogenitus ſuccedit.

Poſtremo nõ obſtat, quod exiſtens in vtero habea-
tur pro nato, l. qui in vtero, ff. de ſtatu. hom. & ideo ad-
mittendus ſit Dominus Carolus: quia retrotrahitur
22 natiuitas ad tempus præambulum. Aret. † in l. poſthu
mo, C. de collat. Zucchard. in l. poſthumo, nume. 5. & 8.
C. de contratabu. facit Melch. Paleaz. io tract. maio.
par.3. quæſt.2. vbi dicit, quod poſſeſſio continuatur in
eum, qui eſt in vtero, ſi vocatur ad primogenituram,
vel maioratum, & ſubdit, quod præſumitur maſculus
non femina. Ad hæc enim omnia, & alia ſimilia, quæ
poſſent allegari, reſpondeo, quod procedunt, quando
non eſt facta expreſſa mentio de iam natis, tunc enim,
quia verba non conueniunt, non etiam conuenit di-
23 ſpoſitio, vt probaui in materia primogenituræ, † ex
Alex. in conſ.123. nu.2. vol.1. Soc. Decio, Alba, Rol. Me-
noc. & Rim. quos oẽs citaui in primis ſcriptis. in verſi.
qđ autem dicebatur, vbi ꝓbant, quod ſi vocatur maior
natu, is debet eſſe talis tẽpore delatæ ſucceſſionis, ver-
ba enim contractus in primis conſideranda ſunt in
huiuſmodi primogenituris, vt poſt Nicol. de Matar. di
cit Bald. in l. liberti libertęque, nu.18. C. de oper. libert.
Rom. in conſi.29. in prin. Caſtr. conſi.164. nu.2. in fine,
vol.2. Alex. conſ.4. nu.14. vol.4. Dec. conſ.443. num.22.
& 24. Tiraq. de primog. q.40. nu.164. Molin. in d. tract.
lib.1. c.2. n.27. & c.14. in fi. & lib.3. c.8. nu.5. Crau. in cõſ.
677. nu.5. & ſeq. Et ideo, q̃uis ſubſequẽs matrimoniũ
legitimet filios ante natos, & fingat matrimoniũ retro
fuiſſe factũ, & filios legitimæ natos à principio, tñ non
trahitur retro quoad ea quæ habent determinatã di-
ſponentis voluntatem, ſecũdum Bald. in l. in teſtõ, nu.
14. in fine, C. de teſta. milit. Alex. in l. Lucius, num.17. ff.
de vulg. Card. Mantica, de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.12.
nu.19.20. & 22. vbi poſt alios cõcludit, quod legitima-
tus per ſequens matrimonium, non ſuccedit in fidei-
commiſſo relicto filijs natis ex legitimo matrimonio,
24 nec in feudo ſub eadem forma conceſſo, † ſic legitima-
tus per ſequens matrimonium, non dicitur primoge-
nitus ſi ante matrimoniũ extabat legitimus & natura
lis, licet legitimatus fuerit primo natus, & ſequẽs ma-
25 trimonium fingatur à principio contractum, † vt poſt
multos tradit Tiraqu. in tract. primog. q.34. Molin. in
d. tract. li.3. c.1. nu.7. multos addit Pereg. de fideicom.
artic.27. num.35. in caſu autem noſtro, qualitas illa na
tiuitatis attendi debet, & adeſſe tẽpore delatæ ſucceſ-
ſionis, vt dixi ſupra, & probat Alex. d. cõſ.123. late Me
noch. conſi.220. num.127. Peregr. d. artic.24. num.29.
Decian. d. conſi.16. nu.34. in 4. fictio ergo non opera-
tur, quando verba ſunt vno determinato modo prola-
ta, præcipuè in contractibus. & propterea licèt primo-
genitura deuoluatur etiam ad eum, qui eſt in vtero, vt
dixit Melch. Paleaz. loco præcitato, tamen aliud eſt,
quando vocatur natus. ſubſiſtunt itaque omnia funda
menta per me iacta in conſilio antea reddito, nec tol-
luntur ex coniecturis adductis, præcipuè ratione agna
tionis; quia, vt dictum eſt, ea ratio nõ ita impletur per
plures ſicuti per vnum, ex quo ſplẽdor familiæ melius
reſtituetur conſeruando bona vnita & indiuiſa, quam
in plures partes ſcindendo. Et negat, qđ bona donata
poſſint in plures tranſire, quinimo, cũ ſemꝑ vnũ voca-
uerit, qñ in fine vocauit ſucceſſores, & ſuos poſteros, in
telligi debẽt vocati eo modo quo alij ſupra fuerãt ele-
cti, & ita vt ſolus haberet ea. ſimiliter facultas cõceſſa
Epiſcopo in teſtamẽto, nõ immutat ꝑdictã diſpoſitio-
nem: quinimo confirmat, quia de fructibus nõ de pro-
prietate loquitur, quocirca retorquetur argumẽtum.

Nec minus facile defendi poſſunt ab impugnatio-
nibus ſcripta Excel. D. Menochij ſi rectè oĩa examinen
tur; nam etſi donatio facta ſit ſub modo, & conſequen
ter dñium fuerit in donatarium tranſlatũ, tñ quia pa-
cta in donatione adiecta non fuerũt ſeruata, & non im
pletus modus rerũ donatarum, dñium retrãſlatũ fuit
26 ipſo iure in donãté, ex ſpeciali fauore donationis, † vt
eſt tex. in l.1. C. de donat. quæ ſub modo, gloſ. in l. tradi
tionibus, vbi Doctor. præcipuè Curt. iun. nu.26. C. de
pact. & vbi etiam non fieret retranslatio ipſo iure, non
eſt dubium quin repeti poſſit res donata, ſi pacta non
ſint obſeruata, vt latè probat D. Menoch. in ſuo reſp.
præcipuè, qñ adeſt Clauſula præciſa, & reſolutiua, &
nõ aliter, nec alio modo, tũc enim retrãsfertur dñium
ſecundum Bald. in l. ea lege, col.3. C. de cond. ob cauſ.
Rol. conſi.62. num.41. in 2. Narta conſi.531. num.2

Et quamuis donatio nõ reuocetur ob modum non
impletum, qñ is non fuit finalis cauſa relicti; tñ com-
munis eſt opinio, quod vbi modus reſpicit fauoré ter-
tij, non donantis, aut donatarij, tunc dicatur importa
27 re finalem cauſam. Bar. † in l. quibus diebus, §. Termi-
lius, col.1. ff. de cond. & dem. vbi ſequũtur omnes alij,
& in l.2. §. fin. ff. de donat. Ang. conſi.124. nu.4. Soc. cõſi.
26. nu.4. vol.3. Alex. conſi.127. nu.3. in 7. Dec. in conſi.
238. in fine. Bald. Nou. in l.1. nu.350. ff. ſolu. matr. Ruin.
conſ.61. nu.5. vol.2. Bero. conſi.22. nu.76. vol.2. Alciat.
conſi.217. num.4. Natta in conſi.609. num.13. Crauet.
conſil.59. nume.4. Oſaſc. deciſio. Pedemon.50. nume.
tertio. Peregr. in tracta. fideicom. artic.11. nume.125.
Hæc autem facultas nominandi, & eligendi vnũ, reſpi
ciebat fauoré eligendi, ergo dicitur cauſam finalé con-
tinere. Prætere a, negari non põt, quin reſpiceret etiam
fauorem ipſius donantis, qui voluit hæc bona conſer-
uari in ſua agnatione, vti legitur in donatione, at vbi
modus reſpicit ipſius donantis fauorem, admittunt
Bart. & alij omnes ſupra citati, quod dicatur finalis
cauſa actus. Et illa Clauſula, & nõ aliter, hoc ĩportat,

quod donans non aliter erat donaturus, niſi cum eo
pacto; quando autem id exprimitur, tunc reuocari
28 non poteſt in dubium an ſit cauſa finalis. † ita Bal. in
conſ. 340. nu. 4. vol. 3. Soci. in conſ. 183. nu. 3. in 2. Decia.
in conſ. 41. nume. 19. verſ. item etiam eſt præſciendum,
vol. 1. vbi addit Corne.

Et nõ repugnat, quod electio fuerit commiſſa ſuper
nominatione, non ſuper ſubſtantia, & diſpoſitione: qa
veriſſimum hoc eſt, & ſuſtinet diſpoſitionem, quæ alias
eſſet captatoria, & non valeret ſi ſubſtantia collata eſ-
29 ſet in voluntatem Epiſcopi, † vt per Bald. in l. cum qui-
dam, nu. 5. ff. de leg. 2. vbi Peralt. in prin. Pariſ. conſ. 38.
vol. 3. Bero. conſ. 23. nu. 31. in 2. Crot. conſ. 11. num. 4. ſed
cum electio data fuerit in vim modi, & per ea verba cũ
pacto, lege, & conditione, debuit impleri, aliàs ſtante
Clauſula, & non aliter, & illa etiam Clauſula ceſſante
diſpoſitio reuocatur, imo habetur pro non facta: quia
modus adiectus qualificat actum, & ſemper modus re
ſpicit qualitates, & accidentia, & nõ ſubſtantiã actus,
aliàs impediret ortum actionis & obligationis, vti ſa-
cit conditio: quare non infertur, modus reſpicit ſolam
nominationem, ergo eo non impleto, ſuſtinetur actus.
Et quod adijcitur, iudicem debere eligere, ſecundum
Bero. dicto conſ. 23. & Peralt. ſublatum fuit per me in
priore reſponſo, vbi adduxi Molinam impugnantem,
& facit quod dictum eſt, bona ad primogenitum tranſ
ferri, quando vnus erat eligendus, & non fuit electus.
Et alia generalis regula, quod vbi bona ſunt ſeruanda
apud vnum, tunc ſolus primogenitus admittitur. Quæ
Cõcluſiones deſtruunt opinionem Bero. & Peralt. fun-
datam ſuper eorum falſa imaginatione, non ſuper ra-
tione, aut lege.

Per hæc ſublata ſunt quæ copioſè recitantur conſti-
tuendo differentiam inter reſignantem ſub modo, vel
cũ Clauſula, & non aliter, nec alio modo, & donãtem:
nam virtus Clauſulæ prædictę hoc operatur, non etiam
reſignationis natura, ideo quæcunque in diſpoſitione
ponatur Clauſula, erit idem effectus, & ſpecialiter in
ipſa donatione, in qua etiam ſi non adſit Clauſula, &
non aliter, diximus induci reuocationẽ ſi donantis vo-
luntati non ſit obtemperatum, deſcendit enim hoc à
natura modi, vt reſoluat actum ſi illi non ſatisfiat.

Argumentum verò deductum à promiſſione non re-
uocandi, & ob ingratitudinem, quamuis multum ſtrin
gere videatur, quaſi non poſſit reuocari ob pacta nõ ſer
uata, ſi pp ingratitudinẽ reuocari non poteſt, cum nul-
la maior dari poſſit ingratitudo quam pacta nõ ſerua-
re, Ripa poſt Bal. & Alb. l. fin. n. 101. C. de reuoc. donat.
facilè etiam tollitur: quia contrarium tenuit Abb. c.
fin. nu. 2. verſ. quintus caſus, de donat. vbi quod in ob-
ſeruantia pactorum non dicitur propriè ingratitudo,
30 † ideo ibi non fit mentio de inobſeruantia pactorum,
licèt aliæ recitentur ingratitudinis ſpecies.

Secundo reſpondeo, quòd remiſſa ingratitudine,
nõ cenſetur remiſſa inobſeruantia pactorum, quæ fuit
expreſsè ſtipulata, quia etſi in generalem diſpoſitionẽ
non cadat reſtitutio, tamen ea admittitur, quam diſpo
31 nens adiecit. † Bar. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruct.
leg. Rum. in conſil. 20. nume. 18. volum. 1. in conſilio
288. nume. 11. volum. 2. cum ergo adiecta ſit conditio
ſeu modus quod fiat electio, aliàs donatio non valeat,
remittendo donator ingratitudinem, non videtur re-
miſiſſe eam q̃ ſibi in ſpecie reſeruauit. facit, quia exce-
ptio implementi nõ ſecuti, nunquam videtur remiſſa,
32 vel rejecta. † Bart. in l. 1. §. & parui, ff. qđ vi aut clam.
Crau. alios citans in conſi. 55. num. 1. & ſeqq. vbi multa
congerit, aliàs videretur donans mutare voluntatem,
& ſeipſum incontinenti corrigere, contra iuris præ-
ſumptionem, & communes regulas.

Tertio reſpõdeo, quod ex quo donatio facta fuit ſub
modo prædicto, ipſa quoque ingratitudinis renuncia-
tio intelligi debet facta ſub eodẽ modo, ſi donatarius
elegiſſet, & de bonis ſecundum formam ſibi à donante
præſcriptam diſpoſuiſſet; quia renunciatio intelligitur
33 facta ſecundum naturam actus principalis. † Bald. in
l. fin. §. item quæſitum, ff. de cond. indeb. Caſtren. conſil.
143. col. 1. volum. 2. Iaſ. in §. fuerat, nume. 76. Inſtitut. de
action. & dicunt Bald. & Fulgoſ. in l. diuerſa, circa me-
dium, C. de tranſact. quod omnes renunciationes in
compromiſſo appoſitę intelliguntur, ſi actus principa-
lis effectum habuerit, Iaſ. in l. ſub prætextu, la prima, in
fine, C. de tranſact. Tiraq. qui multis ſimilibus deciſio
nibus comprobat, de conſtitut. poſſeſſ. in 3. parte, in 7.
limitat. num. 31. & ſeq. ſic conſtitutum ſimplex habetur
34 pro conditionali, ſi contractus ſit cõditionalis. † Ang.
in conſil. 373. colum. 1. Alex. Dec. Gozad. & Grat. citati
à Tiraq. in dicto tractatu, ampliat. 15. num. 3. quia om-
nes Clauſulæ ſequuntur naturam principalis contra-
ctus, vt in locis prædictis. propterea ſi donatio eſt ſub
modo, renunciatio ingratitudinis, & aliæ intelligun-
tur ſub eodem modo factæ.

Falſum porro eſt Dilemma, quo dicitur, aut dona-
tio facta eſt fauore donantis, & ei ſatisfit cum bona
agnationem non exeunt, aut donatarij, & ipſe huic be-
neficio renunciare potuit, aut fauore eligendi, & tunc
defectus electionis eligendo non nocet: nam ex prædi-
cta reſolutione non infertur, quod ſuſtineatur dona-
tio, quia in primo caſu facta eſt fauore donantis qui-
dem, ſed non fuit ſatisfactum ex eo quod agnati poſ-
ſunt ſuccedere, cum vnus eſſet tantum eligendus, &
electione non facta, plures prætendant admitti, & de-
claraui ſupra, quod voluit quidem bona conſeruari in
agnatione, ſed vnita & indiuiſa, & apud vnum, ergo ſi
multi concurrunt, & vnius electio non eſt facta, modus
non eſt impletus ſecundum ſuam formam, & manda-
tum donantis. In tertio etiam caſu, quando fauore eli-
gendi, idem eſt: quia ſi plures admitterentur, fieret præ
iudicium eligendo; ſi verò volumus electionem pro fa-
cta haberi, tunc primogenitus ſolus ſuccedet, tanquam
ſi electio ſit facta, iuxta regulam ſupra ſæpius repeti-
tam, quod primogenitus ſolus ſuccedit, quando bona
peruenire debeant ad vnum, & iuxta deciſiones Peral
tæ, Padillæ, & Molinæ in meis ſcriptis allegatas. Et
ſtare non poteſt quod ſubannectitur in motiuis, do-
nantem fuiſſe etiam ſine hac eligendi neceſſitate reli-
cturum, contradicit enim verbis, & menti teſtatoris,
qui dixit, & non aliter, nec alio modo, &c. quæ verba
ſunt directo contraria huic aſſeuerationi, & illam ex
diametro oppugnaret.

Quod ſi (vt in motiuis) ius eſt eligendis adeo ex ſti
pulatione Notarij quæſitum, vt nullo modo tolli poſ-
35 ſit, etiam per ipſum donantem, † vt per Ripam, in l. fi.
nume. 120. C. de reuoc. donat. Roder. in l. quoniam in
prioribus, quæſtio. 8. nume. 1. & comprobat Melch.
Pallaez in d. tract. maior. par. 1. quæſt. 24. nume. 14
vbi allegat Ant. Gomeſ. retorqueo argumentum, & di
co, quod ſicuti vnus erat eligendus, ita vnus debet ha-
beri pro electo, & cũ illius perſona ſit incerta, primo-
genitus cenſetur vocatus ſecundum prædicta. Sed inhæ
rendo fundamento Domini Menochij reſpondeo ali-
ter, quod id procedit, quando certa eſt perſona: quia il
li ius eſt quæſitum. at ſi nolimus intelligere de primo-
genito, perſona incerta erit, & proinde illi non erit ac-
quiſitum ius; quod ſi dici poſſet ius quæſitum, non eſ-
ſet quærendum an donatio corruat.

Reſpondeo tertio, quod ius non eſt quæſitum: quia
electio non eſt facta, & ita modus nõ eſt ſeruatus, quo
ſtante, donatio habenda eſt ac ſi non eſſet facta, quoad
eum

Digitized by Google

eumqui modum non impleuit. An poſtea modo non
impleto;& donáre priuato, D. Carolus admitti poſſit
ex donatione,aliud eſt quæſitum. Et hic negatur,quod
priuatio facta ſit intuitu Domini Caroli,ſed dicitur fa
cta intuitu primogeniti ſucceſſiui.

Et non eſt verum,quod donans duo fecerit, donaue
rit ſcilicet, & fideicommiſsum fecerit: nam primum
quidem fecit,ſed ſecundum fieri mandauit;propterea
qui mandatum non impleuit,commodo priuatur.

Minus reſiſtit, quod ex quo electio demandata fuit
ea ratione,vt bona conſeruentur in ſamilia, videtur ſa
tisfactũ menti donantis,etiam non facta electione, &
hoc ſufficit etiam quando verba ſunt limitata,& taxa-
tiua,vt per Soc.iun. in conſil. 281. num. 54. in ſecundo,
cum infinitis ſimilib. illa enim procedunt,quando agi
mus de ampliando diſpoſitionem de vno caſu ad aliu:
ſed in facto noſtro agimus de implendo modo, qui
erat collatus in voluntatem,& ideo materia eſt diuer-
ſa, & aliud eſt quærere, an fideicommiſſum factum in
vnum caſum extendatur ad alium, vti quærunt citati
Doctores,aliud verò, an donatarius qui modum iniũ-
ctum nõ impleuit,priuetur rebus donatis:& licèt mo-
dus fuerit ad vnum finem iniunctus, vt ſcilicet bona
ſeruentur in familia, tamen non eominus priuatur do
natarius, quin etiam modo non impleto bona poſſint
conſeruari: voluit enim donans id fieri,ſed miniſterio
donatarij,alias fruſtra id donatario præcepiſſet, quod
etiam circundacto præcepto erat ſucceſſurum.

Præterea, ſi inſpecta ratione agnationis omnes a-
gnati ſuccederẽt, tũc nõ ſatisfieret menti donãtis, qui
voluit vnũ eligi,& ideo non excuſaretur eligens,quaſi
fuerit impleta, ex quo nõ eſt impleta modo requiſito;
& ideo quando vnus eſt eligendus, ſi plures ſuccedant
electione non facta, id eſt in pœnam eius qui debebat
eligere,vt probat text.in l. ſi quis in teſtamento, C.de
fideicommiſſ. lib. cum verò aliter impletur quã fuerit
ordinatum, non dicitur implementum: quia defectus
36 implementi etiam ſi ſit minimus, † cõſideratur, Bald.
in l.iuriſgentium,§.adeo,in ſecundo notab. C.de pact.
Dec.in cap.de appellationibus, nu. 2.in fine, de appel-
lation.Dec.in l.cum proponas,num.5.vbi Curr.iun.ad
Alex.num.2.C.de pact. Natta,conſi.373.num. 29. Cæ-
phal.conſil.66.num.2. Becius,conſil.45.nume.10. Me-
noch. conſil.55.nume.6. & forma in minimo non ob-
37 ſeruata vitiat actum in totum, † Bartol. & Imo.in l.1.
ff.de lib.& poſtb. Butr. & Abb.in c.fin. de reſtit. ſpolia.
Tiraq.de retract. conſang.§.1. gloſſ.21.nu.11. & de re-
tract. conuent.§.9. glo.6. nu.31. & hæres qui ſi non de-
derit decem intra tempus, iubetur dare fundum, non
38 excuſatur ob defectum vnius nummi. † Bald. in.l.1.q.
14. C.de his quæ pœnæ nom. Caſtr. in l. ſi centum, §.ſi
non ſorrem,col.fin.ff.de condict.indeb. Iaſ. in l.ſi inſu-
lã,col.18.verſ. vltimo ad illud,ff.de verbor.oblig. Bar-
bat.conſil.40.col.12.vol.1.conſi.34.col.5.vol.4.quibus
tollitur quod obiectum eſt, plus & minus non conſti-
tuere ſpeciei differentiam: nam etſi per hoc non im-
mutetur ſpecies,ſit tamen locus pœnæ.

Nec Epiſcopus videri poteſt elegiſſe decedendo ab
inteſtato, iuxta diſpoſitionem l.conficiuntur, ff.de iu-
re codicillor.tum quia ipſe debebat vnum eligere,non
plures,cum tamen plures eſſent qui ab inteſtato pote-
rant ſuccedere, & tacitè non poterat eam facere ele-
ctionem quę expreſsè erat interdicta. Et ſi dicamus,eo
modo factam eſſe; vtique electio habenda erit pro nul
la,quia paria ſunt,nõ eligere, vel non ritè, & validè,&
39 contra formam præſcriptam eligere. † l.quoties, vbi
Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogant. Neuizan. conſil.7.numero 15.
Cæphal.conſil.160.num.11.Roland.conſil.14.num.55.
volum.1. Natta conſil. 402. num.54. & conſequenter
corruet donatio,nõ minus quam ſi nulla facta electio.

Secundo reſpondeo,quod non procedit,quando fa-
cultas eſt conceſſa per contractum, nam tunc propriè
verba intelligi debent,vt ſup.dixi,ea autem diſpoſitio
quæ ſit decedendo ab inteſtato, dicitur impropria, &
40 non includitur in contractu,† Gab. conſi.91. num.19.
in 1.vol.Crau.in Rubr.ff.de leg.1.Peregri.de fideicom.
art.40.difficult.2.nu.59.in fin.& videtur idem tenuiſſe
Iaſ.in conſil.130.nu.21.in 4.vol.

Tertio reſpondeo,quod deciſio Bal. Nou. Cur. iun.
& aliorum,qui dicunt decedentem ab inteſtato videri
diſponere de bonis, non admittitur quando ex conie-
cturis colligi poteſt,quod donans ſenſerit de expreſſa,
& ſpecifica diſpoſitione, tunc enim non ſufficit quod
41 deceſſerit inteſtatus. † ita Card. Mantica de coniect.
vltim.volun.lib.7.tit.7.col.fin.Burſat.conſil.566.num.
20. verſic. nec oberunt, ibi, vel cuius diuerſum verba
non innuunt. at in facto ſenſit donans de expreſſa &
præciſa, quia vltimo loco voluit quod poſſet eligere
etiam ſpurios,& naturales,in quos tamen cadere non
poteſt ratio ſucceſſionis ab inteſtato, & qui nõ poſſunt
venire ad ſucceſſionem niſi expreſſe vocẽtur. ita in ſi-
mili arguit Burſat. d.conſil.276.num.17. Facit etiam,
qa poterat caſus cõtingere, quòd deceſſiſſet Eps reli-
cto fratre,& filijs eiuſdem fratris: nã eo caſu ſucceſſiſ-
ſet ab inteſtato frater, qui in ſtantibus filijs non pote-
rat eligi; ergo donans non intellexit de electione quæ
ſit moriendo ab inteſtato,ſed de ea quæ ſit explicitè.

Impedimentum autem excuſare non poteſt Epiſco
pum, eo quod mortuus fuerit ante natiuitatem pluriũ
eligendorum,vt in c.1.§.ſed non eſt alia, quæ fuer.pri-
ma cauſa beneſ.amitt.l.fin. vbi Docto. præcipuè Ripa,
num.107. C.de reuoc.donat. deſtruitur enim hoc fun-
damentum, quia ipſe poterat, & debebat eligere Do-
minum Andream iam natum, licèt eſſet ſolus, atq; ita
facere, quod in ſe erat, hoc enim modo onus iniunctũ
impleuiſſet, & multo magis, ſi ſciebat vxorem fratris
geſtare vterum. Reſpondeo etiam, quod eligere pote-
rat naſciturum,vel ex naſcituris,ſi verum eſt,quod di-
citur in motiuis,electionem non eſſe reſtrictam ad na-
tos,atque ita conſtat non fuiſſe impeditum:ad hoc au-
tem, vt impedimentũ excuſet, facere quis debet quid-
42 quid pũt,& quidqd in ſe † eſt,l.qui commeatus,vbi Bar.
ff.de re milit.Bar.in l.2.§.quod diximus,ff.ſi quis caut.
vbi Bald.Ang. Caſtr. Alex.& Iaſ. & Dec. in c.ex rõne,
nu.16.verſ.tertio,& vltimo,de appellat.Rube.in l.non
ſolum,§.morte,nu.450.ff.de op.noui nunc. Crau. conſ.
151.nu.22. Menoch. de arbit. iud.caſu 153. nu.15.Be-
cius conſ.104.nu.13. cum infinitis qui adduci poſſunt.

Nullo demũ iure ſuſtineri poteſt reſtrictio quæ da-
tur Clauſulæ, Et non aliter, nec alio modo, quatenus
dicitur,illam referendam eſſe vt Epiſcopus non poſſet
plures eligere, ſed nõ vt donatio facta nõ intelligatur,
quando nullum omnino elegiſſet, & ſimiliter reſtringi
ad caſum, quando nõ elegiſſet filios fratrum, ſed alios
atque ita,quando aliquo modo diſpoſuiſſet contra for
mam præſcriptam, non quando nihil diſpoſuit; verba
enim donationis adeo repugnant huic ſenſui, vt nullo
modo eum admittant, etiam ſi maxima inferatur illis
vis,quando quidẽ dicitur,ita,& taliter,quod dicta do-
natio,& alia prædicta cẽſeantur, & ſint facta prout ſic
illam,& illa fecit,& facit ipſe Magnificus Dominus Iu
lius,cum modificationibus,limitationibus,cõditioni-
bus,& legibus prædictis,& non aliter, nec alio modo.
Et hãc Clauſulam appoſuit, & appoſitam eſſe,& intel
ligere debere voluit in qualibet parte præſentis inſtru
menti,& contractus; horum autem verborum virtute,
donatio ipſa,& quælibet eius pars intelligitur, & verè
eſt qualificata,præcipuè ſi addãtur verba in princip.&
ante

ante dictum pactum poſita,quibus actum eſt,cum pacto,& modificatione adhibitis prædictis omnibus, & ſingulis ab initio in medio, & fine, & in qualibet parte præſentis inſtrumenti, & contractus, &c. hæc etenim Clauſula influit in capitulo immediate ſequẽti,in quo extat pactum de quo agimus, tú, quia generalis,& refertur ad omnia contenta in inſtrumento, tum etiam, quia eſt repetita,& relata, quatenus in capitulo ſequẽti dicitur,ac etiam cum lege,pacto,& conditione præmiſſis ſimiliter,& vt ſupra appoſitis,& adiectis, dictio namque,vt ſupra, eſt relatiua præcedentium omnium

43 † qualitatum.Bart.in l.1.§.hoc edicto,in fine,ff.de poſtulan.Alexand.in conſi.59.circa finem,vol.3.latè Cæpbal.in conſ.311.num.37.alios ego citaui in conſ.200. nume.6.relatio autem intelligitur facta cum omnibus

44 qualitatibus,† l.aſſe toto,ff.de hæred. inſtit.Bar.in l.1. ff.de receptator.dixi in eod.cõſ.200.nu.5.& relatio fit

45 ad omnia præcedentia.† Bat.l.talis ſcriptura,vbi etiã Doctores omnes,ff.de leg.1. Gab.lib.6.com.opin.titu. de Clauſulis,concluſ.9.in prin.Et non eſt rationabilis differentia inter caſum quando donatarius omittit ꝙ ſibi fuit iniunctum, vel facit aliter quam fuerit ordinatum: nam contrafacere dicitur,qui non facit quod te-

46 netur facere.† eſt tex.expreſſus in l.qui non facit,ff.de reg.iur.Bart.& Salic.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo,quòd inter.etiã in pęnalibus. Alex.in l.vbi aût,§.ſi id ꝙ ff.de verb.oblig.Dec.& Cagn.d.l.qui non facit,vbi hoc confirmat multis authoritatibus.omitto cõſiderare quod donans voluit Clauſulam haberi pro appoſita in qualibet inſtri parte,& alibi dixit,omnia & ſingula in præſenti inſtrumento contenta, & alia plura quæ non exiſtimo eſſe neceſſaria, quia prædicta ſunt adeo præciſa, vt nulli reſtrictioni,vel interpretationi ſit locus.

SVMMARIVM.

1 *Proximior ſuccedit defuncto ab inteſtato.*
2 *Vocati ſub nomine collectiuo, cenſentur inuitati ordine ſucceſſiuo per vulgarem.*
3 *Familia conſeruatur per maſculos.*
4 *Feminæ vbi vocantur conſtat voluiſſe teſtatorem bona in familia conſeruari.*
5 *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant.*
6 *Subſtitutione in ſequenti quæ dicuntur,intelligi debent ſi eueniat conditio appoſita in prima.*
7 *Reciprocum fideicommiſſum non cenſetur factum inter deſcendentes, niſi ſit facta ſubſtitutio vltimo morienti, & in omnibus bonis.*
8 *Fideicommiſſo grauari non poteſt qui non eſt honoratus.*
9 *Clauſula in infinitũ poſita in ſubſtõne quomodo intelligatur.*
10 *Proximior grauato decedenti ſuccedit in fideicommiſſo, non autem proximior teſtatori ſecundum opinionem quæ videtur magis recepta.*
11 *Proximitas in fideicõmiſſo attẽditur reſpectu grauati, nõ aũt teſtatoris,quando teſtator reſpexit ad proximitatẽ grauati.*
12 *Proximitas teſtatoris non attenditur ſed grauati, quando fideicommiſſum progreditur in infinitum, ita vt veniant etiã ad illud nati poſt mortem teſtatoris.*
13 *Proximitas grauati attenditur, quando teſtator mandauit ſuccedi in ſtirpes, & non in capita.*
14 *Grauati proximitas attenditur, quando ex coniecturis apparet teſtatorem non conſideraſſe propriam ſucceſſionem.*
15 *Grauati de linea vbi aliquis extat,is ſemper præfertur alij.*
16 *Exclusa ſemel à fideicommiſſo non ſuccedit etiam eo mortuo qui eam excluſit.*
17 *Femina ſemel excluſa, non ſuccedit, donec extat aliquis deſcendens ab excludente.*
18 *Reo ſufficit offuſcare probationes actoris.*
19 *Obſeruãtia ſecuta declarat qualiter ſit ĩtelligẽdũ teſtamẽtũ.*
20 *Repræſentatio nõ habet locum vbi perſona repræſentata non poterat ſuccedere.*
21 *Repræſentatio ceſſat viuente perſona quæ repræſentatur.*
22 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
23 *Reciprocum fideicommiſſum operatur, quod vnus ex vocatis cenſeatur gradatim grauatus reſtituere proximiori.*

CONSILIVM CCCLXX.

INSTITVIT Magn. D. Vincentius de Federicis D. Alexandrum eius filium in omnibus bonis,cui ſubſtituit ipſius deſcendentes legitimos, & naturales, primum mares,deinde feminas in infinitum,quibus omnib. ſublatis,& extinctis ordinauit teſtator, vt omnia bona ſua demum perueniant in ſuam familiam de Federicis, ſcilicet fratrum, & nepotum ſuorum ex fratribus, & in eorũ deſcẽdentes in ſtirpẽ, & non in capita. mortuo itaq; Alexandro bona peruenerunt ad D.Aſcanium Alexandri filium, & ſucceſſiuè in Dominum Albertũ Alexandri nepotem ex Aſcanio,& demum in D. Ceciliam D.Alberti filiam, qua nunc defuncta prætendit D. Auguſta D.Alexandri filia,ſibi deberi omnia bona quæ D.Vincentius teſtator reliquit excluſa Magnifica D. Domitia D.Alexandri nepte ex Aſcanio, quæ vti proximior Ceciliæ vltimo loco demortuæ contendit illius hæreditatem ad ſe ſpectare, & videtur ratione munita eſſe Dominæ Auguſtæ petitionem.

Primo,quia vbi agimus de fideicommiſſaria ſubſtitutione,is præfertur qui eſt proximior teſtatori, & excludit eũ qui inſpecta teſtatoris perſona remotior eſt, licèt grauato ſit proximior,ex quo per fideicommiſſariam ſucceditur teſtatori. Bat.in l.hæredes mei,§.cum ita,num.4.ff.ad Treb.quem multi alij ſequuntur.

Secũdo,quia teſtator poſt maſculos expreſsè vocauit feminas Alexandri deſcendentes, atque ita perinde eſt ac ſi vocaſſet expreſsè Dominam Auguſtã, quæ eſt Alexandri filia,quo fit vt ſi etiam attendamus Alexandri grauati proximitatem, adhuc filia Alexandri excludet D.Domitiam,quæ illius eſt neptis.

Intrepide tamen amplector contrariam ſententiam, & firmiter teneo,Dominam Domitiam ſolam admittendam ad ſucceſſionem dictorum bonorum, & Dominam Auguſtam eiuſque deſcendentes omnes excludi,ea enim cũ ſit amita Ceciliæ nuper mortuæ, & conſequenter proximior, debet ab inteſtato illi ſuccedere excluſa Auguſta remotiore,quę eſt amita magna,id eſt Aſcanij aui ſoror.& ſi ageremus de bonis Dominæ Ce-

1 ciliæ,res eſſet indubitata, † per Auth.Poſt fratres,la ſeconda,C.de ſuis,& legit. §.nullam, in Auth. de hæred. quæ ab inteſt.l.auunculo,C.com.de ſucceſſion. Alex.in conſil.44.nume.15.volum.5. & fortè non eſſet ponere os in cœlum,ſi diceremus nullum extare fideicommiſſum,ſed locum eſſe ſucceſſioni ab inteſtato,quãdoquidem illa ſubſtitutio facta Alexandro de ſuis deſcẽdentibus, primo maſculis, deinde feminis,intelligi debet per vulgarem,ita quod extinguatur,quam primũ Alexander deceſſit aliquo maſculo,vel femina relicto,qui illius adiuerit hæreditatẽ.eſt text.in l.cum ita legatur, §.in fideicommiſſo,ff.de legat.2. vbi Cuma.nu.4 dicit, quod ſi plures ſub collectiuo aliquo nomine vocati ſunt,illi omnes cẽſentur vocati ordine ſucceſſiuo, per vulgarem,ita,vt adeũte primo expiret ſubſtitutio quo ad omnes vocatos, etiã ſi ille poſtea decedat.idem Ca-

2 man.† in l.peto,§.fratre,nu.5.ff.de leg.2.& in l.ſi cognatis,ff.de reb.dub.vbi Soc.num.17.Soci.in conſ.43.nu.9. vol.3.Dec.in conſ.253.nu.1.Rube. in l.Gallus,§.quidã rectè,nu.64.& 70.ff.de lib.& poſthum.& hanc ſenten-

tiam

tiam probarunt infiniti citati à Menoc. in conſ.85.nu.
67.& ſeq. vbi eam latè defendit Card. Mant. de conie.
vlt.volunt.lib.8.tit.12.nu.11.Sim.de Pret.in conſ.203.
nu.24.& de interpret. vlt. volunt.lib.3.interpr.3.dub.
quarta,ſol.3.nu.37.fol.mihi 342.Cæphal.in cõſ.88.nu.
34.conſi.353.nu.45.& ſeq.& conſi.646.nu.3. latiſſimè
Riminal.in conſ.371.nu.148.& ſeq.Anguiſol.in conſi.
38.lib.6.Celſ.Hug.conſi.120.num.28.Molin.de primo
gen.Hiſpan.lib.1.cap.5.nu.27.Craſſ.in §.fideicommiſ-
ſum,quæſt.16.nu.3.Petra de fideicom.ex prohibit.alie.
quæſt.11.nu.16. & in terminis quando feminæ ſunt vo
catæ maſculis non extantibus, quòd veniant ſolũ per
vulgarem voluit Corn.in conſi.160.vol.4.

Nec me turbat quod teſtator iuſſerit bona non alie
nari,ſed remanere,ſeu cõſeruari in familia, quæ verba
tanquam importantia tractum in futurum,operantur
vt ſubſtitutio intelligatur facta nõ ſolum per vulgarẽ,
ſed etiam per fideicommiſſum, ſecundum Cuman. in
d.§.in fideicommiſſo, & alios omnes ſupra citatos.re-
ſpõdeo etenim, ea verba nihil pertinere ad vocationẽ
deſcendentium ex Alexandro filio, ſed referri ad ſub-
ſtitutionem factam poſt mortem omnium ipſorũ de-
ſcendentium de fratribus,& nepotibus teſtatoris. Cu
man.autem,& alij loquuntur, quando ſubſtitutioni fa
ctæ per collectiua nomina, adijcitur aliquid futurum,
& ſucceſſiuum tempus ſignificãs, puta de gradu in gra
dum, vel vt bona remaneant in familia, vel de hærede
in hæredem,vel aliud ſimile,vt per Dec. conſ.38.& alij
citati à Menoch.d.conſi.85.num.67.& in ſimilibus ter
minis,ita reſoluit Rimin.d.conſ.371.nu.162.& ſeq.vbi
in caſu conuerſo dicit, quod verba futuri tractum tem
poris importãtia, ſi primæ ſubſtitutioni applicentur,
non impediũt, quo minus ſequẽs ſubſtitutio facta per
collectiua nomina, reſtringatur ad vulgarem. ſic ergo
in noſtro caſu, ea verba appoſita ſequẽti ſubſtitutioni
non efficiunt quod pręcedens intelligatur de fideicom
miſſaria: illa enim ſubſtitutio facta in defectum om-
ninm maſculorum, & feminarum deſcendentium ab
Alexandro, non habet locum niſi mortuis illis omni-
bus,& illa adiectio, quod bona conſeruẽtur in familia
non conuenit ſubſtitutioni factæ de Alexandri deſcen
dentibus maſculis, & feminis, quia familia conſerua-
3 tur per maſculos,† l.pronunciatio,in fine,ff.de verb.ſi-
gnif.§.ceterum,Inſtit.de legitim.agnat.ſucceſſi.l.lege,
C.de legit.hæred.quando vero feminę vocantur, con-
ſtat, ꝙ teſtator non vult bona conſeruari in familia.
4 † Soc.conſ.63.nu.14.vol.3.Crau. conſi. 306.nu.5. Card.
Mantica,de coniect.vlt.volunt.lib.6.titu.15.nu.9.cum
ſimil.cum ergo feminas vocauerit, certè non voluit bo
na conſeruari in familia inter deſcẽdentes Alexãdri,
ſed bene inter deſcendẽtes ex fratribus, & nepotibus,
talia enim ſunt ſubiecta qualia prædicata demõſtrãt.
5 Oldrad.† conſi.60.dixi in conſi.34.nu.40.

Nec dicatur, quod bona non poſſunt conſeruari in
familia fratrum & nepotum, niſi prius conſeruentur
inter deſcendentes Alexandri, & de vno ad aliũ ipſo-
rum deueniant; quia reſpõdeo, quod in familia fratrũ
bona ſunt conſeruãda, caſu quo ad fratres perueniãt;
ad fratres autem peruenire non poſſunt niſi eueniente
cõditione aſcripta à teſtatore,ideſt deficientibus om-
nibus maſculis,& feminis ex Alexandro; quæ enim in
ſequenti ſubſtitutione dicuntur,intelligi debent ſi eue
6 niat conditio appoſita in prima,† Alex.in conſ.139.in
prin.vol.6.ſequitur Soc.Iaſ.Dec.& Ruin.quos citat,&
comprobat Cæph.in conſ.17.num.9.verſ. tertio igitur
loco,& his addi poteſt Rimin. ſen. in conſ.224. nu.57.
vol.2.Zuccard.in l.1. nu.90.C.de pact.Rube. in l.Gal-
lus,§.quidam rectè,nu.68.ff.de liber.& poſthu. Alban.
in conſi.1.num.8.verſ.rurſus dico.

Et non poteſt dici,quod inter deſcendentes Alexan
dri factum fuerit reciprocum fideicommiſſum, quia
deficiunt neceſſariæ qualitates,nempe,quod ſubſtitu-
tio ſit facta ei qui vltimus ex omnibus moreretur,& in
7 omnibus bonis, † vt notant Doct. in l.hæredes mei,§.
cum ita,ff.ad Treb.vbi Zanch.latè in 6.part.num.181.
Gabriel.com.opin.lib.4.tit.de ſubſtitut.concl.1.nu.3.
Crau.in conſ.306.num.2.Iaſ. Cur.iun. Cror. Soci. iun.
Ruin. Alb.& deciſ.Pedem. in locis relatis à Roland. in
conſi.34.num.57.vol.4. vbi addit tertium requiſitum,
quod honorati ſint omnes illi inter quos prætenditur
inductum eſſe reciprocum fideicommiſſum. Menoc.in
conſi.328.num.48.Bertazol. in conſ.96.nu.23.Cardin.
Mantica,de coniectur.vltim.volunt.lib.7.tit.5.num.8.
in facto autem quod illi deſcendentes non fuerint in-
uicem inter ſe ſubſtituti,conſtat,quia fuerunt ſolũ ſub
ſtituti Alexandro,vt legitur ibi,(cui ſubſtituit)quæ ſub
ſtitutio cum ſit vulgaris,vt dixi,vno ſuccedente alij nõ
dicuntur vocati, nec honorati, nec conſequenter po-
8 tuerunt reciproco fideicommiſſo grauari,† l.ab eo,C.
de fideicom.l.cum filiofamilias,vbi gloſſ. & Doct.ff.de
legar.1.Pariſ.in conſ.90.nu.8.vol.2.ceſſantibus itaque
omnibus requiſitis ad reciprocã ſubſtitutionẽ, ipſam
ſubſtitutionem non poſſumus inducere.

Quod ſi fortè dicatur in præſenti quæſtione,nos eſ-
ſe extra deciſionem Cumani in d.§. in fideicommiſſo,
quia deſcendẽtes Alexãdri vocati fuerint in infinitũ.
reſpõdeo,quod illa Clauſula in infinitum, intelligi de
bet quoad vulgarem, ita ſcilicet, quod morienti Ale-
xandro primi ſuccedant,& illis non extantibus alij re
motiores vſque in infinitum, non autem quod vbi v-
nus ſucceſſerit illi poſtea decedenti ſuccedat alius. &
9 hoc modo declarant † Doctores, qui doctrinam Cu-
man.ſequuntur vt ſemper retineatur propoſitum The
ma.Ruin.conſi.102.nu.12.vol.2.Cæph.d.conſ.17.nu.9.
Alban.d.cõſ.1. nu... verſ.quinto rñdeo aduertendum,
& idea ratione cõuincitur,quam ſupra expreſſi, quod
etſi infinitas conſiderata fuerit quoad perſonas, quæ
fuerunt ad ſucceſſionem vocatæ, tñ omnes illæ fuerunt
vocatæ ad ſucceſſionem vnius Alexandri, non autẽ in-
ter ſe ipſas,& hoc eſt quod in ſimili cõſiderabat Iaſ. in
conſi.228.nu.11.verſ.quinto,& vltimo,vol.2.Cum igi-
tur expirauerit fideicõmiſſum,eo ipſo quod Alexãdro
ſucceſſit Aſcanius filius,non eſt nouũ nunc fideicõmiſ
ſum excogitãdum,& cõſequenter D. Domitia abinte-
ſtato ſucceſſit D. Ceciliæ tanquam in eius proprijs, &
liberis bonis nulli omnino fideicommiſſo ſubiectis.

Admiſſo tamen citra veritatis læſionem,quod inter
deſcendentes Alexandri reciprocum fideicommiſſum
fuerit inductum,adhuc ex eo D.Domitia erit admittẽ
da,excluſa D.Auguſta, & eius filijs omnibus: quia etſi
maxima ſit controuerſia an in fideicommiſſo is ſucce-
dat qui eſt teſtatori proximior, vel is, ꝙ magis vltimo
grauato coniũgitur: tamen hodie videtur pluribus in
curijs obtinuiſſe eam opinionem, quod is præferatur,
10 qui vltimo defuncto proximior † eſt, quam probarũt
Bald.Ang.Caſtr.Soci.Corne. Bald. Nouell. Alexãder,
Cacialup.Iaſ. Gozad. Bertrand. & Rube. quos oẽs ci-
tat,& ſequitur Tiraquel.de retractu conſang.§.1.glo.
1.nu.20.verſ.quæ autem ſupra. Crot. in conſ.9.nu.13.
& inter conſ.Rubei,conſil.36.Socin.iun. conſi.126.nu.
21.volum.1.Alciat.in conſi.480.num.12.vbi ait,eſſe re
ceptiſſimam apud modernos.Bero. in conſi.65.nume.
92.vol.1.conſ.80.num.12.& conſ.126.nu.56.vol.2. hãc
item poſt Cur.iun.Ruin. & Pariſ.quos allegat proba-
uit Rolan.in conſ.100.vol.1.vbi latè defendit diſputan
do ad partes,Natta,in conſ.674.nu.12. Cæph.in conſ.
45.nu.20.conſ.46.nu.4.& 21.conſ.313. & in conſ.600.
nume.15.& 24.Vaſq.de ſucceſſion. creat.lib.3.§.27.li-
mit.31.

Digitized by Google

mit. 31.nu.3.Port.Imol.in conſ.121.122.& 123. Celſus
Hug.conſ.1.nu.9.conſ.120.nu.22. Clarus in §.teſtm̃,§.
76.nu.14.verſ.ſed hic occurrit,vbi poſt Soc.iun.enume-
rat quinquaginta ſex autbores. Zanch. in d.§.cum ita,
nu.3.& 4.Marzar.latè conſil.1.Burſ.in conſi.1.nu.24.&
in conſi.300.nu.34.& 38.& ſeqq.Bertaz.in conſ.98.nu.
27.lib.1.ciuiliũ.Menoch.in conſil. pro Triultio,nu.311.
& in eadem cauſa colleg.Papien.nu.36.Paſet.iu conſil.
41.nu.5.Purpurat.in conſil.422. per totum . & pro hac
parte iudicauit Rota Roman.in deciſio.72.in 1.par.in
nouiſſim.vbi probat, eſſe non ſolum magis communẽ,
ſed etiam veriorem, & addit Crauet.Torniel.Tobiam
Non.& Bologn. & quod ita fuit in alijs locis iudicatũ,
quæ ſententia placuit etiam Petræ, in tracta. de fidei-
comm.ex prohib.alien.quæſt.11.num.80.in fi. quando
iam bona deuenerunt ad patrem eius, qui eſt grauato
proximior, quibus in terminis inquit benè conſuluiſſe
Socin.iun. in conſ.126. vol.1. quod etiam tenuit Cæph.
in conſil.457.nu.25.Ruin.conſil.113.nu.18.vol.2.& di-
cam latius in ſeqq. latè Cæph.d.conſi.457.num.5.& 6.

Hæc opinio eſt meo iudicio indubitata attentis fi-
deicommiſſi verbis, vocauit enim ad ſucceſſionẽ teſta-
tor deſcendentes Alexandri, atque ita reſpexit ad pro
11 ximitatem,non propriã,ſed grauati,† & ita tenet De-
cian.in conſi.26.nu.73.vol.2.vbi ait hoc eſſe veriſſimũ,
& indubitatum. idem Decian.in conſi.100.nu.15.vol.
3.poſt Socin.iun.d.conſ.126.nu.28.verſ.ſeptimo quòd
ita ſit, & probauit diſtinguẽdo Craſſ.in §.fideicommiſ
ſum,q.18.nu.5. verſ.quartus caſus. Nec dicatur, quod
D. Auguſta eſt proximior Alexãdro,quia filia.Reſpon
deo enim,ꝙ ſi ſubſtitutio facta eſt ſoli Alexãdro,& con
ſequẽter ſi eſt ſolum vulgaris, expirauit, vt dixi ſupra.
ſi verò volumus inter deſcendentes Alexandri indu-
ctum fuiſſe fideicommiſſum reciprocum,tunc erit repe
titum in perſona omnium deſcẽdentium, id ꝙ dictum
eſt ſolum de Alexandri deſcendentibus, & hoc modo
attendetur cuiuſque vltimi defuncti proximitas,ſicuti
attenderetur proximitas Alexãdri ſi ei immediatè eſ-
ſet ſuccedendum. Reſpondeo etiam,quod ſat eſt pro-
ximitatem teſtatoris non fuiſſe conſideratam, & ideo
qua ratione Albertus eam Auguſtam excluſit, ea ipſa
excludetur à Domina Domitia, & idem dixit Gabr.
conſil.107.nu.8.verſ.accedit,vol.1.

Accedat, quod ſi fideicommiſſum debet eſſe perpe-
tuum,& reciprocum,ita qđ finita generatione teſtato-
ris,conſeruari ẽt debeat in fratribus teſtatoris eorum-
que deſcendentibus, vti placet aduerſarijs, neceſſe eſ-
ſet progreſſu tpis pro habenda ſucceſſionis regula, re-
uoluere mille annos, ſi teſtatoris proximitas eſſet at-
tẽdenda.ita arguit Molin.de primogen. Hiſpan. lib.3.
c.9.nu.13.& idipſum voluit Socin.in conſi.249.num.21.
verſic.14.vol.2.vbi alia ratione dicit non eſſe attenden
dam teſtatoris proximitatem, quia cum fideicommiſ-
ſum progreditur in infinitum, veniunt etiam nati poſt
mortem teſtatoris, qui tamen teſtatori non poterant
12 ſuccedere, ergo † non voluit teſtator quod ſua ſucceſ-
ſio attendatur. hoc argumento vtitur etiam Rota d.
deciſ.72.num.5.verſ.tertia coniectura,& innuit Gabr.
conſil.112.nu.14.vol.2.Purp.clarè,conſi.422.nu.8.

Additur quod mãdauit teſtator ſuccedi in ſtirpes,
& non in capita, ideo non curauit de ſua proximitate,
quia de gradu non eſt vis cũ eſt per ſtipes ſuccedendũ.
Caſtr.Fulg.& Corn.in Auth.Defuncto,ſuper gloſ.2.C.
ad Tertull. & hoc per hanc rõnem voluit in propoſito
13 † Cæph.in conſi.493.nu.22.& 43.vbi ait,difficultatem
oẽm remoueri à dicta Clauſula. idem in conſi.600.nu.
29. ſequitur Petra d.quæſt.11.nu.6.vbi ita reſoluit.

Vbi aũt ex aliquibus coniecturis apparet teſtatorẽ
non conſideraſſe propriam ſucceſſionem, tunc actũ eſt
14 qđ proximitas grauati attenditur. † Soci.d.conſ.249.
nu.19.21.& 26.Ruin.conſi.142.nu.17.verſ.præterea in
caſu noſtro,vol.3.Didac.pract.qõ.c.38. verſic.ſecunda
concluſio.Rota d.deciſ.72.nu.4. Gabr.d.conſil.107.nu.
8.vol.1.conſi.112.nu.16.vol.2.Bertazol conſi.98.nu.21.
vol.1.ciuil.Petra d.q.11.nu.7.& videtur admittere Ri-
min.conſi.249.nu.120.in facto autẽ plures extãt conie
cturæ,quas ſupra retoliſiõ ſi dubia eſſet opinio,an gra
uantis, vel grauati attendatur proximitas, tunc acce-
dẽtibus quibuſcũque coniecturis, ſtandũ eſſet opinio-
ni quæ hẽt, qđ is præferatur qui grauato eſt ꝓximior.

Hanc ſñiam habent Doct.pro clariore, quando tam
is qui eſt proximior grauati, quàm etiam alius teſtato
ri proximior deſcendit à teſtatore, tunc enim grauati
proximitas præfertur: quia ea cõtrouerſia procedit ſo
lum inter eos qui non deſcendunt à teſtatore, at vbi
vterque ab eodem teſtatore prouenit, ceſſat cõtrouer-
ſia: quia donec aliquis extat de linea grauati, is ſem-
15 per præfertur alij. † Cæph.in cõſi.457.nu.5.& ſeq.poſt
Socin.in conſi.252.nu.17. verſ.ad primam reſpondeo,
vol.2.idem Cæph.in conſil.489.nu.62.& in conſil.493.
nu.42.& ſeq.tranſit Petr.d.q.11.nu.5.nu.73. num.132.
Gabr.d.conſi.112.num.13.& pro hac opinione eſt tex.
in c.1.de natu.ſucceſſ. feud. vbi donec aliquis extat de
linea eius qui fuit ſemel admiſſus,nunquam ſuccedunt
qui ſunt de altera linea,licèt deſcendant ab eodem ſti
pite. alios citat Natt.in conſi.22. & multos addit Cæ-
pha.in conſi.301.nu.110. & ſeq.Molin. de primog. Hi-
ſpan.lib.3.c.4.nu.14.Amad.de Pont.Laudem. q.12.col.
14.verſ.neque ſimpliciter admitto. ſic itaque, cum ſe-
mel bona hęc fuerint ingreſſa lineam Aſcanij,& Alber
ti, nunquam illi qui ſunt de linea tranſuerſali Alexan-
dri admittentur, donec aliquis extabit de linea prædi
ctorum, atque ita D.Domitia vti deſcendens ab Aſca-
nio erit præferenda Auguſtæ, & eius liberis.

Cõfirmatur huiuſmodi opinio, quia D. Auguſta ſe-
mel fuit excluſa à ſucceſſione, & fideicõmiſſo propter
D. Aſcanium fratrem, & ſucceſſiuè per Dominum Al-
bertum nepotem ex fratre, ergo ſemper cenſeri debet
excluſa, donec extant non ſolum frater, & nepos, ſed
etiam quamdiu extant deſcendentes ab eis, c.primo,
§.quin etiam,tit.Epiſcop.vel Abbat. vbi Iſer. Bald.Al-
na.Præpoſ.& alij notant.Bart.in l.fi. §.quando in pen-
denti, nu.2. in fi.ff.ad Tertull.Bal.in l.1.nu.7. C.de lib.
præter.Rol.latè in conſi.58.nu.67.& ſeq.vol.3. multos
ponit Molin.in d.tract.lib.1.c.6.nu.22.in princip. Me-
noch. conſil.1. nu.458. & procedit etiam in excluſione
facta à teſtatore in fideicõmiſſo:quia nunquam ſic ex-
16 cluſa ſuccedit etiam eo mortuo qui illam excluſit,† vt
per Soc.conſil.249.nu.21.verſ.decimotertio hanc par-
tem,vol.2. vbi in terminis noſtris concludit, quòd ſo-
ror Bartholomęi vltimo loco defuncti,& ad fideicom-
miſſum admiſſi,excludit filias Alexãdri,quæ ſemel per
filios maſculos eiuſdem Alexandri fuerant excluſæ à
fideicommiſſo,licet eſſent dictæ feminæ æquales in gra
du inter ſe, & ab inteſtato ſucceſſuræ. atque ita habe-
mus deciſionem quæ præcisè caſum noſtrum determi
nat. ſequitur Rot.d.deciſ.72.nu.4.verſ.ſecunda conie-
ctura eſt, vbi dicit,Regulam d.c.quin etiam, locum ſibi
quoque vendicare in fideicommiſſis. allegat Corne.
conſil.160.col.2. verſ.& ideo ſtatutaria,vol.4. addo So
cin.conſ.63.nu.14.vol.3.

Quod ſi dicatur, etiã D. Domitiam fuiſſe excluſam
ab Alberto fratre, reſpondetur eam nunc admitti ad
ſucceſſionem Ceciliæ neptis tanquam eius proximio-
rem,& ab inteſtato ſuccedentem. ita reſoluit Rota lo-
co præcitato.Secundo reſpondeo, quod D. Auguſta ſe-
mel excluſa per Aſcanium fratrem, nunquam admit-
titur donec extant deſcendentes Aſcanij excludentis,

vt

17 † vt in propoſito inquit Molin.d.c.6.num. 22.verſ.hæc
autē regula, vbi etſi dicat in primogenijs feminarū ſe-
mel excluſam non excludi perpetuo,tñ vult, qđ exclu-
datur donec extant deſcēdentes excludentis. id ꝙ ob-
tinet ēt ſi extēt ſolæ feminæ ex eo qui excluſit, quia ni-
hilominus ſemina ſemel excluſa nō præfertur feminæ
quæ ab excludente deſcendit, vt idem Molin. declarat
lib.3.c.5.nu.72. vbi expreſsè dicit, feminam excluſam
nō ſuccedere donec extat aliquis ex deſcendentib. ab
excludente, qui eſt caſus noſter. Tertio reſpondeo, qđ
ex quo D. Domitia eſt in poſſeſſione bonorum, & ſuc-
cedit ab inteſtato D. Ceciliæ nepti, penes quam reper-
ta ſunt bona tpe eius mortis, poteſt dicere D. Auguſtę,
quoad te liberas ædes habeo, quia reo ſufficit offuſcare
18 ꝓbationem actoris, † Bald.conſ.79.nu.7.vol.2. Cra-
uet.conſil.6.num.127. & non eſt curandum de iure poſ
ſeſſoris ſi non conſtat de iure petitoris, l.fin. vbi glo. &
Bald.C.de rei vend.alios citaui in conſ.1.nu.70. & ſeq.

Poſtremo dico quod ex quo inter feminas poſt om-
nium maſculorum defectum admiſſa fuit D. Cæcilia,
& excluſa D. Auguſta quamuis proximior, habito re-
ſpectu ad teſtatorem, & non ad granatum, res videtur
carere dubitatione, quia per obſeruantiam ſecutā de-
19 claratur qualiter teſtm̄ illud ſit intelligendum, † l. ſed
Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. §. pauonum, Inſtit. de
rerū diuiſ. dixi latè in conſi.224.nu.7. & cū D. Auguſta
paſſa fuerit hæreditatē peruenire ad Ceciliā, & per illā
poſſideri, videtur conſenſiſſe, & nunc contradicere nō
poteſt, vt in propoſito arguit Cæph. in cōſi.489. nu.58.

Ex prædictis infertur, quod ſicuti Auguſta fuit ex-
cluſa, ita excludi debēt eius filij, nec poſſunt inniti re-
præſentationi, quia vbi repræſentata perſona erat ex-
cluſa, & non poterat ſuccedere, fruſtra ſit repræſenta-
20 tio, † vt per Bald. in l. venia, in fine, C. de in ius vocand.
vbi dicit, quod in ſtatuto feminarum excluſiuo, ꝑꝑ ma
ſculos, dicit quòd neptis ex filio reprę̨ſentat patrē, qui
ſuccedebat: neptis autem ex filia non repræſentat ma
trem, quia illa excludebatur. ſequitur Alex.num.5. Iaſ.
num.6. & Dec.num.7. & in terminis reprę̨ſentationis
hoc voluit Molin. de primogen. Hiſp. lib.3. cap.7. nu.2.
vbi comprobat authoritate Tiraq. & aliorum, vt apud
eum videri poteſt. Secundo reſpondetur, quod ex quo
tempore mortis Ceciliæ, atque ita tempore ſucceſſio-
nis delatæ Auguſta mater viuebat, non poteſt agi de
21 repræſentatione, quia illa ceſſat viuente matre, † ita
Bald. Ang. & Fulgoſ. in l. illam, C. de collat. Caſtr. in l. ſi
defunctus, num.3. C. de ſuis, & legit. Ruin. conſil.120.
num.16. vol.1. Menoch. conſil.172. nu.30. non poſſunt
ergo venire ex perſona matris, neque ex perſona pro-
pria, imo vtroque nomine ſunt excluſi; & præter Me-
noch. eſt clara deciſio Salic. in Auth. poſt fratres, la pri
ma, C. de legit. hære. vbi filius viuente patre nō poteſt
ingredi eius locum. Dec. conſi.1. col. fi. in princ. Craue.
in conſi.410. nu.4. Gabr. conſil.130. nu.38. vol.2.

Nec repugnat quod teſtator vocauerit feminas Ale
xandri deſcendentes, & conſequenter admittenda ſit
Auguſta quæ immediatè deſcendit ab Alexādro, quia
reſpondetur, quod etiam Domina Domitia deſcendit
ab Alexandro, & deſcendentium appellatione veniūt
omnes in infinitum, non ſolum qui primum, ſed etiam
22 qui remotiorem gradum obtinent, † l. fin. C. de ſuis, &
leg. hæred. c. nouit, vbi Butr. & alij de iudic. Purp. con-
ſil.367. nu.74. latè Card. Mātica de coniect. vlt. volūt.
lib.8. tit.11. nu.1. Craſſ. §. fideicommiſſum, q.15. nu.1. Me
noch. conſi.152. nu.28. ex eo itaque quod Auguſta de-
ſcendat ab Alexandro, non poteſt excludere D. Domi
tiam, quæ & ipſa ab Alexandro deſcendit. Secundo re-
ſpondeo, quod ſi teneamus deſcēdentes fuiſſe per vul-
garem vocatos, res erit plana: quia cum primū Aſca-
nius Alexandro ſucceſſit, finita eſt omnis ſubſtitutio,
nec vlterius quærendum eſt de ſuccedendo. Tertio re-
ſpondetur, quod ſi volumus inter ipſos deſcendentes
inductum fuiſſe fideicōmiſſum reciprocum, fatendum
eſt, quod verba prolata in perſonam Alexandri, cen-
ſenda ſunt repetita in perſona ſingulorum deſcenden
tium, vt ſicuti filij, & deſcendentes Alexandri vocati
ſunt quando morietur Alexander, ita vocati dicantur
filij, & deſcendentes Aſcanij quando morietur Aſca-
nius: hoc enim operatur reciprocum, & perpetuū fi-
deicommiſſum, qđ vnus ex vocatis cēſeatur gradatim
23 grauatus reſtituere proximiori. † Bart. in l. ſi cognatis,
ff. de reb. dub. Bald. in l. quoties, nu.8. de fideicōm. dixi
latè in conſil.96. nu.13. & ſeq. hoc autem ſtante, ceſſat
argm̄ contrarium: quia non euenit caſus ſuccedendi
Alexandro cuius proximior eſt Auguſta, ſed agimus
de ſuccedendo Ceciliæ cuius proximior eſt D. Domi-
tia, ſi enim expreſsè factum fuiſſet ſingulis deſcenden
tibus & per nomina propria fideicōmiſſum, ꝙ legitur
factum per nomina collectiua, vtique Auguſta, nihil
poſſet hoc caſu prætēdere, ergo non etiam debet præ-
tendere qñ factum eſt collectiuè, quia id ipſum conti-
netur in ea, ꝙ contineretur in ſingulari. Quarto rñ-
deo, ꝙ ex quo attenditur proximitas grauati, vt ſupra
ſuſtinui, non ſufficit, ꝙ Domina Auguſta ſit proximior
Alexandro qui in caſum de quo tractamus non fuit
grauatus, nec ab eo fideicommiſſum eſt reſtituendum.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo cum ſit quid facti, debet probari.*
2 *Conſuetudinem in genere probare non ſufficit, ſed eſt proban-
da in caſu de quo agitur.*
3 *Conſuetudo tantum habet de potentia quantum de vſu.*
4 *Conſuetudo eſt ſeruanda in ſuo caſu, nec extenditur de per-
ſona ad perſonam.*
5 *Paria ſunt non eſſe, vel minus legitimè admiſſam eſſe.*
6 *Culpa imputari non poteſt ei, qui nō fecit id quod factum non
erat profuturum.*
7 *Oblatio non eſt neceſſaria quando certum eſt quod aduerſa-
rius ſit recuſaturus.*
8 *Oblatio verbalis ſufficit quando reus accipere recuſat.*
9 *Citari non debet qui dixit nolle venire.*
10 *Conceſſum ad tempus, fieri non poteſt lapſo tempore.*
11 *Temporis limitati vis ea eſt, vt lapſo tempore contineat di-
ſpoſitionem contrariam.*
12 *Formam conſtitutionis non dicitur ſeruare, qui non obſeruat
tempus conſtitutionis.*
13 *Terminis à lege ſtatutis qui nō paret, videtur iuri renūciare.*
14 *Fraudem ſuam allegans non auditur.*
15 *Inimicus in totum repellitur à teſtificando.*
16 *Inimicitia præſumitur inter eos qui nō ſe inuicē alloquuntur.*
17 *Reconciliatus de recenti, non admittitur ad ferendum teſti-
monium.*
18 *Notorij poteſt iudex parte etiam non citata ſumere informa-
tiones.*
19 *Retrahendi facultatem inducens conſuetudo valet.*
20 *Conſuetudo retrahendi vbi extat, ex illa oritur actio realis,
vel confeſſoria.*
21 *Actum faciens obligatur legibus de illo acta loquentibus.*
22 *Diſpoſitione aliqua vtēs, tenetur ſeruare oīa requiſita in illa.*
23 *Agnatus poteſt feudum ab agnato alienatum retrahere.*
24 *Frado in emendo agnatus præfertur extraneo, dummodo ve-
lit tantum de pretio dare quantum extraneus.*
25 *Princeps dicitur lex viua in terris.*
26 *Princeps plus poteſt quàm lex vel conſuetudo, quia illam tol
lere poteſt.*
27 *Epiſtola Principis poteſt allegari pro lege.*
28 *Ablatiuus abſolutus prolatus à Principe, qui poteſt diſpone-
re,*

re, importat diſpoſitionem.

29 *Actio ad fauorem illius cuius intereſt diſpoſitionem ſeruari, oritur ex diſpoſitione, licèt verba ad illum non dirigantur.*

30 *Maſculis datur actio ad excluſionem feminæ, ex ſtatuto diſponente, quod extantibus maſculis feminæ non ſuccedant.*

31 *Venditio perficitur cum primum cõparet aliquis qui dicit ſe empturũ, quando alius obtulit ſe rem ſub haſta vẽditurum.*

32 *Salarium abſque aliqua conductione conſequitur Doctor qui legit, quando fuit propoſitum edictum, quod ſi quis legerit per annum habeat centum florenos.*

33 *Pollicitatio eſt ſolius promittentis ſponſio.*

34 *Pollicitatio nullam producit actionem.*

35 *Pollicitatio fieri poteſt etiam priuato.*

36 *Promiſſio facta abſenti, mediante nuncio, vel epiſtola, dicitur pactum, non pollicitatio.*

37 *Promittens vendere abſenti, ſi ille intellecta promiſſione acceptet, validus erit contractus, quia promittens præſumitur in eadem continuaſſe voluntate.*

38 *Conſenſus ſimultaneus dicitur, ſi quis dicat, volo vẽdere rem Titio, qui hoc ex poſt audito, dicat, volo emere.*

39 *Temporis interuallum non vitiat emptionem quæ fit per nuncium, vel epiſtolam.*

40 *Pactum nudum calore iudicij producit actionem.*

41 *Renunciatio facta in iuditio, habet vim pacti, & renuncianti nocet.*

42 *Actiones omnes regulariter tranſeunt in hæredes, & contra hæredes.*

43 *Hæres præſumitur vna, & eadem perſona cum defuncto.*

44 *Conſuetudo notoria eſt prolatio probata.*

45 *Notarium habet vim ſententiæ, & iudex in eo procedit non pronunciando, ſed exequendo.*

46 *Notorium non eget probatione, ſed ſufficit allegare.*

47 *Domicilium acquiritur per diutinam ſaltem decem annorum habitationem.*

48 *Subditus quis propriè dicitur ratione domicilij.*

49 *Domicilium originis, & habitationis vbi concurrunt, ſpectatur potius incolatus, quam origo.*

50 *Statutum prohibens ne forenſis poſſit acquirere, eſt iuris communis correctorium.*

51 *Tempus probandum eſt ab eo qui ſe fundat in tempore.*

52 *Exceptio iuris tertij allegari non poteſt.*

53 *Forenſibus licet poſſit ingreſſus interdici, tamen poſtquam venerunt ad habitandum, repelli non poſſunt.*

54 *Turpius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.*

55 *Principi nemo dicit, cur ita facis.*

56 *Tolerantia inducit conſenſum.*

57 *Approbatum ſemel, reprobari non poteſt.*

58 *Contrahens cum aliquo tanquam tali, non poteſt poſtea negare quod ſit talis.*

59 *Litigans cum vno tanquam procuratore, non poteſt poſtea negare quod ſit procurator.*

60 *Tyranni geſta ſuſtinentur donec ſuperueniat verus, & iuſtus dominus.*

61 *Paria ſunt, quid eſſe validũ, vel inualidũ, ſed de facto ſeruari.*

62 *Confeſſio facta ad alium finem, confitenti non nocet.*

63 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

64 *Voluntas hominis eſt ambulatoria.*

65 *Voluntas facto magis quàm verbis declaratur.*

66 *Vaſſalli proteſtatio dicentis ſe vendere feudum ſaluo aſſenſu domini, non attenditur, quando poſtea domino inconſulto procedit ad traditionem.*

67 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*

68 *Ablatiuus abſolutus importat conditionem.*

69 *Conditio importat formam.*

70 *Forma non ſeruata actus redditur nullus.*

71 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica, & non per æquipollens.*

72 *Denunciatio fieri non debet ei qui eſt certus.*

73 *Denunciatio vbi pro forma requiritur, tunc etiam qui eſt certus moneri debet per denunciationem.*

74 *Paria ſunt non fieri, vel minus legitimè fieri.*

75 *Comparere minus legitimè, & non comparere, paria ſunt.*

76 *Dolus prodeſſe non debet doloſo.*

77 *Oblatio fraudulenta, & continens maius precium quàm verè inuenerit, habetur pro non facta.*

78 *Emphyteuta requirens dominum ad emendum, ſi mentiatur circa precium, vt quia dicat ſe maius inuenire, habetur ac ſi non denunciaſſet.*

79 *Emphyteuta cadit, ſi in denunciatione facta domino ad emendum mentiatur circa precium.*

80 *Emphyteuta priuatur re emphyteutica, ſi vt minus ſoluat pro Laudimio exprimit per mendacium ſe vendidiſſe tali precio.*

81 *Argumentum ab emphyteuſi ad feudum, valet.*

82 *Emphyteuta negans emphyteuſim, priuatur iure ſuo.*

83 *Vaſallus negans rem feudalem eſſe, ſi conuincatur de mendacio, feudum amittit.*

84 *Emphyteutam negantem rem eſſe emphyteuticam, non rem amittere, ſed tantum poſſeſſionem, tenent multi Doct.*

85 *Oblatione facta à vaſallo, ſi dominus magnitudine precij deterritus abſtineat ab emptione, & recipiat Laudemium pro venditione alij facta, poterit reſtituto Laudimio redire ad retractum, ſi poſtea ei innotuit fictum non verum precium ſibi fuiſſe denunciatum.*

86 *Ignorantia impedit curſum temporis.*

87 *Paciſci non dicitur ſed decipi, qui per fallaciã aduerſarij ignorans rei veritatem tranſigit.*

88 *Retrahendi tempore lapſo, ſi conſanguineus reſciuit venditionem fuiſſe fictam, & ſimulatam, admittitur ad retractum.*

89 *Turpitudinis particeps admittitur ad allegandum ſuam turpitudinem, vbi agimus de probanda ſimulatione.*

90 *Teſtis de facto proprio deponens, magis probat quam alius.*

91 *Teſtis alioquin inhabilis admittitur in ijs quæ ſunt difficilis probationis.*

92 *Teſti aliàs inhabili creditur, quando de ſuo facto deponit.*

93 *Simulatio coniecturis probatur.*

94 *Tempus vbi eſt de ſubſtantia depoſitionis, teſtes non probant niſi de certo tempore deponant.*

95 *Publicatione non obſtante poteſt examinari teſtis productus antequam atteſtationes aliorum publicarentur.*

96 *Impedimentum affectatum non excuſat impeditum.*

97 *Abſentia affectata non prodeſt.*

98 *Ignorantia affectata non excuſat.*

99 *Percutiens aliquem ſciens factum contra ſe deduci per illum tantum probari poſſe, non poterit illius diſpoſitionem prætextu inimicitiæ impugnare.*

100 *Teſti compulſo iuramentum non obeſt.*

CONSILIVM CCCLXXI.

IMPETRATA à Sereniſs. D. Duca Mantuæ, & Montisferrati licentia vendendi partẽ Caſtri iuriſdictionis, & aliorũ bonorũ feudalium Caſtri noui Bermidæ, quam Do. Gerardinus Zoppus habebat in patria Montisferrati, illi obtulit ſe. venditurum Domino Beltramo Moſchenio, qui eiuſdem Caſtri aliam partem poſſidebat, ſed recuſauit Moſchenius emere, quare exinde vendidit eam Domino Io. Bapt. Graſſo, verum mortuo Domino Beltramo, eius filij egerũt cõtra filios, & hæredes d. Graſſi pro reuocatione dicti feudi, ſub prætextu, quod oblatio facta fuerit ſub precio aureorum mille ſexingentorum, & tamen venditio facta verè fuerit aureis tantum mille trecentis quinquaginta: defendunt autem dicti fratres de Graſſis cauſam ſuã pluribus rationibus. Primo, quia ſine iure, & actione experiãtur Dom. Moſchenij ad eam feudi partem quæ ſibi neque reali, neque per-

perſonali actione eſt debita, non quidem perſonali,
quia nihil conuētum vnquam fuit inter eorum parentes,
& oihil promiſsum, nō etiam reali, quia in ea parte
feudi, oeque dominium habent, ueque poſsesſionē,
propterea neque perſonalis, neque realis datur actio,
§. namque agit quis, Inſtit. de actio.

Nec dicatur ex conſuetudine vegente in hac patria
Montisferrati, offerēdum eſse feudum conuaſallo pro
eodem precio, qn̄ dominus eſt illud venditurus; quia
ad hoc rn̄detur, quod de tali conſuetudine non cōſtat,
1 & cum ſit quid facti, eſt probanda. † Corn. cōſ. 174. nu.
5. volum. 2. Ioan. Mar. Riminald. conſil. 307. nume. 16.
Pariſ. conſil. 25. num. 18. volum. 1. Roland. in conſil. 53.
nu. 11. vol. . . . nec ſufficit illam probari in genere, ſed
2 probanda eſt ſpecialiter in caſu de quo agitur. † vt voluit
Oldr. in conſil. 237. Anch. in cōſi. 339. nu. 8. Bellon.
in conſ. 33. nu. 7. Crau. conſi. 241. col. 13. Ripa, conſ. 179.
nu. 18. Neuiza. conſ. 48. nu. 4. Natta in conſ. 554. nu. 26.
Rol. in conſ. 80. nu. 10. vol. 1. Menoch. in conſ. 54. nu. 37.
Becius in conſ. 98. nu. 7. tantum enim habet de potētia
3 quantum de vſu, † ſecundum Bald. in l. fin. verſ. vnum
aliud ſcias, C. comm. vtriuſque iud. & in ea nihil ſuppleri
debet vltra ſolitam obſeruantiam, vt inquit Bal.
in conſil. 275. in fi. vol. 2. & eſt ſtricti iuris. Bart. in l. 1. §.
ſi quis interdictū, ff. de itin. actuque priuato, & ſeruan
4 da eſt in ſuo caſu. † Bart. & Iaſ. in l. poſt dotem, ff. ſolu.
matr. Neuiz. conſi. 45. nu. 9. nec extenditur de perſona
ad perſonam. Cin. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Butr.
in c. fi. de conſuet. Rui. in conſ. 157. in fi. vol. 3.

Secundo, admiſſa conſuetudine pro vera D. Beltramus
ea vti non poterat, quia cum eſſet forenſis, & de
aliena prouincia, non potuit acquirere partem illam
feudi quam poſſidebat, & conſequenter habendus nō
eſt pro eiuſdem feudi conſorte, aut ſocio: ſi enim Princeps
eum ſciuiſſet forenſem, nō admiſiſſet ad feudi acquiſitionem,
& non conſueuit, vel ſaltem perraro conſueuit
licentiam concedere vendendi feuda ijs qui nō
ſunt ſubditi; & paria ſunt, non eſſe, vel minus legitimè
5 admiſsū eſſe, † l. quoties, vbi Iaſ. latè, ff. qui ſatiſd. cog.
Neuiz. conſi. 7. nu. 15. Natta conſ. 402. nu. 54. Rol. conſ.
14. nu. 25. vol. 1. Cæph. cōſ. 160. nu. 11. ceſsāte aūt acquiſitione
illius primæ partis, nō pōt aſpirare ad hāc vltimā,
quia, vt dixi, nō eſt ſocius, vel cōſors eiuſdē feudi.

Tertio, conſtat D. Beltramum non fuiſſe empturū:
nam, & id expreſsè dixit in iudicio rn̄dendo oblationi
ſibi factæ, & probatum fuit teſtibus, quod ſæpius dicere
ſolebat, nolle ſe feudum illud emere culpa, ergo
imputari non poteſt, quod non ſacta fuerit oblatio, cū
6 precio certo & vero, cū appareat, † quod nō erat profutura,
Bal. in conſ. 145. col. 4. vol. 3. Crauet. in conſi. 83.
nu. 6. vbi poſt Bald. inquit, verum id eſſe, etiam qn̄ dubium
eſt, & incertum an pro futurum eſſet, vel non. Beeius
in conſil. 37. nu. 21. & ſeq. hinc dicimus, oblationē
non eſſe neceſſariam, quando certum eſt, quod aduer-
7 ſarius eſt recuſaturus. † Cuma. Caſtr. & Alex. in l. qui
Romæ, in princ. ff. de verb. oblig. Dec. in l. quidam exiſtimauerunt,
in quinto notab. ff. ſi cert. pet. Ruin. conſil.
40. num. 9. in fi. vol. 1. hinc dicimus, qđ ſufficit verbalis
8 oblatio, quando reus accipere recuſat. † Bald. in l. 1. C.
ne lice. tert. prouoc. Aret. Alex. Iaſ. & alij, in d. l. qui Romæ,
in princ. latè Crau. in reſpon. pro genero, nu. 210.
Rimin. qui alios citat, in conſi. 5. nu. 86. Facit, quod dicimus
citaodum eum non eſſe qui dixit nolle venire,
9 Bal. in l. 2. circa finem, C. quom. & quan. iudex, vbi dicit,
idem eſſe quando citatus aſcendit equum & proficiſcitur
vltra mare: quia videtur dicere nolle venire.
Iaſ. in l nec quicquam, col. 6. ff. de offic. proconſ. Marſil.
in l. de vnoquoque, num. 56. ff. de re iud. fieri ergo non
debuit fruſtratoria oblatio, & quæ nihil erat ꝓfutura.

Quarto apparet oblationem fuiſſe factā, & D. Beltramum
eā non acceptaſſe, nec vſum fuiſſe in termino
bimeſtri ſibi præfixo, facultate ſibi conceſsa, propterea
eius filij, & hæredes non poſsunt lapſo nunc tempore
admitti, quia conceſsum ad tempus, fieri non poteſt
10 tempore lapſo, † l. epiſtola, §. fi. ff. de pact. l. Imperator,
ff. de poſtulan. l. 1. §. ſi mulier, ff. de liber. agnoſc. l. ſcire
oportet, §. conſequens, ff. de excuſat. tutor. l. ſtatuliberum,
§. ſi quis ſeruum, ff. de leg. 2. l. ſi poſt miſſionem, ff.
ad leg Falc. l. in honoratijs, §. cum reſciſsæ, ff. de actio.
& obligat. Bal. conſil. 142. col. 2. vol. 2. Decia. conſi. 423.
col. 2. Crau. in conſi. 426. nu. 8. & 26. & limitati tpis ea
eſt vis, vt contineat lapſo tpe diſpoſitionē cōtrariam.
11 † Bal. in procem. Digeſto. §. hæc autem tria. Dec. in conſil.
61. num. 4. & lapſus tpis excludit à beneficio qđ fuit
conceſsum ad temqus, gl. in l. 1. §. quod dicitur, ff. ſi cui
plus quam per leg. Falcid. l. 3. §. Diuus, ff. de iure fiſci, l.
ſi legatario, §. fi. ff. de fideicomm. lib. l. à quo, in fi. ff. de
dam. infecto. & conceſsum ad tempus, cenſetur prohibitum
poſt tp̄s, l. ſtatuliberum, §. Stichū, ff. de leg. 2. l. 1.
§. ſi mulier, ff. de lib. agnoſc. Caſtr. conſi. 430. vol. 2. latiſ
ſimè Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. nu. 44. & ratio
eſt, quia non obſeruans tempus conſtitutionis, non
12 dicitur ſeruare illius formam, † Bald. & Salic. in Auth.
Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. Caſtr. in l.
qui Romæ, §. Callimachus, in fi. & ibi Iaſ. col. 4. ff. de ver
bor. oblig. & qui non paret terminis à lege ſtatutis, vi-
13 detur renunciare iuri. † Bald. in conſi 466. in ſecundo
dub. vol. 1. & dicit idē Bal. in l. 1. in prin. C. de in integr.
reſtit. qđ termini lapſus inducit tacitā renunciationē.
multa cōgerit Tiraq. de retract. cōſang. §. 3. gl. 4. nu. 2.

Et non excuſatur D. Beltramus, ſi dicatur ideo eum
oon acceptaſse oblationem, quia facta fuerit ſub precio
non vero, ìdeſt aureorum mille ſexingētorum, cum
tamen conuenta eſset vēditio pro aureis mille trecentis
quinquaginta tantum: nam id non videtur bene
probatum, ex quo ad docti teſtes laborant defectibus,
dominus nēpe Gerardinus vēditor, & filij qui de hoc
atteſtantur, ſi dolus, aut fraus fuit in oblatione, qui dicuntur,
& ſunt fraudis participes, & non auditur qui
14 ſuā fraudem allegat, † Bart. conſ. 65. Petr. Nicolæ, vol.
1. in l. poſt contractum, de donat. & probatur in l. cum
profitearis, C. de reuoc. don. tranſactione finita, C. de
tranſact. l. filios, C. de reuōc. his quæ in fraud. cred. cap.
inter dilectos, de donat. qui ergo in eo contractu facit
fraudem, non poteſt videri idoneus teſtis ad probandam
fraudem. Io. Ant. Caneuarius, & Antonius Chinetus
probati ſunt inimici dominorum fratrum de
Graſſis, & teſtes inimicitiæ cauſas exprimunt: inimicus
autem non eſt teſtis idoneus, quinimo in totū re-
15 pellitur. † l. 1. §. præterea, vbi not. oēs, præcipuè Marſil.
ff. de quæſtion. Crau. in conſ. 6. nu. 32. Gram. conſil. 46.
nu. 5. Rol. conſ. 37. nu. 12. vol. 3. & inimicitia conſtabat
etiā tpe depoſitionis, licèt in hoc teſtes videantur aliqualiter
hæſitare, nam dicunt, quod etiā tunc nō ſe inuicem
alloquebantur, ex quo præſumitur inimicitia.
16 † gl. in c. cum Adrianus, diſt. 63. Crot. in tract. de teſtibus,
nu. 99. Blancus in l. fi. nu. 109. ff. de quæſt. & procedit
etiam in eo qui ſit reconciliatus de recenti, quia reputatur
pro inimico, & non admittitur ad teſtimoniū
17 ferendum, † vt per Marſil. d. §. præterea, num. 6. Alciat.
in tract. præſumpt. regul. 2. præſumpt. 16. in fine.

Quamuis tamen hæc plurimum videantur deſiderio
dominorum fratrū de Moſchenijs repugnare, arbitror
tamen eis non obſtantibus admittendos eſse ad
retrahendum feudum prædictum, & cogēdos eſse fratres
de Graſſis ad eis illud reuēdendum pro precio aureorum
mille trecentorum quinquaginta, ex quo per
teſtes conſtat tanti illud eos emiſse à Do. Gerardino

Zoppo,

Digitized by Google

Zoppo,& eius filijs, de hoc enim deponunt vendito-
res,& filij,nec nõ prædicti duo Chinetus ſcilicet,& Ca
neuarius; & moueor primo,quia in patria Montisfer-
rati inoleuit cõſuetudo, quod quicũque feudi alienan-
di facultatem à Principe impetrauit, tenetur hic feu-
dum pro eodem precio offerre primum agnatis pro-
prijs,& illis non exiſtentibus,vel emere recuſantibus,
eandem facere oblationem ijs qui eiuſdem feudi ſunt
participes,& adeo eſt generalis,& notoria,vt nulla du
bitatione poſſit turbari,nec ꝓbatione egeat, quia ſuf-
ficit eã allegari, & in probatione ſupplet iudex. Bald.
in l.filiusfamilias,§.veterani, ff.de procurat.in l. iube-
mus,in 4.not.C.de iud.gl.in l.1.C.qui & aduerſ.quos.
Alex.in l.1.C.vt quæ deſunt aduoc.part.Cur.iun.conſ.
24.col.1.conſi.52.col.2.Dec.conſi.402.num.10. vbi ait,
iudicem parte quoque nõ citata, poſſe informationes
18 ſumere.† Nat.conſ.218.nu.5. & ſuper hoc nullum ca-
dit dubium, quia notiſſima eſt cõſuetudo Excellentiſ-
ſimo huic Senatui, coram quo cauſa agitur. conſuetu-
do autem valet per quam retrahendi facultas induci-
19 tur.† Petrus,Cin.Bald.Salic.Caſtr.& alij,in l.dudum,
C.de contrah.emp.Bald.Salic.& Caſt.in l.1. C.comm.
diuid.Hoſtienſ.Ioann.And.Butr.Abb.& alij, in c.con-
ſtitutus,de reſtit.in integr. & infinitos ponit Tiraq.de
retract.conſang.in præfat.nu.17. ex huiuſmodi autem
20 conſuetudine oritur actio realis, vel confeſſoria, † vt
per Ioan.Fab.in §.ex iure ſcripto, col.3.Inſtitu.de iur.
natur. gent. & ciuil.vbi propriè loquitur de cõſuetudi
ne inducente retractum. idẽ ſupponit in l. cunctos po-
pulus,num.17.C.de ſum.Trinit. & fide cathol. vbi ait,
conſuetudinẽ loci attendi vbi res ſita eſt, qñ agitur de
retractu.& quod ex conſuetudine detur actio, probat
Tiraq.alios referẽs de retractu conſang.§.8. glo.5.nu.
1.& ſeq.vbi ſuſtinet,quod eſt in rem ſcripta, & ideo da
tur etiam cõtra poſſeſſorem, licet cum eo nihil geſtum
fuerit,quia eſt mixta,& non pura perſonalis actio.

Accedat, quod Domini Zoppi obtinuerunt venden
di licentiam,cum ea cõditione,quod fiat oblatio prius
agnatis,& eiuſdem feudi cõſortibus,& vigore illius li
centiæ Dominus Ioan.Bapt.Graſſus feudũ emit, vter-
que ergo eorum ſe obligauit ad vendendum Domino
Beltramo,qui cũ nulli agnati exiſtant ſolus erat in feu
do conſors ſeu conuaſſallus:quia faciẽs actum,obligat
21 ſe legibus loquentibus de illo actu.† l.ſi duo,vbi Bal.ff.
de acquir.hæred. & gloſſ. ibi dicit hanc eſſe fictionem,
quæ non recipit probationem in contrarium. Dec. in
Auth.Præterea,nu.20.vbi etiã Cur.iun. nu.23. C.vnde
vir & vxor.Ruin.conſi.86.num.19.volum.3.Crauet. in
conſ.75.nume.5.Nat.in conſ.49. num.22.& qui vtitur
aliqua diſpoſitione,tenetur ſeruare omnia requiſita in
22 † illa,l.1.§.quod autẽ ait prætor, & ibi Bart. ff.ne quid
in flum.public.Bartol. in l. in cauſis, C.de accuſat. vbi
Bald.Socin.in conſi.55.num.4. volum.1. Dec.in conſil.
13.colum.4.circa med. Tiraq. de retract. conſang. §.8.
gloſſ.7.num.1.infinitos cumulauit in conſil.248. nume.
19.& non eſt dubitandum quin Princeps poſſit ius re-
trahendi inducere inter conuaſſallos,& eiuſdem feudi
conſortes: nam videmus id à lege fieri poſſe, quia ex
lege feudi, licet agnato feudum alienatum ab agnato
23 retrahere,† vt probatur in cap.1.§. ſed & res,titu. per
quos fiat inueſtitur.& in c.1.de alien.feud.pater.Iſern.
in d.§.ſed & res,num.3.vbi dicit,quod in emendo feu-
dum extraneis præfertur agnatus, dummodo tantum
24 velit dare de precio quantũ † extraneus; & ſequuntur
alij,præcipuè Afflict.nu.10.Bal.in l.ſancimus,nu.12.in
fine,de iur. prothomiſ.& in d.§. ſed & res, num.2. poſt
gloſſ. ibi, quæ eſt notanda.Luc. de Pen. in l.1.nume.6.
C.de impo. lucrat. deſcript. lib.10. vbi ait, quod in e-
mendo alicuius feudo,præfertur agnatus. & in l.1.nu.
10.C.de fide inſtrum. & iur. haſtæ fiscal. eod.lib.10. &
hoc tenent Doct.omnes, qui ſolum diſputant an agna
tus teneatur idem ſoluere precium quod reperitur ab
extraneo; in quo tñ volunt nihil de eo poſſe imminui,
vt per Aluar.& Card. Alex.in d.§.ſed,& res,Bal.Iacob.
& Curt.iun.quos citat,& ſequitur Tiraqu. de retractu
conſang.§.1.gl.18.nu.5.Camerar.in c.Imperialẽ, folio
98.verſ.ex quibus patet,de prohib.feudi alien.per Fe-
der. quod ſi lege inducitur inter agnatos facultas re-
trahendi,poterit ẽt induci inter conuaſſallos à Princi-
25 pe, qui dicitur lex viua in terris, † ſecundum Bald. in
Auth.Hoc amplius,nu.3. C.de fideicomm.eſt tex.in §.
fi. in Auth. de Conſulib. & qui plus poteſt quã lex vel
conſuetudo, ſecundum Bald. in loco præcitato, quem
ſequitur Natta in conſ.639.num.26.vbi ſuſtinet,quod
Princeps eſt ſupra conſuetudinem: quia illam tollere
26 poteſt.† id quod multis idem Natta confirmauit in
conſ.511.num.14.& ſeq.& hoc argumento vtitur idem
Natta in conſil.367.nu.13. vbi ait, quod Princeps po-
teſt illud ipſum quod poteſt conſuetudo, imo plus.

Nec dicatur, quod forte id procedit, qñ Princeps di
ſponit per viam legis, puta committendo generaliter
ꝙ aliquid fiat, vel non fiat: quia imo idem eſt qñ cõcedit
bit ad alicuius ſupplicationem, vel ẽt quod magis eſt,
qñ mittit epiſtolam: nam, & tunc ea vim habet legis,
27 & poteſt ea epiſtola allegari pro lege, † ita notabili-
ter dicit Ang.in l.item veniunt, §.ceterum, ff. de petit.
hæred.vbi ait de facto contigiſſe Taruiſij cum eo tẽpo-
re per Ducem Venetorum trãſmiſſa fuiſſet epiſtola ad
Poteſtatem.& ſubdit vendicare ſibi locum id in omni-
bus qui pt̃atem habent legis condendæ.Roma.in con-
ſil.260.nu.1.vbi dicit,quod declaratio facta legi alicui
à Summo Pontifice,habet vim legis,quamuis ad ſingu
laris perſonæ poſtulationem exiuerit. ſequitur addit.
ad Bart.in l.1. ff.de ferijs, & in epiſtola Principis pro-
bauit hoc Alex.in d.l.1.num.24. Corſet.in tract.de re-
gib.q.22.Fulgoſ.in l.ciuitas,ff.ſi cert.petat.vbi etiã Iaſ.
nu.7.& quamuis Ang.in d.l.1. de ferijs intelligat pro-
cedere in ſolo Imperatore,vel Pontifice,non autem in
Regibus, & alijs Principibus, tñ eius ſñia ratione ca-
ret: quia ſufficit quod Princeps habeat pt̃atem legis
condendæ,vt per Iaſ.d.l.Ciuitas,vbi ẽt Dec.nu.5.& 6.
idem Dec. in Rubr.de Reſcript.col.2. in princ. vbi ait
Ang.dictum in eo,§.ceterum verius eſſe,ſicuti etiã non
ſuſtinetur dictum Caſtr.in l.1. ff.de ferijs, qui vult, qđ
non habeat vim legis epiſtola, ſi non ſit inſerta in cor-
pore iuris, vel non dirigatur ad ciuitatem vel vniuer-
ſitatẽ,de quo per Iaſ.d.l.ciuitas,per Dec. d.Rubr.col.1.
qui alios allegãt, id ꝙ ſuſtineri multo magis debet in
Sereniſs. D. Duce Mantuæ, & Montisferrati Domino
noſtro, qui iura habet Imperij, vt notauit Excellẽtiſs.
hic ordo, & probaui ſæpiſſimè in meis ſcriptis, & in
hoc facto res caret difficultate, quia ſumus non in epi-
ſtola ſed in Reſcripto, & agimus non vt vim legis ob-
tineat,quo ad alios, ſed inter partes impetrãtes: pro-
pterea dubitandum non eſt,quin ex eo ius fuerit quæ-
ſitum D.Beltramo,& quin eo ſe poſſit iuuare.

Et non repugnaret, ſi diceretur, quod ex verbis aſ-
ſenſus conceſſi Dominis Zoppis,vel etiam D.Io.Bapt.
de Graſſis, non debet actio dari D.Beltramo, vel eius
hæredibus, qui non ſunt in eo nominati. rñdeo enim,
qđ ablatiui illi abſoluti, facta ſcilicet oblatione agna-
tis, & conſortibus in feudo prolati ab eo qui poteſt di
ſponere, ideſt à Principe, non important conditio-
28 nem, ſed diſpoſitionem, † l. fideicommiſſa, §. cum eſ-
ſet, ff.de leg.3. l.in ratione, §.tametſi, ff. ad legem Fal-
cid. ideo operantur ac ſi dictum eſſet quod fiat obla-
tio conſortibus in feudo, quo caſu ius præberet ipſis
conſortibus, & non eſt nouum quod ablatiui abſoluti
diſpo-

diſponant,Bat.in l.ex hac,ff.de donat.Bald.in l.vnica,
in 1.oppoſ. C.quan.non pet. part. Narta conſ.147.nu.
13.& conſi.148.nu.7.Præterea,ex diſpone,ſemper ori-
tur actio ad fauorem illius cuius intereſt diſponem ſer
29 uari,licet verba ad illum non dirigantur.† Barto.in l.
2.§.videndum,ff.ad Tertullian.vbi infert,quod ſi ſtatu
tum dicat extantibus maſculis feminas non ſuccede-
re, maſculi verbis illis erunt vocati,& poterunt agere
30 ex ſtatuto ad excluſionem † feminæ. idem ponit Bart.
in l.1.§.quidam filium,ff.de cótratab.in l.2. §.fina.ff.de
collation. bonor. & hanc concluſionem dicit notab.
idem Bar.in l.ſeruo legato, §.ſi teſtator,ff.de lega.1.vbi
eum ſequuntur Angel. Caſtr.Cuma.Alexan.Iaſ. & alij
omnes indifferenter, vt Iaſ.ibi teſtatur, nu.3.qui num.
4.ſubdit, quod ea doctrina eſt communiter approba-
ta.Socin.qui latè comprobat, in conſi.5.nu.5.vol.1. &
dixit in propoſito Bal. in l.quod vero, ff.de legib. quod
illa verba, ſtantibus maſculis feminæ non ſuccedant,
continent duo præcepta,vnum affirmatiuum, alterum
negatiuum; ex primo vocantur maſculi & datur eis
actio, ex ſecundo feminæ remouentur. Hanc partem
ſuſtinet multisq; adductis authoritatibus tenet Brun.
de ſtatu.excluſ.femin. artic.13 nu.1. & ſequen. & illam
Regulam,l.ſeruo legato,§.ſi teſtator, quod ſcilicet non
ſit attendendum in quem dirigantur verba, ſed cuius
cótemplatione actus principaliter fiat,ſequitur Crau.
in conſi.91.nume.6. & exornat Simon de Pret.de con-
iect.vlt.volun.lib.1.interpret.2.dubit.2.ſolut.6.nu.22.
24.& ſeq. vbi alios citat. actio igitur cópetit conſorti
in eodem feudo ad retrahédum feudum,ſi oblatio ſibi
non eſt facta ſecundum formam aſſenſus conceſſi.

Tertio obligatus fuit Dominus Graſſus vendere di
ctam feudi partem, quia tã ipſe quam Dominus Zop-
pus obtulit ſe venditurum Domino Beltramo pro eo
precio quod inuenit ab alijs.hæc autẽ oblatio eſt obli-
gatoria, adeo, quod ſecuta acceptatione contractus
dicitur perfectus, etiam ſi intercedat longum interual
lum temporis, vt in ſimili cócludit Bart.in l. licitatio,
in prin.ff.de publican. & vectig. vbi dicit, quod ſi quis
offerat ſub haſta ſe rem venditurum, perficitur vendi-
tio cum primum comparet alius qui dicit ſe emptu-
31 rum: † ſicuti enim pecunia quæ in publicum proijci-
tur donari videtur occupanti,l.qua ratione,§.pen.ff.de
acquir.rer.dom. & ſicuti qui incipit tenere hoſpitium,
obligatur eos recipere qui ex poſt veniũt,l.1.ff.de furt.
adu. naut. ita qui rem publicè vendendam proponit,
vendere cogitur.ſic propoſito edicto, quod ſi quis lege
rit medicinam per annum,habeat centũ florenos,qui-
libet Doctor qui legit, conſequitur ſalariũ abſque con
32 ductione aliqua, † ſecundum Bal. in l.1.C. de cond.
ob cauſ.Alex.ad Bart.in d.§.licitatio. & in eo quod di-
ctum eſt ex licitatione in publico ꝓpoſita induci obli-
gationem, Doctores ſequuntur Bart. ibi, Bertach. in
tract.de gabell. par.2.q.10. Iulius Ferrer. in eod.tra-
ctat.de gabell.nu.281.& dixit Bar.in l.decem, §.ſi cum
mihi,nume.1. ff.de ſolution.quod idem eſt rem offerre
vel per ſtipulationem promittere.

Nec dicatur qđ ſit ſimplex pollicitatio, ideſt ſolius
33 promittentis ſponſio,† vt inquit text. in l.pactũ, ff. de
pollicitat.Albe.in l.iuris gentiũ,§.quinimo,ff.de pact.
vbi dicit, quod pollicitatio eſt quando vnus ſpopõdit
ſine interrogatione.Bald.in rep.l.2.in 2.queſt.in fin.ff.
de iureiurand.Abb.in repet.cap.per tuas, de arbitr.&
dicit Bal.in rubr. C.de dot.promiſſ. quod pollicitatio
illa dicitur,in qua ſolus interuenit promiſſoris conſen
ſus.Ruin.in conſ.166. num.2. volum.5. at non ſuſtine-
tur pollicitatio quando fit alicui priuato, ſed ſolum ſi
fiat Eccleſiæ vel Reipublicæ, vt apparet ex toto illo ti-
tulo ff. de pollicitat. vbi ſemper ponuntur exempla &
caſus in Republica & Eccleſia. Rurſus pollicitatio nul
34 lam producit † actionem,vt in d.l.pactum, in 2.reſpõ.
Abb.in c.cum inter vniuerſas, nu.13.de electio.vbi di-
cit,ꝙ iure ciuili nõ agitur ex pollicitatione. Ruin.loco
præcitato. imò non producitur naturalis obligatio,
Bar.in l.ſi vnus,§.pactus ne peteret,col.7. poſt glo. par
uam,ff.de pact.& ibi eum ſequuntur Bald. & Fulg. Iaſ.
latè in Rubr.ff.de verb.oblig.nu.6.& 8.vbi etiam Alci.
nu.10. Crot.nu.28. qui poſt multos à ſe relatos infert,
quod ſi vigore talis pollicitationis aliquid fuerit ſolu
tum,poterit repeti tãquam indebitum, ex quo neque
ciuili neque naturali tenebať obligatione.Iac. Niger,
nu.77. Ad hoc enim rñdro, qđ imo ẽt priuato fieri põt
35 pollicitatio,† l.cum donationis,C.de tranſact.& Rub.
C.de dot. promiſs.l.1.§.pen. ff.de colla. bon.l.qui mu-
tuam, §.pen.ff.mand.l. fi. C. ad Velleian. & hoc voluit
Iaſ.in d.Rub.C.de verb.oblig.nu.7. in fine.& cõem di-
cit ibi Hieron. Verius, nu.54.& 57. ſed in facto noſtro
non agimus de nuda pollicitatione,ſed de pacto, qm̃
interuenerunt literæ per quas iudex inſtante D. Graſ-
ſo & D. Zoppo eidem D. Beltramo notificat oblatio-
nem vendendi, & propterea non dicitur facta abſenti
ſed præſenti, quãdo enim aliquid promittitur abſenti
mediante epiſtola vel nuncio, tunc non dicitur pollici
tatio ſed pactum, ex quo tunc duorũ adeſt conſenſus,
36 † l.Labeo, ff. de pact. l conſenſu, ff.de action. & obli.&
ibi declarat gl.idem voluit gl.in l.1. vbi etiam Caſtr.ff.
de contrahen.empt.Ang.Inſtit.de obligatio.ex cõſen.
in fine,declarat Iaſ.in d.Rubr nu.6.vbi ait pollicitatio
nem contineri ex promiſſione quæ fiat abſenti citra
nuncium vel epiſtolã,& ibi Galliaul.nu.49.qui tñ cre-
didit Iaſonem aliud voluiſſe.idem voluit Alciat. nu.8.
verſi.ſecunda difficultas,vbi ait,quod ſi quis per epiſto
lam promittat & alius acceptet, erit pactum non pol-
licitatio, intelligendo tamẽ ſi acceptat promiſſionem,
non etiam ſi ſimpliciter acceptet literas,non aliter de-
clarando voluntatem ſuam fortius dixit Crot. ibi,nu.
26.quod ſi quis promittat vendere alicui abſenti,ſi ille
intellecta promiſſione poſtea acceptet, validus erit cõ
tractus, quia promittens præſumitur in eadem conti-
37 nuaſſe voluntate, † allegat Rotam & Gemin. & idem
Crot.in l.1.§.qui præſens,nu.13.ff.de verb. oblig.dicit,
quod interuallum temporis non vitiat in cõtractu no-
minato, gl.in l.ſi ſtipuler,§.in locando, ff.de verb.obli-
gat. & infert ideo, quod ſi dixero, volo vendere rem
Titio, ille vero ex poſt hoc audito dicat, volo emere,
contrahitur emptio, quia ex quo venditor non reuoca
nit oblationem ſed præſumitur in ea perſeuerare, con
38 ſenſus dicitur ſimultaneus.† idem vř probare Iaſ.in l.
8.§.fin.nu.10.ff.de iureiur.ſed quidquid ſit,in caſu Cro
ti in facto noſtro aliud eſt, quia,vt dixi,intercelſerunt
literæ,& interuallum loci vel temporis non vitiat em-
39 ptionem quæ fit per nuncium vel epiſtolam, † vt pro-
bat textus expreſſus, in l.1. in fi. ff.de cõtrahen. empt.
& Inſtitut.de obligatio.quæ ex conſen. in fine, quod ſi
ſimplex priuata epiſtola ſupplet præſentiam & loci di
ſtantiam ſeu interuallum, quãto magis ſupplebunt li-
teræ miſſæ per Iudicem parte inſtante, non ergo erit
pollicitatio, ſed pactum, quod ſecuta acceptatione
tranſit in contractum emptionis, & reuocari amplius
non põt, vt probant oẽs Doctores in dicta Rubr. ff.de
verborum obligat. dum ponunt differentias quæ ſunt
inter pollicitationem,& pactum,vel contractum.

Sed vbi etiam poſſet dici pollicitatio, quia tamẽ fa-
cta eſt in iudicio,& ab eo calorem recipit, produceret
40 actionẽ,& ex eo liceret agere, vt de pacto nudo,† pro-
bat glo.in Authen.Generaliter,in verſic.ſcribat, C.de
epiſco.& cler.& in l. eum pro quo, iuncto text.ff.de in
ius vocan. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit,

col.10.ff.de pact. Roman. in l.1.in prin.ff.de verb.obl.
vbi ẽt Alex.idem Alex.in l.pacta nouiſſima,in 1.notab.
C.de pact.& in Rubr.ff.de verb.oblig.vbi Iaſ.nu.23.Bn
tigell.nn.6.ſic dicimus, quod rennnciatio facta in iudi
eio habet vim pacti & nocet patri renũcianti: quia re-
41 cipit calorem à iudicio.glo.in l.1.ff.de curat.bon.dan.
Bart.in l.1.col.fi.C.de pact.vbi Ang.col.fi. Iaſ.num.15.
vbi dicit,omnes ſic tenere,Curt.ſen.nu.23.Dec.nu.26.
& 31.Curt.inn.nu.38.& ſeq.Gozad.nu.7. Ripa,nu.13.
& 16. Zuchard. nu.134.& ſeq. Cagnol.nu.58.nu.69.&
nnm.73. Cum igitur oblatio facta fuerit in iudicio, &
parti iudicialiter notificata, deſijt eſſe ſimplex polli-
citatio,& tranſiuit in pactum, & conſequenter produ-
cit actionem & obligationem ex qua nunc promittẽs
conuenitur & cogitatur ſuam oblationem implere.

Quare, cum D.Io.Baptiſta de Graſſis reuendere te-
neretur hoc feudum vigore conſuetudinis generalis,
de qua ſupra, & ex forma præſcripta à Principe in aſ-
ſenſu cõceſſo,& pp oblationem à ſe factam in iudicio,
cõtra verò D.Beltramo fuerit ius quæſitum pro reem-
ptione,non poteſt negari quin filij & hæredes D.Ioan.
Baptiſtæ teneantur idipſum præſtare, & ad id agere
quoque poſſint filij & hæredes D.Beltrami:quia regu-
lariter actiones omnes tranſeunt in hæredes & cõtra
42 hæredes,† vt l.1.& 2.C.vt actio.ab hæred.& hęres eiuſ
dem eſt iuris cum defuncto,l.hæredem,ff.de reg.iur.&
hæres præſumitur vna & eadem perſona cum defun-
43 cto,† §.1. in Auth. de iureiur.à morien. præſtit. Dec.&
Cagnol.in d.l.hæredem,Dec.in conſil.571.nu.3.& con-
ſil.683.vbi quòd eſt eiuſdem quoque poteſtatis.

His itaque ſic conſtitutis fundamentis, non obſtant
quæ de conſuetudine in contrarium allegantur: quia
ea ſubſiſtit in eadẽ ſpecie, & in eiſdem terminis, & eſt
44 notoria, & conſequenter probatio probata, † vt poſt
Bald.concludit Marſil.in Rubr.C.de probat.nn.198.&
perinde habetur ac ſi ſuper ea pronũciatum eſſet,quia
notorium vim habet ſniæ, & iudex in eo procedit non
45 pronunciando, ſed exequendo.† l.emptorem, in prin.
ff.de actio.empt.gl.& Bart. in l.ictus fuſtium, ff. de his
qui not.infam. Abb. in c.cnm veniſſent, col. penult. de
iudic. Natta in conſ.173. nu.9. & res notoria non eget
46 probatione,ſed ſat eſt ſi allegetur.† l.1. vbi gl.& Bart.
C.qui & adu. quos,c.manifeſta, 2.q.1.c.euidentia, de
accuſat.Doctores in l.ea quidem,C.eod.tit. & in c.ve-
ſtra,de cohab.cleric.adeo,vt etiam in iuris allegationi
bus deduci poſſit.Alex.in l.1.n.5. C. vt quæ deſunt ad-
uoc.part.Afflict.in deciſ.178.nu.15. Ruin. in conſil.44.
nu.18.vol.4. & poteſt iudex ex officio informare ſe de
notorietate, vt in ſpecie de conſuetudine dixi in pri-
mo fundamento & generaliter in omnibus,Soc.iun.in
conſ.65.nn.40.vol.1.alios citat Cæphal.in conſ.85. nu.
22.& pluribus ſequentibus vbi ponit allas deciſiones.

Nec repugnat quod D.Beltramus eſſet forenſis, &
non ſubditus,quando feudum emit,& ideo non potue
rit emere,& conſequenter dici non poſſit conuaſallus,
nec gaudeat beneficio conceſſo vaſallis; reſpondetur
enim, id eſſe prorſus erroneum: nam tempore dictæ
emptionis Do. Beltramus erat ſubditus,& longiſſimo
iam tpe habitauerat in patria Montisferrati, propter
quam diuturnam ſaltem decem annorũ habitationem,
47 ibi domicilium acquiſiuit,† ſecundum gloſ. in l.hæres
abſens,§.proinde,ff.de iudic. & in l.2.& 3. C.de inco-
lis,lib.10.Bald.in l.2.C.vbi Senat.vel Clariſs. Abb.in c.
fi.nn.8.de parroch.Ruin.conſi.61.nu.21.vol.5.Hoſtien.
Io.Andr.Cin.Bart.Bal.Ang. & alij multi,quos citat &
ſequitur Ruin.in conſ.59.nu.7.vol.3. Burſat. in conſil.
36.nn.7.Menoch.de arbitr.iudic.caſu 86.nu.15.& pro
priè dicitur ſubditus in loco vbi quis habet habitatio
48 nem,† glo.in Clem.1.in verſ.ſubditos, in fine, de foro
compet.& Imo.ibi citat concordantes. Bald. in l.om-
nes,§.ſi non apparitor, C.de Epiſcop. & cler. Anchar.
in c.Romana,§.contrahentes,de foro cõpet.in 6. Alex.
ad Bart.in l.aſſumptio.§.1.ff.ad municipa.Felin.in c.1.
de foro compet.Dec.in conſil.352.col.1. & dicit Bald.
in Rubr.C.ſi à non compet.iud.φ domicilium eſt potiſ
ſima cauſa paſſiua iuriſdictionis; infinitos cumulat Ti
raq.de retract.conſang.§.9.gl.2. nn.22. Natta in conſ.
4.nu.1.Cæph.in conſ.12.nu.15.& ideo vbi domicilium
originis cõcurrit cum domicilio incolatus, ſpectamus
49 potius habitationẽ,q̃ originem.† Bald.in l.2.ff.de ſtat.
hom.in conſ.418.nu.1.in fine,vol.4. Alex.conſil.16. col.
fi.vol.1.Afflict.deciſ.384.Socin.inn.Rubr.ff.ſolut.matr.
nu.21.Dec.conſil.352.nu.2.Ruin.conſ.120.nn.8. vol.4.
Natta in conſ.139.nu.16.multos addit Lancellot.Gal
lia.in conſuetud.Alex.in 8.præfatio.nu.23.cum itaque
ibi longo tempore domicilium habuerit, dicitur ſub-
ditus,& potuit feudum acquirere.

Secundo poſito quod eſſet forenſis, tamen non ideo
minus potuit feudum in patria acquirere, nullã enim
legem,& nullum ſtatutum habemus quo forenſi inter-
dicta ſit feudorum acquiſitio,& iure communi quo vi-
uimus quoad hoc inſpecto liberum eſt cuique vende-
re rem ſuam cui magis placet,l.dudum, C.de contrah.
emptio.vnde Doctores dicunt,ſtatutum prohibens ne
50 forenſis poſſit acquirere, eſſe iuris communis † corre-
ctorium.Albert.Io.Andr.Gofred.Odofred.Iaco.Butr.
Alber.Ang.Bal.Roman.& alij apud Tiraq. de retract.
conſang.in præfat.nu.59.& ſeq.Rip.conſil.81.nume.4.
Cæph.in conſi.13.nu.13.& in conſ.161.nu.5. Et quam-
uis nonnullis iam annis Senatus Excell. imo & Prin-
ceps ipſe abſtineat à concedenda licentia forenſibus
acquirendi feuda,& ſoleat in aſſenſu apponere Clauſu
lam, dummodo alienet in ſubditum, tamen non con-
ſtat quod hæc obſeruantia extaret tempore quo Do-
minus Beltramus acquiſiuit; & in aſſenſu qui tum fuit
conceſſus, illa Clauſula nõ legitur inſerta, & D.Graſſi
qui ſe fundant in tempore, probare tenentur quod eo
tempore non ſoleret concedi forenſibus licentia emen
51 di feuda. † gloſ.in Clement.fin.in ver.priuatum,de re-
ſcript.glo.pen.in c.venerabilibus, de ſent.excom.in 6.
Bart. in l.non ſolum, §.ſed vt probari, ff. de oper. noui
nunc.alios citaui in cõſ.135.nu.55. Præterea,exceptio
hæc eſt iuris tertij,quod nõ in totum, nec ipſo iure ex-
cludit intentionem agentis,concernit enim voluntatẽ
Principis,qui velit vel nolit forẽſem admittere ad ſen
52 di emptionem, ideo non poteſt allegari, † l. loci cor-
pus,§.competit,ff.ſi ſeru. vend.l.1. & 2.ff.ſi ager vectig.
vel emphyt.petat.l.2.ff.vti poſſid.l.2.ff.de except.rei iu
dic.alios ego adduxi in conſ.213.nu.16.Demum,vbi ẽt
tunc ſubeſſet ea obſeruantia, non tamẽ per hoc annul-
latur emptio ſecuta,vel aſſenſus poſtea conceſſus, mul
ta enim facta tenẽt quæ tamen fieri prohibentur,l.pa-
tre furioſo,vbi Iaſ.latè, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni
iur.& dicit Bald.in c.1.nu.2. de form. fidelit. quod etſi
forenſibus interdici poſſit ingreſſus, tamen poſtquam
venerunt ad habitandum,non poſſunt repelli,& ſi ex-
pellantur, fit contra bonum publicum, & communem
53 vtilitatem,† ſequitur Martin.Laud.ibi, & idem volue
runt multi alij,quos ego cumulaui in conſ.174.nu.10.
turpius enim eijcitur quam non admittitur hoſpes.
54 † gl.in cap.per veſtras, in verſ.ad inopiam, de donat.
inter vir.& vxor.Curt.inn.in conſ.108.nu.23. Soci.iun.
conſ.198.num.13.volum.3. & dicit Neuiz. in conſil.58.
nu.5.quod ſtatutum prohibens plantari arbores, non
ideo infert, quod eradicari debeant quæ reperiuntur
iam plantatæ; ſic ergo licentiæ conceſſæ forenſibus,
non ideo annullandæ ſunt, quia concedi non ſolerent;
poteſt enim Princeps motua fuiſſe aliqua ex cauſa no-
bis

bis ignota ad concedendum, & Principi nemo dicit
55 cur ita facis,† vt eſt apud Bald. & noſtrum non eſt in-
quirere qua ratione fecerit, vt Eques ille Romanus ex
probrādo Tiberio Imperatori quod in Seiani amicos
ſęuiret dicebat apud Tacitum.

Tertio D. Beltramus in dicti feudi poſſeſſione & iu-
riſdictionis exercitio diu fuit à Principe & Senatu to-
leratus, & conſequenter quamuis eſſet forenſis, vř ha-
bilitatus & diſpēſatus ad feudi acquiſitionem, qm̃ to-
56 lerantia inducit conſenſum,† Bal. & Ang. in l. filiusfa-
milias, ff. de petitio. hæred. in l. qui in aliena, §. quod ſi
non adierit, ff. de acq. hæred. Bar. in l. ſiue poſſidetis, C.
de probation. Marſil. in conſil. 46. nu. 31. & in Singula-
ri 77. in princ. Felin. in c. 1. col. 6. de treg. & pace. Pariſ.
in conſil. 44. nu. 15. vol. 4. Iaſ. in l. ſi creditoris, col. 2. cir-
ca med. C. de fideicōmiſſ. vbi dicit, quod admiſſus ad
actus legitimos, vř reſtitutus, & nihil ei opponi poteſt.
Crauet. in cōſ. 717. nu. 41. vbi addit, quod à ſubditis to-
lerari debet quicunque toleratur à ſuperiore, cap. ini-
micus, 94. diſt. Gemin. in cōſ. 38. prope finem. & quod
tolerantia etiam excuſet, voluit Becius in conſ. 84. nu.
9. præcipuè, qm̃ nō eſt ſimplex tolerantia, ſed accedunt
actus qui conueniunt niſi admittatur pro tali. Ruin. in
conſ. 85. nu. 9. vol. 4. Menoch. in conſ. 275. nu. 50. & ſeq.
nam ſæpiſſimè fuit D. Beltramo iniunctum quod pro-
uideat de Caſtellano in loco, aliquando quod conti-
neat ſe cum conſilio vnius ex Dominis Senatoribus, &
plures alij actus fuerunt facti cum eo, tanquam vaſal-
lo. & propterea dici poteſt, quod ſi aliàs fuiſſet inha-
bilis, ſaltem per prædicta eſſet habilitatus. & facit qđ
inquit Plotus in conſ. 19. nu. 102. vbi vult, ſtatutū pro-
hibens forenſi acquirere immobilia, non procedere in
eo qui ſit toleratus, quia non habetur pro forenſi.

Quarto Domini Graſſi nō poſſunt impugnare em-
ptionem feudi factam à D. Beltramo, illum enim ſæpiſ
ſimè admiſerunt pro vaſallo loci Caſtri noui, & eum
multis in ſcripturis admiſerunt pro ſocio eiuſdem feu
di, cum eo litigarunt multoties tanquam cum dño iu-
riſdictionis prædictæ & præcipuè reſpectu diuiſionis
Caſtri, & circa modum deputādi Caſtellanos in eo lo-
co, & improbare nemo poteſt quod ſemel approbauit,
57 † l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus, l. Pomponius ſcribit,
ff. de neg. geſt. Becius in conſ. 3. num. 39. & Oſaſc. deciſ.
Pedemon. 62. nu. 18. & dicit Innoc. in c. cum venerabi-
lis, de except. quod ſi quis fuit approbatus in vno offi-
cio, non poteſt in alio ſimili reprobari. Butr. in c. præ-
ſentium, de teſtibus. & ibi ſequuntur Abb. & Felin. Iaſ.
in l. 1. §. aditiones, nu. 16. ff. de eden. Dec. in conſil. 665.
num. 3. & in ſpecie quod contrahens cum aliquo tan-
quam tali, non poſſit poſtea negare quod ſit talis,
58 † eſt tex. in l. ſi proponas, §. 1. ff. de inoffic. teſta. vbi Bal.
infert, quod contrahens cum aliquo tanquam hærede,
non poteſt dicere nō eſſe hæredem. Bald. in l. 2. §. quod
obſeruari, ff. de iuram. calum. vbi loquitur de contra-
hente cum aliquo tanquam minore. ſequuntur Dec. d.
conſ. 665. nu. 2. Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio, num. 35. ff.
de quęſt. idem in eo qui cum vno litigat tanq̃ procura-
59 tore, dicit † Iaſ. in l. licet, nu. 8. C. de procur. Neuizan.
conſ. 17. nu. 8. Natta in conſ. 126. in fine, & generaliter
Ruin. in conſil. 58. nu. 5. vol. 3. Alciat. conſil. 55. num. 7.
Marſil. in Rubr. ff. de fideiuſſor. nu. 68. Maſcard. in tra-
cta. de probat. concluſ. 295. nu. 3. in quibus locis infe-
runt Doctores ad plures deciſiones. Cum igitur iam
fuerit pro vaſallo approbatus, non poteſt nunc repro
bari, ſed qđ ſemel placuit, debet ēt nunc placere, c. qđ
ſemel, de regul. iur. in 6. quia non conceditur variatio.

Quinto, ſiue potuerit D. Beltramus feudū illud ac-
quirere, ſiue non, hoc non eſt præſentis ſpeculationis,
ſed dum feudū poſſidet, tractari debet pro vaſallo, &
manuteneri debet in poſſeſſione iurium quæ conſecu-
tiuè veniunt ad feudū, vt eſt ius retrahendi portionē à
conuaſallo alienatā, nō facta ſibi oblatione, & interim
hřī debet pro iuſto poſſeſſore, vt dicimus de Tiranno,
cuius geſta ſuſtinentur donec ſuperueniat verus & iu-
60 ſtus dn̄s, & contra eū feratur ſnīa, † l. 1. in fi. C. de teſta.
l. Lucius, §. in qōnibus, ff. ad municip. Bart. in tracta. de
tiran. q. 11. nu. 36. vbi loquitur in fortiore caſu, qm̃ pen-
debat iam cauſa & agitabatur proceſſus. Iaſ. in l. Bar-
barius, nu. 30. verſ. quinto limit. ff. de offic. præt. & hoc
procedit ſine dubio, qm̃ id quod obijcitur non priuat,
nec excludit ipſo iure, ſed expoſtulat ſnīam: nam in-
terim poteſt is proſequi ius ſuum, nec impeditur à ta-
li obiectione, ēt lite pendente, vt eſt gloſ. notabilis in l.
his conſequenter, §. 1. in verſic. non pertinere, ff. famil.
herciſc. vbi ad hoc allegat multa iura, & eam ſequitur
Bart. qui dicit eſſe notandum, Bal. qui dicit ſingulare.
& hāc deciſionē exornat Tiraq. in l. ſi vnquā, in ver. re-
uertatur, nu. 354. C. de reuoc. don. iō non pōt DD. Ma-
ſchenijs agētibus ad retractum feudi opponi, qđ non
ſint conſortes in feudo, donec feudum poſſident, ſuffi-
cit enim quod de facto poſſideāt, & ſint vaſalli, per ea
quæ dicit Alex. in conſ. 107. nu. 18. vol. 2. vbi vult paria
eſſe quod valeat aliquid, vel ſit inualidum, ſed de facto
61 ſeruetur. † Iaſ. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 26. ff.
de verb. oblig. in l. vbi pactum, nu. 26. C. de tranſactio.
Dec. in l. 1. in princ. nu. 22. verſ. quinta & vltima con-
cluſio, ff. quod quiſque iuris. Crau. in conſil. 869. nu. 3.

Ad tertium obiectum, quo dicebatur non fuiſſe ne-
ceſſariam oblationem, ex quo conſtat D. Beltramum
empturum nō fuiſſe, vt ſæpius proteſtatus fuit: reſpon
deo, quod ſi de hoc conſtaret, non tamen noceret, illis
enim qui ad emendum hortabantur, non tenebatur
animi ſui deſiderium patefacere, ne voto eius detecto
carius exinde emere coactus fuiſſet, & cauti ac pruden
tis eſt patrisfamilias, cum velit emere, negare ſe em-
pturum ob competitores emptionis, quemadmodum
obiectanti mendacium reſpondiſſe Cicer. refert Gell.
Noctium Attic. lib. .... c. .... & ſicuti cōfeſſio ad alium
62 finem facta confitenti nō nocet. † Salic. in l. 1. colum. 8.
C. de confeſſ. vbi ſi negando mutuare, & vt me excu-
ſem dixero non habere pecuniam, imo accepiſſe de-
cem mutuo à Titio, confeſſio non mihi nocebit, ad
effectum vt Titius poſſit decem à me repetere, vigore
illius confeſſionis. ſequitur Marſil. in ſing. 464. col. 2. &
in Rubr. C. de probat. num. 88. Tiraq. in tract. res inter
alios acta, in 1. limitat. verſ. & id quidem vſque adeo,
ita nocere non debet negatio, vt contrariorum eadem
63 ſit diſciplina. † l. & ſi contra, in fi. ff. de vulg. & pupil. §.
illud, vbi glo. Inſtit. de ſociet. Ioan. Fab. & Ang. Inſtit.
de his qui ſunt ſui vel alieni iur. in prin. Accedat, quod
64 volūtas hominis eſt ambulatoria, † l. 4. ff. de adim. leg.
l. cum hic ſtatus, §. ait orario, ff. de don. inter vir. & vxo.
& poteſt hodie velle quis qđ heri nolebat, & quamuis
neget hodie velle, non tamen impeditur mutare ani-
mum, præcipuè quādo eſt nuda voluntatis declaratio,
per quam nulli ius acquiritur: propterea, ſi dixit nolle
emere, potuit mutata voluntate poſtea velle emere.

Secundo reſpondeo, quod imo ex proceſſu conſtat,
quod quidquid diceret palam, verè tamē Dominus
Beltramus intendebat emere, nec quicquā magis opta
bat quam emere partem illā Caſtri & iuriſdictionis:
nam D. Leo de Marſilio, & Auguſtinus de Pirro, atte-
ſtantur tractaſſe Dominum Beltramum cum Domino
Gerardino Zoppo, de emptione & venditione dicti
feudi, & de precio fere in omnibus cōueniſſe, illudque
ſolum obtinuiſſe, quod D. Beltramus optaret edi ſibi
primam feudi inueſtitutam, vt cum ea poſſet aduoca-
tum conſulere, ſed D. Gerardinus recuſabat tradere,

allegans fuiſſe deperditã, adduntque teſtes prædicti,
ſuper venditione fuiſſe inter partes compilata capitu-
la, ex quibus conſtat non abhorruiſſe D. Beltramũ ab
emptione, quia voluntas facto magis quam verbis de
65 claratur, † l. Paulus, ff. rẽ ratam haberi, l. reprehenden-
da, C. de inſtitut. & ſubſtitut. gl. in l. recuſari, ff. de acq.
hæred. & dicit tex. in l. ſi tamen, in §. ei qui ſeruum, ff. de
ædil. edicto, qđ multo amplius eſt facere quã pronun-
ciare. gl. in c. dilecti, de appell. & dicit Anchar. in conſ.
302. in princ. quod vbi agimus de voluntate cõtrahen
di, ſi factum contradicit verbis, imò & ſcripturæ, factũ
ſuperat, & illi cedit ſcriptura, allegat l. 1. C. plus valere
quod agitur. Roman. in conſi. 291. nu. 4. in quibus locis
agunt de cõtrahenda ſocietate. Tiraq. de retractu cõ-
uention. in fi. nu. 75. & ſæpè aliud dicunt homines quã
velint, perraro autẽ faciunt contra ſententiam. Crot. in l.
nõ ſolum, §. morte, nu. 100. in fine, ff. de oper. noui nunc.
multos allegat Rota in deciſio. 831. nu. 20. & ſeq. in pri
ma parte. in nouiſs. hinc dicunt Doctores, nõ eſſe at-
tendendam vaſalli probationem, dicentis ſe feudum
vendere ſaluo aſſenſu domini, quando poſtea domino
inconſulto procedit ad traditionem, quia bene cãtat,
66 ſed male iuſpat. † Bald. in c. Cumana, nu. 3. de electio.
in c. 1. §. fi. nu. 5. verſ. ſed pone pater, quæ fuit prima cau
ſa benefic. amitt. Curt. in tracta. feud. parte 4. Iacob. in
ſua inueſtitura, in verſ. & cum pacto de nõ alien. col. 8.
Brun. in conſ. 23. verſ. octaua regula eſt. Rubeus in d. §.
morte, nu. 316. Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis, nu. 80.
de conſtitut. Clar. de emphyt. q. 13. Cæph. in conſi. 223.
nu. 38. Roland. in conſil. 51. nu. 28. vol. 2. infinitos con-
gerit Corbul. de cauſ. priuat. ob alien. amplia. 31. & ge
neraliter dicũt Doctores, quod proteſtatio contraria
67 facto, non releuat, † vt ponunt omnes Doctores in d. §.
morte, & in l. 2. C. de iure emphyt. & in d. c. cum M. Ne
uizan. conſ. 52. nu. 35. Bertrand. conſ. 333. nu. 13. vol. 3.
Bero. conſ. 93. nu. . . . vol. 1. Cæph. conſil. 296. nu. 6. Me-
noch. conſil. 1. nu. 306. Becius conſil. 34. nu. 25. Corbul.
de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 21. num. 2. &
poſſet confirmari mille exemplis, curandum ergo non
eſt de eo, quod perfunctoriè Dominus Beltramus di-
ceret, ſed de eo quod deliberatè faciebat.

Tertio reſpondeo, quod oblatio fuit neceſſaria pro
forma, quia verba aſſenſus concepta ſunt per ablati-
68 uos abſolutos, qui important conditionem, † l. à teſta
tore, ff. de condit. & demonſtr. l. ſi debitor, §. 1. ff. quibus
mod. pign. vel hypothec. ſoluit. l. euictis, ff. de euiction.
Becius conſil. 39. nu. 18. Menoch. in conſil. 38. nu. 26. &
69 conditio importat formam. † Bald. in Auth. Matri &
auiæ, C. quand. mul. tut. offic. fungi poſſ. Ruin. in conſil.
199. nu. 1. vol. 1. alios citat Tiraq. de retract. conuen. §.
2. glo. 1. nu. 3. Becius in conſil. 39. nu. 19. Menoch. in con
ſil. 35. num. 6. & forma non ſeruata actus redditur nul-
70 lus, † l. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. Bald. in conſil.
146. col. fi. vol. 2. Decius conſil. 532. nu. 4. Becius conſil.
58. nu. 18. ſic etiã quando conditio non impletur, actus
remanet nullus, Natt. in conſil. 430. nu. 28. imo imple-
ri debet in forma ſpecifica, non etiã per æquipollens,
71 † l. qui hæredi, & l. Mæuius, in princip. ff. de condit. &
demonſtr. Tiraquel. latè in loco præalleg. nu. 4. Rolan.
in conſil. 56. nu. 22. vol. 3. & dixi in conſil. 186. num. 19.
Cum igitur oblatio pro forma eſſet neceſſaria, debuit
fieri etiam ei quem certum erat non fuiſſe empturum,
ne aliàs forma deficeret; nec excuſat ratio ſuperflui-
tatis vitandæ, nam dicimus in ſimili, quod etſi regula-
72 riter denunciatio fieri non debeat ei qui eſt certus, † l.
item veniunt, §. petitam, vbi Bart. & alij, ff. de petitio.
hæredit. Din. & Bart. in l. denunciaſſe, in princip. ff. de
adulter. Din. in cap. eum qui certus, ff. de reg. iuris, cum
multis apud Tiraq. de retract. conſanguin. §. 36. glo. 2,
num. 24. tamen qñ pro forma eſt requiſita denuncia
tio, tunc etiam qui certus eſt, moneri debet per denun
ciationem, quamuis quoad eum actus videatur ſuper
73 fluus. † Bald. in tracta. prothomiſ. col. 5. verſ. ſed pone
iure. Alexand. in conſil. 27. vol. 6. Cępol. conſ. ciuil. 47.
colum. 2. Afflict. de iure prothomiſ. in verſic. infra tri-
ginta dies, col. 2. quos omnes refert & ſequitur Tiraq.
de retract. conſanguin. §. 36. glo. 2. nume. 26. ecce ergo
quod vbi pro forma requiritur aliquid, illud omnino
eſt exequendum etiam ſi videatur fruſtratoriè fieri,
ſtante certitudine.

Quartum pariter non obſiſtit, quia cum ea denun
ciatio non fuerit facta legitimè, ideſt de vero, & reali
precio, ſed cum fraude expreſſo, nempe grauiori pre-
cio, quam cum Graſſo conueniſſent, haberi debet pro
non facta, & nulla paria enim ſunt non fieri, vel minus
74 legitimè fieri, † l. quoties, vbi latè Iaſ. ff. qui ſatiſd. co-
gan. Neuiz. in conſil. 7. nu. 15. Cæphal. conſil. 160. num.
11. Natta conſil. 402. num. 54. Rolan. conſi. 49. num. 19.
& ſequen. volum. 4. ſic etiam paria ſunt, non compare-
75 re, vel minus legitimè comparere, † cap. Nicolao, vbi
Bald. de appell. Neuiz. conſil. 18. num. 19. Rolan. conſ.
73. num. 29. vol. 2. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 12.
num. 90. quod autem oblatio fuerit fraudulenta, & de
maiori precio, quam verè partes conueniſſent, probat
duo ſupra relati teſtes, deponentes non ſolum quod
erat inter partes conuentum de minore precio, ideſt
de aureis mille trecentis quinquaginta tantum, ſed et
quod tractatum fuit inter eas de opponendo in obla-
tione maius precium, idque ad effectum ne ſi verum
precium fuiſſet denunciatum, D. Beltramus accepta-
ret oblationem, & dolus dicitur in D. Gerardino de-
nunciante, qui falſum expreſſit, l. 1. C. de dolo, Cu. in l.
præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtil. public. dolus au-
76 tem non debet ei prodeſſe, † l. nec ex dolo, ff. de dolo.
Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 9. num. 62.

Et in terminis, quod oblatio habeatur pro non fa-
cta, quãdo eſt fraudulenta, & continet maius precium
77 quam verè inuenerit, † eſt deciſio Hoſtien. in c. potuit,
extra locati, vbi loquendo in emphyteuta dicit, quod
ſi emphyteuta volens vendere, & ideo requirens domi
num ad emendum, mentiatur circa precium, vt quia
78 denunciet ſe maius inuenire, perinde habetur, † ac ſi
non denunciaſſet, argumento l. vbi autem, §. cum igi-
tur, in fine, ff. de in diem adiectio. l. ſicut, §. non videtur,
in fine, ff. quib. mod. pign. vel hypothe. ſol. ſequuntur
omnes Doctores in d. c. potuit, vbi Imola, in 1. notab.
& Abb. num. 2. Specula. in titu. de locat. §. nunc aliqua,
verſ. 92. nu. 115. vbi dicit, quod etſi non debeat emphy
teuta exprimere precium, tamen ſi in eo mentiatur, &
dicat falſum, habetur pro non denunciante; eſt verum,
quod in primo dicto communiter reprobatur, & om-
nes tenent exprimendum eſſe precium, quod inuenit
ab alijs, & eſt text. in dicto capit. potuit, & in l. fin. C. de
iur. emphyt. & in dictis locis Doctores omnes notant
precium exprimẽdum eſſe. idem in eo voluit Oldrad.
conſi. 32. in fine, Tiraq. de retractu conſanguin. §. 1. glo.
18. nu. 4. & ſequen. & quod verum precium ſit expri-
mendum, aliàs mendacium vitiet oblationem, ponit
Ioan. Fab. in d. l. fi. nume. 9. verſ. quid ſi falſo. Salic. in
13. in fine, vbi dicit notabile, & menti tenendum, vbi
79 addit, quod propterea cadit ab emphyteuſi † quod tã-
quam ſingulare, & mirabile ibi extollit Iaſ. nu. 11. ſed
eſt ſecundum regulam, quia dicitur alienaſſe inconſul
to domino, quando illum requiſiuit ad emẽdum men-
tito precio, ex quo requiſitio illa habetur pro non fa-
cta; bene eſſet ſingularis, ſi intelligeremus qđ propter
tale mendacium caderet etiam non facta alienatione,
ſed hoc pro nunc non credo verum; at quidquid ſit,
non

Digitized by Google

non eſt præſentis ſpeculationis,& ſufficit quod habea-
tur perinde,ac ſi non obtuliſſet, & cum dicta ſententia
qđ ſi precium ſit fictum & non verum,oblatio non pro-
ſit,tranſiuit quoque Bero.in d.c.potuit,nu.27. idē pro-
bauit Gozad.in conſ.46.Viſis inſtrumentis,num.7.vbi
infert,ꝗ ſi emphyteuta, vt minus ſoluat ꝓ laudemio,
exprimit per mendacium ſe vendidiſſe tali precio, pri
80 uatur re emphyteutica.† Tiraqu. de retract. conſang.
§.4.gl.2.in princ.& §.36.gl.2.nu.2.vbi in materia retra
ctus addit Bald.& Afflict. Corbol.in tract. emphyt. in
tit.de cauſ.priuat.ob mendacium,nu.20.& de cauſ.pri
uat.ob alienatio.in ampliat.20.vbi addit, Ioan.Andr.
Barbat.Bertran. Grat.& Redoan.Valaſcum in tracta.
de iure emphyt.q.8.nu.11.ex quibus conſtat hanc eſſe
cōem opinionem;& quāuis prædicti loquantur in em-
phyteuta,idem tamen iudicandum eſt de vaſallo,quia
valet argumentū ab emphyteuſi ad feudum,quidquid
81 ſit in caſu contrario,† vt probat Euerar. loco 12. col.
mihi octaua,ver.pro vera & clara reſolutione. Vallaſc.
in d.tract.emphyt.q.39.nu.19.vbi dicit,rationem eſſe,
quia cum emphyteuſis nō habeat ſingularia iura quē-
admodum feudum, argumentum ducitur potius a iu-
re communi quam à particulari materia emphyteuti-
ca. & in materia mendacij,& negationis, quod idem
iudicetur de vaſallo, quod de emphyteuta, facit, quia
ſicuti emphyteuta negans emphyteuſim, priuatur ſuo
82 † iure. Alber.in l.2.C.de iure emphyt.Ang.in l.fi.ff.de
rei vendic.poſt Specul.in d.§.nunc aliqua,nu.82.Iaſ.in
§.omnium,nu.87.Inſtit.de action. Marſil.in Rubr.ff.de
fideiuſſor.nu.384.Ripa in l.priuilegia,nu.25.ff.de pri-
uileg.cred.Roland.in conſ.88. nu.4. vol.4. ita vaſallus
negans rem feudalem eſſe, ſi conuincatur de menda-
83 cio, amittit feudum. † c.1. §.vaſallus, ſi de feudo fuer.
controu.inter domin.& agn.vbi gl. Beluiſ.Iſern.Laud.
& alij, præcipuè Aluar.qui nu.3.dicit cōmunem,idem
voluerunt in c.ceterum,de iudic.Hoſtienſ.in cap.cete-
rum,num.1.Innoc.in princ.Abb.num.21. Felin.nu.18.
quinimmo, in mendacio durius agitur cum vaſallo,
quam cum emphyteuta,quandoquidem in vaſallo ne-
mo negat eum priuari,quando negat feudum, cum tñ
in emphyteuta multi dicant eum non perdere rem em
84 phyteuticam,ſed ſolam poſſeſſionem.† Bal.in d.c.1.§.
vaſallus,nu.5.& Afflict.ibi,nu.24.Iaſ.in l.2.num.86.C.
de iure emphyt.Purpur.in l.1.col.9. C.de tranſaction.
Marſil.ſing.242.alios citat Corbul. in d.tit.de cauſ.pri
uation.ob mendac.nu.8.licet ipſe ſequatur contrariā,
prout etiam Cucus in tracta. de pœna mentient. circa
poſſeſſionem, nu.106. Non videtur ergo dubitandum,
quin oblatio de qua agimus,tanquam fraudulenta,&
propoſita ad decipiendum Dominum Beltramum, ha
beatur pro nō facta, adeo,vt ipſum Dominum Beltra-
mum,& nunc eius filios & hæredes non excludat à feu
di retractu. Et in feudo videtur ſpecialis deciſio poſi-
ta à Modern.Gallia in conſuet.Pariſ. titu.primo, §.13.
glo.octaua,in fi.vbi dicunt, quod ſi facta à vaſallo obla
tione, dominus magnitudine precij deterritus abſti-
neat ab emptione, & recipiat laudimia pro venditio-
ne alij facta,atque ita conſentiat alij rem vendi, pote-
rit reſtituto laudimio,redire ad retractum rei, ſi ei po
ſtea innotuit fictum non verum precium ſibi fuiſſe de-
85 nunciatum. † ſequitur Tiraq.d.§.4.gl.2.nu.2.allegans
idem tenuiſſe Ferron. hic autem noſter eſt caſus, ſi di-
camus conſorti licere quod domino licet,ſtante diſpo
ſitione aſſenſus.

Præterea Dominus Beltramus lapſu bimeſtris ex-
cludi non potuit, nec hodie poſſunt eius filij, & hære-
des,quia precij veritatem ignorauit, currit autem bi-
meſtre à die ſcientiæ: nam ignorātia impedit curſum
86 temporis,† l.generi,ff.de his qui not.infam. l.cum ſex
menſes,ff.de ædilit.edicto, l.fin. ff.de decret. ab ordin.
faciend.l.annus,ff.de calumniator.cap.quia diuerſita-
tem, in fine, dè conceſſio. præbend. & infinitus prope-
modum congerit Tiraquel. de retractu conſanguin. §.
35.gloſſ.quarta,nu.1. & multis ſequentibus,vbi infert
ad multas deciſiones,id quod debet multo magis ob-
tinere,quando hæc ignorantia facto, imo dolo, & cal-
liditate aduerſarij eſt cauſata,qui ita artificioſè vēdi-
tionem ſtruxit,& inſtrumentum texit,ne poſſet venire
in illius notitiam,per tex.in l.qui cum tutoribus,§.qui
per fallaciam, ff. de tranſaction. vbi qui per fallaciam
aduerſarij rei ignorans veritatem tranſegit, non tam
87 paciſcitur, quam decipitur, †eſt etiam text. in l. cum
proponas,C.de nautic.fœnore,in l.1.§.ſi reus, ff.de eo
per quem fact.erit.& facit egregia deciſio Ferroni quā
refert, & ſequitur Tiraquel. de retract. conſanguin. §.
35.glo.quarta, num.31. voluit enim quod lapſo tem-
pore ad retrahendum præfixo admittatur conſangui-
neus, ſi venditio fictè, & ſimulatè facta fuit, & verita-
88 tem reſciuit lapſo demum tempore, † & Tiraquell. in
loco præcitato vult, quod vbi ignorantia non excuſat
aduerſus lapſum temporis,nec cauſam præbet reſtitu-
tioni,excuſat tamen ſi facto aduerſarij ſit cauſata, per
iura ſupra relata: quia aliàs fraus, & dolus prodeſſet
doloſo, ſicuti deberet nocere. Cum igitur Dominus
Beltramus veritatem precij ſemper ignorauerit, non
poteſt dici in culpa,ſi non emit,nec ſibi poteſt imputa-
ri temporis lapſus.

Nō repugnat quoque, quod Dominus Gerardinus
tanquam fraudis particeps,non eſſet in teſtem admit-
tendus, ex quo non poteſt ſuam allegare turpitudinē.
reſpōdeo enim, quod vbi agimus de ſimulatione pro-
banda,admittitur particeps ad allegandum ſuam tur
89 pitudinem.† Ioan.And.ad Specul.in tit. de donation.
§.1.verſi.item pone aliquis.Bartol.in conſil.65. Petrus
Nicolæ,colum.2.volum.1.& in l.poſt contractum, co-
lum.3.verſi.& ex hoc infertur,ff.de donation. Bald. in
d.l.cum profitearis,Caſtr.in l.contra legem,ff.de legi-
bus. Tiraquel. de retractu conſanguin. §.primo, gl.ſe-
cunda,num.15. Pręterea Dominus Gerardinus in præ-
ſenti caſu eſt teſtis de facto proprio, contra ſe ipſum,
ad alterius vtilitatē, & propterea maiori fide dignus
eſt,tum, quia teſtis de eo quod fecit deponens, ſi non
90 plenè probat,ſaltem magis probat quam alius. † Ca-
ſtrenſ.in l.quicunque,in fine,C.de ſeruis fugit. Salicet.
in l.ſi quis Decurio,nu.4.C.de falſ.Tiraquell.de retra-
ctu conſanguin. §. primo, gloſſ.14.nu.47. & ſequen.&
multos alios cumulaui in conſil.7. num. 46. & ſequen.
vbi ſuſtinui,quod ſaltem facit plus quam ſemiplenam
probationem,& agimus de ſimulatione,& fraude,quę
regulariter ſolet occultè committi,& teſtibus non ad-
hibitis; in ijs autem quæ ſunt difficilis probationis,
91 admittuntur teſtes alioquin inhabiles,†l.conſenſu,C.
de repud.cap.veniens,il ſecondo,in fine,de teſtibus,c.
tertio loco,de probation. Alex.conſi.89. num.4. vol 3.
Crauet.in conſi.56.num.12.in conſil.278.nu.3. & teſti
aliàs inhabili creditur, quando de ſuo facto deponit,
92 † glo.in cap.fin.in fi.de præſcrip.& ibi Abb.col. penul.
verſi.ego ſoluendo, gloſſ.in cap.dudum, il ſecondo, in
verſic. de veritate, de election. Bart. in l.cum filius, in
princ.colum.fin.ff. de verbor.obligat. confirmat mul-
tis Tiraquel. dicta gl.14. nu.48. vbi idem dicit in teſte
non integro, & qui eſſet infamis infamia facti, quia
admittitur deponēdo de proprio facto,&, vt præmiſi,
93 ſimulatio eſt ex contractibus, qui coniecturis † pro-
bantur.Bal.in l.emptione,C.plus vale.quod agitur.oc
cultè enim fit teſtibus ſemotis, adeo, vt cogitur ex cō-
trahentibus alter cōfidere de altero,vt inquit Caſtr.in
conſ.74.col.2.vol.2.latiſſimè Becius in conſ.52.nu.47.

& ſeq. vbi infinitos cumulat Decian. conſ. 104. num. 7.
vol. 2. & cõſil. 32. nu. 8. & ſeq. vol. 3. vbi vult admitti eũ,
qui erat particeps ſimulationis, licet ſolus nõ probet.
Burſ. conſ. 399. nu. 47. conſil. 400. nu. 33. Accedat, quod
cum D. Gerardino ſunt & alij teſtes nempe eius filij, &
Chinetus & alij ſupra relati, qui iuncti cum dicto Do.
Gerardini, plenè probant, ſtante natura ſimulationis.

Nec vltimo contradicit, quod Chinetus & Caneua-
rius eſſent inimici Dñorum de Graſſis: quia rñdeo, qđ
de tp̃e inimicitiæ non conſtat, & potuerunt fortè facti
fuiſſe inimici poſt depoſitionẽ, & ideo cum ambiguum
ſit, an uno vel alio tp̃e eſſent inimici, reprobatio nõ cõ-
cludit, c. in præſentia, de teſtibus, l. non hoc, C. vnde le-
gitim. & vbi tempus eſt de ſubſtantia depoſitionis, te-
94 ſtes non probant, niſi de certo tẽpore deponant, † glo.
in l. ob carmẽ. §. fi. ff. de teſtib. Bar. in l. Celſus, in fi. ff. de
vſucap. Aret. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, col. fi. ff. de verb. oblig.
tempus enim iuramenti attendimus ad cognoſcẽdum
teſtis habilitatem, glo. in Clemen. 1. de offic. deleg.

Et in facto concurrit vnum maximè aduertendum:
nam in confeſſo eſt, nullam extitiſſe inimicitiam quan
do teſtes depoſuerũt vigore literarũ monitorialiũ, ſed
ſuperueniſſe; ex hoc infero, inimicitiam non minuere
fidem teſtis qui iam ante idem dixerat pro exoneratio
ne conſcientiæ dum eſſet amicus: ceſſat enim hoc ca-
ſu ſuſpicio, quod propter odium & malam voluntatẽ
voluerit mẽtiri, idem enim depoſuiſſet in iudicio, ſi eo
tẽpore fuiſſet productus, & ceſſante ſuſpicione quæ ori
tur ex odio, ceſſat ratio ꝓꝑ quam dictum inimici non
probat, & cõſequenter ceſſare debet diſpoſitio. & pro
hoc adduco Socini deciſionem in c. fraternitatis, col. 9.
de teſtibus, vbi vult, quod teſtis qui fuit productus an-
teq̃ atteſtationes aliorum publicarentur, poterit exa-
minari poſt publicationem: quia ex productione ceſ-
95 ſat ſuſpicio ſubornationis. † ſequitur Gabr. in tracta-
tu commun. opinio. lib. 1. tit. de teſtibus, concl. 21. nu.
138. ego memini in conſ. 8. nu. 3. & dicta ſententia ſer-
uit à fortiori, quia ſi ceſſat ſuſpicio qñ teſtis fuit produ
ctus, & adhuc ignoratur quid dicturus ſit, cum tamen
fieri poſſit, quod plus dicat, quam eſſet dicturus, ſi fuiſ
ſet examinatus tempore quo fuit productus, quanto
magis ceſſabit, quando non ſolum fuit productus, ſed
etiã depoſuit illud idem, quod atteſtatus eſt poſt cau-
ſatam inimicitiam, certè dici non poteſt, quod iudi-
cialis depoſitio facta fuerit propter odium, attento,
quod idem dixerat antequam ſubeſſet aliquod odiũ.

Rurſus, colligi rectè poteſt ex teſtibus Dominorum
de Graſſis, quod inimicitia inter dictos teſtes & Do.
Ioan. Baptiſtam, ea de cauſa contracta & orta eſt, quia
D. Io. Baptiſta ægrè ferebat teſtes prædictos ſic depo-
ſuiſſe vigore literarum monitorialium, & de eis con-
querebatur. vnde dici poteſt, quod inimicitia fuit affe
ctata, & ideo, affectanti non prodeſt, vt de affectatione
regulariter dicimus, l. 2. §. fi. ff. ſi quis caut. vbi impedi-
96 mentum affectatum non excuſat impeditum, † l. 3. §.
ſubuenitur, ff. ad Sillanian. Spec. in titu. de citatio. §. 1.
verſic. item ꝙ curatus detentus. ſic abſentia affectata
97 non prodeſt, † l. & qui data, ff. ex quib. cauſ. maior. Fe-
lin. in c. fi. de teſtibus, vbi infert ad plures ſimiles deci-
98 ſiones. ſic ignorantia affectata nõ excuſat, l. 1. † §. 1. ff.
de actio. empt. l. qui contra, C. de inceſt. nupt. c. cũ inhi
bitio, §. ſi quis verò, de clandeſtina deſponſ. gl. in c. fin.
§. vt autem, in ver. ſcienter, de offic. deleg. in 6. & in ter-
minis noſtris probat Bart. in l. 1. §. cum quis latrones,
nu. 3. ff. de quæſtion. vbi ait, quod ſi pars ſciens factum
contra ſe deductum, non aliter q̃ per vnum teſtem pro
bari poſſe, illum alapa percutiat, non poterit exinde il
99 lius depoſitionẽ impugnare prętextu inimicitię. † Bal.
in l. nihil, in princ. ff. de inoffic. teſtam. vbi idem dicit
de eo qui famulum expulit è domo, cum eſt illum pro
ducturus in teſtem, ne illi objiciatur quod familia-
ris ſit; alios citat concordantes Marſil. in d. §. cũ quis
latrones, nu. 5. Felin. in c. cum oporteat, nu. 12. in fine
de accuſatio. Socin. in cap. repellantur, nu. 10. eod. tit.
Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 25. nume. 16. verſ. ſed
temperanda ſunt prædicta. Maſcard. in tract. probat.
concluſ. 857. nu. 54. vbi recitat caſum qui ſibi contigit
Neapoli. quare admitti debent dicta eorum teſtium,
ac ſi nulla extitiſſet inimicitia.

Quod etiam objicitur reſpectu periurij contra Do-
minum Gerardinum, qui in contractu iurauerat om-
nia & ſingula eſſe vera, non imminuit fidem ſuo dicto:
quia, vt ſupra tetigi, compulſus fuit propalare verita-
tem per literas monitorias, & ſub comminatione ex-
communicationis, & teſti compulſo iuramentum non
100 obeſt, † vt inquit Specul. in tit. de teſtib. ver. ſed quid
ſi quis, quem ſeq. Alber. de Maletis, in tracta. teſtium,
cap. 6. num. 46. vbi quod talis probat ſemiplenè, adeo
quod parti iuramentũ in ſupplemẽtum deferri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Vendere aliud eſt, aliud promittere ſe venditurum.*
2 *Aſſenſus vendendi feudum, requirit ſcripturam.*
3 *Licentiam vendendi feudum ſe aliàs conceſſiſſe non creditur domino atteſtanti, ad tertij præiudicium.*
4 *Licentiam non poteſt dominus ad præiudiciũ venditoris concedere poſt mortem emptoris.*
5 *Venditio facta ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, poteſt reuocari per venditorem ſi emptor fuit negligens, nec impetrauit licentiam in tempore ſufficienti.*
6 *Contractus vbi eſt conditionalis, & conditio non purificatur, tunc ſi ſecuta eſt traditio, reuocatur res ob cauſam non ſecutam.*
7 *Conſtitutum cenſetur conditionale, quando apponitur ſuper contractu conditionali.*
8 *Precij conuentio eſt neceſſaria ad venditionis ſubſtantiam.*
9 *Qualitas non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*
10 *Liber familiaris vt probet, quæ requirantur, remiſſiuè.*
11 *Liber mercatoris non probat pro ſcribente.*
12 *Probationes plures imperfectæ non coniunguntur.*
13 *Traditio non præſumitur ex poſſeſſione, quando quis ex promiſſione non tenebatur ad tradendum.*
14 *Fructus lucratur ille qui pretium ſoluit, & cui fuit res tradita, ſi interuenit promiſſio vendendi.*
15 *Fructus ſuos facit emptor in venditione conditionali.*
16 *Emptor lucratur fructus pro rata precij in venditione facta ſub precio liquidando, vel declarando.*
17 *Dominium transfertur per traditionem, licet contractus non ſit perfectus.*
18 *Voluntas quæ tacitè colligitur ex actu, non extenditur vltra quam ex ipſo actu de neceſſitate infertur.*
19 *Specialia non ſunt multiplicanda.*
20 *Præſuppoſitum ſemper eſt verificandum.*
21 *Fructus tenetur reſtituere qui eos percipit, quando titulo eius occaſione percipit, deuenit ad non titulum.*
22 *Contractus ſuſpenſio quæ inducitur propter reſeruatum domini aſſenſum, plus operatur quam quælibet alia conditio.*

CONSILIVM CCCLXXII.

AD reſolutionem eorum quæ cõtra Ma-
gnif. Do. Gagliardum proponuntur,
præmittenda ſunt nonnulla. & primũ
quidem, quod inter eum & quondam
Magnif. Dom. Petrum Maffeum nul-
la præceſſit venditio, ſed ſola venden-
di promiſſio, quandocunque interueniret licentia Il-
luſtriſſimi Domini Comitis Mirandulæ, qui rei illius
erat

Digitized by Google

erat directus dñs & à quo recognoſcebatur in feudũ;
hæc aũt inter ſe differunt: quia aliud eſt vendere, aliud
1 promittere ſe venditurum.† Iacob. Beluiſ. Bal. & Ang.
in l. 1. C. de pact. ignor. & promittens vendere, põt pœ-
nitere. Ang. in conſ. 238. in fi. & eſt quidam contractus
innominatus. Corne. conſil. 25. col. 4. vol. 4. & ego latè
hanc concluſionem comprobaui in conſil. 52. nu. 13. &
ſeq. vbi nu. 21. dixi, quod ex tali promiſſione nõ acqui-
ritur ius in re, ſed ſola perſonalis actio, & in eodẽ con-
ſilio ſuſtinui, quod promiſſio vendendi ſequuta tradi-
tione, & ſolutione precij, non etiam tranſit in vẽditio-
nem, ſed res cum fructibus condici poteſt, quidquid in
cõtrarium aliqui attẽtauerint. & ideo ſi etiam vera eſ-
ſent omnia quæ in facto adducuntur per D. Maffeum,
quod ſcilicet precium fuerit ſolutum, vt dicit ex libris
& confeſſione partis apparere, non ideo minus com-
peteret actio ad rem Gagliardo intentata, multo er-
go magis dabitur, ſtãte, quod neque ſolutio precij ap-
paret, neque traditio, ſine quibus nulla omnino con-
ſtat venditio. id quod, quia latiſſimè confirmat Excel
lens Do. Aduocatus, non proſequor diffuſius: probat
enim, de precio non fuiſſe conuentum.

Secundo ſuppono, quod nulla vnquam præceſſit li-
centia vendendi viuente Domino Petro cui facta fuit
promiſſio vendendi: & quamuis Illuſtriſſima Domi-
na Comitiſſa videatur atteſtari illam fuiſſe cõceſſam,
tamen id non probat, quia aſſenſus vendendi feudum,
2 requirit † ſcripturam, ſecundum Afflict. in conſi. 243.
nu. 3. & 4. & in c. 1. in prin. nu. 14. de prohib. feudi alien.
per Lothar. atteſtatio ergo non probat, etſi teneamus
ſcripturam non requiri, vt tenuit Cõſilium Neapolit.
apud Afflict. deciſ. 398. nu. 9. quod etiam placuit alijs,
adhuc idem erit, quia ad præiudicium tertij non credi
tur domino atteſtanti ſe iam aliàs cõceſſiſſe licentiam
3 vendendi, † vt in terminis probat Alciat. in conſ. 136.
nume. 2. verſ. ſecundo non obſtat. Corbul. de cauſ. pri-
uation. ob alienat. quæſtio. 4. num. 8. quia ſicuti conce-
dendo ex poſt, non præiudicat tertio, ita nec confiten-
do; propterea verum eſt in facto quod viuente aſſerto
emptore, nunquam fuit impetrata licentia quod res
feudalis vendi poſſet.

Tertio præmitto vnum in iure veriſſimum, quod
vbi ẽt venditio facta fuiſſet, & non promiſſio vendẽdi,
tamen dominus ad præiudicium venditoris nõ potuiſ
ſet licentiam concedere poſt mortẽ emptoris, & cõceſ
4 ſa non prodeſt, † quia res nõ eſt integra, & iã per vnius
contrahentium mortẽ, actus eſt reſolutus, vt per Iſern.
in cap. 1. in princ. nu. 15. de prohib. feudi alien. per Fe-
deric. Afflict. in deciſ. 335. nu. 12. Natta in conſil. 502.
nu. 32. Rolan. conſ. 2. nu. 145. vol. 1. Gram. deciſio. 103.
nu. 120. & ſeq. & nu. 184. Oſaſc. in deciſ. Pedemon. 166.
nu. 10. Cæphal. conſil. 118. nu. 21. Burſat. in conſilio 89.
nu. 28. Menoch. in conſil. 89. nume. 75. & ſeq. Molin. de
primogen. Hiſp. lib. 2. cap. 8. num. 20.

Quarto addo, quod id tanto magis verum eſt, quan
do iam emptor permiſit labi tantum temporis intra
quod potuiſſet commodè conſenſum dñi impetrare:
nam, etſi venditio facta ſub conditione, ſi conſenſerit
dñs, non poſſit conditione pendente reuocari, tñ vbi la
pſum eſt tps ſufficiens ad impetrãdum, & emptor fuit
negligens, tunc conditio habetur pro defecta, & ipſe-
met venditor reuocare poteſt venditionem tanquam
5 conditione non ſecuta, † vt probat Cæph. in conſi. 118.
nu. 15. & ſeq. vbi id probat: quia talis conditio conſi-
ſtit in faciendo; & ſubdit, quod ſecuto tali defectu, do-
minus non poteſt amplius conſentire. Burſat. in conſi.
45. nu. 15. Rolan. in conſi. 63. nu. 48. verſ. ad ſecundum,
vol. 4. vbi nu. 51. dicit de nouo concedi non poſſe, quia
ius petendi aſſenſum non tranſit ad hæredem, ſicuti
alienans potuiſſet viuẽte emptore reuocare rem alie-
natam, quando is fuit negligens, & non curauit aſſen-
ſum impetrare, ita & multo magis quãdo eo iam mo-
roſo, & mortuo conceſſus eſt aſſenſus.

His præmiſſis, non obſtat quod D. Maffeus proba-
uerit ſolutionem precij: quia ad hoc reſpondetur plu
ribus modis, & primo quidem, quod vbi id verũ eſſet,
non tamen minus res poſſet recuperari, tanquã condi
tione non ſecuta ob defectum aſſenſus, & latè probant
Cæphal. d. conſil. 118. & Rolan. d. conſil. 63. & vbi ſecu-
ta eſt traditio, tunc ſi contractus principalis eſt condi
tionalis, & conditio non purificetur, reuocatur res, ob
6 cauſam non ſecutam.† Corn. in conſil. 74. num. 3. vol. 4.
Cagnol. in l. 2. nume. 172. in fi. C. de pact. inter empt. &
vendit. dixi in conſil. 157. nu. 6. & ſeq. & ratio eſt: quia
ipſa quoque traditio cenſetur conditionalis, l. ſed &
interim, §. ſi vxor, la ſecunda, ff. de donatio. inter vir. &
vxor. ſic in conſtituto dicimus cenſeri conditionale,
7 quando apponitur ſuper conditionali cõtractu.† Ang.
in conſil. 373. col. 1. Tiraq. alios citans de conſtit. poſ-
ſeſſ. par. 2. ampliat. 15. num. 3.

Secundo reſpondetur, non modo ſolutionem precij
non fuiſſe probatam, ſed nec etiam conſtare quod in-
ter partes fuerit conuentum de certo precio, quod ta-
8 men ad venditionis ſubſtantiam eſt neceſſarium, † §.
precium, Inſtit. de empt. & vend. l. pacta cõuenta, ff. de
contrah. emptio. Roman. in conſil. 30. nu. 3. Alex. conſ.
18. col. 1. in fi. vol. 1. Marſil. ſing. 38. Pinel. in 2. par. Ru-
bric. C. de reſcind. vend. c. 3. nu. 3. Simon de Pret. conſil.
19. nu. 13. & ego dixi in conſil. 225. nu. 9. cum verò nec
etiam fuerit deductum certum precium, non poteſt af
firmari quod facta fuerit venditio, quæ ſine precio cõ-
ſiſtere nequit, & vbi non conſtat de precij ſubſtantia,
fruſtra agimus de illius ſolutione: quia quod non eſt,
ſolui non poteſt, l. decem, ff. de verb. oblig. l. eius qui in
prouincia, ff. ſi cert. per. & non poteſt probari qualitas
ſi non adeſt ſubſtantia, ex quo ſtare non poteſt ſine ſu-
9 biecto.† l. nullam, §. ſi abſentis, ff. de petitio. hæred. vbi
Ang. notat. Bald. in l. 2. ff. de bonor. poſſ. ſecun. tab. in l.
omnium, C. de teſtam.

Tertio, ſi conuentum fuiſſet de precio, adhuc quæ fa
cta dicitur probatio non eſſet ſufficiens, non quidem
ea confeſſio partis quæ allegatur, quia teſtes inducti
ſunt ſingulares, vt videri poteſt & optimè probat Do.
Aduocatus, non etiam aſſertus liber familiaris, quia
10 in eo nõ cadunt omnia requiſita † de quib. apud Guid.
Pap. q. 441. vbi ſex enumerat. Crau. de antiq. tempor.
par. 1. §. vidimus, nu. 20. fol. mihi 198. Rolan. in conſil.
92. nu. 6. vol. 3. Anchar. Moder. ſam. q. 55. nu. 5. lib. 1. &
regulariter mercatoris liber non probat pro ſcriben-
11 te. † Doctor. in c. 2. de fide inſtrum. & in l. rationes, C.
de probatio. Bart. in l. admonendi, nu. 26. vbi eum ſe-
quuntur omnes, & videri poteſt apud Menoch. de ar-
bitrar. iudic. caſu 91. 92. & 93. Maſcardum de probat.
concluſio. 976. & ſeqq. quare cum & ſubſtantia precij
incerta ſit, & quantitatis probatio imperfecta, non po
teſt rectè inferri ad precij ſolutionem, in quo vnũ ad-
uerto, quod ex quo confeſſio nõ eſt plenè probata, quæ
aliàs ſemiplenam faceret fidem, coniungi non poteſt
cum libris ad perficiendum probationem: quia plures
probationes in ſuo genere imperfectæ non coniungun
12 tur, † vt volunt Bart. & alij, in l. admonendi, præcipuè
Iaſ. num. 213. & Caccialup. nu. 217. Crau. in conſil. 73.
nu. 34. ceſſante itaque precij ſolutione, ceſſat condi-
tionis fundamentum.

Non mouet ſecũdo loco traditio rei, quæ ex eo præ-
ſumitur, quod emptor reperitur in illius poſſeſſione.
ad hoc enim ſufficienter reſponſum eſt ab Excell. Do.
Aduocato, quod de traditione non conſtat, & quod

ex tenuta non infertur traditio, qñ D. Galiardus qui
non vendiderat, ſed ſolum vendere promiſerat, ex ea
13 promiſſione non obligabatur ad tradendum. † Ang.
in conſ. 238. in fi. tunc enim ſolum ea poſſeſſione præſu
mitur traditio, qñ præceſſit cõtractus obligans ad tra
dendum, ſecùs, quando nõ præceſſit aliqua obligatio,
vt benè probaui in conſil. 58. nu. 77. & ſeq. vbi idem di
xi, quando natura contractus obligat quidem ad tra-
ditionem, ſed non fuit ſecutum implementum ab alia
parte, vt quia precium non eſt ſolutum. Bat. in l. Iulia-
nus, §. offerri, ff. de actio. emp. & , vt dixi ſupra, traditio
in facto ſi vera interueniſſet, ea tamen nihil operare-
tur: quia eſſet conditionalis, quemadmodum ẽt condi
tionalis fuit principalis contractus, ſi ſequeretur aſ-
ſenſus domini, quo circa conditione non purificata, ſi-
cuti euanuit contractus, ita extinguitur traditio.

Non etiam reſiſtit, quod ſaltem D. Maffeus eſt lu-
cratus fructus, ex quo interuenit promiſſio vendendi,
14 ſolutio precij, & traditio, † iuxta doctr. Socini in l. an-
te nuptias, ff. ſolu. matrim. quem ſequuntur Curt. iun.
Dec. Gozad. Cagnol. Ruin. Tiraqu. & alij, quos ego ci-
taui in conſil. 101. nume. 41. Natta in conſil. 384. num.
6. militat enim æquitas, l. curabit, C. de action. empt. &
idem eſt in venditione cõditionali: quia interim em-
15 ptor facit fructus ſuos. † Bart. in l. ſub cõditione, nu. 7.
& 9. ff. de ſolut. ſequitur Soc. conſ. 170. num. 2. vol. 2. ſic
etiã in venditione facta ſub precio liquidando, vel de-
clarando: nam emptor lucratur fructus pro rata pre-
16 cij. † Gabriel. in conſi. 57. num. 4. vol. 1. ad hoc enim in
quo pondus totius præſentis controuerſię conſiſtit; re-
ſpondeo pluribus modis. Primo, quod contrariam ſen
tentiam in propoſito amplexus eſt Iaſ. in conſi. 117. vo
lum. 2. vbi in eodem facto cum Soc. conſulendo, illi con
tradicit, & allegat Alexand.

Secundo dico, quod contrarium procedit, quando
ſecuta eſt traditio rei, ſic loquitur Bart. in d. l. ſub con-
ditione, & Socin. in d. l. ſi ante nuptias, totum cõſtituit
fundamentum ſuper rei traditione. ſic etiam per rõ-
nem hanc reſoluit Tiraq. de retractu conuent. in fi. nu.
83. & ratio eſt: quia ſecuta traditio coloratur à titulo
qui ſperatur, licet de præſenti non adſit. Et eodem mo
do ego reſoluo in d. conſi. 52. nu. 75. at in facto non in-
teruenit traditio vera, aut præſumpta: quia, vt ſupra
dixi, D. Galiardus non tenebatur tradere, tum quia ſo
la præceſſerat vendendi promiſſio, quæ non obligat ad
tradendum, tum etiam, quia precium non fuerat ſolu-
tum; ceſſante itaque traditione, ceſſat fructuum ac-
quiſitio, de qua nunc eſt principalis contentio.

Secundo reſpondeo, contrarium procedere quãdo
traditio eſt facta pure, vt quando conſtat de traditio-
ne vera: nam tunc dominium transfertur per traditio
17 nem, licet contractus non ſit perfectus. † Bal. & Salic.
in l. contractus, C. de fid. inſtrum. latè Tiraq. de retra-
ctu conuent. in fi. nu. 67. quinimo, vt ipſe dicit, volunt
multi, quod perficiatur venditio per traditionẽ ſi præ-
ceſſit promiſſio vendendi, & omni caſu qñ traditio eſt
pura, videtur habita fides de cauſa, vt per Bald. & Ti-
raq. in locis præcitatis, ſecus eſt, qñ de vera & pura tra
ditione non conſtat, vt in facto noſtro, in quo ſola prę-
ſumptio traditionis allegatur, eo quod poſſidere quis
præſumatur ex præambulo titulo, quæ præſumpta tra
ditio cenſetur conditionalis, ſicuti promiſſio, & princi
palis contractus fuit conditionalis, d. l. ſed & interim,
§. ſi vxor, la ſeconda, ff. de donat. int. vir. & vxor. Tiraq.
de conſtit. par. 2. ampliat. 15. nu. 3. & ratio differentiæ
eſt, quia voluntas quæ tacitè colligitur ex actu, nõ ex-
tenditur vltra quam ex ipſo actu inferatur de neceſſi-
18 tate. † Bart. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque
priu. dixi in conſil. 52. num. 73. & voluntas tacita non
ita latè interpretatur ſicuti expreſſa. Crau. in conſ. 34.
nu. 3. nam maior eſt virtus expreſſi quam taciti, l. ex-
preſſa nocent, vbi Dec. nu. 5. ff. de reg. iur.

Tertio reſpondeo, poſſe ſuſtineri contrarium quan-
do ageretur de venditione conditionali, vel de promiſ
ſione vendendi purè facta, & in his caſibus loquuntur
omnia deducta in motiuo: at nos ſumus in promiſſio-
ne vendendi quæ non eſt pura, ſed conditionalis, & iõ
concurrerent plura ſpecialia, quod ſcilicet ex promiſ-
ſione ſola, & non ex venditione lucraretur fructus, &
quod ex contractu conditionali inſurgeret acquiſitio
fructuum, iura aũt multiplicationem ſpecialium abho
19 rent, † l. eum poſt, §. gener, ff. de iure dot. l. 1. C. de dotis
promiſſione. & ſi Doctores controuertunt, an lucrũ fru
ctuum procedat in ſimplici & pura promiſſione ven-
dendi, abſque dubio cõtradicerent in promiſſione con
ditionali, & nõ debet fieri extẽſio de vno caſu ad aliũ
magis dubitabilẽ, de quo interrogati Doctores aliud
dixiſſent. & cum in terminis noſtris non extet deciſio
ſpecialis, non eſt nouis ſuperſtitionibus prępſumẽdum,
cap. conſuluiſti, 2. quæſtio. 5. latè Becius in conſilio 35.
nu. 4. facit l. illud, C. de collation. & qui id tenet, alle-
get iura probantia.

Quarto ſubſiſteret argumentum, ſi cõſtaret eſſe con
uentum de precio. Doctores enim in l. curabit, & Soc.
in d. l. ſi ante nuptias, alijque qui illum ſequuntur, lo-
quuntur omnes quando precium fuit conuentũ & ſo-
lutum, & mouẽtur ex iſta precij ſolutione; at in facto,
vt præmiſi, non eſt conuentum de certo precio, ideo
ceſſat hæc qualitas precij, & præſuppoſitum factum à
Doctoribus, ergo ceſſare quoque debet eorũ deciſio,
20 quia præſuppoſitum ſemper eſt verificandum. † gl. in
l. mancipia, in ver. auocandum, C. de ſeru. fugit. Rom.
in ſingul. 495. alios addidi in conſil. 150. num. 78. Cum
igitur ceſſet qualitas precij, quæ eſt fundamentum d.
l. curabit, vt inquit Socin. in d. l. ſi ante nuptias, nõ mi-
rum eſt, ſi ceſſet quoque ea æquitas, quæ ex alio quo-
que in facto ceſſare debet: quoniã in promiſſione ven
dendi, quæ eſt ſimpliciter facta, non eſt quod emptori
poſſit imputari, ſi precium ſoluit, & vẽditio non ſequa-
tur; verum in promiſſione facta ſub conditione impe-
trandi aſſenſum domini, imputãdum eſt emptori, qui
non curauit habili tempore illum impetrare: ſtante
autem culpa emptoris, non eſt locus æquitati, quia cul
pa ſua cuique nocere debet, cap. damnum, de reg. iur.
in ſexto. nõ ergo aptè arguitur à caſu in quo nulla in-
teruenit emptoris culpa, ad eum in quo contractus
perfectio deficit culpa emptoris, cum inter hos caſus
maxima ſit diuerſitatis ratio, & hæc ſeruire poſſunt
pro quinta dicti obiecti reſolutione.

Hæc verò tãto erunt veriora, ſi omnia cumulentur,
& conſideretur quod agimus de promiſſione venden-
di, quod hæc promiſſio non eſt pura, ſed conditiona-
lis, quod non conſtat de traditione vera, ſed emptor
reperitur in poſſeſſione, & demum, quod non fuit con
uentum de precio, nec precij ſolutio facta dici poteſt,
vt hoc modo, quæ ſingula non proſunt, multa iuuent,
l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Poſtremo dici poteſt, quod etſi omnia ceſſarent, &
verum eſſet quod pendente conditione emptor facit
interim fructus ſuos, ſeu verius iuſtè illos percipiat,
nec dicatur prædo, occupator, aut iniuſtus poſſeſſor, ta
men deficiente poſtea conditione, tenetur rem cũ fru-
ctibus reſtituere, qa titulus cuius occaſione percepit
21 fructus, deuenit ad non titulum, † argumento, l. filio, §.
contra tabulas, ff. de inoffic. teſtam. Rom. in conſil. 454.
nu. 25. quẽ ſequuntur Natta in conſ. 535. nu. 18. Pinell.
id admittens, quando reſciſio fit vt ex tunc, in l. 2. par.
2. cap. 4. num. 10. C. de reſcind. vend. Menoch. de recu-
peran.

Digitized by Google

peran.poſſeſ. remed.15.nu.638. Oſaſc. deciſ. Pedem. 160.nume.12. cum enim aſſenſus non fuerit ſequutus perinde eſt, ac ſi promiſſio facta non fuiſſet, & nihil omnino geſtum, omniaque retrahuntur ad ſuum principium, vt ſunt iura vulgata, & cum agimus de materia feudi, ſuſpenſio contractus quæ inducitur propter reſeruatum aſſenſum, plus operatur quã quælibet alia
22 conditio,† vt videri poteſt apud Burſ.in cõſ.45. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum primum tollitur per ſecundum ſolenne.*
2 *Blanditijs poteſt quis alium allicere ad ſibi relinquendum.*
3 *Teſtamentum ſecundum factum ad blanditias alicuius, nullo tamen interueniente dolo, reuocat primum.*
4 *Dolus non præſumitur, ſed ab allegante probari debet.*
5 *Vtilitatem ſuam procurans, non præſumitur facere vt alij noceat, etiamſi in conſequentiam inferatur damnum tertio.*
6 *Dolus tertij dans cauſam actui, illum non vitiat.*
7 *Dolus fideiuſſoris non nocet principali.*
8 *Teſtamentum illius qui metu per tertium illato coactus fuit aliquem inſtituere, qui tamen metum non intulit, nec ſciuit tertij factum, validum eſt.*
9 *Falſa cauſa vt vitiet relictum, conſtare debet teſtatorem aliter non fuiſſe relicturum.*
10 *Rationibus pluribus præſumitur quis motus ad diſponẽdum, & non vnica.*
11 *Legitimatus nihil differt à legitimis, ſibi debetur legitima, titulo inſtitutionis debet honorari, & accuſat patris teſtamentum de inoffícioſo.*
12 *Arbitrium liberum non eſt quod impellentibus ſuaſionibus profertur.*
13 *Teſtamentum non poteſt conferri in alienam voluntatem.*
14 *Perſuaſiones iteratæ & moleſtæ vim habent coactionis.*
15 *Suaſio ſollicita plus eſt quam compulſio.*
16 *Teſtamentum metu factum reuocatur, & hæreditas ſcripto hærede tanquam indigno adimitur, & fiſco adijcitur.*
17 *Teſtamentum primum ſi ſuaſionibus, vel ſuggeſtionibus alicuius mutetur, auocatur hæreditas à ſcripto hærede in ſecundo teſtamento, & applicatur ei qui datus fuerat in primo teſtamento, præſertim interueniẽte dolo & falſa ſuggeſtione.*
18 *Hæres in ſecundo teſtamento inſtitutus doloſis, & falſis ſuggeſtionibus, tenetur reſtituere hæreditatem inſtituto in priore teſtamento, actione de dolo, vel in factum.*
19 *Falſa cauſa vitiat teſtamentum, quando eſt finalis, vt quando teſtator inſtituit aliquem credens eſſe filium cum tamen non ſit.*
20 *Exhæredatio eſt nulla, quando teſtator errauit in cauſa exhæredationis, veluti cum dixit, Titium quem ſcio non eſſe meum filium, exhæredo, ſi probat ſe filium eſſe.*
21 *Finalis cauſa probatur ex proœmio diſpoſitionis.*
22 *Teſtamentum primum non tollitur per ſecundum factum ex falſa cauſa.*
23 *Teſtamentum ſecundum inualidum non reuocat primum validum.*
24 *Nullum quod eſt, non producit aliquem effectum.*
25 *Actus validus qui non poteſt habere effectum, dicitur nullus.*
26 *Factum facilius ſuſtinetur quam de nouo in eſſe deducatur.*
27 *Mutatio voluntatis non præſumitur ſine cauſa.*
28 *Teſtamentum primum validum non tollitur per ſecundum factum ad alterius interrogationem.*
29 *Dolus colligitur ex mendacio.*
30 *Dolus præſumitur ex falſis perſuaſionibus.*
31 *Dolus non præſumitur in eo qui perſuadet teſtatori, vt ſe ipſum inſtituat, ſecus ſi perſuadeat vt alium faciat hæredem.*
32 *Dolum committit qui non facit quod debet.*
33 *Dolus conſiſtit in animo, & eſt difficilis probationis, ideo ſufficiunt coniectura & præſumptiones.*
34 *Singulares teſtes probant malam fidem, & ſcientiam.*
35 *Dolus alterius vbi eſt immediata cauſa meæ acquiſitionis, mihi nocet non minus quam meus proprius dolus.*
36 *Dolus tertij in contractibus non nocet, ſecus in teſtamentis.*
37 *Actio de dolo datur & in contractibus ex dolo tertij, quando factum illius reputatur factum eius ad cuius vtilitatem ſit.*
38 *Ademptio dicitur facta in pœnam quando præceptum ſit tertio, ſed is tertius eſt tali colligatus affinitate quæ efficit, vt pareat fauore alterius.*
39 *Simulatio & fraus arguitur ex coniunctione ſanguinis.*
40 *Metum inferre, & ſcire ab alio inferri paria ſunt.*
41 *Falſa cauſa ſi eſt expreſſa in teſtamento, vitiat ipſo iure, vbi vero non eſt expreſſa, operatur, vt annulletur.*
42 *Animo quæ conſiſtunt ſtandum eſt eius dicto.*
43 *Metus probatur ex confeſſione teſtatoris, qui dixit ſe metu compulſum ad faciendum teſtamentum.*
44 *Cauſa de vna vbi certa ſumus, qui dicere vult alias extitiſſe cauſas, tenetur probare.*
45 *Dolus qui ſemel fuit adhibitus, præſumitur perſeueraſſe, ſicut & metus.*

CONSILIVM CCCLXXIII.

IN fauorem Illuſtriſs. Domini Vincentij Spinulæ ſuſtineri videtur teſtamentũ conditum ab Illuſtri Domino Hieronymo Marino nõ obſtante priori teſtamento condito in gratiam Iulluſtr. Domini Antonij Mariæ filij legitimati eiuſdem teſtatoris: nam vulgata eſt regula, quod primum teſtamentum tollitur per ſecundum ſolenne,
1 †§.poſteriore, Inſtit.quib.mod.teſt.infirm.l.ſi quis priore, in prin.ff.ad Trebell.l.ſancimus, C.de teſtam.c.vltima voluntas, 13.q.2.l.ſi iure, ff.de leg.3.l.4.ff.de alim.legat.Dec.in conſi.264.num.1.in fine.Didac.in Rubr.de teſtam.par.2.nu.1. Natta in Auth.Hic inter, nu.1.C.de teſtam.Clarus de teſtam.quæſt.94. Card. Mantica, de coniect. vltim.volunt.lib.12.tit.1.in fine, Simõ de interpret.vltim.volun.lib.4.interpr. .. dubit.2.nu.35. Craſſus in §.teſtamentũ, q.86. nu.1. vbi ampliat multis modis. Maſcard.de probatio.Concluſ.1282.nu.1. & ſeqq. vbi ampliat. continet autem vltimũ hoc teſtamentum omnes ſolennitates ad illius validitatẽ neceſſarias, & præcipuè teſtium numerum, hæredis nominationem, notarij ac teſtium rogitum, & alia, vnde videtur quod de illius validitate dubitari nõ poſſit, vltra quod in dubio pro ipſo inſtrumento præſumitur.

Nec repugnat quod teſtator fuerit inductus blanditijs ad reuocandũ priora teſtamenta, & inſtituendum Dominum Vincentium; quia reſpondeo, non ideo minus eſſe validum teſtamentum: nam poteſt quis
2 alium blanditijs allicere ad ſibi relinquendũ, † l.fin.ff. ſi quis aliq.teſtar.prohib. idẽ probatur in l.fin. C.eod. tit. vbi permittitur vxori virum prouocare vt eam inſtituat. Bar.in l.Lucius, §.Sempronia, in fine, ff.de leg.2. & licet mutuis affectionibus inuicem ſe prouocare ad ſe inſtituendum; & hæc voluntas quamuis ſit captatoria, non tamen damnatur, l.captatorias, ff.de hered. inſtit. vbi Bald.dicit hunc eſſe bonum & permiſſum dolum, qui non vitiat teſtamẽtum, & idem ibi poſt Ang. dicit Imola, col.1. amplians procedere etiam in contractibus, quia in eis militat eadem ratio quæ in teſtamentis, l.blanditus, C.de fideiuſſor.Cin.in l.quidquid, C.arbitr.tutelæ, vbi ait, quod ſi tutor blandis verbis induxit eũ ad ſibi relinquẽdũ qui deſtinauerat relinquere pupillo, ſuſtinetur teſtamentum. Abb.in c.2.num.2. de pecul.cleric.vbi ait, non delinquere qui aliquem ad ſibi relinquendum inducit blandis verbis, & infert ad prælatum ſuadentem alicui qui volebat eccleſiam inſtituere, quod ſe ipſum inſtituat. & dicit Bald. in l.1.

num.

num.17.C.ſi quis aliq.teſta.prohib.q ſi frater meus vo
lebat turpem inſtituere perſonam, & ego ſibi perſuaſi
quod erat mortua, & quod me inſtitueret, dicit bonus
dolus,& irreprehenſibilis,ideo non punitur, ſed inſti-
tutio ſuſtinetur,argum. l.cũ pater, §. Titio, ff. de leg. 2.
& nu. 20.ſubdit,quod procurans ſe inſtitui,non præſu-
mitur in dolo , licitum eſt enim procurare ſuam vtili-
tatem,d.l.quicquid,C.arbitr.tutelæ. & licitum eſt ami
citias captare vnde proueniunt dona, l.ſocium qui,ff.
pro ſocio. ſequitur Additio. ad Abbat. d. c. 2. Henric.
Boic.in c.inter cætera , in fine , de præbend. vbi tenet,
non eſſe interdictum vſum blanditiarum, vt captetur
inſtitutio.Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.17.nu.14.Rota
in deciſ. 542.nume.7.in 1.par. in nouiſſim. idem voluit
Afflict.in deciſ.69.nu.6.ponunt gloſ. & Doctores in d.
l.captatorias.Socin.iun.in conſi. 144.nu.55.vol.2.& in
conſil.113.nu.13.volum.3.Curt.iun. in conſi.6.num.7.
Cæphal.conſ.414.num.11.Burſat. in conſi.189.nu.27.
Lancellot.Gall.in conſuetud.Alexand. præſatio.5.nu.
33. & ponit Menoch. in tractat.de arbitrar.iudic.caſu
395.nu.42.Benedict. in c. Rainutius,in verſ.condidit,
il ſecondo,num.25.de teſtam.

Hæc autem opinio procedit etiã ſi præceſſerit aliud
teſtamentum,quia nihilominus ſequens factũ ad blan
ditias alicuius,eſt validum, & reuocat primũ,ſi tamen
3 præter blanditias non interuenerit dolus,† & ita vide
tur voluiſſe glo.in d.l.quidquid,C.arbi. tut. vbi Mart.
Silim.& Cin.eius ſnĩam probauit quoque Iaſ.in l.1.nu.
4.C.ſi quis aliq. teſta. prohib. vbi reprehendit Angel.
contrarium tenentem.Benedict.in d.verſi. condidit, il
ſecondo,nu.25.in fine,vbi hoc modo intelligit dictum
Angeli,qui in contrarium allegatur.Dec.cõſi.489.nu.
6.Duran.de art.teſtan.tit.11.cau.4.num.4.

Dolus autem in præſenti facto non concurrit, & in
dubio nõ præſumitur,ſed ab allegante probari debet.
4 † l.quoties,§.qui dolo,ff.de probatio.Corneus in cõſil.
136.num.5.volum.1. Dec.conſi.256.col.pen. Craue.in
conſi.8.col.1.& in conſi.359.col.2.Becius conſ.106.nu.
26.latè Maſcard.de probatioo. Concluſ.531.nume.1.
vbi ampliat multis modis Menoch. de præſumpt. lib.
5.præſumpt.3.num.14. & ſeq. Et in ſpecie quod dolus
ſit probandus ab eo qui impugnat teſtamentum , te-
nuit Betrand.in conſ.314. num.4. vol.2.quem citat &
ſequitur Socin. iun.in conſil.513. nume.9.vol.3. Card.
Mantica,de coniect.vltim.volunt.lib.2. tit.7. nume.1.
Decian.conſ.65.nu.10.in 2.vol.Menoch.de præſumpt.
lib.4.præſumpt.12.in prin. ſed ante eos hoc voluit Bal.
in l.1.in fi.C.ſi quis aliquẽ teſtari prohib. vbi ait, non
cenſeri in dolo eum, qui procurat ſe inſtitui,'niſi pro-
betur eum vſum fuiſſe malis artibus.latè Dec.in conſi.
489.num.6.vbi mouetur:quia procurans ſuam vtilita
tem, non præſumitur facere vt alij noceat , etiamſi in
5 conſequentiam inferatur damnũ tertio.† Bar.in l.Flu-
minum, §.fin.ff.de dam. infecto . & qui vtitur iure ſuo,
non videtur dolo facere,l.nullus videtur,ff.de reg.iur.
cum itaque non præſumatur dolus, neceſſaria eſt pro-
batio , & talis, quæ concludat,l.dolum, C.de dolo,vbi
quod perſpicuæ probationes exiguntur,Bal.conſ.250.
vol.1.Crau.in conſ.8.nu.1. cum ſimilibus. hic verò etſi
multæ allegentur coniecturæ , illæ tñ non inferunt do-
lũ ex neceſſitate, propterea ſuſtinebitur teſtm̃ vltimũ.

Rurſus ſi concedamus dolum fuiſſe admiſſum in
præſenti negotio, is non nocebit Domino Vincentio,
qui fuit in ſecundo teſtaméto inſtitutus, quia nihil eũ
conſtat perſuaſiſſe, ſed quæcunque allegantur , ea om-
nia dicta & facta recitantur ab vxore Domini Vin-
centij,vnde ſi ipſa dolum commiſiſſet , non tamen te-
ſtamentum reuocaretur : quia dolus tertij etiam dans
6 cauſam actui,non illum vitiat,† l.& eleganter,in prin.
ff.de dolo,vbi gl.magna,in verſ.in hoc ipſo,circa med.
vbi vult,quod dolus proxenetæ ſeu ſenſalis, non faciat
contractum nullum.Iaſ.in §.actionum,num.44.Inſtit.
de action.& eſt regulare,quod vnius dolus nocere alij
non debet. Bart. in l. eum qui, ff.de interd. & releg. ſic
dicimus dolũ fideiuſſoris non eſſe damno principali,
7 † l. ſed etſi ex dolo , §. item ſi quid ex dolo, ff. de dolo.
Crau.conſi.371.num.4. ſic in propoſito, ſi vxor dolum
adhibuit vt teſtatorem induceret ad reuocandum te-
ſtamentum , non debet id alij & merito præiudicare.
Hinc Socin. iun.in d.conſi.113. num.12. volum.3.ad ex
cludendum nullitatem teſtamenti quod impugnaba-
tur,quia doloſis ſuaſionibus eſſet factum, allegat ab-
ſentiam inſtitutorum, qui ideo dolum feciſſe non po-
tuerunt; & magis ad noſtros terminos accedẽdo gloſ.
in l. 2.C.ſi quis aliq. teſta. prohib. vult, quod validum
ſit illius teſtamentum qui metu per tertium illato,co-
actus fuit vnum aliquem inſtituere, qui tamen metum
8 non intulit , nec ſciuit tertij factum . † idem voluit glo.
in Rubr.ff.eod.tit.Cin.in Rubr.C.eod.tit.& ita tenent
omnes Doctores, vt inquit Iaſ.in l.1.num.3. in fine,C.
ſi quis aliq. teſta. prohib. Vaſq. de ſucceſſion. creat.
lib.2.§.17.num.5.ergo idem dicendum eſt quando ſug
geſtionibus eſt mutatum teſtamentum : quia non re-
fert quod voluntas teſtatoris ſit coacta, vel dolo ſedu-
cta,vtroque enim caſu non eſt libera.

Minus quoque reſiſtit, quod teſtamentum prædictũ
fuerit factum ex falſa cauſa , & primum fuerit ex falſa
cauſa mutatum & reuocatum , ex quo fuit teſtatori fal
ſo perſuaſum , quod dominus Antonius Maria inten-
tauerat necem teſtatori, & venenum parauerat, quia
reſpondetur: quod ſi hæc fuiſſet cauſa reuocandi, non
tamen ſufficeret ad teſtaméti nullitatem, quia vt falſa
cauſa vitiet,cõſtare debet teſtatorẽ aliter nõ fuiſſe re-
licturum. & neceſſe eſt quod cauſa ſit in teſtamento ex
preſſa,nam ſi non ſit expreſſa, ſed tacita, tunc non po-
teſt dici quod teſtator ea ceſſante non eſſet relicturus.
9 † eſt text.in l.ſi inſtituta,§.fin.ff.de inoffic.teſtam.quem
ſic intelligit Bar.in l.fin.num.3.in 1.oppoſ.ff.de hæred.
inſtit.vbi dicit, quod falſa cauſa in corde retenta, non
vitiat.& ſubdit, eſſe menti tenẽdum. ſequuntur Rom.
in conſil.162.nume.7.volum.4.Menoch. de præſumpt.
lib.4.præſ.24.nu.16.vbi ait egregium eſſe Rom. exem-
plum,quare cum in vltimo hoc teſtõ expreſſa non fue-
rit cauſa quæ teſtatorem induxit ad reuocandum pri-
mum, non poteſt dici quod non eſſet aliter relicturus.

Prætereà non videtur probatum , quod ex ea cauſa
teſtator primum mutauerit teſtamentum, & poteſt
eſſe,quod ex alia fuerit motus: nam in dubio pluribus
rationibus, præſumitur quis motus ad diſponendum,
10 & non † vnica.Salic.in l.ſi ſerui veſtri, C.de noxali. vbi
dicit , quod allegans ſolam rationem aſſignari poſſe,
probare debet. Imol.in l.ſi conſtante, ſolut. matr. Ri-
pa in Rubr.ff.ſolut.matr.n.62.vbi alllegat Iaſ.& Cur.
ſen. Alba in conſ.74.num.11. Becius in conſi.111. num.
27. & non eſſet inconueniens , quod ad inſtituendum
D.Vincentium eſſet inductus amore , & beneuolentia
quibus illum proſequebatur, licet etiam ex falſa cauſa
odio haberet D. Antoniũ Mariam , adeo vt ſi etiã ceſ-
ſaſſet odium,nõ minus inſtituiſſet D.Vincentiũ,quem
amabat;erat autem certitudinariè probandum, quod
niſi falſis ſuaſionibus fuiſſet inductus primũ teſtamen
tum non reuocaſſet, & D. Vincentiũ minimè inſtituiſ-
ſet,cum poſſint ſimul ſtare , quod vtrumque pari affe-
ctione diligeret,& pari vellet beneficio donare.

Quibus tamen non vrgentibus , arbitror iuſtiorem
eſſe cauſam Domini Antonij Mariæ,& ad eum perti-
nere hanc Domini Hieronymi hæreditatem, qui fue-
rat in priori teſtamento ſcriptus hæres, & duobus co-
dicillis

Digitized by Google

dicillis ſemper cõfirmatus: & ad quæ etiam ſpectaſſet
hæreditas ab inteſtato, cum ſit Domini Hieronymi fi-
lius legitimatus, qui propter legitimationẽ nihil dif-
fert à legitimis, §.ſit igitur licẽtia, in Auth. quib. mod.
11 natur. effic. legit. & ſibi debetur legitima. † Bal. in c. de
cauſis, num. 34. de offic. deleg. & eſt honorabili titulo
inſtitutionis decorandus. Iaſ. in Auth. Nouiſſima, nu.
14. C. de inoffic. teſtam. & accuſat partis teſtamentum
de inofficioſo. Roman. in conſil. 34. & hæc omnia la-
tiſſimè comprobaui in conſil. 75. nume. 1. & ſeqq. vnde
ſublato de medio vltimo patris ſui teſtamento, vel ſuc
cederet ea priore, vel haberet patris hęreditatẽ ab in-
teſtato, acſi nullum teſtamentum condidiſſet, vt appa-
rebit ex infra latius dicendis. Et quamuis teſtamen-
tum vltimum quoad extrinſecam formam, habeat ſo-
lennitates omnes neceſſarias, tamẽ nullius eſt valoris
aut momenti, & vbi validum ſit, venit reuocandum
ſeu annullandum: fuit enim conditum per blanditias
& ſuggeſtiones, quæ fuerunt adhibitæ ab vxore Do-
mini Vincentij, quæ, vt teſtes dicunt, importunè illum
ſtimulabat, & continuis hortationibus impellebat ad
reuocandum primum teſtamentum, & nouum aliud
faciendum, in quo Dominum Vincẽtium virum ſuum
inſtituerat hæredem, & eis teſtator cõtinuè & abſque
intermiſſione aliqua vexatus, & tandem expugnatus,
vt à moleſtia ſe redimeret, deuenit ad factionem teſta-
menti prædicti, & alterius reuocationem: dici enim
poteſt eum teſtamentum feciſſe non ex ſui animi ſen-
tentia, ſed ad alienum arbitrium: quia non eſt libe-
rum arbitrium illud, quod impellentibus ſuaſionibus
12 profertur. c. de † multa, §. 1. de præbend. cap. 2. in fine,
de teſtam. in ſexto, gloſ. in Clem. dudum, §. ſi vero, in
verſ. liberè, de ſepultur. Bal. in conſil. 288. col. 2. vol. 4.
& ſicuti in alienam voluntatem conferri non poteſt te
13 ſtamentum, † l. captatorias, ff. de hæred. inſtit. & l. cap-
tatoriæ, ff. de leg. 1. l. captatorias, C. de teſtamen. milit.
ita neque fieri poteſt ſecundum alienum votum; facit
etiã, quia iteratæ, & moleſtæ perſuaſiones, vim habent
14 coactionis, † l. 1. §. perſuadere, ff. de ſeru. corup. l. quar-
ta, §. ſi quis volentem, ff. de lib. hom. exhib. quinimò,
15 ſolicita ſuaſio plus eſt quã compulſio, † vt dicit Oldr.
in conſil. 36. col. 1. in fine. Caſtr. in conſi. 174. col. 1. vol.
2. Decian. in conſi. 65. num. 4. vol. 2. conſi. 32. nu. 20. vol.
3. Craue. in conſi. 192. nu. 12. vbi allegat Oldrad. Socin.
Curt. iun. & alios, teſtamentũ autem metu factum re-
uocatur, & ad irritũ reducitur, & hæreditas fiſco adij-
citur, ſcriptoque hæredi tãquam indigno admittitur.
16 † gl. in Rubr. ff. ſi quis aliq. teſta. prohib. vbi Bar. & alij
ſequuntur. Latè Vaſq. qui cõem dicit, d. lib. 2. §. 17. nu. 5.
Menoch. de arbitr. iudic. caſu 395. nu. 7. Boſſius de his
qui aliq. teſtari prohib. nume. 4. & 5. Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 11. Card. Mantica, de coniectu.
vlt. volunt. lib. 2. tit. 7. nu. 2. & ſeq. Craſſ. in §. teſtm̃, q. 83.
per totã, & Doctores in locis inferius allegandis, infe-
rẽdo ad plures deciſiones, probãt perſuaſiones & ſug
geſtiones in oĩ fere materia auferre liberũ arbitrium.

Et ſi omni tpe voluntas non libera non attenditur,
in eo præcipuè damnatur, qñ iam fecit quis ſuũ teſtm̃
omni carens ſuſpicione: nam ſi poſtea illud ſuggeſtio-
nibus vel ſuaſionibus alicuius mutet, auocabitur hære
ditas à ſcripto hęrede, & applicabitur ei qui datus fue
17 rat io primo teſtõ. † ita Ang. in l. non enim, ff. de inoffi.
teſtam. vbi dicit habuiſſe in facto, cum vnus teſtm̃ fa-
ctũm ad fauorem quorũdam religioſorum reuocaſſet
inſtigationibus alterius, qui dicebat illos malè erro-
gaturos hæreditatem, & non eſſe bonæ conditionis, &
dicit Cæpol. in caut. 36. vidiſſe ſemel in facto practica-
ri; idem dixit Ang. in l. 1. C. ſi quis aliq. teſt. prohib. vbi
Iaſ. nume. 4. in fine, dicit notandum, quia eſt vtilis de-
ciſio, & in conſi. 141. n. 5. vol. 4. & in ſimplicibus inſtiga
tionibus ſine dolo hoc tenet Marſi. in ſing. 526. vbi ſub
dit, menti tenendũ, & his eo anno eueniſſe caſum Bo-
noniæ. Ruin. in conſil. 73. nu. 5. vol. 2. Barba. in c. preſbi-
ter, col. 1. & 2. de pecul. clericor. Afflict. in deciſ. 69. Pa-
riſ. in cõſ. 67. n. 59. & ſeq. vol. 3. vbi dicit hoc procedere
etiã ſi non interueniãt falſæ ſuggeſtiones, ſed ſolæ pre
ces & inſtigationes ad præiudicium alterius iam inſti
tuti, quia multa honeſtè accipiũtur, quæ inhoneſtè pe-
tũtur, l. 1. vbi Io. de Plat. & alij, C. de petitio. bono. ſubl.
lib. 10. hanc etiam partem probauit Socin. iun. in conſ.
148. num. 15. volum. 2. vbi ait, eiuſmodi ſuaſiones non
carere dolo, quando cõſtat quod teſtator volebat alij
relinquere, vtputa, ſi iam fecerat teſtamentum, & pro
bat pro hac parte ſtare Barbat. Iaſ. & Marſil. in locis
iam relatis. Hanc quoque deciſionem vtilem dicit &
notandam Benedict. in d. verſic. condidit, il ſecondo,
num. 25. quamuis ipſe illam non probet, niſi acceden-
te dolo. ſed cum ea tranſit Neuia. in conſi. 63. num. 24.
vbi dolum non exigit ſolis contentus inſtigationibus,
Cotta in Memor. incip. Teſtatorem inducere, in prin.
Et hanc partẽm defendit Crau. in conſi. 670. nu. 2. vbi
ſuſtinet circumſcripto etiam dolo & falſitate non re-
uocari teſtamentum primo factum per ſecuudum, ſo-
lis ſuggeſtionibus inductum. & idem voluit Menoch.
de arbitrar. iudic. caſu 395. nume. 42. vbi diſtinguit, an
præcedat teſtamentum iam factum vel nullum antea
factum ſit: quia iam factum non tollitur per aliud con
ditum ad importunitatem alterius: ad impediendum
aũt ne alius inſtituatur, requiritur dolus. Peregr. de in
re fiſci, lib. 2. tit. 6. nu. 12. vbi vult idem eſſe qñ teſtm̃ nõ
præceſſit, ſed agitur de dãno venientium ab inteſtato;
& de hoc dicam latius in reſolutione contrariorum.

Sed hæc planiora ſunt inſpecta facti narratione:
quia nedum importunæ ſuggeſtiones interuenerunt,
ſed etiam doloſæ & falſæ inſtigationes: ſuadebatur
enim teſtatori, quod hæres primo ſcriptus illum tol-
lere de medio viuentium tentauerat, non ſolum vene-
no, ſed ferro etiam, quod iniurioſos de eo ſermones
ſemper ferebat, quod ei continuo maledicebat, quod
in eius ſubſtantiam inhiabat, quod vitæ illius longitu
dinem odio habebat, multaq; alia ſupponuntur, quæ
dolum malum manifeſtè oſtendunt, quo dolo ſtante,
nemo negat, immò verò admittunt omnes, teneri hæ-
redem vltimo loco inſtitutum hæreditatem reſtituere
priori inſtituto, actione de dolo, vel in factum. ita
18 † enim voluerunt in clarioribus terminis Ang. Cępol.
Barbat. Iaſ. Afflict. Ruin. Pariſ. Neuia. Soc. iun. Cotta,
Crau. & alij ſupra citati, & præter eos gloſ. Cin. Bald.
Salic. & alij omnes, in l. 1. C. ſi quis aliq. teſtari prohib.
& in l. fi. C. eod. tit. & in Rubr. C. eod. Iaſ. in l. 3. §. fin. ff.
de cond. ob cauſ. nume. 6. & ſeq. Dec. in conſil. 489. nu.
1. & 6. vbi interueniente dolo aut etiam falſa ſugge-
ſtione, vult ſcriptum hæredem priuari hæreditate. Ia-
cobin. in d. l. non enim. idem tenuerunt Bal. Fulgoſ. &
Alex. in l. ſi frater, C. qui teſtam. facere poſſ. Iaſ. in l. 1.
§. & fuit quæſitum, in 2. lectura, nume. 43. ff. ad Trebel-
lian. vbi Ripa, num. 32. dicit eſſe communem opinio-
nem, & allegat Butr. & Alex. dicens dari actionem de
dolo, vel in factum, contra hæredem ſcriptum Bene-
dict. in d. verſ. condidit, il ſecondo, nu. 25. vbi hoc ha-
bet pro indubitato, quãdo dolus interuenit Menoch.
d. caſu 395. nume. 41. & in tracta. præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 11. in fine. Crau. in conſ. 192. nu. 12. vbi per mul-
ta probat dolum vitiare actum in conſi. 516. nu. 2. cõſ.
670. per totum, conſi. 729. num. 2. & ſeq. & conſil. 731.
nu. 5. Gabriel. conſ. 99. per totum, præcipuè vero num.
7. in 1. vol. vbi vult, dolum inducere actionẽ pro auocã
da hęreditate ablata, & ibi latè agit, licet principali-
ter lo-

ter loquatur de teſtô côdito metu vel per vim, vult tñ,
quod ſemper dolus obſit. Decian.conſi.65.num.2.& 7.
vol.2.conſ.32.num.10.& ſeq.vol.3.Card.Mant.de con
iect.vltim.volunt.lib.2.tit.7.nu.4. Sim. de Pretis,lib.5.
interpreta. 1. dubit. 1.nu.74. & multis ſeqq. vbi multa
proſequitur exempla ad probandum quod dolo & ma
chinationibus motus fuerit quis ad teſtandû,& loqui-
tur non ſolum in teſtô,ſed êt in alijs voluntatibus. Pe-
chius de teſtam.coniugat.lib.1.cap.3. num.4. Lancell.
Gall. in conſuet. Alex. in præfatio.5.nu.49. vbi ſubdit
rationem eſſe,quia vltimæ voluntates pendere debent
à libero cuiuſque arbitrio, & non recipiunt aliquam
coactionem vel extorſionem. Peregr.d.lib.2.titu.6.nu.
21.& nu.9.& ſeqq. dicit vnum quod eſt in practica no-
tandum,quia ſcilicet agendum eſt de dolo,vel actione
in factum contra eum qui dolum commiſit, & ſi is ſol-
uendo non ſit,agitur contra fiſcum: nam qui aliquem
doloſè induxit ad teſtandum,& ſe inſtituendum, pri-
uatur hæreditate tanquam indignus,& ea fiſco appli-
catur:ſed hoc nô obtinet,qñ ille met poſſidet qui com-
miſit dolum, tunc enim non eſt neceſſarius circuitus,
vt probat Gabr. d.conſil.99.nu.26. & ſeq. vbi fortius
vult dari êt contra eum qui dolum non admiſit, ſed fa
ctus eſt locupletior ex dolo alterius. Plot. in conſ.168.
nu.52.& ſeq.inter conſil.vltim. volunt. vbi latiſſimè te
net hanc opin. Getat. Mazol. in conſil.17. per totum.
Melch. Palaez in tractat.de maiorat.par.1.q.25.

Quinimo cum appareat inſtigationes & ſuaſiones
factas eſſe falſas, & quæcunque D. Hieronymo ſugge-
ſta fuerunt carere veritate: videtur quod non opus ſit
agere ad intereſſe actione de dolo, vel in factum, ſed
recta via agi poſſit ad vendicandum hæreditatem ex
priori teſtô,perinde ac ſi vltimum hoc factum nô fuiſ-
19 ſet:quia falſa cauſa vitiat teſtm̃ qñ eſt finalis,† puta qñ
teſtator aliquê inſtituit credens eſſe filium qui tñ non
eſt filius,l.ſi pater,& l.nec apud,C.de hæredib. inſtit.l.
nemo,§.1.ff.eod.tit.Bar.in l.demôſtratio falſa,in prin.
nu.7.ff.de côd. & demon. multos ego cumulaui in côſ.
2.nu.5.& ſeq.Rolan.in conſi.12.nu.25.vol.4. Rimin.in
conſ.611.nu.16.in quibus locis idem dicunt de legiti-
matione & de inſtitutione filij legitimati: quia ſi legi-
timatio eſt nulla, ipſa quoque corruit inſtitutio.& idê
voluit Aſcan.Clem.in tracta.de patr.poteſt. cap.5.nu.
58. Anto. Cordub. in l. ſi quis à liberis, §. ſi vel parens,
nu.41.ff.de lib.agnoſcend.latè Card. Mant.de coniect.
vlt.vol.lib.4.tit.5.nu.3.& ſeq.Simon lib.2.interpret. 2.
dubit.2.ſolut.2.nu.121.& ſeq.folio 137.Craſſ.in §.inſti
tutio, q. 29. nu.4. & quamuis Doctores velint tunc ſo-
lum cauſam finalem vitiare inſtitutionem ſi falſa ſit,
quando reſpicit ſanguinis coniunctionem: tamê idem
eſt in reliquis, quando conſtat eam eſſe finalem; benè
verum eſt, quod aliæ cauſæ non præſumuntur finales,
vt ibi optimè aduertunt: ſed quando probatur cauſam
inſtitutionis eſſe finalem, ſemper corruit inſtitutio,vt
probat Grat.in conſ.124.col.2.vol.1.& Tiraq.in tract.
ceſſan.cauſæ,pat.1.num.116.dicit,quod ceſſante cauſa
inſtitutionis,ceſſat ipſa inſtitutio, & n.236.dicit,quod
ceſſante ſubſtitutionis cauſa, ceſſat ipſa quoque ſubſti
tutio. allegat l.ſi ita quis, ff.de vulg. l.fin.C.de inſtit.&
ſubſtit.& quod falſa cauſa vitiat inſtitutionem,puta,ſi
teſtator certa opinione ductus quæ tamen erat falſa,
vnum inſtituat, ille habeatur pro non inſtituto, pro-
bat textus in l.fin. ff.de hæredib. inſtit.vbi teſtator qui
vnum inſtituerat ſi credens illum mortuum, alium in-
ſtituat,primus habebit hæreditatem,quia ſecunda in-
ſtitutio facta eſt ex falſa cauſa,ex quo teſtator credidit
primum hæredem deceſſiſſe, quod ſi ſciuiſſet ſuperui-
uere, teſtamentum non mutaſſet, nec alium inſtituiſ-
ſet, prout fecit. Cæphal. in conſil.548.nu.2. & ſeq.vbi
dicit, quod teſtamentum factum ex falſa cauſa, non
valet. ad idem eſt text. in l.ſi inſtituta, §. fin. cum l.ſe-
quen. ff.de inoffic. teſtamen.ſic videmus, quod ſi teſta-
tor errauit in cauſa exhæredationis, nulla eſt ipſa ex-
hæredatio, veluti cum dicit, Titium quem ſcio non
eſſe meum filium, exhæredo, nihil agit,ſi probat ſe fi-
20 lium eſſe. † l.ſi poſthumus. §.fin.cum l. ſequen. ff.de li-
ber.& poſthum. Bart.in d.l.demonſtratio falſa,§.quod
autem,vbi Doctores,ff.de côdition. & demonſtration.
Cardin. Mantica, de coniectur. vltim. volunt.lib.4.tit.
11.numero 30. ergo idem erit in erronea inſtitutione,
vti contrariorum eadem ſit diſciplina, iuxta vulgaria
iura,& cum in inſtitutione textum habeamus clarum,
in d.l.fin.ff.de hæred. inſtit. non eſt vlterius hæſitandû,
& ex eo textu colligunt Doctores,probari finalem cau
21 ſam ex proœmio diſpoſitionis, † vt Bar.Bal.Ang.Imo
la,& alij ibi.Tiraquell.ceſſan.cauſa,limit.1.nu.64.Me-
noch.de præſumptio.lib.4.præſumptio.24.nu.5.& d.l.
ſi inſtituta,§.fin.& l.ſequenti,fortius loquitur,quando
nullum præceſſit teſtamentum, & nihilominus vult,
quod ſuccedens ab inteſtato capiat bona, & loquitur
in propoſito noſtro, quando extat filius ad quem hæ-
reditas ſpectat; eſt verum, quod tam ibi, quam in d.l.
fin.vult Iuriſconſultus, legata deberi, quamuis teſta-
mentum non ſuſtineatur. de quo latè agunt in dictis
locis Bart. Bal.Imo.& alij. ſimiliter de hoc latè agunt
Bar.& alij,præcipuè Soc.in d.l.demôſtratio falſa,§.qđ
autem, vbi limitant, qñ legata abſorberent maiorem
partem hæreditatis. Rom.in ſing.255.vbi Addition.&
dicit Bald. ibi, in 2.col. quod ſcđm hoc teſtm̃ reſpectu
legatorum nô ſuſtinetur tanq̃ teſtm̃: quia nemo dece-
dere poteſt cum duobus teſtamentis, ſed reſoluitur in
codicillum qui dependeat à primo teſtamento,& ſub-
dit hoc eſſe ſuum dictum. ſequuntur Ang.in fine,qui ta
men refert Bar.aliter voluiſſe aliquando,nempe,quan
do duo ſint teſtamenta. Imola, colum.3. in fine,verſic.
ſed tûc aduerte,vbi allegat Bart.in l.ſi iure, ff.de legat.
3. & conciliat contrarias Bart. & Bald. ſententias, vt
ſcilicet dicatur quidem teſtamentû illud, quod poſte-
riore loco factum eſt, ſed id intelligatur reſpectu tan-
tummodo legatorum. Addit etiam Imola loco præ-
dicto, quod vbi conſtat teſtatorem vnum teſtamêtum
ſeu vnam inſtitutionem facere loco alterius, tûc cauſa
dicitur inherere diſpoſitioni.& hoc modo reſoluit cô-
trarium deductum ex l.cum tale,§.legatum falſo, ff.de
condition.& demonſtration.

His autem non contradicit quod primum teſtamen
tum intelligatur reuocatum per ſecundum: quia re-
ſpondetur pluribus modis.

Primo,quod non procedit,quando ſecundum factû
22 eſt ex falſa cauſa, tunc enim non tollit primum, † d.l.
fin.vbi Imola,in 1.colum.in 3.notab. verſic.item nota
qđ ſecundum. hoc deducit Cæph.d.conſil.548.nu.2.&
ſeq. Card.Mant. de coniectur. vlt.volunt. lib.6. tit.14.
nu.12.hoc autem tale eſſe demonſtrauimus,ergo &c.

Secundo reſpondeo,quod ſecundum hoc teſtamen-
tum eſt nullum, tanquam factum ex cauſa falſa,vt pro
bat text.in d. l. fin. ſecundum autem teſtamentum in-
23 ualidû,non reuocat primû validû, † l.ſi iure, ff.de leg.
3. §. poſteriore, Inſtit. quib.mod. teſtam. infirm. l.hac
conſultiſſima,§.ſi autê,in 1.reſp.C.de teſt.l.2.ff.de iniu
ſto rup.teſt.l.ſi filius qui in poteſtate,ff.de lib. & poſth.
in l.ſi quis eum,in fine,ff.de vulg.Ang. in l.ſi quis ante,
nu.8.ff.de acq.poſſ.Didac.in Rubr.de teſt.par.2.nu.21.
Ceph.conſi.32.in fin. Rol.conſ.33. num.4.vol.3. quan-
docunq; enim ob defectum aliquê hæreditas ea ſecun
do teſtamento adiri non poteſt, nunquam primum eſt
ſublatum.Barto. in d.l.ſi iure, nume.3.& eius opinio-
nem dicit communem Alexand. in conſi.159.nume.8.
vol.7.

Digitized by Google

volum.7. multos alios addit Maſcard. de probatio.d.
concluſ.1282. nu.32.& nõ mirum: quia nullum quod
24 eſt, non producit effectum aliquem,† l.4.§.condemna-
tum,vbi Doctor.ff.de re iudic. Rolan. conſil.49.nu.29.
vol.4.facit c.non præſtet,de reg.iur.in 6.

Reſponderi etiam poteſt, quod ſi teſtamentum ſe-
cundum eſſet mero iure validum, vt quando doloſè
fuit teſtator ſeductus, vel per metum impulſus ad te-
ſtandum, vel quando ex aliqua alia cauſa teſtamentũ
non ſortitur effectum, tunc etiam primum non reuo
catur:quia paria ſunt,nullum extare teſtamentum,vel
tale extare quod effectum non habeat, l.1.§.nihil, ff.de
inoffic.teſtam.l.ſi quis ſub conditione,ff.de teſtam. tu-
tela, & actus validus appellatur nihilominus nullus,
25 quando non poteſt habere effectum. † Iaſ.in l.fi.ff.de
offic.Proconſ.Burſat.conſ.82.nu.4. & qñ teſtm̃ rupitur
vel ad irritum deduci poteſt, dicitur abuſiuè teſtm̃,l.
1.§.1.ff.quemadm. teſtam.aper. & dicit Bart.in l.1.nu.
13.ff.de eden.quod vbi de teſtõ fit mentio, intelligitur
de eo quod ritè factum eſt,l.non putauit, §.nõ quæuis,
ff.de bon.poſſ.contra tab. & hoc eſt quod inquit Bar.in
d.l.ſi iure,nu.3.cũ alijs apud Maſcard.d.concluſ.1282.
nu.32. non reuocari primum teſtm̃, qñ ſecundum tale
eſt,ex quo hæreditas adiri non poteſt. in propoſito igi
tur ſiue demus ſecundum teſtamentum ipſo iure nullũ
eſſe,ſiue validum,quia tñ reuocari poteſt,nõ tollit pri-
mum. in caſu enim noſtro ſi nõ eſt mero iure nullum,
eſt certè reuocandum, per ea quæ ſupra deducta ſunt.

Sic etiam non obſiſtit quod non ſit nullum nec re-
uocandum teſtamentum, ad quod conficiendum teſta
tor inductus fuit blãditijs & perſuaſionibus:quia pri-
mum dr̃, præter blandicias interueniſſe hoc caſu do-
lum malum,fraudem & machinationem, vt ſupra ta-
ctum fuit,& D.Aduocati ſatis luculenter probarũt. ſe-
cundo ſi ſolæ blãditiæ, & inſtigationes interueniſſent,
idem eſſet, ſtante teſtõ præcedenti: nam, vt probaui
in verſ.etſi omni tp̃e, qñ præcedit validum teſtm̃, tunc
ſcd̃m non nocet factum ad alterius inſtigationem,ẽt ſi
neque dolus,neq; minæ interueniãt,vel verius, ẽt ſi ali
ter dolus non probetur: quia eo caſu ex blanditijs præ
ſumitur dolus. Pariſ. d. conſil.67. & alij ſupra citati,&
quãuis Iaſ.Dec.& aliqui alij, huic opinioni non aſſen-
tiantur,tñ ex allegatis per me,conſtat hanc eſſe cõem,
quæ iuuatur ratione:nam ad tollendum ea quæ iã deli
berate facta ſunt, requiritur non modica deliberatio,
& facilius quid ſuſtinetur cum factum eſt, quam de no
26 uo in eſſe deducatur. † Innoc.& Butr. in c. dudum, de
decim.Soc.in l.2.col.1.ff.de vulga. & cum mutatio vo-
27 luntatis non præſumatur ſine cauſa,† l.eum qui volun
tatem,ff.de probat.l.cum hic ſtatus,ff.de don.inter vir.
& vxor.c.maiores,de baptiſm.Rom. conſi.295.num.7.
Card.Mantica,de coniect.vlt.volun.lib.5.tit.15. nu.6.
Lex quæ in teſtamento exigit conſtantem animum, l.
fin.ff.de teſtam.l.diuus,ff.de milit.teſta.§.plane,Inſtit.
eod.ſuſpicatur ne in mutatione fraus interuenerit, &
in vltima volũtate non adfuerit matura deliberatio,
& ideo quamuis teſtamentum factũ ad alterius inter-
rogationem ſit validum, tñ ſi aliud præcedat ſolenne
non erit ſublatum per ſecundum,quod altero interro-
28 gante factum ſit: quia † non præſumitur teſtatorem de
facili ad iam facti teſtamẽti reuocationem deuenire.
Caſtr.in conſ.155.col.fin.volum.1.Guid.Pap. in conſi.
64. in fine. idẽ voluerunt Soc. Crot.Calca. & Zaſ.quos
citat & ſequitur communem,dicens Soc. iun. in conſi.
183.nu.34.in 2.vol.Crau.in conſi.117.in fine,Clarus in
§.teſtamentum, q.27.num.8. vbi dicit in iudicando &
conſulendo ſe approbare hanc limitationem. Craſſus
in §.inſtitutio,q.17.nu.11.vbi allegando Gabr. dicit cõ
munem,& ſequuntur Menoch. in conſil.45.nu.21.poſt
Moder.Pariſ.in conſ.34. Becius in conſ.102.nu.5.ecce
ergo quantum intereſt, q̃ præcedat teſtamentum ali-
quod validum vel non præcedat; & quamuis Ang. in
d.l.non enim, mentionem faciat de dolo, tñ in exem-
plo quod ſubijcit nõ meminit de dolo, ſicut nec in l.1.
C. ſi q̃s aliq.teſt.prohib. & ſiue dolus interueniat, ſiue
non, ſufficit qd̃ voluntas non eſt libera,ſed ſeducta: &
ſi requiritur libera voluntas ad faciendũ teſtamentũ,
multo magis requiritur ad reuocandum iam factum.
& quãuis Peregr.d.art.6.nu.12.velit non referre quod
præcedat teſtamentum vel non, tñ eius dictum confun
ditur ex prædicta deciſione; vlterius ipſe vult,quod ar
bitrio iudicis committatur validitas teſtamẽti facti ad
perſuaſionem alterius ſine aliquo dolo, ſiue præceſſe-
rit, ſiue non aliud teſtamẽtum qd̃ eſt fortius; ſed certè
nemo negabit maiorem exigi deliberationem, quãdo
iam quis diſpoſuit de rebus ſuis, & vult factam diſpo-
ſitionem reuocare,quam vbi nihil ante diſpoſuit, cum
factum difficilius reuocetur, argumento l.patre furio-
ſo,vbi Iaſ. ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. & agatur
de correctione & mutatione voluntatis: quæ,vt dixi,
non fit ſine magna cauſa.

Dolus autem licèt in dubio non præſumatur: tamẽ
in præſenti caſu fuit abundè probatus, ex multis quæ
tum ipſe D.Vincentius,tum vxor fecerunt, & dixerũt,
vt inducerent D. Hieronymum ad reuocandum teſtm̃
quod fecerat ad fauorem D. Antonij Mariæ, & inſti-
tuendum ipſum D.Vincẽtium, vt latè proſequutus eſt
D.Aduocatus,vbi ſingulas coniecturas attingit,& pre
mit, & præcipuè oritur dolus ex pluribus mendacijs,
quæ narrata ſunt à prædictis iugalibus, & præcipuè,
quod in quodam ferculo paratũ eſſet venenum, quod
tamẽ ab vno ex ſeruis ſumptum nihil omnino damni
29 intulit, & vulgatum eſt dolum ex mẽdacio colligi,† l.
ſi quis affirmauerit, §.1.l.elegãter, §.item Pomponius,
ff.de dolo,l.falſus, §.ſi quis, ff.de furt.Roman. conſil.8.
num.2.Luc.de Pen.in l.quoties,col.7.verſi.quid ſi reus
accuſatus,C.de dignitat.lib.12.Alex.conſ.63.volum.1.
Felin.in c.literas,nu.2.de præſumpt.Socin.in conſi.54.
num.13.vol.3.Ruin.in conſi.29.num.6.vol.1. Craue.in
conſ.192.nu.23. Menoch.de præſumpt.lib.5.præſump.
3.num.52.& ſeq. vbi multos congerit Maſcard.de pro
batio.concluſ.531.nu.19.& hoc dicit procedere etiam
in minore & impubere.Craue.in conſi.221. nu.8.verſ.
octauo quietatio, & hic dicitur dolus verus, Authen.
Item poſſeſſor,C.qui potior.Crauet.in conſi.282.nu.7.
in fine.Becius, in conſi.106. num.13.& 35.& in ſpecie
30 quod præſumatur dolus ex falſis perſuaſionibus † pro
bat l.ſeruus,§.fin.& l.cum quis,ff.de dolo.Craue. dicto
conſil.192.num.12. Decian.conſ.32.nu.24.& 29.in 3.
volum.eos refert Menoch. in d.præſumpt.3. nu.58. id
quod etiam procedit, quando ſolæ ſuaſiones interue-
nerũt:quia ſi is nõ ſit inſtitutus qui perſuaſit,ſed alius,
atque ita ſi inſtigationes ad alterius inſtitutionẽ ten-
dũt,præſumitur in eis dolus, licet aliud ſit quãdo quis
31 perſuadet, vt ipſe inſtituatur,ita diſtinguit † Durand.
de arte teſtan.tit.11.caut.4. in fine, quẽ ſequitur Simõ
lib.5. interpret.1. dubit.1.in princip.nu.86.in fine,fol.
mihi 482.& ratio eſſe poteſt: quia ſuadens ad propriũ
commodum principaliter agit vt ſibi profit, ideo non
præſumitur in dolo, licet in conſequentia alter lęda-
tur,ſed qui aliũ inſtitui curat, agit principaliter vt al-
teri damnum det. ſic dicimus culpam eſſe immiſcere
ſe rei ad ſe non pertinenti, l.ſcite, §.cum reliquis, ff.de
tutor.& curat.dat.Socin.iun. conſ.59.nu.38.in 3.ſic ẽt
non caret dolo,qui blanditijs, & inſtigationibus teſta
torem inducit ad reuocandum teſtm̃ iam factum,& ſe
inſtituẽdum:licèt aliud ſit,qñ nullum præcedit teſtm̃,
vt ſupra probaui, & hoc ponderat Crau. in conſi.670.
num.2.

nu.2.verſ.itaque argumentum. nam facto iam teſtō in
blāditijs agitur de præiudicio hæredis inſtituti, & ibi
probat talem dolo non carere, idque ex multis dedu-
cit. Præſumitur etiam dolo fuiſſe teſtatorē ſeductum,
cum teſtm̄ reuocauerit in quo filium inſtituerat, quem
inſtituere tenebatur, & in nouo teſtō D. Vincentium
ſcripſit hæredē, qui ſibi nullo cognationis gradu erat
32 coniunctus, & qui non facit quod debet, in dolo dr̄, † l.
dolus, ff. mandati, l. dolo, ff. ad leg. Falcid. Bar. in l. tutor
qui repertorium, ff. de admin. tutor. Soc. Calcan. Bero.
Crau. & alij, quos citat Maſcard. d. Cōcluſ. 531. nu. 80.
& Menoch. d. præſumpt. 3. nu. 66. vbi alios addit, & in-
fert ad multas deciſiones. Becius cōſ. 106. nu. 9. Burſat.
conſ. 94. nu. 2. & nu. 8. in fine. & in ſpecie hoc voluit Io.
de Anan. in conſ. 23. in princ. vbi ex hoc arguit filij ex-
cluſionem eſſe doloſam. & poſt Bal. quem citat proba-
uit Gabr. in cōſi. 16. nu. 43. vol. 1. Menoch. de præſumpt.
lib. 4. præſumpt. 12. nu. 10. Cum igitur inſtituēdus eſſet
D. Antonius Maria tāquam filius legitimatus, vt dixi
in princ. & in vltimo teſtamento reuocata ſit quæ iam
facta erat inſtitutio, & alius datus hæres, non poteſt vi
deri factum ſine dolo. multas alias coniecturas Domi
nus Aduocatus recenſet, quas ſingulas percurrere non
eſt animus, quia ſingulas exactè ille pertractauit.

Hoc vnum omittere non poſſum, quod ex quo do-
lus cōſiſtit in animo, difficilis eſt probationis, l. dolum,
C. de dolo. Corn. in conſ. 140. num. 9. & 10. vol. 2. Boer.
deciſ. 100. nu. 3. & 4. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 116.
num. 21. Maſcard. Concluſ. 530. num. 1. Menoch. d. præ-
ſumpt. 3. numero 44. ideo ſufficiunt coniecturæ & præ-
33 ſumptiones. † Caſtr. in l. quod Nerua, nu. 3. ff. depoſ.
Corne. d. conſ. 140. Ruin. in conſ. 73. nu. 9. vol. 2. Barbat.
Socin. Dec. Pariſ. Purpur. Burſa. & alij multi congeſti à
Maſcardo d. Cōcluſ. 530. nu. 2. Menoch. d. præſumpt. 3.
nu. 42. Becius in conſil. 52. nu. 42. & ideo videtur quod
etiam teſtes ſingulares ſufficiant, quia vnus teſtis facit
non ſolum cōiecturam ſed indicium, ergo multo ma-
gis erit ſufficiēs teſtium ſingularium numerus ad pro-
bandum dolum, ita arguit in ſimili Curt. iun. in conſi.
64. nu. 8. vbi infert, quod teſtes ſingulares probāt ma-
34 lam fidem & ſcientiam. † Crauet. in conſi. 73. nu. 33. in
fine. ſic poſt Pariſ. & Bertrand. probari ſcientiā ex con-
feſſione extraiudiciali de qua depoſuerūt teſtes ſingu-
lare voluit Magon. deciſ. Florent. 40. nu. 7. eodem ergo
modo dolus probabitur per teſtes ſingulares, præci-
puè quia agitur de probando in genere, quod ſuaſio-
nes fuerint doloſæ, quo caſu teſtes ſingulares ſufficiūt,
vt paſſim Doctores dicunt.

Negari aūt non pōt, quin D. quoque Vincētius vſus
fuerit ſuaſionibus & inſtigationib. licet nō ita ſemper
aſſiduis & importunis quemadmodum vxor fecit: ſed
vt clarior emergat D. Antonij Mariæ iuſtitia, demus,
ſolā vxorem fuiſſe in dolo, idē oīno ſequętur effectus,
& dolus non minus vitiabit teſtm̄ vel effectum teſtitu-
tionis producet, q̄ ſi vſus fuiſſet à D. Vincentio: nam
vt ſupra attigit ex Durā. & Simone, magis præſumitur
dolus in eo qui inſtigauit ad commodū alterius, quam
in eo qui proprium procurauit. Præterea, vbi dolus al
terius eſt immediata cauſa meæ acquiſitionis, mihi
35 nocet non minus quam meus proprius dolus, † l. ſi pro
curator, ff. de doli exceptio. l. 1. §. ſi quis tm̄, & §. ſi filius,
ff. de vi & vi arma. glo. in Rubr. ff. ſi quis aliq. teſtar. pro
hib. vbi vult, dari actionē qn̄ rogo te vt aliū inſtituas.
Petr. Din. Cin. & omnes alij, vt dicit Bart. in l. fin. nu. 7.
ff. ſi quis aliq. teſtari prohib. vbi reſpondet iuribus alle
gatis in contrarium. Bald. Salic. & alij, in l. 2. C. eod. vbi
reprobant gloſſam contrarium tenentem. Salicet. in l.
1. nu. 3. C. eod. vbi poſt Bar. dicit rationem eſſe, quia ne
dum dolus eſt in perſona operante, ſed etiam in ipſo
actu qui caret libera voluntate, & conſequenter non
habet debitum fundamētum. Caſtrenſ. ibi, qui ſubdit
gloſſam in Rubric. communiter teneri. Hanc partem
tenet Boſſ. in tit. de his qui aliq. teſtari prohib. nu. 4. &
optimè oſtendit Simon d. dubit. 1. num. 85. & ſeq. folio
482. vbi aduertit iura probantia dari actionem de do-
lo, vel in factum, loqui generaliter & indiſtinctè, & nō
ſe reſtringere ad ſuaſorem inſtitutum, & conſiderare
ſolum, an dolus interuenerit, non autem à quo fuerit
adhibitus, vnde indiſtinctè ꝓcedere debet quicūque
ille ſit qui dolo vſus eſt. idem optimè declarat Gabr.
in conſi. 99. nu. 9. & ſeq. in 1. vol. vbi dicit in contracti-
bus dolum tertij nō nocere, ſed ſecus eſſe in teſtamen-
36 tis, † in quibus ſat eſt dolum ineſſe actui, per quem ac-
quiro vel cauſam date actui. & ſubdit de hoc eſſe tex-
tum clarum in l. 1. C. ſi quis aliq. teſtari prohib. & ait
hanc eſſe cōem opinionem. ſequitur Peregr. in tract. de
iure fiſci, lib. 2. titu. 6. nu. 13. & ſeq. Cum igitur ſimus in
teſtō, non eſt curandum à quo dolus fuerit adhibitus,
ſed ēti à tertio ſit cōmiſſus, idē operabitur, ac ſi ipſe-
met hæres inſtitutus doloſè egiſſet. Præterea, res in fa-
cto planior vr̄: quia vxor ipſa dolū fecit, vnde ipſe ma-
ritus dolum commiſiſſe vr̄, & factum reputatur mariti,
nō vxoris: vt in ſimili dicit gl. in l. 2. §. 1. in verſ. noceat,
de doli except. vbi ait ēt in contractibus actionem ex
dolo tertij, puta tutoris, curatoris, vel alterius perſonæ
qn̄ earum factum reputatur factum illius ad cuius vti
37 litatē fit. & † ſequūtur ibi Doctores oēs. Gabr. d. conſi.
99. nu. 9. & 10. facit l. hæres meus, §. fin. ff. de condit. &
demon. l. Titia, vbi Bar. ff. de condit. & demon. vbi dici
tur, perinde eſſe, aliquid præcipi coniuncto veriſimili-
ter parituro, ne coniunctus legatum perdat, ac ſi ipſi fa
ctum eſſet præceptum cui factum eſt legatum. Abb. in
cap. gemma, de ſponſa. & ideo dicitur in pœnam facta
ademptio, quando fit quidem tertio pręceptum, ſed is
tertius eſt affinitate colligatus, tali, quæ efficit vt pa-
38 teat fauore alterius. † Soc iun. in conſ. 129. nu. 23. vol.
3. Gabr. conſi. 405. nu. 7. Paſet. conſ. 91. nu. 5. verſ. ſexto
nō valet, dixi in deciſ. 101. nu. 8. & ſequen. Facit etiam,
quia ſibi aſcribere dicitur is qui non ſua manu ſed per
ſeruum aſcribit per filium vel alium quem habet in po
teſtate, l. diuus, §. ſcribere, l. de eo, in prin. ff. ad leg. Cor
nel. de falſ. glo. in l. Senatus, §. ſcribere, C. de ijs qui ſibi
aſcrib. & cum id totum commodo cedat vxoris, quæ
aucto viri patrimonio, lautius viuit, ornatior incedit,
& ſplēdidius tractatur, idē eſſe debet ac ſi ipſemet ma
ritus inſtigaſſet vel ipſamet vxor fuiſſet inſtituta: attē
dimus enim cui commodum quæratur, dict. l. de eo, in
princip. vbi is ſibi vr̄ aſcripſiſſe cui commodū quæren-
dum eſt, licèt verè alij aſcripſerit. idem dr̄ in d. l. Sena-
tus, & rurſus in l. impuberem, §. ſi dn̄s, ff. ad leg. Corn.
de falſ. & ſufficit quoquomodo acquiri commodum,
Hoſtienſ. in Sum. de falſis, nu. 4. latè alios adducēs pro
bat Becius in conſ. 103. nu. 4. quid enim refert quod D.
Vincentius perſonaliter vel per vxorem inſtigauerit
D. Hieronymum ad ſe inſtituendū, certè nihil, cap. qui
per alium, de regul. iur. in ſexto, & cū poſſet dubitare
ne teſtm̄ ſibi non prodeſſet ſi per ſe ipſum ſuaſiſſet, ſub
miſit vxorem ad id faciendum, de qua confidebat, iux-
ta text. in l. Theopompus, de dote præleg. Bald. in cōſi.
70. nu. 1. vol... vbi rationem dicit naturalem ſuadere,
vt de coniunctis confidamus. Cuman. in conſi. 155. nu.
5. Socin. in conſi. 264. nume. 2. volum. 2. ſimulatio enim
39 & fraus arguitur ex coniunctione ſanguinis, † l. data,
C. de donation. Bart. in l. poſt contractum, nu. 2. ff. eod.
tit. infinitos cumulat Becius in conſ. 52. nu. 55. & ſeq.
vbi probat, donationem præſumi ſimulatam, quando
facta eſt perſonæ coniunctæ. Natta in conſil. 443. num.
10. vbi vult, quod ex quo conductor rei eſt coniunctus
vendi-

Digitized by Google

venditori,præſumitur venditionem eſſe ſimulatam, &
perinde haberi ac ſi ipſemet venditor rem cōduxiſſet,
vel continuaſſet in poſſeſſione, & poſſem infinitas de-
ciſiones adducere,quibus probatur, pari eſſe, q͞d per
ſe fieri,vel per affinem, aut cognatum . cum igitur fa-
ctum ab vxore cenſeatur factum ab ipſomet Domino
Vincentio, habendum eſt ac ſi ipſe ſuaſiſſet,& ſic teſta-
mentum ſubijcitur eidem periculo nullitatis vel reſci-
ſionis,tanquam ſi ipſe vſus eſſet dolo & fraude.

Accedat quod negari non poteſt, quin Dominus
Vincentius ſciuerit artes quibus vtebatur vxor: nã in
facto ſupponitur quod ſæpè id fecerit vxor viro præ-
ſente & audiente,vnde ſufficit, quod maritus ſciuerit:
quia ex ſcientia bene infertur,quod eſſet fraudis parti
ceps, quoad effectũ ne actus inde ſecutus ſuſtineatur,
vt in propoſito text. probat in l. non intereſt, C. quod
met. cauſa, vbi hos caſus parificat, quod quis metum
40 inferat, vel ſciat ab alio inferri, † vt venditio dicatur
meticuloſa & reſcindatur, & loquitur in cõtractu, qui
difficilius reſcinditur pp metum,quã vltima volũtas,
vt ſupra dictum eſt ex Gabr.dicto conſi.99.& de ſcien-
tia q ſufficiat poſt Cin.& alios, voluit Iaſ.in dicta l.pri
ma,nu.3.in fine,C.ſi quis aliq. teſta.prohib. ſed de hoc
videri poterit Gabr.loco prædicto,num.8.quia præce-
dentes ſolutiones meo iudicio ſunt veriores.

Et non eſt verum, quod falſa cauſa non aliter vitiat
teſtamentum,niſi in eo ſit expreſſa,quia etiam vbi non
eſt expreſſa efficit vt annulletur, licèt reuera tunc non
ſit ipſo iure nullum, ſicuti eſt quãdo cauſa eſt expreſſa
probat lex in l.ſi inſtituta, §.fin. cum l.ſeq. ff.de inoffic.
teſtam. & hanc diſtinctionem poſuit Bart. in l. fin.nu.
3.ff.de hæred. inſtit. dicens eam eſſe menti tenendam,
quia cauſa falſa ſi eſt expreſſa vitiat ipſo iure, ſi eſt re-
41 tenta in corde,nõ vitiat ipſo iure. † ſequitur Bald. ibi,
in 2.oppoſ. dicens, quod primo caſu eſt nullum teſta-
mentum, ſed in ſecundo eſt annullandum, & ſubdit
hanc ſolutionem eſſe notandam . idem tenuit Ang.in
princip.explicitè dicens,quod vbi cauſa nõ eſt expreſ-
ſa, inſtitutio valet, ſed caſſanda eſt. eodemque modo
loquitur Imola, col.1. in 2. notab. qui in 3.col. verſ.in
ea gl.ibi, pp primum, dicit hãc ſolutionẽ cõiter teneri
& veriorem eſſe Socini in l.demonſtratio falſa, §.quod
aũt,nu.9.verſ.ſupereſt,ff.de cõd.& demonſtr. ex his ve
rò planè conſtat quã graui errore lapſus fuerit Ruin.
in conſ.162.num.7.dum negat annullari teſtm̃, in quo
falſa cauſa ſit expreſſa,niſi eum ſaluemus, quia loqua-
tur de nullitate, quæ ipſo iure committatur: neſcio tñ
ſi eius ſenſus patiatur, & quod dicitur annullari ex fal
ſa cauſa non ſcripta teſtm̃, procedit ẽt ſi nullum aliud
præcederet,vt probat text.in d.l.ſi inſtituta,§.fin.& do
cet Bar.in l.cũ mater,in prin.ff. de inoffi.teſtam. Imola
d.l.fin.col.1. vbi etiã alij Doctores . multo ergo magis
annullabitur ſtante alio teſtamento præcedente.

Vltimo non turbat,quod non conſtet teſtatorem ex
prædicta cauſa reuocaſſe primũ teſtm̃, & aliud feciſſe:
nam ſumus nos in claris,quia teſtator ſæpius poſt con
ditum vltimum teſtm̃ dixit ideo ſe primum reuocaſſe
& nouum condidiſſe,& cum id conſiſtat in animo,ſtan
42 dum eſt eius dicto,† gl. in §.aliæ,Inſtit.de action.Mar-
ſil.in Rubr.C.de probation.nu.122.Menoch.de arbitr.
iudic.caſu 186.num.5.& in fortioribus terminis dixit
Bar.in l.fi.nu.14.ff.ſi quis aliq.teſtar.prohib.quod ſi di-
cat teſtator, ſe metu compulſum ad faciendũ teſtm̃,eo
43 ipſo ex eius cõfeſſione probabitur metus. † ſequuntur
Bald.in l.1.nu.19. C.eod.tit. & ibi Salicet.in fine. Pariſ.
in conſi.67.nu.119.nu.3.Socin. iun.in conſi.148.nu.14.
in 2.vol. Menoch.de arbitr. iud.caſu 395.num.40. vbi
addit Corn.& Boſſ.& de preſumpt.lib.4.preſumpt.11.
nu.7.Cardin.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.7.
nu.5. nemo enim magis certè cauſam ſcire poteſt, quã
ipſemet diſponens; & quando de vna cauſa ſumus cer
ti, tunc dicere vult alias extitiſſe cauſas tenetur pro-
44 bare, † ſecundum Bald. in l. maximum vitium, C.de
liber.præter.Ripa in Rubr.ff.ſoluto matrim. nume.62.
licèt aliud ſit,quando de cauſa aliqua non conſtat præ
ciſè.Cum igitur ex ore ipſius teſtatoris habeamus cau
ſam quæ illum mouit, non debemus vlterius inueſti-
gare,& cauſa hæc quæ à principio fuit, intelligi debet
adfuiſſe etiam in ſequentibus diſpoſitionibus, ſi quas
idem teſtator feciſſet: quia dolus qui ſemel fuit adhibi
tus, præſumitur perſeueraſſe, ſicuti dicimus in metu.
45 † glo.& Cin. in l.etſi cõtra, C.de nupt.in terminis Bal.
in l.1.C.ſi quis aliq.teſtari prohib.

SVMMARIVM.

1 *Participium futuri temporis conditionem ſolet denotare.*
2 *Non dicitur quis in mora, quando per eum non ſtetit quin actus fieret.*
3 *Litigioſi vitium impedit alienationem.*
4 *Impeditus facto partis, excuſatur.*
5 *Mora debitoris,& creditoris fit compenſatio.*
6 *Remedia plura vbi competunt, vno electo tollitur alterum.*
7 *Factum reputatur quod fieri debebat, ſi per debentem facere ſtetit quo minus fieret.*
8 *Conditio habetur pro impleta quando per eum ſtat qui implere debet quominus impleatur.*
9 *Factum iudicis dicitur factum partis.*
10 *Conditionem impleri in caſu ficto ſufficit, ideſt quod habeatur pro impleta etiam in materia ſtricta.*
11 *Aeſtimatio generalis nõ eſt neceſſaria in iudicio ſeparationis.*
12 *Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*
13 *Actum faciens alligatur legibus loquentibus de illo actu.*
14 *Separationis remedium ideo à lege fuit adinuentum ne aditio perimat iura quæ hæredi competebant.*
15 *Minoris bona non poſſunt ſine decreto alienari, etiam æris alieni extinctione.*
16 *Promiſſio debet intelligi facta eo modo quo actus ſit validus, & firmus.*
17 *Iniuriam nemini facit qui iure ſuo vtitur.*
18 *Culpa imputatur ei qui non prauidit ea quæ de facili contingere poſſunt.*
19 *Contrahens cum aliquo tanquam tali, non poteſt negare eſſe talem.*
20 *Ignorantia iuris neminem excuſat.*
21 *Conductori non remittitur merces propter bellum quod vigebat tempore conductionis.*
22 *Vxor quæ nupſit pauperi, non repetit dotem ſi poſtea vergat ad inopiam.*
23 *Impedimentum non excuſat eum qui poterat illud remouere.*
24 *Animus qualis fuerit in præcedentibus, colligitur ex ijs quæ poſtea ſequuntur.*
25 *Debitor qui interpellatus in iuditio non ſoluit, præſumitur quod non ſoluiſſet ſi fuiſſet requiſitus extra iudicium.*
26 *Conuentus in iudicio ſi litigauit poſt productionem inſtrumenti, tenetur ad expenſas etiam factas ante productionem, quia præſumitur quod litigaſſet etiam ſi inſtrumentum fuiſſet à principio productum.*
27 *Ignorantia eum non excuſat qui cum ſciuit non deſtitit.*
28 *Impedimentum non excuſat niſi probetur quod eo ceſſante impletum fuiſſet.*
29 *Impoſſibile non iudicatur quod à Principis voluntate dependet, quando Princeps conſueuit omnibus indiſtinctè concedere.*
30 *Concedere qui ex pacto poteſt pignus vendere, non cogitur id facere, ſed poteſt à debitore conſequi creditum ſuum.*
31 *Electa vna via, non denegatur altera, vbi ſumus in actione reali & perſonali.*

CON-

CONSILIVM CCCLXXIIII.

DE iuſtitia ſententiæ per me latæ contra
Magn. D. Antonium Mariam Catabe-
nu, pro Mag. D. Federico de Pretis, du-
bitat Excellentiſs. hic ordo, ex infra-
ſcriptis. Primo, quod non euenerit ca-
ſus conuentus, quia Dominus Anto-
nius Maria promiſit ſatisfacere de pecunijs extrahen
dis ex bonis ſibi aſſignandis & tradendis à prædicto
Domino Federico pro dotæ Dominæ Olimpiæ nurus,
ſed D. Federicus nulla ei bona tradidit vel aſſignauit.
illud enim participium tradendis, vel aſſignandis con
1 ditionem notat, ideſt ſi aſſignabuntur. † Bar. in l. 1. q. 7.
ff. de cond. & dem. Alex. conſi. 2. col. 3. vol. 4. Betran. in
conſ. 204. num. 1. vol. 2. Natta conſi. 103. nu. 8. ea autem
aſſignatio q̃ in proceſſu legitur, facta fuit a iudice & in
iudicio ſeparationis bonorũ D. Sigiſmondi Toſabecij.
Secũdo, quia generalis æſtimatio bonorũ omnium
legitur ſolum facta ſub die quinta Auguſti 1592. ante
vero generalem æſtimationem non poterat D. Anto-
oio Mariæ ſatisfieri, ideo ad eam vſque diem D. Anto
nius Maria non fuit in mora, ſed dicitur impeditus fa
cto D. Federici cui incumbebat cura quod æſtimatio
fieret: non enim dicitur in mora, quando per eum non
2 ſtetit. † l. ſed etſi, ff. de vſur. Doct. in l. quod te, ff. ſi cert.
pet. vbi Alex. Dec. Curt. iun. & alij. Menoch. de arbitr.
iud. caſu 220. num. 47.
Tertio, dilatio & mora omnis videtur cauſata facto
Domini Federici, qui poſt dictam cõuentionem vti tu
tor Domini Aluiſij intentauit iudicium ſeparationis,
quo facta eſt Domini Antonij Mariæ durior & dete-
rior conditio, ne poſſet ex bonorum venditione ſol-
uere hoc debitum, nam coactus fuit fideiubere de reſti
tuendo vel contribuendo, & bona poſtea aſſignata af-
fecta fuerunt vitio litigioſi pendente iudicio, propter
3 quod vitiu non poſſunt alienari, † l. fi. C. de litigioſ. vel
ſaltẽ non ita facile alienantur, vnde impeditus Domi-
4 nus Antonius Maria facto partis, eſt excuſandus, † l. ſi-
ne hærede, §. idẽ iuris, ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. nõ exi
gimus, §. 1. ff. ſi qs caut. l. Celſus, §. 1. ff. de arbitr. Bal. in l.
diffamari, nu. 5. in fi. C. de ingen. & manumiſ. quæ iura
loquũtur, qñ venit ſine facto partis, ideo multo magis
locũ habebunt qñ impedimentũ prouenit à parte, l. in-
tra vtile, vbi Bal. ff. de minor. Oldrad. in cõſi. 74. Purp.
conſ. 90. nu. 6. Accedat, quod non cogitur ſubiacere pe
riculo euictionis, quæ tñ pendente iudicio præſtanda
eſſet, id quod etiam facto D. Federici cauſatum fuit.
Quarto, Dominus Federicus ex pacto poterat bona
danda in ſolutum Domino Antooio Mariæ vendere,
& ex eorum precio ſibi ſatisfacere, ergo non debet age
re ad intereſſe: quia & ipſe dicitur in mora & grauior
eſt mora ipſius creditoris quam debitoris. Vel ſaltem
5 fieri debet cõpenſatio, † Dec. in cõſ. 556. nu. 4. Corbul.
de emphyt. in tit. de cauſ. priu. ob nõ ſolu. can. in 1. lim.
nu. 3. & vltima mora nocet, l. illud, in fine, ff. de pericul.
& com. rei vend. l. prætor ait, §. pen. ff. de oper. noui
nunc. imo iudicium cępit iuxta pactũ, ergo debet proſe
qui viam quam elegit, l. mulier, §. fin. ff. quod met. cauſ.
l. ſi creditoris, in prin. ff. de ſeparat. & vbi plura cõpe-
tunt remedia, vnius electione tollitur alterũ, nec licet
6 ad aliud redire, † l. in delictis, §. detracta, ff. de noxal. l.
quod in hærede, §. eligere, ff. de tributo. Neuiz. conſ. 41.
num. 22. Capic. deciſ. 46. num. 6. Oſaſc. deciſ. 97. no. 5.
Attenta tamen facti veritate, arbitror ſententiam
meam eſſe iuri & æquitati conformem, ideoque ſuſti-
neri poſſe, & debere, quia circumſcriptis oppoſitioni-
bus de quibus ſupra, negari non poteſt quin Dominus
Aotonius Maria fuerit in culpabili mora, cum ſæpius
[illegible]
interpellatus & proteſtationibus impulſus neglexerit
ſemper comparere in iudicio, ſuam edere petitionẽ,
ſententiam inſtare, aſſignationem ſibi fieri curare, ad-
eo, quod habetur pro facto id, qđ fieri debebat, ſi per
7 eum ſtetit quo minus factum fuerit. † l. Labeo ſcribit,
ff. de contrahen. emptio. vbi conditio habetur pro im-
8 pleta, qñ per eũ ſtat qui implere debebat, † l. iure ciuili,
ff. de condit. & demon. l. iure ciuili, ff. de reg. iur. & quia
tota difficultas reſidet in reſolutione eorum quæ oppo
nuntur, ideo cetera omittendo ad eam me conuerto.
Nõ igitur obſtat, quod traditio vel aſſignatio bono
rum non fuerit facta à Domino Federico: quia reſpoo
deo, quod ex quo facta eſt à Senatu, perinde habenda
eſt, ac ſi ab ipſo Domino Federico facta eſſet. factum
9 enim iudicis dicitur factum partis, † l. ſi ob cauſam, vbi
Bar. Bald. & alij, C. de euiction. vbi ideo dicitur deberi
euictionẽ, ac ſi pars ipſa vendidiſſet, vel dediſſet in ſo-
lutum. Bal. in cap. quoniam frequenter, §. vlt. in fine, vt
lite non conteſt. vbi ait, quod debitor videtur ipſe in ſo
lutum rem ſuam dediſſe creditori, ſi iudex ipſe dedit.
Alex. in conſ. 11. in prin. vol. 5. vbi infert, quod non po-
teſt creditor contrauenire dationi factæ à iudice, Tira-
quel. qui infinitos citat, de retract. conſanguin. §. 1. gl.
14. nu. 13. Bellon. in conſi. 24. nu. 10. & ſeq. vbi quod cre
ditor tali caſu factum iudicis nõ impugnat, ſicuti non
poſſet impugnare factum proprium. Crau. conſil. 1. nu.
1. alios citaui in conſ. 39. nu. 10. idem ergo eſt, ac ſi Do-
minus Federicus ea bona dediſſet in ſolutum. & pro-
pterea ſicuti D. Antonius Maria ſtatim a D. Federico
habitis bonis tenebatur ſoluere, ita cum primum ea
habuit à iudice, vel ea habere potuit, ſtante ſuppoſito,
quod per eum ſteterit, quo minus Senatus ea ſibi adiu
dicauerit, vt dixi, quia conditionem ſufficit impleri in
caſu ficto, ideſt, ſufficit quod habeatur pro impleta, ſe-
cundum glo. io l. in de Neratius, §. idem Iulianus, ff. ad
10 leg. Aquil. & procedit etiam in materia ſtricta, † ſecun
dum Bart. in l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebell. gl. in l. io te-
ſtamento, la ſeconda, ff. de condit. & demonſtr. vbi Do
ctores notant, præcipuè Socin. nu. 6. & ſeq. Purpur. qui
ampliat in conſil. 473. nu. 29. Menoch. qui tamen non
meminit de prædictis, in conſil. 266. nu. 38. at in propo
ſito licet ſolutio fuerit promiſſa, ſi bona darentur ſibi
in ſolutum pro dotibus, tamen conditio dicitur imple
ta, quando ſtetit per Dom. Antonium Mariam quo mi
nus ea haberet à Do. Federico, vel etiam à iudice qui
partis perſonam repræſentat.
Nec mouet quod culpa imputari non poſſit Domi-
oo Antonio Mariæ ex quo ante factam generalem æſti
mationem non poterat bona ſibi dari in ſolutum, &
ad Do. Federicum ſpectabat onus faciendi æſtimatio-
nem: reſpondeo enim primo, non eſſe verum quod ſpe
ctet ad hæredem onus curandi generalem æſtimatio-
nem; quinimo, non eſſe etiam neceſſariam generalem
11 illam æſtimationem in iudicio ſeparationis, † vt vide-
ri poteſt in toto titu. ff. de ſeparatione bonor. & C. de
bon. auth. iudic. poſſid. & apud Azo. ibi, in Summa. Ro
lan. de inuentar. in 3. par. verſic. decima eſt vtilitas, fo-
lio 131. Phanuc. in eod. tractatu, par. 5. num. 19. in qui-
bus locis quamuis tractẽt de materia ſeparationis, ta-
meo hanc generalem æſtimationem non tangunt quã
ſine dubio non omiſiſſent, ſi neceſſariam iudicaſſent,
& qui vult dicere quod requiratur, legem adducat:
12 quia erubeſcimus cum ſine lege loquimur, † l. illam,
C. de collat. & allegari non debet, quòd iure cautum
non reperitur, §. optimum, in Authent. de non eligen.
ſecund. nub. latè Becius in conſi. 35. nume. 4. &, vt au-
dio, nullum etiam adeſt ſtatutum hoc diſponens in iu
dicio ſeparationis bonorũ, licet ſic dictet Ducalis or-
do in iudicijs ſecundi decreti & ſubhaſtationis bono-
rum

rom,qui tamen trahi non poteſt ad iudicium hoc lon-
ge diuerſum ab illis: creditor igitur curare debet,qđ
æſtimeotur bona quę eligit vel ſibi in ſolutum dantur,
quod ſi non incumbit debitori hoc onus, non excuſa-
tur ea ratione D. Antonius Maria quod nō eſſet ſacta
æſtimatio: & ſi dicatur, regulariter conſueuerunt hæ-
redes facere generalem æſtimationem: reſpondeo,
quod per hoc alijs nō præiudicatur qui eā oon faciut.
Secuodo rũdeo,quod domus D. Antonio Mariæ aſ-
ſignata, & quæ ēt in capitulis matrimonialibus data
erit in ſolutū,fuit æſtimata vſq; ſub die nona Decēbr.
aoni 1591. vt legitur ex relatione æſtimatorū in pro-
ceſſu appellationis,fol. 10. ideo cū ex ſnia dicatur Do.
Antonium Mariā fuiſſe in mora die prima anni 1592.
nō poterit ſe excuſare ṗtextu ęſtimationis omiſſæ,quę
tñ facta fuit aoteq̃ aſcribatur ſibi aliqua mora. Quod
ſi opponatur,non fuiſſe ęſtimata alia bona,replicatur,
ſat eſſe, quod fuerit in mora pro quātitate precij do-
mus qđ excedit mille aureos, & conſequēter ſuperat
creditum D. Federici,& in couentionis inſtrō dicitur,
quod ſoluat quā primum conſequutus fuerit dotē vel
partē dotis, vbi igitur per eū ſtetit quo minus conſe-
quereť domū, perinde eſt,ac ſi eam eſſet conſequutus.
Ad terrium in quo meo iudicio reſidet omnis dubi
tatio,dum dicebatur,quod D. Federicus mouendo iu-
diciū ſeparationis cauſa fuit omnis dilationis,& mo-
ræ:pro reſponſione dico,in primis aduertendum eſſe,
quod D. Federicus reſpectu dotis D. Olimpiæ noo ſo-
lum ſe obligauit tanq̃ tutorem, ſed ēt expreſsè prote-
ſtatus eſt, nolle aliter obligari quam ex natura officij
teneretur, vt legit io ſubſcriptione capitulorū ſol. 18.
dom dicit, *per quanto à me ſpetta & non altramente*, & ſu-
pra dum inquit, *tutore & come tutore.* nec vllibi reperi-
tur qood fecerit obligationem aliquam præciſam,ſol-
uendi vno potius quā alio modo, & in quarto dictorū
capitulorum dum D. Antonius Maria dicit, quod dñs
tutor pro aureis quioque mille, dat ſibi in ſolutum do
mum, & alia bona,&c. non promittit ea dare extra iu
dicium potius quam in iudicio, & propterea D. Fede-
ricus inſtituendo iudicium ſeparationis, non contra-
uenit promiſſioni quā fecerat D. Antonio Mariæ, qui-
nimo,eam impleuit & obſeruauit: quia per illud inui-
tauit D. Olimpiam ad accipiendum ſuam ſatisfactio-
nem, & ſi diligenter conſideratur iudicium prædictū
non repugnat dictæ promiſſioni. ſed cum ea ſe com-
patitur, ṗmiſit enim dare tot bona,& in iudicio dat.
Præterea promiſit tanquam tutor, & eā promiſſio-
nem ſic qualificatam D. Antonius Maria acceptauit,
& propterea cogitur accipere ſolutionē eo modo quo
tutor poteſt illam facere: quia actum faciens alligatur
13 legibus de illo actu loquentibus,† l. ſi duo, vbi Bald. &
dicit ibi gl. quod hæc fictio ooo recipit probationē in
contrarium,& dixit Curt. iun. in Auth. Præterea, num.
23. C. vode vir, & vxor. quod faciens actum, facere vř
ea quæ circa illum actum ioducuntur à lege, compro-
baui in cōſil. 198. nu. 10. tutor aotem qui iurauit, & te-
netur pupillo vtilia facere, potuit & debuit ſeparatio-
nis iudicium inſtituere, quod remediū à lege fuit ad-
iouentum,ne aditio perimat iura quæ hæredi cōpete-
14 bant, & ne creditor ex aditione dānum patiatur,† vt
per Bald. in l. debitori, nu. 4. C. de pact. cū multis apud
Rolan. in tract. de iouētar. par. 3. verſ. decima vtilitas,
fol. 131. Phanuc. in eod. tract. par. 5. nu. 19. fecit igitur
D. Federicus quod boni tutoris munus exigebat, qui-
nimo aliter non poterat bona dare in ſolutum, niſi iu-
dicis minſterio: nam certum eſt quod bona minoris
nō poſſunt ſine decreto alienari, ēt pro æris alieni ex-
15 tinctiooe,† vt toto tit. ff. de reb. eorum, & C. de præd.
minor. l. lex quæ tutores, C. de adminiſtr. tutor. Vaſq.
de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 72. Menoch. de arbitr.
iud. caſu 171. Cum ergo D. Federicus promiſit tanquā
tutor, & quantum in ſe erat dare bona, intelligi debet,
quod ea promiſerit dare cum authoritate iudicis, &
his modis quibus tutor poteſt dare, & non aliter: quia
promiſſio intelligi debet eo modo facta quo actus ſit
16 validus, & firmus, non autem nullus, & inualidus,† vt
latè probat Natta in conſil. 402. nu. 54. & ego confir-
maui in conſil. 3. nu. 14. & multis ſequentibus.
Stante autem hoc ſuppoſito, quod intentando ſepa
rationis iudicium D. Federicus oon modo promiſſio-
ni non contrauenerit, ſed eam impleuerit, & non ſolū
ſibi licuerit iudicem adire pro datione in ſolutum fa-
cienda, ſed ēt cogeretur, non poteſt D. Antonius Ma-
ria illi obijcere culpā aliquam, quia nemini facit iniu
17 riam qui ſuo vtitur iure,† l. ſi donaturus, §. ſi quis inde
bitam, ff. de cond. ob cauſ. l. iniuriarum, §. 1. ff. de iniur.
l. nullus vř, ff. de reg. iur. l. 3. §. is tamen, ff. de lib. hom.
exhib. quinimo, ſibi imputare debet D. Antonius Ma-
ria qui non præuidit quod poſſet fieri ſeparatio bono
rum, cum ea de facili poſſet cognoſci & ſciri. Alex. in
cōſ. 41. col. 3. vol. 3. vbi dř in culpa qui non præuidit ea
18 quæ de facili cōtingere poſſūt. † Crau. in cōſ. 179. n. 5.
& conſ. 97. nu. 4. non enim ignorabat D. Federicū eſſe
tutorem, quia cum eo contraxit tanq̃ tutore, l. ſi pro-
ponas, §. 1. ff. de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 665. nu. 2. Go-
aad. conſ. 3. nu. 19. Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio, nu. 35.
ff. de quæſtion. & in Rubr. ff. de fideiuſſor. num. 68. Iaſ.
in l. licet, no. 8. C. de procurat. Neuiz. in conſil. 17. nu. 8.
Natta in cōſ. 126. in fine, in quibus locis dicunt, quod
contrahens cum aliquo tanquam tali, non poteſt ne-
19 gare eſſe talem,† non etiam debebat ignorare quod
tutor non poſſit bona minorum ſioe decreto in ſolutū
dare: quia præſumitur quilibet ſcire ea quæ ius diſpo
nit, l. leges, C. de legib. & iuris ignorantia neminē ex-
20 cuſat,† l. latè culpæ, ff. de verbor. ſign. c. ſi in laicis, 58.
diſtinct. Pariſ. in conſ. 69. nu. 88. in 3. vol. præuidere er-
go, & præcogitare debuit ab initio D. Antonius Ma-
ria, quod eam dotem conſequi aliter non poterat à tu
tore quam via iuris, & conſequenter non niſi cum fi-
deiuſſione, & cum alijs oneribus quæ ſtatuta & ordi-
nes Ducales ferunt, & cum à principio, & tēpore con-
tractus celebrati hæc omnia imminerent, non dř po-
ſtea facta durior, aut deterior eius conditio, quia ni-
hil eſt mutatū in debitore, vel creditore, quod mutet
iuris ordinem, vel diſpoſitionem, ergo inutile conque-
ritur. arg. l. qui bona, §. de illo, ff. de dam. infecto, vbi
dř, quod inquilinus nō poteſt agere damni infecti pro
vitio domus, quod extabat tempore cōductiooís, quia
eſt quod ſibi imputetur. & per illum text. dixit Bald.
in conſil. 247. vol. 3. quod conductori non remittitur
merces propter bellum, quod iam tum conductionis
21 tempore vigebat,† quia imputandum eſt ei qui ſcie-
bat conditionem, & ſtatum rei. Bald. in l. ex conducto,
§. 1. ff. locati. Alexand. conſ. 6. in fine, vol. 2. quod eſt re-
petitum in cōſ. 112. in fine, vol. 1. vbi poſt Cin. & Bald.
dicit, tunc imputari culpæ non caſui. Ripa de priuileg.
contract. cauſ. peſt. nu. 44. Siluan. conſil. 40. nu. 29. Cot-
ta in Memor. incip. Guerra, & Memor. incip. Condu-
ctor. Natta in conſ. 66. num. 7. conſil. 610. nume. 9. Ro-
land. conſil. 9. oum. 25. volum. 1. Burſat. in conſi. 11. nu-
mero 27. hac etiam ratiooe multi Doctores dixerūt,
quod vxor quę nupſit pauperi, non repetit dotem ſi po
22 ſtea vergat ad inopiam, quia ſciens paupertatem vi-
detur ius hoc remittere, vt per Iacob. de Aret. Petr.
Cin. Bald. Ang. & Roman. in l. ſi conſtante, ff. ſolu. ma-
trim. Mart. de Fan. Cin. Oldrad. & Ioan. Andr. quos ci
tat Ioan. Lup. in cap. per veſtras, in princip. §. & pro-
pter iſta forte, io priocip. & 10 2. ampliat. de donatio.

inter vir.& vxor.folio 98.& fol.112. vbi addit Io. Fab.
Alber.& Butr.licet vbi poſt matrimonium perſeuerat
in abutendo rebus ſuis, aliud velint multi.

Et per iſta tollitur quod oppoſitum eſt de onere fi-
deiubendi;quia cum onus hoc proueniat à natura iu-
dicij,quæ à principio potuit præuideri,nullam præbet
excuſationem. Vltra quod fideiuſſorem ita præſtare
potuiſſet à principio,ſicuti præſtitit ex poſt, & impedi
mentum non excuſat eum qui poterat illud remoue-
23 re.† Bal.in l,ſed etſi per prætorem, §.1.ff.ex quib. cauſ.
maior. Dec.in conſ.677.num.3. & poſt præſtitam fide-
iuſſionem adhuc per menſes diſtulit allegationem bo-
norum petere,& curare,adeo,quòd non poteſt dicere,
quod difficultas fideiubendi fuerit cauſa dilationis, ex
quo poſt datum, & approbatum fideiuſſorem perſeue
rauit in eadem mora; & ex his quæ poſtea ſequuntur,
24 cognoſcitur qualis fuerit in præcedētibus animus,† l.
ſed Iulianus,§.proinde,ff.ad Maced. l.ſi ſeruus pluriũ,
§.fin.ff.de leg.1.alios citaui in conſ.140.nu.44.vnde di
xit Roma.in conſ.401.quod debitor qui interpellatus
in iudicio non ſoluit, præſumitur quod non ſoluiſſet
25 ſi extra iudicium fuiſſet requiſitus.† & infert Dec. in l.
qui in alterius,nu.8.ff.de reg.iur.qđ hæres conuẽtus in
iudicio,ſi litigauit poſt inſtrumenti productionem, te
netur ad expẽſas etiã factas ante productionem, quia
præſumitur quod etiam ſi inſtrumentum fuiſſet à prin
26 cipio productum,nihilominus litigaſſet.† Natta cõſi.
231.nu.4. Menoch.qui alios citat,in tract.de retin.poſ
ſeſſ.remed.3.nu.636.& ſeq.hinc dixit Dec.in conſ.241.
quod etſi clericus qui fidem ſui clericatus diſtulit pro
ducere in iudicio,condemnãdus ſit in expenſis,tamen
hoc fallit quando laicus producta fide perſeuerauit in
lite,& in ſimili dicimus,quod ignorantia eum non ex-
27 cuſat qui cum ſciuit,non deſtitit,† l.quis ſit fugitiuus,
§.idem ait,ſi ſeruus,ff.de ædilit.edicto,vbi Odofr.Bal.
& Alber.Cæph.conſ.76.nu.9.vbi quod ex perſeueran-
tia oritur iudiciũ præcedentis animi. Et impedimen-
tum non excuſat niſi probetur quod eo ceſſante imple
28 tũ fuiſſet,† l. qui commeatus, vbi Bart. ff.de re milit.l.
2.§.quod diximus,vbi Bart.Bald.& Ang.ff.ſi quis cau-
tion.infinitos allegaui in conſ.12.nu.21.non itaque ex
cuſari debet D. Antonius Maria ob fideiubendi diffi-
cultatem,qui etiam præſtita fideiuſſione fuit in mora.

Nec vitium litigioſi iuſtam præbet excuſationis cau
ſam,tum quia,vt dictum eſt,ſuberat à principio,& cõ-
uentionis tempore,tum etiam, quia ſolet Princeps Se
reniſſimus contra eiuſmodi vitium indifferẽter diſpen
ſare,& facile huic impedimento occurriſſet, ſi Princi-
pem adiuiſſet:& quamuis impoſſibile iudicetur quod
à Principis voluntate dependet, l.qui cum maiori, in
princ.ff.de bon.lib.l.apud Iulianum,§.fin. ff.de leg.1.ta
men fallit,quando Princeps conſueuit indiſtinctè om
29 nibus concedere.† Soc.iun.conſ.51.in fine, vol.1.Crau.
cõſ.12.nu.10.Burſ. in conſ.56.n.24. & paſſim videmus
eiuſmodi diſpẽſationes cõcedi & bona vẽdi cũ effectu.

Periculum euictionis non reddit duriorem cauſam
Do.Antonij Mariæ, quia ſi etiam bona fuiſſent extra
iudicium data ſibi in ſolutum, quæ poſtea vendidiſſet
obligatus nihilominus fuiſſet ad euictionẽ,ex eo itaq;
quòd iudicium ſit inſtitutũ, nihil omnino ei deperijt
vltra quod,vt ſæpius repetitũ eſt, debuit id præuideri
tempore conuentionis, & non dicitur inopinato illud
eueniſſe,& præter prudentis viri cogitationem.

Vltimo non obſtat pactum,quia collatum fuit in ar
bitriũ, & fauorem Domini Federici, ideo in eius odiũ
non poteſt retorqueri,l.quod fauore,C.de legib.& in-
telligi ſemper debet ipſo volente;& in terminis pacti,
quod liceat creditori vendere rem, eſt tex. in l.quãuis,
ff.de pigno.action. vbi creditor cui ex pacto licebat pi
gnus vendere,non cogitur id facere, ſed poteſt à debi-
30 tore conſequi creditum ſuum, † & probat Caſtren. in
conſ.595.col.2.vol.5. & ego comprobaui in conſil.98.
per totum,& eo me remitto.

Quod autem dicitur Do. Federicum elegiſſe illam
viam,negatur;quia conſtanter mihi affirmatur verum
id non eſſe,neque ad illarum rerum venditionẽ deue-
niſſe, ſed quidquid ſit, ex ſtatuto licet creditori electã
via deſerere,& rurſus redire,& plures variare.Rurſus,
regula in cõtrariũ allegata fallit in actione reali,& p-
31 ſonali, quia vnius electione non denegatur † altera,l.
grege,§.ẽt,ff.de pign.l.quamuis, C.eod.tit.Bal. in l.eſt
in arbitrio,C.de action. & oblig. vbi id maximè dicit
procedere,quando non variatur perſona conuenti.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fieri non poteſt in contractu, contra nume.21.& declara,vt num.34.*

2 *Potentia quæ non reducitur ad actum vana eſt.*

3 *Hæres vel legatarius qui poteſt vnum ex pluribus eligere, ſi non eligat,omnes admittuntur,limita vt num.25.*

4 *Eligere vnum iuſſus,poterit etiam duos nominare, limita vt num.25.*

5 *Nati & concepti poſt mortem teſtatoris, veniunt in ſubſtitutione conditionali,declara vt num.33.*

6 *Hæredem rogans vt alium inſtituat, videtur illum ſubſtituere,& num.52.*

7 *Dare videtur qui mandat dari.*

8 *Fideicommiſſum inducitur quando quis mandat bona donari alicui.*

9 *Captatoria nõ dicitur diſpoſitio, quãdo ſola perſonarum declaratio committitur in hæredis voluntatem.*

10 *Numerus ſingularis vno eſt contentus.*

11 *Geminatio in ſubſtitutionibus eſt plurimum conſideranda.*

12 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ob vim geminationis.*

13 *Diuiſio ampliſſima patrimonia corrumpit.*

14 *Familiæ decus ac ſplẽdor maximè ſuſtinetur & propagatur per diuitias.*

15 *Primogenituræ præcipuus finis eſt,vt familiarum dignitas, & memoria conſeruetur.*

16 *Primogenitus ſolus ſuccedit quando bona deuenire debent ad vnum.*

17 *Primogenitus ſolus admittitur ad ſucceſſionem,quando teſtator ſubſtituit filium maſculum legitimum & naturalẽ hæredis qui iuſſit geſtare nomẽ & arma teſtatoris, & nu.27.*

18 *Maior natu ſuccedit quando teſtator voluit bona ſua indiuiſa peruenire ad proximiorem.*

19 *Agnationem ſuam cenſetur teſtator voluiſſe conſeruare, quando præcepit quod inſtitutus teneatur aſſumere nomen & inſignia ſuæ familiæ.*

20 *Nati & concepti poſt mortem eius de cuius ſucceſſione tractatur non admittuntur vbi diſpoſitio eſt ſimplex & pura.*

21 *Subſtitutio fieri poteſt in contractu. Declara,vt nu.34.*

23 *Fideicommiſſum inducitur vbicunque conſtat de voluntate diſponentis.*

24 *Ratione legis ceſſante,ceſſat quoque diſpoſitio.*

25 *Grauatus relinquere cui ſibi magis placuerit,licet poſſit duos vel plures eligere,tamen hoc fallit, quando conſtat teſtatorem voluiſſe quod bona vni tantum relinquantur.*

26 *Actum faciens cenſetur ſe obligare legibus loquentibus de illo actu.*

28 *Verbum ambiguum intelligitur prout reperitur declaratum in alia parte vbi eſt clarè poſitum.*

29 *Voluntas teſtatoris præcedens declaratur ex verbis prolatis poſt teſtamentum.*

30 *Voluntas dubia in donatione declaratur ex ijs quæ poſtea donans dixit in ſuo teſtamento.*

L.vnum

31 *L. vnum ex familia,§.rogo,ff de leg.2.limitatur,& nu.25.*
32 *Natus qui non eſt tempore euenientis conditionis, non ſucceſſit etiam in conditionali diſpoſitione.*
33 *Nati poſt purificatam conditionem, vbi admittuntur, id intelligitur quando non extant aliqui ex ijs qui nati ſunt viuente teſtatore.*
34 *Fideicommiſſum propriè in contractu fieri non poteſt.*
35 *Participium temporis præteriti ſignificat rem perfectam, & conſummatam, & reſoluitur in verbum præteriti tēporis.*
36 *Homo dici non poteſt qui eſt in vtero.*
37 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tēpus verbi.*
38 *Tempus imporiat formam.*
39 *Forma debet ad vnguem ſeruari.*
40 *Conditio ſequēs de nato, nō verificatur in eo qui eſt in vtero.*
41 *Verba in contractu propriè, & verè intelligi debent.*
42 *Dictio, perinde, improprietatem, & fictionem ſignificat.*
43 *Verbum, intelligitur, improprietatem notat.*
44 *Natus non reputatur qui eſt in vtero quando aliquis eſt eligendus.*
45 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

CONSILIVM CCCLXXV.

ARDVA eſt & difficilis quæſtio quæ ex propoſito facto inſurgit. Magn. enim D. Iulius Bouius donauit multa bona Reuerendiſs. D. Io. Carolo Epiſcopo Soſtunenſi eius nepoti, lege, pacto, & cōditione appoſita, quod donatarius poſſit, & debeat inter viuos, vel in vltima voluntate diſponere de dictis bonis, primo in fauorem vnius ex filijs alicuius ex fratribus ipſius Reuerendiſs. Domini maſculis legitimis, & naturalibus, & natis ex legitimo matrimonio, arbitrio ſuo eligendi, & nullis extantib. filijs ad fauorē vnius ex dictis ſuis fratribus, & nullis exiſtentibus fratribus ad fauorem vnius ex deſcendentibus ex recta linea Mag. D. Alexandri patris ipſius donatoris qui ſit legitimus & naturalis, & nullo extante legitimo & naturali, ad fauorem vnius ex dictis deſcendentib. naturalis, vel ſpurij maſculi, qui legitimari debeat. Et qđ dictus Reuerendiſs. Dominus quoad poſteros, & ſucceſſores primi nominādi faciat fideicōmiſſum ſuper bonis, rebus, & iuribus donatis arbitrio ſuo, pro cōſeruatione tam agnationis, & deſcendentium d. D. Alexandri, quā bonorum in eadem agnatione ſuo arbitrio, & eadem finira in alios, prout ſibi videbitur, & placuerit; mandatque donator quod quicunque nominandi obtemperent ordinationi faciendæ à prædicto Epō, perinde ac ſi ipſe donator ſic diſpoſuiſſet, ita & taliter, quod donatio, & alia prædicta cenſeantur, & ſint facta, prout ſic illam & illa fecit & facit ipſe D. Iulius, cum modificationibus, limitationibus, conditionibus, & legibus prædictis, & nō aliter, nec alio modo; prædictā aūt donationem cōfirmauit iuro aſſertorio, & ꝓmiſſorio, & voluit valere omni meliori modo, adhibito maximo teſtiū numero. contigit aūt mori prędictum D. Epiſcopum nulla omnino facta dictorum bonorū diſpoſitione, ſuperſtite tunc Illuſtrī D. Andrea Bouio donantis pronepote, & prędicti Reuerendiſs. Epiſcopi nepote ex D. Alexandro fratre; ſed quia poſt mortē Epiſcopi alius natus eſt frater D. Alexandri, qui tamen erat tunc in vtero matris, & exinde alius conceptus & natus eſt, dubitari contingit, an D. Andreas ſolus in dictis bonis donatis ſuccedat, vel cum eo concurrant alij fratres poſtea editi: & dicendum vī quod ad dicta bona iure oēs fratres aſpirare poſſint, ex quo oēs eodem gradu coniūcti ſunt, & donanti, & donatario, nulla habita ratione dictæ ſubſtitutionis, quæ non potuit fieri in donatione: & ita in

1 contractu, † iuxta ſententiā Cuman. nu.4. & Caſt. nu.2. in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff. de verb. oblig. Alex. nu. 4. Soc. nu.19. & Iaſ. nu.15. quam communem dicit Menocb. in conſ. 85. nu. 28. multas allegans authoritates.

Secundo data validitate ſubſtitutionis, idem affirmādum eſſet, quia ea tota committitur voluntati Dñi Epiſcopi qui tñ nihil diſpoſuit de his quę facere poterat, ergo omnis illa ordinatio euanuit. in vanum enim
2 cedit potentia quæ non reducitur ad actum, † c. paſtoralis, §. qm̄, vbi Dec. in 2. not. de reſcript. & plurimū differt ab actu, l. 1. vbi Bar. ff. de iniuſt. rup. teſta. & iō Cæpha. in cōſ. 725. dicit, qđ facultatē habens hæredē aliquem extraneum inſtituēdi ad certa bona, ſi ea nō ſit vſus, nullū ius tribuit. Et cū in quocūque actu nedum ptās, ſed ēt voluntas copulatiuè cōcurrere debeant, c. ad hæc, de appell. c. cū ſuper, vbi Dec. de offic. deleg. nō ſufficit, quod poſſet Epiſcopus facere niſi etiā fecerit.

Tertio, vbi non facta electione poſſit eſſe locus ſucceſſioni, tunc oēs dicti Domini fratres erunt admittē-
3 di, † per text. in l. vnum ex familia, §. rogo, ff. de lega. 2. vbi ſi teſtator fundū roget reſtitui cui voluerit hæres, vel legatarius, licèt ex pluribus libertis poſſit hæres vnum eligere, ſi tñ non elegit, oēs liberti admittuntur. idem probat text. in l. cum pater, §. hæreditatem, & §. rogo, ff. eod. tit. l. cum quidam ita, §. idem ait, ff. eod. l. ſi quis Titio, §. fi. ff. eod. l. ſi quis in teſtō, C. de fideicomm. liberta. l. Labeo, §. Pacuuius, ff. de ſtatu lib. & in prædictis locis Doctores omnes notant. facit l. hæc venditio, ff. de contrab. empt. & in præcitatis locis loquuntur iura quādo iuſſus eſt hæres vnum eligere, quia nihilominus ſuccedunt oēs, ſi electio non eſt facta. ideo Io. Andr. ad Spec. in rubr. de teſta. in verſ. item Libertinus, dicit quod ſi quis ſubſtituit vnum ex filijs Titij quem hæres elegerit, ſi hæres neminem elegit, omnes intelliguntur ſubſtituti. mouetur ex iuribus ſupra citatis. ſequitur Alex. in cōſ. 22. nu. 3. in fi. vol. ... Iaſ. cōſ. 25. nu. 9. vol. 2. Dec. in conſil. 578. nu. 10. Tiraq. de primogen. q. 65. qui tamen duo declarant quando hoc procedat Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 4. nu. 14. & ſeq. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 4. num. 41.

Et, vt dixi, non eſt facienda vis quod donans mandauerit diſpoſitionem fieri ad fauorem vnius, quoniā ad omnes videtur reſpexiſſe donans, vt inquit text. in d. l. ſi quis teſtamento, circa med. & ideo iuſſus vnum
4 eligere, poterit etiam duos nominare, † l. vnum ex familia, §. ſi duos, ff. de leg. 2. vbi Barto. dicit eſſe mirandum. & ratio eſt, quia videtur ſolum voluiſſe quòd bona in familia remaneant, non autem quod penes vnum ſint potius quam penes plures, vt ibi dicitur. ſequuntur ibi Imo. Caſtr. & alij, Padill. nu. 4. poſt gl. ibi, Molin. d. cap. 4. num. 45. ſicuti autem potuiſſet Epiſcopus duos, vel plures ex filijs D. Alexandri eligere, ita electione non facta omnes ipſi filij poſſunt ſuccedere, quamuis donator mandauerit quod diſponat in vnū, Roder. in l. quoniam in prioribus, in declar. leg. Regni, quæſt. 5. nu. 1. folio 400. Peralt. in d. l. vnum ex familia, §. ſed etſi fundum, nu. 4.

Non autem repugnabit, quod duo poſteriores fratres non eſſent nati neque concepti quando donator deceſſit, quinimo, nec quando ex hac vita migrauit Epiſcopus: quia reſpondetur, quod in ſubſtitutione conditionali veniunt etiam nati, & concepti poſt teſta-
5 toris mortem. † Io. Andr. ad Spec. in d. Rubr. de teſtamen. verſic. item Lambertus. Alex. d. conſi. 22. nume. 4. alios citaui in conſil. 125. nume. 33. Et quoad primum ſupponitur quod eſſet conceptus quando Epiſcopus deceſſit, & conditio euenit. habetur enim pro nato quoad ea quæ ſuum cōmodum cōcernunt, l. qui in vtero, ff. de ſtatu hom. l. quod dicimus, ff. de verb. ſignific.

Digitized by Google

Diligentius tñ oẽs facti circũſtantias ponderando,
contraria verior viſa eſt ſententia, quod ſolus Do. An-
dreas bona Epiſcopo donata conſequi poſſit: certũ eſt
enim, quod D. Iulius mandando Epiſcopo quod diſpo
nere debeat de bonis ſibi donatis in vnum ex filijs fra-
trum, vr̃ vnum ex dictis filijs ſubſtituiſſe in bonis ipſis,
vt probat text. in l. filiusfamilias, §. vt quis hæredem, ff.
de leg. 1. vbi qui rogat hæredem, vt alium inſtituat, vr̃
6 illum ſubſtituiſſe, † & ibi notant Doctores, quod vbi
verba directa non poſſunt valere iure directo, trahun-
tur ad fideicommiſſum. ad idem eſt tex. in l. ex facto, in
princ. ff. ad Trebell. vbi id expreſſe dr̃, idque procedit
ex voluntate teſtatoris, quem ex illis verbis cõſtat vo-
luiſſe, quod ille in ſuis bonis ſuccedat. Soc. conſil. 227.
col. 4. verſ. quibus tñ non obſtan. in 2. vol. Card. Mant.
de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 1. nu. 14. Craſſ. §. fideicom
miſſum, q. 4. nu. 14. & ſeq. vbi infert ad alias formulas
ſubſtitutionum: & paria ſunt quod diſponens ipſe re-
linquat, vel mandet quod alius relinquat: quia dare
7 videtur qui mãdat dari, † l. item eorum, §. 1. ff. q cuiuſq.
vniu. nom. l. ita autem, §. geſſiſſe, ff. de adm. tutor. l. qđ
iuſſu, ff. de reg. iur Molin. lib. 2. c. 4. num. 5. Rot. in deciſ.
infra allegao. num. 28. Menoch. conſi. 158. nu. 50. & idẽ
eſſet quando mandaſſet bona donari alicui, quia nihi-
8 lominus induceretur fideicommiſſum, vt probat † Ro-
ta deciſ. 640. n. 29. & 30. in prima pat. in nouiſs. vbi al
legat textus ſupra citatos. Et prædicta procedunt nõ
ſolum quando dictum eſt, quod poſſit, & debeat relin-
quere, ſed etiam quando dixit, quod poſſit inſtituere,
vel relinquere, quia nihilominus importabit neceſſita
tem, & erit fideicõmiſſum inductum, vt probat Ripa
in d. l. ex facto, in princip. nu. 4. quinimo fortius, verum
eſt, qñ rogat, & velit talem inſtituere: nam ẽt tũc ver-
titur in fideicommiſſum, vt probat Rota d. deciſ. 640.
nu. 26. & ſeq. vbi verba erant vulgari idiomate conce-
pta, *lo prego che voglia*, licet de Ripa mentionẽ non fa-
ciat: nã verba ſunt collata in neceſſitatẽ, reſpectu ſub-
ſtantiæ, vt ſcilicet bona tranſeant ad alium, ſed in vo-
luntatem quoad facultatẽ eligendi, c. dilectus, de præ-
ben. Ripa loco præcitato, ſed melior eſt tex. in l. cũ qui-
dam, ff. de leg. 2. vbi Bart. & alij dicunt, non eſſe capta-
toriam voluntatem qñ dicitur, quod reſtituat cui vo-
luerit ex filijs, quia ſola perſonarum declaratio cõmit
9 titur in hæredis voluntatem. † Doct. omnes, in l. vtrum,
§. cum quidam, ff. de reb. dub. Bar. & alij in l. 1. ff. de leg.
2. Card. Mant. lib. 8. tit. 4. nu. 17. Padill. in d. l. cum qui-
dã, nu. 1. & ſeq. Molin. de primoge. Hiſp. lib. 2. c. 4. nu. 3.

Secundo, non vr̃ dubium, quia teſtator voluerit ea
bona trãſire ad primogenitum, quia mandat ſemper
ex multis eligi vnum, & quater id repetit; primo, quod
vnus ex filijs alicuius fratris eligatur, ſecundo, quod
vnus ex ipſis fratrib. tertio, quod vnus ex deſcẽdenti-
bus D. Alexandri, quarto, quod vnus naturalis ſeu ſpu
10 rius. numerus autẽ ſingularis vno eſt contentus, † glo.
in l. fi. §. ſi autem, C. de iure deliber. & abhorret plura-
litatem. Cępol. in l. vſu iuris, nu. 2. ff. de verb. ſign. Aret,
& Socio. in l. ſi fuerit, nu. 10. ff. de reb. dub. Caſtr. & Soc.
in l. quoties, ff. eo. vbi ait, quod teſtator dr̃ de vno ſen-
tire qñ loquitur in ſingulari numero. Soc. conſil. 88. ante
nu. 1. vol. 3. Crau. in conſil. 180. nu. 3. Natta conſil. 502.
nu. 35. Crauet. conſil. 831. nu. 1. & dicit Burſat. cõſi. 228.
nu. 50. quod teſtator cum miſterio vr̃ vti ſingulari nu-
mero. Menoch. conſil. 329. nu. 26. Rimin. conſi. 605. nu.
35. & ſeq. & illa repetitio facta in ſingulis ſubſtitutio-
11 nibus, eſt plurimum conſideranda. † ad not. in l. Bali-
ſta, ff. ad Trebell. Bart. in l. cum ſcimus, C. de agricol. &
cenſ. lib. 11. Caſtr. conſi. 115. col. 2. vol. 1. vbi quod tunc
dr̃ magis enixè apparere de voluntate diſponẽtis, la-
tè Riminal. conſi. 65. nu. 27. & ſeq. Roland. in conſil. 71.
nu. 50. vol. 2. vbi loquitur quando ſunt triplicata. Be-
cius conſil. 21. nu. 12. vbi etiam de triplicatione. Burſ.
conſil. 301. nu. 18. & facit quod de qualitate maſculini
tatis ſæpius repetita voluit Cotoe. in conſil. 74. num. 9.
vol. 2. vbi vult, quod tunc filij in conditione poſiti, cen
12 ſeantur vocati ob vim geminationis. † ſequitur Curt.
ſen. Purpur. Silua. Curt. iun. Pariſ. Alciat. Silu. & Alba,
& multi alij, quos citat cõem dicens Ruſtic. in tractat.
quand. libe. in cond. poſiti, lib. 2. cap. 5. Accedat, quod
ſemper vocauit maſculos, ſemper legitimos, & natura
les, & ex legitimo matrimonio natos, donec extabũt,
& ſi qñ vocauit naturales vel ſpurios, voluit eos legiti
mari, & demum dixit ſe id fieri velle pro cõſeruandis
bonis in familia, & pro conſeruanda agnatione, certũ
eſt aũt, quod, & agnatio & bona melius, & honorabi-
lius conſeruantur ſi nulla fiat diuiſio, & vniuerſa ſub-
ſtantia ſit penes vnũ, quã ſi diuidatur in plures partes:
nam per diuiſionem ampliſſima quoque patrimonia
13 corrumpuntur, † cap. ex literis, de pignor. ibi, propter
poſſeſſionum minutias. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & alij, in
cap. licet, de voto. Socin. conſ. 47. nu. 5. in 3. vol. & dua-
litas ſeu diuiſio eſt ordinata ad deſtructionẽ ſubiecti,
vt inquit Philo. citatus à Tiraq. in tracta. primog. q. 4.
nu. 16. Molin. in tracta. primogen. lib. 1. cap. 11. nu. 4. &
ſeq. Burſat. in conſil. 328. nu. 48. & nullum eſt tam pin-
gue patrimonium quod non multiplici diuiſione re-
digatur ad minimum: dignitatis autẽ, decus, & ſplen-
dor familiæ, maximè defenditur, ſuſtinetur, & propa-
14 gatur per diuitias. † Alexand. in conſil. 52. nu. 4. vol. 4.
Soc. conſ. 127. nu. 10. vol. 4. Iaſ. conſ. 164. colum. 2. vol. 4.
Bero. in conſil. 115. num. 5. & in conſ. 120. num. 61. vo-
lum. 2. Pariſ. in conſ. 35. num. 33. volum. 2. conſ. 108. nu.
33. volum. 3. Socin. iun conſ. 141. nume. 13. conſil. 168.
num. 38. volum. 2. Riminal. conſ. 544. numero 82. An-
gel. conſil. 281. num. 4. & hic eſt præcipuus finis primo
geniruræ, vt familiarum dignitas memoriaque conſer
15 uetur. † Socin. in conſil. 47. nume. 6. volum. 3. Dec. in
conſil. 38. in princip. Pariſ. conſ. 721. num. 85. volum. 4.
Tiraquel. de primog. quæſt. 71. num. 2. Zaſ. in conſ. 20.
num. 10. volum. 2. Menoch. conſil. 204. num. 18. Cæph.
conſi. 694. num. 12. Burſat. conſ. 2. num. 69. Molin. in d.
tractatu, lib. 1. cap. 11. num. 3. Marza. conſ. 28. nu. 3. Si-
mon fol. 337. nu. 14.

Quando verò bona deuenire debent ad vnum, tunc
16 ſolus primogenitus ſuccedit, † vt poſt Io. Andr. Ang.
& Aret. concludit Roder. in l. quoniam in priorib. am-
pliat. 10. num. 26. C. de inoffic. teſtam. vbi dicit eſſe per
petuo comendandum, quia faciet honorem in cauſis
quãplurimis, & ſe multoties habuiſſe in facto. Guid.
Pap. quæſt. 467. circa finem, ver. attamen conſiderãda.
Menoch. alios citãs in conſ. 158. nu. 42. & idem tenuit
Burſ. in conſ. 228. num. 48. dixi in conſ. 279. num. 19. &
Gabriel. conſil. 85. num. 7. in 2. Et hoc procedit non ſo
lum quando de vno facta eſt explicita mentio, ſed etiã
quando dictũ eſt in numero ſingulari, de filio, vt Pro-
pus in Rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. num. 20. &
in fortioribus terminis hoc voluit Guid. Pap. d. quæſt.
467. vbi ſi teſtator hæredi ſuo filium ſubſtituit maſcu-
lum, legitimum, & naturalem dicti hæredis, quem vo-
luit cognomen, & arma teſtatoris geſtare, & cõtingat
hæredem plures reliquiſſe filios maſculos, cõcludit, q
ſolus primogenitus admittetur ad ſucceſſionem: quia
ſic videtur teſtator voluiſſe, ex quo iuſſit eum geſtare
17 nomen, & arma teſtatoris. † Bened. in cap. Rainutius,
in ver. in eodem teſtamento relinquens, nume. 174. ex-
tra de teſtam. Tiraquel. de iure primogen. quæſtio. 64.
Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 10. nu. 4.
Menoch. in d. conſ. 158. nu. 43. Molin. d. lib. 2. cap. 4. nu.
42. ſic etiam dixit Decian. in conſi. 71. in fine, volum. 3.
licet

licet ſub dubio loquatur,& non ſe bene reſoluat,quod
ſi teſtator voluit bona ſua indiuidua peruenire ad ,p-
18 ximiorem, tunc maior natu † ſuccedet ,& hoc etiā te-
net Card. Mant.d.tit.10.num.6. vbi non tenet id quod
Decian.latè tetigit,qđ ſcilicet ſit locus gratificationi.
Burſ.d.cōſ.228.nu.54.vbi ſequitur illā deciſionē Guid.
Pap.quod primogenitus videatur vocatus; nec exiſti-
met quiſquā rōnem aliquam diuerſitatis ſubeſſe inter
caſum Guid.Pap.& noſtrum,eo quod ibi iuſſerit teſta-
tor illum aſſumere nomen, & inſignia ſuæ ſamiliæ, qđ
non legitur in ſacto propoſito,quandoquidē illud prę-
ceptū nihil aliud infert, niſi quod voluerit teſtator cō-
19 ſeruare ſuam agnationem,& familiam,† quemadmo-
dum Ripa tenet in l.1.nu.10. C.de pact. & in l.Centu-
rio,nu.164. ff.de vulg.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, & idē
voluerunt Alcia.in conſil.482.nu.4.conſ.573.nu.7.Pa-
riſ.conſ.19.nu.34.vol.2. Card.Mantica, de coniect.vlt.
volunt.lib 6.c.15.nu.15.Cæph.Crau.Marza.Celſ.Vgo,
Rimin.Menoch.& alij citati a Ruſt. in d.tract.quando
fil.poſit.in condit.lib.2.c.6.in princip.vt non ſit curan-
dum de Bero.qui in conſil.77. nu.21.vol.2. conatus eſt
contradicere. quam rationem habemus nos diſertis
verbis explicitam in dicta donatione.

Quod ſi hæc vera ſunt, quando ſimpliciter diſponēs
vocauit in ſingulari numero filium maſculum,vel quā-
do dixit,vnum ex filijs maſculis, multo magis obtine-
bunt in facto præſenti,in quo multa alia concurrunt,&
pręcipuè,quod quater facta fuit expreſſio vnius,& ſem
per voluit vnum eligi,vocauit maſculus,voluit eos eſſe
legitimos,& naturales, & ex legitimo matrimonio, &
voluit conſeruare bona,& familiam.

Tertio id ſuadetur, quia ſolus D. Andreas erat na-
tus tpe quo D. Iulius fecit prædictam donationē, imo
& tpe quo Reuerendiſs. Epiſcopus deceſſit, & factus
fuit locus ſubſtitutioni de qua agimus; alij autem fra-
tres non erant eo tpe in rerum natura,propterea cæte-
ris omnibus excluſis ſolus ſuccedere debet,quia nati,
& concepti poſt mortem eius de cuius ſucceſſione tra-
20 ctatur,non † admittuntur,l.1.§.ſciendum, l.Titius,& l.
itē prætor,in princ.ff.de ſuis,& legit.l.ſi quis filio exhę-
redato,in princ.vbi Bar.ff.de iniuſt.rup. teſtam.l.Pau-
lus,§.Paulus,ff.de bon.liber.l.verū,vbi glo.ff.de bonor.
poſſeſſ.ſecund.tab.§.cum autem,verſ.planè,vbi gl.Bal.
Io.Fab.Io.de Plat.Ang.& alij, Inſtit.de hæredibus quæ
ab inteſt.Alciat.conſil.495. nu.1. Natta conſ.74.nu.3.
conſil.199.nu.3.Gomez. de hæredibus ab inteſt.cap.1.
nu.8.Tiraq.de retract.conſang.§.1.glo.9.nu.80. & ſeq.
Roland.conſil.70.num.8.vol.3.Beccius in conſi.112.nu.
23.quæ concluſio procedit ſine aliquo dubio in relicto
puro, & in diſpoſitione ſimplici, qualis ea eſt de qua
verba facimus,quidquid dicant Doctores in conditio
nalibus,l.ſi cognatis,vbi Barto.& alij, præcipuè Socin.
ff.de reb.dub.Roman.in conſ.231.in princip.cum infi-
nitis apud Tiraq.in loco præcitato,num.82. & ſequen.
Berret. conſil.27.nume.2. & quamuis multa poſſint in
contrarium dici, tamen ex infra ponendis clare reſul-
tabit reſolutio.

Quare non obſtat quod in contractu non potuerit
fieri ſubſtitutio,quia hoc eſt ſalſum,poteſt enim ita ali
quid vni donari quod poſt mortem alij reſtituatur, &
eueniente caſu datur tertio actio vtilis ſine ceſſione,
21 † vt eſt textus in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod.
Oldrad.in conſil.139.eſt etiam text.in l.vt hæredibus,
ff.de legat.2.per quem ita dicit Bald.in conſ. 249. col.
2.vol.2.& in contractu donationis,Caſtr.in conſi.348.
col.1.in conſil.385.col.1.vol.1.Alex.in conſil.247.in fi.
vol.6.Curt.iun.in conſil.15.nu.5.Soci.iun. in conſ.185.
nu.6.vol.2.Bero.in conſil.84.nu.5.vol.2. Crau.in conſi.
19.nu.8.conſil.130.nu.11.Natta in conſil.532.num.22.
& ſeq.vbi allegat Spec. Io. Andr. Dec. & alios, & vult
dari actionem non ſolum perſonalem,ſed etiā realem.
Didac.latè agens,& alios citans lib.1.var.reſolut.cap.
14.num.2.vbi tamen ſuſtinet non dari realem,ſed per-
ſonalem actionem tertio. Ozaſc. deciſ.Pedemont.87.
nu.7.in quibus locis dicunt procedere etiam, ſi nō in-
teruenit ſtipulatio. Simon de interpr.vlt.vol. lib.3. in-
terpret.3.dubit.1.ſolut.1.nu.5.folio mihi 272. Decian.
in conſil.55.nu.1.vol.3.& nouiſſimè Peregr.in ſuo tra-
ctatu de fideicomm.nunc edito,in art.1.nume.16.& in
artic. 51. in princ. & in dictis locis omnes volunt tam
fideicommiſſariam quam directam fieri ſubſtitutionē,
& in ea ſuccedi eo modo quo ſuccederetur ſi facta eſſet
in teſtamento. Decian.conſil.41.nume.17.vol.1.& non
negat Menoch.in conſil.85. nume.28. licet neget dici
poſſe fideicommiſſariam. nos autem omiſſa verborum
contentione, dicimus ſufficere quòd in donatione po-
tuerit D.Iulius diſponere, quod res prædictæ ab Epi-
ſcopo tranſeant ad vnum ex filijs ibi deſignatis, ſiue
modo ea diſpoſitio ſit fideicommiſſum, ſiue donatio;
ſufficit nos habere effectum fideicommiſſi, ſufficit etiā
quod in ea diſpoſitione ſit locus coniecturæ volunta-
tis, & reguletur ex præſumpta diſponentis voluntate,
non minus quam fideicommiſſum in teſtamento reli-
ctum,vt pulchrè probat Decia.d.conſil.41. num.99. &
102. vbi propriè loquitur in donatione.

Et quamuis mandauerit D. Iulius quod Epiſcopus
diſponat de dictis bonis, ipſeque nihil diſpoſuerit, tñ
per hoc non redditur inanis intentio donatoris, ſed
imo effectum ſortiri debet, quia ita mandando vide-
22 tur illum grauare, vt bona reſtituat, † vt probaui in
princip.huius partis,per §.vt quis hæredem,per l.ex fa
cto,in prin. & per authoritates ibi adductas,quia ver-
ba directa important fideicommiſſum, & ſufficit quo-
quomodo deprehendatur voluntas, vt fideicōmiſſum
23 videatur inductum,† vt latè probat Card. Mant.lib.8.
tit.1.in princ.Simon lib.3.interpret.2.dub.1. ſol.3. nu.
2.ſolio mihi 229.& interpretat.3.dubitat.1. ſolutio.1.
nu.4.ſolio 272. Craſſ.§. fideicommiſſum,quæſt.4.Rota
deciſ.640.in prima parte,in nouiſs.& vltimo loco, Pe-
regrin.in tract.de fideicomm.artic.1.num.41.& pluri-
bus ſequentib. & artic. 11, in princip. & procedit hoc
etiam in fideicōmiſſo ordinato in donatione, & quo-
cunque alio contractu, vt dixi ex Deciano, in d.conſil.
41.nu.17.& ſeq.vol.1.

Tertium quoque, in quo meo iudicio tota vis præ-
ſentis conſultationis conſiſtit,non obſtat, quia etſi re-
gulariter hærede,vel grauato nōn eligente,oēs illi cen
ſeantur vocati ex quibus fieri debebat electio, tamen
hoc procedit, quando ad omnes teſtator æqualem ha-
bebat affectionē, & ſolum voluit bona in familia con-
ſeruare,non autem ea vni magis quam alij relinquere;
at vbi conſtat quod non ſolum voluit bona conſeruare
in familia,ſed etiam ea præciſè ad vnum ſolum perue-
nire,tunc deciſioni illius textus non eſt locus, ſed vo-
luntas teſtantis,ſeu aliter diſponētis ſeruanda eſt:ceſ-
ſat enim ratio propter quam omnes admittuntur, &
24 rōne ceſſante, ipſa quoque ceſſat legis diſpoſitio, † l.
quod dictum,ff.de pac.c.cum ceſſante,de appell. c. etſi
Chriſtus,de iureiu.Euer.loco 85.& in terminis noſtris
inquit Molin.in d.tract.primog.lib.2.c.4. nu.45. & 54.
quod hæres grauatus relinquere cui ſibi magis placue
rit ex pluribus libertis,vel ex familia,vel agnatis,licet
poſſit duos vel plures eligere,tamē qñ conſtat teſtato-
25 rem voluiſſe quod bona vni relinquantur,† tunc enim
vnius electio facienda erit,& infert ad maioratū inſti-
tutum ſub ea forma,vt ſucceſſor eligat: nam tunc non
poterit oēs eligere,vel plures,quia repugnat volunta-
ti conſtitutoris, qui erigendo maioratum, voluiſſe vi-

detur quòd vnus eligatur, & vnus ſuccedat, & Imol.
ac alij in dicto §. ſi duos, id ſatis clarè innuũt. & Imol.
explicite dicit, quod ſi ex coniecturis apparet, quod vo
luit vnum eligi, tunc duorum electio nõ valebit. & qđ
dicitur non licere plures eligere, obtinet etiam quan-
do electio non eſt facta, vt vnus ſolus ſuccedat, vt per
Molin. ibi, nu. 42. vbi dicit, quod grauato non eligẽte,
vnus ſuccedit, nõ omnes, ſicuti igitur electione non fa-
cta in maioratu, vnus ſuccedit non omnes: quia id re-
pugnaret voluntati conſtituẽtis, qui cenſetur voluiſſe,
quod bona vni deferantur. ita hoc erit dicendum, qñ
de expreſſa voluntate diſponentis conſtat, ꝙ bona ad
vnum, & non ad plures deferantur, & idem qđ electio-
ne non facta iſto caſu ſolus ſuccedat primogenitus te-
nuit Peralta in l. ſi vnum ex familia, §. ſed etſi fundum,
num. 19. verſ. ſupereſt nunc, ff. de leg. 2. ratio enim ea-
dem eſt, & ſolum intereſt inter hos caſus, quia in con-
ſtitutione maioratus volũtas colligitur ex natura ma-
ioratus, qui ſolet vnũ admittere; & qui ordinat maio-
ratum, videtur illum ordinare ſecundum leges maio-
ratus, quia faciens actum cenſetur ſe obligare legibus
26 diſponẽtibus de actu, † Bal. in l. ſi duo, ff. de acq. hæred.
Becius cõſ. 35. nu. 11. & qui vult vnum cenſetur omnia
velle quæ ſunt de illius natura. Bart. & alij, in l. 2. ff. de
iuriſdict. omn. iud. l. gerit, vbi Doct. ff. de acq. hæredit.
& in ſpecie Molina, dicto tractatu, lib. 1. c. 4. nu. 13. &
ſeq. in facto vero noſtro volũtas patet ex verbis expreſ
ſis, quia ſemper mandat diſpoſitionem fieri in vnum.
quinimo caſus hic eſt clarior, quia habemus expreſſã
voluntatem non autem tacitam, & conſecutiuam, vt
eſt in eo qui maioratum inſtituit. Et aduertatur quod
Molin. d. num. 42. loquitur in noſtris terminis, allegat
enim dictum Guid. Pap. d. q. 467. & vult, ꝙ eo caſu ele-
ctione non facta vnus ſuccedat, non omnes. in propo-
ſito autẽ quod teſtator voluerit bona ad vnum non ad
plures peruenire, probaui, ni fallor, ſupra in ſecundo
principali fundamento. & ſanè ſi in fideicõmiſſis ſola
voluntas ſpectatur, l. penult. ff. de leg. 1. l. vnũ ex fami-
lia, §. penult. ff. de leg. 2. l. eum proponebatur, eod. tit.
cum alijs citatis in proximo verſ. nihil magis volũtati
repugnabit, quam vt multi ſuccedant, quãdo is voluit
bona ad vnum peruenire. erit igitur vera limitatio, qđ
electione non facta vnicus erit admittendus, quando
vnicus erat eligendus: ponamus enim caſum, quod di
ſponens explicitè dixiſſet, qđ poſſit diſponere in vnũ,
& non in plures, certo eo caſu nemo dicet quod poſſit
eligere plures, quia mens, & verba contradicunt, an
erit aliquis ita rationis expers, qui audeat affirmare,
hoc caſu grauato non eligente omnes eſſe admitten-
dos? certè meo iudicio nemo erit tam ſupinus. in caſu
autem noſtro habemus ſatis claram mentem, & verba
diſponentis, qui ſemper ad vnum voluit peruenire bo-
na donata, vt dixi.

Quod ſi forte dicatur, non conſtare de voluntate ex
eo ſolo quod mandauerit diſponi in vnũ, cum habea-
mus iura quæ loquuntur expreſsè qñ vnus erat eligen-
dus, & tamen volunt non facta electione, omnes veni-
re, vt in l. ſi quis Titio, §. fin. ff. de leg. 2. l. ſi quis in teſta-
mento, C. de fideicomm. libert. ſic etiam loquitur Io.
Andr. ad Spec. in d. Rubr. de teſta. quem ſequũtur alij
per me ſupra citati in tertio argumento partis aduer-
ſæ. rñdeo qđ prædicta omnia procedunt, qñ ſemel tan-
tum expreſſit vnum eſſe eligendũ, ex hoc enim ſolo nõ
colligitur voluntas ꝙ vnus ſuccedat, & non plures.
ſed quando alia indicia, & argumenta aliæque volun-
tatis coniecturæ concurrunt, tunc aliud eſt, puta, qñ di
27 xit, quod is aſſumat arma, & nomen familiæ, † vt in ca
ſu Guid. Pap. q. 467. vel quando voluit familiam con-
ſeruare, & bona in ea permanere, vt in noſtro caſu, &
qñ ſæpiſſimè de vnico eligendo mentionem facit, & qñ
omnia concurrunt, vt hic, vbi etiam aduertendum eſt,
qđ vnitatem amauit, nõ ſolum in nepote eligendo, ſed
etiã in fratribus Epiſcopi, ex quorũ filijs debebat ele-
ctio fieri: quia voluit ad vnum ex filijs alicuius ex fra-
tribus bona peruenire, atque ita Epiſcopus nõ potuiſ
ſet eligere duos nepotes ex duobus ſuis fratribus, vnũ
ſcilicet ex vno, alterum ex altero; negari ergo non po-
teſt, quia cum miſterio donans dixerit de vno, ſtante
quadruplicata expreſſione, & alijs ſupra conſideratis,
licet miſterium non poſſit conſiderari, qñ ſemel tãtum
dixit vnum eſſe eligendum, vt per Caſtren. dicta l. vnũ
ex familia, §. ſi duos. etſi in caſu Guid. Pap. ſola illa
adiectio portãdi nomen, & arma familiæ, efficit, vt ad
vnum intelligatur cũ miſterio facta reſtrictio, quanto
magis id obtinebit in facto præſenti, in quo familiæ, &
agnationis ratio concurrit, idem ſignificans, imo idẽ
magis clarè explicans quam armorum, & nominis ge
ſtatio, & præterea non ſolum geminatio, ſed quadru-
plicatio quod vnus eligatur.

Addo, quod donãs erat primogenituræ amator, nã
in teſtamento aliquot ab inde annis condito, eundem
D. Andream ſuum pronepotem inſtituit tanq̃ primo-
genitũ, & ſub nomine primogeniti, & tota eius linea
deficiẽte ſubſtituit eiuſdem D. Andreæ fratres, ſerua-
to tñ inter eos ordine primogenituræ, ideſt, vt prius
ſuccedat maior natu, & poſt eum eiuſque deſcenden-
tes alius qui pariter erit maior natu, ſic donans ama-
uit primogenituram, vt reliqua bona illius ordini ſup
poſuerit, nõ ergo mirũ videri debet ſi in donatione di
ſpoſuit bona ad vnum eſſe deferenda, & ſi voluit vnã
partẽ ſuorum bonorum ad primogenitum peruenire,
credendũ eſt, quod idem ſenſerit de alia parte, & ge-
ſtum circa vnã partẽ declarat quid ſenſerit circa aliã,
& vnum verbum ambiguum intelligitur, prout reperi
28 tur declaratũ in alia parte, vbi eſt clarè poſitũ, † l. qui
filiabus, in princ. ff. de leg. 1. Card. Mant. latè lib. 6. tit.
13. nu. 5. & voluntas teſtatoris declaratur ex eo ꝙ po-
ſtea ſecutum eſt, l. ſed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced.
l. cũ quis, C. de nat. lib. ſic ex verbis primo relatis poſt
teſtñ, cognoſcitur qualis fuerit præcedens teſtatoris
29 voluntas, † quia actus perfecti recipiunt formã decla
ratoriã, Bal. in l. precibus, nu. 10. C. de impub. vbi etiã
ſi prolata ſint verba ex interuallo. Cardin. Mantic. lib.
5. tit. 15. nu. 3. & ſeq. & multum appoſitè dicit Caſtr. in
conſ. 344. circa finem, vol. 1. quod voluntas dubia in do
natione declaratur ex ijs quæ poſtea donans dixit in
30 ſuo teſtamento, † l. vxori, §. fi. ff. de leg. 3. Simon de in-
terpret. vlt. volunt. lib. 8. interpr. 3. dubit. 3. ſolut. 5. nu.
44. & ſeq. folio mihi 19. & coniectura voluntatis ſumi
tur ex ijs quæ longo tempore poſt teſtamentum dixit
teſtator, vt latè probat Socin. iun. in conſil. 167. nu. 11.
& 20. vol. 2. & quod etiam ex dictis vel geſtis ex inter-
uallo colligitur voluntas, voluit Decia. in conſi. 57. nu.
49. vol. 1. vbi allegat Alex. Barbat. Curt. ſen. & Calcan.
idem dicit in conſil. 41. num. 41. eod. volum.

Poſſet forte aliquis obiicere, quod prædicta vera eſ
ſent, quando teſtator ſeu donans ipſe vocaſſet vnum
ex dictis nepotibus, ſed aliud eſſe quando, vt in facto
mandat illũ ab alio nominari, & eligi, tunc enim non
poteſt inferri, quod neceſſario intellexerit de primo-
genito, cum eſſet in facultate D. Epiſcopi eligere ſe-
cũdo genitum, quo fit, vt incerta ſit voluntas diſponen
tis, imo & caſus hic ſit omiſſus, & ideo remaneat in
diſpoſitione iuris communis, ſecundum quod veniunt
omnes. Iaſ. conſil. 215. nume. 11. in 2. ſed reſponderi
poteſt, quod ſtantibus ſupradictis Epiſcopus non po-
terat eligere ſecundogenitum vnius ex fratribus,
ſed cogebatur primogenitum eligere, quia cum bona
ad

Digitized by Google

ad vnum peruenire debent,is iutelligi debet primoge
nitus: & ſicuti quando teſtator mandat ſimpliciter v-
num ex filijs ſuccedere,tunc ſolus primogenitus habet
bona,ita quando mandat quod grauatus vnum eligat
ex filijs alicuius fratri ſui , ſolus primogenitus poteſt
eligi,ſecundum prædicta,virtus autem electionis con-
ſiſtit inter filios fratrũ , quia Epiſcopus poterat primo
genitum fratris qui erat minor natu eligere,& primo
genitum fratris maioris omittere , cum ergo non ele-
gerit non omnes filij vnius fratris , vel plurium fratrũ
eſſent admittẽdi,quia hoc repugnat voluntati donan-
tis , qui voluit diſpoſitionem ſuſtineri in ſolos primo-
genitos,ſed omnes primogeniti plurium fratrum poſ-
ſent ad fideicommiſſum aſpirare, nam cum caderet
electio inter primogenitos,ipſi omnes tanquam voca-
ti ſunt admittendi, quia illi ſoli ſuccedunt qui poterãt
eligi , & inter quos electio cadebat , alij vero qui non
poterant eligi, non debent ſuccedere,ſic loquuntur iu
ra omnia, vt tex.in l.vnum ex familia,§.rogo,vbi liberi
omnes veniunt,quia eorũ quiſque potuiſſet eligi,ſic in
d.l.cum pater, §. hæreditatem , & §.rogo, io l.Labeo,§.
Pacuuius,in l.ſi quis in teſtamento .quare cum electio
non poſſet fieri inter filios fratrum,ſed ſolum inter fra
trum primogenitos,electione non facta omnes primo
geniti eſſent admittendi. At in facto nulli extabãt filij
alicuius ex fratribus D.Epiſcopi præter ipſum D.An-
dream,& fratres,atq; ita vnus tantum erat primogeni
tus D.Andreas,is itaq; ſolus tanquam vocatus, & qui
ſolus poterat eligi eſt admittẽdus,non alij,qui nõ ſunt
vocati,& inter quos non cadebat electio, & hoc funda
mentum meo iudicio negotium tutum reddit .

Rurſus , ſi ex alijs fratribus D. Epiſcopi extitiſſent
primogeniti,adhuc non illi omnes ſuccederẽt; quia,vt
ſup. dictum eſt , id repugnaret voluntati donantis qui
voluit bona ad vnum deferri,nõ ad plures,& ſicuti hoc
caſu non potuiſſet Epiſcopus duos eligere, quemad-
modum probaui reſolutione tertij obiecti, ita electio-
ne non facta plures non debent ſuccedere , ſed vnus,
vt per Molin.d.lib.2.c.4.nu.42. vbi vult,quod etſi vlti-
mus poſſeſſor poſſit ex forma inſtitutionis nominare
ad maioratum quem velit ex agnatione , ſi tñ non eli-
gat,aut nominet, admittetur primogenitus ꝓximior:
qa natura maioratus ſic exigit,& in caſu noſtro ſic exi
git donantis voluntas, cui nõ conuenit ſed cõtradicit,
quod grauato non eligente,plures ſuccedant quam po
tuiſſent eligi à grauato quãdoquidem, vt dixi dicta iu
ra in l.vnum,§.rogo, & alia ſupra citata non habent lo
cum , quando conſtat ex voluntate diſponentis vnum
31 tñ poſſe eligi,& ſuccedere debere. † & hãc limitatonẽ
ponit Padill.in d.l.cũ quidam,nu.24.ff.de leg.2. vbi di
cit, quod ſi res in qua fecit teſtator poteſtatem hæredi
ſuo eligẽdi quem velit,ſit forte fortuna vinculata, hoc
caſu electione non facta , non veniant omnes qui ſunt
in eodem gradu, ſed remanebit penes natu maiorem.
ſequitur Molin. loco præcitato.& quãuis Padil. dicat
fructus eſſe diuidendos inter oẽs, tñ eius ſententia nul
lo iure,vel rõne fundatur,& eam impugnat Molin. vbi
ſupra,& hanc fructuũ diuiſionem reprobat etiã Decia.
in d.conſ.71.nu.6. vol.3. quando diſponens loquutus
non eſt per indefinitum nomẽ , ſed expreſsè vnum vo-
cauit, & vult , quod ad vnum deferatur ſucceſſio, licet
dubitet, an in eligendo locus ſit gratificationi, in quo
reprehenditur a Cardin.Mantic. d.lib.8.tit.10.num. 5.

Vltimo non repugnat,quod fratres D.Andreæ quã-
uis non eſſent nati tpe mortis Do.Epi, tñ admittendi
ſint ad hæc bona cum ipſo D. Andrea , ex quo agimus
de fideicommiſſo conditionali. rñdeo enim , quod illi
ſoli admittũtur qui reperiebãtur tpe quo deceſſit Eps
qui eligere debebat,vt probat tex.in d.l.vnum ex fami
lia,§.rogo,in fine, dicens eum generare poſſe qui ſolus
ſupereſt grauato moriẽte,l.cum pater, §.hæreditatem,
vbi illi admittuntur qui eo tpe exiſterẽt. hoc ẽt probat
tex.in l.pater, §.filiã, ff.de leg.3. vbi ex pluribus verbis
vocatis vult ſuccedere eum qui ſupereſt , & hoc eſt ſe-
cundum regulas:quia etſi ſint vocati ſub cõditione, vt
d.l.cum pater,§.hæreditatem, & ibi notant omnes Do
ctores, præcipuè Caſtr. tamen etiam in conditionalib.
non ſuccedit qui non eſt natus tempore euenientis cõ
32 ditionis,† vt voluit Ioan.Andr.ad Specu.in d.Rubr.de
teſtam.& ſequuntur alij ſupra pro contraria parte cita
ti.Rol.conſ.70.nu.10.vol.3. Zanch. in l.hæredes mei,§.
cũ ita,par.4.nu.219.ad Trebell.Card.Mant.lib.8.titu.
12.nu.14.vbi multos allegat.Craſſ. §.fideicommiſſum,
quæſtio.17.latè Peregr.in tract.de fideicom.art.22.nu.
69.Decia.in conſ.1.nu.194.vol.1.quia in diſpoſitionib.
conditionalibus qualitas perſonæ conſideratur ſecun
dum tempus conditionis euenientis,l.eum qui poſt,ff.
de cõd.& demon.l.interuenit,ff.de leg. præſt. & in pro
poſito habemus textus expreſſus , ideo ambulandum
non eſt per regulas,& generales deciſiones .

Quinimo , vbi nati poſt purificatam conditionem
admittuntur , id intelligitur quando nõ extant aliqui
ex ijs qui nati ſunt viuente teſtatore: ſed quãdo aliqui
extant,tũc ſuccedũt excluſis natis poſt teſtatoris mor-
33 tem . † ita conciliando contrarias ſententias reſoluit
Cur.iun.conſ.57.nu.11.& conſ.58.nu.5.Crot.in l.filius
familias,§.Diui,nu.164.ff.de leg.1. & ibi idẽ dicit Fer-
din.nu.197. Alba in conſ.106.nu.17. Soc.conſ.172.nu.
26.vol.2.vbi allegat Sadol.io l.ſi cognatis. Tiraq.de re
tract.cõ ſang.§.1.gl.9.nu.97.Card.Mant.d.lib.8.tit.12.
nu.14.Rim.in conſi.544.num.217.nouiſſimè Peregr.d.
art.22.nu.69.vbi addit Cæph. Rol. Menoch.& alios. at
in facto noſtro tempore mortis Dom. Iulij aderat Dõ.
Andreas , ideo ſolus is conſequi debet hæc bona , alijs
excluſis,qui tunc non erant in rerum natura .

Rñdeo tertio,quod contrariũ põt obtinere in fidei-
commiſſaria ſubſtitutione,ſed nos ſumus in directa,&
vulgari,quia facta eſt in contractu,in quo propriè fieri
nõ põt fideicõmiſſum , vt declarat in noſtris terminis
34 † Caſſa. in conſ.53. nu.25. quẽ ſequitur & comprobat
Menoch.in conſ.85.nu.28. vbi multas cumulat autho-
ritates. & idẽ voluit Simon d.lib.3. interpret.3.dub.1.
ſolut.1.nu.5. Pereg.d.art.1.n.16. ratio aũt diuerſitatis
eſt,quia per directam vulgarem ſuccedìtur diſponen-
ti non aũt grauato,& bona habentur ab ipſo ordinan-
te,vt probat tex. in d.l.vnum ex familia , in princip. &
in §.ſi de Falcidia, in l.item eorum , §.ſi Decuriones, ff.
quod cuiuſ.vniuerſ.nom.in l.municipibus, ff.de cond.
& demonſt.exornat latè Padilla,d.§.ſi de Falc.nu.1.vbi
infert ad alias deciſiones.latius Molin.d.lib.2.c.4.n.5.
per fideicõmiſſariã aũt licet diſponenti ſuccedatur,tñ
inſpicitur cõditio perſonæ,quæ eſt tpe purificati fidei-
commiſſi, cum tñ in directa attendatur tp̃s mortis te-
ſtatoris,vel ordinantis,& hoc innuunt Doctores qñ di
cunt,quod ſucceſſio habet tractum tẽporis in futurũ .

Quod autem dicebatur alterum ex dictis fratribus
fuiſſe conceptum viuente Epiſcopo , & natum quarto
menſe poſt illius mortem , ideoque perinde habẽdum
ac ſi tunc fuiſſet in lucem editus , non bene procedit
in caſu noſtro in quo teſtator mandat diſpoſitionem
fieri ad fauorem vnius ex filijs natis de legitimo ma-
trimonio, hic autem cum eſſet in vtero, non poterat
dici natus ſed naſciturus, quia participiũ eſt temporis
præteriti, & rem ſignificat perfectam,& conſummatã.
35 † l.1.§.fin.ff.quod quiſque iur. notatur in l. arboribus,
§.idem tractat,ff.de vſufruct. Ruin.in conſil.226. num.
6.volum.1.& reſoluitur in verbum præteriti temporis,
glo.in Clemen.1.de præben.Ripa in l.qui Romæ,§.duo

fratres,num.65.ff.de verborum obligat. Cæph.in conſ.
16.nu.2.qui autem eſt in vtero, non pôt dici perfectus,
quia non eſt animal, l.1.§.ſi quis,ff. vnd.cogn. glo.dicta
36 l.qui vtero, nec dici poteſt homo, † l.ſi.ff.de aſſign.lib.
l.fin.ff.de collat. bonor. Bald.in c.cum in cunctis,num.
10. de electione. & cum dixerit quod diſponat in fauorem
vnius ex filijs natis, &c. certum eſt, quod illi filij
eligendi debent eſſe nati tempore quo diſponet: quia
qualitas adiecta verbo, intelligi debet ſcd̃m tp̃s verbi,
37 † l.in delictis,§.ſi extraneus, ff.de noxal. l.ex facto, §.ſi
quis aũt, ff. ad Tertullian. Alex.in conſ.123. nu.2.vol.
1. vbi qñ vocatur maior natu mortuo Ambroſio, ille
qui vult ſuccedere, debet eſſe natu maior eo tempore.
Soc.in conſi.88.nu.1. vol.3. & quod hæc qualitas natiuitatis
exigatur eo tp̃e Dec. conſ.443.nu.15. Alba,cõſ.
60.nu.11. Rolan. cõſ.39. nu.50. in fine, & nu.57.vol.4.
Menoch.alios citans in cõſ.210.nu.121.& ſeq.Rimin.
38 conſ.544.nu.81. & tẽpus importat † formam. Authen.
Quæ ſupplicatio, C. de precib. Imper. offer. Iaſ. in l.ſi
quis eum,§.ſi ſuo,in 1.notab.ff.de vulg. Cæphal. conſil.
77. numero 20. & forma debet ad vngeum ſeruari,
39 † l.in cõuentionib. in fine, ff.de verb.oblig. Cæph.latè
loco præcitato. at non ſeruaretur forma, ſi diſpoſitio
loquens de nato intelligeretur de vix concepto, & exiſtente
in vtero, ideo gl.prima, in d.l.qui in vtero, dicit
quod conditio loquens de nato deficit, & non verificatur
in eo qui eſt in vtero; nam conditio importat for-
40 mam, † & Bald.ibi dicit idem eſſe in forma, quòd in
cõditione. ſequitur Ang.qui infert, quod relictum poſt
tempus, ideſt poſt natiuitatẽ, non queritur ante tẽpus,
ideſt ante natiuitatẽ. Et nos ſumus in cõtractu in quo
41 verba propriè ſunt intelligẽda, & verè, † l.3.§.hæc verba,
& l.quidquid aſtringẽdæ, ff. de verb.oblig. Natta in
conſ.373.nu.4. latè Menoch.conſ.86. nu.74. & ſequen.
Rimin.conſ.458.num.95.& 102. Craue.in reſpon. pro
genero,num.311. Cæph.conſ.699.num.25.præcipuè in
donatione in qua mens donatoris ſcripta dicitur in rigore
verborum, vt inquit Bald.in conſi.262. in fi.vol.1.
quem ſequitur Crau.in conſil.574.num.9.quod autem
exiſtens in vtero habeatur pro nato, id eſt per fictionẽ
non ſecundum veritatem, hæc enim eſt natura dictionis,
perinde, quæ legitur in d.l.qui in vtero, la prima, vt
42 improprietatem ſignificet, & fictionẽ, † l.qui à patre,
vbi Barto.ff.de confirm.tut.gloſſ. & Bar.in l.ſacrilegij,
§.1.ff.ad leg.Iul.peculat.cum alijs citatis à Tiraquel.in
l.ſi vnquam, in ver.ſuſceperit liberos, nu.7. C.de reuo.
donatio. Butig.in l.prima,§.ſed ſi mihi, nu.4.ff.de verb.
oblig.& Coraſ.ibi num.16. hoc etiam probatur ex verbo,
intelligitur, poſito in l. qui in vtero, la ſecõda, quod
43 & ipſum improprietatem notat, † l.filio quem, in prin.
ff.de lib.& poſthum. Tiraquel.loco præcitato, in prin.
& quod per fictionem ſeu abuſiuè habeatur pro nato
voluit expreſsè Bal.in d.l.qui in vtero, & Aret. in conſ.
49.num.4.vbi ait, quod iuris fictione poſthumus habetur
pro nato. Et in propoſito quod exiſtens in vtero
non habeatur pro nato, quando aliquis eſt eligendus,
44 † dicit Ang.in l. Arethuſa, col. 2.ff.de ſtat. hom. quod ſi
ex forma ſtatuti mortuo vno ex monetarijs, eligi debeat
aliquis de ſuo genere, eo caſu nõ poterit eligi exiſtens
in vtero, nec expectari eius natiuitas. Et quod donator
non intellexerit de exiſtente in vtero, oſtenditur
ex verbis pacti, quo dicitur, quod eligat vnum ex filijs
maſculis, dum autem eſt in vtero, ſciri nõ poteſt quod
ſit maſculus, vel femina, quocirca cum hæc qualitas
non conueniat ei qui nondum eſt natus, ſed ei ſoli qui
luce fruitur, fatendum eſt ſenſiſſe de natis: talia enim
45 ſunt ſubiecta qualia demonſtrãt prædicata. † Oldrad.
in conſ.60. alios citaui in conſil.34.num.40. & cui verba
non conueniunt, ipſa quoque non conuenit diſpoſitio,
l.4.§.toties, ff.de dam. infect. Ex quibus infertur,
quod ſoli nati ſunt ad ea bona vocati, & quod ideo
Epiſcopus viuens non potuiſſet eligere non natũ, ſtante
verborum forma de qua ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Ripa fluminis ſunt illius qui prædia habet adiacentia.*

2 *Via intermedia non impedit quo minus ripa ſpectet ad dominum fundi.*

3 *Vſumfructum habens vel vſum, non poteſt inuito domino in re facere ædificium.*

4 *Aedificium factũ in ripa fluminis, poteſt dominus auctoritate propria deſtraere, & tollere.*

5 *Arbores exiſtentes in ripa fluminis ſunt domini habentis vicina prædia.*

6 *Ripa fluminis venit in venditione, & eſt menſuranda.*

7 *Ripa non venit appellatione fluminis, quando flumen datum eſt pro termino excluſiuo, & factum in ripa non dicitur factum in flumine.*

8 *Venditũ cenſetur quicquid cõtinetur intra cõfines deſignatos.*

9 *Fluminis alueum ad dignoſcendum, illius temporis ratio habetur quo pleniſſimum eſt.*

10 *Riparum vſus publicus eſt.*

11 *Ripa fluminis non menſuratur in venditione niſi expreſsè conuentum ſit.*

12 *Precij ex quantitate dignoſcitur quid voluerint partes venire in venditione.*

13 *Ripa ex qua percipi põt notabilis vtilitas, debet menſurari.*

14 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

15 *In circa, dictio, refertur ad modicam quantitatem.*

16 *Ripa dicitur illa, quæ continet flumen ſecundum naturalem ſuum curſum.*

17 *Flumen ſi inter, & agrum priuati remanet tanta terra, quæ poteſt arari, illa non dicitur ripa, ſed ager diuiſus.*

18 *Venditor non liberatur niſi rem liberam, & nulli oneri obnoxiam præſtet.*

19 *Foſſata veniunt in venditione, & dicuntur eſſe eius qui prædium habet vicinum, licèt non propriè, & abſolutè, ſed impropriè.*

20 *Lex littera, de contrahen. emptio. habet locum etiam in ripa fluminis, ſtagni, aut lacus, & alterius cuiuſuis rei quæ publica ſit.*

21 *Interpretatio ſemper fit contra eum qui ſe fundat in verbis.*

22 *Probatio dubia non releuat, ſed interpretatur contra probantem.*

23 *Aliena res non venit in vẽditione, nec menſurari debet etiãſi incluſa eſſet in confinibus.*

24 *Ripa non mutatur, ſi aliquando imbribus, vel alia ratione fluuius excreuit.*

CONSILIVM CCCLXXVI.

DICERET quilibet ripã Padi fluminis eſſe menſurandam, vt dignoſcatur quantũ ſit prædiũ, quod D. Antonius de Caſtigliono vendidit Franciſco Ardeo: certum eſt enim, ripas illius eſſe qui præ-
1 dia habet adiacẽtia, † l.riparum, ff.de rer.diuiſ.§.riparum, Inſtit. eod. tit. Bart.l.quo minus, in 7.q.num.15. ff.de flumin. vbi Ripa, in Repet. nu.64. Cępol.de ſeruit.ruſticor.præd.c.36.tit.de ripa, col.prima, Bald.in conſi.463.in prin.vol.4. idem Bal.in Rubr. ff.de rer.diuiſ.col.4.num.9.verſic.ſed dubitatur, vbi dicit, quod etſi dicatur riparum vſum publicum eſſe, tamen hoc intelligitur, vt naues ibi ligentur, retia ſiccentur, & alia fiant quæ ad nauigationem, & piſcationem ſunt neceſſaria: addo ego, vt per eas equi naues aduerſo flumine nauigantes trahere poſſint, vt funes
alligen-

Digitized by Google

alligentur quibus pro tranſitu portus cõtinentur. Ale
xan.in conſ.120.col.1.vol.2. Pariſ. in conſ.105.nu.7.in
1.vol. Afflict.in titu. quæ ſint regal.in verſ.ripatica, in
princ.Ruin.in conſ.95.nu.3.vol.4.& in conſ.191.num.
20.vol.1.Bertran.in conſ.277.nu.4.vol.7.Vegius in cõſ.
1.nu.10.Anguiſol.in conſ.90.nu.6. Cæph. in conſ.586.
nu.26.id quod procedit ẽt, ſi inter ripam, & prædium
priuati via intercederet: quia ea non impedit quo mi
2 nus ripa ſpectet ad dñm fundi,† vt probat l.Marcius,
ff.de acq.rer.domin.voluit gl.in d.§.riparum,Bart.d.l.
quo minus,nu.16.vbi Iaſ.nu.69.in repet. vbi ait, textũ
prædictum eſſe notandum.idem tenent Iaſ.& Portius,
in d.§.riparum,Mazol.in conſ.4.nu.89. Ripa cõem di-
cit,in d.l.quo minus,num.69. Ruin.conſ.95.nu.5. in 4.
Cępol.de ripa,c.36.in princ.Cæph.d.conſi.586.nu.26.
Facit, quia via inter media nõ impedit ius alluuionis,
d.l.Marcius. Bart. in tract.Tiberiadis, in verſic. agro,
num.3.ergo non debet etiam impedire acquiſitionem
riparum. Hinc inferunt Doctores, quod ex quo ripa
eius eſt qui prædium habet contiguum, ſi quis vellet in
flumine facere molendinum, non poſſet in ripa mitte-
re, vel facere ædificium, per quod occupetur ripa, quia
habens vſum vel vſumfructum, nõ poteſt ædificium in
3 re facere dño inuito,† l. ſi vſufructus, §. ſed ſi ædium,l.
vſufructuarius nouum,ff.de vſufructu. Bart. in d.l.quo
minus,nu.15.vbi Iaſ.nu.63.& Ripa,nu.63. idem Bart.
in l.maritus,ff.de acq.rer.dom.& in l.fluminũ, in prin.
ff.de dam.infecto,vbi ẽt Ang.& Cuman.& quãuis Flo-
rianus aliud dicat, qñ aliquis vellet antiquum molen-
dinum reficere,tñ Iaſ.loco præcitato,nu.65.illũ repræ-
hendit,imò Bertran.in d.conſi.277. dicit Flor.non de-
terminare id,ad quod per Iaſonem allegatur.ſequitur
Ripa,nu.68. in tantum autem vera eſt concluſio prædi
cta,non poſſe domino vicini prædij inuito, poni tigna
vel ædificium fieri in ripa,vt liceat domino ſactum ędi
4 ficium authoritate propria deſtruere & tollere,† l. de
pupillo,§.meminiſſe,in fine,ff.de oper.noui nunc.l.ſi au
tem,§.ſi ad ianuam,ff.quod vi aut clam, l.quemadmo-
dum, §.1. ff.ad leg. Aquil. per quæ iura ita determinat
Bart.in d.l.quo minus,nu.15.verſ.plus dico. Barbat. in
conſ.28.col.2. vol.4. vbi vult, quod nemo poſſit in ripa
facere ædificium per qđ è flumine ducat aquam. Ber-
trand.d.conſ.277. poſt princ.vbi citat Iaſ. & Soc.idem
tenere. Ruin.d.conſil.95.nu.4.vbi ſuſtinet fieri id poſſe
non ſolum incontinenti,ſed ẽt ex interuallo, Afflict.in
d.ver.ripatica,nu.6.infertur etiam ex prædictis, quod
arbores exiſtentes in ripa fluminis ſunt in dominio ha
5 bentis vicina.† ita Cin.& Bald.dicunt,in d.l.riparum,
ff.de rer.diuiſ. Afflict.in d. ver.ripatica,num.2.Ripa,in
d.l.quo minus,nu.70. Cępol. loco prædicto.per prædi-
ctas rõnes infert Pariſ.in conſil. 105. per totum, vol.1.
quod habẽti prædia vicina flumini, licet facere agge-
res, & aliter ripam munire, vt fluminis impetũ deui-
tet,quamuis ex hoc aliquod forte detrimentum naſca
tur ei qui prædia poſſidet prope aduerſam ripam; Et
hanc concluſionem confirmat ibi multis rationibus,
vt per eum. Cum igitur habens prædia vicina, ſit dñs
ripæ, potuit illam vendere, & conſequenter menſuran
da eſt: quia venditio facta eſt ad menſuram, & men-
ſurari debet quidquid in venditione fuit incluſum.

Et in ſpecie, quod ripa fluminis menſuranda ſit, vo-
luerunt Hubert.de Bob.Richar.Malumb. & Cin. in d.
l.riparum,ff.de rer.diuiſ.vbi eos refert Bald.mouẽtur:
6 quia ripa venit in vẽditione,† l.fundi nihil, ff.de actio.
empt.l.id qđ,ff.de pericul.& com.rei vendit. & quam-
uis contrarium probari videatur in l.littora,ff.de con-
trah.empt.tamẽ loquitur in littoribus maris, nõ in ri-
pa fluminis. Et cum hac ſententia tranſit Fabian. de
Monte,in tract.de empt.& vendit. in 6.q.col.5. verſic.
circa quartum membrum. Quando tamen ripa eſt ali
cuius vtilitatis,vt in præſenti facto, & flumen datũ eſt
pro termino excluſiuo, vt quia dictum eſt cohæret flu-
men; hoc enim caſu fluminis appellatione non venit
ripa: nam factum in ripa non dicitur factum in flumi-
7 ne, † l.1.§.in publico,iuncto §.ripa, ff. de flumin. Bero.
in conſ.177.nu.19.vol.3.& ideo Bal. in Rubr. ff.de rer.
diuiſ.num.9.in fine,dicit, quod ſi ad aliquem ſpectant
pœnæ maleficiorum in flumine commiſſorum,non ve-
nient ea quæ facta ſunt in ripa. Cępol. d.cap.36.col.3.
Afflict.d.ver.ripatica,nu.5. Barbar.cõſ.28.nu.3. vol.4.
Hanc etiam probauit Alex.conſil.120.vol.2. Iaſ.in d.l.
quo minus, nu.72. vbi repræhendit Bartolum, ex quo
ripæ afferunt vtilitatem: quia vti poteſt dominus ar-
boribus quę in eis ſunt,& ripas arare;& in caſu noſtro
non eſt dubium quin earum magna ſit vtilitas, longè
enim lateque parent, & plenæ ſunt,ac refertæ arborib.
quarum non modica eſt vtilitas, & forte non minor
quam ipſius fundi principalis, vbi autẽ magna eſt vti-
litas, ceſſat ratio Bartoli contradicentis. idem voluit
Mazzol.in conſil.112. nu.32. vbi refert ſic voluiſſe Cę-
pol.in d.c.36.de ripa,in ver.ſed dubium. & ſicuti quan
do dictum eſt expreſsè ripas eſſe menſurandas,veniũt
in menſura,ſecundum Bart.in contrarium allegatum,
ita venire debent,quando ſunt in venditione compre-
henſæ dato flumine pro termino: quia eo ipſo videtur
dictũ de ripis venditum enim cenſetur,quidquid con-
8 tinetur intra confines deſignatos, † l. æde ſacra, ff. de
contrahen.empt.Barbat.conſil.54. colum.1. volum.4.
Ruin.in conſil.92.num.12.vol.4. Cagnol. in l.2. nume.
180.C.de reſcind.vend.Menoch.in conſil.13. nume.9.
aliàs emptor lucraretur omne commodum riparum,
nullo expoſito precio, atque ita locupletaretur cũ alie
na iactura, quod iuri aut æquitati minimè conuenit.

Nec dubitari poteſt, quin riparum nomine veniat
tota illa plaga de qua eſt quæſtio,licèt ampla ſit & pa-
tens:nam eo vſque dilatatur flumen Padi,& totam il-
lam regionem occupat,quando aquis plenum hiema-
li maxime tempore pleniſſimum fluit, quamuis ali-
quando exſiccetur pro parte, & exareſcat æſtiuo tem-
pore, nec tam latum habeat alueum: nam ad digno-
ſcendum verum fluminis alueum & ripas, temporis
9 illius ratio habetur quo pleniſſimũ eſt, vt probat text.
in l.pen.ff.de flumin.vbi dicitur ripam eſſe, quæ pleniſ
ſimum flumen continet, & ibi glo. dicit, id totum eſſe
publicum, quouſque pleniſſimum flumen excurrit. idẽ
dicitur in §.eſt autem littus, Inſtit. de rer.diuiſ. & in l.
littus,la prima,ff.de rer.diuiſ.dicitur littus maris eſſe,
quouſq; maximus fluctus hibernus peruenit,& in l.lit
tus,la ſeconda,dicitur littus appellari quatenus maxi
mè fluctus æſtuat. Cępol.d.cap.36.de ripa,colum.1.vbi
idem dicit quod gloſ.in d.l.penul. Paſet.in conſil.191.
nu.24. quidquid ergo ſit æſtiuo tempore, ſat eſt, quod
pleniſſimum flumen tẽpore hiemali totam illam pla-
gam percurrat,totam cõpleat, & totã aquis impleat.

Hæc etſi maximam iniȷciant difficultatem,tamẽ eis
non obſtantibus,contrariam ſententiam veriorem eſ-
ſe exiſtimo, & nullo modo ripam eſſe menſurandam:
10 quia riparum vſus eſt † publicus, l.3.de flum.Barto.in
d.l.quo minus,q.7.vbi Iaſ.& Ripa,l.fluminũ, in princ.
ff.de dam.infecto,& ibi glo. idem dicit Bald. in Rubr.
ff.de rer.diuiſ.num.9. & 10.ſunt enim publico vſui de-
ſtinatæ, vt ad exſiccandum retia, & alia faciendum,
quæ ſupra expoſui; quæ autem publici iuris ſunt, non
poſſunt vendi. Et in ſpecie,quod ripa non ſit mẽſuran-
11 da niſi expreſsè conuentum ſit, † probat textus in l.
littora,ff.de contrah.empt.facit l.id quod,§.fi.ff.de pe-
ricul.& commod.rei vend.& voluit Barto. in d.tracta.
Tiberiad. in ver.agro,n.4.vbi mouetur, quia ripa vẽdi
non

non poteſt per ſe,& licèt veniat in vēditione adiacentis prædij, tamen id eſt acceſſoriè, non principaliter, cum enim publico vſui deſeruire debeant, inutilis aut certe parum vtilis eſt proprietas: nam nihil ibi ædificari,aut conſtitui poteſt, etiam ab eo qui prædium habet contiguum per quod vſus nauigationis, vel piſcationis impediatur,vt dicit Bal. in Rubr.ff.de rer.diuiſ. nu.8.& 9. & quod in modo, aut menſura prædij nō includantur ripæ voluerunt Nicol. Mattar. Cin.Barto.& Bald.in d.l.riparum,ff.de rer.diuiſ.eos citat & ſeq.Angel.in §.riparum,nu.1.Inſtit.eod.titu.vbi ait,quod etſi vendito prædio, videar etiam vendere ripam fluminis contiguam,tamen ſi nihil dictum ſit,non eſt menſuranda, ex quo potius accedit venditione ſeu rei venditæ, quam vendi dicatur. Spec.in tit.de empt.& vendit.§.1. num.74.in fine,verſ.hoc tamen nota,vbi quod vendito prædio venit ripa fluminis,ſed ea non menſuratur.Cępol.in d.c.36.de ripa,col.2.verſ.ſed dubium.Fabian.in tract.de emptio.& vendit. in 6.par.in 4.membr.col.5. Bald.in Rubr.C.de contrah.empt.in 4.q. & in d.Rubr. ff.de rer.diuiſ.vbi dicit, imputandum eſſe vēditori qui non eſt apertius locutus,vltra quod, cum non ſint pleno iure in dominio venditoris,non ſunt menſurandæ; quas rationes idem Bald. in d.l.riparum, dicit præualere ijs quibus Bart.vtebatur. Idem placuit Purpur.ad Iaſ.in d.l.quo minus, num.70. communem dicit Ripa, vbi nu.73. Ruin.in conſil.191.num.10.vol.1. Afflict. in tit.quæ ſint regalia,in verſ.ripatica,nume.10. vbi hanc partem amplectitur, licèt referat eos, qui contrariam probarunt. Cæph.in conſil.586.nu.26. in fine, & nu.6. & ſeqq. & ex his apparet communem eſſe opinionem, quod locus prædictus non ſit menſurandus.

Hæc autem concluſio confirmatur ex qualitate precij,quod eſt in ſigula iugera diſtributum,tale enim eſt, quod conuenit prædijs cultis tantummodo,& longe ſuperat valorem fundorum incultorum, quales ſunt illi de quibus nunc agimus, qui conſtant pro maiori parte ex glareis, & foueis, & expoſiti ſunt fluminis inundationibus,corraſionibus, & quibuſcunque alijs iniurijs,adeò, quod nemo eſt, tam ſupinus paterſamilias, aut tam prodigus, qui tanti has ripas emiſſet: nemo autem præſumitur velle iactare ſuum, l.cum de indebito,ff.de probat. & ex quātitate precij dignoſcitur quid
12 voluerint partes in venditione venire,† gl.in l.1.§.qui ſuperficiem,vbi Bart.ff.de ſuperficieb.Bart.in l.patronus,§.1.ff.de leg.3.Bald.in conſil.245.num.1.in fi.vol.3. Imola in l.3.in fi.princ.ff.de acquir.poſſeſ. Socin.in l.1. nu.8.ff.de reb. dub. & alios multos ego citaui in conſ. 13.nu.37.& in propoſito dixit Bal.in Rubr. C.de contrah.empt.num.4. quod ſi ex ripa percipi poteſt nota-
13 bilis vtilitas, debet menſurari,† vtputa ſi non eſt veroſimile,quod eam vtilitatem venditor voluerit cedere gratis. ſequuntur Alexan.d.conſil.120.Iaſ.& Ripa, d.l.quo minus.Cępol.& Fabian.in locis prællegat.ſicuti igitur veniunt quando veriſimiliter venditor non erat gratis eas conceſſurus,ita menſurari non debent quando non eſt veroſimile, quod tanti eſſet quis em-
14 pturus,vt contrariorum eadē ſit diſciplina,† l.etſi contratabulas,in fine,ff.de vulg.& Inſtitut. de his qui ſunt ſui,vel alieni iur. in princ. vbi Io. Fab. & Ange. dixi in conſil 1.nu.92.quinimo Bald. in loco præcitato requirit duo; primum, quod ripæ ſint expreſsè incluſæ, vt quia terminus, & confines eas includant; ſecundum quod ſint tantæ vtilitatis, quod veriſimiliter non fuerint gratis conceſſæ: hic verò deficit vnum,quia à confine aſſignato non ſunt perneceſſe incluſæ, vt dicā infra, & Iaſ.in d.l.quo minus, nume.72. in fine,dicit, eſſe in arbitrio iudicis, an ripæ ſint menſurandæ: is enim ex precij quantitate, & valore prædij dignoſcit quid partes ſenſerint. Ripa,num.75. addo ego, ex bonitate fundi & quantitate fructuum qui ex eo percipi poſsūt, & dicam latius infra: cum enim ripæ ad venditorem non ſpectent pleno iure,in dubio non videntur venditæ,l.dario,§.1.& ibi Bar.ff.de actio.empt.l.ex empto,in princip.ff.eod.& omni caſu ripæ nō ſunt liberæ in venditoris dominio,ſed principaliter deſeruire debēt nauigationi, & piſcationi,vt declaratum eſt ſupra.

Accedat quod ſi plaga illa eſſet menſurāda, vtique menſura in venditionis inſtrumento enunciata ad duplum augeretur & vltra: maior eſt enim riparum modua quam prædij principaliter venditi; vnde non eſt credendum,quod partes ſenſerint ripas eſſe menſurandas, tum quia acceſſorium ſuperaret principale, tum etiam, quia maxima eſt differentia inter enunciatam menſuram, & eam quæ verè eſt: & tamen dictum eſt, prædium eſſe quadraginta iugerum, in circa, quæ di-
15 ctio, refertur ad modicam quantitatem,† vt per Beluiſ.in Authent.de Monach.in princip.argumento l.2. §.exactis,ff.de orig.iur. gloſ.in cap.fin. de deſponſ.impub.Ruin.in conſil.130.num.5.vol.1. Menoch.de arbitrar. iudic. caſu 46.nume.3.& ſeq.vbi alios addit. non ignoro Alexan.in d.conſil.120.nu.8.vol.2.aliud voluiſſe,ſed in caſu ſuo non tantus erat exceſſus in menſura, & fuerat expreſsè cautum, quod fieret menſuratio, & ſecundum eam augeretur,& minueretur precium,quę omnia ceſſant in præſenti facto, vltra quod in ſuo caſu ripa fructum proportionabilem ferebat ad numerum bubulcarum, cum tamen aliud omnino hic contingat, vt dicam in reſolutione contrariorum: propterea ſicuti diuerſum eſt factum, ita in iure aliud ſtatuendum eſt.

Poſtremo,illa plaga quam Do.Antonius prætendit eſſe menſurandam,non poteſt dici ripa fluminis: quia ab ea flumen longè diſtat,& in ea plaga nunquam fuit alueus fluminis, & ripa dicitur illa,quæ flumen ſecun-
16 dum naturalem ſuum curſum continet,† l.1.§.ripa, ff. de flumini. & ripa locus dicitur qui incipit à terreno, ex quo primum vergere incipit vſque ad aquam,& per attractionem aquæ,l.pen.ff.de flumin.Bart.in d.verſic. in agro,nume.2.Alexan.in conſil.120. num.7.volum.2. Bald.in conſil.463. in princ.vol.4. Cępol. d.cap.36. in prin.vbi ait,ripas denominari à rapiendo, eo quod rapiantur a flumine, vel impediant ne flumen adiacētia prædia rapiat,& dicit Bald.in conſil.79. in fine, vol.3. quod ripa eſt tanquam continens, & aqua tanquam contentum.Socin.in conſil.79.col.fin.vol.3. Vegius in conſ.1.nu.11.& ideo Bal.in Rubr.ff.de rer.diuiſ.nu.25. inquit, quod ſi inter flumen, & agrum priuati remaner tanta terra, quæ poſſit arari, illa non dicitur ripa,
17 ſed ager diuiſus,† Cępol.d.c.36.col.2.verſ.ſed dubitari poteſt. Alex.in d. conſ.120.nu.3. in fine. Iaſ.in l.quo minus, nu.70. ampla igitur hæc plaga non poteſt ripa nominari, cum ripæ effectum non habeat nec flumen contineat: & quamuis aliquando ob ingentes pluuias flumē excreſcens inundet, & pro parte repleat aquis, non tamen per hoc ripæ dici poſſunt, quia attendere debemus naturalem fluminis curſum,non accidentalem, vt infra latè demonſtrabo.

Non igitur obſtat, quod ripa ſit eius,qui vicinū habet prædium: quoniam reſpondetur primo, hanc non eſſe ripam, quia flumen nō continet,& flumini immediatè non cohæret, vt proximè dictum eſt. Secundo reſpondeo, quod propria quidē vicini dici poteſt, ſed ſecundum quid, non autem abſolutè, nam neque ædificare in ea poteſt, nec occupare, aut aliud facere per quod nauigādi, aut piſcandi vſus impediatur, licet ijs exceptis omnem fructum percipere poſſit, & non dicitur abſolutè proprium quando de eo diſponi non

poteſt

poteſt pro libito, arg.l.in re mandata, C.mand.& ta-
men non liberatur venditor niſi rem liberam, & nulli
18 oneri obnoxiam præſtat,† l.ſi in emptione, §.vacua, &
§.fin.cum l.ſeq.ff.de actio. empt.gl.in l. euicta, in prin.
ff.de euiction.dixi latè in cõſ. 13.nu.15. & ſeq.& in cõſ.
19.in prin.& non dicitur libera, quando eſt pro parte
aliena. Salic.in l.ſuper fundo,C.de trãſactio. Facit,qđ
voluit Bald.in d.l.riparum,ff.de rer.diuiſ.vbi etſi velit
quod in vẽditione veniant foſſata, & ea dicantur eius
19 eſſe qui prædium habet vicinum, † tamen concludit,
quod non dicuntur propriè & abſolutè illius, ſed im-
propriè,& ideo infert, quod ſi dominus in eis vulne-
retur non erit locus ſtaturo imponenri pœnam vulne-
ranti aliquem in re ptopria, ſequuntur Ang.in §.ripa-
rũ,nu.2.verſ. & iſta faciunt,Inſtit.de rer.diuiſ.Fabian.
d.q.6.col.5.verſ.circa quartũ. Tertio rñdeo,qđ ét ſi pro
pria ſit, q a tñ principaliter vſui publico deſeruire de-
bet, non venit in venditione,niſi acceſſoriè, & conſe-
quenter menſurati nõ debet,arg.l.id qđ,§.fin.ff.de pe-
ricul.& com.rei vend. quamuis enim ripa aliq̃ afferat
vtilitatem,multa tñ continet incommoda non modi-
cæ æſtimationis, ideo non mirum ſi non menſuratur.

Opinio autem Vberti de Bobio,Ricchar. Malumb.
Cini,& Alex. non eſt attendenda quia in contrarium
ſtat communis aliorum omnium ſententia, quos ſu-
pra retuli nec l.littora, reſtringi põt, ad littus maris,
quia quæcunque dicuntur de ripa, procedunt nõ ſolũ
20 in littore maris,† ſed etiam in tipa fluminis,ſtagni,la
cus, & alterius cuiuſuis rei quæ publica ſit, vt in l.vni-
ca,in fine, ff.de ripa munien. Doctores in d. l. quo mi-
nus,ff.de flum.& ad ea quæ Iaſ.adducit reſpondet Ri-
pa, d. l. quo minus, nu.74. & quamuis aliqua vtilitas
conſiſtat in ripa, ea tñ compẽſanda eſt cum multis in
commodis, quæ affert fluminis propinquitas, & illud
eſt præcipuum, quod ſi ripa corrodatur à flumine, ce-
dit damno vicini cuius prædium ripa efficitur, & ripæ
vicem ſuſtinet; qua ratione voluerũt Doctores ad vi-
cinum pertinere proprietatem ripæ, eamque eſſe di-
uerſi iuris à flumine, vt eius ſit commodũ, ad quẽ per-
tinet & damnum,iuxta l.ſcđm naturã,ff.de reg.iur. &
hanc eſſe dicunt differentiæ rõnem inter flumen & ri-
pam,Bal.in Rubr.ff.de rer.diuiſ.nu.10. & 25. & in d.l.
riparũ.Iaſ.d.l. quo minus, nu.64. Ang.in d.§.riparũ,in
princ.verſ.quæro quæ eſt ratio. Cæpol.d.cap.36.col.3.
verſic.ſed contra prædicta addo & aliud damnũ: nam
cum ripa omnibus eſſe debeat peruia, præcipuè verò
nauigantibus aduerſo flumine,qui naues æqnis admo
tis trahunt prædia ripis contigua ſunt iniurijs omni-
bus expoſita,& docet experiẽtia, quia nautæ nauigan
tes ex prædijs ripæ vicinis rapiũt ligna, ſenum, vuã, &
alios fructus,quæ ſanè incommoda non mitũ ſi cũ ali-
quo emolumento ex ripa prouen iente compenſentur.

Ad id verò quod dicitur, maximam vtilitatem ex
ea ripa percipi poſſe, & ideo veriſimile non eſſe quod
eam voluerit venditor gratis cedere:reſpondetur in
primis,non conſtare quod venditor illam plagã poſſi-
deret, vel ex ea fructus perciperet, vnde etiam poſſet
cedere:quia ſi non eſt ripa, vti dixi,cedi non poteſt, &
non cõtendit emptor illam ad ſe pertinere, ſed negat
eſſe menſurandam. Præterea, ſi emptor eam ſoluere
deberet pro modo menſuræ,vtique prædium eſſet du-
plo iuſti precij carius,q a ea vtilitas nõ eſt precio pro-
portionata, nec ad vnum pro ſingulis centum aureis
aſcenderet, vnde ſicuti veriſimile non eſt quod vendi-
tor gratis voluerit cedere, ita non eſt veroſimile,quod
emptor voluerit duplo iuſti precij carius emere, & in
pari cauſa fauendum eſt emptori contra venditorem,
q debebat apertius legẽ dicere,l.veteribus, ff.de pact.
Bal.in terminis,in d.Rubr.ff.de rer.diuiſ.nu.10.& 25.

ſemper enim fit interpretatio contra illum qui ſe fun-
21 dat in verbis,vt † per Alber. poſt glo.in d.l.veteribus,
Becius conſ.101.num.91.vbi multos allegat Craue.in
Rubr.ff.de leg.1.nu.132.

Non etiam reſiſtit,quod ripa ſit incluſa in venditio
ne ex quo flumẽ datur pro confine; ad hoc enim duo-
bus modis reſpondeo. Primo, quod verè flumen ab
vna parte eſt cõfine prædio,ſola ripa intermedia,& in
ea parte verificatur demonſtratio fluminis; vnde non
infertur, quod terrenum de quo agimus ſit incluſum:
cum ergo confine conueniat abſque eo, quod ripa di-
catur incluſa,nõ infertur ad terrenum de quo eſt quæ-
ſtio: ſufficit enim quod aliquo modo confines conue-
niant: probatio itaque dubia non releuat probãtem,
c.in præſentia,de ꝓbat.l.nõ hoc,C.vnde legitimi,imò
22 interpretatur contra probantem,†gl.in d.c.in præſen
tia,alios ego citaui in cõſi.15.nu.48.& dici non poteſt
incluſum,qđ per neceſſe non probatur incluſum, & ꝙ
poteſt cenſeri excluſum.Reſpondeo ſecundo, quod ex
quo venditor non probauit ſolum illud à ſe poſſeſſum
fuiſſe, & non conſtet eſſe ripam, nec alio modo appa-
reat eſſe ſuum,ſed alienũ,non venit in venditinne,nec
menſurari debet etiam ſi incluſum eſſet in confinibus,
23 † vt probat Alex. in conſ.54.col.1.verſi.& hoc apertè,
vol.3.vbi ait, quod etſi in legato veniat quidquid eſt
intra confines,tñ fallit qñ aliquid eſt alienum. Iaſ.in l.
1.nu.4.C.qui teſtam.face.poſſ.Ruin. conſ.74.nu.3.vol.
2.præcipuè cum emptor ignoraret,& venditor ipſe ve
roſimiliter ſciret rem nõ eſſe ſuam,& tacuerit, de quo
dixi latè in conſi.13.nu.29. & ſeq.vbi Doctores conſi-
derant commodum emptoris,non venditoris.

Vltimo nõ mouet, quod plaga illa tota cõtineatur
appellatione ripæ,nã hoc falſum eſt: quia,vt dixi,ripa
eſt quæ flumen continet ſecundũ ſuum naturalem cur
ſum: ſed hanc non occupat flumen niſi qñ ob aquarũ
abundantiã tranſcendit alueũ,& innundat; vnde ripa
eo caſu nõ dr̃, nã innũdatio ſpeciẽ fluminis nõ mutat,
l.ideo,§.alius ſanè,ff.de acquir.rer.domin.& dicit tex.
in l.1. §.ripa,ff.de flumin. ripam non mutari ſi qñ im-
24 bribus,vel alia ratione fluuius excreuit.† & Angel. ibi
dicit,qđ tali caſu nõ ampliatur ripa.& gl.cõſiderat flu
minis conſuetum non accidentalem,vel extraordina-
rium ſtatũ,& pulchrè declarat Alex. in conſ.120. in fi.
vol.2. Socin. in cõſ.79.col.fi.vol.3. Cępol.d.c.36.col.1.
Vegius in conſ.1.nu.13. Decia. conſ.58.n.6.vol.1.& in
prædictis locis dicunt attendi naturalẽ curſum: innun
datio enim non facit naturalem alueum aut ripam,vt
dicit Mazol. in conſ.4.num.67. nec attẽdimus ſtatum
fluminis,qui ex accidenti factus non durat.

S V M M A R I V M.

1 *Dominium debet probari in iudicio communi diuidundo, ſi res negetur communis.*
2 *Familiæ herciſcundæ iudicium non habet locum ſi negetur rẽ eſſe hæreditariam, ſed prius agendum eſt rei vendicatione.*
3 *Viam quam quis elegit ei patere debet.*
4 *Actum faciens obligatur legibus omnibus loquentibus de illo actu.*
5 *Lege, vel ſtatuto vtens, tenetur probare omnia requiſita ab eadem lege, & ſtatuto.*
6 *Qualitas deducta in libello eſt verificanda.*
7 *Poſſeſſionis cauſam poteſt quis ex iure ſuperuenienti ſibi mutare.*
8 *Familiæ herciſcundæ iudicio non venit id, quod per dolum & machinationem fuit quæſitum.*
9 *Proteſtatio contraria facto non prodeſt.*
10 *Proteſtatio nihil releuat in his, quæ non pendent à noſtra voluntate.*

Com-

11 *Communi diuidundo iudicium ſi agens non ſit in poſſeſſione, & aduerſarius neget rem eſſe communem, non procedit, ſed agendum eſt prius res vendicatione.*

12 *Communi diuidundo agens ſi poſſideat, licet negetur ſocius, admittitur ad proſequendum iudicium, & in proſecutione tenetur poſtea probare ſe ſocium.*

13 *Communi diuidundo iudicium licet procedat non oppoſita exceptione præpoſicrationis, debet nihilominus probari dominium.*

14 *Communi diuidundo in iudicio non ſufficit detentatio vel occupatio, ſed dominium eſt probandum.*

15 *Inuentarium tutoris de bonis pupilli contra ipſum tutorem, probat dominium pupilli.*

16 *Tutor priuatur omni credito quando aſſumit tutelam, & ius illius applicatur pupillo.*

17 *Actoris ex perſona ius eſt metiendum.*

18 *Auth. Minoris debitor, C. qui dar. tut. poſſ. diſpoſitio procedit etiam in iure reali, ſecundum communem.*

19 *Creditoris appellatio includit etiã habentem ius reale, quando materia eſt fauorabilis.*

20 *Creditum ſuum denunciaſſe ab initio non dicitur, qui poſt decretam tutelam illud denunciauit.*

21 *Reſeruatio nihil operatur ſi nihil reſeruabile reperiatur.*

22 *Paria ſunt non exprimere, vel exprimere confusè, & ſub inuolucro verborum.*

23 *Paria ſunt non eſſe, vel non apparere.*

24 *Debitum quodlibet pupilli non repellit creditorem à tutela, ſed arbitrio iudicis committitur an tale ſit, quod repellat.*

25 *Qualitas cognoſci non poteſt niſi præcognita ſubſtantia rei.*

26 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*

27 *Velle eius eſt cuius eſt nolle.*

28 *Velle non creditur qui obtemperat ſuperiori.*

29 *Toleratus nõ dicitur bannitus niſi is ſoleret qui poteſt eximere de banno, vel diſpenſare.*

30 *Recedens à tempore, dicitur à forma actus recedere.*

31 *Tempus legis aut ſtatuti ſeruandum eſt.*

32 *Tempus à lege præfixum non ſeruans, non dicitur ſeruare legem.*

33 *Crediti amiſſio, quam facit tutor qui tutelam minoris aſſumit, fit ipſo iure.*

34 *Tutor creditor pupilli poſtquam aſſumpſit tutelã non poteſt moram purgare notificando ſuum creditum.*

35 *Pacis ruptæ pœna promiſſa Eccleſiæ, habet locum etiamſi ſtatim ſequatur reconciliatio.*

36 *Emphyteuta alienans ſine conſenſu domini, non euitat pœnã, etiamſi ſtatim recuperet.*

37 *Tutor creditor pupilli, amittit ſuum creditum licet non adminiſtret.*

38 *Stilus facit ius etiam contra iuris diſpoſitionem.*

39 *Iudex ex officio poteſt, & debet ſe informare de ſtilo ab aduocatis, procuratoribus, & notarijs actorum, parte etiam non citata.*

40 *Nullitas contra executionẽ ſententiæ non minus excipiendo quàm agendo allegari poteſt.*

41 *Nullitas quæ agendo principaliter proponi nõ poteſt, admittitur per viam exceptionis.*

42 *Executionem impedit nullitas propoſita excipiendo, licèt nõ ea quæ agendo principaliter deducitur.*

43 *Actio nunquam debet eſſe maioris efficaciæ, quàm exceptio.*

44 *Temporalia ad agendum efficiuntur perpetua quo ad excipiendum.*

45 *Actio cui datur, multo magis conceditur exceptio.*

46 *Suſpectus eſt qui ſe ingerit.*

47 *Tutor qui ſe offert, non admittitur etiamſi cum ſit debitor, velit ſtatim ſoluere debitum.*

48 *Affectans ſeu procurans officium, vel quid aliud, non gaudet priuilegio rei procuratæ.*

CONSILIVM CCCLXXVII.

AVDIO non adhuc quieſcere animum
Clariſſimi Do. Iudicis in cauſa Illuſtr.
Dom. Marchioniſſæ Catharinæ Mannæ de Gonzaga, ſed nonnullasupereſſe ſpinas quas euelli neceſſe ſit, vt res
ſit vndequaque tuta. Et primum quidem quod ex quo conſtat D. Franciſcum Mannã eius
patruũ poſſediſſe bona quæ nũc D. Colleti, & Beliſengus diuidi petunt, negari non poteſt, quin ſtante conſtitutione Status Mediolani fuerit poſſeſſio in eos vti
pro dimidia hæredes continuata quoad omnem effectum, & cõſequenter confirmari ipſi debeãt in actuali
poſſeſſione, donec Domina Catharina ordinario iudicio demonſtrauerit ſe plenum ius fouere. Sed ſi diligenter priora mea ſcripta inſpiciãtur, apparebit ex
eis clara reſolutio: quandoquidem actum non fuit aliquo remedio poſſeſſorio ſimplici, ſed iudicio cõmuni
diuidundo, vt probaui primo loco, in quo dominium
1 eſt probãdum, ſi res negatur communis, † l. fundi, ff. de
exceptio. l. 2. C. com. diuid. l. 1. vbi Doct. C. famil. hercíſ.
l. ſi mãcipium, §. 1. ff. de euiction. Azo in Sum. C. communi diuid. Bart. in l. in prouinciali, §. 1. in princ. ff. de
operis noui nunc. & videri poſſunt quæ prius ſcripſi
verſ. nec dicatur quod vbi. Et idem eſt ſi contendatur
inſtitutum fuiſſe iudicium familiæ herciſcundæ, vti di:
cebatur in primis motiuis: quia illud quoque iudiciũ
non habet locum quando negatur rem hæreditariam
2 eſſe, ſed prius agendum eſt rei vendicatione, † vt per
glo. in l. ſi id quod, ff. famil. hercíſ. & in l. hæredes, §. idẽ
ſcribit, ff. eod. & dixi vbi ſupra, in 2. reſolu. primi obiecti; cum ergo elegerint iudicia quæ continent cognitionem dominij, ſibi imputent, iuxta illud, via quã ele
3 giſti, ſibi pateat. † l. ſi mulier, §. fin. ff. quod met. cauſ. l. ſi
creditores hæreditarij, in prin. ff. de ſeparat. facit. c. quod
ſemel, de reg. iur. in ſexto. & qui facit actum, obligatur
4 legibus omnibus de illo actu loquentibus. † Bal. in l. ſi
duo, ff. de acquit. hæred. Natta in cõſ. 49. nu. 22. Becius
conſ. 101. num. 6. ſic qui vtitur lege aut ſtatuto, tenetur
probare omnia requiſita ab eadem lege & ſtatuto.
5 † Bart. in l. 1. §. quod autẽ ait Prætor, ff. ne quid in flum.
publico. Becius in conſ. 53. nu. 9. vbi multos allegat. &
dixi in cõſ. 45. nu. 14. ſic qualitas deducta in libello eſt
6 verificanda, † l. Titius, vbi Bart. ff. de teſta. milit. Alex.
conſ. 3. col. 2. vol. 2. ſic etiã qualitas inquiſitionis. Cin.
in l. 3. C. de probat. cum ſimil. Crau. conſ. 923. nu. 19. &
prædicta multo magis procedunt, quãdo in facto Domini Colleti, & Beliſengus ſæpiſſimè in ſuis petitionibus deduxerunt, rem eſſe communem, & ad ſe ſpectare pro dimidia: nam eo caſu nulli dubiũ, quin petitorium iudicium dicatur inſtitutum ſuper communi diuidundo, vt poſt Bart. Bald. & Salicet. probat Bero. in
conſil. 48. num. 3. vol. 3.

Et per prædicta tolluntur ea omnia quæ dicũtur de
poſſeſſione Dominæ Catharinæ, & de vſuſructu Dominæ Lucretiæ, quia in ſecũdis reſolutionibus demonſtraui, Dom. Catharinam, nunquam hæc bona poſſediſſe tanquam hæreditaria; quinimo, ideò eam in aditione hæreditatis reſeruaſſe ſibi omnia iura ſua, & proteſtatam fuiſſe diſertis verbis, de omni iure ſuo, vltra
quod non ſufficit ſola poſſeſſio ad excludendum illam
ab optimo iure, potuit enim cauſam poſſeſſionis ſibi
7 mutare, ex quo ius ſuperuenit, † l. 2. §. quod vulgo, ff.
pro hæred. Bart. in l. huiuſmodi, §. qui ſeruũ, ff. de leg.
1. Ruin. conſil. 61. nu. 13. in fine, vol. 1. Cæphal. in conſil.
228. num. 21. Rolan. conſil. 77. num. 28. vol. 1. Menoch.
de recuper. poſſ. remed. 11. num. 43.

Infer-

Infertur & aliud ex prædictis, quia ſi actũ eſt fami-
liæ herciſcundæ, non venit id quod per dolum, & ma-
8 chinationem fuit quæſitũ, † l. ceteræ, §. ſed etſi quid, ff.
famil. berciſc. l. communi diuidundo, §. inter prædo-
nes, ff. com. diuid. ideo natura iudicij exigit, vt dimiſſo
ſimplici poſſeſſorio, cognoſcatur etiam de iuſtitia ac-
quiſitionis. Et hoc caſu non iuuabit quod proteſtati
ſint nolle inducere petitorium, quia proteſtatio con-
9 traria facto nõ prodeſt. † Bal. in l. Neſennius, ff. de neg.
geſt. Martil. in Rubr. ff. de fideiuſſor. nu. 164. Doct. in l.
non ſolum, §. morte, vbi Rubeos, ff. de ope. noui nunc.
rurſus intentando iudicium communi diuidundo, vel
familiæ herciſcundæ, quæ petitorium continent non
potuere efficere qu in iudicium eſſet petitorium, homo
enim non poteſt diſponere ꝙ leges non habeant effe-
ctum ſuum, l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. & in his quæ non
pendent à noſtra voluntate, proteſtatio nihil releuat.
10 † Bar. & Ang. in d. l. Neſennius. Iaſ. latè in §. fuerat, nu.
106. Inſtit. de action. dixi in conſil. 143. nu. 13.

Secundo rñdeo, qđ ſi dicamus poſſeſſionẽ fuiſſe con
tinuatã in Dominos Colleros, & Beliſengũ vigore di-
ctæ conſtitutionis, non tñ per hoc minus erit exami-
nandum, an bona iſta de quibus eſt controuerſia fue-
rint D. Franciſci Mannæ, vel potius D. Thomę, nam in
iudicio cõi diuidundo ſi agens nõ ſit in poſſeſſione, &
aduerſarius neget rem eſſe cõem, tunc iudiciũ non pro
11 cedit, ſed agẽdũ eſt prius in rei vẽdicatione, † vt decla
rat Bart. in l. 1. ff. fam. herciſc. & ante eum glo. ibi, per l.
fundum Titianum, ff. de exception. idẽ voluit Bal. ibi,
circa princ. gl. in l. ſi mãcipium, §. ſi in cõi, ff. de euictio.
Azo. in Sum. C. commun. diuid. nu. 2. in fine. Ang. in §.
quædã, nu. 10. verſi. itẽ dixi in libello. Inſtit. de action.
& ante eum Io. Fab. col. 7. verſ. quid in cõi diuidundo,
& Iaſ. nu. 55. Bar. clarè in l. in prouinciali, §. 1. nu. 1. ff. de
oper. noui nunc. vbi vult, quod non procedat iudicium
qñ agens non poſſidet, & negatur ſocius. Maran. par.
4. diſtinct. 20. nu. 10. Neuizan. conſ. 65. nu. 5. Sed ſi agẽs
poſſidet, tunc licèt negetur ſocius, admittitur ad pro-
ſequendum iudiciũ, & in proſecutione tenetur poſtea
12 probare ſe ſocium. † & ita quod res ſit cõis, & ſe eſſe
dominum d. l. 1. ff. famil. herciſc. vbi Barto. dicit, quod
licet actor poſſideat, tenetur tñ probare ſe hæredem.
& glo. in l. in re cõi diuidundo, §. qui in rem, ff. com. di-
uid. inquit, quod agere non põt quis ea actione ob ſo-
lam poſſeſſionem, ſed tenetur probare titulum, & ibi
Bald. dicit, quod etſi dominium incidenter deductum
præſumatur ex poſſeſſione, tñ eſt aliter probandum in
iudicio cõi diuidundo, ſubdens hoc cõtigiſſe in cauſa
Io. Calderini. Io. Fab. d. §. quædã, col. 7. verſ. ſed ſi poſſi-
det vterque, vbi infert, quod hoc caſu agendum prius
non erit rei vẽdicatione, ſed in proſecutione cauſæ ve
niet quæſtio proprietatis. ſequitur Ang. ibi, loco prædi
cto, vbi dicit, quod ſi actor poſſidet, probabit poſtea ſe
ſocium poſt conteſtatam litẽ. Iaſ. d. nu. 55. vbi ſequun-
tur Barto. in omnibus, in d. l. in prouinciali, §. 1. & pul-
chrè Bal. omnino videndus, in l. nõ epiſtolis, nu. 2. verſ.
reuoco in dubium, C. de probation. vbi dicit, qđ ſoror
quæ non poſſidet, & negatur domina, non admittitur
ad petendum diuiſionem, ſed ſi poſſidet, ſua poſſeſſio
prodeſt ei ad introducendum diuiſorium iudicium: &
ita ne cogatur prius agere rei vẽdicatione, ſed nõ pro-
derit ad victoriam obtinendam, niſi etiam probet ti-
tulum, & ſe dominam. Sed melius idem Bald. in l. 1. ff.
famil. herciſc. vbi quòd agens qui non poſſidet, repel-
litur ab agendo: ſed ſi poſſidet & negatur ſocius, tunc
ſecũdum eum licèt aliqui dicant, quod ex poſſeſſione
præſumitur dominium, tamen poſſeſſio facit quidem
vt ritè acta, ſed non vt rectè agat, niſi etiam probet
dominium, & ſubdit, non obſtante poſſeſſione pro-
bandum eſſe titulum, & ſic tenuiſſe Iac. de Rauen. &
in 2. lectur. in princip. dicit, quod poſſeſſio facit quem
admitti, & valeret ad victoriam ſi aduerſarius nihil
probaret de tituli defectu, & licet dominium dedu-
catur incidenter, tamen incidens habet in ſe principa
lem cauſam, propterea non infertur ex ſola poſſeſſio-
ne, quoad obtinendum ſententiam. Bald. in l. incerti,
nume. 14. C. de interdict. dicit, quod ſola poſſeſſio in
iudicijs diuiſorijs ſufficit ad proceſſum cauſæ, ſed non
ſufficit ad victoriam, niſi ſit etiam titulo iuſtificata, &
ſubdit, ideo non poſſe cumulari poſſeſſorium, & iudi-
cium cõi diuidũdo, per rõnem ab eo poſitam, & quod
iudicium cõi diuidundo eſt petitorium, & nuda poſſeſ
ſio, non concludit ad diuiſionem, & hanc partẽ quod
poſſidens teneatur nihilominus probare ſuum domi-
nium, atque ita cõionem, probat Neuizan. in conſi. 65.
nu. 4. vbi allegat Bar. Bald. Ange. Floria. Alex. & Corn.
dicens, quod poſſeſſio ſufficit ad ordinationem iudi-
cij, ſed non ad deciſionem, niſi probet etiam dominiũ.
Et ego ſecutus ſum in conſilio 260. numero 3. & poſt
Bald. latè proſequitur Contard. in l. vnica, quæſt. 14.
numero 100. C. ſi à moment. poſſeſſ. fuer. appellat.
vbi dicit, quod actio communi diuidundo continet
petitorium, præcipuè in fine litis, ideoque in medio
litis probationes eſſe debent non de ſola poſſeſſione,
ſed de titulo: & quamuis, vt ſupra retuli, ex Baldo,
aliqui dicant ſolam ſufficere poſſeſſionem, eo quia do-
minium incidenter veniens probatur præſumptiuè ex
quam ſi tacerent,vel eſſent mortui, quo caſu ſtant pro
inſtrumento,& ideo inſtrumentũ probat,etiam ſi om-
nes mortui ſint.gl.3.in l.2. in princ.ff.quemadm.teſta.
aper.vbi ſequitur Bart.& alij omnes,gl.in l.fi.in verſi.
oſtenditur,C.de fideic.Bart.& Bal.in l.1.C.de teſtam.
vbi Ang. dicit in fine, quod ſe audiente Bart. faciebat
illam gloſſam multum ſignare. & Salic. ibi dicit quod
eſt ſingularis in iure.Iaſ.in l.2. nu.3. C. de bonor. poſſ.
ſecund.tab.Boſſ.de falſ. nu.25.

Addo quod Doctores omnes admittunt teſtamen-
tum cui vnus ex neceſſarijs contradicit adiuuari poſſe
27 alijs adminiculis,† in dict.§.ſi quis neget,vbi pręcipue
Imol.in 2.not.& probaui in prioribus ſcriptis, nu.95.
& hoc probat Fulg. in conſ. 78. vbi non obſtante con-
tradictione vnius ex neceſſarijs teſtibus, vult inſtr̃o
plenam dari fidẽ,quia notarius erat vir legalis, & oẽs
alij teſtes erant mortui,& pars diſtulerat teſtm̃ impu-
gnare poſt vigeſimum annum, ex quibus colligit per
ſolam notitiam, & calumniam teſtem cõtradixiſſe. &
idem fere dicit Cum.conſil.136. licet non loquatur in
teſte inſtrumentario, & ſequitur Boſſ. de falſ.num.27.
& 28.licet impugnat Menoch. d. caſu 105.nu.15. Sed
expreſſius quod poſſit indagari veritas ex alijs teſtib.
inſtrumentarijs,Anch.d.c.cum Ioannes,nu.11.verſ.ſe-
cundo caſu cum reuocatur in dubiũ.Imola,nu.20.ver.
primo caſu, vbi allegat Calder. & ſequuntur alij ibi.
Boſſ.nu.30.& quamuis prędicti loquantur qñ contra-
dicens eſt ſupernumerarius, tñ etiam quando eſt ne-
ceſſarius poſſunt examinari alij deſcripti in inſtrumẽ-
to,vt poteſt videri apud Inn.in d.c.cum Ioannes,nu.2.
nu.3.& num.5. vbi dicit,quod probari poterit veritas
per deſcriptos vel non deſcriptos. Butr. nu.29. Anch.
nu.12.verſ.tertio caſu.Imo.nu.8.vbi dicit,quod teſtes
28 deſcripti produci poſſunt ad iuuandum † inſtrumen-
tum.Fel.nu.50. poſt princ. vbi refert Calder.& Card.
dicentes vtile eſſe alios teſtes producere ſcriptos in
inſtrumento ſi viuunt.Ang.in l.2. §.diem,col.2. verſic.
& ideo oportet, ff.quemad.teſta. aper. vbi dicit,quod
inſtrumentũ coadiuuari poteſt per alios teſtes ibi de-
ſcriptos.Imo.in d.§.ſi quis neget,col.3. verſic.ſecundo
principaliter adde. ſequuntur alij omnes inferius ci-
tandi.Foller.d.2.par. 2.par.princ.nu.64. verſi.quarto
intelligitur.qui omnes nõ faciunt differentiam, quod
inſtrumentum confirmetur ex non deſcriptis potius
quam ex deſcriptis teſtibus.

Et quod in contrarium dicitur, tunc confirmari te-
ſtamentum ex diſpoſitione deſcriptorum, qñ impu-
gnans non eſt de neceſſarijs, ſed qñ eſt de neceſſarijs,
tunc non validatur inſtrumentum ex depoſitione de-
ſcriptorum,hoc inq; procedit, qñ teſtes qui examinan
tur nihil dicunt quod deſtruat depoſitionẽ contradi-
centis;ſed qñ contradicentem conuincunt de menda-
cio,tunc ẽt ſi contradicens ſit neceſſarius,& alij nñ fa-
ciãt legitimum numerum, ſuſtinetur teſtm̃,puta,vnus
dicit ſe non interfuiſſe,alij aũt ſex dicũt illũ fuiſſe prę-
ſentem; vel ſi vnus dicit ſe aut alios rogatos non fuiſ-
ſe, ſex autem dicunt illum, & ſe ipſos fuiſſe roga-
tos, hoc modo fides imponitur teſtõ. ita determinat
Inn.in d.c.cum Ioannes,nu.2. ver.verumtñ,vbi etſi nñ
probet inſtr̃m, ſi vnus ex teſtib. dicat ſe non interfuiſ-
29 ſe,tñ ſi alij dicant illum interfuiſſe,ſuſtinetur. † & nu.
3.vbi dicit, minimè ſufficere quod veritas contractus
probetur per centum teſtes,niſi illi probent teſtem in-
terfuiſſe qui negabat adfuiſſe; clarius, nu.5. ver.ſed ſi
teſtes inſcripti,vbi fortius loquitur,qñ duo negant, &
probant non interfuiſſe.idẽ voluit Butr.nu.29.verſ.ſe-
cundus caſus,qñ nõ contradicũt,vbi loquitur,qñ duo
negant, & non conſtituit vim quod conuincantur ex
deſcriptis vel non deſcriptis, ſed an dicãt illos fuiſſe
præſentes.Rurſus in verſ. qñq; aperte dicunt Imo.nu.
20.in fi.verſ.ideo ad coadiuuandum.Anch.nu.11.ver.
tertio caſu,vbi vult, quod inſtrumentũ iuuetur ex de-
ſcriptis etiam quando impugnatur à deſcripto.Felin.
nu.48.verſi.hanc ampliationem. apertius,nu.51.verſi.
tertio intellige, vbi dicit, qđ duo teſtes ex deſcriptis
deponentes interfuiſſe illũ qui negauit ſe adfuiſſe, ſu-
ſtinent teſtamentum quoad hoc, vt probet, licet non
imponat plenam firmitatem reſpectu eorum quæ cõ-
tinentur in eo.atque ita vult,quod pro fide inſtrumẽti
ſufficiat per deſcriptos conuinci negantem de mẽda-
cio, licet illo dempto non remaneat ſufficiens nume-
rus. Ang.in d.§.idem,col.2.verſ.vbi autem duo,qui di-
cit, quod ſi tot deſcripti pro inſtrumento concurrunt
quot depoſuerunt contra, tunc præualet inſtrumen-
tum,propter fidem notarij.Imola,in d.§.ſi quis neget,
colum.3.verſi.item aduerte circa iſtum articulum,vbi
tranſit cum Innoc.in loco præcitato Bald. clarè in l.in
exercendis,num.10.C.de fide inſtrum.vbi poſt Nicol.
Mattar.dicit,qđ ſi vnus ex neceſſarijs negat interfuiſ-
ſe, tunc requiritur fomentũ vel cõprobatio inſtrumẽ-

ti per

ti p teſtes deſcriptos vel non deſcriptos, admittit itaque comprobari inſtr̃m per deſcriptos, etiam qñ numerus eorum nõ remanet ſufficiens. Salic. clarè, nu. 6. vbi dicit, ſic etiam intellexiſſe Iac. de Rau. & Cin. ibi, dummodo teſtes adiuuantes dicant illos adfuiſſe qui negarunt. Caſtr. nu. 4. qui expreſsè loquitur, quando per inſcriptos reprobatur teſtis neceſſarius qui impugnabat teſtm̃, & refert hoc voluiſſe Io. Andr. in d. c. cũ Ioannes, vbi verè id voluit, col. 2. ver. aliter enim ſi per duos, vbi tenet, per duos inſcriptos conuinci neceſſarium teſtem qui negauit. Papien. in form. oppon. contra inſtr̃a, ver. dignoſcitur, nu. 4. vbi dicit, qđ vno negante, ſi alij mortui ſunt, vel nihil deponunt, inſtr̃m redditur ſuſpectum, ſed ſi alij duo ex deſcriptis deponant de ſe ipſis, & de præſentia alterius negantis, tuc confunditur depoſitio contradicentis, quia maior, & laudabilior eſt depoſitio q̃ fit pro inſtr̃o, quam ea quæ fit cõtra, præcipuè cum teſtis negans eſt ſingularis, & alij ſunt conteſtes, & multo fortius confirmatur, ſi cõcurrat bona fama notarij. Vult igitur, quod etiam neceſſarius conuincatur à deſcriptis: quia aliàs ſi negãs non fuiſſet de neceſſarijs, inſtr̃m comprobatione non egeret. hoc etiam dixit Boſſ. d. tit. de falſis, nu. 30. dicens, quod ſi teſtis impugnans non eſt de neceſſarijs, tunc inſtr̃m adiuuat ſemetipſum, ſed ſi eſt neceſſarius, debet coadiuuari per teſtes deſcriptos, vel alios. Menoch. d. caſu 105. nu. 22. & ſeq. vbi ait optimum eſſe in praxi probare per ſex alios teſtes inſtrumentarios de præſentia contradicentis, Maſcard. de probat. lib. 1. q. 6. nu. 49. & 53. vbi dicit cõem, & ex his conſtat cõem eſſe opinionem, quod etiam ſi teſtis impugnans ſit de neceſſarijs, tamen ſi per alios de mendacio conuincitur, ſuſtinetur teſtm̃, quidquid in cõtrarium dixerint Alc. & Soc. iun. & ratio eſt, quia non attenditur negatio illius teſtis, quę conuincitur doloſa, & per malitiã: & per hoc tollitur ratio qua mouentur aduerſantes, quod ſcilicet teſtm̃ careat debito teſtium numero: nã non dr̃ carere, qñ conſtat quod etiam negãs interfuit confectioni: & ſicuti ſi per duos alios non aſcriptos probaretur illu qui impugnauit interfuiſſe, teſtamentum nihilominus ſuſtineretur, vt admittũt omnes: ita per eandem rationem ſuſtineri debet, quando probatur pręſentia per deſcriptos, quia non eſt vis quod cõuincatur potius per non deſcriptos quã per alios: ſed in eo eſt fundamentum, an conuincatur, & non minorem fidem merentur deſcripti, quam hi qui non ſint deſcripti, imo maiorem, tanquam approbari à partibus, ſat ergo eſt, quòd impugnans conuincatur.

Quinimo, ſi verum eſſet, quod Alc. & Soc. iun. dicũt, illum eſſe conuicendum à non deſcriptis, adhuc teſtamentum non ſuſtineretur, quia non per hoc tollitur ratio quod teſtamentum careat debito numero teſtium, ſed etiam tunc numerus deficeret, licet alij non deſcripti deponant de veritate cõtentorum in teſtamento, & tunc actus ſuſtinetur cõtentus in inſtrumento, ſed ſcriptura teſtamenti non probaret tanquã non ſolennis, vt optimè declarat Innoc. in d. c. cũ Ioannes, nu. 3. dicens, quod ſi per teſtes centum probaretur cõtractus contentus in inſtrumento, ſemper inſtr̃m erit inualidum, quando vnus ex teſtibus ibi deſcriptis negat ſe interfuiſſe: ſed ſi probatur illum interfuiſſe, ſu-
30 ſtinetur inſtr̃m, † Imol. nu. 20. ver. ſi autem ſimpliciter teſtes dicant. Butr. num. 29. ver. ſecundus caſus, & ante eos Io. Andr. col. 3. in fin. ver. ſi autem aliquis de inſcriptis. Abb. nu. 14. ibi, quamquam contractus poſſet per alios teſtes probari. Fel. nu. 48. vbi poſt Innoc. dicit hoc procedere, etiam quando ſupereſt debitus numerus, quia inſtrumentum eſt falſum, ex quo illum pro præſente deſcribit qui erat abſens. Imol. in d. §. ſi quis neget, col. 3. ver. item aduerte circa iſtum articulum clarius ceteris. Salic. in d. l. in exercendis, num. 6. eorum ergo dictum eſt falſum, quia vbi teſtis contradicens reprobatur de falſo, nõ attenditur illius depoſitio, ſed habetur pro confirmante non minus quam ſi non contradixiſſet; hæc autem reprobatio fieri poteſt æquè per deſcriptos, ac per non deſcriptos, & vt dixi conſiſtit vis in reprobatione teſtis, nõ in qualitate reprobantium: nam ratio quod inſtr̃m careat legitimo numero, militat tam vbi reprobatur à non deſcriptis, quam vbi à deſcriptis: quia non deſcripti non ſuſtinent inſtr̃m, tanquam inſtr̃m, præcipuè in teſtamento, in quo teſtes debent eſſe rogati, & illi qui non ſunt deſcripti neque rogati, non poſſunt ſuſtinere inſtr̃m teſtamenti: quia non ſufficit eos interueniſſe fortuito, ſed debent adhiberi conſulto, vt dixi in primis ſcriptis, in princ. ſed quia vis conſiſtit in reprobatione eius qui dixit ſe non interueniſſe, vel ſe nõ fuiſſe rogatum, ideo admittitur teſtis etiam non deſcriptus nec rogatus: quia non agitur de probanda origine vel ſubſtantia teſtamenti, ſed de ſupplendo ipſam probationem, vt inquit Bal. in d. l. in exercendis, nu. 10. vbi ſenſit difficultatem qñ producuntur teſtes non rogati. & licet non dicat expreſsè, tamen intelligit, quod agatur de conuincendo teſtem impugnantẽ, eo quod non interfuerit, & id ex eius verbis deprehenditur: loquitur enim de teſte neceſſario negante, & dicit, quod inquirenda eſt veritas, ideſt, an ille interfuerit vel non: & ſi videatur Salic. ibi, nu. 6. is omnem tollit hæſitationem, dicit enim, quod ſi teſtes extranei deponant ſolũ de facto, ſed non de ſcriptura, non ſuſtinẽt inſtrumentum, ſed ſi deponant de ſcriptura, vt quia contradicãt expreſſe teſti impugnanti, dicantque interfuiſſe illum qui ſe negauit adfuiſſe, vel ita verè fuiſſe dictum, & ſcriptum contra quam alius fuerit atteſtatus, tunc ſuſtinent inſtrumentum, etiam ſi non ſint rogati: quia non agitur de originali eſſentia probationis inſtrumenti, ſed de eo adiuuãdo, & facilius admittitur adiuuatio q̃ fundatio; & ſi dicatur, quod teſtes extranei non ſunt pars inſtrumenti, ideo non debent ſuſtinere inſtr̃m quod fuit impugnatum à teſte neceſſario qui eſt pars inſtr̃i. reſpõdet Salic. quod impugnatio illius teſtis eliditur per teſtes adiuuantes inſtr̃m. Concludendum eſt igitur, ꝙ vbi dictum teſtis impugnantis inſtrumentum conuincitur per alios teſtes ſiue deſcriptos ſiue non deſcriptos, tũc illius impugnatio remanet eliſa, & habetur pro non facta, & non poteſt dici quod ſtante impugnatione vnius, teſtamentũ careat debito teſtium numero: quia ex depoſitione deſcriptorũ conſtat quod interuenit numerus, licet malitioſè vnus voluerit ſe ſubtrahere. & ſicuti ex depoſitione extraneorũ ſuſtinetur teſtm̃, licet dempto impugnante non adſit inſtrumento numerus debitus, ita quãdo deſcripti deponũt, & quod dicunt Doctores, ex negatione vnius teſtis vacillare teſtm̃, locum habet, quando ille teſtis non conuincitur de mendacio; ſic ſi nota-
31 rius diceret inſtr̃m eſſe falſum, non noceret parti. † Caſtr. in l. Seia, ff. ad Vellejan. Iaſ. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione, §. procurator, ff. de iureiuran. Rurſus non valet illa ratio, quod teſtamentum remanet ſine legitimo numero teſtium: nam duo teſtes ſiue rogati,
32 ſiue non, probant teſtamẽtum fuiſſe † factum. vt probat Socin. in conſ. 91. nu. 10. vol. 3. Card. Mantica, de coniect. vltim. volun. lib. 12. tit. 16. num. 15. Oddus in conſ. 64. nu. 40. vbi poſt Neuiz. & Albam quos citat, probat duos teſtes ſufficere ad probandum, quod inſtrumentum fuerit factum, & deperditum. ſic etiam per duos teſtes probatur quod teſtamentũ fuit factũ, & quod ſeptem interuenerunt teſtes. Bald. in l. 2. C. de bono.

bono. poſſeſſ. ſecundum tabul. Cardinal. Mantica, &
Oddus in locis præcitatis, & quod illi fueruot rogati,
& quod debita interuenit ſolẽnitas. & non diſtinguũt
Doctores, an teſtes deponentes ſint ex deſcriptis, vel
non. Poſſet aut opinio Alc. & Soc. iun. ſuſtineri, qñ ſex
teſtes deſcripti depooerent quidem pro iоſtro, ſed nõ
reprobarenr teſtem impugnãtem, ita quod ſtare poſ-
ſet dictũ illius, & depoſitio iſtorum, puta, ſi vnus teſtis
dicat ſex non interfuiſſe, ſex vero teſtes deponant te-
ſtamentum fuiſſe conditum eo modo qoo legitur: hoc
caſu dictum horum teſtium non ſuſtinet teſtm̃, ſecun-
dum Inno. & alios ſupra citatos; ſed in caſu noſtro di-
cta teſtium deſtruunt negationẽ huius teſtis oegãtis.

Reſpõdebam quoque in priorib. ſcriptis, quod hic
teſtis cõtradicens laborat multis defectibus, eſt enim
inter duo iuramenra, eſt varius, & non bene recorda-
tur de omnib. quæ tuoc geſta fuerũt, & propterea dici
non poteſt oĩ exceptione maior, prout eſſe debet teſtis
33 qui impugnat inſtrm̃, † ſcd'm Bar. & alios, in d. §. ſi quis
neget, nu. 12. & alios ibi p̱ mecitatos. & dicit Bal. in d.
c. cum Ioanoes, nu. 8. quod modicus defectus repellit
teſtem reprobatorium. Sequitur Fel. ibi, nu. 44. Iaſ. d.
conſ. 13. alias 252. nu. 21. vol. 3. Boer. deciſ. 118. col. fi. vbi
quod leuiſſima exceptio repellit. Bero. conſ. 45. ou. 18.
vol. 3. vbi quod non omnes teſtes ſunt idonei ad re-
probandum inſtrm̃. Crauet. conſ. 85. nu. 34. multos al-
legat Menoch. d. caſu 105. num. 33. Et non obſtat quod
ex quo teſtes fuerunt in inſtr̃o adhibiti, videãtur adeo
approbati quod reptobati ex noua cauſa non poſſint:
nam hoc eſt falſum, quia cũ ſimus in teſtõ, in quo lex
ſuſpicatur ſemper de falſitate, teſtis impugnari põt
34 ex cauſis quæ tempore teſtamenti † ſuberaot. ita no-
tabiliter Aret. in l. qui teſtõ, §. quæcunque, circa finem,
ff. de teſtam. Iaſ. in l. 1. io vltima oppoſ. C. de teſtameo.
Boſſ. in d. tit. de falſis, nu. 45. & 47. vbi notat multos ex
Doctoribus inaduertenter loqui. etiam in teſtõ Iaſ. in
d. conſ. 252. nu. 21. vbi in inſtrumẽtarijs, & hanc partẽ
latè defendit Ancha. mod. famil. qõ. 71. nu. 3. vol. 1. vbi
vult quod præſertim procedat qñ ex ſuperueniẽti vi-
tio teſtis fides impugnatur, allegat multos alios, &
reprehendit Crauet. contrarium tenentem in d. con-
ſil. 56. Menoch. d. caſu 105. nu. 7. idem probauit Alex.
Stiatic. cooſ. 117. num. 53. inter crimi. diuerſ. 1. vol. quia
ſecundum eum, poſt Curt. quem allegat, difficilius
improbatur teſtm̃, quam aliud inſtrm̃, atque ibi Scar-
latin. conſ. 118. num. 24. in quibus locis reptehendunt
Crauet. in loco præcitato. Burſat. in conſ. 311. nu. 36. &
qõ teſtis eſt vnicus, idem poſt Bal. vult Maſcar. de pro
batio. lib. 1. q. 6. nu. 59. & cum pro iſta parte ſtet ratio
vrgens, nempe ſuſpicionis, & expreſſa deciſio in teſti-
bus teſtamentarijs, debemus hanc ſequi. Addo, quod
in præſenti facto teſtis ſe negat rogatum, noo poteſt
nunc allegari quod fuerit approbatus, quia non ali-
ter approbari potuit quam per rogitum, quem ſi non
admittit, non etiam poteſt ſuper eo pars ſe fundare, c.
ex eo, de reg. iur. in 6. io primis enim debet conſtare
de approbatione partium, vt teſtes non poſſint impu
35 gnari, † vt bene probat Bero. in conſ. 88. num. 4. vol. 3.
Rurſus in teſtõ videtur ceſſare approbationis ratio,
quia ſæpe teſtatores morbo oppreſſi, & mortis cogita-
tione turbati, non faciuot delectum teſtiũ, ſed fortui-
tos, & qui primo occurrunt admittunt, vnde id nõ de-
bet hæredib. nocere, quorum nulla opera nullaq; ap-
probatio interueoit. non omitto tñ, quod Bal. in l. pa-
rentes, col. 2. verſ. vel dic, C. de teſtib. vult, in teſtib. te-
ſtamentarijs idẽ omnino eſſe quod in alijs inſtrumen-
tarijs; ſed eius dictum ex prædictis non probo. & con-
tra Crau. tenuit etiam Berret. in conſi. 53. nu. 10. verſi.
attamen in primis. non tamen hoc loco admitto quod
voluit Iaſon. in d. conſi. 124. nu. 13. vol. 1. vbi ait, vnum
teſtem oon impugnare inſtrumentum, quando rema-
nent ſex teſtes, & notarius qui ſupplet pro ſeptimo te
ſte, quoniã illud verum eſt, quando agitur de proban-
do actum, & ita quando pars ſolis teſtibus vult vti, nõ
autem inſtrumento; at vbi quærimus, an teſtamenti
ſcriptura ſit valida, & ita pars vult vti ſcriptura, tunc
ea non probat, ſi præter notarium non adeſt debitus
teſtium onmerus. teſtm̃ autem ad actus validitatem
ſeptem requirit teſtes: ſed præterea vt de eo cõſtet per
inſtrumẽtum requiritur etiam notarius vltra illos te-
ſtes, ita poſt gl. & alios in d. l. Domitius, voluit Bald. in
princ. & in fine princ. vbi dicit, quod vbi vis eſt ſuper
36 ſcriptura, notarius nõ ſupplet vicem teſtis. † idem vo-
luit Bal. in pluribus alijs locis, quæ recitat, & ſequitur
Ale. in conſi. 153. nu. 16. vol. 2. eam pariter diſtinctionẽ
probauit Ruin. in conſi. 51. nu. 13. vol. 1. & loquens de
teſtõ id voluit Bero. conſi. 1. nu. 6. & 9. vol. 2. vbi inquit
Doctores magis cõiter tenere, quod aut agimus, an
teſtm̃ valeat, & tunc ſex teſtes cum notario deponen-
tes ſuſtinent teſtamentũ; ſi vero agimus de illius pro-
batiooe, non de validitate, tunc ſi volumus probare
per inſtrumentum, notarius non habetur pro teſte; ſi
autem volumus probare per teſtes, tũc ſufficit nota-
rius cũ ſex alijs teſtibus. Neuiz. in conſi. 27. nu. 19. verſ.
non obſtat, vbi declarat etiam non procedere qñ no-
tarius eſſet infamis, & loquitur præciſè in teſtamento.

Poſtremum quoque obiectum oon offendit quo di-
cebatur in probando de qua Eliſabeta ſenſerit teſta-
tor, agi non de illius volũtate declaranda, nec de qua-
litatibus, aut accidentibus, ſed de ſubſtantia, & prin-
cipali teſtamenti parte, nempè de hæredis inſtitutio-
ne: oã dico hoc eſſe omnioo erroneum, qñquidem in-
ſtitutionem eſſe factam conſtat ex teſtamenti lectura,
& teſtium depoſitionibus. Rurſus Eliſabetam quandã
fuiſſe inſtitutam nemo dubitat, quæ autem ſit iſta Eli
ſabeta, hoc ignoratur, ergo non agimus de eſſentia, &
ſubſtantia probãda, ea enim certa eſt, ſed de qualita-
tibus, & de declaratione, & idẽtitate perſonæ. iccirco
duobus teſtib. probari id poteſt: & in terminis, quod
vbi eſt iocertum de qua perſoua iotellexerit teſtator,
37 tunc non deficiat ſubſtãtia, ſed probatio, voluit † Bal.
poſt Petr. in l. in tempus, §. 1. in Summar. & in primo
notab. ff. de hęred. inſtit. vbi reprehẽdit Iacob. de Rau.
qui dicebat quod tunc deficit ſubſtantia. & loquitur
tex. ille quãdo plures erant eiuſdem nominis, & igno-
rabatur de quo ſenſiſſet teſtator. & Ange. ibi dicit, qđ
probatio non ſubſtantia deficit, & Imo. ibi dicit, hanc
eſſe veram. Si igitur de probatione non de ſubſtantia
tractatur, duo teſtes ſufficient ſecundum communem
diſtinctionem quam retuli in primis ſcriptis, & quã-
uis textus ibi dicat demonſtrandum eſſe apertiſſimis
probationibus, de quo ſenſerit, tamen probatio fieri
38 etiam poteſt † per indicia, cõiecturas, & præſumptio-
nes, ſecundum Bal. ibi, arg. l. licet, ff. de leg. 1. idem vo-
luit Imo. ibi, in verſic. aduerte tamen, & formaliter, qñ
incerta eſt perſona hæredis, quod poſſit ex coniectu-
39 ris certificari, † latè probat Pariſ. io conſi. 3. num. 11.
in 3. vol. Card. Mantic. de coniect. vltimi. voluit. lib. 4.
tit. 3. nu. 13. vbi addit Rimin. ſen. & loquitur in certi-
ficanda perſona hæredis: quod ſi coniecturis probari
poteſt, multo magis duorum teſtium depoſitione cer
tificabitur, cum maior ſit probatio quæ ſit per duos
teſtes, quam ea quæ ſit per coniecturas, & indicia, &
vbi coniectura vertitur circa declarationem volunta-
40 ris probatur per duos teſtes, † vt poſt gl. voluit Bar. in
l. hæredes palam, §. ſi quid poſt teſtamẽtum, nu. 4. ff. de
teſtam. vbi Caſtr. num. 13. Aret. io l. ideoque, in fi. ff. de
lib. & poſthu. & dicit Ale. in conſ. 54. nu. 3. vol. 3. quod
illam

illam glo. ſequuntur omnes multos alios citat Card.
Mant.de coniect.vlt. volun.lib.12.tit.16.nu.2.facitét
quod voluit Caſtr.in l.errore,num.15.ſed quot teſtes,
C. de teſtam. vbi ſi quis Titium ſub qualitate filiatio-
nis inſtituat,non valet inſtitutio,niſi probetur illũ eſſe
filiũ. & quamuis hic agatur de inſtitutione, & capite
teſtamenti, tñ quod ſit filius probabitur per duos te-
ſtes.ſequitur Iaſ.ibi,nu.9. Card.Mant.d.tit.16.nu.17.
& facit quod dixit Bal. in d.l.in exercendis, nu.10.C.
de fide inſtr. vbi dicit,quod vbi vnus teſtis ex neceſſa-
rijs contradicit teſtõ, tunc ſi alij producãtur ad illius
reprobationem, illi dicunt produci non ad originem
dictæ probationis, ſed ad adiuuandum:ideo recipiun
tur quamuis non ſint rogati, quia facilius adiuuatur
quã fundatur. ſequitur Salic. ibi,nu.6.quod ſi rogitus
nõ eſt neceſſarius,prædicta rõne,non ẽt eſt neceſſarius
numerus, qui ſolet adhiberi in teſtis; ſi enim require-
retur numerus neceſſarius ad probandum ſubſtantiã
teſtamenti, etiam requireretur rogitus,cum non ſuffi
ciat numerus niſi adſint ceteræ quoque qualitates, &
41 præcipuè rogitus.† Bal.in l.cum proponebatur,col.1.
ver.extra quæro,verũ iſte coniecturæ,ff.de leg.2.Card.
Mant.d.lib.12.tit.16.nu.12. ſtat ergo concluſio,quod
vbi nominata eſt perſona hæredis,& dubitatur quæ il
la ſit,ex quo nomen expreſſum põt multis conuenire,
tunc ad iuſtificandũ de qua teſtator ſenſerit, ſufficiũt
duo teſtes vel indicia,nec opus eſt ſeptem teſtib. pro-
bare de qua intellexerit. Adiuuatur hoc,quia vbi ver-
ſamur circa demõſtrationes rei vel corporis alicuius,
tunc dr̃ eſſe negocium circa res,& duob.teſtib. proba-
42 tur error circa demonſtrationes, † vt inquit Bal. in l.
quoties,§.1.ver.per quot aũt teſtes,circa med.ff.de hæ
red.inſtit.Ang.circa med.verſ.ſed ſi ſit error, & Imola
in fine princ. at hic non ſumus circa corpus, ſed circa
corporis expreſſi demonſtrationes, quæ fuerunt à te-
ſtatore omiſſæ, ideo probari poterit ea demonſtratio
per duos teſtes. Nec quemquam moueat,quod voluit
Bart.in d.§.ſi quid poſt, nu.4. vbi ait,quod ſi agitur de
voluntate declaratoria,quæ tñ ſit nulla,ſed per decla-
rationẽ veniat confirmanda,tunc ſeptẽ teſtes ſunt ne-
ceſſarij;quod repetit idem Bar. in l.1.nu.2.C.de codi-
cill.nam in caſu noſtro, inſtitutio facta de Eliſabeta
43 non eſt nulla,ſed valida:quia põt certificari,† vt pro-
bat tex. in d.l.duo ſunt Titij, & melius in d.l.in tẽpus,
§.1.Card.Mãt.d.lib.4.tit.3. per totũ.Simon d. dubit.3.
ſolut.1.nu.2.vbi loquitur qñ plures ſunt eiuſdem nõis
perſonæ.Craſſ.§.inſtitutio,q.16. & tali caſu dr̃ potius
obſcura q̃ incerta,ex quo ad plures illud nomen Eliſa
betæ põt referri. obſcuritas aũt verborũ per duos te-
44 ſtes tollitur,† vt ponit Alex.in conſ.54.nu.3.vol.3. vbi
tractat,quid cõtineatur ſub legato domus. idẽ Bauer.
in §.ſed hæc quidem,nu.3.& nu.16.Inſt.de teſta.Card.
Mant.d.tit.16.nu.2.& poſſent infinita exempla cumu-
lari quæ omittuntur:quia ex ſuperiorib. demonſtraui
quod liquidatio, & certificatio nõis põt fieri per con-
iecturas,per indicia,& per duos teſtes;vnde cum iura
ſint clara, non eſt laborandum circa argumenta.

Dicebam ẽt circa ſecundum dubium, in prioribus
ſcriptis,nu.49.74.& ſeqq. qđ ille teſtis non impugna-
bat teſtm̃,quia non aſtruit concludenter negatiuã,re-
mouendo actum à ſenſu, ſed remouet ſenſum ab actu,
dicendo, ſe non audiuiſſe quod teſtator nominauerit
hæredem, vel rogauerit teſtes, & propterea ſumus in
caſu clariori quam ſupponatur in ſecũdo dubio pro-
poſito: vt enim impugnet teſtm̃, debet directo depo-
45 nere contra illud,& † allegaui in ſpecie loquentes de
eiuſmodi depoſitione,Barto.Bal. Ange.Imol.Caſtr. &
alios, in d.l.1.§.ſi quis neget.Bald.in l.1.nu.7.C.de ſe-
cun.tab.vbi Caſtr.& Alex.in fi. Alex.in conſ.33.nu.16.
vol.3.in conſ.43.nu.15.in 4.vol. Aret.in conſ.71.col.3.
verſi.ſecundo quia.Corn.in conſi.304.col.4.vol.1.Fel.
d.conſi.229. nu.5. verſi.quibus præmiſſis.vol.2. Felin.
d.c.cum Ioannes,nu.51.Gram.conſil.73.nu.29.Crau.
conſi.75.nu.29.infinitos addit Burſ. conſi.311. nu.40.
dicens, quod teſtes contra inſtrumentum concludere
debent per neceſſe.Menoch. d.caſu 105. nu.3. Berret.
in conſil.53.num.11.in fine, verſ.fieri poſtea poteſt, &
ideo qñ teſtes non conſtanter aliquid affirmant, ſed
dicunt ſe non recordari, tunc teſtes non deſtruunt in-
ſtrumentum, ſed pro eo ſumitur humanior interpre-
tatio.Innoc. in d.c. cum Ioannes, num.6.vbi ſequitur
Cald.& Imol.& communem dicit Abb.nu.44. Fel.nu.
51.& communem quoque dicit Maſcard.d.q.6.nu.42.
Menoch.d.caſu 105.nu.31.Hac ipſa ratione requirunt
Doctores, quod teſtis impugnans inſtrumentum, re-
citet plenè totum factum, & referat totum tenorem
inſtrumenti,aliàs ſi in aliquo deficiat,& non recorde-
tur,imminuitur fides: quia ſicuti reliqua non retinuit
memoriæ, ita veriſimile eſt, quod hoc ipſum exiuerit
46 memoriam, quod audet nunc † affirmare, vt probat
tex.cum gl.in l.Lucius,ff.de infam. per quem ita dixit
Bal.conſ.21.nu.3.vol.4. Alex.in conſil.33.nu.22.vol.3.
Crauet. in conſ.75. nu.28. Berret.in d. conſ.53. nu.12.
col.fin.Maſcard.d.quæſt.6.num.72. præcipuè,quando
ratio non allegatur propter quam teſtis magis reti-
nuerit memoriæ fixum illud quod nunc affirmat, quã
alia de quibus interrogatur.

S V M M A R I V M.

1 *Clauſula in fine poſita,refertur ad omnia præcedentia etiam ſi materia ſit odioſa.*
2 *Clauſula in fine poſita, refertur ad id quod principaliter dicitur in præcedentibus,non ad id quod incidenter, & acceſſoriè, & ad demonſtrationem fuit adiectum.*
3 *Poſitioni ſimpliciter reſpondens,non fatetur ea quæ ad qualificandum ſunt deducta.*
4 *Relatio fieri debet ad caſum magis dubium, & prouiſione egentem.*
5 *Relatio fieri debet ad ea quibus magis conuenit.*
6 *Sententia præſumitur lata prout de iure fieri debebat.*
7 *Armorum tria ſunt genera.*
8 *Publicum dicitur, quod omnibus eſt notum, & quod nemini licet ignorare.*
9 *Publicum, & commune inter ſe differunt.*
10 *Verba vbi non conueniunt,nec diſpoſitio conuenire poteſt.*
11 *Relatiuum ſine copula adiectum qualitati quæ non conuenit cuilibet de genere,ſtat reſtrictiuè.*
12 *Qualitas determinans verbum,limitat diſpoſitionem.*
13 *Ignorari dicitur quod multipliciter poteſt intelligi.*
14 *Lex plures habens intellectus non poteſt allegari.*
15 *Ambiguum eſt verbum quod duobus poteſt conuenire.*
16 *Incertitudo vitiat omnem actum.*
17 *Incertitudo oritur ex verbis indefinitè prolatis.*
18 *Dubitans ignoranti comparatur.*
19 *Generalitas obſcuritatem parit.*
20 *Pars vna ſtatuti aliam declarat.*
21 *Sñia exequi põt pendẽte iudicio ſupplicationis, & recurſus.*
22 *Executio ſententiæ ſuſpenditur dum pendet appellatio.*
23 *Doctoris etiam nihil allegantis deciſio plurimum valet.*
24 *Aequiparatorum à iure in vno diſpoſitum, habet quoque locum in alio etiam in pœnalibus.*
25 *Statutum debet aliquid operari vltra ius commune, aliàs erit ſuperfluum.*
26 *Recurſus æquiparatur appellationi,quo ad omnia executione excepta.*
27 *Sententia euidenter, & manifeſtè iniuſta exequi non poteſt.*
28 *Iniuſtitia notoria impedit ne ſententia tranſeat in iudicatum.*

29 *Appellatione reiecta non includitur quæ interponitur ab euidenti iniuſtitia ſententiæ.*
30 *Iniuſtitia dicitur euidẽs, & notoria, quando conſtat ex actis.*
31 *Nullitati æquiparatur iniuſtitia euidens, & notoria, quæ ex actis conſtat.*
32 *Iudex deſiſtere debet ab executione ſententiæ notoriè iniuſtæ, etiam ſi pars non apponat de iniuſtitia.*
33 *Prout, dictio, ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè.*
34 *Prout, dictio, poſita in reſcripto, ſtat conditionaliter.*

CONSILIVM CCCLXXIX.

DVo ſnot quæ proponuntur à Cæſate Sfingio Hebræo; quorum primum eſt, an ſibi licuerit pecuniam ſub fœnore mutuo dare ſuper auro, & argento nobilium perſonarum geotilitijs inſignibus ipſarum ſignato, non obſtante ordine quo cauetur non licere id facere ſuper argento vel auro, *doue ſia arma publica, per la quale ſi conoſca il vero padrone, sẽza licẽza del vero padrone, ouero del ſuo maſtro di caſa. & queſto s'intenda per Cardinali, Duchi, Veſconi, Signori di ſtado, Marcheſi, Ambaſciatori de Prencipi.*

Secundum eſt, an ſnīa contra eundem Hebręum lata, poſſit exequi, non obſtante quod cauſa fuerit per viam recurſus, querelæ & reuiſionis alteri commiſſa. Quod attinet ad primum, nõ laborando circa ſuperflua, exiſtimo, caſum prædictũ non includi ordine illo prohibitiuo, licuiſſeq; Hebræo mutuam pecuniam ſuper dictis pignorib. dare, nec ea de cauſa potuiſſe ciuili aut criminali aliquo iudicio vexari, quia prohibitio recipiendi pignora ſic, vt ſupra inſignita, eſt reſtricta, & limitata ad bona Cardinalium, Ducum, aliarumq; perſonarum, de quib. fit mentio in capitulo ſeu ordine; idque pluribus oſtendo. Primo, quia clauſula illa in fine capituli poſita quę incipit, *Et queſto s'intenda*, teferri debet ad omnia ſupra præcedentia, & in capitu-
1 lo contenta, † l. talis ſcriptura, §. fin. ff. de leg. 1. c. inquiſitionis, in fine, de appellat. etiamſi materia ſit odioſa. Alex. conſ. 101. col. 3. vol. 3. Iaſ. conſ. 142. nu. 2. vol. 2. & in l. 1. C. de liber. præter. Capic. deciſ. 108. nu. 16. Crau. qui idem dicit in pœnalibus, conſ. 808. num. 11. Natta conſ. 120. nu. 19. & præter eos Aret. in l. talis ſcriptura, nu. 5. Rota deciſ. 231. in princ. in 1. par. in nouiſs. ſecundum quã poſtea fuit reſolutum in deciſ. 227. ead. par. Rimin. conſ. 195. num. 3. & ſequen. vbi loquitur in materia odioſa, & pœnali, quod ſi refertur ad omnia præcedentia, etiam quando ſunt plura capitula inter ſe diſtincta, prout Doctores omnes loquuntur, multo magis id obtinebit quando vnicum extat capitulum cuius finis clauditur ea clauſula.

Secundo, clauſula referri debet ad id quod principaliter dr̃ in præcedentibus, non ad id quod incideoter, & acceſſoriè, & ad demonſtrationẽ fuit adiectum.
2 † tex. eſt in l. fin. §. Titia, vbi not. Bar. ff. de lib. leg. Alex. in l. ſi idem cum eodem, §. fin. nu. 3. ff. de iuriſdict. omnium iudic. vbi vult, non trahi ad ea quæ per modum qualitatis poſita ſunt, & infert, quod reſpondens ſimplicirer poſitioni, non ſatetur ea quæ ad qualificandũ
3 ſunt deducta, † & refert multos concordantes. idem voluit Dec. in c. 2. requiris, in 7. limit. de appell. Ruin. in conſ. 45. nu. 13. & 14. vol. 1. vbi infert, quod inueſtitura conceſſa pro filijs, & deſcendentib. maſculis tm̃, omnes alias perſonas excludit, addo Iaſ. in conſ. 143. num. 26. vol. 2. vbi loquitur de clauſula, Et hoc in ſtirpes, & non in capita. Goz ad. conſ. 19. nu. 15. alios cirat Crau. conſ. 805. nu. 9. principalirer autem in capitulo diſponitur, quod pignora ne recipiantur ſignata ſine dominorum licentia, id vero quod ſubijcitur, vel eorum qui domui præpoſiti ſunt, eſt quid incidẽs, acceſſorium, & poſitum ad deſignandum, & demonſtrandum qualiter poſſet cognoſci voluntas, & licentia dominorum, ideo ſequens declaratio teferri debet principalem diſpoſitionem capituli.

Tertio, ſi clauſolam reſtringamus ad eam partem qua mentio fit de præfectis domuũ, erit ſanè ridicula prouiſio, & indigna grauiſſimo viro qui ea compoſuit capitula, importabitq; hoc ſolum, vt Principum tantummodo, & aliarum perſonarum ibi expreſſarũ præpoſiti domibus, poſſint eam licentiam dare, non etiã præpoſiti aliorum ibi non nominatorum, cum tñ non minorem authoritatẽ habeant præfecti domib. Equitum, & aliorum nobilium ſplendidè viuentium, quam ij qui domibus Principum præſunt. Cum ergo nulla ſubſit ratio diuerſitatis, quare illis denegari, his vero eiuſmodi facultas concedi debeat, non ita intelligenda eſt clauſula, nec ad honc finem cenſeri debet adiecta, ſed potius ad ſignificandum quod non omniũ inſigna erant incluſa, ſed Principum, & aliarum perſonarum tm̃ ibi expreſſarũ, relatio enim ad caſum qui erat magis dubius fieri debet, & qui egebat prouiſio-
4 ne. † Din. in conſ. 82. col. 3. Abb. in conſ. 85. nu. 3. vol. 1. Crau. conſ. 808. nu. 5. & relatio fieri debet ad ea quib.
5 magis conuenit, † l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & poſthum. l. ſi quis ita, ff. de condit. inſtit. Crau. conſi. 762. nu. 20. ſic dicimus de ſententia, quod præſumitur lata prout
6 de iure ferri debebat. † Bar. in l. ſi fundus, §. in vendicatione, ff. de pignor. Cæpol. conſ. 57. col. 5. in princip.

Quarto, quod prohibitio bona Principum, & aliorum in capitulo deſcriptorũ reſpiciat, non ẽt quorumcunque aliorum, probatur ex verbis capituli, dum dicit, *oue ſia arma publica*, hæc qualitas publicorum inſignium, cõuenit ſolum Principibus, Cardinalibus, Epiſcopis, Marchionibus, Oratoribus, & ſimilibus, qui ſunt in maxima dignitate conſtituti; cum enim tria
7 ſint armorum genera, † vt Butr. & Abb. dicunt, in c. dilecta, in vltimo notab. de exceſſib. prælat. Tiraq. in tractat. nobilita. c. 6. nu. 13. & inter alia quædam ſunt arma dignitatis, vt ſunt rubei galeri Cardinaliũ, virides & thiare Epiſcoporum, Coronæ Regum, & Marchionũ, & Comitum, inter eos tñ diuerſæ; quædã vero ſunt arma cuiſlibet particularis dignitatis: nam quilibet Rex, & Princeps habet ſua arma, vt declarat Bart. in tract. de inſignib. & arm. in prin. Caſſan. in Cathalog. glor. mund. par. 1. concl. 14. & 15. ordo de quo verba facimus voluit, de iſtis duabus primis armorum ſpeciebus intelligere, non de tertia, quę priuatos licet nobiles reſpicit perſonas, quia in eis non verificantur verba ordinis qui loquitur de publicis armis: nã publicũ
8 dr̃, quod omnib. eſt notum, † l. 1. §. penult. vbi not. Bar. ff. de ſuſpect. tutor. & quod nemini licet ignorare, gl. in c. quod dicitis, diſtin. 16. Felin. in c. exceptionem, col. penul. verſ. modo prima pars, de except. hinc dicimus, publicas dignitates, ius publicum, publicas perſonas. arma autem geotilitia familiarum publica dici non poſſunt, ſed priuata, & inter eos de familia cõmunia,
9 & differunt inter ſe publicum, & commune, † ſecundum gl. in l. item lapilli, vbi Bal. nu. 5. ff. de rer. diuiſ. eſt text. in §. primo, Inſtitut. eodem titul. Bald. in Rubr. ff. eod. nu. 7. latè Bero. conſi. 140. nu. 5. vol. tertio, & ſanè nemo dixerit ſtemmata nobilis alicuius familiæ dici poſſe arma publica. Cum ergo verba ordinis non con-
10 ueniant, ipſa quoque diſpoſitio conuenire † non põt, l. ſi ſeruum, §. non dixit, ff. de acquir. hæredit. l. 4. §. toties, ff. de dam. infecto. Roman. cõnſi. 442. num. 5. quod ſi forte velit qs publica arma intelligi ea, quæ in loco ita patenti poſita ſunt, vt ab omnib. videri, & à nullo ignorari poſſint; reſpondeo, id minimè cõuenire poſ-

ſe auto

ſe auro,& argẽto priuato, eo enim caſu dicitur publi-
cum ratione loci, eum tamẽ in patinis aliave ſuppel-
lectili,locus ita conſiderari non poſſit, & recti ſermo-
nis ratio nõ patitur quod dicamus publica eſſe arma,
quæ ſuper rebus priuatorum picta ſculptavè conſpi-
ciuntur, ideo explodenda eſt eiuſmodi interpretatio,
cui recti ſermonis ratio repugnat; præcipuè cum non
agatur de diſpoſitione rudis alicuius perſonæ,vel ſim
plicis notarij,ſed peritiſſimi Cardinalis.

Quinto ex alio deprehenditur nõ ſenſiſſe ordinem
de armis gentilib.cuiuſuis familiæ,ſed de armis Prin-
cipũ,procerum,& illuſtriſſimorũ virorũ: quia non cõ-
tentus mentionẽ feciſſe de publicis armis, ſubijcit, *per
le quali ſi conoſca il vero padrone*, quæ verba reſtringunt
pręcedentia: quia relatiuum ſine copula adiectũ qua-
litati quæ non conuenit cuilibet de genere, ſtat reſtri-
11 ctiuè. † Bart.in l.ea tamen adiectio,ff.de leg.tertio, in
l.cunctos populos, vbi Signo.Salic.& Caccialup. C.de
Sum.Trin. & fide Cathol. dixi latiſſimè in conſil.127.
12 nu.47. & qualitas determinans verbum,limitat † di-
ſpoſitionem, Bart.in l.ex facto, col.2. ff.de vulg. Fel.in
conſi.25.nu.23.at ex impoſitione armorũ priuatę ali-
cuius familiæ, puta Ghiſleriorum, Maluezziorum, vel
alioqui equitum,& magnatum, non põt cognoſci quis
ſit rei dominus verus, vti requiritur in ordine: cũ eñ
in vna eademq; agnatione, & genere plures extẽt fa-
miliæ, plures domus,& diuerſæ habitationes, quibus
omnibus eadem arma ſunt cõia, & quæ eiſdem vtũtur
inſignibus, quomodo ex armis certificari poterit He-
bræus quis inter tot eiuſdem proſapiæ viros ſit domi-
nus: vulgo enim dicimus ignorari quòd multipliciter
13 poteſt † intelligi, l.veteribus, vbi glo.ff.de pact. Crau.
conſi.619.nu.11.conſi.415.nu.12.hinc lex plures habẽs
intellectus, non poteſt allegari, quia verum eius ſenſũ
14 ignoramus.† gl.in l.leges ſacratiſſimæ, C.de legibus,
latè Iaſ.in l.1. nu.21. C.de tranſact.& dubium dicitur
quòd multis modis intelligi poteſt.Fel. in proœ. De-
cret.col.2. Dec.in c.fi.in 3.nota.de conſtit.& ambiguũ
15 eſt verbum quod duobus poteſt conuenire. † Soc.in l.
in ambiguo, ff. de rebus dub. dum vero incertum eſt
cuius res ſit ex pluribus quibus ea inſignia conuenire
poſſunt, non poteſt Hebræus certificari de vero domi-
no, quia incertitudo generat cõfuſionem, & ignoran-
16 tiam, & vitiat † oẽm actum, vt latiſſimè probat Marſi.
in Rubr.C.de probat.nu.354.& ſeq.ideo inquit Crau.
17 quod incertitudo oritur ex verbis indefinitè † prola-
tis.Corn.conſ.415.nu.12.vbi propriè loquitur de plu-
rib. perſonis comprehenſis ſub oratione indefinita; &
dum dubitatur cui ex pluribus applicentur arma il-
la, dicitur Hebræus ignorare, nõ certificari, ex quo du-
18 bitans ignorãti comparatur.† l.fi.§.ſin autem dubius,
C.de furt.Becius conſi.111.nu.11.& generalitas obſcu-
19 ritatem parit, † l.in tradendis, ff.com.præd. Crau.cõ-
ſil.70.nu.20.Rim.conſi.5.nu.117.conſi.394.nu.79.Au-
getur argumentum: quia non ſolum ſignũ tale eſſe de-
bet quod ex eo dominus cognoſci poſſit, ſed etiam ve-
rus dominus. ita loquitur ordo, ideo verificari verba
non poſſunt in ſigno quod ex toto vni familiæ com-
mune, ſed in eo, quod vni ſolique viro conuenit, quale
eſt quod Logici appellant proprium, quod ſcilicet vni
ſoli, & ſemper conuenit.

Sexto oſtenditur, quia in eodem capitulo loquẽdo
de ligno crucis, dicitur licere Hebræis pignora capere
etiam ſigno crucis inſignita, ſi tamen ſignum ſit in ar-
mis, & auro vel argẽto, atq; ita admittit qđ ẽt pigno-
ra armis ſignata capere poſſint. vna aũt pars ſtatuti
20 declarat aliã, † l.vtrũ, ff.de petitio.hæred.l.1.ff.de reb.
dub.Crau.pro genero, nu.336.& nu.358.Cõcludo igi-
tur ex prædictis, non eo ordine interdici Hebræis fa-
cultatem pignora auri vel argenti capere, quantum-
uis armis inſignita, dum tamen ea non ſint arma Prin
cipum, aut dignitatũ in ordine expreſſarum: hancque
ſententiam poſſem multis alijs comprobare, niſi ſcirẽ
peritiſſimos aduocatos plurimum in eodem negocio
laboris, & ſtudij impendẽdo, ea ferę omnia adduxiſſe.

In ſecundo quoque articulo amplector opinionem
dicto Hebręo fauorabilem: nã etſi regulariter execu-
tio nõ retardetur per recurſum, & querelam, atque in
hoc inter reuiſionem, & appellationem Doctores di-
ſcrimen cõſtituunt, vt appellatione pendente ſenten-
tia nõ exequatur, iudicio vero ſupplicationis, & recur
ſus pendente, non prohibeatur iudex ſuam ſententiã
21 exequutioni demãdare, † vt pulchrè Guid.Pap.q.50.
Affl.in dec.231. Iaſ.Coraſ.& Neuiz. quos citat, & ſe-
quitur Menoch.de arbit.iud.q.70. nu.23. plures citat
Lancell.in tract. attẽtator.in 2.par.c.19. nu.15. in an-
tiq. vbi nu.19. dicit, quod hæc opinio tanquam verior
eſt amplectenda. Benintend. in dec.Rot.Bonon.78.in
fi.Contar.in l.vnica, q.8.nu.38.C.ſi de momen.poſſ. &
liceat iudici qui ſententiam tulit illam exequi, quãdo
commiſſa eſt cauſa appellatione remota, vti ſupponi-
tur appellationem non dari hoc caſu ex ordine gene-
rali inter capitula Hebræorum, ſecundum Bellam. in
c.paſtoralis, num.6. de appel.& deciſ.18.Contar.loco
præcit.q.4.nu.9. Tamen Bononiæ ſtatuto cautũ eſt, in
rit.de appellar. §.& quia per præſens, in fi.quod cauſa
querelæ per omnia ſuccedat loco appellationis. ſicuti
itaq; ſuſpenditur executio ſententię dum pendet ap-
22 pellatio, † c.ſuper eo, il primo, de appel. Doct.in Rubr.
de appel. Rom.conſi.37.nu.4.Soc.iun. conſi.75. nu.24.
vol.4.Pariſ.conſi.28.nu.26.vol.4.Bero.conſ.110.nu.40.
vol.3.Nat. conſ.583.num.5. Vantius titulo, quoties &
intra quod tempus, nu.48. cũ infinitis alijs quos omit
to, ita retardari dẽt quãdo pendet reuiſionis cauſa, ſeu
querelæ.& in terminis ſtante Bononienſi ſtatuto, hoc
voluit Bero. qui hoc ponit pro abſoluto, in conſi. 113.
nu.8.vol.3.quẽ citat, & ſequitur Lancell.d.c.19.nu.33.

Et quãuis deciſio hęc per ſe ſufficere poſſit, quia Do
ctoris etiam nihil allegantis, deciſio plurimum valet,
23 † Caſtr.in l.mutum, ff.de acquir.hæred.Iaſ.in l.non eo
minus, col.2. C. de procur. & habetur pro caſu legis,
quando contradicens non extat. Iaſ.in l.pen.col.pen.
C.de pact.Gomez.in §.æquè, col.6.in princ.Inſtitut.de
action.id quod debet multo magis procedere, cum is
Doctor eſſet eiuſdẽ ciuitatis ciuis, & habeat maximæ
authoritatis approbatorẽ: tamen patet prędictæ con-
cluſionis ratio, quia querela ex ſtatuto ſubrogatur ap
pellationi, ergo ſapere debet appellationis naturam,
l.ſi eum, §.qui iniuriarum, ff.ſi quis caut. & quãdo duo
æquiparantur à iure, tunc diſpoſitum in vno, locũ ha-
24 bet quoque in alio, † gl.magna, circa finem, in l.quod
vero cõtra, de legibus, in l.ſi quis ſeruo, in ver.corrum-
pi, vbi Bart.& alij, C.de furt. quæ opinio vendicat ſibi
locum etiam in pœnalibus, vt poſt prædictos, necnon
Iaſ.& alios probaui in conſi.33.nu.28. Item ſtatutum
non ſimpliciter vult, quod querela ſuccedat loco ap-
pellationis, ſed addit clauſulam, per omnia. quæ im-
portat, vt ſine exceptione recurſus ſortiatur in omni-
bus naturam appellationis, per ea quæ ponũt Docto-
res in l.1.ff.de legat.1.vbi præcipuè Iaſ.Crot. & Niger
cumulant plures deciſiones, & Crau.ibi, nu.44. & ſeq.
conſi.808.nu.6.& perinde eſt, ac ſi ſpecialiter eſſet ex-
preſſum, quod executio ſuſpendatur. Socin.conſi.300.
nu.2.vol.2.Socin.iun.conſi.124.num.8.vol.1.Menoch.
conſ.304.nu.11.Rot.dec.8.nu.5.& ſeq.par.2.in nouiſs.

Addo, quod ſtatutum debet aliquid operari vltra
25 ius commune, aliàs erit ſuperfluum, † vt voluit Bal. in
l.2.C.de appellat.vbi infert, quod in cauſa poſſeſſoria

non

non licebit in caſibus aliàs iure permiſſis appellare,
quādo cauſa fuit commiſſa appellatione remota, quia
fruſtra fuiſſet reſcripto reiecta appellatio quæ iam ex
lege communi non fuiſſet admittenda; idem in ſtatu-
to dicit Aret. conſi. 106. nu. 7. & 11. cōſ. 20. col. 3. ver. &
quia, quod ego alijs modis comprobaui in conſi. 252.
nu. 25. & alios addit Contard. d. l. vnica, in ampliatio.
nu. 131. at ante ſtatutum recurſus erat quoad omnia
26 executione excepta loco appellationis. † vt per Bal. in
§. ſancimus, nu. 3. quo remp. mil. & dicit Cæphal. conſi.
180. nu. 19. quod æquiparatur appellationi, & numera-
tur inter ſpecies appellationum. Lancel. loco præcita-
to, nu. 7. ideoque cum reſpectu aliorum nō eſſet opus
ſtatuto, fatendum eſt, quod ſtatutum voluerit reuiſio-
nem ſuccedere loco appellationis, non ſolum reſpectu
aliorum, ſed etiam quoad ſuſpenſionem.

Secūdo principaliter dico, quod etiam circumſcri-
pto eo ſtatuto, impeditur executio ſententiæ prædictæ:
quia ex deductis in primo articulo, conſtat eā eſſe ma-
nifeſtè, notoriè, & euidēter iniquam, & iniuſtā, (quod
pace Domini iudicantis citraque omnem illius iniu-
27 riam dictum ſit) ideo exequenda non eſt, † ſecundum
doctrinam Inn. in c. fraternitatis, de frigid. & malefic.
vbi inquit, quod ſentētia euidenter iniuſta, non poteſt
exequi, ſed retractari debet, etiā ſi ab ea non ſit appel-
latū. idem dicit in c. plerique, de immun. Eccleſ. Barb.
in cap. 1. de offic. ordin. & dicit Butr. in c. ſuam, in pen.
notab. de pœn. quod iniuſtitia notoria impedit ne ſē-
28 tentia tranſeat in iudicatum. † Dec. in c. quoniā con-
tra, nu. 36. de probation. ideo gl. in c. ex conqueſtione,
de reſtitut. ſpoliat. dicit, quod appellatione reiecta nō
ea includitur quæ interponitur ab euidenti iniuſtitia
29 ſentētiæ. † ſequitur Bal. ibi, nu. 5. Abb. nu. 3. & alij om-
nes, multoſque addit Contar. d. l. vnica, limitat. 9. nu.
4. vbi latè proſequitur. & quamuis eo caſu nō ſufficiat
probare iniuſtitiam, niſi oſtēdatur illā eſſe notoriam.
Et latè per Contard. loco præcitato, lim. 7. num. 56. &
ſeq. & limitat. 9. num. 8. & ſeq. tamen ſatis dicitur eui-
30 dens, & notoria, quando conſtat ex actis. † Ang. in l. ſi
pars, ff. de inoffic. teſta. dixi in conſi. 61. nu. 23. & 59. &
ſeq. huiuſmodi enim iniuſtitia æquiparatur nullitati,
31 † c. inter ceteras, de re iud. Fel. in c. quoniam contra,
nu. 40. de probat. Affl. dec. 39. nu. 5. dixi eod. conſil. 61.
nu. 24. & 52. Maſcard. de prob. concl. 1114. num. 5. Rot.
dec. 361. nu. 4. in 1. par. in nouiſſ. & deciſ. 644. ead. par.
quinimo, iudex deſiſtere debet ab executione ſenten-
tiæ quæ ſit notoriè iniuſta, etiam ſi pars non opponat
32 de iniuſtitia. † Anch conſ. 208. nu. 6. Rom. conſi. 51. nu.
2. Hier. Gabr. conſil. 43. num. 47. vol. 1. vbi ſubdit, quod
hæc opinio hodie in vrbe habetur pro vera, & com-
muni, & indiſtinctè practicatur.

Non obſtabit clauſula, quæ fuit addita partibus in
contradictorio auditis, (cum facultate ſcilicet in pri-
mis, & ante omnia exequēdi prout de iure ſi quid exe-
quendum, &c.) ea enim non alterat iuris communis
diſpoſitionem, nec efficit, quod exequatur ſententia
quæ aliàs de iure non merebatur executionem, vt in
terminis Rota dixit deciſ. 135. præſentata. lib. 1. inter
deciſ. Caputaquenſ. ſequitur Lancell. d. tractat. de at-
tentat. par. 2. c. 4. limit. 11. num. 11. & limit. 28. num. 3.
in antiquis, vbi dicit cōmiſſionem qua mandatur com
penſationem fieri prout iuris fuerit, non inducere at-
tentata, licet iudex ſpreta compēſatione fuerit execu-
tus ſententiam, ſi de iure compenſatio fieri non debe-
bat. dictio enim, prout, ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè,
33 † l. ſi teſtamentum, C. de inſtit. & ſubſtit. l. 1. C. de bo-
norum poſſeſſ. contra tab. Dec. conſi. 360. num. 6. Ruin.
conſil. 25. nu. 11. vol. 1. Soc. iun. conſil. 122. nu. 33. vol. 3.
Gozad. conſi. 84. num. 6. Neuiz. conſi. 12. num. 4. & vbi
apponitur iuri, idem eſt, vt quando dicitur, prout iuris
erit, vel ſecundum ius, vt eſt tex. in l. pactum quod bo-
na fide, vbi gl. & Aret. C. de pact. quinimo, dictio illa,
34 conditionaliter, quando eſt poſita in reſcripto. † Ro-
man. conſi. 336. nu. 3. vbi loquitur in reſcripto execu-
tionem committente. Felin. c. 2. col. 4. verſi. ſcias etiam
quòd aliquando in literis, de reſcript. & de clauſula,
Prout iuris, quòd ſtet conditionaliter, ponit Pariſ. ad
Bar. in Extrauagan. Ad reprimen. in ver. prout, vbi ait,
ſe allegaſſe coram Epiſcopo Cremonēſe contra quen-
dam aduocatum, qui neſciuit reſpōdere, & vult, quod
importet, ſi de iure erit. & idem Pariſ. conſi. 12. nu. 191.
vol. 2. dicit, quod ponitur iuſtificatiuè.

Concludo itaq; ſententiam notoriè iniuſtam eſſe,
& nullo modo executioni demandari poſſe, atque ita
iuris eſſe exiſtimo, ſaluo ſemper meliori iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicōmiſſo bona eſſe ſuppoſita, & interim poſſe alienari ſi-
mul ſtare poſſūt, quia in non alienatis cenſetur datus ſubſti-
tutus, & videtur fideicōmiſſum factū de eo quod ſupererit.*
2 *Actus tribuitur ordinanti non exequenti.*
3 *Factum ab hærede de ordine teſtatoris, reputatur factum à
teſtatore.*
4 *Facere videtur qui per alium facit.*
5 *Legata poſſunt in arbitrium hæredis conferri, quia intelligi-
tur de boni viri arbitrio, non etiam de libera voluntate.*
6 *Quantitas ſi ſit incerta, vel non ſit expreſſa, ſuſtinetur nihi-
lominus legatum in arbitrium hæredis collatum.*
7 *Voluntati liberæ nunquam intelligitur commiſſum, quando
in aduerſarij voluntatem aliquid remittitur.*
8 *Arbitrio hæredis etiam conditionaliter committi poteſt le-
gatum, quando eſt expreſſa certa quantitas.*
9 *Declarans non diſponit, ſed diſpoſitum detegit, & manife-
ſtum facit.*
10 *Voluntas teſtatoris poteſt ab eo declarari cui ille commiſit.*
11 *Declaratio voluntatis teſtatoris probari poteſt duobus teſti-
bus, ipſa vero ſubſtantia tot requirit teſtes, quot ſunt neceſ-
ſarij ad principalem diſpoſitionem conſtituendam.*
12 *Legatū factū alicui ſi Titius Capitoliū aſcēderit, validū eſt.*
13 *Relictū factū alicui cū hæres vel tertius voluerit, ſuſtinetur.*
14 *Fideicōmiſſum relictū Titio, ſi hæres non noluerit, ſuſtinetur.*
15 *Ademptio legati ſi poni poteſt in voluntate hæredis, ita &
datio.*
16 *Velle inter & nolle datur medium, id eſt non velle.*
17 *Teſtamentum factum inter liberos eſt in multis priuilegia-
tum, & dicitur inter liberos, quādo factū eſt inter nepotes.*
18 *Legatum collatum in liberam hæredis vel alterius volunta-
tem, ſuſtinetur fauore piæ cauſæ.*
19 *Piæ cauſæ præfertur fauor filiorum.*
20 *Argumentum de perſona ad rem, vel econtra valet, & de
perſona ad tempus.*
21 *Subſtitutio dicitur ſecunda inſtitutio.*
22 *Alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, purificato fi-
deicommiſſo, remanet nulla, & dominium tranſit recta via
in fideicommiſſarium.*
23 *Diſponere quis non poteſt, nec cenſetur diſpoſuiſſe de alie-
nis bonis.*
24 *Inſtitutione in generali non veniunt bona quæ teſtator per fi-
deicommiſſum tenebatur alijs reſtituere.*
25 *Conſentire quis poteſt vt de rebus ſuis alius teſtetur.*
26 *Vltima voluntas non debet pendere ab alieno arbitrio.*
27 *Captatoria eſt illius voluntas qui dicit, volo quod Titius
poſſit de bonis meis diſponere, & quod quicquid diſpoſuerit
ſit meum teſtamentum.*
28 *Legatum non poteſt conferri in voluntatem hæredis.*
29 *Militis teſtamentum non ſuſtinetur vbi committitur alienæ
voluntati.*

Inſti-

30 *Iuſtitutiu vitiatur, quando pendet ab alieno arbitrio.*
31 *Contractus etiam per modum conditionis in alterius voluntatem collatus, ſuſtinetur.*
32 *Arbitrium important iſta verba, ſi aſtimaueris, ſi putaueris, ſi comprobaueris, ſi arbitratus fueris, ſi tibi videbitur, ſi placebit, & plura ſimilia.*
33 *Diſponere, nihil aliud eſt quam ordinare, & ſuo quoque loco omnia in ſuum ordinem redigere, collocare, & reponere.*
34 *Effectus attendendus eſt non verba.*
35 *Contractus nomē attēdendum non eſt, ſed eius conuenientia.*
36 *Omne qui dicit nihil excludit.*
37 *Verba importantia arbitrium boni viri, extenduntur ad ſignificandum liberam voluntatem, quando alia adijciuntur quæ liberam denotent voluntatem.*
38 *Voluntatem liberam licet verba ſignificent, ſi tamen alia ſequantur quæ boni viri arbitrium ſignificent, priora reſtringuntur, & ſolum arbitrium intelligitur commiſſum.*
39 *Verba quæ ſignificant arbitrium boni viri, & ſimul liberam voluntatem, in dubio important arbitrium.*
40 *Qualitas adiecta verbo illud qualificat, & reponit in diuerſa ſpecie.*
41 *Verbum ſignificatiuū liberę voluntatis appoſitum verbo denotanti arbitriū, extendit illud ad abſolutam voluntatem.*
42 *Arbitrium importantia verba ſi ponantur geminatè, reſoluuntur in liberam voluntatem.*
43 *Teſtator vbi non diſponit ſed committit hæredi vel alij diſponendi facultatem, conceſſio eſt nulla, ſiue verba importent arbitrium, ſiue voluntatem.*
44 *Arbitrio alieno committi non poteſt facultas diſponendi, & teſtandi.*
45 *Relictum arbitrio alterius ſuſtinetur fauore piæ cauſæ.*
46 *Paria ſunt diſpoſitionem non eſſe factam, & haberi pro non facta, vel eſſe reuocatam, & non habuiſſe effectum.*
47 *Legatum collatum in arbitrium hæredis quantitate non expreſſa, vel re non deſignata, eſt nullum ſi arbitrium eſt conditionaliter poſitum.*
48 *Arbitrio alieno non poſſe committi diſponendi facultatem, procedit tam in inſtitutione, quam in legatu, & alia ſpecie vltimæ voluntatis.*
49 *Declarans nihil dat.*
50 *Declaratio verſatur circa res dubias non circa claras.*
51 *Declaratio habetur pro noua diſpoſitione, quando reſpicit ſubſtantiam actus.*
52 *Vtile non vitiatur per inutile.*
53 *Voluntas velata quæ dicatur.*
54 *Principaliter quod fit attenditur, non quod venit in conſequentiam.*
55 *Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis non valet inter liberos.*
56 *Teſtamentum ad piam cauſam nutu fieri poteſt.*
57 *Nutu fieri non poteſt teſtamentum inter liberos.*
58 *Pia cauſa fauorabilior eſt quam liberorū, legitima excepta.*
59 *Diſpoſitionem collatam in alienum arbitrium valere fauore piæ cauſæ, non eſt tutum, cum multi contradixerint.*
60. *Solemnitas eadem requiritur de iure ciuili in teſtamento ad pias cauſas, quæ in alijs.*

CONSILIVM CCCLXXX.

DOMINVS Antonius Furnarius in ſuo teſtamento inſtituto D. Bartholomæo filio hærede vniuerſali, ſubſtituit ei quatuor nepotes ex codē filio, Ioānem autem ex dicto Bartholomęo nepotem excluſit, & vno dictorū quatuor nepotū decedēte ſine filijs ſubſtituit ſuperſtites, & eorū filios, excluſo ſemper dicto Ioanne, & eius deſcendentibus, deficientibus autem omnibus prędictis quatuor nepotibus ſine filijs, ſubſtituit Ioannem, ſeu Ioannis filios, & vbi Ioannes ſine filijs deceſſiſſet, ſubſtituit ei quatuor ſupra nominatos fratres, & eorū liberos. In codicillis aūt iuſſit, & ordinauit, ꝙ in prædictis ſubſtitutionibus in ſuccedendo tm̄ attendatur, & obſeruetur oē id, & totum quod fuerit diſpoſitum, declaratū, & ordinatū à Bartholomęo hęrede inſtituto, quem aſſeruit plene informatum de mente teſtatoris, & caſu quo aliquid ſtatueret contra ipſius teſtatoris diſpoſitionē, tūc caſſauit, & annullauit eam, ipſo verò hærede nihil declarante, voluit illam ſeruari; mortuo autem teſtatore, D. Bartholomæus filius, & hæres vtēdo facultate ſibi à patre cōceſſa, decedēte vno ex ſuis filijs ſine liberis, ſubſtituit omnes alios, & aliorū liberos incluſo quoq; Ioāne, & eius liberis, & vlterius omnibus prædictis filijs ſuis, & deſcendentib. liberā conceſſit alienandi, & de prædictis bonis diſponēdi facultatem. Nunc defunctis ſine filijs tribus ex quatuor nepotib. à D. Antonio ſubſtitutis, quartus ſuperſtes prætendit licere ſibi auita bona alienare in præiudicium eorū qui à Ioāne deſcendunt, quia vigore contentorū in dictis codicillis potuerit D. Bartholomæus talē facultatem tribuere, non obſtantib. ſubſtitutionibus de quib. ſupra: poſſunt enim ſimul ſtare, quod ſint fideicommiſſo, & reſtitutioni ſuppoſita, & interim poſſint alienari: quia in non alienatis cēſetur datus ſubſtitutus, & videtur fideicommiſſum factum de eo quod ſu-
1 pererit. † Soc. in conſi. 123. vol. 3. Iaſ. cōſi. 231. col. fi. vol. 2. Ruin. conſi. 76. nu. 13. vol. 2. Crot. in conſil. 48. nu. 12. Alc. in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 51. in fi. ff. de leg. 1. poterat enim teſtator fideicommiſſum non relinquere, l. ſi fundum per fideicommiſſum, §. fin. ff. de leg. 1. Cin. & Bar. in l. 1. §. fi. ff. de vulg. Soc. d. conſi. 123. in prin. & nō refert quod alienandi facultas conceſſa fuerit à D. Antonio, vel à D. Bartholomęo ex authoritate ſibi per D. Antonium permiſſa, quia actus omnis tribuitur ordi-
2 nanti, non † exequenti, l. item eorum, §. ſi Decuriones, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. & quidquid fit ab hæ-
3 rede de ordine teſtatoris, reputatur factum à † teſtatore, l. hæres teſtamento, ff. de act. empt l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, ff. de leg. 2. infinitos cumulat Tiraq. de legib. connubial. gl. 8. nu. 184. & ſeq. dixi in cōſil. 29. nu. 3. & omnia noſtra facimus, quibus noſtram authoritatem impartimur. & qui per alium facit, ipſe
4 facere videtur, † c. qui per alium, de reg. iur. in ſexto, l. ita, §. quod ſi quis, ff. de adminiſtr. tutor. l. 1. §. deieciſſe, ff. de vi, & vi armata, l. non ideo, C. de accuſation. l. & ſi percuſſor certus ſit, ff. ad Sillanian.

Nec impedit quod oppoſitum fuit non ſuſtineri diſpoſitionem Domini Antonij per quam filio tribuitur ea facultas alterandi ſuas ſubſtitutiones, quaſi contulerit in hæredem, ſeu hæredis liberam voluntatem vltimam ſuam voluntatem, cum tamen vltima voluntas pendere non debeat à libera alterius quam ipſius diſponētis voluntate: nā pluribus modis id euitatur, & primo quidem, quia legata poſſunt in arbitriū hæredis conferri, quia intelligitur de boni viri arbitrio,
5 non ēt de libera voluntate, † l. fideicommiſſa. §. quamquā, ff. de leg. 3. l. ſi in prin. ff. de leg. 1. Bar. in l. captatoriæ, ff. de leg. 1. in l. captatorias, ff. de hær. inſt. & in l. 1. vbi eū ſequuntur omnes Doct. ff. de leg. 2. & hanc dicit cōem Abb. in conſi. 4. nu. 9. vol. 2. latè Alex. & Iaſ. in l. ſi ſic, ff. de leg. 1. atteſtatur de communi. Didac. in c. cum tibi, nu. 7. de teſta. vbi reprobat gl. ibi contrarium tenentem. Peregr. de fideic. art. 23. num. 65. vbi loquitur non minus de fideicommiſſo quam de legato. Vaſq. de ſucceſſion. creat. §. 17. num. 79. in fine, vol. 2. & ratio eſt, quia hæres cogitur arbitrari, & ſi iniquè fit arbitratus, datur recurſus ad arbitrium boni viri, ſecundum Bar. in d. l. 1. num. 9. & 12. de leg. 2. Afflict. in deciſ. 371.

Peregr.

Peregr.in d.art.23.num.65.circa medium,& num.69.
Et procedit hæc opinio ẽt ſi quãtitas ſit incerta,vel
non ſit expreſſa,quia nihilominus ſuſtinetur legatum
6 in arbitriũ hæredis collatũ, † ex quo tunc ſecũdm patri-
monij quantitatẽ, & valorem, & dijudicari pôt quãtũ
fuerit legatum,vt probat tex.in d.l.1.ff.de leg.2.& ibi
declarat gl.& ſequuntur Bar.& rõ eſt, quia quantitas
eſt certa non ſolũ legi,ſed ẽt bono viro,ex quo tale re-
putatur arbitriũ quale eſſe debet, vt inquit Bal. ibi, in
2.lectura,nu.2. & ſeqq. & eo ipſo quod teſtator cõfert
in arbitriũ alterius vr̃ declarare quantitatem q̃ bonus
vir debet arbitrari,& à principio vr̃ relicta à teſtatore
quantitas quæ ex poſt facto fuit arbitrata, vt declarat
Imol.in 2 col.in prin. & licet quantitas quoad nos ſit
incerta,cẽſetur tñ certa in rerum natura, & quoad le-
gem,quæ fingit illam quãtitatem eſſe legatã, quæ fuit
arbitrata, vt inquit Caſtr.nu.2. qui nu.6. in fine dicit,
quod ex quantitate patrimonij,vel ex qualitate cauſæ
expreſſe ſit declaratio,ſeu arbitramentũ.& dicit Alex.
nu.3.quod attẽditur incertitudo quæ eſt in rerum na-
tura non quæ eſt apud nos; ideo ſi qoãtitas quoad le-
gem,& naturã eſt certa,non curamus quod ſit incerta
quo ad nos,ſufficit enim quod certa ſit in rerum natu-
ra.Ang.in conſil.97.nu.2. verſi.contrarium tñ. in caſu
aũt noſtro vr̃ diſpoſitio collata in arbitrium,nõ in vo-
luntatem:quia dixit de eo quod a filio, & hærede fue-
rit diſpoſitum,declaratum,& ordinatũ,quæ verba nõ
abſolutam voluntatem,ſed arbitrium importãt, vt de
ſe patet. & quandocunque cognitio confertur in vo-
luntatem aduerſarij,intelligitur ſi reguletur arbitrio
boni viri,l.Thais,§.ſorore,ff.de fideic.liber.& nunquã
intelligitur commiſſum liberæ voluntati, quando in
7 aduerſarij voluntatem aliquid remittitur, † vt inquit
Inn.in c.veniens,de renunciation. Benedict. in c.Rai-
nut.in 1.par.in verſ.condidit,il primo,nu.22.de teſta.
vnde in dubio interpretari debemus quod fuerit re-
miſſum arbitrio potius quã liberæ voluntati hæredis.
Et cum hoc caſu præceſſerit certa diſpoſitio in qua
extant plures ſubſtitutiones,ſuſtineri debet ẽt ſi facta
ſit ſub conditione: quia expreſſa quantitate certa,po-
teſt legatum aut ſubſtitutio cõmitti ẽt cõditionaliter
8 arbitrio hæredis,† vt ꝓbat tex.l.ſi ſic,in prin.ff.de leg.
1.vbi notãt oẽs,præcipuè Bal. Florian. & Iaſ. declarat
Bar.in d.l.1.nu.3.ver.aut expreſſare,ff.de leg.2.vbi ait,
valere,ſed neceſſe eſſe quod hæres arbitretur,vel ſit in
mora arbitrãdi,d.l.Thais,in §.ſorore,& l.in iure ciui-
li,ff.de cond.& dem.l.fideicõmiſſa,§.quamq̃,in 1.re-
ſpon.ff.de leg.2.Caſtr.d.l.1.nu.7.vbi diſtinguit,an di-
ctũ ſit hoc caſu,ſi volueris,vel ſi arbitratus fueris;quia
ſi in voluntatẽ, nõ valet;ſi verò in arbitriũ,valet.Imo-
la ibi,qui col.3. in fi. verſ.rõ aũt quare,dicit diuerſita-
tis rõnẽ eſſe,quia vbi eſt in arbitriũ hęredis,receditur,
ſi male fuerit arbitratus.vbi verò eſt in liberã volũta-
tẽ,non pôt ab iniuſto arbitrio recedi,proinde non va-
let.ſequuntur Alc.nu.12. verſi. item adde inquantum
Bar.vbi reprehendit Caſtr.contrariũ tenentẽ, qñ hæ-
res nollet arbitrari. Peregr.d.art.23. nu.65. & 69. vbi
iſto caſu poſt ſupra relatos Doctores cõſtituit differẽ-
tiã inter relictũ incertũ,& certæ rei,quia primo caſu ſi
purũ ſit,q̃uis cõmiſſum arbitrio hæredis, valet, ſed nõ
valet ſi ſit conditionale.ſecundo verò caſu q̃uis ſit cõ-
ditionale,valet. & hãc cõem eſſe opinionem defendit
Coſta ſelect.interpret.lib.1.c.21.in prin.quæ autem
verba liberam voluntatem, & quæ arbitrium impor-
tent latè proſequitur Iaſ. in l.ſi ſic,in princ. ff.de leg.1.
Secundo reſpondetur, quod in præſenti facto ſub-
ſtantia ſubſtitutionis non eſt collata in arbitrium,ſeu
volũtatẽ hæredis,ſed ſola declaratio: nã teſtator pro-
teſtatus eſt hæredem eſſe plenè informatum de ipſius
voluntate;declarãs enim nõ diſponit, ſed diſpoſitum
9 detegit,† & manifeſtum facit,l.hęredes palam,§.quid
verò,ff.de teſtam.Simon de interpret.vlt.volont.lib.1.
interp.1.dubit.5.in prin.nu.2.fol.38.vbi infert,quod is
cui fuit cõmiſſa declaratio, non pôt ea ſemel facta va-
riare,quia variatio ſubſtãtiã deſtruit declarationis,&
declaratũ ab eo cui id muneris iniunctũ fuit,dr̃ diſpo-
ſitũ à teſtatore l.vnũ ex familia,§.1.vbi Bar.ff.de leg.2.
Doct.in c.nouit,de appell.Dec.in cõſ.492.nu.2. Crau.
cõſ.122.nu.3.& dixi ſupra,in ver.& procedit,& dr̃ po
tius teſtimoniũ ferri de voluntate defuncti q̃ proferri
declarantis iudiciũ,vt inquit Bar.in l.Theopõpus,nu.
7.ff.de dot.præleg.& quod volũtas teſtatoris poſſit ab
10 eo declarari cui ille cõmiſſit,†probat tex.in d.l.Theo-
põpus,& in l.quẽ hæredi,ff.de cond.& dem. vbi Caſtr.
& alij, & quõ fieri debeat eiuſmodi declaratio citata
parte,vel cũ iurõ,vel aliter,ponit Card.Mant. de con-
iect. vlt.volun.lib.3.tit.1.nu.15.& ſeqq. Et hæc decla-
ratio differt à ſubſtãtia diſpoſitionis, quia declaratio
probari pôt duobus teſtibus, ipſa vero ſubſtantia tot
requirit teſtes,quot ſunt neceſſarij ad principalem di-
11 ſpoſitionẽ conſtituendã.† gl.in l.hæredes palã, §.ſi qd
poſt,vbi Doct.de teſta.Oldr.conſi.297.num.7.Signor.
conſi.188.nu.19.latè Card.Mant.d.tract.lib.12.tit.16.
nu.2.& multis ſeqq.& lib.5.tit.14.nu.12. & in propo-
ſito, quod in volũtatem alterius cõmitti poſſit decla-
ratio,probat tex.in l.fideicommiſſaria,la ſeconda,§.fi.
ff.de fideic.liber.l.vtrum,§.cum quidam,ff.de reb.dub.
Cin.Bar.Alc.Dec.& alij,in l.captatoriæ, C.de teſtam.
milit.& ad hoc multos cõgerit Didac.in c.cũ tibi, nu.
11.de teſta.Soarez in tract.de captator.volunt.nu.6.in
verſi.cõior eſt opinio. Craſſus in §.inſtitutio, q.18.nu.
16.ponit Ruin.in conſ.19.nu.5.lib.2.vbi reſtringit ad
caſum quãdo dicit teſtator illum cui committitur de-
claratio,eſſe informatum de ſua voluntate, & in conſ.
21.nu.10.eod.vol.repetit idem,volens contrarium at-
tendi,quando nõ eſt dictum quod ſit informatus,quia
ſecundo hoc caſu ſubſtantia diſpoſitionis videretur
pendere à voluntate tertij. cum ſequuntur Peregr. in
tractatu de fideic.art.23.nu.58.vbi nu.57. ponit,quã-
do commiſſa eſt declaratio vel electio alicuius incerti
de certis,& vult idem eſſe. Ang.in cõſ.97.col.2.Simon
in loco inferius allegando,nu.3.Soc.in §.cum quidam,
nu.2.Bened.d.verſ.condidit,num.4. ſic igitur in facto
noſtro in quo proteſtatus eſt teſtator hæredem infor-
matum eſſe de ſua voluntate,propterea diſpoſitio de-
bet ſuſtineri non autem corruere.
Tertio non fuit abſolute in liberam volũtatem hæ-
redis commiſſum,quod poſſit ſubſtitutiones euertere,
& alterare;ſed dictũ quod attenderetur quidquid fo-
ret ab hærede diſpoſitum,& ordinatum,at ſi nihil ille
ordinaſſet,attenderentur iã factæ ſubſtitutiones,pro-
pterea facultas diſponẽdi collata fuit in velatam,ob-
ſcuram, & tectam hæredis voluntatem, quod non eſt
prohibitum,l. nonnunquam, ff.de cond.& demon.vbi
quando dictum eſt, lego tali, ſi Titius Capitoliũ aſcẽ-
12 derit.† gl.& Doct.in d.c.cum tibi,vbi Didac.nu.7.gl.
in l.1.in ver.eodẽ modo,ff.de his q̃ pro non ſcript. in l.
captatorias,in verſi.conditio,Pariſ.in conſi.38.nu.54.
vol.3 Soc.in d.§.cum quidam, nu.2. alios citat Simon
in d.tract.lib.2.dub.1.interpr.1.fol.3. nu.3. folio mihi
80. Craſſus d. q.18. nu.5. vbi dicit rationem eſſe,quia
impleri poteſt conditio ipſo hærede ignorãte. Bened.
in d.verſi.condidit, nu.3. Coſta ſelect. interpr.lib.1.c.
21.nu.13. vbi reprehendit Theoph.contrarium tenen-
tem. Peregr.d.art.23. num.65.& 68. & hac ipſa ratio-
ne dicunt Doctores ſuſtineri relictum factum alicui,
13 cum hæres vel tertius voluerit, † quia hoc caſu volun-
tas eſt non libera,ſed velata, & principaliter commit-
titur

Digitized by Google

titut tpis declaratio, non autem facultas deſtruendi
legatum,l.vxorem,§.pen.ff.de leg.3.l.fideicommiſſa,§.
ſic fideicōmiſſum,ff.de leg.2.vbi Bar.Alber.& alij no-
tant.l.centeſimis,§.fin.ff.de verb.obl. Doct.in l.ſi ſic,in
prin.ff.de leg.1.in l.1.ff.de leg.2.in l.verum,§.cum qui-
dam,ff.de reb.dub. vbi Soc.nu.3. ponit differentiæ ra-
tionē, quare hæc conditio cum voluerit vitiet contra-
ctum,& non vltimam voluntatē.Did. d.c.cū tibi,nu.9.
verſ.fieri etiam legatū poteſt.Coſta d.c.21.nu.15.facit
Oſaſc.deciſ.Pedem.111.nu.4.& 10. Pereg.d.nu.65.&
nu.67.vbi dicit,quod moriendo verificatur actus ac ſi
declaraſſet velle, licet aliud ſit in contractibus. & idē
repetir nu.71.& hoc caſu in tm̄ verum eſt ſubſtātiam
diſpoſitionis non pendere à voluntate illius qui poſi-
tus eſt ſub cōditione,cum voluerit,quod ſi diceret ex-
preſsè ſe nolle, ſuſtineretur nihilominus relictū: quia
ſolius tpis declaratio eſt illius voluntati commiſſa.
Ange.in l.centeſimis, §. fin.ff.de verb.obl.idem volue-
runt Caſtr.& Alex.in l.1. ff.de leg.2. Soc.d.§.cum qui-
dam,nu.3.Peregr.in d.nu.65. poſt prin. vbi volunt qđ
contradictione non obſtante, mortuo hærede, purifi-
catur legatum,& incipit deberi,& tm̄ certum eſt,quod
ſub conditione illa, cū voluerit, tacitè continetur cō-
ditio,ſi voluerit.Soc.d.§.cum quidam,nu.2.hoc autem
operatur velata,& non aperta voluntas,& hac ipſa ra
tione Ang.in d.l.centeſimis,§.fi.dicebat ſuſtineri lega
tum factum ſub conditione, ſi hæres declarauerit ſe
velle: quia cōditio non reſpicit expreſſam voluntatē,
ſed cōſiſtit in facto declarationis volūtatis, & ſequun
tur Caſtr.ibi, quia declaratio volūtatis eſt quid facti,
l.pro hærede,in prin.ff.de acq.hære. & defendit Soc.d.
§.cū quidam,nu.2. licet in fine relinquat cogitandum,
pp Bartoli authoritatem, non autem p rōnes quib.
dicit ſe non moueri.& videri poterit Peregr. d.nu.65.
verſ.quid aūt ſi dictum ſit. differt ergo velata volūtas
ab abſoluta, & diuerſimodè iura ſtatuūt in illis caſib.

Quarto,ſi rectè verba D.Antonij conſiderentur, vr̄,
quod eius diſpoſitio non ſit collata in voluntatem hæ
redis, ſed potius facta ſit ſub conditione, ſi hæres non
contradixerit: poſtq̄ enim dixit attendi velle quid-
quid hæres diſpoſuerit, ſubdit, illo non diſponēte fir-
mas ſtare debere ſubſtitutiones à ſe factas, atque ita
perinde eſt,ac ſi dixiſſet,velle. quod ſubſtitutiones ſu-
ſtineātur,niſi hęres vel contradixerit,vel declarauerit
ſe contradicere, quo caſu diſpoſitio non dr̄ collata in
voluntatē hæredis, nec pendere ab illius voluntate,&
conſequēter ſuſtinetur, & eſt valida,per tex. in l.fidei-
cōmiſſa,§.ſic fideicommiſſum,ff.de leg.3. vbi ait,ſuſti-
neri fideicōmiſſum Titio relictum,ſi hæres non nolue-
14 rit,† & rō eſt:quia fideicōmiſſum nō eſt conditionale,
ſed purū,vel ſaltē quaſi conditionale.& Bart.dicit,qđ
legatum eſt, ſed ſub cōditione adimitur, vt in l.2.ff.de
in diem addict. ſequitur Bald. poſt Andr. de Piſis,qui
ideo reprehendit gl.ibi,quæ volebat illa verba,niſi no
luerit, reſolui in conditionē,ſi voluerit; & inquit Bal.
quod legatū poni pōt in voluntatē extinctiuā non vi-
tiatiuam relicti.& idem Bal.in l.1.in 2.lect.col.2.ff.de
leg.2. dicit, quod legatū committi pōt in voluntatem
extinctiuam, non aūt in inductiuā grauati, allegat §.
ſic fideicōmiſſum.& Caſtr.in l.non nunq̄,ff.de cond.&
dem. dicit, quod iſto caſu ſubſtantia legati commiſſa
non eſt voluntati hęredis,ſed reſolutio:aliud enim eſt
legare ſi hæres voluerit, quo caſu legatum non valet,
aliud verò,niſi hæres noluerit,& tunc valet.idem pro-
barunt Imola,& Alex. in l.quodcunque,§.fi.ff.de verb.
obl.ponderando tex.in d.§.ſic fideicommiſſum. Did.
d.c.cū ſibi, nu.9. vbi inquit legatum eſſe purū, ſed ſub
conditione ademptum,etſi ſemel hæres dixerit ſe vel-
le,non poterit variare: ſi verò non cōtradixerit, ſuſti-
netur legatū,in tm̄, quod ſi ante volūtatis declaratio-
nem hęres deceſſerit,legatarius non timebit adēptio-
nem:quia in hæredē non tranſit ius declarādi.Peregr.
d.nu.65.& declarat optimè Sarmien.ſelect.interpret.
lib.2.c.6.nu.20.& 22. vbi oīno videndum eſt, ſed ante
eum Coſta in eod.tractatu,lib.1.c.24.per totū,vbi latè
agit de intellectu d.§.ſic fideicommiſſum,dicens,con-
ditionem iſtam niſi hæres noluerit intepretari pro ſe,
non ſi hæres meus noluerit,vel ſi non contradixerit,&
licet in hæredis voluntate poni non poſſit, an debeat
fideicōmiſſum,poterit tm̄ conferri,an nō debeat,& di-
uerſitatis rōnem aſſignat: quia cōditio,ſi voluerit, vbi
valida eſſet, impediret ne fideicommiſſum debeatur
ante declarationē.illa verò,ſi non noluerit, non impe
dit: & ideo ſi poſt aditionem hæres furere incipiat,fi-
deicōmiſſum debetur, quia nolle non poteſt. & idem
eſt ſi hæres,qui poterat nolle decedat non facta decla-
ratione. Hanc ēt cōem eſſe ſniam,quod legatum reſpe
ctu ademptionis tm̄ committi poſſit in liberam hære-
dis voluntatem, repetit Coſta, d. lib.1. c.21.nu.10.in
fine,& quamuis in contrarium facere videatur cōclu-
ſio, quod ſi adēptio poni poteſt in voluntate hæredis,
15 ita & datio,† per tex.in l.legata,§.quib. ex cauſis,ff.de
adim.leg.Bald.in d.l.captatorias,in 6.q. vbi Iaſ.nu.2.
C.de teſt.mil.Bened.in d.verſ.condidit,nu.4.Coſta d.
c.21.nu.11. verſ. ergo ſi ademptio. Peregr. d. articulo
23.nu.73.tm̄ Coſta d.c.24.nu.8.dicit procedere,qn̄ di-
uerſitatis rō non ſubeſt, ſed ſubeſt hoc caſu, quia con-
ferri non pōt in voluntatem hæredis, an debeat: ſed
bene committi pōt an non debeat: eſt verum,qđ mihi
non probatur hæc rō:eadem enim eſt cū dicto; & ideo
quæri poſſet, quare cōmitti pōt, an non debeat potius
q̄ an debeat; cū in ſecunda cōtineatur ēt prima,& de-
clarare videatur velle,qn̄ non dicit non velle,vnde cre
do meliorem eſſe rōnem, quia conditio,ſi voluerit,re-
ſpicit per neceſſe abſolutā hæredis voluntatem, con-
ditio verò,ſi non noluerit, non dr̄ per neceſſe collata
in eiuſdem hæredis voluntatē: purificari enim poteſt
ſine eius voluntate,puta,ſi non declaret velle aut nol-
le: vt quia decedat,vel furere incipiat:& morte vel ali
ter deſinat velle, aut nolle: nā inter velle & nolle da-
16 tur medium,ideſt non velle.† ſecundum Bart.in l.iam
dubitari,nu.1.ff.de hæred.inſtit. in l.1.§.qui ſemel,in fi-
ne,ff.de ſucceſſor.edicto.Bal.poſt gloſ.in l.verbū,nu.1.
C.de fideicom.latè, & pulchrè Dec. in l.eius eſt nolle,
nu.6.ff.de reg.iur.facit Bar.in l.quæ dotis,nu.21.ff.ſol.
matr. & de eo medio ponit Coſta in d.c.24.nu.4. atq;
ita cum dicit,ſi voluerit,confert in voluntatem hære-
dis; cum vero dicit, ſi non noluerit, non confertur in
voluntatē,& ideo infertur,quod ſi diceret teſtator,le-
go ſi talis non noluerit,ſuſtineretur datio legati,ſicuti
ſuſtinetur ademptio:atque ita ceſſat cōtrarium,quia
etſi verum ſit quod non poſſit in hæredis voluntatem
poni ademptio,ſicuti nec datio, tamen quādo dicitur,
ſi non voluerit, vel ſi non contradixerit,non dr̄ legatū
collatum in hæredis voluntatem, ſiue ſub ea cōditio-
ne detur,ſiue adimatur legatū.vnde parificatio proce
dit: ſed termini ſunt diuerſi,& non conueniunt. Cum
igitur in facto propoſito non fuerit ſubſtantia ſubſti-
tutionum collata in voluntatem hæredis,ex quo eo ni
hil diſponente teſtator voluit ſubſtitutiones effectum
ſortiri, ſuſtinebitur diſpoſitio, & ceſſabit obiectum.

Quinto pro validitate dictæ diſpoſitionis vrget,qđ
ea facta fuit inter liberos, ideſt inter nepotes,ex filio
teſtm̄ aūt inter liberos eſt in multis priuilegiatum, vt
per Doct. in l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,C.de
teſtam.vbi latè Doctores ponunt illius teſtamēti pri-
uilegia, & dr̄ inter liberos, qn̄ factum eſt inter nepo-
17 tes,† vt ponit Alber.d.§.ex imperfecto, vbi etiā Corn.
not.

not.Card.conſ.149.col.2.Crot.conſi.121.num.18.Boer.
dec.241.nu.3. Natta conſ.423.nu.4.& Clar.de teſtam.
q.11.verſi.quęro ẽr,& videtur parificari teſtō facto ad
piam cauſam,quinimo fauorabilior vr̃ cauſa liberorũ,
quam ſit pia, & fauor filiorum videtur præponderare
pię cauſæ,vt multa leguntur in iure exempla:at fauo-
re piæ cauſæ ſuſtinetur legatum collatũ in liberã hęre-
18 dis vel alterius † volũtatem,ſcd̃m Bart.in l.1.in 3.q.5.
princ.quæſt.nu.64.C.de ſacroſ.Eccl.& in l.captatorię,
ff.de leg.1.Doctores, præcipuè Alex.& Corn.in d.l.ca-
ptatorias,vbi Iaſ.& Dec. atteſtantur de comm. Iaſ.in
conſi.110.col.3.vol.1.eſt tex. in c.cum tibi, de teſtam.
vbi Didac.nu.12.cõmunem dicit Benedict.in d.c.Rai-
nutius,in ver.condidit,nu.8. ver.tertio fallit,vbi dicit
communem, & procedere tam in inſtitutione, quã in
legatis,quia eadem vtroque caſu militat ratio:nõ eſſe
ſcilicet attẽdenda iura ciuilia ſed naturalia. Vaſq.lo-
co præcitato,§.17. nu.80. vbi de communi atteſtatur.
Peregr. qui ſimiliter communem pronũciat d. art.23.
nu.66.& 68.& Didac. loco præcitato vult idem eſſe in
inſtitutione, qđ ſi id procedit in pia cauſa,multo ma-
gis obtinere debet fauore filiorũ qui ſolent piæ cauſæ
19 præferri,† c.fin.17.quæſt.fi. gl.in l.ſi quis ad declinan-
dam,in princ. C. de Epiſc. & cler. Corn.in conſil.156.
col.pen.in fi.vol.2.& ferè in terminis hoc voluit Vaſq.
de ſucceſs.creat.§.21.num.78.in fi.vltra quod in teſta-
mento condito inter liberos,videtur eadem ratio mi-
litare, ex quo in eo non attenditur iuris ciuilis ſolen-
nitas,ſed naturalis iuris diſpoſitio,vt ſępiſſimè ponũt
Doctores, d.§.ex imperfecto, quare multis modis re-
ſolutum apparet obiectum factum, quod vltima vo
luntas pendere non poſſit ab alieno arbitrio.

Non etiam cõtradicit quod ea facultas fuerit limi-
tatè conceſſa quoad ordinem vel modum ſuccedendi,
& ideo hæres concedendo facultatem alienandi, vi-
deatur exceſſiſſe authoritatem ſibi attributam.reſpõ-
detur enim, alienationis licentiam pertinere ad ſuc-
ceſſionem vel ad modum,& ordinem ſuccedendi con-
tentum in facultate ſupra relata: nam perinde habẽ-
da eſt,ac ſi dixiſſet hæres ſubſtitutiones obtinere,& ſe
cundum eas ſuccedẽdum eſſe inter filios ſuos, aliena-
tione non ſecuta,vt dictum eſt in princ. ex Socino,Ia-
ſone,Ruino,& alijs,& vigore poteſtatis prædictæ ſicu-
ti hæres potuiſſet dicere, quod ex pluribus filiis intel-
ligatur primo ſubſtitutus, vel oẽs ſuccedãt eodem vel
diuerſo tempore, ita potuit reſtringere ſucceſſionẽ ad
certos caſus,& præcipuè ad caſum quo non eſſet alie-
natum:quia valet argumẽtum de perſona ad rem, vel
20 cõtra. † l.qui furere, vbi Alber.& Bal.ff.de ſtat.hom.l.
ſi quis inquilinos,§.ſi ita legatũ,ff.de leg.1.Euerar.loco
38.Rim.conſi.26.nu.13.Menoch.in conſi.106.nu.186.
ſic videmus valere argumentũ de perſona ad tempus,
l.qui plures liberos,in prin.vbi Bart.Bal.Caſtr.Imola,
& alij,ff.de vulg. Bal in l.conuenticulã, C.de Epiſc. &
cler.Euerar.loco 37.Roder.in l.qm̃ in prioribus,in de-
clarat.leg.Regni,q.5.nu.2.Peralta in l. vnum ex fami-
lia,§.ſed etſi fundum,nu.18.ff.de leg.2.ſicuti igitur ſuc
ceſſionem hęres potuiſſet moderari reſpectu perſona-
rũ,rerũ,loci,& tp̃is,ita potuit reſpectu caſuum, & de-
clarare quod certo ordine ſuccedatur, non ſecuta tñ
alienatione, & ſemper verũ erit dicere, quod ſua de-
claratio facta eſt in ſuccedẽdo,ideſt reſpectu ſucceſſio-
nis,prout teſtator cõſiderauit. Et ſanè illa clauſula in
ſuccedendo tantum videtur fuiſſe ſuperflua,quia cum
ageretur de ſubſtitutionibus earumque validitate, &
executione, non poterat conſiderari aliud quippiam
quã ſucceſſio, ſicuti inſtitutio ordinatur ad ſucceſſio-
nem,ita & ſubſtitutio quæ dicitur ſecunda inſtitutio,
21 † gl. Bart. & alij,in l.1. ff.de vulg.Sapia in Rubr. C.de
impuber.nu.2.Cagnol.in l.precibus,nu.3. ff.de vulgs.
Oddus in tract.compend.in prælud. q.1. in 2.par.vn-
de fatendum eſt, quod aut nihil omnino fuerit hæredi
conceſſum, aut ſi quid conceſſum fuit, veniat quoque
poteſtas reſtringendi ſubſtitutiones ad hunc caſum
non ſequutæ alienationis.

Prædictis vero nihil mouentibus, contrarium mihi
verius viſum eſt, non potuiſſe ſcilicet hæredem conce-
dere illam licentiam alienandi, & ſubeſſe omnino fi-
deicommiſſum à teſtatore primo ordinatum, ex quo
decedẽtibus quatuor filijs nominatis, vocati ſunt filij
& deſcendentes Ioannis, & conſequenter vltimo ex
dictis quatuor filijs permittendam nõ eſſe alienatio-
nem bonorum ad præiudicium dictorum deſcenden-
tium qui leguntur vocati, & pro eis ſtat regula, quod
bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſunt,ſed
purificato ſtatim fideicõmiſſo,alienatio remanet nul-
la,& rerum dominium tranſit recta via in fideicõmiſ-
22 ſarium,† l.fin. §. ſin autem ſub conditione, C.comm.
de leg.vbi notãt gl. Bal.Caſt.Iaſ.& alij, per textum in
l.ſancimus,§.cum autem,C.ad Trebel.licet interim ſu
ſtineatur alienatio,vt late probaui in conſi.73.nu.72.
& ſeq.& idẽ ſuſtinet Pereg.in trac.fideic.art.40.nu.7.
& ſeq. & poſſet infinitis deciſionib. firmari, & quãuis
vigore facultatis hæredi tributæ conceſſa fuerit alie-
nandi facultas per ipſum hæredem, tamen diſpoſitio
hæredis nõ ſuſtinetur,nec effectum ſortiri poteſt:quia
eſt contraria diſpoſitioni quam defunctus fecit, & hæ
res non potuit illam alterare, quia non venit cõtra fa
ctũ defuncti,l.cum à matre, C.de rei vẽd. l.ex qua per
ſona, ff.de reg.iur. & cum bona non eſſent propria ſed
aliena, de illis diſponere non potuit: nec præſumitur
23 diſpoſuiſſe † gl.in verſ.teſtatur,in fi. in l.conficiuntur,
§.ſi poſt factum,ff.de iure codicillor.in l.1. C.qui teſta.
facere poſſ.Zanch.in l.hæredes mei, §.cum ita, par.10.
ff.ad Trebel. nu.32. in fi. ideo in generali inſtitutione
non veniunt bona quæ teſtator per fideicommiſſum
24 tenebatur alij reſtituere.† Bart.in l.codicillis,in §.in-
ſtituto,ff.de leg.2.Dec.in conſi.378. nu.1. Pariſ.in cõſi.
7.nu.9.vol.1.Cæphal.in conſi.3.num.93. in conſi.516.
nu.11.Rolan.in conſil.71.nu.26. vol.2.Petra de fideic.
ob prohib.alien.quæſt.8.num.276.

Pręterea,ea diſpoſitio qua teſtator iuſſit attendi nõ
ſuas ſubſtitutiones, ſed id omne, & totum quod circa
eas fuiſſet à filio ſuo ordinatum, non valet: nam etſi
25 poſſit quis cõſentire vt de ſuis reb. alius teſtetur,† vt
in l.ſicut, in §.venditionis, ff.quib. mod. pign. vel hy-
poth.ſoluit.Bald.in cap.1.§.præterea,quib.mod.feud.
amitta.Iaſ.in l.cum proponas, C.de pact. in tñ,quod
diſpoſitio non reuocabitur,licet eũ qui ſemel cõſenſit
pęniteat.Bal.in l.ſenium, C.qui teſtam. facere poſſ.la-
rè Benedictus in c.Rainutius,par.1.in verſ.condidit,il
primo, num.2. de teſtam. tamen vltima voluntas non
26 debet pendere ab alieno arbitrio, † l.inſtitutio, ff.de
hær.inſtit.l.captatorias,& l.ſi quis Sempronium,ff.de
hæred.inſtit. vbi probatur captatoriam dici volunta-
tem,quę confertur ad ſecretum alienæ volũtatis. Bal.
in l.1. nu.6. verſic.iuxta hoc quæro,C.de ſacroſ.Eccleſ.
vbi dicit captatoriam,& nullã eſſe diſpoſitionem,quæ
collata eſt in alienum arbitrium de futuro, licet ſecùs
ſit,quando arbitrium eſt de præſenti vel præterito. &
ibi in verſ.tu ergo,in primo addit, quòd teſtamentum
eſt actus, ac voluntas vnius, non plurium, ergo non
poteſt in alium conferri; & actus morientis nõ poteſt
conferri in conſenſum,& volũtatem viuentis; & vnus
atque idem actus,non poteſt eſſe morientis, & viuen-
tis,quia nõ eſſet vltima volũtas mera; & ſubdit, quod
is cuius voluntati diſpoſitio committitur, non eſt te-
ſtator, quia ille deceſſit, & præter teſtatorẽ nemo ius
habet

habet diſponendi de ſubſtãtia. Ang.in conſ.201.nu.2.
vbi quod eſt captatoria, & non valet diſpoſitio qñ io
mera voluotate alterins conſiſtit an dari vel fieri ali-
quid debeat: quãuis ſecus ſit, qñ dandum eſt omnino,
ſed ignoratur cui. & dicit Dec.in conſ.494.nu.5. quod
vbi quis concedit arbitrium alij, vt diſponat, & ordi-
net de ſuis facultatibus & bonis, tunc ſubſtantia dr̃
cõmiſſa, & non valet teſtm̃, & Corn.in conſ.156.col.2.
in fi. verſ.& hæc quidẽ procedunt, vol.2.dicit, diſpoſi-
tiooem non valere qua dr̃, quod mater poſſit iure in-
ſtitutioois diſponere de bonis teſtatoris ad ſui libitũ,
ſed eſſe captatoriã. Bened.d.verſ.condidit, il primo, in
princ. vbi ait, quod teſtari quis debet per ſeipſum, nõ
per alium, quia teſtandi facultas ex gratia, & iuris di-
ſpenſatione conceditur, vt notat Abb. in Rubr. de te-
ſtam. ideo hæc facultas oon debet contra iuris ratio-
nem produci in conſequentiam, vt id fiat per alium. &
ideo infert, qđ nec militi hoc eſt permiſſum. Didac.in
d.c.cum ſibi, nu.7.& ſeq. vbi idem probat tam in lega-
tis, q̃ in inſtitutionibus, & ou.2. concludit & ipſe, non
eſſe captatoriam diſpoſitionem, quæ habet conditio-
nem conceptam in præteritum. Vaſq. de ſucceſ, creat.
lib.2.§.17.n.77. vbi ponit rõnem, quia teſtm̃ eſt noſtræ
oon alienæ voluntatis iuſta ſoia, l.1.ff. de teſtam. & nõ
eſt teſtm̃ qñ alienam non noſtram continet voluntatẽ.
Et fuit hæc rõ cõſiderata primo loco ab Aret. in l.2. ff.
de vulg. in 2.notab. vbi dicit, de teſtamenti ſubſtantia
eſſe quod quilibet ſcđm ſuam volũtatem diſponat de
rebus proprijs, aliàs teſtm̃ non erit, vt patet ex illius
definitione. Sequitur Iaſ.ibi, in 2.notab. vbi ambo io-
ferunt induci oon poſſe ſtatuto aut conſuetudine, qđ
valeat teſtm̃ pendẽs à libero alterius arbitrio. ſequi-
tur Tiraq.de legib.connubial.gl.5. nu.95. & ſeqq. vbi
loquitur de ſtatuto, quod mulier vel filiusfamilias oõ
poſſit teſtari oiſi de conſenſu mariti, vel patris. & di-
cunt Aog.& Imola, in l.illa autem ioſtitutio, quod mo
tus animi noſtri non poſſunt conſummari per motum
animi alterius, & voluntas tua non eſt mea voluntas,
ſicuti anima tua ooo eſt anima mea, ſcđm Bal.& Ang.
quos citat, & ſequitur Pariſ.in conſ.38.nu.17.& ſeqq.
vol.3. vbi dicit ẽt de ſubſtitutionibus. & allegat infini
tos, ſubdens, nec etiam militi permiſſam eſſe eiuſmo-
di diſpoſitionem, qñ confertur ſubſtantia. licet aliud
ſit, qñ electio incerti de certis fuit conceſſa. cõem dicit
Craſſ.in §.inſtitutio, q.18.nu.1.& 3. vbi ou.9. dicit, con-
ſuetudinem contrariam aut ſtatutum noo valere, tan
quam contra teſtamenti ſubſtaotiã, quæ eſt quod quis
hæredem ex propria voluntate, & de proprijs bonis
ioſtituat, & proximè ad factum noſtrum dixit Bal. in
l.executorem, nu.4. C.de executio. rei iud. qđ capta-
toria eſt illius voluntas, qui dicit, volo quod Titius
poſſit de bonis meis diſponere, & quod quidquid di-
27 ſpoſuerit ſit meum teſtm̃: † quia debet quis ſuo non
alieno animo teſtari, & teſti factio non poteſt alij de-
mandari; ſicuti etiam non valet, qñ quis ſuam volun-
tatem ſubijcit alienæ voluntati, puta ioſtituo te ſi Ti-
tius voler, vel ſi mea vxor conſentiet, qoia tali caſu li-
cet Titius, & vxor adiecti ſint ad executionem, tameo
quia ꝑꝑ conditionem nihil reputatur diſpoſitum, non
datur executio eius quod non eſt. Dec. d.conſ. 494.&
dicit Ruin.in cõſ.... ou.7.vol.2. qđ eſt captatoria vo-
luntas, qñ teſtator vult, quod alius diſponat, & in cõſ.
21.nu.6.eod.vol.& latè proſequitur Peregr.in tracta-
to de fideicomm.art.23.nu.51.52.65.& 72. vbi ſequũ-
tur deciſionem Bal.in d.l.executorem. in præſenti au-
tem facto certum eſt, quod tota ſubſtitutionum ſub-
ſtantia fuit commiſſa in liberam filij volũtatem, quia
voloit teſtator attendi, & ſeruari id omoe, & totum
quod à filio diſpoſitum, & ordioatum fuerit circa il-
las ſubſtitutiones, in tm̃, quod vbi diſponeret contra
ea quæ ipſe teſtator ordinauit, eo caſu reuocat, caſſat,
& annullat proprium teſtm̃, ex quib. verbis bene da-
tur intelligi, quod teſtator voluit hæredis volũtatem
præualere, & præferri ſuæ volũtati, aliàs propriam vo-
luntatem non reuocaſſet, vt locus fieret voluotati de-
clarandæ per hæredem: & negari non poteſt, quio col-
lata ſit facultas ordinandi cotrarium eius quod à te-
ſtatore fuit diſpoſitum, cum in caſu contrariæ diſpoſi
tionis teſtator propriam reuocauerit ordinationem:
eſſet enim ſuperflua, & fruſtratoria reuocatio, ſi oon
poſſet hæres contrarium ordinare. Quod ſi ipſius vo
luntatis ſubſtãtia fuit hæredi remiſſa, erit ipſa remiſ-
ſio nulla, quia hæres ipſe non autẽ teſtator videretur
diſpoſuiſſe, & diſpoſitio proueniret à voluotate, & ani
mo hæredis, non autem teſtatoris; & hoc caſu ſubſti-
tuti haberent ab hærede qui eos poterat non ſubſti-
tuere, non autem à teſtatore, vt ex infra dicendis la-
tius apparebit. Et, vt dixi, prohibitum adeo eſt hoc, vt
etſi voluerit aliquis legatum poſſe io tertij voluntatẽ
conferri, tñ io hæredis voluntatem committi expreſ-
ſe pernegauerit, eo quod durius id ſit, & legib. magis
reſiſtat, vt res pendeat à voluntate illius qui eſt obli-
28 gãdus. † ita Ludou. Luſita. in l.vtrum, §.cum quidam,
col.4.& 5.ff. de reb.dub. quod tñ ante eum voluit Chri
ſtoph. Caſtilione. in l. Senatus, §. legatum, ff. de leg. 1.
refert Cuma. io l.1. in 1. lectura, nu.4.& 5.ff de lega.2.
cuius ſententiam defendit Coſta, in lib.2. Selectar. in-
terpret.c.21.num.4.& 6. quamuis defendat Didac. d.
c.cum tibi, nu.7.& 8. vbi reſpondet iuribus à Luſitano
citatis, quidquid tamen ſit reſpectu tertij, conueniuot
omoes in hæredis volũtatem committi noo poſſe, vti
factum eſt in præſenti quæſtione, & volunt prædicta
procedere, etiã io milite cuius teſtm̃ licet multis gau-
deat priuilegijs, non tamen ſuſtinetur, vbi committi-
29 tur alienæ voluntati. vt † in d.l. captatorias, vbi Do-
ctores. Pariſ. d.conſil.38.nu.37. in 3. vol. Coſta d.c.21.
nu.14. Bened. in d.verſ.condidit, nu.1. Gail. pract. ob-
ſeruat. lib.2.c.117.nu.5. hac ipſa ratione inferunt mul
ti conſuetudinem vel ſtatutum in contrarium oon va-
lere, vt dixi ſupra. & voluerunt Aret.& Iaſ.in l.2.ff. de
vulg. ſequuntur Bened. in d.verſ.condidit, nu.6. & hãc
opinionem dicit æquam, & iuri conſentaneam Petr.
Pecchius, in tractatu de teſtam. cõiug. lib.1.c.12.on.6.
Vaſq.d.§.17.nu.81. vbi dicit procedere, quia voluntas
deficit. & vbi peccat diſpoſitio in voluntate, non mi-
nus corruit teſtamentum militis, quam cuiuſuis alte-
rius priuati. eſt verum, quod contrarium voluerunt
Angel.in d.l.captatoriæ, ff. de hæred.inſtit. Alex.in d.l.
captatorias. & hanc dicit cõem idem Alex. io d.l.2. io
princ. ff. de vulg. vbi Soc. Iaſ. & Ripa. Didac. d.cap.cum
tibi, nume.13. vbi eam ſequuntur, & cõem alijs citatis
enunciat Craſſus, d.§.inſtitutio, q.18.num.9. ſed nunc
non expedit diſquirere de veritate, quia ſumus nõ in
militis, ſed in pagani diſpoſitione. Et vitium prædi-
ctum non ſoluoi militat contra legata, ſed etiam con-
tra ſubſtitutiones, quia nunc ſunt exæquata, l.1. ff. de
lega.1. & ſupra adduxi Dec.& alios, qui loquuntur in
ſubſtitutione, & nõ mirum, quia vt etiam tetigi in ſu-
perioribus, ſubſtitutio dr̃ ſecunda inſtitutio, & inſti-
30 tutio vitiatur, quando peodet ab alieno arbitrio, † vt
probatur in d.l. captatoriæ, & io l. captatorias, & in
l.1.ff. de his quæ pro noo ſcript. Didac. d.c. cum tibi,
nu.12. Coſta d.c.21.nu.6. io fine. Peregr. dicto art. 23.
num.51.& 68. cum alijs ſupra adductis. quinimo, plus
eſt improbata hæc qualitas in inſtitutione, quam in
legatis: quia inſtitutio caput eſt teſtamenti, & eius vi-
tio totum corruit teſtamentum; ſiue igitur ſimus in
inſtitutione, ſiue in ſubſtitutione, ſiue in legatis, ſem-
per

Digitized by Google

per nulla eſt diſpoſitio ſi ab aliena pendet voluntate,
& in legatis præter ſupra citatos idipſum voluerunt
Coſta,d.cap.21.num.6.Simon de interpret. vltim. vo-
lunt.lib.1.interpret.prima, dubitatio.prima, ſolut.ter
tia,num.1. folio mihi 80. vbi ea mouetur ratione,quæ
ex teſtamenti definitione ſumitur, quod ſcilicet non
eſſet noſtra, ſed alterius ſententia, reſtringit tamē ad
futuram alterius voluntatem non præteritam aut pr̨
ſentem.& hanc dicit communem Gail.d.obſeru.117.
nu.5. vbi tamen vult, quod ſi duo coniuges eodem tē-
pore teſtando ſe inuicem inſtituunt, valet inſtitutio,
quia præſens eſt vtriuſque voluntas.

Et fundantur hæc omnia ſuper fauore quem leges
exhibent vltimis voluntatibus. vnde videmus aliud
eſſe in contractibus, qui ſuſtinentur, etiam collati per
31 modum conditionis in alterius voluntatem, † vt pro-
bat Iaſ.in l.centeſimis,§.fin.num.9. ff.de verb.obligat.
qua ratione donatio quoque cauſa mortis non ideo
reprobatur, quod alienæ voluntati commiſſa ſit,quia
ſapit contractum,vt determinat Coſta,d.cap.21.in fi-
ne,quod ego intelligo, conſiderata ſola ratione,quod
fuerit collata in alienum arbitrium, quod ſi donatio
ſit verè captatoria, ideſt ideo facta, vt alius alliciatur
ad inſtituendum,puta dono cauſa mortis talia bona,
ſi me hæredem inſtituerit, tali caſu exiſtimo eam non
valere, ſicuti non valet legatum, inſtitutio, & quæuis
alia diſpoſitio,prout ſubtiliter, & prudenter fuit tra-
ctatum & deciſum in Rota, deciſ. 542. per totam, &
543.nu.1.& 2.in prima parte,in nouiſſim. nam hæc,&
ſecunda formula ideo principaliter prohibetur, quia
aufert liberam facultatem teſtandi. prima verò,quia
vltima voluntas debet à propria ſententia regi.

Non mirum itaque ſi non idem in vtraque deter-
minatur, cum etſi vtraque ſit nulla, diuerſa tamen eſt
ratio quæ annullat, & quia totius quæſtionis pondus
conſiſtit in tollendo contraria, quæ plurimum viden-
tur vrgere,ideo ad ea deuenio.

Non igitur aduerſatur,quin legatum & ſubſtitutio
committi poſſit in arbitrium hȩredis:quia vbi hoc ve-
rum ſit, non tamen ſuſtinetur diſpoſitio de qua agi-
mus, quia ea non eſt collata in arbitrium, ſed in ab-
ſolutam voluntatem. importatur autem arbitrium
quando dictum eſt, ſi æſtimaueris, ſi putaueris,ſi com
32 probaueris, † vt probat tex.in l.ſi ſic,in princ. ff.de le-
gat.primo, vel quando dictum eſt, ſi tibi videbitur, l.
fideicommiſſaria libertas, la ſeconda, in princip.ff.de
fideicommiſſ. libert. l. continuus, §. cum ita,ff.de ver-
borum obligation. l. fideicommiſſa, §. quamquam,ff.
de legat.3. vbi idem dicitur de verbo,ſi arbitratus fue
ris, ſi tibi videbitur,vel, ſi cū ſuerit; ſic in verbo, ſi pla-
cebit,l.Thais, §.ſorore,l.Lucius,ff.de fideicommiſſ. li-
bert. vbi iudicio tuo committitur, arbitrium quoque
ſignificatur, d. l. Thais, §. Lucius, il ſecondo, quando
etiam diſcretioni,glo.2.in capit. cum virum, de regu-
lar. vel quod diſcretè procedat, Alexand.in conſil.33.
volum.primo. idem quando prudentiæ, arbitrio, vel
arbitratui,miſericordiæ, conſcientiæ, ſenſui commit-
titur, & quando dicitur plus etiam, vel licentiam aut
poteſtatem damus, vt latè omnia prædicta proſequi-
tur, & authoritatibus atque exemplis roborat Iaſ. in
l.ſi ſic, in princip.ff.de legat.primo. latius tamen Me-
noch.in tractatu de arbitrar. iudic. lib.1. quæſt.8. per
totum, vbi ſupradictas omnes formulas, & alias plu-
res complectitur, præcipuè clauſulam, vt cupis,vt de-
ſideras, ſtare dicto, procedas de bono & æquo,mode-
rari, vel cum moderamine, vel ſecundum mentem
tuam, vel cum honeſtate, vel ſecundum ius, & verita-
tem. Felin. multa ponit exempla,in cap.1. num.54.de
conſtitutio. Iaſ.in l. in bonæ fidei, nume.14. Inſtitu. de
action. Molin.de primogenitu. Hiſpaniar.lib.2.cap.5.
nume.49. in caſu autem noſtro nullum tale verbum
legitur, ſed dicitur attendi debere omne id & totum,
& quod ab hærede fuerit diſpoſitum, ordinatum, &
declaratum.

Nec dicatur, quod verbum,diſponere,videatur bo
ni viri arbitrium importare: quia nihil aliud eſt diſpo
nere, quam ordinare, & ſuo quoque loco omnia in
33 ſuum ordinem redigere, collocare, & reponere, † vt
plenè docet Natta,in conſil.582.num.11.vbi aduocat
Rethores,Oratores,& Grammaticos,& idem dici po
teſt de verbo ordinare, & declarare: quia vtrumque
videtur boni viri arbitrium ſignificare, nō autem ab-
ſolutam voluntatem. ad hæc enim omnia reſpondeo,
quod fortè obiectum procederet, niſi ex alijs verbis
annexis, & adiectis conſtaret remiſſum fuiſſe liberæ
ipſius hæredis voluntati, vti factum apparet: nam te-
ſtator reuocat, & annullat ſubſtitutiones à ſe factas,
vbi quid ab hærede ordinetur contra id quod ab ipſo
teſtatore fuerat diſpoſitū, ergo conceſſa erat facultas
diſponendi contra ea quæ teſtator mandauerat; & nō
erat commiſſum ſolum arbitrium, ſed plena & libera
facultas, ſi effectum non verba attendimus, quemad-
34 modum attendere debemus, † l.ſi vno,in princ. ff. lo-
cati,l.inſulam,ff.de præſcript. verbis. & dicit Bald. in
Rubr. C. de iure emphyt. in fine, quòd contractus iu-
dicatur ab effectu. Roman. conſil. 509. in primo dub.
& generaliter non contractus nomen attendendum
35 eſſe, ſed eius conuenientiam, † voluit Alexan. in con-
ſil.107.num.7.volum.3.Decius conſ.160. num.2.conſ.
542.num.2. Ruin.conſil.160.num.11.volum.1.Alciat.
in conſil.103.num.6. Natta,in conſ.49.num.13.conſil.
110. nume.17. probat multis in noſtro propoſito Me-
noch.in dicto tractat.lib.1. quæſt.7.nume.24. vbi vult,
verborum effectum non literalem ſenſum attendi, vt
cognoſcamus ſi in arbitrium vel abſolutam volunta-
tem aliquid ſit commiſſum; ſi ergo teſtator vult,quod
diſpoſita à ſeipſo,poſſint in totum reuocari,& deſtrui
ab hærede, vtique abſoluta poteſtas eſt collata, non
minus, quam ſi dixiſſet, quod faciat alte, & baſſe,vel
pro libera voluntate, vel pro abſoluto arbitrio, vel
alijs vſus eſſet verbis liberam, & nullis legibus regu-
latam voluntatem importantibus, de quibus multa
ponit Iaſ.d.l.ſi ſic.Felin.in d. capit.primo. Menoch.d.
quæſt.7. quid enim refert quod teſtator vſus ſit verbis
liberæ volūtatis vel regulatæ, cum vtroque caſu data
ſit facultas ſubuertēdi iam diſpoſita,certè nihil. Pro-
pterea inanis,& pertinax eſt diſceptatio ſuper verbo-
rum qualitate. Præterea,non poſſunt ea verba reſtrin-
gi ad boni viri arbitrium, quia de eo teſtator non co-
gitauit,nec voluit quod hæres ſecundum boni viri ar-
bitrium diſponeret, ſed ſecundum mentem, & volun-
tatem ipſius teſtatoris, de qua eſt proteſtatus illū ple
nè informatum eſſe: hæc autem inuicem repugnant,
quod diſponat arbitrio boni viri, vel ſecundum volun
tatem teſtatoris ſibi commiſſam,& patefactam: volun
tas enim teſtatoria libera erat, & nullis regulis aſtri-
cta aut limitata: vnde non mirum ſi quemadmodum
potuiſſet teſtator nō facere illas ſubſtitutiones, ita vo
luit qd̄ hæres poſſet illas abrogare,tollere,& deſtrue-
re. ecce ergo, quod illam facultatem non voluit teſta-
tor reſtringere ad arbitrium boni viri. Rurſus, verba
illa,declaratum,diſpoſitum, & ordinatum, modera-
tionem arbitrij non recipiunt: quia adiecta ſunt alia
verba ampliſſimum ſignificatum habentia, & arbi-
trium prædictum excedentia: nempe, omne id, & to-
tum, quod fuerit ordinatum, &c. hæc enim ſunt vni-
36 uerſalia, quia qui omne dicit, nihil excludit, † l. prima,
ff.de leg.primo, & quam lata ſit huius dictionis ſigni-
ficatio,

ficatio,latè probaui in conſi.31.nu.27. & in conſil.73.
nu.62.& illa dictio,totum,eſt generalis,vnde gemina-
tio,& cumulatio facta de omni eo,& toto,efficit,ne re
ſtringi poſſint,argumento l.Baliſta,ff.ad Trebell. & in
terminis quod illa verba importent liberam volunta-
tem,probat Ruin.in conſi.21.nu.6.vol.ſecundo.ſequi-
tur Peregr.in tract.de fideic.art.23. nu.52. in fi.& non
eſt nouum: nam verba importãtia arbitrium boni vi-
ri,extenduntur ad ſignificandum liberam volũtatem,
quando alia adijciuntur quæ liberam denotant volũ-
tatem, vt quando dictum eſt de pleno vel libero arbi-
37 trio,† d. l. quamquam de leg.3. Bart. in Extrauag. Ad
reprimendum,in verſ.videbitur,& in l.ſi ſic,vbi Doct.
præcipuè Iaſ.nu. 21.ff.de leg.1.ſic dixit Corn.conſ.156.
col.3.vol.2.quod etſi verbum diſponere, importet ar-
bitrium, tamen ſi dicatur ad beneplacitum, vel aliud
quid ſimile,importabit libertatem; & in ſpecie quod
generalis expreſſio adiecta verbo ſignificãti arbitriũ,
trahat illud ad liberam voluntatem,probat Bal.in tit.
de pace Conſtant.in §.nomina vero,in ver.in animam
noſtram,in fine,vbi dicit,quod etſi verbum,videbitur,
importet arbitrium,tñ ſi dictum eſt quod faciat quid-
quid ſibi videbitur expedire, poterit excedere arbi-
trium,& facere ex volũtate.Hoc voluit Io. And.in c.2.
de iuramento calum.in ſexto,vbi fortius dicit,quod à
ſententia lata virtute talis commiſſionis, non poterit
appellari.Fel.d.c.2.nu.26.& quod non liceat appella-
re,voluit Inn.in c.fin.de ferijs. Bal.in l.ſ.in princip.C.
quom.& quand.iud.licet aliud ſit, quando ſimplicitee
dictum eſſet, prout viderit expedire. quemadmodum
loquitur Io.And.d.c.2.vt per Butr.in c.1.nu. 28. Imol.
nu.16.& Fel.nu.26. de conſtit.aliud enim eſt quod di-
ctum ſit,quidquid viſum illi fuerit expedire,aliud ve-
rò, prout viſum fuerit expedire. vnde, non eſt verum
quod prædicti contradicant Baldo, vt exiſtimarunt,
Alex.d.l.ſi ſic,in princ.nu.8.& Iaſ.nu.4.ff.de leg.1.Rui.
conſ.133.nu.3.in 2.vol.vbi omnino videatur Menoch.
de arbit. iud. quæſt.8. nu.12. in caſu autem noſtro di-
ctum eſt de omni, & toto eo,& adeſt expreſſa facultas
diſponẽdi contra ordinem teſtatoris,& diſponere de-
bet non pro ſuo arbitrio, ſed ſecundum voluntatem
teſtatoris, ſibi declaratam, ergo nullo modo intelligi
debet conceſſa facultas arbitrandi tanquã bono viro.

Et quamuis verba, arbitrium,boni viri,non ſignifi-
cent,ſed liberam voluntatem,ſi tamen alia ſequantur
quæ boni viri ſignificent arbitrium,priora reſtringun-
38 tur, & ſolum arbitrium intelligetur commiſſum, † vt
voluit Abb. in c. Quintauallis, num.32. de iureiuran-
do.Socin.in l.vtrum,§.cum quidam,nu.11. de reb.dub.
Bertran.conſi.158.num.21. vol.3.in 2.par.Rota,deciſ.
640.nu.22.in 1.par. in nouiſs. & ideo verba illa,omne
id,& totum, limitari videntur per verba,diſponere,or
dinare,& declarare,quæ ſubiecta ſunt: tamen aduer-
tendum eſt, quod Abb.loquitur quando ſubiecta ver-
ba tendunt ſui natura ad reſtringendum præcedentia,
vt qñ dictum eſt,quod poſſit alte,& baſſe facere, prout
ſibi videbitur; ſic etiam loquuntur Soc.Bertr. & Rota,
tunc enim duæ ſunt qualitates,quę verbũ illud,facere,
qualificant: vnde,ne vna ſit ſuperflua, fit interpretatio
vt prima reſtringatur,ſecundum Bar.in l.cum filius,§.
fi.ff.de leg.2.vbi vult,boni viri arbitrium intelligi, qñ
verba extant,quæ arbitrium boni viri ſignificant,& ſi-
mul liberam voluntatẽ: quia in dubio important ar-
39 bitriũ.† Alex. conſi.58. nu.11. in 3.vol. ſed in caſu no-
ſtro vnica eſt qualitas adiecta verbo importanti arbi-
trium boni viri,quia dictũ eſt, quod ordinet hæres oẽ
id,& totũ: hæc vniuerſalitas qualificat verbũ,quod ſui
natura importabat arbitriũ, ideo ſignificabit volũta-
tẽ,quia qualitas adiecta verbo, illud qualificat, & re-
40 ponit in diuerſa ſpecie.† Bart.in l.ſi quis poſthumo,§.
ſi filiũ,in fi.vbi Iaſ.nu.51.ff.de lib.& poſth.Mar.in ſing.
520.alios citaui cõſ.34. nu.43. ſic igit ex adiecta qua-
litate illud verbũ ꝙ ſignificabat arbitriũ, trãſit in aliũ
ſenſũ,& importat liberã voluntatẽ, ꝙ ſecus eſt,qñ duæ
ſũt adiectę diuerſę qualitates, quia tuc verbũ quod in
vtrũq; ſẽſũ trahi poterat,intelligit ſcd̃m mitiorẽ: nos
aũt ſumus in caſu quo verbũ ipſu denotãs arbitriũ,eſt
qualificatũ per verba importãtia voluntatẽ; quocirca,
licet abſolutè poſitũ, illud importet, qa tñ nõ eſt poſi-
tũ abſolutè,ſed cũ adiuncto,dẽt aliter intelligi,nõ aũt
prout intelligeretur ſi eſſet poſitũ abſolutè,per regulã
prædictã,non eñ licet arguere ab eo qḋ eſt ſimpliciter,
ad illud quod eſt ſecundũ quid. Vnde,ſtante qualitate
adiecta,nõ poſſumus dicere,quod verbũ importet ar-
bitriũ,quia hoc eſt verũ,qñ eſt ſimpliciter,& abſolutè
poſitum,non qñ cum adiuncto.ſic probat Bar. ſupra à
me relatus,in Extrauag. Ad reprimẽdũ,in ver.videbi
tur, nu.3. vbi ait,quod ſi dicatur de arbitrio libero vel
abſoluto,cenſebitur cõmiſſũ voluntati,quia verbũ il-
lud,arbitriũ,qualificatur à verbo,liberũ,ꝙ fuit adiun-
ctũ,& ab eo determinatur: ſicuti in caſu noſtro verbũ,
ordinauerit,& diſpoſuerit,& declarauerit,ampliat ex
adiectis verbis,oẽ & totũ,& ideo Bar.in l.alio nu.9.&
10.ff.de alim.& cibar.leg.dicit,qḋ vbi verbũ ſignifica-
tiuũ liberæ voluntatis, apponitur verbo denotanti ar
41 bitriũ,extendit illud ab abſolutam voluntatẽ,† ponit
exẽplũ,non ſolũ qñ eſt conceſſũ plenũ,aut liberũ arbi-
triũ,ſed ẽt qñ fuit tributa plena,aut libera ptãs,aut li-
centia.Idem dixit in Rep.l.1. nu.50. C.de ſacroſ. Eccl.
Ale.in cõſ.175.nu.10. vol.6. vbi ſi teſtator vnũ ex filijs
inſtituat in ea parte bonorũ,quę videbitur,& placebit
hæredib. vniuerſalibus, licet verba hæc arbitriũ deno-
tent,& ideo hęredes non poſſint arbitrari minus legi-
tima,tñ ſi alia verba adiecta ſint, vt qḋ filius nihil vl-
tra petere poſſit, vigore legitimæ, vel alterius cauſæ,
vult,qḋ abſolutas ptãs intelligatur conceſſa. Natta in
Clem.ſępè,§.non ſi etamen,col.33.de verb.ſign.vbi in-
fert,qḋ ſi duo iungũtur verba diuerſæ naturæ, verbum
ſignificãs actũ magis plenũ, trahit ad ſe minus plenũ,
arg.l.non ſolũ,in §.fi.ff.de vſuc. Pariſ.in c.cum venera-
bilis,nu.16.de except.Ruin.in cõſ.133.nu.5.vol. 2.Paris
de Puteo,in tract.ſindic.in ver.arbitriũ habens,nu.10.
verſ.ſi ptãs habet arbitrium,fol.mihi 60. fortius dixit
Corn.in conſi.202.col.2. in fi. & col.3. in princ. vol.4.
quod ſi verba importantia arbitrium, ponãtur gemi-
42 natè,tunc reſoluuntur in liberam voluntatem,† vt qñ
dictum eſt arbitrio ſuo diſponat,prout placuerit,& vi
debitur, & eum ſequitur Crau. in conſi.105.nu.4.in fi.
Rol.in conſ.59.nu.32.vol.1.& in conſ.60. num.24.eod.
vol.In præſenti ergo facto verbum, diſponere, reperi-
tur qualificatum ab vniuerſali dictione adiecta,omne
id & totum,& ex ſequenti clauſula,qua teſtator reuo-
cat ſuum teſtamentum,reſpectu ſubſtitutionum, ſi cõ-
tingat cõtrarium ordinari ab hęrede,ergo nõ eſt attẽ-
dẽda verborum proprietas, quę ex adiacentib.fuit al-
terata. Et ſicuti libera volũtas ſignificatur,qñ dictum
eſt,quod faciat quidquid ſibi videbitur, ſic qñ dictum
eſt, ꝙ ordinet omne, & totum id, quod ſibi placuerit,
quia clauſula, omne & totum, non minus operatur, q̃
dictio,quidquid,ſed plus,quia dictio,omne,eſt vniuer-
ſalis,ſicut dictio,quidquid,& adhuc adiecta eſt dictio,
& totum; & quando dicitur, pro arbitrio voluntatis;
tunc quia voluntatis expreſſio determinatur ab adie-
ctione arbitrij,non mirum ſi non libera voluntas, ſed
arbitrium denotatur, ſecus, quando verbum impor-
tans arbitrium,ab eo determinatur,quod libertatem
ſignificat, vt quando dicitur diſponat, quidquid, vel
omne & totum,quòd vult.quare ea prædictis conſtat,

non arbitriũ,ſed liberã poteſtatẽ fuiſſe tributã. Prete-
rea,ſi illa verba,oẽ id,& totũ, non ſufficerent ad indu-
cendum libertatem voluntatis , id negari non poteſt
effici,iunctis alijs duobus:quia ſcilicet cõceſſa eſt po-
teſtas annullãdi,& deſtruẽdi in totum ſubſtitutiones,
quod non ſpectat ad arbitrium,& teſtator reſpexit ad
propriam ſuam voluntatem,illiuſq; executionem,nõ
autem ad arbitrium,aut voluntatẽ hæredis,dum dixit
illum plenè eſſe informatum de teſtatoris mente .

Tertio reſpondeo,diſtinguẽdo,aliud enim eſt quod
teſtator voluntatẽ ſuam certam ſupponat,& ſubijciat
alterius voluntati,vt qñ dicit, inſtituo talem, vel lego
tali,ſi Titius voluerit,vel ſi Titio placebit,vel ſi videbi
tur, vel ſi arbitratus fuerit ,hoc eñ caſu Doctores di-
ſtinguendo reſoluunt,quod aut ſubijcit ſe teſtator per
verba ſignificantia liberã Titij voluntatẽ,& diſpoſitio
non valet:aut per verba importantia arbitriũ, & tunc
valet diſpoſitio; & in his terminis procedunt iura oĩa
ſupra in cõtrarium allegata, ad probandũ, quod vlti-
ma volũtas põt alterius arbitrio cõmitti . Aliud verò
eſt,(& hoc eſt ſcđm membrum principalis meę diſtin-
ctionis) quod teſtator non diſponat, ſed cõmittat hæ-
redi,vel alij,eam diſponendi facultatẽ,& tũc ſiue ver-
ba importent arbitriũ,ſiue voluntatẽ , vtroq; caſu cõ-
43 ceſſio eſt nulla.† Et ratio ea eſt,q̃ in principio allega-
ui pro fundamento huius partis, quia ſcilicet teſtator
de ſuis bonis diſponere poteſt ſcđm ſuam non ſecun-
dum alterius voluntatem , & cum teſtatore fuit à lege
diſpenſatũ,quod de bonis ſuis ordinet quidquid vult,
ideo non poteſt id facere per alium , & diſpoſitionem
alij faciendam cõmittere,d.l.illa inſtitutio,l.captato-
rias,l.captatoriæ, l.ſi quis Sempronium, cũ alijs ſupra
citatis.hæc autem ratio non minus procedit qñ verba
arbitrium important, q̃ vbi liberam ſignificant volun
tatem , vtroq; enim caſu militat quod non ex ſe ipſo ,
neq; per ſe ipſum, neque ſcđm ſuam voluntatẽ diſpo-
nit teſtator , ergo vtroque caſu diſpoſitio eſt nulla , &
idem ius eſt ſeruandum,l.illud,ff.ad leg. Aquil.& licet
arguere ab identitate rationis,vt per Euerar.à ratio-
ne legis larga, ſeu ampla, & ponunt paſſim Doctores ,
Hanc diſtinctionem fecit Bal.qui nihil ignorauit, in l.
executoré,nu.4. C.de executor.rei iud.vbi dicit, ideo nõ
valere diſpoſitionẽ ita factam,volo quod Titius poſſit
de bonis meis teſtari,& qđ illud ſit teſtm̃ meum, & tũ
verbum,poteſt,& poteſtas,ſignificant arbitrium boni
viri.Bened.c.Rainutius, verſ.condidit, il primo, nu.8.
idem voluit non facta Bal.mentione Dec.in conſ.494.
nu. 3. dum vult non valere diſpoſitionem collatam in
tertium,per illa verba,quod poſſit diſponere, & ordi-
nare pro arbitrio,iudicio,& beneplacito, q̃uis boni vi
ri, arbitrium importent,& ſubdit nu.5.illã diſtinctio-
nem quam facit Caſtr. in d.l.captatorias, non eſſe ve-
ram , in eo caſu per rationem ſupradictam , ne vltima
voluntas pendeat ab alieno arbitrio.idem voluit Rui.
in conſi.21.nu.6.vol.2.Pet.Peralt.de teſta.coniuga.lib.
1.c.15.col.5.Peregr.d.art.23.nu.52. & nu.72. Pariſ.in
conſi.38.per totum,præcipuè num.37.& ſeq.vol.3.vbi
mouetur,quia diſpoſitio debet à ſola teſtatoris volun-
tate pendere,non ab alieno arbitrio,& quod ſubſtãtia
diſpoſitionis,ideſt facultas diſponendi,non poſſit cõ-
44 mitti in arbitrium alienum,† voluit tex.in l.illa inſti-
tutio,ff.de hęr.inſt.vbi gl.clarè diſtinguit inter factum
ipſum , & electionem, vel nominationem, & ibi Bart.
dicit, quod ſubſtantia relicti non põt in alterius arbi-
trium conferri,& nu.1.& nu.5.verſ. item ſi diceres, vi-
detur contineri , infert non poſſe in ſapientis arbitriũ
committi ſubſtantiam diſpoſitionis,quamuis impor-
tetur arbitrium boni viri,Bal.col.2. ver.dicamus ergo
ſic, vbi ponit quod vltima voluntas non poteſt confer-
ri in alicuius alterius arbitrium diſpoſitiuum, ſed be-
ne in diſtributiuum,declaratiuum,& electiuum, & rò
primi eſt,quia tunc imperfecta eſt voluntas tã in ma-
teria,quam in forma; ideo teſtator non põt de vltima
ſua volũtate facere compromiſſum . idem voluit Ang.
qui col.1.dicit,quod ſubſtantia vltimę voluntatis,non
poteſt per alienum arbitrium explicari,ſicuti hæredi-
tas non poteſt adiri per procuratorem vel nũcium, &
qñ alterius arbitrio commiſſa eſt, tunc eſt imperfecta
in materia,& forma. Iõ.de Imola,col.2.in princ.verſi.
vnde dicit hic Bal. vbi ſequuntur Bal. & Ang. & col.3.
circa med. verſ.in ea gl.ibi in arbitriũ,dicit,quod ſub-
ſtantia facti,vel factum ipſum,non poteſt committi in
arbitrium alterius, & infert, quod ſubſtantia non po-
teſt cõmitti ſapientis diſpoſitioni , & Ang.in l.capta-
torias,ff.de hær.inſtit.dicit,quod motus animi non po-
teſt conſumari per motum alterius animi , Ideoq; nec
ab alterius arbitrio pendere poteſt. Imol. in col. 1.in
princ.verſic.item nota quod diſpoſitio captatoria,la-
tiſſimè ponit Pariſ.d.conſil.38. nu. 38.& ſeq.in quibus
locis Doctores expreſſe loquuntur de arbitrio , & ta-
men negant ſuſtineri diſpoſitionem. & rationes alle-
gatæ per eos optimè concludunt quando diſpoſitio
confertur in arbitrium tertij, & non in abſolutam vo-
luntatem.facit Bened.in d.c.Rainutius, in ver.condi-
dit,il primo,nu.1.vbi num.4.dicit quod omnis vltima
voluntas ſubmiſſa voluntati alterius , ideſt per quam
ſubſtãtia remittitur alterius arbitrio,eſt à iure repro-
bata. Coſta in 1.libro Select ar.interpret.c.21.nu.9.vbi
dicit,ſubſtantiam legati non poſſe cõferri in alienum
arbitrium,& eam dici ſubſtantiam,quæ rem,& perſo-
nam legatarij reſpicit,quia ſecundum eũ committere
omnino alij quid relinquas,& cui relinquas, id veteri
decreto manifeſtè repugnat, præcipuè,qñ cõcurrit in-
certitudo rerum , & perſonarum, vt declarat Ruin. d.
conſ.21.nu.6.qui nu.7.inquit,incertitudinẽ rei,& per-
ſonæ ſimul,magis vitiare quã ſolius rei,vel ſolius per-
ſonæ ambiguitatem.ſequitur Peregr. d.art.23.nu.55.
in fi.ſed ante eos Soc.l.quidã relegatus, ff.de reb.dub.
& in legato non pio Card. Mantica,lib.6.tit.3. nu.37.
quare ea diſtinctio an voluntati vel arbitrio commiſ-
ſum ſit,locum habet qñ agimus de arbitrio diſtributi-
uo,declaratiuo,vel electiuo:ſed qñ tractamus de arbi-
trio diſpoſitiuo,tunc nõ refert qđ ſit volũtati,vel arbi-
trio collatũ,& vtroq; caſu diſpoſitio eſt nulla,q̃a vtro-
que caſu dr̃ diſponere per alium, & non per ſe ipſum.
Idq; oſtenditur ex eo quod Bar.dicit in l.1.nu.64.C.de
ſacroſ. Eccl. vbi vult, quod ſi aliquid alterius arbitrio
ſimpliciter relinquitur,ſuſtinetur relictum fauore piæ
45 cauſæ tanquam ſit in cauſam piam relictũ, † c.cũ tibi,
vbi Archid. de teſta. & hoc dicit notandum, & ſingu-
lare Alc.in d.l.captatorias,nu.6. in fi. C.de teſt.milit.
dicit ẽt ſingulare Bened.in c.Rainutius,in verſ.condi-
dit,il primo,nu.8.verſ.pro cuius latiori declaratione,
& diſtinguit Bar. ibi,inter diſpoſitionem commiſſam
arbitrio,& illã quæ committitur voluntati: nã ſecũda
hæc ſi non ſit facta expreſſa mentio piæ cauſæ non va-
let; & hanc dicit magis cõem diſtinctionẽ Didac.refe-
rẽs infinitos,in d.c.cũ tibi,nu.10.de teſta. Vaſq.de ſuc-
ceſſio.creat.lib.2.§.27.nu.80.Pariſ.latè in d.cõſ.38.nu.
21.& ſeq.vol.3.vbi dicit, qđ nõ ſuſtinetur aliter quam
pro pia cauſa: quinimo, nec ẽt pro pia cauſa,qñ arbi-
triũ verſatur circa voluntatẽ diſpoſitiuã.& ideo infert
quod ſi verba piæ cauſæ accommodari non poſſunt,vo-
luntas remanet nulla . latè Craſſus , qui dicit magis
communem,in §.inſtitutio,quæſt.18.num.7.Peregrin.
d.art.23. nu.66. Card.Mantica,lib.6.tit.3.nu.56.ecce
ergo , quod etſi arbitrio non voluntati commiſſa fue-
rit diſpoſitio,tamen non valet niſi fauore piæ cauſæ,&

ceſſante cauſa pia,nō ſuſtinetur diſpoſitio, ſed corruit
taoquam captatoria, & pendens ab alieno arbitrio:
quo circa ꝙ Doctores dicūt,relictum in alterius arbi-
trium commiſſum,valere,capiendum eſt & intelligen
dum quando alieno arbittio eſt temiſſa volūtas diſtri
butiua,electiua, aut declaratiua, ſecus qñ diſpoſitiua,
& ſubſtantialis; præcipuè,cum multi etiam voluerint
diſpoſitiua voluntatem committi noo poſſe in alienū
atbitriū, etiam vbi expreſsè agitur de pia cauſa: quia
in ea quoque militat rō, qood voluntas vnius non eſt
altetius voluutas, vt referendo Batt. Bal. Ang. Henr.
Boic. Aret. Alex. Imol. & Iaſ. concludit Pariſ. d.conſil.
38.nu.21. aut ergo neceſſe eſt dicere falſam opinionē
Doctotum loquentium de pia cauſa, & volentium qđ
in ea hoc ſit ſpeciale,aut fatendum eſt, non eſſe verum
quod ſubſtantiua, & diſpoſitiua volūtas conferti poſ-
ſit in arbitrium tertij,etiā in profanis:quia ſi hoc eſſet
verum, nō eſſet ſpeciale in pia cauſa,vt dicunt omnes.

Quod ſi inſtet aliquis, aduerte, quia noſtro in caſu
teſtator diſpoſuit,& fecit multas ſubſtitutiones, ideo
io eo ſumus caſu in quo reſtator facta certa diſpoſitio
ne illā diſponit arbitrio tettij vel hæredis,quo caſu ēt
ſi commiſſio facta ſit conditionaliter, valet, vt dictum
eſt ſupra.tñdeo,quod etſi facta ſit certa diſpoſitio præ
cedens, tamen voluit teſtator,quod hæres poſſit aliter
diſponere,immutando,reuocando,augendo,minuen-
do,& alterando, & eo in caſu propriam reuocauit di-
ſpoſitionem; vnde perinde eſt, ac ſi uullam feciſſet di-
ſpoſitionem, & eius factionem hæredis arbitrio com-
miſiſſet,quo caſu diximus,ſiue in arbittium,ſiue in vo
luntatem confetatur,eſt nulla.aliud verò eſt,qñ teſta-
tor nō diſpoſitionem, aut diſponendi poteſtatem, ſed
volnntarem iam diſpoſitam ſupponit voluntati hære-
dis,ſcđm diſtioctionem Bald.in d.l.executorē,nu.4.&
probaui ſupra ver.tertio reſpondeo diſtinguendo.ta-
tio differentiæ eſt,quando voluntarem iam certam te-
ſtator ſupponit arbitrio hæredis,tunc diſpoſitio facta
à teſtatore,eſt valida,& hęredi dr̄ cōmiſſa non ſubſtao
tia, ſed declaratio: imò declaratio intelligit̄ remiſſa
arbittio boni viti; vnde,ſiue hætes atbitretur, ſiue nō,
& ſiue bene, ſiue iniquè arbitretur, ſemper ſuſtinetur
id, quod iam eſt diſpoſitū. Sed quando ipſa diſponen-
di facultas committitur, tunc venit ſubſtātia diſpoſi-
tionis,quæ committi alij,& expediti per aliū non pōt,
vt ſupra latè probaui, & ponunt Doctores omnes,d.l.
1.de leg.2.d.l.captatorias.Patiſ.latè d.conſ.38.nu.45.
cum alijs multis; & hoc caſu nihil refett quod teſtator
fecerit certam diſpoſitionem,& poſtea contulerit hæ-
redi facultatem illam immutandi,reuocandi,minuen
di,& augendi,vel nullā omnino fecetit ſed faciendam
commiſerit hæredi, tum quia ptimo caſu eadem mili-
tat ratio,quæ io ſecundo,ex quo vtroque caſu diſpoſiti
ua voluntas coofettut in hæredem cootra vetetum de
cretum: tum etiam,quia paria ſunt, diſpoſitionem nō
46 eſſe factam,& habeti pro non facta,† l.cum ex otatio-
ne,in ptinc.ff.de excuſ.tutor.Cæphal. in conſi.210.nu.
3.& paria ſuot,non eſſe factum, vel factum fuiſſe reuo
catum, l.1.§.quibus, ff.quod cuiuſque vniuerſ. uomin.
Craoe.io conſi.80.num.40.Becius cooſil.6.nume.4. &
paria ſunt,non fuiſſe factum, vel factum non habuiſſe
effectum.Becius latè d.conſ.6.nu.3.probaui in conſi.3.
nu.8.& ſeq. & teſtator oon videtur diſpoſuiſſe quādo
ita diſpoſuit,vt non habeat effectum, hærede cōttariū
diſponēte,& vt intelligatur teuocata,caſſata,& annul
lata diſpoſitio, vbi hæres alitet diſponat: ſicuti igitur
nulla eſſet diſpoſitio, ſi nulla p̄cedente diſpoſitioue te
ſtator facultatē diſponēdi coutuliſſet in hæredem, ita
nō ſuſtinet̄ qñ præceſſit quidē diſpoſirio, ſed talis quæ
pōt mutari & vitiati ab hætede, quia fat eſt qđ hæres
diſponere pōt de bonis teſtatoris, & qñ diſponit,noo
refert quod præcedat teſtatoris diſpoſitio,vel nō præ-
cedat, quia vtroq; caſu eſt diſpoſitio hæredis, non te-
ſtatoris: & pro boc facit, quia vbi legatum eſt collatū
in arbitriū hæredis quaoritate nō expreſſa, vel re non
deſignata, eſt nullum, ſi arbitrium eſt conditionaliter
47 poſitu,† vt per Bartol. & alios, in d.l.1. præcipuè Aug.
Imola, Petegr.d.artic.23.ou.65.in fine, & nu.69. ratio
eſt,quia tunc pendet ab hætedis volūtate, an ſit vel nō
ſit legatum. Coſta d.c.21.nu.3.& 9. quia dicūt omnes,
ſubſtantiam legati pendere ab arbitrio, ideſt an ſit vel
non ſit, cum tñ aliud ſit quando expreſſa eſt quātitas:
quia tunc nō pendet ſubſtaotia ab hæredis arbitrio,er
go idem eſt quaodo quantitas vel res eſt expreſſa, ſed
hæres poteſt illam non dare vel expteſſionem reuoca-
re: nam hoc quoque caſu, an ſit vel non ſit legatum,
pendet ab eius arbittio. quare non ſufficit commiſsū
eſſe arbitrio, vt diſpoſitio ſit valida, ſed ita debet com
mitti ne in aliquo antiquorum decretum offeodatur,
conferendo ſubſtantiam in hæredis arbitriū. pro hoc
ēt dico aduertendū qđ ſi bene videant̄ oīa iura quæ di-
cunt ſuſtineri diſpōnem,quæ cōfertur in arbitrium, &
Doctores qui ita proouociant, planè dignoſcetur lo-
qui eos, qñ non diſpoſitio, aut diſponendi facultas con
fertur. nec iſto caſu (abſit verbo audacia) erit reperire
legē, aut Doctorē qui cōtrariū dicāt, loquūtur aūt oēs,
qñ teſtator ſuā voluntatem ſupponit voluntati ſeu ar-
bitrio hætedis, dicēdo eius arbitrio, ſi arbitratus fue-
rit, ſi arbittabit̄, ſi putauerit, ſi exiſtimauerit, vel ſimi-
lia vetba, q. caſus differunt ſcđm Bal.in d.l.executorē.

Nec obijciatur, quod iura dicētia diſponendi facul
tatem committi non poſſe alieno arbitrio, procedunt
in inſtituto, vt in l.illa inſtitutio, ff. de hæred.inſti.cum
ſimilibus: quoniam reſpōdeo, quod antiquorū decre-
tum eſt generale, & generaliter dicit teſtamentorum
48 iura nō pendere ex alieuo arbittio,† & io d.l.illa inſti
tutio.& inter inſtitutionem, & legata nihil intereſt, vt
expreſsè animaduertit Cuman.d.l.1.ff.de leg.2.Coſta
d.cap.21.nu.7.in fi.& nu.8. vbi dicit receptam hāc eſſe
ſentētiam, & ꝓbatur ex tex. in l.fideicommiſſa, la 2.§.
quamquam, ff. de fideic.lib. vbi ꝙ nō poteſt in alterius
arbitrium conſerri legatum an debeatur, & boc eſt qđ
dixit gl.in d.c.cum tibi, legatum in altetius arbitrium
cōmitti non poſſe, intelligēdo qđ ſit legatum. & Doct.
loquuntur indiſtinctè de quacūque volūtate vltima,
ideò ad inſtitutiones teſtringi nō poſsūt, vltra qđ mul
ti ex ſupta relatis expreſsè loquuntur in legatis, fidei-
commiſſis, & ſubſtitutionibus, vt nō ſit opus expende-
re genetalia, cum habemus particulares deciſiones.

Minus teſiſtit, quod hoc caſu non ſubſtantia diſpo-
ſitionis, ſed eius declaratio fuerit volūtati bæredis cō
miſſa, quod iure eſt permiſſum, ſcđm ea quæ ſupra latè
poſui, ad hoc enim ſupra fuit plenè teſpoorum, dum
demōſtraui quod etſi vetba hæc, declarare, diſponere,
ordinate, ſcđm ſuam proprietarem importent boni vi
ri atbittiū, tñ ex alijs ibi adiectis alterata fuit eotum
natura, & propria ſigoificatio; quia dictum eſt, quod
obſeruetur id omne, & totū quod fuetit declaratum:
quæ verba abſolutam denotāt voluntatem, præcipuè,
cum tributa etiam fuetit facultas non ſimpliciter de-
clatandi, ſed etiam reuocaodi, mutādi, addendi, & de-
ſtruendi, quæ non ſe compatitur cum declaratione, vt
paulò inferius patefaciā; vnde non debet attendi pro
prietas vetbi, declarare, ſed effectus ptātis attributæ.

Reſpondetur ſecundo, quod contrarium procede-
ret, ſi ſolum declarandi facultas fuiſſet conceſſa, ſed
additum fuit etiam ordinandi, & diſponendi, & di-
xi ſæpius diſpoſitiuam voluntatem conferri non poſ-
ſe in alium, quia teſtari debet quilibet per ſe ipſum,

non per alium,aliàs ſuũ non dicitur, ſed alterius teſta
mentum;& ooo ſua,ſed alterius diſpoſitio.
Tertio reſponderi poteſt, quod non tam inſpicien-
dum eſt quid teſtator mandauerit, quam quid hætes
exequendo præſtiterit, teſtator enim quamuis commi
ſerit hæredi poteſtatem declaraodi, diſponendi,& or
dinaodi,tñ hæres non declarauit,ſed ex integro diſpo
ſuit & ordinauit, quia deſcendentes quinti filij voca-
uit ad ſucceſſionem cum alijs vnoquoque ex quatuor
ſine libetis decedente:cum tñ illos teſtator vocaſſet ſo
lum omnibus quatuor filijs ſine liberis deficientibus.
Præterea noo obſtaotibus ſubſtitutionibus factis à te
ſtatore, hæres licentiam & ſacultatem coοceſſit, gra-
uatis alienandi, & diſponẽdi de bonis fideicommiſſo
ſubiectis:quæ omnia non declarationem ſed ptincipa
49 lem diſpõnem teſpiciũt, quia declarans nihil dat.† l.
adeo,§.cum quis,in fin.ff.de acquir. rer.dom. Bar. in l.
hætedes mei,§.ſed ſi notam, vbi Bal.& Angel. ff.de te-
ſtam.l.qui ex libetis, §.teſtõ, ff.de bono. poſſeſſ. ſecun.
tabul.Dec.in conſil.423.nu.20. Gozad.in conſ.70.nu.
9.vbi dicit, quod declarare nõ dicitut qui de nouo ali
quid adijcit:id quod ponit quoque Io.Annib. in l.ne-
mo põt,ou.149.ff.de leg.1. Pariſ.conſ.8.nu.26.volum.1.
& conſ.9.nume.25.eod.volum. Crot.conſ.50.num.14.
Zuchard. in l.fin. nu.43.C.de edict. diui Adria. tolleo.
Roland. conſ.15. ou.27. vol.3. & declatatio vetſatur
50 circa res dubias,non circa claras. † Caſtr.in d.l.hære-
des palam,§.ſi quid poſt,& in conſi.338.num.9.vol.1,
cum multis apud Becium in conſil.3. nume.44. & ſeq.
vbi ſuſtinet, quod non dicitur declaratio quando fit
ſuper re clara nõ dubia,ſed dicitur noua diſpoſitio, &
quando declaratio verſatur circa accidẽtia,& citcun-
ſtantias,tunc eſt veta declaratio: ſed quando reſpicit
actus ſubſtantiam, tunc habetut pro noua diſpoſitio-
51 oe, † vt poſt Anchar. reſoluit Ioan. de Anan.in conſil.
84.num.1. verſ. ptæterea licet communiter, vbi infert
requiri hoc caſu eandem ſolennitatem, quæ in con-
dendo actum eſt neceſſatia, & partem debete intetue
nire.Dec.io l.1.nume.3.& 5. C.de impubet. & in cap.
paſtoralis,in fine,de exception. & non dicitut declara
tio illa,quæ non exponit ſed perimit primum dictum,
cap.cum dilecti, de accuſation. Bald.in l.1. in fi. C. de
libet.ptætet.& in l.ſi de interpretatione,in princ.ff.de
legib.vbi dicit, interpretatiooem debete eſſe vetiſimi
lem, vt ſcilicet exponat oon perimat. ſequitut Tiraq.
in l.ſi vnquam,in vet.libettis.num.14.io ptincip.C.de
reuocan.donatio.in propoſito aũt hæres non declara-
uit aliquid quod ambiguum eſſet in ſubſtitutionibus;
quia teuera,omnia etant plana & certa, & omnia cla-
ra, ſed de nouo diſpoſuit,vocando oĩum nepotum de-
ſceodẽtes,in caſum in quem quatuot tñ erant vocati,
concedendo licentiam alienandi quæ etat in primo
teſtõ denegata: ergo non ſuit declaratio ſed ooua di-
ſpoſitio, & mutatio teru iã à teſtatore conſtitutarum.
Et quamuis teſtatot dixerit hæredem eſſe infotma
tum de ſua mente,quo caſu explicando id quod teſta-
tor tacuit, videatur hæres ſolũ declarare, vt per Caſtr.
& alios in coutrarium relatos,puta, quando dixit,in-
ſtituo eum quem Titius exptеſſetit,cui ego ſignificaui
hæredis nomen. Vel,lego centum ei quem nominaui
Titio, cuius dicto volo ſtari, tamen in caſu noſtro res
aliter ſe habet: quia voluntatem ſuam teſtator expli-
citè in teſtamento pronunciauit & expreſſit, adeo, vt
ad illius certam petſectionem nulla altetius declara-
tione opus eſſet; vnde omnis declaratio ſequuta im-
pottat mutationem primæ voluntatis,& contrinet di-
ſpoſitionem, quæ non poteſt committi alij. ita decla-
rat Ruin.dicto conſil.19.oum.7.vetſ. & ſic quando te-
ſtator, volum.2. vbi dicit valere quidem diſpoſitionẽ,
lego illi quem hæredi meo dixi: qoi hæres exprimẽdo
illius nomen dicitur teſtatotis voluntatem declarare,
& perficere quæ iam erat facta, ſed non valete, quãdo
teſtator voluit quod filius diſponat prout in facto no-
ſtro;& tatio diuerſitatis eſt, quia primo caſu legata-
rius dicitur nominatus ab ipſo teſtatore, ſecũdo vero
ab hærede. Accedat, quod in caſu Caſtren. Ruin.&
aliorum,id quod teſtator alij commiſit noo fuerat ex-
pteſſum à teſtatore, ideo ſequuta declatatio videtur
perfecta teſtatotis diſpoſitio. ſed in caſu noſtro teſta
tor perfectè diſpoſuit, vnde committendo hæredi qđ
poſſit diſponete contrarium eius quod teſtator expli-
cauit, oon poteſt id venire ad declarationem, ſed ad
impugnationem, &, vt dictum eſt ſæpius, declaratio
committi poteſt, non diſpoſitio, nec mutatio, aut te-
formatio diſpoſitorum. Vnde fatendum eſt, nos non
eſſe io declaratione,ſed in noua diſpoſitione, quæ con
tra veterum dectetum oon ſuſtinetur: potuit autem
ſuſtineti ſacultas quatenus continet ius declarãdi,ſed
ruit quatenus exptimit facultatem diſponendi,& hoc
non eſt inconueniens, quia vtile non vitiatut per inu-
52 tile,† l.1.§.ſed & ſi mihi,ff.de verbot.obligat.& poteſt
diſpoſitio effectum ſortiri pro patte poſſibili, & vitia-
ri pro parte impoſſibili. Bart. & Caſtr. in l.1. in fine,
ff.de cond.inſtit.& in propoſito Pariſ.d.conſi.38.n.34.
vol.3.Faciunt quæ ponit Ruin.in conſ.20.nu.3.vol 2.
Quod vero tettio loco dictum eſt, poſſe in alterius
voluntatem velatam,& obſcutam committi, relictum
procedit,qñ non agitut de voluntate diſpoſitiua,ideſt
qñ teſtator non conſert diſponendi ſacultatem, ſed ſo
lum qñ ipſe iam diſpoſuit,ſed volũtatem in ſua diſpo-
ſitione contentam ſupponit voluntati hęredis,vel alte
rius:tunc ſi id fiat velatè,ſuſtinetur,puta,ſi talis aſcen
derit Capitolium,cum talis voluetit,vel aliter,ſed vbi
conſert in altetius voluntatem, vel arbitrium ſaculta-
tem diſponẽdi,non valet; obſtat enim tunc antiquorũ
decretum, volens, vt non pendeat vltima voluntas ab
alieno arbitrio. Rñdeo ẽt,quod in facto oon fuit colla-
tum relictum in voluntatem velatam,ſed apertã:quia
apertè & clatè dictum eſt,ꝙ ſeruetur quidquid ab hæ-
rede diſpoſitum, declaratum, & ordinatum fuetit,io
tñ,qđ vt ſuſtineãtut diſpoſita ab hærede, teſtator pro
priam reuocauit diſpõnem; vnde nõ eſt magis velata
iſta facultas,quam illa de qua ponit Bald.in d.l.execu
torem,nu.4. vbi dicit, inſtituo talem hætedem ſi mea
vxot voluerit; vel alia, volo,qđ talis diſponat de bonis
meis,& eius diſpoſitio ſit meũ teſtñ, de quibus ẽt po-
nũt Dec.Pariſ.& Peregr. ſupra citati. dicitur aũt & in
telligitur à Doctotibus velata, qñ verba teudunt prin
cipaliter ad aliud,licet conſequentet, & acceſſoriè im
53 pottent voluntatem,† vt ſi dicitur,cum talis voluerit,
tunc enim, licèt voluntas illius interuenire debeat,iõ
deſideratur principaliter reſpectu tp̃is, & acceſſoriè
reſpicit ſubſtantiã. ſic ſi talis aſcenderit Capitolium,
licet eius voluntas tequiratur in aſcenſu, tamẽ aſcen-
ſus ille non voluntas principaliter requiritur. Præte-
rea, hæc & alia oĩa exempla cõtinent ſuppoſitionẽ vo-
lũtatis teſtatotis,volũtati hæredis,vel tertij,ſed in hæ-
redẽ,vel tertiũ nõ conferũt facultatẽ diſponendi. hæc
aũt voluntas diſpoſitiua, vt inquit Bal.in d.l.executo-
rem,ſeu inductiua,vt idẽ dicit in l.1. in 2.lectu.col.2.ff.
de leg.2.ſeu ſubſtantiua,vt alibi idẽ declarat, non põt
cõmitti alij, quia eſt cõtra ſubſtãtiã vltimę volũtatis.
Quartum quoque obiectũ non difficulter remoue-
tur: nam teſtatot non ſimpliciter dixit, ſi hæres aliter
non diſpoſuerit,quo caſu forte verũ eſſet ademptionẽ
cõmiſſam dici volunrati hæredis,ſed prius dixit, quod
hęres poſſit diſponere ordinate,& declarare cõtra ea,
quæ ipſe ſtatuit in teſtamẽto,& ſi nihil diſpoſuerit,tũc
vult

Digitized by Google

vult ſeruari ſubſtitutiones ſuas; quatenus autẽ hære-
di tribuit facultatem diſponendi, in eo veterũ decretũ
offendit; & licet ſuſtineatur teſtatoris diſpoſitio, qua-
tenus dicit, ſi nihil diſpoſuerit, non tamen ſuſtinetur
quatenus confert in hæredem illam diſponendi pote-
ſtatem quæ à lege ipſi ſoli fuit tributa, iuxta ea quæ ſu-
pra toties fuerunt à me reperita.

Secundo reſpondeo, aliud eſſe quod ſimplici volun-
tati hæredis ſubijciatur diſpoſitio facta à teſtatore, vt
quando dicitur, niſi hæres noluerit, vel niſi hęres cõtra
dicat, aliud verò quod dicatur hæredi, quod poſſit cõ-
trarium diſponere, quã teſtator diſpoſuerit. ſecundo
enim hoc caſu decretum antiquorũ magis offenditur,
quam ſi ſoli, & nudæ voluntati ſupponatur diſpoſitio
iam facta: quia diſponere per aliũ vel alterius miniſte
rio teſtator non poteſt, ſed reuocare iam diſpoſitum
bene poteſt hærede non volente: nam hoc ſecundo ca-
ſu non dicitur per alium diſponere, & conſequenter
veterum decretum non læditur.

Tertio dico, quod vbi dicitur ſi non contradixerit,
niſi contradixerit, vel niſi noluerit, tunc non dicitur
collata diſpoſitio in hæredis voluntatem, vel nolun-
tatem, ſed ſat eſt quod taceat, & non diſponat, ideo
non offenditur antiquorum decretum, & conſequen-
ter ſuſtinetur diſpoſitio, vt iam dictum eſt in contra-
rio: ſed quando confertur facultas diſponendi, tunc
offenditur decretum, quia perinde eſt, ac ſi dictum eſ-
ſet, ſi voluerit: quo caſu inualida eſt diſpoſitio, prout
reprobata glo. ponunt Bart. And. de Pilis, Ang. Alber.
& alij in d. l. fideicommiſſa, §. ſic fideicommiſſum, ff. de
lega. 3. cum alijs ſupra relatis. & licèt hæres diſponen-
do aliter quam fecerit teſtator, necnõ teſtator ipſi hæ-
redi facultatem committendo, aliter diſponendi quã
ipſe fecerit videatur contradicere, & cõtradicendi fa-
cultatem tribuere, tamen hæc contradictio, & contra-
dicendi poteſtas, venit non principaliter, ſed in con-
ſequentiam: diſpoſitio autem & diſponendi poteſtas
venit principaliter, vnde attendimus quod fit non in
54 conſequentiam, ſed principaliter, † l. 1. ff. de author.
tutor. Bald. in l. non ſolum, ff. de reſtit. in integr. Crau.
in conſil. 345. num. 3. Becius in conſil. 47. num. 32. cum
igitur in cõtradictione ſimplici ceſſet ratio decreti, &
ea militet in diſpoſitione, vel voluntate diſpoſitiua, nõ
mirum erit ſi poteſt committi in ſimplicem contradi-
ctionem hæredis, non autem in diſpoſitionem, quam-
uis diſponẽdo aliter quam fecerit teſtator, dicatur illi
contradicere: nam videmus multa idem continere re-
ſpectu eiuſdem effectus, quæ tamen diuerſimodè indi-
cantur ſecundum diuerſum modum, per quem in eſſe
producuntur, & in ſpecie id ſeruatur in præſenti mate
ria, in qua aliud eſt, quod in liberam volũtatem, aliud,
quod in arbitrium committatur, aliud, quod in arbi-
trium ſimplex, aliud verò, ꝙ in abſolutum, aliud, quod
ſimpliciter in voluntatem, aliud verò, quod in relatam
voluntatem; & multa alia poſſem adducere exempla,
in quibus ob varietatem modi variatur diſpoſitio.

Poſtremum quoque non repugnat: nam etſi inter
liberos facta fuerit diſpoſitio, tamen non ideo magis
valet, teſtamentum enim inter liberos non valet, quan
55 do eſt imperfectum ratione † voluntatis, vt voluit glo.
vnica, in l. ſi is qui, ff. de teſta. quam dicit communiter
probari Alexan. in conſ. 76. nu. 13. volum. 3. & ſequun-
tur omnes, vt inquit Caſtren. in l. hac conſultiſſima, §.
ex imperfecto, C. de teſtam. vbi communem dicunt
Corneus, num. 3. Riminal. colum. 1. Iaſ. conſil. 155. col.
2. volum. 2. multos addit Clar. §. teſtamentum, quæſt.
9. Vaſq. d. §. 22. nu. 6. multos alios ponit Craſſ. in §. te-
ſtamentum, quæſt. 12. nume. 1. & per hanc rationem
hoc voluit in terminis Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 2.
§. 17. nume. 82. in 2. ampl. vbi dicit hoc eſſe de mente
communis opinionis. Et argumentum quod fit a pia
cauſa ad fauorem liberorum, nõ ſemper eſt validum:
nam teſtamentum ad piam cauſam, poteſt nutu fieri,
56 † glo. magna, in d. cap. cum tibi, de teſtam. vbi eam ſe-
quuntur Doctores. & communem dicunt Alex. in l. iu-
bemus, num. 3. & Corn. nume. 26. C. de teſta. Clar. qui
teſtatur quoque de communi, in §. teſtamentum, q. 6.
num. 7. Felin. in cap. in præſentia, nu. 77. de probation.
ſed non poteſt nutu fieri teſtamentum inter liberos.
57 † Angel. in l. diſcretis, nume. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ.
Bauer. Inſtit. de teſtam. in princ. num. 93. Natta d. §. ex
imperfecto, nu. 194. communem dicit Clar. d. §. teſta-
mentum, quæſt. 8. in fin. Mant. de coniectur. vlt. volun.
lib. 5. tit. 15. num. 36. Tiraquel. de pia cauſa, priuileg. 8.
vbi ponit de vtroque. Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 1. 2. §.
22. num. 15. & ſeq. Cardin. Mant. lib. 6. tit. 3. num. 15. &
fauorabilior eſt pia cauſa quam liberorum, excepta le
58 gitima. † Bar. in l. 1. nu. 61. & 74. C. de ſacroſan. eccle.
in repet. Cardin. Mantica, loco præcitato, & ratio eſt,
quia relictum piæ cauſæ cenſetur relictum animæ pro
priæ. Abb. in conſ. 11. num. 2. in 1. volum. Natta in cõſi.
124. nu. 13. ideo teſtator præſumitur ſibi magis quam
filijs vel alij cuicũque voluiſſe proficere, l. præſes, C. de
ſer. & aqua, l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtr. ita arguit Car
din. Mant. ibi, num. 35. & per hanc rationem bene tol-
litur omne fundamentum eorum qui dicunt contra-
rium, dum ſolam eccleſiam vel piam cauſam conſide-
rant, non eam referendo ad ſalutem propriæ animæ,
quam quiſque vti debet, ita velle præſumitur filijs præ
ferre. Rurſus non eſt vndequaque tutum, quod fauo-
re piæ cauſæ valeat diſpoſitio collata in alienum arbi-
59 trium, multi enim contradicunt † præcipuè Din. Cin.
Balb. & Sali. in l. captatorias, C. de teſtam. milit. Bald.
in l. 1. colum. penul. C. de ſacroſan. eccle. Ang. Roman.
Alex. Aret. Corn. & Iaſ. in d. l. captatorias. Anchar. d. c.
cum tibi, de teſtam. Pariſ. d. conſil. 38. num. 21. Vaſq. d.
§. 22. num. 7. ver. an autem. vbi dicit, duplicem eſſe ra-
tionem. Primam, quia fauore piæ cauſæ diſpenſatur
cum formali cauſa, & ſolennitate, non cum cauſa effi-
cienti, ideſt cum voluntate. Secunda eſt, quia diſpo-
ſitio generalis includit caſus priuilegiatos, niſi priui-
legium ſit ſpeciale in re de qua agitur. Reſpõderi etiam
poteſt, quod ſi verum eſt teſtamentum ad pias cauſas
conferri poſſe in alterius volũtatem vel arbitrium, id
procedit iure Canonico inſpecto: nã iure ciuili atten-
to in tali teſtamento eadem exigitur ſolennitas, quæ
60 in alijs, nec ei ſpecialis fauor aliquis impẽditur, † l. ge
nerali, C. de ſacroſan. eccl. glo. in l. 1. in verſ. caſſa, C. de
ſacroſan. eccleſ. vbi Aret. nu. 2. in fi. Iaſ. in lectu. Patau.
nu. 22. vbi dicit cõem, & ſequitur Beſſct. in repet. num.
33. & ibi Bart. in fine dicit cõiter teneri, licet ipſe con-
tradicat in Repet. cõem quoque dicit Boer. in conſil.
93. nu. 1. cõem quoque dicit Alciat. in conſil. 79. nu. 13.
vol. 3. idem teſtatur Clarus, §. teſtm̃, q. 6. in prin. Card.
Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 4. Craſſus,
§. teſtm̃, q. 18. in prin. ille autem fauor procedens à Ca-
nonico iure non debet extendi ad liberos, ſed quoad
eos ſeruandum eſt ius ciuile, & propterea diſpoſitum
à iure Canonico circa captatoriam voluntatẽ fauore
animæ non debet extendi ad filios cum derogatione
iuris ciuilis. Demum reſpõderi põt, ſcd̃m Bal. in l. illa
inſtitutio, ff. de hæred. inſtit. circa med. qđ valet, quan-
do committitur voluntas electiua, aut diſtributiua, ſe
cus quando diſpoſitiua. idem in d. l. executorem, nu. 4.
C. de execut. rei iudic. nos autem ſumus in voluntate
diſpoſitiua, nõ in diſtributiua, electiua, aut declarati-
ua, quamquã & in hac contradicat Benedict. in d. cap.
Raynutius, in verſi. condidit, il primo, num. 8.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Conditione deficiente actus habetur pro non facto, & deficit etiam diſpoſitio.*
2 *Conditionem ſemel defeciſſe ſufficit, quia non poteſt in futurum impleri.*
3 *Conceſſum ſub vna conditione, cenſetur ſub contraria ademptum.*
4 *Pacta ſunt ſeruanda.*
5 *Contractus cauſa ceſſante, ipſe quoque contractus ceſſat.*
6 *Contractus etiam nominatus, reſoluitur, ſi deficiat cauſa finalis.*
7 *Correſpectiui actus habentur pro vnico, ita, vt vno deficiente, alter corruat.*
8 *Cauſa finalis arguitur ex proœmia diſpoſitionis.*
9 *Finalis cauſa dicitur ea, quæ reſpicit totam diſpoſitionem, & in eam generaliter influit.*
10 *Cauſa finalis dicitur ea, quæ eſt poſita in conditione.*
11 *Si, dictio, denotat conditionem.*
12 *Finalis cauſa ea præſumitur, quæ ſecundum iuris rationem debet eſſe talis.*
13 *Actus dicitur nullus, quando non habuit effectum.*
14 *Factum non reputatur, quod fuit reuocatum.*
15 *Verba debent intelligi cum effectu.*
16 *Effectus magis attenditur quàm modus.*
17 *Conditio non dicitur eueniſſe niſi cum effectu euenerit.*
18 *Inſtitutus ſub conditione, ſi in legibus ſtuduerit, non dicitur ſtuduiſſe, ſi ad Doctoratus apicem non peruenit.*
19 *Conditio vbi eſt ſucceſſiua, non ſufficit momento fuiſſe impletam, niſi etiam duret.*
20 *Mens contrahentium eſt principaliter attendenda.*
21 *Mercatorum in contractibus non verborum cortex, nec iuris apices, ſed ſola æquitas ſpectanda eſt.*
22 *Prouiſio hominis non tollit ordinariam legis prouiſionem.*
23 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*
24 *Relatio fit ad ea quibus adaptari poteſt.*
25 *Relatio fieri debet ad illud quod in relata diſpoſitiuè continetur, non ad id quod conditionaliter, vel enunciatiuè legitur.*
26 *Diſpoſitio ſemper intelligitur, vt referatur ad caſum magis neceſſarium.*
27 *Interpretatio fieri debet ſecundum quod veriſimile eſt partes ſenſiſſe inſpecta natura negotij.*

CONSILIVM CCCLXXXI.

DVM Dominus Antonius Bencius Florentinus tractaret Romæ cum Reuerenda Camera Apoſtolica conducere tranſitum ſalis per totam Eccleſiaſticam ditionẽ, & præcipuè per flumen Padi, ſuo, & nomine Dominorũ Sebaſtiani Gandulphi, & Samuelis Leui, eodem tpe Dominus Samuel Ferrariæ tractabat à Sereniſſino Duce illo conducere tranſitum ſalis per totam Ferrarienſem ditionem, fuitque inter eos conuentum die 16. Nouembris 1592. Fauentiæ ſuper communione vtriuſque negotij, cum declaratione expreſſa, quod ſi non ſuccederet id quod cũ Apoſtolica Camera tractabatur, eo caſu Ferrarienſe negotium ſi tunc eſſet concluſum remaneret integrum ipſi Samueli, atque eius commodo & detrimento, & vt dici ſolet inter mercatores *ſopra di ſe.* Poſt aliquot Menſes concluſus quidem fuit contractus per Bencium cum Camera Apoſtolica, ſed non habuit effectum; quia orta contentione inter Cameram, & Sereniſſimum Ferrariæ Ducem, conductores non potuerunt à ſal tranſducentibus, vel tranſuehentibus exigere vectigal quod conduxerant, propterea Dom. Samuel qui interim conduxerat tranſitum Ferrarienſem, prætendit ſe non teneri communicare Bencio, & Gandulpho ius conductionis à ſe factæ, ſed ſibi ſoli in ea ius eſſe. quæritur ergo, an iure contradicat; & primo quidem aſpectu iniuſta videtur recuſatio: nam verba pacti dicunt, ſi non ſuccederet Romanum negotium, at ſucceſſit, quia fuit concluſum, factum inſtrumentum, dati fideiuſſores, & expedita mandata: atque ita defecit conditio ſub qua communicatio fuerat excluſa, & conditione deficiẽte, actus habetur pro
1 non facto, † l. pecuniam quam, ff. ſi certum petat. l. neceſſario, §. quod ſi pendẽte, de pericul. & com. rei vend. l. ſi quis fundum, ff. de contrahen. empt. l. qui hæredi, §. Plautius, vbi Bart. & alij, præcipuè Socin. ff. de cond. & dem. Dec. conſi. 485. nu. 4. Pariſ. in conſ. 8. nu. 25. vol. 3. Soc. iun. in conſ. 165. nu. 6. vol. 2. & conditione deficiente, ipſa quoque deficit diſpoſitio. Crau. in conſ. 170. nu. 8. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. reuertatur, nu. 277. C. de reuoc. donat. Cæph. in cõſ. 395. nu. 20. Rolan. in cõſi. 58. nu. 15. vol. 3. & paria ſunt, quid nõ fieri, vel ſub conditione fieri, quæ nõ ſit purificata, vt inquit Rip. in cõſ. 81. nu. 23. & ſat eſt conditionem ſemel defeciſſe, quia
2 non poteſt in futurum impleri. † l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi quod ſemel eſt extinctum reintegrari nõ poteſt, l. 1. §. proinde, ff. ſi quid in fraud. patr. l. pen. ff. de condit. & demon. gl. in l. 1. in gl. magna, in prin. verſ. vel fuit in mora, C. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi Caſtren. Fulgoſ. Alexan. Iaſ. Dec. & alij, & comprobaui in conſ. 157. nu. 19. & cum inter partes conuentum fuerit quod ea conditione eueniente, ſolus Dom. Samuel haberet Ferrarienſe negotium; videtur quoque in contrario caſu conuentum, quod ea non eueniente negotium eſſet commune, quia conceſſum ſub vna conditione, cen
3 ſetur ſub contraria ademptum, † l. ſi legatum purè, ff. de adim. lega. l. aliquando, ff. de conditio. & demon. l. quod purè, ff. quãdo dies leg. ced. Ruin. conſ. 170. nu. 5. ff. de leg. 3. Natta in conſ. 200. nu. 5. Cæph. conſ. 17. nu. 20. Oſaſc. deciſ. Ped. 166. nume. 4.

Non tamen obſtantibus prædictis, cẽſeo licere Domino Samueli recedere à ſocietate, & communicatione prædicta, & pro ſe totum Ferrarienſe negotium retinere, quia pacto expreſſo ita fuit conuentum, quod ſi negotium Romanum non ſuccederet ſolus Do. Samuel haberet Ferrarienſe negotium; & hic caſus euenit, quia Romanus contractus non habuit effectum, ergo pacto ſtandum eſt, quia nihil magis naturali con
4 uenit æquitati quam pacta ſeruare, † l. 1. ff. de pact. l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſiti, & Bal. in rubr. de conſtitutio. in princ. dicit, prodijſſe ab ore Dei ſententiam illam, Pacta ſeruabo. Neuiz. in conſil. 66. nu. 18. latè Becius conſi. 45. num. 25. Rolan. in conſi. 69. nu. 20. volum. 4. & paria ſunt, quod Bencius non conduxerit à Camera Apoſtolica, vel conduxerit ſed conductio non habuerit effectum, l. 1. §. nihil, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſt. tut. l. 2. §. ſed etſi ſint ſui, ff. de ſuis, & legit. l. ex conſenſu, §. 1. ff. de appellation. & dicã latè infra, vtroque enim caſu eadẽ eſt ratio, quia non eſt conductio quãdo conductionis nullus eſt effectus.

Secundo moueor, quoniam Dominus Samuel ea ratione & cauſa inductus fuit ad communicandum Bencio & Gandulpho contractum Ferrarienſem, vt ſibi quoque communicaretur contractus Romanus, & ideo illos ad vtilitatem Ferratiẽſis negotij aſſumpſit, vt ipſe quoq; vtilitatis particeps eſſet quæ à Romano negotio proueniret: defecit autem cauſa & ratio, quæ illum mouit, ceſſare ergo debet contractus aſſociationis, capit. cum ceſſante, in princip. de appell. cap. etſi Chriſtus, in fine, de iureiuran. cap. cum infirmitas, de pœnit. latiſſimè Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſ. in prima par. nu. 12. & in ſpecie quod contractus cauſa ceſſante

ipſe

5 ipſe quoque ceſſet,eſt text.† in l.1. C.de cond. ob cauſ.
vbi gl.fi. dicit, quod ceſſar dotis coutractus matrimo-
nio ceſsãte, propter quod dos fuit ſoluta vel promiſſa,
& ſequuntur Cin.ibi,in 1.notab.& Bald.in prin.& pro
cedit etiã in contractibos nominatis, quia ſi deficiat
6 finalis cauſa, reſoluitur contractus,† l.cũ te, C.de pac.
inter empt.& vendit. vbi Cin.Bal.Salicet.Caſtr.& alij
hoc notant Bal.& Salic.in l.2.C.de cond.ob cauſ.Abb.
in c.verum, in verſ.vnde concludo, C. de cond. appoſ.
& illum text. dicit ad hoc ſingularem Alex. in l. dedi,
nu.8.ff.de cond.ob cauſ.vbi ait, qood etſi Fulg.cõtradi
cat,tñ opinio hæc tenetut cõiter. Corn.in cõſ.101. col.
fi.verſ.nec obſtat,vol.1.Soc.in conſil.26.nu.3. in fi.verſ.
igitur ſi id pactum, & nu.4. in fi.verſ.ex quibos in pro-
poſito,vol.3.vbi dicit reſolui contractum ob defectum
finalis cauſæ etiã ſi proueniat facto tertij, puta Regis
Franciæ probibentis,vt in ſimili contigit hic. Crau. in
conſ.192.nu.22.vbi dicit,ope exceptionis reſcindi con
tractum nominatum nb implementum non ſequutum
ſine dubio,ſed etiam licere iure actionis.Boſſius in tit.
de remiſſio.merced.facien.condoct.num.50. Tiraq.in
tractar.ceſſan.cauſa,par.1.nu.56. Rol.in d.conſ.69.nu.
40.vol.4.Bec.d.conſil.45.nu.29. & qui contrarium di-
cunt,loquuntur in contractu,qui per ſe conſtat, nec ab
alio contractu vllam habet dependentiam, ſed,vbi alio
dependet,vt quia alium effectum contrahentes reſpe-
xerint,tunc ceſſante finali cauſa,reſoluitur cõtractus.
& ratio eſt:quia vbi ex principali aliqua cauſa motus
quis fuit ad contrahendum, videntur actus correſpe-
ctiui,& facti vnus cootemplatione alterius,nec credi-
tur quod ad illom contractũm deueniſſent, niſi ſperaſ
ſent alium ſucceſſurum actum, & actus corrcſpectiui
habentur pro vnico, ita quod ſi vnus deficiat alter cor
7 ruit. † Roland.d.conſ 69.nu.44. Becius d.conſ.45. nu.
34.& conſil.92.nu.6.& ego dixi in conſi.217.nu.9.

Quod autem in facto D. Samuel ſibi in ſocios aſci-
uerit Beneium,& Gandulphum,ob contractum Roma
num probarur ex procemio ſcripti inter partes tranſa
cti die 16.Nouẽbris,1592. in quo dicitur,quod ex quo
fuerat tractatum de conducendo tranſitum ſalis à Ca
mera Apoſtolica,ideò cõuenïont quod D.Samuel poſ
ſit ad cõe commodum conducere trãſitum Ferrarien-
ſem. cauſa enim finalis arguitur ex procemio diſpoſi-
8 tionis,† l.fi.vbi Bartol.dicit noran. ff. de hæræd. inſtir.
Bal.in l.hæc verba,C.de falſ.caoſa adiecta leg.Gozad.
conſi.1.nu.14.Rube.conſi.147.nu.13. Bellon. in conſil.
60.nu.11.& poſt Crao.dicitæ Cph. io conſil.246. nu.9.
qood finalis caoſa poſita in procemio,influit in diſpo-
ſitionem ſequentẽ,& videtur repetira in omnibus quæ
continentur in diſpoſitione. dixi in conſil.240. nu.15.
ſecundo quod cauſa ſit finalis oſtenditur ex verbis di-
ſpoſitiuis eiuſdem ſcripti,quibus dicitur,q̃d ſi eis non
ſuccederet conductio quæ tum Romæ tractabatur, ſo-
lus D.Samuel haberet negotium Ferrarienſe. ecce er-
go ꝙ nolebat eos ſibi ſocios habere in Ferrarienſi ne-
gotio,niſi fieret quoque particeps ipſe Romani nego-
tij,dicitur enim finalis cauſa,ea, quæ reſpicit totam di
9 ſpoſitiooem, & in eam generaliter † influit,Bal.in l.1.
col.7.ff.ſolut.matr.Corn.in conſil.35.col.2.vol.3.Cra-
net.in conſil.192.nu.21. verſic. quinto illa dicitur. Be-
cius,d.conſil.45.nu.30.Rolan.d.conſil.69. nu.40. Ter-
10 tio dicitur finalis,quia eſt poſita in conditione,†vt vo
luit Bart.in l.demonſtratio falſa,§.quod autem, col.3.
verſ.tertio modo,ff.de condit.& dem.Salic.& Bologn.
in l.damus,ff.de condit. indeb. Bellam.in c. poſt tran-
ſlationem,col.4.de renunciar.Tiraq. in d.tract.ceſſan.
cauſa,par.1.num.60.& ſeq.vbi ait, ratiooem eſſe,quia
conditio importat formam, quod autem conditiona-
liter ſit poſitus euentus cõductionis, ſeu ſucceſſus,pro

11 batur ex dictione, ſi, quæ denotat conditionem,† glo.
in l.1.vbi Bart. & Doctores, ff. de condit. & demonſtr.
Becius,in conſil.41.nu.26.dum ergo dictum eſt,ſi con-
ductio non ſuccederet, apparet non aliter Dominum
Samuelem voluiſſe alijs communicare tranſitum Fer-
rarienſem, quam eo ſuccedente, & ob illius euentum
cõmunicare. Præterea quid aliud poterat Samuel ſua-
dere communicationem, niſi vt fieret particeps nego
tij Romani, certè nihil, ideo illã præſumere debemus
finalem cauſam,quia ſecundum iuris rationem debe-
12 bat eſſe talis, † vt arguit Bald. in l. eam quam, col.2.
verſ. venio ad notab. C.de fideicom. Barbat.in conſil.
19.colum.peoult.volum.2. Tiraquel. io loco præcita-
to, ou.44. & 67. & res in præſenti facto non poteſt eſſe
dubia,ſtante partium declaratione,de qua in ſcripto:
nemo autem potuit melius declarare partium inten-
tionem,quam ipſemet fecerint.

Non obſtat itaque, quod cõditio defecerit,quia re-
ſpondeo,non eam defeciſſe: dictum enim eſt,ſi nõ ſuc-
ceſſiſſet negotium cum Camera Apoſtolica, & non di-
citur ſucceſſiſſe,licèt factus fuerit contractus, ſi tamen
non fuit obſeruatus,nec executus: nam,vt ſupra dixi,
paria ſunt,quod non fuerit factus,vel quod effectũ noo
habuerit, & actus dicitur nullus, quando non habuit
13 effectum.† Iaſ.in l.fin.ff.de off.eius,vbi multos allegat
concordantes. & inſtrumentum ſine effectu, vt eſt in-
ſtrumentum ſimulatum,dici non poteſt inſtrumentũ.
Dec.conſi.644 nu.10. ſic etiam quando aliquid fuit re
14 uocatum,habetur ac ſi non fuiſſet † factum, l.credito-
res,ff.de verb.ſignific.facit l.qui ſic, ff. de ſolut.Crauet.
in conſ.80.nu.4.& quando partes dixerunt, ſi contra-
ctus non ſuccederet, intellexerunt de ſucceſſu cum ef-
15 fectu, †quia verba intelligi debẽt cum effectu, d.l.1.§.
hæc verba, ff. quod quiſque iuris. effectus enim præua-
let verbis. Innoc.in c.1. de bigam.imo magis effectus
16 attenditur quam modus. † Bald. in l.3. C. de inſtit. &
ſubſtitut.Imola in l.quoties,§.ſi quis nomen, ff. de hæ-
red.inſtit.& ſemper effectũ inſpicere debemus, ſecun-
dum Specul in titu.de calumniato.in fi. & hoc obtinet
etiam in conditionibus, vt non aliter dicantur eueniſ
17 ſe,niſi cum effectu euenerint. † Bald. in l. ſi quis hære-
dem, in fine, C.de inſtitu. & ſubſtit. vbi vxor inſtituta
ſub conditione, ſi Diui Franciſci ordinem reciperet,
non dicitur impleuiſſe conditionem ſi acceptum habi
tum dimiſit. Dec.conſilio 177. in fine.ſic inſtitutus ſub
cooditione, ſi in legibus ſtuduerit,non dicitur ſtuduiſ
18 ſe, ſi ad Doctoratus apicem non peruenit.† Ang. in l.
filiæ licet, C.de collat. Coman. conſil.40. in fine.Salic.
in l.filiæ,ff.famil.herciſc.latè Dec.d.conſil.177.per to-
tum. ſic conuentio inter permutantes, quod ſi fuerit
illata moleſtia, liceat redire ad rem traditam, intelli-
gitur ſi moleſtia fuerit cũ effectu illata,ita vt actor ob-
tinuerit.Crauet.in conſil.682.nu.1.& ſeq. & ego quo-
que latè tetigi in conſil.3. per totum, vbi probaui non
eſſe habendam rationem eius, quòd non eſt ſortitum
effectum.

Secundo reſpondeo, quod in caſu noſtro conditio
non eſt momentanea,ſed ſucceſſiua: quia dictum eſt,ſi
non ſucceſſerit: ſuccedere autem non dicitur,quod nõ
durat,& effectum nõ producit,& partes, vt dixi, reſpe
xiſſe videntur ad fioem, & effectum, non ad nudum
nomen contractus: vbi autem conditio eſt ſucceſſiua,
noo ſufficit momento impletam fuiſſe,niſi duret. Cin.
19 †in l.ſi quis hæredem,vbi eum ſequuntur alij,C.de in-
ſtit.& ſubſtitu. Bal. in l.inter caſtellianum, ff.de arbit.
Angel. in conſil.34. colum.fin. in princip. Alexand. in
conſil.43.num.12. Pariſ.conſil.32.nu.85.volum.1. Ro-
ta deciſ.677. nume.3. in 1.par. in nouiſs. & in ſumma,
conſideranda eſt cauſa propter quam fuit appoſita

cõditio, vt inquit Cin. in d. l. ſi quis hæredem, ante nu.
1. & poſt Aret. quẽ citat ſequitur Dec. nu. 3. vbi addit
Ang. dicentem, quod conditio ſi fecerit teſtamenrum,
non purificatur niſi cum eo deceſſerit: in propoſito au
tem non alia cauſa poſitus eſt in conditione ſucceſſus
contractus Romani, niſi vt ex eo commodum ſentiret
Do. Samuel, quod quidem commodum percipere
non poterat, niſi fuiſſet obſeruatus; quocirca dixi ſupra,
partes effectum non nudum factum reſpexiſſe, nihil
enim prodeſſe poterat illum eſſe factum, niſi etiam
obſeruaretur, & principaliter attẽdẽda eſt mens con-
20 trahentium, † l. iuris gentium, §. pactorum, ff. de pact.
l. ſed Celſus, §. 1. ff. de contrah. empt. l. ſi pactum, ff. de
probat. l. ita ſtipulatus, §. Sabinus, vbi gloſ. ff. de verbo.
obligat. & l. in conuentionalibus, ff. eod. tit. Bald. in l. ſi
in venditione, in fine, ff. de commun. præd. alios citat
Craue. in conſ. 333. num. 15. Becius in conſi. 74. nu. 18.
& in conſ. 94. nu. 7. vbi dicit conuentiones partium ex
mente potius contrahẽtium interpretari quam ex ver
bis, etiam ſi verba præciſa ſint, & ſimplicia, quod ſi ali-
quo caſu obtinere debet, certè inter mercatores id eſ-
ſe debet præcipuum, inter quos non verborum cortex,
21 nec iuris apices, ſed ſola æquitas ſpectanda † eſt. Bart.
in l. ſi fideiuſſor, §. quædam, ff. mandati. Salic. & Alex. in
l. placuit, C. de iudic. latè Stracchæ, in tract. de merca-
tur. in 3. partic. vlt. par. nume. 1. & ſequen. vanum igi-
tur erit dicere, quod partes intellexerint de inutili, &
infructuoſa contractus prædicti concluſione.

Tertio contrarium procederet, niſi contractus ille
fuiſſet finalis cauſa inducendi D. Samuelem ad com-
municandum alijs negotium Ferrarięſe, & ageremus
ſolum de purificanda ea conditione, ſed ſupra oſten-
ſum fuit, licere Domino Samueli agere ad reſciſionem
ſocietatis, eo quod cauſa cõtractus ceſſauerit, ſine qua
ad eum non deueniſſet; & propterea non curo quod
fuerit impleta, vel non impleta conditio, ex quo non
agitur ex pacto præcitato, ſed ex iuris cõmunis diſpo-
ſitione, quæ vult, quod contractus ceſſante finali cauſa
reſoluatur; & huic iuris cõmunis diſpoſitioni partes
paciſcendo non præiudicarunt, neque ab ea recedere
voluerunt: quia prouiſio hominis non tollit ordinariã
22 legis pronißioné, † Alex. in conſ. 118. nu. 15. vol. 5. Ruin.
in cõſi. 74. nu. 8. & 18. vol. 1. Becius cõſ. 82. nu. 10. latius
in cõſ. 83. nu. 12. & patitur ea regula quãplures alias li-
mitationes, quę noſtro facto conueniunt, quas omitto.

Nec reſiſtit, quod ſcriptum prædictum fuerit reuo-
catum ex alio ſcripto inter partes facto, & inſerto in
inſtrumento die 14. Martij, 1593. quia reſpondeo,
contrarium verius eſſe; nam etſi in ſcripto illo vltimo,
annulletur ſcriptum factum die 16. Nouembris, anni
1592. tamen ſciendum eſt duo eiuſdem diei ſcripta
extare, vnum in quo conueniunt de forma ſocietatis
initæ ſuper contractu, qui tunc cum Camera Apoſto-
lica tractabatur, & in quo fiebat diuiſio negotij, & ſta-
tuebatur quid circa illud inter ſocios eſſet ſeruãdum;
alterum eſt, in quo conueniunt ſuper negotio Ferra-
rienſi, nihil autem dicunt de Romano, niſi quod fit
ea declaratio, vt ſolus Samuel totum habeat Ferra-
riæ negotium ſi Romauum non ſucceſſiſſet. cum ergo
partes illius diei ſcriptum annullant, de eo intelligi
debent, quod pertinebat ad negotium Romanum de
quo tractatur in ſcriptura annullata, quia verba de-
23 bent intelligi ſecundum ſubiectam materiã, † l. ſi vno,
ff. locat. Rolan. conſil. 39. nume. 9. volum. 4. dixi conſil.
100. nume. 19. & reſtringenda ſunt ad rem ſuper qua
exprimuntur, §. quod autem, Inſtit. de legit. agn. tut.
Crau. conſ. 16. num. 5. Becius conſ. 41. nu. 23. & intelli-
gi debent vt natura actus, qui celebratur conueniat.
Alexan. conſil. 26. num. 6. volum. 5. Bero. in conſi. 105.
num. 24. volum. 1. Becius in conſil. 101. nume. 40. Cum
vero in ſcriptura reuocãte tractaretur de ſocietate ini
ta reſpectu dicti Romani negotij, reuocatio ipſa refe-
renda eſt ad ſcripturam in qua de illo agebatur nego-
tio. Præterea in referente ſcriptura dicitur, quod nego
tium Romanum fuerat tractatum nomine omnium,
prout ſe per ſcriptum illud obligauerat Bencius: hæc
autem relatio conuenire non poteſt ſcripto de quo ſu
pra ego memini: quia in eode obligatione prædicta
nullum extat verbũ, niſi relatiuè & enunciatiuè: cõtra
verò, legitur diſpoſitiua facta obligatio prædicta in
alio ſcripto, ergo ad illud referendum eſt, cui relatio
conuenit, non ad alterum cui non conuenit: nam rela-
24 tio ad ea fit quibus adaptari poteſt, † l. 1. §. lex Falcid.
ff. ad leg. Falcid. Alex. in conſil. 81. nume. 11. volum. 6.
Becius, conſil. 101. num. 78. Gabriel. conſil. 183. num. 3.
in ſecundo volum. & cum non poſſit in alio ſcripto
quam in illo verificari relatio, intelligi debet de illo,
Craue. conſ. 149. num. 10. pro quo poſſem infinitas ad-
ducere deciſiones, quibus probatur diſpoſitionem ha
beri pro indiuidua & ſpeciali, quando in vno ſolo po-
teſt verificari, & in dubio relatio fieri debet ad illud
quod diſpoſitiuè continetur, non autem ad id quod
conditionaliter vel enunciatiuè legitur ibi poſitum,
25 † l. ſi cui, §. à filio, ff. de leg. primo, l. fin. §. Tiria, vbi Bart.
ff. de liber. legat. Ruin. in conſi. 181. volum. 2. Demum
quod ad aliam non ad hanc qua fundatur Domini Sa-
muelis intentio facienda ſit relatio, vrgẽti cõuincitur
ratione, quoniam ſcilicet erat omnino neceſſaria re-
uocatio illius, ex quo in ea circa communionem Ro-
mani negotij multa continebantur omnino contra-
ria ſcripturæ in qua fit de reuocatione ſermo, & diſpo-
ſitio ſemper intelligitur, vt referatur ad caſum magis
26 neceſſarium, † l. prima, §. quid ergo, ff. de ventr. inſpic.
l. quod Labeo, ff. de Carbon. edicto. Bald. in conſil. 35.
colum. 2. volum. ſecundo. Craue. conſil. 25. nume. 29.
& cum aliter eſſet diſpoſitum in d. ſcriptura reuocan-
te, quam in ea contineretur, veriſimile eſt, quod pro
euitanda repugnãtia, partes voluerint eam reuocare,
& interpretatio fieri debet ſecundum quod veriſimile
27 eſt partes ſenſiſſe, inſpecta natura negotij, † Socin. in
conſi. 9. num. 18. volum. 1. Becius conſil. 105. nume. 32.
vbi ait procedere, etiam ſi verba remanerent ſine effe-
ctu operandi: in ſecunda autem ſcriptura nihil omni-
no legitur quod contradicat ſcripturæ reuocanti, vel
qđ egeret reuocatione, quinimo, tractatus ille de aſſo
ciando Bencium & Gandulphum in negotio Ferra-
rienſi, de quo ibi tractatur, habuit effectum, vnde cre-
dendũ non eſt quod voluerint illã conuentionẽ reuo-
care, quæ ſe compatiebatur cum ſcriptura reuocante.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo in feudis, ſeruatur pro lege ordinaria.*
2 *Feudum vt alienetur in præiudicium agnatorum, conſuetudi-
ne induci poteſt.*
3 *Conſuetudo valet, quod feudum poßit alienari ſine domini
licentia.*
4 *Conſuetudines feudales tolli poſſunt contraria conſuetudine.*
5 *Notoria conſuetudo non eget probatione, & index poteſt ex
officio de ea ſe informare.*
6 *Alienari dicitur non minus, quod per teſtamentum transfer-
tur, quàm quod per contractum.*
7 *Conſuetudo alienandi feudũ in præiudicium agnatorum, ex-
tenditur etiam ad vltimas voluntates.*
8 *Contractus non minus fieri poteſt in teſtamento, quam in alio
actu.*
9 *Confeßio facta in teſtamento præſente, & acceptante credi-
tore, ſuſtinetur tanquam inter viuos, & reuocari nõ poteſt.*

Actus

Digitized by Google

10 *Actus idem poteſt eſſe contractus, & ſimul teſtamentum.*

11 *Contractus factus in teſtamento ſuſtinetur, licèt teſtamentum corruat.*

12 *Conſenſus domini ſuperueniens poſt mortem teſtatoris, conualidat teſtamentum in quo ſuiſſet diſpoſitum de feudo.*

13 *Aſſenſus ſuperioris confirmat ad filiorum præiudicium alienationem iuriſpatronatus factam per patrem, etiamſi adhibeatur poſt patris mortem.*

14 *Conditio mixta retrotrahitur.*

15 *Conſcoſus domini præſtitus poſt mortem alienatoris feudi, conualidat alienationem ſi feudum ſit conceſſum cũ expreſſa licentia alienandi.*

16 *Licentiam habens alienandi, cenſetur illam habere liberam, & nullis regulis limitatam.*

17 *Argumentum à pacto ad legem, ſtatutum, vel conſuetudinẽ, valet.*

18 *Diſpoſitio qualibet interpretatur ſecundum conſuetudinem.*

19 *Feudum cenſetur conceſſum ſecundum conſuetudinem feudi.*

20 *Feuda vbi ex conſuetudine alienari poſſunt in aliquem, tunc inueſtitura cenſetur continere hanc facultatem.*

21 *Conſenſus vbi ſolum requiritur ratione præiudicij, poteſt ex interuallo poſt actum interuenire.*

22 *Feudum vbi ex conſuetudine alienari poteſt in præiudicium agnatorum, ſuſtinetur alienatio, ſi domini conſenſus accedat mortuo vaſſallo qui feudum alienauit.*

23 *Vendi poteſt res aliena ad præiudicium vendentis, non domini.*

24 *Venditio facta ſub conditione, ſi domini aſſenſus accedat, ſtat in pendenti, nec interim reuocari poteſt.*

25 *Alienatio feudi facta ſine aſſenſu domini, eſt nulla, ſi dominus velit, at ſi nolit eſſe nullam, ſuſtinebitur.*

26 *Hæres non poteſt venire contra factum ipſius defuncti.*

27 *Tertius non dicitur qui habet cauſam aliquam ab ipſo contrahente.*

28 *Feudi alienatio eſt principaliter prohibita fauore domini, vt ſcilicet ſciat conditionem eius in quem feudum tranſit, ne habeat vaſſallum ſibi non gratum.*

29 *Feudum conceſſum pro hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus eſt mixtum, & in volente ſuccedere in tali feudo debet concurrere qualitas hæreditaria.*

30 *Hæredem primi inueſtiti, vel vltimi, ſufficit eſſe in feudo mixto.*

31 *Feudum antiquum non poteſt alienari in præiudicium agnatorum.*

32 *Alienatio feudi facta in remotiorem agnatum, non ſuſtinetur ad præiudicium proximioris.*

33 *Feudum transferens in vnum ex proximioribus, cum plures extent in eodem gradu, alijs non præiudicat pro eorum portionibus.*

34 *Alienationem feudi factam in extraneum, poſſunt agnati reuocare infra triginta annos.*

35 *Feudum antiquum extraneo alienatum ſine conſenſu domini, aperitur agnato.*

36 *Feudum antiquum alienatum ſine domini aſſenſu, durante vita alienantis, remanet apud dominum, vt ſuæ iniuriæ habeat vltionem.*

37 *Fideicommiſſo bona ſubiecta per grauati delictum confiſcantur, & remaneat penes fiſcum donec veniat caſus fideicommiſſi.*

38 *Agnatus proximior poſt mortem alienantis feudum illud reuocat à manibus emptoris precio non reſtituto.*

39 *Vaſallus non poteſt de feudo teſtari.*

40 *Feudum non poteſt vaſallus etiam pro anima relinquere.*

41 *Conſuetudo debet probari in terminis de quibus agitur, nec ſufficit probare in genere.*

42 *Lege, ſtatuto, vel diſpoſitione aliqua vtens, ſeruare debet omnia eius requiſita, aliàs ſuccumbit.*

43 *Qualitatis alicuius ratione vbi competit actio, tunc qualitas illa principaliter probari debet.*

44 *Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & tantũ habet de potentia quantum de vſu.*

45 *Fraus cum ſit difficilis probationis, probatur præſumptionibus, indicijs, & coniecturis.*

46 *Fraudem facere dicitur, qui alienat, cum ſit morti proximus.*

47 *Regula cancellariæ de infirmis reſignantibus, fundata eſt ſuper præſumpta fraude.*

48 *Actus factus in morte tanquam ſuſpectus de fraude, non nocet illi cui aliàs noceret.*

49 *Confeſſio patris dicentis in teſtamento ſe debitorem alicuius tantæ quantitatis, non valet, quia præſumitur facta in fraudem legitimæ filio debitæ.*

50 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit, poteſt alienare intra dodrantem, inter viuos, non in vltima voluntate.*

51 *Alienatio feudi facta ab eo qui eſt ſterilis, vel caſtratus, vel ad eam peruenit ætatem in qua filios habere non poteſt, dicitur facta in fraudem agnatorum.*

52 *Diuiſio in qua vni fratrum prole carenti aſſignatur totum allodium, & fratri prolem habenti totum feudum, non valet tanquam facta in fraudem, vt ſcilicet dominus excludatur à ſucceſſione.*

53 *Permiſſum vbi aliquid eſt, non licet tamen illud facere in fraudem.*

54 *Fraudi non aſſiſtit lex, nec illam concomitatur.*

55 *Datio in ſolutum facta pro debito de quo non conſtat niſi per confeſſionem, olet fraudem.*

56 *Sacerdotis confeſſio dicentis ſe eſſe debitorem concubinæ, præſumitur fraudulenta.*

57 *Alienatio quæ tanquam facta in fraudem non ſubſiſteret, ſuſtinetur, vbi adeſt cauſa neceſſaria alienandi.*

58 *Fraus præſumitur in eo qui beneficium magis ſumptibus & laboribus acquiſitum ſine cauſa reſignat.*

59 *Inimicus ſemper mala cogitat contra inimicum.*

60 *Fraudem in genere allegare non ſufficit.*

61 *Fraudulenta præſumitur alienatio propter inimicitiam.*

62 *Moriens, licet non præſumatur immemor ſalutis æternæ, non per hoc præſumitur S. Io. Baptiſta.*

63 *Fraus nemini prodeſſe debet.*

64 *Alienatio fraudulenta facta lucratiuo titulo, reuocatur, licèt acquiſitor non fuerit fraudis particeps, ſecus ſi titulo oneroſo, quia tunc requiritur quod vterque fraudem fecerit.*

65 *Fraudis ſcientia præſumitur in acquirente titulo oneroſo, niſi probetur iuſti precij ſolutio.*

66 *Conſuetudo alienandi feuda in præiudicium agnatorum, non extenditur ad alienationes quæ fiunt per vltimã voluntatẽ.*

67 *Licentia alienandi feudum conceſſa vaſſallo, non prodeſt pro donatione cauſa mortis.*

68 *Conſuetudo diuidendi feudum, nõ trahitur ad diuiſionem factam in teſtamento.*

69 *Contractus factus in teſtamento contemplatione vltimæ voluntatis, habetur pro vltima voluntate.*

70 *Stipulatio poſita in vltima voluntate, ſortitur naturam vltimæ voluntatis.*

71 *Approbatio teſtamenti facta per dominum poſt mortem vaſalli qui de feudo diſpoſuit, licet validet teſtamentum quoad ipſius domini præiudicium, non tamen nocet agnatis quã do feudum eſt antiquum.*

72 *Aſſenſus domini poteſt interponi poſt mortem vaſalli alienatoris, fauore dotis.*

73 *Rota deciſ. 873. in antiquis impugnatur à Camerario.*

74 *Conſentire cogitur dominus alienationi feudi quando ſemper conſueuit id facere.*

75 *Conſenſum præſtare cogitur dominus feudi alienationi, quando vaſallo licitum eſt feudum alienare.*

76 *Feudum vbi ex conſuetudine alienari poteſt, dominus tenetur conſentire, nec poteſt recuſare.*

77 *Alienatio facta reſeruato conſenſu domini, ſuſtinetur, quando dominus requiſitus recuſauit conſentire, quia conſenſus*

habetur

Digitized by Google

habetur pro præſtito.

78 *Conditio accedente conſenſu domini, vbi dominus cogitur conſentire, habetur pro poteſtatiua, non pro caſuali, vel mixta.*

79 *Conditio caſualis, vel mixta, non retrotrahitur ad præiudicium eius cui medio tempore fuit ius quæſitum.*

80 *Conditio mixta non retrotrahitur, quando extremum à quo eſt inhabile.*

81 *Bero.conſil.73.volum.1.latè reprobatur.*

82 *Tertij ius cenſetur reſeruatum in quocunque conceſſione.*

83 *Licentia alienandi ſtrictè interpretatur & ſolũ habet locum in caſu expreſſo.*

84 *Alienandi feudi licentia intelligitur ſine præiudicio agnatorum.*

85 *Licentia vendendi feudum alicui conceſſa, non extenditur ad eius hæredes.*

86 *Conſuetudo faciens mentionem de conſenſu, intelligitur de valido.*

87 *Statutum intelligi debet vt quanto minus fieri poteſt iuri communi deroget.*

88 *Pariſ.conſi.14.vol.1.reprobatur.*

89 *Feudum nouum poteſt cum domini aſſenſu alienari in præiudicium agnatorum.*

90 *Qualitas adiecta verbo, intelligi debet ſecundũ tẽpus verbi.*

91 *Feudum hæreditarium licet antiquum, poteſt cum domini conſenſu alienari in præiudicium filiorum & hæredum.*

92 *Aſſenſus domini ſuper alienatione feudi hæreditarij antiqui, non poteſt interponi poſt mortem alienantis ad præiudicium agnatorum vocatorum.*

93 *Venditio feudi ſine domini aſſenſu poſt mortem vendentis remanet funditus nulla.*

94 *Inuentarium iura hæredis illæſa ſeruat illumque ab omni damno defendit.*

95 *Hæres poteſt reuocare alienationem feudi factam à vaſallo ſine licentia domini, etiamſi dominus poſt mortem alienantis aſſenſum præſtiterit, quia talis alienatio dicitur prorſus nulla.*

96 *Conditione deficiente actus habetur pro non facto.*

97 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti nullum, & inualidum.*

98 *Mutata perſona, mutatur rei conditio.*

99 *Conditio quæ erat implenda in perſona defuncti, non poteſt impleri in perſona hæredis.*

100 *Hæres poteſt contrauenire facta defuncti quãdo factum defuncti tendebat ad fraudandum hæredem iure aliquo ſibi ex lege, ſtatuto, vel aliâ prouiſione competente.*

101 *Emptor fraudis particeps, non repetit precium.*

102 *Tempus tenetur probare qui in eo ſe fundat.*

103 *Conſenſum ſuum non poteſt dominus præſtare ad præiudicium agnatorum poſt mortem vaſalli qui alienauit.*

104 *Forma, & ſolemnitas debet interuenire in actu, vel ante actum.*

105 *Conſenſum domini ſuperuenire non ſufficit, quando à ſtatuto permittitur feudi alienatio accedente cõſenſu domini.*

106 *Conſuetudo nihil aliud eſt quam ius quoddam, & lex populi, & quæ pro lege ſeruatur.*

CONSILIVM CCCLXXXII.

NON iure videtur agere Magnificus Dominus Victorius Ponainus ad renouationem feudi, per Magnificum Dominum Anſelmum eius fratrem aliàs alienati in Magnificum Dominũ Hieronymum Turdum, quia etſi feudum ſit antiquum, & ex pacto ac prouidentia authorũ peruenerit ad eos, tamen viget in patria cõſuetudo, quod etiam talia feuda ad præiudicium agnatorum alienentur cum domini conſenſu, & certum eſt, quod feuda

poſſunt ſtante conſuetudine alienari: nam conſuetudo
1 in feudis ſeruatur pro lege ordinaria, † ca.1.quib.cau.
feud.amitt. c.Obertus, de orto, §.ſtrenuus, in Auth.de
feud.cognit.collat.10.& cum feuda ſint conſuetudine
introducta, appellantur enim cõſuetudines feudales,
ſecundum Bart.in l.vt iuriſiurandi, §.ſi liberi, ff.d ope.
lib.Doct.oẽs in prælud.feud.& ponit Claud.in Specul.
feud.in 1.lib.tit.de origin.& cauſ.feud.conuenit quod
etiam contraria cõſuetudine poſſint diuerſam formã
recipere, ideo in tit.de pace Conſtant.in §.Nos Romanorũ,
& in §.libellariæ, dicitur, quod in vnaquaque ciuitate
ſeruandæ ſunt feudorum conſuetudines, non obſtante
Imperiali lege, per quam rationem concludit
Bal.in conſi.318.vol.2.quod induci poteſt conſuetudine,
vt feudum alienetur in præiudicium agnatorum.
2 † Guid.Pap.quæſt.297.Dec.in conſi.586.colum.1.& 2.
Gozad.cõſ.26.nu.8.& conſil.90.nu.9.Pariſ.conſil.13.
num.25.& 26.conſil.14.colum.1.in primo vol.Campeg.
conſil.2.colum.penult.in fine, inter conſilia Brun.
Roland.conſil.2.num.18.volum.1.Curt.iun.in conſil.
171.nu.1.Socin.iun.conſil.72.nume.74.volum.primo.
Burſat.conſi.295.nu.16.Becius, conſil.18.nu.9.Rimin.
conſi.9.num.95.vbi allegat Fabr.Petr.Iacob.Siluan.&
Zaſ.Ioan.Baptiſta Surd.in §.Titius, num.46.ſi de feud.
def.fuer.controue.& ratio eſt: quia conſuetudine inductum
conſuetudine contraria tolli poteſt, l.nemo, §.
temporales, ff.de reg.iur.Curt.iun.d.conſi.171.num.1.
ſic etiam valet conſuetudo, quod feudum poſſit aliena
3 ri ſine domini licẽtia. † Bal.in c.Imperialem, in princ.
in verſ.quarto quid ſi, de prohib.feu.alien.per Feder.
probat Ruin.in conſil.108.num.8.volum.2.arguendu
à ſtatuto ad conſuetudinem. Iacobin.in ſua inueſt.in
verſ.& cum pacto de non alienan.ibi, ſed hic cadit pulchra
dubitatio.Cur.iun.de feud.in quarta parte prin.
in vltima cauſã priuatio.q.19.Rol.d.cõſi.2.nu.18.Bec.
d.conſi.18.nume.9. Corbul.qui in emphyteuſi multos
cumulat de cauſa priuatio.ob alienat.limit.32.quamuis
in domino maior ſit controuerſia quam in præiudicio
agnati, ob textum prohibitiuum in d.cap.Imperialem,
vt inquit Curt.iun.d.conſil.71.& in genere, q
conſuetudines feudales tolli poſſint contraria conſue-
4 tudine † tenuit Bald.in l.2.in princ.per illũ text.ff.de
vulga.Dec.in conſi.588.num.16.Becius conſil.56.num.
31.& ſequen.vbi infert ad conſuetudinem, quod ſolus
primogenitus ſuccedat. Et de vĩ cõſuetudinis ponit late
Molin.de primogen.Hiſpan.lib.2.cap.6.in princip.
huiuſmodi autem conſuetudo cũ ſit notoria, non eget
5 probatione.† Bald.in l.3.colum.2.C.de ſeruis fugit.&
iudex poteſt ex officio de ea ſe informare, & ſupplere.
Bart.in l.filiusfamilias, §.veterani, ff.de procurat.& in
ſpecie Curt.iun.d.conſi.171.nu.1. Burſat.d.conſil.295.
nu.15.& ſeq.cum ſimilib.

Et procedit conſuetudo hæc non ſolum in alienatione
quæ fit inter viuos, ſed & in ea quæ per vltimam
voluntatem facta eſt: nam fuit indefinitè introducta,
ideo extendi debet ad oẽs caſus, & nõ minus alienari
dicitur quod per teſtamentum transfertur, quã quod
6 per contractũ, † l.ſi quis prioris, in ſi. C.de ſecun.nupt.
Bartol.in Authen.Res quæ, num.5.C.commu.de legat.
& in terminis quod cõſuetudo extendatur ad vltimas
7 quoque voluntates, tenuit † Alba in conſil.62.num.7.
Rimin.d.conſi.9.nu.102.& ſeq. Gozad.in conſi.90.nu.
13.& ſeq.Pariſ.Cæpha.& Modern. Pariſ. quos citat, &
ſequitur Burſat.in conſi.49.nu.23.& in conſi.295.nu.
16.vbi addit Io.Mar.Rimin.Ruin.Nattam, & alios, &
mouentur ob publicum vaſſallorum bonum.

Quin etiam in caſu noſtro dici non poteſt, alienationem
eſſe factam per vltimam voluntatem, licet legatur
facta in teſtamento: quia facta fuit per viam datio

nis

nis in ſolutũ D.Hieronymo præſenti, & ſtipulanti, cũ
clauſulis omnibus, conſtituto, obligatione bonorum,
& alijs neceſſarijs, & in contractibus apponi ſolitis:
contractus aũt non minus fieri poſſunt in teſtõ quam
8 in alio actu,† l.aſſignare,ff.de aſſign.liber.l.ſi Titio aut
Seio,§.fin.ff.de lega.2.not.in l.hæredes palam,§.1.ff.de
teſtam. ideo ſi quis io teſtõ cõfitetur ſe eſſe debitorem
alicuius præſentis,& acceptantis, ſuſtinetur confeſſio
9 tanq̃ inter viuos, adeo quod reuocari non põt. † Bart.
in l.cum quis decedens, §.codicillis, ff.de legat.3.in l.
Lucius,§.quiſquis,ff.eod.titu.Bald. in l.rationes, C.de
probatio.Salic.in l.generaliter,q.13.C.de non numer.
pecun.Tiraq.de retract.conſanguin. in fine, nu.7.cum
infinitis ſimilibus; & vnus atque idem actus põt eſſe
10 contractus,& teſtm̃,† l.Pãtonius,§.fin. ff.de acquiren.
hæredit.l.ſi auia,C.de iure delibetao. & quod contra-
ctus fieri poſſit in teſtõ,voluit glo.in d.l. hæredes palã,
§.fin.vbi Bart.& alij omnes ſequuntur, idem Barto. in
dicto §.codicillis,Ancbar.& Imola,in Rub.extra de te
ſtam.Ang.in l.hac conſultiſſima,vbi Doctor. præcipuè
Iaſ.C.qui teſtam.fac. poſſ. Bald.in l.fin. ff.de rebus eo-
rum,qui fortius ſecundum Ioan.de Plat. in rub. Inſtit.
de teſta.dicit, quòd contractus in teſtõ factus ſuſtine-
11 tur,licèt teſtamẽtum corruat. † Iaſ.in l. cũ antiquitas,
col.1.in fi.C.de teſta.Dec.in cõſ.293.col.1.in fi.& quã-
uis multi dicant, quod vbi in teſtamento ſit cõtractus,
annulletur teſtamentum,tamen tam hi quam alij om-
nes volunt,quod contractus ſit validus, vt poteſt vide
ri apud Bauer.in Rubr. Inſtit.de teſtam. nu.50. & ſeq.
Vaſq.de ſucceſſi.creat.§.22.limit.18.nu.3.& 4.

Quod ſi dicatur eam alienationem non ſumere ro-
bur à conſuetudine, ex quo conſenſus dñi à conſuetu-
dine requiſitus nõ interuenit niſi poſt mortem Domi-
ni Anſelmi, quo tpe res non erat integra, reſponderi
poterit,quod ẽt poſt mortem interuenire põt domini
conſenſus,vt voluit Bald.in cap.1.§.donare,nu.2.qua-
lit.olim feud.poter. alienari vbi ait, quod ſi teſtm̃ cir-
ca rem feudalem factum fuerit approbatum mortuo
iam teſtatore ſuſtinebitur, quia nõ eſt contra,ſed præ-
ter legẽ:ſequuntur ibi Alua. Cardin. Martin.Laudenſ.
& alij,Curt.iun.io tracta. feu.par.4.ver.retenta igitur
Natta,conſ.475.nu.13.& Menoch.conſi.1.nu.405.cõſ.
158.ou.89.multas citat Gabr.in conſi.83.nu.34.vol.1.
qui dicunt quod conſenſus poſt mortem teſtatoris ſu-
perueniens conualidat teſtamentum,in quo diſpoſitũ
12 fuit de feudo. † ſicuti igitur aſſenſus poſt mortem ſu-
perueniens conualidat alienationem feudi quæ fit in
teſtamento, ita conualidare poteſt eã quæ facta eſt in-
ter viuos,cũ vaſallus difficilius admittatur ad alienan
dum per vltimam voluntatem,quâ per contractum.

Secundo ad id facit quod voluit Rot. deciſ.873. io
antiquis,vbi ait, q́d ſuperioris aſſenſus confirmat alie
nationem iuris patronatus factam per patrẽ, etiam ſi
adhibeatur poſt patris mortem ad filiorũ præiudiciũ,
13 † quod ẽt voluit Cald.in cõſ.6.in tit.de iure patr. Affl.
in c.Imperialẽ,q.24.nu.28.de prohib.feu.alie. p Fede.

Tertio datio in ſolutum facta eſt ſub conditione ac
cedente aſſenſu domini. Hæc autem conditio eſt ca-
ſualis,vel ſaltem mixta,quia non pendet à ſola volun-
tate,vel domini,vel emptoris,vel etiam venditoris:cõ
14 ditio autem mixta retrotrahitur,† l.potior, §.ſi ſub,ff.
qui potio.in pign.hab.licet aliud ſit in cõditione pote
ſtatiua, in qua tẽpus euenientis conditionis attendir̃,
l.1.vbi gloſſ.Bald.Angel.& Salic. ff.qui potior.in pign.
hab. in quibus locis aliud dicũt in caſuali, vel mixta,
& Bar.io d.l. ſi is qui pro emptore, in 5. quæſtio. prin.
ff.de vſucap. ponit,cur diuerſa ſit deciſio inter caſualẽ
& poteſtatiuam. Socin.in conſi.12.col.1.vol.4.latè Ne
guz.in tract.de pign.in 2.mem.5.part.princ.nu.10.ſed
nouiſſimè declarat alios addens Decian. in conſil.73.
nu.76.vol.1. & hac ratione Rot.in d.deciſ.873. tenet
conſenſum ſuperioris poſt mortem venditoris nocere
hæredi, quia conſenſus ille erat poſitus in conditione
caſuali,vel mixta,non autem poteſtatiua.

Quarto ſi feudum hoc fuiſſet conceſſum cũ expreſſa
licentia,ſeu facultate alienãdi,poſſet conualidari alie
natio per conſenſum qui ſequeretur mortuo alienato
15 re,† vt per multa probat Bero.in conſ.73.nu.20. verſi.
ſed tota difficultas,vol.1. vbi ſuſtinet ſtante pacto ap-
poſito in prima inueſtitura, conualidari alienationẽ
antea factam per conſenſum qui à domino fuit præſti
tus poſt mortem alienantis; & mouetur,quia licentia
alienandi quæ fuit cõceſſa,intelligitur ſiue præiudicet
agnatis,ſiue non,vt nu.21. verſ.tertio cum ſimpliciter,
& ego confirmo:quia habens alienandi licentiam,cen
ſetur illam habere liberã, & nullis regulis limitatam,
16 † §.nobis igitur, vbi notat Ang. in Authẽt.de reſtitut.
fideicommi.Socin.in l.Marcellus, §.res quæ, col.fi.verſ.
tertia ratio,ff.ad Trebel.& in conſ.123. nume.3.vol.3.
Crot.in conſ.61.nu.17.Bero.in conſ.93.nu.24.cõſ.133.
nu.3.vol.2.Natta,cõſ.530.nu.7.& 9. mouetur ẽt, quia
vbi defectus ſuperuenit in perſona eius qui actum ge-
rere debet, tunc ratificatio trahitur retro in præiudi-
cium tertij,ſcd̃m Bar.in l.bonorũ,in fine, ff.rẽ rat.hab.
in 1.memb. ſuæ diſtinctionis. hic aũt ſuperuenit defe-
ctus in perſona facientis actum, ideſt alienantis,ergo
&c.ita ibi,ou.21.in princ.mouetur quoque num.22.in
fine,verſ.quarto quoad perſonas,quia agnati cenſetur
ad feudum vocati cum iſto onere,quod feudum poſſit
alienari,& ita q̃n cũque cõſenſus præſtari poſſit, & nu.
27.reſpondet ad Doctor. qui volũt dñm cõſentire non
poſſe ad præiudicium agnatorum poſt mortẽ vaſalli,
quod non procedunt ſtante facultate alienandi: reten
ta aũt hac concluſione,idem dicendũ eſt,ſtante conſue
tudine vt feudum poſſit alienari: nam hoc quoque ca-
ſu dñs alienationi ſentire poterit poſt vaſalli mortem
ad præiudicium agnatorũ:quia valet argũ à pacto ad
17 legem,ſtatutum,vel conſuetudinem,† l.fin.vbi gl.Bar.
Bald.Salic.& Docto.C.de fideiuſſor. gloſſ.in l. non ſo-
lum,§.fin.ff.de ope. noui nunciat. & in Rubr. C.de de-
cret.Decurion.lib.10.atque ibi Doctores, vbi dicitur,
quod quidquid pacto fieri poteſt,id etiam lege, ſtatu-
to,& conſuetudine factum ſuſtinetur, ex quo plus po-
teſt lex,& conſuetudo,quam pactum.latè Euerar.loco
89.Menoch.conſ.4.num.32.poſt medium.Bec. in con-
ſil.76.num.11.& inueſtitura videtur conceſſa,ac feudũ
datum ſecundum facultatem conceſſam à conſuetudi
ne,ita ſcilicet,quod alienari poſſit: quælibet enim di-
18 ſpoſitio interpretatur ſecundum conſuetudinem,† In-
nocen.in cap.olim,de verbor.ſignificatio.Iaſ.in l.vt li-
beris,nu.7.C. de collation. & eſt text.in l.ſemper in ſti
pulationibus,ff.de reg.iur.infinitos allegat Gabr.com
mun.opinio.lib.6.tit.de conſuet.conclu.1.in prin.Dec.
in d.l.ſemper in ſtipulationibus,vbi etiam Cagno.nu.
5.Cæpbal.in conſi.328.nume.43. vbi ait, quod omnis
actus interpretationem recipit à cõſuetudine. Burſat.
in conſ.256.num.14.Cardin.Mantic.de coniect.vltim.
volunt.lib.6.tit.8.nu.6.& ſequen. Becius in conſi.101.
nu.48. & ſequen. vbi vult, quod conceſſio intelligatur
facta ſecundum conſuetudinem concedentis, & quod
feudum in dubio videatur conceſſum ſecundum con-
19 ſuetudinẽ feudi,† voluit Iſern.in c.1.in quib. cauſ.feu.
amitt.vbi in feudo ſimpliciter conceſſo venit etiam fi-
lius,ſi conſuetudo eſt quod concedatur pro filijs.Bald.
in l.liberti libertæque,colum.penult. C.de ope.lib. vbi
dicit,quod feudum præſcriptum continet id quod cõ-
ſuetudine eſt definitum,in cap.1.§.hæc quoque,nume.
7.de ſucceſ.feud. & eam concluſionem multis confir-
mat

mat Lofred. in conſil. 1. nume. 118. vbi quod generalis
conſuctudo nunquam conſueuit excludi, quia conſue-
tudo eſt ius, & ad eam fieri debet relatio, l. præſcriptio
ne, iuncta gloſſ. C. ſi contra ius vel publ. vtil. latius pro
bat Brun. de ſtatut. excluſ. fem. artic. 5. nume. 52. & ſe-
quen. vbi infert ad multa. alios citat Gabr. d. concluſ.
1. numero 10. & in terminis, quod vbi ex conſuetudi-
ne feuda alienari poſſunt, tũc inueſtitura cenſeatur cõ
20 tinere hanc facultatem, † voluit Cur. iun. in conſi. 171.
nu. 4. verſi. ex prædictis inſero, vbi loquitur in conſue-
tudine Mantuana. Pariſ. conſi. 13. nu. 29. in 1. Aſſli. cap.
1. nu. 10. an agnat. vel fil. ſicuti igitur cõceſſo feudo cum
pacto alienandi, fieri poteſt alienatio cum aſſenſu qui
præſtetur poſt mortem alienantis, ita qñ extat conſue
tudo quod vaſallus poſſit alienare, ſuſtinetur aliena-
tio, ſi dominus conſentiat ẽt poſt mortem alienantis:
quia tunc non conſideratur intereſſe agnatorum.

Quinto vbi ex conſuetudine feudum poteſt aliena-
ri ad præiudicium agnatorum, interueniente domini
conſenſu, ſublata eſt iuris communis prohibitio, quæ
vult quod vaſallus non poſſit de feudo diſponere in
præiudicium agnatorum, & ſolum reſeruatur præiu-
dicium domini propter quod requiritur illius conſen-
ſus, adeo, qđ validitas alienationis à ſolo domini con
ſenſu pendet: at hic conſenſus non ſolũ põt in actu in-
21 teruenire, ſed etiam ex interuallo poſt actũ, † vt voluit
Iſer. in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Feder. vbi du-
plici mouetur rõne: prima, quia agitur ſolũ de illius
præiudicio: ſecunda, quia conſenſus domini tendit ad
remouendum impedimentum propter quod feudum
nõ poterat alienari. ſequitur ibi Aluar. & alij. Alex. in
conſi. 116. col. 1. vol. 5. Dec. in conſ. 144. nu. 1. Curt. iun.
in tractat. feud. par. 4. in ſecunda regula prin. §. ſecun-
da cadit neceſſaria, vbi addit, quoque tertiam rõnem,
quod vbi actus eſt nullus fauore certæ perſonæ, ſem-
per ratificatio ſuperueniens cõ ualidat actum. Rolan.
in conſi. 2. nu. 146. vol. 1. Natt. in conſi. 475. nu. 13. addo
Cur. iun. conſil. 1. nu. 15. Gozad. conſi. 26. num. 9. Pariſ.
conſi. 1. in fin. vol. 2. Bero. in conſi. 73. nu. 8. vol. 1. Crau.
pro genero, nu. 397. Roland. in conſi. 22. nu. 45. volum.
3. Burſat. conſi. 49. nume. 25. Menoch. in conſi. 1. nume.
405. & in conſi. 38. num. 32. atque id verum oſtenditur
ex eo, quod in primo argumẽto dictum eſt, dominum
poſſe mortuo iam vaſallo approbare teſtamentum ab
eo factum de re feudali, & per hãc rationem in noſtris
terminis concludit Pariſ. in conſi. 14. num. 4. & ſequen.
volum. 1. quod ſtante Mantuana conſuetudine, quæ
vult feuda poſſe cum domini conſenſu alienari ad præ
iudicium agnatorũ, ſuſtinebitur alienatio, ſi domini
22 conſenſu accedat mortuo vaſſallo, † & num. 7. addit
nouum fundamentum, quia talis conſuetudo reducit
feudum antiquum ad qualitatem noui feudi, in quo,
quia non conſideratur agnatorum præiudicium, ſuſti
netur alienatio, etiamſi dominus mortuo alienante
conſentiat, dummodo ſit certus de morte, ſecundum
Iſern. Baldum, Aluar. & Præpoſ. in dicto c. Imperialẽ,
addit etiam, quod conſuetudo eſt generalis, tã reſpe-
ctu temporis quo adhibetur conſenſus, quam tempo-
ris quo fit alienatio, propterea debet generaliter in-
telligi: nec attenditur agnatorum præiudicium, quia
per mortem vaſalli non eſt illis ius quæſitum, ex quo
totum negotium dependet à domini volũtate, cui ſoli
conſuetudo non autem alij voluit proſpicere.

Sexto accedit, quod contractus factus de re feudali
non dicitur ipſo iure nullus, ſed eſt de ſe validus: quia
23 etiam res aliena vendi poteſt, † l. rem alienam, ff. de
contrahen. emptio. glo. in l. ſi quis alienam, ff. de actio.
empt. Alexan conſ. 69. in princip. volum. 4. Aſſlict. de
ciſio. 40. num. 5. intelligendo quoad præiudicium ven-
dentis: licet aliud ſit reſpectu domini, l. ſi alienam, vbi
Bald. C. de furt. Aſſlict. loco præcitato. Rolan. conſ. 60.
num. 56. volu. 4. & quando venditio eſt facta ſub con-
ditione, vt quando dictum eſt accedente domini con-
ſenſu, tunc ſtat in pẽdenti donec accedet aſſenſus, nec
24 interim reuocari poteſt, † l. fin. §. ſin autem auaritiæ, C.
commun. de legat. Alexan. in conſi. 40. in princip. vol.
5. & in ſpecie in feudi alienatione quod reuocari non
poſſit dum dominus non conſentit, voluit Luc. de Pen.
in l. nulli, C. de fund. patrimon. lib. 11. Aſſlict. in cap. 1.
num. 31. de vaſall. qui contra conſtit. Lothar. ſed ante
eos hoc voluit Iſern. in cap. Imperialem, de prohib.
feudi alien. per Feder. & ratio eſt, quia ſubeſt ſpes re-
conualidationis, vt per eũ. & probatur ex l. fi. ibi, igi-
tur rurſus, C. commun. prædior. idem voluit Bald. in d.
cap. Imperialẽ, nu. 16. vbi dicit, quod in feudis non eſt
prohibitum commertium, ſed modus. Ioan. Fab. in §.
non ſolum, Inſtitut. de legat. Camera. in d. ca. Imperia
lem, in extenſ. ver. ampliat tertio, ſolio mihi 102. dum
tractat, an legato feudo, ſaltem debeatur æſtimatio: &
concludit, quod non æquiparatur campo Martin, &
quod feudi alienatio ſtet in pendenti, quãdo facta eſt
ſub conditione aſſenſus, & quòd reuocari non poſſit,
dum poteſt haberi aſſenſus, voluit quoque Aſſlict. d. c.
Imperialem, in 16. notab. num. 37. & in 24. notab. nu.
54. Pariſ. in conſ. 1. num. 130. volum. 1. Cæphal. in conſ.
118. num. 28. Roland. conſ. 63. nu. 8. vol. 4. & facit, quia
alienatio feudi facta ſine aſſenſu domini, eſt nulla qui
dem, ſed domino volente; at ſi is nolit eſſe nullam, ſu-
25 ſtinebitur, † vt per Bald. in l. fin. in fine, C. de reuocan.
donatio. Alex. in conſi. 173. col. fin. vol. 3. Rol. in conſil.
57. nu. 8. vol. 3. & in conſil. 100. nu. 68. volum. 4. ſi vero
alienatio feudi non eſt nulla, infertur, quod aſſenſus
quandocunque ſuperueniens illam conualidat.

Id verò tanto magis admittendum eſt, ſtante quod
D. Victorius eſt hæres D. Anſelmi fratris qui feudum
alienauit, non enim poteſt hæres venire contra factum
26 defuncti, † l. cum à matre, C. de rei vendicat. l. ex qua
perſona, ff. de regul. iur. & hæres cẽſetur vna, & eadem
perſona eum defuncto, §. 1. in Authen. de iureiurand. à
morient. præſtito. & qñ agitur ſolũ de præiudicio ter-
tij, qui fingitur vna, & eadem perſona cũ eo qui actum
geſſit, tũc ratificatio actus fieri poteſt, ẽt poſt mortem,
re non integra: quia cum cẽſeatur eadem perſona, res
vr̃ integra, ex quo per eum impediri, vel reuocari non
poteſt. Barto. in l. bonorum, ff. rem rat. haberi, vbi in
ſecundo caſu dicit, ꝙ actus qui eſt nullus, poteſt ratus
haberi in præiudiciũ tertij qui cenſeatur eadem per-
ſona cum eo qui actum geſſit. ſequitur Caſtren. ibi, &
idem voluit Bald. in l. ordo, in fine, C. de executio. rei
iud. & non dr̃ tertius qui cauſam habet à contrahẽte,
27 † Alc. conſ. 236. nu. 4. & per hãc rationem in terminis
quoque noſtris dixit Bero. in conſ. 73. num. 24. vol. 1.
quod poteſt ad præiudiciũ hæredis adhiberi domini
conſenſus poſt mortem vaſalli, qui feudum alienauit.
ex his ergo repellendus videtur Dominus Victorius à
reuocatione feudi de quo agimus.

Confirmatur autem hæc ſententia, quia feudi alie-
natio eſt principaliter prohibita fauore domini, vt ſci
licet qualitates, & cõditiones illius ſciat in quem feu-
28 dum tranſit, ne habeat vaſallum ſibi non gratum, † vt
inquit Iſern. in dicto cap. Imperialem, & ſequũtur ibi
omnes, & ideo dominus tria facere poteſt: primum,
conſentire quod feudi alienatio fiat cum ſuo conſen-
ſu: ſecundum, ſi facta eſt ſine ſuo conſenſu, poteſt illam
confirmare: tertium, cum poſſit factam reuocare, po-
teſt velle quod ab incapaci ſucceſſore poſſideatur. Bal.
in c. inter dilectos, col. 3. de fide inſtru. ſequitur Came.
dicto cap. Imperialem, in materia extenſionis, verſ. ad

hæc

hæc optimè facit, folio mihi 206.
His tamen, & alijs quæ adduci poſſent non obſtan-
tibus, rectè egiſſe exiſtimo D. Piſtorium ad reuocatio-
nem feudi, cõſtat enim, illud eſſe antiquum, & proue-
nire à primogenitoribus ſuis, nempe à D. Antonio qui
eiuſdem D. Victorij fuit tritauus, & in feudo antiquo
ſuccedunt proximiores agnati, eiſque deuoluitur, &
quãuis nõ aperiatur niſi agnatus ſit hæres, ex quo fuit
conceſſum pro hæredibus ex ſuo corpore legitimè de-
29 ſcendentibus, † per ea quæ latè ponit Cæph. in conſil.
303. per totum, vbi vult, quod taliter conceſſum dica-
tur mixtum eſſe, adeo, vt qualitas hæreditaria ſit ne-
ceſſaria, quicquid multi dixerint in contrariũ. Burſat.
in conſ. 2. nu. 41. vbi infinitos cumulans, dicit hanc eſſe
magis veram magiſque cõem opinionem, & in conſ.
291. nu. 76. tñ D. Victorius habet hanc qualitatẽ, tum
quia ſucceſſit patri qui ſucceſſerat mediante authorũ
perſona, primo inueſtito, tum ẽt, quia fuit inſtitutus
hæres à D. Anſelmo fratre, qui vltimus feudum poſſe-
dit, & ſufficit ad ſucceſſionem eiuſmodi feudi, ꝙ ſit hę-
30 res primi, vel vltimi. † Alex. in conſ. 30. vol. 1. Socin. in
conſ. 26. nu. 29. vol. 2. Gozad. in conſ. 26. nu. 25. Socin.
iun. conſ. 112. nu. 10. vol. 2. Brun. conſ. 25. in fi. Clarus,
in §. feudum, q. 9. Rolan. in conſi. 3. nu. 21. vol. 4. cum ſi-
milibus. & quãuis hoc feudum reperiatur à D. Anſel-
mo alienatum in D. Hieronymum, ea tñ alienatio ſu-
ſtineri non poteſt, quia feudum antiquum non poteſt
31 in præiudicium agnatorum alienari, † cap. 1. de alien.
feudi pat. c. 1. de feud. ſucceſſor. c. 1. §. donare, qualit.
olim feud. poter. alien. etiã ob cauſam dotis, vel aliam
neceſſitatem, vt in d. §. donare, & §. neceſſitate. & dicit
Bald. in d. §. donare, quod ſtrictior eſt prohibitio alie-
nationis feudi quam rei minoris, id quod ſuſtinet, &
multis confirmat Oſaſc. deciſ. Pedem. 167. num. 20. &
ſeq. proceditque ẽt, qñ alienatio facta eſt in remotio-
rem: nam ẽt tunc non ſuſtinetur præiudicium proxi-
32 mioris qui erat ſucceſſurus ex tenore inueſtituræ, † vt
probat tex. in §. Titius, vbi notant oẽs Doctores, ſi de
feudo fuer. cõtrou. inter dom. & agnat. Doct. in c. 1. de
alien. feud. pater. vbi latè Io. Baptiſta Surdus, nu. 11.
poſt Burſat. in conſ. 291. nu. 120. quinimò, ſi totum feu
dum fuerit tranſlatum in vnum ex proximioribus, cũ
tñ plures in eodem gradu extarent, alijs non præiudi
33 cat pro eorum portionibus. † Bald. in cap. 1. §. ad hæc,
nu. 7. de alien. feudi patern. Ruin. in conſil. 8. num. 4. &
ſeq. vol. 1. Zaſ. de feud. par. 9. nu. 25. Burſat. d. conſ. 291.
num. 122. Ioan. Baptiſta Surd. d. §. Titius, num. 11. ver.
& alienationem, & conſequẽter ſtante nullitate alie-
nationis, agnati poſſunt infra 30. annos reuocare feu-
34 dum alienatum, † vt voluit glo. in d. §. Titius, vbi eam
ſequuntur cõiter Doctores. & eam dicit cõem Alex. in
conſ. 15. col. pen. vol. 5. intelligendo, qñ facta eſt alie-
natio in extraneum, vt cõtingit in facto noſtro. & ad
hoc infinitos not. Burſat. d. conſ. 291. nu. 129. qui cõem
profitetur. alios citat Nard. ad Iſern. in d. §. Titius.
Tho. Marin. in tit. de feud. pater. nu. 66. Io. Bapt. Surd.
d. §. Titius, nu. 24. vbi ait, quod cum glo. tranſeunt oẽs.
Rol. in conſ. 3. nu. 3. vol. 4. & qđ magis eſt, ſtante aliena
tione facta in extraneum, potuiſſet D. Victorius viuen
te adhuc D. Anſelmo fratre hoc feudum reuocare, ſta-
tim, cum facta eſt alienatio: quia feudum antiquum
per alienationem aperitur agnato, ſi alienatio facta
eſt in extraneum ſine conſenſu domini, quia tunc eſt
35 in totum nulla. gl. † in c. 1. §. hoc quoque, de feud. ſuc-
ceſſio. vbi Iac. Beluiſ. Iſern. & alij, gl. in c. 1. §. item ſi fue
rit, quib. mod. feud. amitt. Iac. Beluiſ. in c. 1. de ſucceſſ.
feudi, in c. 1. §. denique, quæ fuerit prima cauſa bene-
fic. amit. & in c. Imperialem, in fi. princ. & hanc dicit
cõem Alex. in conſ. 2. vol. 5. Afflict. in d. §. hoc quoque,
nu. 10. & 42. Ruin. in cõſ. 69. nu. 17. vol. 3. Iacob. in ſua
inueſtit. in verſ. & cum pacto de non alienando, in fi.
Cæph. in conſ. 133. nu. 69. & conſ. 272. num. 135. Rol. in
conſ. 57. nu. 63. vol. 3. Alba in conſ. 76. num. 4. vbi dicit
cõem. Nardus ad Iſern. in d. §. Titius, & cõcludunt for
tius prædicti Doctores, hanc recuperationẽ poſſe fieri
ab agnato, precio non reſtituto, ſed quamuis aliqui
contradicant, velintque feudum eſſe debere apud do-
minum durante vita vaſalli propter alienationẽ, at-
que interim agnatũ nullum ius in eo prætendere poſ
ſe, etiam ſi feudum ſit antiquum, quia per alienationẽ
contemptus eſt dominus, cui ideo in pœnã deuolui-
36 tur, vt ſuæ iniuriæ habeat vltionem. † cap. 1. §. fin. quæ
fuit prima cauſa benefic. amitt. c. 1. §. aut ſi libellario,
quib. mod. feud. amitt. c. 1. de vaſal. qui contr. conſtit.
Loth. c. 1. de prohib. feudi alien. per Feder. cap. 1. ſi de
feud. fuer. controu. inter dom. & emptor. per quæ iura
ita voluit Bald. in c. ceterum, de iudic. in d. c. 1. §. hoc
quoque, d. c. 1. §. fi. quæ fuit prima cauſa. Aret. in conſil.
13. Socin. iun. in conſil. 77. nu. 139. vol. 1. Brun. in conſil.
41. nu. 46. Neuiz. in conſi. 10. nu. 16. Pariſ. in conſil. 21.
nu. 52. vol. 1. Soc. ſen. Capra Sonsbecx Aimo, Arnold.
& alij apud Burſat. in conſil. 49. nu. 42. vbi dicit com-
munem. Accedunt Petr. Iacob. Dec. Ruin. Zaſ. Clar. &
multi alij in hanc partem adducti à Io. Baptiſta Sur-
do in d. §. Titius, nu. 23. verſ. aliqui autem cenſuerunt,
vbi dicit veriorem, & pro ea ſtare expreſſa iura, quæ
per ſubauditam rationem limitanda non ſunt contra
rationem in eis expreſſam, id quod videtur introdu-
ctum ad ſimilitudinem rei ſubiectæ fideicõmiſſo, quæ
per delictum grauati confiſcatur, & à fiſco retinetur,
37 donec veniat caſus fideicommiſſi. † Bald. & Ang. in l.
Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtam. Alexan.
in conſil. 23. nu. 19. vol. 1. Ruin. in conſil. 23. num. 11. &
ſeq. vol. 1. Opizo. in l. filiusfamilias, §. diui, nu. 48. ff. de
legat. 1. Alciat. in conſil. 533. nu. 1. Bero. famil. qq. 41.
col. 3. Siluan. in conſil. 79. nu. 11. Boſſius in tit. de publi
catio. bonor. nu. 34. in fine, Roland. in conſil. 81. nu. 21.
conſil. 98. nu. 19. vol. 2. conſi. 1. nu. 44. vol. 3. Riminal. in
conſil. 20. nume. 28. Peregrin. de iure fiſci, lib. 5. titul. 1.
num. 69. tamen mortuo vaſallo alienante, res caret du
bitatione, & admittunt omnes, quod agnatus proxi-
mior precio non reſtituto reuocet feudum à manibus
38 emptoris. † text. eſt in d. cap. 1. §. hoc quoque, vbi no-
tant omnes Doctores, præcipuè glo. Iac. Beluiſ. Bald.
& Præpoſ. Ruin. in conſil. 203. nu. 25. volum. 2. Rolan.
d. conſil. 57. num. 58. volum. 3. Thom. Marin. in tracta.
feud. lib. 1. tit. 2. num. 7. Celſ. Hug. in conſi. 26. num. 28.
Pute. deciſ. 3. tit. de feud. Gabriel. comm. opinio. lib. 3.
tit. de emphyt. concluſ. 2. nu. 29. Vegius conſil. 30. nu.
4. & extant infinitæ authoritates quas omitto; quare
ex his fundata eſt intentio D. Victorij qui habet pro
ſe communem hanc ſententiam, quod feudum minus
legitimè alienatum, poteſt reuocari ab agnato. Quæ
ſententia debet multo magis procedere, quando (vt
in facto noſtro) alienatio facta eſt per vltimam volun
tatem: nam clara ſunt iura, quod vaſallus non poteſt
39 de feudo † teſtari, c. 1. ibi, nulla ordinatione manen-
te, de ſucceſſio. feudi, c. 1. §. donare, qual. olim feud. po-
ter. alien. & vbique ponunt Doctores, Alexan. in conſ.
19. num. 11. volum. 6. vbi quod non valet legatum, Af-
flict. in cap. 1. §. adoptiuus, nu. 18. ſi de feud. fuer. con-
trou. inter dom. & agnat. in cap. Imperialem, num. 71.
Dec. in conſil. 78. nu. 4. Curt. iun. de feud. par. 4. verſic.
penult. quæro. Pariſ. in conſil. 23. nume. 172. volum. 1.
Ruin. in conſil. 171. nu. 14. volum. 2. Duen. in Reg. 327.
Clar. de feud. quæſt. 40. verſic. ex hoc. Roland. in conſil.
79. nu. 5. & 6. volum. 2. in quibus locis tractant, an ſal-
tem debeatur æſtimatio, de quo latè Camerar. in d. c.
Impe-

Imperialem, in princip.in verſic. ampliat tertio, folio
40 mihi 190. id quod procedit etiam,† quãdo feudũ pro
anima relinqueretur, quia nihilominus ſuſtinetur di-
ſpoſitio,vt in d. §.donare, & in d.cap.Imperialem.Fe
lin.in cap.quæ in eccleſiarum, colum.38. de conſtitut.
Iacobin.in d. §. & cum pacto, quod de ipſo feudo, col.
2.Curt.iun.d.par.4.quæſt. penult. & latè proſequitur
Capic.in d.cap.Imperialem,carta quinta,verſic.addi-
tiones habetis,fol.11.vbi ampliat multis alijs modis.
& in hoc nullus contradicit, quando feudum eſt anti-
quum, & ex pacto, vel ſaltẽ mixtum, niſi aliud depre-
hendatur conuentum fuiſſe in conceſſione: in facto au
tem nihil legitur in inueſtitura quod iuris cõis diſpo-
ſitionem mutet, propterea illi ſtãdum eſt, & quamuis
multa admodum in contrarium allegentur pro ſuſti-
nenda feudi alienatione, ea tamen infra oſtendam nõ
obſtare quinimo ex dicendis in reſolutione contrario
rum firmabitur magis,ac magis noſtra concluſio.

Non ergo contradicit quod ex conſuetudine liceat
feuda alienare ad præiudicium aguatorum,quia con-
ſuetudo eſt facti, & probari debet ab allegante, imò
debet eſſe ſpecialis, & in terminis de quibus agitur,
41 nec ſufficit† in genere,vt per Oldr.in conſi.237.Anch.
339.nume.8.Ripa in conſil.179.num.18. Crauet.241.
colum.13.Neuiz.in.conſil.48.num.4.Bello.in conſi.33.
num.7.Natta conſil.554.num.26.Roland.conſ.80.nu.
10.volum.1. Menoch. in conſil.54.nume.37. Becius in
conſil.98.nume.7. aliàs obtinet ſolum contra eos qui
paſſi ſunt. Bal.in conſ.557.vol.2.Natta conſ.555.nu.8.
Becius,in conſil.73.nu.16.dixi in conſil.254.in fi. & in
terminis Natta alios citans,conſ.600. nu.19. & ſeq. &
præterea cõſuetudo requirit conſenſum domini in ip
ſa alienatione, qui tamen hoc caſu nõ interuenit,ideo
non iuuat conſuetudo, quicunque enim vti vult lege,
ſtatuto,aut alia diſpoſitione, ſeruare debet omnia re-
42 quiſita illius legis, vel diſpoſitionis,alias ſuccũbit,† l.
1.§.quod autem ait prætor,& ibi notat Bart.ff.ne quid
in flum.pub.l.prætor,la ſecõda,§.docere,ff.de vi bono.
raptor.Bar.& Bal. in l.in cauſis, C.de accuſ.vbi infert,
ſuccumbere eum qui agens ex ſtatuto,nõ probat illius
requiſita.Socin.in conſ.55.nume.4. volum.1.vbi dicit,
hoc eſſe ſingulare dictum.Tiraq. de retractu conſang.
§.8.glo.7.nume.1.vbi enim ratione alicuius qualitatis
competit actio, tunc qualitas illa debet principaliter
43 probari,† vt inquit notabiliter Socin.iun.in conſi.72.
nu.xx.vol.s.Crau.in reſponſ.pro genero,nu.31.Cotta
in Memo.incip. Qualitas. Plot.in tractatu de in lit.iu.
§.8.numero s. Natta in conſi.554. numero s. Roland.
conſil.67.nume.26. volum.2. Cæphal.in conſil.256. in
fine. Menoch. in conſil.74. nume.15. Becius conſil.53.
num.9.conſuetudo itaque ei non poteſt opitulari, qui
requiſita à conſuetudine non ſeruauit, & conſuetudi-
ni non ſatisfecit.

Reſpondeo tertio loco, quod conſuetudo ſi qua vi-
get, illa ſolum obtinet in alienatione quæ fiat inter vi
uos, & ſi producantur inſtrumenta alienationum ha-
ctenus factarum, ex quibus probatur conſuetudinem
extare,vt per Pariſ.in conſil.13. num.33. volum.1. vbi
loquitur de Mantuana conſuetudine.Bru.in conſ.137.
col.1.Ioan.Baptiſta Surd.d.§.Titius,in fine. dignoſce-
tur nullam vnquam alienationẽ fuiſſe toleratam quæ
facta fuerit in vltima volũtate, & propterea conſuetu
do quæ fuit introducta,& viget in contractibus, trahi
non poteſt ad vltimas volũtates, eſt enim ſtricti iuris,
l.1.§.ſi quis hoc interdicto, ff.de itin. actuque priuato,
Alexand.in conſil.122.in fi. volum.4. & tantum habet
44 de potentia quantum de vſu.† Bald.in cap.1.circa fin.
qui feud.dar.poſſ. in l.fin.verſic.vnum aliud quæritur,
C.commun.vtr.iud.Crot.in conſil.67.nume.6.Bellon.
conſil.42.nu.6.Neuiz.conſil.9.nu.32.Crauet.in conſil.
30.num.5. Roland.conſil.94.num.17. volum.2.Natta
conſil.46.num.2.Cæph.in conſil.338.nume.45. præci-
puè,cum agamus de præiudicio agnati, cui fuerat ius
quæſitum ex prima inueſtitura, quod difficilius tolli
poteſt.

Quarto reſpondeo, quod ſtante conſuetudine ſuſti
neri forte poſſet alienatio,ſi facta eſſet bona fide: at in
facto D. Anſelmus feudum hoc alienauit in fraudem
D.Victorij fratris, & vt illũ priuaret feudi ſucceſſio-
ne, cuius ſpes erat proxima, ſtante graui morbo quo
D. Anſelmus alienationis tempore laborabat: frau-
dem autem ex pluribus demonſtraturus,ſciendũ præ-
mitto, quod fraus quia difficilis eſt probationis, vt per
Crauet.in conſil.143.nu.15. Menoch.caſu 116. nu.13.
probari poteſt præſumptionibus,indicijs, & coniectu
45 ris.† Oldrad.in conſil.324.Bald.in l.& qui, in fine, C.
de diſtract. pignor.Caſtr.in conſil.74.col.2.in fi.vol.s.
Crauet.in conſil.100.num.3. Decia.in conſil.32.nu.3.
volum.3. infinitos allegat Maſcard. in tract.probat.
concluſio.815.num.1. Menoch.in tract.præſumptio.3.
num.42.Sola,in conſtitut.Pedemon. tit. de feudis, in
1.par.2.glo.num.s.Flamin. Pariſ. de reſigna. benefic.
lib.13.q.4.num.20.

Prima igitur & vrgentiſſima eſt coniectura,qđ tem
pore dictæ venditionis,ſeu dationis in ſolutum D.An
ſelmus erat grauiſſima infirmitate oppreſſus, & de
eius ſalute deſperabatur; qui autem morti proximus
46 alienat,dicitur fraudem facere, † vt eſt text. in l. filiæ
meæ,ff.ſolu.matrim.vbi glo.Bart.Alber. Imo. & Alex.
idem voluit Angel. in l. ſed & quæſitum, ff.de liber. &
poſthum.Præpoſ.in cap.tanta,colum.5. qui fil.ſint le-
git.& probatur ex text.in cap.2.de renunciat.in 6.vbi
renunciatio beneficij facta ab infirmo graui morbo la
borante,non valet. hinc emanauit regula Cancellar.
de infirm.reſignantib. quæ fundata eſt ſuper præſum-
47 pta fraude.† Io.Andr.in cap.fin. de colluſ. deteg. Sil-
uan.in tract.benef.par.1.quæſtio.18. Gomez.ſuper d.
Reg. quæſtio. 17.colum.2. & nouiſſimè multis ad hoc
congeſtis Flamin.Pariſ. in tractat. de reſigna. benef.
lib.12.quæſtio.1.nume.1. & 20.vbi allegat etiam d.l.fi-
liæ meæ. actus factus in morte tanquam ſuſpectus de
48 fraude,non nocet illi cui aliàs noceret.† Barto. in l.ſi
quis,§.ſi quis moriens,ff.ad Sillania.eſt text.in cap.de
his,de ſepultur.& in Authẽt.Quod obtinet,C.de pro-
bation. Afflict.in deciſ.168. vbi quod confeſſio Abba-
tiſſæ facta in morte,non probat, quæ tamen facta in vi
ta probaret. alios citat Menoch.in conſil.39.nu.41.&
ſeqq. vbi plura affert ſimilia, & præcipuè illud quod
voluit Bart.in l.cum quis decedens, §.codicilis, nu.4.
ff.de leg.3. vbi ait, non valere confeſsionem patris di-
centis in teſtamento,ſe debitorem alicuius tãtæ quan
titatis, vel ab eo recepiſſe mutuo tantam quantita-
tem, quia præſumitur facta in fraudem legitimæ filio
49 debitæ.† Flamin.qui alios citat,d.quæſt.1.num.9.Fa-
cit quod voluit Cuman.in l.Titius,ff.ad Trebellia.vbi
inquit, qđ etſi grauatus reſtituere quicquid ſupererit,
poſsit alienare intra dodrantem, Authent.Contra ro
gatus,C.ad Trebellia. tamen intelligitur, dummodo
50 alienet inter viuos, ſecus ſi in vltima voluntate.† ſe-
quitur Alexan.ibi num.9. & Ruin.in conſil.76.nu.11.
volum.2.non ignoro quod Pariſ.in conſil.13.nu.55.&
ſeqq. vol.1. vult, conſuetudinem ſuſtinere alienatio-
nem quæ fiat in articulo mortis à vaſallo, & propriè
loquitur in feudo, ſuſtinens, quod conſtitutus in mor
tis articulo validè quemcunque actum facere poteſt;
& infert ad ingreſſum religionis, ad matrimonium,
& alia multa, & poſt eum nulla fere illius facta men-
tione, Burſat. in conſilio 40. numero 62. & ſeqq. qui
ambo

ambo verba faciunt de Mantuana conſuetudine, ſed
ea quæ ibi ponunt, procedere poſſunt, quñ fraudis ſuſpi
cio non probatur per coniecturas ſufficiẽtes, & quñ ad
fraudem detegendam nõ concurrunt tot indicia, tot-
que præſumptiones quot ſtãt in præſenti facti ſpecie,
ideo eorum reſpõſio, & reſolutio nõ nocet huic propo
ſitioni: quinimò prodeſt, quia eorũ vterq; clarè ſuppo
nit, qđ ſi fraus probaretur, alienatio feudi corruret.

Secunda eſt cõiectura, quia D. Anſelmus abiecerat
omnem ſpem ſuſcipiendi prolem, præcipuè maſculi-
nam, qualis erat neceſſaria, ſtante natura feudi, vt ad
filius ſucceſſionem poſſet aſpirare, erat enim ſexage-
narius, & vxorem habebat quinquagenariam, cũ qua
licet ſemper per triginta annos cohabitaſſet, nullam
tñ prolem maſculinam, vel femininam genuit, & ſcie-
bat fratrem eſſe ſibi ſucceſſurum, ideo ne ad eum de-
ferretur ſucceſſio, feudum alienauit in D. Hieronymũ,
quo circa alienatio dr̃ facta in fraudem, vt probat gl.
relata ad tex. in c. 1. §. ſed etiam res, per quos fiat inue-
ſtit. vbi dicit, alienationem dici in fraudem agnatorũ,
quñ fit ab eo qui ſterilis erat, vel caſtratus, vel ad eam
peruenerat ętatem in qua filios habere non poteſt: qa
51 ideo vr̃ vendere, vt agnatos † excludat. ſequunt̃ Iſern.
ibi, nu. 5. Bal. nu. 2. qui ſubdit, quod in caſtrato, vel ſte-
rili, pręſumitur fraus; & infert id verum eſſe, quamuis
alienatio fiat in vnũ ex plurib. fratribus, quia nihilo-
minus defuncto alienante alij pro ſua portione reuo-
cabunt. Aluar. col. pen. verſ. quæro cum glo. 2. Afflict.
nu. 6. Alex. in conſ. 15. num. 7. vol. 2. vbi loquitur in eo,
qui erat in ſacris, ſubdens, quod non habetur in con-
ſideratione quod poſſit legitimare, vel adoptare. Dec.
in conſ. 269. nu. 3. vbi dicit hoc procedere, etiam ſi alie
natio ſit à Principe verbis ampliſſimis confirmata.
Martin. Laud. in d. §. ſed, & ſi res, & in c. 1. §. Titius, ſi de
feud. defun. fuer. controuer. Iacob. in ſua inueſtit. in
verſ. ita ẽt quod ipſi vaſalli, nu. 4. vbi dicit conſuluiſſe,
quod agnatus poterat reuocare feudum ſubinfeuda-
tũ à vaſallo qui prole carebat, & erat in ſenectute con-
ſtitutus. Burſ. in cõſ. 40. nu. 75. & ideo Brun. in cõſi. 56.
col. fi. poſt Spec. & Luc. de Pen. quos allegat, concludit,
quod ſubditi, quib. eſt cum dominis conuentio, quod
eis decedentibus ſine filijs, vel fratribus, ſucceſſio de-
feratur dominis, nõ poterũt donare cum filijs, & fra-
tribus carent: quia donatio præſumitur fraudulenta,
ad excludendũ dominiũ idẽ probauit Sola, in d. 1. par.
2. gl. nu. 7. & ego aliàs obtinui in Montisferrati Sena-
tu, cui tunc præſidebat Rol. à Valle, & fuit iudicatum
pro Illuſtr. D. Comitibus S. Georgij. facit quod voluit
Iacobin. in ſua inueſt. in verſ. Marchio, nu. 7. vbi ait, nõ
valere diuiſionem tanq̃ fraudulentam, quñ vni fratrũ,
qui caret prole aſſignatur totum allodiũ, & fratri pro-
52 lem habenti totum feudum, † eo enim tendit, vt mor-
tuo vaſallo dñs excludatur à ſucceſſione, allegat c. Im
perialem, §. callidis, vbicunque enim aliquid eſt pmiſ-
53 ſum, non tñ per hoc illud licet in fraudem facere, † l.
Titius, ff. ad Trebellia. c. beneficium, ſi de feu. fuer. con-
trou. c. 1. qual. olim feud. poter. alien. vbi Bal. & Aluar.
hoc notant, qui mouentur ex notatis in d. §. ſed ſi res,
& per hæc iura hanc colligit concluſionem Camerar.
in d. c. Imperialem, in princ. in verſ. in textu, ibi, ſub co
lore inueſtituræ, fol. mihi 32. & 33. & idem voluerunt
Io. Rain. & Neapod. quos citat, & ſequitur Nardus ad
Iſern. in d. §. ſed & res, nu. 5. in verſ. & fieri dr̃, deſtruit
autem hæc concluſio multa ex his quæ adducunt Dec.
conſ. 586. nu. 11. Gozad. conſ. 90. num. 14. & 15. Pariſ. d.
conſ. 13. & Burſat. d. conſ. 40. dum volunt, in fraudem
non fieri quod à iure permiſſum eſt: nam ita demum
verum eſt, ſuſtineri, id quod iure fit permittente, ſi fiat
abſque fraude: quia lex fraudem non concommittat,

54 nec illi aſſiſtit. † l. ſi ſponſus, §. circa, ff. de donat. inter
vir. & vxor. Camer. qui alia iura aduocat, d. fol. 33. &
quod fraudulenta feudi alienatio nõ præiudicet agna
tis, multis cõfirmat authoritatib. Menoch. in cõſ. 526.
nu. 30. & ſeqq. Cũ igit̃ D. Anſelmus prole careret, ſe-
nex eſſet, & moribundus, nõ põt videri ſine fraude feu
dũ hoc alienaſſe, qđ p eius mortẽ fratri aperiebatur.

Tertia eſt fraudis cõiectura, quia de credito D. Hie
ronymi non aliter apparet q̃ ex confeſſione D. Anſel-
mi: quocirca præſumendum eſt, hoc fuiſſe commentũ,
ad colorandum dationem in ſolutum, quæ facta fuit
de feudo, cum tñ non ſit veroſimile, quod tam egregiã
quantitatem D. Hieronymus crediderit D. Anſelmo
ſine inſtr̃o, apoca, vel alia cautione; & hæc coniectura
probatur ex his quæ ſup. diximus in prima coniectu-
ra, de patre confitente ad præiudicium filij, & de Ab-
batiſſa ad præiudicium monaſterij, & in ſpecie, quod
traditio in ſolutum, fraudem oleat, quñ fit pro debito,
55 de quo non conſtat niſi per confeſſionẽ, † voluit Gud.
Pap. in tract. de præſumpt. nu. 43. ver. fraus etiam præ
ſumitur ex cauſis. ſequitur Maſcar. d. concl. 815. nu. 20.
vbi allegat Bal. & alios, & idem ibi dicit, quñ debitori
ſuum debitum remittitur à creditore, de cuius tñ cre-
dito non conſtat niſi ex confeſſione, allegat Caſtr. &
Caccialup. Faciunt ẽt quæ Doctores dicunt de patre
confitente ſe debitorem filij ſpurij, vel illi aliquid ven
dente, & confitente ſe precium recepiſſe. Iac. de Aret.
Barto. & alij, in l. qui teſtm̃, ff. de probat. vbi expreſſe
Flor. & Salic. Bart. Imola, & Alex. & Salic. in l. ſi is qui
ex bonis, ff. de vulg. Soc. conſ. 65. nu. 5. vol. 1. Dec. in cõ-
ſil. 311. nu. 3. Calcan. conſ. 59. in quib. locis dicunt pro
cedere ſiue in teſtamento, ſiue in contractu facta ſit
confeſſio, ſic & in confeſſione ſacerdotis ad fauorem
concubinæ dicit Anch. in conſ. 547. quod præſumitur
56 fraudulenta, licet dicat ſe eſſe debitorem. † Dec. in
conſil. 132. Ripa in l. miles, nu. 11. ff. de re ind.

Quarta eſt coniectura, quia cum nullum debitum
ſubſiſteret, nullaq; adeſſet cauſa alienandi, non eſt cre
dendum, quod voluerit ſine fraude D. Anſelmus feu-
dum alienare, ſicuti enim cauſa neceſſaria ſubſiſtens
validat alienationem, quæ aliàs non ſuſtineretur, ſed
57 tanquã facta in fraudem rueret, † l. fi. in fi. ff. de litigio.
Ang. in l. ſi quis poſt hac, col. 2. C. de bon. proſcrip. Cu-
man. in l. poſt contractum, ff. de don. & ibi Iacob. Put.
& Picus. Boſſius in tit. de public. bonor. num. 45. & ſeq.
Natta, in conſil. 512. nu. 3. Peregr. in tract. de iure fiſci,
lib. 5. tit. 1. num. 157. in fi. ita cum nulla excogitari põt
cauſa alienatio redditur ſuſpecta, vt contrariorũ eadẽ
ſit diſciplina, & nemo pſumitur velle rem magni valo
ris perdere ſine cauſa, c. ſuper hoc, de renũc. vnde Re-
buf. in conſ. 56. nu. 10. inquit, fraudem in eo præſumi, q
beneficium magnis ſumptibus, & laborib. aquiſitũ,
58 ſine cauſa reſignat, † ſequitur Flamin. Pariſ. in d. tract.
de reſignat. benef. lib. 13. tit. 4. nu. 16. adducit pro con-
firmatione doctrinam Bar. in l. poſt contractum, nu. 5.
ff. de donat. quæ vult, quod magnæ alienationes ſunt
ſuſpectæ, ne fraudæ laborent: & ibi adducuntur multę
authoritates. addo Maſcard. d. concl. 815. nu. 47. Pere-
gri. d. lib. 5. tit. 1. nu. 156. Facit Gozad. conſ. 90. nu. 15.

Quinta coniectura eſt, quia Do. Anſelmus viuens,
maximas exercuerat ſimultates cum D. Victorio fra-
tre, eumq; graui odio proſequebatur, vnde facile colli
gere poſſumus, eum ideo feudum alienaſſe, vt fratrem
excluderet à ſucceſſione, eique damnum inferret. ini-
59 micus enim ſemper mala cogitat contra inimicum,
vt probat c. repellantur, & c. cum oporteat, de accuſat.
l. 1. §. præterea, ff. de quæſt. l. inimicitia, ff. de his qui-
bus, vt indignis. & ideo Docto. poſt Bart. in d. l. poſt
contractum, ad præſumendum fraudem in alienatio-
ne

ne ſacta ab eo qui poſtea deliquit, conſiderant præce-
dentem inimicitiam, & hæc inimicitia fuit cauſa frau
dis, ne ſcilicet feudum deuolueretur ad inimicũ, & ex
ea quoque deprehenditur ſpecies fraudis quã D. An-
ſelmus commiſit, ex quo non ſufficit eam in genere al-
60 legare, † ſcd͞m Barr. in in conſil. 65. nu. 2. vol. 1. Alex. in
conſi. 28. nu. 12. vol. 5. Aret. conſi. 65. col. 3. Dec. in con-
ſil. 468. nu. 8. alios addit Rol. in cõſ. 6. nu. 29. vol. 3. Ma-
ſcar. de proba. concl. 814. nu. 6. vbi multis modis exor-
nat, & in terminis, quod pp inimicitiam alienatio pręſu-
61 mantur fraudulenta, † probat Pariſ. conſi. 14. nu. 41.
vol. 1. Menoch. cõſ. 104. nu. 59. & ſeqq. Augetur autem
fraudis ſuſpicio: quia cum, vt dixi, fratrem odio habe-
ret, & D. Hieronymum prędiligeret, feudum nulli one
ri obnoxium dedit D. Hieronymo in ſolutum, hęredi-
tatem autem ære alieno multiſque vexationibus gra-
uatam, & inuolutam, fratri reliquit, vt hoc modo illũ
obligaret ad approbandum feudi alienationem, & il-
li reuocandi facultatem adimeret. Nec dicatur, quod
fraus non præſumitur in moriente, qui non cenſetur
62 immemor ſalutis æternæ, † l. fi. ff. ad leg. Iul. repet. Soc.
conſ. 12. num. 3. vol. 4. quia reſpondetur, quod non per
hoc præſumitur S. Ioannes Bapriſta, vt dicebat Bald.
in Auth. ſi dicatur, C. de teſtam. & in c. ſicut, de teſtib.
Alciat. de præſumpt. Reg. 3. præſumpt. 4. nu. 4. Gram.
deciſ. 42. nu. 5. Menoch. in conſil. 39. nu. 70 vbi fortius
dicit, quod aſſertio teſtatoris etiam iurata non atten
ditur, quando in contrarium aliqua vrget ſuſpicio. &
in tract. de arb. iud. caſu 89. nu. 30.

Sexto adduci poſſent magna dilectio, & amicitia
quæ Do. Anſelmo cum Do. Hieronymo intercedebat,
quæ ęquipollet conſanguinitati, & conſequenter facit
præſumi fraudem, iactatio ſæpiſſimè facta, q D. Victo
rius nihil poſt ipſius mortem eſſet habiturus ex bonis
quæ poſſidebat, quod non erat in ſtatu in quo eſſe exi-
ſtimabat, quod rebus ſuis conſulere volebat, quod D.
Anſelmi arrogantiam, vt ille vociferabatur contun-
dere volebat, aliaque multa palam iactabat quæ non
ad aliud referri poſſunt, vt exitus probauit quã ad id
quod poſtea ſequutum eſt. quare cũ per fraudẽ facta
63 fuerit feudi alienatio, non debet illi fraus prodeſſe, † l.
ſi ab hoſtibus, §. 1. ff. ſol. matr. l. ita demum, ff. de arbitr.
l. verum, §. tempus, ff. pro ſocio, l. ſed etſi, §. planè, in fi.
ff. ad exhiben. latè Tiraquel. de retractu conſang. §. 1.
gl. 9. nu. 67. Decian. in conſil. 4 nu. 33. vol. 1.

Nec etiam dicatur, quod fraus non vitiat contra-
ctũ, nec reſcindit venditionem, aut dationem in ſolu-
tum, niſi etiã recipientis, atq; ita D. Hieronymi fraus
interuenerit, probeturq; illum fuiſſe eiuſdem fraudis
participem: quia reſpondeo, cõem eſſe diſtinctionem,
quod ſi alienatio facta eſt lucratiuo titulo, reuocatur
etiamſi acquiſitor nõ fuit particeps, vel conſcius frau
dis: ſi verò facta eſt titulo oneroſo, tunc nõ reuocatur,
64 niſi vterque fraudem fecerit. † ita voluit Cin. l. 1. in 8.
quæſt. C. ſi quid in fraud. patron. & in l. 1. q. 7. C. de in-
offic. donat. Bar. in l. non vſque adeo, ff. ſi quis à paren.
fuer. manumiſ. & ita diſtinguit ante omnes glo. in §.
item ſi quis in fraudem, in verſic. in fraudem, in princ.
Inſtit. de actio. quam ibi ſequuntur Io. Fab. colum. 1.
qui ponit rationem diuerſitatis, poſt Iac. & Petr. de
Bellapert. idem ponit Aretin. nu. 21. vbi dicit eſſe ſin-
gularem limitationem, quod reuocatio admittitur
etiã ſi fraudis non ſit particeps acquiſitor, ſi alienatio
facta eſt lucratiuo titulo, puta donationis. Iaſ. nu. 27.
& 33. Alex. qui ita quoque diſtinguit, in conſ. 55. nu. 2.
& 3. vol. 1. Dec. in conſi. 235. num. 2. poſt quintam præ-
ſumpt. Picus in d. l. poſt contractum, num. 38. vbi po-
nit rationem diuerſitatis. Burſ. in conſil. 40. in fine. in
facto autem noſtro, quamuis inſtrumentum dicat de
donatione in ſolutum, verè tamen eſt legatum vel do-
natio: quia nõ conſtat de debito, atque ita lucratiuus
eſt titulus, ex quo nulla interuenit pecunia. Præterea,
vt ceſſet fraus in acquirente, probanda eſt iuſti precij
ſolutio, alias ſi de ea non apparet, præſumitur ſcien-
tia fraudis, etiam in eo, qui titulo oneroſo acquirit, vt
65 declarat † Peregr. in tractat. prædicto, lib. 5. tit. 1. nu.
157. vbi nu. 156. ſequitur ſupra relatam diſtinctionẽ,
quæ fuit Imol. & Roman. dicentium, in l. poſt contra-
ctum, quod ſi alienatio fit pro modico precio, reuoca-
tur, etiam ſi aliter non conſtet de fraude emptoris. ſe-
quitur Picus ibi, nu. 44. & fuit originalis ſentẽtia Bal.
in c. 1. §. donare, in fine, qualit. olim feud. poter. alien.
quem ſequitur Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, nu.
47. Aluar. d. §. donare, colum. 2. & Afflict. num. 67. in
caſu autem noſtro non modo pręcium fuit modicum,
ſed etiam nullum, adeò, quod dubitari nõ poteſt quin
D. Hieronimus fuerit fraudis particeps, accedente
maximè amicitia arcta, continua conuerſatione, &
plena confidentia, quæ eis erat inuicem, & forte aliter
quoque reſpondebo in reſolutione contrariorum.

Non ẽt turbat, quod conſuetudo vires porrigat ad
alienationem quæ facta ſit in vltima voluntate, ſcd͞m
Dec. Pariſ. Gozad. Burſ. & alios ſupra in contrariũ ci-
tatos, quorum aliqui conſuetudinem loquentem de
emptione, extendunt ad donationem in ſolutũ, quan-
doquidem in contrarium eſt veritas, q conſuetudo nõ
extenditur ad alienationem factam per vltimam vo-
luntatem: quia eſt exorbitans cõtra regulas feudorũ,
66 & ſtricti iuris, & nõ excedit ſuos terminos, † ita Curt.
iun. in conſ. 171. nu. 10. vſq; ad finem, vbi loquendo in
conſuetudine Mantuana, dicit, ſe vidiſſe ſæpius dubi-
tatum ſi poſſint ſuſtineri venditiones factæ à morien-
te, vt precium detur filiab. quæ ſunt feudi incapaces,
quaſi talis venditio videatur facta in fraudem. idẽ ẽt
tenuit Ruin. in conſ. 108. nu. 30. vol. 2. vbi agit de con-
ſuetudine Corrigienſi, & vult, quod tñ de potẽtia ha-
beat quantũ de vſu habuit, nec quid vltra. Gabr. conſ.
83. nu. 58. in 1. vol. Nat. in conſ. 502. nu. 38. vbi moue-
tur ex eo, quod licentia alienandi feudum cõceſſa va-
67 ſallo à domino, non prodeſt pro donatione † cauſa
mortis, ſcd͞m Bal. in c. Imperialẽ, col. 4. de prohib. feu.
alien. per Feder. ſic conſuetudo diuidendi feuda non
68 trahitur ad diuiſionem factam † in teſtõ, ſcd͞m Oldr.
& Io. And. quos Natta allegat in præcitato loco. Me-
noch. in conſi. 1. nu. 133. dũ ſequitur Ruin. in loco præ-
citato, dicens, quod conſuetudo alienandi vno modo,
nõ trahitur ad alterum: & hanc partem audiui ſæpiſſi
mè obtinuiſſe in practica in Mãtuana Ciuitate, & pro
ea fuiſſe iudicatũ nõ ſemel, ſed multis, & multis vici-
bus, quidquid ſupra citati Doctores renuerint, & qd-
quid dixerit Burſ. qui atteſtatur cõtrarium; ppea non
eſt curandum de generalibus regulis allegatis à De-
cio, Goz. Pariſ. & alijs, qſi conſuetudo nõ patiatur ex-
tenſionem, & regulæ illæ procedant, poſito quod lex
ſimpliciter vaſallo concedat alienãdi facultatem, ſe-
cus autem eſt in conſuetudine, quæ non eſt ſcripta, ad-
eo, vt illius verba poſſumus ponderare, & examinare,
ſicuti facimus de verbis legis, vel ſtatuti, ſed ſuper ſo-
lo vſu fundatur, quẽ vſum ſi non apparet in teſtamen-
tis inualuiſſe, nos fruſtra illum allegabimus.

Parum etiam mouet, quod datio in ſolutum facta
fuerit non per modum teſtamenti, ſed contractus,
ideo appellari non poſſit vltima voluntas: reſpondeo
enim, quod etſi contractus æquè fieri poſſit in teſta-
mento ſicuti extra, & vim habeat contractus, tamen
illud eſt verum, quando non fit contemplatione vlti-
mæ voluntatis: nam vbi eſt factus ea contemplatione,
69 habetur pro vltima voluntate, † ſecundum Barto. in l.
fin.

fin.ff.de ſoluti. vbi dicit, quod ſi ſcolaris infirmus pe-
cuniã babens apud mercatorem, faciat illum obliga-
ri erga ſuos fratres, iudicabitur hic contractus tãquã
vltima voluntas,& conualeſcente ſcolari, poterit illã
obligationem reuocare. idem voluit Bal.in l.manda-
tum,nu.7. C.mandati. Dec.in l.ſingularia, nu.25. ff.ſi
cer.pet.Gozad.in conſ.90.nu.5.& in fi.conſilij,vbi etſi
in ſuo caſu teneat contrarium, tamen illud eſt, quia
præceſſerat promiſſio vendendi,& cauſa erat neceſſa-
ria,non voluntaria,vt per eum,quæ ſi ceſſaſſent, abſq;
dubio aliud dixiſſet;& loquitur præciſè in alienatio-
ne feudi facta in teſtamento. Facit quod voluit Ioan.
Fab.in §.1.Inſtit.de legat.vbi ait, quod ſi in teſtamen-
to aliquis donauit Titio præſenti, & acceptanti, erit
potius legatũ quã donatio, quia actus interpretatur
ſecundum materiam cui ſe præparauit.idẽ voluit Ni-
ger,in Rubr.ff.de leg.1.nu.23.vbi rõnes allegat, atque
ibi Soc.iun.nu.63.& ſeqq. Nat.in conſi.73.nu.1. & ſeq.
vbi infert,quod liberatio facta præſenti in teſtõ,ſuſti-
netur tanq̃ legatum.& in cõſi.94.nu.3.Card.Mant.de
cõiect.vlt.vol.lib.8.tit.1.nu.35.& ſeqq.vbi latè diſpu-
tat de veritate. Accedat, quod ſtipulatio poſita in vl-
70 tima voluntate,ſortitur illius † naturã,l.1.§.ſi quis ſub
conditione,ff.vt legat.nom.caue. & irritato teſtõ cor-
ruunt contractus in eo facti,ſcd̃m Bal.in l.fi.ff. de reb.
eorum.& promiſſio facta in teſtõ,dicitur vltima volũ-
tas,§.fi.Inſt.de fideic.hær. & dicit Aret.in l.nemo põt,
ff.de legat.1.quod tales diſpoſitiones habentur inſtar
contractuum. comprobat Iaſ.ibi, nu.21. ſequitur Me-
noch.in conſil.11.nu.13. ſi igitur ea diſpoſitio facta eſt
contemplatione teſtamenti,iudicari debet tanq̃ teſta
mentum,& vltima voluntas,ſaltem vt cenſeatur facta
per vltimam voluntatem. & quamuis dictum Io. Fab.
reprobetur ab Angelo,in d.§ 1. à Croto in Rubr. ff.de
leg.1.nu.20.Natta cõſi.90.nu.3. & Vaſq.de ſucceſſion.
creat.§.22. nu.3. & dictum quoque Nattæ in conſi.73.
reſpectu liberationis in teſtamento relictæ videatur
contrariari Bero.in conſil.45. nu.14.vol.2.tamen do-
ctrina Io. Fab. eſt magis approbata, & plures habet
authores.vltra quod melioribus fulcitur rationibus,
quinimo,gl.in l.ſi is,§.ſed cum monumentum,ff.famil.
erciſc. dicit, quod in teſtamento non poteſt fieri con-
tractus,ſed quaſi contractus, & aliud eſt quòd fiat in-
ter viuos, aliud autem per vltimam voluntatem: dr
autem per vltimam voluntatem in propoſito,quando
fit in ipſo teſtamento,licet fiat per contractũ,quia ſal-
tem fit contẽplatione vel occaſione vltimæ volũtatis.

Ad ea vero in quibus totius conſultationis pondus
meo quidẽ iudicio verſatur,an ſcilicet aſſenſus q̃ poſt
mortem fuit adhibitus conualidet dationẽ in ſolutũ,
reſpondeo,quod etſi dominus approbando teſtamen-
tum mortuo iam teſtatore validet quoad ſui præiudi-
cium diſpoſitionem factam de feudo, tamen non ſu-
ſtinetur reſpectu agnati,nec illi aliquod inferetur præ-
iudicium,quando feudum eſt antiquũ, vel paternum,
71 † ita limitat Martin. Laud.in d.cap.1. §.donare, qual.
olim feud.poter.alie. & ibi Card.in vlt.col. Curt.iun.
in tract.feud.par.4.in 1.regul. ver.terenta igitur,in 1.
lim.col.2.Capic.in c. Imperialem,in prin.verſ.limita-
tur d.concl.fol.mihi 40.de prohib.feudi alien.per Fe-
der.ſequitur ibi Camer.circa fin. verſi.quod dicemus,
fol.mihi 733. in parua impreſſio. vbi cum eis tráſit,li-
cet diſputet,an procedat in feudo hæreditario,de quo
ego dicam infra ſuo loco: feudum autem de quo eſt
ſermo,eſt antiquũ,ergo non ſufficit conſenſus qui mor
tuo D.Anſelmo ſuperuenit,atq; ita doctrina Baldi ſic
vt ſupra limitata,retorquetur cõtra D.Hieronymum,
& facit pro D.Victorio ſtãte qualitate feudi. & facit,
quia volunt Doctores quod ſit ſpeciale in dote, vt aſ-
72 ſenſus poſſit mortuo vaſallo alienatore † interponi,l.
ſi ego, §.ſi res, ff. de iure dot. ponunt Doctores in d. §.
donare,& Capic.loco proximè citato, verſi.limita ſe-
cundo,dicit quod periti Regnicolæ iſtud admiſerunt,
& Camerar.loco prædicto,verſi.limitatur etiam,folio
734. inquit in hoc concurrere omnes Neapolitanos,
& vidiſſe ſæpius practicatum, & ſubdit procedere
multo certius extra regnum, quam in regno; ergo in
contrarium erit quo ad alia ius commune, vt ſcilicet
non admittatur.

Deciſio Rotæ 873. in antiquis, quæ loquitur de cõ-
ſenſu patroni,nõ ſeruit ad noſtrum propoſitum, quia
vt dicã infra, nos habemus in materia feudali claras
deciſiones,quod cõſenſus adhiberi non põt poſt mor-
tem vendentis, vel in ſolutũ dantis: quocirca non de-
bemus moueri ex deciſionib. quæ loquuntur in alia,&
diuerſa materia, vltra quod ea deciſio validis ratio-
73 nibus impugnatur à Camer. † ad quem remitto in d.
c.Imperialem,circa fin. verſi.ſed huic concluſioni, fol.
mihi 721. & ſeq. vbi reſpondet ſingulis fundamentis
Rotæ,nec ex eis aliquem dimittit intactum, ſubdens,
quod ſi Rota vidiſſet ibi Iſer.aliud determinaſſet.

Nec iuuat Dominum Hieronymum, quod hæc cõ-
ditio ſit caſualis, vel ſaltem mixta, quæ retrotrahi ſo-
let, quoniam primum dici poteſt, eſſe poteſtatiuam,
quia pendet à ſola petentis poteſtate, ex quo domi-
nus cogitur aſſenſum præſtare,& alienationi cõſenti-
re, ſiue quia conſueuerit ſemper conſentire, quia ra-
74 tione cogitur id facere,† ſecũdum Corn. in conſ.230.
vol.3. Marin.Freccia, de feud.lib.2.§.pluribus autem
modis,nu.13. folio mihi 144. Burſ.in conſi.56. nu.28.
vbi addit Card.& Io.Lupum,conſ.256.num.6. Sola in
conſtit. Pedem.in glo.2. partis ſecundæ,in princ.folio
mihi 57. & idem tenet Io.Baptiſta Surdus, in d.§.Ti-
rius,nu.35. ſiue etiam quia feuda ſunt vigore præalle-
gatæ conſuetudinis alienabilia, quo caſu quando va-
ſallo licet feudum alienare, dominus etiã cogitur cõ-
75 ſentire,† vt quando ex pacto licita eſt alienatio,ſecũ-
dum Affl. in conſtit. Si quis poſt litem, verſi.ſexto,nu.
22.quem citat,& ſequitur Siluan.in conſi.65.num.17.
Hanc quoque partem ſtante pacto, tenuerunt Afflict.
& Capic. in c. Imperialem, eoſque refert, & ſequitur
Camerar. poſt princip. verſic. quoad ſecundum, folio
mihi 222. & in terminis, quando extat conſuetudo
alienandi, quod dominus conſentire teneatur, nec
76 poſſit recuſare,voluit † Silu.in conſuetudine Montiſ-
ferrati,d.conſi.65.nu.17.Burſ.in d.conſi.256.num.11.
id quod adeo verum eſt, quod ſi dominus requiſitus
recuſet, ſuſtinebitur alienatio facta reſeruato conſen
77 ſu,quia habetur pro præſtito.† Dec.in c.quę io Eccle-
ſiarum,num.30. de conſtitut. Menoch.de arb.ind.ca-
ſu 182. num.11. Burſ. conſil.45. num.12. & alijs firmat
authoritatibus Roland.in conſi.56.num.16.volum.4.
Cum igitur Princeps, ſeu dominus denegare nõ poſ-
ſit aſſenſum,nec ſoleat id facere,fatendũ eſt, illius im-
petrationem pendere à poteſtate vendentis, vel emẽ-
tis, & conſequẽter conditionem contractui adiectam
accedente ſcilicet aſſenſu, poteſtatiuam eſſe, non au-
78 tem caſualem vel mixtam, † vt in terminis concludit
Burſ.d.conſil.45. num.11. quod eſt poteſtatiua, nullo
modo retrotrahi poteſt, l.qui balneum, ff.qui potior.
in pignor. hab.

Reſpondeo ſecundo, quod vbi etiam admittamus
conditionem eſſe mixtam vel caſualem, adhuc retro
non poſſe trahi, ex quo medio tempore per mortem
Dom. Anſelmi feudum vigore primæ inueſtituræ fuit
acquiſitum Domino Victorio, in cuius poſtea præiu-
dicium dominus conſentire nõ potuit alienationi iã
factæ, & quod conditio etiam caſualis vel mixta non

trahatur retro, ad præiudicium eius cui medio tépo-
79 re fuit ius quæſitum, voluit † Hoſtien. in Sum. de cond.
appoſ. in §. quæ conditio, col. 2. verſic. quid ſi contraho
cum vna, Collectan. c. ſuper eo, in prin. de cond. appoſ.
Bal. in l. 1. col. vlt. C. an ſeru. ex ſuo facto, & ibi Salicet.
col. 1. Alex. conſil. 228. col. 2. vol. 6. Dec. in l. pecuniam,
col. fin. ff. ſi cert. petat. & quidquid ſit in alijs terminis,
qñ extremum à quo, eſt inhabile, vt quia contrahens
mortuus ſit medio tempore, tunc nunquam conditio
80 etiam mixta retrotrahitur. † ita declarat Barto. in l.
quoties, in fine, ff. de nouation. vbi ita limitat d. l. qui
baln eum, ſubdens, eſſe perpetuo menti tenendũ, quod
repetit Alex. ad Bar. in d. l. qui balneum, §. 1. & in l. ſub
conditione, ff. de ſolut. & magnificat Neguſ. in tracta.
de pignor. in 2. memb. 5. par. num. 41. Eandem conclu
ſionem, quod conditio non retrotrahatur ad præiudi-
cium tertij, probat Siluan. in conſi. 97. nu. 17. & Burſa.
in conſi. 45. num. 17. vbi alios addit, & loquitur in ter-
minis noſtris in materia aſſenſus. ſiue igitur ſit pote-
ſtatiua, ſiue caſualis, & mixta, idem ſemper erit.

Beroi quoque conſilium 73. in 1. vol. non poteſt hãc
opinionem ſuſtinere, quinimo eius opinio eſt falſa, &
81 falſis quoq; rationibus † munita, vt demonſtrabo ſin-
gulas attingendo; & primo quidem falſum eſt, quod
dicit licentiã ſeu pactum alienandi intelligi ſiue agna
tis præiudicet, ſiue non: qñ in quacunque conceſſione
82 reſeruatum cenſetur ius tertij, † l. 2. §. merito, & §. ſi
quis à Principe, ff. ne quis in loco publ. c. ex tuarum,
de author. & vſu pall. Fel. in c. cauſam quæ, de reſcript.
Alciat. in tract. præſumpt. Reg. 3. præſ. 11. in princ. vbi
in addit. multi concordantes congeruntur. latè exor-
nat Cæph. in conſ. 342. nu. 70. & multis ſeqq. vbi dicit,
procedere, ét ſi verba ſint multum generalia, imo præ
ſumitur Princeps circumuentus, qñ tollit ius tertij, &
vbi verba ſunt expreſſa, reſtringũtur ad modicũ præiu
dicium, & niſi clarè appareat, ſemper vř exceptum, c.
ſi poſtquam, de præben. in 6. c. quamuis, de reſcript. in
ſexto. Ruin. in conſil. 3. num. 7. vol. 1. Præterea, licentia
alienandi eſt ſtricti iuris, & ſtrictè interpretatur, & ſo
83 lum habet locum in caſu expreſſo, † Iſern. Affl. & alij,
in c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Federic.
vbi inferunt ad multas deciſiones. Freccia de feud. li-
bro 2. q 9. & multis ſeqq. vbi probat, quod ſemper aſ-
ſenſus reſtringitur. Camerar. d. c. Imperialem, in 2. cõ-
cluſ. folio mihi 342. Corbul. in tit. de cauſ. priuatio. ob
alienat. in 6. q. nu. 11. & ſeqq. quæ concluſio ſi vera eſt
in aſſenſu, qui ab homine cõceditur, multo magis ob-
tinebit in eo, qui deſcendit à conſuetudine, quæ eſt
ſtricti iuris, vt ſupra ſæpiſſimè inculcatum eſt. Rurſus,
quod licentia alienandi non præiudicet agnatis, ſed
84 in dubio intelligatur ſine illorum præiudicio, † pro-
bat multis Alexan. in conſil. 106. per totum, vol. 4. vbi
vult, quod ſtante alienandi facultate conceſſa in inue-
ſtitura, non ſuſtinetur alienatio poſt mortem alienan
tis, ſed ea non obſtante, agnatus poterit feudum ven-
dicare, quia licentia illa reſtringi ſemper debet. Ruin.
in conſi. 169. nu. 12. vol. 1. Io. Bapt. Ferret. in conſil. 78.
nu. 5. verſ. circa ſecundũ punctum; & hanc ſñiam mul-
tis defendit Corbul. in d. tit. q. 7. per totum. Quam opi
nionem etſi nunc non abſolute probem, tñ adduxiſſe
volui, vt demonſtrem licentiam eſſe non ampliandã,
ſed reſtringendam. addo quod licentia vendendi feu
dum alicui conceſſa non extenditur ad eius hæredes,
85 † qui propterea vigore dictæ licentiæ non poterit feu
dum vendere, vt latè probat Freccia d. lib. 2. q. 5. col. 1.
& ſeqq. vbi infinitas allegat rationes, quæ huic quoq;
facto applicari poſſunt. allegat Aluar. in c. Imperialẽ,
ſequuntur Corbul. d. tit. de cauſ. priuat. ob alien. am-
pliat. 11. ergo ſicuti vaſalli hęres non põt vigore licen

tiæ alienare, ita ad eius præiudicium non debet vigo-
re licentiæ fieri alienatio. Demũ reſpondeo, quod cõ-
trarium poſſet procedere, ſi ex conſuetudine liceret
ſimpliciter, & abſque alio domini aſſenſu alienare,
tunc enim alienatio ſuſtineretur, ſiue agnatis præiu-
dicet, ſiue non: ſed non abſolutè à conſuetudine per-
mittitur alienatio, verum accedẽte domini conſenſu,
qui tamen conſenſus debet intelligi, vt adhibeatur eo
modo, & tpe quo de iure adhiberi debet, id eſt re inte
gra, quia cum de vno diſputamus, cetera ſupponitur
habilia, §. in extraneus, Inſtitu. de hæred. qualit. & dif-
fer. & qñ conſuetudo facit mentionem de cõſenſu, in-
telligi debet de valido, non de eo, qui inualidè, & re
86 non integra † præſtatur. Innoc. in c. 3. de libell. obla-
tion. Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de eden. Bar. in l. 1. §. & parui,
ff. quod vi, aut clam. cum alijs multis quos citaui in
conſil. 3. nu. 17. & ſeq. & conſuetudo intelligi debet, vt
iuri cõi deroget quãto minus fieri poteſt, vt dicimus
87 de ſtatuto. † Rom. in conſi. 197. nu. 2. Alex. in conſi. 106.
nu. 9. vol. 5. Bec. conſil. 12. nu. 43. & in conſuetudine eſt
tex. in c. cum dilectus, de conſuet. & conſuetudo ſicuti
& ſtatutum recipere debet à iure cõi interpretationẽ,
l. 2. C. de noxalib. Barto. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg.
Falcid. cum ſimil. atque ita vt conſenſus domini adhi-
beatur tpe habili, qñ ipſa alienatio fit vel fieri poteſt.
Eodem modo reſpondeo ad id quod Bero. dicit, feu-
dum ita conceſſum tranſire ad agnatos cum eo onere,
id eſt agnatos eſſe vocatos ſub eo onere, quod feudum
poſſit alienari: nam hoc intelligitur, dum modo alie-
natio fiat ſcđm formam pacti, ſeruatiſque eius condi-
tionibus; ſed in caſu noſtro, nõ fuit ſeruata conditio,
quia conſenſus domini non interuenit tpe habili, &
aliud eſt, quod potuerit alienari, aliud verò quod fue
rit alienatum: & hoc caſu non dř alienatum, quia cõ-
ſenſus domini non interuenit. Et quamuis ratihabi-
tio retrotrahatur quoad præiudicium eius, qui actum
fecit, vel cuiuſlibet alterius, qui cenſeatur idem cũ eo,
qui actum geſſit, tñ in caſu noſtro D. Victorius non po
teſt dici eadem perſona cum Do. Anſelmo fratre, qui
dedit in ſolutum, tum quia non eſt illius hæres ſimpli-
citer, ſed cum beneficio legis, & inuentarij, quod intra
tempora à lege præſtituta confecit, tum ét, quia mul-
tum intereſt in propoſito inter hęredem, & defunctũ,
vt dicam ſerioſè in reſolutione vltimi obiecti. quare
fatendum eſt, non ſuſtineri concluſionem Beroi; ſed
etſi in inueſtitura conuentum ſit, quod liceat feudum
alienare cum dñi conſenſu, intelligi hoc habebit ſi cõ-
ſenſus in tpe habili interueniet, aliàs habebitur pro
non adhibito: paria enim ſunt, quod factus ſit ſine cõ-
ſenſu, vel cum conſenſu in tempore habili non inter-
poſito, l. quoties, vbi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cogant. poterat
autem, & debebat Berous ſuam fundare cõſultationẽ
ſuper l. ſi ego, §. ſi res, ff. de iur. dot. per quam feudiſtæ
volunt, quod fauore dotis aſſenſus ſuperueniens poſt
mortem conualidet venditionem, vt probaui ſupra
in verſic. ad ea vero, in quibus. quas deciſiones, quia
non vidit, multo labore eſt in vanum defatigatus.

Pari fere morbo laborat Pariſ. conſi. 14. vol. 1. dum
vult ſtante conſuetudine aſſenſum poſſe poſt mortem
88 alienantis ſuperuenire: † nam dum dicit, quod con-
ſuetudo derogat concluſioni, quæ vult feudum alie-
nari non poſſe ſine licentia domini, & conſenſu agna-
torum, verum dicit, quia reſtringitur ad conſenſum
domini, ſed per hoc non infertur, quod hic domini
conſenſus poſſit quandocunque, & poſt mortem alie-
nantis interuenire, quia conſuetudo domini conſen-
ſum referuãs, intelligi debet de cõſenſu adhibito tpe
idoneo, vt ſupra probaui. Dum verò dicit, quod vigo-
re conſuetudinis non eſt conſiderabile intereſſe agna-
totum

torum,ſed ſolius domini, vbi autem de ſolo præiudi-
cio domini agitur, eius cõſenſus interuenire põt poſt
mortẽ, vt dictũ eſt ſupra. In approbatione teſtamenti
rñdeo, qđ etſi non attendatur pręiudiciũ agnatorum,
ſed ſolius dñi, tamen id verum eſt, qñ alienatio fit va-
lide, ideſt,quando dominus cõſentit in tpe oportuno,
aliàs alienatio non pręiudicat etiam agnatis, vt vide-
mus in feudo nouo,in quo cõceditur alienatio ad prę
iudicium agnatorum interueniente domini conſenſu,
89 † ſecundum Iſern.in c.1.de alien.feudi pater.vbi eum
ſeq. Aluar.circa fin.verſi.quæro nunquid feudum.Prę-
poſ.Aſſl.& Ale.in cõſi.28.col.1.vol.5.Barb.in conſ.66.
vol.4.Iaſ.in l.2. col.pen.C.de iu.emphyt.Curt.ſen.cõ-
ſil.83.col.1.Aſſl.in c.Imperialem,nu.75. Ruin.conſi.7.
nu.23.vol.1.Crau.conſ.135.nu.8.Claruſ in §.feudum,
q.41.verſi.quem enim.Cæph.in conſi.12.nu.16.conſi.
152.nu.51.Natta conſ.501.nu.17.& ſeqq.Zaſ.de feud.
par.9.de feud.alien.ver.ſeptimo principaliter, fol.mi
hi 136.Th.Marin.de feud.lib.1.tit.3.nu.16. vbi infini-
tos cumulat.Becius in conſi.56.nu.21.Cæph.in conſi.
302.nu.1.& tamen Doctores nullibi dicunt quod iſto
caſu conſenſus domini ſuperueniens poſt mortẽ alie-
nantis confirmet alienationem, quod tamen nõ omi-
ſiſſent ſi verum eſſet. Addar, quod ex conſuetudine
ius agnatorum non tollitur ſimpliciter, ſed ſub certa
forma, & conditione, id eſt ſi venditioni domini con-
ſenſus interueniat: hæc autem forma impleri debet
tempore venditionis, vel ſaltem intra tempus,quæ vẽ
ditio ipſa poteſt fieri, quia qualitas adiecta verbo in-
90 telligi debet ſecundum tempus verbi,† l.in delictis,§.
ſi extraneus,ff.de noxal. l.1. §.tutoris, ff. quod iuſſu, l.
Titius,vbi Bar. ff.de teſtam.milit.at cum mortuus eſt
venditor, tunc feudum non poteſt dici alienatum, ſi
conſenſus domini non fuit præſtitus, & ſeruata non
fuit forma à cõſuetudine præſcrip. facit in ſimili,quia
feudum hæreditarium etiam ſi antiquũ ſit, poteſt alie
nari in præiudicium filiorũ, & hæredũ, adhibito tamẽ
91 conſenſu domini.† Aſſlict.c.1.col.4. verſ.quæro modo
quid in feudo,de alien.feudi pat. Alex.in conſ.118.col.
2. vol.6. Iaſ.in l.2.col.fin. C.de iur.emph. Dec.in con-
ſil.208. col.fin.nu.8. verſic.non obſtat ſucceſſiue.Curt.
iun. de feud.par.4.princ.nu.132.Iaſ.conſi.56.num.29.
vol.3.Pariſ.10 conſ.16.nu.44.vol.1.Natta d.conſi.501.
nu.20.Cæph.conſi.3.nu.14.conſ.152.nu.56.quia hęres
non poteſt venire contra factum defuncti, & tamen
domini aſſenſus ſuper eo feudo non poteſt interponi
92 poſt mortem. †ita Aſſl.in d.c.Imperialem,in princ.q.
28. nu.28. quia ſecundum eum alienatio eſt ipſo iure
nulla, & conſenſus ſuperueniens poſt mortem nõ tol-
lit ius filij, eo enim tempore quo Princeps conſentit,
res eſt aliena, & ſubdit hoc iure vti Regnicolas; &
huic deciſioni conueniunt omnes rationes quas ibi
allegat Iſer.nu.15.& 16.dum loquitur, an cõcedi poſ-
ſit ad præiudicium agnati qui ſit hæres, & ea eſt prin-
cipalis: quia dominus conſentit alienari feudum de-
functi non alterius. & idem in ſeudo hæreditario po-
nit Iſern.ibi,in addit.nu.16. vbi ait, quod agnatus re-
uocat tanquam alienationẽ factã ſine conſenſu:paria
enim ſunt,qđ confirmatio nõ ſit ſecuta,vel qđ ſit ſecu-
ta inualide, l.1. §.quibus, ff. quod cuiuſque vniuerſit.
nom. Capic.in d.c.Imperialem,in addit. & in 1.ampl.
fol. mihi 39. col. 2. vbi dicit, quod hoc caſu filius vel
agnatus reuocabunt feudi alienationem, maximè in
Regno.Camerar.in d.c.Imperialem, circa fi.in quar-
ta concl.fol.mihi 730. in fi. & fol.734. vbi quod etiam
in feudo hæreditario aſſenſus non præſtatur poſt mor
tem,& folio 711. Nardus ad Iſern.in d.c.Imperialem,
nu.15. verſic. idem enim ſi eſſet hæres.ecce ergo,quod
etſi iſto caſu à lege cõcedatur alienãdi facultas in feu-
do hæreditario.tamẽ intelligitur dummodo fiat alie-
natio in vita vaſalli,ſecus ſi poſt mortem; quod ſi hoc
verum eſt,quando à lege conceditur alienatio, quare
non idem ſeruandum erit, quando conceditur à con-
ſuetudine q̃ vim habet legis, & æquiparatur legi ſcri-
ptæ,vt ſunt iura clara. Similiter, quod Pariſ. dicit nu.
7.conſuetudinẽ reducere feudum ad ſtatum,ac ſi eſſet
nouum, quo caſu ſi dominus mortuo vaſallo qui alie-
nauit ſciens feudum eſſe ſibi apertum cõſentiat,ſuſti-
netur alienatio, ſecundum Iſern. in cap. Imperialem,
nu.16.& ibi eum ſequuntur Bal. Alua.& Prępoſ.conti-
net manifeſtam fallaciam. Iſern. enim in loco præci-
tato,loquitur non in omni feudo nouo,ſed in eo quod
per alienationem aperitur domino,& diſtinguit,vt in
caſu quo feudum filijs vel agnatis aperitur, tunc non
poſſit dominus mortuo alienatore conſentire, quãdo
verò aperitur domino, vult,quod cõfirmando ex cer-
ta ſcientia,ſibi præiudicat;ceſſante autem ſcientia,nõ
etiam ſibi præiudicet.& Aſſl. in q.35.loquitur, quan-
do feudum eſt nouum, ſed non extant filij, ſoli autem
ſuperſunt agnati, non ſucceſſuri, vt quia ſunt collate-
rales,& nõ vocati in inueſtitura.Fortius loquitur Iſer.
quando extantibus filijs pater vendit, & tradit, nam
tunc priuatur feudo ad præiudicium filiorum,& ape-
ritur domino: & hac ratione in præcedenti quęſtione
Iſern.formauit caſum,quando pater vendidit, ſed nõ
tradidit,vt bene aduertit Capic. d.c. Imperialem, in
fi.princ.in verſi.ſubſequenter quoniam,folio mihi 38.
col.1.vbi expreſſe dicit, quod ſi pater non tradidiſſet,
tunc conſenſus domini non confirmaret alienatio-
nem:quia feudum aperitur filijs, & hoc clarius expli-
catur à Camerar. in d.c. Imperialem, circa fin. verſic.
iterum Iſernia format,folio mihi 708. vbi videns ver-
ba Iſernię obſcura eſſe,dicit,quod quęſtio ab eo poſita
guſtatur à paucis,ideo diſtinguit, & præmittit, quòd
aliquando per alienationem feudum aperitur domi-
no,aliqñ agnatis,& de primo ponit Iſer.in ver. ſi verò
aperiatur.de ſecundo vero,in verſi.quid ſi Titius alie-
nauit,idem autem Camer.fol.712. verſi.ego tuam hãc
ſingularem,vult dictũ Iſer.in d.verſi.ſi vero aperiatur,
procedere quando feudum eſt nouum,ſed non extant
filij aut agnati ſucceſſuri, vel quando eſt antiquũ, ſed
nulli extant agnati,atq; ita ſemper eũ intelligit loqui,
quãdo apertum eſt domino,ꝑpea falſum eſt aſſumptũ
Pariſ.qui voluit,quod in feudo nouo aſſenſus ſuperue
niẽs mortuo alienatore,validet alienationem in præ-
iudiciũ agnatorũ vocatorum, & qui potuiſſent ſucce-
dere, ꝙ ſi Pariſ. intelligamus iuxta per eum allegatã
doctrinã,per reg.Bart.in l.Labeo,ff.de ſupellect.lega-
ta, non obſtabit, nec faciet ad propoſitum: quia tunc
cum nulli extent agnati, qui ſint ſucceſſuri,tũc verum
eſt, quod tractatur de ſolo domini intereſſe, ſed cum
extant filij vel agnati ſucceſſuri,agitur etiam de inte
reſſe ipſorum, conſequenter dñi conſenſus non vali-
dat alienationem,niſi habili tẽpore ſuperueniat. Nec
ſuſtinetur ratio quod conſuetudo generaliter loquẽs
de cõſenſu domini,intelligi debeat etiam generaliter
quandocunque interueniat:quia ſupra demonſtraui,
quod declaratur ſecundum iuris communis diſpoſi-
tionem. Et error grauiſſimus eſt dicere,ſtante ea con-
ſuetudine non tractari de pręiudicio agnatorum,cum
ſemper agnati prætendant intereſſe, quando ſunt vo-
cati ex inueſtitura,& feudum eis apertum eſt antequã
dominus venditioni conſenſerit:quandoquidem, an-
tequam dominus conſentiat, feudũ non dicitur ven-
ditum, conſentiendo enim vaſallus ſolus nihil agit,
ſicuti dominus ſolus cõſentiẽdo nihil agit,ſed vtriuſ-
que conſenſus eſt neceſſarius; & licet cõſenſus vnius
trahatur ad tempus alterius, donec tamen omnes

conſentiunt, primus conſenſus non eſt de per ſe vali-
dus, niſi coniungatur cum alio, coniungi autem non
poteſt ſecuta morte vendentis, ergo, non dicitur ven-
ditũ feudum. Hæc ſunt aurea verba Camer. in d.c.Im-
perialem, in 2.concl. folio mihi 726. conſuetudo igitur
quæ dicit feudum alienari poſſe cum domini conſen-
ſu, non habet locum quando alienãs decedit ante præ-
ſtitum conſenſum, quia per mortem deſijt conſentire
alienans, & non dicitur alienaſſe: reliqua Pariſij ar-
gumenta ex infra dicendis remanebunt ſublata.

Nec reſiſtit, quod feudi alienatio facta ſine aſſenſu
domini non ſit nulla, ſed ſtet in pendenti, ideo conua-
lidetur ex ſuperueniente conſenſu domini, & interim
reuocari non poſſit: reſpondeo enim, vera eſſe omnia,
donec viuit is, qui vendidit, nam interim venditio ſtat
in pendenti, & conualidari poteſt per cõfirmationem
domini, & ſubſiſtit ſpes: ſed mortuo venditore, deficit
omnis ſpes quæ erat quod conualidari poſſet, & per
eius mortem euanuit, & venditio remanet funditus
93 † nulla, ſecundum Iſern. in d. c. Imperialem, in addit.
nu. 16. per mortem enim feudi dominum tranſlatum
eſt in hæredem, & propterea ſine nouo ipſius hæredis
aſſenſu non conualeſceret alienatio, vt per eum ibi, qui
idẽ dicit nu. 15. in fi. ibi, dñm ſtatim cõtinuatum eſt, &
tranſlatum in hæredẽ, per l. ſeruus ſi hæredi, ff. de ſtatu
liber. Camer. ibi circa fi. ver. ſecunda concl. fol. 725. &
concl. 4. fol. 729. vbi dicit conualidationis ſpe extin-
cta, non poſſe aſſenſum præſtari poſt mortem vaſalli,
& dicit eſſe de hoc formalẽ textũ in l. fin. ff. com. præd.
ſequuntur Nard. ad Iſern. d. nu. 16. in verſ. euanuit per
eius mortem, aliqñ enim eſt validus contractus, aliqñ
eſt omnino nullus, aliquãdo eſt in pendenti, atq; ideo
tenet medium locum: de valido non eſt quæſtio, cum
venditur feudum non eſt venditio omnino nulla, ſed
ſtat in pendenti, ſecuta autem morte eſt penitus inua-
lida, ita Camerar. loco prædicto, in princ. verſ. non ob-
ſtat tertium fundamentum, fol. 204. dum ſtat in pen-
denti retrotrahitur aſſenſus vt ibi, ſed cum per mortẽ
vaſalli eſt omnino nulla, conſenſus non retrotrahitur.
Quamuis igitur viuente venditore non ſit nulla ven-
ditio, tamen bene eſt funditus nulla, quando deceſſit,
& propterea aſſenſus retrotrahi non poteſt.

Sed etſi D. Victorius hæres ſit D. Anſelmi alienãtis,
tñ inuentarium cõfecit, quod ſolet iura hæredis inta-
cta, & illæſa ſeruare, hæredẽq; ab omni damno defen-
94 dere, † gl. in l. fin. §. in cõputatione, C. de iure delib. vbi
Bal. & alij ſequuntur. Pariſ. in cõſ. 63. nu. 24. vol. 1. Rol.
in tract. de inuentar. in 4. par. in 1. vtilit. nu. 2. Becius in
conſi. 113. in fi. Reſpondeo ſecundo, quod ex quo alie-
natio ſecuta morte eſt omnino nulla, vt dixi, hæres nõ
prohibetur feudũ reuocare, quia quod eſt nullum, non
præſtat impedimentũ, c. non præſtat, de reg. iur. in ſex-
to. & in terminis noſtris, ꝙ feudum per hæredem re-
uocari poſſit non obſtante alienatione facta à vaſallo
defuncto, & non obſtante conſenſu quẽ dñs poſt mor-
95 tẽ vaſalli adhibuit, eſt † expreſſa deciſio Iſern. in d.c.
Imperialem, nu. 16. in addit. in princ. vbi dicit rationẽ
eſſe, quia alienatio eſt nulla, perinde ac ſi nullus eſſet
datus aſſenſus, cum paria ſint, non eſſe datum, vel da-
tum quidem eſſe, ſed inhabiliter, & inualidè, vt per eũ
qui fortius vult, quod non ſufficiat tacitus hæredis cõ-
ſenſus, cõprobat Capic. in fi. prin. verſic. tertia ratio eſt
ibi, & tandem Andreas rurſus, in addition. in prin. vbi
ampliat etiam hærede cõſentiente, ſi ſuper nouo hære-
dis conſenſu nouus ẽt non præſtetur à dño aſſenſus.
Bal. in c. 1. §. hoc quoque, nu. 20. de feud. ſucceſſ. Lofred.
in conſi. 10. nu. 24. & hoc dicit aureum verbum Came-
rar. in d.c. Imperialem, circa finem, in 4. concl. verſ. ſed
quid in feudo hæreditario, vbi addit rationem, quod
ipſemet vendens poteſt contrauenire, quando vẽditio
eſt funditus nulla, ex quo venire quis poteſt cõtra pro-
prium factum nullum. Bart. & alij, in l. poſt mortem,
ff. de adoption. ergo, & hæres qui cũ eo cenſetur eiuſdẽ
iuris. hoc etiam tenuit Iſer. in loco præallegatu, nu. 15.
in fi. verſ. idem enim ſi eſſet hæres, vbi Nardus in verſi.
ſi eſſet hæres, qui ait procedere etiam nullo facto inuẽ-
tario, quod placuit quoque Capicio ibi in addition. in
ver. ampliatur tertio. latè Menoch. conſi. 89. num. 6. &
75. Freccia, lib. 2. in §. à Regnicolis, nu. 26. fol. 140. nec
mirum quoniam alienatio facta eſt ſub conditione, ſi
domini aſſenſus interuenerit, qua conditione defecta
per mortem, actus corruit, adeo, quod nedum hæres,
ſed ipſe quoque agnatus ſi caſus ſimilis daretur reuo-
care poſſet, puta, ſi facta tali venditione dominus cõ-
ſentire recuſaret: conditione enim deficiente, actus
96 habetur pro non † facto, l. item quia, vbi gl. ff. de pact.
Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. reuertatur, nu. 277. C. de
reuoc. don. dixi latiſſimè in conſi. 157. nu. 7. hoc argu-
mento vtitur in ſimili Pariſ. conſ. 18. in 1. vol. latiſſimè
Oſaſc. dec. Ped. 166. nu. 4. & ſeqq. Cæph. conſi. 118. nu.
21. Crau. pro genero, nu. 394. & ſeqq. & tunc res cum
fructibus poteſt repeti, l. neceſſario, §. quod ſi penden-
te, ff. de pericul. & com. rei vend. dixi in conſi. 14. num.
17. facit regula communis, quæ vult, quod hæres po-
teſt venire contra factum defuncti, quod eſt nullum,
97 & inualidum. † gl. Bal. & alij, in l. cum à matre, C. de
rei vendic. Aret. conſi. 122. nu. 7. Soc. conſi. 79. num. 47.
vol. 4. alios citat Pinell. in l. 1. par. 3. limit. 10. nu. 83. C.
de bon. mater. folio mihi 534. Becius conſil. 72. nu. 17.
Oſaſc. deciſ. Ped. 180. Phanuc. in tract. inuentar. par. 7.
nu. 112. & quamuis nu. 154. dubitet loquendo in feu-
do, tamen non aduertit ad præmiſſa, & loquitur quan-
do feudum non eſt venditum ſub conditione, ſi aſſen-
ſus domini interuenerit, & venditor deceſſit, quo caſu
vt dixi venditio eſt nulla, & euanuit ſpes reconuale-
ſcentiæ. Reſpõdeo demum, quod ex quo alienatio ob
conditionis defectum eſt nulla, & habetur pro non
facta, imo verè dicitur non facta, non poteſt dici quod
hæres reuocans veniat contra factum defuncti, nihil
enim fecit defunctus vnde poſſit hæres obligari.

Et quamuis hæres cenſeatur eadem perſona cũ de-
functo, tamen hoc eſt impropriè, ideo hæres non con-
uenitur proprio nomine, ſed hæreditario, & mutata
98 perſona, mutatur rei † cõditio, vt in propoſito inquit
Iſern. in d.c. Imperialem, in addit. nu. 16. Capic. ibi, cir
ca fin. verſ. prima ratio, qui dicit, quod ſi eſſet eadem
perſona, haberet qualitatem ſibi impoſitam, vt aſſen-
ſus ſuperueniens cõualidaret alienationem: ſed quia
eſt diuerſa, non habet illã eandẽ conditionẽ, & quali-
tatẽ: quia feudũ nõ eſt amplius alienantis, nec põt di-
ci alienatũ à ſe, ideo aſſenſus ſuperueniens non cõfir-
mat. Camerar. in fi. ante 2. concl. verſi. nõ obſtat quod
perſona hæredis, fol. mihi 719. & vbi verba ſunt pro-
priè accipienda, hæres non repreſentat perſonam de-
functi, & conditio quæ erat implẽda in perſona defun
99 cti, non põt impleri in perſona † hæredis, vt poſt Din.
Bar. Aret. Imol. & alios, declarat Dec. in l. hæredem, in
prin. ff. de reg. iur. Freccia d. lib. 2. q. 5. nu. 7. vbi infert,
qđ licentia vẽdendi feudũ nõ extẽditur ad hæredem,
Corbul. de emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob alien. am
pliat. 12. nu. 6. Nard. ad Iſern. in verſ. tanta identitas.

Prædicta verò omnia procederent, etiam ſi bona fi-
de facta fuiſſet alienatio: quia nihilominus agnatus
eã reuocaret, ſed cũ facta fuerit per dolũ, & fraudulẽ-
ter animo priuandi fratrẽ feudo, quod ſibi aperiebա-
tur per mortẽ, tãto facilius conceditur reuocatio quã-
uis prædictæ oẽa reſponſiones, & ſupra adductæ reſo-
lutiones ceſſarẽt, quemadmodum, ni fallor, luculenter
in ſu-

Digitized by Google

in ſuperioribus probaui; & hoc caſu hæredi nó obſtat
factũ defuncti:nã hæc eſt principalis limitatio quæ da
tur regulæ,l.cũ à matre,vt ſcilicet non procedat,qñ fa-
ctum defuncti tendebat ad fraudandũ hęredẽ iure ali-
quo ſibi cõpetente ex lege,vel ſtatuto,vel alia promiſ-
100 ſione.† Per.& Cin.in l.1.in 2.oppoſ.C.ſi in fraud.pa-
tron.eſt tex.in l.1. vbi Bar.Bal.Caſtr.& alij, C.eod.tit.
Idem voluit Bal.in l.1.col.4.C.de inoffi.don. & ibi Sa-
lic.in q.9.Caſtr.in cõſ.197.poſt prin.vol.1.multos citat
Tiraq.de retractu cõſang.§.1.gl.9.nu.57.Pariſ.cõſ.42.
col.pen.vol.5.Pariſ.in cõſ.33. nu.97.vol.2. Menoch.in
cõſ.89.n.118. & 119.& in materia feudali voluit Bal.
in cõſ.215.vol.2.dicens,quod hæres põt venire contra
factũ defuncti quod venit ad fraudandũ hęredem iure
ſuo,ſequuntur Iaſ.in cõſ.7.nu.27.vol.3. in conſ.64.nu.
12.eod.vol. vbi Becius in addit.multos citat Tiraq.in
loco præalleg.Oſaſc.dec.Ped.180.nu.5. vbi addit non
nullas gl.feudales.Decia.cõſ.117.nu.38.in 3.Menoch.
conſ.226.nu.30.& ſeq.ego adduco in terminis gl.in c.
1.§.ſed ẽt res,in ver.reſtituere ꝑ quos fiat inueſtit.quæ
vult, quod hæres infeudationem factã animo cũ frau-
dandi reuocat, & illam ſequuntur ibi Iſern. nu.5. Bal.
nu.4.Aluar.col.4. verſi.oppono cum gl.fi. & ponit Ca-
mer.in c.Imperialẽ,in prin.in verſ.in tex.ibi,ſub colo-
re inueſtiturę,folio mihi 33.vbi dicit quod hęres venit
contra defuncti factũ fraudulentũ,quia lex nó conco-
mitatur fraudulentũ factũ,allegat plures,qui ſequun-
tur Iſern.in pręcitato loco.Nardus ad Iſern.in d.§.ſed
ẽt res,in verſi. & erat hic infeudatus, & q̃uis Doct.ibi
velint,quod hæres refundat precium,tñ in caſu noſtro
duplici ratione id non poteſt obtinere:prima eſt,quia
nullũ extat precium,ſed ſola cõfeſſio,quæ, vt dixi, non
probat:ſecunda eſt,quia ẽt D.Hieronymus eſt fraudis
particeps,vt ſupra probaui,quo caſu ẽt ſi precium nu-
101 meraſſet,illud non repeteret,† vt probatur in c.Im-
perialẽ,§.Imperator,vbi Iſer.& alij omnes notãt,de
prohib.feudi alien.per Federic. idẽ dicit Iſern. d.§.ſed
etiam res,nu.5.ibi,& erat hic infeudatus, vbi Nardus
bene aduertit, quod ſtante mala fide, agnatus ſiue ſit,
ſiue nó ſit hæres,nunq̃ refundit precium, & ponit ibi,
qñ dicatur emptor in bona fide. fortius Iſer.in d.§.Im
perator, vult,quod emptor amittat preciũ ẽt ſi expreſ
ſe ſibi de illius reſtitutione cauit in contractu:quia ex
quo contractus eſt prohibitus, debet grauius puniri.
ecce ergo,quod propter fraudem hæres reuocat feu-
dum alienatum, licet aliàs ſine fraude poſſet alienari.

Ex prædictis ſublata eſt doctrina Bar. in d. l.bono-
rũ,quia ſtante inuentario,hæres nó cenſetur eadẽ per-
ſona cum defuncto, & quia per mortem extincta eſt
omnis ſpes, vt poſſet reconualeſcere contractus, imo
alienatio eſt reddita penitus nulla, adeo, vt ſuperue-
niens conſenſus dñi,non conualidaret eã,etiam ſi hæ-
res cõſentiret,niſi domini aſſenſus interponeretur tã-
quam ſuper nouo conſenſu, id eſt tanquam ſuper no-
ua venditione. & licet hoc motiuum de noua vendi-
tione non faciant Iſern. & alij feudiſtæ, tamen bene
poteſt applicari,quando antiqua eſt funditus nulla.

Non omitto, quod in præſenti facto fortè non po-
teſt fieri fundamentũ ſuper conſuetudine,cũ non con-
ſtet illam viguiſſe, tpe quo feudũ hoc fuit conceſſum,
adeo,ꝙ dici non poteſt, quod feudum cenſetur cõceſ-
ſum ſecundum conſuetudinem,id eſt cum ea facultate
alienandi,vt dicunt Bero. & Pariſ. in cõſilijs in cõtra-
rium allegatis,eorũ enim dictũ poſſet ſuſtineri, ſi pro-
batũ eſſet eo tpe adfuiſſe conſuetudinem; & qui ſe fun
102 dat in tpe,tenetur probare.† gl.in l.cũ actũ,vbi Bar.
ff.de neg.geſt.Iaſ.in Rubr.C.qui admitti,nu.7. Dec.in
c.in præſentia,nu.13.de probat.& ex præſenti tempo-
re non præſumitur in præteritum,c.ſi eo tempore, vbi
Doctores,de præſcipt.in ſexto,Alc.in tract.præſumpt.
Reg.2.præſ.26.nu.2.& ſeq.& ſuperueniens conſuetu-
do non afficit feuda iam ſub certa forma conceſſa, ſed
ſolum qualificat futura:quia legis eſt futuris non præ-
teritis dare formam negocijs,l.legis,C.de legibus.

Clariora hæc omnia fiunt ſtantibus claris deciſio-
nibus,quæ volunt,quod Principes, ſeu dominus nullo
modo poſſit ad præiudicium agnatorum aſſenſum ſuũ
præſtare poſt mortem eius qui feudũ alienauit,atten-
to quod feudum per vaſalli mortẽ deſijt eſſe vaſalli, &
tranſiuit in dñium agnati,adeo, quod dñi cõſenſus nó
põt quieſcere ſuper feudo defuncti, neq; ſuper domi-
nio ſucceſſoris:quia primum fieri nó poteſt, ſcd'm dñs
103 non voluit facere, † & in primis hæc voluit Iſer.in d.
c.Imperialem,nu.15.vbi multas allegat rationes.Alc.
col.5.in fi.Præpoſ.col.5.Affl.nu. 26.Capic.ibi,in addit.
folio mihi 39.Camet.in prin.verſ.ſed prędictis hoc vr̃
obſtare, fol.mihi 208. & circa fi. verſ.his itaq; hunc in
modum præmiſſis,ſol.710. & verſ.quarta cõcluſio,fol.
729. in quibus locis ampliat etiam ſi feudum ſit hære-
ditarium,& agnatus ſit hæres alienantis. idem tenuit
Affl.in dec.286.vbi ait ſic fuiſſe iudicatum. Dec.in cõ-
ſil.144.nu.2.Affl.in dec.335.col.4.Gram.in deciſ.103.
nu.120.nu.184. & nu.209. Matin.Freccia,de feud.lib.
2.q.30.nu.9.Pariſ.in conſi.18. per totum,præcipuè,nu.
10.vol.1.vbi in eodẽ caſu in quo Bero.cõſuluerat conſ.
73.ipſe tenet contrarium, non obſtante pacto. Rol. in
cõſ.2.nu.146.vol.1. Meno.in conſi.89.nu.75. & ſeq.vbi
repetit oẽs rationes Iſer.Oſaſc.dec.Ped.166.per totã,
vbi benè diſſerit, dum ait, quod conſenſus non poteſt
præſtari ad præiudicium eius cui medio temporis ius
fuit quæſitum.Burſat.in conſ.89.nu.29.vbi addit Par.
de Put.idem tenentem.Cæph.in conſil.118. nu.22.vbi
ait, quod ob defectum conditionis contractus rema-
net nullus,ideo Princeps non poteſt conſentire,& cõ-
ſentiendo non illum approbat, & ſingularem hãc eſſe
doctrinã,inquit Molin.de primog. Hiſp.lib.2.c.7.nu.
20.vbi ſubdit,quod aut alienario ſuſtinetur, vt nunc,
& hoc eſt impoſſibile,quia deceſſit is qui alienauit,nec
dominus intendit nouum facere actũ, ſed confirmare
iam factum aut vt tunc,& eſt impoſſibile,quia non po
teſt retrotrahi aſſenſus in præiudiciũ tertij.Sola in cõ-
ſtit.Ped.tit.de feud.in 2.par.gl.2.num.6.in fi. quare ex
prædictis cõmunẽ eſſe opinionem,quod dominus non
poſſit mortuo venditore aſſenſum præſtare vel præſtã-
do venditionẽ confirmare;quæ ſentẽtia non reperitur
ab antiquis Doctoribus limitata,vbi extat pactũ,& fa
cultas alienandi, vel etiam quando extat conſuetudo.

Et nouiſſimè id etiam libet conſiderare, quod vbi
conſuetudo dictat feuda poſſe alienari cum dñi cõſen-
ſu,tũc videtur quod cõſenſus requiratur in ipſo facto,
nec ſufficiat quod ex poſt ſuperueniat, quia eſt forma,
104 & ſolennitas quæ in actu exigitur, vel ante actũ,† eſt
tex.in l.obligari,§.tutor,ff.de author.tutor.Bar.& alij,
in l.ſi quis mihi bona, §. iuſſum,ff.de acq.hæred. Ioan.
Andr.in c.1. de reb.Eccl.non alien.Imola,& Butr.in c.
cum conſuetudinis,de conſuetud.poſt Innoc.Io.And.
& alios ibi,Bal.in l.fi.nu.1.verſ.ſexto,vbi conſenſus,C.
ad Maced.Soc.in conſ.87.nu.4.vol.1.Curt.iun.in conſ.
100.nu.6.Pariſ.ad Bar.in l.hac conſultiſſima,in princ.
C.de teſtam.Bero.in conſi.87.nu.36.vol.3.in facto au-
tem negari non poteſt, quin pro forma conſenſus do-
mini à cõſuetudine requiratur,vt latè probat Crau.in
reſponſo pro genero, & alij inf.citãdi, & in ſpecie qđ
non ſufficiat domini conſenſum ſuperuenire, quando
à ſtatuto ꝑmittitur feudi alienatio,accedente cõſenſu
105 dñi,probat † latè Oſaſc.dec.Pedem.166. nu.7. verſi.
nec actus cõualidatur.& infra,vbi loquitur in decreto
Ped.Crau. in d. reſp. pro genero,nu.197. & ſeq.dicẽs,

aliud eſſe quando conſenſus à iure feudorũ exigitur,
quam vbi à ſtatuto ſeu decreto deſideratur, quia pri-
mo caſu ſat eſt vt re integra interueniat, ſecundo vero
debet adeſſe ante actum perfectum, vel in ipſo actu;
& in eodem ſtatuto Sola conſtitur. Pedem. tit. de feud.
glo. 1. par. 2. nu. 6. & rurſus nu. 17. verſ. quæ dixi ſupra,
vbi ſtante decreto dicit conſenſum requiri, antequam
procedatur ad alienationem: ſed in terminis iuris cõ-
munis dicit multis in caſibus poſſe ſuperuenire, alle-
gat conſ. Pariſ. & Bero. ſupra relata, quæ nobis, vt præ-
miſi, negotiũ faciunt, & ſuper eodem decreto Io. Bap-
tiſta Surdus in c. 1. §. Titius, nu. 34. ſi de feud. defuncti,
vbi dicit, quod decretum exigit conſenſum pro for-
ma, ideo ea nõ ſeruata, actus corruit, Theſaur. Pedem.
deciſ. 99. nu. 11. ſicuti itaque conſenſus domini à ſta-
tuto requiſitus in feudi alienatione præcedere debet,
quia eſt forma, ita quando eſt requiſitus à cõſuetudi-
ne, quæ nihil aliud eſt quam ius quoddam, & lex popu-
106 li, & quæ pro lege ſeruatur, † Doct. in c. cõſuetudo, in
1. diſt. Docto. in Rubr. extra de conſuet. & in l. de qui-
bus, ff. de legib. Roch. de Curte, in tractatu conſuetud.
in princ. num. 9. vſque ad 14. Nec obſtabit, quod ſtante
conſuetudine prædicta, nõ attendatur intereſſe agna-
torum, ſed domini, iſque pro illius intereſſe exigatur;
quia reſpondeo, quod etſi cauſa inducendi legem, ſeu
conſuetudinem, & reſeruandi cõſenſum domini pro-
ueniat ab intereſſe domini, tamẽ poſtquam eſt requi-
ſitus, & poſitus in conditione, continet formam & ſo-
lennitatẽ, propterea in actu interuenire debet, & præ-
cedere, non ſequi. Et per hoc tollitur quidquid ædifi-
catur ſuper ea conſuetudine, idque ex abundanti di-
ctum volui, quia & ſuperiora ſufficiunt, & non inue-
nio hæc tacta ab aliquo in materia conſuetudinis hu-
ius ſpecialis: quare ſuper hoc non conſtituo principa-
le fundamentum, licet non exiſtimem eſſe contem-
nendum, præcipuè vbi obſeruantia non repugnet.

SVMMARIVM.

1 *Damnum pati aliud eſt, aliud lucrum non facere.*
2 *Pactum intelligendum eſt ſecundum naturam contractus. declar. vt num. 24.*
3 *Penſio non remittitur conductori niſi damnum ſit intolerabile, habito reſpectu ad quantitatem penſionis quæ ſoluitur, non ad quantitatem fructuum perceptorum.*
4 *Verba vbi ſunt clara, non eſt ab eis recedendum.*
5 *Verba interpretantur contra eum qui ſe in illis fundat.*
6 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*
7 *Remiſſio, ut conductori fiat pro modico damno, pactũ valet.*
8 *Conductor ſicut ſe poteſt obligare ad id ad quod ex natura locationis non tenebatur, ita & locator.*
9 *Damnum ſecundum communem vſum vulgariter loquendi, intelligitur non minus illud quod conductor in fructibus percipit, quàm illud quod in penſione ſentit.*
10 *Scripturæ pars vna aliam declarat.*
11 *Capitulum dubium recipit declarationem à claro.*
12 *Aliquid, dictio, eſt vniuerſalis, & omnes caſus comprehendit, & verificatur etiam in minimo.*
13 *Cauſa prima magis eſt ſpectanda quàm ſecunda.*
14 *Argumentum à maioritate rationis valet.*
15 *Conſuetudo particularis loquentis magis vrget ad ſui verbi interpretationem, quàm communis conſuetudo.*
16 *Verba dubia interpretantur ex vſu loquẽdi ipſius diſponẽtis.*
17 *Verbum commune ſi à teſtatore in præcedentibus acceptum fuerit pro directo, hoc quoque modo intelligendum erit in ſequentibus.*
18 *Interpretatio ſpectat ad eos qui actum fecerunt.*
19 *Interpretatio ea fieri debet in dubio, per quam vtrique parti conſulitur, & quæ minus eſt oneroſa.*
20 *Intellectus ille attendi debet, per quem partibus minus præiudicatur.*
21 *Aequalitas inter contrahentes eſt ſeruanda.*
22 *Interpretatio ea fieri debet per quã actus cõformis ſit æquitati.*
23 *Damnum licet propriè ſignificet patrimonij decrementum, tamen ſignificat etiam lucrum ceſſans.*
24 *Verba vbi repugnant, pactum non intelligitur ſecundum naturam locationis.*
25 *Præſumptio vna aliam tollit, & plures vincunt vnam, & fortior debiliorem.*
26 *Statutum factum ad correctionem iuris communis, non recipit interpretationem à iure communi.*
27 *Actio & paſsio non cadunt in idem ſubiectum.*
28 *Inueſtitura feudi interpretatur contra dominum concedentẽ.*
29 *Socin. iun. conſ. 78. vol. 2. licèt ab aliquibus impugnetur, tamen à pluribus approbatur.*

CONSILIVM CCCLXXXIII.

PActi conuenti cum Clariſ. D. Marco
Antonio Foſcareno verba dicũt, quod
ſe il conduttore ſarà dannificato nell'anno
affitto oltre trecento ducati, ſiano tenuti li
locatori fare riſtoro ſolamente della detta
ſomma in sù, di modo ch'il conduttore ſia
ſempre nel danno di treſento ducati, ouera ſia in facoltà de' lo-
catori di pigliare in ſe l'affitto di quell'anno, ideo videtur
non eſſe locũ remiſſioni, niſi deducto integro fructuũ
valori deſint tercentum ducati, & vltra, ad ſupplendũ
penſionem conuentam: quia ſi vltra dictam quanti-
tatem aſcendat valor fructuum, licèt damnum in eis
illatum excedat tercentum ducatos, non dicitur con-
ductor damnum paſſus ex quo damnum dicitur dimi-
nutio patrimonij, non autem lucri, l. 3. ff. de dam. infe-
cto. & aliud eſt lucrum non facere, aliud damnũ pati,
1 † l. Proculus, in fine, vbi gl. ff. eod. tit. l. fin. C. de codicil.
& pactum eſt intelligendum ſecundum naturam con-
2 tractus locationis, † l. ſi vno, ff. locati, l. ſi ſtipulatus, ff.
de vſur. & Socin. in conſ. 156. volum. 2. Becius in conſ.
105. num. 31. & ſequen. & in propoſito Riminald. in
conſ. 810. nu. 61. vbi exornat. de natura autem locatio-
nis eſt, quod non remittatur penſio niſi damnum ſit
intolerabile, habito reſpectu non ad quantitatem fru-
3 ctuum perceptorũ, ſed ad quãtitatem penſionis † quę
ſoluitur. Doctores in c. propter ſterilitatem, vbi Abb.
num. 12. de locat. Cin. & Bar. in l. licet, C. locati, vbi di-
cunt, tunc graue damnum intelligi, quãdo fructus nõ
ſufficiunt pro dimidia penſionis. idem voluerũt Alex.
Aret. Gozad. Pariſ. Rip. Didac. & Neuiz. relati à Me-
noch. de arbitr. iudic. caſu 76. nu. 5. vbi dicit hanc eſſe
veriorem & crebriorem. Socin. iun. conſ. 68. nu. 9. vol.
2. Bero. conſ. 141. nu. 1. conſ. 147. nu. 14. vol. 1. Pinell. in
l. 2. par. 1. c. 3. num. 20. C. de reſcind. vend. Gomeſ. de
contract. c. 3. nu. 18. cum infinitis ſimilibus.

Et quidquid velit ius commune, res videtur ex par-
tium conuẽtione clariſſima, quia explicitè dictum eſt,
de damno percepto in annuo fictu, non autem in fru-
ctibus; & vbi verba sũt clara, ceſſat omnis diſputatio,
4 & ab eis non eſt † recedendum. Bar. in l. quod conſti-
tutum, ff. de milit. teſtam. Becius conſ. 21. num. 23.

Demum vbi dubium aliquod ſuperſit, verba inter-
pretanda contra dominum conductorem, qui ſe fun-
5 dat in eis, ex quo potuit legem apertius dicere, † l. ve-
teribus, ff. de pact. Alex. in conſ. 113. num. 5. vol. 2. in
conſ. 10. num. 6. volum. 3. Iaſ. conſ. 39. volum. 1. Pariſ.
conſ. 88. num. 19. in 1. Bertran. conſ. 62. nu. 4. volum. 4.
Crauet. in conſ. 234. colum. 3.

Et quamuis Soc. iun. in conſ. 78. vol. 2. tenuerit, quod
pactum in locatione mentionem faciens de damno,
intel-

intelligatur habito reſpectu ad fructus & non ad pen
ſionem, tñ videtur quod eius opinio nõ ſit vera, ex eo,
quod dixi in conſ. 34.nu.51.ver.ad conſilium, & impu
gnat rñdendo ſingulis eius fundamẽtis Rimin. in con
ſil.810.per totum, qui loquitor in cõuentione huic no-
ſtræ ferè ſimillimæ, & rationes apud eum videantur.

Verum aliud omnino arbitror concludendum eſſe,
ſi diligenter attendantur quæ in propoſito facto con-
currunt: nam etſi regulariter non fiat remiſſio condu-
ctori, niſi tale ſit damnum, quod fructus non ſufficiãt
pro medietate penſionis, vt ſupra dictum eſt, tamen
partes poſſunt ex pacto aliter diſponere, & iuri com-
muni derogare, & contractus ex conuentione legẽ ac-
6 cipiunt, † l. 1. §. ſi cõueniat, ff. depoſiti. & in terminis vo
luit Ang. in conſ. 312.nu.6. vbi tenet valere pactum, qđ
7 fiat remiſſio etiam pro modico damno, † & dicit Pariſ.
in conſ. 38.nu.6.vol.1. quod pacta conuenta inter con-
ductorem & locatorem ſunt ſeruanda, allegat textus
& authoritates. Becius propriè in locatione, in cõſ. 94.
nu.29.& 37. eſt glo. in l. ſi quis fundum, in princ. in ver.
præſtaretur, ff. locati. quæ dicit, quod ſicuti valet pactũ
quod conductor teneatur ad omnes caſus fortuitos,
ita valet quod locator certo caſu non exigat penſio-
nem. Salic. in l. licet, C. locati. Bero. conſ. 142. nu.12. vol.
1. & ſicuti conductor poteſt ſe obligare ex pacto ad id
8 quod ex natura locationis nõ tenebatur præſtare, † vt
quando ſuſcipit in ſe omnes caſus fortuitos, d. l. ſi quis
fundum. Ripa de priuileg. contract. cauſa peſt. nu.99.
Gomeſ. de contract. cap. 3. nu.19. col. 2. verſ. item quæro
an conductor, ita valere debet contrarium pactum ex
parte locatoris, quia cum ſint correlatiui, non debent
ad imparia iudicari, & in ſpecie hoc voluit Boſſ. in tit.
de remitten. mercede conduct. nu.56. Socin. iun. conſi.
78. num.8. in 2. in facto autem conuentum fuit, quod ſi
damnum illatum in fructibus excedat valorem duca-
torum tercentorum, fiat remiſſio: idque oſtenditur ex
eo, quod verba vulgari ſermone prolata, intelligi de-
bent ſcđm cõem vſum vulgariter loquẽdi, ſcđm quod
damnum intelligimus non minus illud quod in fructi
bus percipitur, quam illud quod in pẽſione ſentimus,
9 † vt latè deducit Socin. iun. in dict. conſ. 78. nu.9. & per
totum, vol. 2. vbi in terminis noſtris vult, quod huiuſ-
modi pactum verificatur quãdo damnificati ſunt fru-
ctus ſupra conuentam quantitatem, & tali caſu loca-
tor teneatur illud reficere, licèt cõductor in penſione
nihil dãni ſenſerit; id eſt tot receperit fructus qui ſuf-
ficiant pro ſoluenda penſione: & quia ipſe latè proſe-
quitur, ideo pro huius fundamenti confirmatione vl-
terius non inſiſto, & eum ſequuntur Burſat. in cõſ. 81.
nu.13. Rimin. conſ. 815. nu.19. Menoch. de recuperan.
poſſeſ. Remed. 1. nu.375. Carocius in tract. de locato,
lib. 3. cap. 46. nu.5. in fine, verſ. & damnum iudicatur,
folio 118. ſecundum patauam impreſſionem.

Secundo, quod partes ſenſerint de damno nullo ha
bito reſpectu ad penſionem, ſed ad ſolos fructus, ex eo
oſtenditur, quod in capitulo locationis trigeſimoter-
tio, partes tribus in locis dicunt, annum illum damni
ficatum in quo continget caſus ibi expreſſus: ſed hæc
loquendi forma conuenit ſolum quando damnum eſt
in fructibus illatum, quando enim illatum eſt in pen-
ſione, tunc damnum eſt vel conductoris vel locatoris,
non autem dici poteſt annus damnificatus.

Tertio, non reſpexiſſe partes ad penſionem ſed ad
fructus, apertè colligitur ex cap. 34. eiuſdẽ locationis,
inducendo dupliciter. Primo, dum dicitur, quod ſi ob
vim tempeſtatis quæ præcedẽti anno contigiſſet, vites
& vuæ ſequenti anno damnũ ſentirent, teneantur lo-
catores illud reficere conductori, hæc enim verba di-
ſertè reſpiciunt detrimentum fructuũ, non penſionis,

ergo eodem modo de fructibus non de pẽſione intel-
ligere debemus damnum de quo in præcedẽti capitu-
lo fit mentio. nam ſcripturæ vna pars declarat aliam,
10 † l. 1. ff. de reb. dub. l. verũ, ff. de petitio. hæred. l. qui filia
bus, in prin. ff. de lega. 1. vbi Iaſ. nu.2. l. quẽadmodum,
§. hæc verba, vbi Bar. ff. ad leg. Falcid. pulchrè Ang. cõſ.
281. nu.5. Socin. conſ. 9. nu.8. vol. 3. Ruin. cõſ. 201. nu.5.
vol. 1. & qñ vnum capitulum eſt clarum, & alterum eſt
dubiũ, tunc dubiũ recipit interpretationem à claro.
11 † Socin in conſ. 73. nu.7. ver. vnde ſtat, vol. 4. Cæphal.
conſi. 178. nu.16. & in conſ. 365. nu.13. & vnum capitu-
lum diſpõnis declaratur ſcđm aliud, vt inquit Decia.
in conſ. 96. nu.57. vol. 2. vbi poſt Bal. & Caſtr. dicit, etiã
quod imperfecta ſcriptura declaratur ex præcedenti-
bus, & in materia locationis ita vnius pacti intellectũ
ex alterius diſpõne deducit Socin. iun. d. conſil. 78. nu.
18. verſ. quarto probatur. & Rimin. in conſ. 282. nu.11.
Secunda eſt inductio, quia ſi partes in eo capitulo vo-
lunt damnum fructibus inſerendum à tempeſtate refi
ci, nulla habita ratione ad penſionem, ergo ad penſio
nem non reſpexerunt, ſed ad fructus, nõ enim taxatur
quantitas damni, ſed indiſtinctè fit mẽtio de damno,
imo dicitur vulgari ſermone, *danno alcuno*, quod Lati-
nè ſonat, damnum aliquod, & conſequenter quãtum-
cunque ſit, reficiendum eſt, etiam ſi minimum, quia di-
ctio, aliquid, eſt vniuerſalis, & omnes caſus compre-
12 hendit. † gl. in Clem. 1. de foro competen. Iaſ. in l. eum
qui, verſ. tertio pondera, ff. de iuriſdict. omn. iud. alios
citaui in conſ. 103. num.8. & quod verificetur etiam in
minimo voluerunt Bald. & Dec. in cap. quoniam, de
probation. Becius alios citans, in conſ. 32. nu.5. Tiraq.
in l. ſi vnquam, in verſ. omnia, vel partem aliquam, nu.
14. in princ. Crot. conſ. 129. nu.10. Cæphal. conſil. 347.
nu.14. ſiue igitur damnum fructibus illatum magnum
ſit, ſiue paruum, ſemper refici debet, ergo non attendi-
mus ſi fructus ſuperextantes æquiualeãt penſioni, vel
non, ſed etiamſi penſionem excederent, ſi tamen ob
tempeſtatem fructus fuerunt damnificati, etiã in mo-
dico reſarciri debet conductori tale damnum.

Augetur argm̃, quia ſi partes voluerunt conductori
reſarciendum eſſe damnum, & modicum, contingens
in fructibus ſequẽtis anni, pp tempeſtatẽ præcedentis
anni, non habita rõne an fructuũ qui ſuperſunt valor
ſufficiat vel non ſufficiat ad penſionem, quanto magis
credendum eſt, quod voluerint refici damnũ fructibus
illatum ob tempeſtatem vel alium caſum qui eo ipſo
anno contigerit: nã propter ꝙ vnumquodque tale, &
illud magis, Auth. Multo magis, C. de ſacroſan. eccl. &
13 prima cauſa magis eſt ſpectanda quã ſecunda. † Bal. in
l. ex placito, col. 2. C. de rer. permut. etſi non habita ra-
tione penſionis conductori reſarciendum eſt damnũ
quod contingit in fructibus ſequentis anni ob tempe-
ſtatẽ anni præcedentis, quare non eodẽ mõ reſarcien-
dum erit nullo habito reſpectu penſionis damnum ꝙ
contigit in fructibus primi? argumẽto ſupra deducto,
quo poſt Ariſto. in 2. Metaph. vtitur Crau. in conſ. 747.
nu.25. & certè maior eſt ratio in refectione dãni prio-
ris anni, quam ſequẽtis, & valet argm̃ à maioritate ra
14 tionis, † quia ſi id de quo minus videtur ineſſe, ineſt,
ergo & id de quo magis, c. cũ in cunctis, vbi gl. & Doct.
de elect. Euerar. loco 65. vbi multos congerit.

Quarto, ſicuti communis vſus loquendi in regione
operatur quod conductor dicatur paſſus damnum,
quando fructus fuerũt pro parte fortuito caſu ablati,
quamuis inſpecta penſione damnum non ſit intolera-
bile, vt cõcludit Soc. iun. d. conſ. 78. nu.9. ita ſtante ip-
ſorum contrahentium vſu loquendi intelligere debe-
mus damnũ illatum, etiam ſi plus ſit perceptum quam
importet penſio, cũ magis vrgeat particularis cõſue-

tudo loquentis ad ſui verbi interpretationem, quam
15 communis conſuetudo, † l.ſi ſeruus plurium, §.vlt.ff.
de lega.1.Rom.in l. hæredes palam, nu.7. ff.de teſtam.
& ibi etiam Caſtr.in §.1. nu.5. & Aret.num.9. & quod
verba dubia interpretari debeãt ex vſu loquẽdi ipſius
16 † diſponentis, probat tex.in l.cum alimenta, in princ.
vbi Bar.ff.de alimen.leg.glo.in l.ille à quo, §.ſi de teſta
mento, in ver.verba, ff.ad Treb. Corn.in conſi.69.num.
5.in fine, volum.1. partes autem in caſu noſtro conſue
uerunt appellare damnum etiam illud, quod infertur
fructibus, quamuis per illud nõ minuatur facultas ſol
uendi penſionem, vt apparet in d.cap.34. vbi dicitur,
quod reficiatur cõductori damnum datum in vuis vel
vitibus à tempeſtate antecedentis anni, ergo eodem
modo capi debent verba de damno loquentia in pro-
ximè præcedenti capitulo. & in ſpecie quod verbum
intelligi debeat quemadmodum diſponẽs illud intel-
lexit in eadem ſcriptura, voluit Bar.loquens de verbis
teſtatoris poſitis in teſtõ, in l.Cẽturio, nu.27. ff.de vul-
gar. vbi ſi teſtator in præcedentibus verbũ cõe accepit
17 pro directo, hoc quoque modo † intelligendũ erit in
ſequentib. Alex.in conſ.197. nu.7.vol.6. vbi trahit ad
verba ſtatuti. Corn.in conſ.138.col... ver.& ex cõſue-
tudine, vol.4.Soc.iun.in conſ.81.nu.18.vol.3. vbi mul-
tos citat.& in conſi.50.nu.9.vol.4. vbi in ſtatuto. Dec.
in l.ſemper in ſtipulationibus, nu.7.ff.de reg.iur.vbi lo
quitur in contractibus. & quamuis Cagnol. ibi, nu.7.
reſtringat ad cõtractus qui pendent a volũtate vnius,
vt ſcd̃m illius moram verba intelligantur, tamẽ idem
ex eius mente eſt in ijs qui duorũ conſenſum requirũt,
ſi de vtriuſq; conſuetudine conſtet, vt in caſu noſtro, in
quo verba ſunt prolata ab vtroque contrahentiũ, non
ab vno tantum. Simon.de interpret.vltim.volun.lib.1.
interpret.2.dubit.2.ſolut.9.n.x.fol.70.& Card. Mant.
de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.9. per totum. Cũ igitur,
in eodem contractu partes loquẽdo de damno, intel-
lexerint de illato in fructibus, nullo habito reſpectu
ad penſionem, eodem modo intelligendæ ſunt quan-
do de damno mẽtionem fecerunt in ſuperiore capitu-
lo, quia nemo ipſis partibus melius poteſt declarare
ſenſum verborum ab eis prolatorum, & non eſt veroſi
mile, quod diuerſimodè intellexerint verbum vnum,
18 & ad eos ſpectat interpretari qui actum fecerũt, † l.ſi.
C.de legib. Alex.conſ.216.nu.13.vol.6.Ripa in l.ex fa-
cto, nu.6.ff.de vulg.Bec.conſil.3.nu.17.

Quinto hoc modo intelligendo neutra partium de-
trimentum ſentit, quia ſi locatores noluerunt facere
reſtaurum, potuerunt in ſe aſſumere fructus eius anni
vt ex cõuentione conceſſum fuit, ſi vero intelligamus
damnum prædictum debere contingere in penſione,
conductor ipſe patietur. & in dubio ea ſumi debet in-
19 terpretatio, per quã vtrique parti cõſuluitur, † & quæ
minus eſt oneroſa. Caſtr.in l.1.nu.3. ff.ſi quis caution.
Dec.in conſ.162.nu.1.verſ.ſed tamen. Becius in conſil.
99.nu.x6. & per huc intellectum minus præiudicatur
partibus quam ſi locatores ideo recuſant reficere da-
mnum prædictum, quia exiſtiment eo non obſtante
tot eſſe perceptos fructus, qui æquiualeant pẽſioni, po-
terunt fructus conſequi ad formã pacti, atque ita nul-
lius erit damnũ. intellectus vero ille attẽdi debet, per
20 quem partibus minus præiudicatur.† Abb.in conſi.7.
in fine, vol.1.Crau.in conſ.33. num.24. aliàs locatores
ipſi erunt in lucro & conductor in damno, qua ratio-
ne ei potius quam locatoribus ſuccurendum eſt, qui
tractãt de lucro, l.at ſi quis, §.ſed ſi adita, ff.de religoſ.
l.fin. C.de codicill.l.regula, in princip.ff.de iur. & facti
ignor.Crau.in conſ.837.num.19.

Sexto non eſt veroſimile, quod conductor voluerit
ſuſcipere in ſe omnes caſus fortuitos quantumuis in-
ſolitos & incogitatos, tribus illis exceptis, & vlterius
omne damnum ex tribus expreſſis caſibus prouentu-
rum, niſi excederet tercentũ ducatos, habito reſpectu
ad penſionem, cum eo etiam caſu locatores poſſint ſe
à refectione damni eximere, accipiendo fructus: quia
hoc modo conductor ſemper eſſet damno expoſitus,
locatores verò lucro parati faciendo, & inter eos dare
tur maxima inæqualitas, & tamẽ non debent iudicari
ad imparia, cum ſint correlatiua, glo.in l.ſi in lege, §.ſi
domus, ff.locati. Berous conſ.140.n.17.vol.1. Bertr. in
conſil.51.in prin.vol.4.& ex natat in propoſito Becius
in conſ.45.nu.11.& ſeq.& hæc æquitas non ſuadet, quæ
21 æqualitatẽ inter cõtrahentes ſeruari mandat, vt † per
Becium, ibi, & fieri debet interpretatio per quã actus
22 conformis ſit æquitati, † cap.paratus, 23.q.1. Crau.in
conſi.x59.nu.8.verſ.& poſito.Bec.conſ.99.nu.27.

Quibus ſic conſtitutis fundamentis, nõ obſtat quod
damni appellatio referatur ad diminutionẽ patrimo
nij: quia ad hoc reſpondet Socin.iun. latè in d. conſil.
78.& ego non repeto. Secundo dico, quod in caſu no-
ſtro, quod ſenſerint partes ſub nomine damni, colligi-
tur & declaratur ex ſequenti capitulo, in quo apparet,
quòd non reſpexerunt ad pẽſionem, & vnum verbum
intelligi debet eo modo quo partes intellexerunt in
eadem ſcriptura, vltra quod loquẽdo de anno damni-
ficato, non poſſunt intelligi de damno in penſione, ſed
in fructibus: quia reſpectu penſionis non locator, ſed
conductor damnificatur. Preterea, licèt propriè dam-
num ſignificet patrimonij decremẽtũ, ſignificat etiam
23 lucrum ceſſans, † vt probat Socin. iun.loco præcitato.
Decian.conſ.47.num.31.& ſequen.volum.5.Menoch.
in conſil.36.nume.53. & vbi etiam id eſſet impropriè,
tolerandum eſſet in caſu iſto, ob rõnes ſupra citatas, &
præcipuè ne cõductor indebitè damnum patiatur, &
inducatur inæqualitas, ita vt totum damnum ſpectet
ad conductorem, & totum lucrum ad locatores.

Non etiam mouet quod pactum intelligatur ſcd̃m
naturam locationis: quia rñdeo, verum eſſe qñ verba
patiuntur, aliàs vbi verba repugnant, nõ fit ea inter-
24 pretatio, † vt probat Bal.in conſil.182.nu.6. volum.1.
Tiraq.in l.ſi vnquã, in verſ. libertis, num.5.circa med.
C.de reuocand. donatio. Roland.conſ.62. nu.23.in 3.
vol.Cæphal.in conſ.138.nu.6. in facto autẽ noſtro ver-
ba præſertim capituli 34.ſunt clara, & nõ poſſunt tra-
hi ad naturam cõtractus, quia volunt quod reficiatur
dãnum etiam minimum illatum fructibus, cum tamẽ
natura contractus exigat quod damnum ſit immode-
ratum, & quod etiam reſpiciat penſionem.

Reſpondeo ſecundo, quod illud locum habet in ca-
ſu dubio, ſed in caſu præſenti ex multis conſtat aliter
partes voluiſſe, quam natura contractus ferret, & vna
præſumptio tollit aliam, & plures vincunt vnã, & for-
25 tior debiliorem, † l.diuus, ff.de reſtit. in integr. alios
citaui in conſ.112. nu.7x. & ſeqq. & multa veniunt ex
pacto quæ non veniũt ex natura contractus. Bal. Ang.
Salic.& Fulgoſ.in l.1.C.commod.

Tertio dico, quod vbi adeſt pactum, tunc ſemper
videtur receſſum à natura cõtractus, vt probat Natta,
in conſ.384.num.11.vbi allegat Angel.& alios. Becius
in conſ.94.num.28.vbi dicit, poſſe contractus alterari
partium conuentione, & in facto noſtro apparent in
illis capitulis multa pacta cõtra naturam locationis,
& præcipuè quod cõductor ad omnes caſus fortuitos
teneatur tribus illis exceptis. Itẽ quod vno ex illis ſuc
cedente, fiat remiſſio quando damnum excedat tercen
tum ducatos. Item quod eo caſu poſſint locatores re-
cipere in ſe fructus illius anni, & demum pro modico
damno per tempeſtatem præcedentis anni illato fru-
ctibus anni ſequentis, fiat remiſſio, ideo dicunt Do-
ctores,

ctores, ſtatutum factum ad correctionem iuris com-
munis,non recipere interpretationem à iure commu-
25 ni.† Bal.in l.maximum vitium,nu.15.C.de liber.præ-
ter.Alex.in conſ.20.nu.9.vol.1. Iaſ.Soc.Dec.& Iacob.
quos citat & ſequitur Neuiz. in conſ.95. nu.18. ſic er-
go dicendum erit in conuentione, quæ iuri communi
non conuenit.

Pariter non reſiſtit, qđ partes loquutæ ſint de dam-
no illato in annuo affictu, non autē in fructibus: quia
reſpondetur, quod annuum affictum acceperunt par-
tes pro fructibus, id quod oſtenditur, quia ſubijciūt
ſtatim, quod locatores poſſint ſuſcipere in ſe affictum
illius anni, ideſt fructus illius anni, vt etiā clarius de-
clararunt in cap.35. dum dicunt, quod ſi conductores
ſuſciperent in ſe recollectum ſeu redditus illius anni,
vna enim pars conductionis declarat aliam, & vnum
verbum intelligi debet eo modo quo in eodē contra-
ctu acceptum fuit à contrahentibus, vt ſupra dixi, ex
Bart.in d.l.Centurio, propterea non poteſt dici, ꝙ in-
tellexerint affictum pro penſione, nec alicubi gētium
affictus nomine intelligitur penſio. Quod ſi aliquis ve
lit intelligere affictum pro cōductione, vt accipitur in
aliquibus ciuitatibus, non erit audiendus, ſtantibus il
lis verbis, ꝙ locatores poſſint in ſe ſuſcipere affictū il-
lius anni: nā locatores qui ſunt dñi, non poſſunt con-
ducere rem propriam, l.neque pignus, ff.de regul.iur.
vbi gl.& Doctores, multo minus à ſeipſis, cum actio &
27 paſſio non cadant in idem ſubiectum,† l.cum filio, ff.
de lega.1. Crauet.conſil.457.nu.1. & inter contrahen-
tes debeat eſſe perſonarum diſtinctio. Præterea ſi in-
telligamus affictum pro conductione, non tamen per
hoc excluditur quin conductor dicatur damnificatus
in conductione, ſi etiam in ſolis fructibus, ideſt habita
ſolum fructuum ratione conſiſtat damnum: quia eo
etiam caſu locus erit coniecturis ſupra deductis.

Nec caſus hic dubius eſt, ita vt interpretatio fieri
debeat cōtra fundantē ſe in verbis: nā prædictis ſtan-
tibus, remanet clarus. & multa alia contra locatores
militant, q̄ ſupra conſideraui. & dicit Affl. in prælud.
feud.nu.107. quod inueſtitura feudi interpretatur cō-
28 tra dñm concedentem, † ergo idem dicendum eſt in
inſtrumēto locationis, vt cōtra locatores intelligatur.

Vltimo non obſtat quod conſilium 78. Socini iunio
ris impugnetur ab aliquibus, cū multo plures ſequan
29 tur eum, † vt Burſ.Rimin.Menoch.& Caroc. præterea
in facto noſtro accedunt multa, quæ in caſu Socini nō
aderant: nam ibi dictum fuerat ſimpliciter, de dam-
no, & in ſimili conſiderat Rimin.d.conſil.810.nu.51.

SVMMARIVM.

1. *Inueſtituræ tenor eſt attendendus, qui in feudis legem ponit.*
2. *Hæredis mentio in feudis includit ſolum deſcendentes maſculos.*
3. *Femina vbi ad feudum inuitatur, ſemper intelligitur in defectum maſculorum.*
4. *Femina ſemel à feudo excluſa, perpetuo remanet excluſa.*
5. *Femina cenſetur reiecta à ſucceſſione feudi franchi, & liberi, quando pro eo debet præſtari iuramentum fidelitatis.*
6. *Feudum emptum retinet ſuam naturam, nec per emptionem efficitur allodiale, & ab eo excluditur femina præſertim, vbi præſtatur iuramentum fidelitatis.*
7. *Femina non ſuccedit in feudo empto quando inueſtitura eſt ad maſculos reſtricta.*
8. *Feudum vbi eſt conceſſū pro hæredibus, non poteſt in eo ſuccedere qui non eſt hæres.*
9. *Licentia alienandi feudum conceſſa vaſallo, non extenditur ad eius hæredem.*
10. *Perſonale priuilegium non egreditur perſonam.*
11. *Poteſt, verbum, non importat neceſſitatem, ſed liberam voluntatem.*
12. *Vaſallus poteſt ſine domini licentia alienare feudum in agnatum in inueſtitura comprehenſum.*
13. *Filiorum cauſa eſt in ſucceſſione.*
14. *Spuriæ filiæ poteſt relinqui feudum quod poterat relinqui cuicunque extraneo.*
15. *Proximior vocatus in inueſtitura mittendus eſt in poſſeſſione feudi per officiū iudicis, donec de petitorio cognoſcatur.*
16. *Femina non extantibus maſculis ſuccedit in feudo empto.*
17. *Femina admittitur ad feudum improprium.*
18. *Femina ſuccedit ſicut maſculus in feudo franco, pro quo nullum præſtatur ſeruitium.*
19. *Feudum vbi eſt datum ad certum ſeruitium, quod poteſt à femina præſtari, tunc femina in illo ſuccedit ſicut maſculus.*
20. *Feudum francum eſt liberum ab omni ſeruitio.*
21. *Allodium eſt ius proprium à ſolo Deo, non à quoquam alio recognitum.*
22. *Aequiparatorum in vno diſpoſitum habet locum in alio.*
23. *Feuda cum in Regno Franciæ ſint redacta inſtar allodij, femina in eis ſuccedit.*
24. *Feudum redactum inſtar allodij, venit in generali bonorum alienatione.*
25. *Feudum conceſſum pro quibuſcunque hæredibus, vel cum facultate alienandi, in quamcunque perſonam tranſit in feminam.*
26. *Maſculus deſcendēs ex femina ſuccedit in feudo conceſſo pro deſcendentibus maſculis.*
27. *Feudum conceſſū pro hæredibus quibuſcunque tranſit in extraneum.*
28. *Inueſtituræ tenor poteſt immutari de conſenſu domini, & vaſalli.*
29. *Inueſtitura antiqua alterari non poteſt ad præiudicium tertij, ſed quo ad conſentientem ſuſtinetur alteratio.*
30. *Mutatio admittitur, quando in ſequenti inueſtitura aliquid additur, vel conceditur quod in prima non erat expreſſè denegatum.*
31. *Inueſtitura prima poteſt per ſecundam declarari.*
32. *Excluſus ſemel à ſucceſſione vnius, nō prohibetur ſuccedere alteri, vbi ſumus in feudo franco.*
33. *Femina ſemel excluſa à ſucceſſione vnius, admittitur ad ſucceſſionem alterius in feudo mixto.*
34. *Excluſio vbi eſt temporalis femina quæ ſemel fuit excluſa, non prohibetur ſuccedere eueniente caſu.*
35. *Liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes.*
36. *Femina ſemel excluſa non ſemper excluditur quando fuit vocata, in defectum non ſolum filiorum, ſed etiam nepotum.*
37. *Feudum francum tranſit ad feminam non obſtante iuramento fidelitatis.*
38. *Feudum emptitium francum, vel aliter conditionatum conceſſum pro maſculis, non tranſit ad feminam.*
39. *Fidelitatis iuramentum non impedit feminam ſuccedere in feudo, vbi eſt expreſſe vocata.*
40. *Filiatio debet probari, & eſt difficilis probationis.*
41. *Spurio nullo titulo poteſt pater quicquam relinquere.*
42. *Hæres poteſt impugnare relictum factum ſpurio, tanquam nullum, & factum contra legis diſpoſitionem.*
43. *Spurius in dubio præſumitur filius qui non eſt legitimus.*
44. *Inſtitutio eſt caput teſtamenti atque illius fundamentum.*
45. *Paria ſunt actum non fuiſſe factum, vel factum fuiſſe ſed nulliter.*
46. *Pactorum generalis natura eſt quod tranſeant ad hæredes quamuis de eis nulla ſit facta mentio.*
47. *Ipſe, dictio, non facit ſemper actum perſonalem.*
48. *Feudum dicitur beneficium.*
49. *Beneficium latiſſimè interpretatur.*
50. *Superflua & fruſtratoria ne ſit conceſſio, interpretatur vt veniant etiam reſeruata.*

Con-

Digitized by Google

51 *Contractus pari dicuntur omnia pacta in illo appoſita.*

52 *Feudum eſt contractus qui poteſt recipere omnia pacta quãtumuis extranea & diſſonantia ab eius natura.*

53 *Diſponendi facultatem habens moriendo videtur in eos diſponere qui ab inteſtato ſuccedunt.*

54 *Feudũ, vel emphyteuſis cõceſſa pro ſe & quibus dederit, tranſit ab inteſtato ad hæredem.*

55 *Diſpoſitio tacita morientis eſt quædam vltima voluntas.*

56 *Alienatio facta à vaſallo ſterilis vel caſtrato, aut ſenio confecto, qui nullam habet ſpem ſuſcipiendæ prolis, præſumitur facta in fraudem.*

57 *Diuiſio tanquam fraudulenta non valet, quando vni fratrum qui caret ſobole aſſignatur totum allodium, & alteri filios habenti totum feudum.*

58 *Fraudis ſuſpecta eſt alienatio quæ fit ab infirmo.*

59 *Fraudulentus præſumitur actus factus in morte, ideo non nocet iis quibus aliàs noceret.*

60 *Matrimonium contractum prope mortem, per duas horas, & teſtamentum tunc factum non legitimat filios antea ſuſceptos ad præiudicium ſubſtitutorum, licet valeat quoad alia omnia.*

61 *Actus plures facti vnus poſt alium, cenſetur vnus factus contemplatione alterius.*

62 *Veroſimile quod non eſt, falſitatis habet imaginem.*

63 *Fraus vitiat actum qui ſine fraude fieri poterat.*

64 *Licentia alienandi intelligi debet dummodo bona fide, & ſine fraude fiat alienatio.*

65 *Confirmatio ſuperioris non validat actum factũ in fraudem.*

66 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti quãdo id factum tendit ad fraudandum hæredem aliquo iure ſibi competẽte.*

67 *Infeudationem factam à defuncto animo fraudandi hæredem poteſt hæres reuocare.*

68 *Qualitas quæ ſanguinem reſpicit præſumitur eſſe finalis cauſa diſpoſitionis.*

69 *Demonſtratio falſa ſignificatiua conſanguinitatis vitiat relictum.*

70 *Legitimatus eſt capax feudi qđ poteſt in extraneũ alienari.*

71 *Inueſtitu qualitas non attenditur quando agitur de acquirendo feudo de nouo.*

72 *Spurio relinqui non poteſt feudum datum alicui pro ſe, & hæredibus quibus vult relinquere.*

73 *Plura vbi obſtant vno ſublato remanet alterum.*

74 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, non poteſt relinqui vxori.*

75 *Spurium inſtituere ſoli patri eſt interdictum, ceteris autem conceſſum.*

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

DESIDERIVM perilluſtriũ Dominarũ Benedictinæ, & Iſabellæ ſororum de Spinolis, quæ per mortem Do. Oberti fratris aſpirant ad ſucceſſionem locorum Caroſij, Buzallæ, Burgi, Arquatæ, & aliorum quæ à Cæſarea maieſtate recognoſcuntur, multa repugnare vidẽtur: quæ omnia recenſere immenſi ſed ſuperflui eſſet laboris. infraſcripta aũt præcipuè ſunt. Primo, quia ea omnia feuda tã quæ paterna ſunt, quam quæ ex ſucceſſione Domini Ioan. Baptiſtæ Spinulæ ex Serrauałle prouenerunt, pro maſculis tantum fuerunt conceſſa, vnde cum inueſti-
1 turæ tenor ſit attendendus, † cap. 1. vbi Bald. de duob. fratr. à Capit. inueſt. & in feudis legẽ ponat, vt inquit Iſern. in titul. de natur. ſucceſſio. feud. Bald. in prælud. feud. cum alijs quos citaui in conſ. 127. nu. 36. non poſſunt hæ Dominæ contra expreſſam inueſtituræ diſpoſitionem venire. Et quãuis in aliquibus non ſit expreſſa maſculorum vocatio, ſed ſimpliciter dictum, pro hæredibus legitimis & naturalibus, tamẽ per eam quoque formam ſoli maſculi inuitantur: quia hæredis mentio
2 in feudo includit ſolum deſcendentes maſculos, † c. 1. §. etſi clientulus, de alien. feud. Iſern. in c. 1. §. ſed quia, de his qui feud. dare poſſ. multos ego citaui in cõſ. 65. nu. 10. & in conſ. 108. nu. 14. & ſequen.

Secundo ſi aliqua ratione feminæ horum feudorũ fuiſſent à principio capaces, nunc tamen ſuccedere nõ poſſent, quia tempore mortis D. Pauli eorum patris fuerunt à fratribus excluſæ. quando enim feminæ ad feudum inuitantur, id ſemper intelligitur, non extan-
3 tibus maſculis, & in defectum maſculorum; † cap. 1. §. quinetiam, Epiſco. vel Abbat. c. 1. §. ſi filia, de feudi ſucceſſ. & ponunt paſſim Doctores. Similiter quando Carolus & alij fratres deceſſerũt, Dominus Obertus ſibi fuit prælatus, propterea ſemel à ſucceſſione feudorum
4 excluſæ perpetuo ab illis ſunt excludendæ. † Doctores omnes, in d. §. quinetiã, Curt. iun. de feud. par. 3. q. 27. latè Menoch. in cõſ. 1. nu. 458. Myſing. Imperial. obſer. Centur. 5. obſeru. 74. nu. 4. & dicunt Doctor. procedere, etiam quando poſtea maſculi deceſſerunt, quia nihilominus præcedens excluſio durat.

Et non obſtat, qđ ex dictis locis nonnulla ſint cõceſſa in feudum liberum, francum, & exemptum, quo caſu volunt multi, feminam admitti, quoniam procederet, ſi omne ſeruitium fuiſſet penitus remiſſum, ſed cum nihilominus fidelitatis iuramentum iuxta reſeruationem factam in inueſtituris præſtãdum ſit, adhuc femina cenſetur reiecta, ab eorum feudorum ſucceſ-
5 ſione, † vt per Alex. in conſ. 90. vol. 1. Dec. in conſ. 139. circa finem, verſ. & per prædicta. & poſt Laud. & Card. Mediol. tenuit Cur. iun. de fend. par. 3. in princip. in 5. limitatio. Zaſ. de feud. part. 8. in 1. concluſ. in fi. quia ſcđm eum, licet ceſſent nonnullæ excluſionis rationes, aliquæ tñ militant. Sic ẽt nõ repugnat quod feuda prædicta fuerint pecunia empta, non aũt gratioſè conceſſa, quia etiam à feudo empto excluditur femina: nam emptio non remouet feudi naturam, nec illud efficit
6 allodiale. † Iſer. & Laud. in c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feud. dare poſſ. vbi Laud. ſubdit ita ſe conſuluiſſe, præcipuè, ſtante fidelitatis iuramẽto. Dec. d. conſ. 139. col. fin. Zaſ. de feud. par. 8. in prima concluſ. ſecundæ partic. folio mihi 101. & ſequuntur alij multi. Rurſus intelligi hoc debet, niſi inueſtitura ad maſculos ſit reſtricta, quia tũc tanquam in re clara non eſt agendum
7 coniecturis, & femina repellitur, † vt declarat Clarus in §. feudum, quæſt. 73. nu. 6. verſ. quam tamẽ intelligo. & quoad primã limitationem dicit Myſinger. d. Centuria 5. obſeru. 74. nu. 4. ſic fuiſſe iudicatum.

Tertio principaliter excludendæ videntur dictæ Dominæ, quia non ſunt hæredes D. Oberti, is enim filiam inſtituit naturalem, feuda autem omnia conceſſa ſunt pro hæredibus, & qualitatem hæreditariam habẽt annexam, vnde nemo ad ea poteſt aſpirare qui non ſit hę-
8 res. † Iſer. in cap. 1. §. hoc quoque, col. 2. de ſucceſſ. feud. Crau. qui multos addit, conſ. 197. num. 5. Rol. qui alios addit in conſ. 67. nu. 24. vol. 2. & in conſ. 53. nu. 7. vol. 3. Cæphal. in conſ. 303. per totum. Menoch. conſil. 104. per totum. Burſat. cõſ. 76. nu. 2. & Natta conſ. 634. nu. 9. Riminal. in conſ. 28. nu. 60. Cum itaque non ſint Domini Oberti hæredes, ſed alia fuerit ſcripta hęres, aſpirare non poſſunt ad ſucceſſionem feudi, quod non poteſt in alium quam in hæredem tranſire.

Quarto inniti non poſſunt hæ Dominæ ſorores facultati alienandi & de prędictis feudis diſponẽdi, quę à Sereniſs. Imperatoribus legitur conceſſa Domino Paulo patri, ac Dominis Carolo & alijs fratribus: quãdoquidem, illa videtur perſonalis, & limitatè cõceſſa ipſis inueſtitis, ideo non potuit tranſire ad Dominum Obertum fratrem, qui pręcipuè non legitur inueſtitus de portionibus horum feudorũ quas poſſidebat Dominus

minus Carolus frater paulo ante eũ defunctus. quod
antẽ ea facultas eſſet pſonalis, probatur ſex rationib.
allegatis per Nattam, in conſ. 163. per totum, vbi pro-
prie loquitur in alienandi licentia conceſſa vaſallo in
feudali inueſtitura, & illæ omnes facto huic optimè
conueniunt, ita ꝙ videtur conſiliũ illud pro hac cauſa
mutatis noĩbus compilatum. & licentia conceſſa va-
9 ſallo non extenditur ad illius hæredẽ. † Ruin. in conſ.
39. nu. 11. vol. 1. Freccia latè de feud. lib. 2. q. 5. Corbul.
qui latè cõfirmat in tract. emph. tit. de cauſ. priuat. ob
alien. ampl. 11. per totam, quod ſi nõ tranſit in hæredẽ,
multo minus trãſibit in has dominas, quæ nõ ſunt hę
redes, vt dixi, quia perſonale priuilegium nõ egredi-
10 tur perſonam, † c. priuilegium, de reg. iur. in 6. l. priui-
legia, & l. in omnib. cauſis, ff. eod. tit. Pręterea ſi fuiſſet
tranſitorium hoc priuilegiũ, non prodeſſet ſororibus,
quia D. Obertus nõ eſt illo vſus, nec de feudis in ſoro-
res diſpoſuit, fuerat enim hoc collatũ in eius arbitriũ
& voluntatem non aũt in neceſſitatem, l. ſæpè, ff. de off.
præſid. glo. in c. 1. in verſ. poteſt, de reg. iur. in 6. vbi ver
11 bum, poteſt, nõ neceſſitatẽ, ſed liberam importat † vo
luntatem: aliud igitur eſt, ꝙ potuerit, aliud quod fece-
rit & diſpoſuerit, vt per Nattã in cõſ. 504. nu. 2. Cęph.
in conſ. 525. nu. 21. vbi dicit talem permiſſionem non
operari quãdo is qui poterat non eſt vſus, quãuis ita-
que D. Obertus poſſet feuda hæc ſororibus relinque-
re, quia tamen non reliquit, non eſt in conſideratione
facultas ſeu poteſtas illi conceſſa, quæ nõ fuit perdu-
cta ad actum, & multa fieri poſſunt, quæ non fiunt.

Quinto ſi Obertus potuit de feudis prędictis diſpo
nere, & facultas in priuilegijs Imperialibus tributa,
in eum tranſiuit, fatendum erit dominas ſorores præ-
dictas excluſas fuiſſe à ſucceſſione feudorum per alie-
nationẽ quam D. Obertus fecit de eiſdem feudis in D.
Io. Bapt. Spinolã: ſi enim erant in quoſcunq; alienabi-
lia, ſuſtinebitur alienatio in illum facta, licentia enim
de qua in priuilegijs Imperialibus, includit etiam ex-
traneum, quia loquitur de quacunque alia perſona ſi-
bi grata, ita, quod venit extraneus, & quoad agnatos,
nõ opus erat ea licentia alienãdi, quia apud Doct. in-
dubitatum eſt quod vaſallus poteſt ſine domini con-
ſenſu alienare feudum in agnatum, qui ſit de compre-
12 henſis in inueſtitura. † Bal. in c. 1. de alien. feud. Laud.
& Aluar. in §. Titius, col. pen. ſi de feud. fuer cõtrou. in-
ter dom. & vaſall. & ſequuntur communiter Doct. vt
per Decian. in conſ. 55. nu. 70. vol. 3. idem videmus in
emphyteuta, qui rem emphyteuticam poteſt abſque
domini conſenſu in pariter emphyteutam transferre.
Bar. in l. ſi domus, §. fin. in fine, vbi Alex. nu. 7. ff. de leg.
1. & in l. qui Romę, §. duo fratres, q. 10. vbi pariter Ale
xan. nu. 60. ff. de verb. oblig. latiſſimè Corbul. de ęmph.
in tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 6. per totam.

Sexto ceſſare videtur oĩs prætẽſio dominarum ſoro-
rum, ſtante, quod D. Obertus vaſallus vltimo loco vi-
ta functus, reliquit Mariam filiam legitimatam, quã
ẽt inſtituit, & de cuius legitimatione non videtur du-
bitandum, & hæc filia ab inteſtato excluderet amitas,
13 q̃a in ſucceſſione † prima cauſa eſt filiorũ. l. 1. §. filius,
ff. de ſuis & leg. l. in ſuis, ff. de liber. & poſth. dixi in cõſ.
100. nu. 1. & vbi ẽt eſſet ſpuria & nõ legitimata, adhuc
feuda hæc conſequi poſſet: quia ſicuti relinquere ea D.
Obertus potuiſſet cuicunque extraneo, ſtãte expreſſa
facultate alienãdi, quemadmodum ſupra dictum eſt,
14 ita potuit relinquere filiæ † ſpuriæ, vt poſt Laudenſ. &
Soc. ponit in terminis Natta, in conſ. 159. nu. 31. & ſeq.
Capic. in deciſ. 32. nu. 9. Becius, in conſ. 18. nu. 12. vbi ſu
ſtinet, quod ſpurius feudũ poteſt de nouo acquirere,
quare ſiue Maria ꝓ legitimata habeatur, ſiue pro ſpu-
ria, vtroque caſu feudum habebit & excludit amitas.

Rectius tñ, & diligentius oĩbus conſideratis, dicen
dum eſt, prædictas Dñas Benedictinam, Iſabellam ſo-
las, excluſis oĩbus alijs admittendas eſſe ad ſucceſſio-
nem dictorum bonorum feudalium, ſtante forma in-
ueſtiturarũ, & ſcd̃m eas mitti debere in eorum poſſeſ-
ſionem, ſunt enim ſorores, & non apparet D. Obertũ
aliq̃ reliquiſſe proximiorem, vt inferius dicam, & ſi-
cuti hæres ſcriptus oſtenſo teſtõ non abolito, nec can-
cellato, immitti debet in poſſeſſionem bonorum allo-
dialiũ, l. fin. cum ibi notatis, C. de edict. D. Adria. toll.
ita proximior vocatus ex inueſtitura mittendus eſt in
poſſeſſionem feudi per officiũ iudicis, donec de peti-
15 torio † cognoſcitur. Bal. in cap. 1. de controuer. inter
maſcul. & femin. & ibi cũ ſequuntur Præpoſ. & Aluar.
Campeg. in conſ. 2. col. 3. inter conſilia Bruni, & in ſo-
rore hoc voluit Dec. in conſ. 414. Rol. in conſ. 1. nu. 49.
& multis ſeqq. vol. 1. vbi idem dicit in nepte ex fra-
tre, & nedum in poſſeſſorio iudicio obtinebunt, ſed ẽt
in petitorio: quia ad eas ſpectant feuda prędicta quã-
uis ſint feminæ, & regulariter non ſuccedant.

Primo, quia feuda prædicta fuerũt precio empta, &
per pecuniam acquiſita ab anteceſſorib. D. Oberti, &
in feudo empto, femina ſuccedit non extantib. maſcu
16 lis, † vt voluit originaliter Odofr. in ſum. in Rubr. qui
poſſint ſucced. in feu. eum citat, & ſequitur Bal. in c. 1.
§. hoc aũt, circa finem, qui feuda dare poſſ. Rom. in cõſ.
367. Iaſ. in conſ. 63. col. fin. vol. 1. conſi. 152. col. 2. vol. 2.
Dec. in conſ. 139. col. 2. & in cõſ. 424. col. 3. Soc. in conſi.
257. vol. 2. Pariſ. in conſ. 4. nu. 39. vol. 1. Ripa in cõſ. 80.
nu. 68. & hanc dicit magis veram, & magis cõem Cla.
in §. feudum, q. 73. nu. 6. quia tale feudum degenerat,
& non retinet propriam naturam. Soc. iun. cõſ. 65. nu.
16. vol. 1. Ruin. cõſ. 18. nu. 18. vol. 1. Brun. in cõſ. 14. nu. 2.
Mando. ad Rom. d. conſ. 367. Bero. conſ. 65. nu. 45. in 1.
vol. Rimin. in conſ. 256. nu. 9. Decia. in conſ. 58. nu. 49.
& ſeq. vol. 2. vbi addit Marin. Frec. & alios, & dicit pro
cedere, ſiue emptum ſit à dño, ſiue à vaſallo, quia paria
ſunt, quod dñs vendat, vel quod conſentiat vendenti,
& in oĩbus idem voluit Menoch. in conſ. 498. nu. 17. &
ſeq. vbi allegat Ferret. & alios. hãc ſnĩam ſequuti ſunt
Curt. iun. Gozad. Alc. Alex. Afflict. Marſ. Corn. Bero.
Caſſa. Natta, Cæph. & alij, quos citat Becius in cõſ. 30.
nu. 1. & ſeq. vbi oſtendit hanc eſſe cõem Crau. cõſ. 293.
col. 1. ver. quarto cum iſtud caſtrũ, Berret. in conſi. 33.
nu. 16. conſ. 78. nu. 11. vbi latius agit multos cumulan-
do. & mouentur prædicti omnes, quia non eſt propriè
feudum, & nõ retinet feudi naturam, ſed habetur pro
re patrimoniali, & in eo ſucceditur ſicuti in pecunia
quæ eſſet reperta in hęreditate. Sola in conſtit. Pedem.
tit. de feud. in glo. plerique, nu. 7. & eſt regulare quod
vbi feudum eſt improprium, femina admittitur, vt qñ
17 pro eo cenſus præſtatur. † c. ſi cui militi, in extraord.
capitulis feudi, per quem textum ita dixerunt Cuma.
in conſ. 564. col. pen. verſ. circa ſcd̃m. Rom. d. conſ. 367.
num. 12. Soc. d. conſi. 257. col. 2. Corn. conſ. 16. vol. 1. Iaſ.
conſ. 156. num. 12. vol. 2. Dec. conſi. 32. nu. 4. Rimin. ſen.
conſi. 305. nu. 23. & ſeq. Ruin. conſil. 24. nu. 27. In 1. vol.
Pariſ. conſ. 4. nu. 14. in 1. vol. Grat. conſi. 9. nu. 154. in 1.
Afflict. deciſ. 320. Gozad. conſ. 56. nu. 18. Georg. Nat-
ta in c. quamuis, nu. 334. de pact. in 6. Campeg. de dot.
in 5. par. q. 42. ver. adde aliquas. Clar. d. §. feudum, q. 73.
nu. 8. Silua. conſ. 3. nu. 55. Bologn. conſ. 5. nu. 46. Iul. Fer
ret. de bellicis ſignis, nu. 24. Cæph. in conſi. 361. nu. 12.
& ſeq. 389. nu. 18. Rol. conſ. 23. nu. 12. vol. 1. Petr. Greg.
ſintagm. vniuerſi iu. lib. 6. c. 12. nu. 5. ex quibus apparet
hanc eſſe cõem ſnĩam, & amplectendam in iudicãdo,
& conſulendo, quamuis aliqui numero, & authoritate
prædictis inferiores, contrarium tenuerint, præcipuè
autem vera eſt, quando non agimus de excludendo
maſculos

Digitized by Google

maſculos de ſamilia, prout in facto contigit in quo
nulli omnino ſunt agnati maſculi, hanc etiam vetam
& communem, & ſecundum eam fuiſſe in camera iu-
dicatum, inquit Gail. lib. 2. obſeruat. 159.

Secundo principaliter moueor, quia feuda prædicta
ſunt franca, libera, & exempta ab omni onere, ſic enim
cantant inueſtituræ ferè omnes, tam reſpectu eorum
quæ deſcendunt à Dom. Io. Bapt. de Serraualle, quam
eorum quæ habita ſunt à Domino Paulo patre Ober-
ti, & in feudo franco pro quo nullum præſtandum eſt
ſeruitium femina ſuccedit ſicut maſculus, quia ceſ-
18 ſant tunc rationes feminarum excluſiuæ, † ſecundum
Bald. in c. 1. §. & quia vidimus, qui feud. dare poſſ. Dec.
qui alios citat, in conſ. 369. nu. 4. verſ. ſimiliter ſi eſſet
feudum. idem voluerunt Bal. Roman. Barbat. & Corn.
quos citat Curt. iun. de feud. par. 3. in princ. in 5. limit.
licèt ipſe contrarium teneat. Socin. in conſ. 257. col. 2.
vol. 2. Pariſ. in conſ. 4. num. 9. vol. 1. vbi dicit, idem eſſe
quando feudum conceſſum fuit ad certum ſeruitium,
quod æquè per feminam ſicut per maſculum pręſtari
poteſt, quia in reliquis habetur pro fráco. idem Pariſ.
in conſ. 12. nu. 27. & in conſ. 24. num. 30. vol. 1. Grat. in
conſ. 9. nu. 153. vol. 1. Clar. d. §. feudum, q. 73. nu. 7. verſ.
vlterius quæro. & idem Docto. dicunt in feudo ligio,
quia pro eo nullum præſtatur ſeruitiũ. Soc. iun. in cóſ.
77. nu. 22. vol. 1. Rip. cóſ. 89. nu. 6. & ſeq. Oſaſ. deciſ. Pe-
dem. 26. nu. 11. vbi loquitur, qñ expreſsè conuentũ eſt
nullũ præſtandum eſſe ſeruitium, & dicunt Iac. de Bel-
uiſ. & Præpoſ. in d. §. quin ẽt, quod vbi feudum datum
eſt ad certum, & determinatum ſeruitium, femina ſuc
cedit ſicut maſculus. Tho. Mariu. in tract. feu. lib. 1. tit.
21. nu. 19. vbi nu. 20. dicit idem, qñ datum eſt ad ſerui-
19 tium, ꝙ poteſt à femina præſtari. † Gozad. in conſ. 56.
nu. 28. & faciunt quæ ſupra dicta ſunt de feudo condi-
tionato, & in feudo franco ponit Tho. Marin. d. tit. 11.
nu. 24. vbi allegat Alex. Curt. iun. & Zaſium. Hanc par
tem defendit multis authoribus citatis Burſ. in cóſ. 4.
nu. 4. & ſeq. vbi infert, quod in feudo franco permiſſa
eſt alienatio, & tranſit in clericũ, & non regulatur ſe-
cundum ſeudorum regulas: & qñ nullũ omnino præ-
ſtandum eſt ſeruitium, quod tunc femina ſuccedat, vo
luit Decian. in cóſ. 58. nu. 19. & ſeq. vol. 2. vbi infinitis
authoritatibus confirmat, & idem dicit, qñ femina po
teſt æquè bene ſeruire per ſubſtitutum, Gueriu. Piſo,
de feud. in tit. an, & qñ femin. ſuccedat, ver. quarta có-
cluſio, vbi idem dicit, qñ feudum datũ eſt ad ſeruitiũ,
quod præſtari poteſt à femina. Bened. in c. Rainutius,
in ver. duas habens filias, nu. 72. de teſta. in 1. par in fa-
cto aũt cóceſſum ita fuit feudum, vt ſit francum; vnde
dubitari non poteſt, quin ſit liberũ ab omni ſeruitio.
20 † Curt. iun. de feu. in 1. par. q. 8. verſ. ſcd'o prin. Clar. d.
§. feudi, q. 12. & inquit Sonsbeck. de feu. par. 3. nu. 24. &
ſeq. Francum dici, cum eſt ab omni ſeruitio immune,
& in caſu iſto cumulata ſunt plura verba idem ſigni-
ficantia, datum eſt enim in liberum, francum, & exem-
ptum fendem, vnde dubium fieri non poteſt quin pro
eo nullum imponi poſſit ſeruitium.

Tertio in hanc adducor ſententiã ex verbis poſitis
in inueſtitura Ferdinãdi, quæ poſtea fuit à Maximilia
no, & Rodulpho confirmata verbis ampliſſimis, in no-
nãdo omnia priuilegia, omnes gratias, & cóceſſiones
factas à ſuis præceſſoribus, in ea enim dr̃, feuda prædi
cta ita dari, vt in omnib. ſapiant naturam allodij, eſt
aũt allodium ius proprium à ſolo Deo non à quoquã
21 alio recognitum, † c. 1. ſi de ſeu. ſuer. controu. inter
dom. Bald. c. 1. col. 1 de allod. Iac. in inueſtit. in verſi.
dictiq; vaſalli, il 2. nu. 7. & allodium dr̃ quaſi liberũ.
Alb. in l. ſi familiæ, C. fam. erciſc. Gozad. conſ. 4. nu. 7.
Soc. iun. conſ. 75. nu. 23. Bertr. conſ. 169. nu. 2. vol. 6. vn-
de ſicuti ſi bona eſſent allodialia nihil impediret quo
minus tranſirent ad feminã ſicut ad maſculũ, ita tran-
ſire ad eã debent quamuis ſint feudalia, ex quo natu-
ram allodij ſapiunt: ſubrogatũ enim aſſumit naturã
eius in cuius locũ eſt ſubrogatũ, l. ſi eum, §. qui iniuria-
rum, ff. ſi quis cautio. cum ſimil. & cum duo ſunt æqui-
22 parata, diſpoſitum in vno, locũ habet in alio. † glo. in
c. ſi poſtquam, col. fin. de elect. in 6. in l. ſi quis ſeruo, C.
de furt. in l. quod vero, ff. de legib. præcipuè cũ Impera
tor vniuerſalibus verbis vſus fuerit, in oibus: quia ni-
hil excludit qui omne dicit, l. Iulianus, ff. de legat. 1. &
qñ priuilegia ſeu ẽt qualitates vni rei cópetentes có-
municãtur vniuerſaliter, vel in oibus alijs rebus, tunc
nulla poteſt differentia inter vnam & aliam rem con
ſtitui, vt probat text. in §. ſed non vſque, Inſtitu. de leg.
& ponunt lariſſimè Doct. oẽs, in l. 1. ff. de leg. 1. vbi infe-
runt ad multas deciſiones, præcipuè Iaſ. num. 15. Ripa,
nu. 1. vbi dicit, ea verba importare vniuerſalitatem, itẽ
denotare perfectionẽ, & integritatem diſpoſitionis,
& quod ex ęquatorum vna & eadẽ ſit natura. hinc, quia
in Regno Franciæ feudum eſt redactum inſtar allodij,
23 & patrimonij, † c. ſignificauit, vbi Hoſt. & Abb. de re-
ſcrip. c. dilecto, in fi. de teſta. femina in eo Regno ſucce
dit in feudis. Io. Fab. in Auth. Ingreſsi, C. de ſacr. Eccl.
Inſtit. de legit. patr. tutela, in fin Card. Zabar. in conſ.
64. in fin. Guid. Pap. q. 59. & q. 133. & in conſ. 18. Iaſ. in
l. de quibus, ff. de legib. Ripa d. conſ. 80. nu. 64. vbi dicit
feudalibus conſuetudinibus non eſſe locum, qñ feuda
redacta ſunt ad ſimilitudinẽ patrimonij, ſubdẽs, pro-
cedere ẽt in Comitatibus & Ducatibus. Bened. in d. c.
Rainutius, in 1. part. in verſ. duas habens filias, nu. 67.
de teſtam. & ſepiſsimè Doct. dũ volunt, qđ ſtante có-
ſuetudine, femina ſuccedit, ponunt enim exemplũ in
Gallijs vbi hæc viget cóſuetudo ꝑꝑ alterationem feu-
dorum, & ibi per eandẽ rationẽ feuda veniunt in ge-
24 nerali bonorum alienatione. † Io. Fab. in §. fi. Inſtit. dẽ
aſſign. liber. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 4. nu. 11.
Bened. in d. n. 67. vbi ſubdit, qđ poſsut libere alienari,
pignorari, & in cótractũ deduci, & nu. 70. inquit, qđ eſt
ẽt permiſſum de eis teſtari, ſiue ſint ligia, ſiue nõ. Rol.
conſ. 2. nu. 19. vol. 1. & in terminis noſtræ clauſulæ eſt
deciſio Soc. iun. in cóſ. 83. nu. 8. in 4. vol. Cũ itaque Im-
perator ita hæc loca in feudũ conceſſerit, vt in oib. ſa-
piãt naturam allodij, non erant reijciendæ feminæ ab
illorum ſucceſſione, quia hæc eſt allodij natura.

Quarto cóſidero, quod in priuilegijs Imperialibus
cótinetur ſacultas diſponẽdi de dictis feudis pro libi
to voluntatis, tam in vltimis voluntatibus, quã inter
viuos, vt expreſsè dr̃ in priuilegio Ferdinandi: qui-
nimo, Rodulph. modernus Cęſar Inuictiſs. dat plenã
& liberam ſacultatem alienandi, teſtandi, & diſponẽ-
di, tam inter viuos, quam in vltima voluntate, in quã-
cunq; perſonã deficientibus liberis, & idipſum appa-
ret in priuilegio Maximil. Primi, reſpectu ſeudorum
D. Io. Bapt. de Serraualle, vbi dicitur, quod poſſint di-
cta feuda ad libitum alienare, & rurſus in alio eiuſdẽ
dr̃, quod poſſint quoquo modo alienare, & per quam-
uis vltimam voluntatem diſponere, & in priuilegio
Maximil. Secundi, continetur, quod habeant plenã, &
liberam facultatem diſponendi, teſtãdi, & diſponẽdi
in quãcunq; perſonam, liberis non extantibus; & per
eadem verba, eadem confertur poteſtas ex priuilegio
pręd icti Inuictiſſimi moderni Cęſaris, ita, qđ in dubiũ
reuocari non poteſt quin vaſallis prædictis plena eſſet
poteſtas de dictis feudis diſponẽdi in quãcũq; perſo-
nam, & conſequenter etiam in feminam; nam, & in
terminis qđ feudũ tranſire poſſit in feminam, quando
conceſſum eſt pro quibuſcunq; hæredibus, vel cóceſſa
eſt facultas illud alienandi in quamcunq; perſonam,

voluit

25 † voluit Crot.in l.1.§.nunciatio, nu.55. ff.de oper.no.
nunc.vbi, etſi velit quod non deueniat ad extraneum,
inquit tñ,ſine dubio trãſire poſſe ad feminã.idẽ voluit
Iaſ.in cõſ.9.inter conſ.Bru. & ibi ẽt Soc.in conſ.10. vbi
dicunt, quod deſcẽdens ex femina ſi ſit maſculus, ſuc-
cedit in feudo cõceſſo pro ſe,& quibuſcunque deſcen-
26 dentib. † maſculis . volunt enim q̃ ſi in inueſtitura nõ
eſſet adiecta dictio,maſculis , veniret ẽt feminæ, & in
ſpecie, qđ femina ſit incapax pp verbi vniuerſalitatẽ,
declarat Gox.in conſ.8.nu.39.& ſeq.inter conſi.ſtatus
Montisfer.idem ibi tenuit Collegiũ Bonon.in cõſi.15.
nu.51. & ſeq. vbi conſiderat conceſſionẽ factam cũ fa-
cultate quoquo modo diſponendi, vti eſt in facto no-
ſtro.& in ſorore hoc voluit præcisè Natt.in conſi.464.
per totũ, vbi vult, ſororẽ admitti, qñ agnatus poterat
de feudo diſponere,& rñdet ad oĩa cõtraria. idẽ Nat.
in conſ.58 2.nu.25.& ſeq.& dixit Signo.in cõſ.10.nu.5.
in fi. qđ femina põt hřẽ feudũ cõceſſum cum clauſula,
quod vaſallus poſſit de eo facere quidquid placuerit,
dũmodo ex alijs illa clauſula non ſit limitata, ſequun
tur Goz.in conſ.8.nu.38. & ſeq. Collegiũ Bonon.loco
præcitato,nu.50.& ſeq.Ruin.in conſ.16. nu.5.vol.1.vbi
dicit , qđ ſicuti hæres extraneus admittitur ſtante fa-
cultate,pro quib. dederit, vel pro quibuſcũq; hæredi-
bus,ita venit femina quia minus repugnat feudi natu
ræ quod ſuccedat mulier agnata, q̃ quod ſuccedat ex-
traneus , & pro ſe adducit deciſionẽ Baldi, qui ſub ea
vniuerſali conceſſione negat admitti vxorem: quia in
ea q̃ concurrunt ſingularitates,qđ ſit femina, & quod
extranea,ſubdẽs, quod vbi vnica adeſt improprietas,
vt quia ſit ſolũ femina,ſed agnata,non repellii. & hoc
modo declarat quoq; Bec.latè examinans,in conſ.28.
per totũ, præcipuè nu.15.idẽ voluit Brun.in conſil.39.
in 2.dub. vbi propriè loquitur, qñ feudũ poterat alie-
nari in q̃cunq; perſonam.latiſſimè hanc ſñiam cõpro-
bat Rol.in conſ.3.nu.60. & ſeq.præcipuè nu.67.vol.1,
& Oſaſc.deciſ.Pedem.26.nu.18.ver.neque ſubſiſtit,&
nu. 19.vbi propriè loquitur in ſorore quæ ſit hæres ab
inteſtato, qui eſt caſus noſter. & idẽ voluerũt Gozad.
Alc.Neuiz.Ruin. Zaſ.Natta, Celſ.Gabr. & Burſ.quos
citat,& ſequitur Sola in conſt.Pedem.tit.de feud.in 1.
par.gl.3.par.nu.4.Tho.Marin.feud.lib.1.tit.11.nu.46.
Rol.de lucro dot.q.54.nu.59.quæ ſñia tanto magis ve
ra eſt,quãto verba ſunt prægnantiora,dicũt enim ple-
nam, & liberam facultatem: deinde dř, alienandi,re-
ſtandi,& diſponendi,quę verba, omnẽ includunt trã-
ſlationẽ.ruſus addunt, in quamcũque perſonam,quę
verba ſunt vniuerſalia, ſicuti qñ dř, de quibuſcunque
hæredibus , quo caſu veniunt tria hæredũ genera, imo
27 etiam extraneus quilibet ad feudũ admittitur.† Bal.
in c.Imperialẽ,de prohib.feudi alien. per Feder.Alex.
in conſil.7.vol.7.cum infinitis apud Oſaſc.d.deciſ.26.
nu.18.& ſeq.Rol.d.conſi.3.nu.65.vol.1.Bec.d.conſ.58.
in princip. cum infinitis ſimilib. quare non arbitror
quemquam negaturum , quin deficientibus maſculis
admittendæ ſint feminæ agnatæ quales ſunt ſorores.

Et q̃uis in inueſtitura Henrici VII.ea verba non le-
gantur,& regulariter antiquæ inueſtituræ tenor attẽ-
datur,tñ certum eſt, quod tenor primæ inueſtituræ im
28 mutari põt de cõi conſenſu dñi,& vaſalli, † ſcđm Ca-
ſtr.in conſil.145. ſcđm antiquum ordinem, quem citat
Natt.in conſi.505.nu.16.Rol.in conſi.67.num.6.vol.1.
Neuiz.in cõſ.11.at in facto cõſenſus interuenit vtriuſ-
que partis,Cęſaris ſcilicet,& vaſallorũ.Secũdo reſpõ-
deo, alterari quidẽ nõ poſſe antiquas inueſtituras ad
præiudiciũ tertij, ſed quoad p̃iudiciũ conſentientium
ſuſtineri : quia tũc nihil impedit, quo minus feudũ de
nouo, & ſub nouis cõditionibus, & qualitatibus con-
29 cedi poſſit. † Bal.in l.1.C.qñ non peten.par.Iac.Alua.
in conſ.1.poſt lect.feud.Card.in cõſ.92.in princ.& hoc
modo loquũtur Doct. in contrarium allegati. Dec.in
conſ.185.nu.3.in fi.Soc.iun.in conſ.76.nu.33.vol.1.vbi
alios citat Crau.pro genero,nu.358. Sola in conſt.Pe-
dem.in tit. de feu. in gl.vlt. nu.7.vbi addit multos,vbi
declarat contrariũ locu habere ad præiudiciũ tertij ,
ſed quoad ipſos conſentientes valere alterationem .
idem probat Decia.in conſ.59. nu.60.vol.2.vbi ait,ad
præiudicium conſentientis ſuſtineri mutationem : at
hic non agitur de alicuius p̃iudicio, quia hæc facultas
conceſſa fuit tantũmodo non extantib. deſcendentib.
vocatis ad ſucceſſionem, & ita in caſum in quem alie-
natio nulli alij poterat nocere, q̃ ſoli dño,imo in caſũ
in quem feudum erat ad dñm recaſurum, non mirum
igitur, ſi dñs potuit ius ſuum remittere , atque illi re-
nunciare,ſicuti dicunt Doctores, quod dñs poſt mor-
tem vaſalli põt feudi noui alienationem factam à va-
ſallo confirmare , quia ſua, & non alterius intereſt,vt
per Iſern.& alios,in cap.Imperialem,de prohib.feudi
alien.per Federic. Addo quod admittitur mutatio qñ
in ſequẽti inueſtitura aliquid additur vel conceditur,
30 quod in prima nõ erat expreſsè denegatum,† vt poſt
Fulgoſ.Bologn.Afflict.Brun.& Curt.iun.declarat De-
cian.d.conſi.58.nu.60.in primis aũt inueſtituris nihil
erat dictum circa facultatem alienandi; & facit,quia
ſequẽs inueſtitura venit quodammodo ad primæ de-
clarationẽ , quo caſu recipit aliqualis alteratio, tanq̃
primæ declaratio,vt per Decian.in conſil. 193.col.fin.
verſ.licet enim, vbi ait,qđ prima inueſtitura poteſt p
31 ſecundã declarari.† Crau.qui confirmat,in conſ.858.
nu.17.Rol.in conſ.85.nu.11.vol.4. multos addit Burſ.
in conſi.3.nu.11.& ex Ruin.Soc.iun.& alijs ponit Me-
noch.in conſi.502.nu.33.& ſeq.& in conſil.443.nu.39.
Sola in præcitato loco, nu.8. vř enim, vt dixi, Impera-
tor declaraſſe antiquas in quib. vocati erãt ſoli agna
ti,& dixiſſe,quod illis non extantib. ſuccedat quicũq;
fuerit ab vltimo vaſallo vocatus,& electus.& hoc mo-
do prima inueſtitura non dř alterata:quia in ſecunda
nihil cõtinetur per quod prima corrigatur, ſed firmis
manentibus quæ in prima fuerunt diſpoſita,additum
eſt , quod non extantib. aliquib. ex vocatis in prima ,
liceat vaſallo vltimo feudum in quamcunq; perſonã
transferre, id quod nemini nocet præter Cæſari cõce-
denti, qui tanq̃ rei ſuæ arbiter, & moderator,vt in l in
re mandata,C.mandati,potuit rei ſuæ legem q̃ voluit
apponere,l.in traditionibus,C.de pact. Bec.in conſil.
101. nu.23. & ſeq. nec quiſquam de hoc conqueri po-
teſt . tota vero præſentis conſultaionis difficultas cõ-
ſiſtit in refellendis contrarijs,ideo ad ea deuenio.

Primum itaq; obiectũ quo dictũ eſt feuda hæc pro
maſculis fuiſſe conceſſa, non repugnat prædictis:quia
verum eſt dum maſculi extabunt, eatenus enim femi-
næ non ſunt vocatæ, ſed maſculis deficientibus,cõceſ-
ſa fuit vaſallis licentia alienandi, & diſponendi in q̃-
cunque perſonam, atq; ita ẽt in feminas, vt ſupra de-
monſtraui in quarto fundamento,quia facultate ſtan
te,perinde eſt, ac ſi feudum fuiſſet conceſſum pro ma-
ſculis,& eis deficientibus pro feminis,procederet igi-
tur contrariũ,ſi licentia prædicta non fuiſſet conceſſa.

Nec reſiſtit quod hæ dominæ ſorores fuerint ſemel
à ſucceſſione feudorum excluſę qñ earum pater deceſ-
ſit relictis plurib. maſculis, & qñ aliqui ex fratrib. ip-
ſarum deceſſerũt: reſpondeo enim,quod ſumus in feu
do improprio, ideſt franco , & pro quo nullum omni-
no ex forma inueſtituræ præſtandum eſt ſeruitium,
imò quod habendum eſt pro allodio, & naturam re-
tinet allodij , vt dixi in ſuperioribus , & ſicuti in allo-
dialibus ſemel excluſus à ſucceſſione vnius, puta pa-
tris,nõ prohibetur ſuccedere alteri,puta fratri, in eiſ-

dem

dem bonis,vt ponunt Doƈto. in l.1.§.veteres,ff.de acq.
hære. & ſucceſſiones conſiderantur tanquã ſeparatæ,
& diuerſæ, vt ibi declarant.ita in ſeudo quod eſt fran
32 cum,† ſic reſoluit Pariſ.in cõſi.23.nu.55.vol.1.Tobias
Non.in conſil.1.num.42.& ſeq. Menoch.in conſil.331.
nu.57. vbi addit Vincen.de Franch.in deciſ.7.num.2.
Secundo reſpondeo, quod regula prædiƈta locum
habet ſolum in feudo ex paƈto,& prouidẽtia,at in feu
do hæreditario ſeu mixto,in quo hæreditatis qualitas
eſt neceſſaria, femina quæ fuit ſemel excluſa à ſucceſ-
33 ſione vnius, admittitur ad ſucceſſionem alterius, † vt
poſt Iſern.declarat Afflict.in d.c.1.§. quinetiam,nu.1.
ver.ſentit ergo Andreas,tit.Epiſc.vel Abba. Menoch.
d.conſi.331.nu.55.vbi dicit eſſe verã reſolutionẽ,& al-
legat ſic tenuiſſe Caſtr.quẽ citat Burſ.conſil.80.nu.19.
vbi addit Bero.qui tñ in meo libro hoc nõ dicit;in fa-
ƈto aũt feudum admixtam habet qualitatẽ hæredita-
riã,quia pro hæredibus fuit conceſſum,& nemo admit
titur ad ſucceſſionem, qui non ſit hæres, vt diƈtum eſt
in contrarijs,& rangam inferius,ideo non nocet femi
na, quod ſemel fuerit excluſa, & hæc ſententia debet
multo magis admitti, qñ feudum poteſt trãſire in ex-
traneum, quia tunc multo magis trãſibit in feminam
excluſam,cuius excluſio nõ poteſt plus efficere, quam
quod habeatur pro extranea; vnde quando feudum
etiam in extraneos eſt tranſitorium, debet tranſire ẽt
ad feminam excluſam. & quamuis non inueniam in
ſpecie hoc à Doƈtoribus terminatum, tamẽ credo ve-
riſſimum, per rationem prædiƈtam; vltra quod ſi ve-
rum eſt in feudo mixto, multo magis vẽdicabit in eo,
quod eſt merè hæreditarium.Facit,quia feminam ex-
cludens ratio non militat in feudo merè hæreditario,
& ea eſt, quia dr̃ vnum, & idem feudũ, vt per Iſern. &
alios, in d.§. quinetiam. ſed vbi eſt merè hæreditariũ,
non eſt idem feudum. ſed diuerſum, ſicuti hæreditas
fratris eſt diuerſa ab hæreditate patris,ſecundum Do
ƈtor.in d.§.veteres. non mirum itaque ſi excluſa à feu-
do vnius ſuccedere põt in feudo alterius, ſicuti exclu-
ſio ab hæreditate vnius, nõ repellit à ſucceſſione alte-
rius.in faƈto vero probaui ſupra,feuda de quibus ver-
ba facimus,eſſe in extraneos trãſitoria,nihil ergo im-
pedit quo minus ẽt in feminam excluſam tranſeant,
quæ nõ eſt ſicut extraneus adeo inhabilis & incapax.
Tertio licentia alienãdi fuit conceſſa ſub cõditio-
ne,deficientib. liberis inueſtitorum, atque ita feminæ
non poſſunt in eis feudis ſuccedere, donec extãt ma-
ſculi, quia ablatiui abſoluti important conditionẽ, l.
à teſtatore,ff.de condi.& dem.& nõ ſunt abſolutè,ſed
temporaliter excluſæ: qñ autem excluſio eſt tp̃alis,fe-
mina quæ ſemel fuit excluſa non prohibetur ſuccede-
34 re eueniente caſu, † vt poſt multos cõcludit Curt.iun.
de feud.par.3.q.27.in 2.limit.Gozad.in conſ.9.nu.58.
& ſeq. Pariſ.in conſil.72.nu.102.vol.4 vbi conſiderat,
quod mulier dr̃ temporaliter excluſa,qñ fuit ſub con-
ditione excluſa,aliud enim eſt,quod ſit ſimpliciter,vel
ꝙ ſit temporaliter excluſa, vt per Bal.in d.§.quinetiã,
& alios omnes pro regula in contrarium allegatos.
Oſaſc.deciſ.Pedem.23.nu.51.Burſ.in conſil.80.nu.16.
& ſeq.Menoch.d.conſi.331. nu.53. Zaſ.de feud.par.9.
in fine ſecundæ particulæ,folio mihi 112. Thom. Ma
rin.de feud.lib.1.tit.11.nu.38. Molin. de primog.Hiſ-
panor.lib.1.c.6. nu.22.in fine, verſ.idque clariſſimum,
quæ ſententia vr̃ melius procedere, qñ feminæ admit-
tuntur nõ in defeƈtum filiorum ſimpliciter, ſed etiam
deſcendentium,vt in caſu noſtro, in quo non de filijs,
ſed de liberis ſit mentio, quorum appellatione veniũt
35 omnes deſcendentes.† l.cognoſcere,§.liberorum,& l.
liberorum, ff.de verb. ſignif.l.ſed ſi hac,§.liberos,ff.de
in ius vocan.§.2.in Authen. de hæredibus ab inteſt.ve-
nient.Peregr.in traƈt.de fideicomm.art.25.nu.8.& in
ſpecie quod ſemel excluſa non ſemper excludatur, qñ
eſt vocata in defeƈtum non ſolum filiorum, ſed etiam
36 nepotum, † voluit Oſaſc. d. deciſ.Pedem.23. num.54.
poſt Corn.& Gozad.quos citat. pro qua deciſione fa-
cit,quia vbi diſpoſitio confertur in infinitum,tũc non
remanet ſemper excluſa, quia alias non duraret in ꝑ-
petuum, vt conſiderat Pariſ.d conſi.72. nu. 100.vol.4.
quem ad hoc citat Molin. d. c.6. nu.22.ver.hac autem
regula, vbi ideo infert contrarium non habere locum
in maioratu,propter perpetuitatem,& cum eo tranſit
Menoch. d. conſil. 331. num.58. vbi loquitur in feudo
conceſſo pro deſcendentibus, ergo idem erit in præ-
ſenti caſu, in quo feminæ ſunt vocatæ poſt defeƈtum
liberorum, quorum ſignificatio deſcendentes omnes
includit, vt probant iura ſupra citata. ceſſat itaque
principalis hic difficultas,& multis modis ſublata eſt.
Et non repugnat iuramẽtum fidelitatis, quod præ-
ſtandum eſt pro huiuſmodi feudis, quamuis franchis,
& exemptis, quoniam etſi voluerint aliqui, feminas
per illud excludi, tamen multo plures tenuerunt iuro
non obſtante feminam admitti: quia cum ea tunc vr̃
diſpẽſatum vt ſeruire poſſit per ſubſtitutum,ſicuti ſer-
uit quando femina eſt expreſsè vocata,ſecundum Spe
cul.in titu.de feudis,§.quando,nume.41. & quod feu-
dum tranſeat ad feminam, non obſtante iuramento
37 prædiƈto,† tenuit Ruin.in conſ.18.nu.13.vol.1.vbi di-
cit, quod etſi multæ rationes feminam excludant à
feudo,ea tamen eſt principalis,quia non poteſt in pu-
gna ſequi dominum, hæc autem eſt remiſſa quando
feudum eſt francum, ergo de alijs non principalibus
non eſt curandum. Pariſ.in conſil.4.num.21.vol.1.vbi
poſt Soc.dicit,quod iuramentũ reſtringitur ad ea quæ
per feminam honeſtè præſtari poſſunt, non autem in-
cludit omnia: & ratio eſt, q̃a obligatio fidelitatis in-
telligitur ſecundum ſubieƈtam materiam,& ſecundũ
qualitatem perſonæ cui feudom conceditur.idem Pa-
riſ.in conſil.12.nu.29. & ſeq. vol.1.vbi alios citat Cæ-
phal.alios ponens in conſi.1.num.28.& ſeq.vbi ponit
quid ſi femina fuiſſet expreſsè vocata, & nihilominus
pro feudo præſtandum eſſet fidelitatis iuramentum,
nonne hoc caſu cenſeretur cum ea diſpenſatum? certè
ſic, ergo idem quãdo eſt ex natura feudi licet non ex-
preſſis verbis inuitata, latius idem Cæphal. in conſil.
151.nu.24. Menoch.in conſi.65.nu.35. & ſeq.vbi alios
ponit, & latiſſimè huic obieƈto multos referendo re-
ſpondet Marcobr.in conſil.23. num.54. & multis ſeq.
Bertazol.in ciuil.conſil. 39.nu.30.Burſat.in conſil.85.
num.24.& ſeq. vbi multos vocat alios.Rimin.in conſi.
556.num.75.vbi multa addit. Bec.conſil.30. nu.7.vbi
inquit hanc eſſe veriorem. Reſpondeo etiam,quod li-
cet in prædiƈtis feudis exigatur fidelitatis iuramen-
tum, donec erunt penes maſculos, vel donec ſupere-
runt illi liberi pro quibus à principio fuerunt conceſ-
ſa, tamen quando conceſſa eſt facultas deficientibus
liberis, illa transferendi in quamcunque aliam per-
ſonam,nihil eſt diƈtum de iuramẽto fidelitatis. Et ex
prædiƈtis ſatis etiam reſponſum eſt ad id quod repli-
catur contra qualitatem emptitiam, quoniam ſupra
oſtenſum fuit, ad feminam pertinere feudum empti-
tium,ſecundum magis communem ſententiam,etiãſi
pro eo præſtetur fidelitatis ſacramentum.
Et quamuis feudum ſit explicitè pro maſculis con-
ceſſum, quo caſu etiamſi emptitium ſit vel francum,
38 vel aliter conditionatum, non tranſit ad feminã † ſe-
cundum Clarum d.q.73. & Becium in diƈto conſil.30.
in fine, vbi alios affert, tamen hoc eſt, donec extant
liberi inueſtitorum,ſed illis deficientibus,conceſſa eſt
facultas illa in quamcunque perſonã,& conſequenter
in fe-

Digitized by Google

in feminam transferendi, & hoc caſu nõ reſiſtunt ver-
ba præcedentis conceſſionis, quia hæ dominæ ſorores
non tam ad feudorũ ſucceſſiones aſpirãt, ex feudi na-
tura, quã ex vi dictæ conceſſionis, vltra qđ ſtante natu-
ra feudorum poſſent venire in defectũ maſculorum.
Reſpondetur ẽt huic reſolutioni inhærẽdo ad præ-
dictas duas oppoſitiones, qđ ſtãtibus ampliſſimis ver
bis prædictæ conceſſionis, qđ poſſint vaſalli pro libito
quoquo modo alienare, diſponere, & teſtari in quãcũ-
que perſonam, perinde eſt, ac ſi femina eſſet expreſsè
vocata, qñ aũt expreſsè vocatur, iuramentum fidelita-
39 tis non impedit eam ſuccedere, † vt dixi ex Specul. &
ponit Soc. d. conſ. 257. in ſecundo. Riminal. conſ. 556.
Marcobrun. d. conſ. 23. nu. 54. & ſeqq. vbi latè reſoluũt
ſicuti ẽt Cæph. in conſ. 389. nu. 18. atque ita oppoſitio
poſſet ſubſiſtere, ſi femina non eſſet vocata, & ſi nihil
aliud concurreret pręternaturã feudi, ſed vltra quali-
tatem feudi adſunt ampliſſima conceſſionis verba.
Tertium quoque non contradicit obiectum, quo
dicebatur, has dominas ſorores non eſſe hæredes D.
Oberti fratris vltimo loco defuncti. ad hoc eñ reſpõ-
detur, quinimo, eas hæredes eſſe, & fratri ſucceſſiſſe,
quia inſtitutio per eum facta de Maria tãquã filia, eſt
nulla, tum, quia nõ eſt filia, nec probatur illã fuiſſe ta-
lem, cum tamen filiatio ſit probanda, quia non præſu-
40 mitur, & eſt difficilis ꝓbationis, † l. Lucius, ff. de cõd.
& dem. Bald. in l. 1. nu. 2. C. quor. bonor. qui dicit, qđ
ex parte patris difficulter probatur filiatio. Bar. Dec.
Pariſ. Alciat. Grat. & Paleot. quos citat ſequitur Me-
noch. de arbit. iud. caſu 89. nu. 11. addo ego Bertran. in
conſ. 26. nu. 1. vol. 2. Albam, in conſ. 83. nu. 8. Burſat. in
conſ. 98. nu. 2. tamen quia vbi eſſet filia, eſſet tamẽ ſpu-
ria, & conſequenter non potuit inſtitui, ſpurio enim
41 nullo titulo pater põt quicquam relinquere, † Auth.
Licet, C. de natur. lib. Bar. in l. 3. ff. de teſtam. vbi Bald.
dicit id inductum fuiſſe propter agentis turpitudinẽ,
idem Bart. in l. fi. verſic. quæro an iſtis ſpurijs, ff. de his
quib. vt indign. Natta in conſ. 402. nu. 1. & in cõſ. 420.
nu. 32. vbi ait, qđ hoc prouenit ẽt à iure diuino. Didac.
de ſponſal. part. 2. c. 8. §. 5. nu. 2. Duran. de arte teſtan.
tit. 1. caut. 14. Duen. in Reg. 366. & hæres põt impugna
re relictum factum ſpurio, tanquam nullum, & factum
42 contra legis diſpoſitionem, † vt Crauet. in conſ. 200.
num. 5. Phanunc. de inuentar. par. 7. num. 112. vbi latè
probat, & eſt regulare, quod hæres poteſt impugnare
factum defuncti, quod eſt contra diſpoſitionem legis.
Bald. conſ. 171. volum. 5. Gram. deciſ. 93. num. 9. Me-
noch. conſ. 11. num. 25. Becius conſ. 72. num. 17. in du-
bio autem præſumitur Mariam, quæ non eſt legitima,
43 eſſe ſpuriam, nõ autem naturalem, † ſecundum Bald.
in l. 3. ff. de lib. & poſthum. vbi inquit filium à patre in-
ſtitutum, præſumi incapacem, quando conſtat eſſe il-
legitimum. & ideo Alcia. in tracta. præſumptio. reg. 2.
præſ. 5. num. 4. & ſeq. inquit filium præſumi ſpurium
non naturalem, & in conſi. 268. & conſ. ſeq. Ferrat. cau
tela 41. Cæphal. in conſ. 82. num. 55. Menoch. in conſi.
6. num. 12. Bertazol. conſ. 92. num. 9. Honded. conſil.
68. nu. 8. Natta in conſ. 421. per totum. Burſat. in conſ.
62. num. 7. vbi loquitur etiam quando pater in teſta-
mento inſtituendo appellat naturalem: & hanc par-
tem probat Peregrin. in tract. de fideicom. art. 22. nu.
90. Rota in dec. 808. in prin. in 1. par. in nouiſs. & in di
ſcurſu ibi poſito poſt deciſ. 811. nu. 7. & ratio eſt, quia
ad faciendum filiũ naturalem concurrere debent mul
ta quæ facti ſunt, & non præſumuntur, niſi probentur,
vt in dictis locis dicitur, & quãuis multi dixerint con-
trarium, vt deduxi in tract. alimẽtor. in 1. tit. quęſt. 10.
nu. 10. tamen illud procedit reſpectu coitus punibilis,
quia natus non præſumitur ex coitu punibili, ſed bene
præſumitur ſpurius, quemadmodũ Rota declarat in
pręallegato loco. cum itaque inſtitutio quæ eſt caput
44 teſtamenti atque illius fundamentum, † §. ante hęre-
dis, Inſtit. de leg. l. proximè, ff. de his quæ in teſt. delen.
l. 1. §. fi. ff. de vulg. l. fin. ff. de iure codicil. & dicitur ſub-
ſtantialis forma teſtamenti Bald. in l. 1. c. 1. ff. de teſta.
vbi Are. notat, deficiat, & ſit nulla, perinde eſt ac ſi de-
ceſſiſſet ſine teſtamento, & nullum condidiſſet teſta-
mentum, quia paria ſunt conditum non fuiſſe, vel fa-
45 ctum quidem eſſe, ſed nulliter, † l. non putauit, §. non
quæuis, vbi Bal. ff. de bono. poſs. contratab. dixi in cõſ.
3. num. 12. propterea ſicuti nullo teſtamento condito
ſorores plenè ſuccedunt ab inteſtato, ita etiam ſtante
teſtamento nullo ob hæredis incapacitatem, vnde in
eis cadit qualitas hæreditaria quæ ex feudorum natu
ra eſt neceſſaria ad illorum ſucceſſionem.
Facultas verò teſtãdi, quæ ab Inuictiſſimis Impera
toribus conceſſa fuit D. Paulo, & filijs, ſicuti ẽt facul-
tas diſponẽdi de feudis prædictis, non eſt perſonalis,
nec ad inueſtitorum perſonas reſtricta, ſed includit ẽt
ſucceſſores, vt videri poteſt in priuilegio Ferdinandi
diei tertiæ Decemb. 1562. vbi dicit, qđ Obertus, Hie-
ronymus, Auguſtinus, & Carolus ſuique ſucceſſores,
poſſint diſponere. & Rodulphus quoque eiſdem con-
firmat omnia priuilegia, & omnes cõceſſiones ac gra-
tias, & non ſolũ ſibi, ſed hæredibus ſuis, idque die pri-
ma Octobris anni 1586. ſic etiam Maximilianus I. die
20. Nouemb. anni 1512. conceſsit quod illi de Spino-
lis, eorumque hæredes, & ſucceſſores, poſsint diſpone-
re: quare apparet licentiam prædictam non ſolis inue
ſtitis, ſed ſuis quoque ſucceſſoribus attributam fuiſſe.
Secundo reſpondeo, quod etſi in aliquibus priuile-
gijs dicatur, qđ ipſe D. Io. Bapt. poſſit diſponere, &c.
non tamen per hoc cõceſſio dicitur reſtricta ad perſo-
nã illius, quia regulariter oĩs conceſſio eſt ad hæredes
46 trãſitoria, † l. ſi pactũ. ff. de probation. & generalis na-
tura pactorum eſt, quòd tranſeant ad hæredes, quãuis
de eis nulla facta ſit mentio, vt inquit Bald. in cõſ. 112.
vol. 2. id qđ ego multis cõprobaui in conſ. 133. nu. 15.
Tertio in terminis feudalis conceſſionis factæ cum
pacto, ſeu facultate alienandi, etiam reſtricta per pro-
nomen, ipſe, quod extendatur ad hæredes, hoc voluit
Siluan. in conſ. 65. per totum, vbi infinitas adducit ra-
tiones, & reſpondet ad omnia quę in contrarium ad-
ducta ſunt à Natta in contrarium allegato, ſubditque
ſic fuiſſe iudicatum à Sereniſs. Mantuæ Ducibus, con-
ſulentibus tribus Excell. eorum Cõſiliarijs ab eo no-
minatis, & principale fundamentum eſt, quod illa cõ-
ceſſio non eſt priuilegium, ſed beneficium: quocirca,
latè eſt interpretanda. Secundum eſt, quia feudi con-
ceſſio eſt pro hęredibus, vt in caſu noſtro, ergo ea quo-
que facultas, & dictio, ipſe, non facit actum perſona-
47 lem. † idemq; per omnia conſuluit Becius, in conſ. 88.
per totum, vbi loquitur in eodem facto, & ſecundum
illud conſilium fuit pariter iudicatum in Senatu Mon
tisfer. cui tunc præſidebat Rolan. à Valle. & idem pro-
bauit Rolan. in conſ. 55. nu. 28. & num. 54. verſic. ſimi-
liter non obſtat, vol. 3. vbi non obſtante dictione, ipſa,
quæ videtur perſonalis, cõcludit licentiam alienandi
conceſſam in inueſtitura extẽdi ad hæredes. mouetur
principaliter ex text. in c. 1. de feud. non haben. propr.
natur. vbi conceſſione facta alicui per verba, cui dede
ris, poterunt deſcẽdẽtes alienare, allegat Decium, Iaſ.
& Nattam: quæ ſentẽtia confirmatur, quia ferè in om-
nibus clauſulis ſuperioribus, & inferioribus fit mẽtio
de hæredibus, & de ſucceſſoribus, vnde licẽtia quoque
ipſa intelligi debet hæredibus conceſſa, vt optimè per
multa arguit Siluan. d. conſ. 65. & Becius d. cõſ. 88. nu.
40. Accedat quod conceſſio dicitur beneficium, imo
feudum

Digitized by Google

48 feudum ipſum dr̃ beneficium, † c.pen. in fi. ver. in qui-
bus cauſ.feud. amitt. Iaſ.in prælud. feud. Soc.conſil.4.
nu.3.vol.3.& Burſ.in conſi.131.num.71. ideo latiſſimè
49 interpretanda † eſt, vt per Siluan. loco prædicto. Cor-
bul.de cauſ.priuat.ob finit.lin.nu.13.eſt tex.in l.fin.de
conſt. Princ.c.cum dilecti,de donat. Ruin.in conſ.161.
lib.5.Nat.conſi.159.nu.9.& 10.conſi.464.nu.12. præ-
cipuè,quãdo non agitur de alterius,quam ſolius Prin
cipis concedentis præiudicio, vt in caſu propoſito, in
quo hanc facultatem Cæſar conceſſit,quando non ex-
tabant deſcendentes.

Quarto rñdeo, quod non ſolum Cæſares prædicti
conceſſerunt D. Bapt. de Serauall e facultatem diſpo
nendi de feudis, ſed etiam confirmarũt omnia priui-
legia conceſſa præceſſoribus, eaq; innouarunt, inter q̃
hoc extabat, quod ipſi Spinulæ, ſuiq; hæredes poſſent
ea feuda alienare, atque ita facultas fuerat hęredibus
quoque conceſſa, ſic ẽt legitur in priuilegio conceſſo
Dom. Hieronymo, & Carolo. Quocirca, ſi ea facultas
non competit vigore ſingularis illius conceſſionis fa-
ctæ ab Inuictiſſimo Rodulpho, negari non poteſt quin
competat ex conceſſione Maximiliani II. & Ferdinan
di vnde ſumi põt aliud quoque fundamentũ, quod ex
quo cõpetebat facultas ex priuilegio ſuis anteceſſori-
bus conceſſo, niſi vltimam conceſſionem interprete-
mur cõprehendere hæredes, erit penitus otioſa, & ſu-
perflua, & nihil oĩno conferet, quod non eſt dicendũ;
verba enim debent aliquid operari, l.ſi quũ, ff.de leg.1.
& ideo Dec. in c.prudentiam, §.ſexta, nu.5. de off.de-
leg.& in c.pręterea, nu.6.ver.tertio limita,eod.tit.di-
cebat, qđ ne cõceſſio ſit fruſtratoria, interpretatur vt
50 veniat etiã reſeruata, † inferebat etiam Franch. in c.ſi
Epiſcopus,de ſent.excomm. in 6. quod vbi Epiſcopus
conceſſit parocho, vt audiat confeſſiones ſuorum pa-
rochianorum, tali caſu veniunt ẽt caſus Epiſcopo re-
ſeruati. ita in propoſito, ne licentia ſit inutilis, intelli-
gi debet oĩbus conceſſa. Et aduertatur, quod multum
intereſt inter licentiam alienandi quæ conceditur in
inueſtitura, & eam q̃ dñs ad requiſitionem vaſalli cõ-
cedit extra inueſtituram, & quam vulgo appellamus
aſſenſum: nam ea quæ inueſtiturã conceditur, eſt me-
ra gratia, & ſtrictè certo modo interpretatur: ſed ea
quæ in inueſtitura continetur, eſt pars contractus, in-
format cõtractum feudalem, & illum qualificat, quia
pacta oĩa appoſita in contractu, dicuntur illius pars,
51 † l. fundi partem, vbi Doctores, præcipuè Bald. ff. de
contr. empt. Caſtr. Fulgoſ.& alij, in l.in bonæ fidei, C.
de pact.dixi in conſ.217.nu.6. Rota deciſ.398.nu.3.in
1.par.in nouiſſim. & ideo de eo pacto idem iudicatur,
quod de ipſo contractu, arg.l.quæ de tota.ff.de rei ven
dic.quod non eſt in aſſenſu vel gratia, quæ non modo
non eſt pars contractus, ſed vr̃ contra contractus natu
ram, quæ eſt quod feudum tranſeat ad ſucceſſores ſan
guinis, & non alienetur in extraneos. propterea nõ eſt
mirũ, ſi de eis diuerſimode iudicamus. Accedit, quod
feudum eſt contractus qui recipere poteſt omnia pa-
cta quantumuis extranea, & diſſonantia ab eius natu
52 ra, † c.1.§.pen. quid ſit inueſt. c.1.de feud.non haben.
propr.natur.feudi. Bero.in conſi.79.num.5.vol.1.Bec.
lat è conſi.101.nu.19.& ſeq. dum autem eſt in fieri, ad-
di poſſunt omnes qualitates, nec tunc attẽdimus pro-
priam feudi naturã, ex quo ea tunc formatur, ſed poſt-
quam conceſſio recepit certam formam, ſi vaſallus vo
lens aliquid contra tenorem, & naturam feudi iam cũ
certis qualitatibus in eſſe deducti, confugit ad domi-
num, tunc quidquid impetrat, gratia eſt, non ſic quan
do feudum formatur ab initio vel reformatur.

Parum autem moleſtat, quod dicebatur D. Obertũ
non fuiſſe vſum facultate alienandi, quæ ſibi conceſſa
fuit, ideo ex quo de feudis, vt poterat, non diſpoſuit in
ſorores, in vanum allegari, quod id facere poſſit cum
non fecerit. reſpondeo enim, quod quicunque habet
facultatem diſponendi moriendo, vr̃ in eos diſpone-
53 re, qui ab inteſtato ſuccedunt, † per l. conficiuntur, ff.
de iure codicillor. & venientes ab inteſtato dicuntur
venire ex tacito defuncti iudicio, l. cũ filio, ff.de leg.1.
vide Bald. Nouel. in d.l.cum filio, infert, quod in tali
quæſtione teſtatoris, qui vxore inſtituta, illam graua-
uerat ad reſtituendum hæreditatem, ita tñ, quod poſ-
ſet diſponere de aureis mille, cõſuluit, nulla facta di-
ſpoſitione, aureos pręd ictos pertinere ad hęredes vxo
ris ex tacita diſpoſitione, & ne aliena omnia transfe-
rãtur, in terminis magis dubitabilibus habemus de-
ciſionem Curt.iun. in conſil.4. per totum, vbi feudum
conceſſum, vel emphyteuſim pro ſe, & quibus dederit,
54 concludit, tranſire ab inteſtato ad hæredem. † moue-
tur multis rõnibus, ſed ea eſt præcipua, ꝙ facilius ali-
quid tranſit ad hæredem ab inteſtato, q̃ trãſmittatur
ex teſtõ, & quod hæres ab inteſtato ſuccedere debet
eo modo quo ſuccederet ſi feudum conceſſum fuiſſet
pro hæredibus quibuſcunque, alias etiam multas ad-
dit rõnes, quæ apud eum videri poſſunt. eum ſequitur
Pariſ.in conſi.71.nu.44.vol.3.dicens, ꝙ dñs vr̃ feudum
conceſſiſſe venientib. ab inteſtato. eandem amplecti-
tur Soc.iun.in conſil.83. per totum, vol.4. vbi ſequitur
Curt. iun. in oĩbus, imò alijs medijs illius confirmat
opinionẽ, idipſum loquendo in ſorore, & in feudo cõ-
ceſſo cum pṫãte alienandi, quod tranſeat ab inteſtato
in eam, ponit Rol.in conſil.3. nu.62.vol.1.addo Pariſ.
in conſ.23.num.40.& ſeqq.vol.1.idem voluit Gabr.in
conſ.91.nu.5.nu.11.& 13.in 1.vol. vbi dicit, clauſulam
feudali conceſſioni adiectam, quib. dederit, includere
hæredes ab inteſtato. & quamuis contrarium ipſe te-
neat, tñ mouetur diuerſis rõnibus, quę facto noſtro nõ
conueniunt, prçcipuè quia ſucceſſio ab inteſtato exclu
debat eos, qui ex forma inueſtiturę erant vocati, ſecus
dicit, qñ vt in noſtro caſu, ſucceſſio ſoli domino præiu-
dicat, & eum ſolum excludit: atque ita in noſtris ter-
minis approbat Curt.iun. deciſionem. hoc quoque qđ
alienandi licentia transferat feudum in hæredem ab
inteſtato, probauit Burſat.in conſi.131.nu.75.ver.rur-
ſus, & teſtãdo. & prædictam Curt.iun. opinionem ſe-
quuti ſunt Io.de Garron. in Auth. Ex teſtamẽto, nu.8.
C.de ſecun.nupt. Cagnol.in l.hęredem, nu.9.ff.de reg.
iur. Zanch.in l.hęredes mei, §.cum ita, par.7.nu.6.ff.ad
Trebell. Card. Mantica, de coniect.vlt.volun.lib.7.tit.
7. nu.14. Crauet.in conſi.70. nu.13. in fi. & conſil.176.
in fi. ſed ante eos in feudo hoc voluit Bald. in conſil.
114.in 1.vol. vbi tamen limitat in vaſallo infante, ſed
in eo, qui ætatem diſponere potuiſſet, vult, quod trãſ-
mittat feudum ad hæredes ab inteſtato. ſequitur Si-
mon de Pret. de coniect. vlt.volunt. lib.3. interpret.2.
dub.2.ſolut.2.num.7. fol.184.& idem probauit Socin.
in conſil.252.col.fin.verſ.iſta concluſio, vol.2. Crauet.
conſil.256.col.3.idem probauit Natta, in conſil. 123.
nu.10.& in conſi.216.nu.9.& 10. vbi propriè loquitur
in feudo conceſſo cum facultate alienandi, & vult, qđ
tranſeat ad extraneum quoque hæredem, qui ab inte-
ſtato ſuccedat. Oſaſc.deciſ.Pedem.164. num.5. quare
ſtantibus pro hac parte tot authoritatibus totque ra-
tionibus, dubitandum non eſt, quin hæc ſit verior, &
communis opinio, ſecundum quam conſului ſuperio-
ribus menſibus in cauſa ardua, erit autem indubia
hæc propoſito, ſtante inueſtitura Maximiliani quę cõ-
cedit diſponendi facultatem per quamcunque vlti-
mam voluntatem, quæ verba vniuerſalia amplectun-
tur non minus tacitam quam expreſſam voluntatem,
vt in terminis conſiderat Socin.iun. d.conſil.83. nu.5.
in fine,

Digitized by Google

in fine,& nn.6.dicens negari non poſſe,quin diſpoſitio
55 tacita morientis ſit quædam vltima volutas. † ſic Pa-
riſ.in conſ.23.num.43.vol.1. conſiderat clauſulam fa-
ciẽdi quę animus decreuerit, quia illa generalitas in-
cludit voluntatem tacitam.conſiderat ẽt Soc.ibi, feu-
da redacta eſſe ad inſtar allodiorum,vt contigit in fa-
cto noſtrò, quare decedendo Obertus,videtur tranſtu
liſſe feuda in ſorores,& vſus fuiſſe facultate ſibi attri-
buta,propterea curandum non eſt de ijs,qui dicũt ne-
ceſſariá eſſe ſpecificã diſpoſitionẽ,vti voluit Dec. quia
tacita ſufficit,præcipuè ſtante prægnantia verborum.
Pariter non reſiſtit horum feudorum venditio fa-
cta à D.Oberto:quia reſpondeo,eam fuiſſe,& eſſe nul-
lam, tanquam factam in fraudem ſororum, vt ſcilicet
eas excluderet ab eorum ſucceſſione, fraus aũt ex eo
arguitur quod carebat prole,& deſperabat de ſucceſ-
ſione legitima,vxorem non habebat,& ſenio erat con-
fectus.& omiſſis ſuperfluis id in terminis voluit gl.ad
textum relata in c.1.§.ſed etſi res,tit. per quos fiat in-
ueſtit.vbi vult,alienationem dici in fraudem factam,
qñ vaſallus erat ſterilis, vel caſtratus, vel peruenerat
ad ætatem per quam nulla ſuſcipiendæ prolis ſuberat
ſpes,videtur enim geſſiſſe in animo,vt agnatos exclu-
56 dat.† ſequuntur Iſer.nu.5. Bald. num. 2.qui ampliat
etiam ſi fiat alienatio in vnum ex proximioribus,quia
nihilominus quoad alios erit fraudulenta.Aluar.col.
pen.verſic.quæro cum gl.ſecunda,& Afflict.nu.6.Ale-
xand.in conſi.15.nu.7.vol.2. vbi ſubdit, non eſſe ha-
bendum in cõſideratione, quod talis poſſet legitima-
re,vel adoptare.idem placuit Martin.Laud.in d.§. ſed
etſi res.& hoc etiam tenuit Laudenſ.in c.1.§. Titius, ſi
de feudo defunct.fuerit contron.Iacob. in ſua inueſti-
tura,in verſic.ita etiam quod ipſi vaſalli,nu.4. Dec. in
conſi.269. nu.3. vbi ampliat, etiam quando alienatio
eſſet à Principe verbis ampliſſimis confirmata, quia
confirmatione non obſtãte, corruit propter fraudem.
Burſ.in conſi.40.num.75.hinc dixit Iacob.in ſua inue-
ſtit.in ver.Marchio,nu.7. non valere diuiſionem tan-
quam fraudulentam,qñ vni fratrum,qui caret ſobole,
aſſignatur totum allodium,& alteri filios habenti to-
tum feudum,eo enim tendit, vt à ſucceſſione dominus
57 excludatur.† hinc ẽt poſt Spec.& Luc.de Pen.dicebat
Bru.in conſi.26.col.pen.& finali, quod donatio facta
alicui à ſubdito filijs carente, non valet ad præiudi-
cium domini, cui ex cõuentione bona erãt applicãda
filijs nõ exiſtentib. Sola in conſt.Ped.in 2.par.gl.nu.7.
Augetur fraudis ſuſpicio, quia D. Obertus aliena-
tionis tempore grauiſſimo laborabat morbo, ex quo
poſtea cõceſſit in fata, & de eius ſalute deſperabatur;
ſemper autem fraudis ſuſpecta eſt alienatio,quę fit ab
58 infirmo,† vt probat tex.in l.filiæ meæ, vbi notant glo.
Bar.Bald.Albe.Imola,& Alexand.ff.ſolut.matrimon.
Angel.in l.ſed,& quęſitum,ff.de liber.& poſthum.Prę-
poſ.in c.tanta,col.5. qui fil. ſint legit. & qđ infirmitas
reddat actum fraudis ſuſpectum,eſt tex.in c.de his,de
ſepultur.in Auth. Quod obtinet, C.de prob. & in c.2.
de renunciat.in ſexto,vbi renũciatio facta ab infirmo
laborante graui morbo,nõ attenditur; vnde facta eſt
regula Cancellarię,de infirmis reſignantibus,quę fun
data eſt ſuper fraudis ſuſpicione.Ioan.Andr.in c.fi.de
colluſ. deregenda. Silua.in tracta.benefic.par.1.q.18.
Gomez. ſuper d.Regula,quæſt.17. col.2. & nouiſſimè
Flamin.Pariſius,de reſignan.benefic. lib.12.q.1.nu.1.
& 20. & regulariter actus factus in morte, non nocet
ijs quibus aliàs noceret, quia præſumitur fraudulen-
59 tus.† Bar.in l.ſi quis, §.ſi quis moriens,ff. ad Sillania.
in l.cum quis decedens,§.codicillis,num.4.ff.de leg.3.
Afflict.in deciſ.168.vbi infert ad alia.Menoch.latè in
conſ.39.nu.44.& multis ſeqq.Facit Caſt.in l.diuortio,
§.ſi vir in quinquennium,col.1.vbi Ale.col.2. iſtum tñ
tex.nu.1.in fi.ff.ſol.matr. vbi locatio rei dotalis facta
à viro dũ vxor graui morbo laborat,non valet ad præ-
iudicium hæredum vxoris,ſi reſoluatur matrimoniũ.
Tiraq.de retractu cõuention.§.3.gl.vnica,nu.17.facit
Bec.conſi.72.nu.25.quæ ſententia non vr̃ carere dubi-
tatione,ex quo eadẽ die,& infra octo horas D.Ober-
tus deceſſit ab ea venditione facta,quæ temporis bre-
uitas facit præſumi fraudem, ſecũdum Soc. in l.ſed eſt
quæſitum,col.fi.verſi.quarto limita,ff.de lib. & poſth.
vbi poſt Alex.in l.ſi quis poſthumos,in princ. nu.4.in
fi.verſi.poſſet tñ,ff.eod.tit.dicit conſuluiſſe, quod ma-
trimonium contractum propè mortem, per duas ho-
ras, ac teſtamentum tunc factum non legitimat filios
antea ſuſceptos ad præiudiciũ ſubſtitutorum, licet va
60 leat quoad alia omnia. † idem eſt, qñ mors ſecuta eſt
eadem die,quia tunc fraus præſumitur, vt poſt Caſtr.
& Ale.quos citat,tenuit Pariſ.in conſ.13.nu.72.vol.1.
Accedat pro clariore fraudis demõſtratione,quod
die quę immediatè pręceſſit feudorum alienationem,
inſtituerat Mariam aſſertam filiam ſpuriam hæredẽ
expreſsè,& ſpecificè,ac nominatim in d.feudis, eaq;
illi reliquerat,qui actus repugnat aſſertæ venditioni,
& arguit alienationem fictã eſſe, & ad eũ finem factã,
vt ſorores excluderet, & Maria feuda hæc cõſequere-
tur de manu emptoris:quando enim plures actus fiũt
vnus poſt alium, cenſetur vnus factus cõtemplatione
61 alterius.† Bal.in l.petens,num.49. C.de pact.Bart.in
l.poſt contractum,ff.de don.vbi loquitur ad detegen-
dam ſimulationem,& fraudem.& dicit Corſet.in ſin-
gul.250. in ver celeritas,in fine,quod factum inconti-
nenti,præſumitur ordinatum ad id, quod prius factũ
eſt,ideo fraus præſumitur.infinitos cõgerit Becius, in
conſi.92.nu.6.& ſeq.& in conſi.52.num.79.vbi ex ſuc-
ceſſiuis contractibus arguit fraudem.
Præterea nulla hoc caſu vendendi neceſſitas nulla-
vè ſuberat ratio, & ideo,nõ eſt veriſimile,quod vaſal-
lus morbo oppreſſus mortiſq;cogitatione turbatus,
cogitauerit de contrahendo,vel alienando, & qđ non
62 eſt veroſimile, falſitatis habet imaginem,† c.quia ve-
riſimile,de præſump.latiſſimè Tiraq.in præfat.l.ſi vn-
quam,nu.37.& ſeq.C.de reuoc.don. Prædictis autem
omnibus ſimul iunctis,quod ſcilicet D.Obertus filios
non haberet,ſpe futuræ ſobolis careret,eſſetq; in gra-
ui ætate conſtitutus,morbo laboraret,& morti proxi-
mus eſſet,& præcedenti die nihil de alienatione cogi-
tans, Mariam inſtituiſſet, mox recuperãdę ſalutis ſpe
deſtitutus alienauerit,nemo negabit,nõ apertè ꝓba-
ri,fraudulentã,& ad ſororum excluſionem factã fuiſſe
eam alienationem. qua concluſione ſic manente, non
obſtat,quod fraus non inſurgat ex ſola infirmitate,vt
videntur voluiſſe Dec.in conſi.586.Pariſ.d.cõſ.13.vol.
1.& Burſ.in conſi.40.quia loquũtur ipſi,quando fraus
non bene erat probata, nec aliud concurrebat præter
infirmitatẽ,vt bene apud eos videri poteſt: quinimo,
in eorum facto tractata fuerat antea venditio,& facta
promiſſio de vendendo, & ante infirmitatem vaſallus
habebat feudum venale,qua dempta qualitate,in pa-
tria Mantuana,in qua tractabatur cauſa, non admit-
tuntur alienationes quæ fiunt ab exiſtente in mortis
articulo,vt ſępè audiui à Dominis Senatoribus colle-
gis,& à Domino Præſide qui viginti ſeptem annis ſe-
dit in hoc auditorio. quinimo Decius eo loci clare
vult,quòd ſi non adfuiſſet neceſſitas, & non præceſſiſ-
ſet promiſſio,corrueret alienatio. & Pariſ. data tẽpo-
ris exiguitate inter contractum,& mortem, admittit
fraudem probari,& contractum vitiari, vt num.72.
Et non dicatur,ſuſtineri actum in fraudem geſtum
quando ſine fraude fieri poterat,hoc enim falſum eſt,

63 & contrarium probatur † in l.Titius,ff.ad Treb.c.be-
neficium, ſi de feud. fuer. contr. hinc vaſallus qui pôt
ſubinfeudare,nô ſubinfeudat in fraudem,c.Imperia-
lem,ibi, ſub colore inueſtiturę,de prob.feodi alie.per
Feder. & notant ibi,omnes Doctores,& in d.§.ſed etſi
res,vbi oẽs Doctores.Aluar.c.1.§.fi.col.2. verſ. ſed in-
telligas de controu. inueſt.cômunem dicit Clar.§.feu
dum,q.32.verſ.ſcias tamen,nu.4.vbi allegat alios.la-
tè Camer.d.c.Imperialem,in prin.in ver.in textu,ibi,
ſub colore inueſtituræ, fol.32.33.vbi poſt Iſer.& alios
ſubdit,qđ,& ſi feudum poſſit à muliere in dotem dari,
non tamen hoc fieri pôt in fraudem, & ibi confirmat
regulam,qđ fraus vitiat actum,qui ſine fraude fieri po
terat,& licentia ipſa alienandi intelligi debet,dũmo-
do bona fide,& ſine fraude fiat alienatio,aliâs ſi fraus
64 interueniat nô valet.† Caſt.d.l.Titius,n.2.Cor.in côſ.
140.col.2.vol.2.Soc.in cunſ.114.vol.3.Pariſ.in côſ.25.
nu.25.vol.2. Bero.in conſ.86. nu.26.vol.2. vbi allegat
Bar.Imo.& Alex.& confirmatio ſuperioris nô validat
65 actum in fraudem factũ,† l.ſi ſponſus,§.circa,ff.de do-
na.inter vir.& vxo. & ꝓbat multis Camer.d.fo.33.dũ
ait,qđ lex fraudẽ non committatur, ſed illi repugnat.

Nec exiſtimet quiſque hæredẽ impediri ob aditio-
nem quominus factum à defuncto impugnare [p]oſſit
ſi factum ſit fraudem: nam communis eſt reſolutio, ꝙ
hæres venire pôt contra id,qđ defunctus fecit,qñ id fa
ctum tendit ad fraudandum hæredem aliquo iure ſibi
66 competente,† l.2.vbi Bal.Bar.Caſt.& alij,C.ſi in frau.
patroni.Petr.& Cin.in l.1.C.eo.tit.in 1.oppoſ.Bal.in l.
1.col.4.C.de in offic.donat.vbi Sali.in 9.q.Caſt. in côſ.
197.vol.2.Tiraq.de retractu conſang.§.1.glo.9.nu.57.
Pariſ.conſ.33.nu.97.vol.3.Menoch.in conſ.89.no.18.
& nu.119.& procedit hoc non minus in feudali mate
ria,quam in alijs, vt per multas glo.probat Oſaſc.Pe-
dem.deciſ.180.nu.5.Bal.in conſ.115.vol.2. Iaſ. in conſ.
7.nu.27.vol.3.in conſ.64.num.12.eo.vol. vbi Becius in
addit. Tiraq.in loco præcitato. Menoch. in conſ.229.
nu.30.& ſeq.Decia.in conſ.117.nu.38.vol.3. at proxi-
mè ad caſum noſtrum dixit glo. in c.1.§.ſed,& ſi res,in
verſi.reſtituere,tit. per quos fiat inueſtitura, quod hæ-
res reuocare pôt infeudationẽ factam à defuncto ani-
67 mo ſe fraudandi. † eam ſequitur Iſer.ibi,nu.5.Bal.nu.
4.Aluar.col.4.ver.oppono cum gl.fin.Nardus ad Iſer.
ibi,in verſ.& erat hic infeudatus,& quod in feudo hę-
reditario hęres poſſit venire contra defuncti factum
fraudulentũ,affirmat Camer.d.c.Imperialem,in prin.
verſi.hinc certè etſi,fo.33.quare etſi regulariter tenea-
tur hęres probare factum defuncti,fallit tñ, qñ côtinet
fraudem,quia eſt nullum ; & nedum in feudis non eſt
contrariũ deciſum,ſed habemus ſpeciales deciſiones.
ea igitur alienatio tanquam ſi nunquam facta fuiſſet,
nô impedit has dominas ſorores ſuccedere in feudis.

Similiter inſtitutio facta de Maria non excludit eaſ
dem dominas ſorores, quoniam inſtituta fuit tanquã
filia, cum tñ non probetur eſſe filiam, nec aliunde id
ex aliquibus appareat,vnde corruit inſtitutio . quali-
tas enim quæ ſanguinem reſpicit, præſumitur eſſe fi-
68 nalis cauſa diſpoſitionis.† gl.in l.nemo,§.1. vbi Bar.&
alij,ff.de hęred. inſtit. Aret. qui bene declarat,in §.fin.
nu.3. Inſtit.de vulg.& ideo falſa cauſa ſeu demonſtra-
69 tio ſignificatiua conſanguinitatis,vitiat relictum, † l.
ſi pater,& l.nec apud,C.de hæred.inſt. Bar.in l.demon
ſtratio falſa,nu.7.ff.de hæred.inſtit.Aret. & Felin.in c.
per tuas,de probat.& in prædictis locis dicunt, quod
ſi inſtituat quis aliquem tãquam filium vel agnatum,
qui tñ non ſit talis, inſtitutio erit nulla, & côem dicit
Iaſ.in l.eam quam, C. de fideicom. & in conſ.127.nu.
10.vol.4.alios ego citaui in conſ.1.nu.6.& alios addit
Craſſus,in §.inſtitutio,q.29.num.4.Card.Mantica, de
coniect.vlt.volun.lib.4.tit.5.nu.3.Simon de interpret.
vltim.volun.lib.2.interpret.2.ſolut.2.nu.121.fol.mihi
137. Ceſſante igitur qualitate filiationis, deſtruitur
inſtitutio, & perinde habetur, ac ſi non eſſet facta, &
ſuccedunt ſorores non minus quam ſi D. Obertus ne-
minem inſtituiſſet, quia paria ſunt,non facere,vel nul
liter facere,l.quoties,vbi gl.& Doctores,pręcipuè Iaſ.
qui ſatiſd.cogant. & ideo teſtm̃ prædictum non nocet
ſororibus. ab inteſtato autem,vt ſupra dixi,in reſolu-
tione tertij fundamenti, non pôt illa ſuccedere, ergo
ceſſat omne impedimentum, & ſorores ipſæ ſunt ad
ſucceſſionem admittẽdæ. Quinimò,ſi Maria eſſet filia,
adhuc nô ſuccederet, quia ſpuria feudi incapax ſicuti
& hæreditatis allodialis,vt probaui loco ſupra relato.

Et quæ in contrarium dicta ſunt, ſpurium eſſe capa
cem feudi,quod pôt in extraneum alienari, procedit,
qñ eſt legitimatus, tunc enim quia per legitimationẽ
70 ſublata eſt macula ſpurietatis, admittitur . † ita lo-
quuntur Mart.Laud.& Soc.quos citat,& ſequitur Nat
ta,in d.conſ.156.in fine,ſed in facto non conſtat de le-
gitimatione,quæ ſaltem valida ſit, ergo Maria rema-
net in ſua incapacitate,& infamia. Secundo reſpôde-
tur, quod procedit contrarium, qñ agimus de feudo
acquirendo de nouo, quo caſu nô attenditur qualitas
71 inueſtiti,† c.1.§.perſonam,per quos fiat inueſtit. & in
his terminis procedit Deciſio Capic.32. nu.9. & Bec.
in conſ.18.vbi tenet hoc locũ habere,modo inueſtiens
ſciat, modo ignoret illum eſſe ſpurium, ſecus qñ agi-
mus de feudo per viam ſucceſſionis in aliquem tranſ-
ferendo. Et quamuis, vbi eſt ſimpliciter hæreditariũ,
vt qñ eſt côceſſum pro quib. dederit,vel pro quibuſcũ-
que hæredibus, vel qñ transferri pôt in q̃cunq; perſo-
nam,vt in facto præſenti fieri poſſit alienatio in extra-
neum,tñ intelligi debet de extraneo qui ſit habilis,&
aliâs capax feudi,non aũt eius q eſt incapax, & odio-
ſus legib.prout eſt ſpurius,concedens enim non vide-
tur de tali perſona cogitaſſe,l.ex facto,§. ſi quis roga-
tus,ff.ad Treb. & per hanc rationem Bal. in conſ.207.
vol.2.concludit,quod ſpurio relinqui non pôt feudum
alicui datum pro ſe,& hæredibus quibus vellet relin-
72 quere. † eum ſequitur Crau. in conſ.256.col.3. idem
voluit Becius,in d.conſ.18.nu.16.& 22.vbi cum Baldo
tranſit Gabr. conſ.83. in 2. vol. Quæ ſententia debet
multo magis procedere in patre, qui à lege etiam ex-
tra feudi materiam prohibetur aliquid relinquere fi-
lio ſpurio, vt dictum eſt, quam differentiam conſide-
rat ẽt Bal. in conſ.207. & ratio eſt, quia tali caſu duo
obſtant. Primum lex ciuilis quæ ſpurios à ſucceſſione
excludit. Secundum, lex feudi, quæ non admittit eiuſ-
modi perſonas,vnde,etſi ex inueſtituræ forma diſpen
ſetur aduerſus legem feudi, qñ conceditur pro ſe, &
quibus reliquerit, vel dederit, non tñ per hoc intelli-
gitur diſpenſatum aduerſus prohibitionem legis ci-
uilis,quę ſpurios repellit ab hæreditate parentum:qa
conceſſio intelligitur, quod relinquat illis quibus iu-
re ciuili conceſſa eſt ſucceſſio. qñ enim plura obſtant,
73 ſublato vno remanet alterum,† l. ſi non lex, ff. de hæ-
red.inſtitu.l.ſi domus,ff.de ſeruit.vrban.prædior.alios
citaui in conſ.50.nu.27.& qñ alicui conceditur facul-
tas teſtãdi, intelligitur,ſeruatis ſolennitatibus à iure
requiſitis,l.ſi qñ,C.de inoff.teſta.quinimo,in præſenti
facto præter duo ſupraſcripta, erat & tertium, quod
obſtabat, nempe, quod feudum fuerat conceſſum pro
deſcentib.legitim.hæred.quo circa,plurimum lędere-
tur lex côis, lex feudalis, & pactum inueſtituræ, ſi ad
ſpurium trãſirent feuda. Et ſat eſt,ꝙ ex pacto prędicto
ſublata fuerit vna ex multis improprietatib.oẽs enim
ſanari nô poſſunt ex generali quibus dederit, vel qui-
bus voluerit relinquere,vel pro hæredibus quibuſcũ-
que,

que, vt probatur ex doctrina Baldi in cap. 1. §. donare,
nu. 4. qualit. olim feud. potet. alien. vbi dicit, quod feu-
dum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, quam-
uis in quamcunque hæredum ſpeciem tranſire poſſit,
74 tamen non poteſt relinqui vxori, † quia duæ concur-
rerent improprietates: prima, quod eſt femina à feu-
dis regulariter excluſa: ſecunda, eſt extranea, quocir-
ca, licèt relinqui poſſit, vel viro qui ſit extraneus, vel
feminæ quæ ſit agnata, tamen dari non poteſt perſonę
quæ vtrunq; patiatur defectum. ſequitur ibi Laudenſ.
nu. 17. & Præpoſ. nu. 5. Ale. in conſ. 30. nu. 11. vol. 1. Bar-
bat. in conſi. 63. num. 7. vol. 1. eandem ſententiam am-
plectuntur Iacob. de S. Georg. Soc. Iaſ. Ruin. Rube. Pi-
cus, Bero. Brun. Natta, & Rolan. quos ſequitur Becius
in conſil. 28. nu. 14. & ſeqq. vbi communem profitetur
Tho. Marin. de feud. lib. 1. tit. 11. nu. 46. ſi ergo in pro-
poſito feudum dari non poterit filio ſpurio, qui duas
cõtinet improprietates. Et cum habeamus Baldi de-
ciſionem pro hac parte, non eſt ab ea diſcedendũ, præ-
cipuè, cũ illa ſit in fortioribus terminis, nempe, in ſpu
rio, nõ ipſius vaſalli, qui feudum poſſidet, ſed alterius
cui vaſallus lege ciuili non impediebatur relinquere
quantum vellet, ſoli enim patri interdictum eſt inſti-
75 tuere ſpurium, alijs autem eſt conceſſum, † vt per glo.
in §. fin. in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui. Bar. in l. Gal
lus, §. quod ſi is, ff. de liber. & poſth. vbi Iaſ. in prima le-
ctu. nu. 19. & 24. Pinell. latè in l. 3. nu. 20. ver. ea autem
deciſio, C. de bon. mat. Bertr. in conſil. 187. per totum,
vol. 3. Simon de interpret. vlt. volun. lib. 3. interpret. t.
dubit. 3. ſolut. 2. nu. 10. & ſeqq. & ſequuntur communi-
ter Doctores, quod ſi dicta clauſula non admittit ſpu-
rium cui aliàs lege permittente, vaſallus poſſet relin-
quere, multo minus admittetur ille ſpurius cui aliàs
vaſallus non poſſet ſecundum iuris ciuilis regulas re-
linquere, vt eſt Maria. quare etſi feudum ſtante clauſu
la prædicta poſſet relinqui extraneo, qui non eſſet de
agnatione, tamen non potuit relinqui ſpurio, quia eſt
plus odioſus legib. quam extraneus, vt ſup. probaui.

Quod ſi Maria eſſet legitimata, vt dicitur in facto
tranſmiſſo narratum eſſe in inſtitutione, vidẽdum eſ-
ſet, num ſit filia: rurſus, ſi legitimans habet facultatẽ,
& demum, ſi fuit in ſpecie ad feuda legitimata, qualia
hæc ſunt, & multa alia eſſent cognóſcenda, quæ omit-
to, quia ſupponitur non aliter de aſſerta legitimatio-
ne conſtare, quam ex aſſertione patris in teſtamento
facta quæ non probat, vt ſunt iura clara.

S V M M A R I V M.

1 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
2 *Nouatio primum debitum extinguit.*
3 *Depoſitarius poteſt re integra depoſitum reſtituere deponenti.*
4 *Depoſitum ad conſequendam actionem, vel impediendum curſum vſurarum, debet eſſe iudiciale.*
5 *Creditori datur vtilis actio aduerſus depoſitarium.*
6 *Probandi onus alleganti incumbit.*
7 *Nouationem allegans tenetur probare, quia non præſumitur.*
8 *Nouatio hodie non inducitur niſi expreſſè agatur.*
9 *Nouationem non eſſe inductam in dubio iudicandum eſt.*
10 *Pluralitas contractuum non præſumitur.*
11 *Reus damnatur ſuam exceptionem non iuſtificans, & in eadem exceptione dicitur actor.*
12 *Mandatum non præſumitur etiam ex longo temporis curſu.*
13 *Nouatio vt fiat, neceſſe eſt quod contentum in prima obligatione, repetatur, & transfundatur in ſecundam.*
14 *Nouatio non inducitur, quando noua obligatio continet ſolum cautionem primæ.*
15 *Nouatio non fit ex eo quod poſtea conuentum eſt pro executione, implemento, vel perfectione præcedentis contractus.*
16 *Dotis augmentum non dicitur noua dos.*
17 *Nouatio non inducitur quando aliquid immutatur in fauorem ſolius creditoris.*
18 *Obligatio præcedens non tollitur per ſequentem, quando ſe inuicem compatiuntur, niſi id fuerit expreſſè dictum.*
19 *Nouationi non eſt locus licet ſecundus contractus repetat id quod in primo continebatur, ſi in ſecundo aliud ei addatur.*
20 *Proteſtatio ius proteſtantis conſeruare ſolet.*
21 *Nouatio inducitur quando prima obligatio continet plus quàm ſecunda.*
22 *Nouationem allegare non poteſt, qui non adimpleuit promiſſa in tranſactione nouante.*
23 *Actus qui per ſe eſt nullus non inducit nouationem.*
24 *Actus validus qui non habuit effectum habetur pro nullo.*
25 *Nouatio non extenditur niſi ad ea ſuper quibus facta fuit expreſſè.*
26 *Voluntas tacita quæ ex actu colligitur, non extenditur vltra quàm ex ipſo actu de neceſſitate inferatur.*
27 *Suppoſitum vbi eſt falſum, non eſt locus diſpoſitioni.*
28 *Depoſitum iudiciale non poteſt à deponente reuocari iniuſſu iudicis.*
29 *Depoſitarius non liberatur ſi depoſitum ſine iudicis auctoritate reſtituat.*
30 *L. acceptam, in fi. C. de vſuris, quomodo intelligatur.*
31 *Confirmatio ſupplet defectum formæ, ſolennitatis, & perſonæ.*
32 *Confirmans actum nulliter factum, dicitur de nouo dare.*
33 *Actus tribuitur confirmanti non facienti.*
34 *Iudicis præſentia tribuit actui maiorem vigorem quàm ſi eſſet factus extra iudicium.*
35 *Oblatio facta in iudicio, habet vim depoſiti, quo ad quærendum actionem.*
36 *Inſinuationem actus corã ſe geſti operatur præſentia iudicis.*
37 *Impugnatio vbi non habuit effectum, vel contra eam fuit iudicatum, poteſt quis ſe iuuare ex eo quod paulò ante ſemel impugnauit.*
38 *Reuocari poteſt impugnatio quæ nunquam fuit acceptata.*
39 *Rom. in conſ. 287. reprobatur.*
40 *Deponens qui recuperat depoſitum, conueniri poteſt ac ſi non depoſuiſſet.*

CONSILIVM CCCLXXXV.

POST latam ſententiam ab Illuſtri
Collegio Papienſi vti Cæſareo dele-
gato, ſuper reſtitutione feudi, & bo-
norũ omnium Veſcouati, per quam
Illuſtriſs. DD. Marchiones de Gon-
zaga Carolus, Guido, Sfortia, Ior-
danus, & Fuluius condemnati fue-
re ad reſtituendum Perilluſtribus DD. Comitibus de
Gambara aureos quattuordecim mille, prædicti DD.
Marchiones depoſuerunt penes Do. Iac. Franc. Pec-
chium aureos vndecim mille, & vltra, ſoluendos, &
relaxandos eiſdem DD. Comitibus, pro executione
ſententiæ, ſed etſi multum fuerit inter partes diſce-
ptatum coram Illuſtriſs. Dom. ſupremo Cancellario
Ducatus Mediolani, cui Excell. eiuſdem ſtatus Gu-
bernator Cæſareus delegatus controuerſiam ſubde-
legauerat, tamen tandem ſecuta tranſactione, conue-
nere partes, quod depoſitum prædictũ relaxetur præ-
fatis DD. Comitibus, quibus tamen teneantur DD.
Marchiones ſoluere quidquid exigere non poſſent à
Dom. Pecchio; quare petentibus nunc Dominis Co-
mitibus depoſiti relaxationem, idemque inſtantibus
DD. Gonzagis, obijcit Pecchio depoſitum fuiſſe re-
ſtitutum, vel ſaltem nouatum, ex inſtrumento Mantuę
celebrato inter ſe, & DD. Gonzagas, in quo promi-

ſit mille aureos deponere ſuper Monte Pietatis,& tra
dere domus molendini , & aliarum terrarum poſſeſ-
ſionem,quæ appellantur *il giardino di San Braggio*.ſolu-
tione autem eius,quod debetur,tollitur omnis obliga
1 tio.† Inſt.quib.mod.tollit.oblig.in princ.l.ſi pupillus,
ff.ad leg.Falcid.& nouatio primum debitū extinguit.
2 † Bar.& alij in l.ſingularia,ff.ſi cer.pet.Soc.in l. q. vſū-
fructum,ff.de verb.obl.§.præterea,Inſt.quib.mod. tol-
lit.oblig.& non videtur dubitandum, quin re integra
depoſitarius potuerit depoſitum reſtituere deponēti,
3 † l.acceptā,in fine,vbi gl.Bar.& Bal.nu.5.Salic.num.2.
C.de vſu.Dec.conſ.543.nu.21. Neguz.de pig.in 2. par.
tertij mēbri,5.par.princ.nu.28.fo.mihi 376.Carocius
in tract.de oblat.tit.de obſignat.par.1. nu.9. fol. mihi
145.Tiraq.de retract.conuent.§.4.gl.9.nu.1.& quam-
nis per DD. Comites replicetur , id non procedere in
depoſito iudiciali,ſecundum Caſtr.in d.l. acceptā, ta-
men illud de quo nunc agitur fuit voluntarium: nam
nō interuenit iuſſus iudicis,nec à iudice fuit electa ip-
ſius depoſitarij pſona;quocirca,dici nō pōt iudiciale.

Præterea, Doctorea qui dicunt depoſitum reſtitui
poſſe re integra,intelligunt de iudiciali,quia non ali-
ter eſt validum depoſitum ad conſequendam actio-
4 nem, vel impediendum curſum vſurarum. † Bal. in d.
l.acceptam, nu. 2.vbi Alb.nu.8.Alex.conſi.75.num.6.
vol.7.Tiraq. de retractu conuent. §. 4. glo. 7. num. 11.
Carocius de depoſ.in 2. par. quæſt.69.

Rurſus mouentur Doctores ex textu, in d l. accep-
tam,quæ loquitur in depoſito facto iuſſu iudicis,& pe-
nes electum ab illo,Doctoris autem ſententia intelli-
gi debet iuxta legem quam allegat , quare Caſtrenſis
opinio videtur communi repugnare.

Verum præmiſſis non obſtantibus , verior eſt con-
traria ſnīa,quod imo D.Pecchius teneatur depoſitum
reſtituere DD.Comitibus, quia creditori datur vtilis
5 actio aduerſus depoſitarium,gl.† in d.l.acceptam , in
verſ.actione, vbi Bar.in fi.& Salic. in 2. q. Carocius d.
tract.de depoſit.in 1.par.in fi. & præcipuè in præſenti
facto ſtante laudo per quod à partibus approbatum
id expreſſe conceditur, qđ DD.Comites exigere poſ-
ſint;de allegata autem ſolutione, D.Pecchius nullam
fecit fidem , cum tamen probandi onus alleganti in-
6 cumbat,† l.1.C.de probat.gl.in l.2. in verſi.expellere,
vbi Bar.C.de iur.emphyt.alios citaui in cōſ.82.nu.18.
& in conſi.86.nu.1.& 2.ſic etiam qui allegat nouatio-
7 nem,tenetur probare,quia non præſumitur. † Alc.cō-
ſil.13.in princ.vol.2.Dec.in conſi.97.nu.5.plures alle-
gat Maſcard.in tract.de probat. concl.1112. in princ.
Menoc.de præſumpt.lib.3.præſumpt.134.in prin.Soc.
iun.in conſi.141.nu.18.in 1.Decia.cōſ.11.nu.35.& ſeq.
vol.1. & nunc minimè inducta cenſetur , niſi expreſſe
8 id actū ſit,† l.ſi.C.de nouat.vbi gl.& Doctores notant.
Bero.in conſi.197.nu.1. vol.1.Berret.in conſi.126. nu.
15.Rota deciſ.30.nu.2. in 2.par.in nouiſs.ēt ope exce-
ptionis Gaill.Obſeruat.Camer. Imper.lib.2. obſeru.
30.nu.1.Theſſaur.dec.Ped.125.nu.9.Maſcard.d.concl.
1111.in prin.Menoch.d.præſumpt.134.num.48.Gabr.
conſi.155.nu.17.in 1.conſi.170.nu.1.in 2.vol. Cæph.in
conſi.351.nu.23.Franch.dec.Neapo.15.nu.1.& quan-
do ſumus in dubio,ſemper iudicandum eſt nouationē
9 non fuiſſe inductam,† Alc.in cōſ.119.in fi.& dicit Bar.
in l.penult. ff.de prætor.ſtipul. quod procliuiores eſſe
debemus ad negandam quam ad inducendam noua-
tionem,Abb.in conſi.2.nu.10.vol.1.Maſcar.loco præ-
dicto,nu.1.in fi.tum quia mutatio voluntatis non præ-
ſumitur,l.eum qui voluntatem,ff.de probation.l.cum
hic ſtatus,ff.de donat.inter vir.& vxor.tum verò quia
10 pluralitas contractuum non præſumitur . † Bald. in l.
fin. in fine, C.de reb. credit. Iaſ. in l.eum qui, §.in po-
pularibus,nu.18.ff. de iureiurando.Crau.in conſi.112.
nu.4.alios addidi in conſi. 16.nu.9.& in propoſito no-
ſtro late Decian.d.conſi.11.nu.34.& ſeq.

His vero ſic pro fundanda Dominorum agentium
intentione præmiſſis,non reſiſtit quod reſtitutio facta
ſit depoſiti, quia in proceſſu nō reperio id probatum ,
ideo ſuper hoc non eſt diutius inſiſtendum,per ea quę
ſupra dicta ſunt, & ſicuti ſuccumbit actor nō probans
fundamentum ſuæ intentionis,l.qui accuſare,Cod.de
eden. ita damnatur reus , qui ſuam exceptionem non
11 iuſtificat,in ea enim dicitur actor,† l. 1. vbi Bart. ff.de
except.Corn.in conſi.223. col. 3. vol. 2. Pariſ.conſi.45.
in princ.vol.1.Rol.conſi.100. nu.21. in ſecundo.

Nouationem autem à D.Pecchio deductā ego non
video probatam , nec inſtrumentum ꝙ in proceſſu le-
gitur Mātuæ die 23.Nouembris 1591.celebratum, il-
lam probat:nā in primis ipſi DD.Gonzagæ non legū-
tur interueniſſe , ſed pro eis Mag. Do. Adherbal Ma-
nerbius,qui nō potuit eos obligare,vel eis aliquo mo-
do præiudicare,l.id quod noſtrum,ff.de reg. iur. & fa-
ctum vnius non nocet alij,l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de
pact.& quāuis dicat ſe procuratorem,tamen de man-
dato non conſtat, & illud non præſumitur etiam ex
12 longo temporis curſu.† Bal.in l.2.Cod.ſi ex falſ.inſtr.
Alex.in l.qui in aliena , in princ. ff.de acq.hæred.mul-
tos cumulaui in conſil.28. nu.80. & ſeq.latiſſimè Ma-
ſcard.in d.tractatu probat. concl.1006.

Secundo,ſi mandatū appareret, vel etiam ipſi DD.
Gonzagæ per ſe ipſos feciſſent conuentionem,de qua
in eo inſtrumento , non ēt inducta eſſet nouatio: quia
vt fiat nouatio,neceſſe eſt quod cōtentū in prima obli-
13 gatione repetatur in ſecūda,† & transfundatur in ſe-
cundam,l.1.ff.de nouatio.Hæc enim eius eſt definitio.
Azo.in Sum.C.de nouat.in prin. Sebaſt.Medic.in tra-
ctat.definit.par.2.c.63. nu.12. ideo Aret.in conſil.21.
col.1.dicit,quod ſi prima obligatio nō reaſſumitur in
ſecunda,nō inducitur nouatio. atq; id probat multis
modis Alex.conſi.13.nu.15.vol.2. Gabr.in conſi.170.
num.4. vol.2. in eo autem inſtrō prima obligatio non
reducitur ad ſecundam , quia nulla fit promiſſio eius
quod cōtinebatur in primo inſtrō,ſed donec illud de-
ponatur,vel reſtituatur promittit Dominus Pecchius
tradere poſſeſſionem domus , & terrarum ibi deſcri-
ptarum;bene poſſet dici nouata prima, ſi Pecchius in
eo inſtrō confiteretur ſe in depoſitum habuiſſe tot au-
reos,eoſq; promitteret reſtituere, ſed de prædicta re-
cognitione contenta in primo inſtrumento, non eſt
facta noua aliqua confeſſio , ergo non eſt nouata .

Tertio, quando noua obligatio continet ſolum cau
14 tionem primæ,non inducitur nouatio. † Bart.in l.Ti-
tius,ff.de fideiuſſor.vbi qui promiſerat centum,& de-
derat fideiuſſores,ſi ex poſt pro ea obligatione nouos
accipiat fideiuſſores , non liberat primos . idem dicit
Bar.in l.Valerianus,ff.de prætor. ſtipul.atque ibi not.
Angel. ſequuntur Imola in l. qui vſumfructum , ff. de
verbor.obligat.Soc.qui latè exornat in conſi.21.col.fi.
volum.1.Caſtr.& Alexand.in l.3.§.ſi ex conuentione ,
ff.de re iudic. vbi dicunt nouationem non oriri ex eo
quod geſtum eſt pro cautione præcedentis cōtractus,
Iaſ.in l.qui bis idem,num.4.ff.de verbor.oblig.Afflict.
in conſtit.Regni,lib.2.Rubr.10.num.10.vbi neminem
allegando prædictorum, dicit ſe in facto reſpondiſſe ,
qđ fiſcus qui à delato recuperat fideiuſſores , licet in
progreſſu cauſæ alios recipiat, non tñ liberat primos.
& dicit Bal.conſi. 266.in princ.& 318.num.3.& 4. vo-
lum. 1. quod ex acceſſione cautionis non fit nouatio.
Siluan.in conſi.24.num.11. verſ.nec ad hoc obſtat, &
nu.12. vbi dicit, neceſſe eſſe , quod fiat obligatio coæ-
qualis primæ,& clarius loquit̄ nu.4. Andr.Gail.lib.2.
obſeru.

obſeru:Imper.Cam.36.nu.6.vbi hoc infert ex generali Regula,quod nouatio non inducitur niſi actu ſit expreſſe. Maſcar.in d.concl.1111.nu.14. & ſeq.vbi dicit, neq; principalem debitorem,neque fideiuſſores liberari. Menoch.d.præſumpt.134.nu.12.& ſeq.Rota dec. 30.nu.3.in 2.par.in nouiſs.vbi dr̃, quod acceſſio fit ad maiorem cautelam,ideo Gab.d.conſi.170. ait,qđ datione noui fideiuſſoris nõ liberatur primus,præcipuè qõ ſecundus datus eſt ſub diuerſa conditione. in propoſito autem facto data eſt noua cautio, donec depoſitum reſtitueret,obligatio aũt depoſiti nõ fuit in aliquo alterata,ſed remãſit intacta, & recognitio depoſiti promiſſioq; de illud ſoluendo, vel reſtituendo quæ cõtinetur in primo inſtr̃o, eſt quid diuerſũ à datione pignorũ promiſſa in ſecundo inſtr̃o,donec depoſitum redderetur, ergo de vno non poteſt ad aliud inferri.

Confirmatur hæc reſponſio, quoniam non fit nouatio ex eo quod poſtea conuentum eſt pro exequutione pręcedentis contractus,vel pro eius implemen-
25 to vel perfectione.† Bar.in l.ſingularia,num.10.verſi. quandoque præcedit,vbi Ale. Iaſ.Dec.Purpur.Bolog. & Curt.iun.ff.ſi cer.pet.quos omnes citant,& ſequuntur Menoc.pręſumpt.134.nu.26.& ſeq.Cra.conſ.436. nu.7.vbi probat,quod nõ dicitur nouus actus ille,qui fit pro executione antiqui,& in cõſi.666.nu.5.probat quod promiſſio facta inter viuos,non dicitur innouata per legatum factum pro executione promiſſionis. Cæph.in cõſi.351.nu.23.& ſeq.vbi in pulchro caſu dicit nouationem non eſſe factam.Decia.d.conſi.11. nu. 51.ea vero promiſſio pignorum facta fuit pro executione depoſiti, quia Domini Gonaagæ ex ea debebãt retinere pignora penes ſe, donec depoſitum reſtitueretur,ergo cauſare non debet nouationem.

Accedat quod potius videtur hoc additum priori obligationi,vt traderentur pignora tenenda vſque ad depoſiti reſtitutionem, q̃ quod partes voluerint primam obligationem transferre in ſecundam, ergo nulla facta eſt nouatio: hinc dicimus, dotis augmentum
26 non dici nouam dotem,† l.ſi proprietas,ff.de iur.dot. l.etiam,C.eod.& dicit tex.in l.4.§.ſi ex conuentione,ff. de re iud.quod addendo aliquid rei iudicatæ,non videntur partes recedere à re iudicata,& pluribus iuribus oſtendit Decia.in d. conſi.11.nu.23.& multis ſeq. vol.1. quod ſi quid additur antiquæ conuentioni, non per hoc noua inducitur conuentio,nec derogatur antiquæ,& reſpondet quibuſcunque contrarijs.

Quarto,nouatio non inducitur,quando aliquid immutatur in fauorem ſolius creditoris:quia tunc nõ eſt veroſimile qđ creditor velit à priori cautione recede-
27 re,† & inducta in fauorem, operari non debent contrarium,l.quod fauore,C.de legib.& in propoſito nr̃o ita vult Soc.in conſ.21.nu.3.in fi.& col.fi.in fi.vol.1.vbi mouetur: quia recedere à tutiori obligatione, nihil aliud eſt,q̃ iactare ſuum.Dec.conſi.97.nu.5.ver.comprobaſ. Ripa in l.ita ſtipulatus, nu.64. ff.de verb.obl. vbi loquitur, qñ nouatio inducatur ꝑ pœnæ adiectionem.ſequitur Purpu.in conſ.557.nu.28.Silua.cõſi.24. nu.5.Crau.in conſi 593.nu.2.verſ.tertia conuẽtio, vbi negat nouari pręcedentem obligationẽ à ſubſequenti cautione appoſita in fauorẽ creditoris. Decia.d.conſ. 11.nu.33.vbi quod non præſumitur nouatio, quando actus tenderet ad præiudicium creditoris ſi eſſet nouatio. & ante eum hoc voluit Dec.in conſi.97. num.5. Rota dec.456.nu.2. in 1.par. in nouiſs.ſed eſſet valde pręiudicialis D.Gonzagis,ſi eſſet inducta nouatio:qa de obligatione ſoluendi, vel reſtituendi depoſitum in primo inſtr̃o contenta,nullum factum eſt verbum, & nulla promiſſio, cum tamen veriſimile ſit, quod cautionem exegerint, vt facilius depoſitũ reſtitueretur.

Quinto præcedens obligatio non tollitur per ſequẽtem,quando ſe inuicem cõpatiuntur,niſi id fuerit ex-
28 preſſe † dictum,ita Bal. in l.fi. in princ. C.de nouatio. Dec.in conſi.463.nu.4.Alex.in conſi.193.num.3.vol.6. Cagnol.in l.ſingularia,nu.120.ff.ſi cer.pet.Bero.conſi. 205.nu.13.in 3.vol.Maſcar.de probat.cõcl.1111.nu.23. Menoch.d.præſump.134.nu.39.Decian.d.conſ.11.nu. 69.vol.1.Rota dec.262.nu.5. in 2.par.in nouiſs.Rim. in conſ.738.nu.24.conſi.779.nu.79.at in caſu præſenti,inſtrumenta ſe compatiuntur,quandoquidẽ in primo confitetur habere penes ſe depoſitum, & promittit illud reſtituere. in ſecundo autem promittit dare poſſeſſionem domus,& terrarum S.Blaſij, donec reſtituat depoſitum,hæc enim nõ ſunt contraria, ſed ſimul ſtare poſſunt,nec vnum confundit aut tollit alterum. Nec dicatur,quod cum depoſitum factum eſſet,vt per illud ſatisfieret D. Comitibus de Gambara, non debuerunt D. Marchiones Gonzagæ curare quod fieret eius reſtitutio alij quã dictis Comitibus, & quidquid in contrarium contraxerunt videtur depoſito repugnare. reſpondeo enim,quod in inſtrumento vltimo, non fuit cautum,quod depoſitum reſtituatur D.Gonzagis,ſed ſolum dictum quod tradatur dictorum bonorum poſſeſſio, donec Pecchius deponeret dictam quantitatem, vel pro ea cautos redderet, ita cantant inſtrumẽti verba,directa omnia, vt in tuto poneretur pecunia, quæ penes ipſum Pecchium erat perditioni ſubiecta,labebatur enim facultatibus, & efficiebatur non ſoluendo,atq; ideo curarunt ſibi cauere,ſua enim intererat depoſitum illud conſeruari,& non perdi, ne forte Dominis Comitibus poſtea tantumdem cogerentur refundere cum graui eorum iactura.

Sexto,quamuis nouatio fiat quando ſecundus contractus reperit id quod in primo continebatur, tamẽ ſi in ſecũdo adſit quidem illud eidem,ſed aliud etiam
29 addatur,tunc nouationi non eſt locus.† Ang.in l.pen. col.2.ver.quintus caſus eſt.atque ibi Imola,ff.de prætor.ſtipulat.Soc.in conſi.21.nu.7.vol.1.Menoc.d.præſumpt.134.nu.10.in facto verò noſtro id additum eſt, quod traderetur poſſeſſio illorum bonorum, & ideo ſi principalis obligatio fuiſſet repetita, prout verè non eſt,adhuc nulla extaret nouatio.

Septimo,in eo quoque inſtrumento extat proteſtatio, quod ea promiſſio fiebat circa præiudicium iuriũ partium, quæ proteſtatio ius proteſtantis conſeruare
30 ſolet,† l.4.§.1.vbi Bar. ff.quib.mod. pign. vel hypoth. ſol.gl.in l.item Labeo,in ver.pure,ff.fam.erciſc.Caſtr. in l.1.nu.7. ff.ad leg. Falcidiam. Soc.in conſi.44.nu.4. vol.4.Iaſ.in l.ſi fundum per fideicommiſſum,nu.17. ff. de leg.1.Dec.in conſi.42.in fi.& cum nouatio pendeat plurimum ab ipſorum contrahentium voluntate, vt ꝑ Doctores,in d.l.fin.C.de nouat. non poteſt melius demonſtrari, quod abſit voluntas nouandi, quam per contrariam proteſtationem, & fere in noſtris terminis extat Rota Romana, in deciſ.30. num.2. verſ.tum quia apertè,in 2.parte,in nouiſſimis.

Octauo quãdo prima obligatio continet plus quã
31 ſecunda,non inducitur nouatio.† Bar.in l.1.§.ſecũdo, ff.de prætor.ſtipul.Abb.in conſ.14.col.2.vol.2.Ang.in d.l.pen.ff.de prætor.ſtipula.Soc.in conſi.21.nu.8.vol.1. Crau.in conſi.594.num.2.Siluan.in conſil.62.num.21. Decian.in conſil.11.nu.70. vol.1. & ratio eſt,quia non eſt veriſimile, quod velit quis iactare ſuum. at in ſecundo inſtrumento nulla adeſt promiſſio circa depoſiti ſolutionem,vel etiam reſtitutionem,& nihil extat per quod probetur obligatio Pecchij, ergo longè minus continet inſtrumentum ſecundum, quàm primum, & conſequenter non poteſt allegari quod ſecundum nouauerit primum.

Poſtremo, Pecchius qui ſecuodum inſtrumentum
non obſeroauit, quia neque aureos mille depoſuit, ne-
que dictorum bonorum poſſeſſionem tradidit, nō po-
teſt ſe ex eo iuuare, ad probandum nouationem, l. qui
fidem, ff. de tranſact. l. cū proponas, C. de pact. per quæ
iura ita dixit in terminis Soc. in d. conſi. 21. in fi. verſi.
tertio reſpondetur quod, vol. 1. vbi tenet, quod qui nō
adimpleuit promiſſa in tranſactione oouante, nō pōt
22 allegare nouationem. † Rim. idem dicens, in cōſ. 201.
nu. 26. ſic itaq; cum Pecchius nihil præſtiterit eorum
quæ promiſit, non poteſt ioniti illi cōuentioni cui ipſe
contrauenit. Facit reg. ex eo, de reg. iur. in 6. ſic dice-
mus, quod actus qui eſt nullus, oō inducit nouationē.
23 † Alex. cōſ. 193. nu. 4. vol. 6. Purp. in l. pacta nouiſſima,
nu. 14. C. de pact. Grat. in conſi. 123. nu. 17. vol. 2. Rim.
conſi. 201. nu. 25. & in cooſi. 520. ou. 28. Menoc. d. præ-
ſumpt. 134. nu. 45. & actus etiam validus qui nullum
24 habet effectum, habetur pro † oullo. Iaſ. in l. fin. ff. de
off. aſſeſſ. Burſ. conſi. 81. nu. 4. dixi in conſi. 3. nu. 30.

Et vbi etiam conſtaret vigore dictę vltimę promiſ-
ſionis, Pecchium vel ſoluiſſe, vel depoſuiſſe, qđ tamen
negatur, & nunquam apparebit, eſſet inducta noua-
tio in eo tantum quod reperiretur ſolutum, vel depo-
ſitum, & non in alijs, vt probat tex. in l. alumnæ, §. qui
filias, ff. de adim. legatis, per quē ita dixit Signorol. in
conſi. 24. nu. 2. Bero. in conſi. 178. nu. 4. vol. 1. vbi dicit,
quod nouatio non extenditur niſi ad ea ſuper quibus
25 expreſſe facta fuit; † & facit quia per ſcđm contractū
cenſetur ſolum receſſum à primo in ea parte in qua ſe
inuicem non cōpatiuntur, alios allegat Gabr. loquen-
do de nouatione in d. conſi. 170. nu. 5. & ratio eſt, quia
ſtare non prohibetur quod correctum non reperitur,
l. præcipimus, C. de appellat. & voluntas tacita quę ex
actu colligitur, non extenditur vltra q̃ ex ipſo actu in-
26 feratur de neceſſitate. † Bar. io l. 1. §. hoc interdicto, ff.
de itine. actuq; priua. alios citaui in conſil. 52. nu. 73.
at in eo quod non fuit reſtitutū vel ſolutum, nō poteſt
cadere voluntas oouandi, ergo non etiam nouatio.

His aūt ſtantibus nō eſſet quærendū, an depoſitum
prædictum potuerit reſtitui, quia non reperitur facta
fuiſſe reſtitutio, & quęſitum ſupponit reſtitutionē, vbi
27 aūt ſuppoſitū eſt falſum, nō eſt locus diſpoſitioni † gl.
in l. mācipia, in ver. auocandū, C. de ſeru. fugitiu. mul-
tos ego allegani in cōſ. 150. nu. 78. ſed vt omni in par-
te ſatisfiat Illuſt. D. Subdelegato, dico, quod etſi regu-
lariter poſſit deponenti reſtitui depoſitum, tñ hoc fal-
lit in depoſito iudiciali, quia illud non poteſt ab ipſo
28 deponente reuocari iniuſſu † iudicis, l. ſi oleū, in prin.
vbi gl. Bar. Bal. & alij, ff. de dolo malo. & eſt ratio, quia
eadem requiritur ſolennitas in diſſoluendo, quæ in-
teruenit in cōtrahendo, vt in l. ſi proponis, C. de nupt.
Auth. Cōtra ſi filij, C. de diuort. & per hanc rationem
concludit in terminis Caſtr. in l. acceptam, nu. 3. C. de
vſur. quod ſi depoſitarius reſtituat depoſitum ſine iu-
29 dicis authoritate, nō liberatur. † & idē probauit Rom.
in cōſ. 287. Tiraq. de retractu conuent. §. 4. gl. 9. nu. 2. &
hoc idem voluiſſe vř Bal. in l. fi. nu. 7. in fi. ver. item no-
ta, quod ſufficit depoſitario, C. de bon. auth. iud. poſ-
ſid. Pariſ. ad Bar. in d. l. accepta, nu. 5. & Salic. ibi nu. 2.

Hæc autem limitatio non eſt contraria textui in l.
acceptam, in fi. C. de vſur. quia text. non dicit quod li-
ceat depoſitario reſtituere depoſitum, ſed quod debi-
tor non poteſt facto depoſito conueniri à creditore,
niſi in caſu quo depoſitum receperit; quod eſſe poteſt
30 de facto, non de † iure, ita Bal. ibi, nu. 5. verſi. ſi autem
eam. & idem dicit Salic. ibi, nu. 2. intelligēdo de recu-
peratione facti, non iuris. Secundo reſpondetur, quod
ſi Bartol. ibi ſenſit contrarium, eius opinio eſt falſa, &
contra eum ſtaot Caſtr. Rom. Salic. Bald. Pariſ. & Ti-
raq. quos ſupra proximè citaui, quia factum authori-
tate iudicis, non rectè diſſoluitur niſi eadem interue-
niēte authoritate, vt per Caſtr. d. l. acceptam, nu. 3. qui
dum textus loquitur de reſtitutione depoſiti, intelli-
git ſi facta ſit iuſſu iudicis, quę intelligentia admitti ēt
debet vt concilientur contrariæ Doct. ſententiæ. cum
eñ textus loquitur de reſtitutione, iotelligi dēt de ea
quę facta ſit legitimè, ſcđm regulam, quod oīa ſuppo-
nūtur habilia, cum de vno diſputamus, §. in extraneis,
Inſt. de hæt. qualit. & differ. l. qui in teſtō, in princ. ff. de
teſtam. c. 2. de æta. & qual. in ſexto. & hoc modo etiam
reſpondetur ad aliud obiectum, quo dicebatur, Docto
res dicētes depoſitum repeti poſſe, nō aliter intelligi
poſſe, quàm de iudiciali, ex quo non valet depoſitum
niſi factum ſit iuſſu iudicis, Salic. l. 1. in fi. C. qui pot. in
pign. habe. fol. 108. vt per Albe. d. l. acceptā, nu. 8. Bal.
nu. 2. Ale. conſi. 75. nu. 6. vol. 7. Rol. in conſi. 63. nu. 1. &
32. vol. 1. Menoch. de arbitr. iud. caſu 232. nu. 8. Caroc.
de depoſi. par. 2. q. 69. folio 118. nam etiam illi loquen-
tes de repetitione, intelligi debent accedente iudicis
authoritate, ſed fruſtratoria eſt huiuſmodi diſceptā-
tio: quia in iudicijs ſeqni debemus Doctorum ſenten-
tias, & deciſiones, quæ in terminis definiunt contro-
uerſias; & ideo cum clara ſit Caſtr. & aliorum deciſio,
non eſt per argumenta ab ea diſcedendum.

Et quamuis depoſitum oon fuerit factum iuſſu iu-
dicis, nec à iudice fuerit à principio electa depoſitarij
perſona, & conſequenter videatur depoſitum non eſſe
iudiciale, & ceſſare rationes quare depoſitarius nō po
teſt ſine iudice vel eius iuſſu reſtituere depoſitū, tamē
res aliter ſe habet: nam depoſitum prædictum fuit ab
Illuſtriſs. ſupremo Cācellario Filiodomo Subdelega-
to approbatum, & confirmatum in ſua ſententia lata
die octaua Auguſti 1591. in primo capite, dū mandat
Dom. Comitibus de Gambara relaxari depoſitum. &
circa fin. verſic. & dictis liquidationibus, vbi mandat
eiſdem Dom. Comitibus pro reſiduo eorum crediti
ſatisfieri ex dicto depoſito apud Pecchiū facto, & cō-
cedit eis executionem contra præfatum Pecchium, &
habēdum eſt, ac ſi eius iuſſu à principio factum eſſet:
quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatem no-
ſtram impartimur, l. 1. §. omnia enim, C. de veter. iure
enucl. & confirmatio ſupplet defectum formæ, defectū
31 ſolennitatis, & † perſonæ, Bald. in l. fin. ff. de teſtam.
tutela. & confirmans actum imperfectum, videtur il-
lum perficere, §. interim, in Auth. de defenſ. ciuit. & qñ
actus eſt nulliter factus, tunc confirmans dicitur dare
32 de nouo, † §. fin. vbi gl. & Bal. Inſtit. de tutel. l. adoptio,
la ſeconda, vbi Ang. not. ff. de adoptio. Marſ. ſing. 196.
Pariſ. latè in conſi. 3. nu. 40. & ſeq. vol. 4. & dicit Crot.
in l. omnes populi, nu. 116. ff. de iuſt. & iure, quod con-
firmans videtur actum facere, & actus tribuitur cōfir-
33 manti, non facienti, † cap. ſi Apoſtolicæ, de præben. in
6. Nat. in conſ. 669. nu. 16. & ideo dicit Bar. in l. fi. C. de
defenſ. ciuit. quod ſi quis fuit electus ab vno, & confir-
matus ab alio, non poteſt renunciare niſi in manibus
cōfirmantis. ſequitur Iaſ. in l. more, nu. 31. ff. de iuriſd.
om. iud. hinc dixit idem Bar. in l. omnes populi, nu. 33.
ff. de iuſt. & iure, quod etſi vniuerſitas poſſit ſuum ſta-
tutum reuocare, tamen hoc fallit, quando fuit à ſupe-
riore confirmatum: quia inferior non tollit actum ſu-
perioris, c. cū inferior, de maior. & obed. & quia eadē
ſoleonitas requiritur. in deſtruēdo quæ in conficiēdo.
Bar. Bal. Alex. & Iaſ. in l. omnium, C. de teſtam. Dec. in
conſi. 261. num. 8. Bello. in conſi. 37. nu. 9. quæ rationes
optimè conueniunt caſui noſtro, quia propter con-
firmationem iudicis quæ acceſſit, non potuiſſet Pec-
chius reſtituere depoſitum, niſi iudicis interueniente
iuſſu, vt dictum eſt. Accedat, quod ſuccedente iudicis

appro-

approbatione, militant omnes rationes ad impediē-
dum reſtitutionem, quæ militant quando à principio
factum fuiſſet iuſſu iudicis, & ipſo eligente.

Præterea, depoſitum prædictum tanquam factum
in iudicio, pręſente, ſciente, & tolerante iudice, haberi
debet pro iudiciali, non minus quam ſi mandante iu-
dice ipſoque eligente, factum eſſet: nam pręſentia in-
dicis tribuit actui maiorem vigorem quam ſi factus
34 eſſet extra iudicium, † l. pacta nouiſſima, C. de pactis,
vbi Bald. & alij omnes pręcipuè Iaſ. nu. 5. & Dec. nu. 6.
Menoc. in tract. præſump. lib. 2. præſumpt. 62. Crau. in
cōſi. 339. nu. 2. ideo videmus quod oblatio facta in iu-
35 dicio vim habet depoſiti ad actionē quęrendam, † gl.
Bar. & Caſt. in l. ſi rem, §. fi. ff. de pign. act. Bar. & Caſtr.
in l. ſi debitor, ff. de ſolut. Bero. conſi. 196. num. 2. vol. 1.
Natta in conſi. 631. nu. 2. Crau. conſi. 331. nu. 14. & 17.
Rol. conſi. 7. nu. 29. vol. 3. Cæph. conſ. 207. nu. 54. & illo
caſu præſentia iudicis operatur iuſſum, & electionē,
imo confirmationem, vt probatur ex ijs quæ notant
Doctores in l. omnium, vbi Bar. C. de teſta. vbi volunt,
quod præſentia iudicis operetur inſinuationem actus
36 coram ſe geſti, † l. 3. vbi Bal. C. de diuerſ. reſcript. Alc.
in conſi. 20. nu. 6. vol. 3. Pariſ. conſi. 96. nu. 40. vol. 1.

Nec reſiſtit, quod Domini Comites à principio re-
cuſauerint recipere depoſitum, illudque impugnaue-
rint, quia reſpondetur, quod potuerunt moram pur-
gare, & pœnitere, & conſequenter depoſitum appro-
bare, & illud recipere, vt in terminis dixit Rom. conſi.
287. & eſt regulare, quod vbi impugnatio non habuit
effectum, vel contra eam fuit iudicatum, poteſt quis ſe
37 iuuare † ex eo quod ſemel impugnauit. Din. in c. ex
eo, de reg. iur. in ſexto. Gabr. commun. opi. lib. 6. tit. de
reg. iur. concl. 1. num. 52. & præterea poſt impugnatio-
nem ſuperuenit expreſſa iudicis approbatio, de qua
in ſententia Dñi Fillidomi, & ex ſuperuenienti cauſa
potuerunt D. Comites diſcedere ab impugnatione, c.
2. de iur. iur. & demum ſua impugnatio nunquam fuit
38 acceptata, ergo potuit reuocari. † Rui. conſi. 21. col. 3.
vol. 1. Gabr. loco prædicto, in fine. Faciunt quæ ego po-
ſui in conſi. 136. nu. 35. & ſeq. vbi probaui, quòd reuo-
cari poteſt renunciatio nondum acceptata.

Demum non repugnat quod etiam in iudiciali de-
poſito facta recuperatione, vel reſtitutione, depoſita-
rius ſolum teneatur in ſubſidium, vbi debitor non ſit
ſoluendo: nam in cōtrarium ſtant omnia iura quæ di-
cunt depoſitarium nō liberari; ſed conueniri poſſe qñ
reſtituit iniuſſu iudicis depoſitum iudiciale, & quod
39 conueniri poteſt vtili actione. † Et q̃uis Rom. in con-
ſil. 287. dicat, quod tenetur in ſubſidium, tñ nihil alle-
gat, & cōtradicit alijs, ideo de eo nō eſt curandū, ſicut
nec de Caroc. qui illū refert in d. tract. depoſiti, par. 1.
verſ. ſi ſequeſter ſuum officium, nu. 9. fol. 18. bene verū
eſt, quod deponens qui recuperat depoſitum cōueniri
40 pōt, ac ſi non depoſuiſſet, † vt per gl. in d. l. acceptam,
vbi Bart. nu. 4. Bal. nu. 5. Salic. nu. 23. Alber. nu. 10. Sa-
lic. in l. 1. in fi. C. qui potior. in pignore habe. Tiraq. de
retract. conuent. §. 4 gl. 10. nu. 1. Decia. in conſi. 61. nu.
22. vol. 5. ſed creditor eligit quem vult. & poteſt, con-
tra quem ipſorum malit agere. Et omni caſu ſuſtineri
poteſt dictum Rom. ſi intelligamus quod agendo cō-
tra principalem, non ſibi præiudicet quin eo exiſtente
non ſoluendo, conueniat etiam depoſitarium.

Sed ex abundanti dicta ſunt hæc omnia: quoniam
nulla fuit facta reſtitutio depoſiti.

S V M M A R I V M.

1 *Filij eius qui commiſit crimē læſæ maieſtatis, non ſuccedunt patri, nec auo, nec quibuſcunque proximioribus.*

Lib. III. Conſ. Io. Petri Surdi.

2 *Hereſis crimen eſt merè eccleſiaſticum, ideo lex Imperialis diſponens in materia hæreſis, non attenditur.*
3 *Leges ciuiles in quantum hæreticos perſequuntur, fuerunt approbatæ à iure Canonico.*
4 *Filij damnati de hæreſi, non admittuntur ad beneficia eccleſiaſtica, vel dignitates.*
5 *Hæretici filij non perdunt adepta beneficia, & quæſitas dignitates ante hæreſim paternam.*
6 *Illegitimi etiam filij hæretici, non admittuntur ad dignitates & beneficia eccleſiaſtica.*
7 *Hæretici filij ſunt incapaces dignitatum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, ſiue ante, ſiue poſt paternum delictum ſint procreati.*
8 *Hæretici filij non ſuccedunt patri, nec auo, nec alijs proximioribus, prout non ſuccedunt filij committentium crimen læſæ maieſtatis.*
9 *Relapſus non poteſt dici incorporatus eccleſiæ.*
10 *Erubeſcimus cum ſine lege loquimur.*
11 *Filius ortodoxus admittitur ad ſucceſsionem hæretici, per iura ciuilia quæ poſtea fuerunt correcta.*
12 *Hæretici filius non admittitur ad ſucceſsionem patris etiam de iure Canonico.*
13 *Hæreticis filijs reſeruatur ſucceſsio ſaltem quo ad legitimā, & alimenta, ſecundum aliquos Doctores.*
14 *Filius non excluditur à ſucceſsione patris hæretici, qui hæreſim retractauit, & fuit admiſſus ad ſacramēta eccleſiaſtica.*
15 *Relapſus admittitur ad pœnitentiam, quo ad animam, & conuerſio ſibi non minus prodeſt quam ei qui antea non remittatur ei pœna.*
16 *Nepos qui patrem habet hæreticum non prohibetur auo fideli ſuccedere.*
17 *Filios committentis crimen læſæ maieſtatis, ne poſsit auo vel alijs proximis ſuccedere hodie ex conſuetudine nō ſeruatur.*
18 *L. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. pœna reſpectu filiorum continent odium irrationabile.*
19 *Incluſio aliquorum, eſt aliorum excluſio.*
20 *Eccleſia eſt cultrix, & nutrix.*
21 *Pontifex eſt beneficiorum dominus, & in eis habet latiſſimas habenas.*
22 *Clericis beneficia ſtatutorum ſuorum poſſunt laici denegare.*
23 *Scriptura aliqua vtens, eatenus videtur illam approbare quatenus ea vtitur, non vltra.*
24 *Gratianus ſua auctoritate legem ciuilem canonizare, aut approbare non potuit.*
25 *Opinio illa quæ diſtinguendo contrarias conciliat ſententias, eſt tenenda.*
26 *Hæreticus qui conuertitur ad fidem euitat cōdemnationem, & ei reſtituuntur bona.*
27 *Confiſcata bona recuperat hæreticus poſt ſententiam conuerſus.*
28 *Interpretatio ſtricta fieri debet, vbi agitur de pœna.*
29 *Pœnæ non eſt locus niſi in caſibus à iure expreſsis.*
30 *L. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. diſpoſitio, non extenditur de perſona ad perſonam, nec de caſu ad caſum.*
31 *Extenſio non fit in pœnalibus, quantumuis odium ſit rationabile.*

CONSILIVM CCCLXXXVI.

REQVISITVS quæ mea ſit ſententia circa articulum an nepotes ex filio hęretico qui tanquam relapſus traditus fuit curiæ ſæculari, & igne concrematus, licet ad fidem conuerſus pęnituerit, & ad ſacra confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta admiſſus fuerit, ſuccedere poſſint auo ab inteſtato defuncto non parum dubitaui: nam in crimine læſæ maieſtatis humanæ clara ſunt iura, quod filij non modo patri non ſuccedunt, ſed ab aui-

Digitized by Google

ta,& quorumcunque proximorum ſucceſſione haben-
1 tur alieni,† l.quiſquis,§.filij vero,C.ad leg. Iul. Maie-
ſtar.vbi notant omnes,præcipuè Cin. Alber.Salic. An-
gel.& alij Doctores,in c.ſtatutum, il ſecōdo, de hæret.
in 6.Gigas de crimin. læſæ Maieſtat.lib.3.tit.de pœn.
quas filij,c.1.nu.4. Decia.in tract.crim.lib.7. c.41. nu.
2.vbi ſuſtinet legem illam incorrectam eſſe, quamuis
aliter ſenſerint Budæus, & nonnulli alij. quod ſi id in
læſa maieſtate humana procedit, quanto magis obti-
nebit in diuina,cōtra quam maior eſt offenſio, & ma-
ius committitur delictū,vnde Butrig.in l.Manicheos,
C.de hęret.dicit,filios in crimine hæreſis non differre,
ſed eodem modo tractandos quo habētur in crimine
læſæ humanæ maieſtatis. ſequitur Fel. in c. vergentis,
in fine,de hæret.Carrer.in tract.de hæretic. num.141.

Præterea in filio hæretici extat expreſſa conſtitutio
Federici Imperatoris,filios præcitatos repellēs à prę-
dictis ſucceſſionibus,vt eam refert ad verbum Cin.in
d.l.quiſquis,in fine,& licet lex Imperialis diſponēs in
materia hæreſis,non ſit attendenda, ex quo delictum
2 eſt merè Eccleſiaſticum, & ad Eccleſiam pertinet, † c.
accuſatus,§.ſacerdotes,de hæret. c.fi.de immun.Eccl.
c.nouerint,de ſenrent.excom.& clarius in c.ſtatutum,
il primo,de hæret.in 6.& ibi Anch.in 2.& 3.notab.Ge
min.in 1.oppoſ.& Franch.tamē hoc eſt verum, quate-
nus lex ciuilis contradiceret legi Canonicę:at in quā-
tū hæreticos perſequitur,leges ciuiles fuerunt appro-
3 batæ in iure Canonico, † vt probat tex.in d.c.vergen-
tis,Decian.in tract.crimin. lib. 5. c.26. num.1. vbi nu.
4.in fi.verſi.ſed nota, dicit,quod iura ciuilia augentia
pœnas à iure Canonico impoſitas, ſeruantur, allegat
Butr.Abb. & alios,vnde licet nullus extet text.Cano-
nici iuris, qui hæreticorum filios explicitè arceat à
ſucceſſione aui,vel aliorum proximiorum, ſat tamen
eſt,quod de hoc iura extēt ciuilia,quæ à Canonib. ſint
approbata:quia noſtra facimus ea,quib.noſtram im-
partimur authoritatem, & approbatio idē operatur,
ac ſi lex fuiſſet à iure Canonico promulgata.

Accedat,quod filij eius qui fuit de hæreſi dānatus,
non admittuntur ad beneficia Eccleſiaſtica vel digni-
4 tates,vt probatur† in c.2.de hæret.in 6.ponit Fel.in d.
c.vergentis,Paul.Ghirlan.in tract.de hęret.q.4. nu.3.
& 4.Carrer.in tract.de hæret. nu.141. Alphon.de Ca-
ſtro in tractat.de iuſta hæret.punit.c.10.& ſeq.Zanch.
de hæret.c.28. num.2. Ioan.Roias,in eod.tract.par.2.
aſſertio.42.Simanch.de Catho.inſtit.tit.29.nu.13.vbi
ait,in Hiſpanijs non etiam recipi ad dignitates ſæcu-
lares,vnde neque Doctores,neque medici,neq; etiam
chirurgi eſſe poſſunt, & quamuis iam adepta benefi-
cia,& ante hæreſim paternam quæſitas dignitates nō
5 perdant,† c.ſatis peruerſum,59. diſt.& ibi gl.hanc te-
net opinionem Butr. Abb. Imola, Anan. & Fel.in d.c.
vergentis.Roman.ſing.686.Gondiſalu.de hæret.q.23.
nu. 2. & hanc multis authoritatibus relatis commu-
nem dicit Didac.lib.2.variar.reſol.c.8. nu. 24. Pegna,
in 3.par.Director.ſcholio 156.col.4. verſic.anceps ta-
men.Carer.de hæret.nu.141.Simanch.d.tit.29.nu.20.
Decian.d.lib.5.c.45.num.6.verſi.limita ſeptimo.poſt
tamen commiſſum à patre crimen, alieni ſunt ab ac-
quirendis dignitatibus,vt prædicti notant Doctores:
& procedit non ſolum in legitimis, ſed etiam in qui-
6 buſcunq; alijs illegitimis filijs,† vt in hæreticis poſuit
Anch.in d.c.ſtatutum,il ſecondo,in fi.de hæretic.in 6.
vbi excipit ſolum vulgo conceptos, vt qui incerto pa
tre nati ſunt,poſt gloſſ.ibi, Archid. & Ioan.Andr. qui
dicunt rationem eſſe,ne plus conſequatur luxuria quā
caſtitas. Gondiſalu. dicta quæſt. 23.num.3. & 4. quia
ſecundum eum vbi odium eſt rationabile filiorum ap
pellatio includit baſtardos. & prędictam limitationē
de vulgo concepto dicit placuiſſe Cino, & alijs, quos
ipſe allegat. idem voluerunt Ioan. Monach. Probus,
Franch.Didac.& Gigas,quos adducit,& ſequitur Si-
manch.d.tit.29.nu.16.Zanch.de hæret.c.28.nu.13. Pe-
gna d.ſcholio 156.col.2.verſi.in hac quęſtione.Decia.
dicto cap.45.nu.3.verſi.amplia etiam vt procedat, &
non refert quod filij ſint ante,vel poſt paternum deli-
ctum procreati; quia vtroque caſu redduntur incapa-
7 ces,† gl.in c.ſi quis cum militibus,in verſi. filij,3. quæſt.
1.Alber.& Salic.in d.l.quiſquis,Ang.de maleſi.in ver.
che hai tradito,num.13.multos addit Couarru.d.cap.8.
nu.5. verſic.quarto ſolet. Pegna, qui alios congerit d.
ſchol.156.colum.3.verſ.omiſſis tamen rationibus,vbi
inquit,hanc eſſe ſecuriorem, & vſu receptiorem. De-
cian.d.cap.45.nu.3.verſi.amplia vt procedat,& lib.7.
cap.41.num.8.quamuis Simanch. d.tit.29.nu.22.di-
cat contrariam ſibi magis placere, ſicuti igitur bene-
ficia aſſequi non poſſunt, ita proximiorum hæredita-
tes eis ſunt denegandæ.

Et in ſpecie quod filij hæreticorum non ſuccedant
ſicuti non ſuccedunt filij committentium læſæ maie-
8 ſtatis crimen,† tenuit Cin.d.l.quiſquis.Zanch.d.c.28.
nu.2.in 2.pęna.vbi allegat notata in d.l.quiſquis,& in
hæreſi procedunt omnes rationes quæ conſiderantur
in læſa maieſtate humana,quia ſcilicet vitam in angu
ſtijs ſemper deducere coguntur,d.l.quiſquis,& grauı-
tas criminis,& alia paſſim à Doctorib.cōſiderata à le-
ge,& Doctorib. ad effectū vt pęna paterni delicti trā-
ſeat ad filios quas ponunt Simancb.qui ceteris latius
proſequitur d.cap.29.nu.1.& ſeq. Decia.d.cap.45.nu.
6.in fi.latius lib.7.c.41.nu.18.vbi ſuſtinet rationabilē
eſſe huiuſmodi punitionē, quod ſi rationes militant,
in hæreſi idem quoque ius ſtatuendum eſt, præcipuè
cum ſit atrocius delictum quam quod in Principē ſæ-
cularem committitur. imo text.in d.l.quiſquis,§.filij,
fuit canonizatus in capit.ſi quis cum militibus,6.q.1.

Nec dicatur ceſſare pœnam ex quo pater rediȷt ad
gremium Sanctæ matris Eccleſiæ,& eū pœnituit:quia
reſpōdetur,quod ex quo pater in hæreſim relapſus eſt,
& curię ſæculari traditus,nō poteſt dici incorporatus
9 Eccleſiæ.† Io.And.in d.c.ſtatutum, il ſecondo, in No-
uella,de hæret.in 6.vbi dicit, talem relapſum admitti
ad ſacramēta Eccleſiæ pœnitēs fuit,vt ſaluti eius ani-
mæ conſulatur,nō vt corporis ſaluti prouideatur: vn-
de infert cineres talis relapſi nō eſſe dignos Eccleſia-
ſtica ſepultura.idem voluit Franch.ibi,in fi.dicēs,duo
requiri vt filij non puniantur:primū,quod ſint emen-
dati:ſecundum quod ſint incorporati,ſed relapſi quia
puniuntur non dicuntur re incorporati.Anch.nu.1.in
fi.tranſit cum eis Simanc.in Enchirid.violat.relig.tit.
63.nu.7.Io.Roias,d.par.2.aſſert.42. nu.337. Pegna in
d.3.par.Director.ſchol.157.col.2. in verſi. oppoſitam
ſententiam.Simanc.d.tit.29.nu.17.Decia. d.c.45.nu.
3.verſi. amplia etiam ſi parentes relapſi. dicuntur enī
Eccleſiæ incorporari,qui per inquiſitores abſoluti, &
ad gremium Eccleſiæ per abſolutionē,& veram pęni-
tentiam reducti, vt iniunctam peragant pęnitentiam
admittuntur,vt Pegna declarat loco prædicto. & hāc
partem tenent multi apud Burſat.conſi.289.num.18.

Sed oībus bene diſcuſſis, ſaluo ſēper cuiuſuis præ-
cipuè vero Sāctæ matris Eccleſiæ iudicio,pro veritate
cōtrariā amplector ſentētiā,attenta facti ſpecie pro-
poſita,& teneo, nepotes ex filio dānato vt ſup. ſed ad
fidem reuerſo, licet Curię ſęculari tradito, ſuccedere
auo.primo, qa in crimine hæreſis nulla lex ciuilis aut
Canonica diſponit filios eſſe incapaces ſucceſſionis
ſuorū proximorū, paterna excepta, & qui vult dicere
qđ lex extet, tenetur probare,aliàs erubeſcimus, cum
10 ſine lege loquimur,† l.illam, C.de collat. nec opponi
poteſt

Digitized by Google

poteſt de eo quod lege cautum non reperitur, §. opti-
mum,in Auth.de non eligen. ſecund. nubenr. & quod
expreſſe non reperitur ſancitum,non eſt ſuperſtirioſis
inuentionibus preſumendum,c.conſuluiſti,2.q.5. Ar-
cbid.in proęm.ſexti,in ver. ſacroſanctæ, col.pen. in fi.
Becius in conſi.35.num.4. quinimo iura ciuilia filium
ortodoxum admittunt ad ſucceſſionem patris hęreti-
11 ci,† vt probatur in l.Manicheos,C.de hætet.quod cō-
tra Placétinum tenet quoq; Azo.in ſumma, C. de hæ-
ret.nu.4. licet poſtea id fuerit correctū per Autb. Ga-
zaros,C.de hæret. & per l.fin. C.de bon.proſcript.quæ
12 ſenrentia præualet etiam in Iure Canonico, † vt in c.
vergétis,de hæret.vbi Henr. Boic, gl.& Doct.in c.cum
ſecundum,de hære.in 6.Aluar.Fortun.Lupus,& Brun.
quos citat,& ſequitur Simanc.de Cathol.inſtir. tit.9.
nu.4.vbi dicit hanc eſſe communē,vbi iuſtum eſſe hūc
rigorem defendit. idem tenuerunt alij relari à Caret.
in d.tract.hæret.nu.140. vbi nonnullos allegat diſtin-
guentes inret ſubditos Imperio,& eos qui Eccleſiæ ſu
bijciuntur.& fuit opinio Hoſt. in Summa, de hæret.in
verſi.qua pęna,Griland.in eod.tract.q.4. Gondiſalu.
q.23.nu.1. Clarus qui communem dicit,in §.hæreſis,
nu.14.verſi.& ſcias quod licet. Decia.in tract.crimin.
lib.5.c.45.nu.3. vbi multos citat.ſed & ſi ius Canoni-
cum filios à ſucceſſione patris hæretici expreſſe repel-
lat,nibil tamen dicit de nepotibus, qui tamē in odio-
ſis nō veniunt appellatione filiorum; eſt verum, quod
in d.c.ſtatutum, il ſecondo de hæret.in 6. expreſſe po-
ſtea de nepotibus diſponit,ſed loquitur ſemper, quā-
do agit de ſucceſſione patris vel aui hæretici, ſed quo
minus ſuccedant alijs, ideſt auo, & agnaris,iura Ca-
nonica non voluerunt ciuilia imitari, & ſi hoc voluiſ-
ſent,vtique dixiſſent,præcipuè, cum in d.c.vergentis,
vtatur Pontifex lege ciuili pro excluſione filij, arg. l.
vnicæ,§.ſin autem ad deficientis,C.de cadue.tollen.&
quemadmodum leges Canonicæ filium hæretici pro-
hibent à dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis, vt
dictum eſt in contrarium,ita à ſucceſſionibus agnato-
rum, & aui arcerent, ſi eos nollent ſuccedere; quin ēt,
non deſunt qui velint filijs reſeruari ſucceſſionem pa-
rentis hæretici,ſaltem quoad legitimam, vel alimen-
13 ta,† vt per Coraſ.in l.qui liberos,nu.111.ff.de ritu nu-
ptiar.& mouetur, quia alimenta ijs debentur quibus
vita relinquitur.ſic etiam Soc.in conſil.30.nu.3.vol.1.
vbi dicit procedere in crimine hæreſis, & læſæ Maie-
ſtatis.Ripa,in l.ex facto,§.ex facto,nu.9.ff.ad Trebell.
Io.Lup.Plot.Aemilian.Becius, & Corduben. quos ci-
taui in tract.alimen.tit.1.q.31.nu.3.Simanc.d.c.29.nu.
25. in fi. multo ergo minus excludendi erunt à ſucceſ-
ſione aliorum agnatorum orthodoxorum.

Secundo, pater in facto non deceſſit hæreticus, ſed
emendarus,hæreſimq; retractauit,& ſuit admiſſus ad
Sacramenta Eccleſiaſtica,vnde filij non debent exclu-
14 cludi à ſucceſſione: † iura enim in contrarium addu-
cta procedunt, quando parer mortuus eſt hæreticus,
& in hæreſi vſque ad mortem perſeuerauit, ita decla-
rat rex. in c.ſtatutum,il ſecondo, de hæret. in 6. vbi gl.
Ioan. Andr. Gemin.Anch. Franch.& alij.idem voluie
Aug.in d.ver.*che hai traditio*, col.3.nu.13.glo.& Docto-
res,in c.filij,de hætet.in 6.Fel.in d.c.vergentis, in fi.in
3.limit.Gondiſalu.de hæret.c.23.nu.1.Carrer.in eod.
tract.nu.141.in princ.Simanc.d.tit.29. nu.15. Decian.
d.c.45. nu.4. in 3.limit. & hæc ſententia fundatur ra-
tione,quia conuerſus ad fidem non reputatur hæreti-
cus,c.dixit, 24.q.fin. procedit autem non ſolum in eo
qui ſemel incidir in hæreſim, ſed etiā in relapſo: quia
etſi quoad corpus non remittatur ei pœna, tñ quoad
animam admirtitur ad pœnitentiam,& conuerſio ſibi
nō minus prodeſt quam ei qui antea nō abiurauerat
15 hæreſim,† vt voluit Domin. in d.c.ſtatutum, il ſecon-
do.nō enim minus ad gremium Eccleſiæ recipitur re-
lapſus,ſi eum vere pœniteat, quam alius, c. ſuper eo,
de hæret.in 6. vbi dicitur, Sacramenta Eccleſiæ com-
municanda illi eſſe,& in eis verificatur id quod de Sā-
cta Eccleſia prædicatur, quod pœnitenti nunquam
gremium claudit. eandem probauit opinionem Re-
pertor.Inquiſit.in verſi.filij,§.nunc videndum, verſic.
ſed circa prędicta,Montalu.in caſtell.l.2.tit.26.par.7.
verſic.eſt ergo concl.& Lupus in tract. de hæret. c.18.
quos referunt Pegna d. ſchol.157. col. 8. & Simanch.
d.tit.29.nu.17. ijs enim qui ſunt extra Eccleſiam non
communicantur Sacramenta Eccleſiæ,c.ex catholica,
1.q.1.eiuſmodi autem relapſis conceduntur, ergo di-
cuntur reincorporati, & conſequenter non dicuntur
amplius hæretici, nec filij prohibentur ſuccedere pa-
tribus,& multo minus probibita videri debet ſucceſ-
ſio prædictis filijs, quando non de patris, ſed de alte-
rius agitur ſucceſſione.

Terrio moueor,quia nepos qui patrem habet hęre-
ticum,non prohiberur auo fideli ſuccedere, vt in ter-
16 minis voluit † Guid.Pap.in conſi.94.nu.5.vbi allegat
notata in l.cognouimus, & in Aurb. Idem de Neſto-
rianis, C.de hæret. & infert, quod ideo nepos ex filio
ſpurio poteſt ab auo paterno inſtitui, & quod filij in-
gratitudo nepoti non nocet in his, quæ habet ex pro-
pria perſona. idē voluit Caſſan. in conſuetu. Burgun.
Rubr.3.§.5. num.69. Simanch. qui alios citat,in d.tit.
29.num.19. vbi multos alios citat, & infert, quod ta-
les nepotes non priuantur iure eligendi, nec priuile-
gio nobilitatis.idem Simanch.in Enchirid.tit.63.nu.
8.& Menoch.in d.§.45.nu.6.in 8.limit.atque ita habe
mus deciſionem claram in noſtris proprijs terminis,
adeo,quod non debemus ſtare generalib. regulis,l.in
toto,ff.de reg.iur.Rota deciſ.543.nu.1.in 1.par. in no-
uiſs.Regulas enim quęrimus vbi ſpeciali caremus de-
ciſione, id quod in præſenti ſacto eo ſecurius dicere
debemus,quo certius eſt,iura Canonica nihil,vt dixi,
in contrarium diſponere. & hanc filiorum excluſionē
ab hæreditatibus aliorum, quam parentum reperiri
ſolum apud ciuilia iura, & nihilominus ea non fuiſſe
à Canonibus tranſlata, niſi quoad quædam, non au-
tem quoad omnīa,nec generaliter.

Quarto, quidquid ſit de iure,ea pœna quæ filijs im-
ponitur, ne poſſint ſuccedere ano, aut alijs proximis,
ſcd̄m tex.in d.l.quiſquis,§.filij,hodie ex conſuetudine
17 non ſeruatur, † vt inquit Angel. in l. fallaciter, C. de
abolit. & hoc dicit multum ponderandum ab eo qui
iudicare debet.Soc.in conſil.375. nu.4.vol.2.quia ſta-
tur dicto Doctoris de conſuetudine atteſtantis, præci
puè quando ſuit excellentiſſimus,& practicus, qualis
Angelus.idem probauit Gigas in tractat. de crimin.
læſæ maieſtat. lib.3. tit. de pœnis quas filij, quæſt.23.
num.3.& admittit Decian.in tract.crimin.lib.7.cap.
41.num. 38.& num. 48.idem in conſuetudine Regni
Francię dixit Boer.in tract.de ſeditioſ.in 6.pręſuppo.
num.20.& ſeq.Gigas d.tit.cap.1.num.9. & idem Ve-
netijs ſeruarum fuiſſe quoad ſucceſſionem filiorum,
teſtatur Gigas, d. cap.33. num.10. Roland.conſil.74.
num.30.in 3.volum.vbi allegat etiam Alciat. ſi igitur
in terris Imperij, & ab ipſo iure ciuili à quo ſuerunt
introductæ dictæ pœnæ, non ſeruantur, atque ita ſi in
eo ad qđ principaliter fuerunt ordinatæ nō ſubſiſtūt,
quanto minus recipiendæ erunt à iure Canonico in
alijs terminis,quod ius Canonicum eis non poteſt vti
niſi per extenſionem,& tranſlationem,& non mirum:
nam pęnæ prædictæ reſpectu filiorum continēt odium
18 irrationabile,† vt inquit Bart.in l.1. ff.de verb. ſignif.
& dicit Socin.in d.conſil.375.num.4. & 6. quod dictæ
legis

legis diſpoſitio eſt odioſiſſima, & pęnalis. Dec. cõſ. 64. col. 1. & latiſſime probat Rol. in conſ. 74. num. 6. & ſeq. vol. 3. vbi ſuſtinet, quod ſit dura, rigoroſa, contra ius naturę, & diuinum, & quod ſit iniqua. & idem dicit de omnibus iuribus, quæ vnum pro alterius delicto puniunt, vel filijs pœnam pro parentum delictis imponant. & idem cõprobat Decia. in d. c. 41. nu. 19. & nu. 37. in quibus locis vult etiam, quod dictæ pœnæ non habeant locũ, niſi in caſibus expreſſis, allegat Boer. in loco ſupra citato, quem etiam ſequitur Gigas, d. q. 1. nu. 9. quocirca, quidquid ſit, vbi agitur de filium excludendo à ſucceſſione patris qui deliquit, ſtrictius intelligi debet pœna quando de alterius quam patris ſucceſſione tractamus, id quod, diſſolutis cõtrarijs ſuper quibus conſiſtit omnis amaritudo præſentis quæſtionis, clarius apparebit.

Nõ obſtat igitur tex. in d. l. quiſquis, §. filij, quia reſpondeo, illum loqui in crimine læſæ maieſtatis humanæ, ſed id nõ reperiri deciſum in crimine hæreſis. quinimo, iura Canonica hæreticis pœnam ſtatuentia, de ſucceſſione reſpectu aui, & aliorum proximorum nihil omnino diſponere, cum tamen quoad ſucceſſionẽ eius qui fuit hæreticus, & quoad honores, beneficia, & dignitates, expreſsè filios hæreticorum excludant, & dum de bonis hæretici, & de adipiſcendis beneficijs mentionem faciunt, vidẽtur quoad alia filios hæreticorum admittere: quia aliquorũ incluſio, aliorum eſt
19 excluſio. † l. cum prætor, ff. de iudic. c. nonne, de præſumpt. Becius conſi. 55. nu. 11. Rol. conſ. 61. nu. 11. vol. 3. & facilè fuiſſet iuribus Canonicis filios prædictos ab omni agnatorum ſucceſſione excludere, ſi hoc voluiſſent, ſed ideo non dixerunt, quia non voluerunt. hoc argumento vtitur in ſimili Salic. dicto §. quiſquis, §. ad alias, in fine. & quamuis maius ſit hæreſis, quam læſæ maieſtatis delictum, tñ Eccleſia pietatis eſt cultrix, &
20 iuſtitiæ nutrix, † c. 1. §. ſed diuerſum, de alienat. feudi. Io. Andr. in c. continebatur, de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. Capit. & quæ nunquam ea facit per quæ poſſit rigida, & aſpera iudicari, c. tua, vbi notatur, de iureiur. Neuiz. conſi. 100. num. 12. Marſil. ſingul. 82. in princ. & quod in alio eſt licitum, aliqñ in ſe dicit illicitum. Neuiz. in conſi. 11. nu. 51. Bero. conſi. 89. nu. 37. vol. 1. & ei maximè conuenit æquitatem ſeruare, c. dilecti, vbi Doctores, ff. de iudic. Iaſ. in l. iuris gentium, §. ſed cum nulla, nu. 4. ff. de pact. & ideo non mirum, ſi nõ tam immaniter in filios hęreticorum deſeuit, ſicut lex ciuilis, etſi certis pœnis contenta, tantas afflictiones eis non curat addere: dum enim filios à parentum hęreticorum hæreditate excludit, iuſtè id agit, nec filios punit, ſed hæreticum ipſum, quem bonis ſpoliat, & fiſco ſuo addicit, vt propriæ iniuriæ vltionem habeat. nec illo caſu dr̃ principaliter filios punire ob paternũ delictum, ſed principaliter patrem plectit, licet id poſtea filijs quoque in conſequentiam noceat. ſed qñ filios ab aliorum ſucceſſione remoueret, bene diceretur in eos ſeuire, & illos ob alienam culpam plectere; dũ vero indignos facit omni beneficio Eccleſiaſtico, non ſine ratione id facit: quia ea non ſunt conferenda ſuſpectis, quales ſunt nati ex patre hæretico. Ecce ergo, maximam diuerſitatis rationem inter Eccleſiam, & ius ciuile: mitius enim ſemper agit Eccleſia, & non ſolum crudelitatem, ſed crudelitatis nomen, & famam deuitat. Vnde, non mirum, ſi tam ſeuere filios hæreticorum non tractat, quo facit lex ciuilis, id ꝙ confirmatur, quia non minus plecterentur parentes hęretici, & filij hæreticorum, ſed etiam alij proximiores ortodoxi, ſi dicti filij eſſent ſucceſſionum agnatorum incapaces, quia eos non haberent hæredes quos vellent, ſed cogerentur ſæpè ſuas hæreditates remotioribus relinquere, quæ omnia lex Canonica, & Eccleſia æquitatis amatrix cõſiderans, delictum quidẽ punire voluit, ſed quidquid rigoris, & iniquitatis erat apud ius Ciuile, illud omne omiſit debita pœna contenta. Reſpondetur ẽt, quod contrarium procederet, ſi pater in hæreſi deceſſiſſet, ſed in caſu præſenti ſupponitur, illum quáuis relapſum, rediſſe ad fidem, & fuiſſe cõuerſũ, ideoque admiſſum ad cõionem Eccleſiæ, & ſanctorum Sacramentorum, iuxta Dominici ſententiam. Demum reſpondetur, quod pœnæ dicti §. filij, l. quiſquis, fuerunt conſuetudine ſublatæ, & non ſunt in vſu, etiam reſpectu iuris ciuilis, & criminis læſæ maieſtatis, pro qua tuenda fuerũt principaliter introductæ: ergo multo minus ſeruari debent in crimine hæreſis, in quo dictæ pœnæ veniunt nõ principaliter, ſed per argumentum à minori ad maius, vt ſupra latè deduxi.

Conſtitutio Federici Imperatoris relata à Cino in d. l. quiſquis, in fine, non repugnat: quia pœnam impoſitam filijs hęreticorum extendit quidem ad nepotes, loquendo non de filiis, vt faciebat l. quiſquis, ſed de liberis. vnde inferunt Doctores, nepotes quoque ab aui hæretici ſucceſſione repelli, vt per Cinũ, Albe. Salic. & alios, in d. l. quiſquis, ſed de pęna illa qua repelluntur à ſucceſſione aui Catholici, & aliorum agnatorum, nihil dicit, ſed ſolũ eos priuat beneficijs temporalibus, publicis officijs, & dignitatibus, ideo extendi non debet ad eos inhabilitandũ quo minus agnati ſuccedãt, imò videtur ex hoc colligi, quod cõſulto fuerit omiſſa ea pœna ab Imperatore, cum de illa non meminit.

Nec argui poteſt à beneficiorum excluſione ad ſucceſſionum excluſionem: quia ſi ius Canonicum pęnas omnes à ciuili impoſitas approbare voluiſſet, de omnibus dixiſſet, dicendo autem de aliquibus, & approbando aliquas, vr̃ ceteras reprobare, vt dixi ſupra, c. nonne, de præſumpt. & diuerſa eſt ratio priuandi eos beneficijs, ſeu verius nõ eos admittendi ad beneficia, & repellendi ab hæreditatibus: quia beneficia, & eccleſiaſticas dignitates vni potius quam alij conferre, etiam inter habiles, pendet à libera Pontificis volun-
21 tate, qui eſt beneficiorum dominus, † c. conſtitutus, de religioſ. domib. Gemin. in c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. Felin. & Dec. in c. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. & in eis habet Papa latiſſimas habenas, vt not. in c. 2. in princ. de præben. in 6. in Clem. 1. in fine, vt lite pend. ſic etiam vniuerſalis Eccleſia. propterea ſi filijs prędictis denegat collationem beneficiorum, & dignitates, non facit eis iniuriam, nec quicquam adimit, ſed ſuo iure vtitur, cum non teneatur conferre, verum hæreditatibus, & ſucceſſionibus priuando, tollit eis ius ex lege communi competens, & priuare dicitur competenti iure, vnde non eſt par ratio in priuando ſucceſſione, quæ eſt in denegando beneficia, videmus enim, quod etſi clerici non ligentur ſtatuto laicorum, tamen poſſunt laici ſuorum ſtatutorum beneficia denegare cle-
22 ricis. † Bal. in l. de quibus, nu. 26. ff. de legib. in l. ſi quis curialis, in fine, C. de Epiſc. & cler. multos addit Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, num. 47. & 53. de conſt. dixi latè in conſ. 2. nu. 43. nemini enim facit iniuriam, qui ſuum non impartitur beneficium, l. iniuriarum, §. ſi quis, de honoribus, ff. de iniu. & meo beneficio nemo vti poteſt niſi quatenus ego volo, & quemadmodum gratiam denegare, minus lædit, quam ius competens tollere, ita minus eſt, non admittere ad beneficia, quã excludere ab hæreditatibus. Et hanc differentiam cõſtituunt Archid. & Ioan. Monach. in d. c. ſtatutum, vti eos refert Franch. ibi, idem voluit Io. Andr. quem citat Anch. eod. loco. de eis quoque meminit Cin. in d. l. quiſquis, numero tertio. & quamuis in eo caſu ſint qui diſſentiant, tamen nemo negat quin plus ſit, hære-

ditate

ditate priuare, quam non admittere ad honores.

Minus mouet quod multi dicant hęreticorum filios puniri in hoc, quod fiunt inhabiles ad ſuccedendũ ea teſtamento, vel ab inteſtato quibuſcunque conſanguineis: nam illi mouentur ſola diſpoſitione dictę l. quiſquis, nec iuris Canonici textum aliquem adducunt qui hoc probet, non etiam aduertentes, quam piè, & ęquè agat ius Canonicum, quam abhorreat crudelitatem, & quam ſit procliue ſemper in mitiorem partem in pęnis eligendis; & ideò, quamuis Cin. in d. l. quiſquis, in fine, dicat idem eſſe in filijs hęreticorum quod in filijs eorum qui incidunt in crimen læſæ maieſtatis, tamen mouetur ſola conſtitutione Federici, quæ, vt admonui, nihil dicit de hæreditatibus conſanguineorum. & hanc quæſtionem reſpectu ſucceſſionum quæ veniunt à propinquis, vel extraneis, reliquit indeciſam. Anchar. dicto c. ſtatutum, nu. 2. verſi. quod vtrum ita ſit, licet tres diſtinguat pęnas, quæ filijs hæreticorum infliguntur, & nemini cadere poteſt in mẽtem, qđ fuerit hæc pœna à iure Canonico omiſſa incõſulto, & ſine miſterio, mihi certè id perſuaderi nõ põt.

Dum vero dictum eſt, textum in d. l. quiſquis, in §. filij, fuiſſe canonizatum in cap. ſi quis cum militibus, aduertendum eſt, quod non ibi canonizatur lex quiſquis, ſed allegatur ad probandum, quod ſola ſufficit machinatio effectu non ſequuto, vt inde inferatur, idẽ eſſe in læſa maieſtate, nec per hoc infertur diſpoſitionem totam dictæ legis fuiſſe à iure Canonico receptam: cum enim adducitur in argumentum quoad vnũ quid in ea deciſum, bene in eo approbatur, ſed non in reliquis, ſicuti vtens ſcriptura aliqua, eatenus videtur illam approbare, quatenus ea vtitur, non vltra.
23 † Socin. in conſil. 244. num. 11. in fine, volu. 2. Cœphal. conſil. 236. nu. 21. & in conſil. 369. num. 137. Præterea Gratianus Decreti compilator, nunquam poteſtatem habuit legis condendæ, & multa eius dicta reprobantur, vt per Alciat. lib. 4. Parerg. c. 23. & Felin. in c. 2. nu. 43. de reſcript. colligit quadraginta errores, & vltra, commiſſos à Gratiano in libro Decreti, & plures alios refert Contard. in l. vnica, in ſecunda ratione decidendi, num. 39. Tiraquell. in tract. de Nobilit. c. 31. nu. 538. Roias de hæret. par. 1. in princ. nu. 58. Et propterea ſicuti Gratianus condẽdæ legis authoritatem non habuit, ita legem Ciuilem, & Imperialem ſua au-
24 thoritate canonizare, aut approbare non potuit. † Io. Andr. in c. 2. de reſcript. vbi dicit, quòd leges Ciuiles inſertæ in Decretis, non dicuntur approbatæ. ſequitur ibi Felin. nu. 39. verſic. leges inſertæ, poſt Abb. num. 9. qui plene tractat. Marant. de ordin. iudic. in 3. part. nu. 38. Pet. Cened. in collect. Decreti, collect. 16. in fine, quare, non poteſt ille textus allegari pro authentico, & canonizato.

Reſpectu vero opinionis, quam ſupra retuli, an filij relapſorum, qui tamen pœnitentiam egerunt licet ſæculari Curiæ traditi ſint, plectantur pęnis prædictis, non nego communem eſſe opinionem, talibus filijs nocere paternum delictum, ſed ſi veritatem amamus, hæc mea ſententia, vti magis æqua, & pia eſt, ita verior probatur: quia negari non poteſt, quin pœna prædicta ijs ſolis imponatur, quorum parentes in hæreſi deceſſerunt. ita loquitur textus in d. c. ſtatutum, il ſecondo. at qui egerunt pœnitentiam, nõ tales ſunt, nec dicatur, quod ex quo ſæculari Curiæ ad pęnam traditi ſunt, non poſſunt dici reincorporati Eccleſiæ: quia reſpondeo, textum illum reſtringere dictum ſuum ad eos, qui in hæreſi, atque ita in peccato mortui ſunt, & non ſimpliciter excipit reincorporatus, ſed primum declarat ſe intelligere de illis, qui morientes non diſceſſerunt ab hæreſi, licet ſubdat, non de his qui emendati ſunt, & reincorporati: ſufficit autem ad euitandum pęnam, quòd pater fuerit emendatus, & non deceſſerit hæreticus, & non requirit copulatiuè quod nõ deceſſerit in hæreſi, & fuerit reincorporatus. Præterea, non dubito, quin illæ qui emendatus eſt, & admiſſus ad ſacramenta Eccleſiæ, dicatur incorporatus: nemo enim ad ſacramenta admittitur, qui non ſit de corpore Eccleſię, & in communione cum Eccleſia, cap. ea catholica, 1. quæſt. 1. & cum extra Eccleſiam catholicam nemo ſaluari poſſit, ſi hæreticus emendatus non eſſet de corpore Eccleſiæ quantumuis ſit relapſus, ſaluari non poſſet. & ad quid eidem ſacramenta communicare ſi ad ſalutẽ nihil opus eſſent allatura? verè ergo de corpore Eccleſiæ ſunt, & in Eccleſiæ communione, quamuis quoad corporalem pœnam ab Eccleſia ſegregentur. & quæſo cum Eccleſia effectum conſideret, quid refert quod pęnitens ſit lapſus, vel relapſus, quoad eum recipiendum ad gremium; ego vero circa conuerſionem fidendum ei magis exiſtimo, qui relapſus hæreſes deteſtatur, quam qui lapſus, in eo enim cum nulla corporalis euitandæ pœnæ ſpes conſiderari poſſit, ex corde credendum eſt, eum pœnitere, cum hic ſpe veniæ conuerſionem ſimulare poſſit, & cum eo tendat Eccleſia principaliter, vt animarum ſalus comparetur, & ad pœnitendum etiam nequiores inuitet, & alliciat, non video quare minus relapſi filijs parcat, quam lapſi, ſi vterque conuertatur, errorem agnoſcat, & deteſtetur.

Quæ ſententia ſi dubitationem aliquam recipit, ea ſolum verſari poteſt in articulo, an tales filij excludantur à ſucceſſione paterna, & poſſet hoc modo ſaluari communis contradicentium opinio, quæ verè loquatur in iſtis terminis, at vbi non agitur de ſuccedendo hæretico defuncto, nec de priuando fiſcum confiſcatione eius bonorum, ſed ſolum de ſuccedendo agnatis, & excludendo remotiores hæredes, vt contingit in hoc facto, ſuſtineri poteſt, quam ſupra firmaui ſententiam, quod filij non excludantur: illa autem opinio tenenda eſt, quæ fœdere diſtinctionis contrarias
25 conciliat ſententias. † Aret. Inſtitut. de emptio. col. 2. num. 2. in fine. Socin. in conſil. 66. num. 28. volum. 1. Bero. conſil. 110. nume. 3. volum. 1. Socin. iun. conſil. 121. nume. 36. volum. 2. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 162. num. 8. cum multis ſimilibus. proximus enim eſt veritati qui diſtinguit, vt poſt Senecam, & Salic. dicebat Berous in loco prꝏallegato. Præterea, ſi ad primum lapſum reſtringamus deciſionem cap. ſtatutum, il ſecondo, de hæret. in 6. ſeruiet certè de vento. nam in eo qui primum in hæreſim prolapſus conuertitur ad fidem, non cadit filiorum conſideratio, quia reſtituuntur ſibi bona, non filijs: imo, pœnitendo, euitat condemnatio-
26 nem, † cap. ad abolendam, §. 1. cap. vergentis, & cap. penul. de hæret. ſi ea fiat ante ſententiam, & poſt ſen-
27 tentiam conuerſus recuperat bona confiſcata. † Ioan. Andr. & alij, in cap. quia diligentia, de electio. Felin. in d. cap. vergentis, nume. 3. & communem multos allegans pronunciat Pariſ. in conſil. 2. nu. 185. volum. 4. vbi vtramque firmat concluſionem. latè Clar. in §. hæreſis, nume. 8. vbi diſputat, & tranſit cum hac ſententia, & infinitos adducens hanc confirmat opinionem Burſat. in conſil. 14. numero 31. & ſequen. & in conſil. 280. num. 13. & ſequen. quibus in locis fortius addit, ex neceſſitate non autem ex voluntate Inquiſitoris bona eſſe relinquenda hæretico pœnitenti; quid ergo eſt, quod dicitur filios hæretici pœnitentis non ſubijci pœnis illis, ſi primum lapſus eximitur ab omni pœna. intelligi ergo debet potius in relapſo quam in lapſo, poſtquam ei magis cõuenit exceptio, ex quo non poteſt in filios redundare pœna, quæ principa-

lem

lem ipſum delinquentem non afficit. Sed quidquid ſit
reſpectu pœnæ qua pater affectus eſt, vt eſt bonorum
confiſcatio, ea enim, quia vt dixi, principaliter impo-
nitur patri, non filio, admitti poteſt quod noceat filijs,
qui ſolum in conſequentiam læduntur: aliud videtur
dicendum quoad alias pœnas quę ipſis filijs infligun-
tur, illæ enim ceſſant, ſiue pater lapſus, ſiue relapſus
ſit, modo pœniteat, & ad gremium Eccleſiæ reuerſus
ſit: quia quoad filios, par eſt ratio in relapſo quæ in
lapſo. & cum agamus de pœna, fieri debet ſtricta in-
28 terpretatio, † c. in pęnis, de reg. iur. in 6. vbi gloſ. l. cum
quidam, ff. de liber. & poſthum. l. ſemper in dubijs, &
l. factum ſuũ, §. in pœnalibus, vbi gloſ. Dec. & Cagnol.
ff. de reg. iur. & non fit extenſio in pœnalibus etiam ſi
ratio ſit in lege ſcripta, Clem. Vt hi qui, vbi gloſ. dicit
expreſsè, de ætate, & qualit. & pœnæ non eſt locus, niſi
29 in caſibus à iure expreſſis. † gloſ. in §. cum igitur, in
Authen. de non eligen. ſecun. nub. Alexand. in conſi.
103. num. 15. volum. 1. Barbat. in conſil. 51. num. 18.
vol. 1. Becius, conſil. 102. num. 31. vbi alios citat, &
in ſpecie, quod diſpoſitio l. quiſquis, reſtringatur ad
ſuum caſum, nec extẽdatur de perſona ad perſonam,
30 vel de caſu ad † caſum, voluit Bald. in l. captiui, C. de
epiſcop. & cler. Salic. in l. quicunque, C. de ſeruis ſug.
ideo Bart. in l. 1. ff. de verbor. ſignific. vult, quod dictę
pœnæ non afficiant filias feminas, quia hoc expreſsè
cautum non reperitur, quod multis confirmat Decia.
dicto c. 45. num. 12. & 13. vbi dicit communem. Ro-
land. in conſil. 74. num. 18. volum. tertio, vbi ait ſuffi-
cere, quod illæ pœnæ contra filios operentur in vno
aliquo caſu, nec debent plures effectus producere.
idem etiam quod in ſolis caſibus expreſſis pœnæ præ-
dictæ vendicent ſibi locum, voluit Decian. ibi, num.
37. Bero. c. item cum quis, num. 43. de reſtit. ſpol. Me-
noch. de recup. poſſeſſ. Remed. 1. num. 315. vnde Pa-
riſ. in conſi. 69. num. 26. volum. 3. concludit, quod etſi
filij prohibeantur capere à matre ex teſtamento, vel
ab inteſtato, tamen poterunt habere donationem à
matre. ſequitur Gigas in d. tract. lib. tertio, quæſtio. 2.
vbi etſi dubitet propter rationem egeſtatis inſertam
in ea lege, tamen res eſt clara. & ratio prædicta non
obſtat, quia vt dixi, in pęnalibus non datur extenſio,
etiam ex identitate rationis, quæ legatur ſcripta. ſe-
quitur Rolan. dicto conſil. 74. num. 15. & ſeq. quare, vt
pęnas filijs illatas reſtringamus, non erit abſonum di-
cere, quod illæ non habeant locum contra filios re-
lapſorum, qui tamen conuerſi ſunt ad fidem, & con-
ſequenter illi nõ prohibeantur ſuccedere auo, & alijs
agnatis, & cognatis, patre ipſo vel alio parente hære-
tico excepto. Et hic erit medius quidam caſus à lege
fortè non cogitatus, in quo ad hæretici bona filius
non aſpirat, ſed alijs ſuccedere poteſt. Et ad vnum
eſt aduertendum, quod etſi multi dicant diſpoſitio-
nem d. l. quiſquis, continere rationabile odium, ta-
men in contrarium alij tenent, quod ſit irrationabi-
le. & hæc videtur magis communis, vt probaui ſupra,
verſic. quarto quidquid. Et hæc diſſenſio concordari
poteſt, vt intelligatur odium eſſe rationabile, quoad
pęnam, ne filij ſuccedant parenti hæretico, quia hæc
principaliter non inducitur odio filiorum, nec filijs
ipſis ſimiliter, & quoad hoc ne admittantur ad di-
gnitates, & beneficia, quia tũc nihil filijs aufertur, ſed
gratia denegatur, ſed cenſeatur irrationabile quoad
pęnam, qua priuantur filij ſucceſſione agnatorum, co-
gnatorũ, & extraneorum, hæc enim filijs ipſis iniungi-
tur pro aliorum peccato, & tollit ius ſibi competẽs ex
legis conceſſione. Pręterea, quantumuis in odium ſit
rationabile, ſemper in pœnalibus impedit extenſio-
31 nem, † quemadmodum probat Gigas, d. c. 2. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Tolerantia facit præſumi ius in tolerato.*
2 *Socius inuito ſocio vtitur re communi, ſi non afferat dam-
num ſocio.*
3 *Feneſtram facere licet ſocio in communi pariete, altero ſo-
cio inuito, ſi non afferat damnum, ſed contra num. 4.*
4 *Feneſtram in communi pariete non facit ſocius in pariete
communi altero inuito. Amplia vt ibi.*
5 *Patientia non inducit conſenſum in ſeruitutibus.*
6 *Conſenſus circa vnũ actũ adhibitus, non extenditur ad aliũ.*
7 *Licentia mittendi vnum tignum in meum parietem, non
extenditur, vt aliud mittat, & an liceat nouum mittere
loco antiqui.*
8 *Feneſtram qui fecit me conſentiente in meo pariete, non po-
teſt aliam facere.*
9 *Feneſtra fieri põt in communi pariete de conſenſu ſociorũ.*
10 *Cæpol. de feneſtr. c. 62. col. 2. verſ. nunc videamus, reprehen-
ditur.*
11 *Socius nõ poteſt communem parietem reducere ad meliorem
formam inuito ſocio.*
12 *Lucrari dicitur, qui ſuam explet voluntatem.*
13 *Caſtren. in l. eos, ff. de ſeruit. vrb. præd. declaratur.*
14 *Relatio fit ad ea quibus poteſt conuenire.*

CONSILIVM CCCLXXXVII.

COMMVNEM eſſe parietem inter Do.
fratres Carpanos de Serraualle, &
Nob. Petrum Groſſum admittitur:
ſed contendit Groſſus, duplici ratio-
ne licere ſibi in eo feneſtram facere.
Primo, quia multis abhinc annis ſu-
periori in parte eiuſdem parietis ipſis fratribus mi-
nimè contradicentibus conſimilem feneſtram con-
ſtruxit: eiuſmodi autem ſcientia, & patientia, arguit
quodam ius ſic faciendi: quia non eſt veriſimile, quod
Carpani eſſent toleratori, ſi non ſciuiſſent iure id fa-
1 ctum, † vt in ſimili arguit Ruin. in conſil. 55. colum.
penult. verſic. nec eſt veroſimile, volu. 4. & talis ſcien-
tia plurimum nocet, vt probatur in l. Sabinus, ff. com-
mun. diuid. Cępol. conſil. ciuili 35. num. 10. qua ergo
ratione prima facta eſt, licebit ſecundam facere. Con-
firmatur autem, quia ex relatione expertorum con-
ſtat, qualitate muri inſpecta, feneſtram illam nullum
omnino damnum afferre poſſe parieti: ſocius autem
2 † poteſt in re communi inuito ſocio aliquid facere, ſi
ſocio id non obſit, l. Sabinus, vbi gloſſ. l. quidam Hi-
berus, §. fin. ff. de ſeruit. vrb. præd. l. fiſtulam, eod. tit.
Secundo videtur de hoc in indiuiduo deciſio Cępo.
in tit. de vrb. præd. c. 62. tit. de feneſtra, col. 2. verſic.
nunc videamus, allegat Caſt. in l. eos, ff. de ſeruit. vrb.
3 præd. vbi Caſtr. dicit, licere † feneſtram facere in com-
muni pariete, ſi ea nõ alterat murum, nec affert aliud
damnum. & quamuis hoc dictum ſit generale, Cępol.
tamen loco præcitato, inquit verum eſſe, & procede-
re, quando murus eſt fortiſſimus, & nullum inferri po-
teſt damnum vicino, præſenti, vel etiam futuro ſtatu
inſpecto.
Verum non dubito contrariam ſententiam proba-
re. habemus enim expreſſum tex. in l. pen. quæ incipit,
4 eos, ff. de ſer. vrb. præd. vbi dicitur præcisè, non † licere
ſine ſocij conſenſu feneſtram facere in communi pa-
riete gratia luminis recipiendi, & no. dicit Bart. ibi, &
ſubdit Bal. probari in ea lege, ꝙ & pro habendo lumi-
ne, non licet feneſtram facere in communi pariete. &
Ange. dicit, quod neque feneſtram facere, neque murũ
aperire licet ſocio reluctante. id ipſum probat ibi Ca-
ſtr. nec ex eis diſtinguit quiſquam vtile ne vel dãno-
ſum id

ſum id ſocio fit. & abſolute quoque non poſſe feneſtrā
fieri, ponit Ange. in l. inter quos, col. 3. verſic. ex his in-
fertur, ff. de damn. infecto, & in d. l. quidam Hiberus,
col. fin. verſi. & an in pariete, ff. de ſeru. vrb. præd. idem
Ang. in l. in re communi, verſus finem, ff. eod. vbi dicit,
quod feneſtra inuito ſocio facta recludi debet. Caſtr.
in l. altius, num. 1. in fine, C. de ſeruit. & aqua. Cæpol. d.
cap. 62. de feneſtr. pract. Pap. in forma libell. de hæred.
vel reſign. diuid. verſic. in futurum, num. 1. in fine, vbi
ſubdit non etiam licere ad recipiendum aerem. & in-
quit Pariſ. in conſil. 63. num. 3. vol. 1. ita tenere omnes
Doctores, etiam ſi aliunde lumen haberi non poſſit.
Bero. in conſil. 133. num. 4. vol. 3. Bertran. in conſi. 136.
num. 12. vol. 4. vbi allegat Bal. Caſtr. & alios. Coraſ. in
l. 2. num. 2. de ſeruit. generali titulo. Burſa. in conſ. 111.
nu. 2. vbi loquitur, & quando lumen aliunde non po-
teſt recipi; cum ergo habeamus tex. & Docto. ita aper
tè decidentes, non videtur mihi laborandum in con-
quirendis extraneis argumentis.

Et non reſiſtit, quod alia feneſtra fuerit aliàs con-
ſtructa in eodem pariete; quia reſpondeo, quod ne-
dum illa non præſtat argumentum ad nouam facien-
dam, ſed etiam deſtrui debet, tanquam ſacta contra
ius, & recludi debet, ſecundum Ange. in d. l. in re com-
5 muni. & licet ſocij non contradixerint, † non per hoc
conſenſiſſe videntur, vt probat text. in l. inuitum, ff. de
ſeru. vrb. prædio. vbi inuitus dicitur, quicunque non
cōſentit expreſsè, licet ſciens taceat: & ibi illum text.
ad hoc notant Bart. Ang. Caſtr. & alij, Ruin. conſil. 55.
colum. penul. verſic. nec etiam de tacita, vol. 4. Pariſ. d.
conſil. 63. num. 9. Cagnol. in l. vbi repugnantia, nu. 17.
verſic. & iſte, iunctis his quæ dixit nu. 13. verſic. in pri-
mis, ff. de reg. iur. Burſat. qui præcisè loquitur de fene-
ſtra, d. conſil. 111. num. 4. hæc tamen reſponſio non me
ſola moueret, ſcio enim quas patiatur in noſtro pro-
poſito difficultates.

Reſpondeo ergo ſecundo, quod ſi ex patientia in-
duci poſſet conſenſus, non tamen ideo conſenſus ille
noceret Dom. Carpanis, vel ius tribueret aduerſario
6 ſimilem feneſtram faciendi: quia conſenſus † circa
vnum actum adhibitus, non nocet quoad alium, l. 1.
§. Iulianus, ff. de itin. actuque priua. l. iubemus, Cod. ad
Velleian. Barto. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, ff.
de leg. 1. & dicit glo. Clemen. Sæpè, in verſic. patribus,
de verbor. ſignific. quod conſentiens in vno actu, non
præiudicat ſibi in alio. ſequen. Abb. in capit. quoniam
contra, colum. fin. de probat. Dec. in conſi. 379. num. 6.
Cæphal. in conſil. 148. nume. 24. Menoch. in conſil. 75.
num. 74. actus enim non extenditur vltra voluntatem
operantium, vt loco præcitato inquit Menoch. & in
propoſito facit tex. in l. ſi cum meus, in princ. ff. ſi ſeru.
vend. vbi, ſi conceſſi tibi facultatem, & licentiam ti-
7 gnum mittendi † in meum parietem, non ideo lice-
bit alia immittere, imo datur mihi actio, vt miſſa tol-
las, & ibi dicunt Bald. & Ange. quod patientia in vno,
non debet in conſequentiam trahi in alio. Cæpol. in d.
tit. cap. 40. de pariete ſeu muro, colum. 5. verſic. primo
caſu, quando diuerſis temporibus, &c. & per illum
text. in terminis noſtris inquit Cæpol. in d. tracta. ca-
pit. 30. col. 2. verſicu. quinto quæro, quod ſi paſſus ſum
8 quod faceres † feneſtram, non tamen poteris aliam
facere. ſequen. Grammat. conſi. ciuili 164. nume. 10. &
quāuis text. in l. ſi cum meus, loquatur de pariete pro-
prio, tamen per identitatem rationis idem eſt in com
muni, quamuis ergo de conſenſu ſocij fieri poſſit fene-
9 ſtra † in communi pariete, d. l. eos, vbi Bartol. Caſtr. &
alij, Bero. conſi. 135. num. 2. vol. 3. hic tamen conſenſus
extendi non debet, vt alia liceat facere, quin etiam di-
ſputat Cæpol. loco præcitato, an liceat nouum ſignum
mittere loco primi, quod ſocio conſentiente fuerat in-
iunctum.

Similiter non aduerſatur quod inuito ſocio poſſit
quid fieri in re communi, quia vt infra latius declara-
bo, procedit, quando rei facies non mutaretur; at mu-
tare faciem rei non licet ſocio inuito.

10 Cæpollæ vero † aſſertio eſt contra tex. in d. l. penul.
ſiue, eos, & contra Docto. ſupra in princ. huius partis
citatos, qui abſolutè, & indiſtinctè dicunt, ſocio non
permitti quod ſocio inuito feneſtram faciat, & lex de-
bet generaliter intelligi quando non diſtinguit, l. de
precio, ff. de Public. & ſi ea deciſio reciperet diſtinctio-
nem, vtique non reticerent Doct. imo Ang. in d. l. qui-
dam Hiberus, & d. l. inter quos, pluribus in quæſtioni-
bus diſtinguit, an paries ſit aptus ferendo oneri, an
opus ſit ſocio allaturum damnum: dum verò de fene-
ſtræ agit conſtructione, nullà vtitur diſtinctione. Eſt
etiam falſa ea diſtinctio Cępollæ, quia contra rationē,
per quam prohibetur ſocio feneſtram facere in parie-
te communi, ne ſcilicet mutetur facies parietis. ita An
gel. in d. l. inter quos, Cæpol. in d. c. 62. col. 2. Bertrand.
d. conſil. 136. ea verò ratio æquè militat, quando pa-
ties eſt fortis, & quando nullum damnum inferri po-
teſt ſocio, atque in alio caſu, quando eſt debilis, & dā-
num inferri poteſt, non minus enim facies mutatur
craſſi parietis, quam exilis, ſi in eo fiat feneſtra, dum
ergo eadem ſubeſt ratio, idem ius eſſe debet, l. illud, ff.
ad leg. Aquil. Præterea, illa ratio excluſiua damni, ſi
ſola verſetur, non eſt potens ad concedendum quod
aliàs eſt prohibitum: videmus enim, quod ſocius non
11 poteſt parietem † ad meliorem formam reducere in-
uito ſocio, mutando antiquam formam, vt eſt text. in l.
parietem, ff. de ſeru. vrb. præd. vbi hoc not. Mart. de Fa
no, Bal. & Ang. & inquit Mart. Laud. in l. ius autem ci-
uile, ff. de iuſt. & iur. quod vnus ex ſocijs non poteſt al-
tero inuito turrim caſtri ex lignis confectam reficere,
& lapidibus conſtruere. ſequitur Iaſ. in l. quo minus,
nu. 109. ff. de flum. Natta conſi. 215. nu. 7. qui enim ve-
terem formam mutat, etſi videatur meliorare, dicitur
tamen rem deteriorem reddere, l. vſufructuarius no-
uum tectorium, ff. de vſufruct. & dicit Ang. in d. l. in re
communi, quod ſocius qui in communi pariete fecit
feneſtram inuito ſocio, debet illam recludere, etiam ſi
offerat ſoluere ſocio damna, & intereſſe. ſequitur Pa-
riſ. d. conſil. 63. nu. 4. Ecce ergo, quod etſi nullum infe-
ratur damnum ſocio, non tamen permiſſum eſt ei ali-
quod opus facere, & Ange ibi dicit, eſſe de hoc caſum.
12 Præterea ſicuti lucrum facere dicitur qui ſuam † ex-
plet voluntatem, gl. in l. fin. ff. de vſu, & habitat. Tiraq.
de retract. in præfat. num. 25. Neuiz. in conſi. 74. nu. 13.
ita damnum pati dicitur, qui cogitur pati in re pro-
pria, vel communi nouum opus.

13 Et Caſtr. in d. l. eos, † non dicit quod liceat feneſtrā
facere, ſi non ſit damnoſa ſocio, ſed inquit abſolutè fe-
neſtram fieri non poſſe, dicit enim feneſtram facere
non licet, nec quid aliud, quod non ſit ex natura rei, vel
neceſſarium pro vtilitate rei; quod verò ſubdit, niſi ta
le ſit, quod non alteret rem, nec damnum ferat, referri
debet non ad dictum, de feneſtra, ſed ad generale di-
ctum, nec quid aliud, quòd non ſit, &c. quia relatio fie-
ri debet ad proxima, l. hæredes palam, §. ſed ſi notam,
ff. de teſtam. & quia exceptio non conuenit feneſtræ ex
quo exceptio eſt generalis, de feneſtra eſt ſpeciale, &
feneſtra fieri non poteſt, niſi rumpatur murus, atque
ita alteretur, vt ipſemet Cæpol. aduertit d. c. 62. rela-
14 tio non fit ad ea † quibus non conuenit, l. 1. §. lex Fal-
cidia, ff. ad leg. Falcid. Alexan. conſil. 81. num. 11. vol. 6.
Dom. Becius, conſil. 101. num. 78.

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur matri in bonis filij.*
2 *Matri in bonis filij debetur legitima non naturali iure, ſed poſitiuo.*
3 *Inſtitutionis honorabili titulo debetur matri legitima in bonis filij, ſicut filio in bonis patris.*
4 *Legitimæ ſupplementum, matri debetur in bonis filij, & num. 22.*
5 *Legata non minuunt legitimam.*
6 *Bona intelliguntur deducto ære alieno.*
7 *Legitima dicitur æs alienum.*
8 *Legatum non compenſatur cum debito neceſſario quando teſtator reliquit de bonis ſuis.*
9 *Conferre non tenentur deſcendentes.*
10 *Collatio vbi non habet locum, ibi non cadit imputatio.*
11 *Fructus bonorum hæreditariorum, non imputat filius in legitimam.*
12 *Legitimam ſicuti non poteſt pater filio in fructibus aſſignare, ita nec in vſufructu.*
13 *Vſusfructus legatum non imputatur filio in legitimam.*
14 *Legitima deſcendentium, & aſcendentiũ eiſdem regulis gubernantur niſi contrarium appareat expreſsè deciſum.*
15 *Legatum vſusfructus non imputatur matri in legitimam.*
16 *Aſcendentibus debetur legitima in corporibus, nec poteſt ſolui in fructibus.*
17 *Legitima aſcendentium eſt tertia pars omnium bonorum.*
18 *Legitimæ imputatur quicquid de patrimonio teſtatoris capitur per viam vltimæ voluntatis.*
19 *Legatum imputatur in legitimam.*
20 *Legatum in dubio compenſatur cum debito neceſſario.*
21 *Dotem habitum à filio imputat ſibi mater in legitimam ei debitam in bonis filij.*
22 *Supplementum legitimæ petendi ius competit aſcendentibus non minus quam deſcendentibus.*
23 *Fructus imputantur non ſolum in Trebellianicam, ſed etiam in legitimam patri grauato alij reſtituere hæreditatem.*
24 *Legitimæ aſcendentium imputantur fructus percepti.*
25 *Legitima deducitur ære alieno prius detracto.*
26 *Fructus legitimæ debentur à die mortis teſtatoris.*
27 *Tranſmiſſio legitimæ fit etiam ante petitionem.*
28 *Dominium rei legatæ tranſit ipſo iure in legatarium à morte teſtatoris.*
29 *Imputatio aliter fieri non poteſt, niſi id quod relinquitur ſit de bonis, & ſubſtantia teſtatoris.*
30 *Abſurdum vt euitetur, recedimus à iuris regulis.*

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

PLVRES quæſtiones fuerunt propoſitę in cauſa compromiſſa inter D. Barbaram Falconam quæ legitimam petit in bonis Philippi Coſtæ, qui condito teſtamento, & relicto ſibi vſufructu omnium bonorum, deceſſit ſine filijs, & D. Orlandum de Orlandis, dicti Philippi hæredem, ſed ea fuit principalis, an vſusfructus legatum ſit matri imputandum in legitimam. Pro cuius dubij explanatione ſciendum eſt, quod matri in bonis filij de-
1 betur legitima, † Authen. Presbiteros, C. de ſacr. Eccleſ. c. 1. in fine, de teſta. in 6. Afflict. in deciſ. 310. num. 2. Cęph. conſ. 120. num. 1. Aſcan. Clem. in tract. de patr. poteſt. c. 4. nu. 22. quos omnes citaui in conſ. 292. nu. 5. vbi probaui idem eſſe in bonis filij emancipati. addit Riminal. in conſil. 305. nu. 17. & ſequen. vbi dicit, procedere etiam in matre quæ ad ſecunda vota tranſiuit, licet non meminerit de iuribus prædictis. Menoch. conſil. 206. nu. 57. vbi inquit, ita tenere omnes, ſiue filius condiderit teſtamentum, ſiue non. Cucus in tract. de legit. in princ. nu. 6. Petra de fideicomm. ex prohib. alien. quæſt. 15. nu. 94. & ſequen. de quo tamen eſt videndus Menoch. conſil. 237. per totum. & licet non ſit debita matri legitima naturali iure, ſicuti debetur fi-
2 lio, ſed poſitiuo tantum iure debeatur, † tamen Bald. in l. 1. §. ius naturale, ff. de iuſtit. & iure, Bereng. in l. in quartam, nu. 58. vbi Ripa, nu. 127. ff. ad leg. Falcid. Cęphal. conſil. 279. nu. 35. Roland. conſil. 39. nu. 12. & 13. volum. 3. alios citat Rimin. in conſi. 259. nu. 34. Bened. in c. Rainutius, in pri. part. in verſicu. vxorem nomine Adelaſiam, nu. 47. de teſtam. Petr. d. quæſt. 15. num. 79. de quo tamen videri poteſt Eman. Coſta, in c. ſi pater, in tertia par. in verſic. priuare non poſſit, nu. 39. de teſtam. in 6. tamen ei non minus debetur honorabili inſtitutionis titulo, quã ſit debita filio in bonis patris,
3 † §. aliud quoque capitulum, & §. ſiue autem, in verſi. ſancimus, & §. hæc autem diſpoſuimus, in Authen. Vt cum de appellatio. cognoſc. Salic. in Authen. Nouiſſima, col. ſecunda, C. de inoffic. teſtam. vbi Iaſ. nu. 37. dicit communem. Socin. iun. conſi. 64. num. 1. volu. 2. Cucus latè in dicto tractat. §. quo tit. paren. relinq. debe. leg. num. 1. & ſeq. folio mihi 14. vbi dicit Bartolum contrarium tenentem eſſe deſtitutum à ceteris. plures alios citat Coſta, d. §. priuare non poſſit, nu. 35. latè Riminal. d. conſi. 305. nu. 18. & ſeq. & nu. 57. Clar. de teſtam. quæſtio. 49. Molin. alios citans in tract. de primogen. lib. 2. c. 15. nu. 16. imo legitima videtur magis debita matri quam filio, propter dolorem amiſſi filij, vt per Cęphal. dicto conſil. 278. num. 50. quem citat, & ſequitur Petra d. quæſtio. 17. num. 78. in quo tamen contrarium tenent Celſ. Hugo, conſi. 51. num. 19. & Cęphal. in conſil. 291. num. 3. quos citat, & ſequitur Menoch. d. conſil. 206. nu. 74. & 80. & ſicuti matri de-
4 betur legitima, ita & ſupplementum legitimæ. † Ancha. in conſi. 421. quem ſequitur Rimin. d. conſil. 305. num. 18. 27. & ſeq. & eſt communis, vt per Craſſ. §. legitima, q. 34.

His præmiſſis videtur legatum prædictum non eſſe in legitimam imputandum. Primo, quia legata non
5 minuunt legitimam, † l. ſcimus, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam. Alex. conſi. 31. col. fin. vol. 3. Port. Imol. in conſi. 38. nu. 7. plures citat Rol. in conſi. 65. num. 18. vol. 1. at ſi imputaretur in legitimam legatum factum matri, vtique minueret legitimam.

Secundo teſtator legauit vſumfructum omnium ſuorum bonorum, bona autem intelliguntur deducto
6 ære alieno, † l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verbor. ſigni. Bartol. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de bon. lib. Oldra. conſi. 297. num. 6. ergo deducendum primo eſt æs alienum ante ipſum legatum. ita probat text. in l. vſufructu bonorum, ff. ad leg. Falcid. ſupponit Pract. Pap. in forma lib. quo agit. ad dotem, in gloſ. dedit, & legauit, num. 5. Bellon. conſil. 7. nu. 1. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 6. num. 12. Caualcan. de vſufru. mul. relicto, nu. 95. legitima autem dicitur æs
7 alienum, † l. Papinianus, §. quarta, vbi Docto. ff. de inoffic. teſtam. Bald. in Authen. Hoc amplius, in vlt. oppoſ. C. de fideicomm. & in ea filius dicitur creditor, l. ſi quis legatum, ff. de falſ. cum multis quos citaui in conſi. 192. num. 16. qui etſi loquantur in legitima filio debita, tamen procedunt etiam in ea quæ aſcendenti debetur: quia procedunt à pari, vt dicam infra. non poteſt igitur eſſe locus imputationi ſi primum deducitur legitima, deinde vero legatum vſusfructus. ita Socin. iun. conſil. 64. num. 3. volum. 2. Barbat. conſil. 65. colum. 3. vol. 3.

Tertio ſuadetur, quia cum vſusfructus fuerit ſolum relictus in bonis teſtatoris, ceſſat omnis ratio compenſandi,

penſandi,

Digitized by Google

penſandi, vt poſt alios tenẽt Iaſ. in Authen. Præterea,
num. 26. C. vnde vir, & vxor, vbi ait, quod etſi legatum
regulariter compenſetur in debitum neceſſarium, ta-
8 mẽ hoc fallit, quãdo teſtator relinquit de bonis † ſuis.
ſequuntur Bald. Caſtr. Alex. Corn. Riminal. Capra, &
alij, quos citaui in conſil. 224. num. 11. Cardin. Manti-
ca de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 2. nu. 21. alios
citaui in conſil. 112. num. 83. non enim reliquiſſet de
bonis ſuis, ſed de bonis proprijs ipſius legatariæ, ſi te-
neretur legatum imputare in legitimam ſibi debi-
tam, vt per Soc. iun. d. conſi. 64.

Quarto, quod legatum vſusfructus non ſit imputã-
dum in legitimam, probatur manifeſta ratione: nam
quidquid ſit in deſcendentibus, hoc in aſcendentibus
9 certum eſt, quod non tenentur conferre, † ſecundum
Bald. & Caſtr. in l. emancipari, C. de collatio. Bal. in l.
qui nouella, in princip. C. de inoffic. teſtamen. Cin. d. l.
emancipati. Bart. in l. pater, col. fin. ff. de collatio. bon.
Doctor. omnes in Rubr. C. de collat. ergo non etiam
tenentur imputare, quia communis eſt regula, quod
10 non imputat qui non confert. † Aretin. conſi. 17. col.
fi. Doct. in l. illud, C. de collat. Bertr. conſil. 337. vol. 3.
conſi. 152. num. 1. vol. 4.

Quinto, hæc opinio euincitur alio fundamento: nã
legitima repleri debet de ſubſtantia teſtatoris, d. §. re
pletione, non autem de fructibus. Bald. Salicet. Caſtr.
& alij ibi, qui dicunt, quod filius non imputat in legi-
11 timam fructus bonorum hæreditariorum. † ſequitur
Iaſ. nu. 9. vbi addit Cin. Bald. Ang. Imol. & Alex. Corn.
in conſi. 265. col. 1. vol. 1. Rub. in conſil. 34. nu. 3. Cucus
in tract. de legitima, §. ex ſubſtantia, nu. 38. folio mihi
52. Rimin. conſ. 241. nu. 36. imo multi dicunt, quod iu-
dex non poteſt filio aſſignare legitimam in fructibus
quos percepit. Imol. in l. Centurio, ff. de vulg. & licet
contrariũ teneant Ang. & Alc. in d. l. Centurio, Caſtr.
d. §. repletionẽ, Ripa, Alc. & Ruin. quos citat, & ſequi-
tur Menoch. de arb. iud. caſu 163. nu. 31. tamen loqui-
tur in fructibus viuo teſtatore perceptis. Cucus d. tra-
ctat. in verſi. ex ſubſtantia, nu. 4. folio mihi 26. Menoc.
conſi. 237. num. 9. & ſicuti pater non poteſt legitimam
12 aſſignare in ſolis fructibus, ita nec in † vſufructu. Odo
fred. Butr. Bal. Faber, Ang. Salic. Caſtr. & alij, in Auth.
Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. vbi Iaſ. nu. 44. teſtatur
de communi. Anchar. clarè in conſil. 128. num. 2. Bar-
bat. in conſi. 63. colum. 3. verſi. præterea faciat, volum.
3. & fuit opinio gloſſ. in l. vxori, ff. de vſufruct. leg. & in
d. Authent. Nouiſſima, quam ait communiter appro-
batam Roder. in l. quoniam in prioribus, in 3. amplia.
num. 1. Socin. iun. in conſi. 64. num. 5. volum. 2. Rimin.
conſil. 259. num. 32. & conſi. 460. num. 9. Cucus in d.
tractat. §. cuius portionis, num. 5. folio mihi 104. Me-
noch. conſil. 237. num. 9. & in conſil. 476. num. 1. Craſſ.
in §. legitima, quæſt. 15. nu. 6. vbi ampliat etiam ſi vſuſ-
fructus omnium bonotum æquaret valorem legitimæ,
& ſubdit procedere etiam ſi teſtator vltra legitimam
reliquiſſet multorum bonorum proprietatem, quæ ex-
cederet vſumfructum legitimæ. allegat gloſ. Roder. &
alios. Vaſq. de ſucceſſion. creat. lib. 2. §. 20. num. 288.
Ruin. conſi. 194. nu. 5. vol. 2. Petra d. q. 15. num. 92. ver.
nec etiam relinqui poteſt, licet aliter diſtinguendo
dicat Vaſq. loco præcitato, §. 10. nu. 378.

Sexto per rõnes prædictas dicit Picus, in l. in quar-
tam, num. 267. ff. ad leg Falc. quod etſi regulariter le-
gatum imputetur filio in legitimam, tamen hoc fallit
13 in legato vſusfructus, quia illud non imputatur, † ex
quo hoc modo contra iuris regulam legitima præſta-
retur in fructibus. & idem dicit Bereng. ibi, c. 3. nu. 92.
in fi. Rimin. conſi. 460. nu. 9. pro qua concluſione facit
Soc. iun. in conſ. 64. nũ. 9. vol. 2. vbi dicit, legatum vſuſ-
fructus non imputari, quia non eſt res imputabilis. cũ
enim legitima debeatur in bonis, ideſt in ſubſtantia
teſtatoris, non autem in fructibus, non debet vna res
pro alia ſolui inuito creditori, l. 2. §. mutui, ff. ſi cer. pet.
& dicit gl. in l. non amplius, §. fin. ff. de leg. 1. quod etſi
iudex in aſſignãda legitima ſequi debeat volũtatem
teſtatoris, tamen fallit, quando teſtator iuſſit in legi-
timam imputari id quod loco legitimæ ſolui non po-
teſt. ſequitur Alex. & alij, & communem dicit Cor-
neus conſi. 26. nu. 8. vol. 3. Craſſ. §. legitima, q. 17. nu. 2.
Nec dicatur, quod prædicti omnes loquantur in legi-
tima deſcendentibus debita: quia reſpondeo, eiſdem
regulis gubernari legitimam debitam aſcendẽtibus,
14 niſi contrarium appareat expreſſe deciſum, † vt per
Vaſq. de ſucceſſio. creat. §. 10. nu. 266. & nu. 368. vbi in-
fert ad duas deciſiones, & §. 20. nu. 184. vbi ait, quod
duæ iſtæ legitimæ æquiparãtur, ita vt ſtatutum in vna,
locum etiam habeat in alia. Gabr. in conſi. 101. nu. 9.
volum. 2. Petra d. quæſt. 15. nu. 74. Roder. l. quando in
prioribus, ampl. 16. nu. 2. ideo ſicuti legatum vſusfru-
ctus non imputatur filio in legitimam, ita nec impu-
tari debet matri.

Poſtremo in terminis, quod legatum vſusfructus
15 relictum matri non ei imputetur † in legitimam, vo-
luit per multas rationes Corn. in conſil. 176. in 1. dub.
vol. 3. & ea eſt principalis, quod legitima debetur de
corporibus hæreditarijs, non de fructibus, propterea
non debet eſſe in poteſtate filij cogere matrem ad ca-
piẽdum legitimam in alia re q̃ à iure debeatur. quem
citat hanc ſententiam latè probans Corn. Rim. in cõſ.
259. nu. 31. & 39. ſed præter eum hoc ẽr voluit Soc. iun.
in conſi. 64. nu. 1. vſque ad 10. vol. 2. vbi tamẽ de Corn.
mentionem non facit, & mouetur principaliter du-
plici fundamento. Primo, quia de corporibus hæredi-
tarijs non de fructibus ſoluenda eſt legitima. Secũdo,
quia in ſuo caſu fuerat relictus vſusfructus omnium
bonorũ teſtatoris, quæ intelliguntur deducto ære alie-
no, & conſequenter legitima. Hanc quoque opinionẽ
probauit Io. de Garron. in Auth. Ex teſtamẽto, nu. 35.
C. de ſecun. nupt. Eman. Coſta in c. ſi pater, in 3. par. in
verſi. priuare non poſſit, nu. 38. & 39. Et licet multi di-
cant, quod aſcendentibus legitima non debeatur ex
corporibus, ſed ſolui poſſit etiam in fructibus, tamen
16 contraria verior videtur opinio, † & probatur text. in
§. hæc autem diſpoſuimus, & §. ceterum, in Auth. Vt cũ
de appell. cognoſc. vbi dicitur, tam parentibus quam
filijs repletionem fieri ſecundum alias leges, & eam
opinionem tenuetunt Guid. Pap. Hercula. Rube. & Io.
de Garron. quos citat Coſta loco præcitato, num. 38.
verſi. ſed profecto, vbi nu. 39. ver. nec proponit nouum
intellectum ad l. ſcripto, ff. vnde liber.

Pro aduerſa aũt parte dicebatur matri legitimam
deberi in bonis filij, iuxta ſcripta ſupra in princ. & eã
eſſe tertiam omnium bonorum, quia cum filiorum au-
cta ſit legitima, idem omnino admittunt Doctores
17 fauore aſcendentium. † gl. in l. omnium, ff. de vſufruct.
Bart. in Auth. Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. vbi eum
ſequuntur communiter omnes, ſecundum Iaſ. nu. 35.
Crot. in l. re coniuncti, num. 178. ff. de legat. 3. Bereng.
in d. l. in quartam, cap. 1. num. 162. vbi inquit hanc eſ-
ſe clariſſimam concluſionem, & vna omnium voce re-
ceptam. Afflict. deciſ. 204. num. 4. Crauet. conſil. 110.
in fi. Gabr. conſi. 17. num. 7. conſil. 45. num. 4. volum. 2.
Petr. d. q. 15. num. 75. Roland. conſi. 39. per totum, vol.
3. & de matre quod eius legitima ſit rerſia, voluit Bal.
in conſi. 350. colum. 2. volum. 4. Caſtr. conſi. 286. nu. 2.
in fine. Bereng. d. l. in quartam, cap. 1. num. 56. Bertr.
conſil. 85. num. 1. Gabriel. conſi. 94. num. 1. conſil. 101.
num. 7. volum. 1. plures citat Cucus d. tract. § . eadem,
num. 6.

Digitized by Google

num.6. folio mihi 100. qui loquendo in matre, idem
dicit in §.quod vero dictum, num.15. in verſi.quærunt
præterea,folio 14.Craſſ.d.§.legitima,quæſt.8.& 9. vbi
alios citat.Aſcan.in tract.de patr.poteſt.c.4.nu.23.&
effect.16. num. 54. Riminald. in matre in conſil. 405.
dicebatur quoque legatum eſſe in legitimam impu-
tandum.

Primo, quia in legitimam imputatur quidquid de
patrimonio teſtatoris capitur per viam vltimæ volū-
18 taris,† l.omnimodo,& l.scimus, C.de inoffic. teſta.&
paſſim ponunt Doctores,ſed in ſpecie, quod legati ti-
19 tulo relictum imputetur,† eſt tex.in l.etiam, §.pen.in
fi.ff.de bon.lib.Bart.in l.in quartam,num.10.ff.ad leg.
Falc.vbi ait imputari quocunque titulo datum ſit in-
ſtitutionis,vel in vim modi,vel legati,& ſeq. alij,præ-
cipuè Alex.nu.20.circa fin.Picus,nu.266.Ruin.nu.28.
& Bereng.c.3.nu.90.& 91. in fi.& nu.93. Corn.in con-
ſil.176.in prin.vol.3.& communem eſſe concluſionem
dicit Vaſq.loco præcitato,§.30.nu.243.& ſeq.vbi ſub-
dit,procedere, etiam ſi legatum factum ſit ſub condi-
tione,quæ tempore mortis non ſit purificata. Ripa, in
d.l.in quartam,nu.140.Anch.mod.famil.quæſt. lib.2.
quæſt.41.num.2. Gabr.conſil.108. num.7.vol.2.Craſſ.
d.§.legitima,q.20.num.1.

Secundo confirmatur ratione, quia cum legitima
ſit debitum neceſſarium, vt dixi in princ. ex quo eam
tenetur filius matri relinquere,certum eſt,quod lega-
tum in eam compenſatur, iuxta regulam quod lega-
20 tum cum debito neceſſario in dubio compenſatur,† l.
ſi cum dotē,§.ſi pater,vbi not.omnes Doct.ff.ſol.matr.
Auth.Præterea,vbi etiam omnes Doct. C.vnde vir,&
vxor.Card.Imol.& alij Doct.omnes,in c.officij,de te-
ſtam.Affl.dec.44.nu.9.Neuiz.conſi.62.num.22.& in
ſpecie,quod legatum cenſeatur relictum animo com-
penſandi in legitimam, quando legitima debetur in
bonis legantis,voluit Bal.in conſi.84.vol.2.licet aliud
velit, quando debetur in bonis alterius, Menocb. qui
alios citat,in conſi.206.nu.86.

Tertio licet prędicta iura loquātur de legitima de-
ſcendentium, tamen idem dicendum eſt in legitima
aſcendentibus debita, vt in eam quoque imputentur
legata; tū,quia eiſdem regūtur regulis,vt dixi ſupra;
tum etiam,quia vtroq; caſu furor militat teſtamenti;
& demum,quia aſcendentes quibus poſitiuo iure, vt
dixi in princip.debetur legitima,non debent eſſe me-
lioris conditionis quam deſcendentes quibus debita
eſt iure naturæ. & per has,& alias rationes concludit
Picus,in d.l.in quartam,num.257.quod imputatio ſit
non minus per aſcendentes quam per deſcendentes,
& ſubdit mirari quod Doctores eam quæſtionem ne-
glexerint.ſed ego dico,quod habuerūt eam pro clara
in fauorem filij,vel hæredis,aliàs illam attigiſſent, &
per eaſdem ferme rationes idem Picus ibi,nu.197.cō-
21 cludit,† quod mater imputat ſibi in legitimam debi-
tam in bonis filij dotem quam habuit à filio. Bereng.
d.l.in quartam,c.3.nu.120. vbi idem dicit. & facit ra-
tio, quia aſcendentibus competit ius petendi ſupple-
22 mentum † legitimæ ſicut deſcenden. gl.in l.omnimo-
do,in princip.vbi notant omnes Doctor. C.de inoffic.
teſta.Vaſq.d.tract.§.30.nu.85. vbi allegando Odofr.
Io.Fab.Ang.Salic. Caſtr.Fulgoſ. & Iaſ.dicit eſſe com-
munem Picus,d.l.in quartam,num.197. Craſſ.§.legi-
tima,q.34.propterea eodem modo ſuppleri debet
aſcendentibus legitima, quod ſuppletur deſcenden-
tibus,ideſt per imputationem.

Quarto,quod etiam legatum vſusfructus impute-
tur matri in legitimam, probatur egregia deciſione
Bald.in c.ſi pater,de teſtam.in 6. colum.fin. vbi dicit,
quod pater grauatus à filio reſtituere alij hæreditatē,
imputat ſibi fructus non ſolum in Trebellianicam,ſed
23 etiam in legitimam,† mouetur per text. in l. filiusfa-
milias,ff.ad leg. Falc. vbi fructus imputantur in Tre-
bellianicam debitam aſcendentibus, licet ſecus ſit in
filio primigradus, & ibi Doctores omnes dicūt, quod
eſt incorrecta,& etiam hodie ſeruatur,& communem
dicit Alex.ibi,nu.4.poſt Bar. ibi,ſubdens, quod de iu-
re antiquo fructus imputabantur in quartam, etiam
filijs primi gradus,l.Papinianus,§. vnde ſi quis, ff. de
inoffic. teſtam. & licet in filijs primi gradus ſecuta ſit
correctio,l.iubemus,C.ad Trebel.tamen, quia ibi ni-
hil dictum eſt de parētibus, ius antiquum incorrectū
remanet.idem voluerunt Bart. Aug. & alij, præcipuè
Ale.nu.9.in l.in fideicommiſſariam, ff.ad Trebell. vbi
Rip.nu.31.multos allegat.Rol.in conſi.39. nu.21.vol.
3.Craſſus in §.Trebellianica,quęſt.11.in fi.Bereng.l.in
quartam,c.1.nu.98.& c.3.num.29.qui omnes conclu-
dunt, aſcendentibus in Trebellianicam, vel Falcidiā
imputari debere fructus quoſcunque perceptos,ſicu-
ti autem imputātur in Falcidiam,& Trebellianicam,
24 ita imputari debent in legitimam, † & Bal. ſequitur
Alex.in d.l.filiusfamilias,nu.4. qui quoad legitimam
dicit eſſe diligentiſſimè notandum. Franch. in d. c. ſi
pater,nu.21.col.9.verſi.& an iſtud ſupplementum,vbi
dicit eſſe menti tenendum. Roder.in l.quoniá in prio-
ribus,ampliat.16.num.5.vbi dicit hanc eſſe elegātem
deciſionem. Picus,d.l.in quartam, num.285. vbi dicit
mirabilem. Fabian.in Authen. Nouiſſima,num.112. C.
de inoffic.teſtam.vbi neminem allegat.& mouetur ſo-
lum, quia diſpoſitio §. repletionem, inducta fuit ſpe-
ciali fauore filiorum,ideo in alijs ſit imputatio.& hāc
dicit ſingularem limitationem Io. de Garron. in Au-
then. Ex teſtamento,nu.32. C.de ſecund.nupt. vbi di-
cit eſſe communem, & allegat multos concordantes.
Ripa in d.l. in fideicommiſſariam, num. 43. & in l. in
quartam,nu.127.verſ.ſecundo intellige,& ibi Bereng.
par.3.num.58.Petra in d.q.15.nu.80. Rolan.conſi 39.
num.14.& 21.volum.3. Craſſ.d.§.Trebellian.quæſtio.
11. in fine, ex quibus apparet, hanc eſſe communem
opinionem,ita vt curandum non ſit de ijs qui contra-
rium aſſeruerunt, præcipuè Guid. Pap. Hercul. Rub.
Ioan. de Garron. Corn. & Coſta, ſupra citatis, vltra
quod mouentur leuibus rationibus, & non tanta eſt
ratio in legitima aſcendentium quanta in deſcenden-
tibus,& correctio iuris non eſt multiplicanda,ſed re-
ſtringenda,& fauor filij conceſſus in d. §. repletione,
non eſt extendendus ad parentes, præcipuè, cum in
alijs multis legitima aſcendentibus debita differat
à legitima deſcendentium.& cum Baldo tenet nouiſ-
ſimè Cucus,d.tract.de legitima,§.ex ſubſtantia,num.
44.folio 55.Craſſ.§.legitima,num.19. in fi. Caualcan.
de vſufruct.num.18.& 52.

Non obſtat autem,quod legata non minuunt legi-
timam,quia etſi verum ſit, nō tamen ideo infertur ea
non imputari,poſſunt enim ſimul ſtare,quod in calcu-
landa legitima non deducantur legata, ſed compu-
tentur in cōſtituendo cumulum hæreditatis,ſed exin-
de ea in legitimam imputentur, ita quod aſcendens
tanto minus capiat pro legitima quantum importat
valor legatorum.

Nec reſiſtit,quod legatum ſit factum deducto prius
ære alieno, & conſequenter legitima: quia reſpon-
deo,quod etſi legitima dicatur æs alienum, tamen id
eſt fictè non verè, & ideo deducitur ære prius alieno
25 detracto,† l.Papinianus,§.4. ff.de inoffic.teſtam. Ca-
ſtrenſ.in l. quod de bonis, §.quod auus,ff.ad leg.Falc.
vbi ait, quod legitima nō eſt propriè debitū, ſequitur
Alex.ibi,in princ.Ruin.conſi.56.num.9. volum.2.Ro-
land.in tract.de inuentar.§.dubitatio oritur,num.28.

folio

folio mihi 173. cum ſimilib. quare, non eſt mirum, ſi
mater non prius deducit legitimam. Secundo trādeo,
quod cum imputatio fiat ipſo iure, & eodem t͞pe quo
legitima detrahenda eſt, non pōt dici q͞d prius dedu
cenda ſit legitima quam præſtandum legatum, quia
in ijs quæ eodem tempore fiunt non datur prius nec
poſterius. Tertio dico, quod etſi primo deducatur le-
gitima, quam præſtetur legatum, tamen quando po-
ſtea mater voluerit legatum conſequi, tunc cogetur
tantum reddere de accepta legitima, quantum im-
portabit valor legati, pro quo facit quod voluit Pic.
d.l. in quartam, nu. 205. circa fin. vbi ait, quod etſi fi-
lius non teneatur imputare in Trebell. id quod non-
dum eſt datum cauſa implendæ conditionis, ſed eſt
dandum, vt per Iaſ. in l. filium quem habentem, num.
18. & 19. C. famil. hereiſc. tamen ſi poſt detractionem
aliquid datur, tunc vel imputabitur vel cogetur reſti
tuere quantum illud cap. Quarto dico, quod eodem
t͞pe ſuccedit executio legati & legitimæ, ſicuti enim
repletio legitimæ fit ipſo iure à morte teſtatoris, d. §.
26 repletionem, ideo ab ea die veniunt fructus. † Bald.
conſil. 222. vol. 4. dixi conſ. 128. num. 4. & tranſmitti-
27 tur ante petitionem, † vt dixi ibi, num. 3. Craſſ. §. legi
tima, q. 37. ita dominium rei legatæ tranſit in legata
28 rium ipſo iure à morte teſtatoris, † l. à Titio, ff. de
furt. dixi conſ. 128. num. 18. cum ſimilibus, ideo nihil
prohibet imputationem.

Tertium quoque nō vrget, quia non dicit teſtator ſe relinquere de bonis ſuis, ſed ait ſe legare vſumfructum bonorum ſuorum, ad demonſtrandum quòd nolebat relinquere niſi ius quod habebat, & hic loquendi modus plurimum differt ab eo quo relinquit, vel ſolui mandat de ſuis bonis.

Secundo reſpondeo, quod cum legitima non ſit verum debitum, vt ſupra dixi, extinguitur per legatum pro rata, non per modum compenſationis, ſed per viam imputationis, quæ à lege inducitur.

Tertio intantum illa verba non remouent impu-
tationem, quod imò illam inducunt, non enim aliter
fieri poteſt imputatio, niſi id quod relinquitur ſit de
29 bonis & ſubſtantia teſtatoris, † d. §. repletione, Doct.
in d.l. in quartam, in l. filium quem habētem, C. fam.
herciſ. Cum ergo inde imputādi ratio oriatur, quod
relictum eſt de bonis, non debet ex eadem cauſa ori-
ri prohibitio imputationis, quia contrarij effectus
naſci non poſſunt ex eadem cauſa, & non poſſunt ſi-
mul ſtare plura contraria, ſed ſe inuicem expellunt.

Quarto licèt bonorū appellatione id veniat quod ſupereſt ære alieno deducto, tamen teſtator non poteſt intelligi de legitima, quæ non includitur in generali diſpoſitione.

Ad quartum, quod aſcendentes ſicuti non confe-
runt, ita non imputent: reſpondet dupliciter Picus,
d.l. in quartam, num. 257. ver. reſponde dupliciter, &
præcipuè, quia in collatione non tanta militat ratio
quanta in imputatione; ſi enim imputatio non fieret
per aſcendentes, vtique melioris eſſent conditionis
quā deſcendentes, quod eſſet abſurdū, & pro abſur-
30 do vitando recedimus à iuris regulis, † vt probaui
in conſ. 85. num. 26. & ſeqq.

Quod verò quinto & ſexto loco dictum eſt, legatum vſusfructus non imputari ſicuti nec fructus imputandi ſunt, optimè procedit in legitima debita deſcendentibus, ea enim ſicuti ſolui non pōt in fructibus vel vſufructu, ita cum eis non recipit imputationē, quæ nihil aliud eſt quam ſolutio, at hæc ratio qua vnica mouentur Doctores negantes imputationem, ceſſat in legitima aſcendentibus debita, quæ præſtari pōt in pecunia, in fructibus, & in alia re, vt dixi ſupra in quarto fundamēto, ergo ceſſat quoq; diſpoſitio l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. l. quod dictū, ff. de pact. eodem modo tollitur quod dictum eſt repleri legitimam de ſubſtantia teſtatoris, d. §. repletionē, nam loquitur in legitima deſcendētium, ſed in aſcendentibus iura antiqua remanent incorrecta, vltra quod ſecundū aliquos correctio, de qua in d. §. eſt inducta ſingulari fauore filiorum, proinde non debet extendi, præcipuè, cum nō tanta ſit ratio in fauorem aſcendentium, quanta militat prò deſcendentibus.

Vltimum non reſiſtit fundatum ſuper authoritate Corn. Soc. iun. Io. de Garron. Rim. Coſtæ, & aliorum, quia, vt dixi, mouentur omnes ea ratione, quod legitima ſit de ſubſtantia ſoluenda, quæ tamen ſecūdum Bal. & alios communiter, eſt falſa, reſpectu aſcendentium, imo vno vel altero prædictorum excepto, omnes diſſimulanter agendo ſilentio inuoluunt prædictam Baldi doctrinam communiter receptam, & nulla illius facta mentione ſuam aſſertionem firmant, quaſi nemo repugnet. Cum igitur Bal. & ſequaces eius contradicāt prędictis, nec vlla conciliatione tranſigi poſſit negocium, tenenda eſt authoritas Baldi, quæ plures & grauiores habet aſſertores, quoties enim quiſq; eorum qui Baldo aut Alexandro æquari poſſit atq; ita arbiter aſſumptus à partibus, iudicaui.

S V M M A R I V M.

1 *Lucrari quis non debet cum aliena iactura.*
2 *Pactum eſt ſeruandum.*
3 *Caſus legis, ſtatuti, aut inſtrumenti, vbi adeſt, ceſſat diſputatio.*
4 *Inſtrumentum habet vim diffinitionis cauſæ.*
5 *Petere quis non debet id, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*
6 *Pactum inter ſocios damnatur quo lucrum quis ſentit, damni autem participes non ſit.*
7 *Lucrum vbi eſt conuentum inter ſocios, eodem modo de damno actum videtur, vt tantam partem damni quis ſentiat, quantam lucri portionem habere debet.*
8 *Socij vbi nihil de damno vel lucro conuenerunt, intelliguntur tacitè conueniſſe quod partes ſint æquales.*
9 *Diſpoſitio indefinita imo etiam generalis, reſtringitur per rationem ſecundum ſuam cauſam.*
10 *Cauſam ob aliquam quod fit, determinatur ſecundum illā.*
11 *Onus regulatur ſecundum commodum quod eſt oneris cauſa.*
12 *Remiſsio penſionis fit conductori impedito caſu fortuito, pro tempore quo impedimentum durauit.*
13 *Alimenta vltra feudi fructus non præſtat vaſallus domino ſuo.*
14 *Intereſſe non poteſt excedere ſortem.*
15 *Subrogatum ſapit naturam eius cui ſubrogatur.*
16 *Intereſſe ſoluens, videtur impleuiſſe quod promiſerat.*
17 *Acceſſorium ſequitur naturam principalis.*
18 *Interpretatio illa ſumenda eſt, per quam vtrique parti conſulitur, & eſt minus onroſa.*
19 *Verba pacti interpretantur contra eum qui ſe fundat ſuper eis.*
20 *Filius vt pro delicto patris plectatur, irrationabile reputatur.*
21 *Fideiuſſoris ad fauorem ſemper fit ſtricta interpretatio.*
22 *Verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam.*
23 *Alimentorum propria importantia diuerſificatur, vbi dictum eſt de alimentis condecentibus.*
24 *Qualitatem adijciens videtur declarare.*
25 *Qualitas adiecta reſtringit, & declarat diſpoſitionem.*
26 *Contractus ex conuentione legem accipiunt, ideo multa veniunt ex pacto, quæ non venirent ex natura contractus.*

CONSILIVM CCCLXXXIX.

CONVSNST ſocer cũ nuru de alimeo
tis, nedum nurui, ſed ipſins quoque
marri præſtandis, pacto tamen adie
cto, quod ſi prædia quædam ad nurũ
pertinentia uon poſſet recuperare,
& interim matrimoniũ ſolueretur,
ſocero liceret mairi præſtita alimenta repetere, ſecũ
dum taxationem condecenter faciendã: & quia eue
nit caſus à partibus præuiſus, propoſitũ eſt dubium,
qualiter ſint taxãda alimenta, an ſecundũ quod verè
fuerunt præſtita, an vero ſecundũ reditum prædiorũ
quæ non potuerunt recuperari. multi dicerent ſecun
dũ verum ipſorũ alimentorum valorem, qnia ſecun-
dũ naturalem æqnitatem procedit, vt tantũ recipiat
ſocer quantũ impendir in alimenta, aliàs remanebit
1 in dãno, & mulier illa † luerabitur, l. planè, ff. de petit.
hæred. facir l. ſi me & Titiũ, ff. ſi cer. pet. Præterea ver-
ba pacti clara ſunt, quia licet ſocero alimenta præſti
ta repetere, at præſtita non repeteret ſi minus conſe
queretur quã ipſe exhibuerit: pactũ ergo ſeruandũ
eſt, l. 1. ff. de pact. l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſit. & nulla
2 maior eſt iuſtitia, quã pactum ſeruare, † Bal. in conſ.
366. vol. 3. latè Bec. conſi. 45. nu. 55. & ſicuti, vbi eſt ca
ſus legis, ibi non eſt diſputandum, glo. in l. ancillæ, C.
de fur. vel vbi extat ſtatutũ. Bal. in l. Gallus, §. ſi eius,
in 2. not. ff. de lib. & poſthu. cũ multis apud Bec. conſ.
55. nu. 3. & ſeq. ita quando extant pactum & inſtrũm,
3 quia tũc ſat eſt dicere, quod adeſt caſus † inſtrumen
ti. Bald. in conſil. 515. col. 2. in fi. vol. 5. inſtrũm etenim
4 vim habet definitionis cauſæ. † Bal. conſi. 233. vol. 1.
Bec. conſ. 74. nu. 19. Facit, quia ſicuti ex pacto poterat
ſocer cogi ad præſtandum alimenta, vltra quam præ
diorum dotalium ferret reditus, Ita exigere poterit
præſtita alimẽta nulla habita ratione fructuum qui
ex prædijs potuiſſent percipi: petere enim quis non
5 debet id, cuius contrarium non eſſet † poſtulaturus,
l. ſi & rem & precium, ff. de petit. hære. l. pen. C. de ſo
lut. Crauet. in conſ. 946. num. 15. & non debet videri
iniqnum contra ſe, quod iuſtum fuir quis arbitratus
pro ſe, argumẽto eius quod dr in Rubr. & tit. ff. quod
quiſque iuris, aliàs non eſſet æqualis lucri, & damni
rõ, prout eſſe debet, ita quod non minus qnis poſſit
lucrari quã põt amittere; vnde inter ſocios dãnatur
pactũ quo lucrum quis ſentit, damni aũt particeps
6 non fit. † l. ſi non fuerit, in princ. & ibi gl. ff. pro ſocio.
Ioan. de Ligna. Card. Abb. & alij, in cap. vlt. de vſur.
Bal. in l. 1. quæſt. 9. C. pro ſocio. Didac. var. reſol. lib. 3.
c. 2. nu. 3. vbi mnltos citat. & vbi de lucro eſt conuen
tum, videtur eodem modo de damno actum, vt tantã
damni partem ſentiat qnis, quantam lucri portionẽ
7 debet habere, † §. illud, Inſtit. pro ſocio. Salic. in l. 1. q.
1. C. pro ſocio. & latè proſequitur Niconit. in Rubr.
ff. ſolu. matr. nu. 95. Natta in conſi. 554. nu. 7. ſic in du
bio quando nihil actum eſt de lucro vel dãno, intel-
liguntur tacite ſocij conueniſſe, quod partes ſint æ-
8 quales. † Bald. d. l. num. 1. gl. in §. 1. Inſtitut. de ſociet.
Corn. in l. ſi paſcenda, nu. 3. C. de pact. Menoch. de ar
bitr. iud. caſu 125. nu. 5.

Re tamen bene examinata, exiſtimo alimenta ta-
xanda eſſe ſecundum quantitatem fructnum qni ex
prædijs dotalibus percepti fuerunt: nam reſtitutio
alimentorum promiſſa fuit intuitu fructuũ, qui non
fuiſſent percepti, & ob illorum defectnm: indiſtincta
autem & indefinita, imò etiam generalis diſpoſitio
9 reſtringitur per rationem, † ſecundum ſuã cauſam,
l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. l. cum tale, §.
falſam, ff. de cond. & dem. Ang. in l. obligatione gene
rali, ff. de pign. Natta in conſ. 546. nu. 15. & quidquid
10 fit ob cauſam aliquã, determinatur ſecundũ † illam.
Bar. in l. Seio, ff. de annu. leg. vbi et Alber. Oſaſ. deciſ.
Pedem. 98. nu. 10. & cauſa limitata producit effectũ
limitatũ, l. in agris, ff. de acq. rer. do. & onus regulatũ
11 ſecundum cõmodũ quod eſt oneris cauſa, † Bar. Bal.
Ang. & Alex. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. 1. ſic vi-
demus, quod conductori impedito caſu fortuito, fit
penſionis remiſſio pro rpe quo impedimentum dura
12 uit, † l. ſi quis domũ, in prin. ff. locar. §. pen. Inſtit. eo.
Bar. in l. ſi vno, §. item cum quidã, ff. loca. Doctores in
c. ſi propter, vbi Abb. eo. tit. Bello. conſi. 45. nu. 4. ſic vi
demus, quod vaſallus ea quo ratione feudi filius te-
netur dñm alere, non præſtat alimenta vltra feudi
13 fructus. † Bal. in l. 1. §. ſed ſcimus, C. de Lat. lib. tollen.
Iacob. de homag. num. 29. & idem voluerunt Specu.
Aluar. Affl. Cur. iun. & Clarus, quos citaui in tracta-
tu alimentor. tit. 7. q. 31. & poſſem progredi ad infini
tas illationes quas omitto. Cũ igitur defectus illo-
rum fructuum ſit cauſa repetendi alimenta, non de-
bent ea vltra quã ſit fructuũ percipiendorum quanti
tas taxari, vt effectus ad ſuam cauſam reſtringatur.

Præterea, alimentorũ reſtitutio deducta eſt in pa
ctum, tanquam intereſſe quod patitur ſocer, cũ præ-
dia illa non põt conſequi, intereſſe aũt non põt exce
14 dere ſortẽ, ſed ei debet eſſe æqualis, † l. cũ & ſorte, ff.
de actio. empt. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.
vbi omnes Doctores ponunt, præcipuè Dec. num. 4.
Rebuff. nu. 147. & nu. 369. Bereng. nu. 197. & 244. La-
pus à S. Gemin. in l. curabit, §. 3. nume. 54. C. de actio.
empt. at mnlto ſortem excederet, ſi integra alimenta
poſſet repetere, qualia dicuntur à ſe fuiſſe præſtita.

Rurſus prædictorum alimentorum reſtitutio ſub-
rogatur loco fructuũ, quos ſocer intendebat perci-
pere ex prædijs, ſi ea conſequi potuiſſet: ergo ſecun-
dum ipſorum fructuum qnãtitatem fieri debet, quia
15 ſubrogatum ſapit alterius naturã cui † ſubrogatur,
l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis caut. Bal. in conſi.
58. in 4. dub. nu. 7. vol. 2. Craue. in conſil. 189. num. 9.
Dec. conſ. 290. col. 3. ver. quarto hoc idem. Tiraq. de
retractu conſang. §. 1. glo. 10. nu. 80. vbi dicunt proce
dere etiam ſi in aliquo reperiretur diſcrepantia in-
ter eos, ſi itaque loco fructuum debentur, fieri debet
taxatio ſecundum ipſorum fructunm iuſtam quanti
tatem & valorem, non autem vltrà.

Ex alio, non poteſt ſocer prætendere nomine ali-
mentorum plus quam importent dicti fructus: nam
ſolnendo ei alimenta ſecundnm fructuum quantita
tem, perinde cenſendum eſt, ac ſi ſocer prædia, & præ
diorũ fructus conſequutus fuiſſet: quia intereſſe ſuc-
cedit loco implementi, & ſoluens intereſſe, vĩ quod
16 promiſerat impleuiſſe. † Bar. in l. 1. in princ. col. 1. ff.
de actio. empt. vbi dicit, quod intereſſe fictione iuris
idem iudicatur cum ipſo principali. idem Bart. in l.
ſtipulationes non diuiduntur, num. 40. circa fin. ff. de
verb. oblig. Barb. in conſ. 74. colum. 12. poſt medium,
vol. 3. Aret. in conſi. 83. col. 2. verſ. tertio. Dec. in c. 1.
in prima lectura, num. 22. in fine, de iudic. & in con-
ſil. 2. nume. 8. Doctor. in l. vinum, ff. ſi cert. petat. ubi
Curt. iun. in fine, & Butigell. num. 55. idem Butigel.
in l. 4. §. Cato, num. 45. ff. de verborum oblig. ſi itaque
intereſſe ſuccedit loco principalis debiti, ſicuti plus
debito peti non poteſt, §. ſi quis agens, Inſt. de actio.
l. vnica, C. de plus petit. ita nec intereſſe excedens
principale debitum venire debet, quia hoc modo
plus debito conſequeretur ſocer, cui prędia non fue-
runt præſtita aut tradita, quibus frui poſſet, ſat eſt
autem quod creditor tantum habeat quantum fuiſ-
ſet

Digitized by Google

ſet conſequutus ſi fuiſſet ſibi ad vnguem impletum.
Nec omitto, quod intereſſe hoc eſt acceſſorium, &
deſcendit à principali, & debitor ob defectum prin-
cipalis, quod erat præſtādum, cogitur hoc ſoluere in-
tereſſe, ergo alimenta quæ pro intereſſe debentur re-
gulari, debent ſecundum id quòd principaliter erat
17 debitum, † argumento, c. acceſſorium, de reg. iur. in
ſexto, l. cum principalis, ff. eod. Butr. & Abb. in c. ſuā,
de pœn. vbi inſerunt, quod eatenus extinguitur acceſ
ſorium quatenus extinctum eſt principale, & non vl-
tra. ſi igitur principale conſiſtit in fructibus prædio-
rum, alimenta quę ſtipulata ſunt, & promiſſa loco il-
lorum fructuum, non debent excedere quantitatem,
& valorem ipſorum.
Et interpretatio hęc ſumenda eſt, quia per eam cō
ſulitur vtriq; parti, & minus eſt oneroſa; quia ſocer
id ipſum in effectu conſequitur quod habuiſſet ſi prę
dia ſibi fuiſſent tradita, & nurus minus grauatur quā
18 ſi integra alimenta cogeretur ſoluere. † ita vult Caſt.
in l. 1. num. 3. ff. ſi quis caut. Dec. in conſ. 356. num. 1.
Bec. in conſ. 99. num. 26. vbi addit tenendam eſſe in-
terpretationem illam per quam minus obligatur ali
quis, l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. Crau.
in conſil. 276. num. 4. verſic. quarto reſpondeo.
Et imputandum eſt ſocero, qui cum poſſet aper-
tius legem dicere, locutus eſt obſcurè, l. veterib. ff. de
pactis, vbi quod pacti verba contra illum intelligun
19 tur, qui ſuper eis ſe fundat. † Bal. conſ. 413. nu. 1. vol. 1.
& dicit Corn. in conſ. 116. nu. 9. vol. 1. quod interpre-
tatur contractus aduerſus eum qui in illa parte agē-
do ſe fundat, & ſemper ſumitur intellectus qui ſit ſti-
pulatori contrarius. Alex. in conſ. 11. nu. 5. vol. 2. & ei
in cuius fauorem pactum eſt adiectum. Abb. in conſ.
97. num. 3. vol. 2. & fuit originalis decisio gloſſ. in d. l.
veteribus, vbi Alber not. 1. col. Iaſ. in conſ. 39. num. 2.
vol. 1. Pariſ. in conſ. 64. num. 52. vol. 1. Crau. in Rubr. ff.
de leg. 1. num. 132. ſocer igitur qui ſibi alimenta ſolui
ſtipulatus eſt, pati debet hanc interpretationem,
poſtquam debebat clarius loqui.
Tantoq; magis placere cuiq; debet eiuſmodi ſen-
ſus, quia ſine culpa nurus factum eſt, quo minus ſo-
cer ea prædia habuerit, vnde ceſſante culpa, mitius
ſemper eſt tractanda, id quod ſuadetur etiam, quia
nurus alimenta promiſit pro matre, atq; ita conueni
tur pro alieno & non proprio debito, vt toto tit. ne fi-
lius pro patre. & ſicuti reputatur irrationabile quod
20 filius pro patris delicto plectatur, † vt per Iaſ. in con-
ſil. 106. col. 2. vol. 4. Dec. conſ. 64. col. pen. ver. confirma
tur. & dicit Bal. in l. dotis, C. de iur. dot. ſtatutum eſſe
valde durum, & rigoroſum, ſi diſponit quod filio im-
ponatur pęna pro patre, cum alijs apud Rol. in conſ.
74. nu. 7. & ſeq. in 3. vol. ita iuſtum eſt, quod ſtrictè in-
terpretetur conuentio, qua filia ſe pro matris debito
obligauit; ideo videmus quod in fauorem fideiuſſo-
21 ris fit ſemper ſtricta interpretatio, † l. blanditus, C.
de fide. l. ſtipulationum aliæ, §. ſatis acceptio, ff. de ver
bor. obligat. l. fideiuſſores magiſtratuum, §. pro Aure
lio, ff. de fideiuſſorib. Dec. in conſ. 193. nu. 3. Curt. iun.
in conſ. 36. num. 5. Natta in conſ. 202. num. 5. Rolan.
conſ. 58. num. 20. vol. 1. cum ſimilibus.
Et non obſtat, quod pacto nurus promiſerit alimē
ta ſoluere: quia reſpondeo, non venire in controuer-
ſiam alimentorum debitum, & ſubſtantiā, ſed quan-
titatem, cum enim diuerſimodè in iure fiat alimento
rum taxatio, aliquando ſecundum quantitatem do-
tis, aliquando ſecundum patrimonij ſubſtātiam, ali-
quando ſecundum conditionem perſonarum, ali-
quando verò vt ſufficiant ad famem & neceſſitatem
pellendam, dico, iſto caſu illorum quantitatem eſſe
reſtringendam ad valorem fructuum, poſtquam con
templatione ipſorum fructuum, & eorum loco fue-
runt promiſſa, vt ſupra oſtendi, & regulare eſt, quod
verba intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam,
22 † l. Proculus, ff. de vſufructu, l. inſulam, ff. de prę ſcript.
verb. Bal. in l. data opera, nu. 29. in fine, C. de his qui
accuſ. non poſſ. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta,
nu. 21. ff. de verb. oblig. cum ſimil. & cum partes fece-
runt mentionē de alimentis, ſunt intelligendæ quod
ſenſerint de talib. qui fructuū quantitati reſpōdeāt,
quos ſocer percepiſſet, ſi prædia fuiſſet cōſecutus: qa
ſicuti à principio loco alimentorum contentatus eſt
fructus illos hr̄e, ita contentari debet loco fructuum
habere illorum valorem, vel alimenta ſecundum illo
rum valorē, nec in hoc verſatur damnū aut deceptio.
Reſpondeo ſecundo, quod alimenta non fuerunt
ſimpliciter promiſſa, ſed cum qualitate, condecentia
ſcilicet, hæc aūt qualitas diuerſificat alimentorū pro
23 priam importantiam. † Bar. in l. ſi quis poſthumo, §.
ſi filius, ff. de lib. & poſth. vbi Iaſ. nu. 51. & dicit Imol.
in l. palam, §. ſi quis poſt, ff. de teſtam. quod adijciens
24 qualitatem vr̄ declarare, † Marſ. in ſing. 520. Crot. cō
ſil. 50. nu. 8. Gomeſ. §. in perſonā, nu. 16. Inſt. de actio.
& qualitas adiecta reſtringit & declarat diſpoſitio-
25 nem. † Bar. l. 4. §. prætor ait, nu. 26. ff. de damn. infect.
Soc. conſ. 34 col. pen. in fine, vol. 3. & aliud eſt promit
tere ſimpliciter alimenta, vel promittere condecen-
tia alimenta: quia primo caſu debentur alimenta nō
habito reſpectu ad aliquid extrinſecum: ſecundo ve-
ro caſu arbitratur iudex circunſtantijs quid pro ali-
mentis præſtari deceat, & ſi partes voluiſſent ſimpli
citer alimenta præſtari, nō addidiſſent verbum illud,
condecentia, ne igitur ſuperfluum ſit contra doctri-
nam Bal. in Rubr. C. de contrah. empt. q. 9. intelligi
debet vt moderetur quantitatem alimentorum.
Nec poteſt inæqualitas cōſiderari inter ſocerum,
& nurum: nam impleto contractu, ſocer nihil plus
quam fructus prædiorū conſequebatur, nurui autem
nihil exceptis illis deperiebat: & non eſt habenda ra
tio quantum ſocer eſſet erogaturus in alimenta, ex
quo iam ex partium conuentione ea perſoluebantur
de ſolis fructibus prædiorum, & illis mediantibus
præſtanda erant: contractus enim ex conuentione le
gē accipiunt, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſ. l. 1. ff. de pact.
& in contractu veniunt multa ex pacto quæ non veni
26 rent ex natura contractus. † Bal. Ang. Sal. & Fulg. in
l. 1. C. cōmod. & ſtante pacto iam erant debita alimē
ta mediantibus fructibus illorum prædiorum; vnde
attēdenda eſt fructuū quantitas vt cognoſcatur quā
tum damnum paſſus fuerit ſocer ob non habita præ-
dia, quia per pactū fuerat receſſum à vero alimento-
rum valore; ceſſat igitur inæqualitas, & introducitur
æqualitas ſi conſideretur valor alimentorum ſecun-
dum fructus: nam tantum habebit ſocer quātum ex
fructibus percepiſſet, & iniuſtum eſt eius deſideriū,
ſi ob defectum implementi plus conſequi vult, quam
conſecutus fuiſſet ſi contractus fuiſſet impletus. Et
hoc quoq; modo retorquetur id quòd dicebatur ad-
mittēdum quem non eſſe ad petendū id cuius contra
rium poſtulaturus nō fuiſſet: nam ſi fructus illi quan
titatem alimentorum exceſſiſſent, vtique nihil plus
potuiſſet mulier conſequi quā alimenta; ergo ſi fru-
ctus ſunt infra alimentorū valorem, nihil plus ſocer
petere poteſt, atq; ita vtriuſq; æqualis eſt conditio.

S V M M A R I V M.

1 *Venatio eſt de iure gentium.*
2 *Dominus loci non pōt prohibere venationes. Fallit, nu. 26.*

3 *Subditi præſcribunt libertatem venandi ſpacio quadraginta annorum.*
4 *Teſtes de Vniuerſitate probant, quando extant alij qui non ſunt de Vniuerſitate.*
5 *Sententia inter alios lata, facit quale quale præiudicium tertio qui non interfuit liti.*
6 *Teſtes idonei probant, quando cum eis concurrit ſententia inter alios lata.*
7 *Princeps inueſtiendo vaſallos, non cenſetur eis concedere reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.*
8 *Venationes prohibendi facultas, quando conceditur, intelligi debet quoad eos, qui non poſſunt venari.*
9 *Indictionis defectus vitiat inſtrumentum.*
10 *Conuentio facta cum vno, non prodeſt, nec nocet alij.*
11 *Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli.*
12 *Pars maior non præiudicat minori, quando res omnes tangit vt ſingulos.*
13 *Fidelitas patris non obligat filium, & idem eſt in homagio.*
14 *Sententia habet pro ſe præſumptionem, quod ſit valida, & ritè lata.*
15 *Verba debent intelligi, vt aliquid operentur.*
16 *Epiſcopus ſi concedit curã gerenti licentiã audiendi cõfeſſiones parochianorũ, intelligitur etiam in caſibus reſeruatis.*
17 *Interpretatio ſolita eſt attendenda.*
18 *Teſtis productus cenſetur approbatus, ita quod non poteſt reprobari.*
19 *Venationes prohibendi ius præſcribi poteſt.*
20 *Venationes prohibere quilibet poteſt in agro ſuo.*
21 *Vaſallus poteſt ſtatuere contra dantes damnũ in bonis ſuis.*
22 *Vincens te vincentem, multo magis te vincit.*
23 *Sine intereſſe non auditur is cuius non intereſt.*
24 *Venationes prohibendi ius acquiritur priuilegio, & præſcriptione.*
25 *Dux Montisferrati habet in eo Ducatu iura Imperij.*
26 *Dominus non recognoſcens ſuperiorem, prohibere poteſt venationes.*
27 *Teſtes de Vniuerſitate non recipiuntur in re quæ concernit ſingulorum commodum.*
28 *Teſtis qui depoſuit in cauſa in qua agitur de ſuo intereſſe, non eſt idoneus.*
29 *Teſtis vnus nõ ſupplet defectũ alterius niſi ipſe ſit integer.*
30 *Subditi tenentur appellare à prohibitione venationis, alias ſibi præiudicant.*
31 *Princeps qui habet iura Imperij, gaudet præeminentijs, quibus gaudet Imperator.*
31 *Princeps poteſt vaſallo concedere reſeruata, ſi id faciat expreſſè.*
33 *Indictio ſi ſit corruptè appoſita in inſtrumento, non vitiat, quia præſumitur per errorem.*
34 *Vniuerſitas dicitur legitimè congregata, quando omnes de Vniuerſitate fuerunt præſentes.*
35 *Vniuerſitatis nomine videtur contractum, quando dicitur homines talis loci.*
36 *Vniuerſitas non præſcribit donec illi viuunt, qui fecerunt contractum.*
37 *Poſſeſſio retinetur in omnibus actibus vnius ſpeciei, exercendo vnum actum.*
38 *Poſſeſſio iuris vniuerſalis retinetur per actum ſingularem.*

CONSILIVM CCCXC.

NE homines Salugiarũ venationibus prohiberi poſſint ab Illuſt. D. Gaſpare, atque alijs Dominis de Macetis, qui de eo loco ſunt inueſtiti cũ mero & mixto imperio, omnimoda iuriſdictione, venationibus, piſcationibus, & alijs emolumentis, multa ſuadere videntur. Primũ
1 quidem quod venatio † eſt iuriſgentium, §. item ferè, Inſtit. de rer. diuiſ. l. 1. in fine, ff. de acq. rer. dom. Id vero quod competit hominibus iuregentium, à nullo prohiberi poteſt, §. vltimo, Inſt. de iur. nat. gent. & ciu. d. l. 1. & ſeq. ff. de acq. rer. dom. & ſæpiſſimè reſcriptum eſt non poſſe prohiberi quem aucupari, aut piſcari, l. iniuriarum, la prima, §. ſi quem, ff. de iniur.

Secundo cõiter à Doctoribus receptum eſt, domi-
2 num loci nõ poſſe ſubditis interdicere † venationes.
Hoſt. Io. And. Butr. Card. & alij, in c. nõ eſt, de decim. vbi dicũt, hoc eſſe omnibus vim facere, & plures alij, quos citat Rol. in conſ. 9. nu. 12. vol. 2. & in Excell. quõdam Marchionibus Montisferrati, quod interdicere ſubditis venationes non poſſent, probant Iaſ. in conſ. 119. vol. 4. Pro Dominis Manganis. Dec. in conſ. 197. pro Communitate Fubinarum. Guid. Pap. q. 514. Boer. in tract. de aq. & flum. nu. 19. ver. & adde. Gram. in dec. 67. num. 9. Natta in conſ. 375. per totum, conſ. 528. num. 6. & 27. & in conſ. 604. Bertrand. in conſil. 64. num. 1. vol. 3. vbi dicit, quod eſt violentia, & dominus ſic prohibens eſt puniendus, & in conſ. 416. nu. 7. vol. 5. & in conſ. 61. num. 1. vol. 6. quod ſi hæc facultas denegatur ſuperioribus dominis, & Principibus, multo minus competet inferioribus, & vaſallis.

Tertio conſtat ea depoſitione viginti quinq; teſtiũ in cauſa examinatorũ, quod homines loci per annos
3 quadraginta & vltra iuerunt venatũ nemine † prohibẽte, quo fit, vt ſi alioquin vaſallis liceret prohibere, ſubditi hoc modo libertatem præſcripſiſſent, vt probat Dec. d. conſ. 197. nu. 3. ver. quarto cõfirmatur, vbi dicit, decennium ſufficere contra inferiorem dominum; & quamuis ex his teſtibus multi ſint de Vniuerſitate Salugiarum, qui ratione proprij commodi non videntur idonei, tñ hi probant, quia cum eis quatuor extant vel quinq; de Liburno, & teſtes Vniuerſitatis
4 probant, † qñ concurrunt alij, qui non ſunt de Vniuerſitate. Alex. in conſ. 68. nu. 17. vol. 2. Bello. in conſ. 63. nu. 21. item cum actus venandi ſit talis, in quo ita frequenter haberi poſſint teſtes forẽſes, videntur quod teſtes Vniuerſitatis ſint idonei, vt per Lãfranc. in c. qñ contra, in verſ. de teſtium depoſit. num. 73. vbi in ver. dubito tamen, dicit, quod ſi agitatur cauſa ſuper tali facto, ad cuius probationem non ſolent alij concurrere præter teſtes Vniuerſitatis, illi erunt idonei, ẽtſi illud factum concerneret ſingulorum vtilitatem.

Præterea, eſt aduertendum, quod dicti teſtes referunt fuiſſe abſolutos quoſdam particulares Salugiẽſes, qui per Caſtellanũ moleſtabantur occaſione venationis. hæc autem ſententia licet ſit inter alios la-
5 ta, tamen facit, quod tertio † qui liti non interfuit quale quale præiudicium inferatur, gl. 1. in l. ſententia, in princ. ff. de appel. Doctores in l. ſæpè, vbi Alex. ff. de re iud. gl. Bar. Bal. & alij, in l. 2. C. de eden. Port. Imol. in conſ. 28. num. 21. & operatur quod fides ad-
6 hibeatur teſtibus † non vndequaq; idoneis, vt voluit ſingulariter Guliel. Cun. in l. ſi duo patroni, in princ. ff. de iureiurando. quia ea præſumptio, quæ oritur ex ſentẽtia, efficit, quod teſtes habeantur pro integris. ſequitur Alex. in d. l. ſæpè, nu. 70. circa finem, ver. plus dixit notabiliter, vbi ait, eſſe menti tenendum, quia non recitatur ab alijs Doctoribus.

Et non obſtat, qđ ſint inueſtiti cum venationibus: quia conſtat ex prædictis, Principẽ inueſtientem non habere ius prohibendi: quare non ẽt potuit illud vaſallis cõcedere, argumento l. nemo plus, ff. de reg. iu.

Secundo reſpondetur, quod ſi Princeps id poſſet, proueniret ex ſuprema poteſtate quam habet in hoc Ducatu, quo caſu inueſtiẽdo nõ cenſetur vaſallis ea
7 communicare † quæ ſibi competunt in ſignum ſuperioritatis, ſed ea quæ habet tãquam Dominus Caſtri

quod

quod conceſſit, ſecundum dictum Alber. in l. fin. C. de
iuriſd. om. iud. quod à multis approbatur, & in gene
rali commiſſione non veniunt ea, quæ Princeps non
eſſet in ſpecie conceſſurus, c. in generali.
Tertio reſpondetur, quod ſi hæc facultas veniret
8 in conceſſione eis facta, intelligeretur † tamen cõtra
eos quibus non eſt permiſſa venatio, non autem con-
tra Salugienſes, quibus licitum eſt venari, vt per Iaſ.
in d. conſ. 119. col. 2. ver. quarto bene facit.
Quarto aliud eſt concedere venationes, aliud fa-
cultatem prohibendi, & conceſſio venationum ſatis
operatur, cum inducit, quod ſicuti Princeps potuiſ-
ſet in eo loco venationes prohibere, in futurum non
poſſet vaſallis interdicere ne venentur poſtquam eis
facultatem, & licentiam conceſſit venandi.
Non etiam mouet, quod multa extent inſtrumen-
ta, in quibus particulares & homines Salugiarum
promittunt Illuſt. Dominis locis moleſtiam non in-
ferre in venationibus: quia quod attinet ad inſtrumé
rum anni 1495. eſt nullũ, tanquam continens falſam
Indictioné, & fuit in proceſſu demonſtratũ. Indictio
9 † enim eſt de ſubſtantia inſtrumenti, qđ ſine ea non
valet, c. inter dilectos, vbi Doctores, de fide inſtr. & in
Auth. vt præp. nom. Imper. in prin. & in Auth. quib.
mod. natur. effic. leg. §. quãtum, gl. in l. generali. C. de
tabul. lib. 10. Spec. Io. And. & Bart. quos citat Corn. in
conſ. 93. col. 1. ver. etiam inſtrumentum, vol. 4. Anan.
in c. cũ graui, col. 2. de crim. falſi. Dec. in l. ſi librarius,
nu. 5. ff. de reg. iur. & procedit non modo qñ Indictio
eſt penitus omiſſa, ſed ẽt qñ corruptè, & erroneè eſt
appoſita, vt concludit Corn. d. conſ. 93. col. 1. vbi re-
præhendit Bal. contrariũ tenentem, in l. ſi vnũ ex fa-
milia, §. omiſſa, ff. de leg. 2. Præterea, illa omnia inſtru
menta facta fuere non cũ Vniuerſitate, ſed cum ſingu
laribus perſonis, ideo non nocẽt alijs qui non inter-
fuerunt, vt toto tit. C. res inter alios acta, l. ſæpè, ff. de
10 re iud. & conuentio † facta cum vno, nõ prodeſt nec
nocet quoad alios, l. ſi vnus, §. ante oĩa, vbi Bar. Caſtr.
Alex. & Iaſ. ff. de pact. l. Imperatores, in princip. ff. de
tranſ. c. quia non debet, de iureiurando. Caſt. Alex. &
Iaſ. in l. ſi actionem, C. de pact. Ruin. in conſ. 11. nu. 8.
vol. 1. Crot. in conſ. 89. nu. 9. & aliud eſt Vniuerſitas,
11 † aliud ſinguli de Vniuerſitate, gl. in l. ſicut, §. ſi quid,
ff. quod cuiuſq; Vniuerſ. nom. Doct. in c. cum omnes,
de conſt. id quod pluribus confirmat Rol. in conſ. 53.
nu. 6. vol. 4. ideo qui conuenerunt moleſtiam non in-
ferre in venationibus, potuerunt quidem ſe, ſed non
alios obligare; id quod procedit, ẽt ſi maior pars ita
conueniſſet: quia licèt omnes facere videantur quod
à maiori parte factum eſt, l. quod maior, ff. ad munici
pal. tñ procedit, quãdo negocium ad omnes pertinet
12 vt in vniuerſo, ſed ſi oẽs † tangit vt ſingulos, debet ab
omnibus approbari, nec aliter actus valet. gl. in d. c.
cum oẽs, vbi Abb. ita firmat regulã, & ſequitur Dec.
nu. 5. gl. in l. iuriſgentium, §. ſi. vbi Doct. præcipuè Iaſ.
nu. 6. ff. de pact. Cagnol. in l. aliud, §. refertur, ff. de reg.
iur. quæ multo magis procedunt in his, quæ concer-
nunt ſubiectionem perſonæ in quibus obligatio non
deſcendit de patre in filium, vt probat Bald. in l. 1. C.
13 de patr. qui fil. diſtr. vbi dicit, quod ſalſitas † vel ho-
magiũ patris, non obligat filium, & idem voluerunt
Bal. & Salic. in l. tranſactione matris, per illum text.
C. de tranſ. Iaſ. in l. in ius vocari, §. patronum, nu. 3. ff.
de in ius vocã. alios citat Neuiz. in conſ. 11. nu. 7. qua
re ſi aliqui Salugienſes conuenerunt abſtinere à ve-
nationibus, hi neq; poſteris neq; alijs præiudicarũt.
Poſtremo illa conuentio de non moleſtando in ve
nationibus, non tribuit ius prohibendi, ſed intelligi
debet qđ non prohibeant eos venari, & in pñti cõtro
uerſia hoĩes non intendunt prohibere, vel impedire
ne vaſalli venent, ſed ne ſibi ipſis interdicat venatio.
Quibus tñ non aduerſantibus, firmiter teneo, iu-
ſtiſſimam eſſe Excell. Senatus ſententiam, per quam
declarauit ius prohibẽdi venationes in loco Salugia
rum competere Illuſtrib. Dominis, & alijs de Mace-
tis, qui ſunt de eo loco inueſtiti. Primo enim pro ipſa
14 ſnĩa præſumitur † quod ſit valida, & ritè lata, l. Herẽ-
nius, §. fi. vbi gl. ff. de euict. Bal. in conſ. 492. col. 2. vol.
3. Alc. in tract. præſumpt. reg. 3. præſ. 9. num. 5. Crau.
de antiq. temp. in 2. par. ſect. incip. ex præmiſſis, num.
52. vbi dicit procedere non ſolum reſpectu iuſtitiæ,
ſed etiam reſpectu ordinis iudiciarij, & multis com-
probat D. Becius in conſ. 70. num. 7.
Secundo facit, quia prædicti DD. de Macetis repe
riuntur inueſtiti de loco Salugiarum cum venationi-
bus, quę conceſſio vr̃ importare ius prohibendi, aliàs
eſſet ſuperflua: nam cum venari cuiq; liceat de iure
gentium, vt ſupra dictum eſt, ad quid facultatem im-
petraſſent à Principe, quæ à lege & cõmuni iure con-
ceditur? l. vnica, C. de theſau. lib. 10. ne igitur conceſ-
ſio ſit ſine effectu operandi, intelligi debet conceſſum
15 ius prohibendi. verba † enim intelligi debent vt ali-
quid operentur, l. ſi quãdo, ff. de leg. 1. quam regulam
exornat Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. nu. 27. &
43. qui allegat ſeipſum in tract. nihil fruſtra, Crau. in
conſ. 20. nu. 9. & in reſp. pro genero, nu. 46. Narta in
conſ. 204. nu. 15. Rol. in conſ. 61. num. 14. & ſeq. vol. 3.
Ceph. in conſ. 257. nu. 32. Cotta in memor. incip. clau
ſula generalis. Anch. Mod. famil. q. lib. 2. q. 57. nu. 10.
deciſ. Ped. 141. nu. 4. Menoch. conſ. 19. nu. 8. D. Bec. in
conſ. 21. nu. 25. & quamuis facultas prohibendi vena
tiones ſit de reſeruatis, tamẽ ſatis vr̃ conceſſa ea eo,
qđ ſi conceſſio venationum contineret ſolum licen-
tiam venandi, eſſet ſuperflua, attento, quod abſq; ea
licebat venari, pro quo allego notabilem deciſioné
Franchi in c. ſi Epiſcopus, de ſent. exc. in 6. vbi ait, qđ
ſi Epũs concedit gerenti curam animarum licentiam
16 † audiẽdi cõfeſſiones ſuorũ parochianorum, poterit
is abſoluere in caſibus Epiſcopo reſeruatis, quia ea
facultas venit in conceſſione, cũ aliàs nihil foret ope-
ratura, attento, qđ ſine ea parochus confeſſiones ſuo
rum parochianorũ poterat audire. ſeq. Vinc. Carroc.
in reg. cum quid, in r. p. lim. 1. nu. 14. vbi infert, quod
ad euitandũ ſuperfluitaté, includuntur in conceſſio-
ne ea quæ ſunt reſeruata, & hanc interpretationem
ſemper habuerũt huiuſmodi inueſtituræ in hoc Sena
tu, vt ſcilicet cõpræhendant ius prohibendi: ideo ab
17 interpretatione ſolita † nõ eſt recedendũ, c. cum dile
ctus, de conſuet. l. ſi de interpretatione, & l. minimè,
ff. de legib. Bal. in conſ. 245. vol. 3. Corn. in conſ. 188.
col. fi. vol. 4. & alios citat D. Bec. in conſ. 94. num. 14.
Tertio accedit, quod vaſalli prædicti in exequutio
nem facultatis ſibi conceſſæ conſueuerunt in eo loco
hoĩes à venationib. prohibere, & edicere ne quis eat
venatũ, vt deponunt multi ex teſtib. pro Cõitate pro
ductis, qui plenã fidẽ faciunt contra producenté, arg.
l. cũ precum, ff. de lib. cauſ. teſtis enim cum produci-
18 tur approbatur, † ita vt reprobari non poſſit, l. ſi quis
teſtib. C. de teſtib. Bar. in conſ. 94. nu. 6. vol. 1. Bal. in l.
parentes, col. 2. verſ. aut non eſt rogatus, C. de teſtib.
Alex. in conſ. 191. num. 3. volum. 7. Fel. in cap. præſen-
tium, num. 7. de teſtibus. Pariſ. in conſ. 83. numer. 30.
volum. 1. Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio, numer. 38. ff. de
quæſt. Socin. iun. in conſ. 159. num. 2. volum. 2. Neuiz.
in conſil. 51. num. 21. quod procedit, etiamſi produ-
cens non vtatur. Odofred. Iacob. de Rau. Petr. & Sa-
lic. in d. l. ſi quis teſtibus. Alexand. d. conſil. 191. Crau.
in conſil. 188. num. 5. Felin. in d. c. præſentium, num. 8.

Menoch.conſ.23.num.2.ſtante autem conceſſione ve
nationum, & prohibitione ſubſequuta, non eſt du-
biũ quod DD. de Macetis præſcripſerunt ius prohi-
19 bendi,† vt concludit Iacob.in ver.& cum venationi-
bus,in fine, vbi dicit, quod inueſtiti cum venationi-
bus,ſi poſſident ius prohibendi, acquirunt ſibi vtile,
& dominis directum dominium. ſeq. Balb. in tract.
præſcript.in 5.pat.princip. q.5.in fine, Ripa in l.quo
minus, de flum. nu.133. & in c.cum eccleſia Sutrina,
num.51.de cau.poſſeſſ.& propriet.

Quarto,DD.Maceti ſunt directi domini totius ter
ritorij,quia habent etiam vtile dominium,quia ſin-
gula corpora prædiorum conceſſerunt ſuis homini-
bus vti colonis ad quartam partem fructuũ, & in in-
ſtrumẽtis,quę plurima ſunt in proceſſu,appellantur
maſſarij,& conſtat ex eis,quod nullum habent homi
20 nes dominiũ bonorum, ideo poſſunt in bonis † ſuis
venationes prohibere,l.diuus,ff.de ſer.ruſt.præd.vbi
dr̃, non eſſe rationabile aucupari in alienis agris in-
uito domino,l.3.§.1.ff.de acq.re.dom.§.planè,Inſtit.
de rer.diuiſ.vbi dr̃ dominiũ prohibere poſſe,ne quis
fundum ſuum ingrediatur aucupandi cauſa. Cæpol.
de ſeruit.ruſt.præd.c.21. de aucup. in princ. Aluar.c.
1.§.nemo retia,col.1.de pace tenen.quinimo,pōt qui-
libet in loco publico generaliter in ſcriptis propone
re ne quis audeat ingredi talia loca gratia venatio-
nis.& ita cõſulit Iac.de Aret.in l.3.§.Nerua,vbi eum
refert,& ſeq.Aret.col.1.in 5.not.ff.de acq.poſſ.Dec.in
conſ.197. col.2. ver.rurſus conſtat,quod ſi priuati id
poſſunt impetrare à iudicibus, multo magis qui iu-
riſdictionem habent poſſunt per ſeipſos id expedire,
21 ſicuti ſtatuere poſſunt in eos, qui damna † inferunt
in ſuis bonis,Dec.in conſ.199.num.3.Brun.in conſil.
101.Boer.in deciſ.212.nu.9. in fi. Natta in conſ.550.
Rol.in conſ.3.num.19.vol.2. rerum namque ſuarum
quilibet eſt moderator, & arbiter, l.in re mandata,
C.mandati. & ſimili argumento vtitur Iſern. in d.§.
nemo retia,col.1. dum inquit, quod ſicuti priuatus
dicit in re ſua legem quam vult, ita & Princeps.

Quinto certum eſt,quod olim Excell. Marchiones,
& nunc Seren.Duces Montisferrati, prohibent vena
tiones indiſtinctè in quibus volunt locis,& præcipuè
in loco Salugiarũ, & eorum edictis homines ſemper
obtemperarunt, vt teſtes à cõmunitate producti de-
ponunt, & reperio admiſſum in proceſſu: quãquam
Iaſ.in conſ.119.vol.4. & Dec. in conſ.197.id conẽtur
in dubium reuocare:ipſi verò DD. Maceti,qñ cõtigit
nomine Principis prohiberi venationes,contradixe
runt inhibitionibus,& reportarũt ſñias,per quas de-
claratũ fuit ea proclamata non nocere, & prohiben-
di ius competere vaſallis,legunturq; ſimiles declara
tiones factæ pluries; ſicuti ergo homines acquieſcũt
prohibitionib.factis à Principe,ita ẽt acquieſcere de
bent edictis vaſallorũ, quorum iura ſilere faciunt in
22 hoc iura Principis:quia ſi vinco † vincentẽ te, multo
magis vinco te,vt c.authoritate,de ſucc.præb.lib.6.l.
ęquiſſimũ,ff.ad Tert.Bal.conſ.358.nu.1.vol.2.Nicon.
in Rub.ff.de op.nou.nunc.nu.25.præcipuè, cũ vaſalli
hoc faciant authoritate Principis,& iure Principis,
& hoc caſu objici poſſet hominibus exceptio, qđ ſua
non intereſt, qa eorũ ſemper eſt parere, & à venatio
nib. abſtinere,ſiue à Principe, ſiue à vaſallis interdi-
23 cant,& nemo audit † ſine intereſſe. Ang.in l.ſi patto
ni,§.q. fideicõmiſſaria,ff.ad Treb.l.ſi vnus,§.ante oia,
& ibi Bar.ff.de pact.nõ ſolũ agendo,vt in dictis iuri-
bus,ſed ẽt excipiẽdo,l.1. ff.de appell. nõ recip.l.ille à
quo,§.ſi de teſtamento,vbi oẽs,& præcipuè Imola, &
Alex.ff.ad Treb.Tiraq.de retract.conſan.§.1.gl.2.nu.
51.Crauet.conſ.182.nu.8. Cæph.in conſ.133.nu.39.

Poſtremò,extant multa inſtrumẽta,quibus homi
nes fatentur nullum ius ſibi competere in venationi
bus, & promittunt nullam moleſtiã ſe illaturos DD.
Macetis,& in venationibus, & piſcationibus, quas
disertè profitentur ad illos ſpectare,& tranſigunt ſu
per pœnis,in quibus condemnati erant,& quod mo-
leſtaſſent,& turbaſſent in prædictis iuribus Caſtri.

Non obſtat igitur,qđ ex iure gentium liceat cuiq;
venari,nec ideo prohiberi poſſit: quia reſpondetur,
24 qđ tale ius prohibẽdi acquiritur priuilegio, & † præ
ſcriptione,c.cum contingat, de for.comp.c.nouit, de
iud.Dec.in cõſ.271.nu.6.verſ.non obſtat qđ facultas,
vbi dicit, quod etſi piſcandi facultas ſit iuriſgẽtium,
tñ conſuetudine vel priuilegio acquiri pōt vt quis ſo
lus piſcetur in parte maris,& præter eũ nemo. Ruin.
in conſ.28.nu.1.& ſeq.vol.1.vbi conſuluit ſuper eodẽ
facto,& dicit Affl.in d.§.nemo retia,n.2.quod Reges
Siciliæ prohibent venationes in fundis alienis. Nat-
ta,in cõſ.522.nu.27.vbi nu.28.ſubdit,id maximè ve-
rum,qñ ex cauſa prohibetur venatio,id qđ repetit in
cõſ.604. & ſeq. & ideo cum in pñti caſu concurrat pri-
uilegiũ,& pręſcriptio,nõ eſt dubitandũ,quin deroga
tũ ſit iuri gentiũ,& quãuis Iaſ.in d.conſ.119. & Dec.
d.cõſ.197.dubitent de poteſtate Excell.quondã Mar
chionũ Montisferrati,nec ſuper hoc Natta d.conſil.
522.admodũ figat pedes,tñ non eſt locus dubitatio-
ni,cũ notoriũ ſit,eos & nunc Sereniſ.Ducem habuiſſe
25 in hoc Ducatu, & habere † iura Imperij, poſſeq; in
eo idipsũ qđ Imperator pōt in Imperio, vt latiſſimè
per D.Bec.in conſ.56.nu.61.Meno.in conſ.1.nu.159.
quare ſicuti id facit Rex Sicilię,ita facere pōt Dux,&
ſicuti Imperator,vel alius non recognoſcens ſuperio
26 rem pōt prohibere venationes,† piſcationes,molen
dina,furnos,& alia,vt per Hoſt.Innoc.Io.Andr. & a-
lios,in c.ſignificante,de appell.Bertr.in conſ.3. nu.6.
vol.2. & in conſ.1.nu.12. vol.3. Natta in d.conſ.522.
nu.22. & ſeq.ita prohibere pt D.Dux qui iura habet
Imperij,& vbi deficeret in eo poteſtas ordinaria,ne-
gari non poteſt, quin acquiſiuerit præſcriptione hoc
ius,& nõ negant homines Salugiarum, ſed ſui teſtes
admittũt Principes prohibuiſſe, & ſe obtemperaſſe.

Secundo reſpondeo, quod prædia oĩa ſunt Domi-
norum de Macetis,eaq; ab hominibus retinentur vti
maſſarijs ad partem fructuũ,nõ autem iure dominij,
licet eis tanquam in rebus proprijs interdicere vena
tionẽ,per ea quæ dicta ſunt ſupra in quarto fundamẽ
to.pro quo faciũt,quæ dicũt Iſer.Aluar.Affl.& alij,in
d.§.nemo retia,vbi volunt,quod prohibere poſſit qui
libet venationes in ſuis prædijs,& Reges ſoleant in-
terdicere ne quis venetur in ſuis foreſtis, & dicit ibi
Affl.poſt Andr.de Barul. quod Imperator apponere
poteſt conditionem rei alienæ, quam ipſe conceſſit.

Eodem modo reſpondetur ad ſecundum,quia pręſcripſerunt ius prohibendi, & illud acquiſiuerunt ex
priuilegio Principis, cui talis facultas cõpetit, ideo
licèt domini loci tanquam domini nõ poſſint hoc fa
cere,tñ aliud eſt,quando habent ſpecialem poteſtatẽ
à Principe,vel quando ius præſcripſerunt ſic faciẽdi.

Tertium quoque non reſiſtit:quia his teſtibus,qui
incolunt locũ Salugiarum nulla fides eſt adhibenda,
tractatur enim de re quæ affert eis cõmodum vti ſin-
gulis,nõ autem in vniuerſo, & teſtes de Vniuerſitate
27 † non ſunt idonei,quando cauſæ commodum ad eos
ptinet in particulari,vt uoluit Iacob.Beluiſ.in Auth.
de monach.in princ.q.8.Bar.in l.in tantũ,§.Vniuerſi
tatis,ff.de rer.diuiſ.Io.And.in c.cũ nũcius, de teſtib.
in nou.Rom.in conſ.508.in fi.Salic.in l.parẽtes,nu.7.
C.de teſtib. Alex.in conſ.68. nu.17. vol.2. Felin.in c.
tertio loco,col.3.in princ.nu.4. verſ. & per illum tex.

de

Digitized by Google

de probat.cum alijs,quos allegaui in conſ.28.nu.40.
& dicit Archid.in Sum.14.q.2.quod his caſib.admit-
tuntur teſtes Voiuerſitaris, nõ ſunt omni exceptione
maiores.ſequũtur Butt.in c.inimicus,de teſtib.Curt.
iun.de teſtib.concl.3.nu.12.Marſ.in l.1.§.ſeruum mu
nicipum,nu.2.ff.de quæſt. & quamuis cũ eis concur-
rant tres teſtes Liburnenſes,tamen eundum defectũ
patiuntur,dum enim ad eum finem omnes tendunt,
vt demonſtrent D. Macetos prohibere non poſſe ve-
oationes in finibus Salugiarum,de proprio cõmodo
tractãt,vt ſcilicet, liceat ſibi impune venari quod nõ
promitteretur ſi eis ius prohibẽdi cõpeteret; & ideo
quamuis ſint forẽſes, nõ ſunt idonei propter eorum
28 intereſſe † priuatum. Et hi qui patiuntur defectum,
& non ſunt integri, ſupplere non poſſunt fidem quæ
io teſtibus Vniuerſitatis deficit, quia teſtis qui alte-
29 rius defectum habet ſupplere, † debet eſſe bene in-
teger. Alex.in conſ.93. nu.12.vol.6.Crau.in conſ.99.
col.vlt. D.Bec.in conſ.85.nu.20. Cum ergo locus Li-
burni ſit Salugijs conterminus,nõ poteſt negari quin
teſtes Liburneoſes,qui appetũt impunè venari ſuper
finibus Salugiarum,nõ ſint ea omni parte integri vbi
agitur de excludẽdo D.Salugiarũ à iure prohibendi.

Reſponderi etiam poteſt, quod hoĩes non potue-
runt libertatẽ venandi præſcribere,etiam ſi venatio-
nes longo tempore exercuiſſent,ex quo acquieue-
runt edictis,& proclamationibus prohibitorijs,quæ
nomine Dominorum promulgata fueruot, nec ſuffi-
cit eos facto contradixiſſe eundo venatum,ſed debe-
30 bant ſtatim vel intra tempora appellare,† & de iure
contradicere,vti conſulit Iacob.in d. verſ.cum vena-
tionibus, num.2. Balbus in d.5.part. quæſt.5.in fine,
fol.507. Neuiz.in conſ.43.nu.4.vbi dicit quod homi-
nes ſibi præiudicant ſi ſe nõ opponunt proclamatio-
nibus præiudicialibus Rolan.in conſ.22.nu.32.vol.2.
licet in cõſ.9.nu.15.eo.vol.velle videatur,qđ ſufficiat
facto contradixiſſe. Nã hoc non eſt verũ,& ad præiu-
dicãdum ſufficit nihil via iuris dixiſſe,& multa requi
runtur vt quis libertatẽ præſcribat aduerſus ius pro-
hibendi,& pręcipuè ſcientia,& patientia aduerſarij,
bona fides,& alia;ſed in præſenti facto non cõſtat de
ſcientia dñorum,nec de bona fide,quæ tamen omnia
ſunt neceſſaria,vt per Balb.in d.tract.par.5.q.7.nu.4.
& ſeq.& quomodo poſſunt homines eſſe in bona fide
cum ex proclamationibus ſciant ſe non poſſe venari,
& quomodo dari poteſt patientia dominorum, qui
edixerunt iam publicè ne quis eat venatum.

Nec faceſſit negotiũ,quod Princeps habeat ius ꝓ-
hibendi,quia iam ſupra demõſtratum eſt,quod Prin
ceps præſcripſit ius prohibẽdi cum homines ipſi fa-
tentur dum examinati dicũt ſemper Principem pro-
hibuiſſe,& ſe prohibitionibus obtẽperaſſe,& acquie-
uiſſe. Præterea cum in hoc Ducatu Princeps habeat
iura Imperij,& tantum poſſit,quãtum Imperator in
toto Imperio, Iaſ.in conſ.235.col.fin.vol.2. Menoch.
in cõſ.1.nu.159. ſine alia præſcriptione ius habeat ꝓ
hibẽdi. Nam in Imperatore, & Principe ſuperiorem
non recognoſcente,non eſt dubium,quod põt prohi-
bere,vt dictũ eſt in reſolutione primi obiecti;diſpoſi-
ta aũt in Imperatore & Rege locum habent in quo-
31 cunq; Principe † habente ius Regale,vt dicit Calc.in
cõſ.26.col.4.& dicit Zaſ.in l.1.nu.8. ff.de eden. quod
Princeps inter ſibi ſubiectos fungitur eadẽ poteſtate
in ſuo territorio,quanta præpollet Imperator in to-
to Imperio,& quęcunq; dicũtur de Imperatore,locũ
habẽt in Principibus,quibus Imperator cõceſſit iura
Imperij, vti pluribus authoritatibus comprobat D.
Bec. in conſ.56.num.61.& ſeq. quare ſicuti Impera-
tori,& Regibus licet interdicere ſuis ſubditis vena-
tiones, ita & Principibus, qui eorum vices ſuſtinẽt.

Et quamuis in dubio Princeps non cenſeatur con
cedere reſeruata,tñ cum in præſenti facto ius prohi
bendi Principi competat, non ſolum vti Principi &
Duci,ſed ẽt vigore pręſcriptionis tanquã D.Salugia
rum cenſetur tranſlatũ in conceſſione facta D. Mace
tis,quia non põt dici ius reſeruatum. Secundo rñde-
32 tur, quod ẽt reſeruata † poſſunt cõicari dum id fiat
expreſsè,Luc.de Pen. in l.qui cõtra publicã, col.5.C.
de re milit.lib.12. & Doct.in contrarium allegati di
cunt ſolum non venire reſeruata,niſi expreſsè de eis
ſit facta mentio;hic aũt conceſſæ ſunt venationes ex-
preſsè,ergo non eſt coniecturis inſiſtendũ, præcipuè
cũ conceſſio aliàs foret ſuperflua,quo caſu,vt dictum
eſt,veniunt reſeruata,ſecundũ Franch.in c.ſi Epiſco-
pus,de ſen.exc.in 6. Ea verò reſtrictio,quã ponit Iaſ.
in d.conſ.119.non põt conuenire facto: quia Salugiẽ
ſibus non licẽt venari contra prohibitiones,& volũ-
tatem Dñorum,& iam ſatis ſupra oſtenſum eſt, pa-
ruiſſe hoĩes interdictionib.Principis,& obtẽperaſſe.
Ad id verò ꝙ aliud ſit venationes cõcedere,aliud ius
prohibendi,rñſum fuit ſupra ver.ſecundo facit,& ex
ſequuta obſeruantia fuit declaratũ,quod non ſolum
conceſſa fuit venandi facultas,ſed ẽt prohibẽdi,quia
& per inſtr͞a publica,& per patientiã præſtitã, hoĩes
fuerunt venationibus prohibiti, & ſanè ſi Princeps
intellexiſſet concedere facultatem venandi,non tri-
buiſſet venationes, quæ differunt à facultate venãdi.

Ille aũt error circa Indictionẽ, qui deprehenditur
in inſtr͞o anni 1495. non vitiat inſtr͞m: nam etſi in-
ſtrumentũ carens Indictione non probet,tñ ſi eã ha-
33 beat,ſed corruptã,vel erroneã,† non vitiatur,quia er
ratũ dr̃ per notariũ in illius demonſtratione,& ſatis
notarius ſentit de Indictione, q̃ currebat illo Anno,
licẽt errauerit,vt voluit Din.in quodã ſuo cõſ.quẽ re
fert, & ſequitur Bar.in l.ſi nominatim,in fi.ff.de cond.&
dem. ſequuntur Bal.in l.1.nu.4.C.de Iuſtin. Cod.con
firm.vbi poſt Din. inquit, quod in dubio ſi annus, &
indictio nõ cõcordant,præſumitur notariũ potius er
raſſe in Indictione, q̃ in anno, per rões quas ponit.
Et eandẽ diuiſionẽ ſequuntur plures alij, quos citat
Iaſ.in Rep.l.admonẽdi,nu.155.ff.de iureiu.& præter
eũ hoc voluit Imo.in l. 1.nu.3.col.fi.ver.itẽ facit, ff.de
his quæ in teſta.delent.vbi cũ Bal.& Bar.dicit,præſu
mi potius erratũ in Indictione quã in annis Dñi, &
ſubdit,quod idẽ eſt,qñ Indictio fuiſſet eraſa,ita ne le
gi poſſit,quia nihilominus inſtr͞m eſt validũ,quia ex
inſpectione inſtr͞i cognoſci põt, quod ſuperuenit ille
defectus poſt perfectum inſtr͞m. Fel.in c. inter dile-
ctos,nu.11.de fi. inſtr. Dec.c.1.nu.11. de fide inſtrum.
Aemil.conſ.45.nu.24.Cagn.in l.ſi librarius,nu.18.&
ſeq.ff.de reg.iur.vbi ſubdit,quod vltra mõtes in plu-
ribus locis Indictio nõ ſolet apponi. Crau. de antiq.
temp.par.1.§.viſo de fama,nu.4.& ſeq.fortius inquit
Bal.in d.c.inter dilectos,nu.14. quod inſtr͞m non vi-
tiatur,qñ notarius ſcripſit Indictionem, &c.non ap-
poſito numero,quia ſufficit quod ab annis deprehen
di poſſit, & ſubdit idem eſſe, ſi in totum ſit omiſſa,
dummodo ex quaterno inſtr͞orum eiuſdem anni col
ligi poſſit:quia vna ſcriptura ſupplet aliam,& dicta
in præcedentibus videntur repetita in ſpeciebus ſu-
biectis,idem ipſe dicit in l.pen.in fi.C.de accuſ. quia
vnus actus ſpecialis ſubalternatur generali,Fel.in d.
c.inter dilectos,nu.11. Cagno.in d.l. ſi librarius, nu.
19.quare vitium nullitatis obijci non poteſt contra
inſtrumentum prædictum, quamuis indictio corru-
ptè in eo ſit appoſita, & Crauet.in loco prædicto re-
prehendit Corn. qui contrarium tenuit,exiſtimans
falſitatem indictionis annullare inſtrumentum.

Non etiam obſtat, quod illa inſtrumenta ſint cele-
brata cum ſingularibus perſoois, & nō noceant Vni-
uerſati. Nam in dictis inſtrumentis interuenerunt
oēs homines loci, & omnia capita domorum, & licèt
actum illum non ſecerint nomine Vniuerſitatis, nec
conſtet quod congregati fuerint ſuperiore mandan-
te, vel ad ſonum campanæ: tamen, ex quo omnes de
34 Vniuerſitate erant præſentes, idem eſt atque ſi † Vni
uerſitas fuiſſet legitimè congregata, quæ ibi Vniuer-
ſitas eſſe dicitur, vbi ſunt omnes de Vniuerſitate, vt
voluit gl. in l. ſicut, §. 1. in ver. videtur, vbi eam ad hoc
notant Bal. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. idem voluit
Bar. in l. obſeruare, num. 4. C. de Decurion. lib. 10. vbi
dicit, ſatis eſſe, quod omnes de conſilio ſint præſeo-
tes, licèt non conſtet quod de mandato ſuperiorum
conuenerint: quia ex eo nemo læditur quod congre-
gati non fuerint à ſuperiore; & dicit Angel. in conſ.
45. Vacante, in fine, quod ſufficit omnes de capitulo
eſſe congregatos, licet non appareat quod ſecūdum
conſuetudinem ſe congregauerint. allegat Bar. in lo-
co prædicto Alex. ad Bart. in l. nulli, ff. quod cuiuſq;
vniuer. nom. vbi dicit, ibi eſſe Vniuerſitatem vbi ad-
ſunt omnes de Vniuerſitate. Dec. in conſ. 10. num. 4.
ver. ſecundo ad dictum. Crot. in l. omnes populi, nu.
46. ff. de iuſt. & iur. & ibi Sanſeuer. nu. 35. qui dicit ſe
ita conſuluiſſe in conductione Doctoris, quæ facta
fuerat non ſeruata ſtatuti forma. Dec. in c. cum om-
nes, in 2. lect. nu. 8. de conſtit. nec dicatur, hoc pro-
cedere, quando illi præſentes erant ad hoc congrega
ti in eo loco, vt conſtituerent Vniuerſitatem, & actū
facerent nomine Vniuerſitatis, vt poſt Anch. decla-
rat Alex. in d. l. nulli, per id quod ponit Innoc. in c. cū
dilectus, de ordin. cognition. quia cum nihil differat
Vniuerſitas ab ipſis hominibus, vt ſupra dictum eſt,
non videtur, quod opus ſit eos contrahere nomine
Vniuerſitatis. Prætetea, in inſtrumento anni 1495. di
cti homines contrahūt ſuo nomine, & hominum Sa-
lugiarum, quæ verba inferre videntur ad Communi
35 tatem, † vt per Ruin. in conſ. 12. num. 12. vol. 4. Gabr.
com. opin. lib. 6. tit. quod cuiuſque vniuerſ. nom. con-
cluſ. 1. num. 9. Accedat, quod illa inſtrumenta non li-
36 garent Vniuerſitatem ſaltem operantur † ne homi-
nes potuerint præſcribere libertatem venandi, donec
illi vixerunt, vt per Innoc. Hoſt. Butr. & plures alios,
quos citat Gabr. d. concl. 1. num. 14.

Reſpondeo etiam, quod illa inſtrumenta ſufficiūt
contra Vniuerſitatem ad probandum quod Domini
Maceti exercent contra omnes ius prohibendi vena
tiones, & quod ſunt in poſſeſſione ſic faciendi: quia
qui habet cōceſſionem à domino, ſi ea vtatur in vno
37 † actu, illam retinet in omnibus, vt declarat Bart. in
l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priu. Butr.
in c. fin. col. 3. de cauſ. poſ. & propr. plures alios citat
Ant. Gabr. com. opin. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 2.
num. 20. vtendo enim quis iuriſdictione in vno actu,
præſcribit, & retinet ius in omnibus, qui ſub illa ſpe-
cie continentur, vt per Iaſ. & alios citatos à Gabr. &
optimè declarat Balb. in tract. præſcript. part. 2. q. 2.
num. 22. Iacobin. in ſua inueſt. in verſic. cum merò, &
mixto imperio, numer. 15. in fine. Natta in conſil. 98.
num. 13. & 23. vbi inquit, quod vaſallus exercens ius
cognoſcendi cauſas appellationum, non ſolum præ-
ſcribit contra eos, qui appellarunt, & qui paſſi ſunt,
ſed etiam contra omnes; & hæc procedūt ſine dubio,
quando agitur non ſimpliciter de acquirendo, ſed de
iure quæſito retinēdo: quia per actum ſingularem re-
38 tinetur poſſeſſio † totius iuris in vniuerſo, vt inquit
Bar. in l. arboribus, §. de illo, ff. de vſufr. & in l. ſi vnus,
ff. de ſeru. ruſtic. præd. vbi ait, quod retinet totum qui
vno vtitur; & ideo, habens iuriſdictionem, ſi cogno-
uit per accuſationem maleficia commiſſa, retinet ius
cognoſcendi per inquiſitionem. Ang. in l. vna eſt via,
ff. de ſeruit. ruſtic. præd. Roman. in conſil. 29. num. 9.
Corneus in conſil. 268. colum. 2. volum. 4. Caſtr. conſ.
179. num. 4. volum. 1. Balb. d. quæſt. 2. num. 26. Crau.
in conſil. 27. num. 2. Cum igitur Domini Maceti co-
gnouerint contra illos particulares, qui iuerant ve-
natum, retinuerunt ius prohibendi omnibus de eo-
dem loco.

SVMMARIVM.

1 *Numeratio pecuniæ operatur dominij tranſlationem.*
2 *Pecuniam recipiens ab aliquo conuertendam in aliquem vſum, non committit furtum, ſi non conuertat, quia dominium eſt in eum per numerationem tranſlatum.*
3 *Genus perire non poteſt.*
4 *Furtum non committit contrectando, & in vſus proprias vertendo is cui nomine depoſiti tradita fuit pecunia numerata, licèt aliud ſit quando data eſt per modum ſpeciei.*
5 *Depoſitario vbi pecunia numeratur, & datur aperta non clauſa, videtur data licentia, quod ea vtatur.*
6 *Theſaurario vbi pecunia datur numerata, & non in ſacculo, transfertur in eum dominium pecuniæ.*
7 *Pecuniæ exactæ per tutorem, ipſe ſit dominus, adeo vt ſi pereat, non ſit liberatus.*
8 *Theſaurarij noſtri temporis non dicuntur ſuſceptores, nec eis aſſimilantur, ſed verius dicuntur argentarij.*
9 *Monetam vnam poteſt pro alia ſoluere quicunque debitor ex generali conſuetudine totius Italiæ.*
10 *Aeſtimatio facit emptionem.*
11 *Moneta vbi eſt æſtimata, non attenditur moneta quæ fuit ſoluta, ſed illius æſtimatio.*
12 *Depoſitarius dicitur qui rem cuſtodiendam recipit.*
13 *Depoſitarius vtens re depoſita, dicitur in dolo, & tenetur furti.*
14 *Pecunia publica vel Principis non poteſt à Theſaurario dari, vel ab aliquo recipi mutuo.*
15 *Theſaurarius etiam quid minimum auferens de pecunia publica, tenetur pœna Statuti plectentis furem pecuniæ publicæ.*
16 *Pecuniæ publicæ exactor, non poteſt ſi aurum recipit, conuertere illud in maſſam, vel ſi recipit monetam, non poteſt in aliam ſpeciem mutare.*
17 *Lucrum quod quis facit ex re mea, mihi reſtituendum eſt.*
18 *Depoſitarius qui illicitè vſus eſt pecunia depoſita, tenetur reſtituere omne lucrum quod inde prouenit.*
19 *Depoſitarius qui habet ſalarium ſeu mercedem, tenetur de leui culpa.*
20 *Numeratio pecuniæ non ſemper fit vt tātundem reddatur, ſed ſæpè vt ſciatur quantum fuerit ſolutum, & quantum receperit is cui fit numeratio.*
21 *Aeſtimatio non ſemper facit emptionem.*
22 *Diſpoſitio quælibet debet intelligi ſecundum naturam contractus.*
23 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando natura contractus eſt quod non transferatur dominium.*
24 *Theſaurarius nullam habet iuriſdictionem, nec poteſt exigere ab inuitis, ſed recipit ab offerentibus, & ſoluentibus.*
25 *Veroſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem.*
26 *Precij quantitas oſtendit quid veniat in contractu.*
27 *Dominium pecuniæ non tranſit in recipientem, quando ſoluens non hoc agit, nec recipiens.*
28 *Lucrum facere ex re domini licet citra domini læſionem.*
29 *Pecunia pupilli exacta per tutorem, non dicitur eſſe tutoris, ſed pupilli.*
30 *Dominiū & poſſeſſio pupillo acquiritur miniſterio tutoris.*

Mone-

31 *Monetam vnam pro alia ſoluere non poteſt depoſitarius, quando id fieret cum damno deponentis.*

32 *Actum faciens, cenſetur ſe obligare legibus de illo actu loquentibus.*

33 *Contractu perfecto, non poteſt venditor reſilire etiamſi duplicatum offerat precium.*

34 *Iniuria non fit ſcienti, & volenti.*

35 *Liber rationum ita componi debet, vt in eo legantur omnia ſingulariter, non in ſumma aut in confuſo, adeo, vt ex eo cognoſci poſſit veritas, & falſitas deſcriptorum.*

36 *Inuentarium debet continere omnia, & ſi quid in eo omittatur, & pro eo iuratur in litem.*

37 *Iuramentum in litem conceditur, quando in inuentario vel aliquid fuit omiſſum, vel deſcriptum, ſed non perfectè.*

38 *Inuentarium debet continere pondus, numerum, menſuram, qualitatem, & quantitatem rerum deſcriptarum.*

39 *Liber rationum habetur pro inuentario, & ſi quid in inuentario omiſſum eſt, habetur pro deſcripto ſi in libro ponatur.*

40 *Omiſſum non dicitur quod ſequitur ab expreſſo.*

41 *Expreſſum reputatur illud. in quo militat eadem ratio.*

42 *Generalis diſpoſitio tantum operatur circa contenta in genere, quantum ſpecialis circa particularia.*

43 *Culpa ei aſcribitur, qui non cogitat quod de facili poteſt euenire.*

44 *Conſuetum quod non eſt, faciens dicitur in culpa.*

45 *Remiſſio propter peſtem non fit conductori, quando ciuitas conſueuit pati peſtem.*

CONSILIVM CCCXCI.

PERSVADERE multa vidētur quod
Theſaurario Sereniſſimi Principis li-
cuerit vti pecunia quam penes ſe ha
bebat ſolutā à debitoribus eiuſdem
Principis, & ea ea lucrum facere. Pri
mo, quia cum fuerit ſibi numerata,
factus fuit dominus: nam numeratio operatur do-
1 minij tranſlationem, † l. in nane Saupheli, ff. locati.
Bal. in l. incendium, circa finem, C. ſi cert. pet. glo. in l.
eius qui in prouincia, vbi Bar. num. 22. dicit eam no-
tabilem, & ſignandam, ff. ſi cert. pet. Doctores in d. l.
eius, vbi Iaſ. in verſic. quas vero, num. 6. & 7. dicit ſu-
ſtiueri poſſe per hanc rationem conſilium Imolæ in l.
ſi tibi dederim, ff. de donat. & in l. Caſſius, ff. de ſolut.
vbi dicebat, nun commiſiſſe furtum iuuenem quen-
dam qui in proprius vſus conuerterat pecuniam ſibi
à mercatore numeratam, vt alij traderet. Caſten. in
conſil. 141. in 4. dub. vol. 1. vbi infert, quod recipiens
ab aliquo pecuniam in aliquem vſum conuertendā,
non committit furtum, ſi non conuertit: quia domi-
2 nium eſt in eum tranſlatum. † Dec. in conſil. 6. col. 2.
verſic. ſecundu iſta concluſio, vbi dicit, quod reci-
piens non dicitur obligatus in ſpecie, ſed in genere,
ad reſtitutionem, & infert, quod ideo exactor Princi
pis Plumbini, non tenetur reſtituere domino lucrū
quod fecit cū illa pecunia, quia potuit eam tanquam
propriam contrectare; & infert, quod ſi pecunia ſic
per eum exacta periret, exactor non eſſet liberatus,
3 quia genus perire † non poteſt, l. ſi te bonis, C. de iu-
re delib. d. l. incendium, C. ſi cert. per. l. in ratione, §.
incertis, ff. ad leg. Falcid. idem voluit Bal. l. 2. q. 10. C.
pro ſocio. Capell. Tholoſ. in deciſ. 168. dicens, quod
furtum non committit contrectando, & vertendo in
proprius vſus, is, cui nomine depoſiti, vel commendę
tradita fuit pecunia numerata, licèt aliud ſit quan-
4 du data eſt per modum † ſpeciei. allegat gloſ. in l. 3.
in verſic. obnoxiam, C. depoſiti. & Aufrer. ibi in addi
tio. allegat etiam Salic. & Ang. de Clauaſ, idem vo-
luit Rota in deciſio. 860. Penes Titium Campſorem,
in antiq. aliàs eſt, Prima depoſiti, vbi concludit, quod
vbi de pecunia numeratur depoſitario, & datur aper
5 ta, non clauſa, videtur data licentia depoſitario † qđ
vtatur. Hanc concluſionem tenuit etiam Crauet. in
conſ. 366. nu. 6. & conſ. 705. num. 22. Alc. in conſ. 100.
num. 5. vbi propriè loquitur in Theſaurario, & dicit,
quod ſi pecunia detur numerata, & non in ſacculo,
6 transfertur in dominium Theſaurarij, † qui ideo po-
teſt de ea diſponere pro libito, adeo, quod ſi ex ea ali
quid lucratur ſuum eſt, nec ſpectat ad Principem. &
ibi propriè loquitur de allagijs monetarum, de qui-
bus nos quoq; verba facimus. & nouiſſimè hoc idem
concludit Burſ. in allagijs, in conſil. 325. nu. 13. vſque
ad 18. vbi ſuſtinet domino nullum ius competere ad
ea, vel alia lucra facta per Theſaurarium cum mone
ta exacta. Et in lucro facto extra allagia, extat Cum.
deciſio, in conſil. 178. in 2. dub. ſequitur Dec. d. conſ.
6. col. 2. & Alc. in d. conſil. 100. num. 18.

Secundu, hoc ipſum videmus in tutore, qui effici-
tur dominus pecuniæ quam exigit pro pupillo, & in
tantum obligatur ei in genere, quod ſi periret, non
7 eſſet liberatus, † ſecundum Bar. in l. Titium, & Mæ-
uium, §. altero, num. 1. ff. de admin. tutor. Bald. in l. ſi
patruus, C. commun. vtriuſque iudic. Dec. d. conſil. 6.
col. 2. Alc. d. conſil. 100. num. 6. verſ. ad idem facit, vbi
dicit valere argumētum à tutore ad Theſaurarium,
vt ſicuti dominium pecuniæ transfertur in tutorem,
ita & in Theſaurarium, qui ideo ſi quid lucri facit,
id ſuum eſt, tanquam proueniens ex ſua & non alie-
na pecunia.

Tertio, quamuis iura loquentia de ſusceptoribus
pęnam imponant eis, ſi publicam pecuniam alios in
vſus quam deſtinatos conuertant, tamen ea non poſ
ſunt aptari ad Theſaurarios noſtri temporis, qui ne-
que ſunt ſusceptores, neque eis aſſimilantur, ſed ve-
8 rius dicuntur argentarij, † vt per multa probat Alc.
d. conſ. 6. nu. 1. & poſt Curt. iun. & Caſſan. ponit Bur-
ſat. d. conſil. 325. num. 26.

Quarto, generalis extat cōſuetudo in tota Italia,
quod quicunq; debitor poteſt vnam pro alia mone-
9 tam ſoluere, † Bar. in l. cum quid, in fine, ff. ſi cert. per.
vbi eum ſequuntur Doctores, præcipuè Alc. in fine, &
Bolognet. num. 74. qui de communi atteſtatur, gl. in
l. ſi quis argentum, in princ. in ver. æſtimatione, C. de
donatio. Curt. iun. in conſ. 24. num. 1. Rube. Alex. in
conſ. 148. num. 1. ver. ſecundo facit. Bner. in deciſ. 327.
num. 3. Didac. de collatio. veter. numiſ. c. 7. §. vnico,
nu. 1. Natta in conſ. 454. nu. 1. Tiraq. de retractu con
ſang. §. 1. gl. 18. num. 31. Pinell. in Rub. C. de reſcind.
vend. par. 1. cap. 3. num. 16. & ideo Theſaurarius ſicut
quilibet alius debitor poterit domino ſoluere vnam
monetam pro alia quam recepit; & per hanc ratio-
nem ita concludit Burſ. d. conſ. 325. nu. 14. qui in 1.
dubio concludit, etiam quod Theſaurarius non te-
netur ſcribere qualitatem monetę quam recipit. hoc
etiam argumento vtitur Alciat. in conſil. 100. nu-
mer. 12. quia ſecundum eum, pecunia recipit functio
nem in ſuo genere, & ideo ſufficit quod receptam
quantitatem reſtituat, ſiue in vna, ſiue in alia quali-
tate monetæ.

Vltimo ſi attendamus id quod ſeruatū fuit à The-
ſaurariu, res videtur ſine ſcrupulo: quandoquidem
Theſaurarius quamcunq; recipiat monetā, ſemper
in libris ſuis illam reducit ad aliam monetæ qualita
tem, ideſt ad libras, & quamuis exigat aurum vel ar-
gentum, ſcribit tamē ſe debitorem de libris. hæc au-
10 tem æſtimatio facit emptionem, † gl. in l. ſi inter, C.
de iure dot. Alex. in conſ. 79. col. 2. volum. 5. & alios
citat

Digitized by Google

citat Rol.in conſ.92.num.9.vol.2.Bec.in conſ.42.nu.
2.& procedit etiam in materia monetarum,quia vbi
moneta eſt æſtimata,non attendimus monetam quæ
11 fuit ſoluta,ſed illius ęſtimationẽ,† Bart.in l.Paulus,
num.10.ff.de ſolut.vbi Caſtr.in fin.Soc.in conſ.6.col.
fin.vol.1.Cur.iun.iu conſ.24.nu.5.Crau.in conſ.836.
Menoch.in conſ.49.num.15.Sola in conſt. Pedem.de
pact.inter emptor.& vend.p.1.gl.vnica,num.79. fol.
mihi 121.& quando fit eiuſmodi æſtimatio vnus con
tractus oſtenditur, alter vero occultatur, & videtur
quis emiſſe monetam receptam,& pro ea aliam pro-
miſiſſe,conſequenterque de recepta moneta tanquã
empta, & propria diſponere poteſt pro libito, & il-
lam conuertere in vſus proprios,& cum es mercari,
& lucrum facere.hoc argumento,non ita tamen ex-
tenſo,vtitur Alc.in d.conſ.100.num.17.vbi mouetur,
quia Theſaurarius ſcripſit ſe debitorẽ de libris,Burſ.
d.conſ.325.num.15.verſ.primo quia.

Quibus tamen minimè mouentibus, concludo,
Theſaurariũ nullo modo potuiſſe vti pecunia exacta
à fiſci debitoribus, eamq; in proprios vſus conuerte
re:certũ eſt enim,Theſaurarij officiũ nil aliud eſſe ni-
ſi deputationẽ ad cuſtodiam & conſeruationem pe-
cuniæ Principis, & quidquid ſit in alijs locis, id ſub
Sereniſs. hoc Principe certũ eſt io facto,quia is nullã
habet iuriſdictionem,nullã exactionẽ ab inuitis, ſed
à ſponte ſoluentibus,& ad ſuam domũ deferentibus
pecuniã recipit, receptam cuſtodit & ſeruat, donec
aliud ſibi ab eodem Principe mandatur,atq; ita ſim-
plex eſt depoſitarius, vt probatur in l.1. ff. depoſiti,
vbi depoſiti tenetur, qui rem cuſtodiendam recipit.
12 † Doct.in Rubr.extra depoſiti.Azo.in Sum.C.depoſi
ti.Princ.at depoſitarius nõ põt vti re depoſita. & ita
13 faciendo dicitur in dolo,& furti tenetur,† l.qui fur-
tum,ff.de condict.furt.l.ſi ſacculum,vbi gl.& Doct.ff.
depoſiti,l.3.vbi Bal.& alij, C.depoſiti,§.furtum aũt,
Inſt.de oblig.quę ex quaſi delict.& procedit hoc etiã
in pecunia,l.die ſponſaliorũ,§.1.l.Lucius,vbi Caſt.&
alij, ff.depoſit. hinc dicitur in l.deſiderium, & l.fi.C.
depoſiti,quod depoſitarius nõ poteſt depoſitam pe-
cuniam alij mutuo dare,& quod teneatur furti,pro-
bat Caſtr.in d.conſ.141.nu.4.vol.1.vbi præciſè loqui
tur de eo qui fuit deputatus ad cuſtodiam.Boſſ.in ti-
tul.de decr.Mediol.num.3.Mod.Galli,in tract. de v-
ſur.num.626.vbi fortius dicit,quod hoc caſu contre-
ctans,& in vſum ſuum vel alienum conuertens pecu-
niam depoſitam,tenetur ad vſuras ſemiſſes, etiam ſi
in prouincia minores currerent: quia cum poſſit de-
poſitarius furti conueniri,non debet conqueri,ſi de-
ponens omiſſa duriori actione contra eum experitur
ſola actione depoſiti,pro vſuris conſequendis.

Secundo id maximè procedit in pecunia publica
vel Principis, quæ non poteſt à Theſaurario dari vel
14 ab aliquo recipi mutuo, † l.1. & l.3. C. de his qui ex
public.collatio.lib.10.vbi Bar.in l.eam,notat contra
ſuſceptores qui pecuniam deſtinatam ad ſalaria Do
ctorum exoluenda, conuertunt in alios vſus, & gra-
uiſſima imponitur pœna danti,& recipienti,l.1.& 2.
vbi Bar.C.de his qui ex publ.ratio.lib.10. vbi Bar.&
Io.de Plat.& ita concludit Ang.in conſ.90.nu.2.vbi
quod officiales, vel adminiſtratores non poſſunt in
vſus proprios vertere pecuniam publicam, nec alij
mutuare, Dec. in conſ.473.nu.9. vbi quod tales offi-
ciales,quia ſunt obligati ad cuſtodiam tanquã depo
ſitarij, tenentur pecuniam reddere in eadem ſpecie,
eſt enim dominiũ non eorum,ſed Reipublicæ. Ruin.
in conſ.143.nu.5.& 7. vol.5. Franc.de March.in dec.
202.Rip.in tract.de remed.ad conſeruand.vbert.nu.
17.in fi.vbi dicit, quod Theſaurarij qui tenẽtur pecu
niam publicã ſemper habere promptam & paratã,non
poſsũt ea vti pro ſe,vel alijs cõcedere,& prędicta pro
cedunt,ẽt ſi agatur de modica quantitate. Io.de Plat.
in l.ſciant, C.de his qui ex pub.ratio.lib.10.Bart.in
locis citatis à Fran.March.in d.dec.202.nu.3. Facit,
quod voluerũt Bal. Ang.Rom. & Aret.in l.ſi ſeruum,
§.prætor, in fi. ff. de acq.hæred.vbi dicunt,quod The
ſaurarius ẽt quid minimum auferẽs de pecunia pu-
blica,tenetur pœna ſtatuti plectentis furem publicæ
15 pecuniæ.† & hoc dicit ſingulare Iaſ.in Auth. Qui rẽ,
C.de ſacroſ.eccl.Tiraq.in tract.de iudic.in rebus mi
nim.feren. ver.52. & per hoc tollitur qđ dicitur Alc.
in d.conſ.100.nu.51. ver.& ideo non laudantur, vbi
dicit,qđ modica lucra ſunt tenuioribus relinquẽda.
& reprehendendi ſunt magiſtratus,qui nimis ſubti-
liter agũt in augenda pecunia Principis, ſuntq; an-
xij & ſcrupuloſi,nã hoc verũ eſt, vbi agitur de lucro:
quia Principes,ſuiq; officiales nõ debent perſequi lu
cra læuia, ſed vbi pecunia Principis ab eis vel alijs
ſubripiẽ iuſte agunt Principes ſi ſolicitè ẽt pro leuib.
damnis inquirũt,iuxta notata in d.§.prætor, in fine.

Accedat tertio,quod Theſaurarius vel exactor pu
blicæ pecuniæ, non poteſt ſi aurum recipit conuerte-
re illud in maſſam,vel ſi recepit monetam non poteſt
16 in aliam ſpeciem mutare. † eſt text. in l.1. C.de auri
pub.perſecut.lib.10.vbi Bar.notat,ſubdens, quod oẽ
lucrum percipiendum ex tali conuerſione,debet eſſe
publicum,nec poteſt exactor illud retinere cum con-
ſcientia.ſequitur Io.de Plat.inferẽdo contra eos,qui
ducatos receptos fuſili arte concoquunt, & in aliam
conuertunt pecuniam,vel formam,dicit,quod malè
faciunt,& contra iura, nec poſſunt ſalua conſcientia
tale lucrum retinere,ſed fiſcus ab eis repetit.vbi mo-
uetur,quia mihi reſtituendum eſt lucrũ quod alius fe
17 cit ex re mea,† l.apud Labeonem, ff.de præſcr. ver.l.
1.& 2.C.de his qui ex publ.ratio.lib.10.Ripa d.tit.de
remed.ad conſeruan.vbert.nu.17. Franc. de March.
dec.201.nu.3. vbi dicit, quod non debent ſuſceptam
pecuniam redigere in maſſam,nec bibionare,nec cã-
biare,& in d.dec.202. nu.3. vbi quod tale lucrum eſt
reddendum fiſco,quod etiam voluit Ripa loco præci
tato, & idem dicunt Bar.& Io. de Plat.in l.diu, alias
eſt l.minimè,C.de ſuſceptor.Præpoſ.& Archa.lib.10.
vbi dicunt,quod cum pecunia Communis non debẽt
exactores mercaturam exercere.& pro hac parte qđ
lucrum omne ſpectet ad Principem, facit doctrina
Bal.in l.1.in 10.q.num.12.C.pro ſocio, vbi ait, quod
depoſitarius qui illicitè vſus eſt pecunia depoſita,te-
netur reſtituere omne lucrũ quod inde prouenit, fa-
18 ctus eſt enim locupletior ex re aliena, † argumento,
l. qui ſine, ff.de negoc.geſt.& eam deciſionem tenuit
Alex.in alia tamen parte, in l.ſi non ſortem, in fi.prin
cip.ff.de cond.indeb.Io.de Anan.in c.fi.nu.9.de vſur.
Dec.in l.certi condictio, §.depoſui,nu.3.ff.ſi cert.pet.
& in prędictis locis ponunt, an vbi depoſitarius ſol-
uit lucrum, quod tñ non tenebatur reſtituere, poſſit
illud repetere: & non mirũ, quia ſi depoſitarius vten
do pecunia depoſita tenetur ad vſuras, etiam ſi non
ſit in mora, multo magis tenebitur ad lucrum quod
fecit ex pecunia depoſita,cõſtat itaque ex prædictis,
quod Theſaurarius non põt vti pecunia recepta; &
præter ſupradictos,quòd Theſaurarius nõ poſſit au-
rum exactum conflare,nec in maſſam aut in aliã mo-
netæ ſpeciẽ redigere,ſed ſi quod lucrum facit ea eiuſ-
modi commutatione, teneatur illud omne fiſco red-
dere,idem voluit Fabian. de Monte, in tract. de em-
ptio.& vend.q.5.princ.col.3.verſ.ſolutio,hæc vltima
pars,vbi quod in foro conſcientiæ obligantur officia
les,& in iudicio cogi poſſunt reſtituere.Feſt.in tract.
de

de colle&. pat.3.q.4.num.30. & ſeq. vbi latè agit de
hac re,ſicuti itaque lucrum aliunde ſactum ex publi-
ca pecunia reſtituere tenetur theſaurarius, ita alla-
gia quæ eaegit retinere non poteſt.

Quarto,hæc multo magis procedunt in theſaura-
rio,qui non dr̃ ſimplex depoſitarius,ſed quia merce-
dem, & ſalariũ habet de publico,tenetur in plus: nã
depoſitarius regulariter tenetur ſolum de dolo,& la
ta culpa, ſed qñ habet mercedem, tenetur etiam de
19 leui † culpa, l.ſi vt certo,§.nunc videndum,ff.cõmo-
da.in ver.niſi forte,&c.c.2.ibi,vel ſi aliquid pro custo
dia recepiſſet,extra depoſit.l.1.§.ſi veſtimenta,ff.de-
poſiti.l.qui mercede,vbi gl.ff.locat.Barbat.in c.boua
fides,nu.3.depoſit.& in ſpecie de theſaurario, & offi
ciali,qđ rõne mercedis teneatur in plus,voluit Dec.
in conſ.473.nu.2.Grat.conſ.94.vol.2. quo circa cum
depoſitum ſactũ ſit gratia deponentis,ideſt ad com-
modũ ſolius Principis,qui deputauit theſaurarium,
non debuit ille pecuniam exercere nomine proprio,
nec ex ea lucrum factum ſibi appropriare,& cum fe-
cerit,tenetur reſtituere Principi,qui eſt dominus.

Nec repugnant quæ in cõtrarium ſupra adducta
fuere,& præcipuè, qđ theſaurarius nõ poſſit dici de-
poſitarius,ex quo pecunia non datur ſibi ſignata, vel
clauſula, nec vti ſpecies, ſed numeratur, per quã nu-
merationem vr̃ translatum dñium in eum,cum pecu
nia facile conſumatur per immixtionẽ,vt inquit Bar.
in l.litiũ,§.altero,nu.1.ff.de admin.tut. Rñdeo enim,
qđ ſola numeratio non efficit quod tranſeat dñium,
nec ſemper numeratur pecunia,vt tantundem reda-
tur,ſed fit ſæpè numeratio,vt ſciatur quantum fuerit
20 ſolutum,& quantum receperit,† vt probatur in l.Lu
cius,ff.depoſit.quam ponderat ad hoc Mod.Galli in
tract.de vſur.nu.629.ſic dicimus,ꝗ æſtimatio nõ ſem
21 per emptione facit, ſed denotat ſolum valorẽ.† Bal.
in l.ex conuentione, in 3.oppoſit. C.de pact.Socin.in
conſ.56.col.1.vol.1.Papien.in forma libel.quo agitur
ad dotem, in verſic.ac etiam Caſtrum, 1.col.Corn.in
conſ.15.col.1.vol.2.Bertrand.in conſ.262.nu.3.vol.3.
Neuiz.in ſylua nupt.lib. 2.num.72. & ex coniecturis
cognoſcimus quãdo æſtimatio fit ad effectum trans-
ferendi dominiũ,vel ad ſciendum valorem,vt inquit
Aret.in conſ.84.col.2.Bec.in conſ.42.num.18.hic au-
tem, quod numeratio non importet translationem
dominij, probatur ex natura officij ipſius theſaura-
rij, quæ eſt ſecundum ſup. per me dicta cuſtodire, &
ſeruare pecuniam ſibi ſoluendam,& diſpoſitio quęli
bet debet intelligi ſecundum naturam contractus,
22 † l.Proculus,de vſufr.l.inſulam,ff.de præſcript.verb.
Euer.loco 46.Crau.reſpon.pro genero, nu.318. Me-
noch.de arbitr.iud.caſu 199.num.2.Natta in conſil.
73.num.1.Oſaſ.deciſ. Pedem.95. eodem modo dici-
mus,quod æſtimatio non facit emptionem, quando
natura contractus eſt quod non transferatur domi-
23 nium. † Bar. in l.ſi vt certo,§.nunc videndum,in fine,
ff.commoda. Bal.in l.1.quæſt.3. C.commod.Anchar.
conſ.72. in fine. Tiraq.de retract.conſang. §.1. gl.14.
num.21. in fine. Neuiz. d.lib.2.num.72.in 5.limitat.
Theſaurarius enim nullã habet iuriſdictionem, nec
poteſt exigere ab inuitis, ſed recipit ab offerentibus
24 † & ſoluentibus,Franch.de March.deciſ.204.

Accedit,non eſſe veroſimile, quod Princeps velit
dominium transferri in theſaurarium,cumque tene
ri ſibi in genere ad ſoluendum tantam quantitatem
pecuniarum,quæ decuplo excedit valorem omnium
bonorum theſaurarij,& quod non eſt veroſimile,ha-
25 bet imaginem falſitatis, † c.quia veroſimile,de præ-
ſumpt. Tiraq.in præfat.l.ſi vnquam,num... C.de re-
uocan.dona. & à quantitate precij ſolemus in ſimili
26 arguere quid veniat in contractu.† gl.in l.1.§.qui ſu-
perficiem,vbi Bar.ff.de ſuperſ.Bar.in l.patronus, §.1.
ff.de leg.3. Dec.in conſ.500.nu.5.Pariſ.conſ.64.num.
44.vol.1.Bero.conſ.156.nu.6.vol.1. Soc.iun.conſ.36.
nu.11.vol.3.Bellon.conſ.27.nu.5.Didac.pract.q.c.3.
Neuiz.conſ.7.nu.4.conſ.38.nu.4.Rol.conſ.82.nu.52.
vol. 2. & poſſem infinitas allegare authoritates Do-
ctorum,qui ad diuerſas inferunt quęſtiones,& nemo
eſt tam fatuus, qui manifeſto perditionis periculo
velit exponere tam egregiam quantitatem, cum poſ
ſit optimè ſibi cauere dominium non transferendo,
ſed penes ſe retinendo.

Comprobatur ẽt,quia ij qui ſoluunt theſaurario,
non hoc agunt vt in eum transferant dominium,ſed
vt pecuniã illam faciant Principis cuius nomine reci
pitur à theſaurario,ſic etiam theſaurarij recipientis
non eſt facere ſuam pecuniam, ſed acquirere Princi-
pi, ergo dominiu trãſfertur in ipſum Principem. ita
in propoſito arguit Ruin. in d. conſ.143. nu.2. vol.5.
vbi dicit,quod dominium pecuniæ non tranſit in re-
27 cipientem, qñ ſoluens non hoc agit,nec † recipiens,
Burſ.conſ.325.nu.15.& hoc eſt quod dixit Bart.in l.
Tirium,§.altero,nu.1.& 2.ff.de adm.turor.vbi dicit,
quod pecunia ſit tutoris qñ proprio nomine vendit
rẽ pupilli,ſecus,qñ illam vendit pupilli nomine,quia
tunc pecunia eſt pupillaris, & hoc fundamẽto vtitur
quoq; Dec.conſ.473.nu.9.vbi dicit theſaurarium eſ-
ſe debitorem ſpeciei non generis, quia recipit pecu-
niam nomine Reipublicæ, & ideo liberatur perẽpta
ſpecie. Præterea,extant iura & deciſiones de quibus
ſupra memini,quibus probatur, pecuniam eſſe pro-
priam Principis,& dominium non tranſire in theſau
rarium,qñ enim ideo numeratur,vt ſciri poſſit quan-
titas,& qñ is cui numeratur ſolam habet cuſtodiam,
tunc dominium non transferunt,vt dixi, & probant
Moder.Galli loco præcitato,& num.632.& videmus
apud Doctores plurimum controuerti, an teneatur
qui pecuniam Principis ad vnum vſum deſtinatam,
conuertit in alium,vt dictum eſt,& ponit Iaſ.in con-
ſil.229.nu.34.in 2.vol.vbi defendit theſaurarium Se-
reniſſ.Ducis Mantuę Domini mei,eo quod ſolum ſu-
perextantes pecunias & quæ ſuperfuere eroganit in
alia negocia. & in eodem caſu Curt. iun. in conſ.19.
num.15.qui duo pro abſoluto ponunt,quod pecunia
ſit Principis, non etiam theſaurarij. & ita intelligit
Feſtaſ.de collect.in 3.par.princ.c.1.num.30. & ſeq.

Et diſcedendo à generali pronũciatione, non ob-
ſtat conſ.Cuman.178.quia Ipſe nihil loquitur de do-
minio pecuniæ,nec dicit quod ſit exactoris,loquitur
autem ſolum de lucro facto per exactorem, imò ſup-
ponit,pecuniam eſſe domini, dũ dicit, quod lucrum
fecit tanquam miniſter & procurator domini; ideo,
aut nihil ad nos,aut pro nobis facit. & quoad lucrũ,
ſupra allegaui Bar.Io.de Plat.& alios,qui dicunt,lu-
crum ſpectare ad dominum.& Dec.d.conſil.6. col.2.
verſ.ſupereſt reſpondere, admittit lucrũ ſpectare ad
dominum, quando factum eſt cum pecunia domini,
ſic etiam Alc.d.conſ.100.conatur probare, quod pe-
cunia erat propria exactoris, ad demonſtrandum,
quod lucrum ex ea factum ſit etiam ſuum: at vbi ſua
non ſit pecunia, admittit quod lucrum ſpectet ad do
minum, licet nu.15. dicat licere etiam ex re domini
28 lucrũ facere citra domini læſionem, † l.qui propriè,
§.procurator,ff.de procur.l.ſi vero, §.quidquid,ff.ſol.
matr. quam concluſionem approbat etiam Burſ. d.
conſ.325. nu.16. ſed intelligi debet,dummodo licitè
facit; at vtendo pecunia depoſita, male facit, & fur-
tum committit,& quod plus eſt,damnum dat domi-
no,vt dicam infra.

Decius

Decius autē in dicto conſi.6. loquitur in terminis
penitus diuerſis, nēpe, in exactore, qui tenebatur ſo-
lum ſolnere infra certum terminū, non aūt in eo, qui
debet ſemper tenere pecuniā publico vſui paratā, &
ptóptam, vt in col.2. ver.tertio quod iſtud lucru, vbi
ēt cōſiderat, quod ante tempus non eſt in mora, imo
non eſt debitor, & in fi.eiuſd.col.verſi. vel ſecūdo di-
ci pōt, vbi inquit aliud eſſe in Camerlenghis Floren
tiæ, qui habere ſemper debent paratam pecuniam,
atque ita io theſaurario noſtro admittit, quod renea
tur in ſpecie, & non poſſit cōtrectare pecuniam. & in
verſ. nam primo generaliter dicit, quod vbi lucrum
eſt factum cum pecunia domini, pertinet ad domi-
num. & in caſu noſtro non eſt dubium, quin pecu-
niæ ſint domini, ſecundum ea quæ ſupra dixi.

Alciat.in conſ.100. loquitur in theſaurario longè
diuerſo à noſtro, nempe, qui erat argētarius, cāpſor,
vel trapelita, & conatur probare quod nō fuerit de-
putatus ad ſolam cuſtodiam, vt factum eſt hic: moue
tur etiā ex alijs, quæ in præſenti caſu non concurrūt,
& contra eū ſtant Bart. Ioan. de Plat. & alij ſupra cita
ti. hoc etiam modo reſpondetur ad Burſar. cuius fun
damenta ita fuere neglecta, vt grauiter etiā mulcta-
ri fuerint illi pro quibus ſcripſit, licet fortè profuerit
conſiliū ad euitandū corporalem pęnam, quam non
euaſiſſent. Burſ.conſi.326.col.2.verſi.2.

Nec mouet argumentū à tutore ad theſaurarium:
quia reſpondeo, terminos eſſe longe diuerſos, quia
tutor generalem habet adminiſtrationē, vt toto tit.
ff. & Cod. de adminiſtr.tut. & ideo pōt, imo aliquan-
do debet pecuniam conuertere in ſpecies, aliquādo
ſpecies in pecuniam; at theſaurarij adminiſtratio to
ta conſiſtit in recipiendis, cuſtodiendis, & ſoluendis
pecunijs, nihil autem ex ſe facere pōt, quinimo, & à
ſponte ſoluentibus nō recipit, niſi cum buletino, ſeu
teſſera magiſtratus, ſicuti eā alij non ſoluit ſine eiuſ-
dem mandato: propterea non mirum, ſi tutor obliga
tur in genere ſecundum Din. & Bar. in d.§. altero, the
ſaurarius autem in ſpecie.

Secundo reſpondeo, quod etſi tutor obligatus ſit
in genere, tñ pecunia non deſinit eſſe pupilli, nec dici
29 tur eſſe tutoris, † vt ipſemet Bart. dicit loco præalle-
gato, vbi infert, quod ſi negotiatur tutor cum pecu-
nia communi, tunc compendium eſt commune, etiā
ſi nomine proprio geſſerit negocium, quod non eſt,
quando nomine proprio, & de propria pecunia ne-
gociatur: quia tunc lucrum eſt proprium tutoris,
etiamſi pecuniam congeſſerit ex venditione, rerum
minoris facta, tamen ſuo proprio nomine, vt ibi, nu.
2. verſic. ſi vero de propria, & num.1. vbi dicit, quòd
pecunia redacta ex re pupilli, quā tutor proprio no-
mine vendidit, non efficitur pupilli. l. qui vas, §. fin. ff.
de furt. & paulò poſt dicit, quod etſi res proprio no-
mine empta de pecunia pupilli trāſeat in pupilli do-
minium, tamen ſi poſtea tutor rem illam vendat no-
mine proprio, pecunia erit tutoris, etſi ex ea emat a-
liam rem, illa non erit pupilli: ecce ergo, quod pecu-
nia exacta nō deſinit eſſe pupilli. argumentum ergo
non ſubſiſtit, tutor tenetur in genere erga pupillum,
ergo pupillus non eſt dominus pecuniæ ſuo nomine
per tutorem exactæ à debitoribus. quinimo, ego cre
do, quod pupillo, ſeu adulto finita tutela detur rei
vendicatio contra pecuniam tutori ſolutam à debi-
toribus pupilli: nam per tutorem eiusq; miniſteriū
30 acquiritur pupillo dominium, † & poſſeſſio, l. ſi pro-
curator, in fi. ff. de acquir.rer.dom. l.1. §. per procura-
torem, ff. de acquiren. poſſeſſ. & vtroque in loco gloſ.
& Doctores, & non valet diſcrimen quod Alciat. re-
citat d. conſi. 100. nu.6. verſi. ad idem facit inter pe-
cuniam, & alias res, quando quidem vanum eſt, nec
aliqua ſubeſt ratio diuerſitatis: nam etiam pecunia
tranſit in dominium mandantis, quādo ſoluens id in
animo gerit, vt mandanti quæratur, & recipiens id
agit vt pro mandante gerat negocium, quemadmo-
dum in propoſito explicat Ruin. d.conſ.143. nū.5. &
ſeq. vol.5. vbi ideo infert, quod pecunia efficitur do-
mini non autem theſaurarij.

Non ſubſiſtit etiam differentia quā idem Alc. con-
ſtituit inter antiquos ſuſceptores, & theſaurat. noſtri
temporis, quia ego non facio vim in nomine officij,
ſed in qualitate oneris ei iniuncti, & ſuſceptæ per eū
obligationis, & dico, quod ex quo aſſumpſit prouin-
ciā recipiendi, cuſtodiēdi, & ſoluendi pecuniā, dicitur
depoſitarius, & vbi alia actio deficeret, conueniri po
teſt depoſiti, & conſequenter contrectare, aut in pro-
prios alienosve vſus pecuniā conuertere nō poteſt, id
quòd contingeret in pecunia cuiuſcunq; priuati, quā
alius cuſtodiendā ſuſciperet: cum vero ſit publica, &
Principis, militant in theſaurario eā pecuniā tractan
te, quæ dicunt iura de ſuſceptoribus antiquis, ſi veli-
mus rationem legis nō ſola illius verba perpendere.

Generalis vero conſuetudo, per quam licet vnam
monetam pro alia ſoluere non prodeſt theſaurario,
quia hoc nō procedit in depoſitario, is enim tenetur
ad ſpeciem, in tantū, quod non poteſt tantūdem red-
dere, vt latè dictum eſt ſupra: reſpondeo etiam, quod
ſi concederemus, quod poſſit vnam aliam monetam
ſoluere loco depoſitæ, non tamen per hoc inferretur,
quod ante ſolutionem potuerit vti pecunia depoſita;
hæc enim ſunt inter ſe diuerſa, ideo de vno non infer
tur ad aliud, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Reſpon
deo etiam, & hoc eneruat omnem difficultatem, quod
ſi concedamus poſſe depoſitarium ſoluere in alia mo
netæ ſpecie (quod prorſus nego) tamen id permitten
dum non eſt, quando id fieret cum damno deponen-
31 tis, † vt probat text. in l. Paulus, ff. de ſolu. vbi Ang. &
Imo. notant Mart. Landen. in tract. monetat. quęſt.5.
Curt. iun. in eod. tract. quęſtio.9. Purpur. in conſ.522.
nu.31. Brun. in tract. de monet. conclu. vlt. in ſecundo
præmiſſ. colum.1. & 2. Moder. Galli in tracta. de vſun,
num.754. Menoch. in conſ.49. nu.25. Sola in conſtit.
Pedem. in tit. de pact. inter empt. & vend. in 1. par. gl.
vnica, nu.71. & 73. damnum autem Principi oriretur,
quia monetæ illæ quas theſaurarius recepit creue-
rūt in valore extrinſeco, puta Ducatus argenteus, qui
fuit receptus pro libris nouē, & ſolidis quinque mo-
netæ retractæ huius patriæ, nūc valet libras vndecim,
etſi ea moneta nunc ſolueretur, ſeu verius reſtituere-
tur, ſentiret dominus hoc commodum, quod nō ſen-
tiet, ſi aliam monetam ſecundum currentem nunc va
lorem reſtituet: eiuſmodi autem intereſſe nedum eſt
conſiderabile contra depoſitarium, ſed pro eo poteſt
dominus iurare in litem, vt declarat Plot. in tract. de
in litem iuran. §.10. nu.18. verſ. cuſtos etiam ſiue de-
poſitarius & ſicuti hoc lucrū percepit theſaurarius,
ita illud percepiſſet dominus, vel ſaltem eo lucro do
minus defraudatus non fuiſſet ſi monetæ fuiſſent re-
ſtitutæ in eiſdem ſpeciebus, & non in diuerſis.

Vltimo non obſtat quod theſaurarius monetarū
omnium valorem ponat in ſuis libris, eumque ſem-
per ad libras reducat, atque æſtimatio ſit attendēda,
non autem ſpecies monetæ: quia reſpondetur, quod
hoc facere nō fuit in facultate ſolius theſaurarij, ſicu
ti enim emptio, & venditio duorum requirit conſen-
ſū, ex quo contractus eſt vltro citroq; obligatorius, l.
conſenſu, ff. de actio. & oblig. inſtit. de obligat. quæ ex
conſenſu, in princip. ita vtriuſque conſenſus concur-
rere debet in æſtimanda moneta, ita, vt æſtimatio fa-
ciat

ciat emptionem:quia hoc caſu æſtimatio eſt loco em ptionis, & ſubrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſit ſubrogatio, l. ſi eum, §.qui iniuriarum,ff.ſi quis caut.& qñ à principio fuit electus, & deputatus ad cuſtodiam pecuniæ,obligauit ſe ex natura officij ad ſeruandũ monetas receipiendas, & illas in ſpecie reſtituendas,quia faciens actum, cēſetur ſe obligare
31 legibus de illo actu loquentibus,† l.ſi duo,vbi Bal.ff. de acq.hæred.Natta in conſ.49.num.52.Bec.in conſ. 35.nu.11. latè Cagnol.in l.qui cū alio, nu.8.ff.de reg. iur.Boſſ.in tit.de Principe,nu.365.& ſeq.Rim.in con ſil.1.nu.14.vbi inferunt quod acceptans ciuilitatem, obligatur omnibus oneribus quæ imponi ſolent ciui bus,etiamſi acceptans illa ignorauerit, ideo ex poſt nō potuit ſolum ſeipſum eximere ab ea obligatione, reducēdo ad libras,quia contractus à principio ſunt voluntatis,ſed ex poſt neceſſitatis,l.ſicut,C.de actio. & oblig.& quemadmodū duorum conſenſu celebrātur,duorum quoq; conſenſu non alterius tm̃ diſſolui debent,l.nihil tā naturale,vbi Dec.& Cagn.ff.de reg. iur.l.ab emptione,ff.de pactis.hinc dicimus,qđ perfe cto contractu reſilire non pōt venditor,etiamſi dupli
33 catum offerat † precium, l.non eſt, vbi Doctores, C. de reſcind.vend.Dec.conſ.595.circa fin.Tiraq.de retractu conſang.in præfat.nu.22. Cæph.in conſil.393. nu.38. procederet itaq; argumentum, ſi ea reductio facta fuiſſet de conſenſu domini, in quibus terminis loquũtur Alc.& alij in contrariū allegati quia ſcien
34 ti,& volenti non fit iniuria, † c.ſcienti,vbi gl.de reg. iur.in 6. l.nemo videtur fraudare, vbi etiam gl.citat concordantes,ff.de reg.iur.gl.in l.1.§.vſq; adeo,ff.de iniur.in l.cum donationis, C.de tranſact.

Conuenire porro non poſſum cum Alciato,qui in conſ.100.nu.12.& ſeq.voluit theſaurarium non teneri ſuper libro ſuo deſcribere ſpecies monetarum receptas,ſed ſat eſſe,ſi ponat earum valorem,iuxta tp̄s quo illas recepit, id quod poſt eum firmat ēt Burſ. d. conſ.325.nu.1.vſq; ad 15.mouetur aūt eorum vterq; quia neq; in legibus, neq; apud Doctores reperitur cautum,quod eo modo libri componantur:quandoquidem rationum liber componi ita debet, vt in eo legantur omnia ſingulariter, non in ſumma, aut in confuſo,adeo, quod ex eo cognoſci poſſit veritas, &
35 falſitas deſcriptorum, † l.antepenult.ff.de condit.& dem.Barr.in conſ.150.cum prædicta examinarem in fine,vol.1.Soc.in conſ.154.num.4.vol.3. in conſ.190. num.1.& in conſ.213.num.3.& 4.eo.vol.vbi quod ſigillatim deſcribi debent omnia, & dicit Ang.in conſil.577.num.6.quem ſequitur Soc.in locis citatis, ita debere eſſe clarum librum, vt deprehendi poſſit an probè vel improbè rationes ſint in eum relatæ. Plot. in tract.de in lit.iuran.§.5.num.31. & dicit Barr.in l. comperimus,C.de nauicula.lib.11.quod liber officio lis continere debet ſingulariter omnia,ita,quod ille, cui ratio redditur,poſſit comprehendere ſi quid machinationis in ea contineatur,allegat l.neminem,C. de ſuſceptor.Socin.iun.in conſ.148.nu.6.& ſeq.vol.1. vbi dicit, quod deſcribi debent omnia apertè, & diſtinctè,vt ſingula valeāt diſcerni, & quod deſcriptio fieri debet ſingulariter, Roland. latè alios allegans, in conſ.48.num.20.vol.1.& præter eos Dec.in conſil. 110.num.8.& ſeq.Decian.in conſil.85.num.25.vol.2. & latius in conſ.94.num.18.vol.3. vbi addit Roman. Goſad. Pariſ. & Grat. Menneh.de arbitr.iudic.caſu 209.num.14.ſed non poteſt dici ſingularis,diſtincta, & aperta deſcriptio pecuniarum, quando eius forma vel ſpecies non deſignatur,ita, quod cum plurimum differat auream, & argenteam receperit mone tam,cuius ideo valor extrinſecus hac in regione paſſim ſolo etiam temporis curſu mutari ſolet, an vero deterioris ligæ vel ære cōtaminatam exegerit,digno ſci poſſit, an eam receperit cuius valor augetur, vel aliam,de cuius augmento nihil eſt ſperandum. Præterea liber rationis continere debet omnes res,vt di cunt prædicti Doctores, & videmus idem eſſe in inuē tario,quia in eo debent oīa deſcribi,etſi quid omitta
36 tur pro eo in litem iuratur, † l.ſi.C.de arbitr.tutel.l. tutor qui repertorium,vbi Bar.col.penult.ff.de admi niſtr.tutor. Corn. in locis præcitatis. Ruin.in cōſ.59. nu.11.verſ.& ex alio etiam,vol.5.Caſtr. in conſ.124. col.fin.vol.1.Plot.in d.§.5.nu.28. Phanuc. in tract.de inuentar.p.3.nu.30. & paria ſunt,omittere bona,vel ea deſcribere, ſed non perfectè: nam etiam tali caſu iuratur in litem,perinde, ac ſi nō fuiſſet aliqua facta
37 deſcriptio.† Bar.d.conſ.150.Soc.& alij,apud Plot.d. nu.29.in fine.& in inuentario poni debet clarè,& diſtinctè pondus,numerus,menſura,qualitas,& quan-
38 titas,† l.ſi quis intra,C.de bon.proſcript.vbi Bal.notat,& dicit Barr.in d.l. tutor qui repertorium, col. 3. quod rerū ſigna deſcribi debent, repetit Prac.Pap.in forma libelli quo agit.ad red.ratio.col.3.verſ.adhuc quærit, & talis fieri debet deſcriptio, quod creditor releuetur ab onere probandi,& poſſit ex ea ſola conuincere adminiſtrationem, vt inquit Caſtr. d.conſil. 124.in ſi.vol.1.vbi allegat gl.& Bar.Plot.qui alios citat,d.§.5.num.29.ver.etſi ex ipſis inuentarijs.Rol.in conſ.73.nu.43.vol.2.& in tract.de inuent.in 3.verſic. omittendum quoque,nu.5.fol.mihi 79. latè ēt Phan. in eod.tract.p.3.nu.30. & in prædictis locis inferunt ad æſtimationem, & alias qualitates, at ſi theſaurarius in libro non deſcribat qualitatem, & ſpeciē monetæ, non poterit Princeps in exigenda ratione cognoſcere an fideliter res geſta fuerit, ſed cogetur pro bare,quas & quantas ille percepit monetas,ex qui bus potuerit lucrum fieri circa allagia,vel extrinſecū valorem,& cum iura dicant, quod qualitates omnes ſunt annotandæ,inferri poteſt quod etiā ſpecies monetæ poni deberet:eſt enim qualitas. Intelligo tamen de monetis ex puro auro,vel argento,& de ijs tantū, quorum extrinſecus valor in hac regione creſcere ſo let curſu temporis tantū, nulla accedente alia ratione,& ita de illis quas ſic deſcribi pōt intereſſe Princi pis:ſic enim ſeruandum eſſet in rebus quorum valor in tp̄e augetur,vel minuitur,puta,in bobus,equis, & alijs animalibus;certè ſi in illis deſcriptio fieret ſine qualitate,non eſſet recta,& quāuis dicta iura loquan tur de inuentario,eadem eſt ratio in libro rationum, qui quoad eiuſmodi officiales,vices tenet inuētarij; quinimo, etiam in ijs qui vltra librum rationum faciunt inuentarium,libet ipſe eſt loco inuentarij, & ſi quid in inuentario omiſſum eſt, habetur pro deſcri-
39 pto,ſi in libro ponatur.† vt per Io.de Prato,conſ.93. inter conſil.Calc. & Iac. de Grochis. conſ.95.eod.in loco.Crau.in conſ.575.num.12.ver.& in terminis, & in conſ.931. nu.1. vbi addit Corneum, & non poteſt diuerſitatis ratio aſſignari,quare officialis vel adminiſtrator quiuis nō teneatur in libro deſcribere qua litates rerum quæ ad eius manus peruenerunt,ita,vt ex ſolo libro conuinci poſſit: deſignant igitur Alc.& Burſ.dicere,quod non reperitur in iure deciſum, qđ teneatur theſaurarius deſcribere ſpeciem monetæ, quoniam ſatis reperitur, cum dicant iura, teneri eū omnes qualitates deſcribere,& librum taliter conficere,quod ex eo ſolo ſundetur domini intentio.& nō dicitur in lege omiſſum, id quod ſequitur ab expreſ-
40 ſo,†Soc.in l.hæredes mei,§.cum ita,num.11.ff.ad Tre bell.Pariſ.in conſ.66. nu.62.vol.3. Crau.in conſ.149. num.11.Rol.conſil.27.nu.34.volum.4. Rim.conſ.37.

num.

num.17.Menoch.in conſ.14.nu.15.ſicuti nec illud in
41 quo militat eadem ratio.† Oldr.in conſil.224.col.7.
poſt med.Bald.in conſil.95. vol.4. Tiraq. de retract.
conſang.§.2.glo.1.num.19.Soc.iun.conſ.128.nu.190.
vol.1.Pariſ. conſi.16.num.24. vol.3. Ceau.conſi.130.
num.7.Menoch.de arbitr. iudic.caſu 63.nu.10.in fa-
cto autem cum lex dixit omnes qualitates eſſe deſcri
bendas, inferri neceſſario debet, quod deſcribatur
monetæ ſpecies,quæ eſt qualitas, & ſat eſt dixiſſe in
genere de omnibus qualitatibus. tantum enim ope-
ratur generalis diſpoſitio circa contenta in genere,
42 quantum ſpecialis circa particularia,† l.ſi duo,in ſi.
ff.de adminiſtr.tutor.glo.magna in l.ſi is qui,ff.de iu
re fiſci,Ceot.in l.filiusfamilias, §.Diui,nu.96.de leg.
1.Rolan.conſi.62.nu.38.vol.2.ſic cum eadem militet
ratio in ſpecie pecuniæ quæ in cæteris aliarum reru
qualitatibus,vt ſupra dixi, non dicitur omiſſum ſed
cóprehenſum in lege. Nec dicatur, quod ex quo aug
mentum valoris tanquam conſiſtens in futuro euen
tu erat incertum,& non poterat præuideri, non tene
batur theſaurarius ſuper eo diuinare,& prouidere:
non enim de futuris contingentibus eſt determina-
ta veritas; quandoquidem reſpondeo: quod futurũ
hoc augmẽtum ſine diuinatione præuideri poterat,
ex quo in dies valor eatenus auctus fuerat,& præte-
riti ratio ſcire futura facit, & culpa ei aſcribitur qui
43 non cogitat quod de facili poteſt euenire, † l.qui bo
na,§.cum inter,& in l.in hac,ff.de damn.infect.Alex.
conſil.52.col.2.vol.6.Ceauet.conſil.170.nu.11.ſic di-
cimus in culpa eſſe qui facit quod non conſueuit fie-
44 ri,† l.doli mali, §.vltimo,ff.de nouation.Ceauet.con
ſi.270.num.2.Menoch.de præſumpt.lib.5.pręſumpt.
3.nu.133.eodem modo dicitur in culpa, qui non co-
gitat id quod conſueuit contingere, l.ſi quis domũ,
§.fin.ibi, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit,ff.
loca.per quem tex.dixit Igne.in l.contractus,ff.de re
gu.iu.quod conductori non fit remiſſio,quando con-
duxit gabellas in ciuitate limitropha,quæ conſueuit
pati quotidianas incurſiones: quia eſt in culpa ſi nõ
præuidit quòd conſueuit contingere,& in dubio cen
ſetur cogitaſſe. & ſubdit idem eſſe,quando ciuitas il
45 la conſueuit pati† peſtem,ſequitur Ripa,de priuileg.
contract.cauſ.peſt.nu.36.debuit enim ſcire conditio
nem loci, & dixit Socin.in conſi.123. vol.4.quod re-
miſſio penſionis non fit conductori pro eo quod ſti-
pendiarij Florentini deprædati fuerint fructus,ſi pre
cedentibus annis ſic facere conſueuerant, quia con-
ductor ſcire id debuit.Ripa loco præcitato,nu.41.vbi
allegat Bal.& Alex. loquentes de eo qui conduxit tẽ
pore belli.Boſſius in tit.de remiſſ.merced.conducto.
nu.84 concludo ita non carere culpa theſaurarium,
qui videns monetarum valorem in dies augeri, non
curauit earum qualitatem in libro deſcribere, cum
damno maximo Principis; quod omiſſa quæſtione
allagiorum in hoc etiam verſatur quod monetã re-
ceptam pro libris ſex mox,poſt aliquot menſes expẽ
dit pro libris ſeptẽ, & ſi qualitatẽ monetæ ſcripſiſſet
Principi pro ſeptem libris, nihil deperiret vltra illã
monetã, quæ tẽpore receptionis erat valoris ſex tan
tummodo librarum, ſicut econtra deperit vna libra.

Stante itaque concluſione, quod theſaurarius nõ
eſſet dominus pecuniæ receptæ, ſed Princeps, infer-
tur,quod tenetur pecunias reddere in eadem ſpecie,
& ſi non facit,tenetur ad intereſſe, quod poſtea liqui
dabitur in quantitate allagiorum, ideſt quantũ mo-
neta illa creuit à die receptionis; atque ita non curo
diſputare ſi allagia, vel lucra facta per theſaurariũ
ſpectent ad Principem, cum hoc modo ſatis claro
ius ſuum conſequatur.

SVMMARIVM.

1 *Aeſtimatio facit emptionem.*
2 *Aeſtimatio vbi facit emptionem, tunc res æſtimata deſi-
nit eſſe in obligatione, & ſolutione, & ſolu æſtimatio pe
ti poteſt.*
3 *Recipiens centum libras in Florenis, tenetur ſoluere ipſas
libras, ſiue Floreni creſcant, ſiue decreſcant, & Floreni
non ſunt in ſolutione, nec in obligatione.*
4 *Creditori inuito aliud pro alio ſolui non poteſt.*
5 *Monetam vnam pro alia non cogitur creditor recipere vi
gore generalis conſuetudinis, quando eius intereſt vnam
potius quam aliam habere.*
6 *Creditor non tenetur recipere pecuniam reprobam.*
7 *Moneta publico decreto prohibita dicitur falſa, & repro-
ba, licet ex bona materia ſit conflata.*
8 *Contractibus innominatis non eſt licita pœnitentia.*
9 *Pœnitentia non eſt licita etiam in contractibus innomina-
tis, quando ſucceſſit loco nominati.*
10 *Qualitas contractus indicatur à toto contractu nõ à parte.*
11 *Promiſſio de ſe obligando ad aliquid faciendum, inducit
obligationem quãdo pendet à poteſtate promittentis, nec
requiritur aliud factum extrinſecus.*
12 *Moneta æſtimata non attenditur ſiue creſcat, ſiue minua-
tur in valore.*
13 *Augmentum monetæ quæ non eſt in obligatione, nec ſolu-
tione, non attenditur.*
14 *Moneta vbi eſt mutata in liga, vel pondere, tunc ſolutio fie
ri debet de antiqua moneta, vel de noua ad valorem ta-
men antiquæ.*
15 *Valor monetæ vbi eſt mutatus ex decreto Principis, tunc
facienda eſt ſolutio non habita ratione quod creuerit, vel
decreuerit.*
16 *Monetæ valor vbi eſt mutatus ob monetæ deteriorationẽ,
ſolutio fieri debet ſecundum valorem qui fuit tempore
contractus, ſiue mora debitoris interuenerit, ſiue non.*
17 *Monetæ æſtimatio fit ad tollendas dubitationes ob futurã
mutationem valoris monetæ.*
18 *Iudæi ſunt iudicandi ſecundum iura communia.*
19 *Pacti fides etiam hoſti ſeruanda eſt.*

CONSILIVM CCCXCII.

MEnsixvs elapſis cũ mihi præſentatæ eſſent nõnullæ allegationes pro Camera Sereniſs. D.Ducis Parmæ, neceſſe mihi fuit pro reſolutione recẽſere pro D. Samuele de Leni fundamenta contra eũ relata, & inſiſtere circa ea; nunc aũt alia ſcripta reddita ſunt pro eadẽ Camera q̃ perinde ac ſi nihil hactenus de eadẽ cauſa dictũ ſcriptumve fuerit, noua afferunt fundamenta, quo circa iuuat nunc de nouo repetere, vel ẽt noua adducere pro eiuſdẽ cauſę defenſione, quę ſanè mihi adeo iuſta videtur, vt fermè nulla dari poſſit iuſtior.

Et præmitto, quod etſi pretium ſalis fuerit de tot Mantuanis ſolidis, tamen ſolutio ex conuentione fieri debet non Mantuæ, aut Parmæ, ſed Venetijs, nõ de ſolidis Mantuanis, vel Parmenſibus, ſed de libris Venetis; & quia Mantuana moneta differt à Veneta, ita quod poterat dubitari quantum Venetę monetæ ſoluendum eſſet pro ſolidis Mantuanis, actum eſt inter contrahentes, quod ſoluerentur ſeptem libræ Venetæ pro ſolidis Mantuanis centũ viginti quatuor, ſic diſponitur in quinto capitulo accordij incip. *che per il pagamento de ſali*. Hoc autem ſtante ſequitur, quod ſolidi centum viginti quatuor Mantuani, non ſunt amplius in obligatione, nec in ſolutione, ſed eorum

loco

Digitized by Google

loco ſucceſſere libræ ſeptem, quibus fuere æſtimati.
1 ratio eſt: quia æſtimatio emptionem facit, † l. prima,
§. æſtimatarum, & §. æſtimatas, C. de rei vxor. actio. l.
plerumque, §. ſi ante, ff. de iur. dot. l. 3. vbi Bar. ff. locat.
l. quoties, vbi Bald. in fine, C. de iure dot. gloſſ. in l. in
rebus, in verſ. æſtimatæ, C. eod. infinitas authoritates
ponit Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 14. nu. 20. &
ſeq. quando autem æſtimatio facit emptionem, tunc
res quæ æſtimatur, deſinit eſſe in obligatione & ſolu-
2 tione, & ſola æſtimatio peti † poteſt. Imo. in l. ſi æſti-
matis, col. 1. ff. ſolut. matr. vbi dicit, quod fundus qui
fuit datus in dotẽ æſtimatus, deſinit eſſe dotalis, ideo
poteſt vendi à marito ſine conſenſu mulieris, & æſti-
matio venit in actione de dote, & dicit Corn. in conſ.
92. col. 3. vol. 4. quod fundus in ſolutum datus pro do
te ſcutorum centum, non eſt dotalis, ſed centum peti
debent. idem dicit Socin. in conſil. 69. num. 12. vol. 4.
Et hanc concluſionem, quod æſtimata res cenſeatur
empta, & deſinat eſſe in obligatione, eiusque loco ſuc
cedat, & peti debeat æſtimatio, volunt infiniti prope-
modum Doctores, quos refert Roland. in conſil. 92.
numer. 9. & ſequent. volum. 2. Natta, in conſil. 650.
& Bec. in conſil. 42. vbi inferunt, quod maritus effi-
citur dominus rei quæ ſub æſtimatione fuit data in
dotem, & vxor non poteſt ſoluto matrimonio rẽ pe-
tere, ſed æſtimationem. Caballin. in tractat. euictio.
§. 4. num. 7. in fine. Didac. practic. quæſt. cap. 28. num.
quinto. Neuizan. ſilua nuptia. lib. 2. num. 69. & Bero.
26.ſequitur Dom.Becius in conſ.100,nu.4.& 10. vbi
citat

ei tat Crot.Ferdin.& alios.Si ergo expreſsè minor fa
uori ſuo renunciare non pôt,multo minus renuncia-
re poterit tacitè,delinquendo,argumento l.expreſſa
nocent,ff.de reg.iur.& per hanc rõnem voluit Dec.in
d.conſ.442.nu.26.& 28.quod ſtante huiuſmodi pro-
hibitione non poſſit confiſcari ẽt legitima. & conſu-
luit Dec.in eodem caſu cum Ruino,d.conſ.23. & idẽ
probauit Clar.in Pract.crim.§.fin.q.78.nu.10.in fine,
allegans hoc ẽt tenere Ruin.in conſil.243.& prædicti
oẽs concludunt,neq; legitimam,neq; alia bona poſſe
tranſire in fiſcum:quare hoc ſolũ fundamentum poſ-
ſet ſufficere ad victoriam,non obſtante contradictio
ne Nattæ,cuius opinio eſt ſingularis,& male funda-
ta:nam non eſt verum,quod delinquendo minor per
dat priuilegium,quod fuit ſibi cõceſſum ab homine,
licet perdat priuilegium legale, adduco gl. in l.tam
33 pater,§.libertis,ff.de leg. 2. vbi dicitur, † quod ſi fa-
ctum ſit fideicommiſſum ſimplex inter plures ſine
probibitione,& vnus partem ſuam alienauerit, non
prohibebitur is ſuccedere eueniente caſu mortis:
quia licet contraueniat prohibitioni legis, tamen
non contrauenerit diſpoſitioni teſtõris,nec priuatur
beneficio teſtatoris. ſequitur Bart.ibi, & gl.in Auth.
Res quæ,nu. 24.in princ. C.comm.de leg. quia etiam
ſi ſit vltra fideicommiſſum.in caſum mortis prohibi-
ta expreſsè alienatio, is qui alienauit contra præce-
ptum teſtatoris, non prohibetur ſuccedere in caſu
mortis,licèt non ſuccedat in caſu alienationis, quia
non cõtrauenit in eo quòd fuit cauſa fideicommiſſi.

Poſtremo non contradicit, quod ẽt fauore aliorũ
non poſſit teſtator prohibere alienationẽ legitimæ,
& ideo ea ſit fiſco applicanda:quia ad hoc reſpõdeo,
ſatis eſſe, quod hic prohibitio facta ſit fauore ipſorũ
filiorum, ſed vbi ẽt eſſet prohibita alienatio alterius
fauore, adhuc fiſcus non caperet legitimam,quia ne-
mo poteſt petere quod grauamen de legitima con-
34 ferretur præter † filium, cuius fauore introductũ eſt
quod legitimã conſequatur ſine onere,gl.in l.ſcimus,
in princ.in ver.ipſo iure, C.de inoff.teſtam.Caſt.in l.
quoniam in priorib.in verſ.tertio quæritur,C.eo.tit.
& comprobat Alc.d.conſ.522.nu.6.vbi dicit hoc eſſe
priuilegium perſonale,quod non tranſit in fiſcum.

Concludo igitur filios Domini Alberti poſſe ſuc-
cedere in ſua portione, ideſt in dimidia legitimæ, &
Trebellianicæ,quę competebat D.Gerardo in bonis
Domini Iacobi eius patris, non obſtante banno, &
condemnatione, quia non eſt effectus per illud inte-
ſtabilis, ſed retinuit iura omnia tam ciuilia quã com
munia,& firmiter teneo,quod D.Auguſtinus, & nũc
ſui filij vti habentes ceſſionem à fiſco, non poſſint di-
cere, quod Domini Gerardi legitima ſit confiſcata,
quia in contrarium eſt expreſſa deciſio Decij, Rimi-
naldi,Ruini,Boſſij,Alciati,& Clari.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator ordinare poteſt quod bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſint, quia poterat etiam fideicommiſſum non relinquere.*

2 *Alienandi facultatem quod habeat hæres, & quod bona ſint fideicommiſſo ſubiecta, ſimul ſtare poſſunt.*

3 *Fideicommiſſi in reſtitutione non veniunt bona alienata ex teſtatoris voluntate.*

4 *Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*

5 *Pater poteſt vni ex filijs bona emphyteutica relinquere, quando ſunt hæreditaria, & quando in inueſtitura conceſſa eſt facultas alienandi.*

6 *Emphyteuſim conceſſam pro ſe,filijs,& hæredibus,non poteſt habere qui non eſt hæres.*

7 *Inſtitutus in re certa,non poteſt habere emphyteuſim hæreditariam.*

8 *Fideicommiſſum perpetuum inter deſcendentes conſtituitur quando teſtator ordinat quod eius hæreditas continuo remaneat inter deſcendentes maſculos ipſius,donec ex eius linea ſuperſit aliquis maſculus.*

9 *Emphyteuſis noua per patrem acquiſita,poteſt relinqui per ipſum vni ex filijs alijs excluſis.*

10 *Feudum nouum acquirens poteſt de eo diſponere ad præiudicium agnatorum,qui ſunt vocati in inueſtitura.*

11 *Fideicommiſſum poteſt conſtituere pater ſuper feudo vel emphyteuſi,per eum propria pecunia acquiſita.*

12 *Emphyteuſis cõceſſa pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus, non dicitur abſolutè hæreditaria,ſed mixta.*

13 *Impedimẽta duo vbi obſtant, vno ſublato remanet alterũ.*

14 *Relinquens in vltima voluntate, cenſetur ſolum ius quod habet relinquere, & non vltra.*

15 *Inſtitutis quatenus includis rem emphyteuticam eccleſiæ, reſtringitur ad ius quod inſtituens habebat.*

16 *Inteſtatus quoad tutelam dicitur is, qui etſi teſtamentum fecerit, tutorem tamen filio non dedit.*

17 *Inſtitutus cum onere reſtituendi bona quandocunque inteſtatus decedat, tenetur bona reſtituere ſi condidit teſtamentum,ſed de bonis illis mentionem non fecit.*

18 *Emphyteutica bona eccleſiæ non cenſetur teſtator includere in generali inſtitutione.*

19 *Diſponendi facultas nihil prorſus operatur non facta diſpoſitione.*

20 *Grauatus ſi eum inſtituat cui tenebatur relinquere, cenſetur hoc facere animo compenſandi, & pro executione fideicommiſſi.*

21 *Grauatus fideicommiſſo cum facultate alienandi, ſi alienet in eum qui eſt ſubſtitutus, dicitur potius adimplere fideicommiſſum quàm vti facultate alienandi ſibi conceſſa.*

22 *Tranſactio nulla neque renunciatio fieri poteſt de ijs quæ pendent à teſtamento,niſi viſis, lectis, cognitis, & bene perſpectis verbis teſtamenti.*

23 *Scientiam allegans in renunciante,tenetur eam probare.*

24 *Renuncians omni iuri quod habet, vel habere ſperat, non cenſetur renunciare fideicommiſſo conditionali, niſi duobus concurrentibus, quod ſcilicet ſciat fideicommiſſum extare, & quod renunciatio non poſſit in alio iure verificari, & effectum ſortiri.*

25 *Metum probare ſufficit coniecturis.*

26 *Metu in probandu admittuntur teſtes ſingulares.*

27 *Proteſtationes factæ ante & poſt actum, licet non probent metum,tamen plurimum adiuuant.*

28 *Metus reuerentialis probatur per ſolam proteſtationem.*

29 *Metus reuerentialis probatur ex enormiſſima læſione.*

30 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*

31 *Diſpoſitio generalis reſtringitur per rationem ſecundum ſuam cauſam.*

32 *Verba debent interpretari,vt ſolum conueniant materiæ ad quam partes ſe præparauerant.*

33 *Princeps non poteſt voluntati teſtatoris derogare, & teſtamentum immutare ſine vrgenti cauſa,quæ reſpiciat publicam vtilitatem.*

34 *Diſpoſitio non debet in dubio extendi ad caſum in quo deficit poteſtas.*

35 *Pactum factum cum vno,non nocet alteri in iure ſuo.*

36 *Tempus teſtamenti inſpicitur ad colligendam teſtatoris voluntatem.*

37 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum,præſertim cum adeſt dictio,prænominatorum.*

38 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando filij ſunt proprio nomine expreſſi.*

39 *Hæres hæredis non venit appellatione hæredis prædicti,vel ſupraſcripti,vel infraſcripti.*

40 *Fideicommiſſarius dicitur hæres inſpecto effectu.*

Hære-

41 *Hæredem primi ſufficit eſſe in emphyteuſim, vel feudo hæreditario.*
42 *Hæreditas vbi à lege eſt delata ſed ab homine auſertur qui alium inſtituit hæredem, tunc poteſt agnatus conſequi emphyteuſim antiquam, licet hæres non ſit.*

CONSILIVM CCCXCV.

ANceps eſt controuerſia quæ Murinæ
agitatur inter multum Magnificum
D. Claudium Guerrinum, & D. An-
tonium eius fratrem, occaſione fidei
commiſſi aliàs facti per D. Antoniũ
ſeniorem eorũ abauum i nam Dom.
Claudio obſtant primo teſtamentum Domini Ioan-
nis qui inſtituit Dom. Andream fratrem, & poſt eum
Dom. Antonium ſecundum Andreæ filium ac cete-
ros Andreæ filios, & teſtator primus diſponendi fa-
cultatem filijs ſuis conceſſit, nõ obſtante iam facto fi
deicommiſſo, proptereaque ad portionem quæ dicto
Ioanni contigit, D. Claudius non rectè agit; potuit
enim teſtator ordinare quod liceret bona fideicõmiſ
ſo ſubiecta alienare, quia poterat etiam fideicommiſ
1 ſum non relinquere, † l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum, § fin. ff. de leg. 1. Cin. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. de vulg.
Soc. conſ. 123. in princ. vol. 3. & tali caſu fideicommiſ
ſum factum videtur in caſu quo grauatus non alie-
net. Soc. conſ. 123. vol. 3. Iaſ. cõſ. 231. col. fi. vol. 2. Ruin.
in conſ. 76. nu. 13. vol. 2. Crot. in conſ. 48. nu. 12. & Alc.
in l. filiusfamilias, §. Diui, nu. 55. in fi. ff. de leg. 1. & ego
probaui in conſ. 96. num. 25. poſſunt enim ſimul ſtare
quod hæres habeat facultatem alienandi, & quod bo
na ſint fideicommiſſo ſubiecta, quia ſuſtinetur fidei-
2 commiſſum in eo quod non erit alienatum. † Cæph.
conſ. 16. nu. 59. Oſaſc. deciſ. Pedem. 85. nu. 5. verſ. nec
vr obſtare pactum, & quæ reperiuntur licitè, & ſecun
dum teſtatoris mentem, & voluntatem alienata, non
3 veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, † ſecundum gl.
in Auth. Contra rogatus, C. ad Treb. vbi Bal. col. fin.
conſ. 131. nu. 15. vol. 4. & quamuis in eo ſit controuer
ſia, an potuerit inter viuos ſolum vel etiam in vltima
voluntate alienare, vt diſputaui in conſ. 10. per totũ,
tamen qñ alienatio facta eſt in caſu permiſſo, admit-
tunt omnes illud quod fuit alienatum, non ſubiace-
re fideicommiſſo, & peti non poſſe à fideicõmiſſario,
vnde cum D. Ioannes ex permiſſu teſtatoris diſpoſue
rit de bonis ſibi relictis ad ea nunc agi non poteſt.
Secundo D. Claudius videtur excluſus à petitione
horum bonorum, per renunciationem quam fecit,
quando fuit à patre emancipatus, tunc enim certis
prædijs acceptis remiſit, ceſſit, & renunciauit patri
ſtipulanti pro ceteris ſuis filijs, omnia, & quæcunque
iura, ſibi quomodocunq; competentia, & quæ in futu
rũ competere poſſent, in bonis & hæreditate patris,
cum ampliſſimis clauſulis. hæc autem bona inuenta
ſunt in patris hæreditate, ideo ad ea D. Claudius nõ
poteſt aſpirare: quia renunciantibus iura ſua non da
4 tur regreſſus, † l. quærit, §. ſi venditor, ff. de ædil. edict.
l. Herennius, in princ. ff. de euictio. gl. in c. quam ſit pe
riculoſum, 7. q. 1. in l. quoties ab omnibus, C. de fidei-
com. Dec. in conſ. 389. nu. 10. Crau. in conſ. 290. num.
2. ver. ſecundo nos. Menoch. in conſ. 1. num. 209. præ-
cipuè cum renunciatio ſit iuramento firmata, cui iu-
rans contrauenire non poteſt ſub grauibus pœnis, l.
ſi quis maior, C. de tranſact. Doctores in c. cum con-
tingat, de iureiur. & cum ea renunciatio expreſſe am
plectatur bona emphyteutica, de quib. nũc agitur, non
licet D. Claudio agẽdo, vel replicãdo ſe iuuare ex in-
ueſtitura pro dictis bonis conceſſa, cui renunciauit.

Tertio, bona quæ petunt deſierunt eſſe emphyteu-
tica, quia eorum ſequuta eſt affrancatio, & liberatio
facta per Dominum Antonium ſecundum, qui fuit
Domini Claudij pater, ab Illuſtr. & Reuer. D. Cardi
nali Ferrario, cui tunc erat commendata Abbatia
Nouantulana, & per affrancationem facta eſt libera,
& allodialis, vnde pater Domini Claudij de eis bo-
nis pro libito diſponere potuit ad præiudicium Do-
mini Claudij, quinimo, videtur, quod ẽt durante con
tractu emphyteutico potuiſſet pater bona illa vni ex
filijs in ſolidum relinquere, tum quia hæreditaria vi
detur, tum etiam quia continet facultatem alienan-
5 di, † per ea quæ ponit Natta, conſ. 501. Marcobrun.
conſ. 26. nu. 221. Rol. de lucro dot. quæſt. 54. nu. 21. præ
cipuè autem quando ius quod filius habet viuente
patre, dicitur ſolum in ſpe competere.
Quarto, bona illa emphyteutica fuerunt conceſſa
Domino Antonio primo, pro ſe, filijs, & hæredibus, &
ad ea cum non poſſit quiſquam aſpirare qui non ha-
6 beat qualitatem hæreditariam, † Bart. in l. vt iuriſiu-
randi, §. ſi libere, ff. de oper. liber. latè Cæph. in conſil.
303. nu. 38. cum infinitis ſimilibus, D. Claudius ad-
mitti non poteſt, qui eſt inſtitutus ſolum in re certa,
ideſt in decem libris; deberet enim eſſe hæres vniuer
ſalis vel ſaltem inſtitutus in quota, nec fateſt, quod
7 ſit ſcriptus in re certa, † ſecundum Doct. in l. Gallus,
§. etiam ſi parente, ff. de liber. & poſthum. Curt. ſen. in
conſ. 82. col. 4. Pariſ. in cõſ. 2. nu. 28. vol. 1. addo Alex.
in l. quædam, §. nihil, ff. de eden. in conſ. 124. vol. 5.
Sed ſi diligenter tota facti ſeries examinetur, con
trarium erit oĩno dicendum, & veriorem hanc ego
amplector opinionẽ, quod recte, & iuſte D. Claudius
agat ad ſuam portionem horum bonorum, ſtante fi-
deicommiſſo per D. Antonium abauum ordinato,
quo ad ſucceſſionem omnium eius bonorum vocati
fuere omnes ſui deſcendentes in infinitum, per illam
clauſulam, quia teſtator diſpoſuit, iuſſit, & mãdauit,
quod eius hæreditas continuo reuertatur inter deſcẽ
dẽtes maſculos ipſius teſtatoris, donec ex eius linea
ſuperſuerit aliquis deſcendens maſculus; quę verba cõ
ſtituunt perpetuum fideicommiſſum inter ipſos de-
8 ſcendentes. † Soc. in l. qui Romæ, §. cohæredes, nu. 18.
ff. de verb. oblig. quam ſententiam ego multis autho
ritatibus, & rationibus confirmaui in conſ. 96. nu. 12.
ver. his vero non repugnantibus, & per totum. Sim.
de interpr. vlt. volun. lib. 3. interpr. 3. dub. 1. ſol. 10. nu.
8. & nu. 13. ſol. mihi 284. Molin. tract. de primog. lib. 1.
c. 5. nu. 16. Petra in tractat. de fideicom. ob prohib. a-
lien. q. 5. num. 43. §. fideicommiſſum, q. 5. per totam,
& iſto caſu fideicommiſſum conſiſtit non ſolum in
bonis allodialibus, & liberis, ſed etiam in ijs quæ
teſtator in emphyteuſim recognoſcebat ab Abbatia
Nouantulana, quia cũ teſtator eſſet dictę emphyteu-
ſis author, & primus acquiſitor, potuiſſet illam vni fi-
9 liorũ totam relinquere, † alijs excluſis, vt in terminis
in emphyteuſi dixit Bal. in Auth. Quas ruinas, col. pe
nult. de ſacroſan. eccl. Corn. conſ. 51. col. 2. vol. 3. Spec.
in tit. de locat. §. nunc aliqua, in verſic. 78. vbi propriè
loquitur in emphyteuſi eccleſiaſtica. Anch. in conſil.
143. Caſtr. conſ. 179. vol. 1. Imol. in c. potuit, col. 17. de
locat. Aret. in l. apud Iulianũ, §. ſi quis alicui, ff. de leg.
1. Natta in conſ. 501. Ruin. conſ. 48. nu. 11. vol. 1. & fa
cit qđ de feudo voluit Iſern. in c. 1. nu. 9. de alie. feud.
pat. vbi vult, quod pater feudum acquirens, poſſit de
eo diſponere ad præiudicium agnatorum, qui ſunt
10 vocati in inueſtitura. † ſequitur Aluar. ibi, col. 3. ver.
quæro nunquid feudum nouum. & Afflict. num. 14. &
ſequitur Iacob. Beluiſ. Bald. Laud. Ang. Bartol. Dec.
Zaſ. Aret. Gozad. Corn. Iaſ. Curt. ſen. Clarus, Cæph,
Natt.

Natt. Thom. Marin. Bero. Berret. Bec. Bellon. Burſat. Tiraq. Menoch. Bertazz. Peregrin. & multi alij, quos citaui in conſ. per me reddito, pro D. Marco Antonio Sollario, & ſicuti poterat vni ex filij prælegare, ita ẽt
11 potuit ſuper ea conſtituere fideicommiſſum, † & per Curt. iun. in conſ. 171. Soc. iun. in conſ. 72. vol. 1. præcipuè quãdo patris pecunia res fuit quæſita. Bal. in l. 1. in fine, C. per quas perſon. nob acqui. Aret. d. §. ſi quis alicui, in ſi. Gozad. conſ. 75. num. 14. Natta conſ. 503. nu. 3. Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 98. Berret. in conſ. 78. nu. 13. Menoch. conſ. 409. nu. 18. & 19. & poſſem ratione, & authoritate comprobare latius, niſi mihi ſupponeretur circa hoc conueniſſe inter arbitros, adeo quod ſupereſt ſolum contraria refellere.

Quare non obſtat, qđ Dominus Ioannes potuerit teſtari de portione quæ ſibi obuenit, & ea nõ cenſeatur incluſa fideicommiſſo: reſpondeo enim, quod emphyteuſis cõceſſa pro ſe, hæredibus, & deſcendentib. quamuis habeat annexam illam qualitatẽ hęreditariam, tñ dicitur non abſolutè hæreditaria, ſed mixta, ideſt ex pacto, & prouidentia, ſed ita, vt ad neminem
12 tranſeat qui non ſit hæres. † ita Dec. in conſ. 185. nu. 6. Soc. iun. conſ. 112. nu. 5. & ſeq. vol. 2. Pariſ. in cõſ. 23. nu. 172. vol. 1. Silua. in conſ. 30. num. 11. & ſeq. multos congerit Oſaſc. deciſ. Pedem. 161. nu. 1. Phanu. par. 6. nu. 17. Pinell. in l. 1. par. 3. nu. 87. in fin. verſ. ea tamen, C. de bon. mater. eo enim excepto, quod in ſucceſſuro requiritur hæreditaria qualitas, in omnibus reliquis emphyteuſis dicitur ex pacto, & prouidentia, vt poſt Dec. Pariſ. Rube. Pinell. Cæph. Phan. Bec. & alios, probaui in conſ. 63. nu. 12. & multis ſeq. qui etſi loquãtur in feudo, idem tñ eſt in emphytheuſi, & Doctores in prædictis terminis promiſcuè loquuntur de feudo, & emphyteuſi, & vtrũque eiſdem regulis determinãt. & in emphyteuſi conceſſa pro ſe, & hæredibus quod ſuccedatur ex pacto, voluit Velaſc. in trac. de emphyteu. q. 44. nu. 11. verſ. primus caſus, qui etſi neget dici hæreditariam mixtã, admittit tamen quòd nõ ſuccedat, niſi qui eſt hęres. Cũ igitur ſit ex pacto, nõ potuit D. Ioannes de ea aliter teſtari, quam ſit diſpoſitum in inueſtitura, quæ fuit à principio conceſſa.

Et quamuis pater conceſſerit facultatem diſponẽdi, tamen aduertendum eſt, quod ne de emphyteuſi Dominus Ioannes poſſet diſponere, duo obſtabant, primum natura rei, & forma inueſtituræ, ſecundum quam bona hæc debebant trãſire æquis portionibus ad omnes deſcendentes. ſecundum eſt fideicommiſſum à patre ordinatum; licentia autem diſponendi quã pater in teſtamento conceſſit, ſuſtulit prohibitionẽ quæ deſcendebat à fideicõmiſſo, ita, vt ſi aliud nõ obſtetiſſet præter fideicommiſſum, potuiſſet D. Ioannes liberè diſponere, & alienare, ſed ſuperfuit vinculũ, & prohibitio deſcendens à natura rei, & forma inueſtituræ: quando enim duo impediũt, ſublato vno
13 remanet alterum, † l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam. l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. prædior. l. ſi non lex, ff. de hæred. inſtit. dixi in conſ. 50. num. 27. & teſtamenti verba clarè oſtendũt, teſtatorem diſpenſare ſolum voluiſſe aduerſus fideicõmiſſum, dũ dixit velle quod per ſupra ab eo diſpoſita ſua hæreditas nõ ſubiaceat alicui fideicõmiſſo, quin filij ſui poſſint diſponere de bonis, & iuribus hæreditatis, non autẽ reſpexit ad naturam bonorũ emphyteuticorum; & propterea, licet quoad fideicommiſſum libera eſſet diſponendi facultas, erat tamen impedita ex alijs.

Secundo reſpondeo, quod Dominus Ioannes inſtituendo Dominum Andream fratrem in omnibus bonis, non cenſetur reliquiſſe ei bona hæc emphyteutica libera, ſed ſecundum eorũ qualitatem, ideſt obnoxia, & reſtitutioni ſubiecta ſecũdum formam inueſtituræ: quia relinquens in vltima voluntate, cen-
14 ſetur ſolum ius quod habet relinquere, † & nõ vltra, l. ſerui electione, §. fi. l. ſi domus, §. fi. ff. de legat. l. vxor patrui, C. de legat. Bald. in l. 1. num. 2. & ibi Caſtr. & Dec. C. qui teſta. facere poſſ. quam concluſionem ego exornaui in conſi. 113. nu. 14. & ſeq. & ſi hoc obtinet in legatis, multo magis procedet in inſtitutione, qa inſtituendo nihil plus dat teſtator quã habeat ipſe; & in terminis, quod inſtitutio quatenus includit rẽ emphyteuticam eccleſię reſtringatur ad ius quod in
15 ſtituens habebat, † voluit Alex. in conſil. 91. num. 14. verſic. fortificatur vſque ad finem, volum. 1. & procedit etiam quando expreſſè teſtator legaſſet rem emphyteuticam. Bart. Bal. Caſtr. & alij, in l. quod in rerum, §. 1. ff. de legat. 1. vbi Alexan. multos citat, dicens communem, prout etiam Iaſ. nu. 8. multos citat Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 1. num. 18. cum ergo teneretur Dominus Ioannes portionem horum bonorum quę ſibi obuenerat in diuiſione facta cum fratribus, relinquere fratri ſuperſtiti cum onere tamen tranſeũdi ad ſucceſſores, non eſt credendum, quod inſtituẽdo fratrem, voluerit et ita relinquere, vt in præiudicium eorum qui ex inueſtitura erant vocati poſſet de eis diſponere: atque ita fatendũ eſt, Dominũ Ioannem inſtituendo, non aliter nẽc alio modo reliquiſſe fratri hæc bona, quam poſſet, & conſequenter non voluiſſe ea transferre libera, ſed cum nexu, & obligatione quam habebant tranſeundi ad vocatos, & nominatos; vnde ceſſat obiectum, quo dictum eſt, Dom. Antonium patrem Dom. Claudij tanquam hæredem Dom. Andreæ patris, qui hæc bona habuerat libera à Domino Ioanne, potuiſſe ea relinquere in ſolidum Dom. Antonio filio, & Dom. Claudij fratre, nam nec Dominus Ioannes ea habebat libera, ſtante natura emphyteuſis, nec voluit libera transferre.

Tertio reſpondeo, quod vbi etiam diceremus Domino Ioãni licuiſſe de prædictis bonis diſponere, nõ tamen teſtando, & generaliter in ſuis bonis omnib. inſtituendo Do. Andreã fratrem, diceretur de bonis fideicõmiſſo ſubiectis diſpoſuiſſe, ex quo de illis nõ fecit ſpecialem mentionẽ, per tex. in l. ꝗ aũt, Inſtit. de legit. agnat. tutela, vbi dicitur, inteſtatũ quoad tutelam dici eum, qui etſi teſtamentum fecerit, tutorem
16 tamen filio non dedit. † ad idẽ eſt text. in l. inteſtato parente, ff. de legit. tutela, vnde inferebat Caccialup. quod inſtitutus cum onere reſtituendi bona qñcunque inteſtatus deceſſiſſet, tenetur bona ſic ſibi relicta reſtituere, ſi condidit quidẽ teſtm̃, ſed de illis bonis
17 mentionem non fecit. † eũ referri, & ſequitur Soc. in conſi. 92. nu. 22. verſ. ſuccedit aũt tertia dubitatio, volum. 3. quia ſecundum eum diſpoſitio quæ reſpectu certæ rei loquitur de inteſtato, verificatur etiã teſtõ condito, ſi tamen in eo de re illa nihil ſit dictũ. Iaſ. in conſi. 196. col. 5. ver. item ex alio poſſet, vol. 2. Corn. in conſ. 135. col. fi. ver. nec ſuadet rõ, vol. 2. Brun. de ſtatu excluſ. fem. art. 6. nu. 18. & ſeq. Pariſ. in conſi. 44. nu. 17. ver. & ad confirmationem, vol. 3. Alciat. in l. 1. nu. 27. ff. de vulg. & pupil. Siluan. in conſi. 14. per totũ. Crauet. in conſi. 236. nu. 14. verſi. ſed vltra præmiſſa, vbi infert ad notabilem deciſionem; quamuis ergo Dom. Ioannes de omnibus bonis ſuis generaliter diſpoſuerit, nõ cenſetur tamen de illis diſpoſuiſſe, quę ex facultate ſibi à patre conceſſa, poterat alienare, ex quo de eis non fecit ſpecialem mentionem, propterea que remanſerunt ſub fideicommiſſo. Et quod in generali inſtitutione non cenſeatur teſtator vo-
18 luiſſe includere bona emphyteutica eccleſię, † ꝓbat

Bart.

Bart.l.vt iuriſiurandi, §.ſi liberi,nu.5. ff.de oper. lib.
Specu.titu.de locato,§.nunc aliqua,num.139.in fine,
Fulgoſ.conſ.230.col.2. Aret.conſ.53.num.3. & aliqñ
multos alios allegaui, vnde non ſufficit, quòd poſſet
diſponere niſi etiã diſpoſuerit, & potentia differt ab
actu,vt in propoſito dicebat Natt.in conſ.504. nu.2.
Cæph.in cõſ.725. nu.21.& in facultate diſponẽdi qđ
19 nihil prorſus operetur,niſi facta diſpoſitione† tradit
Bar.in l.qui Romæ,§.duo fratres,q.8.nu.21.ff.de verbo.oblig.vbi
eum ſequũtur Ang. & Alex. aliud enim
eſt quod poſſet diſponere, aliud vero quod voluerit.
Quarto reſpondeo,quod etſi Dominus Ioãnes inſtituerit
Dominum Andream in omnibus ſuis bonis,
non tamen per hoc apparet, quod voluerit ea bona
eximere de fideicõmiſſo,cui pater ea ſuppoſuerat, &
de eis aliter diſponere, quam per dictũ fideicommiſſum
eſſet ordinatum: tum,quia de illis nihil dicit expreſsè,tum
etiã, quia ea relinquit fratri qui ab inteſtato
in eiſdem bonis erat ſucceſſurus: quinimo, hoc
ipſo videtur parere fideicommiſſo,atque illud implere,&
obſeruare,illi relinquendo ad quẽ erant tranſitura;
& tali caſu inſtitutus videtur bona habere non
ab inſtituente,ſed à fideicõmittente,vt probat tex.in
l.vnum ex familia,§.li de Falc. & §.ſed ſi duos,vbi glo.
in verſic.hæreditarios,ff.de legat. 2. Caſtren. in conſ.
441.col.2.vol.2.& ideo dixit Anan.in conſ.3.nu.2.&
4.quod grauatus ſi eum inſtituat cui tenebatur relinquere,cẽſetur
hoc facere animo compenſandi,& pro
20 executione fideicommiſſi.† ſequitur Bolog.ibi,in additio.nu.8.
Alba,in cõſ.17.nu.7.& 8. quorum dictum
ego probo, quando eadem bona fuerunt relicta quæ
reſtitutioni erãt ſubiecta; & in terminis ſtante fideicõmiſſo
cum facultate alienãdi, quod grauatus alienans
in eũ qui ſubſtitutus erat,dicatur potius adimpleuiſſe
fideicõmiſſum, quã vſus facultate alienandi
21 ſibi conceſſa,†voluit Soc.in conſ.114.nu.2.in fin. ver.
prima ratio eſt,& nu.3.in princ.ver.ſecũda ratio eſt,
vol.3.vbi inferr,quod alienando per vltimam voluntatem
in eũ qui ex fideicommiſſo vocatus erat,ſatisfeciſſe
dicit fideicommiſſo,& ideo alienata ſi ſit,filius
non imputat in legitimam.idem voluit Soc.in l.Marcellus,§.res
quæ,in fi.ff.ad Trebell. ſequitur Crauc.in
cõſ.144.nu.1.verſ.ad idem adduco.ex eo igitur quod
D.Ioannes teſtando inſtituerit in omnibus bonis D.
Andreã fratrem,non dicitur facultate alienãdi vſus,
quæ ſibi à patre fuit cõceſſa, ſed potius videtur fideicommiſſum
paternũ exequutus, & conſequenter portio
per Ioannem relicta,non peruenit ad Andreã. &
Andreæ hæredes libera, ſed remanſit vti prius fideicommiſſo
obnoxia, & conſequenter peti poteſt à Domino
Claudio, tanquam ſi Dominus Ioannes deceſſiſſet
inteſtatus, & de ea nihil oĩno diſpoſuiſſet: ſublatum
ergo eſt primum motiuũ multis modis, ſed
præcipuè, quia Dom. Ioannes non diſpoſuit de illis
bonis,& ſi diſpoſuit,cenſetur ſolum diſpoſuiſſe ſecundum
naturam emphyteuſis,ideſt,vt Do.Andreas eis
gauderet viuens,ſed poſt mortem ad vocatos tranſirent,
& demum videtur potius impleuiſſe fideicommiſſum,quam
alienaſſe.
Renunciatio vero quam tempore emancipationis
fecit Dom. Claudius patri de omnibus bonis,& hęreditate
paterna,non ei nũc petenti refragatur;quia
nõ includit bona fideicõmiſſo ſuppoſita,ſeu ius quòd
poſt mortem patris Domino Claudio competebat
vigore fideicommiſſi,de quo agimus, cuius tenorem
Do. Claudius ignorabat; certum eſt autem,quod de
his quæ pendent à teſtamento, nulla fieri poteſt trãſactio,nullaque
renunciatio,niſi viſis,lectis,cognitis,
22 & bene perſpectis verbis teſtamenti, † l.de his, ff.de
tranſact.l.1.§.1. ff.quemadmod.teſtam.aper. & dicit
Ang. in l.tres fratres. ff.de pact. quod ad euitandam
nullitaté tranſactionis inſeri debet clauſula,viſis,inſpectis,&
cognitis verbis teſtamenti. Barb.in cõſ.84.
col.penult.volum.1. Pariſ.conſ.95.num.18.volum.3.
Bero.in conſ.177.num.6.volum.1. Rolan. in conſ.13.
num.26.volum.1. qui autem allegat ſcientiam in re-
23 nunciante,tenetur probare eam,† Io. Andr.ad Spec.
in titu.de teſtamen.§.in primis, num.27. Bal.in conſ.
440.volum.3.Curt.iun.in conſ.92.nu.4. vbi ait,onus
probandi ei incumbere,qui renunciatione innititur.
Oſaſc.deciſ.Pedemont.112.num.7.Becius conſ.111.
num.9.& 17.vbi nu.34. infinitos allegat ad probandum
tranſactionis nullitatem, & fortius vult, quod
procedat etiam accedente iuramento; & ratio eſt,
quia ceſſante ſcientia, deficit ipſius renunciantis cõſenſus,
& conſequenter iuramentum nihil operatur,
ex quo non adeſt voluntas cui innititur.& latè ponit
Peregrin.de fideicommiſſ.artic.52. num.10.vbi vult,
omnino neceſſariam eſſe ſcientiam,& num.21. ait,
requiri ſpecialem, & non ſufficere generalem, & in
ſpecie, quod renuncians omni iuri quod habet vel
habere ſperat, non cenſeatur renunciare fideicomſo
conditionali, niſi duo copulatiuè interueniant,
24 † primum quod ſciat fideicommiſſum extare, ſecundum,
quod renunciatio non poſſit in alio iure verificari,&
effectum ſortiri, voluit Bart.in l.qui Romæ,§.
duo fratres,in 6. quæſt.num.19.ff.de verbor. obligat.
ſequuntur ibi Doctores omnes,vt per Crott. nu.127.
Iaſ.num.109.& Ripa nu.75. Curt.iun.in conſ.13. nu.
2.conſil.101.num.9. Ruin.conſ.92. num.23.volum.4.
Grat.conſ.17. num.46.volum.1. multos alios adducit
Peregrin.tractat.de fideicommiſſ.artic.52.nu.32.
verſic. quinta concluſ. & poſſem infinitos cumulare
quos omitto, quia res eſt ab omni dubitatione vacua,
& audio etiam ſuper hoc non omnes dominos
arbitros dubitare, ſed aliàs inter eos fuiſſe reſolutũ,
quod non obeſſet renunciatio. Sed quidquid ſit,prædicta
reponunt in ſtatu claro totum negocium.
Præterea renũciatio prædicta impugnatur tanquã
meticuloſa, factaque per metum patris reuerentialem,quem
mihi ſupponitur probatum fuiſſe: ſufficiũt
25 enim coniecturæ, † Cin.in l. carcerem, C. quod met.
cau. Bart.in l.ſi ob turpem,ff.de cond.ob cau. Plot.de
in lit.iuran.§.3.nu.13.Oſaſc.deciſ. Pedem.179.nu.1.
Rolan.conſ.100.nu.227.vol.4. Menoch.de arbi. iud.
caſu 136.num.1. Alba conſ.77.nu.24.imo admittun-
26 tur ſingulares,† vt per Ang.in diſput. incip. Aſtenſis
miles,Crot.in l.ſtipulatio hoc modo concepta,num.
75.ff.de verbo. obligat. & in conſ.106.nu.11. & 16. &
in facto ſupponitur extare proteſtationes factas ante,&
poſt renunciationem,quæ etſi non plenè probẽt
27 metum,tamen plurimũ adiuuant.† Bar.in l.2.§.quod
diximus, vbi etiam Alex.ff.ſi quis cautio. Caſtr.conſ.
135.col.pen.vol.2. Dec.in l.in omnibus cauſis,nu.11.
ff.de reg.iur.vbi addit verum eſſe,quamuis ſit clãdeſtina,&
comprobat Did.in Epitom.de ſponſa.par.1.
c.3.§.5.nu.12. vbi refert caſus in quib.proteſtatio ꝓbat
metũ,Crau.in cõſ.114.nu.7. Nat.in cõſ.50.nu.18.
cõſ.451.nu.21.& ſeq.& Alc. conſ.291.nu.4.vult, quod
per ſolã proteſtationẽ probetur metus reuerentialis.
28 † Neuiz.cõſ.52.nu.53.Crot.conſ.53. nu.21. conſ.106.
nu. 21. vnde ſuper renunciatione nullũ fieri poſt ſolidũ
fundamentũ ab aduerſario. Hęc vero dubio carẽt,
ſtante enormiſſima D.Claudij læſione,qui habito reſpectu
ad integrũ patrimonium,modico recepto,renũciauit
opulẽtæ hæreditati, & volut Doct.reuerẽtia-
29 lẽ metũ ꝓbari ex modica, & enormiſſ.læſione.† Caſt.
cõſ.174.n.1.vol.1.Soc.in cõſ.263. nu.4.vol.2. Marſ.in
Sing.

Digitized by Google

Sing.673.Rui.in cōſi.98.nu.24.vol.1. Dec.in c.cauſam
matrimonij,nu.5.in fi.de offi.deleg.Socin.iun.in conſ.
43.nu.31.vol.3.Crau.conſil.11.nu.12.conſil.889. nu.2.
Alba in conſi.77.nu.21.Gram.dec.103.nu.50.Alc.con-
ſil.291.nu.3.Capic.deciſ.159.num.31.& ſeq. Ceph.in
conſi.207.nu.73.Ripa in c.cum Mareus Ferrar.nu.92.
de conſtit. Menoch.de arbitr. iud. caſu 136.nu.9.Rol.
conſi.100.num.131. vol.4. Rimin.in conſil. 5.num.31.

Tertium quoque obiectum conſiſtens ſuper affran-
catione facta per D.Antonium,& Iulium fratres,non
detrahit iuribus Do. Claudij reſpectu fideicommiſſi:
quia ius ſuper eis bonis erat iam quæſitū ex teſtō An-
tonij primi ad hęc bona,ita,quod ius quod fideicōmit
tens habebat in eis, fuit in deſcendentes tranſmiſſum
cum onere reſtituendi deſcendentibus: ſequēs autem
affrancatio,ius illud non adiuit,quia per affrancatio-
nem non fuit plus iuris tranſlatum in D. Antonium,
& Iulium, quam Abbatia Nonantularum haberet, l.
nemo plus,ff.de reg.iur. Abbatia aūt habebat directū,
& illud per affrācationem tranſtulit in dictos fratres,
non autem agimus de vtili dominio,quod erat penes
emphyteutas,& quod fuit fideicommiſſo ſuppoſitum,
differunt aūt inter ſe,directum & vtile dominium, vt
patet cuique,& de vno ad aliud nō bene infertur,l.Pa
pinianus exuli,ff.de minor.& probatur ratione, bona
enim hæc duplici nexu detinebātur, vt ſupra deduxi,
quia erant emphyteuta,& obnoxia Abbatiæ.ſecundo
erant fideicommiſſo ſubiecta,quoad primum vinculū,
fuit per affrancationem ſublatum, ſed remanet alte-
rum,l.ſi quando,C.de inoffic. teſtam. & liberatio atq;
affrancatio intelligi debet reſpectu vinculi quod pen-
debat ab Eccleſia, quia verba intelligi debent ſecun-
30 dum ſubiectā † materiam, l.Proculus, ff.de vſufructu,
l.inſulam,ff.de præſcript.verb.Bal.in l.data opera,nu.
29.in fi.C.de his qui accuſ.nō poſſ.Iaſ.l.ſtipulatio iſta
habere licere,§.hi qui,num.6. ff.de verb.oblig. Neuiz.
conſi.92.nu.18.Natta conſi.416.nu.3.Crau.in conſi.9.
nu.22.etiam ſi verba redderentur inutilia.Innoc.in c.
ex litteris,de iure patron.Bald.in Rub. C.de contrah.
empt.nu.9.Alex.in conſi.21.nu.8.vol.5. Dec.in l.quo-
ties idem ſermo,nu.2.ff.de reg.iur.Ruin.conſi.109.nu.
4.vol.1.Natta in conſi.582.nu.16. Becius in conſi.101.
nu.40.quinimo, impropriantur verba, vt intelligan-
tur ſecundum ſubiectam materiam, l.ſi vno, in princ.
vbi gl.Bart.Ang. & alij,ff.locari. Bart.in l.1.C.de neg.
geſt. Iaſ.in l.3.in 2. notab. C.de tranſact. Tiraquel.in
l.ſi vnquam,in verſi.reuertatur, nu.37. C. de reuocan.
donat.Neuizan.conſi.90.nu.5.Natta conſi.94.nu.1. &
prędicta interpretatio fit, quantumcunque verba ſint
præciſa,& prægnantia,l.ſi ſtipulatus ſim Damam, vbi
gl.ad textum relata,ff.de verb.obl. Dec.in cōſil.281.in
fi.Rol.conſil.61.nu.56.vol.2. Cum igitur tractaretur
de re emphyteutica,affrancatio, & liberatio reſtringi
debet ad iura emphyteutica, ita vt res remaneat libe
ra reſpectu directi dominij, non autē reſpectu aliorū.

Accedat,quod cauſa illius affrancationis,& libera-
tionis erat emphyteuſis, & directum dominium, vt
optimè deprehēditur ex narratione quæ præcedit af-
francationem, ergo affrancatio ipſa debet ad ius em-
phyteuticum reſtringi, & reduci: generalis enim di-
ſpoſitio reſtringitur per rationem, ſecundum ſuam
31 † cauſam,l.cum pater,§.dulciſſimis,ff.de legat. ſecun-
do,l.cum tale,§.falſam,ff.de cond.& demonſtr. ita di-
cit Ang.poſt Iac. Aret.in l.obligatione generali, ff.de
pign.& dicit Abb.in conſil.114.vol.2. quod liberatio
generalis reſtringitur ad ſpeciem contractus præce-
dentem,& exornat Natta,in conſi.546.nu.12. & ſeqq.
& interpretari debent verba,vt ſolum conueniant ma
32 teriæ ad quam partes ſe pręparauerant.† Natta con-
ſil.416.nu.3.Becius conſil.101.num.40. & ſemper re-
ſtringuntur ad rem ſuper qua exprimuntur: nec licet
ea extendere ad alia, §.quod autem, Inſtitut.de legit.
agnat.tutela.Crauet.in conſi.16.num.5. Becius conſi.
41. nume. 23. partes autem tractabant de liberando
bona ab onere emphyteuſis, non autē ab onere fidei-
commiſſi, & agebant de his rebus ratione emphyteu-
ſis, ergo nō debet trahi liberatio ad ius fideicommiſſi
de quo nihil eſt dictum. Rurſus, ſi Papa in eo actu vo-
luiſſet derogare fideicommiſſo,dubitari poſſet de po-
teſtate,quia diſputant Doctores,ſi poſſit Princeps vo-
luntati teſtatoris derogare, & teſtamenta immuta-
33 re.†Dec.in conſ.357.nu.5.& non immorando vbi non
expedit,videatur Vaſq.de ſucceſ.creat.lib.1.§.1.nume.
29. vbi latiſſimè agens,dicit communē eſſe,quòd Prin
ceps id non poſſit ſine vrgenti cauſa,quæ reſpiciat pu-
blicam vtilitatem.Card. Mantica de cōiect. vlt.volun.
lib.11.tit.12.nu.32. latiſſimè Molin.de primogen. Hi-
ſpan.lib.1.c.8.nu.31.vbi fortius loquitur,quādo Prin-
ceps vtitur plenitudine poteſtatis. Peregr. de fideic.
art.24.nu.44.& in dubio non debet diſpoſitio extendi
34 ad caſum in quo deficit † poteſtas. Bar.in l.ſi quis ſub
conditione,in fi.ff.de condit.inſtitut. Bald.in l.fin.§.in
computatione,C.de iure deliber. Dec.in conſi.81. col.
1.Crauet.in conſi.106.num.6.& in conſil.200. num.6.
Rimin.in conſi.50. num.78.

Addo,quod liberatio,& affrancatio facta inter Ab
batiam,& Dom. Anton. ac Iulium, non debet nocere
alijs prætēdentibus intereſſe vigore fideicōmiſſi;quia
pactum factum cum vno,non nocet alteri in iure ſuo,
35 † l.ſi vnus,§.ante omnia,vbi Iaſ.in 1.not.ff.de pact.l.ſi
ſibi,§.ſi pactus,ff.eod.gl.in d. §. ante omnia. & ius ali-
cui competens, tolli non poteſt ſine illius facto, l. id
quod noſtrum eſt, ff.de regul.iur. etiamſi quæſitum ſit
ſola ſpe.Bald.in l.ſi conſtante,Cod.de donat.ante nu-
ptijs.Tiraquell. de retractu conuent. §.1. gloſ.7. num.
19.latè Pergrin.de fideicommiſ.art.52.num.16.Facit,
quia tunc inter partes nullum factum fuit verbum de
fideicommiſſo diſſoluendo, ſed tantum de liberando
bona iſta à nexu emphyteutico, ideo cū de vno diſpu-
tamus,cetera ſupponuntur habilia,§.in extraneis,In-
ſtit.de hered.qualit.& differ.& fortè agentes pro Ab-
batia,& Pontifex ipſe, ignorabant ſuper dictis bonis
extare fideicommiſſum,& propterea credendum non
eſt quod illi derogare voluerint.

Reſpondeo etiam,quod ſi conſideratur affrancatio
reſpectu fideicommiſſi, vana eſt omnino oppoſitio:
quia ea nihil omnino pertinet ad tollēdum fideicom-
miſſum.ſi vero conſideratur ad demōſtrandum quod
Dominus Ioānes potuerit de ijs bonis diſponere,hoc
quoq; nihil erit,quia tunc bona erant obnoxia,& non
libera,& durabat emphyteuſis;& an actus fieri potue
rit vel non,tempus attēditur quo actus geritur, vt po-
nunt Doctores in l.2. C.de reſcinden. vendit. & quod
initio non valet,tractu temporis non conualeſcit,l.qđ
initio, ff.de reg.iur. & ſat eſt,quod eo tempore inſpe
cto, Dominus Ioannes non potuerit diſponere, quia
etiam voluntas ceſſabit,vt dicamus eum non voluiſſe
facere id quòd volens non potuiſſet,& ſupra iam pro-
baui,quod inſtituendo Dominus Ioannes,etiamſi ex-
preſſam feciſſet mentionem de emphyteuticis bonis,
non intelligitur voluiſſe relinquere niſi ius quod in re
habebat, licet tempore periturum: quidquid autem
poſtea contigerit,habendum non eſt in conſideratio-
ne, ſed teſtamenti tempus inſpicimus ad colligēdum
36 teſtatoris voluntatem, † l.ſi ita, ff.de auro, & arg.leg.
Bar.in l.fin.§.1.ff.de leg.2.Card. Mantic.de coniectur.
vltim.volun.lib.3.tit.11.nu.1. & ſeq. ſic ad interpretā-
dum verba teſtatoris,ſenſum illū accipimus qui viget

teſtamenti tempore, vt poſt Cum.dixit Soc. in l. Gal-
lus,§.ſi eius,nu.6.ff.de lib.& poſth.Ruin.cõſ.88.nu.12.
vol.1.Menoch.in conſi.266.nu.63.& ideo,quod ſemel
fuit ex teſtatoris voluntate incluſum, ſemper durat.
Iaſ. in l.in teſtamento,nu.14. verſi.quarto facit, C. de
teſta. milit. ſi vero allegatur affrancatio ad arguẽdum
quod de bonis illis Dominus Antonius Domini Clau
dij pater diſponere potuit,reſpõſum fuit ſupra, quod
reſpectu directi poteſt ſuſtineri,ſed reſpectu vtilis do-
minij quod erat penes Antonium fideicommittẽtem,
rem aliter ſe habere, ſtante fideicommiſſo, cui per af-
francationem non fuit derogatum, & ſupra oſtenſum
fuit fideicommiſſum non minus conſtitui potuiſſe ſu-
per his,quam ſuper alijs bonis.

Et non eſt verum quod facultas alienandi quæ fuit
à D.Antonio fideicommittente conceſſa filijs, exten-
datur ad Dominum Antonium patrem Domini Clau
dij,& nepotem teſtatoris,fuit enim explicitè conceſſa
filijs,vnde ad nepotes non tranſit, qui regulariter nõ
37 veniunt appellatione filiorum,† l.libertum,in prin.ff.
de excu.tutor.l.quod ſi nepotes,ff.de teſta.tutela. prę-
terea (& hoc omnem remouet difficultatem) teſtator
non eſt ſimpliciter, & abſolutè loquutus de filijs, ſed
addidit dictionem,pręnominati,ſupra autẽ filij erant
proprio nomine vocati, cũ autem concedit licentiam
alienandi filijs prænominatis, non veniunt nepotes.
pro qua deciſione ſufficit allegare Bal.Corn.Curt.iun.
Soc.iun.Rui.Nattam,& Decia. quos citat, & ſequitur
Card.Mantica d.tract.lib.8.tit.8.nu.8.vbi volũt,quod
ſi nominatis filijs teſtator ſubſtituat ſuperſtites vel ſu
peruiuentes,ex eis, tunc diſpoſitio erit ad ſolos filios
reſtricta,nec ad ſucceſſionem veniẽt nepotes,quia vo-
cando ſuperuiuentes, videtur ſe reſtrinxiſſe ad filios.
Peregr. de fideic. art.21. nu.24. vbi aliquando tribus
inſtitutis,teſtator ſi vnus moriatur alios duos ſubſti-
tuit, vult tunc nepotes non contineri. cum igitur lo-
quutus ſit teſtator de prænominatis filijs, referri non
poteſt ad nepotes. nam ſi filij eſſent proprio nomine
expreſſi,res careret dubitatione,quia nepotes non ve-
38 nirent.† l.ſi quis ita,vbi gl.ff.de teſta.tutela, l.libero-
rum,nu.5.ff.de verb.ſign.& in d.l.Gallus,§.inſtituens,
col.fi.& dicit Cur.iun.in conſi.57.nu.2.quod hæc con-
cluſio eſt extra omnem dubitationem. Zanch.in l.hæ-
redes mei,§.cum ita,par.4.nu.213.ff.ad Treb.Cardin.
Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.8. tit.8. nu.4. Simon
de interpret.vlt.volun.lib.3.interpr.3.dubit.4.ſolut.1.
nu.39.folio 326.Craſſ.in §.fideicommiſſum, quæſt.10.
num.12.& Peregrin.in tract.de fideicom.artic.22.nu.
47.ergo idem eſt,quando dixit de pręnominatis filijs:
quia relatio facta eſt ad filios nominatim expreſſos,ſi-
cuti ſi dictum eſſet,de prædictis filijs,quo caſu, ad eos
reſtringitur qui corporeis oculis legi poſſunt,ſecundũ
Bar.in l.qui liberis,§.hæc verba,in fi.ff.de vulg.vbi in-
quit,quod etſi hæres hæredis veniat hæredis appella-
tione,tamẽ fallit, quãdo teſtator loquutus eſt de præ-
39 dictis,vel ſupraſcriptis, vel infraſcriptis † hęredibus,
id quod alijs ego confirmaui authoritatibus in conſi.
123.nu.13.Cardin.Mantica lib.8.titul.14.in fi.Simon
lib.2.interpr.4.dubit.2. ſol.2. nu.214. Cagnol.in l.qui
per ſucceſſionem,nu.8.ff.de reg.iur. Menoch.in conſil.
86.num.43.& in conſi.95.nu.128.vbi loquitur de pro-
hibitione alienandi.Berret.cõſi.24.nu.3. & propterea
permiſſio illa, & licentia alienandi, extendi non po-
teſt ad nepotes, quod alijs quoque rationibus confir-
marem, niſi admonitus eſſem id à Dominis Arbitria
receptum eſſe, quod licentia ſit perſonalis, & ad no-
minatos reſtricta.

Vltimo non reſiſtit,quod D. Claudius inſtitutus ſo
lum in decem libris,non poſſit aſpirare ad emphyteu-
ſim conceſſam pro ſe,liberis,& hæredibus,& ſucceſſo-
ribus:reſpondeo enim multis modis, & Primo,quod
D. Claudius hæres eſt D. Antonij primi acquirentis,
qui ſubſtituit in ſuis bonis omnes deſcendentes,& cũ
vigore fideicõmiſſi ab illo relicti, D.Claudius,vt præ-
dixi,illi ſuccedat, dicitur hæres: quia fideicommiſſa-
40 rius dicitur hæres effectu inſpecto,† l.ſi filiusfamilias,
§.1.ff.quod cum eo,& dr̃ hæres,l.1. C.quand.& quib.
quar.pars,lib.10.Bal.in conſi.474.circa fi.vol.2.Caſtr.
in conſi.152.col.1.verſi.nam tunc poſſunt,vol.2. Card.
Mant.lib.7.tit.3.nu.6. & quo ad effectum de quo agi-
mus, non eſt dubium quin ſuccedẽs per fideicommiſ-
ſũ alicui, dicatur illius hæres, quia teſtatori ſuccedit,
l.cohæredi,§.cum filio, ff.de vulg.& in emphyteuſi hæ-
reditaria vel feudo, ſufficit eum qui vult ſuccedere eſ-
41 ſe hæredẽ primi, licet non ſit hæres vltimi. † Beluiſ.in
c.1.de eo qui ſibi,& hær.ſuis, Iſer.in c.1. §.hoc quoque,
de ſucceſſ.feud.in c.1.in prin.de alie.feud.patern.Alc.
in conſ.10.col.3.vol.3.Iaſ.in l.ſi non ſortem, §.libertus,
circ.fi.ff.de cond.indeb.Curt.iun.cõſ.1.nu.11.in 2.cõcl.
vbi requirit alternatiuè quod ſit hæres primi vel vlti-
mi.Soc.iun.in conſi.42.nu.8.vol.3.Siluan.latè in conſi.
30.nu.20.vbi dicit veriorem,& magis communẽ.mul-
tos addit Alc.conſi.183.num.2. Clar.in §.feudum,q.9.
nu.5.Natta in conſil.634.nu.9. Pinell.in l.1.par.3.nu.
91.verſic.ad prædicta, C.de bon.mat.vbi reprehendit
Curt.iun.cõtrarium tenentem.Rol.in conſi.67.nu.24.
vol.2.Cæph.conſi.224.num.25. latiſſime in conſi.301.
nu.140. vbi ponit rationem, quia cum veniat ex inue-
ſtitura primo conceſſa,ſat eſt, ſi illi ſucceſſerit media-
tè vel immediatè: ex quibus apparet, hanc eſſe com-
munem ſententiam, vnde cũ D. Claudius proauo ſuo
qui primo fuit inueſtitus ſuccedat, admitti poteſt ad
inueſtituram illi conceſſam pro ſuis hæredibus. Quæ
vero ſupra in cõtrarium fuerunt allegata, procedunt,
vel in feudo nouo, in quo neceſſe eſt ſuccedere ei qui
immediatè deceſſit, nec aliter poteſt hæredis nomen
habere,vel in eo,qui non erat hæres primi, nec vltimi.

Secundo reſpondeo, cõtrarium non habere locum,
quando hæreditas fuit quidẽ delata à lege,ſed ablata
ab homine,qui alium ſibi inſtituit hæredem, tũc enim
ſi emphyteuſis eſt antiqua,quia per hunc agnatum nõ
ſtat quo minus hæreditatem emphyteutæ vltimo loco
defuncti acceptet admittitur,quamuis nõ ſit hæres,ne
ſit in facultati vltimi priuare eum qui ex inueſtitura
42 erat vocatus.† ita tenẽt in propoſito Iac.Beluiſ.Bal.&
Aluar.in c.1.an agna.vel fil.Affl.ad cõſt.Neapol.incip.
conſtitutionẽ,nu.3. vbi ait,ſe bis pro hac parte conſu-
luiſſe.Cur.iun.cõſ.138.nu.25.ver.etſi quiſpiã.Dec.cõſ.
208.Curt.iun.l.vnica,nu.11. C.qñ non pet.par. Didac.
lib.2.variar.reſol.c.18.nu.3.in fi.Rol.cõſ.53.nu.15.vol.
3.Ruin.conſ.17.col.fi.vol.1.Rol.latè cõſ.90.nu.46.vol.
4.Ceph.in cõſi.301.nu.139. & poſt Iac.Silua.& Capic.
hoc quoque modo intelligit Pinel. in l.2.nu.10. C.de
bon.matern.vbi ſubdit,opinionem hãc vtilem eſſe, &
cõtinere ęquitatẽ. Marin.Freccia,de feud.lib.3.in de-
cima differentia, circa med. verſ.quid enim ſi aliũ in-
ſtituiſſet,vbi dicit ſingulare: in facto aũt pater hæredẽ
ex aſſe inſtituit ſecundogenitum, excluſo D. Claudio
primogenito, vnde, cum per eum non ſtet, quo minus
patri in vniuerſis bonis ſuccedat, nõ minus eſt aptus
ſucceſſioni emphyteuticæ,& ex patris facto non debet
detrimentum ſentire,nihil ergo eſt quod eũ impediat
in bonis de quib. agitur ſuccedere pro ſua portione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem, mandatur executioni contra fideiuſſorem, iudicatum ſolui.*

Clericus

2 *Clericus qui falſum depoſuit coram iudice laico, ab eo punitur de falſo, contra num. 27.*

3 *Clericus conueniens laicum coram iudice ſæculari, condemnatur ab eo in expenſis, ſi appareat eum per calumniam egiſſe, contra num. 28.*

4 *Clericus temere accuſans laicum, poteſt à iudice laico puniri.*

5 *Iudex laicus condemnat in expenſis clericum qui coram eo conuentus non allegat ſe clericum, ſed poſt opponit, & fidem facit de clericatu.*

6 *Reconueniri poteſt clericus coram ſæculari iudice.*

7 *Clericus venditor tenetur emptorem defendere coram iudice laico, coram quo emptori infertur moleſtia.*

8 *Clericus vaſallus tenetur ſubire iudicium coram domino feudi quamuis ſæculari.*

9 *Clericus delinquens in adminiſtratione officij ſæcularis, poteſt ciuiliter per laicum puniri, contra num. 33.*

10 *Tutor datur clerico per iudicem laicum.*

11 *Depoſitum vel ſequeſtrum ſi fiat in manibus clerici, iudex ſæcularis compellere illum poteſt vt reſtituat, contra numero 34.*

12 *Clericus poteſt citari, & conueniri coram ſæculari iudice pro fideiuſſione præſtita apud acta.*

13 *Clericatus ſecundum aliquos debet probari per ſcripturam, & ſecundum alios ſufficit quod probetur per duos teſtes.*

14 *Clericus non poteſt iudicari à laico.*

15 *Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori, nec conſentire in iudicem laicum de licentia Epiſcopi.*

16 *Eccleſiaſticus iudex cognoſcit de negocio pertinente ad laicum, quod eſt cõmune cum clerico, ita vt ſeparari non poſſit.*

17 *Appellari debet ad iudicem Eccleſiaſticum quando lata fuit ſententia per clericum, & laicum.*

18 *Laicus, & clericus qui in eodem facinore interuenerunt, remittendi ſunt ad iudicem Eccleſiaſticum.*

19 *Mutato perſonæ ſtatu, forus mutatur.*

20 *Laicus qui contraxit, vel deliquit ante clericatum, poſt clericatum debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, dummodo clericatum non aſſumpſerit in fraudem.*

21 *Fideiubens pro clerico, debet coram iudice ſæculari conueniri, non coram iudice clerici principalis.*

22 *Declinatoria fori exceptio non competit fideiuſſori.*

23 *Clericus fideiubens pro laico iudicatum ſolui, debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico, nec ſententia contra laicum lata mittitur executioni contra clericum.*

24 *Fideiubere non poteſt clericus regulariter.*

25 *Fideiuſſio præſtita per clericum, ſuſtinetur, quando fideiubet extra iudicium, vel coram ſuo iudice, aliàs ſecus.*

26 *Neceſſarium non dicitur quod à contractu initium ſumit, licet poſtea neceſſarium dicatur.*

27 *Iudex ſæcularis non poteſt punire clericum qui coram eo falſum depoſuit.*

28 *Iudex ſæcularis non poteſt in expenſis condemnare clericum qui calumnioſè accuſauit.*

29 *Clericus prætexta contumaciæ non mulctatur per iudicem ſæcularem.*

30 *Sententia lata per laicum contra clericum qui tacuit nec vnquam oppoſuit de clericatu, eſt nulla.*

31 *Actor debet prius diligenter inueſtigare conditionem eius contra quem vult iudicium inſtituere.*

32 *Reconuentionis natura eſt, quod fiat ſub eodem iudice.*

33 *Conſuetudo non valet in præiudicium priuilegij clericalis.*

34 *Iura ciuilia de iuriſdictione laicorum magiſtratuum contra clericos ſunt correcta.*

35 *Clericus qui rem vendidit pro qua emptori infertur moleſtia coram ſæculari iudice, ſi compareat dicens velle in ſe iudicium ſuſcipere vel liti aſſiſtere, non remittitur ad iudicem Eccleſiaſticum.*

36 *Clericus habens directum dominium, ſi conuento emphyteuta vel vaſallo dicat velle illum defendere, ſed coram ſuo iudice, eſt remittendus ad iudicem Eccleſiaſticum.*

Lib. III, Conſ. Io. Petri Surdi.

37 *Clericus pro euictione debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.*

38 *Fideiuſſor iudicatum ſolui, ſi ſit clericus, debet conueniri coram iudice Eccleſiaſtico.*

39 *Sententia contra fideiuſſorem contractus, non poteſt exequi ſine nouo proceſſu.*

40 *Fideiuſſor iudicij dicitur, quando fideiuſſio præſtatur in iudicio, & penes acta, non autem quando per inſtrumentum extra iudicium.*

CONSILIVM CCCXCVI.

OCCASIONE fideiuſſionis pro Magnifico D. Claudio Beneuento, de ſoluendo quidquid fuiſſet iudicatum, videtur qđ Magnificus, & Reuer. D. Octauianus Carretus potuerit conueniri coram D. Prętore Sauonæ, quamuis ſit clericus: quia non conuenitur vigore ſententiæ, nam ſententia eum non condemnat; ſed vigore legis, quæ vult, quod contra fideiuſſorem iudicatum ſolui, exe-
1 quatur ſententia lata contra principalem. † Bart. in
Rubr. ff. iudic. ſolui. Cin. Salic. & alij, in l. fin. C. de vſur. rei iudic. Præterea, executio iſta venit acceſſoriè, & nõ principaliter, ideo non attenditur quod fit in conſequentiam, l. ſi ſponſus, §. ſi donationis, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. ff. de author. tutor.

Ideo videmus, quod ſi clericus teſtis productus coram laico dicat falſum teſtimonium, poteſt puniri à
2 laico, † l. nullum, C. de teſtib. Benedict. in cap. Rainu-
tius, in verſ. vxorem nomine Adelaſiam, in 2. deciſion. nu. 146. de teſta. vbi dicit, ita ſeruari in Gallia. & hoc voluit gl. 1. in d. l. nullum, vbi Cin. Bal. & Salic. eam ſequitur Feder. Sen. in conſi. 88. Alex. ad Bart. in l. 1. in 2. oppoſit. ff. de iudic. Socin. in conſi. 99. col. penul. vol. 3. Affl. in deciſ. 30. col. 2. Marſil. in l. fi. nu. 152. ff. de iuriſd. omn. iudic. hæc enim facultas puniendi teſtem, venit in conſequentiam examinis, & delinquendo coram laico aſtringitur laicali iudicio.

Sic etiam ſi clericus conueniat laicum coram iudice ſæculari, poteſt ab eo condemnari in expenſis, ſi ap-
3 pareat eum per calumniam egiſſe. † Imol. in cap. at ſi
clerici, vbi etiam Felin. colum. 7. in fine, de iudic. Marant. de ordin. iudic. par. 4. in 6. princip. diſtinct. nume. 54. & in 11. diſtinct. nume. 60. Blancus in tractat. de comprom. in 3. princip. quæſt. num. 32. circa finem. iſtud enim eſt conſecutiuum ad iudicium inchoatum. Facit quod voluit Federic. de Sen. dicto conſil. 88. vbi vult, quod ſi clericus temere accuſauit laicum, poteſt
4 à laico iudice puniri. † ſequitur Franc. de March. de-
ciſio. Delphin. 215. colum. 1. licet non diſtringat eius perſonam.

Eodem modo quando clericus coram ſęculari conuentus non allegat ſe clericum, ſed poſt ſentẽtiam latam opponit, & fidem facit de clericatu, condemna-
5 tur in expenſis à ſæculari iudice, † vt voluit Bellamer.
in deciſio. 226. Felin. in capit. exceptione, in princip. de exception. Boer. in conſuetud. Bituricen. in tit. de iuriſdict. §. 21. in fine. Marſil. in l. patre vel marito, nu. 77. ff. de quæſtio. & ſunt qui dicant in Gallia ita ſeruari. Hac ipſa ratione clericus qui iuridicè coram ſæcu-
6 lari iudice aliquem pulſat laicum, cogitur † reconuẽ-
tionis iudicio ſe ſubmittere. Bart. & Alber. in Authen. Et conſequenter, C. de ſentent. Specul. in titul. de reconuentio. §. nunc dicamus, verſic. ſed pone clericus, Bald. in l. 2. §. ſed ſi agant, ff. de iudic. vbi ſubdit, quod hęc eſt prorogatio legalis. Afflict. in deciſ. 173. & hæc eſt communis opinio, ſecundum Dec. in c. at ſi clerici, in princ. col. 12. de iudic. & magis communem, atque

in foro ſeruari dicit Maran.in d.diſt.6.num.53.vbi tñ
limitat non procedere in tribus caſibus. Soc.latè in c.
1.nu.27.ver.item prædicta regula,extra de mutuis pe-
tit.vbi in fi.dicit, quod eſt magis ęqua. limitat tamen
quatuor modis,vt apud eum videri poteſt, qui recitat
rationes,& fundamenta vtriuſque partis. Blanc. in d.
tract.q.3.nu.32.circa fin. vbi dicit communem, intel-
ligendo tamen in cauſa ciuili.And.Gail.qui alios ci-
tat Obſeru.Camer.Imper.lib.1.obſeru.37.nu.6.in 4.
limit.Decian.in tract.crim.lib.4.c.4.nu.17.

Pari quoque ratione clericus venditor, qui de eui-
ctione teoctur,poteſt coram laico vocari ad defenſio-
nem emptoris cui ab aliquo infertur moleſtia, quia
defenſor allegare non poteſt ſui iudicis priuilegium,
7 † l.venditor,ff.de iudic.Bald.in l.1.C.vbi in rem actio.
Bald.in l.non ſolum,§.quod vulgo,ff.de vſucap. & in
Auth.Clericus,C.de Epiſcop. & cler. Anch. in cap.ea
quæ,quæſt.17.de reg.iur.in 6. & in c.ſignificaſti, num.
15.de foro comp. Bal.Fulg.Alb.& Lancell.in d.l.ven-
ditor.Soc.in conſi.91.nu.14.vol.3.Boer.qui multos ci-
tat in dec.69. nu.27. dicẽs ita ſeruari de cõſuetudine.
And.Gail.d.Obſer.37.nu.7.vbi ſubdit hanc veriorem
eſſe,& receptam in eo foro.Bened.d.deciſ.2.num.125.
ſicuti itaque in prædictis caſibus conuenitur clericus,
& ſuſtinetur iudiciũ corã laico, quia venit acceſſoriè,
& in conſequentiam, ita ſuſtineri debet quando con-
uenitur tanquam fideiuſſor iudicij inſtituendi contra
laicum, quia hoc quoque caſu pulſatur tanquam ac-
ceſſorium,ſecundum naturam fideiuſſionis.

Prætetea,clericus qui fideiubet ſoluere iudicatum,
videtur ſe obligare intuitu illius iudicij, ergo ſub eo-
dem iudice tenetur ſe defendere,ſicuti dicimus,quod
clericus vaſallus tenetur ſubire iudicium corã domi-
8 no feudi,quamuis ſæculari,† c.verum,& c.ex trãſmiſ-
ſa,de foro compet.c.ceterum, de iud.And.Gail. d.lib.
1.Obſeru.30.Soc.d.c.ex tranſmiſſa,eſt tex. in c.1. §.itẽ
ſi clericus,vbi Iſern.col.2.& alij,de cap.Corr. Maran.
d.diſt.11.nu.75.Bened.d.dec.2. nu.167. vbi ait, quod
poteſt clericus feudo priuari ob feloniam vel aliam
culpã commiſſam circa feudum. & ſubdit, ex inuete-
rata Galliæ conſuetudine poſſe clericum vaſallum pu
niri pro omnibus delictis quæ feudũ reſpiciunt, licet
nõ pro communibus.& in prædictis caſibus appella-
tur ad dominũ feudi,nõ ad ſuperiorem Eccleſiaſticũ,
vt probaui in conſi.275.per totum,& idem vult Andr.
Gail.in d.lib.1.Obſeruat.30.& Obſeruat.37.num.3.

Sic etiam vbi clericus gerit ſæculare officium, con-
ueniri poteſt coram ſæculari pro cõcernentibus illud
officium,c.ſacerdotibus,ne cler. vel monachi. vbi lai-
cus punit ciuiliter clericum delinquẽtem in admini-
9 ſtratione officij ſæcularis ſibi demandati, † latè com
probat Bened. in d.deciſ.2. nu.155.cũ multis ſeq.vbi
latè agit,refertq; plures ſentẽtias,& caſus, qui cõtin-
gere etiam contra Cardinalem. & hoc procedit non
ſolum quando clericus gerit publicum,ſed etiã quan-
do priuatum exercet officium, vt quãdo eſt executor.
vt per Spec.in tit.de inſtr.edit.§.nunc aliqua,Io. And.
in c.Ioannes,de teſta.Soc.in d.c.1.in 28.fall.nu.52.vbi
nu.ſeq.dicit idem, quãdo conuenitur vt tutor,vel cu-
rator,vel procurator alicuius.Bened.d.dec.2.nu.128.
& ſequen.vbi allegat alios,& ſubdit ita ſeruari,dicẽs,
10 quod ſpectat ad laicum tutorem dare clerico.† quod
etiam ponit Maran.d.diſt.11.num.64.vbi latè addit.
Gail.d.Obſeru.37.in 6.fallen.& ſubdit ecõtra,laicum
ratione adminiſtrationis rei Eccleſiaſticæ conueniri
poſſe coram Eccleſiaſtico iudice.

Et vt magis accedatur ad terminos quæſtionis, fa-
cit tex.in l.ſi.§.pen.C.de bon.auth.iud.poſſid.vbi pro-
batur,quod ſi depoſitum vel ſequeſtrum fiat in mani-
bus clerici, iudex ſæcularis compellere illũ poterit vt
11 ſtatim reſtituat.† & hoc tenuit Bal.in l.acceptam,nu.
4.C.de vſur. vbi qđ clericus depoſitarius cogitur offi-
cio iudicis ſæcularis reſtituere depoſitum: quia pro-
ceditur contra eum non per modum iudicij, ſed exe-
cutiuè ratione ſuſcepti officij.ſequitur Salic.ibi,idem
tam ratione depoſiti quam ſequeſtri probauit Bal. in
l.ſi fideiuſſor,§.ſi ſatiſdatum,nu.4.ff.qui ſatiſd.cogan.
Affl. in deciſ.24.nu.3.Aufre. ad cap.Tholoſ.dec.168.
& in Clem.1. in 14.fallent.2.reg.de offi.ordin. Bened.
in prædicta deciſ.2.nu.127.vbi dicit ita cõiter ſeruari
in Gallia.Maran.d.diſtin.11.nu.62.Blanch.in tract.de
compro.in 3.princ.quæſt.nu.32.circa fin.verſi.& facit
etiam pro hoc.Tiraq.de retractu conuent.§.4.gl.7.nu.
9.Rebuff.conſtit. Reg.to.1.art.5.gl.9. num.3.qua ergo
ratione hoc caſu clericus coram laico conuenitur, ea
ipſa conueniri poterit quando coram eo fideiuſſit iu-
dicatum ſolui.

Poſtremo in terminis extat deciſio Mariani Soci-
ni,in d.c.1.in 21.fallen.nu 45. de foro comp.vbi dicit,
quod pro fideiuſſione præſtita apud acta, poteſt cleri-
12 cus citari,& conueniri coram ſęculari iudice.† ſequi-
tur Blanc.in d.quæſt.3. circa finem,verſi.& facit quod
adducit ipſe. & hoc caſu concurrũt rationes per quas
clericus poteſt à laico iudice cogi ad reſtitutionẽ ſe-
queſtri vel depoſiti, quia ſcilicet proceditur executi-
uè: nam contra fideiuſſorem iudicatum ſolui, proce-
ditur executiuè vigore ſententiæ latæ contra princi
palem,nec opus eſt nouo proceſſu,vt dictum eſt ſupra,
& ponunt Bar.& alij,in l.1.ff.iudic. ſolui.

Quæ omnia, licet videantur plurimum vrgere qui-
nimo rem claram conſtituere, tamen eis minimè ob-
ſtantibus, contrariam amplector ſententiam, quam
veriorẽ eſſe exiſtimo,videlicet D. Octauianum remit-
tendum eſſe ad ſuum iudicem Eccleſiaſticum,& nullo
modo coram laico conueniri poſſe, eſt enim clericus,
& de clericatu fidem fecit per literas patentes,quem-
admodum neceſſarius vĩ, ſecundum eos qui volunt
13 quod clericatus ſit per ſcripturã probandus,† l.ſi qua
per calumniam,vbi Iac.Butr. C.de Epiſc.& cler. imo,
ſcđm aliquos ſufficit per duos teſtes probationẽ fieri.
Cin.Bal.& Albe.in d.l.ſi quã per.latè Didac.pract.qõ.
c.33.nu.3.vbi latè Rol.in conſ.4.nu.5.vol.1.& clericus
14 non poteſt iudicari a laico, † c.1. & c.ſi diligenti, de
foro comp.c.2.vbi gl.eod.tit. & id fuit iure diuino in-
troductũ,gl.in c.quãquam,in verſ.diuino,de cenſib in
6. & licet id per conſtitutionem Eccleſiaſticam cautũ
videatur, tamen ante eam clerici gaudebant priuile-
gio illo,& conſtitutio eſt antiqui iuris declaratiua,nõ
noui diſpoſitiua, vt inquit gl.in c.ſi Imperator,diſt.96.
adeo,vt ipſe quoque Imperator non poſſit cognoſcere
contra clericum, c.ſacerdotibus,11.q.1. & non poteſt
clericus priuilegio renunciare, quia introductum eſt
in fauorem ordinis clericalis,gl.in c.ſignificaſti, de fo
ro comp.nec conſentire in laicum de licentia Epiſco-
15 pi,† vt in gl.prædicta,latè Rol.in d.cõſi.4.nu.8.& ſeq.
in 1.vol.Decian.in ſuo tract.crimin.lib 4 cap.9.nu.1.
& ſequen. vbi multa congerendo ampliat nonnullis
modis,prout etiam Socin. in d. c.1. de foro competen.
vbi multas adducit ampliationes. And.Gail.in d.Ob-
ſeruatio.37.in princip.vbi ampliat quatuor modis, &
cum ſic ſe habeat regula, quicunque vult contrarium
dicere, tenetur probare ſuam limitationem, ex quo
D.Octauianus ſuper regula habet intẽtionem funda-
tam. Intantum autem procedit, quod etſi negocium
pertineat ad clericum,& laicum,ita quod ſeparari nõ
poſſit, fauore clerici totum negocium ad iudicem de-
16 uoluitur Eccleſiaſticum,etiam quoad laicos.† Bartol.
in l.iuriſperitos,§.2,num.1.ff.de excuſat.tut. Bartol.in
l.præ-

l.præcipimus, §. eodem obſeruando, C.de appell. vbi
loquitur in duobus hæredibus, quorũ vnus ſit laicus,
& alter clericus. Bal.in l.fi.q.6. C.de edict. D.Adr.tol-
len.Soc.d.c.1.nu.18. de foro comp. vbi ampliat,etiam
ſi plures ſint laici quam clerici. Marſil. in Rubr. ff. de
fideiuſſor. numero 130. & ſequen. vbi addit, quod ſi
duo iudicarunt,vnus laicus,alter clericus,appellabi-
17 tur ad ſuperiorem † Eccleſiaſtici. Maran.d.diſtinct.
nu.21.vbi addit quod ſi in eodem facinore interuene-
re laici,& clericus,omnes erunt remittendi ad Eccle-
ſiaſticum,quod ſubdit eſſe ſingulare,& ſummè notan-
18 dum,† Boſſ. in tit.de foro compet.num.146.Boer.dec.
300.nu.5.And. Gaill.d. Obſeru.37. in 3.ampliat.De-
cian.d.c.9.num.44.& ſeq.vbi ampliat,etiam ſi laici,&
clerici omnes taceant,quia nihilominus vno ex laicis
petente pro ſe, erunt omnes remittendi ad iudicem
Eccleſiaſticum.& addit ſimiles deciſiones,id quod vo
luit ſingulariter dixiſſe,ne fortè ſub prætextu coniun-
ctionis, & connexitatis exiſtimaret aliquis clericum
fideiuſſorem trahendum eſſe coram laico,nam ſi quæ
eſt connexitas,ea debet operari ad fauorem clerici,vt
ſcilicet trahat etiam laicum,non autem econtra.

Procedit etiam concluſio prędicta,quando contra-
ctus fuiſſet celebratus ante ſuſceptum ordinem Eccle
ſiaſticum, & dum erat laicus: quia mutato perſonæ
19 ſtatu,mutatur etiã forus,† l.ſi filius,la prima,vbi Bal.
ff.de tutelis, & ratio. diſtrah. & in ſpecie dicit Iacob.
Butr.in l.quiſquis, C.de Epiſc.& cler. quod licet rõne
contractus conueniri quis poſſit in loco contractus,ẽt
ſi mutauerit domicilium, tamen fallit, quando muta-
tus eſt perſonę ſtatus,puta,quia laicus efficeretur cle-
ricus,tunc enim non poterit conueniri niſi coram Ec-
cleſiaſtico iudice.idem voluit Cin.in Auth.Cauſa quę
cum monacho, C.de Epiſc.& cler. vbi id dicit proce-
dere non ſolum in contractibus, ſed etiam in delictis,
dummodo clericatum quis non aſſumpſerit in frau-
20 dem.† Butr.& Imol.in c.propoſuiſti, de foro compet.
Ale. Iaſ.& Dec. in l.cum quædam puella, ff. de iuriſd.
omn.iudic.Soc.d.c.1. nu.44. de foro compet.c.penult.
incipit propoſuiſti,nu.45.& ſeq.eod.tit. vbi nu.55.in
fi.verſ.vnde ex omnibus prędictis,dicit,quod ſi factus
eſt clericus ante cęptum iudiciũ, ſolus Eccleſiaſticus
erit iudex,ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, dũmo-
do ceſſet fraus.& in dubio ſecundũ eum tali caſu pręs-
ſumitur fraudem nõ ſubeſſe,vbi autem iuriſdictio fuit
præuenta à iudice ſæculari,tũc diſtinguit aliter,vt per
eum.multos alios allegat Decia.d.lib.4.c.9.nu.60.vbi
tñ breuius ſe explicat quam ſui tractatus prępoſitũ,
& ratio poſtularet.idem in contractibus voluit Card.
in Clem.1. q.9. de cenſib.& in terminis de eo qui poſt
quam fideiuſſit aſſumpſit clericatum,quod non poſſit
coram laico conueniri, ponit Marſil. d. rubr. ff. de fi-
deiuſſoribus, num. 110. quare etiamſi in facto verum
eſſet, quod tamen ſub dubio mihi propoſitum fuit,
quod non eſſet clericus quando fideiuſſit, adhuc re-
mittendus eſſet ad Eccleſiaſticum,ex quo iudiciũ non
fuit cęptum ante clericatum contra ipſum Dominum
Octauianũ,ſed poſt multos annos,& fraus excogitari
non poteſt,nec fraudis cauſa allegari, inſpecta maxi-
mè qualitate perſonæ,& rerum ſuarum conditione.

Præterea videmus, quod ratione contractus fide-
iuſſor non obligatur foro ſui principalis: nam qui fi-
deiuſſit pro clerico, poteſt nihilominus, & debet co-
ram laico ſuo iudice conueniri, non autem coram iu-
21 dice clerici principalis,† vt voluit Spec.in tit.de com
peten. iud.§.primo, num.26. verſic.ſed pone clericus,
quem ibi ſequitur Bald. in additio.idem Bal.in l.1.C.
de priuil.dot. Rom. in ſing.633. vbi dicit ita ſe conſu-
luiſſe,& mirari,quod de hoc conſtituatur quæſtio,ſtã-
te regula, quod exceptio perſonalis competens prin-
cipali,non proſit fideiuſſuri,& in ſpecie non competit
22 fideiuſſori declinatoria. † Ioan.de Arno. in Probl.79.
Marſ.in d.Rubr.de fideiuſſo. nu.311. vbi dicit hoc eſſe
verum. Cagnol.in l.venditor, ff.de iudic. nu.10. & ita
tenent Doctores communiter, vt inquit Soc. in d.c.1.
nu.28. verſi. decimanona declaratione, de foro com-
pet.Afflic.in deciſ.206.quare ergo clericus fideiuſſor
obligabitur foro principalis.

Et in terminis, quod clericus pro laico fideiubens
iudicatum ſolui,ſit remittendus ad ſuum iudicem,nec
poſſit conueniri coram laico, nec contra eum mitti
23 poſſit executioni ſentẽtia contra laicum lata,† eſt de-
ciſio Dini in l.1. ff. ſi quis in ius vocat. non iuer. quem
refert,& ſequitur Anch.in c.ex quæ,nu.27.verſi.& pro
confirmatione,de reg.iur.in ſextu, ſed præter eum eſt
notabilis deciſio Bal.ad Specul. in tit.de compet.iud.
aditio. vbi dicit, quod fideiuſſor iudicij ſicuti ẽt fide-
iuſſor cõtractus,meretur ſuum iudicem, & licet aliud
videatur in fideiuſſore iudicatum ſolui, vt in l.1. in fi.
C. de execut.rei iudic. vbi contra eũ mittitur exequu-
tioni ſententia lata contra principalem, tamen aliud
ipſe credit:quia intelligitur quando principalis,& fi-
deiuſſor ſunt eiuſdem fori, vel quando fideiuſſor talis
eſt,qui poteſt prorogare iuriſdictionem; at in clerico
aliud eſt,quia eſt diuerſi fori,& non põt conſentire in
iudicem non ſuum. & hanc partem amplectitur Soc.
in d.c.1.nu.45.in 51.limit. vbi poſt Anch. dicit proce-
dere non ſolum quando fideiubet pro laico,ſed etiam
quando pro clerico,ſed nõ ſuo iudice, quia nec etiam
tunc poterit coram Eccleſiaſtico incompetenti con-
ueniri,quod ipſe dicit eſſe ſatis mirabile.idem proba-
uit Marſil.in d.Rubr.ff.de fideiuſſor. num.311.

Fortius videtur, quod fideiuſſio facta per Dominũ
Octauianum ſit nulla: nam clericus regulariter fide-
24 iubere non poteſt,† c.1. de fideiuſſor. c.te quidem, 11.
q.1. & quamuis multa facta teneant quæ tamen fieri
prohibentur, l.patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel
alien.iur. & propterea fideiuſſio præſtita per clericũ,
25 ſuſtineatur,† vt in c.peruenit,& in cap.conſtitutus,de
fideiuſſor.Rom.in conſi.400. Marſ.in Rubr. ff.de fide-
iuſſ.nu.309.& in praxi crim.§.ſequitur,nu.14. Menoc.
in tract.præſumpt.lib.5.præſumpt.46.num.15.tamen
hoc procedit,quando fideiubet extra iudicium,vel co
ram ſuo iudice,at vbi in iudicio coram non ſuo iudice
fideiubet, non ſuſtinetur fideiuſſio. prohibito enim
principali iudicio,cenſetur etiam prohibitum acceſ-
ſorium,c.acceſſorium,de reg. iur. in 6. & cum fideiuſ-
ſio de ſoluendo iudicato ſit pars iudicij, ſublato toto
iudicio quoad clericum,cenſetur etiã annullata pars.
ita in propoſito declarat Anch.d.c.ex quæ,num.57.in
q.21.in fine, vbi dicit eſſe notandum.

Non obſtat igitur,quod executio videatur facta po
tius à lege,quam ab homine,& quod veniat in conſe-
quentiam:quia reſpondeo, quod imo venit ab homi-
ne,ideſt à clerico,qui fideiuſſit, & ſine qua fideiuſſione
non conueniretur; & cum fideiuſſio ſit primordialis
cauſa,ea eſt attẽdẽda,& ab ea iudicari debet exe qu-
tio non neceſſaria, ſed voluntaria, quia à primordio
tituli poſterior formatur euentus,l.1.circa fi.C.de im-
pon.lucrat.deſcript.lib.10. & originalem cauſam eſſe
attendendam probat, l.etiam, §.1. verſic. idem dicen-
dum,ff.de petit.hęred.l.ſi hæres,de actio.empt.& non
dicitur neceſſarium quod à contractu initium ſumit;
26 licet poſtea neceſſarium dicatur,† l.ſi fideiuſſor,§.1.ff.
qui ſatiſd.cog l.ſi mulier,in princip.ff.quod met.cauſ.
latiſſimè Crau.in reſponſo pro Genero,num.44.95.&
486.vbi infinitas cumulando deciſiones cõcludit,ſta-
tutum permittens feudi alienationem pro exoluẽdis

debitis neceſſarijs,non includere æs alienum cauſatũ
à contractu. & idem in eodem propoſito comprobat
Oſaſc. in deciſ. Pedem. 167. per totam,de quo etiam
Sola in conſtit. Pedem.tit.de feud.in gl.1.par.2. nu.6.
& in prædictis locis tot allegantur deciſiones, quod
ſuperfluum eſt confirmare.

Et non eſt verum, quod clericus qui falſum depo-
ſuit coram iudice laico,poſſit ab eo puniri,communis
27 enim Doctorum opinio contrarium † tenet Hoſtien.
Innoc. Ioan.Andr. Butr. & alij,in cap.verum, de foro
compet.Bald.Ang.Anch.Salic.Alex.Ang.Aretin. Fel.
Affl.Curt.iun.Bertach.Io. Longauill. & Maran. quos
omnes citat,& ſeq.Rol.dicens communem,in cõſi.12.
nu.48.vol.2.communem quoq; dicit Boſſius in tit. de
falſis,nu.110.Affl.in deciſ.5.Clar.in praxi crim. §.fin.
q.38.nu.14. vbi concordantes allegando dicit ſeruari
in practica.latiſſimè Caroc.in cap.cum quid,in 1.par.
ampliat.2.nu.17. vbi ſubdit, eſſe communem opinio-
nem. Soc.in d.c.1.num.46. de foro compet. in c.poſtu-
laſti, numero 12.ff.eod.vbi dicit, quod laicus cogno-
ſcit non vt puniat clericũ, ſed vt ſciat quanta ei fides
ſit adhibenda, & cum hac ſententia videtur tranſire
Franc. de Match. dec.215. Tiraq. de retractu conuen-
tion.§.4. gl.7. nu.10. Decian.d.tract. crimin.lib.4.c.9.
num. 22. Ex quibus apparet, contrariam ſententiam
non eſſe tenendam.

Quod autem dicitur ſæcularem iudicẽ poſſe in ex-
penſis condemnare clericum qui calumnioſè accuſa-
uit,non eſt tutum: quia diuerſam ſententiam proba-
28 uit † Hoſtienſ.quem citat, & ſequitur Anch.in d.cap.
ea quæ,num.26.verſi.item ad id,de regul.iur.in ſexto,
Decian.d.cap.9.nu.22. quinimo, cum deficiat funda-
mentum iuriſdictionis, non poteſt ſæcularis abſolue-
re clericum. Doctores, in Authen.Clericus, vbi Bald.
num.10.C.de Epiſcop.& cleric.Cagnol.in l.nemo qui
condemnare, in fine, ff.de regul. iur. Decian.d.cap.9.
nu. 9. niſi fortè ſententiam à ſe latam declararet nul-
lam aut iniuſtam. Bart.in conſi. 225. volum.1.Anchar.
in cap.2. de foro competen. vbi Barbat.num.102. De-
cian.d.cap.9. num.61. & hoc modo poteſt intelligi id
quòd voluit gl. in d. l. nemo qui condemnare, vbi te-
net quod poteſt laicus abſoluere.ſequitur Crau.conſ.
441.nu.6. vt ſcilicet procedat declarando ſententiam
nullam, non autem abſoluendo ſimpliciter; ſed poſi-
to,quod clericus poſſit in expenſis condemnari, id nõ
noceret in caſu noſtro: quia id venit in cõſequentiam
iudicij,iure permittente inchoati: nam clericus actor
ſeq. forum rei, & ſicuti reus eſſet cõdemnandus ſi ſuc
cumberet, ita actor: cum enim lex tũc iuriſdictionem
tribuat laico cõtra clericum, cenſetur etiam attribu-
ta facultas condemnandi clericũ,quia cenſentur con-
ceſſa omnia conſecutiua,l.ad rem mobilem,ff.de pro-
curat. aliàs claudicaret iudicium ad fauorem clerici,
quod non eſt dicendum.

Nõ pariter ſubſiſtit,quod allegatur clericum poſſe
in expenſis condemnari,ſi nõ produxit,vel tardè pro-
duxit literas ſui clericatus:nam Bellam.& Fel.dicunt
eſſe condemnandum, ſed non dicunt id fieri poſſe à
ſæculari,ſed intelligi debẽt de Eccleſiaſtico, qui ſolus
perſonam clerici diſtringere poteſt; & quod non poſ-
ſit hoc facere ſęcularis,notat Bal.in l.ſi quis ex aliena,
ff.de iudic.vbi ait,quod clericum ſub prætextu contu-
29 maciæ non mulctat.† idem Bal.in l.generaliter, C. de
Epiſc.& cler.Abb.in c.ſi diligenti, de foro compet. &
latè defendit Dec.in conſi.231.in 1.dub.Didac.pract.
quæſt.c.33. nu.2. verſi.clericus verò,vbi allegat etiam
Rupellan.& facit, quia etiam ſi clericus taceat, & ni-
hil vnquam opponat de clericatu,ſentẽtia ſemper eſt
30 nulla,† not.in c.ſi diligenti,& c.ſignificaſti,de foro cõ-
pet.gl.in c.1.eod.tit. Soc. nu.23. in fi.verſic.vigeſima-
tertia,vbi allegat Specul.& Bart.Decian.d.c.9.nu.61.
vbi allegat Archid. Barb. & Bertr. quod ſi eo ſemper
tacente condemnari non poteſt, multo minus in fieri
poterit eo tarde reclamante. addo, quod ſi actor ali-
quas fecit impenſas,id eſt ſui culpa, ideo alij imputa-
ri non debet,c.damnum,de reg.iur. in ſexto.qui enim
venit ad iudicium,inueſtigare prius debet diligenter
de conditione eius contra quem vult inſtituere iudi-
31 cium, † l.ſi quando, C.de dilatio.l.qui in alterius,vbi
gl.& Doctores,præcipuè Dec.& Cagnol. ff.de reg.iur.
ſcire ergo debebat quod eſſet clericus.

Circa vero reconuentionem militat ratio quam ſu
pra allegaui, quod venit in conſequentiã iudicij con-
uentionis liciti,& à iure permiſſi, & ratione connexi-
tatis talis,quæ non poteſt ſeparari, & diuidi:nã vtrũ-
que iudicium pari paſſu ambulare debet,eodem tem-
pore conteſtari lis,dari terminus,& alia expediri,quę
omnium coram diuerſis iudicibus fieri nequeunt, hæc
autem impoſſibilitas non cadit in fideiuſſorem, qui
poteſt corã alio procedi,vltra quod natura reconuen-
32 tionis eſt,quod fiat ſub eodem iudice, † c. diſpendia,
in princ. de reſcript.in ſexto, & in §.reus,vbi dicitur,
quod impetrari non poteſt commiſſio in aliũ,& impe
trata non valet. Maran.de ordin.iudic. par.4. in ſexta
princ.diſt.nu.14.& hac ratione admittitur recõuentio
coram iudice habẽte iuriſdictionem limitatam. Abb.
in c.1.col. pen.de motu.petit. vbi infert,quod procedit
in iudicibus mercatorum; & faciunt multa quæ po-
nuntur à Maran.in d.diſt.6.nu.23. 28.32. & ſeq.

Similiter clericus qui ratione feudi cogitur in his
quæ reſpiciunt fęudum litigare coram domino feudi,
non tamen poteſt reſtringi, vel de aliquo delicto con-
demnari,ſcd͂m Abb.in c.verum,de iudic. & ibi dicunt
Inn.& alij,pręcipuè Io.And.quod vbi ageretur de de-
licto ſiue ciuiliter ſiue criminaliter, tũc ſolus Epiſco-
pus cognoſcit.addit.ad Maran.de ordin.iudic.par.4.
diſtin.11.nu.75. Præterea,alia eſt ratio in feudo,quia
clericus conſideratur tanquam alius homo, & tan-
quam vaſallus.Item agitur de rebus,non de perſona.

Quæ autem adducũtur de clerico gerente officium
publicum, vera non ſunt, & ſoli Doctores Galli hæc
attentarunt, ſemper allegantes conſuetudinem, quæ
tamen non valet in præiudicium clericalis priuilegij,
33 † gl.& Abb.in c.clerici, de iud.vbi quod talis conſue-
tudo eſt irrationabilis, Rota deciſ. 839. in antiq. vbi
vult hoc locum habere etiam in præſcriptione vel cõ-
ſuetudine immemoriali. Abb.in c. ſolitæ, in ſexto no-
tab.de maior.& obed.Dec.in conſi.50. col.2.Bert.in
conſi.22.nu.2. vol.1. Rol.latè in conſi.4. nu.11. & ſeq.
vol.1.latiſſimè Decia.d.c.9. nu.10. & ſeqq.vltra quod
in eiuſmodi conſuetudine introducenda ſemper vis
aliqua interuenit vel metus. multa enim Summi Pon
tifices diſſimulando tolerarunt,non quia ea concede-
rent aut approbarent, ſed quia illius temporis ratio
non patiebatur, quod fieret contradictio, vel quia id
minus malum viſum fuit; ſed Deus Optimus Maxi-
mus qui omnium geſtorum veritatem habet præ ocu-
lis,& cui nihil eſt abſconditum, forte aliquo tempore
has ſuæ Eccleſiæ iniurias vindicabit.

Ratione ſequeſtri vel depoſiti multi quidẽ Docto-
res iuris ciuilis tenent opinionem illam, quod cleri-
cus à iudice laico diſtringi poſſit, ſed mihi nunquam
probata fuit ea ſententia, nullum enim ex tot Cano-
niſtis inueni,qui illam ſequatur.ad id autem allegan-
tur iura Ciuilia, non Canonica, vt text.in l.fin.§.pe-
nul.de bon.autor.iud.poſſid.& l.acceptam, C.de vſur.
quæ nõ obligant clericos, & ſunt nec correcta, & neq;
principaliter, neque incidenter clericus poteſt ſubijci
iuriſdi-

Digitized by Google

iuriſdictioni laicali, vt poſt Abb.& alios,dicit Dec.d.
conſ.241.in t.dub.& laicus ſemper eſt incapax iuriſ-
dictionis reſpectu clerici. Io.Monac.in c.2.de præben.
Abb.& Fel.in c.cauſam,de præſcript.Dec.d.conſ.241.
Decia.d.cap.9.num.14.15.vbi alios citat,& vt ciuilia
iura de iuriſdictione laicorum magiſtratuum contra
34 clericos ſunt correcta, † vt in Auth. Statuimus, C.de
Epiſc.& cleric.in c.2. & 3. de foro comp. Cagnol.in l.
nemo qui condemnare, in fine, ff.de reg. iur. Decia.d.
c. 9. num. 9. & ideo conuenio cum Tiraq. de retractu
conuent. §.4.gl.7. nu.10. qui multum dubitat de veri-
tate dictæ deciſionis,quinimo,ego non dubito,ſed cō-
ſtan ter teneo eſſe falſam, inſpecto iure Canonico.

Omiſeram rñdere ad argm̄ factum de clerico, qui
pro defenſione rei venditæ cogitur comparere coram
iudice laico,coram quo emptor moleſtatur:dico autē
quod quæſtio multa habet capita.aliqñ enim clericus
comparens coram laico dicit ſe velle iudicium in ſe
ſuſcipere,& hoc caſu non eſt remittendus ad iudicem
Eccleſiaſticum, quia ex eius perſona non variatur fo-
rus, & ſuum priuilegium non debet actori nocere, ita
vt derelicto iudicio inchoata trahatur ad Eccleſiaſti-
35 cum † iudicē. ita Anch. in c.ſignificaſti,nu.15.de foro
comp.& in c.ea quæ,q.17.num.21.de reg.iur. in ſexto.
aliqñ vult aſſiſtere liti,vt illum defendat qui fuit con-
uentus,& idem eſt,quia cum ſit actor debet corā laico
proponere ſuas exceptiones , quia cōditio aduerſarij
nō debet fieri deterior ob perſonam defenſoris, l.3. §.
defendi,ff.ex quib. cau.in poſſ.eat. Anch.in locis præ-
dictis. aliqñ clericus habet directum dominium rei,
& conuento emphyteuta vel vaſallo clericus dicit ſe
pro ſuo intereſſe velle illum defendere, ſed coram ſuo
36 iudice, & tunc ad Eccleſiaſticū eſt remittēdus. †Spec.
in tit.de primo, & ſecundo decret.§.reſtat videre. An-
cha.d.c.ea quæ,in q.17.aliqñ clericus à laico conueni-
tur,vt condemnetur pro euictione, & tunc remittitur
ad ſuum iudicem, quia dr̄ principaliter cōueniri , &
contra eum datur libellus,& qñ conuenitur tanquam
37 principalis ſēper † remittitur,vt p Anch.locis prædi-
ctis. Ang. in l.nō ſolū,§.quod vulgo,ff.de vſucapio.vbi
infert , ꝙ nominatus in iudicio à colono pōt forū de-
clinare,& trahere agētem ad Eccleſiaſticum iudicem.
Abb.in c.fi.§.fi.nu.28.extra vt lite non conteſt. Dec.in
cōſ.700.nu.6.& ſeq.& hoc modo intelligi debet Caſt.
in l.venditor,num.3.ff.de iud. vbi dicit,quod clericus
trahit aduerſarium ad forum ſuum : verificatur enim
eius dictum qñ conuenitur ab emptore pro euictione,
non qñ comparet vt defendat emptorem contra acto-
rem. Aret.in §.actionum,nu.27.Inſtitu.de actio.hoc ēt
modo intelligi debent illi Doctores, qui pro hac par-
te citantur à Boet. in deciſ.69.nu.30.Cagn.d.l.vendi-
tor,nu.31.aliud enim eſt,quod clericus velit ad Eccle
ſiaſticum iudicem trahere eum qui agit cōtra empto-
rem : aliud vero quod velit ipſum emptorem trahere
agentem pro euictione,nam in primo caſu oēs tenent
eundem iudicem primæ cauſæ adeundum,in ſecundo
vero non.& hāc diſtinctionem ponit Ang.in l.qui ab-
ſentē,col.pen.verſ.& adde quod ſi venditor,ff.de pro-
cur.dum vult quod ſecundo caſu intercedat mandatū
Eccleſiaſtici,quia citatur vt pars. ſequitur Lancell.in
d.l.venditor,& clarius ceteris Cagno.ibi,num.23.vbi
poſtq̄ poſuit regulam quod iudex primæ cauſæ poteſt
cognoſcere inter emptorem , & venditorem in cauſa
euictionis,ēt ſi venditor ſit priuilegiatus, limitat non
procedere in clerico vēditore , qui coram Eccleſiaſti-
co conueniendus erit, & ponit rationem quia lex non
facit eum iudicem quē pars volens nō poſſet eligere.

Poſtremo nō obſiſtit opinio Blanchi qui vult quod
fideiuſſor iudicatum ſolui quāuis clericus exigatur à
iudice laico,quia eſt ſingularis contra rationes,& au-
thoritates prædictas,& Soc.ab eo allegatus tenet cō-
38 trarium,† & tranſit eum Anch.propterea in refellen-
da eius ſententia non eſt multum laborandum .

Secundo rñdetur , quod etſi vera eſſet deciſio Blan-
chi,quæ tñ eſt falſa, procederet qñ fideiuſſio eſſet præ-
ſtita in iudicio,at vbi præſtita eſt in cōtractu, vt in fa-
cto contigit,ſecus omnino eſt:nam contra eum qui fi
deiuſſit in iudicio ſentētia mandatur executioni ſine
nouo proceſſu , contra vero fideiuſſorem contractus
requiritur nouus proceſſus, aliàs contra eum exequi
39 non pōt ſententia.† l.grege, §. ſi cum defenſores,ff.de
pigno.Oldr.Spec.Io.Andr.Cin.& Gul.Cun.quos om-
nes citat Barto.in l.1.ff.iudic.ſol.vbi ait quod ſi in iu-
dicio acceptus eſt fideiuſſor iudicatum ſolui,procedi-
tur contra eum abſque noua inſtantia , ſed ſi fideiuſſit
extra iudicium ſnīa nō mittitur executioni , ſed opus
eſt nouo proceſſu, & ſubdit, ꝙ omnes ita tenent. hanc
dicit cōem concluſionem Iaſ. in l.duob. reis, §. ergo ſi
quis,ff.de iureiur.poſt Bal.ibi Anch.in c.1.de mut.pe-
tit.Soc.in conſ.91.nu.8.vol.4. Marſil.in rub.ff.de fide-
iuſſor.nu.349.in fin.Ruin.in conſil.140.nu.9.vol.1.vbi
quod ſententia contra debitorem non mittitur execu
tioni contra fideiuſſorem ex contractu:diſputat tamē
an ei noceat ſententia , & confeſſio . hanc etiam dicit
cōem Alex.in conſi.131.nu.7.vol.2. Aret.in conſil.78.
poſt princ. Natta in conſi.345.nu.1.Ancha.moder.fa-
mil.quæſt.19.in princ.lib.2.Crau.conſ.272.num.8.vbi
quod non eſt citandus qñ taxātur expenſæ , quod etiā
voluit Aſin. in ſua praxi,§.32.c.9.in fi. & tunc dr̄ fide-
iuſſor iudicij qñ ſit fideiuſſio in iudicio, & penes acta,
40 non autem quādo per inſtrumentum extra † iudiciū.
ita declarat Bal.ad Spec. in tit.de ſent.col.9.verſ.item
contra fideiuſſores, ſequitur Bero.in conſ.206. nu.30.
vol.3.Soc.conſ.283.col.fin. vol.2.vbi poſt.Barto.ponit
rationem diuerſitatis , quia ſcilicet fideiuſſor iudicij
videtur conſentire iudicio,ꝙ ſit ipſo præſente ſciente,
& patiēte, ſecus in fideiuſſore cōtractus.Boſſ.in tit.de
carcera. fideiuſſo. relax. nu.60. cum ergo contra fide-
iuſſorem cōtractus non procedatur executiuè,ſed no-
uus proceſſus requiratur, infertur,quod clericus, qui
in contractu fideiuſſit non pōt conueniri coram laico
iudice, quia in fideiuſſore contractus ceſſat ratio quæ
militat in fideiuſſore iudicij,& propter quam Blanch.
dicit quod fideiuſſor iudicatum ſolui, quamuis cleri-
cus,poſſit conueniri coram laico,quinimo ex doctrina
Barto.in d.l.1.ff.iudic.ſol.& Soc.d.conſil.283.confun-
ditur ea opinio Blanchi in totum:nam mouetur ex eo
quod executiuè procedatur ſine nouo proceſſu: at ra-
tio differentiæ inter fideiuſſorem contractus , & fide-
iuſſorem iudicij, quare ſcilicet in vno requiratur no-
uus proceſſus, & non in alio eſt,quia fideiuſſor iudicij
tanquam ſciens,patiens, & conſentiēs cauſam agita-
ri,ſibi præiudicat , & non poteſt allegare quòd ſit res
inter alios acta , quòd ſecus eſt in fideiuſſore contra-
ctus qui approbare nō dicitur iudicium, nec illi con-
ſentire : hæc autem ratio ceſſat , & non militat in cle-
rico,quia etiamſi ſciat,& taceat imò expreſsè conſen-
tiat,nō poteſt iudicem approbare, vel iuriſdictionem
prorogare ; ideo ſi in eo ceſſat ratio ceſſare etiam de-
bet diſpoſitio. Accedat quod vt dixi fideiuſſio fuit nul
liter præſtita à clerico coram iudice laico , ſecundum
deciſionem Anchar. quam ſupra allegaui.

SVMMARIVM.

1 *Dos data primo viro,cenſetur repetita ſecundo,etiam quan-
do data eſt ab extraneo , & matrimonium contrahitur ſpi-
rituale.*

2 *Fallit tamen, quando de dote primi matrimonij conſtat ſola confeßione.*
3 *Confeßio facta in teſtamento, non probat, niſi ſit iurata, vel recepta à parte.*
4 *Confeßio dotis receptæ probat ēt in præiudicium creditorū.*
5 *Confeßia dotis receptæ præſumitur vera, quando præceßit promißio.*
6 *Præcipuè, quando maritus confitetur non vxori, ſed eius fratribus.*
7 *Confeßio dotis receptæ præſumitur in totum vera, ſi probatur vera pro parte.*
8 *Confeßio facta in teſtamento non habet vim legati, ſi præceßit promißio.*
9 *Dos data primo viro, cenſetur repetita ſecundo, vnà cum donatione propter nuptias facta à primo viro.*
10 *Dos eſt ius vniuerſale.*
11 *Vniuerſalis diſpoſitio continet etiam futuras acceßiones.*
12 *Augmentum dotis venit ſub lucro dotis delato à ſtatuto.*
13 *Dos data donationem meretur propter nuptias.*
14 *Augmētum dotis dicitur pars dotis, & idem cum ipſa dote.*
15 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
16 *Res de facili reddit ad ſuam naturam, & ibi exornatur.*
17 *Donatio propter nuptias differt ab augmento dotis.*
18 *Donatio propter nuptias ad quem fiat effectum.*
19 *Donatio propter nuptias non habet priuilegium tacitæ hypothecæ cum prælatione.*
20 *Donationis propter nuptias fructus nō ſpectant ad vxorem.*
21 *Pactum quod vxore præmoriente hæredes eius lucrentur donationem propter nuptias, eſt validum.*
22 *Decretum Montisferrati, quod vxore præmoriēte ſine filijs ex ipſo matrimonio, maritus lucretur dotem, habet locum etiam ſtantibus filijs ex priori matrimonio.*
23 *Statutum de lucro dotis in præiudicium filiorum prioris matrimonij, locum habet in dote præſumpta.*
24 *Dos data primo viro, cenſetur ſecundo repetita, ſed non in totum, quando extant filij, ſed ſecundum l. hac edictali.*
25 *Etiam quando ex alio ſtatuto mulier poßet totam dotem dare ſecundo viro in præiudicium priorum filiorum.*
26 *Præſumptio proueniens à iure communi, interpretatur ſecundum ius commune.*
27 *Res eadem poteſt diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeri.*
28 *Statutum deferens marito lucrum dotis in præiudicium filiorum primi viri, admittit quod ſecundo nubens totam dotem aßignet.*

CONSILIVM CCCXCVII.

PROPOSITAE quæſtiones non maximam videntur continere difficultatē, ideo breuiter abſoluam præſentē conſultationem, & quod attinet ad primam, concludo, quod etſi dote, quam Mag. D. Paula conſtituit Mag. D. Vincentio primo eius viro, aliter non appareat, q̄ ex mariti confeſſione, de qua in inſtrō mihi oſtenſo, tamen illa eadem dos cenſetur quoque cōſtituta Mag. D. Io. Franciſco, cui ſecundo loco nupſit, quia hæc eſt communis regula, quod dos data primo viro, cenſetur re-
1 petita, † & aſſignata ſecundo, vt eſt tex. expreſſus in l. dotem, ff. de iure dot. vbi dicitur, ſemper intelligi datā ſecundo, cum non probatur contrarium; & idem eſt in extraneo dotante, qui ſi conſentiat mulieri conuolāti ad ſecunda vota, vī dotem repetere, quamuis ſtipulatus eſſet illam ſibi reddi, l. cum maritus, ff. de pact. dot. & in patre eſt tex. in Auth. Sed quamuis, vbi gl. in ver. ſortuita, C. de rei vxor. act. q̄ ibi ſequuntur Cin. & Salic. quinimo, ſi ſecundo loco matrimonium contrahat ſpirituale, vt ſi monaſterium ingrediatur, habebit dotem, ac ſi ſecundo viro copulata eſſet, §. ſed hoc in præſenti, in Auth. de ſanct. Epiſc. Cin. d. Auth. Quamuis, nu. 6. & hanc ſententiam, quod mulier ſecundo nubēs dare intelligatur ſecundo viro dotem, quam primo conſtituerat, tenuerunt Cum. in conſi. 159. col. 2. Abb. in conſi. 46. in ſecundo dubio, vol. 1. Caſtr. in l. ſi mulier diuertit, col. 1. ff. ſolut. matrim. Imola, Alex. Soc. Curt. ſen. Curt. iun. Bal. Nou. Ruin. Pariſ. Soc. iun. Calcan. & Bertrand. quos omnes refert, & ſequitur communem dicens Roland. in tract. de lucro dot. quæſt. 75. num. 6. addo Aret. in §. fuerat, num. 29. Inſtitut. de actio. Boer. deciſ. 137. num. 1. Alciat. in conſ. 88. num. 3. Viui. commun. opin. lib. 1. concluſ. 223. Nattam in conſi. 571. nu. 1. Phanuc. in tract. dot. gl. 10. num. 31. deciſ. Pedemon. 21. num. 1. & ratio eſt, quia non præſumitur ſecundo nubētem velle ad virum accedere indotatam, l. diuus, ff. de iure dot. id quod locum quoque vendicat, ſi primum matrimonium inualidum ſit, quia ex actu quāuis nullo, declaratur voluntas, l. fin. cum ibi not. ff. de reb. cor. Ruin. in conſil. 224. num. 5. volum. 1. ſequitur Phanuc. d. glo. 10. num. 31. verſi. quod amplia, & ſi extet ſtatutum prohibens, ne mulier contractum aliquē facere poſſit ſine propinquorum conſenſu vel interuentu, non tamen impediet hanc iuris præſumptionem, ſecundum quam mulier videtur ſecundo viro aſſignare dotem quam primo dederat, vt probat late Ruin. in conſi. 61. num. 3. vol. 3. & volunt Doctores, ſtatutum de dote lucranda non minus locum habere in tali dote præſumpta, quam in verè aſſignata, vt tenent gl. Bald. Cum. Abb. Caſtr. & plures alij, quos congerit Rol. d. quæſt. 75. nu. 15. Phanuc. d. gl. 10. nu. 7. deciſ. Pedem. 21. per totam.

Et non obſtat, quod de dote data D. Vincentio primo viro appareat ſolum per illius confeſſionem, quo
2 caſu dos confeſſata à primo viro † non cenſetur ſecundo viro repetita, vt per multa concludit Alex. in conſil. 122. per totum, vol. 7. quem ſequitur Rol. in d. tract. q. 80. num. 9. Phanuc. d. gl. 10. num. 35. Cephal. in conſil. 101. nu. 16. & Alex. ſequitur quoque Bellon. in conſil. 19. num. 18. quia eorum dicta procedunt in confeſſione primi viri, quæ emiſſa fuit in teſtamēto, quæ ideo non ſuſtinetur tanquam confeſſio, nec dotem probat,
3 niſi ſit vel iurata, vel † parte præſente prolata, vt not. Bartol. in l. cum quis decedens, §. codicillis, ff. de leg. 3. Butr. Abb. & Felin. in c. ſi cautio, de fide inſtrum. Florian. in l. cum de ætate, ff. de probat. cum pluribus alijs ſimilibus, ſed ſuſtinetur tanquam legatum, l. qui vxori, ff. de auro, & argen. leg. Bar. d. §. codicillis, & in d. l. q. vxori, vbi loquitur in ſpecie de legato dotis. & poſſunt plura allegari, at in p̄ſenti caſu maritus D. Paulæ non eſt dotem cōfeſſus in teſtamento, ſed inter viuos, quia per decennium, antequam occumberet, per inſtrumētum publicum cōfeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe à fratribus D. Paulæ aureos mille, aliàs ſibi promiſſos pro dotibus, & hæc cōfeſſio probat dotis numerationem,
4 non modo in præiudicium viri, ſed etiam † creditorū, ſecundum Bart. in Auth. Sed iam neceſſe, C. de donat. ant. nupt. Boer. in deciſ. 330. num. 3. Rube. in conſi. 78. col. 3. verſ. vltimo facit. Cotta in memor. incip. dos habet. Crauet. in conſi. 44. num. 1. Tiraq. de retractu conuent. §. 4. glo. 6. num. 14. Anch. mod. lib. 2. quæſt. 31. nu. 4. Roland. in conſi. 74. nu. 9. volum. 4. Et quamuis hæc opinio patiatur aliquam contradictionem, tamen ex his quæ occurrunt in facto, redditur indubitata. extāt enim inſtrumenta promiſſæ dotis facta de tempore quo Domina Paula cōtraxit matrimonium cum Domino Vincentio, quæ ideo iuſtificant ſubſequutam confeſſionem, ne facta videatur vel donandi animo, vel ſub ſpe futuræ numerationis, vt eſt tex. in l. in contractibus, verſi. illis enim, C. de non numer. pecun. per

quem

Digitized by Google

quem dixit Io. And. ad Spec. in Rubr. de don. inter vir.
& vxor. in fi. verſi. hoc verum, quod confeſſio dotis re-
5 ceptæ factæ à viro præſumitur vera, ſi præceſſit † dotis
promiſſio, qui enim habet aliquem obligatũ, & contra
eum agere põt, non cogitur ſolutionem confiteri, an-
tequam facta ſit, & ppea ſi confiteatur, veriſimile eſt,
quod verè ſolutionem receperit, & repellitur ab exce-
ptione pecuniæ non numeratæ, vt declarat Cin. in d. l.
in contractibus, §. quoniam, nu. 5. vbi Salic. nu. 7. id qđ
Caſtr. num. 7. dicit menti perpetuo tenendum, & non
eſſe alibi, & ſubdit, nu. 7. ita cõſuluiſſe, & eſſe magnam
limitationem ad titulum de dote caura non numer.
& non miratur quod Bal. & Ang. hoc non tangant, &
idem Caſtr. in conſil. 383. col. 1. verſic. ſecundus caſus,
vol. 2. dicit huiuſmodi confeſſionem præiudicare non
minus quàm ſi per teſtes vera probaretur numeratiu,
quia non debet præſumi facta in fraudem, ſed pro li-
beratione eius qui ſic promiſit, poſtquam ſubeſt cauſa
ſuper qua verè potuit confeſſio emitti. idem Caſtr. in
l. 1. nu. 8. verſi. quartus caſus, ff. ſol. matr. vbi Soc. nu. 78.
& Bal. Nouel. nu. 210. Rom. in l. ſi conſtante, num. 44. ff.
eod. tit. vbi inquit, hãc deciſionem eſſe quotidianam,
& menti tenendam, & in conſi. 441. num. 8. verſ. & hęc
omnia, Affl. in dec. 402. nu. 24. Bal. Nouel. de dote, par.
10. col. 8. verſi. ſeptimo fallit, & ſequuntur plures alij,
quos aliquando retuli: idipſum autem confirmatur,
quia confeſſio facta fuit erga fratres Dominæ Paulæ,
6 non erga eam, & ideo † præſumitur vera non ſimula-
ta, nec facta animo donandi. Dec. in conſi. 536. num. 9.
verſ. ad hoc ẽt reſpondetur, non enim dicitur hęc con-
feſſio emiſſa inter perſonas ſuſpectas, vt qũ in fauorẽ
vxoris emanauit, & ideo inquit Salice. in Auth. Sed iã
neceſſe, C. de don. ante nupt. quod ſi vir fateatur dotẽ
à tertio recepiſſe, præſumẽdum eſt illam fuiſſe actua-
liter numeratam, & eius dictum appellat ſingulariſſi-
mum Iaſ. in §. fuerat, nu. 89. Inſtit. de act. Marſ. in ſing.
345. Accedit quoque quod pro parte conſtat de vera
numeratione per inſtrumentum in quo legitur actua-
7 liter ſolutos fuiſſe aureos trecentos, & † ideo confeſſio
quę pro parte probatur vera, prẹſumitur in totum ve-
ra, ſecundum Soc. in conſi. 82. nu. 2. verſi. confirmo, vol.
3. Dec. d. in conſi. 536. nu. 10. Bero. in conſi. 60. num. 43.
verſi. & quamuis dictum, vol. 2. vbi id ait procedere, ẽt
ſi ſolutio alicuius partis probetur ea priuata ſcriptu-
ra, Crau. in conſil. 158. Natta in conſi. 547. nu. 26. aliud
igitur eſt, quod confeſſio dotis receptæ ſit facta in in-
ſtrumento, aliud verò quod inter eos facta fuerit, &
aliud, quod ſit nuda, aliud quod ſit ex alijs plurib. cõ-
iecturis, & adminiculis comprobata: quia primo caſu
non probat dotem, nec ſuſtinetur tanquam dos: ſecun
do vero caſu eſt veræ dotis probatio, & gaudet priui-
legio dotis, & hanc differentiam inter dotis confeſſio-
nem, quæ manauit ea vltima voluntate, & eam, quæ fit
inter viuos ſatis clare conſtituit Ripa in l. feminæ, C.
de ſecund. nupt. num. 47. vbi dicit, quod facta in vlti-
ma voluntate, habent vim legati, ſi non præceſſit pro-
8 miſſio, innuit ergo, quod ſi † præceſſiſſet, non haberet
vim legati, & infert ad pulchram quæſtionem, vt ibi
per eum. Cum igitur de dote conſtet ex confeſſione
facta in teſtamento, non poteſt illa dici dos data pri-
mo viro, quia non ſuſtinetur illa confeſſio tanquam
dos, & ita non verificatur præſuppoſitum gl. in l. man
cipia, C. de ſeru. fugit. ſed quando extat confeſſio inter
viuos, probatur dotis titulus, & bene dicitur dos data
primo viro, non enim poteſt reperi ſecundo viro, niſi
eſſet dos penes primum, & vt dicam inferius, facilius
datum præſumitur in dotẽ id, quod aliquãdo fuit do-
tale, quã quod dotis naturam nunquã aſſumpſit: non
mirum ideo, ſi legatum nõ cenſetur datum in dotem.

Maior autem inſurgit difficultas circa ſecundũ du-
bium, quia ſicuti ſecundo viro D. Paula cenſetur aſſi-
gnare dotem, quam primo viro dederat, ita etiã vr̃ do
9 nationem pp nuptias † factam à primo viro tradidiſ-
ſe. hoc enim voluit in terminis Ruin. in conſ. 53. nu. 28.
vol. 2. dicens, quod idem ius eſt in augmento dotis, qđ
in ipſa dote, l. etiam, C. de iure dot. l. inter ſocerum, §.
cum inter, ff. de pact. dot. & hæc opinio comprobatur,
10 quia † dos eſt ius vniuerſale, l. quod dicitur, ff. de im-
pen. in reb. dot. ſact. Doct. in Rubr. ff. ſol. matr. vbi Ri-
pa, nu. 43. dicit eſſe cõmunem, & ante eum Iaſ. ibi, nu.
28. 30. & ſeqq. Crot. nu. 65. Parpal. nu. 26. & Io. Annib.
nu. 390. Rol. de lucro dot. q. 100. num. 4. Rub. in conſil.
25. num. 8. Vinc. Carroc. in c. cum quid, in 1. par. nu. 6.
fol. 67. de reg. iur. in ſexto. concellio autem, quæ fit per
nomina vniuerſalia, vt gregis, peculij, & ſimilium, in-
11 cludit etiam futuras † acceſſiones, & augmẽta ſuper-
uenientia, l. grege, ff. de leg. 1. l. peculium, ff. de leg. 2. l.
penul. ff. de fund. inſtru. c. quia circa, & c. cum capella,
de priuil. Bar. in l. ſi ita, nu. 4. ff. de auro, & arg. leg. quia
ſecũ eum futura numerantur inter acceſſiones. idem
Bar. in l. fi. §. qui indiuiſam, in 1. oppoſ. ff. de leg. 2. & in
conſi. 51. in prin. vol. 2. Ang. in l. ſi ſeruitus, col. 4. verſi.
reſtat videre, ff. de ſeruit. vrb. præd. & ideo cum dicitur
dotem datam primo viro cenſeri repetitam in ſecun-
do matrimonio, intelligi debet cum omni acceſſorio,
quia ſub vniuerſali ſignu veniunt acceſſoria. Bart. in l.
ſi cui, la ſeconda, §. ſi à filio, ff. de leg. 1. Natta in conſil.
435. nu. 17. Secundo augmentum dicitur pars dotis, &
vna & eadem res non debet diuerſo iure cẽſeri, l. eum
qui ædes, ff. de vſucap. & ideo concludit Abb. in conſi.
46. nu. 1. vol. 1. quod ſtatutum de dote lucranda locum
12 habet etiam † in augmento, Campeg. de dot. in 5. par.
q. 19. & ſequuntur Pariſ. & alij quos refert Roland. in
tract. de lucro dot. quæſt. 100. per totam, vbi mouetur,
quia augmentum ſuper additũ non conſtituit nouam
dotem, ſed eſt eadem dos, l. ſi proprietati, vbi Bald. ff.
de iure dot. & priuilegium hypothecę competens do-
ti, competit etiam augmẽto, vt in Auth. de æqual. dot.
vbi Ang. & idem dicit de priuilegio prælationis, quod
datur etiam pro augmento, ſicut pro dote, de quo po-
nit Tiraquel. de retract. conſang. §. 1. glo. 7. num. 19. &
facit generalis regula, quod augmentum ſequitur na-
turam ſui principalis, & de eo idẽ eſt iudicium, quod
de principali, vt latè ponit idem Tiraquel. in d. tract.
§. 1. gl. 18. num. 51. latè Cæphal. in conſil. 156. num. 25.
Menoch. in conſi. 93. num. 13. qui omnes loquuntur de
augmento dotis, referentes plures alios idem tenẽtes.
Tertio, dicit tex. in l. cum multæ, in princ. verſ. ſi igitur,
Cod. de don. ante nupt. quod dos, & donatio ante nu-
ptias nihil differt nomine, vel ſubſtãtia, & ideo ſicuti
ſecundo viro cenſetur data dos, quę fuerat primo aſſi-
gnata, ita & donatio facta à primo viro, quę à dote nõ
differt. & quamuis hanc concluſionẽ impugnet Natta
in conſi. 171. in primo dubio, tamen vera videtur, & ſu
ſtentabilis, per ſupradicta, & nõ obſtat, quod l. etiam,
C. de iure dot. & §. cum inter, quos text. allegat Ruin.
in d. conſi. 53. loquantur de augmento facto à muliere
vel ex parte mulieris, aliud vero fit in augmẽto, quod
prouenit à marito, & quod non datur, ſed ſuſcipitur
à muliere, vt dicit Natta in loco prædicto, quia ad hoc
duplici modo videtur reſponderi poſſe. primo nõ eſſe
attendendum, quia dummodo ſequutur effectus non
eſt curandum de modo, l. ſi mater, C. de inſtit. & ſubſt.
Doctor. in l. Gallus, §. & quod ſi tantum, ff. de liber. &
poſthum. in conſi. 35. num. 45. & ideo ſi dos augeatur à
tertio, non à muliere, neque ab alio eius parte, nonne
idem erit de tali augmento iudicandum, quod de reſi-
duo dotis, certe nemo negabit; apparet igitur non eſſe
bonam

bonam reſolutionem Nattæ, præterea ſi rationes ſu-
pradictæ non minus militant in augmento facto ea
parte viri, quam in eo, quod prouenit ab vxore, quia
vtroq; caſu dr̃ dos, & dotis naturã, & qualitates aſſu-
mit, quare in vtroq; idem nõ eſt ſtatuendum, l. adige-
re, §. quamuis, ff. ad leg. Aquil. ſecundo reſpõderi põt,
qđ donatio, quæ fit à viro, prouenſſe vr̃ ab vxore ipſa,
quia dotem dãdo maritum quodammodo compellit
13 ad faciẽdum donationem: nam dos data † donationẽ
meretur pp nuptias, Auth. Dos data, C. de don. ante
nupt. & ideo maritus condictione ex illa lege cõueni-
ri põt, vt donationem faciat, ſcđm gl. 1. ibi, quã ſequũ-
tur Odofr. Bar. Bal. Ang. & alij, Ang. d. Auth. de æqual.
dot. §. 1. Salic. in l. fi. in fi. C. ſi maior fact. alien. rat. hab.
Affl. in dec. 242. col. 1. Bal. Nouel. in tract. dot. in 6. par.
priuileg. 16. in prin. Rui. in conſi. 110. nu. 2. vol. 5. Cam-
peg. de dot. par. 1. q. 61. & ſi eam nõ facit, non lucratur
dotem ex forma ſtatuti, vt concludit Abb. d. conſi. 46.
in 1. dub. vol. 1. quem ſequitur dec. Ped. 1. nu. 21. dici
itaq; poteſt, tale augmentum ab vxore prouenſſe, quę
cauſam dedit donationi aſſignando dotes viro; quid-
quid enim eſt cauſa cauſæ, eſt etiã cauſa cauſati, Bart.
in l. 4. §. actor, nu. 2. ff. de re iud. & cauſatum referri de-
bet ad ſuum principiũ, hoc eſt ad cauſam, vt per Bal. in
tit. de nouo Codice compon. circa princ. Iaſ. in l. ſtipu-
lationes nõ diuiduntur, nu. 21. circa fi. ff. de verb. oblig.
Cur. iun. in conſi. 1. nu. 8. & 9. latè dec. Ped. 167. nu. 25.
& ſeq. ſicuti igitur augmẽtum factum ea parte vxoris,
cenſetur ſecundo viro repetitum, vt ipſe quoque Nat-
ta admittit, ita, & illud qđ fit à viro intuitu dotis datę
ab vxore, quia vr̃ tale augmentum ab vxore proueniſ-
ſe, quæ cauſam dedit donationi, ſeu augmẽto, & ita ſu-
blatum remanet fundamentũ Nattæ. Non obſtat etiã,
quod idẽ dicit, nu. 6. quod ſcilicet aliud ſit dos, aliud
donatio facta à viro, tum quia inter ſe differant nomi
ne, tum vero quia vtrumq; ſeparatè tractatur, & titu-
lorum diuerſitate diſtinguitur: nam reſpõdeo, hoc ve-
rum eſſe, conſiderando donationem, prout in eſſe pro-
ducitur, nam tunc eſt quid diuerſum à dote, & diuerſo
cenſetur iure, & ad hunc effectum diuerſum habet no-
mẽ, & ſeparatè de ea tractatur; ſed ſi eam reſpiciamus
tanquam in eſſe productam, vtiq; nihil à dote differt,
& illius omnimodam aſſumit naturam, & ſecundum
eam regulatur, & in ſumma, neq; nomine, neq; ſubſtã-
tia differt à dote, vt dicit tex. in d. l. cum multę, ver. igi-
tur, C. de don. ante nupt. & augmentum dotis dicitur
14 pars † dotis, & vna ac eadem res cum ipſa dote, vt in-
quit Abb. in d. conſi. 46. nu. 1. vol. 1. & efficitur ipſa dos
ſubſtantialiter, vt ponit Aret. in l. placet, col. 2. ver. ex-
tra gl. ff. de acq. hær. Iaſ. in conſi. 171. col. 5. verſic. item
valet, vol. 4. Reſponderi etiam poteſt, quod etſi aliud
in ſubſtantia ſit donatio, ſeu augmentum dotis, aliud
ipſa dos, tamen quoad iuris effectum, idem ſunt, quia
diſpoſitum in vno, locum habet etiam in altero, vt ſi
ſtatutum fiat, vel pactum de dote lucranda, procedit
etiam in augmento, vt eſt tex. in d. l. cũ multæ, §. ſin aũt
donatio, l. ex morte, & l. lege leonis, C. de pact. cõuent.
Natta in conſi. 258. nu. 8. Bello. in conſi. 17. nu. 2. Pha-
nuc. in tract. dotis, gl. 9. nu. 47. D. Becius in conſ. 43. nu.
18. & ideo ſicuti dos data primo viro, cenſetur repeti-
ta ſecundo, ita & donatio, ſeu augmentum. Poſtremò,
non obſtat, quod in augmẽto ceſſet ratio illa propter
quam dos primi viri videtur repetita, quæ eſt, quia pri
mo viro fuit data, quod dici non poteſt de donatione,
quæ non fuit primo viro data. In primis enim pro re-
ſponſione dici poſſet, hanc non eſſe rationem, quia ea-
dem eſt cum d. l. quod hærede, ff. de pet. hęr. l. fi. in prin.
ff. de offic. procur. Cæſa. l. Labeo, ff. de procur. l. 1. ff. de
excep. Secundo reſpõdeo, qđ et ſi illa eſſet ratio adhuc
tamen militaret in donatione, quia licet donatio non
ſit ab vxore data primo viro, dicitur tamen doti datæ
addita, & additamentum ſequitur naturam eius, cui
eſt iniunctum, vt dixi ſupra, loquendo de augmento, &
acceſſionibus; & paria ſunt, quod fuerit quid à princi-
pio datum, vel poſtea additum, & ideo ſtatutum de lu-
cro dotis datæ, habet locum etiam in dote addita, vt
per Abb. d. conſil. 46. Rol. d. q. 100. & Menoch. d. conſil.
93. nu. 13. Vltimo reſpondeo, quod ex quo vxor, quæ eſt
domina donatorum propter nuptias, ſicut vir eſt dñs
dotis, vt in Auth. de non elig. §. fi. & in Auth. de æqual.
dot. §. illud, & in §. eſt & aliud, Inſt. de donat. in Auth.
Donationẽ quoque, vbi gl. C. de iure dot. Alb. in Rub.
C. de don. ante nupt. Bal. in Auth. Siue à me, C. ad Vel-
leian. patitur maritum fructus rerũ donatarum per-
cipere, videtur eidem donationem dare, qui enim pa-
titur, & permittit, dare vr̃, arg. l. qui patitur, ff. mand.
& l. ſẽper qui non prohibet, ff. de reg. iur. & hoc modo
donatio habetur pro data, & tãquam data primo viro
cenſetur repetita ſecundo hæc fundamenta aliquãdo
me in hanc impulerunt ſententiam, ſecundum quam
memini conſuluiſſe, & vera tunc mihi viſa fuit.

Re tamẽ melius excuſſa, contrariam opinio. exiſti-
mo de iure veriorem, & non cenſeri D. Paulam in do-
tem dediſſe D. Io. Franciſcum ſecundo viro donatio-
nem propter nuptias ſibi factam à D. Vinc. primo vi-
ro, quia non extat lex quæ hoc dicat, & erubeſcimus
15 cum ſine lege † loquimur, l. illam, C. de collat. & quod
non dicit lex, nec nos dicere debemus, l. ſi ſeruum, §. nũ
dixit, ff. de acq. hær. Bald. in c. 1. §. etſi vaſallus, ſi de feu.
fuer. contro. inter dom. & agn. & allegans ius, tenetur
illud probare, Bal. in conſi. 390. in fi. vol. 3. & quod ex-
preſſe ſancitum non reperitur, ſuperſtitioſis non eſt
inuentionibus præſumendum, c. conſuluiſti, 2. q. 5. latè
D. Becius in conſi. 23. nu. 5.

Secundo, quia aliud eſt donatio propter nuptias,
aliud dos, vt colligitur ex diuerſitate nominum, quæ
ſolet arguere diuerſitatem rei, l. ſi idem, C. de codicill.
& de eis tractatur diuerſis in locis, & ſeparatis, vt eſt
videre ex titulis poſitis ff. & C. & ponuntur paſſim tã-
quam diuerſa, vt in l. vt liberis, C. de collat. ibi, tã dos,
quam ante nuptias donatio, l. vbi adhuc, C. de iur. dot.
ibi, dotis & ante nuptias donationis. ita in terminis
arguit Natta in d. cõſ. 571. nu. 6. & ex differentijs, quæ
ſunt inter dotẽ, & donationẽ pp nuptias, dignoſcitur
diuerſitas, nã dos datur ab vxore, vel eius nomine, do-
natio vero p vxorẽ recipitur, & fit à viro, & poſſẽt plu-
res aliæ notari diuerſitates, quas ſciẽs omitto. ſi igitur
inter ſe differũt diſpoſitio loquẽs de dote, nõ verifica-
bitur in donatione pp nuptias, & cõſequẽter licet dos
primo viro data, præſumatur repetita ſecundo, tñ non
ita erit in donatione facta à primo viro, quia illa non
eſt dos, & vbi non conueniunt verba, non conuenit
etiam diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infect. l. ſi ſer-
uum, §. non dixit, ff. de acq. hær. Rom. in conſ. 442. nu. 2.
& ea diuerſis non infertur, l. Papinianus, ff. de minor.

Tertio non conuenit donationi propter nuptias ra-
tio, per quam dos primo viro data cenſetur ſecundo
repetita, ſi enim attendamus rationem quam ponit
Natta d. conſi. 571. nu. 2. vt quia ſit data primo viro,
vtique ea non verificatur in donatione, quæ non po-
teſt dici data primo viro, ſi verò velimus rationẽ eſſe,
quam ponit tex. in l. diuua, ff. de iure dot. quia ſcilicet
non ſit veriſimile, quod voluerit accedere indotata ad
maritum; hæc quoque non infert, quod videatur cum
dote donationem aſſignaſſe, quia dicitur ſatis dotata,
ſi videatur primam dotem cõſtituiſſe, & ſanè non ita
facile præſumi poteſt de donatione, vt conſtituta vi-
deatur pro dote ſecundi matrimonij, ſicut de prima

dote:

dote: Nam facilè eſt præſumere quod dos fuerit repe-
rita, quia iam ſemel alij fuit aſſignata, & ita conſueuit
matrimonij oneribus deſeruire; factum enim præſu-
mitur, quod conſuetum eſt fieri, l. ſi. C. de fideiuſſ. Bal.
in Rubr. C. de fid. inſtr. nu. 8. de quo plura ponit Euer-
rar. in loco 63. per totū. latiſſimè Ant. Gab. com. opin.
lib. 6. tit. de conſuet. conclu. 1. & bona ſolita in dotem
dari, facile eſt quod iterum dētur, arg. c. ſemel malus,
16 de reg. iur. in 6. & res de facili redit † ad ſuam naturā,
l. ſi vnus, §. pactus, verſi. quod & in ſpecie, ff. de pact. c.
ab exordio, cum gl. 35. diſt. & talis reditus iudicatur
fauorabilis, ſcd̄um gl. in c. ſtatutum, in verſic. dinume-
randum, de præben. in 6. de quo latè Iaſ. d. §. pactus, nu.
5. Ruin. conſ. 11. nu. 4. vol. 5. Tiraq. de retract. conuent.
in fine, nu. 79. & pōt dici, quod hæc bona ſolita ſint in
dotem dari, quia ſolitum dicitur, quod vna vice factū
eſt, l. meta. §. ſed etſi alimenta, vbi Bar. ff. de alimen. &
cib. leg. cum alijs apud Gabriel. com. opin. lib. 3. tit. de
locat. concl. 1. nu. 4. & ſeq. Cæph. in conſi. 28. nu. 31. &
facit, quod poſt gl. dicūt Bar. & alij, in Auth. Qui rem,
C. de ſacroſ. Eccle. quod bona Eccleſiæ, quæ ſunt ſolita
cōcedi in emphyteuſim, poſſunt de nouo ſine ſolenni-
tate cōcedi, ſequuntur plures ibi relati per Doct. præ-
cipuè Iaſ. & Dec. & idem eſt in feudo reuerſo ad Eccle
ſiam, quod pōt reinſeudari nō adhibitis ſolennitatib.
Doct. cōiter, in c. 2. de feud. & de cōi atteſtatur Cur.
iun. de feud. in 2. par. in prin. & vidētur bona quodā-
modo ad hūc vſum deſtinata ferendis ſcilicet matri-
monij oneribus; & proinde maior ratio militat præſu
mendi, quod bona aliàs data in dotem, & ſolita dari
fuerint ſcd̄o quoque viro aſſignata, quam ea quæ vxor
nunquā in hunc vſum conuertit, & facilius præſumen
dū eſt factū quid fuiſſe, quod aliàs factū fuit, quam qđ
nunq̄ fecit; hæc aūt erunt clariora reſolutis obiectio-
nibus partis contrariæ, circa quas verſatur cardo præ-
ſentis cōſultationis. & ex reſolutionibus dandis remā
nebit fundata concluſio, quod vxor ſcd̄o nubens non
vī in dotē date donationem quā habuit à primo viro.

Nō obſtat igitur l. etiam, C. de iure dot. quia loqui-
tur de additamento dotis, non de donatione propter
nuptias, & non ſolum de additamento dotis, ſed ex-
preſsè de eo, quod in dotem datum eſt, & ita clarè lo-
quitur de eo, quod fuit doti additum, & quod fuit ad-
ditum titulo dotali: ſecus tñ eſt in donatione propter
17 nuptias, quia ea differt ab augmento † dotis, vt decla
rat Campeg. de dot. in 1. par. q. 61. vbi dicit augmentū
aliud eſſe, quam donatio propter nuptias, quia eſt il-
lud, quod additur doti conſtante matrimonio, vel per
vxorem, vel per alium, & poſt Spec. Fulgoſ. Aret. Ne-
uiz. & Cæph. ita declarat ēt Menoch. d. conſ. 93. nu. 12.
donatio vero propter nuptias, fit à ſolo viro, vel alio
nomine viri, & talis donatio non aſſumit nomen do-
tis, neque efficitur dotalis, id quod oſtenditur: quia do
minium dotis eſt penes maritum, dominium vero do-
nationis eſt penes vxorem, vt §. fin. in Auth. de non eli-
gen. & dictum eſt ſupra in fine primæ partis Campeg.
d. q. 61. Neguſ. in trac. pig. in 4. mēb. 2. par. nu. 66. quod
non eſſet, ſi donatio efficeretur dos; & idipſum proba-
tur ex diuerſitate finis, ſeu effectus, ideo enim datur
dos vt facilius mulier nubat, l. 2. ff. de iure dot. & cum
ea maritus onera ſuſtineat matrimonij, l. pro onerib.
C. de iure dot. l. dotis fructus, l. plerumque, §. ſi ſerui, ff.
18 eo. tit. donatio vero propter nuptias † fit principaliter
vt ſic vxori cautū pro repetitione dotis, & ei ſatisfiat
de rebus ſic donatis, ſi caſu contingat maritum aliun-
dè non habere, vt dixit gl. in §. eſt & aliud, Inſt. de do-
nat. & in §. ſi. in verſ. percipiat, in Auth. de non eligen.
not. in c. peruenit, vbi Abb. & Imola, de empt. & vend.
Campeg. d. q. 61. Neguſ. in d. 4. mem. 2. par. nu. 66. Lup.
in d Rub. de don. int. vir. & vxor. §. 17. nu. 2. Becius cōſ.
43. nu. 12. quinimò, dicitur talis donatio obligata vxo
ri pro dotium reſtitutione, ita, vt non poſſit vir eam
alienare ēt conſentiente vxore, vt in Auth. Siue à me,
vbi Bal. & Salic. C. ad Velleia. Campeg. & Lup. in locis
ſupra relatis. Si verò donatio efficeretur dos, & dotis
naturam aſſumeret, vtique deſeruiret ad eundem finē
cum ipſa dote, & non eſſet obligata vxori pro dote.
Alia etiam extat differētia, quia vxor pro dote habet
hypothecam tacitam cum priuilegio prælationis, ſed
19 tale priuilegium non competit † pro donatione, vt §.
his conſequens, in Auth. de non eligen. Cin. & Bal. in
l. aſſiduis, C. qui pot. in pig. hab. Neguſ. in d. 4. mēbro,
nu. 64. Natta in conſ. 253. nu. 7. & d. conſ. 571. nu. 9. &
ita conſtat differre inter ſe, dotem, & donationem, nō
ſolum in modo conſtituendi, ſed etiam in effectu, & fi-
ne, ac in priuilegijs. Et propterea licèt de augmento
idem iudicandum ſit, quod de ipſo principali, tñ hoc
eſt verum, quo ad verum dotis augmentum, quia illud
vnitur cūm ipſo principali, & fit vnica dos, & ita d. l. ēt
declarat Natta, d. conſi. 253. nu. 7. & d. conſi. 571. nu. 9.
ſecus tñ eſt, quoad donationem, quia illa non eſt aug-
mentum dotis, vt per Campeg. d. q. 61. vbi declarat,
quid ſit augmentum, & quid donatio, quinimò inquit
Alba in conſi. 22. nu. 5. & in conſi. 68. nu. 1. quod ſi ma-
ritus in inſtr̄o dotali augeret dotem vxoris, tñ intelli-
geretur donatio, quia quicquid datur vxori per mari-
tum, habito reſpectu ad dotem, dicitur donatio pro-
pter nuptias, l. cum multæ, in prin. & §. ſancimus, C. de
donat. ante nupt. Cum igitur agamus de donatione,
& non de augmento dotis, ſequitur illum text. & §.
cum inter, non obſtare, neque conferre ad præſentem
quæſtionem. & in iſtis ēt terminis procedit conſilium
Ruini 53. nu. 28. vol. 2. quia loquitur in dote aucta per
maritum in ſuo teſtamento, nō aūt de donatione, quo
fit, vt meo iudicio non meretur reprehendi à Natta,
niſi quis velit legatum factum à viro inducere dona-
tionem propter nuptias, ſed hoc ſuſtineri non poteſt
in caſu Ruini, vbi inquit, legatum factum fuiſſe pro
dotis augmento, quia tunc apparet voluntatem ma-
riti fuiſſe dotem augere, non autem donare propter
nuptias, præcipuè cum legatum conferatur poſt mor-
tem mariti, quo tempore non ſubſunt nuptiæ, & dona
tio veniret reſtituenda, ſi antea facta fuiſſet, & ſi intel-
ligeremus de tali donatione, vtique legatum eſſet om-
nino inutile, quia ſtatim eſſet reſtituendum, propte-
reaque exiſtimo, Ruinum benè loquutum in ſuis ter-
minis, quando maritus non donauit, ſed auxit dotem.

Eodem modo reſpōdetur ad id quod dicitur, dotem
tāquam quid vniuerſale recipere augmētum, & inclu-
dere futuras acceſſiones: nam hoc admitto, ſed nego
donationem propter nuptias dici augmentum dotis,
quia per eam dos non augetur, ſed repetitioni dotis
conſulitur, & donatio ipſa neque à principio dos eſt,
nec ex poſt dos efficitur, quod ſi augmentū dici poſſet,
forte verum eſſet, quod ipſa quoque donatio in dotē
cenſeatur data ſecundo viro, & licèt propter dotem
fiat donatio, tamen aliud eſt dos, aliud donatio, vt ſu-
pra oſtendimus, propterea que iura loquentia in do-
te, non verificantur in donatione propter nuptias.

Tollitur hoc quoque collirio ſecundum, quia etſi
augmētum ſit pars dotis, & ſtatutum de lucranda do-
te locum habeat in augmento, & additamentum no-
uam non conſtituat dotem, hæc tñ omnia procedunt
in augmento, quod doti accedit, vt ſi poſtquam pater
ſemel filiam dotauit aliquid etiam donaret, & ita lo-
quitur Abb. in d. conſ. 46. Caſtr. in l. cum pater, §. pa-
ter filiæ, ff. de leg. 2. Aret. d. l. placet, & alij relati per
Rol. d. q. 100. & per alios quos ſupra commemora ui-
mus,

mus,id quod oſtenditur,dum dicunt,quod priuilegiũ
tacitæ hypothecæ ac prælationis cõpetit pro augmẽto
dotis,ſicuti pro ipſa dote,vt per Angel. in Auth. de æ-
qual.dot.nam hoc nõ põt intelligi de donatione,quia
pro ea non competit prælationis priuilegium, d.§.his
conſequens,Cin.& Bald. in l.aſſiduis, C.qui potior.in
pig.hab.declarat Neguſ.in d.4.mem.nu.64. vbi limi-
tat,qñ mulier ageret ad donationem tanquã ſibi obli-
gatam pro cautione dotium,quia tunc habet priuile-
gium,ex quo cẽſetur potius agere pro dote,quam pro
donatione, ſecus aũt, qñ ageret ad lucrum donatio-
nis,quia non haberet priuilegium: & dixi ſupra, & ſi
videantur omnes Doctores allegati in cõtrarium,di-
gnoſcetur eos de augmentu loqui,non de donatione.

Tea. autem,qui plurimum videtur vrgere in l.cum
multæ,verſ. cum igitur, licèt dicat quod dos, & dona-
tio non differunt nomine,& ſubſtãtia,tñ non debet in-
telligi,quod vnum,& idem ſint, quia ẽt lippis clarum
eſt,plurimum dotem diſtare à donatione,ſed ideo ibi
dicitur non differre nomine, quia dos ipſa dicitur do
natio pp matrimonium, ſicut etiã donatio, & vtrum-
que datur propter matrimonium,& intuitu matrimo
nij,declarat Bal.d.l.cum multæ, nu.4. qui dicit, quod
dos non eſt ſimplex donatio, etiam ſi contineret pa-
ctum de lucrando,& quod rex. dicit non differre ſub-
ſtantia,Bal.intelligit de cauſa,nempe matrimonij, &
nuptiarum,& clarius Salic.nu.4. dicẽs, quod donatio
nõ differt à dote nomine,& cauſa, quia vtraque datur
pp matrimonium, ſed eadem non habent priuilegia.

Ex his ſublata ſunt,quę adducebantur contra Nat
tam in d.conſ.571.& præcipuè dum dicebatur,idẽ eſ-
ſe iudicandũ de augmẽto facto ea parte viri, quod de
facto per vxorem,hoc enim verum eſt in caſibus quib.
per virum augeri põt dos,ita quod ſit augmentum do
tis, non autem donatio pp nuptias, vt in caſu quem
ponit Ruin.in d.conſ.53.vol.5.qñ maritus in teſtamẽ-
to legauit vxori pro augmento dotis,quia tunc,vt di-
xi ſupra, non põt dici donatio propter nuptias, cum
ea fiat ſolum conſtante matrimonio, & legatum con-
feratur in tempus diſſoluti matrimonij, at ſi per ma-
ritum augeatur dos conſtante matrimonio,illud non
eſſet dotis augmentum, ſed donatio, quia quidquid
maritus vxori donat habitu reſpectu ad dotem, dici-
tur donatio,d.l.cum multæ, Alba d.conſ.22.nu.4.

Nec mouet,quod adducebatur donationem eiuſdẽ
eſſe naturæ, cuius eſt dos, poſtquam fuit in eſſe dedu-
cta: quia reſpondeo, hoc procedere quoad æqualita-
tem pactorum,& diſpoſitionis, vt ſcilicet diſpoſita in
dote ad fauorem viri procedant quoque in donatione
ad fauorem vxoris,quia ſunt inter ſe correſpondẽtia,
& relatiuè oppoſita,vt dicit Bal.in d.l.cum multæ, nu.
4. verſ. ibi, anteferna, & in correlatiuis diſpoſitum in
vno,locum habet in alio,l.fin.C.de ind. vid. toll.l.fi.ff.
de acceptil.l.1.C.de cipreſſ.lib.11.ſed correlatione ceſ
ſante, non idem eſt in donatione, quod in dote, quia
non habent eadem priuilegia,vt dicit Sali.in d.l.cum
multæ,nu. 4. & dixi in reſolutione primi argumenti,
& pręter ibi dicta extat in alio maxima differẽtia: nã
licet maritus habeat fructus dotis, d.l. pro oneribus,
20 C.de iure dot.tñ vxor non habet fructus † donationis.
Hoſt.in ſum.de don.inter vir.& vxo.§.2.in princ. gl.in
§.eſt,& aliud,in verſ.exequentur,& ibi Ang.Inſtitu.de
donar.Bal.in Auth.Siue à me,in princ. C.ad Velleian.
Iaſ.in l.ſi fundus,in fin.ff.ſolut.matrim.Roman.ſingul.
545.& Ioan.Lup.d.Rubr.§.17.nu.2.verſ.ſed quidquid
ſit.D.Becius cõſ.43.nu.54.Iaſ.l.2.in prin.nu.9.ff.ſolut.
matrim. Certum eſt itaque, quod vbi non conſidera-
tur relatio, tunc diſpoſitum in vno, non habet locum
in alio,ideo videmus, quod etſi dos ſoluto matrimo-
nio ipſo iure transfeat ratione dominij in vxorem,l.in
rebus,C.de iure dot.tñ ſecus eſt in donatione, vt poſt
gl.dicit Bal.Nouel. de dot. part.8. priuil.6.in vlt.lim.
item quamuis non valeat pactũ,quod mortuo marito
eius hæredes lucrentur dotem,l.2.vbi glo. ff.de pact.l.
21 quamuis,C.de pact.conu.tñ valet † pactũ,quod mor-
tua muliere eius hæredes lucrentur donationẽ pp nu-
ptias,gl.in l.qđ ſcitis,in verſ.matre,C.de bon.quæ lib.
vbi idẽ tenet Bal.ſequũtur Cum.& Are.in l.2.in prin.
vbi Iaſ.nu.9.latè agit,ff.ſol.matr.qa ceſſat in donatio-
ne ratio,quæ annullat pactũ factum circa lucrũ dotis.

Quod verò attinet ad tertiam dubitationem,vide-
retur dicendum,D.Io Franciſcum lucratum fuiſſe in-
tegram dotem D. Paulę, quia etſi de iure ſtantibus fi-
lijs ex primo matrimonio maritus non lucretur dotẽ,
22 tamen † extat in hoc ſtatu Decretum,quod vxore de-
cedente nullis relictis liberis ea ipſo matrimonio,
maritus ſuccedat in dotem, & tale Decretum dero-
gare vr̃ diſpoſitioni l. hac edictali, C. de ſecund.nupt.
quia illa verba,ex ipſo,ſunt reſtrictiua,& diſcretiua,&
natura diſcretini termini eſt,quod ponit quicquid nõ
excipit,l.quæſitum,§.idem reſpondi,ff.de fund. inſtru.
& proinde dicendo,ex ipſo, videtur dicere, quod ma-
ritus lucretur dotem, licèt extent filij ex alio matri-
monio.ita Bald.in conſ.405.nu.11.vol.5.vbi dicit,de-
rogatum cenſeri illi legi, quando dicit ſtatutum,non
extantibus liberis ex eis,& facit, quia incluſio vnius,
eſt excluſio alterius,l.cũ pętor,ff.de iudic.& ſi illa ver
ba non excluderent filios prioris matrimonij, eſſent
ocioſa,& nihil operarentur,quia ſat erat dicere, ſi de-
ceſſerit ſine filijs, vt igitur aliquid operentur, dicen-
dum eſt ea tollere diſpoſitionem l. hac edictali, vt cõ-
cludit Rom. in conſi.44.nu.5.& ſeq.vbi loquitur in for
tioribus terminis de ſtatuto Mutinenſi, quo cauetur,
quod vxore prædecedente, ſi maritus non haberet fi-
lios ex ea,lucretur medietatem, &c. Sequitur Soc. in
conſi.52.nu.4.& 5.vol.3.& idem eſt,quando ſtatutum
dicit de filijs ex illo matrimonio, vt latè per Pariſ. in
conſi.91.nu.19.& ſeq.vol.3. alios plures addit Rol.in
tract. de lucro dot.q.30. q.31. & q.33. vbi alios refert
ſimiles caſus,& præter eum Alc.in conſil.88.nu.1.qui
loquitur in ſtatuto Papienſi,quo lucrum defertur ma-
rito qui ex vxore filios non habeat. Bellon. qui com-
probat in conſi.13.nu.12.vbi pluribus rationibus cõ-
firmat in ſtatuto Valentino. Menoch.in conſi.4.nu.15.
& in terminis huius decreti Natta in conſil. 308. per
totum,idem tenet Phanoc.in tract.dotis,gl.5. ver.de-
cimus eſt caſus, quãquam contrarium tenuerit Bero.
ſam.q.119.nu.4.ſequutus Soc.in conſi.35. vol.4. vide-
tur igitur nihil ex illa dote conſequi poſſe filios prio-
ris matrimonij,ſtante decreto prædicto.

Nec dicatur, hoc poſſe procedere, quando vxor fi-
lios habens ex priori matrimonio,dotẽ expreſsè con-
ſtitueret ſecundo viro, quia tunc videatur ſe confor-
maſſe cum iuris municipalis diſpoſitione; at ſecus di-
cendum ſit in dote,quam vxor non conſtituit: quia re-
ſponderi poteſt,idem eſſe in dote præſumpta,quod in
expreſsè conſtituta, nam maritus nõ minus lucratur
dotem præſumptam, quam veram, vt dixi ſupra in
principio primæ quæſtionis, & mulier dando dotem
expreſsè, vel tacitè, videtur conformaſſe voluntatem
ſuam ſecundum ſtatutum. Doctor. in l. hæredes mei,
§.cum ita,ff.ad Trebell. vbi latè Zanch.in nona parte,
nu.5. & ſequen. & lex municipalis magis regulat vo-
luntatem cõtrahentis,quam lex communis,quia par-
ticularis lex Ciuitatis eſt condita ſecundum mentem
ciuium,ſecundum quam prę ſumuntur velle viuere,ſe-
cundum Domin.in c.5.in 6.not.de conſtitut.in 6.pul-
chrè Soc.in l.Gallus,§.1. nu.3. verſi.cà hac communi,
ff.de

23 ff.de lib. & poſth. & per hanc † rationem ita cõcludit
in terminis Alc.in conſ.78.num. 3.dicens,maritum in
prępiudicium filiorum prioris matrimonij lucrari do-
tem,quæ à lege præſumitur data ſecundo viro. Eandẽ
ſententiã probauit Ruin.in conſ.151.nu.5.vol.5.quia
ſcd̃m eum dos quæ data præſumitur ſecundo viro, eſt
vera dos, non autem ficta, nec præſumpta ,ergo in ea
verificari debet ſtatutum, ſeu decretum. Cõfirmatur,
quia eadem eſt virtus taciti, & expreſſi,l.cum quid,ff.
ſi cert.pet.l.triticum,ff.de verb.obl. & ideo ſicuti ma-
ritus totam lucratur dotem,qñ expreſsè ſibi fuit aſſi-
gnata,ita & qñ tacitè fuit conſtituta. Nec dicatur,qđ
etiam expreſsè non poterit vxor dotem aſſignare ſe-
cundo viro, ita, quod eam poſſit lucrari in præiudiciũ
filiorum ex priori matrimonio: quia reſpondeo, hoc
falſum videri,& poſſe vxorem ſecundo viro dare dotẽ
lucrãdam ex forma ſtatuti: nam aliàs nunquam eſſet
locus decreto prędicto,niſi vxor dotẽ daret,non enim
lucrari eam poteſt niſi ſit data,& ex quo permittit lu-
crum, vr̃ etiam permittere ,quod aſſignari poſſit dos,
quia qui vult conſequens , velle etiam cenſetur omne
antecedens neceſſarium,l.ad rem mobilem,& l.ad le-
gatum,ff.de procur.l.illud,ff.de acq.hæred.§.idem iu-
ris,Inſt.ex quib. cauſ.manum.nõ licet.quod ſi reſpon-
deat quis, licere quidem vxori conſtituere, ſed ita tñ,
ne plus vir ex ea lucretur, q̃ vnus ex filijs prioris ma-
trimonij, replicari poterit, ſuperfluum fuiſſe induce-
re ex ſtatuto, quod vir lucretur dotem in præiudiciũ
filiorum, ſi reſtringamus illud ad portionem , de qua
vxor potuit diſponere ſine leſione filiorũ prioris ma-
trimonij, q̃a circũſcripta ſtatuti diſpoſitione, potuiſ-
ſet vxor ita cauere, qđ maritus lucretur ex dote quan
tum vnus ex filijs,vt tenent omnes,& comprobat Soc.
iun.in conſ.70.nu.2.vol.2. vbi dicit cõem,& veriſſimã
opinionem, Phanuc.de dote,gl.5.nu.32. ad quid ergo
induxit ſtatutum,qđ iure iã erat conceſſum?Secundo,
ſi hoc verum eſſet, ſequeretur abſurdum,qđ ſtatutum
deferens lucrum totius dotis , locum haberet pro par
te,& pro parte non,& ita eadem res diuerſo iure cen-
ſeretur,cõtra l.eum qui ædes, ff.de vſucap. & miſcere-
tur ſtatutum cum iure cõi, vt dicit Bald.in conſil.495.
nu.11.vol.5.ſequitur Phanuc.d.gl.5.nu.37.verſ.rurſus
vrgendo, quia eſſet locus ſtatuto pro parte tantum, &
pro alia parte locum haberet ius commune.

Verum his non mouentibus , indubitanter teneo ,
non potuiſſe D.Franciſcum lucrari vltra medietatem
dotis, ea quo de primo matrimonio extat Do.Barto-
lomea filia,nam etſi mulier ſecundo nubens,videatur
ſecundo viro dotem conſtituere,quam primo aſſigna-
uerat,vt ſupra dictum eſt, tamẽ hoc procedit, quando
non extant liberi prioris matrimonij, ſed illis extan-
24 tibus,nõ ſimpliciter † videtur illam aſſignare, ſed ita,
ne vir plus ea ea lucretur , quam habeat vnus ex libe-
ris,cui minus datum eſt,iuxta l.hac edictali, C.de ſe-
cund.nupt. l.ſi conſtante,§.pen. C. de don. ante nupt.
§.de augmẽtis,in Auth. de nupt. ita in ſpecie declarat
Bar.in 7.q.incip.mulier habens in ſolut.ante nume.1.
verſ.aut ex primo matrimonio extant, Cuman.in cõ-
ſil.109.Alex.in conſ.144.nu.3.& 9.vol.5.& in cõſ.122.
nu.9.verſ.illud etiam, vol.7.Ruin. in conſ.61.num.13.
vol.3.quos omnes refert, & ſequitur Rol. in tracta.de
lucro dot.q.35.nu.19.ſed præter eos hanc ſententiam
tenuerunt.Caſtr.conſ.348. nu.1.vol.2. Corn. in conſil.
254.col.4. verſ.ſed dato quod,vol.1.qui etſi nihil alle-
get ,concludit tamen , ſtatutum de dote lucranda in
præiudicium filiorum prioris matrimonij, non habe-
re locum in dote præſumpta , quia eſt exorbitans , &
contra regulas iuris cõis. Aret.in §. fuerat,nu.29.Inſt.
de actio. hanc opinionem tenet quoque Campeg.de
dote,in 1.par.q.39.Io.de Garron.in Rubr.C.de ſecun.
nupt.nu.84.Natta in conſi.571.nu.1.in fine,deciſ.Ped.
21.nu.22. verſ.hinc ſuborta, vbi dicit hanc eſſe magis
cõem opinionem.addo Phanuc.in tracta. dot.glo.10.
nu.33.ver.item intellige procedere,vbi allegat Curt.
iun.in Auth.Præterea,nu.13.& Ruin.in conſi.151.nu.1.
vol.5.quinimo,hæc opinio procedit,etiam ſi ex forma
25 alterius ſtatuti mulier poſſet totam dotem † dare ſe-
cundo viro in præiudicium filiorum prioris matrimo
nij, quia ſi nubat, nulla expreſſa dotis conſtitutione,
non vr̃ dotem dediſſe in præiudicium filiorum , licet
hoc poſſet facere. & ita conſuluerunt Rain.de Forliu.
Signor.Caſtr.Curt.ſen.Iaſ.Curt.iun. & Brun.quos re-
fert,& ſequitur Rol. in d.tract. de lucro dot. q.34.per
totam,vbi eam rationibus tuetur, & Phanuc.d.gl.10.
nu.33.quia tacitum non extenditur.gl.in Clem.Sæpè,
in ver.partibus,in fine,de verb. ſign. & non eſt creden
dum,quod per tacitam dotis cõſtitutionem voluerit
mulier filijs præiudicare; horum autem multæ ſunt ra
tiones , quia filijs mater non poteſt expreſsè præiudi-
care legãdo , vel aliter diſponendo ad fauorem mari-
ti,d.l.hac edictali. ergo nec tacitè, quia maior non eſt
virtus taciti quam expreſſi, & maritus non debet eſſe
melioris conditionis veniẽdo in caſu dubio , quam in
caſu certo, quando fuiſſet ab vxore inſtitutus. l. Iulia-
nus verum debitorem,ff.de condit.indeb.ita Caſtr.d.
conſ.348.nu.1.Phanuc.d.gl.5.nu.36.verſ.quarto quia.
Item mulier quæ ex l. hac edictali,prohibetur aliena-
re in virum , tenetur etiam cauere ab omni actu per
quem alienatio ſequi poſſet, l. codicillis, §. pen. ff. de
leg. 2.Tiraq.de retractu conſang.§.1.gl.14.nu.14.& ita
ne vir lucretur pluſquam à lege diſponitur.Phanuc.d.
nu.36. verſ.quinto quia, augetur atgm̃, quia ſicuti de
iure tenetur mulier ſic facere, ſcilicet nõ plus viro re-
linquere , quàm vni ex filijs , cui minus relinquit , ita
feciſſe eã præſumendum eſt, tũ quia cenſetur quis ſe-
cundum legem voluntatem ſuam accomodare, d.§.cũ
ita, tum etiam, quia factum quid præſumitur eo mo-
do,quo debet de iure fieri,l.ſi quis ad exhibendum, ff.
de except.rei iudic.Crau.in conſi.188.nu.8. & faciens
actum,videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo actu.
Bal.in l.ſi duo,ff.de acq. hære. & plures alias rationes
ponit Soc.d.conſ.35.vol.4.& Phanuc.d.nu.36. quibus
hæc ſententia firmatur, quod maritus non lucretur
pluſquam ex filijs ille qui minus habet.

Et non obſtat, quod mulier dando dotem expreſsè
vel tacitè, videatur ſe conformare cum ſtatuto, non
autem cum iure cõi: quia reſpondeo, hoc procedere ,
quando mulier ipſa daret , quia tunc in interpretãda
eius voluntate reſpiceremus ad ſtatutum,ſed quando
mulier tranſit ad ſecunda vota,nulla dote conſtituta,
tunc lex eſt illa,quæ dotem dat, vel dari præſumit.ita
reſpondet deciſ.Pedem.21. in fine,quæ tamen reſpon
ſio eſſet manca , ſi aliud non adderetur, & ideo dico,
quod cum lex ſit illa, quæ præſumit,non præſumit lex
dotem dari ſecundum ſtatuta , ſed ſecundum ius com
mune,quia præſumptio quæ iure cõi prouenit,intelli-
26 gi † debet ſecundum ius cõe , non ſecundum ſtatuta,
ſicut ecõuerſo , ſtatutum corrigens ius commune non
interpretatur ſecũdum ius cõmune. Tiraq.in tract. le
mort ſaiſit,in ſecunda pandecta.2.num.1.& dicit in ſi-
mili Pract. Pap.in form.lib.ſpol.poſſ.in verſi.per diffi-
nitiuam, quod remedia iuris Canonici regulãtur ſe-
cundum ius Canonicum,& remedia iuris prętorij ſe-
cundum ius prætorium, nõ autem ſecundum ius ciui-
le. Natta in conſ.566.nu.3. & ideo ſi maritus vult vti
conſtitutione dotis inducta à lege, tenetur illa vti illo
modo quo illam lex inducit, l. fin. §. etſi præfatam,C.
de iure delib. & quãuis maritus ita præſumptum lu-
cretur

cretur dotem ſicut expreſſam, tamen hoc eſt verum, ſi
non tractetur de filiorum præiudicio. Præterea cũ dos
cenſeatur data cum hac qualitate, ne maritus plus ex
ea lucretur, quam vnus ex filijs, tenetur maritus con-
ditionem ſeruare, quæ fuit tempore tacitæ conſtitutæ
dotis adiecta, quia perinde eſt, ac ſi ſub conditione
fuiſſet data dos, ne maritus eam lucretur, niſi ſecundũ
diſpoſitionẽ l. hac edictali. & quatenus lucrum exce-
dit diſpoſitionem d. l. hac edictali, pro ea parte nõ eſt
dos. Bal. in cõſ. 495. nu. 15. vol. 5. Phanuc. d. nu. 36. verſ.
tertio quia, & Caſtr. d. conſ. 348. nu. 1. in fine. vbi dicit,
quod illud plus reſecatur ipſo iure, & ideo in ea non
verificatur ſtatutum, quod loquitur de lucro dotis, cũ
eius verba non conueniant. Per hæc tollitur etiam id
quo dicebatur eandem vim eſſe taciti, & expreſſi, quia
hoc eſt verum, ſed retorquetur, vt ſicuti nõ lucraretur
dotem expreſsè datam, ita nec tacitam: & quod ex-
preſſam non lucretur, patet ex prædictis. Et nõ obſtat
quod ſtatutum permittens lucrum in præiudicium fi-
liorum, cenſeatur etiam permittere conſtitutionem
dotis tanquam antecedens neceſſarium, quia rñdetur
hoc procedere, qñ dos fuiſſet expreſsè conſtituta, tũc
enim erit locus ſtatuto; ſed aliud eſt in dote, quæ à iu-
re præſumitur, quia quo ad eam, nõ eſt locus lucro do-
tis, niſi pro parte, quæ defertur ex l. hac edictali. ſed
quia ſupra dixi non valere expreſſam dotis conſtitu-
tionem in præiudicium filiorum ex priori matrimo-
nio, ideò aliter reſpondeo, quod ſtatutum quatenus
cõcernit præiudicium filiorum reſtringitur ad formã
d. l. hac edictali, & ſcd̃m eam regulatur. ita reſpondet
Alex. in conſ. 158. nu. 7. vol. 5. Soc. in d. conſ. 35. num. 5.
vol. 4. Iaſ. in d. Auth. Præterea, nu. 14. & ſequitur Pha-
nuc. d. gl. 5. nu. 36. verſi. ſecundo, quia ſtatutum, vbi al-
legat etiam Curt. ſen. & mouentur omnes, quia ſtatu-
tum recipit interpretationem à iure communi, l. 1. §.
lex Falcidia, ff. ad leg. Falcid. & non eſt verum, quod
diſpoſitio ſtatuti, in quantum præiudicat filijs prioris
matrimonij, redderetur ſuperflua: quia reſpondeo,
quod plurimum operatur ſtatutum in caſu: quo dos
fuit expreſsè data ab vxore, licet non operetur in do-
te præſumpta. Nec obſtat allegatum abſurdum: quia
27 reſpondeo, quod eadem res † diuerſis reſpectibus po
teſt diuerſo iure cẽſeri, l. miles, §. pro parte, ff. de leg. 2.
Ripa in l. vltima, nu. 12. C. de reuoc. don. Tiraq. de re-
tractu conſang. § 1. glo. 18. num. 23. Menoch. de recup.
poſſ. remed. 1. nu. 36. & ideo non erit mirum, ſi quo ad
dotem expreſsè datam ab vxore, maritus eam inte-
gram lucrabitur, & erit indiſtinctè locus ſtatuto, quo
vero ad eam, quæ à iure præſumitur, lucrabitur ſolum
partem ſecundum l. hac edictali.

Erit itaque concluſio, quod D. Io. Franciſcus non lu
crabitur dotem niſi pro medietate, alia vero medie-
tas ſpectabit ad D. Bartholomeam filiam primi viri,
ex prædictis rationibus, quod ſi dos fuiſſet expreſsè
data à Do. Paula, vtique crederem D. Io. Franciſcum
eam lucratum in ſolidum in præiudicium Do. Barto-
lomeæ, quia vt dixi, non obſtabit l. hac edictali, ex quo
ſtatutum illi derogat, & ſtatutum quod in præiudiciũ
filiorum primi viri defert lucrum marito, cẽſetur ad-
28 mittere, † quod vxor dotem tradat viro cum faculta-
te lucrandi, tanquam neceſſarium antecedẽs, vt ſupra
dixi, & tenere videtur Bal. d. conſil. 495. nu. 3. verſic. &
hoc etiam probatur, vol. 5. vbi nu. 5. verſic. nec obſtat l.
codicillis, §. mater, reſpondet pluribus modis ad obie
ctum, quod fieri ſolet, ſcilicet, quod mulier quæ nõ po-
teſt plus relinquere ſecundo viro, quam vni ex filijs,
nõ poteſt etiam actum facere per quem maritus plus
habeat, quàm filius. hanc autem ſententiam apertius
tenet Socin. in conſil. 52. num. 3. verſic. & ex his infero,
vol. 3. inquiens, quod ſtatutum permittendo lucrum
dotis, cenſetur etiam permittere dationem in dotem,
quia aliàs non poſſet lucrum facere, niſi dos foret da-
ta; & reſpondet ad prædictam rationem, quod ſtante
tali ſtatuto, nõ eſt vxori prohibita alienatio in mari-
tum, ſed permiſſa, ex quo ſtatutum derogat legi pro-
hibenti. idem Pariſ. in conſil. 91. nu. 39. vol. 3. Rolan. de
lucro dot. quæſt. 34. num. 2. & ſeq. Præterea, vt dixi ex
Soc. iun. fruſtra ſtatutum mentionem facere de præ-
iudicio filiorum prioris matrimonij, ſi maritus non
poſſet lucrari dotem contra formam l. hac edictali,
poſtquam abſque tali mentione erat maritus ſecun-
dum formam illius legis dotem lucraturus.

S V M M A R I V M.

1 *Repudiatione legati ſecuta, res legata nunquam videtur per-
tinuiſſe ad legatarium.*
2 *Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*
3 *Repudiatio rei competentis de futuro, facta præſente parte
de cuius intereſſe agitur, ſuſtinetur tanquam pactum.*
4 *Taciturnitas habetur pro conſenſu vbi tractatur de commo-
do tacentis.*
5 *Ius competens de futuro tolli poteſt pacto.*
6 *Pollicitatio dicitur quando aliquid abſenti promittitur.*
7 *Renunciatio ſimplex, & pactum cur differant.*
8 *Conſenſus vnius, tantum operatur in iis quæ vnius reſpiciunt
voluntatem, quantum facit duorum conſenſus in his quæ à
voluntate duorum procedunt.*
9 *Pactum de ſuccedendo, vel non ſuccedendo, valet, vbi agitur
de certis rebus.*
10 *Repudiari põt ius de futuro per ſimplicem renunciationẽ fa-
ctam præſente parte, vbi agitur de legatis, & fideicõmiſſis.*
11 *Nolle non poteſt qui non poteſt velle.*
12 *Repudiatio vt ſuſtineatur debet hæreditas eſſe in eo ſtatu,
vt poſſit adiri.*
13 *Legatum repudiari non poteſt antequam debeatur.*
14 *Actionem non dari, vel dari ſed inefficacem, eo quod exce-
ptione elidatur, paria ſunt.*
15 *Repudiari non poteſt legatum conditionale, vel in diem, ante
diei vel conditionis euentum.*
16 *Promiſſus de præbenda ſub conditione, non poteſt pendente
conditione renunciare, et ſi fiat renunciatio, ei non præiudi-
cat quo minus eueniente conditione illam acceptet.*
17 *Eligens ante tempus nihil agit.*
18 *Actus nullus iterationem non impedit.*
19 *Teſtamentum vires ſumit à morte teſtatoris.*
20 *Legatum non debetur antequam hæreditas adeatur.*
21 *Teſtatore viuente non licet de eius bonis paciſci vel rerum
ſuarum adminiſtrationi ſe immiſcere.*
22 *Voluntatem teſtatoris non ſeruans, videtur facere contra
pietatem.*
23 *Ius de futuro, neque re, neque ſpe competens tolli pacto non
poteſt, niſi verba conferantur in futurum.*
24 *Spes ſuccedendi ei qui adhuc viuit non eſt approbata à iure.*
25 *Licentia capiendi legatum propria auctoritate præſtita lega-
tario ab hærede ante aditam hæreditatem, non ſuſtinetur.*
26 *Teſtamentum filijfamilias habens clauſulam codicillarem,
ſuſtinetur in vim donationis cauſa mortis, dummodo inter-
ueniant ea, quæ requiruntur ad donandum cauſa mortis,
aliàs ſecus.*
27 *Laudum latum extra tempus compromiſſi, vel extra conten-
ta in compromiſſo approbatum à parte, ſuſtinetur in vim
pacti, quando interueniunt neceſſaria ad pactum, id eſt con-
ſenſus ſimultaneus.*
28 *Laudum quod ſuſtinetur in vim pacti, impugnatur omnibus
his modis quibus pactum impugnari poteſt.*
29 *Stipulari vt quis poſſit, requiritur quod ſua interſit, & quod
intereſſe ſit pecuniarium.*

Renun-

30 *Renunciatio vt valeat, duo in renunciante concurrere debent, poteſtas ſcilicet acceptandi, & poteſtas renunciandi, quorum vno deficiente renunciatio corruit.*
31 *Repudians dicitur impugnare teſtatoris iudicium.*
32 *Hæres, ſi promittat teſtatori ſoluere legata, obligatur ex ea promiſſione etiam ſi duo tantum teſtes interuenerint, quia ſuſtinetur promiſſio tanquam contractus potius, quàm vt vltima voluntas.*
33 *Trebellianicæ renunciaſſe cenſetur hæres, qui ipſo actu teſtandi approbat teſtamentum in quo fuit detractio Trebellianicæ.*
34 *Renunciatio hæreditatis tantum habet conditionem ſi hæreditas renuncianti deferatur.*
35 *Tempore licito quid fieri, vel prohibitio, ſed in tempus licitum conferri, paria ſunt.*
36 *Actus legitimi non admittunt diem, vel conditionem, ſed pure, & ſimpliciter fieri debent.*
37 *Renunciatio ſupponit præambulam acquiſitionem.*
38 *Repudiare nõ cenſetur qui dicit nolo adire, vel nõ volo adire.*
39 *Hæres non fit, qui dicit, volo adire, ſi ex alijs non deprehendatur eius animus.*
40 *Oppoſitũ in oppoſito idẽ operatur qđ propoſitũ in propoſito.*

CONSILIVM CCCXCVIII.

SI verba prolata à Laura Caſteleta im-
portant repudiationem legati ſibi à
viro facti; repellẽda videtur ab illius
petitione, qua ſtante repudiatione,
legatum habetur, ac ſi non eſſet factũ,
l.legatarius, §.1.ff.de legat.1.& repu-
diatione ſecuta, res legata videtur ſemper retrofuiſſe
hæredis, l.ſeruum filij, §. 1. ff. eod. nec vnquam vide-
1 tur pertinuiſſe ad legatarium, † l. ſi tibi homo, §. ſer-
uus, ff. eod. tit. & renunciantibus iura, non datur re-
2 greſſus, † l.quæritur, §. ſi venditor, ff. de edil. edicto, l.
Herennius, in princ.ff.de euictio. glo.in l.quam ſit pe-
riculoſum, 7.q.1.in l.quoties ab omnibus, C.de fideic.
Crau.in conſi. 24.num.4. Menoch.conſi.1.num. 209. &
quamuis eo tempore viueret teſtator, atque ita ſicuti
legatum acquirere non poterat, ita non potuerit re-
pudiare, vt in l.is poteſt, ff.de acquir.hæred. tamen hõ
procedit, qñ pars de cuius intereſſe agitur, fuit præ-
ſens repudiationi, tũc enim ſuſtinetur repudiatio tã-
3 quam pactum, & tollitur ius competẽs de futuro, † ita
Bart.in l.1.col.1. verſic. vlterius ad iſtud oppono, C.de
pact. vbi dicit hanc eſſe opinionem Iacobi de Are.
quam ſubdit ſibi placere: quia verba renunciationis
prolata parte præſente, habent vim pacti obligatorij
de non petendo in futurum, l.tale pactum, in princ.ff.
de pact. & infert idẽ eſſe, qñ repudiatio fit in iudicio
pp partis præſentiam quæ ibi interuenit. idem proba
uit Salic.ibi, nu.7. verſic. quod autem dixi, vbi quatuor
recitãt rationes, ſubdens, quod etſi verba ſonẽt in re-
nunciationem, tñ reſoluuntur in pactum, quia mens
attendi debet non verba, l.etiam, vbi notatur, C.de in
re dot. & cum agimus de liberando, ſi non valet quod
ago, vt ago, valet eo modo quo valere poteſt, l.ſi vnus,
§.pen.ff.de pact. & licet Salic. ibi loquatur, qñ pars nõ
ſolum eſt præſens, ſed etiam acceptat, tñ idem eſt, qñ
tacet: quia tacita voluntas habetur pro expreſſa, ex
quo agitur de ſuo commodo, vt per Cin.in d.l.1.nu.2.
ver. quid dicemus, vbi ſubdit, quod talis renunciatio
ſuſtinetur in vim pacti, & Alex. ibi, num.5. dicit hanc
eſſe magis communem opinionem, & ſufficere quod
aduerſarius præſens taceat, quia taciturnitas habe-
tur pro conſenſu, ex quo tractatur de ſuo commodo,
4 Caſtr. † nume. 6. in ſecundo caſu, licet ibi mentio-
nem faciat de acceptatione Iaſ.nu.17.in 2.memb. vbi
tñ loquitur de ſola præſentia. Dec. nu. 26. vbi impu-
gnant quidem rationem, ſed confirmat dictum Curt.
ſen.in repe.nu.26. ver.tertio, & vltimo, vbi dicit cõem
etiam quando pars præſens non loquitur. Curt. iun.
nu. 38. vbi dicit cõem, & ab ea non eſſe diſcedendum,
Gozad.nu.19. cõem etiam dicit Zuccar.nu.134. & ſeq.
vbi cõfirmat multis & defendit ab impugnationibus
Rip.nu.13. vbi examinat quid ſi pars ſit abſens, ſed re-
pudiatio acceptetur eius nomine ab aliquo qui præ-
ſens ſit. Cagnol.nu.69.& 70. vbi etiam ſi pars præſens
taceat, imo vult idem quando pro abſente quis acce-
ptauit, quia ſecundum eum ſequuta ratificatione ab-
ſentis, inducitur pactum. Abb.in c.ex multiplici, nu. 7.
de decim. Imola in c.cum contingat, de iureiur. & ego
ſecutus ſum in conſil. 267. nu. 21. nam pacto tolli po-
teſt ius de futuro, ideſt ius quod ſpe competit, licet
5 non re, † vt voluit glo. in d. l. 1. C. de pact. vbi Cin. &
idem probauit Bart. ibi, in 2. memb. ſuæ diſtinctio.
quem ſequuntur omnes Doctores ſupra citati, & quã-
do renunciatio fit præſente parte, tunc videtur pa-
ctum, quia præſens cenſetur in fauorabilibus conſen-
tire, l.qui patitur, ff.manda. gl.ord.in.in c. ſicut, de ele-
ctio. in 6. & non poteſt dici pollicitatio, quia pollici-
tatio eſt, quando aliquid promittitur ei qui eſt peni-
6 tus abſens, † l. pactum, ff. de pollicitation. & quando
abſentis conſenſus non interuenit expreſſus vel taci-
tus, vt per Alber. in l. iuris gentium, §.quinimo, ff. de
pact. quando igitur repudiatio fit parte præſente, tunc
duorũ interuenit cõſenſus, eius ſcilicet qui renunciat,
& hic eſt expreſſus, alter illius qui eſt præſens, & hic
eſt tacitus, propterea oritur pactum, vt voluerũt Cin.
Bar. & alij ſupra citati, & Bal.in d.l.2.nu.6. Ratio au-
tem diuerſitatis inter ſimplicem renunciationem, &
7 pactum allegatur † à gloſ. in d.l.1. quia ex quo in pa-
ctum cadit vtriuſque partis conſenſus, eſt potentius
pactum quam renunciatio, quæ vnius tantum conti-
net voluntatem; & natura pacti eſt, vt obliget paci-
ſcentem in futurum, etiam ſi verbis explicitis nihil
dicatur, l.tale pactum, in princ. vbi gl.ff.de pact. vt per
Salic.in d. l. 1. nu. 7. in princ. & qui renunciat agit ſo-
lum vt ius renunciatum abdicet à ſe, ſed qui paciſci-
tur, videtur ſe obligare ad non petendum in futurum,
vt dicebat Iacob. Butr. in d. l. 1. quem referunt Cin.
Bar. Bald. & Salic. ibi. Vbi autem ius eſt de futuro, ab-
dicatio nullum operatur effectum, quia nihil eſt tunc
quod abdicari poteſt, & renunciatio non ſuſtinetur
niſi aliquid ſit renunciabile, ſicut reſeruatio non ope-
ratur ſi nihil inueniat reſeruabile. Ang. in l. ſi quis le-
gauerit, ff. de lega.1. cum ſimil. ſed bene pactum ope-
ratur, quia eius natura porrigit effectum in futurum
tempus, in quo extat quod remitti poteſt. Facit etiam
quia nos ſumus in vltima voluntate, & ideo legati ef-
fectus pendet à nuda voluntate legatarij, qui poteſt
acceptare vel repudiare legatum: in ijs autem quæ
vnius reſpiciunt voluntatem, tantum operatur vnius
conſenſus quantum facit duorum conſenſus in ijs quę
8 à duorum voluntate procedunt, † l.qui in aliena, §.fin.
ff.de acq. hæred. l.eius eſt nolle, ff. de reg.iur. Bart. in l.
non ſolum, §. morte, ff. de oper. noui nunc. l. per
ſeruum, §. 1. ff. de vſu & habit. & ponunt omnes in d.
l.1. præcipuè Curt.iun. Ripa, & Zuccar. Peregr. latè in
tracta. de fideicom. artic. 52.nu.11.

Et quamuis pactum non ſuſtineatur circa hæredi
tatem viuentis, l.ſtipulatio hoc modo concepta, vbi
Doct. ff. de verbor. oblig. l.fi. C.de pact. l.pactum quod
dotali, C. de collation. tamen vbi agitur de certis re-
bus, ſuſtinetur pactum de ſuccedendo vel non ſucce-
9 dendo, † ſecũdum Oldr.in conſ.139. Guid.Pap.in conſi.
31.col.2. Iaſ.conſil.5.col.4.vol.3. Alex.conſil.28. circa
finem,

finem,vol.3. Ruin. conſi.7.nu.5.vol.3. Dec. conſi.235.
Pariſ.in conſi.26.nu.88.vol.2.Ripa in conſi. 125.nu.3.
Oſaſc.deciſ.Pedem.100.nu.26.Doctores omnes, in d.
l. fin: hic autem agimus de certis rebus, non de tota
hæreditate,ergo pactum eſt ſeruandum.

Hæc autem omnia procedere videntur ſine ſcrupu-
lo,quia pactum factum eſt ipſi hæredi,cuius intererat
legatum non præſtari, & qui erat obligatus ad illius
ſolutionem,c.Rainaldus,vbi glo.in verſi. petendo, de
teſtam.l. eam quam, C. de fideicommiſſ. vbi dicitur,
quod legatum capi debet de manu hȩredis. & ideo
hanc concluſionem quod repudiari poſſit ius de futu-
ro per ſimplicem renunciationem factam præſente
10 parte,† dicit Zuccard.in d.l.1.nu.137.verſ. iſtam com-
munem ſuſtineri optimè poſſe in legatis,& fideicom-
miſſis, quia eſt cum quo pactum poſſit firmari: aliud
autem dicit ipſe in hȩreditate, quia pro ea nemo po-
teſt pactum acceptare,niſi fortè id fiat per creditores
hæreditatis quorum intereſt: quod quanquam id mi-
hi non placeat, quia eorum intereſt quod adeatur,
non quod repudietur hæreditas, ſed quidquid in hoc
ſit,nihil ad nos,qui ſumus in legato.

Repudiationem tamen prædictam nõ obſtantibus
ſupra deductis,arbitror Lauræ non obſtare, nec Do-
minicum Vecchiatum poſſe ea ſe iuuare, eo enim tem
pore viuebat teſtator,qui legatum fecerat,& res in eo
erat ſtatu,vt volens Laura nõ poſſet legatum ſibi à vi-
ro factum acceptare,ergo non ẽt potuit illud repudia
11 re:quia non poteſt nolle,qui non põt velle,† l.eius eſt
nolle,ff. de reg. iur.l. ab adminiſtratione, C.de leg. glo.
Dec. & Cagnol.in d.l. eius. & non dicitur nolle adire
hæreditatem is,qui nõ põt adire,l.nolle, ff. de acquir.
hæred.& vt ſuſtineatur repudiatio,debet hæreditas eſ
12 ſe in eo ſtatu,vt poſſit adiri,† l. is qui hæres, ff.eod. &
eſt generale vt is ſolus repudiare poſſit,qui põt adire,
l.is põt,ff.eod.& qui repudiat antequam ſibi delata ſit
hæreditas,nihil agit,vt inquit Imola in d.l. is qui hæ-
res,& Iaſ.ibi, nu.5. dicit repudiationem factam pen-
dente conditione,funditus eſſe nullã,adeo, quod eue-
niente poſtea conditione,idem hæres ea non obſtante
adire põt,l.qui poteſt, §. quòd quis,vbi latè Dec.ff. de
reg.iur. Tiraq. in l.boues, §. hoc ſermone,in 1.limitat.
nu.3.ff.de verb.ſign.Bero.in conſ.128 nu.33.vol.5.di-
xi in conſi. 564. nu. 26. & ideo ſi hæres antequã adeat
hæreditatem conſentiat legatario quod legatũ capiat
propria authoritate,nõ valet licẽtia,nec ſibi præiudi-
cat,ſi poſtea adeat,l. 1.§.quòd ait prætor, & l. 2.ff. quorũ
legat.& quamuis prædicta loquantur in hærede, & in
hæreditate,tñ idem eſt in legato,& legatario,quia re-
13 pudiari non põt antequam debeatur,† vt probat tex-
tus in l.ſi ita ſcriptum,§.1.ff. de legat. 2. vbi legatũ ex
certa die vel conditione relictum, repudiari non põt
ante euentum diei vel conditionis: quia ante euentũ
diei vel conditionis dominium non transfertur in le-
gatarium,ideo repudiatio quȩ ad dominium refertur,
nihil operatur,vt inquit Alciat.in l. cedere diem, nu.
14. & ſequen.ff. de verb. ſign. & quod dominium non
tranſeat in legatarium niſi adueniẽte die,voluit Bart.
in dicto §.allegat l.antepenult. §.fin.ff.de legat.2. l.Sẽ-
pronius Attalus, ff. de vſufruct. lega. & quamuis hæc
ratio non ſit vniuerſalis,ex quo pro legato datur non
ſolum rei vendicatio,quæ reſpicit dominium, ſed etiã
perſonalis actio, l. 1. vbi Cin. Bar. Bald.Angel. Caſtr.
Salicet. Alex. Corn. Iaſ.& alij, C.commun. de legat. &
rei vendicatio non datur niſi pro legato ſpeciei, tamẽ
idem eſt reſpectu perſonalis actionis, quia licet quo-
ad hoc vt detur perſonalis actio cedat dies ante illius
euẽtum, tñ cum actio ſit inefficax, eo quod exceptio
obſtat,habetur perinde ac ſi actio nõ daretur, vt not,
Bart.in d.l.ſi ita ſcriptum, §.1. verſ. nota ergo.paria
enim ſunt quod actio non detur,vel detur,ſed ſit inef-
14 ficax,eo qđ exceptione elidatur.† l.ſi dari,ff.de verbo.
oblig.l.nihil intereſt,ff.de verb.ſignifi. Crot.conſi.37.
nu.7.conſi.135.nu.40.& hanc rationem dicit ſingula-
riter menti tenendam Imola in dict.l.ſi ita ſcriptum,
§.1.in fine,dicens,quod legati in diem certã facti do-
minium non tranſit ante diem in legatarium,etiam ſi
hæreditas ſit addita: perſonalis autem actio quamuis
ante diem competat, quia tamen obſtat exceptio, &
conſequenter illius exercitium eſt impeditum,atque
ita non competit cum effectu, nõ poteſt repudiari per
ſimplicem repudiationẽ,ſed pacto opus eſt. idem vo-
luit Cuma.in d.l.is qui hæres,in prin.ff.de acq.hæred.
idem quod repudiari non poſſit legatum in diem vel
15 conditionale ante diei vel conditionis euentum,† vo
luit Bal.in d.l.1.nu.4.C.de pact.Soc.ibi,num.3.& Dec.
nu.15. in fi. quæ reſolutio verior eſſet, ſi gloſſæ ſenten-
tiam ſequamur,in l.vnica,§.cum igitur, in ver.cedere,
C.de caduc.tollen. quæ voluit, quod in legato in diem
certam facto, cadat quidem dies ante diei euentum,
ſed non oriatur obligatio antequam eueniat dies.quẽ
intellectum probauit quoque Bald. ibi, Bald.Florian.
& Angel. de Perigl. in d.l.ſi ita ſcriptum,§.1. ſed quia
hæc ſententia cõmuniter reprobatur, vt inquit Corn.
in d.§.cum igitur,melior eſt prima reſolutio, nõ enim
refert quod actio non detur,vel detur,ſed obſtet exce-
ptio, vt dixi ſupra. & cum ea tranſit Coſts ſelecta. in-
terpretat.lib.1.c.20.nu.7.verum eſt igitur quod lega-
tum quantumuis factũ in diem certam repudiari non
poteſt antequã eueniat dies,etiamſi hæreditas ſit adi-
ta,& in hoc conueniunt omnes, & Doctores inferunt
ad alias deciſiones, velnti, cum quis prouiſus fuit de
præbenda ſub conditione,non poteſt conditione pen-
dente renunciare,& renunciatio ſi fiat,non ei prȩiudi-
cat, quo minus eueniente conditione illam acceptet.
16 † Din.in d.l.is qui hæres,ff.de acq.hæred.ſeq. Bald.in
prin.Ang.& alij,præcipuè Aret.in fi.qui infert ad ele-
ctionem factam pendente cõditione. infert etiam Al-
ber. quod acceptatio beneficij nondum vacantis non
nocet, ſed ea non obſtante, ſi aliud vacet, poterit il-
lud acceptare. ſequitur Iaſ. d. l. is qui hæres, nu. 8. &
pro prædictis facit text.in l.vnum ex familia,in princ.
17 ff.de legat.2. vbi eligens ante tempus, nihil agit.† ſe-
quitur gl.ibi,in verſ.muretur.ad idem eſt tex.in l.cum
pater, §. à filia,ff.eod.& in d.l.ſi vnum, dicunt Bald.&
Imola, quod electio ſtat in pendenti, & effectum non
ſortitur ante euẽtum conditionis.ſic etiam Bal. Imo-
la,& alij,in d.§.à filia.Bart.in l.poſt mortem,vbi notãt
omnes, C.de fideic.& non obſtante electione ante diẽ
facta,licet die eueniente variare, ſecũ Ang. in l.ſtipu
latio iſta,col. 2.verſ.inter certam,ff.de verb.oblig.latè
probaui in conſil.564.nu.24. non enim impedit quod
de iure non habet effectum, c.non præſtat, de reg.iur.
18 in 6.& actus nullus iterationem non impedit,† vt vo
lunt Bal.& Imola,quos citat Iaſ.d.l.is qui hæres,nu.6.
& 7. in facto aũt legatum factũ à viro,in eo erat ſtatu,
vt acceptari nõ poſſet, quia viuebat teſtator, & teſta-
19 mentum vires ſumit à morte† teſtatoris, c.cum Mar-
thæ,de celebra.miſſar. l.cum hic ſtatus,§.ait oratio,ff.
de donat.inter vir.& vxor. Iaſ.in Rubr. C.qui teſtam.
fac.poſſ.num.2.§.in hæredibus, Inſtit.de hæred.qualit.
& differen. vbi Aret. num.1. & perinde habetur, ac ſi
tunc factum eſſet quando deceſſit,l.ſi alienum,§.in ex-
traneis,ff.de hæred.inſtitu.Soc.iun.in conſi.130.num.
15. vol. 2. Cæphal. in conſil. 4. num.13. & latiſſimè in
conſi.312.num.152.& ſequen.& non poteſt dici teſta-
mentum, niſi poſt mortem. Geminia. in cap. quam-
quam,de vſur.in 6,vbi infert ad notabiles deciſiones,
interim

interim namq; dum viuit teſtator, poteſt illud muta-
re, quia eſt ad mortem vſq; ambularoria hominis vo-
lũtas, l. 3. in fi. ff. de adim. leg. Cum igitur teſtator poſ-
ſet eo tpe legatum factum adimere, augere, minuere,
& commutare, nullum omnino ius vxori legatariæ cõ
petebat, & cõſequenter repudiari non potuit quod nõ
erat in rerum natura, & legatum non debetur anteq̃
20 hæreditas adeatur, † l. eam quã, C. de fideic. l. ſi nemo,
ff. de teſta. tutela. Rom. in conſ. 428. Alex. in conſi. 198.
nu. 7. vol. 7. viuentis autẽ non eſt hæreditas, vt ſunt iu-
ra vulgata, ergo non etiam debetur legatum: quod ſi
legatum iam factum in teſtamento quod reuocari aut
mutari non poteſt, ea ſola ratione repudiari non po-
teſt, quod conditio vel dies adiecta non venerit, mul-
to minus legatũ quamuis purum, & ſine die aut cõ-
ditione relictum, repudiari poterit dum viuit teſtator
qui poteſt teſtamentum reuocare, murare, & annulla
re, ex quo viuente teſtatore minus iuris competit lega
tario in legaro puro, quam mortuo teſtatore habeat
in legato in diem facto. Facit, quia teſtatore adhuc vi-
uente, non licet de eius bonis paciſci, vel rerũ ſuarum
21 adminiſtratione ſe immiſcere. † l. qui ſuperſtitis, ff. de
acq. hær. l. nec nos, C. de poſtlim. reuerſ. per quæ iura
ita dixit Bal. in d. l. 1. num. 6. in 3. oppoſ. C. de pact. vbi
dicit, hoc procedere, ſiue certum, ſiue dubium ſit eum
viuere. ſequitur Salic. nu. 6. Alex. nu. 6. Iaſ. nu. 13. & 18.
in quibus locis diſtingunt inter teſtatorem viuentem,
& eum qui iam vita functus eſt. & quamuis paciſci li-
ceat de particularibus bonis alicuius viuentis, vt per
Doctores, in l. fi. C. de pact. & ſupra fuit tactum, tamen
ſicuti id eſt viuenti iniurioſum, cui nihil æquè diſpli-
cet quam ſuas facultates aliter diuerſas cõſpicere, ac
ipſe ordinauit, & voluntatem ſeu interuerti, eludi, &
fraudari, ita legibus odioſum reputatur, quibus nihil
eſt antiquius, quam defunctorum voluntates ſeruari,
§. diſponat, in Auth. de nupt. & contra pietatem face-
22 re videtur, qui teſtatoris voluntatem non ſeruat, † l.
contra volunratem, C. de teſta. manum. & laborat lex,
vt ſuprema iudicia effectum ſortiantur, l. quoniam in-
dignum, C. de teſta. l. ſi quis hæredem, in fi. C. de inſtit.
& ſubſtit. Card. Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 3.
tit. 3. nu. 1. & multis ſeq.

His vero ſic ſtabilitis, nõ repugnat quod iuri de fu-
turo poſſit pacto renunciari, & repudiatio facta præ-
ſente parte, vim obtineat pacti: quia reſpondeo, quod
hoc procedit quando ius quod renunciatur, competit
re, aut ſpe, tunc enim ſicuti pacto illud tolli poteſt, ita
& renunciatione quæ habeat vim pacti: at vbi ius ne-
que re, neque ſpe competit, tunc neque etiam pacto ei
23 renunciatur, ſi verba non conferantur in futurum, † l.
nec nos, C. de poſtlim. reuer. d. l. 1. §. quod ait, il ſecõdo,
ff. quor. leg. Bart. in d. l. 1. in 1. oppoſ. C. de pact. vbi in-
ducit d. l. nec nos, quæ loquitur quando hæres erat du-
bius de vita teſtatoris, & conſequenter, non habebat
ſpẽ probabilem, vt ibi declarat addit. idem Bar. ibi, in
fi. 1. col. verſ. quandoque eſt aliquod ius, quod non cõ-
petit nec re, nec ſpe, & hoc etiam modo intelligit d. §.
quod ait. hanc reſolutionem probauit Caſtr. ibi, nu. 7.
poſt Ang. ibi idem voluit Iaſ. nu. 16. in fi. dum loquitur
de intellectu d. §. quod ait, & communiter probari te-
ſtatur Curt. ſen. in repet. nu. 30. Iaſ. nu. 17. in 3. memb.
& Gozad. nu. 15. in fi. Dec. nu. 32. communem quoque
dicit Curt. iun. nu. 48. & eam defendit nu. 24. commu-
nẽ pariter affirmat Cagnol. nu. 60. 66. 77. & quamuis
illam Bartoli ſolutionem quatenus applicatur textui
in d. l. nec nos, reprobent aliqui, tamen eam pro vera
recipiunt in genere, quando ius neque re, neque ſpe
competit, vt etiam pacto non tollatur. dicitur autem
non competere re, nec ſpe probabili, quando teſtator
viuit, vel dubiũ eſt de eius morte, vt Bart. in locis præ-
dictis reſoluit, & ſequuntur ceteri. ſpes enim ſucce-
dendi ei qui adhuc viuit, non eſt approbata à iure,
24 † l. poſt emancipationem, ff. de liber. leg. & apertè de-
clarat Caſtr. d. l. 1. nu. 5. & declarant prædicti omnes.
ſicuti autem hæres mortuo teſtatore non dicitur habe
re ius in ſpe, quando mortem ignorat, ita legatarius
non habet ius in ſpe, quando teſtator viuit. Doctores
enim parificant hos caſus quod viuat teſtator, vel q̃d
dubium ſit de morte. Bald. d. l. 1. nu. 6. in 3. oppoſ. Alex.
nu. 4. vbi dicit ſecundum omnes notandum eſſe. Ca-
gnol. nu. 70. & paſſim alij. non mirum igitur ſi pactum
non ſuſtinetur, & ſi pacto expreſſo tale ius tolli non po
teſt, multo minus erit ſublatum ſimplici repudiatio-
ne, etiam quæ facta ſit præſente parte, quia tacitũ pa-
ctum, ſeu fictum pactum, nõ debet plus operari quam
expreſſum, & tacitus conſenſus qui oritur ex præſentia
partis, non debet maiorem producere effectum quam
faceret expreſſus conſenſus, & acceptatio.

Secundo reſpondeo, quod contrario locus eſt, quan
do res in eo ſtatu reperitur, vt pactum poſſit ſuſtineri,
id eſt quando dari poteſt pactum: at viuente teſtato-
re non ſuſtineretur pactum inter hæredem ſcriptum,
& legatarium, hæres enim cui nullum ius competit,
non poteſt acceptare pactum. cum ergo non ſit cui re-
pudians legatarius obligetur, non ſuſtinetur legata-
rij obligatio, quia quod alteri non acquiritur, mihi
non adimitur. & probatur hoc ex text. in d. l. 1. §. quod
ait, il ſecondo, ff. quor. leg. vbi licentia præſtita legata-
rio ab hærede ante aditam hæreditatem, non ſuſtine-
tur, quia tunc hæres nullum ius habet in hæreditate,
25 vt † per Bar. in d. l. 1. in 3. oppoſ. & in d. 3. memb. Caſt.
nu. 7. Alex. num. 5. & Cagnol. num. 65. & quemadmo-
dum hæres ante aditam hæreditatem concedendo le-
gatario facultatem apprehendendi legatum propria
authoritate, ſibi non præiudicat, ita acceptando renũ-
ciationem à legatario factam ante aditionem hæredi-
tatis, ſibi nõ acquirit: quia par eſt ratio, & ſi nõ poteſt
perdere, non etiam poteſt lucrari, & ſi iacturam pati
non poteſt, non debet etiam poſſe commodum con-
ſequi, l. ſecundum naturam, ff. de regul. iur. præcipuè,
cum acceptatio fieri non poſſit niſi tanquam ab hære-
de, ſicuti licentia dari non poteſt niſi tanquam ab hæ-
rede, vt Doctores prædicti conſiderant. & pro hac par-
te adduco deciſionem Zuccard. in d. l. 1. num. 137. vbi
dicit, quod etſi legatarius repudiãdo præſente parte,
vel paciſcendo cum hærede ſuper legato ſibi ſub con-
ditione facto, ſibi præiudicet, tamen aliud eſt in hære-
de repudiante vel adeunte conditione pendente, quia
nihil agit. rationem autem diuerſitatis ponit, quia in
legato intereſt hæredis, qui cum ius habeat de præſẽ-
ti, poteſt pactum acceptari: ſed in hærede repudiante
vel paciſcente, non ita eſt, ex quo non extat cuius in-
terſit, vel qui acceptare poſſet, niſi fortè promitteret
erga creditores hæreditatis: ecce ergo quod pactum
non nocet paciſcenti, niſi is acceptet, cuius interſit. in
propoſito igitur cum legatarius etiam expreſſe pro-
mittit hæredi viuente adhuc teſtatore, non obligatur,
quia hæredis non intereſt, & hæredi nihil eo tempore
acquiri poteſt, ergo nec ei poteſt legatarius obligari:
cum vero dicimus repudiationẽ ſuſtineri in vim pa-
cti, intelligere debemus ſi pacto eo caſu poteſt eſſe lo-
cus, & interueniant alia quæ ad pacti ſubſtantiam, &
validitatem ſunt neceſſaria, quia cum de vno diſputa-
mus, cetera ſupponuntur habilia, §. in extraneis, Inſti-
tut. de hæred. qualit. & differ. ſic dicimus, quod etſi fi-
liusfamilias poſſit in teſtamento nullo habente tamẽ
clauſulam codicillarem donare cauſa mortis, adeo, vt
teſtamentũ ſuſtineatur in vim donationis cauſa mor-

tis,tamen hoc verum eſt,ſi interueniant quę ad donā-
dum cauſa mortis requiruntur,puta,præſentia,vel ac
26 ceptatio patris,aliàs non valebit vti donatio.† Soc.in
conſi.112.nu.5.vol.1.Clar.in §.donatio,q.6.nu.8.ſic ét
dicimus , quod etſi laudum latum extra compromiſſi
tempus,vel extra contenta in comptomiſſo, ſuſtinea-
tur in vim pacti vel tranſactionis,quando fuit appro-
batum à parte,gl.in l.2. vbi Doct. C.comm. vtriuſque
iudic.Abb.in c.dilecti,in fi.de arbit.Afſl.dec.117. nu.6.
Gozad.conſi.98.nu.20.Ruin.conſi.135.num.11.vol.5.
Pariſ.conſi.46.nu.18.vol.1. Menoch. conſi.1.nu.270.
tamen non aliter obtinet,quam ſi interueniant neceſ-
27 ſaria ad pactum,ideſt conſenſus ſimultaneus.† Cald.
conſi.80.de tę iudic.Abb.conſi.92.nu.2.vol.1. Soc.cō-
ſi.220.nu.3.vol.2.conſi.87.nu.8.vol.3.Dec.conſil.475.
nu.35.Pariſ.conſi.24.nu.163.vol.2. Bero.conſi.30.nu.
1.vol.3.Siluan.conſi.71.nu.17.Natta in conſi.95.nu.3.
Cæph.conſi.236.nu.22.quinimo, vbi ſuſtinetur in vim
pacti, impugnantur omnibus iis modis quibus pactū
28 impugnari poteſt.† Corn.in conſi.140. col.2.verſ.ter-
rio quia,vol.3.Dec.in conſi.60.nu.3.& 4.Pariſ.in con-
ſil.89.nu.55.vol.1.in conſi.24.num.159.vol.2. Bero.in
conſi.30.nu.30.vol.3.Siluan.in conſil.71.num.18.vnde
infert Angel.in conſi.198.in fine,quod laudum latum
non viſo teſtamento , eſt nullum , hec valet in vim pa-
cti , eo quod fuerit emologatum, quia pactum eodem
modo laborat.& inquit Roman.in conſ.175.in fi.quod
laudum emologatū non ſuſtinetur in vim pacti,quan-
do non fuit obſeruatum à parte , quia etiam tunc pa-
ctum non valeret.& Soc.in conſi.220.nu.5.verſ.ſecūdo
quod obiicitur,vol.2.ait,quod contra laudum emolo-
gatum opponi poteſt de enormiſſima læſione,ſicuti op
poni poſſet contra pactum , ſeu tranſactionem , quia
tranſeundo in pactū, ſubiicitur legibus quæ ipſa quo-
que pacta ferunt , quare idem dicendum eſt in repu-
diatione legati facta viuente teſtatore ; quia etſi fiat
hærede ſcripto præſente,non ſuſtinetur tamen in vim
pacti,quia etiam pactum expreſſum eo tempore factū
non valeret , cum ille non poteſt verè dici hæres , nec
eius intereſt , ad hoc enim vt ſtipulari quis poſſit , re-
29 quiritur quod ſua interſit,† l.ſtipulatio iſta.§.alteri,&
§.ſi ſtipuler,ff.de verb.obl.§.alteri,Inſt.de inutili.ſtipu
lat.& requiritur intereſſe pecuniarium,gl.in l.fideiuſ-
ſoris,vbi Bat.& alij,ff.de pact.& probat l.3.§.etſi for-
te,ff.iud.ſolui.Ang. & Fulg.in l.quod dictū,ff.de pact.
& latè Tiraq.in l.ſi vnquam,in verſi.libertis,nu.99.C.
de reuoc.don.ſiue igitur conſideremus perſonam hu-
ius mulieris renunciantis , ſiue hæredis acceptantis ,
ab vtraq; parte actus erit nullus,quia nec ipſe renun-
ciare potuit, nec iſta acceptare . Cum ergo nihil iuris
eſſet tunc re , aut ſpe quæſitum , nihil etiam transferri
aut remitti potuit, l.decem, ff.de verb. oblig. l.remir-
tit,ff.de iureiur. & renunciatio vt valeat , duo in ipſo
renunciante concurrere debent:primū,poteſtas acce-
ptandi:ſecundum,poteſtas renunciandi,& horū alte-
30 ro deficiente,renūciatio corruit, † l.Pomponius ſcri-
bit,ff.de neg.geſt.Bald.qui ita dicit in propoſito,in d.
l.1.nu.8.C.de pact.Salic.nu.7.verſ.hinc dicimus.

Hæc vero de plano procedunt iuxta facti ſeriem ,
nam agimus non de implendo teſtatoris voluntatem,
ſed de ei contraueniendo,repudians enim dicitur im-
31 pugnare teſtatoris iudiciū,† l.ſi patroni, §.quid ergo,
& §.ſeq.ff. ad Trebell.l.quæſitum, ff.de acq. hæred. vbi
Bart.Ang.Imola, Caſtr.& alij. Bart.Caſtr. & alij, in l.
filio parer,ff.de leg.1.Ruin.in conſi.120.nu.9.vol.2.Si-
mon.de coniect.vlt.volun.lib.5.interpr.1.dubit.1.nu.
30.ſi enim de implendo voluntatem teſtatoris agere-
mus,tunc nulli dubium eſſet,quin & hæres, & legata-
rius , per conſenſum obligari poſſint , intelligendo de
conſenſu præſtito non inuicem , ſed ipſi teſtatori , ve-
luti quando in actu teſtandi hęres promittit teſtatori
ſoluere legatariis,l.quidam cum filium,ff.de hær.inſti.
ſicuti tutor teſtamētarius pōt ſe obligare teſtatori ad
ſuſcipiendū tutelam, l.Spadonem,§.1.ff.de excuſat.tu-
tor. vnde inferunt Doctores , quod ſi hæres promittat
teſtatori ſoluere legata , obligabitur ex ea promiſſio-
ne,etiam ſi duo tantum teſtes interuenerint , quia ſu-
ſtinetur promiſſio tanquam contractus potius, quam
32 vt vltima voluntas,† vt probat Bar.in l.nemo poteſt,
ante numerum primum,ver.cōtra hoc,ff.de leg.1.per
textum in l.fin. C.de fideic. Imola in d. l.nemo poteſt,
col.2.verſ.& adde dictis.idem probarunt Ale.Cæpol.
Iaſ.Curt.iun.Crot.Io.Annib.Rip.Clarus,Corta,Brun.
Vaſq.Rim. & Lancell.Gall.quos ego retuli deciſ.148.
nu.12. in teſtatore enim ceſſant rationes dum viuit,
quæ militant in promiſſione quæ fit hęredi.& hoc mo-
do ſuſtineri poteſt quod voluit Anch.in conſi.151.col.
4.vbi tenet,quod ſi teſtatore prohibuit Trebellianicę
detractionem , & hæres tunc in actu ipſo teſtandi ap-
probet teſtm̄, tunc cenſetur renūciaſſe Trebellianicæ,
adeo , quod in futurum illam non poterit deducere ,
33 atque † ita illam intelligendo defendit Cæph.in cōſi.
153.nu.73.& nu.79. & ſeq.ſecus, quādo poſt teſtamē-
tum , & non cum teſtatore fit approbatio . nos itaque
ſumus in repudiatione quę facta eſt nō ad requiſitio-
nem teſtatoris,ſed præſente hærede,& ꝙ plus eſt, non
tractamus de obſeruando vel exequēdo voluntatem
teſtatoris,ſed de illa impugnando, & repudiando.

Nec dicatur , quod ea repudiatio tacitā habeat cō-
ditionem, ſi & quādo legatum erit ſibi debitum,ſicuti
videmus in renunciatione quæ tacitam habet condi-
34 tionem,ſi hæreditas ſibi fuerit delata.† Bal.in l.fin.C.
de pact.in conſ.437. in prin.vol.1. Caſtr.& Imola,in l.
qui ſuperſtitis, ff.de acq. hæred.Becius in conſi.74.nu.
12. Vnde idem videatur dicendum in legatario repu-
diāte , vt ſcilicet repudiatio referatur ad tempus quo
poterit legatum acceptare; paria enim ſunt,quod fiat
quid tempore licito , vel in prohibito , ſed in licitum
35 tempus conferatur,† l.eum qui, vbi Doctores, præci-
puè Dec.in 4.notab. ff.de iuriſd.omn.iudic.Crauet.in
conſi.175.num.8. Tiraquel.in l.ſi vnquam,in verſi.do-
natione largitus, num.312. C.de reuocand. donat.ad
hæc enim reſpondeo,quod acceptatio, ſeu repudiatio
ſicuti & aditio,ſunt actus legitimi , qui diem aut con-
ditionem non admittunt , ſed purè & ſimpliciter fieri
36 † debent,l.actus legitimi, vbi Dec.& Cagnol.ff.de re-
gul.iur. Præterea,contraria loquuntur in renunciatio-
37 ne quæ ſupponit præambulam acquiſitionem, †l.ſuit
quæſtionis,ff.de acquir.hæreditat. Becius, d.conſi.74.
num.12.nos vero agimus de repudiatione, quæ impe-
dit,ne quid ipſi repudianti quęratur,ideo in repudiā-
tem non cadit tacita illa conditio, ſi legatum defera-
tur.& ideo in acceptatione,& repudiatione habemus
elata iura , quæ diſponunt, non ſuſtineri, ſi fiant ante-
quam ius ſit delatum,quod non dicerent, ſi tacita illa
conditio ſubintelligeretur , vnde cum præciſa habea-
mus iura , eiuſmodi acceptationes vel repudiationes
annullantia, nō eſt ſuper cōtrarijs regulis laborandū.

Quod ſi ſupradicta omnia ceſſarent,ex alio iuuatur
dicta Laura: nam verba quæ protulit, non importan
legati repudiationē, etiam ſi mortuus fuiſſet teſtator,
& adita hæreditas,dixit enim, *più preſto che laſſarui da-
re faſtidio à mio marito , non voglio accettare il legato* , cum
enim dicit *non voglio*, verba profert nō diſpoſitiua,ſed
ſuſpenſiua , nam ſi nunc non vult , poteſt alio tempo-
re velle , & repudiatio fieri debet per verba quæ ſic ex
neceſſitate inferunt . ideo in terminis noſtris qui di-
cit, nolo adire , vel non volo adire , non dicitur repu-
diare,

38 diare,† vt voluit gl. 1. in l. qui ſe patris, C. vnde liber. p
textum in l. filij matrem, C. ad Tertul. vbi Iac. Butrig.
ſequitur Bald. in d. l. qui ſe patris, vbi Dec. nu. 17. verſ.
prædictis non obſtantibus, dicit communem. & Curt.
iun. nu. 17. idẽ affirmat. idem voluit gl. in l. 2. vbi Bart.
& alij, C. de iur. & facti ignor. Angel. Caſtr. & Roman.
in d. l. qui ſe patris. Salic. in l. accuſationem, C. qui ac-
cuſ. non poſſ. Bened. in c. Rainut. in verſ. mortuo teſta-
tore, il primo, nu. 360. de teſtam. vbi adducit pro con-
firmatione dictum Bal. in §. fin. qui feud. dare poſſ. vbi
vult, quod Princeps dicens tale caſtrum volo confer-
re Titio, nihil dat. Cardin. Mantica qui latè diſputat
de coniectur. vlt. volunt. lib. 12. tit. 14. nu. 3. & pluribus
ſequentibus, ſic è contra, qui dicit volo adire, non fit
39 hæres ſi ex alijs non deprehendatur eius animus, † vt
voluit gl. in l. ſerui electione, §. 1. ff. de lega. 1. Bart. in l.
gerit, ff. de acquiren. hæredit. num. 10. Alciat. d. l. ſerui
electione, nu. 7. Ripa, nu. 17. Alciat. conſi. 141. nu. 8. vbi
infert, quod qui dicit velle reuocare, non reuocat, ſicut
qui dicit, volo eligere, non eligit, vt per eum. & prædi-
ctam ſententiam probat Bened. d. verſi. mortuo teſta-
tore, num. 258. & ſeq. vbi confirmat pulchris rationi-
bus. idem tenet Card. Mantica de coniect. vlt. volunt.
d. lib. 12. titu. 11. nu. 1. vbi dicit communem. Simon de
Pret. lib. 5. interpret. 1. dubit. 3. nu. 61. folio mihi 495.
Maſcard. de probat. libr. 1. concluſ. 41. in princ. in qui-
bus locis pluribus modis declarant. ſicuti igitur di-
cendo, volo adire, non inducitur aditio, ita dicendo,
non volo adire, induci non debet repudiatio: quia idẽ
operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in
40 propoſito, † l. fin. C. de ſent. paſſ. Neuiza. in conſi. 70.
nu. 24. dixi in conſi. 151. nu. 31. & ſeq.

Hæc vero clariora ſunt, ſi diligenter expendãtur verba prolata à dicta muliere, & propoſitum, ac finis ad quem ea fuerunt dicta, ſuperueniens enim hic reus, audito quod frater legauerat vxori certum quid, percitus ira, dixit velle curare, quod per Dominum Prætorem fieret ſequeſtrum bonorum mobiliũ in domo exiſtentium, quod ægre ferens vxor, timensque ne anima mariti, tum in extremo laborantis, turbaretur, rogauit eum ne quid tale tentaret ad proprij fratris præiudicium, vt euitaret ſolutionem legati, quod voluiſſet potius recuſare, quam permittere, quod marito eo tẽpore moleſtia inferretur: hæc enim verba non ſunt diſpoſitiua, nec obligatoria, ſed ſuſpenſiua, nec prolata fuerunt animo obligandi ſe ipſam, ſed auertendi moleſtiam à marito, & diſuadendi alteri ne illã curaret.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum quod res vendatur prius agnato, & conſorti, valet.*
2 *Prohibitio alienandi facta in contractu, operatur ſolum quod contrafaciens teneatur ad intereſſe, non vt ſtipulatori detur actio contra emptorem.*
3 *Dominij tranſlatio non impeditur per pactum de non alienando, appoſito etiam iuramento.*
4 *Alienandi prohibitio facta in contractu cum generali bonorum obligatione, non impedit dominij tranſlationem, ſed requiritur ſpecialis hypotheca.*
5 *Vincula duo non magis ligant, quando vnum eſt impertinẽs.*
6 *Feudum ſicut alienari, ſic nec obligari poteſt ſine domini conſenſu.*
7 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
8 *Hypotheca tacita legalis non inducitur in rebus feudalibus.*
9 *Dominij tranſlatio impeditur per pactum de non alienando cum hypotheca, quia per eam ius in re conſtituitur.*
10 *Impedimenti cauſa ceſſante, ceſſat impedimentum.*
11 *Obligatione bonorum generali, non veniunt feudalia.*
12 *Alienari non poteſt res feudalis ſine domini conſenſu.*

Lib. III. Conſ. Io. Petri Surdi.

13 *Conſenſus domini ſi ſit reſeruatus in contractu, nec poſtea fuerit impetratus, ſed tamũ temporis effluxerit intra quod cõmodè impetrari poterat, cõtractus habetur pro reſoluto.*
14 *Patris conuentio non nocet filio in feudalibus bonis, ad quæ eſt vocatus ex inueſtituris antiquis.*
15 *Aditio probari debet.*
16 *Alienationem nullam reuocare poteſt etiam ipſe alienans.*
17 *Conſentire non poteſt dominus alienationi feudi poſt ius alteri quæſitum.*
18 *Iuramentum quo ad qualitatem obligandi præcisè non tranſit ad hæredes.*

CONSILIVM CCCXCIX.

CONVENTIO quæ facta fuit inter Magnificos Dominos loci Glarolarum, quod nullus ea eis poſſit iuriſdictionẽ vendere alicui qui non ſit de familia de Santo Nazario, & de illo conſortili, & q̃ volens vendere, teneatur conſortibus offerre, cum alijs clauſulis, quamuis ſuſtineri poſſit, ex quo facta eſt de certis rebus, & non continet ſimplicem alienandi prohibitionem, ſed pactum, q̃d
1 agnatis prius, & conſortili vendatur, † vt per Imol.
Cuman. Alex. & alios, in l. qui Romæ, §. cohæredes, ff.
de verb. oblig. Iaſ. in l. nemo, ff. de pact. Tiraq. de retra-
ctu conſanguinit. in præfatio. nu. 4. Brun. conſi. 67. nu.
2. & 3. Marius Anguiſol. conſi. 36. nu. 4. Ruin. conſ. 112.
in quarto. Natta conſ. 474. tamen ex multis probauie
Magnificus & Excellẽtiſſ. Dominus Aduocatus eiuſ-
modi pactum non impediuiſſe quo minus iuriſdictio-
nis prædictæ, & aliorum bonorum dominium tranſla
tum fuerit in Illuſtrem Dominum Bonifacium à Val-
le, mediante emptione per eum facta à Magnifico D.
Gulielmo filio Domini Alexandri, qui in ea conuen-
tione interuenit: quia eiuſmodi prohibitio facta in cõ
tractu, operatur ſolum, quod contra faciens teneatur
ad intereſſe, non vt ſtipulatori detur actio contra em-
2 ptorem, † l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verborum obli-
gationib. l. ea lege, C. de condict. ob cauſam. alios citat
Iaſ. conſi. 211. num. 23. volum. 2. Ruin. d. conſi. 112. nu.
2. Natta dicto conſi. 474. nu 9. in quibus locis dicunt,
procedere etiam accedente iuramento. Gabriel. com-
mun. opin. lib. 2. concluſ. 1. num. 15. Seraph. de iura-
men. priuileg. 74. num. 5. vbi allegando Ferrat. Ruin.
Socin. iun. Grat. & Grammat. dicit, quod etiam iura-
3 mentum appoſitum ſuper pacto de non † alienando,
non impedit tranſlationẽ dominij. Et hanc dicit com
munem Roland. conſi. 62. nu. 3. & 4. vol. 2. & eam di-
cit magis communem, & tenendam in iudicando &
conſulendo Iaſ. d. conſi. 211. num. 3. Crot. §. Diui, num.
90. vel Loaz. alios citans, nu. 162. & hoc eſt principa-
le fundamentum per quod arceotur prædicti Domini
à præſenti iudicio.

Et quamuis ſoleat prædicta concluſio limitari, qñ
pro obſeruãtia pacti fuerũt obligata bona, vt per Bar.
in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de leg. 1. & eſt communis,
vt per Crot. ibi, num. 94. Loaz. num. 165. Opizo. num.
151. tamen per eundem D. Aduocatum fuit ſufficiẽter
reſponſum. Addo præter eum quod iſto caſu genera-
lis bonorum obligatio nõ ſufficit, ſed ſpecialis requi-
4 ritur ad impediendum dominij tranſlationem. † eſt
tex. in l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignora. Bart.
Imo. & Aret. in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verborum
oblig. Bart. Imol. & Roman. in l. qui abſenti, §. 1. ff. de
acquir. poſſ. Bar. Bald. & Salic. in d. l. ea lege, C. de cõd.
ob cauſ. & communem dicit Alex. in l. ſi filio, §. fin. ff.
ſolut. matrim. multos allegat Loaz. in d. §. Diui, num.
169. & ſeq. vbi dicit eſſe communem, quãdo agitur ad

alienatio ſit nulla, & ſubdit, contrarium procedere
quoad hoc, vt retentio competat: quia tunc generalis
ſufficit obligatio. hanc etiam dicit ad eundem effectũ
magis cõem, & tenendam in iudicando, & conſulen-
do Iaſ.d.conſ.211.num.24. ſequitur ibi Bec. in addit.
Gabr.comm.opin.lib.3.concl.2.nu.36. Natta in conſ.
474.nu.12. hanc etiam magis cõem dicit Seraph. in d.
tract.priuil.158.nu.3. Cagnol.in l.2.nu.137. vbi mul-
tos addit, C.de pact. inter empt. & vend. & loquitur
præcisè quoad impediendum dominij tranſlationẽ,
& adducit rationem: quia cum ſit exorbitans, & con-
tra ius, non debet extendi. Didac. variar. reſol. lib.2.
c.15.nu.2.verſ.vltimo eſt. Gabr.conſ.66.nu.12. & ſeq.
vol.1. vbi optimè loquitur in propoſito noſtro, diſtin-
guendo inter effectum retentionis, & annullationis
actus. hanc dicit pariter cõem Magon. dec.Lucen.21.
nu.5. & magis cõem dicit Dioniſ.Pont. conſu.Bleſen.
ar.101.fol.296. quem ſequitur Burſ.conſ.101.nu.2. Ca
roc.in tract.de locat.c.71.nu.21. Bertr.conſil.192.nu.5.
vol.7. & licet multi ſtent pro alia parte, vt per Crot.
in §.Diui, nu.96. Nattam in conſil.474.nu.12.& 15. Io.
de Amic.conſi.113.Rol.d.conſi.62.in 2.Menoch.cõſi.
63.nu.17. & alij, tamen hæc eſt magis cõis, & eam te-
nent antiqui omnes, & cũ agitur an impediatur tran-
ſlatio dominij, eſt indubitata, vt bene aduertũt Loaz.
& alij ſupra relati, vbi addit, quod antiqui tenentes
contrarium, loquuntur quoad retentionem tãtum, &
ante Alex. nemo dixit ſpecificè quòd ſufficiat genera-
lis pro dicto impedimento, & rationem ponit Alc. in
l.qui abſenti, §.ſi quis, nu.6. ff.de acq.poſſ. & ideo qui
loquuntur indiſtinctè vel expreſsè de retentione, non
debent numerari pro contradicentibus. Et in hoc eſt
aduertendum, quod ſaltem deberet adeſſe obligatio
præciſa bonorum immobilium, nec ſufficeret genera-
lis omnium bonorũ, vt per Rui.d.conſ.112.& Nat.con-
ſil.474.nu.12. Nec facit aliquid iuramentum cum ge-
nerali obligatione coniunctum, ſuper quo vim facit
Rol. d. conſi.62. quia cũ ſupradictum ſit iuramentum
ſuper dicta prohibitione nihil operari, fruſtra cõſide-
ratur tanquam duplex vinculum: nam duo vincula nõ
5 magis ligant quando vnum eſt impertinens, † l.1.C.de
leg.hæred. Menoch.conſi.187.nu.26.& vbi ſuodans ſe
in pacto non eſt in poſſeſſione, tunc iuramentum non
efficit qđ generalis hypotheca habeatur pro ſpeciali,
vt poſt Abb.Caſtr.Iaſ.& Ruin. ponit Gabr.d.conſi.66.
nu.12.vol.1. vbi contrariã deciſionem intelligit, quan-
do is qui pactum recipit in poſſeſſione reperitur. &
hoc eſt quod dicit Rol. loco præcitato, dum vult, quod
conductor non poſſit expelli quando habet genera-
lem obligationem cum iuramento.

Reſpundeo etiam præter ipſum, quod ſi generalis
obligatio ſufficeret, imo ſi interueniſſet ſpecialis, ad-
huc non fuiſſet impedita tranſlatio dominij, ſed per
venditionem factam à D.Gulielmo D. Bonifacius fa-
ctus eſt dominus: ſumus enim in feudalib. bonis, quæ
per Dominum Alexandrum non potuerunt ſine do-
mini cõſenſu obligari pro illius pacti obſeruantia, ſi-
6 cuti enim feudum alienari, ita nec obligari poteſt, † vt
eſt tex.in c.Imperialem, vbi Iſern.nu.5.& 6. Bal.nu.1.
& alij, præcipuè Affl.num.40.& 49.de prohibit.feudi
alien.per Feder.Soc.conſi.19.nu.12.vol.1. Curt.iun.de
feud.par.4.reg.1.q.6. Clar.in §.feudum, q.35. vbi poſt
Aluar. dicit ita tenere Doctores communiter, quod
indiſtinctè, & in totum ſit prohibita pignoratio. Ca-
mer.d.c.Imperialem, in princ.concl.4.folio mihi 101.
vbi ait, quod in feudis hoc non habet dubium, quia
prohibitio eſt fauore domini. Felin. in c.quæ in Eccle-
ſiarum, nu.50. in fine, de conſtit. Iacobin. in ſua inue-
ſtit. in verſ. & cum pacto de non alienan. nu.1. in fine,
Capic. in inueſtit. feud. in verſic. feudorum alienatio-
nes, ampliat.5. in quibus locis dicunt, nullo modo va-
lere obligationem ſine domini aſſenſu, licet per eum
vaſallus non cadat à feudo niſi traditione ſecuta. Cũ
ergo nõ valeat obligatio, nullum ius per eam acqui-
ſitum fuit ceteris condominis quibus factum eſt pa-
ctum de nõ alienando, quia quod nullum eſt, nullum
7 producit effectum, † c.non præſtat, de reg.iur.in 6. dixi
in conſi.3.nu.11.& dicit Camer. loco præcitato, quod
vaſallus ſine aſſenſu domini nullum ius poteſt in re,
vel ad rem feudalem conſtituere, quinimo etiam ta-
cita hypotheca legalis non inducitur in rebus feuda-
8 libus. † Specul.in tit.de pign.§.primo, verſic. ſed nun-
quid. Bald.in l.2. C.commun. de leg. vbi loquitur pro
legato. Soc.d.conſ.19. num.12. vbi reprehendit Bart.
in l. ſi conſtante, Camer. loco ſupra allegato, vbi ad-
dit Iaſ. & alios ſaluans vno modo Bart. Neguſ.de pi-
gno.in 4.memb.ſecundæ par.num.43.& ſequen. at vbi
ius in re non eſt acquiſitum paciſcenti, vtique tran-
ſlatio dominij non impeditur, quia ceſſat cauſa quæ
ſolet impedire tranſlationem: nulla enim alia eſt cau
ſa impediendi trãſlationẽ, niſi quia per hypothecam
9 ius in re conſtituitur, † declarat Bar.d.§. Diui, nu.14.
ver. eſt alius caſus, ff.de leg.1. vbi dicit impediri alie-
nationem quãdo ius eſt in re ſibi reſeruatum, vt quan
do res fuit obligata, & ſequuntur ibi omnes Docto-
res. Bal. pulchrè loquens in d.l.ea lege, nu.4.& 5. C.de
cond. ob cau. multos alios allegat Opizo. d.§. Diui,
nu.151. Crot.num.94. verſic.quarto limitatur. Ferdin.
num.165. verſic.tertio limitatur, & ſequuntur omnes
illi qui dicũt obligationem generalem, vel ſpecialem
impedire tranſlationem dominij, & mouentur ratio-
ne iſta: quia ius competit in re; ſublato igitur hoc iu-
re, ceſſat etiam prohibitio. facit, quia impedimenti
10 cauſa ceſſante ceſſat † impedimentum, l.& ſi contra,
vbi Bart.Bald.& Salic. C.de nupt. Tiraq.in tracta.ceſ-
ſan.cauſ.parte prima, num.114. ſicuti ergo licita eſſet
alienatio, ſi nulla ſubeſſet hypotheca, pari modo erit
permiſſa ſi adeſt quidem, ſed eſt nulla.

Accedat, quod iſto caſu non ſolum hypotheca eſt
nulla, ſed verè nõ adeſt, nec affirmari poteſt quod hæc
bona fuerint in genere nedum in ſpecie obligata; feu-
11 dalia enim non veniunt in generali obligatione † bo-
norum, argumen. l.obligatione generali, ff.de pignor.
Specu.dicto tit.de pigno.§.1.verſic.ſed nunquid feud.
Barto. in l.qui habebat, in fine princ. ff.de legat.3. Ia-
cobin.d. verſ.& cum pacto de non alienan. nume.1.in
fine. Socin.d.conſ.19.nume.12. Neguſan.de pignor.in
ſecundo memb.ſecundæ par. nu.43. Bero.famil.quæſt.
95. per totam. Marin.Freccia de ſubfeu.lib.2.quæſt.3.
nume.4. folio mihi 165. & eſt textus expreſſus in cap.
in generali, ſi de feud.fuer.controuer. vbi Afflict.nu.4.
adducit multa conſilia Alexandri, & nume.12. & ſe-
quen. allegat multos alios. Felin. in cap.quæ in Eccle-
ſiarum, num.50. in fine de conſtitu. Curt.iun.de feud.
parte quarta, reg.3.verſic.reſtat tamen adhuc, in fine.
Iaſ.in l.fin.num.84. C.de iure emphyt. latè Tiraquel.
de retractu conſang.§.1.glo.3.nume.5. latè Nard. ad
Iſer. dicto cap. in generali, vbi infert ad multas alias
deciſiones, ſubdens, quod iſto caſu deficit voluntas.
Ripa in l.obligatione generali, nume.35.& ſequen.
ff. de pignorib. vbi & ipſe reprehendit Barto. Burſa.
qui alios citat, conſil.31. num.18.& hoc procedit non
ſolum, quia eorum obligatio ſit iure prohibita, ſed &
quia ſunt ſpeciali nota digna, ideo cum non ſint ob-
ligata in dubio feudalia, neque in genere, neq; in ſpe-
cie, non poſſunt iſti condomini prætendere aliquam
hypothecam, & conſequenter ius aliquod in re. vn-
de infertur, quod hęc bona nulli obnoxia licitè potue-
runt

runt vendi per Dominum Gulielmum, perinde, ac ſi ſubeſſet ſolum illud pactum de non alienando.

Redditur etiam nulla dicta conuentio ex alio, quia facta ſine conſenſu domini de re feudali, de qua tamē vaſallus nihilomnino diſponere poteſt contra volun-
12 tatem domini, † & in alienatione res eſt clara, c. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Feder. Curt. iun. de feud. par. 4. nu. 82. Duen. Regu. 40. Cæph. conſi. 119. nu. 7. Docto. omnes in d. c. Imperialem, Clar. q. 31. per totum, cum infinitis alijs quos ſciens omitto, & in præſenti contractu nulli eſt dubium quin tractetur de cōdomini præiudicio, cum non poſſit vendi extraneo, cū tamen ex conſuetudine illius Ducatus feuda ſint in quemcunque alienabilia, accedēte domini conſenſu. Et quāuis in conuētione fuerit reſeruatus domini cōſenſus, tamen nunquam fuit impetratus, & nunc impetrari non poteſt: tum quia contrahentes mortui ſunt, tum etiam, quia cum tantum temporis effluxerit intra quod cōmodè impetrari poterat, habetur actus
13 pro reſoluto, † vt per multa in propoſito concludit Cæphal. in conſi. 118. num. 16. & ſequen. Rolan. in conſil. 63. num. 10. & per totum, præcipuè nume. 48. verſic. ad ſecundum, vol. 4. vbi probant contractum pro non facto haberi.

Rurſus illa conuentio non ſubſiſtit ad præiudicium D. Gulielmi filij, qui ad feudum eſt vocatus ex inueſtituris antiquis, & cui non poteſt nocere tranſactio, ſeu
14 conuentio paterna. † Iſern. Aluar. & alij, in c. 1. §. ſi vaſallus, ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agn. Iac. d. ver. & cum pacto de non alien. Curt. iun. d. par. 4. in 7. q. princ. in fi. Rol. conſ. 100. nu. 110. Pariſ. conſ. 65. nu. 45. in 3. deciſ. Ped. 167. nu. 21. Menoch. conſ. 442. num. 29. Berret. conſ. 134. nu. 13. & bene proſequitur D. Aduocatus, qui ſuſtinet id procedere, etiam ſi filius eſſet hæres ſcd̄m Pariſ. loco prædicto. in caſu autem noſtro nō fuit probatum illum eſſe hæredem, ideo res eſt indubitata: quia pactum vnius non nocet alij, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. & qui vult dicere illum eſſe hæredem, tenetur probare, l. eum qui, ff. de probat. & aditio cum ſit facti, nō præſumitur, ſed probari debet.
15 † Bal. conſ. 273. col. fin. vol. 1. Maſcar. de probat. concl. 40. nu. 9. Menoch. conſ. 44. nu. 21. idque tāto magis eſt admittendum, quia cum domini cōſenſus non interuenerit, vt dixi ſupra, alienatio remanet in totum nul-
16 la, adeo quod etiam ipſe alienans reuocare † poſſet. Luc. de Pen. in l. nulli, col. 2. C. de fund. patr. lib. 11. vbi etiam ſi iurauit. Afflict. d. c. Imperialem, in 16. not. nu. 37. Et quemadmodum dixi ſupra cum per mortem patris fuerit ius quæſitum D. Gulielmo, non poſſet nunc Princeps conſentire dicto cōtractui ad præiudicium
17 Domini Guliel. & multo minus D. Bonifacij † emptoris. Iſer. d. c. Imperialem, col. 8. circa med. Aluar. col. 1. in fine. Afflict. deciſ. 335. col. 4. Rolan. conſil. 2. nu. 146. vol. 1. Oſaſc. deciſ. Pedem. 166. nu. 20. Pariſ. conſ. 18. nu. 10. in 1. Menoch. conſ. 89. nu. 75. Burſa. conſ. 89. nu. 29.

Sublata autem hypotheca, & obligatione bonorū, tollitur & vis iuramenti, quia ſupra in principio demonſtraui, ſolum pactum iuratum nō impedire tranſlationem dominij, ſi non ſubſit hypotheca. Præterea iuramentum de non alienando impedit tranſlationē dominij, non quia magis firmet pactum, ſed quia propter iuriſiurandi reuerentiā obligat præciſè, vt inquit Aret. in d. l. ſi ita quis, §. ea lege, col. fin. ff. de verb. obl. vbi ait id fieri propter reuerentiam. ſequitur Natta in conſil. 426. nu. 9. at ſic eſt, quod iuramentum quoad hanc qualitatem obligandi præciſè non tranſit ad hæ-
18 redes, † vt clarè decidit Bald. in procem. feudo. nu. 16. Bar. in l. generaliter, in princ. C. de reb. credit. vbi ait, quod iuramentum de dando aut faciendo, non tranſit ad hæredem. Corne. in conſi. 256. col. 2. verſi. tamen his non obſtantibus, vol. 4. vbi dicit, quod hæres iurantis non obligatur præciſè, & loquitur in pacto retrouendendi iurato. Bologn. in conſil. 25. nume. 8. verſic. præterea, & aliter. Anto. de Petruc. in l. 1. num. 205. ff. de iureiuran. vbi dicit, quod hæres iurantis non obligatur præciſè. Bauet. de virtut. iuram. nu. 12. in 3. princip. effect. vbi ponit limitationem generaliter procedere. Gabriel. lib. 1. tit. de iuramento. conclu. 8. num. 3. Seraphin. de iuramento, priuileg. 67. nume. 32. quare etiam ſi Dominus Gulielmus fuiſſet hæres, tamē non tenebatur præciſè ad obſeruantiam, ergo iuramentum in hærede non impedit alienationem, ex quo ipſe præciſè non tenetur. hoc autem dictum eſt ex abundanti, quia communis eſt opinio quod etiam in iurante non ſit impedita tranſlatio dominij, ergo multo minus erit impeditus hæres.

Ex præmiſſis itaque concludo nullam actionē competere Magnificis iſtis cōdominis aduerſus Illuſtrem Dominum Bonifacium emptorem, ſaluo ſemper meliore iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Sterilitas ſequentium annorum compenſatur cum fertilitate præcedentium.*
2 *Vbertas ſubſequentium annorum compenſatur cum præcedentium ſterilitate.*
3 *Remiſſio penſionis fit conductori ſi ager caſmate pereat.*
4 *Modus non curatur ſi idem ſit effectus.*
5 *Remiſſio non fit conductori re pro parte perempto, niſi damnum ſit intolerabile.*
6 *Locator penſionem petere non poteſt, niſi ex ſui parte impleat contractum.*
7 *Agens ex contractu tenetur probare implementum.*
8 *Locator tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam, & omnia impedimenta remouere vt toto tempore conuento conductor re frui poſſit.*
9 *Locationis ad ſubſtantiam requiruntur tria, res, penſio, & conſenſus.*
10 *Subſtantia contractus vbi deficit corruit ex toto, & ipſe contractus.*
11 *Emptio non ſuſtinetur in emptionis contractus niſi adſit res quæ vendatur.*
22 *Contractum non fuiſſe factum, vel factum, ſed poſtea reſolutum, paria ſunt.*
23 *Locationis contractus reſoluitur pro parte, ſi res locato pro parte pereat.*
14 *Conductor liberatur à toto contractu, quando patientia præſtari non poteſt.*
15 *Emphyteuſis reſoluitur quando res in totum perit.*
16 *Qualitas nominis determinans verbum à quo diſpoſitio ſumit effectum, reſtringit obligationem, adeo, quod diſpoſitio non habet effectum, ſi qualitas deficiat.*
17 *Francandi pactum factum conductori, non poteſt exerceri poſtquam conductor cecidit à conductione.*
18 *Priuatio ſupponit habitum.*
29 *Præſuppoſitum ſemper debet verificari.*
20 *Vbertas primæ locationis non compenſatur cum ſterilitate contingente tempore ſecundæ locotionis.*
22 *Doctorum à verbis non licet arguere ſicut à verbis legis.*
22 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur ex dicto gloſſæ vel Doctoris.*
23 *Liberatus aliquando intelligitur, ideſt non obligatur.*
24 *Emphyteuta an ad penſionem teneatur ſi res ſit bello capta, vel ob incurſiones hoſtium coli non poſſit.*
25 *Remiſſio nō fit conductori qui pp bellum non percipit fructus quando fundus eſt in regione in qua conſueuit extare bellū.*
26 *Remiſſio non fit conductori niſi damnum ſit intolerabile.*

27 *Conductor liberatur à ſolutione vbi damnum eſt in ſubſtantia rei, licet non ſit graue.*
28 *Implementi defectus etiam minimus operatur vt promittens non poſſit agere.*
29 *Conductor poteſt expelli ſi in vnius denarij ſolutione deficiat.*
30 *Conductor poteſt recedere à locatione, quando res eſt occupata ab alio, ita vt locator eam non poſſit tradere.*
31 *Locatio apothecæ, ſeu officinæ non reſoluitur ſi incendio ſit combuſta, vel aliter ruinam patiatur.*
32 *Emphyteuta non liberatur exuſta domo emphyteutica.*
33 *Cæphal. conſi. 271. reprobatur.*

CONSILIVM CCCC.

BONA quæ Perilluſtris D. Comes Hercules Bentiuolus conduxit, perierūt pro parte, & deſierunt eſſe in rerum natura; prætendit nihilominus locator teneri eum nihilominus ad mercedem, & quod præcedentibus annis vberiores fructus perceperit; vulgatum eſt enim, ſequentium annorum ſterilitatem eſſe cum præceden-
1 tium fertilitate † compenſandam, c. propter ſterilitatem, & ibi notant omnes Doctores, de locat. Bar. Fulgoſ. & alij, in l. ſi merces, §. vis maior, ff. eod. Bal. Albe. Salic. & alij, in l. licet, C. eod. & procedit, etiam ſi tpe ſterilitatis nódum aduenerit fertilitas, quia ét ſubſequentium annorum vbertas compenſatur cum præce-
2 dentium ſterilitate, † vt probat Roma. in conſ. 432. & eſt textus expreſſus in l. ſi vno, in princ. ff. locat. vbi fortius vult, hoc locum habere, quamuis remittendo penſionem, dñs vſus fuerit verbo donationis, nam intelligetur nihilominus remiſſionem feciſſe ex debito contractus, non ex liberalitate. Rol. in conſ. 86. nu. 7. vol. 3. vbi ad probandum principalem concluſionem, allegat gl. Caſtr. Goza. Soc. iun. & Bero. Bertr. in conſ. 179. in fin. vol. 6. Boſſius in tit. de remiſ. remed. conduct. nu. 24. Ioſeph. Lud. concluſ. 12. in 2. declar. Vallaſ. de iure emphyt. q. 27. nu. 44. cum infinitis quos omitto.

Nec dicatur, prædicta iura loqui quando penſio remittitur ob ſterilitatem, at ſecus videri quādo res locata eſt perempta: nam idem vtroq; caſu videtur dicendum, ex quo promiſcuè decidunt de dictis caſibus, & eos pariſicant, vt eſt videre in l. ex conducto, §. ſed etſi habet, verſ. ſed etſi ager, ff. locati, vbi idem decidit, quando ſterilitas obuenit ob vredinem, vel ſolis feruoré, vel exercitus tranſitū, vel terremotum, vel aliud pp quod ager deſierit eſſe, idem probat l. & hęc diſtinctio, ff. eod. ſic Doctores in l. 1. C. de iure emphyt. pariformiter decidunt caſum interitus partis rei emphyteuticæ, & ſterilitatis, præcipuè Iaſ. nu. 18. & 19. Bero. in conſi. 140. nu. 39. vol. 1. & paſſim iura & Doct. dicūt,
3 remiſſionem fieri qñ ager caſinate perijt, † vt in l. ex conducto, §. fin. l. habitatores, l. ſi fundus, ff. locati. Azo. in ſum. C. locat. nu. 34. vbi inquit, dicta in caſibus ſterilitatis, vēdicare ſibi locū vbi ager terremotu perijt: ergo ſicuti remiſſio in eo caſu procedit, ita compenſatio fieri debet, quę eſt vna ex regulis remiſſionis, & remiſſionem ipsā ex eodē fonte procedētem reſtringit, nec aliter de illa remiſſione iudicandum eſt quam de alia quæ fit ob ſterilitatem, & damnum in fructibus. Et non poteſt diſcrimen conſtitui inter damnum illatum in fructibus, & illud quod cōtingit in ſubſtantia rei, cum ipſa quoq; rei ſubſtantia perempta, ceſſet fructuum perceptio, & nihil refert quod extet, vel nō extet ager, dum ex eo fructus non percipiantur, vtroque enim caſu conqueritur conductor, quia fructus nō per
4 cipit: & non curamus de modo, ſi idem ſit † effectus, l. ſi mater, vbi glo. C. de inſtitut. & ſubſtit. dixi in deciſ. 276. num. 18. & ex peremptione rei naſcitur defectus fructuum, & idem eſt effectus ſed modus diuerſus.

Facit, quia videmus, quod etiam re perempta pro parte, non fit remiſſio conductori niſi damnum into-
5 lerabile inferatur, † d. cap. propter ſterilitatem, & d. §. vis maior, per quæ iura hoc voluit Bero. in conſil. 141. nu. 4. in 1. vol. & clarius ponit Pet. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. par. 11. nu. 112. & ſeq. vbi ait, ꝙ ſi damnum euenit in re conducta, nō fit remiſſio ſi damnum ſit modicum, ſecus autem ſi magnum eſt. atque ita dāno in rei ſubſtantia contingente, non aliter fit remiſſio, quam fiat quando damnum eſt in fructibus; ſed vbi eſt in fructibus, attenditur vbertas præcedentium annorum, ergo idem erit hoc caſu. & videtur probari in l. habitatores, ff. locati, vbi quando pars cœnaculi reparanda eſt, & reficienda.

His tamen nihil repugnantibus, ſi veros iuris terminos, & firmas in conductionis materia regulas attendamus, contrariam ſnīam amplecti cogimur, eaque caret omni difficultate: nam contractus locationis, & conductionis cum ſit vltro citroque obligatorius, non poteſt locator petere penſionem, niſi ex par-
6 te ſua impleat, † l. Iulianus, §. offerri, vbi Bar. ff. de act. empt. l. ediles, in fine, vbi glo. ff. de ædilit. edicto. Roman. in conſi. 244. Iaſ. in §. actionum, num. 134. Inſtitu. de actionib. Dec. in conſi. 421. dixi latè in conſi. 52. nu. 32. in conſi. 101. nu. 1. latiſſimè Bec. in conſi. 45. num. 6. & qui agit ex contractu, tenetur probare implemen-
7 tum. † Alex. in conſ. 101. nu. 7. vol. 2. Ripa in l. fin. num. 185. C. de reuoc. don. Becius d. conſi. 45. nu. 18. locator autem tenetur non ſolum rem ad vtendum, & fruendum tradere, ſed etiam ſucceſſiuam patientiam præſtare, & impedimenta omnia remouere, vt toto tem-
8 pore conuento conductor re frui poſſit, † l. ſi merces, §. 1. & 2. & §. qui fundum, ff. locati, l. ſi quis domum, vbi Bar. & l. ex cōducto, in prin. ff. eo. l. ſi fundus, ff. eod. tit. & dicit Bal. in d. l. ex conducto, quod locator agēs ad penſionem, tenetur probare quod patientiam præſtiterit cōtinuato tempore. idem voluit Bar. in diſputation. incip. publicanus, & dicit Calder. in conſil. 5. an conductores de locat. quod locator non dicitur tradidiſſe, niſi toto tempore conuento res fuerit penes cōductorem. Socin. in conſil. 156. nu. 10. & ſequen. vol. 2. Natta in conſi. 360. nu. 1. vbi ampliat, etiam ſi inſtrumento conductionis dicatur quod prædium tradidit, & nu. 5. ampliat etiam ſi conductor confeſſus fuerit ſe debitorem mercedis, quia per hoc non infertur ad traditionem. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 51. num. 8. & ſequen. vbi exornat Roland. in conſi. 69. num. 1. & ſeq. volum. 4. Bec. conſi. 45. num. 19. & ſeq. Cæph. in conſil. 577. num. 1. & ſeq. vbi poſt Alex. & Iaſ. dicit, quod locator tenetur ad factum ſucceſſiuum, nec liberatur per ſolam traditionē, & requiritur patientia pro toto tempore conuento, nec ſat eſt pro parte temporis eam præſtitiſſe, ſicuti non ſufficit eam præſtare pro parte rei, quia cōtractus eſt indiuiduos, & nihil videtur impletum cum aliquid ſupereſt implendum. Riminal. in conſ. 92. num. 8. Gabriel. in conſil. 75. num. 1. volum. 1. vbi fortius vult, quòd teneatur pati, vt cōductor poſſit alij ſublocare poſt Bart. in l. cum plures, in princ. ff. locati. idem probauit Magon. deciſ. Lucenſi 69. nu. 4. & ampliatur, etiamſi conſtaret de ſolutionibus, quia per eas non probatur traditio. Cęphal. conſil. 200. nume. 9. quinimo, quando conductor ſoluit penſionem ſi ex poſt corruat res conducta, datur repetitio ex conducto, vt dicit textus in l. ſed addes, §. ſi quis cum ia annum, ff. locati, atque retinet ſolutionem, quando nō præſtatur patientia, & ſolutum repetit. cum igitur rei locatæ pars non fuerit tradita, & locator pro ea

parte

parte patientiam non pręſtiterit,vt Dominus Comes
poſſet vti, & frui, vtiq; penſioné ſoluere non tenetur.
Secundo moueor, qui vbi res cõducta perit in totũ,
vel pro parte,tunc contractus locationis in totum vel
pro parte reſoluitur,& reſcinditur: tria enim ad ſub-
ſtantiam locationis requiruntur,res,penſio,& conſen
9 ſus.† ita per nonnulla iura concludit Carroc.in tract.
de locat.in 1.par.in Rubr.de ſubſtant.locat.c.1.nu.1.&
51.fol.mihi 3.in paru. impreſſ.& fol.5. in magna, quã
ſequitur Carpan.ad ſtatut.Mediol.c.379.nu.10. vbi di
cit quod hæc copulatiuè requiruntur ad eſſentiam lo-
cationis,vbi aũt res perit vel deficit, ipſa quoq; loca-
tio deficiat neceſſe eſt, quia vbi ſubſtantia contractus
10 deficit,cõtractus corruit,† l.vbi ita donatur,ff.de don.
cau.mort.l.per ſeruũ,§.fi.ff.de vſu & habitat.declaraui
in cõſi.543.nu.29.poſt gl.in l.pacta conuenta,ff.de cõ-
trah. empt. Vallaſ.de emphyt.q.4. nu.10.in fi.& dicit
Abb.in c.fi.nu.4. de cond.appoſ.quod remota ſubſtan
tia,remouetur actus.Rota dec.500.num.1.in 1.par. in
nouiſſ.& dixi in dec.125.nu.18.& actus nequit carere
ſua ſubſtantia,d.l.vbi ita donatur, Crau.in conſi.975.
nu.18.ſi igitur non extat res quæ fuit locata, nõ etiam
erit locata.Confirmatur autem hæc concluſio,quia lo
catio eſt ſimilis emptioni,& venditioni, l.2. l.ſicut,l.ſi
fundus, ff.locat.at non ſuſtinetur emptio niſi adſit res
11 quæ † vendatur,§.precium,Inſtit.de empt. Alex.in l.à
Diuo Pio,§.ſi pignora,ff.de re iud. Alex.conſi.18.vol.1.
ergo idem erit in locatione; & quod non poſſit ſubſi-
ſtere locatio niſi extet res quæ locatur,voluit Mozzius
in tract.de locat. & conduct. in tit. de ſubſtantial. lo-
cat.§.venio ad aliam columnam,nu.9. vbi ait, illa tria
requiri vt ſuſtineatur locatio,nempe,conſenſum,rem,
& mercedem. & hoc eſt adeo clarum, vt meo iudicio
palpetur, & negari non poſſit, quod ſi contractus re-
ſcinditur ſtatim cum res eſt perempta, tunc nõ poteſt
damnum compenſari cum fertilitate præcedentium
annorum, quia compenſatio præſupponit hinc inde
debitum,ſed ex parte conductoris,neq; creditum,ne-
que debitum extat,poſtquam reſciſa eſt locatio,& cõ-
ductio,ſed vterque contrahentium remanet in primis
terminis,perinde,ac ſi nulla eſſet locatio,& paria sũt,
factum non fuiſſe contractum, vel factum, ſed poſtea
12 reſolutum,† l.1. §.quibus,ff.quod cuiuſque vniu.nom.
Crauet.in conſi.80.nu.4.Becius in conſi.6.num.4.
Tertio,quod re perempta reſoluatur cõtractus tam
ex parte conductoris, quam locatoris,probat tex.in l.
item quæritur,§.fin.l.habitatores,§.fi.l.ſi fundus,§.fin.
ff.locati.& hoc voluit Bart. in l.ſi domum, ff.locat. vbi
dicit,quod vẽditor re ſemel tradita liberatur:quia te-
netur ſolum tradere,etſi poſt traditionem res pereat,
non tenetur vlterius; ſed locator qui non ſolum tene-
tur tradere; ſed pręſtare ſucceſſiuam patientia,non li-
beratur per ſolã traditioné, etſi res pereat pro parte,
tunc deducitur penſio,& reſoluitur contractus pro ea
13 parte.†& per iura prædicta dicit explicitè Ant.Gom.
de contract.c.3.tit.de locat.in prin.quod ſi res fortui-
to caſu eſt perempta,diſſoluitur contractus ab vtraq;
parte,& locator nõ tenetur ad rem,nec conductor ad
precium, ſed neceſſario ceſſat ab vtraq; parte obliga-
tio; & loquitur,qñ res perijt ſine culpa locatoris, vt in
caſu noſtro,& hæc deciſio eſt in noſtris terminis.idem
dixit Imola in c.potuit,nu.40.verſ.facit quod habetur
in ſimili,in fi.de locat.vbi ait,quod res conducta,ſi pe-
rimatur,ceſſat obligatio, quia ceſſat vſus ex parte cõ-
ductoris, & patientia ex parte locatoris. idem ponit
Imol.in conſi.39. vbi dicit, quod ſi res locata non põt
tradi, licet conductori reſilire à contractu. fortius di-
cit,quod ſi impotentia eſt pro parte tñ,poterit à toto
contractu diſcedere,quãdo vnica eſt locatio facta pro
vnico precio.ſequitur Tiraq.in tract.retractu conſan-
guin.§.23.gl.8.nu.3.& hoc etiam voluit Brun. in tract.
de interit.& perempt.concl.8. in 1.fallen.idem voluit
Bero.in conſi.140.num.15. vol.1. dum per tex.in l.ſi in
lege,§.colonus,ff.locat.vult,quod conductor liberetur
à toto contractu, quando patientia præſtari non po-
14 teſt.† & clarius,quando res eſt perempta,id ponit nu.
27.vbi per textum in l.ſed ſi addes, §.ſi quis eum,ff.lo-
cati,vult,quod inſula corruente,nec incendio abſum-
pta, conductor liberetur à contractu, & obligatione.
& hoc etiam ponit nu.39.& hoc etiam voluit Bal. in l.
licet,nu.4.C.locati,vbi ait, quod penſio vel merces nõ
debetur pro re quæ non extat, & ante eum dixit Bart.
in l.1.nu.3.C.de iure emph.quod vbi res eſt perempta,
non poteſt peti penſio.ſequuntur Doctores ibi,præci-
puè Iaſ. nu.17. Boſſius de remiſſion. merced. conduct.
nu.85.Bero.d.conſi.140.nu.36.vbi poſt Caſtr.& Imo-
lam vult,quod liceat recedere à contractu, quãdo res
eſt perempta, & facit, quia etiam emphyteuſis reſol-
15 uitur, qñ res in totum perijt, † quia cum deficiat ſub-
ſtantia contractus,ſuſtineri non poteſt contractus, vt
in l.1 in fi. C. de iure emphyt. & ibi Doctores omnes
ponũt pro abſoluto,quod in locatione rei, parte per-
empta, finitur locatio. & ideo quærunt de ratione di-
uerſitatis inter locationem, & emphyteuſim; quod ſi
res eſt perempta, locatio ſubſiſtere nõ poteſt,vt ſupra
dixi, & conſequenter non eſt agendum de remiſſione
penſionis:quia remiſſio petitur quando eſt debita,id-
eſt quando contractus locationis durat, ſed reſoluto
ipſo contractu,ceſſat penſio, & nulla fieri poteſt com-
penſatio,cum damno fructuum,vt dicam;& quod pe-
rempta re, contractus locationis reſoluatur, voluit
Cæph.in cõſi.271.Caroc.in tractatu de locat.in Rubr.
de incendio, nu. 77.fol.179. in magna impreſſ.& in 5.
par.c.51. in Rubr. ſi penden. locat.folio 48.in paruis.
Carpan.ad ſtatut.Mediol.c.379.nu.289.licet aliud ve
lint,quando non deſijt eſſe.
Quibus ſic firmatis,non obſtat,quod conductor te-
neatur vnius anni ſterilitatem compenſare cum an-
norum præcedentium vbertate. reſpondeo etenim,
hoc verum eſſe in conductore, ſed quando perempta
eſt in totum,vel pro parte res conducta, hinc reſolui-
tur contractus in totum, vel pro parte, & deſinit eſſe
conductor, & conſequenter non eſt locus compenſa
tioni: qualitas enim nominis determinans verbum à
quo diſpoſitio ſumit effectum, reſtringit obligatio-
16 nem, adeo, quod diſpoſitio non habet effectum, † ſi
qualitas deficiat,l.Titia,ff.de teſta.milit.l.2.ff.de auro
& argen.leg.per quæ iura Felin. in conſi.25. nu.23.di-
cit, quod verba contractus quæ loquuntur de condu-
ctore,reſtringunt effectum contractus ad tempus con-
ductionis. ſic Socin. in conſ.34. in fine, volum.3. vult,
quod vbi in inſtrumento fit mentio de locatore,intel-
ligatur conuentio donec eſt locator.& Felin.in præci
tato loco inſert, quod pactum francandi conceptum
per nomen conductoris, puta, quòd conductor poſſit
francare, non poterit exerceri poſtquam cecidit is à
17 conductione.† Gozadin.in l.2.in fine,C.de pact.inter
empt.& vend. Rota deciſ.115.num.3. in 1.par.in no-
uiſſim.ſic ergo iura, quæ dicunt quod conductor tene-
tur compenſare ſterilitatem cum vbertate, intelligi
debent, donec eſt conductor, & durat conductio,ſed
ea finita,non eſt tractandum de compenſatione.
Præterea, tunc fit compenſatio, quando condu-
ctor petit ſibi remitti penſionem quam ex obligatio-
ne contractus ſoluere tenetur: ita loquuntur iura, &
Doctores omnes, aliàs ſi mercedis remiſſionem non
petat,non poterit opponi compẽſatio, quia eſt debiti
& crediti contributio inter ſe,l.1.ff.de compenſat.vbi

autem remiſſio non debetur conductori, fruſtra obij-
citur ꝙ compenſet: at reſoluto contractu, nõ eſt locus
remiſſioni, quia penſio quæ non debetur, non põt re-
mitti, ex quo non entium nullæ ſunt qualitates, l. eius
qui in prouincia, ff. ſi cert. pet. & remiſſio ſupponit de-
18 bitum, ſicuti priuatio præſupponit † habitum, l. decẽ,
ff. de verb. oblig. l. Titio vſusfructus, ff. de cond. & de-
monſt. & carentiæ ſunt habentium, vt inquit Bal. in l.
licet, in 3. oppoſ. C. locati. ceſſante autem debito pen-
ſionis, ceſſat remiſſio, & remiſſione non extante, non
datur compenſatio. Cum igitur contractus eſt reſolu
tus, ceſſat obligatio ſoluendi mercedem, ſi merces nõ
debetur, non petitur remiſſio: ſi remiſſio nõ poteſt pe-
ti, non ei poterit opponi compenſatio. & certè, leges
loquentes de compenſatione, præſupponunt illum eſ-
ſe conductorem, & teneri ad penſionem, & conſequen
ter contractum ſubeſſe, & durare, vt poteſt videri in c.
propter ſterilitatem, de locat. in l. ſi vno, in princ. ff. eo.
tit. l. licet, C. eod. tit. ergo non habent locum, quando
reſoluta eſt locatio, & conductor liberatus ab obliga-
tione ſoluendi mercedem: quia iura quę vnum præſup
ponunt, & aliud diſponunt, verificãtur niſi etiam cõ-
19 currat † præſuppoſitum. gl. in l. mancipia, in ver. auo-
candum, C. de ſeru. fug. Roman. ſingul. 495. dixi in cõ-
ſil. 179. num. 39. in facto autem noſtro, præſuppoſitum
non verificatur, quia Dominus Comes pro illa parte
rei quæ perijt, deſijt eſſe conductor, & fuit liberatus à
contractu, nec conueniri poteſt ad penſionem, ergo
nec ei obijci poteſt quod compenſet præcedentium
annorum vbertatem, & hoc clarius eſt, quam vt poſſit
à quoquam in dubium reuocari: nam ſupponunt om-
nia iura, quod vbertas, & ſterilitas quæ inuicem com
penſandæ ſunt, euenerint durante contractu, aliàs cõ-
penſationi non eſſet locus, ſi ſterilitas eueniſſet duran
te locatione, & vbertas poſt eam finitam, quinimo, ſi
duæ eiuſdem rei factæ ſunt ſucceſſiue locationes, vber
tas quæ fuit tempore primæ locationis, non compen-
ſatur cum ſterilitate contingente tempore ſecundæ,
20 † Bal. d. l. licet, nu. 12. Salic. num. 9. Imola in c. propter
ſterilitatem, nu. 8. extra locati.

Nec aduerſatur quod iura videantur pariformiter
determinare caſus, qñ res perijt, vel quod vis maior
contigit in fructibus. Rñdeo enim, contrarium eſſe ve
tius, & iura difformiter diſponere de prædictis caſi-
bus: ná in l. ex conducto, §. ſed ſi labes, ff. locati, loqué-
do de damno contingente in fructibus, ponit vná ra-
tionem, ne ſupra iacturam amiſſi ſeminis colonus pé-
ſionem præſtare teneatur: in caſu vero quo ager terræ-
motu perijt, ponit aliam rationem, quia dñs tenetur
agrum præſtare, quo conductor vti frui poſſit, atque
ita licet vterque caſus dãno cedat dñi, & idem vtroq;
caſu decidatur, diuerſa tñ eſt deciſionis ratio; & ad-
uertatur, quod Iuriſconſultus ibi non dicit de remit-
tenda penſione, ſed tractat, cuius damno cedat labes
quæ contigit, dñi ne, an coloni? ſic in l. ſi fundus, ff. lo-
cati, dum agit de fundo, qui fuerat publicatus, mãdat
mercedem ſolutam reſtitui, ea ratione, quia non fuit
præſtitum prædium quo frui liceret. eodem modo in-
telligitur, l. ſed quo frui liceret. eodem modo intelli-
gitur, l. ſed addes, §. ſi quis cum in annum, ff. locati, vbi
loquitur de inſula quę corruit, vel incẽdio conſumpta
eſt, eadem ratione, quod facultas fruendi non fuerit
præſtita, vtitur text. in l. ſi quis domum, in princ. ff. lo
cati, dum loquitur de euictione domus locatæ. & idẽ
ibi dicit in §. fin. loquendo de ædibus exuſtis. ſic etiam
in l. habitatores, in princ. ff. locati, cõſiderat vſum rei,
an incommodetur modicè vel grauiter: qñ igitur res
perijt, tunc ꝓꝑ inobſeruantiam contractus, liberatur
cõductor, cui nec traditur res, nec tradi põt, vt voluit
Bart. d. l. 1. nu. 3. C. de iure emph. quem ſequuntur alij
ſupracitati. Ripa de priuil. contract. cauſ. peſt. nu. 63.
vbi dicit, quod in locatione patientia venit principa-
liter. Bero. cõſ. 140. nu. 36. vol. 1. Vallaſc. de iure emph.
q. 27. nu. 26. vbi dicit, quod ex quo patientia debetur,
ſi illa non præſtetur, quia res pereat, ea perit dño: qñ
verò damnum contingit in fructibus, tunc allegari nõ
poteſt inobſeruantia locatoris, & conſequenter con-
tractus durat, ſed ex æquitate, remittitur penſio, ne
penſionis, & ſeminis iacturam faciat conductor.

Et quamuis aliqñ Docto. dicant remiſſionem mer-
cedis fieri, qñ res eſt perẽpta, tamen intelligendi ſunt,
non vt fiat remiſſio eo modo quo fit qñ damnum con-
tingit in fructibus, ſed vt conductor à mercedis ſolu-
tione liberetur, ſcd̃m ſupradicta, intelligi enim debẽt
ſcd̃m iura quæ allegant Bart. in l. non ſolum, §. libera-
tionis, ff. de liberat. leg. prætereà à verbis Doctorum
21 non licet arguere, ſicut à verbis † legis, Doctores in
c. 2. de reſcript. & in c. 1. de conſtit. in fine. Bero. in cõ-
ſil. 63. nu. 5. vol. 1. & ideo ex dicto gloſſ. vel Doctorum,
22 non ſumitur argũ à contrario ſenſu. † Alex. in l. 1. nu.
28. ff. de offic. eius. Euerar. loco 4. Oſaſc. dec. 58. nu. 30.
non ergo curandum eſt quibus verbis vtãtur, ſed qui-
bus moueãtur rationibus. quinimo, vbi etiam verbis
inhærendum eſſet, adhuc interpretatio fieri debet,
quod penſio ſit remittenda, ideſt non debeatur, vt vi-
demus apud Bar. in l. fi. in princ. ff. ſi cert. pet. dum di-
cit, aliquem liberari, qui tamen non erat obligatus,
23 † vt ibi declarat Dec. in princ. & Curt. iun. nu. 1.

Falſum eſt autem, quod idem iudicandum ſit quan
do damnum illatum eſt in fructibus, atque vbi res pe-
rijt: ná in ſuperioribus demonſtraui aliter eſſe dicen-
dum, ſed pro confirmatione iuuat alia addere, multũ
enim intereſt, quod res non extet, vel quod extet, ſed
eius fructus fuerint vi tẽpeſtatis ablati: quia, vt dixi,
primo caſu reſoluitur contractus, ſecundo verò non:
quinimo in propoſito noſtro plurimum intereſt quod
res fuerit ita bello capta, quod non ſit ſpes recuperan
di, & quod extet, ſed timore belli vel ob incurſiones
hoſtium coli non poſſit: primo enim caſu habetur pro
perempta, & penſio non debetur, nec dicitur remitti:
ſecundo verò caſu debetur quidem penſio, ſed diſpu-
24 tant Doctores, an fiat remiſſio etiam in materia † em
phyteutica. ita diſtinguit Cuma. in l. interdum, §. qđ
ex naufragio, nu. 1. ff. de acq. poſſeſ. Abb. in c. potuit, in
fine, de locat. vbi Bero. nu. 176. Iaſ. in l. 1. nu. 88. & ſeqq.
C. de iure emphy. Iacob. in Auth. Qui rem, num. 31. C.
de ſacroſ. Eccl. Boſſius de remiſ. merce. conductor. nu.
105. Vallaſ. d. q. 27. nu. 13. verſ. verum omiſſa.

Præterea, Docto. in d. l. 1. C. de iure emphyt. & om-
nes alij mox citati, dicunt, quod re in totum perẽpta,
reſoluitur contractus, & non debetur penſio: non au-
tem dicunt quod fiat remiſſio; ſicuti igitur non fit re-
miſſio quando res in totum perit, ſed actus reſoluitur;
ita non erit locus remiſſioni, ſed reſolutioni in con-
tractu conductionis, quando res perit pro parte, vt
eadem ſit ratio partis quoad partem, quæ eſt totius
quoad totam, l. quæ de tota, ff. de rei vendicat.

In alio etiam eſt diſcrimẽ inter caſum peremptio-
nis rei, & caſum ſterilitatis, nam vbi damnum in fru-
ctibus contingit, quod tamen præuideri, & præcogi-
tari poterat, tunc nulla fit mercedis remiſſio, ſecun-
dum Bald. in titul. de pace Conſtant. in verſi. vaſſalli, il
ſecondo, vbi qui fundum conducit in regione in qua
conſueuit extare bellum, non petit remiſſionem, ſi
25 propter bellum nullos percipit fructus. † Alexand. in
conſil. 112. num. 8. volum. 1. Socin. conſil. 156. colum.
3. volum. 2. Dec. conſil. 312. in fine, col. . . . Purpurat.
conſil. 443. num. 8. conſil. 464. numero 19. Alber. in l.
licet,

Digitized by Google

licet,C.locat. vbi dicit,propter grandines non fieri remiſſionem in Lombardia, quia cum frequenter contingant,potuerunt à conductore præuideri,Boſſ.de remiſſion.merced.conducto.nu.89.latè Crau.conſi.957. num.30.Roland.conſi.52.num.19.volum.1.& Rimin. conſil.49.num.5.conſil.91.num.25.Ioſeph.Ludouic. concluſ.12.declar.6.Valaſc.d.quæſt.27.num.34.& 49. ſed vbi damnum cadit in rei ſubſtantiam, & eſt tale, quod ſubſtantia rei corrumpatur,& deſinat eſſe in rerum natura, tunc licet potuerit præuideri, tamen fit remiſſio, ideſt conductor liberatur à ſolutione, ita Bald.in d.l.licet,num.4.C.locati,vbi infert,quod conducens molendinum in loco periculoſo,compelli non poteſt ad ſolutionem, ſi fuit impetu fluminis deſtructum,licet hoc facile cuique fuerit cogitare, ſequitur Boſſ. in d.titulo de remiſſio.merced.conduct.num.85. vbi ponit exemplum,quãdo propter bellum res prorſus tollitur.

Rurſus,vbi damnum contingit in fructibus, non fit
26 remiſſio niſi ſit intolerabile,† & tale,quo abſtulerit vltra fructuum medietatem,vel tantum, quod ſuperextantes fructus non ſufficiant pro dimidia penſionis. Bar.in d.l.licet, Alex.conſil.3.volum.1.Aret.conſi.52. colum.2. Gozad.in conſil.74. in princip.Socin.iun. in conſi.86.num.9.volum.2.Silua.conſil.35.num.27.Riminal.conſi.40.num.4.Ioſeph.Ludouic. d.concluſ.12. verſi.verior,& communior, Vallaſc. d.quæſtio.27.numero 24.verſi. quinta fuit opin.& verſic. & hactenus, Menoch.caſu 76.numero 5. ſed vbi damnum eſt in rei ſubſtantia,tunc conductor liberatur à ſolutione,etiãſi
27 damnum graue non ſit, † ſecundum Petrum de Vbal. in tractat.de duob. fratr.par.11.num.113. qui tamen vult, quod damnum non ſit modicum, licet hæc vltima pars vera non ſit,ſed ſat eſt, quod etiam ſecundum eum non requiritur intolerabile damnũ, ſicuti requiritur,quando contigit ſuper fructibus. Boſſius omnino videndus,in d.titulo de remiſſ. merced. conducto. num.103.vbi per multas columnas,& præcipuè num. 107.concludit, quod vbi damnum eſt circa rei ſubſtantiam,vt quia res caſmate pereat, vel ſit à flumine totaliter occupata, vel etiam ab hoſtibus, cum tamen nulla eſt ſpes recuperationis,tunc fiat remiſſio,vel inducatur liberatio, nulla habita ratione, an damnum ſit vel nõ ſit intolerabile: quia tunc habetur reſpectus ſolum an rei vſus ſit impeditus, & an ſit præſtita patiẽtia,non autem an ex impedimento ſequatur intolerabile damnum; & quia ipſe melius ceteris tractat hunc articulum,ad illum me remitto. ſi igitur rei extinctio nõ regulatur illis legibus, & iuribus, quibus decidere ſolemus caſum ſterilitatis, ergo non etiam fiet compenſatio cum vbertate præcedentium annorum. & Boſſius in loco præallegato, nu.107. vult,quod etiam ſi minima pars rei perempta ſit, fiat pro ea reſolutio, ratio eſt, quia non debetur penſio pro re quæ non extat, vt dicit Bald. in d.l. licet, & ſicut interitus totius rei in totum liberat,ita interitus partis liberat à parte,vt ſupra ſuſtinui.& quamuis Petr.de Vbal.loco ſup. relato,vbi minima pars rei perijt,contradicat, tamen nulla eſt lex, quæ pro eo loquatur: nam quæ allegantur, loquuntur de damno illato in fructibus, & l. habitatores,in princip.ff.locati, quæ pro eo facere videtur, non ſtringit,loquitur enim, non quando res funditus perijt pro parte,& deſijt eſſe, vt conſiderat Boſſius, num.104. ſed quando pro refectione domus vſus illius in aliqua parte incommodatur: nos autem tractamus, quando res pro parte perijt extinctaque eſt, & funditus corruit. qui caſus ſicuti differt ab alio, in eo,quòd non requirit intolerabile damnum, ita ab illo diſtinguitur, quia etiam modicum damnum liberat à penſione,militat enim in parte eadem ratio,quæ in toto,ideſt,quia pro ea parte reſoluitur locatio,ſicuti reſolueretur in totum,ſi res in totum perijſſet,& nõ præſtatur penſio pro re quæ nuſquam reperitur,& pro ea parte locator non præſtat, nec præſtare poteſt patientiam, quod conductor fruatur,ergo nec penſionem debet recipere.

Et qui non facit quod debet, in tantum non recipit quod oportet,l.cum proponas,vbi gl.Bart.Bald.Ang. Salic.Caſtr.Alex.Iaſ.& Decius,& alij,C.de pact.quod ſi defectus obſeruantiæ, & implementi ſit in minimo,
28 nihilominus promittens non poteſt agere. † Bal. in l. iuriſgentium,§.adeo,in verſ.pacta conuenta,in 2.not. ff.de pact.Dec.d.l.cũ proponas, nu.5. & ibi Curt. iun. ad Alex.nu.2.Natta in conſ.373.nu.29.& ſeqq.Cæph. in conſi.66.nu.28.Menoch.in conſi.55. num.6. Becius qui loquitur in locatione, in conſil. 45.num. 10. Roland. in locatione, conſil.69. numero 6.ideo bene dixit Cæph.in conſi.577.nu.4.poſt Alex.& Iaſ.quod patientia eſt facti indiuidui, quod non poteſt præſtari pro parte temporis, & pro parte rei, quia in diuiduis nihil actum cenſetur cum quid etiam minimum ſupereſt agendum.

Adde, quod conductor poteſt à locatore expelli, ſi
29 in vnius denarij ſolutione deficiat, † ſecundum Bald. in conſil. 20. volum.2.Alexand.conſi.109.num.17. volum.3. Tiraquel. in tract. de iudic. in rebus exig. ferend.limit.51.Roland.d.conſi.69.num.8.ergo ſi locator in modico quoque deficiat, licebit conductori recedere,ſunt enim correlatiua locator,& conductor, & non debent ad imparia iudicari,& diſpoſitum in vno, locum habet in alio,l.fin.C.de indict.vid.tollenda. ex quibus infertur ad duo, primum quod malè loquutus eſt Vbald. d. par. 11.num.113. dum vult,quod modicum damnum non liberet à penſione, licet etiam non requiratur intolerabile, ſecundum quod perempta parte rei,quamuis minima,licet conductori diſcedere ſi vult à tota conductione,vt etiam voluit Imola in d.conſil.39. de quo ſupra memini, multo ergo magis reſoluitur pro parte.

Accedat diſtinctio Iacob. Butr. in l. licet, C. locati, qui agendo de remiſſione penſionis,dicebat,quod aut conductor allegat fundi,vel fructuum ſterilitatem, & tunc fit remiſſio, niſi vnus ex tribus caſibus contigerit, & præcipuè niſi contigerit magna vbertas in præcedentibus annis; aut allegat fundi ruinoſitatem vel caſmitatem,& tunc nulla facta exceptione vbertatis, dicit, quòd ruinæ habetur ratio. Cum igitur ſecundo hoc caſu non excipiat vbertatem, videtur admittere quod vbertas non compenſetur, dixiſſet enim ſicuti fecit in præcedenti caſu, argumento l. vnicæ, §.fin autem ad deficientis,C.de caduc.tollend. refert Salicet. ibi,num.4. eodem modo poſt Ioan. Andr. Cin. Iac. de Aret.Bartol.Butr.& Floria. diſtinguit Imol. in d.cap. propter ſterilitatem, num. 8. & in primo caſu ponit quartam limitationem vbertatis, in caſu vero ruinoſitatis, & peremptionis, nihil excipit. eam quoque diſtinctionem probat Vbald.loco præalleg.in 11.par. num.114.& num.115.Valaſc.alios citans in d.cap.27. num.25.per totum,præcipuè in fine, verſic. ſed & ſeptimo.& certè prædicti Doctor.qui magiſtraliter docebant,regulam remiſſionis, non omiſiſſent in ſecundo caſu limitationem, quam expreſſerant in primo, neque id eorum incuriæ aſcribendum eſt,ſed quia verè ſenſerunt compenſationis rationem non æquè ſecundo caſui conuenire ac primo.

Sed non ſubſiſtit quod dicebatur ex Bero. in conſil. 141.numero 4.volum.1.remiſſionem non fieri re pro parte perempta niſi damnum ſit intolerabile, nã

non

non loquitur Berous re perempta, ſed quando damnum eſt in fructibus illatum, ita in poſitione caſus, & in diſcurſu totius conſilij legitur, & ita loquuntur iura ab eo allegata, quod ſi intelligeretur de re perempta, eius dictum eſſet falſum, per rationes ſupra recitatas, & contradiceret Petr. de Vbal. qui negat requiri damnum intolerabile, licet non ſufficiat modicum, & refellitur à Boſſ. d. tit. de remiſs. merced. conduct. num. 103. & ſeqq.

Similiter Petrus de Vbald. in loco ſupra relato, facit pro hac parte: quia nihil dicit de compenſatione, ſed diſtinguit inter peremptionem rei, & damnũ datum in fructibus. & licet ipſe explicando ſuam intentionem, vtatur verbo, remiſſionis mercedis, intelligi tamen debet, non quòd fiat remiſſio, ſed quod liberetur conductor ab obligatione ſoluẽdi mercedem pro ea parte quæ extincta eſt, quia vt decluraui ſupra, finitur locatio cum re extincta, & non poteſt in futurum præſtari patientia; quinimo, quando res non eſt perẽpta, ſed occupata ab alio, vel in tali ſtatu, quod locator eam non tradit vel tradere non poteſt, etiam abſque propria culpa, tunc, ſi mora non eſt modica, & res non integra, conductor poteſt diſcedere à contractu, licet ex poſt locator velit tradere, & pati quod is vta-
30 tur. † eſt text. in l. cum plures, vbi gloſſ. in verſic. commodam, ff. locati, & in l. ſi in lege, §. colonus, ff. eod. qui loquitor, quando contractus pro aliquo tempore habuit effectum, & ibi Fulgoſ. dicit, locatorem poſſe quidem purgare moram tradendo rem, & præſtando patientiam, ſed duo copulatiuè requiri; primum, quod modicum temporis ſpacium interceſſerit; ſecundo, quod res integra, his verò ceſſantibus, conductor à conductione liberatur. idem voluit Caſtren. dicens, quod poſt moram multorum dierum non auditur locator, etiamſi conductoris non interſit. Ioan. Andr. in d. capit. propter ſterilitatem, & ibi Imola, nume. 31. Berous in conſi. 140. numer. 16. volum. 1. & Gabriel. in conſil. 75. per totum, volum. 1. quod ſi licet conductori reſilire ob moram locatoris, quando ſubſtantia rei extat, multo magis erit reſoluta conductio, quando res perempta eſt, & locator volens non poteſt præſtare patientiam, quod vtatur, & fruatur. Non tamen omitto, quod ſi eſſemus in caſu Petri Vbaldi, res non eſſet plana: quia extincta vinea vel olıueto, non per hoc dicitur perempta res locata, niſi locatio facta eſſet ſub nomine vineæ vel oliueti, ſecus autem, ſi de certo aliquo corpore vineis, & oliuis inſiſto; ſed hæc nihil ad nos. Verum redeundo ad noſtrum propoſitum, non video quomodo ad factum noſtrum detorqueri poſſit deciſio Vbaldi, niſi quatenus vtitur vocabulo, remiſſionis mercedis, quando res eſt perempta, de quo tamen dixi ſupra.

Poſt hæc ſcripta, nouum mihi dubium in mentem venit, ex eo, quod Cæphal. in conſil. 271. per totum dixit, locationem apothecæ, ſeu officinæ, ſeu verius ſtationis, non reſolui, aut reſcindi ſi incendio ſit com-
31 buſta, † vel aliter ruinam patiatur, per textum in l. ſi grege, in fin. ff. de legat. 1. vbi de inſula combuſta, & in l. domos, ff. eod. vbi de domo exuſta, & deciſionem illam ſequitur Carroc. in tractatu de locat. in ſecũda part. cap. 51. in Rubr. ſi pendente locatione, folio mihi 48. in paruis. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 379. num. 229. ſed ſi diligenter dicta iura inſpiciantur, non turbant ea, quæ per me ſupra concluſa fuere: nam procedunt contraria, quando res non eſt funditus deſtructa, ſeu verius, quando res non ita corruit, vt nuſquam ſit, nam ſupereſt area, in qua ſuſtinetur contractu, ſuperſunt etiam parietes. ita declarat Cæph. in d. conſil. præcipuè nume. 13. & 15. Eodem modo declarat Caroc. ibi, & latius in Rubr. de incendio, nume. 77. folio 179. in magn. impreſſion. vbi dicit, quod ſi officina exuſta reficiatur, durat locatio, quod etiam tenuit Cæphal. vbi ſupra, qui fortius concludit, quod locator cogi poteſt ad reficiendum. Carpan. loco prædicto, & pro hoc facit deciſio Ang. in §. lex itaque, in fin. in Auth. de nôn alienand. vbi tenet, quod exuſta domo emphyteutica, non reſoluatur contractus, nec
32 liberatur emphyteuta. † ſequuntur Cæpol. Are. Corn. Iaſ. Crot. Alciat. Natta, Paſet. Ioſph. Ludo. & Redoa. Vallaſc. de iure emphy. quæſt. 27. nu. 2. ſed vbi ita extincta eſt res, vt neque ſolum ſuperſit, neque parietes, ſed omnis ſubſtantia rei euanuerit, aliud ſine dubio dicendum eſt, vt ipſimet ſupracitati Doctores cõcludunt; & diuerſitatis ratio eſt, quia primo caſu res nõ perijt, cum rei potiſſima pars ſuperſit, id eſt area, & extante, ſuſtinetur contractus; ſecundo verò caſu, re perempta, ſubſiſtere non poteſt contractus, ad cuius ſubſtantiam rei exiſtentia eſt neceſſaria, vt ſupra dixi in ſecundo fundamento huius partis. & ideo Boſſius in d. tit. de remiſſio. merced. conducto. num. 42. dicit, quod ſi res locata mutauit faciem, adeo, quod locator non velit aut non poſſit rem ad priſtinum ſtatum reſtituere, licebit conductori deſerere contractum. conſidero verbum illud, quando locator non poteſt reſtituere, quod ſi eo caſu quamuis res extet, ſi tamen reſtitui non poteſt, licet conductori diſcedere à contractu, multo magis licebit quando res deſijt eſſe, & locator facere non poteſt quod ſit.

Præterea, vbi locator domum exuſtam, vel officinam incendio conſumptam recuſaret reficere, falſum
33 eſſet quod Cæphalus dicit in d. conſil. 271. quia † non poteſt dici domus, quando deficit tectum, & alia ſine quibus habitari non poteſt, & non dicitur officina, cum in ea conductor non poteſt artem ſuam exercere. cum autem domus cenſeatur ad habitandum conducta, & officina ad exercendum artem, vt concludit Bart. in l. cum plures, ff. locati, perinde eſt ſequuto incẽdio, ac ſi res nuſquam eſſet, & reſoluitur contractus, & non obſtat quod extent ſolum parietes: quia hæc ſola non conſtituunt domum, & officinam, & non reddunt fructum quem conductor principaliter cogitauit percipere, vt per Bart. in d. l. cum plures, vbi vult, quod qui conduxit domum magnam pro hoſpitio publico, vel pro recipiendis ſcolaribus, non tenetur ad penſionem ſi cauſa peſtis vel alia forenſes non acceſſerunt ad locum, vel ſcolaribus interdictus eſt acceſſus, quamuis res nullum paſſa fuerit detrimentum, ex quo conductor ad vſum deſtinatum frui non potuit. ſequitur Caſtr. ibi, in fi. vbi dicit, habuiſſe in facto proprio, & obtinuiſſe. Roman. in conſ. 178. vbi in ſtatione aromatarij combuſta loquitur. Alex. in conſ. 107. nu. 20. vol. 2. Aret. conſi. 52. nume. 1. & ſeq. Ripa, de priuil. contract. cauſa peſt. nu. 27. & ſeq. Boſſ. in tit. de remittend. mercede conduct. num. 40. & quamuis prædicti Doctores dicant remittendam eſſe penſionem, tamen loquuntur quando dubium eſt, an impedimentum ſit duraturum; ſed vbi certum eſt, quod durabit toto tempore locationis, vt quando locator recuſat reficere, & inſtaurare domum, & ſtationem, finitur locatio, nam deficit rei ſubſtantia, ſicuti quando oliuetum locatum eſt vel vinea, finitur locatio ſi oliuæ exſiccentur, & vites moriantur, ſecundum Vbal. d. par. 11. num. 112. ſed hæc nihil ad nos, quia ſumus in caſu quo funditus perijt pars rei, & nuſquam extat, nihilque omnino ſupereſt, non ſolum, ſeu area, non paries, non aliud quippiam; quare concludo contractum fractum eſſe, & reſolutum, eo quod deficiat vnum ex ſubſtantialibus, ſine quo conſtare non poteſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Uxor non poteſt ſecundo viro plus dare, vel relinquere quam dederit vni ex filijs primi matrimonij cui minus reliquit.*
2 *Relictum ſecundo viro vltra modum diſpoſitum à l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. applicatur filijs primi matrimonij.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi, etiamſi iuris communis ſint correctoria.*
4 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. diſpoſitio in dubio non cenſetur à ſtatuto correcta.*
5 *Statutum quamuis præciſum, non tollit neceſſarias interpretationes.*
6 *Legitima nunquam cenſetur derogare ſtatutum, niſi de ea ſpecialem faciat mentionem.*
7 *Argumentum de pacto ad ſtatutum, valet.*
8 *Pactum quod ſecundus vir aliquid habeat de bonis vxoris, intelligitur ſecundum diſpoſitionem l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. vt nempe filij primi matrimonij conſequantur legitimam.*
9 *Legitimam non capit filius tanquam lucrum, nec titulo lucratiuo, ſed iure naturæ tanquam æs alienum.*
10 *Verba ſtatuti vbi non conueniunt, non conuenit etiam ſtatuti diſpoſitio.*
11 *Legitimæ detractionem ad fauorem filiorum factam, non impedit ſtatutum deferens marito lucrum dotis conſtituta.*
12 *Statutum ſemper intelligi debet, vt minus lædat ius commune.*
13 *Tantum, & quantum, dictiones diuiſiuæ, æqualiter cuique enunciato tribuunt.*
14 *Copulatiuæ natura eſt æqualiter copulare.*
15 *Correlatiuorum in vno diſpoſitum, habet locum in alio.*
16 *Ratio non eſt inueſtiganda vbi adeſt ſtatutum.*
17 *Statutum præualet diſpoſitioni iuris communis.*
18 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. diſpoſitio ſtatuto tolli, & abrogari poteſt.*
19 *Statutum poteſt tacitè derogare diſpoſitioni l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.*
20 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. cenſetur derogare ſtatutum, quando facta mentione filiorum primi matrimonij, diſponit maritum lucrari dimidiam dotis.*
21 *Statutum iuris communis derogatorium, non recipit interpretationem à iure communi.*
22 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*
23 *Verba vbi ſunt clara, intelliguntur præciſè, non ſecundum ſubiectam materiam.*
24 *Statutum excludens à ſucceſſione, cenſetur etiam excludere à legitima.*
25 *Statutum deferens lucrum dotis marito ad præiudicium filiorum primi matrimonij, excludit dictos filios etiam à legitima.*
26 *Argumentum de pacto ad ſtatutum valet affirmatiuè, non negatiuè.*
27 *Pacta priuatorum iuri publico non derogant.*
28 *Legitima habetur pro ære alieno quo ad aliqua tantum, non quo ad omnia.*
29 *Damnũ non dicitur pati filius qui à patre priuatur legitima.*
30 *Legitima impropriè, & fictè dicitur æs alienum, & non includitur ſtatuto loquente de ære alieno.*
31 *Zacch. conſ. 43. reprobatur.*
32 *Doctoris dictum intelligi debent ſecundum iura quæ allegat.*
33 *Theſa. deciſ. 184. quomodo debeat intelligi.*
34 *Legitimam non deducunt filij primi matrimonij, quando ſtatutum tollit diſpoſitionem l. hac edictali.*
35 *Lucrum dotis delatum marito à ſtatuto, detrahitur ante legitimam tanquam æs alienum.*
36 *Maritus viuente vxore eſt dominus dotis.*
37 *Legitima in deducenda habenda eſt ratio bonorum quæ reperiuntur tempore mortis.*

CONSILIVM CCCCI.

PRo filio primi matrimonij ſtat diſpo-
ſitio l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.
qua cauetur, quod vxor non poſſit ſe-
cundo viro plus dare, vel relinquere
quam ei dederit ex filijs primi viri cui
1 minus reliquit, † & ibi hoc notãt Bart.
Bal. & alij. idem dicitur in §. optimè, in Auth. de nupt.
Corn. in conſil. 44. per totum, vol. 4. Dec. in conſil. 246.
in princ. id quod procedit etiam ſi vſumfructum reli-
querit: quia etiam tunc facta æſtimatione ſecundum l.
hæreditatum, ff. ad leg. Falcid. reducitur relictum ad
dictæ legis menſuram. Iac. Butr. Bal. & Albe. in d. l. hac
edictali, vbi Bertr. in §. ita tamen. Rol. in conſil. 29. nu.
25. volum. 4. Cæphal. in conſ. 412. per totum, præcipuè
nu. 60. Burſat. in conſi. 338. nu. 39. & 40. Marcobtun. in
conſi. 75. nu. 1. Quinimo, illud plus quod fuit ſecundo
viro relictum, totum applicatur filijs prioris matri-
2 monij, nec inter eos, & vitricum aliqua fit diuiſio. † ita
voluit Bald. in d. l. hac edictali, nu. 7. in l. pen. ibi, ſolis,
&c. & in conſi. 161. Quædam nobilis, vol. 1. & in conſil.
336. vol. 3. Florian. in diſput. incipien. mulier primo
viduata. Salic. d. l. hac edictali, verſi. quæro ſeptimo, &
ibi Bertrand. num. 28. Corne. in conſil. 44. col. 1. vol. 1.
multos allegat Roland. in conſ. 29. num. 8. volum. 4. &
hanc partem multis rationibus, & authoritatibus de-
fendit Riminald. in conſ. 311. num. 24. & ſequen. vbi
dicit eſſe magis communem, & maiori authorum nu-
mero ſuffultam, continereque maximam æquitatem,
per quam fauetur filijs. idem repetit in conſi. 333. nu-
me. 11. vbi recenſet infinitas authoritates. Burſat. in
conſil. 338. nume. 37. & ſequen. vbi ſeipſum in multis
locis allegat. Marcobtun. in conſi. 75. num. 33. Oddus
in conſil. 3. nu. 30. vſque ad finem conſilij, vbi dicit eſſe
magis communem, & mouentur omnes, quia illud
plus, habetur pro non ſcripto, & ipſo iure defertur fi-
lijs ex primo matrimonio.

Et quamuis Mantuæ vigeat ſtatutum quod vxore
ſine filijs communibus decedente, extantibus tamen
filijs ex priore matrimonio, maritus ex dote tantum
lucretur quantum vnus ex filijs primi matrimonij, ta-
men videtur quod filij ex primo matrimonio deducãt
in primis legitimam ſibi debitam, & de eo quod ſu-
perextat fiat æqualis diuiſio inter vitricum, & priui-
gnos, iuxta gloſſ. in d. §. optimè, in Authen. de nupt. de
qua inferius dicam abundè: nam ſtatuta recipiunt à
3 iure communi interpretationem, † & ſecundum illud
intelligũtur, l. 2. C. de noxal. Bart. in l. 1. §. lex Falcidia,
ff. ad leg. Falc. etiamſi iuris cõmunis ſunt correctoria,
Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. fin. §. in computatione, col. pen.
C. de iure delib. Curt. iun. in conſil. 7. num. 8. Becius in
conſil. 12. num. 52. conſil. 96. num. 8. & hac ratione ſta-
tutum in dubio non videtur corrigere diſpoſitionem
d. l. hac edictali, ſed ita ſemper intelligitur, vt ſalua ſit
eiuſdem legis terminatio, ideſt, ne plus conſequatur
ſecundus vir, quam filij habeãt ex primo marito pro
4 creari, † vt voluerunt Bar. Bal. Salic. & alij in ead. l. So-
cin. in conſ. 52. col. 1. in fi. vol. 3. & in conſ. 35. col. 2. vol.
4. vbi ait, quod in dubio dictæ legi derogatum non vi-
detur, quia legum correctio non inducitur per ſubau-
ditos intellectus, gl. in c. cupientes, §. quod ſi per vigin-
ti, de elect. in 6. & hanc partem tenuerunt Salic. Caſtr.
Alc. Iaſ. Dec. Abb. Cuma. Fulgoſ. Cur. ſen. Io. de Amic.
Ruin. Pariſius, Bero. & alij, quos citat, & ſequitur Rol.
in tract. de lucro dot. q. 26. num. 8. vſque ad finem, vbi
dicit eſſe communem.

Secundo, ſtatutum quamuis ſit præciſum, non tamẽ
5 tollit neceſſarias interpretationes, † ſecundum Bal. in
l. iu-

Digitized by Google

l.iubemus,C.ad Trebel.& in propoſito,hoc dixit Ca-
ſtren. in conſil. 462. in 1.colum. volum.2. Riminal. in
conſi.311.nu.12.vnde etſi dicat quod habeat ſecundus
vir quantum capit filius prioris matrimonij,intelligi
debet legitima ad filiorum fauorem deducta.

Tertio ſtatutum nunquam cenſetur legitimæ de-
6 rogare, niſi de ea ſpecialem fecerit † mentionem ,l. ſi
quando , in §. & generaliter, C. de inoffic. teſtam.vbi
Bal.Caſtr.Salic.Alex.Iaſ.& alij, Decius in conſil.392.
nu.5.Tiraq.in l.ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos ,
nu.96. C. de reuoc. donat. Menoch. plures alios refe-
rens in conſi.71.nu.2. Seraph. de iuram.priuil.70.nu.
10.Rimin.in d.conſi.311.num.14.propterea cum dixit
tantum capere vitricum,quantum vnus capit ex filijs,
non per hoc voluit denegare filijs legitimam , quam
ex forma l.hac edictali,poterant filij percipere .

Quarto valet argumentum à pacto , ad ſtatutum ,
7 † l.fin.vbi Bar.Bal.Salic.& alij,C.de fideiuſſ.gl.in l. nõ
ſolum,§.fin.ff.de oper.nou.nunciatio.Euerar. loco 89.
in princ. at vbi ſecundus vir ex pacto poteſt aliquid
habere de bonis vxoris , tale pactum intelligitur ſe-
cundum l.hac edictali,vt nempe filij præcipuam con-
8 ſequantur † legitimam,Caſtr.d.conſ.462.col.1. vbi ex
pacto infert ad ſtatutum.Cuma.in conſil.110. Dec. in
conſ.246.Rimin.d.conſ.311.nu.13.vbi infert legitimã
deduci poſſe, ſiue ex pacto, ſiue ex ſtatuto lucru ſit ſe-
cundo viro delatum.Theſ.dec.Pedem.184.nu.6. idem
ergo dicendum eſt, quãdo ſtatutum mandat quod ſe-
cundus vir lucretur tantum quantum vnus ex filijs ,
quia erit nihilominus filijs ſalua ante partẽ legitima .

Quinto quod ita ſit intelligendum ſtatutum pro-
bant eius verba , dum dicunt , quod lucretur vitricus
quantum vnus ex filijs ; appellant enim lucrum eam
portionem quæ filijs applicatur , & tamen legitimam
filij capiunt,non tanquam lucrum nec lucratiuo titu-
9 lo,ſed iure naturæ tanquam æs alienum.† Bald. in l.2.
in fine,C.de lib. præter. in Auth. Hoc amplius,in vlti-
ma oppoſ.C.de fideicomm.in l.quamquam, C.ad leg.
Falcid.Bero.conſil. 27.nu.9.vol... Rolan.in conſil.39.
nu.25.vol.3.Natta in conſi.528.nu.29.Cæph.in conſi.
589.nu.14.Menoch.in conſi.77.nu.16.& in ea filius di-
citur quaſi creditor,l.ſi quis legatum, ff. de falſis, gl.in
l.3.in verſ.auferri,vbi Bar.Caſtr.& alij, C.de iur.& fa-
cti ignor.Soci.iun.in conſ.109. nu.9.vol.1. vnde faten-
dum eſt , quod portio quæ ad filium ex ſtatuto defer-
tur , intelligitur excluſa legitima , & vltra legitimam
aliàs non eſſet lucrum,ſed ſolutio eius quod eſt debi-
tum. & cum ſtatuti verba non conueniant legitimæ,
10 non etiam ei conueniet ſtatuti diſpoſitio, †. l. 4. §.to-
ties,ff.de dam.infect.Bal.de ſtatuto loquẽs,in l.illam ,
in princ.C.de collat.Dec.conſ.669.nu.7.

Sexto in terminis hoc voluit Caſtr.in d. conſ. 462.
in 1. col. vbi vult, quod ſtatutum deferens marito lu-
crum dotis,non impedit legitimę detractionem ad fa
11 uorem filiorum fieri,†quem in propoſito citat Rimin.
d.conſi.311.nu.11.& ſeqq. vbi loquitur in ſtatuto per
omnia idem diſponente cum eo,de quo agimus , atq;
ita mentionem faciente de filijs prioris matrimonij ,
& nihilominus vult,quod eo non obſtante,non ſerua-
tur æqualitas inter vitricũ,& filios, niſi deducta prius
per filios legitima.idem repetit in conſi.333.per totũ.
Zuccard.in conſi.43.nu.12.& ſequen.vbi vult, ſtatuto
non obſtante deduci legitimam per filios , antequam
fiat inter eos,& vitricum diuiſio,& nu.4 inquit, quod
ſtatutum deferens marito lucrum dimidiæ dotis, etiã
ſtantibus filijs ex primo marito,intelligi debet quan-
do filij primi matrimonij habent tantundem ex alijs
bonis non dotalibus.hoc etiam voluit Gabriel.in cõſ.
13.nu.33.vol.2. Theſ. deciſ.184. nu.3. vbi relatis infi-
nitis authoritatibus, dicit eſſe communem , & ſecun-
dum illam iudicatum,adeo,quod in futurum ea deci-
ſio erit pro lege ſeruanda , & loquitur quando ſtatu-
tum defert dotis lucrum, ſtantibus filijs ex priore ma
rito, & licet Doctores omnes citati ad hoc , non lo-
quantur in eiſdem terminis , ſed multi aliter dicant,
nempe , quando ſtatutum non facit mentionem de fi-
lijs prioris matrimonij, tamen eadem videtur vtro-
que caſu ratio : nam intelligi ſemper debet vt minus
12 lædat ius commune,† c. cum dilectus , de conſuetud.
glo.in l.fin.§.in computat.C.de iur.deliber. ita in ſpe-
cie reſoluit Zuccard. in dicto conſi.43.num.10.minus
autem lædet ius commune , ſi intelligatur quod prius
detrahatur filiorum legitima , quàm ſi velimus diui-
ſionem dotis eſſe in omnibus æqualem .

Contrariam tñ ſententiam, prædictis nõ obſtanti-
bus, tamquam veriorem amplector,& concludo dotẽ
eſſe inter vitricum , & filios primi matrimonij æqua-
liter diuidendam , filioſque non poſſe ante partem ſi-
bi capere legitimam ; ſtatuti enim verba clara ſunt ,
dum dicunt , quod maritus tantum capiat quantum
vnus ex filijs : nam dictiones illæ diuiſiuæ, tantum, &
quantum,æqualiter cuique enunciato tribuuntur, l.is
13 cui legatorum,in prin.cũ ibi † notat. ff.vt in poſſeſ.le-
gat.l.ſancimus, cum nota.C.de teſtam.Grat. in conſi.
9.nu.99.vol.1.vbi loquitur in dictionibus tam,& quã,
quæ ſunt eiuſdem potentiæ , & paris virtutis cum di-
ctionibus,tantum,& quantũ. addo,quod iſtæ ſunt co-
pulatiuæ dictiones , quia non põt dici de vna quin de
alia dicatur , & natura copulatiuæ eſt copulare æqua-
14 liter,† l.reos,§.cum in tabulis, ff.de duobus reis,l.3.§.
ſi quis ita,ff.de eo quod certo loco.l.ſi quis Titio,ff.de
vſufruct.accreſcen.Decius in conſ.236.nu.3.Ripa in c.
ex parte, nu.42.de reſcript. Natta in conſi.582.nu.19.
Oſaſcus, deciſ. Pedem.81. num. 1. ergo vterque dimi-
diam dotis habebit ſine legitimæ detractione, alias
non erit æqualitas inter vitricum , & priuignos.

Accedit quod dictiones iſtæ, tantum, & quantum ,
ſunt correlatiuæ,& vna eſſe non põt ſine alia,in corre-
latiuis autem diſpoſitio ſemper eſt vniformis , & di-
15 ſpoſitum in vno, locum habet in alio, † l.1.vbi Bart.C.
de cupreſſ.lib.10.l.fin.C. de indicta viduit. tollen.Be-
cius conſ.45.nu.22.ſed diſpar eſſet cõditio ſi filius de-
duceret prius legitimam,& in ſumma,vitricus nõ ha-
beret tantum,quantum filius ex primo viro. Cum igi-
tur ſtatutũ ſit clarum , inanis eſt diſputatio, vt inquit
Corne.in conſi.109.in fine,vol.1.Cęphal.in conſi.138.
nu.20.& vbi eſt ſtatutum, ibi de ratione non eſt inue-
16 ſtigandum.† Bald.in l.Gallus, §.ſi eius , in 2.not.ff.de
lib.& poſth. Dec.conſi.563.nu.7. & vbi eſt caſus ſtatu-
ti,tollitur omnis dubitatio, Bal.conſi.174.vol.2. Cra-
uet.in conſi.4.num.21. & à ſtatuti verbis non eſt rece-
dendum, l.quod conſtitutum,vbi Bat.ff.de teſtam.mi-
lit. Dec.in conſi.484.& ſtatutum præualet diſpoſitio-
17 ni iuris † communis, Alex.in conſil.121.vol.6. Marſil.
Cæpha. Rol.& alij, quos citat Rimin.in conſi.503.nu.
34.conſi.508.nu.2.Becius,conſi.12.nu.3.& ſeq.Sola in
procem.conſtitut.Pedem.glo.4.nu.48.

Secundo moueur , quia iure communi non reperi-
tur prohibitum , quod vxor poſſit tantum ſecundo vi-
ro relinquere,quantum vni ex filijs prioris matrimo-
nij, hoc tantum legitur ei interdictum, ne plus relin-
quat vni quam alij, vt in l.hac edictali , ergo ſtatutum
hoc iuri communi cõforme ſeruandum eſt,quia quod
non reperitur correctum,ſeruari debet,l.præcipimus,
C.de appellationibus.

Tertio , quamuis iure communi non poſſit vxor
plus ſecundo viro dare , vel relinquere quam ei filio-
rum cui minus reliquit , tamen dictæ legis diſpoſitio
poteſt

18 poteſt ſtatuto tolli,& † abrogari,Bal.in l.1.col.3.verſ.
tertio quarto,C.de inoffic.dot.vbi Caſtr.col.2.Bald.d.
l.hac edictali,col.2.verſi.modo hic incidunt,& ibi Sa-
licet.in q.6.in fi.lex enim continet ius voluntarium,&
poſitiuum,non autē ius naturale,& neceſſarium,ideo
poteſt tolli.ita tenuerunt Bald.Caſtr. Soc.& alij,quos
ad hoc citat Rolan.in tract.de lucro dot. q.24. vbi di-
cit eſſe communem. Bero. quæſt.famil.119. num.1. &
ita tenere omnes inquit Phanuc. in tract. dotis, gl.5.
num.33.verſi.dicas imo contrarium, vbi adducit Ale.
Iaſ.Curt.Dec.Capram,Ruin.& multos alios, & ponit
hanc etiam concluſionem, & probauit Burſ. qui atte-
ſtatur de communi,in conſi.12.nu.47. Gabr.in conſil.
53.nu.10. in ſecundo vol.vbi alios citat. id quod pro-
cedit,non ſolum quando expreſſè derogat ſtatutum,
ſed etiam quando tacitè,non enim minus id facere
poteſt tacitè quā expreſſè, ſed ſufficit apparere quo-
quo modo de voluntate ſtatuentium, quod non attē-
datur ius commune. & in propoſito ſtatutum dicitur
communi iuri derogare, quando vitrico partem ali-
quam dotis deferendo,mentionem facit de præcedē-
tis matrimonij liberis: nam tunc derogat l. hac edi-
ctali. & quoad primum, quod non ſit neceſſaria ex-
preſſa,& præciſa abrogatio,ſed ſufficiat tacita, voluit
19 † Bald.in conſi.495. col.2. vol.5. Roman.in conſil.44.
nu.3.Salicet.Alexan.Soc.Dec.Ruin.Bero.Boer.& Pa-
riſ.quos omnes allegat, & ſequuntur Rol.in quæſt.25.
num.3.Bellon.in conſil.13.nu.9. verſic.tertio præmit-
to.Menoch.in conſi.4.num.14. verſic.ſecundum quod
ad rem hanc. Phanuc.in d.gloſſ.3. nu.39. in princ. vbi
ait,non eſſe neceſſariam clauſulam derogatoriam,ſed
ſufficere tacitam voluntatem,vt ſtatutum ſuſtuliſſe vi-
deatur illam legis diſpoſitionem, & in ſpecie, quod
ſatis dicatur ſublata,quādo ſecundo viro aſſignat do-
tem in totum, vel in partem facta mentione filiorum
primi matrimonij, puta tamen dicit maritum lucrari
dimidiam dotis vxore decedente cum filijs ex primo
20 matrimonio,& ſine filijs ex ſecundo,† voluit Bal.in l.
1.in 3.quæſt.C.de inoffic.dotib.vbi Caſtr.num.4.dicit
hoc caſu derogatum eſſe legi, & hac ratione cum eſſet
ex compoſitoribus ſtatutorum Florentiæ ſe addidiſſe
ea verba, etiam ſtantibus filijs ex primo matrimonio.
Dec.conſil.19. col.5. verſi.ſecundus caſus eſt, vbi vult,
quod hæc ſit & videatur expreſſè derogatio. Cur.iun.
Authen.præterea, num.14. Bero.conſi.40. num.5. vo-
lum.5.Pariſ.in conſil.93.num.7.volum.3.Socin.iun.in
conſil.93.nu.7. volum.1.vbi ait,hoc caſu ſtatuti verba
eſſe clara, eiſque ſtandum eſſe, nec dari locum diſpu-
tationi,& ante eum Socin.ſen.conſil.55.num.3.verſic.
vnde conſidero, volum.3. vbi quod hoc caſu nulla ca-
dit dubitatio: quia verba ſunt expreſſa, & diſpoſitio
eſt ſpecifica, & ſtantibus prædictis non inuenit aliquē
contra dicentem. & hanc partem tenuerunt illi om-
nes qui dicunt quod requiritur expreſſa derogatio,
& idem probauit Rolan.de lucro dot.q.30.num.4. &
5.& ibi ſæpè dum loquendo de expreſſa derogatione
ponit exemplum fere ſemper,quando dictum eſt ſtan-
tibus filijs ex priore matrimonio. Phanuc.in eod.tra-
ctat. gloſ.5.num.39. in verſic.vndecimus caſus eſt,vbi
dicit hoc eſſe indubitatum. Cæphal.in conſil.599. nu.
8.& num.54.latè proſequitur Burſat. conſil.12. num.
39. vbi alios citat. quod ſi per ſtatutum ſublata eſt di-
ſpoſitio l.hac edictali,vtique diuiſio æqualiter fiet in-
ter filium primi viri,& maritum ſecundum, nulla ha-
bita ratione legitimæ.

Et non obſtat, quod ſtatutum recipiat interpreta-
tionem à iure communi, & ſecundum illud intelliga-
tur,quia procedit,quando ſtatutum non eſt iuris com
munis derogatorium, at vbi venit ad correctionem
iuris communis,non recipit interpretationem ab eo,
21 † vt inquit Bald.in l.maximum vitium,colum.penult.
C.de libe. præterit. Caſtr. in l. fin. §.in computatione,
C.de iure deliber.Roman.in conſil.399. colum.penul.
Alexan.in conſi.35.colum.penult.& in conſil.127.col.
2.volum.1.Socin.conſil.150.numero 38. in primo. Ne-
uizan.in conſi.95.numero 18.quæ ſententia procedit,
quando conſtat ex verbis ſtatuti, quod in eo recede-
re vult à diſpoſitione iuris communis, vt diſtinguit
Imola in l.ſi vero,§.de viro, ff.ſolut.matrimo. quem in
propoſito citat Socin.in conſil.55.colum.fin.volum.3.
vbi infert, quod ſi ſtatutum dicat vxore moriente ſine
filijs ex eo maritum dotem lucrari, tunc erit deroga-
tum l.hac edictali,& tale ſtatutum non interpretabi-
tur ſecundum ius commune.Roland.in dicta quæſtio.
30.num.13.vbi hoc modo reſoluit Iaſ.in Authen.præ-
terea, numero 15. vbi Curt. iun. num. 14. in præſenti
autem caſu conſtat clarè, quod ſtatuentes diſcedere
voluerunt à iure communi,quia lucrum dotis detule-
runt etiam ſtantibus filijs ex priore matrimonio, er-
go non poteſt ſecundum illud fieri interpretatio. Re-
ſpondeo etiam,quod verba ſtatuti non patiuntur hāc
interpretationem: nam ſecundum eam maritus non
caperet ex dote quantum vnus ex filijs,ſed multo mi-
nus; vnde,cum verba ſint clara,non eſt opus interpre-
tatione,l.continuus,ff.de verbor.obligat.l.ille, aut il-
le,ff.de legat.3.ſed ſtandum eſt verbis,& quamuis ſta-
tutum in dubio intelligatur ſecundum ius commune,
vt in contrario dictum eſt, tamen fallit quando ex-
tantibus filijs ex primo matrimonio, lucrum defert
marito,quia tunc diſcedit à iure communi, vt in facto
noſtro voluerunt Caſtr. Baldus, Decius,& alij,qui ita
limitant,vt dixi ſupra in vltimo fundamento, & Do-
ctores ibi relati volūt expreſſè, quod facta mentione
filiorum prioris matrimonij, tollatur diſpoſitio l.hac
edictali, & ab ea intelligatur receſſum; ergo in neceſ-
ſariam conſequentiam volunt,quod ſtatutum non re-
cipiat interpretationem à iure communi.

Non etiam turbat, quod ſtatutum quamuis præci-
ſum, admittat tamen neceſſarias interpretationes:
quia reſpondetur, verum hoc eſſe, quando verba pa-
tiuntur, & in caſu noſtro maxima fieret vis verbis, ſi
legitima deducenda eſſet ad commodum filij: quia,vt
dictum eſt, maritus non caperet tantum quantum fi-
lius,ſic videmus, quod etſi verba intelligi debeant ſe-
22 cundum ſubiectam materiam,† l. Proculus, ff. de vſu-
fructu,l.inſulam,ff.de preſcrip.verb.Bal.in l.data ope-
ra,num.29.in fine,Cod.de his qui accuſ.non poſſ. Ne-
uizan. in conſil.92. num.18. Crauet.conſil.9. num.22.
Natta in conſil.416. numer.3. etiam ſi verba ſint præ-
ciſa, vt per Dec.in conſi.281.in fi. Ruin.in conſil.8.nu-
me.11.volum.5.Roland.conſi.61 num.56. volum.2. &
in tractat. de lucro dot. quæſt. 35. num. 5. tamen vbi
verba non patiuntur, ſed ſunt clara, non fit interpre-
tatio ſecundum ſubiectam materiam, ſed intelligun-
23 tur † præciſè. Bald.in conſi.185. nu.6. volum. 1. Tira-
quel.in l.ſi vnquam,in verſic.libertis,num.5.circa me-
dium,C.de reuoc.donat. Cæphal.in conſi.138. num.6.
Roland.conſi.62.num.23.volum.3.ſic ergo erit hoc in
facto, in quo, quia verba ſunt nimis clara, non ſolum
quia mentionem faciunt de filijs primi matrimonij,
ſed etiam quia dicunt, quod tantum capiat vir quan-
tum vnus ex illis filijs, non fiet interpretatio ſecun-
dum ius commune.

Minus repugnat, quod ſtatutum non cenſeatur tol-
lere filiorum legitimam, niſi de illa expreſſam faciat
mentionem, nam procedit hoc in contractu, vel in
alijs,ſed in ſtatuto vbi excludit aliquem à ſucceſſione,
cēſetur excludere etiā à legitima, quia eſt portio eius
quod

quod ꝗois habiturus eſſet ab inteſtato, l. Papinianus,
§.qm̃ autem quarta,ff.de inoffi.teſtam. Alex.& alij,in
l.Gallus,§.& quid ſi tñ,ff.de libe.& poſthu.multos ad
24 probationem concluſionis præmiſſæ citat † Becius,in
conſ.107.nu.7. Rol.qui alios addit in conſi.62.nu.50.
vol.3.Gozad.in conſil.43.nu.24.& 27.Cæph.in conſil.
404.nu.1.& in terminis quod ſtatutum deferens lucrũ
dotis marito,ad præiudicium filiorum prioris matri-
25 monij, excludat dictos filios etiã à legitima, † voluit
Cur.iun. in Auth. Præterea,nu.17.C.vnde vir,& vxor.
quia ſecundum eum ſubeſt iuſta cauſa,vt ſcilicet inde
maritum inueniant,vt conſiderat Caſtr.ſupra relatus
in l.1. C.de inoffic. dotib. pulchrè Dec.in conſi.19.nu-
me.5. vbi ſubdit vnum, quod maximè facit ad caſum
noſtrum, quia cum ſtatutum diſponat ſolum de dote
ad fauorem mariti, non autem de ceteris bonis pote-
rit ex alijs bonis deduci legitima filiorum. & hac ra-
tione ſtatutum non dicitur tollere legitimam filiorũ;
& licet fortè non habeat mulier alia bona præter do-
tem, tamen cum poſſit habere, ſat eſt quod legitima
certitudinaliter non tollatur, quamuis contingenter,
& ex caſu; & ſubdit, quod ſtatutum diſponere poteſt
ne legitima de certa bonorum ſpecie deducatur, ſicu-
ti quando non poteſt detrahi de dote. & idem omni-
no dixit Natta in conſil.308.nu.4. vſque ad finem,vbi
loquendo de ſtatuto lucrandæ dotis, dicit etiam legi-
timam non poſſe deduci à filijs primi viri, etiã ſi præ-
ter dotem alia mulieri non ſint bona, dr̃ enim imminu-
ta non in totum ſublata legitima, cum ex certis bo
nis detrahi non poteſt, & ponit,quod excluſi à ſucceſ-
ſione cenſentur etiã excluſi à legitima filij primi ma-
trimonij, quod in eodem ſtatuto voluit quoque Rol.
in conſi.62.nu.53.vol.3. vbi inquit, hanc eſſe commu-
nem opin.& idipſum in eodem ſtatuto approbat Bel-
lon.in conſi.53.nu.21. vbi ait, ſat eſſe,quod nõ tollatur
præciſè,& certitudinariè,quamuis alia nõ extent bo-
na,Phanuc.d.gl.5.nu.53.Crauet.conſ.524.nu.4. Facit
quod in ſimili dixit Cagnol. in l.fin.nu.99. C.de pact.
vbi ait,quod ſtatutum deferens partem dotis viro,nõ
impedit vxori liberam teſtandi facultatem, ex quo
poterit vxor de aliis bonis non dotalibus teſtari, id
quod poſt Iaſ.& Ruin. à ſe relatos voluit etiam Alba,
in conſ.50 num.3. Oſaſc.deciſ.Pedemon.20.num.7.in
fine,ſicuti igitur qoando ex ſtatuto maritus integram
dotem lucratur, nulla fit legitimæ detractio per filios
prioris matrimonij, ita nec detrahitur, quando par-
tem dotis lucratur: quia eadẽ eſt ratio partis quoad
partem, quæ eſt totius quoad totum, l.quæ de tota, ff.
de rei vend.vbi glo.& Doctor.notant,l.iuriſgentium,
§.adeo, vbi Doctores omnes, præcipuè Iaſ. ff. de pact.
Euerar. loco 80.

Parum vero obſiſtit, quod ſicuti pactum non tollit
diſpoſitionem l. hac edictali, ſed eo non obſtante vi-
tricus, & priuigni reducuntur ad æqualitatem, ita id-
ipſum fieri debeat ſtante ſtatuto. reſpondeo enim,qđ
non valet argumẽtum à pacto ad ſtatutum negatiuè,
26 ſed bene affirmatiuè, † quia per ſtatutum multa fieri
poſſunt quæ pacto non ſunt permiſſa,vt declarat Bar.
in repet.l.omnes populi,in 3.q.3.princ.quæſt. ff.de iu-
ſtit.& iure. Bartn.Caſtr.& alij, in l.non impoſſibile,ff.
de pact. Euerar.loco 89. col.penul.vbi ait,ſuſtineri ar
gumentationem à pacto ad ſtatutum negatiuè,quan-
do res in pactum deduci nõ poteſt,eo quod ſit turpis,
vel contra bonos mores,aliàs non procedat.multa po
nit Cæphal. in conſil.5. nu.53. vbi infert ſtatuto poſſe
legitimam tolli, quæ tamen pacto generali non tolli-
tur.& in terminis noſtris,ita hanc difficultatem reſol
uit Bellon.in d.conſi.13. nu.21.verſi.nec obſtat aliud,
ſubdens,eſſe communem reſolutionem,ita quoque in
noſtris terminis reſpondet Rol. in d.tractat. de lucro
dot.q.24.nu.9. & ante eos hoc voluit Caſtr.ab illis nõ
viſus, in conſil.192. verba appoſita in ſtatuto,col.fin.
vol.1. vbi dicit,quod eſt maior authoritas ſtatuti quã
pacti,& vult, quod hoc caſu non ſit tractandum de le-
gitima. Io.de Amic.in conſi.11.num.6.& ſeq. quia ſe-
cundum eum poſterior lex tollit priorem, & appro-
bat reſolutionẽ ſupra datam,quod negatiuè non pro-
cedit argumentum à pacto ad ſtatutum:quia eſſet ar-
guere a minori ad maius, & quod lex hac edictali,re-
ſiſtit pacto,ſed non ſtatuto,& nunquam lex futura cẽ-
ſetur tolli, niſi expreſsè dicatur,& quamuis ipſe con-
trarium in ſuo caſu teneat,illud tamen eſt,quia in ſuo
ſtatuto nulla facta erat mentio de filijs prioris matri-
monij, nec aliquo modo apparebat, quod ſtatutũ vel-
let illi legi derogare,vt ipſemet ſe declarat,nume.15.
at in præſenti facto habemus claram ſtatuti intentio-
nem,quod ſublata ſit l. hac edictali. eo quoque modo
ad argumentum reſpondet Iaſ.in Auth. Præterea,nu.
15. vbi probat maioris potentiæ eſſe ſtatutum quam
pactum, & reprehendit eos, qui arguunt à pacto ad
ſtatutum,& Curt.iun.idem vult ibi,nu.14. & hanc re-
ſponſionem confirmat Phanuc. d.gl.5.nu.34.vbi ideo
dicit, quod ſtante tali ſtatuto mulier poteſt dare bo-
na in dotem,& dando non dicitur facere actum prohi
bitum: quia cum prohibitio l. hac edictali, ſit ſtatuto
ſublata,nihil eſt quod mulierem impediat dare ſecun
do viro bona in dotem. Ceſſat itaque argumentum,
quod à pacto deducebatur,& eſt firma ratio,quia diſ-
ſolui debet vnum quodque eo iure quo conditum eſt,
l.nihil tam naturale,ff.de reg.iur.l.ab emptione,ff.de
pactis, lex ergo lege tolli poteſt, & quod publica au-
thoritate poteſt abrogari,contra verò pacta priuato-
27 rum,iuri publico non derogant,† l.ius publicum,ff.de
pact.l.contra,in princ.ff.eo.& ſubditi non poſſunt tol-
lere legem ſuperioris, cap. cum inferior, de maior. &
obed.c.cum acceſſiſſent,vbi Abb.in 4.notab.verſic.in-
ferior autem.& Felin.nu.5.de conſtit. Dec.in conſ.17.
nu.2.Rolan.conſi.29.vol.1. Cæphal.in conſil.38.nu.3.
vbi inferunt ad ſtatuta ſubditorum.

Verba quoque ſtatuti,quæ volunt quod maritus lu
cretur quantum vnus ex filijs, non permittunt quod
filius ante partem capiat legitimam:quia etſi loquã-
tur de lucro, tamen dirigit verba ad maritum, cuius
reſpectu dicitur lucrum, inquit enim, quod lucretur
tantum quantum vnus ex filijs, ſed non dicit, quod
filij lucrentur, Burſat.conſil.212.num.8.prætεrεa,etſi
legitima deducatur tanquam æs alienum, & filius in
ea iudicetur quaſi creditor, hoc tamen contingit im-
propriè,& per fictionem,quia habetur pro ære alieno
28 quoad aliqua tantum,non quoad omnia,† ſecundum
Angel.in l.Papinianus, §.ſi quis impubes,ff.de inoffic.
teſtamen.& ideo text.in d.§.ſi quis impubes,dicit eſſe
quaſi æs alienum, & vtitur dictione, quaſi,quæ eſt im-
proprietatis nota, l.hoc colore,vbi Barto.ff.de inoffic.
teſtamen. Hinc,ſi filius priuatur legitima à patre,non
29 dicitur pati damnum, † gloſſ.in l.3. vbi Bartol.& alij,
Cod.de iuris,& facti ignor. & viuente patre, legitima
non dicitur debita re,vel ſpe,l.1.§. ſi impuberi,cum ſi-
milibus,ff.de collatio.bonor.& per hęc multaque alia
argumenta,Iaſ.in conſil.181.per totum,vol.2.conclu-
dit, quod legitima fictè, & impropriè dicitur æs alie-
num, & non includitur ſtatuto loquente de ære alie-
30 no. † Alciat.in l.in quartam,num.25.ff.ad leg.Falcid.
Tiraquel. in l.ſi vnquam,in verſicu. ſuſceperit liberos,
num.113. C.de reuocand.donat.Roland.in conſil.62.
numero 41.volum. 3.Menoch.de arbit.iudic.caſu 149.
numero 12.caſu 163. nume.18.in conſil.71.numero 7.
Oſaſc. deciſ.Pedemon.148.nume.2.Becius,conſil.34.
num.

num.17.ſi igitur legitima non eſt propriè æs alienum,
nõ mirum ſi ſtatutum illam appellauit lucrum, ſicuti
portionẽ bonorum, præcipuè cum legitima in ſtatuto
non veniat appellatione æris alieni, ſcd̃m Iaſ. & alios
ſupra citatos, & ideo, cum ſtatutum dixit de lucro, po
tuit eius dictum non minus conuenire legitimæ debi-
tæ filiæ, q̃ portioni delatæ marito, ex quo eodem loco
habetur ab ipſo ſtatuto, & verba intelligi debent ſe-
cundum ſtatutum, imo & ſcd̃m mentem proferentiũ,
& conſequenter vt etiam legitima habeatur pro lu-
cro, licet forte aliud eſſet in verbis contrahentium,
propterea verba ſtatuti non repugnant ſenſui, quini-
mo conueniunt, & retorqueri poſſunt pró hac parte.

Nec contradicit Caſtr. in conſ.462. vol.2. quia lo-
quitur in ſtatuto quo non derogetur legi, hac edictali,
eo enim caſu ego quoque admitto, & eſt cõis opinio,
quod filij deducant prius ſuam legitimam, deinde qđ
ſupereſt diuidant cum vitrico: quia ſeruanda eſt di-
ſpoſitio dictæ legis, ſecus, qñ illius diſpoſitio ſublata
eſt ſtatuto, vt in facto contigit. & in toto eo cõſilio nul
lum legitur verbum aut ſignum, quod ſublata ſit l. hac
edictali, ideo non mirum, ſi diſpoſitio illius eſt ſeruan
da. Non omitto, q̃ conſilium illud non eſt Caſtr. nam
ſeipſum allegat, & ſibi ipſi reſpõdet, ſed quidquid ſit,
non obſtat facto noſtro, & loquitur in alijs terminis,
& propterea non fuit bene intellectum illud conſiliũ
à Rimin. qui conſi.311. nu.11. dicit illud procedere in
ſpecie ſua, in qua tamen ſtatutum expreſsè loquendo
de filijs prioris matrimonij, derogat l. hac edictali,
ſcd̃m Caſtr. Bal. & alios, quos ſupra citaui; & hac ra-
tione Rimin. nu.9. ſentiens fortè hoc obiectum, tenta-
uit euitare, dicens, q̃ ſtatutum ſuum diſponebat ſolũ
vxore ab inteſtato decedente, non ex teſtamento, ceſ-
ſante autem ſtatuto, res fuiſſet in puris terminis iuris
cõis, & antequam ſi ſtatutum non cataret: quia paria
ſunt, q̃ non extet, vel quod non loquatur in eo caſu. &
in conſ.333. nu.8. non aliter ſtatuto reſpondet, niſi qđ
non procedit condito teſtamento, & non audet affir-
mare, quod vbi eſſemus in caſu ſui ſtatuti, ſit locus de-
tractioni legitimæ, & rationes adductæ à Caſtren. in
loco præcitato, procedunt ſolum, quando dictæ legi
non eſt derogatum, & ſupra fuerunt per me ſublatæ,
ſed Zuccar. in conſil.43. nu.22. non reſiſtit, quia loqui-
tur poſito pro vero quod ſtatutum non corrigat l. hac
edictali, ſed ab ea recipiat interpretationẽ, ita enim
format quæſtionem ibi, in verſ. circa ſecundum, quod
eſt, & hoc caſu eius concluſio eſt veriſſima, nec ego cõ-
tradico: ſed ſublato eo præſuppoſito, & dato quod per
ſtatutum correcta ſit ea lex, aliud omnino eſt conclu-
dendum, nempe, quod legitima non detrahatur ante
omnia, per ſupradicta. Circa vero principalem quæ-
ſtionem, an ſuum ſtatutum corrigat legem prædictã,
dicit ipſe, quod non, quia loquitur de eo viro, cui dos
fuerat in ipſo contractu matrimonij data, vel promiſ-
ſa, vt num.8. ipſe vero dicebat, non ſic contigiſſe in ſuo
facto. quę concluſ. vera ne ſit an falſa, nihil ad nos. Vn
de, ſi ſtatutum in ſuo caſu non derogabat, fruſtra alle-
gatur in præſenti quæſtione. Præterea, nu.4. dicit ſta-
tutum ſuum non tollere legem hac edictali, quia etſi
de filijs prioris matrimonij loquatur, cum tamen ſo-
lius dotis lucrum deferebat, intelligi debet, dummo-
do filij ex bonis non dotalibus habeant quod ſibi à iu
re conceditur, ideſt, tantum, quod ſufficiat pro legiti-
ma præcipua, & allegat Socin. in conſi.35. nu.5. vol.4.
qui mouetur, quia nunquam ſtatutum derogat dictæ
legi niſi expreſsè id faciat. pro reſponſione tamen eſt
aduertendum, quod eius opinio eſt contra cõem ſen-
31 tentiã, † quæ habet, quod illi legi derogatum cenſetur
non ſolum quando à ſtatuto expreſsè dicitur, ſed etiã
quando tacitè ex verbis colligitur, & non eſt neceſſa-
ria expreſſa derogatio, vt voluerunt Bald. Rom. Salic.
Caſtr. Alex. Socin. Dec. Ruin. Pariſ. Boer. & multi alij,
quos citaui ſupra, in tertio fundamento huius partis,
& Rol. in d.q.25. expreſsè reprobat Soc. in d. conſi.35.
tanquam loquentem contra cõmunem, & omnes con-
cludunt corrigi legem hac edictali, quando ſtatutum
facta mẽtione filiorum prioris matrimonij defert ma
rito certam partem dotis, & pręcipuè Bal. Caſtr. Dec.
Curt. iun. Socin. Pariſ. Socin. iun. & alij quos citaui in
dicto tertio fundamento. Accedat, quod ſtante ſimili
ſtatuto, habemus deciſiones in terminis, qđ filij pri-
mi matrimonij non deducant legitimam, ſed ea pri-
uentur, vt ſunt Curt. iun. Dec. Natta, Rol. & Phanuc.
quos retoli in verſ. minus repugnat. vnde nõ eſt curã-
dum, quod Zuccard. falſo fundamento, & reprobatæ
innixus opinioni contrarium tenuerit. Gabr. autẽ in
conſi.13. loquitur de ſtatuto, quo non eſt derogatum
dictæ legi, ſed quod loquitur indiſtinctè, & abſolutè,
quo caſu, non præiudicat filijs ex priore matrimonio,
vt præmittit in princ. conſilij, & clarius hoc dicit, nu.
9. verſ. præſuppoſito igitur, & nu.10. verſ. ergo quia nõ
apparet, & rurſus d. nu.33. quinimò, cautè & cum mi-
ſterio hoc præmiſit, innuens, aliam fieri debere diui-
ſionem inter vitricum, & priuignos, vbi ſtatuto eſſet
dictæ legi derogatum; non ergo bene pro hac parte
adducitur Gabr. authoritas, quia agimus de ſtatuto
tollente prouiſionem l. hac edictali. Deciſio Theſaur.
184. nu.3. intelligi debet, quando ſtatutum non dero-
gat legi hac edictali. vulgata enĩ eſt propoſitio, quod
Doctorum dicta intelligi debent ſecundum iura quæ
32 allegant. † Bar. in l. non ſolum, §. liberationis, ff. de li-
berat. leg. & in Auth. Sed iã neceſſe, vbi Bal. C. de don.
ante nupt. Salicet. in l. ſi executione, Cod. de non nu-
mer. pecun. Iaſ. in §. rurſus, num.32. Inſtitut. de action.
Dec. in conſil. 189. num.1. cum ſimilibus. at Theſaur.
allegat Bald. Angel. Caſtren. Cuman. Fulgoſ. Papien.
Socin. Curt. ſen. Dec. & alios relatos à Roland. in tra-
ctat. dot. quæſtio. 27. qui omnes loquuntur in ſtatu-
to loquente indefinitè, ſimpliciter, & abſolutè, non
autem faciente præciſam mentionem de filijs prioris
matrimonij, quinimo Roland. præmittit, quod non
ſit derogatum l. hac edictali, ſed fieri debeat æqualis
diuiſio, & diſputat, an eo caſu filij præcipiànt legiti-
mam, ergo eodem quoque modo intelligi debet pro-
poſita quæſtio, quæ à Theſau. diſputatur in d. dec.184.
nec quemquam moueat, quod in principio mentio-
nem faciat de ſtatuto deferente lucrum marito, ſtan-
tibus filijs prioris matrimonij: nam non ita eſt, nec
illa verba, ſtantibus liberis primi matrimonij, refe-
33 renda ſunt † ad participium lucrante, ſed coniun-
genda ſunt cum ſequentibus, an ſtantibus liberis pri-
mi matrimonij, filij detrahere poſſint legitimam an-
tequam maritus detrahat lucrum ſuum: tum, quia
hoc modo intelligendo, conueniet cum Doctoribus
quos allegat, quos aliter intelligendo, impertinenter,
& ineptè ad hoc adduxiſſet, de quo non loquuntur
tractantes caſum penitus cõtrarium: tum etiam, quia
ſua deciſio eſſet contra communem ſententiam, quæ
vult, quòd legitima nõ deducatur quando diſpoſitio
l. hac edictali, fuit ſtatuto ſublata, nec de viro in legali
diſciplina tam bene merito dicendum, aut creden-
dum eſt, ignoraſſe eum quod illi Doctores loquuntur
in ſtatuto non derogante d. legi.

Remanent igitur pro hac parte ſoli Zuccard. & Ri-
minald. pro noſtra vero ſententia omnes illi Docto-
res ſupra citati, qui dicunt eſſe derogatum l. hac edi-
ctali, quando lucrum marito applicatur, extantibus
filijs primi matrimonij, & legitimã tolli à tali ſtatu-
to. &

tu,& in terminis Mantuani ſtatuti Burſ. in conſ. 212. num. 25. vbi addit, quod perpetuo vſu ſtatutum hanc ſemper recepit interpretationem. mutãdum ergo nõ eſt, quod & determinatam habet obſeruantiam, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. ita arguit in ſimili Socin. iun. conſi. 70. nu. 9. in 2. hanc etiam partẽ tenuit Phanuc. d. gl. 5. nu. 35. ver. hinc reprobatur, vbi dicit, quod filij ex primo viro non deducunt legitimam, quando
34 ſtatutũ tollit l. hac edictali,† & reprehendit Bald. qui in conſ. 273. ſuper dicto puncto, vol. 5. tenuit contrarium, & voluit, quod etſi à ſtatuto ſit derogatum legi hac edictali, tamen filij conſequantur legitimam. falſa enim eſt ratio, quod ſtatutum non cenſeatur tollere legitimam, quia, vt ſupra dixi, lex excludens ſimpliciter, cenſetur etiam à legitima excludere, & omni caſu cum ſtatutum de ſola dote diſponit, non tollit ſimpliciter legitimã, ſed eam vetat detrahi de certis bonis, nempe, de dotalibus, vt probaui ex Decio, & alijs. Vel etiã dici poteſt, quod prohibet detrahi de bonis iam in vita à matre alienatis, vel etiam quia primo detrahi debet æs alienum, ideſt lucrum à ſtatuto delatum, vt apud Phanuc. loco præcitato videri poteſt, qui idẽ tenet num. 44. Crauet. conſi. 524. num. 3. Marcobrun. conſi. 75. num. 134. & ſequen.

Et pro cõfirmatione facit, quia etſi matri debeatur legitima in bonis filij, vt ſunt iura clara, tamẽ ſi ſtatutum viro deferat dimidiã dotis filiæ, non dabitur matri legitima in illa dimidia, ſed maritus ante omnia deducet lucrũ prædictum, poſtea mater ſuper reliqua portionem ſuam capiet legitimam, quæ tali caſu erit tertia pars tantũ dimidiæ, ideſt tertia pars eius quod habuiſſet ab inteſtato, adeo, quod in calculanda legitima, nulla habetur ratio partis, quam maritus lucratur, perinde, ac ſi eſſet æs alienum. Butr. in conſi. 2. ſequitur Socin. in conſi. 288. verſi. confirmatur etiam ex his. & ante eos, quod lucrum deducatur ante legitimã
35 tanquam æs alienũ, tenuit † etiam Bald. in conſi. 314. in fine, volum. 4. Corne. in conſi. 127. colum. 1. volum. 3. vbi ſi maritus lucretur tertiam ex diſpoſitione ſtatuti, vult, quod ea tertia deducatur tanquam æs alienum ante legitimam, & ſuper duabus reliquis partibus matris legitima calculetur, vt ſit tertia duarum illarum partium, quia cum legitima ſit quota bonorũ, detrahendum eſt in primis æs alienum. Mouetur, & alia ratione, quæ facto noſtro conuenit; nam dos viuẽte vxore nõ erat in bonis vxoris, ſed mariti qui eſt do-
36 minus dotis,† l. doce ancillam, C. de rei ven. l. de his, & l. ex pecunia, C. de iure dot. mortua aũt vxore maritus retinet ſibi partem delatam à ſtatuto, atque ita cũ nullo tempore dos illa ſaltẽ pro portione ſtatuti fuerit in bonis vxoris, non poteſt ex ea deduci legitima per matrem, ex quo in deducenda legitima habenda eſt ratio bonorum quæ reperiuntur tempore mortis,
37 † l. quæritur, C. de inoffic. teſtamen. Dec. in conſi. 19. colum. fin. Boſſius in tit. de publicat. bono. nu. 6. Natta in conſil. 156. num. 6. Roland. conſil. 97. num. 42. volum. 2. Cæphal. in conſil. 42. nume. 20. Cotta in memor. incipien. Dos conſtituta. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 149. num. 18. & quòd pars dotis quam maritus lucratur ex ſtatuti diſpoſitione nõ ſubiaceat legitima, tenuit Phanuc. d. glo. 5. nume. 35. verſic. hinc conſultum extat, vbi addit Ruin. Crauet. Achil. de Graſſis, Gabriel. conſi. 100. num. 10. in primo. Decian. conſi. 2. nu. 97. & 107. volum. 5. ſicuti igitur portio mariti non minuitur per legitimam matri debitã, ita nõ debet minui per legitimam quæ filio debeatur: & ſicuti lucrum dotis reputatur æs alienum ad præiudiciũ legitimę quę matri debetur, ita reputari debet æs alienum ad præiudicium legitimæ quam petit filius; & quemadmodũ illa portio dotis quam maritus lucratur habetur pro re extranea, & quæ nunquam fuerit in hæreditate vxoris, quoad matrem, ita non debet iudicari res hæreditaria quoad filium, cum eadem ſemper ſit ratio, & iuris cenſura. Hãc itaque exiſtimo veram, & certam iuris determinationem in ſtatuto Mantuano, vt portio quæ ſecundo viro applicatur, nullam patiatur diminutionem ex cauſa legitimæ quæ filio primi viri debeatur, ſtantibus rationibus & authoritatibus ſupra citatis.

SVMMARIVM.

1 *Excluſus à ſucceſſione per legem, cenſetur etiam à legitima excluſus.*
2 *Relatiuum ſine copula adiectum qualitati quæ non conuenit cuilibet de genere, reſtringit diſpoſitionem.*
3 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus.*
4 *Reſeruatio nihil tribuit, ſed id quod quis habet reſeruat.*
5 *Reſeruatio limitata producit limitatum effectum.*
6 *Reſeruatio declarat mentem ſtatuti.*
7 *Conſequens qui vult, cenſetur etiam velle omne antecedens neceſſarium etiam in materia odioſa & exorbitanti.*
8 *Dotẽ cenſetur promittere qui promittit ſoluere vſuras dotis.*
9 *Acceſſorium licet non veſtiat principale, probat tamen illud eſſe verum.*
10 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto, & ſubſtantia.*
11 *Aſcendentium appellatione non minus includitur mater quã pater.*
12 *Argumentum à generalitate Rubricæ validum eſt, precipuè in ſtatutis.*
13 *Proœmium arguit cauſam finalem.*
14 *Indefinita æquipollet vniuerſali, & in ſtatutis non odioſis.*
15 *Pluralis numerus non poteſt ad vnum reſtringi.*
16 *Prædictorum, dictio, eſt relatiua præcedentium.*
17 *Relatio fieri debet ad proximam, & immediata, non ad remota.*
18 *Lex debet intelligi ſecundum titulum ſub quo eſt poſita.*
19 *Legitimam non minus tenetur mater relinquere filio, quam pater.*
20 *Superfluum ne quid remaneat, intellectus ita in oratione ſumendus eſt.*
21 *Exceptio debet eſſe de regula.*
22 *Proximior eſt melioris conditionis quàm remotior.*
23 *Legitima deſcendentiũ an poſſit in totum tolli per ſtatutum.*
24 *Statutum debet ita intelligi, vt non mereatur reprehendi à ſapientibus.*
25 *Senſus ille eſt accipiendus qui iuſtior habetur, quãdo ſcriptura multos habet ſenſus.*
26 *Verba ſupponentia diſponunt quando aliquid venit per neceſſarium antecedens, vel conſequens ad id quod eſt præſuppoſitum.*
27 *Fideiubere promittens tenetur etiam ſe obligare.*
28 *Debitorem ſe eſſe cenſetur fateri qui dat fideiuſſorem.*
29 *Dotem ſe promiſiſſe videtur admittere, qui ab aliquo recipit confeſſionem ſolutæ dotis.*
30 *Singula quæ non proſunt, multa iuuant.*
31 *Referenti creditur etiamſi non conſtet de relato, quãdo relatũ pẽdet à ſola poteſtate referentis, & ab illius diſpoſitione.*
32 *Clauſulæ executiuæ non alterant principalem diſpoſitionẽ, ſed bene declarant, qualiter ſit intelligenda.*
33 *Põt, verbum, importat arbitrium & facultatẽ non neceſſitatem, tam in legibus quàm in contractibus & reſcriptis.*
34 *Debitor qui promiſit ſoluere, vel dare pignora, nõ poteſt inuito creditore ſolutionem euitare dando pignora.*
35 *Statutum excludens dotatam à patre, non habet locum ſi illi ſit data dos à fratribus.*
36 *Dotatam excludens ſtatutum, intelligitur à bonis dotantis.*
37 *Verba debent intelligi eo reſpectu quo fuerunt prolata.*

CON-

CONSILIVM CCCCII.

NIHIL ferè egregiè excogitati poteſt,
quod pro intellectu Mutinenſis ſtatu-
ti ſub Rubr. 148. de ſucceſſione deſcen
dentium in bonis feminarum aſcen-
dentium in medium non attulerint
clariſſimi Iuriſconſulti qui pro Illu-
ſtrib. DD. ſororibus de Purrinis agentibus, vel pro Il-
luſtri Domino Equite Octauio earum fratre conuen-
to ſcripſere, vel qui in cauſa iudicarunt. ne tamen dif
ficultatem videar non deguſtaſſe, quæ mea ſit ſenten-
tia expromere non granabor. Et Domini Equitis cau
ſa videtur magis tuta, quia ſtatutum prædictum abſo
lutè & ſimpliciter feminas excludit ſtantibus maſcu-
lis, & quando excluditur aliquis à ſucceſſione, cenſe-
tur etiam à legitima excluſus, ſi de legis non de homi-
1 nis agimus excluſione, † vt poſt alios dicunt Natta,
Cæphal. & Becius, quos citaui in conſi. 85. num. 14. &
ſequen. & quamuis in ſtatuto excludente adſit ea mo-
dificatio, (ſaluo tamen ſtatuto de modo dotandi mu-
lieres excluſas) tamen non ideo videtur dictas ſoro-
res agere poſſe ad dotem, vel dotis ſupplementum:
quia relatum ſtatutum non diſponit mulieres exclu-
ſas eſſe dotandas, ſed modum præſcribit dotandi eas
quibus dos ex ſtatutis eſt debita: at non probatur fi-
liabus dotem deberi in bonis matris, niſi in ſubſidiú,
ergo non facit ad propoſitum, quia verba non conue-
niont, non enim determinat dotem deberi, ſed dat
formam petendi illam quæ eſt debita, & aliud eſt di-
ſponere, aliud ſupponere, & relatiuum, quæ veniret
dotanda, ſine copula adiectum qualitati quæ non cõ-
2 uenit cuilibet de genere, reſtringit † diſpoſitionem,
l. ea tamen adiectio, vbi Barto. ff. de lega. 3. cum multis
quos citaui in conſi. 127. nume. 47. & ideo licet ſtatu-
tum excluſiuum referat ſe ad ſtatutum loquens de mo
do dotandi, tamen quia relatum eſt in referente cum
3 ſuis † qualitatibus, l. aſſe toto, vbi Imola, ff. de hæred.
inſtit. Tiraquel. de leg. connub. glo. 7. nume. 182. alios
citaui in conſi. 105. num. 30. perinde eſt, ac ſi ſtatutum
excluſiuum contineret ipſas omnes qualitates, quo
caſu, vt dictum eſt, dotis petitionem non concederet.
Facit etiam, quia illa clauſula (ſaluo tameo ſtatuto,
&c.) continet reſeruationem quæ nihil tribuit, ſed id
4 quod quis habet reſeruat. † Ange. in l. ſi quis legane-
rit, ff. de lega. 1. cum multis apud Becium in conſil. 74.
num. 6. & reſeruario limitata producit limitatum ef-
5 fectum. † Iaſ. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, num.
20. ff. de lega. 1. Crauet. conſi. 15. num. 5. Becius conſil.
34. num. 26.

Sed his non repugnantibus, concludo, prædictis
DD. ſororibus deberi in bonis maternis dotes, vel ea-
rum ſupplementum vſque ad legitimæ menſuram,
idque ſuadere verba, & mentem ſtatuti, neque aliter
intelligi illud poſſe, niſi vis fiat verbis, & rationi, &
maximæ arguatur iniquitatis. primo, quia exceptio il
la (ſaluo tamen, &c.) declarat intentionem ſtatuti, an
voluerit ab omnibus bonis filiam excludere, vel dotẽ
reſeruare, & oſtendit, quid, & quantum in ſtatutaria
excluſione contineatur, l. nam quod liquidè, ff. de pen.
lega. cum ſimilib. & quod dicitur de exceptione, pro-
cedit etiam in reſeruatione: quia eſt quædam excep-
6 tio, ideo reſeruationem declarare mentem † ſtatuti
probat Aret. in conſil. 143. num. 2. in princ. Crauet. in
conſi. 214. nume. 14. Becius conſil. 74. nume. 15. vbi lo-
quuntur in dictione, ſaluo, quæ eſt modificatiua, exce-
ptiua, & reſeruatiua, vt per eos. cum ergo reſeruetur
diſpoſitio ſtatuti dãtis formã petẽdi dotes, datur in-
telligi, qđ nõ voluit excludere filias à petitione dotis,

Secundo, qui vult conſequens, cenſetur velle omne
antecedens neceſſarium, l. ad rem mobilem, l. ad le-
garum, ff. de procurat. etiam in materia odioſa, & ex-
7 orbitanti, † vt eſt diſpenſatio Abb. Butr. & alij, in
cap. cum in cunctis, de electio. cum multis apud Ca-
roc. in cap. cum quid, in 2. part. in princip. de regu.
iur. in 6. in prima ampliat. vbi pluribus alijs modis
ampliat. Euerar. loco 95. & in locis prædictis inferunt
Docto. ad multas notabiles deciſiones. hinc qui pro-
mittit ſoluere vſuras dotis, cenſetur promittere do-
8 tem, † l. 2. C. de dot. prom. vbi gloſ. quam Bald. dicit
non eſſe alibi, & non eſſe ſpeciale in dote, ſed proce-
dere generaliter, propter rationem. licet enim acceſ-
ſorium non veſtiat principale, probat tamen illud eſ-
9 ſe † verum, vt per eum. Dec. in conſil. 77. num. 6. Iaſ. in
l. admonendi, num. 148. dixi in tractat. dot. titu. 6. pri-
uileg. 22. num. 31. Caroc. d. part. 2. in 5. ampliat. num.
22. ergo ſi ſtatutum vult, quod in dote danda ſerue-
tur certus modus, certè in antecedens neceſſarium
cenſetur velle, quod dos detur: modus enim, & qua-
litas dotandi non poteſt eſſe ſine ſubiecto, & ſubſtan-
10 tia dotis, † l. nec vllam, §. abſentis, vbi Ang. ff. de pe-
tit. hæredit. Bald. in l. 2. C. de bonor. poſſ. ſecund. ta-
bul. in l. omnium, C. de teſtamen. probaui multis in
conſi. 34. num. 13.

Tertio ſtatutum de modo dotandi videtur habere
locum etiam in filia, quæ excluditur ab hęreditate ma
terna, quia Rubrica eius generalis eſt, & amplectitur
generaliter mulieres ab hæreditate aſcendentium ex-
cluſas, & mater non minus includitur appellatione
11 aſcendentium quam pater. † Bero. conſi. 129. num. 7.
volum. 2. & patet omnibus. licet autem arguere à ge
12 neralitate Rubricæ, præcipuè in ſtatutis, † vt latè po
nit Brun. de ſtatut. excluſ. femin. articu. 8. num. 93. &
ſeq. Crauet. conſi. 457. nu. 10. vbi multa ponit exem-
pla Cæphal. in conſi. 55. num. 8. & quòd aſcendentium
appellatio includat tam feminas, quam maſculos,
probat ipſorum ſtatutorum Rubr. 147. & 148.

Quarto, dictum ſtatutum in proęmio dicit, velle
conſulere mulieribus quæ ex forma ſtatutorum exclu
duntur ab hæreditate aſcendentium, ergo vult etiam
conſulere illis quæ excluduntur ab hæreditate ma-
tris, quæ eſt aſcendens, vt proximè dixi, & proœ-
13 mium arguit cauſam finalem, † Barto. in l. 1. in prin-
cip. ff. ad Maced. l. fin. vbi Barto. & Ange. ff. de hæredit.
inſtit. Becius latè conſi. 20. num. 11. & cum hæc ratio
ponatur indefinitè, vim habet vniuerſalis, quia inde-
finita æquipollet vniuerſali, l. ſi pluribus, vbi Barto.
in princ. ff. de leg. 2. & procedit etiam in materia ſta-
14 tutorum quando non reſiſtit odium. † Barto. in l. om-
nes populi, nume. 57. ff. de inſt. & iure. Dec. in l. 1. vbi
Curt. iun. num. 7. ff. ſi certum petatur. Bero. conſi. 141.
nume. 2. volum. 3. Didac. variar. reſolut. lib. 1. cap. 13.
num. 8. ver. quarto hic paret, Cagnol. in l. 1. num. 10. ff.
de regu. iur. Becius conſi. 51. nume. 2. Menoch. conſi. 4.
nume. 28. Marcobeun. conſi. 37. num. 14. conſ. 90. num.
25. in caſu autem noſtro, aut ſtatutum erit fauorabi-
le, aut ſi eſt odioſum, temperatur rigor per hanc in-
terpretationem.

Quinto cõſidero, quod idem ſtatutum in proœmio
loquendo de excluſione, vtitur plurali numero, dicens
vt conſultum ſit mulieribus, quæ ex forma ſtatutorum
excluduntur, & non dicit quæ excludontur ex forma
ſtatuti, & pluralis numerus non poteſt ad vnum re-
15 ſtringi, † l. vbi numerus, ff. de teſtibus, cap. pluralis,
de regu. iur. in 6. Dec. in conſi. 225. Crauet. conſil. 976.
num. 35. Oſaſc. deciſio. Pedemon. 112. nu. 18. Gabriel.
conſi. 117. nu. 4. volum. 1. Burſat. conſi. 236. num. 8. &
in conſil. 283. nume. 5. & in ſtatuto Crauet. conſi. 923.

nu.36. ergo reſpicit nõ ſolum eas quæ excludunmt ab
hæreditate aſcendentium maſculorum, ſed eas quo-
que quæ excluduntur ab hæreditate aſcendentium fe-
minarum, nec reſtringi poteſt ad ſtatutum loquens
de illis quæ excluduntur ab hæreditate maſculorum
aſcendentium, & ſi in duobus ſtatutis illa verba ſunt
verificanda, non poſſunt ad alia referri, quam ad ea,
quæ de maſculis, & feminis aſcendeotibus tractaot;
quia alia non extant quæ tractẽt de excluſione ab hæ-
reditate aſcendentium.

Augerur autem argumẽtum: quia in principio di-
ſpoſitionis, ſtatutum loquendo iterum in plurali nu-
mero, inquit: ſtatuimus, quod quælibet mulier, quæ ve
niret dotanda virtute prædictorum ſtatutorum, quæ
verba, ſi ad ſui verificationem duo requiruntur ſtatu-
ta, nec in vno ſolo intelligi poſſunt, clarè probant, qđ
virtute præcedentis ſtatuti ſub Rubr. 148. Filia, ſeu
mulier excluſa ab hæreditate feminæ aſcendentium
venit dotanda. quod ſi dos eſſet ei ſoli debita, qoæ ab
hæreditate aſceodentis maſculi excluditur, dixiſſet in
ſingulari numero, quæ virtute prædicti ſtatuti veni-
ret dotanda, & hoc argumentum videtur mihi ineui-
tabile.

Sexto ſtatutum poſtquam dixit, velle conſulere mu
lieribus excluſis ex forma prædictorum ſtatutorum,
mandat, (quod mulier quæ veniret doranda virture
prædictoru ſtaturotum) atque ita demonſtrando, quæ
mulier veniat dotãda, refert ſe ad præcedentia ſtatu-
ta, quæ tractant de excluſione ab hæreditate aſcendẽ-
tium: quia dictio, prædictorum, ſecundo loco poſita,
36 eſt relatiua præcedentium. † Dec. conſi. 278. colum. ſi.
alios citaui in conſi. 123. num. 13. in conſi. 230. num. 23.
Menoch. conſi. 86. num. 44. Crauet. in conſi. 929. num.
8. Vnde cognoſcitur, quod illæ ipſæ mulieres, quæ in
ſtarutis excluduntur ab hæreditate aſcendentium, ve-
niunr dotandæ, quia eadem referuntur ſtatuta, tam
reſpectu dotationis, quam excluſionis.

Septimo ſi verba ſtatuti loquentis de muliere dotã-
da, ſunt relatiua, certè relatio fieri debet vel ad proxi
37 ma, & immediata, non ad † remota, gl. in l. 1. ff. de leg.
præſtan. Bart. Caſtr. & alij, in l. hęres palam, §. ſed ſi no
tam, ff. de teſtam. Abb. in conſi. 78. col. 2. vol. 2. Menoc.
conſ. 98. nu. 80. Craue. conſi. 808. nu. 3. Berret. in conſi.
71. nu. 19. vel ad omnia præcedentia, l. talis ſcriptura,
in fine, vbi glo. & alij, ff. de lega. 1. l. ſi tibi purè, ff eod. l.
Aurelius, §. teſtator, ff. de liber. leg. Crau. in conſi. 958.
nu. 30. Gabriel. lib. 6. tit. de clauſu. conclu. 9. in princ.
cum infinitis ſimilibus, ſed ſiue ad ſtatutum immedia
te præcedens intelligatur facta relatio, ſiue ad omnia
præcedentia, vtroque caſu reſultabit conſequentia,
quod tam deſcendens ex femina venit doranda, quã
ea, quæ prouenit à maſculo: quia immediate præcedẽs
ſtatutnm loquitur de excluſione mulieris ab hæredi-
tate feminæ aſcendentis.

Octauo conſiderari poteſt ſtaroti hnios ſituatio, eſt
enim immediate poſitum poſt ſtatutum excludẽs ab
hæreditate feminarum aſcendentium, quod ſi voluiſ-
ſet diſponere ſolum de illius dote quæ excluditur ab
hæreditate maſculi aſcendentis, vtique fuiſſet colloca
tum immediate poſt ſtatutum diſponens de excluſ. ab
hæreditate maſculi aſcendentis, ex quo illi ſoli conue
niebat, non autem filiæ excluſæ ab hæreditate feminę
aſcendentis. Facit quod dicimus, legem intelligi de-
38 bere ſecundum titulum ſub quo eſt poſita, † l. Impera-
tor, ff. de in diem adiectio. Iaſ. in l. ſi filius in poteſtare,
nu. 31. ff. de lib. & poſthum. latè Neuiza. in Silua nup-
tiali, lib. 2. num. 131. in argumen. è Rubr. tit. cum vero
ſit poſitum poſt vtrumqoe ſtarutum, intelligi debet vt
conueniat vtrique, & amplectatur vtrumque, præci-
puè cum vtatur plurali oumero, loqnendo de ſtatutis.

Nono eadem militat ratio dorandi eam quæ exclu
ditur ab hæreditate feminæ aſceodentis, quæ verſatur
in ea quæ excluditur ab hæreditate maſculi aſcenden-
tis, quia etſi mater oon teneatur niſi in ſubſidium, id
tamen conſideratur donec ipſa viuit, ſed quandu agi-
mus de dote dãda propter excluſionem à ſucceſſione,
non poteſt conſtirui diſcrimen inter maſculum vel fe-
minam aſcẽdentem, ex quo voa & eadem excluſio eſt
cauſa dandæ dotis, ſicuti igitur excluſa ab hæreditate
maſculi aſcendentis eſt dotanda, ita quæ excluditur
ab hæreditate feminæ aſcendentis, & mater non mi-
nus tenetur filio relinquere legitimã, imo & inſtitue-
19 re, quam pater, † vt pooit latè Sapia in Rub. C. qui ad-
mitt. num. 48. Clar. §. teſtamanrum, quæſt. 47. Aſcan.
Cleni. in tracta. de patr. poteſt. c. 4. nu. 23. & ſeq.

Decimo ſi excluſæ ab hęreditate feminæ aſcenden-
tis, dos non deberetur, exceptio illa, ſeu reſeruatio fa-
cta in ſtatuto ſub Rub. 148. de ſtatnto loquente de mo-
do dotandi, eſſet omnino inutilis, ſuperflua, & fruſtra-
toria, quod non eſt dicendum: quia intellectum ſume-
re debemus per quem nihil remaneat otioſum, vel ſu-
20 perfluum, † ſecundum Bal. in Rubr. C. de contrahen.
empt. quam concluſionem ego comprobaui infinitis
authoritatibns, in conſil. 127. num. 9. & ſequen. Card.
Mant. qui ampliat de coniectu. vltim. volunt. lib. 1. tit.
6. num. 1. & ſeq. & verba potius capiuntur impropriè,
imò improprijſſimè, vt dicunt Docto. io locis prædi-
ctis, id quod multo magis obtinet in compilaturibus
ſtatutorum, qui nihil omnioo præſumuotur apponere
ſioe ratione.

Nec accommodari poteſt reſpouſio, quod ea reſer-
natio debeat intelligi, vt tunc ſit dotanda, quando a-
liunde non poteſt dorari, ideſt io ſubſidium, quando-
quidem eſt mera diuinatio, & ſtatutum loquens de
modo dotandi, nullum verbum de dote debita in ſub-
ſidium, ſed ſemper de ea quę debetur virtute ſtatuto-
rum, & tamen nullibi ſtatuta rractant de ſubſidiaria
dote. Quòd ſi velimus eſſe reſeruatam dotem in bonis
patris, primum diſpoſitio non eſſet apra: quia excep-
21 tio non eſſet de regula contra, † l. ſed an vltro, §. 1. ver.
ſed hanc ſententiã, ff. de neg. geſt. Din. in Rubr. de reg.
iur. in 6. circa fin. Natta conſi. 159. num. 31. Cagnol. l. 1.
nume. 29. ff. de reg. iur. pręterea, non eſſet ſufficienter
conſultum excluſæ: quid enim ſi eſſet naturalis filia,
item quid ſi patrem haberet pauperem, & matrẽ di-
uitem? quid ſi filia iam nubili mater præmoriatur ad-
huc patre ſuperſtite? quo tempore ſtatutum de modo
dotandi non haber locum, & multi alij caſus contin-
gere poſſunt, quibus filia eſſet deluſa, ſi dotem nõ poſ-
ſet petere in bonis matris.

Vndecimo facit argumentum conſideratum à do-
minis conſulentibus, quia omnibus excluſis à ſucceſ-
ſione, reperitur aliquod emolumentum fuiſſe reſerua
tũ filiæ in bonis patris, vel aui paterni dos, & interim
alimenta matri, alimenta in bonis filiorum, forori v-
ſusfructus: quod ſi filia io bonis matris non eſſet do-
randa, & nihil conſequi poſſet, vtique ſtatutum odio-
sè, & iniqoè cum ea egiſſet, quòd non eſt credendum:
quia ſi reſeruauit remotioribus, quare nõ idem feciſ-
ſet proximiori, qoi ſemper eſt meliori cõditionis quã
22 remotior, † l. ſi viua matre, C. de bon. mater. & in ma-
teria ſtatuti, Bald. in l. quod vero, ff. de legib. Abb. con-
ſil. 75. num. 5. in fin. volum. 1. Menoch. conſi. 115. num.
130. conſil. 235. num. 23. vbi diſtinguit inter ſucceſſio-
nem ex teſtamento, & ſtatutariam. Card. Mant. lib. 8.
tit. vlt. num. 48. in fine, & num. ſeq. & filijs eſt magis
debita matris hæreditas, quam matri debeatur filio-
rum ſucceſſio.

Duode-

Duodecimo demonſtratiuum eſt, & indiſſolubile
alterum quoque argumeutum ab alijs non omiſſum,
nam in ſtatuto 148. in §. declarantes, dicitur, quod ſi
vnus ea maſcolis excludentibus ſeminam, non ſatiſ-
ſecerit alij maſculo pro rata dotis ab alio datæ, vel
promiſſæ, is non admittatur ad portionem excluſæ.
ecce ergo, quod nō excluditur niſi dos, & quod ei ac-
quiritur portio excluſæ, qui dotem dedit. ſi enim ex-
cluſæ dos noo deberetur, vtique maſculus excluderet
feminam etiam ſi recuſaret dotare, vel alteri maſculo
dotem ſoluere; exclnſio itaque eſt propter dotem, &
is ſolus eacludit qui dotat, & ei ſoli acquiritur portio
excluſæ, qui dotem dedit, negari itaque non poteſt,
quin excluſa ſit dotanda.

Decimotertio, vbi ſtatutum eſſet dubium, debet in
dubio capi hæc intelligentia, tum, quia hoc modo mi
nus derogat iuri communi, tum etiam, quia per eam
euitamus dubiam illam controuerſiam, an ſtatutum
23 poſſit in torum tollere deſcendentium legitimā, † de
qua latè tractaot domini conſulentes in hac cauſa, &
vltra eos Craſſus in §. legitima, q. 42. Marcobrun. in
conſi. 43. num. 26. & ſequen. dixi in tract. alimen. tit. 5.
quæſt. 1. oum. 7. Ripa in conſi. 79. num. 1. Lupus in cap.
per veſtras, §. 3. num. 3. de donat. inter vir. & vao. folio
mihi 139. & latiſſimè omnium Ludo. Molin. in tracta.
de primogen. Hiſpan. lib. 2. c. 1. num. 20. & ſeq. vbi in-
finitos allegat authores, & probat legitimam tolli
nō poſſe etiam à Principe de plenitudine poteſtatis,
& reducitur ad æquitatem, ſecundum quam dicuot
iofiniti Doctores, qood ſtatutum excluſiuum à ſuc-
ceſſione, non eacludit à dote, ab alimentis, & ab alijs
ſubſidijs, & ita intelligi debet ne mereatur reprehen
24 di à ſapientibus, † l. Flauius Ariſto, ff. de leg. præſtan.
Bal. io conſi. 91. vol. 4. Soc. iun. in conſi. 1. num. 128. vo-
lum. 1. Craoet. conſi. 3. nume. 23. & conſi. 5. nume. 14. &
quando ſcriptura multos habet ſenſus, ille accipieo-
25 dos eſt, qoi iuſtior † babetur. Bal. conſil. 218. colum. t.
vol. 3. Crauet. cooſi. 70. nu. 14. at ſenſus hic eſt iuſtior,
æquior, & à rigore magis alienus, ac naturali iuſtitiæ
magis conformis: multa autem alia fundamenta co-
pioſè, & eleganter poſuerunt domini cōſulentes, ſed
non eſt mei propoſiti aliena tranſcribere.

Nō obſtat itaque, quod ſtatutum ſub Rubrica 149.
noo diſponat, ſed ſupponat: quia reſpondeo, id non
procedere quaodo aliquid veoit per neceſſarium an-
tecedens, vel conſequens, ad id, quod eſt præſuppoſi-
26 tum, tunc enim verba ſupponentia diſponunt, † vt
probatur in l. Proculus, in princ. ff. de vſufructu, vbi in
legato vſusfructus domus, ſi ponatur conditio conſti
ruendi ſeruitutem altius tollendi, venit proprietas,
quia aliter ſeruitus, quam à domino conſtitui non po
teſt. ad idem eſt tex. in l. denique, §. ioterdum, ff. de pe-
cul. legat. vbi peculium cenſetur ſeruo legatum, pro-
pter cōditionem legato libertatis adiectam, ſi ratio-
nes rediddiſſet, & ceutum intuliſſet hæredi, & per di-
cta iura ita concludit Barto. in l. ex hac ſcriptura, nu-
mero 3. verſic. oppono de l. Titia, ff. de donat. vbi duo
requirit: primum, quod id veniat per neceſſariam an-
tecedentiam, vel conſequentiam: alterum vero, qood
pendeat à poteſtate diſponentis. idem Bart. in l. cum
tale, §. fio. in fine, ff. de conditio. & demonſtr. Aleaau.
in conſil. 126. num. 3. volum. 5. & quamuis prædicta iu
ra videantur loqui in verbis enunciatiuis, tamen idē
eſt in verbis præſupponentibus, vt in terminis voluit
Rota in deciſio. 316. num. 5. in 2. part. in nouiſs. ſic in
propoſito, ſtatutum diſponens de modo dotandi filiā
exeluſam, ſupponit illam eſſe dotādam, ergo, id quo-
que diſponit: quia non aliter poteſt tractari de quan-
titate, & modo, niſi demus per neceſſarium antece-

dens, quod ſit dotanda. ſic Rot. loco præcitato. nu. 4.
dicit, quod confitens dotem fuiſſe auctam, cenſetur
etiam fateri, quod ſit dos, quia augmentum non po-
teſt eſſe ſine dote: ſic qui vſuras dotis promiſit, cenſe-
tur dotē promiſiſſe, d. l. 2. C. de dot. promiſ. cum alijs
quos ſupra citaui, in ſecundo fuodamento: quia vſuræ
quæ ſunt acceſſoriæ, non poſſunt deberi ſine dote quæ
eſt principalis. Hac quoque ratione, qui promittit ſi-
deiubere, quia ſupponit præcedentem obligationem,
ſine quā non conſtat fideiuſſio, tenetur etiam ſe obli-
27 gare. † tex. in l. tribus, ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu con-
ſum. & ibi not. Bal. idem voluerunt Iacob. Butr. Iac. de
Rau. & Cin. in l. 1. C. de ſatiſd. multis deciſionibus ego
comprobaui in conſil. 201. oume. 6. & ſeq. & in tracta.
alimentorum, tit. 8. priuileg. 22. oum. 32. Sic etiam qui
dat fideiuſſorem, videtur fateri ſe eſſe debitorē, quia
28 fideiuſſio non ſuſtioetur ſine principali † obligatio-
ne. Bald. in l. 2. in 2. lect. num. 1. C. de dot. promiſ. addo
quod per eandem rationem oeceſſarij antecedentis,
ſi quis recipiat ab aliquo confeſſionem receptæ, vel
ſolutæ dotis, ex hoc videtur admittere ſe dotem pro-
29 miſiſſe, † text. eſt ſiogul. vbi notant omnes, in l. ſi vo-
luntate, C. de dot. promiſ. vbi Salic. dicit, quod hæc eſt
mirabilis fictio. Soc. in l. 1. num. 95. circa finem, ff. ſolu.
matrim. Eman. Coſta in l. ſi ex cautione, limit. 14. nu. 4.
C. de non num. pecun. Didac. lib. 1. variar. reſol. cap. 7.
nume. 6. Hæc omnia volui cumulare ad probandum,
quod præſuppoſitum diſponit quando venit per ne-
ceſſariam conſequentiam, quia Doctores non ita exa
ctè tangunt.

Reſpondeo etiam ſecundo modo ad argumentum,
quod in caſu noſtro filiam eſſe dotandam in bonis
matris deducimus ea multis alijs argumentis vltra
præſuppoſitionem de qua ſupra, imò ex claris demon
ſtrationibus, ergo quæ ſingula non proſunt, multa iu-
30 uant, † l. ſi ſtipulatus, in princ. vbi glo. ff. de vſufr. Cra-
ue. conſi. 805. num. 17.

Tertio reſpondeo, quod verba ſtatuti prædicti oon
tam ſunt præſuppoſitiua, quā relatiua, dicunt eoim,
quæ veniret dotanda virtute prædictorum ſtatutorū,
ſed etſi dicamus in præcedentibus ſtatutis oon inue-
niri, quod filia excluſa ab hæreditate matris dotanda
ſit io eius bonis, atque ita de relato uon conſtare, (quod
tamen prorſus negatur, ex quo ſtatutum præcedēs in
d. §. declarantes, id expreſsè diſponit) tamen hæc ſola
probaret relatio, quia referenti creditur etiam nullo
modo couſtito de relato, quaudo relatum pendet à ſo
31 la poteſtate referentis, & ab illius diſpoſitione, † l. ſi
ſeruus legatus, §. ſi ita ſcriptum, ff. de lega. 1. Bal. in l. ſi
donatio, C. de donat. Bart. in l. admonendi, nu. 7. ff. de
iureiuran. vbi Iaſ. in 1. lect. nu. 22. & in ſecunda, nu. 24.
& Ripa, nu. 35. Oldra. Caſtr. Curt. ſen. & Decius, quos
citat Crauet. in conſi. 926. nume. 8. conſi. 157. nume. 3.
conſi. 956. num. 15. Menoch. in conſi. 90. nu. 42. vbi al-
legat Socin. Pariſ. Albam, & Didac. Berret. conſil. 134.
num. 3. vbi addit Rimin. Bero. in conſil. 198. oume. 23.
vol. 1. Oddus conſil. 64. nu. 76. & adducunt Doct. pul-
chras deciſiones ad probaodum eam regulam, & non
eſt dubium, qoin ſtatutum poſſet diſponere, quod fi-
liæ excluſæ ab hæreditare feminæ aſcendentis, debea-
tur dos, ergo non eſt quærendum, ſi extat ſtatutum re-
latum, vel non extat, poſtquam id poteſt ſtatutum de
nouo inducere.

Nō mouet quod relatiuom poſitum in ſtatuto ſub
Rubr. 149. reſtringat diſpoſitionem ad mulieres quæ
ea forma ſtatutorum ſunt dotandæ, quia etſi ea re-
gula plures admittat limitationes, de quibus per Iaſ.
in l. cunctos populos, nume. 2. C. de Summ. Trinit. &
fide Cathol. in 1. lect. & per Cottam in Memor. incip.

Ii 2 quis

quis vel qui, tamen reſpondetur clatius, quod probatum eſt ex ſupraſcriptis, filiam eſſe dotandam de maternis bonis, & ſic diſponere ſtatutum ſub Rubt. 148. vnde fit, qđ in caſu noſtro ſit verificata illa qualitas ſeu reſtrictio facta de mulieribus quibus à ſtatuto dos debetur.

Et non repugnat quod modificatio ſeu reſeruatio nihil tribuat, ſed ius, ſi quod competit conſetuet. reſpondeo enim, vetum id eſſe, ſed ex ipſa reſeruatione declarari quid, & quantum comprehendatur in diſpoſitione reſeruante, vt poſt Ctauet. conſil. 214. nume. 14. & Becium in conſil. 74. nume. 15. dixi ſupra in primo fundamento pro hac parte: ſic dicimus, clauſulas exequutiuas non alterare principalem diſpoſitionem, Clemen. 1. de præbend. Becius conſil. 24. numero 21. ſed bene declarare qualiter ſit intelligen-
32 da. † Bald. in l. eam quam, numero 36. C. de fideicommiſs. Socin. conſil. 272. colum. fin. volum. 2. alios citat Becius, conſil. 88. num. 50. & ratio eſt, quia ex quibuſuis coniectutis cognoſcitur quæ fuerit mens, & intentio diſponentis, & ſufficiunt verba enunciariua, & id patet omnibus.

Quod autem dictum eſt reſeruationem limitatam producere effectum limitatum, verum quidem eſt, ſed non confert ad caſum noſtrum: quia etſi ſit limitata ad mulieres, quibus dandæ ſunt dotes, tamen nos ſumus eo in caſu in quo filia eſt dotanda in bonis mattis, atque ita ſumus in caſu ipſius ſtatuti, iuxta ſæpius dicta.

Video etiam opponi, quod ſtatutum non poteſt verificati in facto noſtro, quia verba non conueniunt, mandat enim, quod eum peruenerit ad annum duodecimum, petat id quod non fuit factum. ſed reſpondeo, quod ſtatutum hanc petirionem confert in arbitrium, & voluntatem mulieris dotandæ: inquire enim, quod poſſit petere, & aliud eſt poſſe, aliud neceſſe, vt inquit Bald. in l. non quidquid, ff. de iudic. & Angel. ibi dicit, quod iudex qui ex forma ſtatuti poteſt aliquid facere, non compellitur ad faciendum, ideo gloſ. in l. ſæpe audiui à Cæſare, ff. de offic. præſid. ait, quod verbum, poteſt, importat arbitrium, & facultatem, non neceſſitatem, ſiue ſimus in legibus, ſiue in
33 contractibus, ſiue in reſcriptis. † Bartol. in l. Gallus, in princip. nume. 4. ff. de libe. & poſthum. vbi ſequuntur alij omnes, alios citaui in conſil. 98. nume. 1. addo Cuman. in conſil. 148. nume. 4. Nattam in conſil. 504. num. 10. Cæphal. in conſi. 725. num. 21. Rimin. in conſ. 279. num. 107. conſil. 437. nume. 68. ſi ergo filia cui dos debetur, nolit vti temedio dicti ſtatuti, non per hoc excluditur à dotis petitione.

Secundo teſpondeo, quod ſtatutum factum eſt fauore mulieris, ergo non debet in eius odium retorqueri, l. quòd fauore, C. de legibus. & mulier poteſt fauori ſuo tenunciare, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pact. & remedium introductum à ſtatuto locum habet volente ipſa muliere, argumento eius quod voluerunt Bart. Bal. & Caſtr. in l. quamuis, ff. de pignor. action. vbi ſi debitor qui promiſit ſoluere, vel dare pignora, velit die adueniente declinare ſolutionem, & pignora dare, non poterit hoc ſacere inuito credito-
34 re: † poteſt ergo mulier vti remedio introducto à ſtatuto, ſi velit, & non vti ſi nolit, & dotes petere alio remedio, atque alia via. quod autem ſtatutum factum fuerit fauore mulieris, probat eius procemium, vbi dicitur, vt conſultum ſit mulieribus, &c. & dantur etiam à dominis cõſultoribus aliæ reſponſiones, quas non improbo, ſed non refero breuitatis gratia.

Eſt & aliud in quo Dominus Eques maximum facit fundamentum, quòd ſcilicet hæ dominæ ſorores iam ſint ex paternis bonis dotatæ, ergo non ſunt amplius dotandæ, ſed id quoque inuenio ſublatum ex reſponſionibus clariſſimorum Iuriſconſultorum, qui pro hac parte laborarũt, & præcipuè, quòd dos actus eſt reiterabilis, quòd poteſt augeri, & quòd recipit multiplicationem. ſed etſi reſponſiones prædictæ diluant omne dubium, addo tamen aliam, quòd ſi ſupponamus, vt neceſſe eſt, ad argumenti examinationem (nec enim aliter procedere poſſet argumentum) quòd filia vt excludatur ſit dotanda in bonis maternis, id quod ſupra bene, ni fallor, ſuſtinui, non ſat erit, quod dos ſit ei data in bonis patris, quia dos ex bonis patris, ei eſt debita propter paternam ſucceſſionem, à qua fuit excluſa, vt autem excludatur à materna ſucceſſione dari debet dos in maternis bonis, pro quo facit Caſtren. in conſil. 7. in princip. vol. 2. vbi ait quòd ſtatutum filiam excludens dotatam à patre, nó
35 habebit locum ſi ſit data illi dos à fratribus. † ſequitur Corne. in conſil. 57. colum. 3. volum. 2. alios ego citaui in conſi. 45. num. 36. quin imo, non ſufficeret, quòd dos eſſet à patre data, niſi etiam dediſſet de ſuo. Bal. in l. neque mater, C. de iure dot. latè Brun. de ſtatut. excluſ. femin. in 6. articul. num. 235. non enim dicitur cum effectu dotata, quando dotem habuit aliunde, quam de bonis illius à cuius ſucceſſione excluditur, ſecundum Corne. ibi allegatum. Facit & alia ratio, quia dos ſuccedit loco portionis debitæ in bonis eius cui debebat ſuccedere, ideo debet eſſe de illius bonis dotata. Georg. Natt. in eod. tractat. in 2. princip. quæſt. num. 67. & ſequen. vbi multos allegat, & ſubdit, quod ſtatutum excludens filiam dotatam, intelli-
36 gitur à bonis dotandis. † Campeg. in eod. tract. quæſt. 15. num. 70. & quæſt. 26. num. 128. & cum ſtatutum excludit, & mandat dotari, intelligitur de dote in bonis eius à cuius ſucceſſione excluditur: quia verba intel-
37 ligi debent eo reſpectu quo fuerunt prolata, † l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. Dec. conſi. 283. col. 1. Crau. conſil. 16. num. 3. & prædictæ deciſiones tollunt omnem difficultatem, quia probat, quòd dos aliunde habita non inducit excluſionem.

Sed clarius hanc ipſam ſententiam probat ſtatutum noſtrum ſub Rubr. 148. in §. declarantes, vbi vult, quòd non ſufficiat maſculo excludenti illam eſſe dotatam, niſi ab ipſo quoq; pro ſua portione ſit dotata, aliàs non conſequitur portionem quæ ſpectabat ad filiam excluſam, & loquitur quãdo eſt dotata ab vno ex pluribus excludentibus, & ad ſucceſſionem concurrentibus.

SVMMARIVM.

1 *Nepos excludit patruum in primogenijs.*

2 *Transmiſſio iuris conditionalis competentis ex contractu fit, etiam ſi quis decedat condiione pendente.*

3 *Fideicommiſſum conditionale licet pendente conditione non transferatur, tamen id fallit, ſi ſit factum in contractu.*

4 *Maioratus ita videtur fideicommiſſo exæquatus, vt quæ de vno dicuntur, vendicent quoque locum ſibi in alio.*

5 *Primogenituræ factæ in contractu ius transmittitur ad heredes.*

6 *Filius ſuccedit in locum patris, & eius perſonam repræſentat, præſertim in feudo.*

7 *Maioratus ſucceſſio eſt ſimilis feudali.*

8 *Repræſentationi non eſt locus, quando non ſucceditur iure hæreditario, & num. 54.*

9 *Filius intrat locum patris etiam in fideicommiſſo relicto familiæ.*

10 *Primogeniti de linea donec extat aliquis, ſecundogenitus, & qui ab eo deſcendunt non admittuntur ad ſucceſſionem.*

Gradus

11 *Gradus ſequẽs noa admittitur quamdiu vocatus in primo gradu poteſt ſuccedere.*

12 *Conditio nihil ponet in eſſe.*

13 *Succeſſiuus ordo propriè dicitur, qui ſeruatur in deſcendentia viuis.*

14 *Confeſſio hæredis declarat teſtamentum, quando dubium eſt quid à teſtatore ſuerit geſtum.*

15 *Obſeruantia ſubſecuta declarat qualis à principio fuerit intentio.*

16 *Maioratus cum ſemel vnam lineam eſt ingreſſus, ſemper in ea, & deſcendentibus ex ea conſeruatur, & donec aliqui extant nunquam fit tranſitus in aliam lineam.*

17 *Primogenito de medio ſublato, ſecundogenitus dicitur primogenitus.*

18 *Filij appellatione regulariter non venit nepos.*

19 *Nepos non venit filij appellatione, quando extat filius, & nepos, quia diſpoſitio poteſt verificari ſecundum ſermonis proprietatem.*

20 *Fideicommiſſaria in ſubſtitutione filiorum appellatione non veniunt nepotes, etiam ſi agamus de vocatione actiua.*

21 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, & deſcendentes omnes, quando diſpoſitio confertur in incertum aliquem, & ſaturum euentum.*

22 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, quando diſponens diſcretiuè de filijs, & de nepotibus tractauit.*

23 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, vbi non agitur de ſucceſſione aſcendentis, vel patrui.*

24 *Nepos nõ venit appellatione filij, quãdo diſponens facit mentionem de filij, non ſimpliciter, ſed cum aliqua qualitate quæ non ita conuenit nepoti.*

25 *Verba cui non conueniunt, non etiam conuenire debet diſpoſitio.*

26 *Verba in teſtamentis attendenda ſunt, & in contractibus.*

27 *Verba ſunt forma contractus, & dant ei ſubſtantiam, & eſſentiam.*

28 *Diſpoſitioni non eſt locus, ſi verba in omnibus non verificentur.*

29 *Qualitates omnes à ſtatuto requiſitas probare debet, qui eo vtitur.*

30 *Copulatiuè vbi plura requiruntur omnia concurrere debent.*

31 *Verba inſtitutionis ſunt principaliter attendenda ad cognoſcendum, an patruus nepoti ſit præferendus in maiorata.*

32 *Inueſtituræ tenor eſt inſpiciendus in feudis.*

33 *Maioratus in Hiſpanijs tacitè intelligitur ordinatus, vt in eo ſuccedatur eo modo quo in Regno ſucceditur.*

34 *Primogenij in ſucceſſione patruus præfertur nepoti ex fratre primogenito, qui viuo patre deceſſit.*

35 *Nepos minor natu non poteſt admitti vbi vocatus eſt filius primogenitus.*

36 *Filij appellatione non venit nepos in materia odioſa.*

37 *Primogenitura eſt odioſa.*

38 *Nepos nunquam intelligitur nomine filij quando hoc induceret præiudicium filijs.*

39 *Primogenitura vbi eſt ab homine inſtituta, ſtricta ſit interpretatio, quicquid ſit, quando à Principe vel à lege ſuit inducta.*

40 *Maior natu vbi eſt vocatus, videtur habitus reſpectus ad prærogatiuam ætatis.*

41 *Perſonalia iura extinguuntur cum ipſa perſona.*

42 *Ius perſonæ conceſſum reſpectu rei, non tranſit cum ipſa re.*

43 *Aetatis qualitas non poteſt ſeparari à perſona, ideo tanquam ius perſonale non egreditur perſonam.*

44 *Qualitas filiationis vti perſonalis non tranſmittitur.*

45 *Tranſmiſſioni non eſt locus, quando qualitas deſiderata à ſtatuto, lege, vel alia diſpoſitione, non ineſt ei in quem ſit tranſmiſſio.*

46 *Conditione deficiente, euaneſcit diſpoſitio, ac ſi facta non fuiſſet.*

47 *Tranſmittere quis in alium non poteſt quod ipſe non habet.*

48 *Conditionale ius vbi tranſmittitur, tanquam agnoſcendum, non tanquam agnitum tranſmittitur.*

49 *Tranſmiſſio ſæpe fit, licet non ſit nata obligatio vel actio.*

50 *Tranſmiſſio nunquam fit contra voluntatem diſponentis.*

51 *Tranſmiſſioni non eſt locus, quando verba diſpoſitionis non conueniant illi in quem fieret tranſmiſſio.*

52 *Nepos qui in primogenitura excludit patruum, ingreditur quidem locum patris, & gaudet eius prærogatiua, ſed non venit iure tranſmiſſionis.*

53 *Filius non ingreditur locum patris, niſi vbi agitur de ſuccedendo auo, & patruo.*

54 *Hæreditario iure vbi non ſucceditur, non eſt locus repræſentationi, & num. 8.*

55 *Filius non ingreditur locum patris in contractibus.*

56 *Clauſula, Salua gradus prærogatiua, operatur, ac filius patrem repræſentet, vel in eius locum ſuccedat.*

57 *Vocatio vbi eſt reſtricta ad eum qui tempore mortis eſt primogenitus, vel maior natu, tunc filius non intrat gradum, ſeu locum patris.*

58 *Temporis limitati ea eſt vis, vt contineat contrariam diſpoſitionem.*

59 *Qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundũ tempus verbi.*

60 *Primogenitura qualitas ſi referatur ad tempus mortis, tunc primogenitus non dicitur filius primogeniti qui non viuebat tempore mortis.*

61 *Femina deſcendens ex maſculo, licet intret locum patris, non tamen ſuccedet, quando ſtatutum admittit ſolos maſculos ad ſucceſſionem, quia in ea deficit qualitas requiſita.*

62 *Solum, dictio, eſt taxatiua, & excludit etiam perſonam hæredis.*

63 *Taxatiua excludit omnes perſonas præter expreſſas.*

64 *Hæres cenſetur eadem perſona cum defuncto.*

65 *Maior ætas vbi principaliter eſt conſiderata à diſponente, tunc niſi qualitas illa adſit, non verificatur diſpoſitio.*

66 *Qualitas nominis determinans verbum, diſpoſitionem limitat, & reſtringit, adeo, vt non ſit locus diſpoſitioni niſi qualitas concurrat.*

67 *Feudorum iuriſdictionalium regimen, & adminiſtratio magis conuenit illi qui eſt ætate grandior quam iuniori.*

68 *Factum quid præſumitur eo modo quo fieri debebat.*

69 *Mentis noſtræ nullum eſt apertius teſtimonium, quam expreſſa verborum qualitas.*

70 *Semper, dictio, importat omni caſu, & omni tempore.*

71 *Verba inſtituentis maioratum, ſeu primogenituram, ſunt plurimum inſpicienda, & ponderanda, quia præponderant etiam propria naturæ diſpoſitionis.*

72 *Teſtamenti pars vna aliam declarat.*

73 *Correctio non præſumitur incontinenti facta.*

74 *Succeſſiuus ordo dicitur de vno in alium gradum.*

75 *Subſtitutiones omnes à prima dependentes, euaneſcunt, ſi prima non verificetur, & non habeat locum.*

76 *Declaratio ſpectat ad iudicem.*

77 *Confeſſio non nocet confitenti, quando conſiſtit in ijs quæ ſunt iuris.*

78 *Confeſſio ſuper fideicommiſſo nõ obeſt confitenti, ſi ex inſpectione teſtamenti conſtet fideicommiſſum non extare.*

79 *Confeſſio non nocet niſi contineat factum poſſibile ſecundum naturam, & ſecundum ius.*

80 *Confeſſio non obeſt ei qui non eſt hæres confitentis.*

81 *Primogenitus non poteſt renunciare primogenituræ ad præiudicium propriorum filiorum.*

82 *Pater dilapidans bona quæ poſt eius mortem ſunt ad filium peruentura ex fideicommiſſo, cogitur ante diem illa relaxare.*

83 *Exemplum aliorum eſt ſequendum, quando res eſt dubia, præſertim exemplum vnius Senatus.*

84 *Rotæ Romanæ concluſiones, ſeu deciſiones tanquam facientes communem opinionem, ab omnibus iudicibus amplectenda ſunt.*

CONSILIVM CCCCIII.

IN ſucceſſione maioratus qui ab Illu-
ſtribus Dominis Galeoto ſeniore, Io.
Vincentio,& Io. Ambroſio Marchio-
nib. Carretis fuit inſtitutus ſuper Ca
ſtris & bonis Altaris Rochæ vignalis
cauſa Vulpiani prædijs Ticineti do-
mibus poſitis in ciuitate Caſalenſi,alijsque bonis, vi-
detur prima facie nullum ius competere Illuſtris Do
mino Marchioni Proſpero filio primogenito Illuſtris
Domini Galeoti iunioris, ſed ei præferendum eſſe Il-
luſtrem Dominum Boniſacium tanquam primogeni-
tum Domini Alberti, qui fuit primogenitus Domini
Ioan. Vincētij,ex ordine enim inſtitutionis omnia bo
na dicti maioratus delata ſunt Domino Ioan. Vin-
centio, & poſt eum eius filio natu maiori: certum eſt
autem, quod Domini Vincentij natu maior filius
fuit Dom. Albertus, ſed quia viuo patre deceſſit, ſuc-
ceſſio aperta eſt Dom.Boniſacio eius filio primogeni-
to, excluſo Domino Galeoto ſecundogenito Domini
Vincētij & patruo Domini Boniſacij,ea etenim in pri
mogenijs videtur communis opinio, quod nepos ex-
1 cludat † patruum,vt voluit Oldr.in conſi.224.vbi mul
tas allegat rationes. Ioan.Andr.in Rubr.de feud.col.
3. verſi. redeundo ad indiuiduum. Alber. Bald. Ioan.
Fab.Anchar.Card.Florent. Abb.Caſtr.Aret.Rom.Io.
Rain. Aluar. Cardin. Alex.Bellam. Barbat. Nicol.de
Peruſ.Socin.Felin.Bertach.Corſet. Aufre.Bologn. Ia-
cob.Gul.Bened. Afflict. Caſſan. Probus,& Pariſ.quos
omnes citat Tiraquell. in tract. de primog. quæſt. 40.
num.11.vbi ſubdit, hanc eſſe receptam in Gallijs, An-
glia, & Hiſpania, & num.19. cum ſeq. enumerat pro
huius partis defenſione multas rationes. eandem ſe-
cuti Duen.Didac.Lup. Greg. Lopez, Gomeſ.Peralta,
& alij, apud Molin.in tract.de primog.Hiſp.lib.3.c.6.
num.1.& 7. vbi inquit eſſe ſine dubio communem opi
nionem. & poſſem infinitis alijs authoritatibus con-
firmare, ſed omitto,quia non expedit.

Secundo, ſi hæc ſententia dubium aliquod patere-
tur in alijs terminis,in facto eſſet clara, quia maiora-
tus de quo agimus,non tam fuit teſtō & codicillis in-
ſtitutus, quam in tranſactionibus celebratis inter D.
Galeotum ſeniorem,Io.Vincentium,& Io. Ambroſiū,
& propterea ad ſucceſſionem horum bonorum ius cō-
petebat D.Alberto ex contractu,ius autem ex contra-
ctu competens,quamuis conditionali,tranſmittitur,
2 etiam ſi decedat quis conditione † pendente,§. ex cō-
ditionali,Inſtit.de verb.oblig. qua ratione vtūtur Ol-
dr.Caſtr.& alij multi ex relatis.ad idem eſt tex. in l. ſi
quis,§.Titius,ff.de verb.obli.Bal.in conſ.255.in fi.vol.
2.Iaſ.cōſi.217.nu.5.vol.2.& in l.ſi ſic ſtipulatus,la grā-
de,nu.15.ff.de verb.oblig. Alciat.c.cum contingat,nu.
326.de iureiu. rationem diuerſitatis inter ius quæſitū
ex cōtractu,& illud deſcendens ab vltima voluntate,
ponunt multi apud Zanc. in l.hæredes mei,§. cum ita,
par.4.nu.13.& ſeq.ff.ad Treb. hinc eſt quod etſi fidei-
com. conditionale non tranſmittatur dum conditio
pendet,l.in perſonam,C.de fideic.Rol. in conſi.46.nu.
5.vol.3.Cæph.in conſi.133.nu.3.Ripa,d.§.cum ita, nu.
60.in fi.Crau.in conſ.152.nu.3.Menoch.de arbitr.iud.
caſu 165. tamen ſi fideic.factum fuit in contractu,tunc
3 etiam pendente conditione tranſmittitur ad † hære-
des,l.quoties,C.de donat.quæ ſub modo. Ang. in d.§.
ex conditionali,Bened.in c.Rainutius, in ver. vxorem
nomine Adelaſiam, in deciſ.5.nu.6 a.Zanc.loco prædi
cto,nu.18. ſicuti igitur fideic. ordinatum in contractu
pendente conditione traſmittitur, ita & maioratus
qui videtur adeo fideicom. exæquatus, vt quæ de vno
4 dicuntur vendicent quoque locum ſibi in alijs,† vt per
Didac.lib.1.var.reſolu.cap.15. & pract.quæſt.cap.38.
Pariſ. in conſi.72. num.80.volum.4. Tiraquell. de iure
primog.quæſt.5.num.14. Oroſcius in l. de quibus,nu.
69.ff.de legib.Cordub.in l.ſi quis à liberis, §.ſi vir, nu.
51.ff. de liber. agnoſ. Moli.de primog. Hiſp.lib.1.c.1.
num.7.alios citat Vallaſc.de emph.quæſt.50. num. 29.
licet igitur D. Albertus deceſſerit viuente patre, atq;
ita nondum purificata, ſed pendente conditione, ſub
qua fuerat vocatus, tamen quia ius erat ſibi ſaltem
probabili ſpe quæſitum,illud in D. Boniſaciom filium
tranſmiſit,qui ideo tanquam natus ex primog.& ma-
iore natu excludit D. Galeotum patruum à ſucceſſio-
ne. & quod ius primogenituræ factæ in cōtractu, trāſ-
5 mittatur ad hæredes,† voluit Card. Alex.in cap.1.col.
7. de feud. March. quem ſequitur Decian.in conſi.16.
num.20. volum.4.

Tertio,ſi traſmiſſioni locus non eſſet,ſaltem non vi-
detur poſſe negari,quin filius repræſentet patrem,at-
que ita iure ſaltem repræſentationis excludat patruū,
filius enim ſuccedit in locum patris,& eius perſonam
6 repræſentat, † vt in l. vt inteſtato, C.de ſuis & legit. l.
poſthumorum,in princ.ff.de iniuſto rup.teſtam. Tira-
quell.d.quæſt.40.num.19.& quidquid ſit in alia mate-
ria, id obtinet ſine dubio in feudo, in quo filius ſucce-
dit in locum patris, c.1.§.his vero, de grad. ſucced. in
feud.cap.1.in princ. de ſucceſſ.feud.vbi Afflict. nu. 12.
& 23. Iaſ.in l.ſi auiæ, nu.5.C.de ſucceſſor.edicto. Mo-
lin.d.li.3. cap.6.num.47. ergo eodem modo locus erit
repræſentationi in maioratu, cuius ſucceſſio eſt feuda
7 li ſimilis.† Socin.iun.conſi.47.nu.6.& 16.volum.3.Di-
dac. lib.3.var.reſol.cap.5.nu.5. ver.quinto feuda. Pa-
riſ.d.conſi.72. nu.74. Bero. in conſi.120.nu.21.volum.
2.Rol.conſi.58.nu.70.volum.3. Cæph.in conſ.251.nu.
40.conſil.664.nu.3.Decian.in conſil.16.nu.5.volum.4.
Hoc autem dixi,quia regulariter non videtur locus eſ
ſe repræſentationi, quando non ſuccedit iure hæredi-
8 tario,† vt docet Iaſ.in d.l.ſi auiæ,nu.5.vbi infert ad ius
patronatus,& declarat Molin.loco præcitato, nam in
feudis iure nō ſuccedit hæreditario, & tamen filius
paternam repręſentat perſonam,vnde non mirum vi-
deri debet,ſi idem ſeruetur in maioratu,qui compara
tur feudo, & qui in caſu noſtro pro maiori parte con-
ſtat ex feudalibus bonis, imo ex iuriſdictionalibus,
quæ facilius ſeruant naturam ſuam,quinimo, glo.in l.
cum ita,§.in fideicom.ff.de leg.2. voluit filium intrare
locum patris,etiam in fideic.relicto familiæ, licēt tūc
9 hæreditario iure non ſuccedatur, † & eam ſequuntur
ibi Imolæ, Caſtr. Ang. de Perigl. & Iacob. Put. Alex.
Aret.Corn.& alij,quos citat & ſequitur Tiraq.d.q.40.
nu.191.vnde res videtur facilius tranſire.

Quarto, ſi diligenter videantur verba teſtamento-
rum,codicillorum,& tranſactionum, dignoſcetur in-
ſtitutores prædictos hoc in animo geſſiſſe, vt mortuo
D.Io.Vincentio,bona illa conſeruarentur in linea pri
mogeniti,ex eo deſcendentis,idq; deducitur ex pluri-
bus.primo,quia vocant filium primogenitum,ſeu na-
tu maiorem D. Io. Vincentij, & illius deſcendentes.
ſecūdo dicunt,velle, quod feuda & bona prædicta cō-
ſeruentur in ea linea,& quod ſemper ad maiorem na-
tu ex ea perambulent.tertio vocant ſecundogenitum
& ſecundogeniti filios, tunc ſolum quando extincta
erit linea primogeniti,quod eſt ſignum euidens,quod
donec extabit aliquis ex primogenito, volunt illum
admitti ad ſucceſſionem, non autem ſecundogenitū,
vel ſecundogeniti deſcendentes.

Quinto, primogenitus cum naſcitur, duo efficit,
primum, ſeipſum includit, ſecundo vero loco,
ſecundogenitum excludit, vt inquit Baldus in leg.
cum

cum antiquioribus, num.11. verſic.nono, quia primo-
genitus, C.de iure delib. ideo, donec aliquis extat de
primogeniti linea, ſecundogenitus, & qui ab eo deſcē-
10 dunt, non admittuntur ad ſucceſſionē. † Caſtr.in con-
ſil.146.nu.4.& 5. vol.5. & idem dicit Præpoſ.in c.1. nu.
10.in fine, de feud. March. Soc.in conſi.252.nu.17. vol.
2.multos alios allegat Molin. in ditract. lib.3.c.6. nu.
30. & ſeq. Celſ.Hugo.conſil.120. num.14. Menoch. in
conſi.442.nu.10. ſic igitur ſtatim cum D. Albertus eſt
natus, incluſit ſe, & lineam, adeo, quod etſi poſtea ipſe
defecerit, ſui tamen deſcendentes in tantum reman-
ſerunt incluſi, quod donec aliquis ex eis extabit, ſecū-
dogenitus ſuique deſcendentes non poſſunt vllo mo-
do aſpirare ad ſucceſſionem. & facit quod dicimus ſe-
quentem in gradu non admitti quamdiu primo gra-
11 du vocatus poteſt ſuccedere, † l.cum in teſtamento, in
princ.ff.de hæred.inſtit.l.3.vbi Bart. Bald.Ang.Caſtr.
& alij, ff.de acq. hæred. & dicit Bart. in l.quamdiu, la
terza, ff.eod.quod ſequentes in gradu, non ſuccedunt
niſi primis excluſis, & ibi inquit Alber. quod is qui ad
hæreditatem vocatur in defectum alterius, non poteſt
cum illo concurrere, & dicit Imola, quod vbi in teſta-
mento diuerſi ſunt ſucceſſionis gradus, ibi dicitur ex-
tare ordo, adeó, quod non ſuccedit poſterior niſi prior
gradus excludatur, & hoc reperit ibi Roman. & dixit
Alex. in conſi. 22. in 3.vol. quod vbi ſubſtitutio poteſt
habere locum in perſona primi ſubſtituti, ceſſat om-
nino in perſona ſecundi. & idem dixit Dec. in conſil.
228.num.5. ſic in propoſito ſuccedendi, ordo in teſta-
mentis, & transactionibus præſcriptus, primogenito
eiuſque deſcendentibus ſucceſſionem defert: non er-
go ad illam aſpirare poſſunt ſecundogenitus, vel eius
filius, donec extant ex primogenito deſcendentes in-
cluſi, & vocati. Accedat, quod ſecūdogenitus vocatus
fuit ſub conditione, deficiente primogenito ſine filijs,
vel deficientibus filijs ipſius primogeniti, ergo non po
teſt ſuccedere ante conditionis euentum, quia condi-
12 tio nihil † ponit in eſſe. §. ex conditionali, Inſtit. de
verb.oblig.l.ita ſtipulatus, ff.eod.tit. & hoc modo ar-
guit Grat.in conſi.6.nu.12.vol.1.

Sexto, hoc ipſum probatur, quia inſtitutores voca-
runt primogenitum, poſtea filium primogeniti natu
maiorem, & ita deinceps ordine ſucceſſiuo: hic au-
tem ordo ſucceſſiuus operatur in deſcendentibus ex
vna, & eadem linea, quaſi intelligantur poſt primo-
genitum vocaſſe ſemper primogeniti deſcendentes,
non autem ſecundogenitum, aut ſecundogeniti filios,
qui propriè dicitur ſucceſſiuus ordo, qui ſeruatur in
13 deſcendentia vnius, † & hoc modo arguit Grat. in d.
conſil.6. nu.26. vbi fortius loquitur, quando illa clau-
ſula, ordine ſucceſſiuo, non erat expreſſa, ſed importa-
ta ex alijs verbis.

Septimo, talem fuiſſe intentionem Domini Galeo-
ti ſenioris, Domini Ioan. Vincentij, & Domini Ioan.
Ambroſij, qui maioratum inſtituerunt, ex eo depre-
henditur, quod Dominus Ioan. Vincentius id decla-
rauit in tranſactione inter Dominos Albertum, &
fratres omnes Domini Ioan. Vincentij filios celebra-
ta, & mortuo Domino Alberto, renouata fuit decla-
ratio ad fauorem Domini Bonifacij, tanquam filij na-
tu maioris Domini Ioan. Vincentij, quæ declaratio
etiam facta fuit à Domino Galeoto iuniore, & à Do-
mino Georgio fratribus. quando autem dubium eſt,
quod à teſtatore fuit geſtum, tunc hæredis confeſſio
14 declarat teſtamentum, † ita Ruin.in conſil.128. num.
2.& num.8.volum.5.quem citat, & ſequitur Menoch.
in conſil. 442. num. 10. Decian.in conſil. 44. num.76.
vol.3.vbi ait, quod attenditur confeſſio hæredis quan-
do agitur non de inducendo fideicommiſſum ſe no-

uo, ſed de interpretando iam inductum, & ſi hoc pro-
cedit in hærede confitente, quanto magis obtinebit in
ipſomet inſtitutore, nemo enim ipſo melius ſcire po-
teſt quid ſenſerit, cum eius ſit interpretari cuius eſt
condere, & non modo ita declarauit Dominus Vin-
centius, ſed in executionem declarationis eidem ad-
huc in humanis agens rerum omnium tradidit poſ-
ſeſſionem, quæ traditio operatur, quod tanto verior
apparet declaratio, & vlterius facit, quòd dicitur ita
obſeruatum, & obſeruantia quoq; ipſa declarat qua-
15 lis à principio fuerit intētio. † c.cum dilectus, vbi no-
tatur, de conſuetud. l.minimè, & l.ſi de interpretatio-
ne, ff.de legibus, Caſtr.in conſil.213. & conſ.ſeq.vol.1.
Rom.in conſi.338.nu.1.multos ponit Bec.in conſ.101.
nu.49.cū multis ſimilibus, & non eſt veroſimile, quod
ſi aliter intellexiſſet, D. Io. Vincentius voluiſſet, & ita
declarare, & ita mittere executioni teſtamenta, codi-
cillos, & tranſactiones; multoque minus, quod D.Ga
leotus iunior paſſus fuiſſet præripi ſibi gradum, & lo-
cum priorem, cum præcipuè multos haberet filios, &
alios ſperare poſſet ſibi naſcituros.

Quæ quantumuis ſtringentia, & vrgentia, non ta-
men arbitror intentionem prædicti D. Marchionis
Proſperi offendere, ſed eis non obſtantibus, concludo,
bona hæc omnia, ſpectare ad ipſum Dom. Marchio-
nem tanquam primogenitum natu maiorem filium
D.Galeoti iunioris, qui etſi eſſet à principio ſecundo-
genitus Dom. Ioan. Vincentij, tamen erat filius pri-
mogenitus, & natu maior, quando Dom. Ioan. Vin-
centius contraueniendo diſpoſitioni contentæ in te-
ſtamentis, codicillis, & tranſactionibus, de quibus ſu-
pra, fuit ipſo iure, & facto priuatus commodo dicto-
rum omnium bonorum, de qua priuatione non eſt du
bitandum, nec ego verba facere conſtitui, quia in du-
bium non reuocatur, & ſuper ea latæ ſunt à Romana
Rota ſententiæ claræ, & per quam priuationem, ſuc-
cedendi ius, & facultas ſtatim abſque iudicis facto
peruenit ad Dom. Galeotum iuniorem, eique aperta
eſt ſucceſſio, non autem Dom. Bonifacio, vt infra di-
cam; erat etiam Dom. Galeotus primogenitus, & fi-
lius natu maior Dom. Vincentij tempore quo Domi-
nus Ioan. Vincentius ab hoc ſæculo migrauit, vnde, ſi-
ue ſucceſſionem velimus deducere à Domini Vincen-
tij contrauentione, quæ etiam eſt nimis certa, & non
patitur difficultatem, ſiue metiamur ab eiuſdem mor
te, vtroque caſu aperta fuit ſucceſſio, & delata Dom.
Galeoto. Cum verò D.Galeotus illam repudiauerit,
ſtatim fuit acquiſitum ius non Dom.Boniſacio, Dom.
Galeoti nepoti ex fratre, ſed Dom. Proſpero, qui eſt
Dom. Galeoti filius primogenitus, & natu maior,
quia maioratus cum ſemel vnam lineam eſt ingreſſus
ſemper in ea, & in deſcendentibus ex ea conſeruatur,
& donec aliqui extant, nunquam fit trāſitus in aliam
16 lineam, † vt in materia feudali eſt text. in capit.1. de
natu. ſucceſſ. feud. vbi Bald. optimè declarat, & ſe-
quuntur omnes, vt per Afflict.num.77. Præpoſ. in ca-
pit. 1.colum. 5. de grad. ſucced. Butrig. in conſil. 47.
præmittendum. Socin. in conſil. 86. colum. final. vo-
lum. tertio, in l.ſi cognatis, numero 14.ff.de reb. dub.
Ruin.in conſil.142. numero 3. volum.3. quinimo tex-
tus ille loquitur, etiam ſi alij eſſent proximiores,
inſpecta perſona primi acquirentis. idem voluit Pa-
riſ. in conſil. 53. numero 263. in 1. volum. Socin. iun.
in conſil.126. nume.27. volum.1. Ripa in l.ex facto, in
princip.nume.7.ff.ad Trebel. Rube. in l.Gallus, §.qui-
dam rectè, num.86.ff.de liber.& poſthum. Fabius in l.
hæredis mei, §. cum ita, numero 42. ff.ad Trebell. vbi
Zanchus, par.9. num.3. Natta in conſil.52. numero 1.
Roland.conſil.100. num.14. volum.1. multos allegat.

Molin.de primog.Hiſp.lib.3.c.4.nu.14.& in terminis maioratus declarat Caſtr.in d.conſi.164.nu.4.& melius nu.5.vol.2. vbi dicit qđ vbi feudū eſt ſemel apertum patri tranſit poſtea in eius filios, & nunquā tranſit ad aliam lineā niſi prius iſta extinguatur, & alios citans ſequutus eſt Molin.pręcitato loco,& c.6.nu.30. & ſeqq.& ſępiſſimè alibi,quia defertur ſucceſſio ei qui deſcendit à primogenito,cui ſemel aperta fuit ſucceſſio,& hanc partem probauit quoque Menoc.ſæpè,ſed præcipuè in hac ipſa cauſa,conſi.442.nu.10.Cæph.cōſil.656.nu.48. quocirca, ſi bona hæc fuerunt per contrauentionem, vel per mortem Domini Io. Vincentij ſemel deuoluta ad Dominum Galeotum iuniorem, negari non poteſt, quin poſt eum ſuccedat Marchio Proſper,qui ab eo deſcendit, & illi eſt primogenitus. & hæc ſententia fuit vt alia omnia omittam, & huic propoſitioni finem ponam,approbata à Rota Romana, quando in eadem hac cauſa, & inter eaſdem partes dixit,quod ſi poſt Domini Io.Vincentij contrauētionem vel mortem bona fuiſſent etiam momēto temporis aperta D.Galeoto iuniori, ita quod ille potuiſſet ſuccedere, tunc abſque dubio linea D. Alberti remāneret excluſa,nec illi aut deſcendentibus ex ea cōpeteret ſuccedendi facultas, donec aliquis extabit de linea D.Galeoti iunioris. quæ deciſio præcidit omnē hæſitationem, & rē omnem conſtituit in tuto victoriæ portu, quia in ceteris congrua fieri poteſt illatio.

Quod autem tempore quo D. Io. Vincentius propter contrauentionem priuatus fuit commodo huius ſucceſſionis, & maioratus, atque etiam tempore quo is idem deceſſit, Dom. Galeotus iunior eſſet primogenitus,& natu maior filius,probo:nam vtroque tempore deſierat Dom. Albertus eſſe in rerum natura, & inter filios ſuperſtites Dom. Ioan. Vincentij primum locum tenebat Dom. Galeotus,quamuis ſecundo natus eſſet loco, & quando primogenitus fuit de medio ſublatus, tunc ſecundogenitus dicitur primogenitus,
17 † ita Iſern.in cap.1.§.præterea, colum.penul. verſ.ſed quia ponitur, quæ fuit primi cauſ. benef.amit. vbi ait, ſtante conſuetudine, quod ſuccedat primogenitus, admittetur ad ſucceſſionem ſecundogenitus, ſi tempore delatæ ſucceſſionis primogenitus non extat, & mortuus eſt, & eum ſequitur Afflict. ibi,in gloſſ.3.nume.23. Alciat. in l.proximus, ff.de verbor.ſignific. vbi ait, primogenitum illum dici, qui tempore paternæ mortis eſt natu maior.idem Bened.in c. Rainutius, in verſic.in eodem teſtamento relinquens,il primo,num. 156.extra de teſtam.Tiraquel.de iure primogen. in 3. quæſtio.num.6.& hanc ſententiam ſequuntur Bald.& alij à Decian. citati in conſil. 16. num. 1. & ſeqq. vol.4. qui etſi contrarium teneat in ſuo caſu, propter alia tamen vbi primogenitus viuo adhuc patre deceſſit, approbat opinionem Iſern. & aliorum ſupra citatorum. & cum eadem reſolutione tranſit Menoch. in conſil.210. num.58. in princip. & verſic. reſpondetur ſecundo,Rebuf.in d.l.proximus,colum.2. & comprobat Riminald. conſil.544. num.160. vbi reſpondet ad omnia in contrarium allegata per Menoch. in dicto conſil. 220. & ſuſtinet ſecundogenitum dici mortuo primogenito, & in præſenti facto, & verbis dictarum diſpoſitionum ceſſant omnes amaritudines,quæ contra dictam ſententiam allegantur,quia Dominus Galeotus fuit ad maioratum vocatus deficiente primogenito. in caſu autem Menochij, Burſati, Deciani, & aliorum, difficultas ſuberat, quia ex mente teſtantis contendebant illi ſecundogenitum non fuiſſe vocatum,ſed vnicum primogenitum in ſingulari numero, nos aūt ſumus in caſu claro,in quo omnes deſcendentes ſunt vocati,ideo deducta per eos non obſtabant.

Secundo, ad maioratum poſt mortem Domini Vincentij, vel eo contrauenięnte, vocatur Domini Ioan. Vincentij filius, at vtroque tempore, Dominus Bonifacius non erat filius, ſed nepos, dominus autem Galeotus iunior erat filius, & appellatione filij regulari-
18 ter non venit nepos, † vt in §.fin. Inſtitut. qui teſtam. tutor.dar.poſſ.l.quod ſi nepotes,ff.de teſtam. tutela,l. cum pater,§.hæreditatem, ff. de legar. 2. l.libertum, ff. de excuſat.tutor.l.filium habeo,ff.ad Macedon. idque inſpecta proprietate ſermonis, ſecundum Bartol. in l.liberorum,numero 9.ff.de verbor.ſignific.Alexan.in conſil.1.num.12.volum.1. Corn.Socin. Dec.Curt.iun. Crot.Ruin.Gozad.Socin.iun. Tiraquel.Mandel. Cardin.Alban.Portius,Scotus,& Roland.quos omnes citat & ſeq.Menoch.in conſil.215.num.12.vbi ait,venire ſolum per interpretationem, & ſubauditum intellectum, & tacitum ſenſum, allegat Socin.& alios Decian.in conſi.41.num.5.vol.4.latius in conſil.47.nu.10. vol.3.Simon de interpr.vlt.vol.lib.3.in 3.interpr.dub. 4.ſol.1. nu.37. fol.326. & poſſem confirmare infinitis authoritatibus, ſed quia nemo Doctorum contradicit,non proſequor,hoc autem dubio caret,quando extant filius, & nepos, tunc enim cum diſpoſitio poſſit ſecundum ſermonis proprietatem verificari in filio,
19 nepos non venit,† ita Cin.in l.Gallus,§.inſtituens, ff. de liber.& poſthum.Alexand.in conſil.37. num.3.volum.6.Curt.iun.in conſil.57.num.8.Socin.iun.in conſil.116.nu.11.& 29.vol.1. Curt.ſen.Soc.Curt.iun.Dec. Gozad.Ruin.& alij multi, quos congerit Zanch. in d. l.hæredes mei,§.cum ita,par.4. num.164. ff.ad Trebel. Decian.d.conſi.47.num.11.Crauet.conſil.677.num.3. Craſſ.§.fideicommiſſum,q.11.num.13. Cardin.Mant. de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit.8. num.11.Menoch. conſi.215.num.39.& ſeq.idque procedit faciliùs,quia agimus de fideicommiſſaria ſubſtitutione, in qua filiorum appellatione nepotes non veniunt, etiam ſi
20 agamus de vocatione actiua, † Roman. in conſil.438. colum.fin.Alexand.d.conſil.1. num.12. volum.1.& ſequuntur Corn. Socin. Dec. Crot. Socin. iun. Bero. & multi moderni congeſti à Menoch. in dict.conſil.215, numero 22.& cum nos ſimus non ſolum in vltimis voluntatibus, ſed etiam in contractibus, attendere debemus vocabuli proprietatem, ſi enim procedit in vltimis voluntatibus, l.non aliter, l.ille, aut ille, §.cum in verbis,ff.de legat.3.exornat Menoch. d.conſil.215. num.8. latius Decian.d.conſil.47.num.7. & ſeq. multo magis ſeruanda erit verborum proprietas in contractibus,vt ſunt iura clara. & quamuis dicant paſſim Doctores, filiorum appellatione venire nepotes, & deſcendentes omnes, quando diſpoſitio confertur
21 in incertum aliquem,& futurum euentum,† Imola in l.Gallus,§.inſtituens, in penult. colum. ff. de liber. & poſthum. vbi Alex.num.7. Socin.num.5. & Iaſ. nu.23. quod voluerunt alij quoque multi apud Molinam,qui in propoſito maioratus loquitur, in tractat. præcitato,lib.1.cap.6.num.29.vbi num.28.dicit idem, quando bona ſunt ex diſpoſitione aliqua perpetuo conſeruanda in agnatione; quod etiam poſt multos à ſe additos concludit Peregrin. in tractat. de fideicom. art. 22.num.50.& ſequen.Zanch.d.par.4.num.197. tamen illi omnes loquuntur, ne extinguatur vel finiatur diſpoſitionis effectus, ſicuti extingueretur, & non eſſet perpetua, ſi mortuis filijs non admitterentur nepotes: ſed in præſenti facto non agimus de excludendo nepotes à diſpoſitione, nec de ipſam diſpoſitionem reſtringendo ad ſolos filios, ſed quærimus quando filius, & nepos concurrunt ad ſucceſſionem, quis præferatur, & hoc caſu ceſſant omnes illæ conſiderationes quibus Doct.aliquando mouentur ad dicendū

quod

quod nepos venit appellatione filiorũ, & in dictia caſibus nunquã dicunt, quod excluſo filio nepos admittatur, ſi tñ filius fuit ſub hoc nomine vocatus, quia nihil alliud eſſet quam omiſſa veritate vmbram ſectari, & neglecta proprietate vocabuli ad cõiecturas ſe vertere. Præterea, in præſenti facto explicitè inſtitutores prædicti vocarunt filios, & eis deficientibus nepotes, & alios ex eis deſcendentes, qñ autem diſponens diſcretiuè de filijs & de nepotibus tractauit, tunc filiorum nomine non veniunt nepotes; quia cũ voluit intelligere de nepotibus, illud expreſſit, vnde qñ de eis non dixit, ſed de filijs, nõ debemus interpretari quod
22 de nepotibus intellexerit. † probat tex. in l. liberorũ, in ver. toties, ff. de verb. ſign. & ibi not. Bar. num. 4. ver. primo caſu, Ruin. in conſ. 131. nu. 4. vol. 2. & hoc voluerunt Aug. de Gamb. Frã. Aret. Soc. Cacial. & alij, quos citat Soc. iun. in conſ. 128. nu. 71. vol. 1. alioſ citat Gab. com. opi. lib. 6. tit. de verb. ſign. cõcl. 1. nu. 93. Simon de coniect. vlt. vol. lib. 3. interpr. 3. dub. 4. ſolu. 1. nu. 43. ſol. mihi 326. Crau. in conſ. 677. nu. 3. ver. ſecũdo rñdetur, vbi dicit, quod expreſſum facit ſilere tacitum. Decian. conſ. 47. nu. 16. vol. 3. Cum itaque de nepotibus facta fuerit aliquando ſpecialis mentio, præcipuè in filiorũ defectum, non poteſt dici ꝙ vocando filium, intellexerint de nepote. Rurſus, hic agimus non tñ de diſpoſitione D. Io. Vincentij qui erat pater, quam de ea facta à D. Ioan. Ambroſio, qui erat patruus, & D. Galeoti ſenioris, qui erat DD. Alberti, & fratrum patruus magnus, ideo quidquid ſit, quando ſumus in ſucceſſione vel aſcendentium, vel patruorum, cum agimus de ſuccedendo patruo magno, qualis erat Galeotus reſpectu Alberti, & Ioan. Ambr. reſpectu Bonifacij, nunquã
23 appellatione filiorum veniunt nepotes. † ita voluiſſe gloſ. & Cin. refert Alc. in conſi. 98. nu. 13. & conſi. 526. nu. 5. vbi alios pariter citat Soc. iun. in conſi. 146. num. 13. vol. 2. Zanch. qui alios ponit. in d. par. 4. num. 195. & faciunt quæ Doct. dicunt, filium non ingredi patris locũ, quando quæſtio non eſt de patris, vel patrui ſucceſſione, vt fortè ſuo loco dicam in ſequentibus. Demum non venit nepos appellatione filij, quando diſponẽs mentionem facit de filio, non ſimpliciter, ſed cum aliqua alia qualitate quæ non ita conuenit nepo-
24 ti. † ita Bar. in l. fin. C. de natural. lib. & in d. l. liberorũ, ver. item prædicta vera. Bal. in l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſt. Butr. in c. 1. de batiſm. & alijs inferius mox citandi. in caſu præſenti nominati, & vocati ſunt filij cum qualitatibus quæ non ſunt in nepotibus, nempe filius primogenitus D. Ioan. Vincentij qui erit natu maior, D. Boniſacius non eſt filius, nõ eſt primogenitus Io. Vincentij, & non eſt natu maior, ideo non poteſt prætendere ſe in ea vocatione incluſum; ſed bene conueniunt D. Galeoto omnes illæ qualitates, quia tempore contrauentionis, & mortis erit filius primogenitus, & natu maior. & in terminis noſtris quod nepos non veniat quando non erat natu maior, nec ei qualitas iſta conueniebat, voluit Alex. in conſil. 123. num. 2. volum. 1. vbi loquitur in materia maioratus. idem in conſi. 4. nu. 7. volum. 4. Dec. quoque in eiſdem terminis maioratus, in conſi. 443. num. 24. vbi infert, quod patruus per hanc rationem præfertur nepoti. Bero. in conſil. 71. num. 28. volum. 1. qui, & ipſe fundat ſuam deciſionem ſuper qualitate ætatis. Gabriel. d. concluſ. 2. nume. 60. vbi allegat dictum Alexand. conſil. 4. plures addendo; pro confirmatione limitationis idem ponit Simon d. ſolut. 1. num. 45. vbi vltra Alexand. allegat Riminal. ſen. & in materia maioratus idem probauit Berret. in conſil. 134. num. 24. hinc dixit Alba, in conſil. 60. nume. 5. quod patruus excludit nepotem quando non fuit ſimpliciter vocatus primogenitus, ſed filius primogenitus, quia nepoti non aptatur qualitas filiationis, allegat Alexan. in loco ſupra relato, & confirmatur eius argumentum, quia duæ impropriationes concurrerent in nepote ſi admitteretur: prima, quia habetur pro primogenito cum non ſit, & reputatur filius, cum etiam nõ ſit proprietatis, & ſubdit ipſe, ꝙ fundamentum ſuum magis cõiter approbatur. Per prædictam quoque rationem qualitatis non conuenientis infert Caſſan. in conſ. 53. num. 32. ꝙ vbi vocantur filij primi gradus, tunc nepos non admittitur, non enim eſt in primo gradu.

Tertio, vt dixi, ad ſucceſſionem vocatur filius D. Io. Vincẽtij non ſimpliciter, ſed qui eſſet maior natu, nulli autem dubium, quin vtroque tempore priuationis ſcilicet, & mortis D. Ioan. Vincentij D. Galeotus eſſet maior natu, contra vero D. Bonifacius eſſet iunior annis triginta, & vltra, ideo cum D. Bonifacio verba diſpoſitionis non conueniat, non etiam conuenire de-
25 bet diſpoſitio, † l. 4. §. toties, ff. de dam. inſe. l. ſi ſeruũ, §. non dixit, ff. de acquir. hære. Rom. in conſ. 442. nu. 2. contra vero cui verba conueniunt ipſa quoque conuenit diſpoſitio: in teſtamentis enim verba attendenda
26 ſunt, † l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Tiraq. latè in l. ſi vnquam, in verſicu. libertis, nume. 10. C. de reuocan. donat. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 1. Crauet. conſi. 677. num. 5. ſic in contractibus inſpicienda ſunt principaliter verba, l. fideiuſſores magiſtratuum, ff. de fideiuſſor. l. fi. ibi, pactionum tenor, C. de reb. alien. non alien. l. fin. ibi, ſtipulationis paternæ tenor, C. commu. vtriuſque iudic. hinc dixit Bal. in conſil. 437. propè finem, vol. 1 quod à quo remouentur verba contractus, ipſa quoque contractus iura remouentur: & ratio eſt, quia verba ſunt forma contractus, & dant ei ſubſtantiam, & eſſentiam,
27 † ſecundum Bald. in l. fin. colum. 1. C. de ſuis, & legit. infinitos pro confirmatione ponit Tiraquel. in d. ver. libertis, num. 6. & 7. & dicit Crau. in conſil. 105. nu. 2. quod verba contractua habentur pro text. Becius in conſil. 41. nume. 12. & 14. procedit autem concluſio in tantum, quod non ſufficit verba conuenire pro maiori parte, ſed in omnibus debent verificari, aliàs non
28 eſt locus diſpoſitioni, † ſecundum Iac. Butr. Fulgoſ. & Salic. in l. mancipia, C. de ſeru. fugit. quibus adductus hoc firmauit Grat. in conſil. 63. num. 16. volum. 1. Tiraq. in d. verſic. libertis, num. 2. vnde ſi Domino Bonifacio aliæ omnes qualitates conuenirent, & vna hæc ætatis deficeret, non admitteretur: quia vtens ſtatuto vel lege, probare debet omnes qualitates requiſitas.
29 † Barto. in l. 1. §. quod autem ait prætor, ff. ne quid in flum. publ. in l. prætor, §. docere, ff. vi bonor. rapt. Iaſ. conſil. 9. nume. 13. in fine, volum. 1. vbi ait, quod omnia requiſita probari debent. latè Becius conſi. 53. nume. 9. & quando plura copulatiuè requiruntur, om-
30 nia concurrere debent, † l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. l. ſi is qui ducenta, §. vtrum, ff. de rebus dub. probaui in conſil. 45. nume. 15. & in ſpecie vt ſciamus an patruus nepoti præferendus ſit, vel econtra, quod
31 verba inſtitutionis ſint principaliter attendenda, † voluit Nicol. de Matar. quem citat, & ſequitur Bald. in l. liberti libertæque, nume. 18. C. de oper. lib. dicens, multum referre quibus verbis diſpoſitio ſit concepta. idem dixit Roman. in conſil. 29. in princip. & in maioratu pulchrè Caſtr. in d. conſi. 164. nume. 2. in fine, dicens, primo & ante omnia recurrendum eſſe ad verba, & ex eis diſponentis intentionem arguendam eſſe, in eodem propoſito Alexan. in d. conſil. 4. num. 14. Dec. in conſil. 443. nume. 22. vbi ſubdit, pro vera quæſtionis reſolutione conſideranda eſſe verba maioratus. Tiraquel. d. tract. primogenit. quæſt. 40. num. 164.

vbi

vbi ait, multum referre quibus verbis vtatur diſpoſi-
tio quæ vocat primogenitum, & poſſe talia eſſe, quæ ſi
non expreſsè, ſaltem tacitè patruum præferant nepo-
ti, & loquitur præcisè inter patruum & nepotem, in
verbis quoque maioratus plurimum inſiſtit Craue.d.
conſi.677. num.5. & ſequen. dicit Molin.de primoge.
Hiſpan.lib.1.cap.2. num.27.quod diſpoſitio inſtituen
tis maioratum ſeruanda eſt pro lege, & quod in ma-
ioratu verba ſint diligenter expendēda, idem Molin.
lib.3.cap.8.num.5.Decian.in conſil.16.num.22.vol.4.
vbi ait, quod in materia primogenituræ conſideran-
da ſunt principaliter verba diſpoſitionis, & ab illis
eorumque proprietate non eſt recedendum, & facit
quod in feudis dicimus inſpiciendum eſſe inueſtitu-
32 re tenorem, † cap.1.vbi Bald. & alij, de duobus fratr.
à Capitan.inueſt. Dec.in conſ.468. num.9. Pariſ.con-
ſil.1.volum.1.nume.1. & Tiraquel.in d.verſic.libertis,
num.8.ita arguunt Molin.dicto cap.2.num.27.& De-
cian.d.conſi.19.num.22.in quo argumento latius vo-
lui inſiſtere quam fortè aliquibus videri poſſet par
eſſe, quia hic non agimus neque de maioratu in Hiſ-
panijs condito, qui tacitè intelligitur ordinatus vt in
33 eo ſuccedatur eo modo quo ſucceditur in Regno, † vt
inquit Caſtren.in d.conſi.164. colum.1. Bologn.conſil.
62.num.3. Tiraquel. de primogen.quæſtio.78.num.7.
Molin.lib.1.cap.2.num.19.vnde, ſi quis ſimpliciter di-
cat ſe relinquere bona ſua ſub maioratu, licet nullas
præſcribat regulas, erit ſucceſſio ſecundum conſuetu-
dinem Regni, vt inquit Didac. variar. reſolut. lib. 3.
cap.5.num.2.Bero.in conſi.71.nume.30.& ſequen.vo-
lum.1.Molin.d.tractat.lib.1.cap.3. per totum. nec res
eſt de ſimplici primogenitura qualis ex conſuetudine
in Gallijs eſſe ſolet, & de qua Tiraquel. in d. tracta.&
paſſim tractant Doctores, ſed tractamus de certo mo
do, & forma ſuccēdendi, quæ fuit à prædictis tribus
ordinata, & præſcripta, quæ nullo modo alterari po-
teſt, nec aliter in illis bonis ſucceditur quam volue-
rint illi quorum erant bona, & quibus licuit reb. ſuis
illam vel aliam imponere legem, l. in traditionibus,
C. de pact. Zabar. in Clem. Quia contingit, in 2. not.
de relig.dom.Bald.in conſ.143. vol.4. Anchar.in con-
ſil.101. num.25. Cum igitur maioratus, & diſpoſitio-
nis verba conueniant Domino Galeoto, & non con-
ueniāt Domino Bonifacio, hic debet à ſucceſſione re-
pelli, ille vero admitti.

Quibus non aduerſatur ea quæ à multis approba-
tur propoſitio, quod in primogenituris nepos exclu-
dat patruum, quandoquidem contraria ſententia nō
minoris habet numero, & authoritate fautores, qui
affirmant, imò patruum præferri nepoti ex fratre pri-
34 mogenito, qui viuo patre deceſſerat, † ita Oldra. in
conſil.94. colum.5.verſi.amplius certum eſt, vbi hanc
dicit eſſe veriorem, & cum ea tranſeunt Richard. Ma-
lumbr.Cin.Iſer.Bald. Archid. Salic.Fulgoſ.Caſtr.Luc.
de Pen. Anchar.Gemin. Franch. Alexand. Afflict. An-
ton. de Roſell.Ioan.Rainal.Anto.de Prat.Barba.Cor-
ne. Guliel. de Per. Maſue. Dec. Curt. iun. & Rubens,
quos omnes congerit Tiraq in d.quæſtio.40. num.15.
vbi num.100. rationes refert quibus mouentur aſſer-
tores huius partis. & aduertatur, quia dixi, quando
filius primogenitus viuo adhuc patre deceſſit, quia
aliud fortè eſſet ſi patri ſuperuixiſſet, & hæc fuit origi
nalis diſtinctio Abb. in cap. licet, in vltimo notab. de
voto. & ratio differentiæ eſt, quia hoc caſu patruus
tempore delatæ ſucceſſionis reperitur primus, & à
nullo excluſus. Martin.Laud. in tracta.primogen.co-
lum.pen. verſic.& prædicta omnia vera ſunt, & ſecun-
dum hanc diſtinctionem reſoluit Dec.in conſ.443.nu.
39.Franch.in cap.grandi, colum.1.de ſupplen. neglig,
prælat. Pernus in conſi.feud.13.num.2.Alba, in conſi.
60.volum.1.vbi dicit magis communem, & nu.15.vbi
refert præcitatam diſtinctionem, & reſpondet ratio-
nibus in contrarium allegatis, & eam firmat procede-
re ſine ſcrupulo, quando patruus, vt in præſenti fa-
cto, eſt natu maior, cum hac in fortioribus terminis
tranſit Riminald. iun.in conſ.544.num.60.& ſequen.
vbi loquitur, etiamſi primogenitus ſuperuixerit patri
dummodò ſecundogenitus ſit ætate grandior, & con-
ſiderat id clarius locum vendicare in primogenitura
quæ ſit conſtituta in teſtamento, vel vltima volunta-
te, quia in ea magis inſpicitur affectio, & charitas te-
ſtatoris, quam in diſpoſitione inter viuos. noſtra au-
tem diſpoſitio originem ducit à teſtamento, & codi-
cillis, quamuis ſit tranſactionibus confirmata, conſi-
derat etiam alia quæ in facto quoque noſtro concur-
runt: eam quoque diſtinctionem quod nepos exclu-
datur à patruo, qui tempore mortis patris primum
obtinet locum, probauit Menoch. in conſil.220.num.
121. & prius nume. 60. in quibus locis id comprobat
ratione, & multis authoritatibus. & in eodem facto
conſultus Decian.in conſi.16.num.44.& ſequen. præ-
cipuè, nu.53.volum.4. Bero. in cap. dilecti filij, nu.52.
de arbit. vbi dicit communem, & in conſi.71. num.33.
in 1.volum. Duran. de arte teſtan. titu.3.caut.8. latiſ-
ſimè Berre.in conſil.134. nume.25. vbi multos allegat
qui communem profitentur, & inquit, quod eam du-
biam dixerunt multi, & vix dignoſci poteſt vtra plu-
res habeat ſectatores, ſtandum eſt diſtinctioni præ-
allegatæ, diſtinguens enim ſecundum eum poſt Sene-
cam & alios, proximus eſt veritati. eiuſdem diſtinctio
nis laudator eſt Rubens in conſil.149. num.12. & in fi-
ne, vbi dicit idem eſſe, quando patruus venit in lucem
ante nepotem. latiſſimè confirmauit Coſta in tracta.
de ſucceſſion.Regni Luſitan. & hanc communem, & in
Luſitaniæ Regno receptā profitetur Vallaſcus in tra-
cta. de iure emphyt. quæſt.50.nu.20. vbi defendit ra-
tionibus apertis.

Secundo reſpondeo, quod ſi hæc opinio dubium ali
quod pateretur in alijs terminis, vt quando conſuetu-
do, vel lex, vel alia diſpoſitio, vocat primogenitum ad
ſucceſſionem, non tamen poterit euitari facto præſen-
ti, in quo non eſt vocatus ſimpliciter primogenitus,
vel maior natu, ſed vocatus eſt filius primogenitus,
quo caſu nepos qui eſt minor natu non poteſt admit-
35 ti, † ſecundum Bald.in l.3.C.de ſuis & legit. quem ſe-
quitur Alexand.in conſi.4.num. 10.volum.4.idem vo-
luit Iaſ.in l.is poteſt, num.45.ff.de acquir.hęred. tenet
etiam Alba in conſi.60.nu.5. Dec.conſil.443.num.24.
Riminal.in d.conſil.544.nu.65. mouentur ratione pal
pabili, quia etſi nepos veniat aliquando appellatione
filij, tamen hoc non eſt ſecundum proprietatem ver-
borum, ſed per interpretationem, & impropriè, l.iu-
ſta interpretatione, vbi Alciat. & Rebuff. ff.de verbo-
rum ſignificatio. in dubio autem, ſiue in vltimis vo-
luntatibus, ſiue in contractibus, verba ſunt intelligen-
da propriè & ſecundum propriam ſignificationem, a-
liàs duæ improprietates concurrerent: prima, quod
non eſt filius; ſecunda, quod non eſt primogenitus, &
tamen cumulari non debent, l.1.C.de dot. promiſs.l.
cum poſt, §.gener, ff.de iure dot. addo, quod in mate-
36 ria odioſa, nepos non venit appellatione filij. † Bart.
in d.l.liberorum, Dec.in conſ.218.num.10.Gail.lib.2.
obſeruat.136. num.12. ipſa autem primogenitura eſt
37 odioſa & continet † odium, Corne.in conſi.199.num.
38.volum.2.Bero.in conſi.71.num.12.volum.1. Tiraq.
Ioan. Cerier, & Cæphal. quos citat & ſequitur Decia.
d.conſ.16.nu.19.vbi dicit, ſemper procedere, niſi facta
ſit primogenitura in feudis non habētib. dignitatem.

Et

Et pro hoc facit, quia nunqoam nepos intelligi-
tur ſub nomine filij, quando hoc induceret præiudi-
38 cium † filijs, ſecundum Bart. in d.l.liberorum, colum.
3. Dec.in conſil.95.colum.penul.idem voluerunt Ale-
xan. & Marſil. qui alios citant, relati à Peregr. in tra-
ctatu de fideicommiſſ.artic.22.num.62.verſic.quibus
accedit, vltra quod ſtricta ſemper ſit interpretatio in
primogenitura, quæ ſit ab homine inſtitura, quid-
quid ſit, quando à Principe, vel à lege fuit inducta.
39 † Præpoſ. Alexan. in cap.1.col.7. verſic.tertio dedu-
citur iſtud, de feud. March.& ibi Præpoſ. colum.ante-
penult. verſic.non obſtat decimum ſextum argumen-
tum.Decian.d.conſil.16. nume.20.vbi non diſtinguit
quod facta fuerit inter viuos, vel in vltima voluntate,
imo videtur velle, quod ſtrictius intelligatur in vlti-
ma voluntate. Cum igitur non primogenitus, ſed fi-
lius primogenitus ſit vocatus nepos, non poteſt ad-
mitti ad ſucceſſionem excluſo patruo.

Tertio reſpondetur, quod verba inſtituentium ma-
ioratum, vocant primogenitum, & maiorem natu, &
qui erit maior natu eo tempore, quo aperietur ſuc-
ceſſio; ſed nepos ſcilicet D. Boniſacius quando Domi
nus Ioan. Vincentius contrauenit, & quando deceſſit,
non erat maior natu, atque ita non habebat qualita-
tem requiſitam ab inſtitutoribus: in filium autem ſe-
cundogenitum, atque ita in patruum cadit optimè il-
la qualitas, ergo patruus non nepos eſt vocatus, &
hoc modo reſoluit Dec. in d. conſil. 443. num. 24. vbi
ita interpretatur legem Portugalliæ, quæ incipit, men
talis, de qua latè agit Coſta in d. tractat. de ſucceſſio.
Regni, & ante eos Alexan. in conſil.123. num. 2. vol.1.
quia vocando maiorem natu, videntur inſtituentes
40 reſpexiſſe ad prærogatiuam ætatis † non ad aliud, &
in conſi.4.num.13. verſic.item iura, & rationes, volu-
mine quarto. Socin. in conſil.88. circa med. verſic.præ-
terea ad hunc effectum, volum. 3. vbi dicit, aliud eſſe
quando dictum eſt ſimpliciter de primogenito. idem
voluerunt Anchar. Bero. Alciat. Tiraquell. Ioan. Lup.
& alij, quos citat, & ſequitur Menoch. in conſ.442.nu.
19. aliud enim eſt, quod quis ſit primogenitus, aliud
verò, quòd maior natu, nepos enim aliqoando venit
nomine primogeniti, ſed nunquam ſub nomine ma-
ioris natu. Bero.d.conſi.71.num.30. hanc ſimiliter re-
ſolutionem admittit Alciat. in conſil. 96. in fine, vbi
etſi velit, quòd nepos excludat patruum, quando pri-
mogenitus fuit vocatus, tamen reſpondendo ad Ale-
xan. Anchar. & Dec. in locis prædictis, dicit, loqui eos
quando maior natu eſt vocatus, & hanc partem tue-
tur Vallaſc. de iure emphyt. quæſtio.50.num.26.poſt
Coſtam, quem citat. redditur autem certiſſima hæc
pars, ex his, quæ infra dicam tractando de tranſmiſ-
ſione, & repreſentatione.

Non faceſſit negocium, quod maioratus hic inſti-
tutus fuerit ex contractu, in quo ius conditionale
tranſmittitur: quia, vt ſupra dixi, non tam ex contra-
cto, quam in vltima voluntate eſt ordinatus, nempè
in teſtamento, & codicillis Domini Galcoti ſenio-
ris, qui horum bonorum maiorem partem poſſide-
bat; ſed quidquid ſit, reſpondeo, quòd etſi ius ex con-
tractu tranſmittatur, fallit tamen, quando eſt ius
perſonale, quoniam iura perſonalia extinguuntur
41 cum ipſa perſona, † l. Paulus, in fine, ff. de acquiren.
hæred. Bald. in Rubr. C. de vſur. quæſt. 4. cap. priui-
legium, de reg. iur. in ſexto. Din. & Barto. in d.l. Pau-
lus. Doctores in Authen. Quas actiones, vbi Iaſ. num.
41. C. de ſacroſan. Eccl. quinimò, ius perſonæ conceſ-
42 ſum reſpectu rei, non tranſit cum ipſa re, † l. fin. §. 1.
ff. de contrah. emptio. l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Ti-
raquel. de retractu conſang. §.8. gloſſ.5. nume.7. pro-
baui in conſil. 127. num.66. & ſequen. at priuilegium
hoc quod ſit maior natu, quod ſit filius, non nepos, eſt
quid perſonaliſſimum, vt de ætate inquit Anchar. in
conſil.82. num.6. dicens, quod inhæret oſſibus, & ne-
que cedi, neque in filium trãſmitti poteſt, & per hanc
rationem vult, quod nepos non præferatur patruo.
eodem modo reſoluit Alexand. in dicto conſil.4. num.
9. in quarto, quia ſecundum eum qualitas ætatis non
eſt tranſmiſſibilis, allegat multa iura, Iaſ. in l. is po-
teſt, numero 29. ff. de acquir. hæredit. Dec. qui hoc eo-
dem modo reſpondet, in d. conſil. 443. colum. fin. ver-
ſic. & ita etiam reſpondetur, & paulo ſuperius, nume.
29. in fine, verſic. ſexto non obſtat, vbi dicit, quod qua-
litas ætatis non poteſt ſeparari à perſona, ideo tan-
43 quam ius perſonale non egreditur perſonam, † l. quia
perſonale, ff. de ſolut. matrim. ita quoque dicit Ber. in
conſil.71. num.29. & 54. volum.1. vbi vult, quod hæc
qualitas non ſit tranſmiſſibilis, nec ſuper ea fingi poſ-
ſit, quia eſſet fingere contra naturam, quod filius in-
tret in annos patris, & vbi agitur de præiudicio ter-
tij, ideſt qui eſt verè natu maior, ceſſat æquitas, quæ
eſt cauſa fictionis, propterea ceſſare quoque debet ip-
ſa fictio. Decian. in dicto conſil. 16. nume. 30. in quar-
to, vbi quod ætas eſt perſonaliſſima, extinguitur cum
perſona, & non tranſmittitur ad hæredes, allegat ſo-
lum Anchar. in præcitato loco. inferunt prædicti om-
nes, quod vbi conſiderata fuit maior ætas, tunc filius
eius qui fuit natu maior, non conſequitur paternum
priuilegium. Et idem eſt in qualitate filiationis, quæ
44 eſt perſonalis, & non tranſmittitur, † ſecundum Bart.
in d.l. is poteſt, num.8. ff. de acquir. hæred. vbi Iaſ. nu-
me. 28. poſt alios, ibi præcipuè Caſtren. & Aretin. Ale-
xand. dicto conſil.4. numero 15. & 17. vbi infert, quod
ſi vocatur filius maior natu, nepos non ſuccedit in lo-
cum patris, per eam rationem, quod filiatio eſt ius
perſonale, quod cedi aut tranſmitti non pôt, & quoad
hoc, vt ius filiationis non tranſmittatur, licet ſit aliud
in iure primogenituræ, quòd eſt annexum multi alle-
gantur à Tiraquel. d. tract. primogen. quæſt.40. nu.91.
Molin. lib.3.c.6.nu.38. in fine, quare cum in nepote de-
ficiat vtraque qualitas, ætatis ſcilicet, & filiationis,
nec eas à patre poſſit aſſequi, quia vtraque eſt perſo-
nalis, non poteſt dici, quod per viam tranſmiſſionis
ſuccedere poſſit. Et hoc eſt, qđ dicunt Doctores tranſ-
miſſioni locum non eſſe, quando qualitas deſiderata
à ſtatuto, lege, aut alia diſpoſitione, non ineſt ei in
45 quem fit tranſmiſſio, † vt poſt multos quos allegat
ponit Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 24. ff.
ad Trebell.

Reſpondeo etiam, quod ius non erat in perſona
Domini Alberti radicatum, nec ei apertum ſimpli-
citer, ſed ſub conditione, quatenus patri ſuperuixiſ-
ſet: at ſi per mortem extinctum eſſet, tranſmitti non
potuit: quia deficiente conditione euaneſcit diſpoſi-
46 tio, ac ſi facta non fuiſſet. † l. pecuniam, ff. ſi cert. pe-
tat. l. neceſſario, §. quod ſi pendente, ff. de pericul. &
com. rei vend. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verſic. re-
uertatur, num.277. Cod. de reuocan. donatio. Crauet.
in conſil. 170. numero 8. & tranſmittere nemo poteſt
47 in alium quod ipſe non habet, † capit. quomodo, de
conſecrat. diſtinct.4. l. nemo plus, vbi Dec. & Cagnol.
ff. de regul. iur. & in terminis ita huic argumento ſa-
tisfacit Alexand. in dicto conſil.4. nume.10. verſic. ſed
in quæſtione veſtra. & Dec. dict. conſil.443. nume.28.
verſic. & illa ſpes erat conditionalis, in fine, & quam-
uis eiuſmodi forma loquendi non videatur euacuare
vim argumenti contrarij, quod propriè loquitur de
iure quod ſub conditione competebat, tamen reſo-
lutio eſt vera in ſubſtantia, & poteſt melius quam fa-
ciant

Digitized by Google

ciant Alexand.& Dec. declarari,id quod dicimus ius
etiam conditionale tranſmitti, quando deſcendit ex
contractu: verum eſt, ſed non ſortitur effectum iſta
tranſmiſſio, niſi exinde purificetur diſpoſitio, & con-
ditio eueniat,ea enim eueniẽte, capit hæres vel filius,
quod accepiſſet pater ſi viueret. ita loquitur text.in §.
ex conditionali, & ita loquuntur omnia iura pro ea
regula allegata,& ideo tractant Doctores, an & quo-
modo conditio poſtea eueniens retrotrahatur,conſti-
tuendo differentiam inter ius ex contractu, & ius ex
vltima voluntate,vt videri poteſt in l.ſi is qui pro em-
ptore, vbi latè Iaſ.num.315. ff.de vſucap. quod ſi con-
ditio non eueniat,inanis eſt tranſmiſſ. & caret fructu,
& effectu. & cum Doctores dicunt, ius conditionale
tranſmitti, ſupponunt id fieri in eo ſtatu in quo eſt;
ſed ſicuti ex eo.iure non ſuccederet tranſmittens,
niſi purificata conditione, ita nec is in quem facta eſt
tranſmiſſio, ne plus iuris habeat, quam author ha-
beret.Hinc Doctores dicunt, ius tranſmitti tanquam
48 agnoſcendum,non tanquam agnitum, † vt per Socin.
conſil.67.colum.penul.volum.4. Socin.iun.in l.cum fi-
lio, parte vltima,nume.66. ff. de legat.1. Zanchus d.§.
cum ita. par.4. num. 405. vbi autem conditio deficit,
tunc fruſtra conſideramus tranſmiſſionem,deficit au-
tem conditio quoad fauorem nepotis, quando is qui
vult ſuccedere non eſt filius,neque maior natu, deficit
etiam reſpectu Alberti, quia tempore delatæ ſucceſ-
ſionis non eſt major natu, nec filius, fruſtra itaque di-
ſputamus, an Dominus Albertus tranſmiſerit ius, &
locum ſuum in filium, aliud enim eſt quod fiat tranſ-
miſſio, & aliud quod oriatur actio, vel obligatio,ſæpè
enim tranſmiſſio fit, ſed non eſt nata obligatio vel a-
49 ctio,† vt per Bartol. in l.ita ſtipulatus,in 2.quæſtio. ff.
de verborum obligat. Dec.& Cagnol.in l.in omnibus
obligationibus, ff.de regul.iur.Caſtren.Aretin.Socin.
Iaſ.Ruin.Ripa,Coſta,Roland.& Anguiſſo.quos citat,
& ſequitur Zanchus,in d.§.cum ita,parte 4. num.349.
& per hanc rationem deficientis conditionis, ita in
terminis concludit Vallaſc.d.quæſtio.50.num.27.poſt
Coſtam,vbi dicit, quod propter mortem, filius neque
etiam ſpem habet quam tranſmittat, cum & ipſe ſpes
ſit finita ob immaturam mortẽ,quòd idem eſt,ac ſi di-
catur,quod conditio in ipſo nunquam poteſt euenire.
Alio etiam modo reſpondeo, quod tranſmiſſio nũ-
quam fit contra voluntatem diſponentis, ſed ab ea
50 ſola regulatur,† ſecundum Bald.in l.ſi pater,numero
16. Cod. de inſtitut. & ſubſtitut. vbi quod fit vel non
fit tranſmiſſio,ſecundum volũtatem diſponentis,Dec.
conſil.397.num.5.Iaſ.conſil.233. volum.2. Socin. iun.
conſil.141.num.21.volum.2. Riminald. in conſi.638.
numero 18. & paſſim Doctores, qui etſi loquuntur in
vltima voluntate, idem tamen eſt in contractibus,
quia militat eadem ratio.& in ſpecie,quod non ſit lo-
cus tranſmiſſioni,quando verba diſpoſitionis non cõ-
51 ueniunt illi in quem fieret tranſmiſſio,† ponit Curt.
iun. in conſil.69. numero 2. & vſque ad finem, vbi di-
cit, quòd ius ſubſtitutionis factæ ad fauorem aliorum
duorum, qui erunt ſuperſtites, non tranſmittitur in
filios, quia eis non conuenit dictio,alij, & dictio, ſu-
perſtites, & numero 5. dicit, quod conditio nomina-
tim adiecta vni perſonæ,debet in ea verificari,non in
hæredem. idem dixit Ruin. in conſil.181. nu.2.volum.
2. vbi infert, quod nepos hoc caſu non intrat locum
patris. Crauet. in conſil. 306. numero 3. in caſu igi-
tur noſtro conſtat non eſſe locum tranſmiſſioni ex vo-
luntate diſponentium, quia verba, vt in princip. dixi,
hunc ſenſum non patiuntur, nec conueniunt nepoti,
nec ad eum referri poſſunt, cum neque filius ſit, ne-
que maior natu tempore ſucceſſionis delatæ; & hic
non poſſumus de mente, & voluntate inſtituentium
dubitare, cum ex verbis eam habeamus certam, &
lucidam, dum vocat deſcendentes Ioan. Vincentij
cum prædictis qualitatibus,quæ deficiunt in Domino
Boniſacio.
Non omitto, quod multi etiam negant filium ad-
mittendum ex iure tranſmiſſo, loquor de his qui te-
nent nepotem præferri patruo in ſucceſſione iuris pri-
52 amogenituræ, † vt videri poteſt apud Caſtren. in dicto
conſil. 164. colum. 4. verſic. & determinat prædictus
Doctor, volum.2. vbi dicit, quod ingreditur quidem
locum patris,& gaudet eius prærogatiua,ſed non ve-
nit iure tranſmiſſionis, & idipſum repetit colum. 8.
verſic. præterea vt dixit vtrobique, & ante eum Bald.
in d.l.3. C.de ſuis,& legit. vbi negat expreſsè iura ma-
ioratus fuerit in filium tranſmiſſum à patre præde-
functo antequam conditio ſit purificata,ſuſtineri nul-
lo modo poteſt.
Iure quoque repræſentationis Dominus Boniſa-
cius non poteſt Dominum Galeotum patruum ſuum
excluſiſſe; quia bona hæc proueniant pro parte ma-
iori non à Domino Io. Vincentio patre Domini Ga-
leoti iunioris, & auo Domini Boniſacij, ſed à Domi-
no Galeoto ſeniore qui erat patruus Domini Ioan.
Vincentij, & patruus magnus Domini Alberti, nec
non à Domino Ioan. Ambroſio fratre Domini Ioan.
Vincentij, & patruo magno Domini Alberti: nam
minima portio ea eſt quæ ad Dominum Ioan. Vin-
centium pertinebat, vnde communis eſt concluſio,
quod filius non ingreditur locum patris,nec illius re-
præſentat perſonam, niſi quando agitur de ſucceden-
do auo vel patruo, ſed vbi tractatur de ſucceſſione
aliorum, filius non intrat gradum, ſeu locum patris:
53 quinimo, excluditur à patruo, † vt in Authen. Poſt
fratres, vbi Cin. Bartol. Bald. Salicet. & alij, Cod. de
legit. hæred. & Bartol. ibi expreſsè ponit hanc quæ-
ſtionem. Cuman. in l.cum ita, §. in fideicommiſſo, nu-
me.1.ff.de legat.2. Alexand.in conſi. 204.colum.5.vo-
lum.2.Dec.in conſil.1.per totum. Ang.in §.reliquum,
in Authen.de hæred.quæ ab inteſtat.Ruin.in conſi.31.
num.4.volum.3. Curt.iun.conſi.57.num.8.& in conſil.
161.num.1. vbi dicit communem. Pariſ. in conſi.9.nu.
20.in ſecundo. Alciat.in d.§.in fideicommiſſo, num.11.
in fine. Tiraquel. de primogen.quæſtio.41. in fine. So-
cin.iun. conſil. 20. num.2. volum. 3. Zanch.in d.§.cum
ita,par.4.num.99.& 143. Gomeſ. de ſucceſſio.ab inte-
ſtat,cap.1. in fine. Mantic.de coniectur.vltim.volunt.
lib.8.tit.8.num.3.& 4.vbi multos alios recitat. Simon
de coniect.vltim.volunt.lib.3. interpret.3.dubit.4.ſo-
lut.1.num.21.folio mihi 338. Craſſ.in §. fideicommiſ-
ſum, quæſt.11. num.4. & ſequen. qui omnes id volunt
ſeruari, non ſolum quando agitur de ſuccedendo ab
inteſtato, ſed etiam vbi ex fideicommiſſo facta eſt vo-
catio.Roland.conſil.68.num.11.& 22. volum.1. latiſ-
ſimè Vallaſc.de iure emphyteut. quæſtio.50. num.30.
& ſequen. vbi dicit communem, diſputando quoque
quæſtionem, an hoc locum habeat in fideicommiſſo,
vbi infinitas cogit authoritates; quo ad ſucceſſionem
igitur horum bonorum, & eorum quoque quæ proue-
nerunt à Domino Galeoto ſeniore, & à Domino Io.
Ambroſio,non poteſt eſſe locus repræſentationi, quia
non agimus de patris,aui, aut patrui ſucceſſione, ſed
patrui magni, & agnati vlterioris: quinimo Vallaſc.
in d.q.50.num.31.& ſequenti,contra gl.in d.§.in fidei-
commiſſo, defendit in fideicommiſſo non eſſe locum
repræſentationi, & oſtendit demptis illis qui fuerunt
contrarij, illam minimè eſſe communem, qualem
multi profeſſi ſunt, intelligendo de fideicommiſſo
facto in teſtamento.

Secun-

Secundo, repræſentationi non patet locus, quando
54 alio iure ſucceditur, quam hæreditario.† ita Barto. in
l. poſt fratres, ſa prima, num. 1. C. de legit. hæred. Bar-
to. in l. liberti, libertæque, num. 18. C. de ope. lib. Thob.
Non. conſi. 4. nnm. 8. Coſta in quæſtio. de patr. & nep.
pag. 34. quidquid dixerit Molin. de primogen. Hiſpa.
lib. 3. capitu. 6. nume. 40. vbi mouetur ſingularibus re-
ſpectibus militantibus ſolum in primogenijs Hiſpa-
norum, vbi & illud dicit contra communem, quod v-
bi familia eſt vocata, ſemper eſt locus repræſentatio-
ni, & hoc conſiderauit Berous in conſil. 71. numero 36.
& 53. volum. 1. Alba, in conſil. 60. nume. 10. & 18. nos
autem agimus de ſuccedendo non iure hæreditario,
ſed alio iure, ideſt ex tenore inueſtituræ reſpectu ſeu-
dorum, vel vigore tranſactionum, & pro hoc facit,
quia in contractibus filius non ingreditur locum pa-
55 tris. † Barto. in d. Authen. Poſt fratres, Cuman. in l.
cum ita, §. fina. in fine, ff. de leg. 2. Alexand. in conſil.
139. volum. 5. & in l. is poteſt, ff. de leg. 1. vbi Iaſ. nume.
36. citat concordantes. Dec. in conſil. 1. & in d. l. is po-
teſt. Iaſ. diſputat de ratione differentiæ quare ingre-
diatur locum patris in vltima voluntate, ſed non in
contractu.

Tertio excluditur repræſentatio, quia in tranſactio
ne facta ſuper Caſtris Altaris, & Carcherarum, dici-
tur, quod ſuccedant gradatim natu maiores, vbi enim
de gradu fit mentio, & ſucceſſio per gradum defertur,
tunc filius patris locum non ingreditur, vt probatur
ex eo, quod notat Barto. in Authen. Defuncto, C. ad
Tertull. vbi ait, quod clauſula ſalua gradus prærroga-
tiua, operatur ne filius patrem repræſentet, vel in eius
56 locum ſuccedat.† Dec. in conſi. 1. nume. 6. & in conſil.
408. in princip. & in fine. Cur. iun. in conſil. 154. num.
9. Pariſ. in conſi. 37. num. 57. volum. 2. vbi alios addit,
& ſtante ea clauſula idem probarunt Gozad. Duran.
Marzar. Cra. & alij citati à Menoch. in conſil. 277. nu.
34. Decian. in conſil. 10. num. 64. & in conſil. 43. nume.
66. volum. 3. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſtio. 11.
num. 8. quam ſententiam probauit etiam Peralt. in d.
§. in fideicommiſſo. Vallaſc. d. tractat. de iure em-
phyt. quæſtio. 50. num. 37. Riminal. conſil. 499. nume.
34. alios addit Card. Mantica, de coniectur. vltima.
volunt. lib. 8. titu. 9. num. 9. vbi citat Socin. iun. Crauet.
& Didac. Rota in deciſ. 708. nume. 8. part. 1. vbi vult,
quod operetur hæc clauſula etiam vbi non poteſt eſ-
ſe locus repræſentationi. Simon de Pretis, d. dubit. 4.
ſolut. 3. nume. 23. folio 339. vbi quando clauſula eſt
repetita, & hanc communem affirmat Molin. d. tra-
ctat. primogenit. lib. 3. cap. 8. nnm. 16. licèt propter le-
gem Tauri contrarium diſponentem teneat hoc non
ſufficere, ſed in caſu noſtro legem nō habemus aduer-
ſantem, ideo ſtamus iuri communi, prout ſtandum
cenſet in terminis Vallaſc. d. quæſtio. 50. nume. 37. v-
bi loquitur de Regno Portugalliæ, in quo ea lex non
viget.

Quarto, filius non aſſumit gradum, ſeu locum pa-
tris, vbi vocatio reſtricta eſt ad eum, qui mortis tem-
57 pore eſt primogenitus, vel maior natu,† vt voluit Bal.
in l. ſi viua matre, nume. 3. verſic. vnde hæc litera, C. de
bon. mat. vbi dicit, quod ſi inſtituo primogenitum
tempore mortis meæ futurum, nepos eius defuncto
primogenito, non excludet patruum ſecundogeni-
tum, & ſubdit neminem ſanæ mentis contrarium af-
firmaturum, & ſequuntur alij quos mox referam;
& in terminis noſtris hanc conſiderationem rectè
examinauit Vallaſc. in d. quæſtio. 50. numero 16. & 46.
vbi addit Dec. in conſil. 1. numero 12. verſicu. quinto
alia ratione, qui dicit, quod vbi reſtricta eſt vocatio
ad tempus mortis, tunc filius non vtitur priuilegio
patris, & Vallaſc. loco præcitato reſpondet ad conſil.
Abb. Caſtr. & Barbat. qui contrarium tenuerunt, non
repeto, ſed apud eum videri poteſt reſolutio; & ratio
eſt, quia vbi diſponens ſe reſtrinxit ad tempus mor-
tis, nemo poteſt admitti, qui tempore mortis non ha-
beat qualitatem requiſitam. Præterea ſicuti tempo-
ris limitatio continet certam incluſionem, quoad eos
quibus eo tempore qualitas requiſita conuenit, ita
expreſſam excluſionem continet quoad alios qui eam
non habent qualitatem. Bald. in proœm. Digeſtor. in
§. hæc autem tria, vbi dicit, tantam eſſe vim limitati
temporis, quod contınet contrariam diſpoſitionem,
58 † vnde infert, quòd relegatus ad tempus, poteſt tem-
pore finito redire non expectata licentia. Dec. in con-
ſil. 61. num. 4. ornaui in conſi. 294. nume. 9. non mirum
igitur ſi nepos non admittitur loco patris, quando
vocatur is qui tempore mortis erit primogenitus:
nam videtur eo caſu expreſsè diſpoſitum, quod non
ſuccedat is, qui non erit eo tempore primogenitus,
etiam ſi aliquando fuerit talis; in præſenti autem cō-
trouerſia vocationis verba ſunt ad mortis tempus re-
ſtricta, quia vocatur filius, qui erit maior natu, & qua-
litas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus ver
59 bi, † l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalib. Doctor.
in l. ſi ex facto, in princ. ff. de vulg. infinitos ego cumu-
laui in conſil. 216. nume. 2. ita in terminis noſtris ad
excluſionem nepotis arguit Aleaand. in conſil. 123.
nume. 2. volum. 1. vbi infert, quod ſi dictum eſt, quòd
maior natu ſuccedat, debet eſſe talis eo tempore quo
vult ſuccedere. Socin. in conſi. 88. num. 1. verſi. ex qui-
bus patet, volum. 3. vbi ſi vocatur maior natu poſt pa-
tris obitum, videtur excludi ille, qui primo quidem
natus fuit, ſed non eſt maior natu, quando pater eſt
mortuus, & ante eos Iſern. in cap. 1. num. 14. de natur.
ſucceſſ. feud. vbi dicit, quod etſi nepos excludat pa-
truum, tamen fallit, quando verba conceſſionis, legis,
vel conſuetudinis repugnant, vt quando vocatur pri-
mogenitus tempore mortis paternæ. Idem Iſern. in c.
1. §. præterea, colum. 3. quæ fuit prim. cauſ. beneſ. amit-
ten. vbi Afflict. in glo. 3. num. 24. & ſeqq. Dec. d. conſil.
443. num. 15. dicit, quod vbi primogenitus vocatur re-
ſpectu ſucceſſionis, non iudicatur talis, niſi eam ha-
beat qualitatem, cum eſt ſibi delata ſucceſſio, allegat
Iſern. Bald. & alios, & mouetur ratione ſuprapoſita,
quod qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum
tempus verbi; vnde, ſi dicitur, quod primogenitus ſuc
cedat, debet eſſe primogenitus, quando vult ſuccede-
re. Alba qui in præciſo noſtro caſu loquitur, in conſil.
60. numero 11. verſicu. quinto videtur facere, vbi ait,
quod ſi qualitas primogenituræ refertur ad tempus
mortis, tunc primogenitus non dicitur filius primoge
60 niti, qui non viuebat tempore mortis † patris. Rolan.
in conſil. 39. nume. 50. volum. quarto, vbi quod conſi-
derabilis non eſt primogenitura, quæ non durauit ad
tempus mortis paternæ, multos alios ponit Menoch.
in conſil. 230. numero 121. & ſequen. cui rationi ac-
quieuit in eodem caſu Riminald. in conſil. 544. nume.
151. vbi licèt contrarium teneat ex alijs, non tamen
hanc impugnat deciſionem, & Menoch. in loco præ-
citato adducit multos, præcipuè Alciat. omnino vi-
dendum in l. proximus, ff. de verborum ſignificat. vbi
ergo maior ætas requiritur tempore delatæ ſucceſſio-
nis, tunc decedens maior natu perdit qualitatem, &
filius non ingreditur locum patris, nec patrem repræ-
ſentat, quia in filio deficit qualitas quæ erat in patre,
& ſine qua ſuccedere non poteſt.

Quinto, repræſentatio nihil operatur, quando in
filio non adeſt qualitas quæ ex forma diſpoſitionis
eſt requiſita: nam filius qui ſubintrat locum patris,
nou

non aſſumit qualitates patris, ſed ſuas retinet, vnde,
ſi ſtatutum admittat ſolum maſculum ad ſucceſſio-
nem, femina deſcendens ex maſculo non ſuccedet, li-
cet in locum patris ſuccedat, quia in ea remanet qua-
61 litas feminina,† vt per Bartol. in l. liberorum, §. 3. ff.
de verbor. ſignific. Alexan. in l. venia, num. 6. Cod. de
in ius voc. vbi reprehendit Bald. ibi contrarium te-
nentem, quia filia cum non ſit maſculus, non repræſen
tat patrem. ſequitur ibi Iaſ. nume. 6. quia ſecundum
eum ceſſat qualitas quæ eſt in patre, Socin. iun. in con-
ſil. 168. num. 46. verſic. non obſtat quòd tertio loco, vol.
2. vbi dicit non eſſe locum repræſentationi, quando
deficit qualitas, & infert falſum, & ridiculum eſſe,
quod femina ea parte repræſentet patrem quando ſu-
mus in ſtatuto excluſiuo feminarum, quia repræſenta-
tio non poteſt in eis femineum ſexum immutare. &
Rot. in deciſ. 686. numero 3. in prima parte, in nouiſſ.
dicit repræſentationem fieri cum ſuis qualitatibus, &
filium retentis proprijs qualitatibus, ingredi locum
patris. ſic in propoſito licet filius repræſentet patrem,
tamen non fingitur maior natu qualis erat pater, ſed
remanet minor natu, quocirca, cum careat qualitate,
quæ ex inſtituentium diſpoſitione erat neceſſaria, non
poteſt ſuccedere, ſed excluditur à patruo in quo con-
currunt omnes qualitates requiſitæ, & iam dictum eſt
ſupra, quod ſucceſſioni non eſt locus ſi qualitates vo-
cationis deficiunt, & quæcunque ſupra dicta ſunt im-
pedire tranſmiſſionem, ea omnia impediunt etiam re
præſentationem.

Sexto, ſi prædicta vera ſunt, quando agitur vt ne-
pos cum patruo concurrat in ſucceſſione, multo ma-
gis admittenda erunt quando vult ſolus ſuccedere, &
patruum excludere, facilius enim reciperetur ad par-
ticipandum in ſucceſſione, quam ad excludendum
patruum, quia duæ concurrerent ſpecialitates: vna,
quod ſubintret patris gradum, vbi non agimus de
ſucceſſione aui, vel etiam patrui: ſecunda, quod ne-
pos remotior excludat patruum proximiorem, ad-
mitti autem non debet intellectus per quem tot in-
ducuntur ſpecialitates, l. cum poſt, §. gener, ff. de iure
dot. l. 1. Cod. de dot. promiſſ. quinimo, adeſſet & ter-
tia, quia vis fieret verbis, & menti diſponentium, qui
vocarunt maiorem natu, non autem eum qui minor
eſt nata.

Septimo, conſidero quod inſtituentes vocarunt ad
ſucceſſionem natu maiorem filium Domini Ioan. Vin
centij ſolum, & in ſolidum: hæc dictio, ſolum, eſt ta-
62 xatiua, & excludit etiam perſonam hæredis,† vt pro-
bat textus in l. non ſolum, §. tale, ff. de liber. leg. per
quem dixit Bartol. in l. ſi ſic ſtipulatus, la ſeconda, co-
lum. 2. verſic. fallit ſi eſſet, quod hæres non includitur
in diſpoſitione taxatiuè loquente, ſequitur Angel. ibi,
Bartol. & Angel. in l. qui in futurum, §. 1. ff. de pact.
Aretin. in l. ſtipulatio iſta habere, ff. de verbor. obli-
gat. regulariter enim taxatiua excludit omnes alias
63 perſonas præter expreſſas. † Bartol. in l. 1. ff. ſi quis
ius dic. non obtemp. Aretin. in d. l. ſtipulatio iſta ha-
bere, vbi in perſonis admittit, licet non in caſibus,
& tamen hæres repræſentat perſonam defuncti, imo
64 cum eo habetur pro vna, & eadem perſona, † §. 1. in
Authen. de iureiuran. à morient. præſt. l. hæredem, vbi
Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur. qua igitur ratione di-
ctio hæc taxatiua, ſolus, excludit hæredem, ea ipſa
impedire debet, ne filius patris perſonam repræſen-
tet, aliàs ſuperflua fuiſſet taxatio, ſi filij perſona in-
cluderetur, nec in facto dici poteſt illam eſſe adie-
ctam ad denotandum quod plures in eodem gradu
exiſtentes non ſiat admittendi, ſed vnus tantum, nam
ad hunc effectum poſita eſt dictio, in ſolidum, quæ
plurium concurſum prohibet: ne igitur ſolius expreſ-
ſio ocioſa ſit, contra doctrinam Bald. in Rubrica
Cod. de contrahen. emptio. numero 9. & contra com-
munes theoricas, fatendum erit quod per eam in-
ſtituentes voluerint ita vocari natu maiorem, vt ſiue
filius, ſiue alius non admittatur, qui eam non habeat
qualitatem.

Octauo, id dubio carere videtur, quando inſtituen
tes maiorem ætatem principaliter cõſiderarunt, quia
tunc niſi qualitas illa adſit, diſpoſitio non verificatur,
65 vt † in propoſito dicit Alexand. dict. conſi. 4. nume. 7.
verſic. quia dico. Dec. d. conſil. 443. num. 23. ſic & Cra-
uet. in conſil. 677. vbi loquitur, quando vocatus eſt fi-
lius natu minor, in quo facto idem dixit Gabriel. con-
ſil. 130. num. 2. in 2. volum. paria enim ſunt, non extare,
vel extare, ſed non habere qualitates requiſitas, l. 1.
pen. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Feder. Senen. con-
ſil. 26. colum. 3. Ruin. conſil. 1. colum. 1. in fine, volum. 1.
Crauet. d. conſi. 677. num. 10. Gabriel. d. conſi. 130. nu-
me. 40. vbi dicit, impediri repræſentationem quando
deficit qualitas requiſita, allegat Bart. Alexan. & Sar-
nen. & pro hoc ego allego doctrinam Barto. in l. ex fa-
cto, colum. 2. ff. de vulg. qui vult, quod qualitas nomi-
nis determinans verbum, diſpoſitionem limitat, & re-
ſtringit, adeo, quòd non erit locus diſpoſitioni niſi
66 qualitas concurrat.† ſequitur Imol. ibi, colum. 1. verſi.
nota, quòd qualitas exornat. Felin. in conſi. 25. nu. 13.
vbi infert, quod etſi regulariter emphyteuta cadens
ab emphyteuſi non cadat à parte francandi, tamen ſe-
cus eſt quando facultas francandi conceſſa eſt ſub no-
mine emphyteutæ: quia tunc emphyteuſi finita, extin-
guitur etiam francandi poteſtas, & hoc procedit mul-
to facilius, quando qualitas iuncta eſt verbo executi-
uo, vt in caſu noſtro, in quo dictum eſt, quòd maior
natu ſuccedat, vt in ſimili dixit Bartol. in l. Centurio,
poſt medium, verſic. quaro circa prædicta, ff. de vulg.
vbi ait, quidquid ſit quando teſtator dixit, ſubſtituo
filio impuberi, ſi dicat ſi deceſſerit ſine filijs, tunc filio
meo impuberi ſuccedat Titius, requiritur quod filius
decedat in pupillari ætate, quia dictio, impuberi, adie
cta eſt executiuo verbo ſuccedat, & in pactis francan-
di poſt Gozad. voluit hoc ipſum Rota deciſ. 115. nu-
mero 3. in prima par. in nouiſſ. eodem modo ex qua-
litate nominis expreſſi arguit Socin. in conſil. 34. in fi.
volum. 3. & dicit Salicer. per illum text. in l. fin. num. 2.
C. de inoffic. teſtamen. quod priuilegium datum no-
mini, ſeu rei propter nomen, extinguitur extincto no-
mine, & poſſem infinitis ſimilibus exornare. Cum igi-
tur qualitas maioris ætatis adiecta fuerit ei qui ad
ſucceſſionem vocatur, cẽſetur appoſita animo reſtrin-
gendi, ita, vt nemo ſuccedat niſi qui eam habuerit
qualitatem.

Nono amplectenda eſt hæc ſententia, vt ei ſoli de-
feratur ſucceſſio, qui erit maior natu, quia agimus
pro maiori parte de feudis iuriſdictionalibus, quo-
rum regimini, & adminiſtrationi magis conuenit il-
67 le qui ætate eſt grandior, quam qui eſt iunior, † vt
in propoſito conſiderat Alexand. dict. conſil. 4. nume.
7. & num. 5. volum. 4. & in primogenituris hoc eſt fere
ordinarium, vt per multa probat Becius, in conſil. 56.
nume. 34. & ſequen. factum autem quid præſumitur
68 eo modo quo fieri debebat, † cap. ex litteris, de con-
ſtitut. capit. ſedes, de reſcriptio. cap. venientes, de iu-
reiuran. alios adduxi in conſil. 198. nume. 14. ſic iu-
dex præſumitur pronunciare prout de iure teneba-
tur, & Princeps præſumitur feciſſe quod de iure debe-
bat, & ſententia intelligitur lata prout de iure erat
ferenda, vt ſunt claræ deciſiones. propterea cum ma-
ior natu regendis populis adminiſtrandæque iuriſdi-
ctioni

ctioni aptior ſit, videtur is electus, non autem alius
minus aptus, præcipuè cum eo tempore omnes eſſent
naſcituri, nec potuerit haberi maior affectio ad filium
primogeniti quam ad ſecundogenitum.

Nec dici poteſt, quod inſtitutores maioratus vo-
luerint bona hæc conſeruari in linea primogeniti, ex
deductis in quarto argumento, quia etſi ea omnia di-
xerint quæ ibi recitantur, tamen ſemper adiecerunt
hāc qualitatem, quod ſucceſſurus poſt mortem Dom.
Ioan. Vincentij eſſet maior natu, & non eſt dubium,
quod voluerūt bona conſeruari in linea illius qui pri-
mo loco ſucceſſiſſet, Ioan. Vincentio, ſed de hoc non
eſt quæſtio, verum agimus, quis poſt Ioan. Vincentij
mortem conſequatur hæc bona: ſi enim Dom. Alber-
tus patri ſuperuixiſſet, & ei ſucceſſiſſet, res eſſet clara:
ſed quia prædefunctus eſt, & non ſucceſſit, exoritur
dubium, & cum verba ſint clara, quod debet eſſe ma-
ior natu, ceſſat dubitatio, l. ille aut ille. & in claris
non eſt opus coniecturis, l. continuus, ff. de verborum
obligat. & nullum eſt mentis noſtræ apertius teſtimo-
69 nium quam expreſſa verborum qualitas, † vt ſæpè di-
cebat Bald. relatus à Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verſi.
libertis, num. 2. & ſeq. C. de reuocan. donat. eiuſmodi
autem volūtas certior fit ex eo quòd infinitis in locis
repetitur qualitas maioris ætatis, l. Baliſta. ff. ad Tre-
bell. imo in tranſactione quæ facta eſt ſuper Caſtro Ro
chæ vignalis, dicitur, quod feudum tranſeat ſemper in
maiorem natu, quæ dictio, ſemper, importat omni ca-
70 ſu, & omni tempore. † Alber. in ſuo dictionario, in
verſic. ſemper, Pariſ. in conſil. 98. nu. 28. volum. 2. Boer.
deciſ. 158. num. 4. Menoch. conſil. 38. num. 43. dixi in
conſi. 179. num. 14. Cum igitur ſucceſſio ſemel ingreſ-
ſa eſt vnam lineam, voluerunt abſq; dubio inſtituen-
tes in ea illam conſeruari, ſed non aliter ingredi po-
teſt lineam aliquam ex eorundem diſponentium vo-
luntate, niſi caput illius lineæ, qui eſt ſucceſſurus ſit
natu maior ex filijs.

Quod verò quinto loco dicitur, primogenitum eo
ipſo quod naſcitur, includere ſe & totam lineam, at-
que excludere ſecundogenitum cum tota ſecundoge-
niti linea, procederet, quando ſimpliciter eſſet voca-
tus primogenitus, & in facto noſtro non ſimpliciter
primogenitus vocatur, ſed maior natu, qui erit tem-
pore mortis Domini Ioan. Vincentij, & inſtituentes
non reſpexerunt ad ſolum tempus natiuitatis pri-
mogeniti, ſed reſtrinxerunt ſe ad tempus mortis, &
delatæ ſucceſſionis, ideo non curamus quis ſit primo
natus ex multis filijs Domini Ioan. Vincentij, ſed
quis ex eis maior eſſet natu quando ille deceſſit, ita
reſoluit Alexand. in conſil. 4. num. 14. volum. 4. Dec. d.
conſil. 443. & latiſſimè dictum eſt ſupra; & hoc modo
reſoluendo reſpondet Rot. in penul. deciſ. lata in præ-
ſenti cauſa die 15. Febr. 1588. in fine, & quia multi ex
his qui in contrarium allegantur loquūtur ſecundum
conſuetudinem Hiſpaniarum, & in maioratibus in-
ſtitutis in ea regione, Rota in eadem deciſione, col. 1.
verſic. addo præmiſſis, admonet, nos eſſe non in pri-
mogenitura iuris, ſed in maioratu facti, in quo ſucce-
ditur ſecundum normam præſcriptam ab inſtitutori-
bus: qua ratione ego quoque dixi in ſuperioribus eſſe
plurimum inſpicienda, & ponderanda verba inſtituē-
tium, quæ præponderant etiam propriæ naturæ con-
71 tractus, ſeu diſpoſitionis, † & in terminis voluit Mar-
tin. Land. de primogen. colum. pen. Dec. d. conſil. 443.
Tiraq. d. quæſt. 40. num. 228. Rimin. in conſi. 544. nu. 61.
in princip. Non omitto, quod ſtante forma inſtitutio-
nis, primogenitus dicitur vocatus ſub conditione, ſi
patri Ioan. Vincentius ſuperuixerit, non autem abſo-
lutè, vt tetigi in reſolutione ſecundi obiecti, ideo cum
defecerit conditio ſub qua fuerat vocatus, extinctum
eſt omne ius, non ſolum ſibi ſed etiam toti eius lineæ
competens.

Et quamuis poſt primogenitum vocatus fuerit or-
dine ſucceſſiuo filius primogeniti, non tamen per hoc
infertur, vt ſexto loco dicebatur, quod filius primo-
geniti excludat patruum, quando primogenitus vi-
uo patre deceſſit: illud enim procedit, quando pri-
mogenitus ſuperuixit patri, & adeptus eſt maiora-
tum, tunc enim ab eo tranſit in ſuum filium, ſed quan-
do prædeceſſit, & nunquam ſucceſſit, aliud eſt, nam
vna eſt qualitas quæ in filio ſucceſſuro patri Ioan. Vin
centio requiritur, alia eſt quæ in filio primogeniti de-
ſideratur, nam patri Ioan. Vincentio ſuccedit is ex fi-
lijs, qui eſt maior natu, primogenito vero ſuccedit,
qui non ex filijs Ioan. Vincentij, ſed ex filijs primo-
geniti grandior eſt ætate; cum autem loquendo inter
filios Ioan. Vincentij, expreſſa ſit qualitas maioris
ætatis, intelligi debet clauſula ſequens, quando iam
prima ſucceſſio eſt adimpleta, & effectum habuit, vt
72 vna pars teſtamenti declaret aliam, † l. verum, ff. de
petit. hæred. l. 1. ff. de reb. dub. l. qui filiabus, ff. de legat.
1. Socin. conſil. 51. col. 1. vol. 1. Zuccard. in l. fina. nu. 71.
Cod. de edict. Diui Adr. toll. Crauet. in reſpon. pro ge-
ner. nu. 336. & 358. alias induceretur correctio incon-
73 tinenti, quod non eſt præſumendum, † l. præcipimus,
in fine, Cod. de appell. gloſſ. in cap. cupientes, §. quod
ſi per viginti, de electio. in ſexto. Præterea, cum dixe-
runt inſtituentes, quod ita ſucceſſiuè vel ſucceſſiuo or-
dine procedatur, demonſtrant loqui ſe, quando ſuc-
ceſſio iam ingreſſa fuit lineam primogeniti ex Domi-
no Vincentio, quia non poteſt in ea conſeruari ſi non
ad eam peruenit: quia non entis, nullæ ſunt qualita-
tes, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. & conſeruatio
ingreſſum ſupponit, & ordo ſucceſſiuus dicitur de vno
74 in alium gradum. † Pariſ. in conſil. 11. num. 29. & 38.
volum. 3. Oſaſc. deciſio. Pedemon. 81. num. 18. Simon
dict. lib. 3. interpretat. tertia, dubitat. quarta, ſolut. ſe-
cunda, nu. 4. vbi multos alios aduocat. vbi autem ſuc-
ceſſio non eſt ingreſſa lineam illius primogeniti, qui
viuo patre deceſſit, non eſt curandum de ſubſtitutio-
nibus factis inter deſcendentes ab eo, quia omnes cor
ruunt, ſi ipſe non ſucceſſit, iuxta regulam, quod ſi non
verificatur conditio adiecta primæ ſubſtitutioni, eua-
75 neſcunt illæ omnes quæ à prima dependent, † gloſſ. in
l. qui habebat, ff. de vulg. vbi Angel. Imola, & alij, Dec.
in conſil. 205. Ruin. in conſi. 35. num. 3. in 3. volum. Pa-
riſ. in conſi. 44. in princip. volum. 2. Cæph. in conſi. 17.
num. 10. Zanch. in d. §. cum ita, par. 2. num. 67. Rol. in
conſi. 56. num. 13. volum. 3. tota ergo illa vocatio facta
fuit caſu quo primogenitus ſuperuixiſſet patri, & ſuc-
ceſſiſſet, at eo defuncto nulla eſt eius filiorum vocatio.
Dec. in conſi. 205. colum. pen. in fine. Zanchus d. §. cum
ita, par. 8. num. 204.

Declaratio etiam Domini Ioan. Vincentij ad fauo-
rem Dom. Bonifacij non nocet, quia ex ſupranarratis
conſtat, non Dom. Bonifacium, ſed Dom. Galeotum
tāquam primogenitum, & eo tempore natu maiorem
eſſe vocatum, & vbi res eſt clara, non attendimus cō-
feſſionem hæredis, vel alterius, quia non eſt opus con-
76 iecturis, & ad iudicem ſpectat declaratio, † Bartol. in
l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures, in fine, ff. de legat. 1. l. vo-
luntatis, vbi notant omnes, C. de fideicommiſſ. & ibi
præcipuè Salicet. latè Card. Mantica de coniectur. vlt.
volunt. lib. 3. tit. 1. nu. 30. Peregr. in tract. de fideicom.
artic. 63. num. 7. vbi latè proſequuntur hanc conclu-
ſionem. Præterea cum ex inſtrumentis conſtet rem
aliter ſe habere, quam in dictis confeſſionibus cōfeſſus
fuerit D. Io. Vincentius, non ſunt attendendæ, quin-
imo,

imo,ipſi confitenti,non nocent,quia conſiſtunt in his
77 quę ſunt iuris,† l.ornamentotum,ff.de auro,& argen.
leg.Barto.in l.1. ff.ſi cert.petat. Roman.in conſil.113.
el ſecondo,verſic.quinimo. alios ad hoc citat Decian.
in conſi.10.nu.85.& ſequen.volum.3. vbi infert,quod
confeſſio ſuper fideicommiſſo non obeſt confitenti,ſi
ex inſpectione teſtamenti conſtat fideicommiſſum nõ
78 extare,† ſed magis ad propoſitum dicit glo.in l.con-
feſſionibus,ff.de interrog.actio. non nocere confeſſio-
nem niſi factum contineat poſſibile, ſecundum natu-
79 ram,& ſecundum ius. † Roman.in conſi.520.num.10.
dixi in conſil.5.nume.32.& ſequen, factum autem de
quo agimus confeſſionibus prædictis non conuenit,
ſecundum ius,ſed eſt impoſſibilo, quare neque confi-
tenti obſtabunt. Reſpondeo etiam,quod confeſſionea
prædictæ poſſunt quidem nocere Dom.Ioan.Vincen-
tio,& hæredibus ſois,ſed non alijs,qui non ſunt Do.
Ioan. Viucentij hæredes,& ita loquuntur iura omnia
80 in contrarium relata, & hoc modo intelligit † quo-
que Cardin.Mantica d.tit.1.nume.28.& ſequent.vbi
reſtringit præiudicium ad confitentem eiuſque ſuc-
ceſſores,ſic etiam declarat Petegr.d.artic.63.num.6.
vbi allegat Decia.& alios in eiſdem terminis loquen
tes,ita quoque Menoch.in conſ.442.num.10.& Dom.
Marchio Proſper, qui nunc ad maioratum agit, non
eſt hæres Dom.Ioan.Vincentij; ſibi itaque non noce-
bit illius confeſſio, & ratio eſt, quia non poteſt plus
operari tacita diſpoſirio Dom.Ioan.Vincentij, quam
expreſſa, l. cum quid, ff. ſi cert.petat. ac ſi Dom.Ioan.
Vintentius voluiſſet renunciare primogenituræ, ſeu
maioratui ad præiudiciom Do. Proſperi, & aliorum
vocatorum, non potuiſſet, per ea, quæ ponit Bald. in
conſi.389.colum.3.verſic.decimoſexto,volum.2.vbi
ait, quod primogenitus non poreſt ad præiudicium
81 propriorum filiorum renunciare primogenitures,† ſe-
quitur Prępoſ. in capit.1.colum. fin. de feud. March.
Menoch. in conſi.211.num.14.& dicunt Ioan.Andr.
Collectan. Anchar. Butr.Imo.Cardin.Florent. & alij
in cap.licet,de voto, quod pater non poteſt filios pri-
uare primogenitura, & hoc etiam voluit Oldr. in cõ-
ſil.94.Iſern.& alij, in cap. omnes filij, ſi de feud. fuer.
controuer. inter dom. & agnat. infinitos cumulat Ti-
raquel.in tract.primogeniruræ,quæſt.11.num.2.& ſe-
quen. Natta in conſi.505.colum.fin. Menoch.d.conſi.
211.nume.144. & eſt regulare, quod pater non poteſt
aduentitia filiorum alienare, vt per Doctores, in l.1.
C.de bon. mater. imo ſi dilapidat bona quæ poſt eius
mortem ſunt ad filium peruentura ex fideicommiſſo,
82 cogitur ante diem illa relaxare,† l. Imperator, ff. ad
Trebellian.vbi Bart. & alij, per quem textum hoc in-
fert in materia maioratus Molin.d.tract.lib.1.cap.16.
nume. primo, & ſequen. ſi igitur expreſsè non poteſt
pater iſtis bonis filium priuare, alienando, diſſipan-
do,vel aliter diſponendo,multo minus id efficere po-
terit conferendo; & per hæc reſpondetur ad repudia-
tionem Galeoti iunioris, quæ fortè poſſet obijci, is e-
nim maioratus ſibi delati ſucceſſionem repudiauit,
vnde fortè dicere poſſet Dominus Boniſacius, quod
repudiante ſecundogenito, qui erat maior natu, ipſe
eſt ſucceſſurus, ſed,vt dixi,reſpondetur ex prædictis;
quoniam cum eſſet delatum ius ſuccedendi Galeoto,
non potuit is ad præiudicium filiorum renunciare,
ſed poſtquam ſemel ad eum deuenit maioratus, de-
bet ſemper conſeruari in eius linea, non autem tran-
ſire ad aliam lineam, & hoc fuit à Rota deciſum in
hac ipſa cauſa, quando dixit,quod ſi Galeoto iuniori
momento temporis fuiſſet aperta huius maioratus
ſucceſſio, abſque dubio Dominus Bonifacios ſemper
fuiſſet excluſus; quod autem multo tempore ius hoc
fuerit Domino Galeoto apertũ, dum erat capax ſuc-
ceſſionis,patet,quia vſque de d.anno 1559. D.Io.Vin-
centius in teſtamento reliquit hæc bona Do. Boniſa-
cio, qui erat ex Alberto nepos, non filius, & qui erat
non maior natu, ſed iunior, & excluſit D. Galeotum,
qui erat filius, & ceteris tum viuentibus natu maior.
Rurſus de anno 1563. idem D. Io. Vincentius bono-
rum omnium maioratus poſſeſſionẽ tradidit eidem
D.Bonifacio,contra formam tranſactionum,quæ om-
nem omnino alienationem, & diſpoſitionem prohi-
bent, quæ non ſit in filium natu maiorem, & quæ ideo
talem contrafacientem immo attentantem, priuat
omnib. illis bonis,qua ratione Rota Romana die 29.
Aprilis 1591.declarauit D.Ioan.Vincentium tranſa-
ctionibus contrauenifſe per dictam teſtamentariam
diſpoſitionem, & conſequenter priuatum.

Hæc ſi res eſſet dubia,in tuto eam meo iudicio con-
ſtituerent, ſed ſi diligenter attendantur ea, quæ Rota
Rom.in hac ipſa cauſa ſtatuit, ceſſabit omnis dubita-
tio, poſt multa enim quæ prætereo in deciſione ante-
penul.die 1. Iulij 1587. dixit in tertio præmiſſo, quod
à principio nullum ius creatum, aut radicatum fuit
in perſona Alberti maioris natu, vel in eius linea,ſed
expectandum fuiſſe euentum, ita ſcilicet, vt is ſucce-
dat qui erit maior natu tempore quo ſucceſſioni erit
locus, licet ille non ſit primogenitus, nec veniat ex li-
nea primogeniti; quæ deciſio tollit ea omnia quæ ſu-
pra in contrarium dicta ſunt, primogenitum naſcen-
do includere ſe, & ſuam lineam, adeo, vt linea ſecun-
dogeniti ſemper excludatur; tollunt etiam ea omnia
quibus dicebatur filium primogeniti excludere ſe-
cundogenitum, vel per viam tranſmiſſionis, vel per
viam repræſentationis: quia negant lineam primoge
niti attendendam eſſe, ſed eum admittendum dicunt
qui tempore ſucceſſionis erit maior natu, etiam ſi is
nõ eſſet primogenitus,nec de linea primogeniti.Plus
in ea deciſione in verſic. hoc ſtante,dicitur,quod ſi de
anno 1570. quando D. Ioan. Vincentius contrauenit
tranſactionibus, D.Galeotus iunior ſimul cum eo nõ
contrauenifſet,abſqoe dubio excluſo Dom.Bonifacio
ſucceſſiſſet tanquam maior natu;his autem verbis ex-
preſsè declaratur, eo tempore apertam fuiſſe D. Ga-
leoto ſucceſſionem,& Dom.Galeotum fuiſſe vocatum
non Do.Boniſacium, ſed ſeipſum ſua contrauentione
excluſiſſe. Idipſum replicant in vltima deciſione diei
29. Aprilis 1591. dum declarant, Ioan. Vincentium
priuatum fuiſſe,& contrauenifſe, quia excluſo Gale-
to anno 1559. reliquit hæc bõna Domino Bonifacio,
qui non erat maior natu,quib. verbis inferuntur duo,
D.Galeotum tãquam natu maiorem fuiſſe inſtituen-
dum in illis bonis,& D.Bonifacium non fuiſſe eo tem-
pore vocatum, ex quibus tolluntur ea omnia quæ di-
cta ſunt in contrarium, & confirmantur fundamenta
per me adducta, quod ſcilicet non filius primogeniti
ante patrem defuncti, ſed ſecundogenitus, qui tem-
pore apertæ ſucceſſionis erat natu maior, intelligi-
tur vocatus. Et ſi dicatur,bona hæc non veniſſe ad li-
neam D. Galeoti, cum Do.Galeotus eodem tempore
cum D. Ioan. Vincentio contrauenerit, vt dictum eſt
in ea deciſione antepenult. Reſpondeo,quod pluries
contrauenit Do.Ioan.Vincentius, ſed omiſſis alijs de
anno 1559. contrauenit relinquendo bona hæc Dom.
Bonifacio, vt dicitur in vltima deciſione anni 1591.
& huic contrauentioni non interuenit Do. Galeotus,
ideo tunc fuit ſibi aperta ſucceſſio. Rurſus, de anno
1563. Dom. Ioan. Vincentius contrauenit, tradendo
D. Bonifacio poſſeſſionem eorundem bonorum. huic
quoque cõtrauentioni non interfuit D.Galeotus, qui
ideo tunc potuiſſet tanquã maior natu excluſo D.Bo-

nifacio

nifacio conſequi omnia hæc bona, & hæc ſuccedendi
facultas aperta fuit, & manſit ab anno 1559. vſque ad
annum 1570. quo tempore Dominus Galeotus, cum
Domino Ioan. Vincentio contrauenit, atque ita ius
delatum fuit, & durauit vndecim annis, quibus po-
tuiſſet ſuccedere, vnde iure merito dicit nunc Domi-
no Marchio Proſper, ſibi delatam eſſe ſucceſſionem
vti filio natu maiori Domini Galeoti, qui contraue-
niendo anno 1570. ſeipſum excluſit, & filio viam a-
peruit.

Nec dicatur, quod Dom. Marchio renunciauit liti,
quæ in ſacro illo auditorio agebatur, ideoque iuuare
ſe non poteſt ſententijs ab eo latis, nec eorum exem-
plo iudicare debent Perilluſtres nunc à Sereniſs. D.
Mãtuæ, & Montisferrati Duce Delegati, tamen quan
do res eſt dubia, ſequendum eſt aliorum exemplum,
83 † Neuizan. Silua nuptiali, lib. 5. nume. 62. Cæphal. in
conſil. 25. num. 16. præcipuè, quando habemus exem-
plum vnius Senatus, Afflict. in deciſ. 383. num. 2. Zaſ.
in Rubr. de exceptio. num. 6. Menoch. alios citans in
conſil. 282. nu. 37. firmius enim præſumitur iudicium
quod multorum ſententia confirmatur, cap. pruden-
tiam, de offic. delega. quod ſi vllius vnquam iudicium
mouere nos debet, certè Rota Romana, quod aliorũ
omnium pace dicam, ceteris anteferenda eſt, cum ne-
mo ignoret quanta ſit eius authoritas, & dixerunt
Imola, & Barbat. in cap. ſi olim, il primo, de litis con-
teſt. quod propter Auditorum grauitatem, & præex-
cellentem doctrinam, eorum concluſiones tanquam
magiſtrales, & facientes communem opinionem, ab
84 omnibus iudicibus amplectendæ ſunt. † Vantius in
titulo de nullit. ex defectu iuriſdict. deleg. num. 20. &
Neuizan. d. lib. 5. num. 62. in fine, ait, cogitandum eſ-
ſe, quòd cum ſint doctiſſimi, prudentiſſimi, & iuſtiſſi-
mi viri, veriſimiliter non errarunt. plura Gomeſ. in
procem. Regul. Cancellar. quæſtio. 2. verſicu. quarto
pro iſta parte. Graua. ad Veſtri. prax. lib. 2. cap. 17.
nume. 3. Quintil. Mandoſ. in tractat. commiſſio. cauſa
formul. 1. in verſicu. cauſarum auditoribus, ſolio mi-
hi 7. vbi ait, neminem reperiri tantæ ſcientiæ qui tan
torum patrum iudicium, & veſtigia ſequi dedigne-
tur. Menoch. præſumpt. 71. num. 13. & in præſenti cau
ſa ſacrum illud Auditorium ſui ipſius excellentiam
ſuperaſſe videtur, adeo vt earum deciſionum lectione
nunquam exſatiari poſſim, tanta in eis grauitas, tam
reſoluta doctrina, tam firma ſcientia cum verborum
pondere emicat.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima aſcendentibus debita hodie aucta eſt ſicut legiti-
ma deſcendentium.*
2 *Legitima eſt tertia eius, quod quis eſſet habiturus ab inte-
ſtato. vide tamen num. 7*
3 *Fratres ſuccedunt fratri vna cum parentibus.*
4 *Fratrum filij ſuccedunt patruo vna cum parentibus pa-
trui.*
5 *Legitima parentum eſt tertia tertiæ omnium bonorũ, quan-
do filius condito teſtamento excludit fratres. contra ta-
men num. ſeq.*
6 *Legitima parentum eſt tertia totius hæreditatis, quando fi-
lius condito teſtamento non inſtituit turpem perſonam.*
7 *Legitima non eſt tertia eius quod habiturus eſſet ab inteſta-
to, quando res non ſunt in eodem ſtatu ex teſtamento, ſicut
ab inteſtato.*
8 *Ius accreſcendi, an, & quando locum habeat in legitima pa
rentum vocatorum cum filijs.*
9 *Legitima parentum quanta ſit, quando filius condidit teſta-
mentum, & inſtituit fratres ſuos in aliquo.*

CONSILIVM CCCCIIII.

CERTVM eſt patris legitimam auctam
1 eſſe ad tertiam, ſicut † deſcenden-
tium, ſecundum gloſ. in §. ſi vero vl-
tra quatuor, in verſic. hoc obſeruan-
do, in Authen. de triente, & ſemiſſe,
in §. cum igitur reliquum, in verſic. al-
legationibus, in Authen. de non eligen. ſecun. nuben.
glo. Bartol. Bald. Caſtren. Salic. Iaſ. & alij, in Authen.
Nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. ſi à milite, §.
patri eius, ff. de milit. teſtam. Ang. de teſtamen. gl. 92.
num. 2. Bald. Ange. Caſtren. Alexan. Soc. Crot. Fabian.
Cra. & Naita, quos citat Mar. Ant. Cucus, in tract. de
legit. in verſic. parentum legitima, nume. 6. Stepha. de
Feder. in tracta. de interpret. in par. 1. in præfat. num.
74. & communem dicit opinio. Didac. in epitom. de
ſponſ. par. 2. cap. 8. §. 4. num. 12. Caſtren. de teſtamen.
quæſt. 38. num. 8. Bereng. in l. in quartam, num. 162. ff.
ad leg. Falcid. Aſcan. Clem. in tracta. de patr. poteſta.
effect. 16. num. 54. Dubitatur tamen, ſi D. Io. Bertarel-
lus habere debeat pro legitima integram partem ter
tiam bonorum, quæ Do. Petrus Antonius eius filius
reliquit, ex quo extant nepotes ex alio filio, & fratre
dicti Do. Petri Antonij prædefuncto; an verò habere
debeat ſolum medietatem dictæ legitimæ. & videtur
a quod minus tertia conſequi debeat, quia † legitima
eſt tertia pars eius, quod habiturus quis fuiſſet ab in-
teſtato, l. parentibus, C. de inoffic. teſtam. l. cum quæri-
tur, C. eod. l. Papinianus, §. quarte, ff. eod. tit. ſed pater
ab inteſtato in præſenti caſu habuiſſet ſolum dimidiã
bonorum, quia extant filij fratris, & clarum eſt, quod
3 fratres ſuccedunt cum parentibus, † Authen. Deſun-
cto, C. ad Tertul. §. conſequens, & §. quoniam, verſ. ſi ve
rò, in Authen. de nupt. §. ſed cum iam antea, ver. ita ta
men, vbi gl. & Doct. Inſtit. ad Tertul. Pariſ. in conſ. 49.
in princ. vol. 3. Soc. iun. in conſi. 4. num. 11. vol. 1. Boer.
in deciſ. 185. in princ. Cæphal. in conſi. 210. num. 62. &
idem eſt quando extant fratrum filij, quia hi quoque
4 ſuccedunt † cum parẽtibus, eſt tex. expreſſus in §. 1. in
Authen. Vt fratrum filij, gl. in Authen. Deſuncto. Ni-
col. de Vbald. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſt. in 2. part.
quæſt. 3. Aret. in §. præferuntur, colum. 2. verſic. prædi-
cta omnia, Inſtit. ad Senatuſc. Tertull. hanc eſſe com-
munem teſtatur Didac. in tracta. de ſucceſſ. nu. 5. hanc
partem probauit multis rationibus Bartol. in l. pater
filium, nu. 14. verſ. ſecundo, iuxta prædicta, ff. de inoffi.
5 teſtam. mouetur: quia non poteſt pater iure † proprio
prætendere vltra tertiam eius quod eſſet habiturus
ab inteſtato, iure autem accreſcendi non poteſt ali-
quid habere, quia ei non eſt locus inter coniunctos le
gali coniunctione, quando agitur de ſucceſſione par-
ticulari, prout in legitima, quæ eſt quota bonorum,
non autem quota hæreditatis. Addit, quod iuri accre
ſcendi non eſt locus inter eos, qui vocantur diuerſo
iure, & ex diuerſis diſpoſitionibus, ſic eſt in parenti-
bus: hi enim pro legitima habent tertiam, vt in Auth.
de trien. & ſemiſſe. fratres autem, & fratrum filij ha-
bẽt quartam, tam antiquo, quã nouo iure, d. Auth. No
uiſſima. & cũ Bar. tranſit ſimpliciter Caſt. in d. l. pater
filium. & idem vr̃ velle in l. planè, §. ſi duob. circa fi. ff.
de leg. 1. vbi inquit, nõ eſſe ſine dubio. Hanc ẽt partem
probat Bereng. in l. in quartam, nu. 156. ff. ad leg. Falc.
vbi inquit, ꝙ etſi excluſus frater non faciat partem in
legitima, quando turpis perſona non eſt inſtituta, fa-
cit tamẽ partem in ſucceſſione ab inteſtato; & ſubdit,
hanc eſſe veriorem Alexan. in conſil. 140. in fine, vol. 1.
vbi inquit, quod alias inconueniens ſequeretur, quia
ſi plures eſſent fratres, mater haberet plus contra te-

ſtamentum quam fuiſſet habitura ab inteſtato; & pro hac parte diſputat multis Cucus in d. tractat. legit. in princip. in verſic. ſi quatuor ſint, vel pauciores, nume. 15. verſic. quærunt præterea, vbi reſpondet ſingulis fundamentis aliorum. Præterea in caſu noſtro res videtur clarior, quia etſi hæc ſententia patiatur aliquam difficultatem, quando fratres, vel nepotes ſunt exhæredati, vel non vocati in teſtamento: quia tunc qui non eſt vocatus ad partem, non facit partem, ſecundum eos, qui contrariam ſequuntur; tamen in caſu noſtro, inſtitutus eſt vnus ex nepotibus, Dom. ſcilicet Ioan. Albertus, & in eo ceſſat ratio, quod portio deficiens accreſcat parentibus: nam non deficit portio, vel ſaltem non deficit in totum, ſed pro parte nepotum, qui non fuerunt vocati, & ea pars non poteſt augere legitimam patris, ſed potius portionem alterius inſtituti, qui eſt ex eadem diſpoſitione vocatus, & eodem iure coniunctus, ex quo frater illorum eſt.

Verior tamen mihi videtur alia ſententia, quod D. Ioann. pater conſequatur ſine diminutione tertiam partem omnium bonorum, quæ decedens filius reliquit: nam etſi in ſucceſſione filij cum patre concurrant nepotes, & pater ſolus non ſit, tamen condito teſtamento nepotes remanent excluſi, ſicut autem nepotes ſi à lege eſſent excluſi, ab inteſtato patris legitima eſſet tertia omnium bonorũ, ita erit tertia quando nepotes excluduntur iudicio teſtatoris ex teſtamento. diſpoſitio enim teſtatoris æquiparatur legi, §. diſponat, in Authen. de nupt. & qui non ſuccedunt, habentur ac ſi non eſſent in rerum natura, l. pater filium, cum ibi not. ff. de inoffic. teſtam. quia quod effectum non ſortitur non poteſt eſſe impedimento, capit. non præſtat, de regu. iur. in 6. & per hanc rationem ita cõ-
6 cludit Iacob. Butrig. in quadam ſua † diſputatione. Eius opinionis fuit Oldr. in conſil. 123. per totum, vbi quatuor mouetur rationibus, & præcipuè, quia paria ſunt, aliquem non ſubeſſe, vel ſubeſſe, ſed nõ poſſe admitti, §. ſed noſtra, Inſtitut. de ſucceſſ. lib. Hanc dicit veram Bald. ita tenens in Authen. Nouiſſima, nume. 10. quæſt. 8. C. de inoffic. teſtamen. Cin. in d. l. pater filium, in additio. ff. de inoffic. teſtam. & ibi etiam Bald. vt refert Salicet. in d. Authen. Nouiſſima, nume. 14. quæſt. 9. vbi inquit, quod hæc pars fundatur fortioribus rationibus, & quod ita limitantur notabiliter leges, quæ dicũt, quod legitima eſt tertia eius quod habiturus eſſet quis ab inteſtato, intelligitur enim rebus ſic ſtantibus ab inteſtato, ſicuti nunc ſtant ex teſtamẽto. tranſit etiam cum ea opinione Imola in l. planè, §. ſi duobus, colum. fin. verſic. item inducitur ad quæſtionem, ff. de leg. 1. vbi dicit, id procedere, non habita ratione iuris accreſcendi, quia vbi portio nunquam fuit acquiſita, non dicitur deficere, nec poteſt alij accreſcere, & ideo fratribus nullum ius fuit vnquam quæſitũ in ſucceſſione fratris, cum nunquam fuerint vocati ex teſtamento, ex quo non eſt inſtituta turpis perſona. Caſtr. in conſil. 286. num. 2. ver. in quarto caſu principali, volum. 1. vbi mouetur ea ratione, quod fratri nulla debetur legitima condito reſtamento, ideo non poteſt facere partem. Alexan. qui dicit magis communem, in dicto §. ſi duobus, nume. 9. & allegat Oldrad. Bart. Bald. Salicet. & Caſtren. in locis prædictis. inuenio etiam quod Bald. hanc tenet in conſil. 350. volum. 4. dicens, quod vbi quis deceſſit teſtatus inſtituta perſona non turpi, mater habet integram portionem tertiam pro ſua legitima, & fratres, ac ſorores ſunt pro nihilo, licet aliud ſit quando tractatur de ſucceſſione inteſtati. idem dicit Iaſ. in Authent. Nouiſſima, nume. 49. Fulgoſ. in conſil. 35. per totum, vbi dicit, quod hæc pars tantorum Doctorũ authoritate ſuffulta, benignior eſt, ratione pietatis, propter quam filiorum legitima eſt parentibus debita, l. nam & ſi parentibus, in princ. ff. de inoffic. teſtamen. & mouetur ea ratione vnica, quia legitima matris iudicatur ex quantitate ſucceſſionis ab inteſtato, vt ſcilicet ſi ſola ſit, habeat tertiam, ſi cõcurrant filij, minus conſequatur: at ex teſtamento ſola eſt, quia fratribus non datur legitima ſucceſſio condito teſtamento. Idem Fulgoſ. in conſi. 55. col. 1. Cum hac ſententia tranſit Crot. in l. re coniuncti, num. 129. verſic. quarta ſit concluſio, ff. de leg. 3. vbi ponit pro abſoluto ſine aliqua controuerſia. Hanc poſt longam diſputationem, dicit magis communem Rubeus in l. pater filium, num. 114. ff. de inoffic. teſtam. vbi nu. 116. inquit, etiam veriorem, & ponit latè rationes.

Non autẽ aduerſatur quod legitima ſit tertia eius quod pater eſſet habiturus ab inteſtato, quia proce-
7 dit † rebus ita ſtantibus ab inteſtato, vti ſtant ex teſtamento. ita reſpondet Oldrad. in conſi. 123. in fine, vbi inquit, illud verum eſſe omnibus exiſtentibus paribus, & retorquet argumentum: quia ſicuti ab inteſtato pater haberet totum ſi fratres eſſent excluſi, & non ſuccederent, atque ita legitima eſſet tertia totius ſubſtantia, ita ex teſtamento, cum fratres condito teſtamento non ſuccedant, legitima erit tertia, quia ſola mater vocatur; ita quoque intelligit Salic. d. Authen. Nouiſſima, vbi inquit, hoc modo limitari omnes leges prædictas, & Bald. ibi, num. 11. Fulgoſ. d. conſ. 35. verſic. in oppoſitam vero partem, Rubeus d. l. pater filium, nume. 112. & ſequen. ſed quando termini non ſunt pares, tunc, ſed clarius reſpondetur, quod vbi conditum eſt teſtamentum, fratres non admittuntur ad ſucceſſionem fratris prædefuncti, niſi turpis perſona ab eo inſtituatur, & tunc nulla debetur fratribus legitima; proinde legitima matris regulari debet eo modo, quo mater ſuccederet ſi fratres nõ extarent, nõ autem eo modo quo admitteretur ſi fratres ſuccederent. ita dicit Caſtr. in d. conſi. 286. col. 2. verſi. in quarto caſu, vol. 1. quia ſecundum eum, non per ius accreſcendi augetur matris legitima, ſed, quia condito teſtamento turpi perſona non inſtituta, nõ debetur fratribus legitima, & eorum exiſtentia non habetur in conſideratione. Hanc item rationem ponderauit Fulgoſ. d. conſi. 35. col. 1. vbi dicit, quòd ſtatuendo legitimã ex ſucceſſione inteſtati, ſi excludantur, vt fit, quando teſtamentum eſt conditum, & inſtituta perſona nõ turpi, legitima matris eſt tertia totius: quia per excluſionem fratrum haberet totum. & melius cæteris declarat Rubeus in d. l. pater filium, nu. 114. & ſeq. vbi ait, quod fratribus nunquã eſt debita legitima, ſi condito teſtamento non eſt inſtituta perſona turpis. & ideo Fulgoſ. in loco prædicto, & Rube. nu. 121. dicunt opinionem contrariam procedere quando eſſet inſtituta turpis perſona, quia ex quo fratribus eo caſu debetur legitima, non poteſt pater prætendere tertiam omnium bonorum.

Nec repugnat quòd non ſit locus iuri accreſcendi inter coniunctos legali coniunctione, quando tractatur de particulari ſucceſſione. Reſpõdetur enim, quod
8 hic non tractatur de iure † accreſcendi, ex quo condito teſtamento nunquam fuit quæſitum ius fratribus in legitima, vel ſucceſſione, vt declarat Imola in d. l. planè, §. ſi duobus. Caſtr. conſi. 286. nu. 1. vol. 1. reſponderi etiam poteſt, quod ſuccedit per ius non decreſcendi, vt poſt Bald. inquit Fulgoſ. in d. conſi. 35. col. 2. in principio. Item cum fratres ab inteſtato non ſuccedant, nulla poteſt conſiderari coniunctio inter patrem, & eos, vt conſiderat Rubeus in d. l. pater filiũ, nume. 116.

me. 116. Non defuerunt etiam qui dixere, quod in legitima datur ius accreſcendi. Din. in l. planè, §. ſi coniunctim, ff. de leg. 1. Cin. in addi. l. pater filium. Fulgoſ. d. conſ. 35. col. 2. nu. 2. Hæc tamen reſponſio nõ eſt multum tuta, vt inquit Rubeus in d. l. pater filium, nu. 116. vera igitur eſt reſpõſio, quod pater habet tertiam iure proprio, attento, quod fratres condito teſtamento non ſuccedunt, ſed à iure ſunt excluſi, ſecundum regulam quod excluſus à lege, neque facit partem, neque admittitur ad partem. Oldr. d. conſil. 123. nume. 1. & ſeqq. Caſtr. d. conſil. 286. & ponunt Doctores, in d. §. ſi duobus. & eodem modo tollitur argumentum, quod non ſit locus iuri accreſcendi inter eos qui diuerſo iure, & diuerſo modo ſuccedunt: nam non agitur de iure accreſcendi, nec datur concurſus ſucceſſionis, cum fratres condito teſtamento non ſuccedant, & dum dicebatur, quod etſi fratres non ſuccedant in legitima condito teſtamento, & inſtituto non turpi hærede, tamen ſuccedunt ab inteſtato, ſublatum iam fuit fundamentum, quia licèt ſuccedant ab inteſtato, nõ tamen ſuccedunt ex teſtamento. propterea, cum pater legitimam petat contra teſtamentum, rationanda eſt legitima ſecundum numerum eorum, qui ſuccedunt, ſtantibus rebus prout ſtant nunc, non prout ſtarent ab inteſtato, ex quo regula, quod legitima tertia declaratur, ſtantibus rebus, &c. vt dictum eſt ſupra.

Maior eſt difficultas, quia vnus ex nepotibus fuit hæres inſtitutus, ideo non eſt excluſus, & Doctores pro hac parte citati, ferè omnes loquuntur, quando fratres fuerunt exhæredati in teſtamento, & fundant ſe ſuper excluſione teſtatoris, aliud præſupponentes, quando forent inſtituti, & Bald. in d. Authent. Nouiſ-
9 ſima, in fine, dicit, tunc † legitimam matris eſſe ſolum tertiam tertiæ, quando fratres eſſent vel in vno nummo inſtituti: quia tunc non ſunt excluſi, ſed vocati, & eum ſequitur Socin. in conſil. 75. nume. 7. volum. 3. ſed adhuc idem dico: quia militat hoc caſu ratio quæ ſupra fuit conſiderata, quod ſcilicet fratres non concurrunt cum parentibus, vbi agitur de ſucceſſione teſtati, & licèt fratres ſint inſtituti, tamen inſtituti ſunt tanquam extranei, non vt ij quibus debeatur legitima: proinde, cum non poſſint concurrere in ſucceſſione cum patre, non faciunt partem, nec minuunt legitimam, & ſat eſt, quod ſint à lege excluſi, hoc enim ſolum attenditur, vt per Imol. d. §. ſi duobus, colum. fin. ibi, ſed certum eſt quod iſti fratres, vbi conſiderat ſolum, quod à lege non deferatur legitima. Idem dicit Caſtr. d. conſi. 286. colum. 2. verſic. in quarto caſu, vbi dicit, quod frater excluditur ex eo, quod factum eſt teſtamentum, & non eſt inſtituta turpis perſona, & ratio eſt: quia habetur eo caſu pro nihilo, vt per Iaſ. d. Authent. Nouiſſima, num. 49. & incipit tunc deberi legitima, quando eſt inſtituta perſona turpis, vt per Rubeum d. l. pater, num. 115. non eſt ergo curandum, quod fratres fuerint inſtituti, vel non, poſt etiam, illis inſtitutis, ſubeſt ratio excluſionis legalis, & licet Doctores loquantur quando fratres fuerunt exhæredati, tamen id faciunt propter caſus contingentiam, & attendi debet eorum ratio, quæ conuenit etiam quando ſunt inſtituti, & Bald. in d. Authen. Nouiſſima, in fine, non audet firmare, & relinquit indeciſum, ſubdens, quod opus habet maiore indagine; & Socin. in d. conſil. 75. loquitur in filia cui iure communi debetur legitima, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato: quando autem nulla debetur legitima, nec communi, nec ſtatutario iure, tunc non refert, quod illa perſona ſit inſtituta: nec quando eſt inſtituta, minuit alterius legitimam, vt probatur ex Caſtr. in d. conſil. 286. colum. fin. vbi in filia excluſa à ſtatuto, & inſtituta, dicit ſat eſſe quod legitima debeatur iure communi, innuens, quod ſi nullo iure deberetur, nõ facit partem, nec minuit partem; quandocunque autem militat eadem ratio, debet eſſe idem ius, ſed prædicta ratio, quæ principalis eſt, militat non minus fratribus inſtitutis, quam illis exhæredatis, ergo, &c. fateor autem, quod minus eſſet dubium illis inſtitutis, ſed eis etiam inſtitutis concludo idem eſſe per omnia, & Bal. in conſil. 350. diſtinguit ſolum inter ſucceſſionem teſtati, & inteſtati.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex per ſubſidiales requiſitus, non tenetur, nec debet exequi ſententiam nullam, & euidenter iniuſtam, & iniquam.*

2 *Sententia lata in actione perſonali, non mittitur executioni contra tertium qui cepit poſſidere poſt litem motam, quãuis condemnatus deſierit dolo poſſidere, ſed reuocatoria prius, ſeu reſciſoria agendum eſt contra condemnatum. contra num. 10.*

3 *Litigioſi vitium non cauſat iudicium ſuper hypotheca.*

4 *Sententia lata contra principalem debitorem, non nocet poſſeſſori non citato.*

5 *Fideiuſſori contractue non nocet ſententia lata contra principalem debitorem.*

6 *Iudex requiſitus per literas in iuris ſubſidium, tenetur exequi, etſi recuſat, cogi poteſt à ſuo ſuperiore, & tenetur parti ad intereſſe.*

7 *Iudex requiſitus per ſubſidiales, non debet inquirere de iuſtitia ſententiæ, præſertim vbi eſt lata ſententia in cauſa ciuili.*

8 *Executio ſententiæ fit contra tertium qui acquiſiuit rem litigioſam.*

9 *Executio fieri poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, vbi alienatio eſt reſciſa à lege, vel à iudice.*

10 *Sententia lata in actione perſonali exequi poteſt contra tertium poſſeſſorem, quando alienatio rei fuit facta lite pendente, licet prius non fuerit actum reuocatoria, vel reſciſoria, præſertim quando ex coniecturis apparere poteſt alienationem fuiſſe factam in fraudem.*

11 *Subhaſtationes publicæ, & proclamata omnibus innoteſcũt, nec ignorari poſſunt.*

12 *Scientia præſumitur eorum quæ publicè fiunt.*

13 *Bona alia extare aſſerens, tenetur probare, ſiue factum ſit inuentarium, ſiue non.*

14 *Sanguinis coniunctio cauſat fraudis, & ſimulationis præſumptionem.*

15 *Executor non poteſt de nullitate cognoſcere quando de illo articulo cognitum eſt ſemel, etiam ſi ſententia eſſet notoriè iniuſta.*

16 *Executor merus nihil omnino quærit præter facti nudam executionem.*

17 *Executionem non impedit nullitas, vel iniquitas quæ non eſt euidens.*

18 *Sententiæ notoriam iniquitatem, ſeu iniuſtitiam allegans, tenetur duo probare, quod ſcilicet ſit iniqua, & quod iniquitas ſit euidens.*

19 *Contumax habetur pro præſente.*

20 *Contumax qui non appellat, dicitur acquieuiſſe ſententiæ.*

21 *Sententia lata contra communem opinionem, non eſt nulla.*

22 *Notorium non dicitur id, quod reſultat ex inſtrumento cui opponitur.*

23 *Confeſſio non facit notorium quando impugnatur.*

24 *Notorietatis qualitas quæ allegatur ex actis, & probationibus, vt tollatur, ſufficit, quod ſaltem colorate probationes ipſæ impugnentur, & dubiæ reddantur.*

25 *Notorium perdit ſuas vires quando aliquo modo offuſcatur.*

26 *Iniuſtitia ſeu nullitas ad impediendum executionem non dicitur notoria, ſi poteſt dubitationem habere vel diſputationem continere.*
27 *Regulam habens pro ſe, dicitur habere fundatam intentionem.*
28 *Executio eſt facienda arbitrio iudicis requiſiti.*
29 *Arbitrio & voluntati alicuius quod committitur iuris neceſſitati non ſubijcitur.*
30 *Iudex requiſitus pro executione ſententiæ, ſi videat ſententiam iniuſtam, poteſt ſi vult, partes remittere ad primum iudicem, & aliquas probationes ad inſtructionem recipere, ſed non tenetur id facere ſi non vult, nec tali caſu ab eo datur appellatio.*
31 *Iudex cauſæ principalis, eſt etiam iudex executionis.*
32 *Debitor aureorum in auro boni & iuſti ponderis, non poteſt ſoluere monetam, ſed tenetur in ſpecie ſoluere aurum.*
33 *Res iudicata habetur pro veritate.*
34 *Ratificare cenſetur qui offert ſolutionem.*
35 *Contractus ſemel approbatus, non poteſt exinde impugnari.*
36 *Circuitus eſt vitandus.*

CONSILIVM CCCCV.

LONGA quidem ſerie ſcriptum eſt pro Perilluſtri Domino Comite Annibale Turco, contra Perilluſtrem Dom. Com. Ioan. Iacobum de Arcu, ſed quæ ſinuoſè ibi deducta ſunt, ſi perſtringãtur, ad hoc vnum reducuntur, quod ſentẽtia dominorum Delegatorum Mantuę, nulla eſt & euidenter iniqua & iniuſta, & iudex etiam per ſubſidiales requiſitus non tenetur, nec debet talem ſen-
1 tentiam exequi, † vt poſt Bald. concludit Roman. in conſi. 51. per totum. Cuma. in conſi. 141. nu. 3. Anchar. conſi. 382. num. 9. Felin. in cap. at ſi clerici, in princip. nume. 4. ver. ſecundo quia, de iudic. in cap. poſtulaſti, nume. 10. in fine, verſi. ſi iudex, de foro competen. vbi quod non tenetur remittere ad primum iudicem, ſed poteſt expreſsè denegare executionem. idem Felin. in cap. de cetero, colum. 2. ver. primus eſt, de re iudic. Afflict. in proœm. Conſtitut. Neapol. nume. 55. Cur. iun. in l. magiſtratibus, nume. 5. ff. de iuriſd. omn. iudic. Didac. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. nume. 10. verſi. vltimo licet. Boſſ. de foro compet. num. 87. & ſeq. Marſil. Sing. 138. num. 3. Menoch. conſi. 676. volum. 7. quod autem ſit nulla & iniqua, probatur: quia ſentẽtia fuit lata contra Dominum Vincentium Piperarium non citato Comite Annibale, ideo contra dictum Comitem exequi non potuit ſine nouo proceſſu, per deciſionem quæ habet, quòd ſententia lata in actione perſonali, non mittitur exequutioni contra tertium, etiã qui cœperit poſſidere poſt motam litem, quamuis cõdemnatus deſierit poſſidere, ſed reuocatoria prius
2 ſeu reſciſoria agendum eſt contra † condemnatum. Barto. in l. creditores, nume. 23. in 1. memb. ſuæ diſtinctio. C. de pignor. & in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, vbi alij quoque notant, ff. de re iudic. latè Ripa in l. 1. §. ſi hæres, num. 20. & ſeq. ff. ad Trebell. Ruin. conſi. 87. in princ. volum. 4. Crauet. conſi. 225. colum. 1. & 2. Oſaſc. deciſio. Pedem. 65. num. 4. & colum. 3. Duen. Reg. 277. in 2. & 5. limit. Didac. pract. quæſtio. cap. 15. nume. 7. verſi. imò ex hac. Roland. conſi. 5. nume. 8. & ſequen. volum. 2. & procedit etiam, ſi actum eſſet hypothecaria. Barto. d. l. creditores, nume. 23. vbi Salic. nume. 17. Neuizan. conſi. 20. nume. 13. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. Rem. 5. nume. 138. Aſin. in ſua praxi, §. 31. cap. 2. ampliat. 24. verſi. ſecundus. iudicium enim
3 ſuper hypotheca non cauſat vitium litigioſi, † glo. in Authen. Litigioſa, in verſicu. dominio, C. de litigioſ. Oſaſc. deciſio. 244. num. 7. Benint. deciſio. 48. num. 18. Lancel. de attentat. par. 2. cap. 4. in præfatio. num. 498. Marcobrun. conſi. 91. num. 69. & ſententia lata contra principalem debitorem, non nocet poſſeſſori non ci-
4 tato, † qui ideo etiam hypothecaria conueniri non poſſet vigore ſententiæ illius, vt per Capic. deciſio. 108. in fine. Franch. deciſio. 534. Riminald. conſil. 819. nume. 95. & ſequen. ſicuti etiam non nocet fide-
5 iuſſori † contractus. Natta conſi. 345. nume. 2. Burſat. conſi. 203. per totum. Gabriel. conſi. 43. nume. 34. ſtante autem iniuſtitia ſententiæ, apparet, quod non debuit exequi, & conſequenter quod Prætor Sablonetæ concedendo executionem, grauauit partem, quæ ideo potuit appellare.

Contra vero his nihil mouentibus, concludo, nullum à Domino Prætore illatum grauamen, proindeque non potuiſſe ab executione per eum conceſſa appellari per Comitem Annibalem, per Regulam quam ſuperioribus ſcriptis probaui communem eſſe, quod ab executione, vel pronunciatione de exequendo, non datur appellatio, & in caſibus in quibus datur, debent exprimi cauſæ ſigillatim, non autem confuſè nec relatiuè ad acta, & omni caſu in facto is qui appellauit, non habebat mandatum, & in tempore à ſtatutis Sablonetæ præfixo non interpoſuit appellationem; quorum hæc fundamenta fuerunt per me adducta, & probata in primis reſolutionibus: & quamuis vnum quodque ipſorum ſufficiat ad victoriam, non tamen video tribus poſterioribus aliquid reſponſum.

Secundo addo, quod iudex requiſitus per literas in iuris ſubſidium tenetur exequi, etſi recuſet, cogi po-
6 teſt à ſuo ſuperiori, & tenetur parti ad intereſſe. † Bar. in l. à Diuo Pio, §. 1. nume. 5. ff. de re iudic. & eum ſequuntur alij omnes, vt inquit ibi Alexand. nume. 14. & Iaſ. num. 19. & non debet iudex inquirere de iuſti-
7 tia ſententiæ. † Cin. in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudic. Cuman. in conſi. 141. nume. 2. præcipuè, quando ſententia lata eſt in cauſa ciuili, vt per Abb. in cap. 1. nume. 12. de offic. ordin. ſequitur Imola, nume. 16. diſtinguens inter cauſas ciuiles, & criminales. Boſſius de foro competen. num. 87. Didac. variar. reſolutio. lib. 1. cap. 1. nume. 10. & præter eos Ange. in l. à Diuo Pio, in princip. ff. de re iudic. Felin. in cap. de cetero, in princip. verſic. fallit primo, de re iudic. quinimo, Innoc. in dicto cap. 1. de offic. ordin. vult, quod etiam in cauſa criminali executor non poſſit inquirere an ſententia ſit iuſta vel iniuſta. Archid. in cap. adminiſtratores, 23. quæſtio. 5. & quia tota difficultas reſidet in reſolutione contrariorum, quibus ſublatis cauſa Domini Comitis ab Arcu erit in tuto, ideo ad ea me conuerto, quæ etiam ex deductis in alijs non difficili negotio dilui poſſent.

Primo itaque non turbat quod ſententia ſit iniuſta ſeu nulla, ideoque nõ debuerit mitti executioni: nam ad id multifariam reſpondeo, & primo quidem, quod ſententia eſt iuſtiſſima, quatenus condemnat Dominum Vincentium Piperarium, nec eo reſpectu inquiri poteſt de illius iuſtitia, vel iniquitate, ſicuti nec de valore aut nullitate, fecit enim tranſitum in iudicatum, & fuit approbata à parte: quatenus autem dicitur, quod non poterat nec debebat exequi contra Comitem Annibalem, qui in proceſſu ante ſententiam, & in ipſa quoque ferenda ſententia non fuerat citatus, dico, quod etſi regulariter ſententia lata contra vnum, non mittatur executioni contra ſingularem ſucceſſorem condemnati, quemadmodum in contrario dictum eſt, tamen hoc fallit, quando à lege, vel ab homine res fuit prohibita alienari;

tunc

tunc enim ſententia lata contra principalem, mittitur executioni contra ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à condemnato, etiam ſi ius executiuum non fuerit productum in eſſe tempore alienationis ſecutæ, & ideo, cum res facta eſt litigioſa, ſententiæ
8 executio fit etiam contra † tertium, l. fin. Cod. de litig. Bartol. in l. 1. ff. eod. Sic etiam, quando alienatio eſt reſciſa à iudice, ſententia exequi poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, §. item ſi quis in fraudem, Inſtitut. de action. Eodem modo, cum factum eſt pactum ne res poſſit alienari, executio fit contra emptorem, l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor. & prædictorum ratio eſt: quia alienatio nulliter facta à debitore, non impedit quo minus capi poſſit in executione iudicati, capit. non præſtat, de regul. iur. in 6. & pro hac concluſione adduco doctrinam Bartol. in l. 3. numero 25. verſic. ſed an poſſit adhiberi, Cod. de pignoribus, vbi dicit, quod alienatione reſciſa à lege vel à iudice, po-
9 teſt executio fieri contra ſucceſſorem ſingularem. † & infert ad debitorem qui obligauit bona cum pacto, ne illa poſſit alienare, & vult, tunc, quod ſententia exequi poſſit contra ſucceſſorem. & hanc dicit elegantem concluſionem, & ſingulare remedium Roderic. in l. poſt rem iudicatam, in declarat. legis Regni, poſt octauam ampliationem, numero 5. vſque ad finem, ff. de re iudicata, vbi addit rationem: quia ſtante lege vel pacto prohibente alienationem, fingitur res non fuiſſe alienata, & eſſe adhuc in bonis debitoris, propterea que ſententia in illa re habebit ſuam executionem, & loquitur nedum in inſtrumento, ſed etiam in ſententia, & numero 13. ampliat, etiam ſi nulla principalis debitoris præceſſerit excuſſio, & ſubdit, multum notandum eſſe hoc dictum. in facto autem, Domino Vincentio Piperario interdicta erat nedum rerum ſuarum alienatio, ſed etiam omnis adminiſtratio, ita, quod de rebus ſuis nullum facere poterat contractum, nulloque modo diſponere; iam enim multis annis ante dationem in ſolutum factam Domino Comiti Annibali, incohatum fuerat iudicium ſecundi decreti contra Dominum Vincentium, & bona eius omnia poſita ſub haſta creditoribus omnibus expoſita; quo ſtante, vigore ordinum ſtatutorum, & conſuetudinum huius Ducatus, nihil omnino potuit facere de bonis ſuis ad præiudicium creditorum ſuorum, & quidquid factum fuit prohibente lege, ordinibus, & conſuetudine, nullum eſt, & eo non obſtante, res illæ remanſerunt in bonis debitoris, & capi potuerunt in executione iudicati, iuxta prædicta.

Secundo reſpondeo, quod etiã contra tertium poſſeſſorem exequi poteſt ſententia lata in actione perſonali, abſque eo, quod prius agatur reſciſſoria vel reuocatoria, quando alienatio rei facta eſt pendente lite, quia dicitur facta in fraudem, non ſolum credito-
10 ris, ſed etiam † ipſius iudicis, vt per Cin. in l. 1. C. de alienat. iudic. mutan. cau. fact. argum. l. chirographis, §. 1. ff. de adminiſtr. tutor. Oldrad. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. quos refert, & ſequitur Bal. in l. executorem, nume. 22. Cod. de execut. rei iudic. vbi tamen ſubdit, quod ſi alienatio facta eſſet ante motam litem, non poſſet ſine nouo proceſſu fieri executio, ſed prius agendum eſſet reuocatoria, ſubdens, ita intelligendum eſſe Bart. in d. l. 3. Cod. de pignor. & loquitur, quando actum eſt perſonali. idem voluit Bald. in l. ob maritorum, Cod. ne vxor pro marito, & in l. certa eſt forma, Cod. vt in poſſeſſ. legat. ſequitur Caſtren. in dicto §. ſi ſuper rebus, numero 7. in fine, vbi dicit, reuocatoria agendum eſſe, quando alienatio facta eſt ante motam litem, ſed eam non eſſe neceſſariam, quando lite iam mota facta fuit. idem voluit ibi Herculan. nu. 43. Iaſ. nu. 10. & Zaſ. col. 3. idem voluit Capic. in deciſ. 128. num. 12. dicens, pro obſeruantia iuſtitiæ, & æquitatis, non eſſe neceſſariam reuocatoriam. Didac. practic. quæſtio. cap. 15. nume. 7. verſic. ſed & generaliter. & quamuis hæc opinio patiatur contradictionem, quãdo aliud non accedit, tamen caret difficultate, quando ex coniecturis apparere poteſt, quod alienatio facta fuerit in fraudem, vt per Caſt. in d. §. ſi ſuper rebus, num. 7. verſic. debet autem actor probare, vbi duas ponit coniecturas: primam, quando emptor ſciuit litem motam: ſecundam, quando is qui alienauit nihil aliud habebat in bonis præter rem alienatam; & ſubiungit, quod tunc non opus eſt reuocatoria, ſed directè agitur contra acquiſitorem. ſequuntur Herculan. ibi, num. 46. Capic. d. deciſ. 128. nu. 11. & multo magis procedit, quando vtraque concurrit qualitas, ſcientia ſcilicet litis motæ in emptore, & inopia debitoris, quemadmodum ponderat Didac. d. cap. 15. num. 7. verſ. imo ex hac opinione, & data fraude, admittunt omnes ſententiam exequi poſſe contra tertium poſſeſſorem, vt per Ripam, in d. l. 1. §. ſi hæres, num. 21. & 22. ff. ad Trebellian. in facto autem noſtro, concurrunt hæc omnia, nempè, ſcientia iudicij moti, quia in iudicio prædicto factæ ſunt publicæ ſubhaſtationes, & proclamata, quæ omnibus in-
11 noteſcunt, nec ignorari poſſunt. † c. 1. de poſtulat. prælat. l. ſi tutor petitus, cum gloſſ. C. de pericul. tutor. & in terminis Ripa, d. §. ſi hæres, num. 22. in fine. & eorum quæ publicè fiunt, præſumitur ſcientia, & non
12 poteſt quis ignorantiam prætendere. † Bart. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. vbi Iaſ. num. 73. poſt Bald. inquit, quod præſumitur quilibet ſcire publicas banitiones. Latè Oſaſc. deciſ. Pedem. 71. num. 1. Socin. iun. in conſil. 41. nu. 36. vol. 2. Becius in conſi. 6. nu. 13. hoc etiam diſſimulari non poteſt, quod D. Vincẽtius eſſet inops, & nihil omnino poſſideret, quoniam huiuſmodi iudicia quando fiunt, bona omnia dimittuntur creditoribus diripienda, & è manibus debitoris eripiuntur, eique, vt dixi ſupra, omnis interdicitur adminiſtratio, ita, vt nedum vendere, ſed nec locare, nec aliud quippiam de eis facere poſſit; & qui vult dicere quod
13 alia haberet bona, tenetur probare, † iuxta gloſſ. in l. cum de lege, ff. de probation. latiſſimè Herculan. de negatiu. numero 252. vbi numero 255. dicit eſſe communiter approbatam, ſiue factum ſit inuentarium, ſiue non, & ſiue pro eo ſtet præſumptio, ſiue non. Ruin. in Rubric. ff. de oper. noui nunc. colum. fin. vbi Socin. iun. nume. 139. & quod Dominus Vincentius alia bona non haberet, probatur ex iudicio ſubhaſtationis, in quo deſcripta eſt omnium eius bonorum nota, necnon & per excuſſionem eius bonorum, quæ coram Delegatis facta fuit, citato Com. Annibale. Accedit & alia fraudis non leuis ſuſpicio: nam agitur inter patrem, filiam, ac generum, nam ſimulauit Dominus Vincentius hæc bona dare filiæ, ſeu genero in ſolutum pro cauſa dotis, & tam arcta ſanguinis coniunctio cauſat fraudis, & ſimulationis præ-
14 ſumptionem, † l. data, Cod. de donat. ſuadet enim naturalis ratio, vt confidamus coniunctis, vt inquit Bal. in conſil. 70. num. 1. volum. 1. Cuman. propriè loquendo in ſocero, & genero, in conſil. 155. num. 4. vbi quod inter eos præſumitur fraus, fiducia, & ſimulatio, & inter patrem & filiam, Dec. in conſil. 659. nume. 2. & de matre, & filia, genero & ſocero, Ruin. in conſil. 46. numero 8. volum. 2. & infinitos congerit ad hoc Becius, in conſil. 52. nume. 55. Augetur, quia filia eſt vnica cui ſoli integra paternorum bonorum ſucceſſio iure eſt deſtinata, propterea nõ difficilè inducitur no-

Digitized by Google

ſter animus ad credendum, quod vt bona hæc à manibus creditorum eripetet pater, ſimul auerit ea io ſolutum dare vnicæ filiæ, & ſuorum omnium bonorum hęredi futuræ; quare ſtante fraudis ſuſpicione, recta via potuit ſententia exequi contra nouum poſſeſſorem, nullo præcedente iudicio ſuper actione tenocatoria, licet in alijs caſibus teſciſorio iudicio velint Doctores opus eſſe.

Tertio teſpondeo, quod vbi etiam de iute ſeotentia prædicta non poſſet exequi cootra Comitem Annibalem tanquam tertium, & ſingularem ſucceſſotem Domini Vinceotij condemnati, tamen Dominus Prętor Sablonetæ per ſubſidiales tequiſitus, non potuiſſet de eiuſmodi iniuſtitia, vel nullitate cognoſcere, quia hic articulus an ſententia poſſet exequi contra Comitem Annibalem, & in bonis exiſtentibus in territorio Sablonetæ, fuit ab ipſis Domiois Delegatis deciſus, citato Com. Annibale per literas ſubſidiales ad dominos factotes Fettariæ ad indicandum bona Domini Vincentij, in quibus poſſet executio fieri, cum comminatione, quod aliàs declararetur excuſſionem legitimè factam, ad effectum, vt exinde capi poſſent bona Sablonetæ exiſtentia penes tertios poſſeſſotes, citatus etiam ad videndum Comitem de Atcu mitti in poſſeſſionem bonorum Sablonetæ; & quamuis multa fuerint deducta nomine Comitis Annibalis, quæ leguntur in inſtrumento mandati, ſub die 19. Octobris 1593. tamen DD. Delegati viſa vltima contumacia Comitis Annibalis, qui nihil oppoſuit, tenutam illam decreuerunt, atque ita de articulo illo cognouerunt, an ſententia lata cootra Dominum Vincentium, poſſet exequi contra Comitem Annibalem: quando autem de articulo eſt cognitum ſemel, tunc executor etiam ſi ſententia eſſet notoriè iniuſta, non poteſt de
15 nullitate cognoſcere, ſed ſui muneris eſt exequi. † ita determinat Abb. in capit. de cetero, numero quinto, circa finem, de ſent. & re iudic. dicens, quod ſi habita eſt cognitio ſuper executione, non poterit coram executore opponi nullitatis exceptio, & ſubdit diſtinguẽdo, quod vbi ſuper executione lata eſt aliqua ſententia præſentibus partibus, tunc de nullitate non debet amplius excipi, quia ſententia facit tranſitum in iudicatum, & ſibi imputet, qui non appellat. ſequitur Felin. in cap. paſtoralis, §. quia vero, nume. 17. de offic. deleg. ſubdens, quod hoc caſu etiam notoria iniuſtitia opponi non poteſt. & hæc fuit opinio originalis Barto. in l. à Diuo Pio, in princip. num. 10. ff. de re iudic. vbi ait, quòd ſi iudex poſt latam ſententiam cognouit cauſam ſuper executione, vel exceptione propoſita, tunc is cui committitur ſententiæ executio, dicitur merus executor facti, & non poteſt etiam de nullitate cognoſcere, & hic eſt caſus noſter: nam delegati poſt ſententiam cognouerunt, an poſſet executio fieri contra tettium, oec id cogooſcendum reliquerunt Prætori Sablonetæ; quocirca, Prætor ipſe non potuiſſet cognoſcere. ſequuntur Bald. Angel. Cardin. Florent. Innoc. Alexand. & alij, quos refert, & probat Afflict. in proœm. Conſtitu. Regni, poſt quæſt. 26. num. 52. Abb. d. §. quia vero, num. 3. in fine, verſi. & idem dic de ſexto, vbi ait, ſi iudex qui non ſolum de cauſa, ſed de illius quoque executione cognouit, alicui executionem committat, is erit merus executor, & non poterit cognoſcere de nullitate ſententiæ. Hoc etiam voluit Imola, in cap. paſtoralis, §. quia vero, nume. 19. de offic. deleg. quia vbi eſt cognitum etiam ſuper executione, dicitur merus executor, qui nihil omnino quærit præter facti nudam executio-
16 nem. † Abb. in cap. fin. num. 12. de præſumpt. vbi Felin. num. 20. allegat Ioan. Andr. Butr. Abb. & Imolam, & in effectu cooecludunt omnes, quod tali caſu dicitur merus executor, qui nullam habet iuriſdictionẽ, vel cognitionem, & deduxi etiam latè in meis ſcriptis ſecundo loco compilaris, in verſi. nam accedendo. ſtat ergo concluſio, quod vbi de ipſa quoque executione cognouit primus iudex, non poteſt executor de nouo cognoſcere, ſiue vt decidat, ſiue etiam vt temittat: quia omnis cognitio præceſſit, & nudum factum fuit ſibi commiſſum.

Quarto, eidem obiecto teſpondeo, quod contrariũ procedit, quando ſententia eſſet euidenter, & notoriè nulla, iniqua, vel iniuſta, aliàs ſi ceſſet euidentia, & notorium, iudex tenetur exequi. ita poſt Innocen. dicit Angel. in l. à Diuo Pio, columna 2. verſic. in hoc tamen attende, ff. de re iudic. idem voluit Federic. de Sen. in conſil. 163. Super inuocatione, in fine, vbi explicitè loquitur, allegans tex. cum glo. in d. cap. paſtoralis, §. quia vero. & ratio eſt, quia nullitas, vel iniquitas quæ nõ eſt euidens, non impedit executionem.
17 † Bald. in l. ab executione, num. 8. C. quor. appell. non recip. Roman. in conſi. 51. num. 1. vbi dicit, quod ſi nullitas non ſit notoria, ſed velata, & altiorem requirat indaginem, tunc iudex requiſitus, tenetur exequi, non poteſt remittere partes ad iudicem tequitẽtem. idem placuit Cuman. in conſil. 141. numero 3. verſic. ad ſecundum teſpondetur. Imola, & Butt. d. §. quia vero, nume. 28. & poſt Iſern. dicit Afflict. in dicto proœm. Conſtitut. Neapolit. numero 55. quod nullitas allegata non debet impedire executionem brachij ſæcularis, niſi ſit in promptu, & liquida. Roland. in conſil. 37. nume. 14. volum. 1. Natta in conſil. 529. num. 5. Didac. vatiat. reſolut. lib. 1. capit. 1. nume. 10. verſic. ſed & ſi iudex ordinarius, dicens, quòd ſi talis executor viſo proceſſu percipiat ſententiam eſſe iniuſtam, non tamen notoriè, nec euidenter, tunc tenebitur illam exequi, dicit eſſe textum in dicto capit. paſtoralis, §. quia vero. At io facto nullitas allegari non poteſt, non enim extat aliqua nullitatis cauſa: iniuſtitia autem, vel iniquitas non fuit probata, quia ſupra oſtenſum eſt, ſententiam latam contra Dominum Vincentium iure exequi potuiſſe contra hunc Com. Annibalem, ex pluribus cauſis deductis, ergo non poteſt dici euidenter iniqua, vel iniuſta, & qui allegat notoriam iniquitatem, vel iniuſtitiam ſententiæ, tenetur duo probare: primum, quod ſententia ſit ini-
18 qua: ſecundum, quod iniquitas ſit euidens. † Rota, deciſ. 6. titul. de exceptio. in nouiſs. Aegid. deciſ. 737. colum. 1. ſequitur Contard. in l. vnica, limitat. 9. num. 36. Cod. ſi de momen. poſſeſſ. quia ſecundum eum, non poteſt conſtare de qualitate notorietatis, niſi probetur ſubſtantia iniuſtitiæ. ſed vbi etiam demus citra præiudicium, quod iniuſta fuerit Dominorum Delegatorum determinatio, per quã dictum fuit, Comitem de Atcu mittendum eſſe in poſſeſſionem, tamẽ non fuit notoriè, & euidenter iniuſta, vel iniqua, lata enim fuit citato ipſo Comite, qui ex quo non com-
19 paruit, & fuit cõtumax, habetur pro præſente, † Auth. Qua in prouincia, in fi. & ibi Bal. C. vbi de crimin. agi oport. gl. in l. de vno quoque, ff. de re iud. Bal. in l. cum fratrem, C. de his quibus vt indign. & debuit appellare, aliàs dicitur ſententiæ acquieuiſſe, vt io tali contu-
20 macia † ponit Menoch. in conſ. 100. nu. 15. ſicuti etiam in ſententia arbitri, l. cum antea, C. de arbitr. tranſiuit autem in iudicatum ea pronũciatio, ita, quod aduerſus eam non poteſt nunc dicere de nullitate, ex quo permiſit labi tempora à iure communi, & ſtatutorum forma præfinita. Præterea, in præſenti facto multi Doctores volunt, quod ſententia mitti poſſit executioni contra ſingularem ſucceſſorem, quando res fuit pendente lite

lite alienata, quamuis eſſet lis ſolum ſuper perſonali
actione, vt dixi ſupra in ſecunda reſolutione, vbi retu-
li Cin. & Bald. Caſtr. Hercul. & Iaſ. quorum opinio vti
circumſcripta in Comite Annibale ſcientia litis mo-
ræ non poſſet ſuſtineri, & haberet communem in con-
trarium, tamen ſufficeret ad impediendum, ne iniu-
ſtitia dici poſſit euidens, & notoria: nam ſententia la-
21 ta contra communem opinionem, non eſt nulla, † vt
voluit Imo. in l. qui Romæ, §. duo fratres, vbi Ripa,
nume. 33. poſt Felin. & Iaſ. dicit eſſe communem, &
Caſtr. in d. §. duo fratres, in fine. quòd etſi iudex eli-
gat opinionem, quæ non eſt communis, non per hoc
eius ſententia eſt nulla. Burgos in cap. cum dilecti,
colum. 9. de empt. & vendi. & cum hac parte aſſeren-
do communem tranſit etiam Contard. d. limit. 9. nu-
me. 54. vbi multis confirmat, ſubdens, quod etſi poſſit
dici iniqua, non tamen eſt notoriè, vel euidenter ini-
qua, & cum multos habeamus, qui teſtantur de com-
muni, res habenda eſt pro clara, licet aliqui velint,
quod ſententia lata contra communem habeatur ac ſi
eſſet lata contra expreſſum ius partis, & ideo quam-
uis notorium dicatur id, quod ex actis patet, tamen
quando etiam contra acta opponitur, non poterit di-
ci, quod res ſit notoria; ſic dicimus in notorio reſul-
22 tante ex inſtrumentis. † Felin. in cap. ſignificauerunt,
nume. 4. de teſtib. Claud. in l. 1. in princ. nume. 19. ff. de
oper. noui nunc. Crauet. in conſil. 299. num. 8. ſic con-
23 feſſio non facit notorium, quando impugnatur. † Abb.
in cap. ex parte, nume. 8. ff. de verb. ſignific. Roder. in l.
poſt rem, 2. not. ff. de re iudic. eodem modo priuile-
gium non reddit rem notoriam quando ei aliquid op
ponitur. Decian. in cap. licet cauſam, num. 24. de pro-
batio. & optimè reaſſumit Contard. d. limit. 9. nume.
28. & ſeq. & ad tollendum qualitatem notorietatis,
quæ allegatur ex actis, & probationibus, ſufficit, quod
ſaltem coloratè probationes ipſæ impugnētur, & du-
24 biæ † reddantur. Ioan. Andr. Hoſt. & Abb. in cap. cum
ſpeciali, §. porro, vbi etiam Dec. de appellat. Felin. in
d. cap. ſignificauerunt, num. 4. Ripa, in l. naturaliter, §.
nihil commune, nume. 144. ff. de acquirend. poſſeſſ. &
non dicitur notoria iniuſtitia illa, quæ etſi ex actis ap-
pareat, tamen dubitationem aliquam recipit, & ex
alijs remanet offuſcata. Felin. cap. inter ceteras, nu. 7.
de re iudic. Contard. loco prædicto, num. 24. vbi quod
debet eſſe patens, & non velata, latiſſimè Maſcard. cō-
cluſ. 1106. num. 26. & ſequen. & dicit Millus in Reper.
in verſi. poſſeſſorio recuperandæ agenti, quod ſuas vi-
res perdit notorium, quando aliquo modo offuſcatur.
25 † Lancellot. de attent. parte ſecunda, cap. 12. in 1. am-
pliat. num. 49. & limit. 1. num. 5. & ſeqq. in antiquis. &
dicit Aret. conſil. 163. nu. 6. quod vbi notorium poteſt
aliquam habere excuſationem, tunc iuris ordo eſt ſer-
uandus. Clar. in praxi crimin. §. fin. quæſtio. 3. in fine,
vbi admonet iudices, quod in hoc cautè ambulēt. Me-
noch. de arbitr. iudic. caſu 235. num. 15. & dicit Petruſ.
in capit. dilecto, nume. 153. & numero 168. in fine, de
appellat. quod iniuſtitia, ſeu nullitas, quæ dicitur eſſe
notoria ad impediendum executionem, ſi poteſt du-
bitationem habere, vel diſputationem continere, non
26 dicitur notoria, & non impedit † executionem. ſe-
quuntur Felin. Dec. & Cæph. quos citat Rimin. in con-
ſil. 53. num. 30. & in conſ. 421. num. 13. & ratio eſt, quia
multa allegantur notoria, quæ nō ſunt, cap. conſuluit,
de appellat. Rimin. d. conſil. 53. num. 29. Decian. con-
ſil. 51. num. 44. volum. 2. & prædictam regulam, quòd
non ſit notorium id, quod vel modicam diſputatio-
nem recipit, exornat Burſat. in conſil. 349. num. 7. &
ſeqq. vbi ait, talem eſſe debere notorietatem, vt in du-
bium reuocari nequeat, nec cōtra eam aliquid oppo-

ni, allegari, vel probari poſſit; ſed in facto oſtenſum
eſt, infinita poſſe pro iuſtitia dictæ ordinationis, ſeu
pronūciationis adduci, ergo malè dicitur iniuſtitiam
eſſe notoriam, & impedire executionem eiuſdem or-
dinationis.

Quinto reſpondetur, admiſſa citra veritatis læſio-
nēm, notoria ſententiæ, ſeu pronunciationis iniqui-
tate, vel etiam nullitate, non tamen ex hoc inferri,
quod ab executione conceſſa per Sablonetæ Præto-
rem licuerit appellare, quaſi quod exequēdo iniquam
vel iniuſtam ſentētiam grauauerit partem: nam quod
dicitur iudicem non debere exequi ſententiam quam
nouit eſſe notoriè iniuſtam, vel nullam, habet locum
quando ipſi iudici ſic videatur, & quando iudex ita
velit, aliàs enim ſi velit exequi, non per hoc partem
grauat, nec datur appellatio ab eius executione, &
nulla lex nulluſque Doctor hoc dicit, quod liceat ap-
pellare ab executione quando ſententia eſt vel iniu-
ſta, vel nulla, & quod lege non reperitur cautum, non
eſt præſumendum, l. illud, Cod. de collatio. & dictum
eſt ſupra, & qui vult hoc affirmare, debet legem alle-
gare, quia in contrarium ſtat regula, quòd ab execu-
tore non appellatur, l. ab executore, Cod. quor. appell.
non recip. quia executor non grauat, ſed is grauat,
qui mandat executionem fieri, vt latè probaui in prio
ribus ſcriptis, & appellatio non datur, vbi non eſt
grauamen, & fundatam habet intentionem is, qui
27 nititur † regulæ, l. 1. vbi Doctor. ff. de regul. iur. Be-
cius, conſil. 93. numero 12. vbi quòd exceptio proban-
da eſt ab allegante, iudicis etenim arbitrio commit-
titur exequi, vel non exequi ſententiam, vt probat
text. in l. à Diuo Pio, §. 1. ibi, ſi hoc viſum fuerit, ff. de re
iudic. ſecundum intellectum Angel. ibi, qui vult, quòd
28 executio ſit facienda arbitrio iudicis requiſiti. † ſe-
quuntur Caſtren. Alexand. & Iaſ. & alij, Innocen. in
capitu. cum in iure, colum. 2. de offic. delegat. quod
autem alicuius arbitrio, & voluntati committitur,
29 iuris † neceſſitati non ſubijcitur, l. non quidquid, vbi
Angel. ff. de iudic. gloſſ. in l. ſæpè audiui à Cæſare, ff.
de offic. præſid. latè dixi in conſil. 98. numero 1. & ſe-
quen. aliud igitur eſt, quod poſſit iudex abſtinere ab
executione, aliud verò, quod adeo cogatur abſtinere,
quod ſi non abſtineat, grauet partem, & detur appel-
latio. Sic etiam Doctores per modum conſilij, & me-
ri arbitrij dicunt, quod ſi iudex videat ſententiam eſſe
iniuſtam, poteſt remittere partes ad primum iudi-
cem. Innocen. in capit. de cetero, colum. fin. de re iu-
dic. vbi ait, quod poteſt recipere aliquas probatio-
nes ad ſui inſtructionem, non autem quòd teneatur
30 illas † recipere. Eodem modo loquitur Bartol. in l.
à Diuo Pio, in princip. numero 9. dum ait, quod poteſt
iudex cognoſcere, vt remittat partes ſi videat ſenten-
tiam iniquam. Abb. qui alios citat, dicto capit. de ce-
tero, num. 5. Imol. in princip. dicens, quod poteſt ta-
les exceptiones admittere, ſi ſibi videtur, & num. 1. in
fine dicit idem. ſic etiam loquitur gloſ. & Doctor. in
dicto c. paſtoralis, §. quia vero, vbi Abb. & Imola, Cu-
man. d. conſil. 141. num. 3. Doctor. in cap. poſtulaſti, de
foro competenti, vbi Felin. col. pen. ſic etiam Cagnol.
in l. cum quædam puella, num. 33. vbi quod cognoſcit
ad informationem conſcientiæ ſuæ, & multi alij quos
citaui in prioribus ſcriptis, in verſic. non etiam reſi-
ſtit. Mandoſ. conſil. 58. nu. 14. qui omnes dicunt, quod
poteſt, non autem quod debeat cognoſcere. Si igitur
in ſuo arbitrio conſtitutum eſt cognoſcere, vel non
cognoſcere, ſed exequi, non dicitur tum grauare quan
do exequitur.

Et in terminis, quod vbi iudex poteſt exceptio-
nem nullitatis, vel iniuſtitiæ audire, & cognoſcere,

ad effectum, vt ſi ſententia appareat iniuſta, remittat partes ad iudicem requirentem, tunc ſi non admittat exceptiones, vel non remittat ad iudicem prædictũ, non detur appellatio, vide Imolam, d.§.quia vero, nume. 27. eſtat expreſſa deciſio Butr. in cap. paſtoralis, §.quia vero, numero 11. de offic. deleg. vbi dicit, quod per hoc non impeditur executio, quia cum hoc ſit in facultate iudicis, non datur appellatio, ſi non facit. idem ſed latius tractat, & probat Butr. in cap. quoad conſultationem, nume. 16. de re iudic. vbi dicit, quod ſiue ſententia ſit nulla, ſiue annullanda, de hoc nihil ad iudicem requiſitum: quia non coram eo, ſed coram requirente proponenda eſt exceptio; & quamuis poſſit executionem differre, & iudici requirenti referre, tamen ad id non cogitur, per l. non quidquid, de iudic. nec idcirco condemnatus conqueri poteſt, ſed ſibi imputat, qui hanc exceptionem non oppoſuit coram iudice committente, vel ab eo non appellauit. Cũ itaq; in caſu noſtro Doctores omnes dicant, quod cognoſcit hic iudex ſolum ad effectum vt requirenti reſcribat, & ad illum partes remittat, infertur, quod ſi hoc non facit, non ſit locus appellationi.

Nec dicatur, quod vbi ſententia eſt notoriè nulla, vel iniuſta, tunc non ſunt remittendæ partes ad requirentem, ſed executor poteſt denegare executionem, ſecundum Roman. dict. conſil. 51. Reſpondeo enim, quòd hic non ſumus in nullitate, vel iniuſtitia euidenti, vt dixi. Prætерea, vbi etiam eſſet euidens, tunc poteſt iudex remittere, non autem denegare executionem: nam vbi non eſt euidens, cogitur exequi, vt volunt Angel. Federic. de Sen. Butr. Imola, Cuman. Iſern. Afflict. Didac. Natta, & Roland. quos ſupra citaui, in verſic. quarto eidem obiecto, qui omnes directo cõtradicunt opinioni Romani, & ſi circumſcripta notorietate cogitur exequi, ergo nullo caſu poteſt reſcribere, aut partes remittere, niſi vbi iniuſtitia aut nullitas eſt notoria.

Non etiam repugnat, quod pronunciatio de mittendo in poſſeſſionem bonorum Sablonetæ facta fuerit à Dominis Delegatis parte non citata, & quod citationes fuerint factæ reſpectu excuſſionis, & ad eam validandam, non autem reſpectu ſententiæ latæ contra Dom. Piperarium, cuius executio fuit poſtea conceſſa. reſpondetur enim, in facienda excuſſione citatum fuiſſe Comitem Annibalem, & cauſam inſertam fuiſſe, vt exinde poſſet exequi ſententia contra tertios poſſeſſores, & debuiſſe tunc comparere Com. Annibalem, & allegare iura ſi quæ habebat: quinimo, citatus etiam fuit ad videndum mitti Com. de Arcu in poſſeſſionem bonorum Sablonetæ, quæ citatio ſufficit ad effectum vt dicatur agnitum ſuper executione ipſa, & non poſſit amplius coram executore proponi exceptio, quod ſententia non eſſet contra tertium exequenda, vt dixi ſupra in verſic. tertio reſpondeo, vbi allegaui Abbat. Felin. & alios. ſibi enim imputet Com. Annibal, qui cum de hoc articulo cognoſceretur coram Delegatis, an ſententia poſſet executioni demandari contra ſingularem ſucceſſorem, nihil oppoſuit, & à decreto miſſionis non appellauit; nec dicere poteſt, quod Prætor Sablonetæ non admittendo hanc exceptionem illum grauauerit, cum ſtantibus prædictis, eſſet merus facti executor, & admittere eam non potuerit, nec debuerit. Et vbi etiam ſententia lata contra principalem non noceret ſingulari ſucceſſori, non citato, tamen executor retardare non poſſet executionem conceſſam contra ſingularem, quando articulus executionis faciendæ contra tertium fuit à requirente cognitus, & deciſus; nec ab executore licebit appellare, ſunt enim diuerſa, quod ſententia non noceat, & quod eius nullitas non poſſit allegari coram executore, & poſſunt hæc ſimul ſtare; & ratio eſt, quia coram executore non allegatur id, quòd fuit coram principali deciſum: debet autem id deduci, & allegari coram requirente iudice, vel eius ſuperiore, & quæſtio noſtra in hoc verſatur, an executor retardare teneretur executionem eo ſub prætextu, quod in principali ſententia non fuerit citatus ſucceſſor ſingularis, & quidquid foret, ſi non præceſſiſſet cognitio ſuper hoc ipſo articulo, res clara eſt, quando cognitio præceſſit, quia tunc coram executore id allegari non poteſt; & ita efficitur ea citatio, vt non poſſit executor cognoſcere, non vt ſententia noceat ſingulari ſucceſſori, nec quo minus à committente cognoſci poſſit hic articulus. Et in loco præcitato demonſtraui, quòd etiam notoria iniuſtitia vel nullitas opponi non poteſt, ſecundum Felin. in §.quia vero, num. 17.

Vnde tollitur quod dictum eſt in cõtrarium, quod Comes Annibal non erat ſubditus, nam cum fuerit contra eum petita executio ſententiæ, potuit citari per ſubſidiales, vndecumque fuerit, vt contra requiſita opponeret, quia iudex cauſæ principalis eſt etiam
31 iudex executionis, † l. cum quædam puella, vbi Doctores omnes, ff. de iuriſd. omn. iudic. cap. quoad conſultationem, de re iudic. Iaſ. d. l. cum quædam, num. 5. Cagnol. num. 33. Marant. de ordin. iudic. par. 6. in vltimo actu, num. 2. & quando citatur quis à iudice, licet forenſis ſit, tenetur comparere, & ſi prætendit ſe non eſſe ſubditum, debet exceptionem proponere, & tunc iudex æſtimabit an ſit competens, vt inquit textus in l. ſi quis ex aliena, ff. de iudic. Doctores in capit. ceterum, de iudic. & iudex cauſæ præparantis, eſt etiam iudex præparatæ, l. ordinarij, Cod. de rei vendic. cum ſimilibus.

Minus reſiſtit, quod Com. Ioan. Iacobo eſſet iam plenè ſatisfactum ex bonis Campiſelli, quia cum creditum aureorum quindecim millium conſtaret in ſentis auri in auro boni auri, & iuſti ponderis, ſibi ſoluẽdus erat valor iuſtus dictorum aureorum, qui reducti ad aureos Mantuanos librarum ſcilicet ſex, excedunt multo valorem bonorum Campiſelli, vt plenè fuit cognitum in cauſa principali.

Et ſtantibus prædictis, non eſt opus ingredi ſecundam partẽ motiui, in qua dicitur, quod ſi petita fuiſſet executio non ſententiæ, ſed inſtrumenti, ea etiam fuiſſet deneganda contra Comitem Annibalem, non obſtante conſtituto, & alijs clauſulis in inſtrumento appoſitis: nam ex ſupra relatis apparet, quod hoc remedio non fuit opus Comiti ab Arcu, cui ſatis plenè conſultum fuit per viam executiuam ſententiæ: non etiam neceſſe eſt demonſtrare, quod ſententia fuerit contra Dom. Vincentium iuſtè lata.

Sed vt fumus aliquis, & odor iuſtitiæ eiuſdem ſententiæ appareat, non grauabor currenti calamo aliqua breuiter referre. Primum nempe, quod cum Do. Vinc. teneretur ſoluere aureos auri in auro boni, & iuſti ponderis, nõ poterat aliter ſoluere quam in ſpe-
32 cie aurum, & non monetam. † Brun. in tract. de augm. monet. concl. vltim. in 2. præmiſſo, verſ. aliquando vero quis promittit viginti quinque ſcuta ſolis. Curt. iun. in eod. tractat. quæſt. 10. Afflict. in titul. quæ ſint regalia, in verſi. monetæ, num. 21. Cæphal. in conſi. 31. nume. 5. auri autem valor notorius eſt in hac patria & vbique, propterea non debet mirum videri, ſi aurei quindecim mille boni auri, & iuſti põderis, effecerunt multo maiorem numerum aureorum ex ijs quorum valor eſt librarum ſex tantum Mãtuanę monetæ: nam aurei in auro valor, nunc eſt librarum octo plus minus,

minus, ceſſat igitur quod obijcitur, ſatisfactum fuiſſe
Comiti ab Arcu ex bonis Campiſelli pro aureis quin
decim mille.

Secundum eſt, quod de iuſtitia contractus mutui
de quo actum fuit, non eſt dubitandum; tum, quia pro
eo contractu fuit ſæpè à Rota, & Senatu Mantuano
iudicatum, & ſententiæ fecerunt tranſitum in iudi-
catum, adeo, quod non poteſt venire in controuer-
33 ſiam, ex quo res iudicata habetur pro veritate, † l. res
iudicata, ff. de regul. iur. cum alijs quos citaui in con-
ſil. 106. numero 13. tum etiam quia ipſemet Domi-
nus Vincentius ſæpius approbauit contractum non
ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè offerendo ſolutio-
34 nem, quæ oblatio ad ratificationem actus † ſufficit.
gloſſ. in capit. cum veniſſent, vbi Bald. numero 8. de
eo qui mittit in poſſeſſ. Iaſ. in l. poſtquam liti, nume-
ro 1. verſic. tertio limita, vbi Dec. numero 8. Cod. de
pact. Curt. iun. in l. 1. numero 41. Cod. eodem titulo.
& qui ſemel approbauit contractum, non poteſt exin-
35 de impugnare. † Decius conſil. 665. numero 2 & Be-
cius conſil. 6. numero 18. atque ita vana etiam reddi-
tur oppoſitio, quod contractus fuerit vſurarius, vltra
quod, cum nihil fuerit exactum pro vſuris, non eſt for
tis deneganda exactio. His vero ſic ſe habentibus, re-
ſultat concluſio, quod ſicuti ſi ageretur reſciſoria,
vel reuocatoria contra Comitem Annibalem, nulla
ei competeret defenſio, ex quo conſtat de potiori iu-
re Comitis Ioan. Iacobi, ita, multoque magis ſuſti-
neri debet, quod iam geſtum eſt, quando ex tot deci-
ſionibus cuique notum eſſe poteſt, vanum & inutilem
36 futurum omnem circuitum, qui ideo eſt vitandus, † l.
cum fundus, §. ſeruum, ff. ſi cer. pet. alios citaui in con-
ſil. 248. num. 18.

Quæ etſi ſatis ſuperque per ſe clara ſint, efficiun-
tur tamen indubitata ex ijs quæ aliàs pro reijcien-
da appellatione oppoſita fuerunt à Procuratore Co-
mitis Ioan. Iacobi, & præcipuè dum dixit eum qui
appellauit, non habuiſſe ſufficiens mandatum ad
appellandum; & quod plus eſt, non appellaſſe in
termino præfixo à ſtatutis Sablonetæ, quod ego in
ſuperioribus ſcriptis comprobaui iuribus, & deci-
ſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ valor inſpicitur ſecundum tempus ſolutionis, quando mutatur æſtimatio extrinſeca. Fallit vt num. 8. & 9.*
2 *Monetæ valor attenditur qui erit tempore ſolutionis, quando valor eſt in ſolutione non in obligatione. Fallit vt numero 10.*
3 *Tempus celebrati contractus videtur à partibus conſideratum in æſtimando valore monetæ.*
4 *Moneta alternatiuè promiſſa, ſecundum quod tempus ſolui debeat, contractus, an ſolutionis.*
5 *Monetæ valor præſtatur ſecundum tempus contractus, quando ſubrogatur loco alterius monetæ debitæ.*
6 *Valor monetæ conſideratur ſecundum tempus contractus, quando variatur bonitas intrinſeca.*
7 *Monetæ valor auctus præſumitur ob deteriorationem inferioris monetæ.*
8 *Valor attenditur ſecundum tempus contractus, quando extrinſeca bonitas variatur ob deteriorationem inferioris monetæ.*
9 *Monetæ valor intrinſecus quando mutatur attenditur tempus contractus.*
10 *Valor monetæ poſitæ in ſolutione, attenditur ſecundum tempus contractus, quando extrinſeca bonitas mutatur deterioratione inferioris monetæ.*
11 *Grat. conſ. 112. vol. 1. reprobatur.*
12 *Moneta in ſpecie debita non attenditur augmentum, ſeu diminutio valoris.*
13 *Moneta vſuali promiſſa, attenditur nihilominus valor qui eſt tempore contractus.*

CONSILIVM CCCCVI.

DVBIVM eſt, ſi Dom. Comes Ouimia-
ni poſſit ſecundum valorem præſentis
temporis ſoluere Duplas Hiſpania-
rum pro eo quod debet Sereniſs. D.
Duci Mantuæ, an vero teneatur ſol-
uere ſecundum valorem qui erat tem-
pore contractus; & prima facie videtur, quod ſecun-
dum valorem hodiernum acceptandæ ſint Duplæ,
quia etſi auctus fuerit earum valor poſt contractum,
tamen intrinſeca bonitas mutata non eſt, ſed eadem
permanet: cuduntur enim in eadem qualitate, pon-
dere, & bonitate, & quando remanente eadem in-
trinſeca bonitate, extrinſeca æſtimatio augetur, tunc
1 attendendum eſt † tempus ſolutionis, ſi debitor non
eſt in mora, l. vinum, ff. ſi cer. pet. ita tenet Bar. in l. Pau
lus, num. 6. verſic. ſecundo modo contingit, ff. de ſolut.
& ibi eum ſequuntur Bald. & alij. & communem dicit
Abb. in cap. quanto, colum. penul. de iureiur. & magis
communem Iaſ. in l. 1. num. 91. C. de iure emphyt. vbi
citat Spec. Oldrad. Ioan. Andr. Cin. Bart. Bald. Alber.
Anchar. & Imol. quam ſententiam multis comprobat
Martin. Laud. in tractat. monet. colum. 4. verſic. circa
quartum articulum, & colum. 6. verſic. redeo igitur ad
propoſitum. Iacob. Put. in eod. tract. in colum. 3. verſic.
his ſic præmiſſis. & communem inquit Brun. in eodem
tractat. concluſ. vltim. in 6. declarat. colum. 2. verſi. vbi
autem interueniret, vbi allegat Aretin. & alios mul-
tos congerit Anton Gabriel. commu. opin. lib. 3. tit. de
ſolut. concluſ. 2. num. 1. vbi videri poſſunt. Petr. Be-
nintend. deciſ. 39. colum. fin. verſic. aut deterioratio
contigit.

Accedit, quod D. Com. ex conuentione poteſt ſolue
re valorem, atque ita licet aurei ſint in obligatione, ta
men moneta eſt in ſolutione, & quando vna moneta
2 eſt in ſolutione, tunc attenditur † valor qui viget ſo-
lutionis tempore. ita Bar. in d. l. Paulus, in fi. Aret. qui
dicit eſſe ſine dubio, in conſil. 11. num. 3. Brun. d. concl.
vlt. in 6. declar. col. 2. verſ. vbi autem interueniſſet, dec.
Bon. nu. 39. in fi. & idem tenuit Brun. in 5. declar. col. fi.
verſi. ſecunda conſideratio, vbi ait procedere, ſiue fa-
cultas ſoluendi conceſſa ſit ex conſuetudine, ſiue ex
pacto, & ſubdit, quod creditor non poteſt aduerſus
debitorem non moroſum allegare, quod cum tot li-
bris tempore contractus potuiſſet habere tot aureos,
quia eſt intereſſe lucri ceſſantis, quod præſtat ſolus
debitor moroſus. hoc etiam tenet Socin. in conſil. 6.
colum. fin. verſic. vlterius ad prædictam, volum. 1. mo-
uetur ex text. in l. 1. §. planè, & §. ſi poſt litem, ff. ſi qua-
drup. paup. feciſſe dicatur. idem voluit Capr. in conſi.
29. nu. 9. & Bologn. conſi. 16. in princ. Grat. in conſi. 12.
num. 44. volum. 1.

Contrariam tamen amplector ſententiam, quod
etſi auctus ſit Duplæ extrinſecus valor, non immuta-
ta intrinſeca bonitate, & valore, tamẽ ſolutio Dupla-
rum fieri debeat ſecundum valorem, qui erat tempo-
re contractus. Cum enim partes mentionem fecerunt
de valore aurei, intellexiſſe præſumuntur de eo, qui
tunc vigebat, argum. l. Rutilia Polla, ff. de contrahen.
empr. & tempus illud attenditur, quo diſpoſitio ap-
plicatur ad actum, cap. fin. de procurat. c. pia, de exce-
ptio. in 6. & procedit in quibuſcunque diſpoſitioni-
bus, vt per Socin. in d. conſi. 6. num. 2. volum. 1. gloſſ. in
l. penul.

l.penul. ff.de fund.inſtr. quam dicit ſingularem Curt.
in tracta.monet.in quæſt.4. ideo regulariter in conſi-
3 derando monetarum valore,inſpicimus † tempus ce-
lebrati contractus,Oldr.in conſ.31.Abb.in cap.olim,
circa finem,de cenſi. Alber. in l.vinum,colum.fin.ff.ſi
cert.pet. Caſtr.in l.ſi duob. in fine princip.C.commu.
de legat. Barto.in l.cum quid,num.17. & Alexan.ibi,
num.16.Socin.num.40.idem Socin.in conſi.298.nu.2.
Aret.in conſi.11.colum.1.& 2. Cagn.in l. ſi.num.236.
C.de pact.Soc.iun.in conſi.145.num.94.volum.1. Be-
ro.in conſi.143.num.28.volum.1. Bertran. in conſi.17.
num.4.volum.4. Didac. de collat.veter.numiſ. cap.7.
§. vnico, verſic. tertia concluſio. Natta, in conſil.156.
nume.16.Pinell.in 1.par. Rubr.C.de reſcinden.vend.
nume. 22. & hanc concluſionem quod partes contra-
hendo intellexerint de valore illius,non alterius tem
poris, repetit ſæpe Moder. Gallus, in tracta. de vſur.
num.701.714.733. & præter eos, Salic.in l.fin. in fine,
C.ſi cer.pet. vbi dicit, quod ſtatuentes non cogitaue-
runt de nouo valore, id quod ſequitur Purp. in d.l.cũ
quid,ff.ſi cert.pet. & in conſi.522. num.3.35.& 38. &
dicit Salic.in l.fin. C.comm.de lega.quod moneta di-
minuta in æſtimatione, reduci debet ad intellectum
temporis contractus, quia partium conſenſus ad il-
lud conſideratur.Bru.d.concl.vlt.declar.4.Rube.con-
ſil.17.num.2. in fine.

Secundo moueor,quia promiſſio facta per D.Com.
eſt alternatiua,nempe,tot aureorum de libris ſex,vel
eorum valoris; quando autem obligatio eſt alterna-
4 tiua, tunc † vtrunque dicitur eſſe in obligatione, l. ſi
duo, ff.de verb. oblig. vbi autem æſtimatio eſt non ſo-
lum in ſolutione, ſed etiam in obligatione,tunc atten
ditur tempus contractus, vt concludunt omnes Do-
cto.in l.cum quid,ff.ſi cert.peta.hoc tamen fundamen
tum ſi ſolum eſſet, non moueret me, quia eſt verum,
quando taxatur valor, puta ad tot libras, vel tot flo-
renos,ſed quando in genere ponitur æſtimatio,ſeu va
lor, in vna parte alternatiuæ, tunc tempus ſolutionis
attenditur, vt declarant Moder. Galli in d. tracta. de
vſur. nume. 745. vbi ita intelligunt l. cum certum, ff.
de aur. & argen.lega. & ita quoque vult Barto.ibi, &
in d.l.cum Paulus, & ſequuntur alij citati à Grato, in
conſi.12.nume.44.& conſil.13.num.28.vol.1.Gabr.d.
concluſ.2. num.6.

Tertio moueor, quia non eſt dubium quod etſi va-
lor conferatur in facultatem, & arbitrium debitoris,
tamen ſubrogatur loco aureorum promiſſorum, ergo
talis eſſe debet vt creditor tantum aſſequatur quan-
5 tum habuiſſet † ſi aurei ſoluti eſſent,quia ſubrogatum
ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, l. ſi
eum,§.qui iniuriarum,ff. ſi quis caution.l.1.§.hæc au-
tem actio, ff. ſi famil.furt.feciſſe dicatur, vbi Barto. &
alij,& hoc argumen.vtitur Grat. in d.conſi.12.nu.48.
verſic.ſecundo iſtud probo,& conſi.13. num.30.Mar-
tin.Laud.in d.tract.monet.col.6.ver.vlterius quæren-
dum, poſt medium.

Quarto,vbicunque valor creuit ob deteriorationẽ,
vt quia deterior nunc cudatur aureus in quantitate,
vel pondere, quam cuderetur aliàs, ſemper attendi-
tur tempus cõtractus, ſeu diſpoſitionis, & ſolutio fie-
6 ri debet in moneta antiqua, vel † in noua ſecundum
valorem antiquæ. Oldr.d.conſil.31.Bar.in d.l.Paulus,
Doctor.in d.l.cum quid,Aret.in conſi.11.colum.1.& 2.
Socin.in conſi.298.volum.2. & infinitos citat Brun.in
tract.de augm.concluſ.vlt.in 1. declar. Martin.Laud.
in eodem tracta.colum.4. verſic.accedo ad ſecundum
articulum.Iacob.Put. in eodem tract.colum.3. verſic.
his ſic præmiſſis. & eam cõcluſionem comprobat col-
leg.Pap.in conſil. edito poſt tracta. Brun.contra Illu-
ſtriſſimum tunc Marchionem Montisferrati, col. 2.
latè Purpur.in conſil.522. num.1.& ſequen. Iaſ.d.l.2.
num.... C. de iure emphyt.plures alios cumulat Di-
dac.de collat.veter. numiſmat. cap.7.§.vnico, verſic.
tertia concluſio. Moder.Galli,in dicto tracta.nu.742.
& poſſem infinitos adducere, quos omitto: at varia-
tio valoris in caſu noſtro ſequuta eſt in bonitate in-
trinſeca,vt mox declarabo,ergo tempus diſpoſitionis
attendi debet.

Non ergo obſtabit, quod aurei valor intrinſecus
non ſit mutatus, ſed extrinſecus, remanente eadem
bonitate, quia reſpondeo hoc eſſe falſum: nam ideo
auctus eſt aurei valor,quia deterior nunc cuditur mo
neta, quam fieret tempore contractus, & magis ære
commixta, & contaminata, vt notorium eſt, demon-
7 ſtratque experientia,atque † ita præſumitur.Grat.in
d.conſil.12.num.52.in conſil.13.nume.38.in conſil.14.
num.12.volum.1. hoc autem præſuppoſito ſtante, per-
inde eſt,ac ſi aureus ipſe eſſet contaminatus, & dete-
rior factus,& ideo Martin.Laud. in tract.de augmen.
colum.6. verſic. vlterius quærendum, circa medium,
dicit,quod attenditur tempus contractus, quando æ-
ſtimatio venit loco qualitatis intrinſecæ ponderis,
vel materiæ deficientis in pecunia, quæ ſoluitur loco
pecuniæ,quæ debetur; & apertius ceteris ponit Brun.
in d.concluſ.vlt.in 6.declarat.verſic.ſed maius dubiũ,
vbi concludit,quod vbi valor aurei augetur ob intrin
ſecam deteriorationem monetæ inferioris, ſi debitor
velit ſoluere in aureis quorum bonitas intrinſeca nõ
ſit mutata, attendendus erit valor temporis quo cõ-
8 tracta eſt obligatio, † quia cum deterioratio inferio-
ris monetæ ſit cauſa augẽdi extrinſecum valorem au-
rei, dicitur ſubeſſe mutatio in bonitate intrinſeca, &
idem repetit in 10.fallent.in fine. Purpur. in d.conſil.
522.num.33. & 35. in fine.Grat.in d.conſi.12.num.51.
verſic.quinto moueor.in conſi.13.nume.38.& in con-
ſil.14.num.12.volum.1.Rube.Alexan.in d.conſi.17.nu-
me.2. verſic. verumtamen præmiſſis, vbi inquit, hoc
caſu videri, quod mutatio ſit in bonitate intrinſeca,
quo caſu valor inſpicitur,qui fuit tempore cõtractus.
Cranet.in conſil.47.num.6. vbi dicit eſſe communem
opinionem.

Reſpondeo ſecundo, quod etiam vbi valor extrin-
9 ſecus † augetur,remanente eadem intrinſeca bonita-
te, attendi debet valor qui fuit tempore contractus,
& ita tenuerunt Azo,Oldr.Io.Andr.Butr.Imola,Abb.
Anchar.& alij,quos citat Curt.in tract.monet.in 3.q.
ver.ego indiſtinctè,vbi dicit,communem eſſe opinio-
nem.Ant.de Burg. in c.cum dilecti, nu.39.de empt.&
vend. Purpur.in d.conſ.522.nu.33.

Nec reſiſtit quod valor ſit in ſolutione, non in obli-
gatione,ideo attendatur valor ſeu æſtimatio ſecundũ
tempus ſolutionis, non contractus: quia reſpondeo,
quod non procedit,quando mutatio contigit ratione
10 intrinſecæ bonitatis,tunc † enim ſiue ſit in obligatio-
ne,ſiue in ſolutione, ſemper inſpicimus tempus cele-
brati cõtractus, ſecundũ Mart.Laud. in d.tract.col.6.
verſic. vlterius quærendum,verſus finem,ibi,ſi autem
non fieret æſtimatio,vbi declarat hoc modo procede-
re dictum Bart.in l.cum certum,de auro,& arg. lega.
& eodem modo intelligit dictum Baldi in d. l. cum
quid.& ratio eſt,quia vtroque caſu ſi valor eſt diminu
tus, infertur præiudicium creditoris,qui non tantum
recipit,quantum eſt ſtipulatus, ſed longe minus.

Aduertendum autem eſt, quod Docto. aliqui ma-
lè percipientes terminos, confundunt intellectum.
11 nam Grat. † in conſil. 11. 13. & 14. volumine 1. dum
vult, quod augmentum aurei cedat commodo credi-
toris, conatur defendere, quod attendatur valor ſe-

cundum

Digitized by Google

cundum tempus ſolutionis, & cum eo labitur Anto. Gabr.d.titu.de ſolut.conclu.2.num.6. & ſeq. debebat enim dicere, quod attenditur valor, qui erat tempore contractus, hoc modo, quia ſi ſexaginta ſolidi de tempore contractus faciebant aureum, nunc autem deteriorata inferiore moneta ſeptuaginta requiruntur ad faciendum aureum, debitor pro ſingulo aureo debito dabit ſeptuaginta ſolidos monetæ nunc currentis, quia tenetur ſoluere ſecundum valorem contractus, & ſeptuaginta ſolidi hodierni, valent ſolum ſexaginta ex his, quæ cudebantur tempore contractus, ita declarat Soc.in conſi.298.vol.2.vbi multa allegat, ſequitur Purp.d.conſi.522.num.36.

Aduertendum etiam, quod prædicta omnia procedunt, quando obligatio non eſt concepta in certa ſpecie monetæ, vel quando poteſt ſolui vna moneta pro alia: nam ſi certa ſpecies ſit ſoluenda, tunc non eſt curandum de valore, ſeu æſtimatione, ſi ea moneta du-
32 rat, ſed ſolutio fieri debet in certa moneta † conuenta, vt bene ponit Brun.in d. conclu.vlti. declar.3. licet multi hanc quæſtionem tractantes, dicant, quod ſolutionis tempus attenditur: nam male loquuntur, cum non ſit inſpicienda æſtimatio ex quo certa ſpecies eſt ſoluenda, nec curandum eſt de augmento, vel diminutione valoris, vt aduertunt Moder. Galli, in dicto tractat.nu.716. & Doctores ſæpè terminos confundunt, non diſtinguendo, an oblatio ſit in ſpecie certa, an minuatur intrinſecus, vel extrinſecus valor, vt dicti Moder.notant, nu.693.& num.742. & ſeq. ideo retinendi ſunt termini cum anxietate, quia modica variatio totam variat deciſionem.

Addo etiam aduertendum, quod vana eſt diſtinctio, an obligatio ſit alternatiua, vel ſimplex, an quid ſit in ſolutione, vel obligatione, quando generaliter facta eſt promiſſio certæ quantitatis, non autem reſtricta eſt ad certã ſpeciem monetæ: quia ſi valor intrinſecus minuatur, vel etiam extrinſecus, ob deteriorationẽ monetæ ſemper attendimus tempus cõtractus.

Similiter, non eſt curandum, quod conuentum ſit
33 ſoluere de moneta vſuali, † quia intelligitur reſpectu formæ monetæ, non reſpectu valoris, vt ſcilicet debitor non cogatur ſoluere de antiqua, ſed bene ad valorem antiquæ, vt per Soc.iun. conſi.145.nu.96.volum.1. Rube.conſi.148.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Copula regulariter æqualiter copulat, & per concurſum.*

2 *Iura feudalia fundata ſunt ſuper conſuetudine, ideo dicuntur feudales conſuetudines.*

3 *Conſuetudo, eſt ſtricti iuris, & non extenditur de vno caſu ad alium.*

4 *Tam, & quam, dictiones, ſtant non ſolum ſimilitudinaliter, ſed etiam comparatiuè.*

5 *Femina ſuccedit in feudo ſimul, & eodem tempore cum maſculo, vbi eſt conceſſum pro hæredibus tam maſculis quam feminis.*

6 *Femina vbi eſt expreſſè vocata, venit eodem tempore cum maſculo ad ſucceſſionem feudi improprij.*

7 *Femina admitti debet ad feudum vbi dubium eſt an ſit admittenda, vel non.*

8 *Tam, & quam, dictiones, important idem quod dictio, ſicut.*

9 *Cap.ſi cui militi, in extraord. feud. eſt authenticum, non apocriphum.*

10 *Opinione communi in conſtituenda non enumerantur Doctores qui perfunctoriè loquuntur.*

11 *Comparatiuum retinet naturam poſitiui.*

12 *Diſpoſitio admittens feminam ad feudum, indicatur fauorabilis.*

13 *Frater vtrinque coniunctus excludit vterinum à ſucceſſione fratris.*

14 *Tempus probare tenetur, qui ſe fundat in tempore.*

15 *Dominus non perdit ius exigendi ſeruitia, quamuis multo tempore non exegerit ſi non indigebat.*

16 *Exemplis vbi eſt iudicandum, debent exempla conuenire per omnia.*

17 *Femina etiam non expreſſè vocata, ſuccedit in feudo, quod vaſallus cum non teneretur recognoſcit à domino, ſe ei ſubijciendo.*

18 *Femina ſuccedit in feudo empto, quia non eſt proprium feudum.*

19 *Feudum vbi eſt improprium, femina admittitur, etiamſi de ea non ſit expreſſè dictum, vt in feudo cenſuali, & franco.*

20 *Feudum improprium, & non rectum, dicitur, quod eſt pecunia emptum, vel aliter quam per gratiam comparatum.*

21 *Conductor, vel colonus, ſi rem à tertio recognoſcunt, vel illi poſſeſſionem tradant, dicuntur verum dominum priuare ſua poſſeſſione, & alium conſtituere poſſeſſorem.*

22 *Poſſidens naturaliter per fictam traditionem in alium factã priuat dominum verum ſua poſſeſſione, & alium poſſeſſorem conſtituit.*

23 *Emphyteuta naturaliter poſſidet.*

24 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet.*

25 *Rei vendicatio competit vaſallo, quia habet vtile dominiũ.*

26 *Femina vbi eſt expreſſè vocata in feudo improprio, ſuccedit ſimul, & eodem tempore cum maſculo.*

27 *Femina vbi eſt expreſſè vocata ad feudum, tunc videtur cũ ea diſpenſatum, vt vel ſeruitia non præſtet, vel per ſubſtitutum præſtet.*

28 *Contractus duo eodem tempore facti, vel incontinenti vnus poſt alium, intelliguntur, & ſunt correſpectiui, cenſeturque vnus contemplatione alterius celebratus.*

29 *Subditi propriè non dicuntur, ſed ſecundum quid, & quo ad aliqua tantum qui ſe alicui domino ſuppoſuerunt ſub certis pactis, & capitulis.*

30 *Donatio quæ fit ex præcedenti conuentione, cum non procedat à mera liberalitate, dicitur donatio ob cauſam.*

31 *Donatio vbi cauſa præceſſit, nõ reputatur ſimplex, quamuis partes dicant pure, libere, & ſimpliciter donatum fuiſſe.*

32 *Feudum licet emptum tranſit ad ſolos maſculos, quando pro ſolis maſculis fuit conceſſum.*

33 *Poſſeſſionis commodum remiſſiue.*

34 *Cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.*

35 *Femina deſcendens ab eo cui in diuiſione totum feudum obuenit, excludit maſculum ex alterius fratris linea deſcendentem.*

36 *Cap.1.de eo qui ſibi, & hæred.ſuis maſcul.in vſib.feud. quomodo procedat.*

37 *Vincula plura fortius ligant.*

38 *Factum facilius extenditur quam de nouo in eſſe producatur.*

39 *Prorogatio facilius conceditur quam noua dilatio.*

40 *Diminutio iuris alieni facilius permittitur quam priuatio ex toto.*

41 *Princeps ſine cauſa, & agnato non vocato poteſt tollere ius ei competens in ſpe fallaci.*

42 *Femina non poteſt per Principem habilitari ad feudum, ad præiudicium maſculorum.*

43 *Femina poteſt habilitari ad feudum improprium, ad præiudicium maſculorum.*

44 *Succedendi forma data in contractu, mutatur, ſi ſuperueniat ſtatutum poſt contractum.*

45 *Stipulatio intenditur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur.*

46 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

47 *Remedium Cano. Reintegranda, 3.quæſtio.1. tranſlatum à iure canonico ad ius ciuile, retinet qualitates quas habebat, & permittit appellationem.*

Noua-

48 *Nouata actio transfunditur in nouantem, cum omnibus qualitatibus quæ inerant actioni nouatæ.*

49 *Acceptans aliquam diſpoſitionem, cenſetur illam acceptare cum omnibus qualitatibus.*

50 *Actum faciens, cenſetur ſe obligare legibus loquentibus de illo actu.*

CONSILIVM CCCCVII.

INVESTITVRA Cairi, & Mõtis Notuli conceſſa pro hæredibus tam maſculis quam feminis admitrit ſine dubio Comitem Antonium Cribellum Scarampum, quamuis ex femina natum, dubium in eo ſolo verſatur, an ſolum ordine ſucceſſiuo, ideſt deficientibus maſculis, an vero etiam maſculis extantibus ſuccedere poſſit: & ſanè pro eo ſtat ſermonis proprietas, quia copula
1 regulariter æqualiter copulat, & per concurſum, † vt per Doctores in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſthum. hinc Bald. in cap. 1. §. quinetiam, in titu. Epiſcop. vel Abbat. dicit text. ibi, volentem feminam expreſsè vocatam venire ſucceſſiue ſolum poſt maſculos procedere contra naturam verborum, & quòd interpretatio legis feudalis in hoc facit iniuriam mulieri, & Præpoſ. ibi probat, quòd hoc eſt contra verborum proprietatem, mentem contrahentium, & æquitatem, quæ in contractibus eſſet ſeruanda. idem voluit Aluar. ibi, & Iacob. Beluiſ. admonet, quod non debemus recedere à proprietate verborum, niſi in caſibus expreſſis; quod etiam notat Martin. Laud. & eos ſequitur Socin. in conſil. 257. num. 3. verſ. aliquando & ſecundo, volum. 2. Purpur. in conſi. 367. num. 70. cum autem verborum ſeruit proprietas, de facili redimus ad verum ſenſum, cum ab alteratione modicum quid recedere ſuadet; vnde Iacob. Beluiſ. & alij dicunt, quod vbi feudum non eſt rectum, ſed conditionatum, tunc femina expreſſe vocata ſuccedit eodem tempore cum maſculo, ac copula ſeruat ſuam naturam; & facit, quia iura feudalia fundata ſunt ſuper conſuetudine, vnde dicuntur feudales conſuetu-
2 dines. † Bart. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libe. Becius, conſil. 56. num. 31. conſuetudo autem eſt ſtricti iuris, & ſeruanda eſt ſolum in ſuis terminis,
3 nec extenditur de vno caſu ad alium. † Bal. in cap. 1. in princip. de feud. cognit. Crauet. conſil. 170. numero quarto. Becius conſil. 73. nume. 13. & hoc dicit expreſsè text. in capit. ſi cui militi, §. item ſi quis, in extraordin. feud. dum dicit ſermonem inueſtituræ nec non verborum vim, & ſenſum contrahentium intuentes, ſexus diſcretionem in huiuſmodi feudi ſucceſſione nõ fecimus. Hac ratione voluerunt Doctores quos prioribus in ſcriptis citaui, quod vbi feudum conceditur cum pacto, quod feminę ſuccedant ſicut maſculi, vel cum maſculis, vel ſimul cum maſculis, detur concurſus inter maſculum, & feminam, nec ſit locus ſucceſſiuo ordini, quamuis aliud velint, quando feminæ, & maſculi ſunt per ſolam copulam coniuncti, & vocati.

In facto autem conceſſa ſunt feuda pro hæredibus, tam feminis, quam maſculis, quæ verba non modo ſunt copulatiua, vt coniunctio, &, ſed maiorem coniunctionem inducunt, ſunt enim poſita non ſolum ad ſignificandum ſimilem concurſum. vtriuſque extre-
4 mi, † l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur. l. cum oporter, §. fin. C. de bon. quæ lib. Inſtit. de hæredibus inſtituen. in princip. l. hoc legatum, in princip. & l. vxori, ff. de lega. tertio, l. cum ſcimus, §. primo, C. de agricol. & cenſit. notatur in Rubr. C. vt omn. iudic. tam ciuil. quam milit. Decian. conſi. 54. num. 6. volum. 2. conſ. 6. num. 36. volum. 4. Berret. conſ. 126. num. 1. & dicit Decian. in conſil. 44. nume. 47. quod dictiones hæ, tam, & quam, plus operantur quam ſimplex copula: & hac reſponſione declinat ea quæ in contrarium de natura copulæ opponebantur, ſed etiam ſtant comparatiuè, vt eſt text. in l. pro hærede, in princip. ff. de acquiren. hæred. vbi Bart. in fine. Aret. in 1. notab. in fine, in ver. & capiendo illa verba. Albet. in ſuo Dictionar. in ver. tam, & quam. Signorol. in conſi. 207. num. 5. in princ. Simon, qui alios citat, de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. interpretat. 3. dubitatio. 14. num. 89. in fine, folio 455. addo Iaſ. in conſil. 143. nume. 6. in 4. volum. in comparatione autem non cadit illa interpretatio, quod intelligatur ordine ſucceſſiuo, deſtrueretur enim comparatio, & non ſubſiſteret. fortius dixit Bero. familiar. quæſtio. 120. num. 11. quod huiuſmodi dictiones idem important quod dictio, ſicut, vel pariter, vnde feminæ non minus intelligentur per concurſum vocatæ quando feudum fuit tam eis, quam maſculis conceſſum, quam ſi conceſſum eſſet feminis ſimul vel pariter cum maſculis: at vbi ita conceſſum eſt, femina ſuccedit eodem tempore, vt eſt probatum, ergo etiam quãdo dictum eſt, tam feminis, quam maſculis. Et in terminis quod femina ſimultaneè ſuccedat cum maſculo, quando eſt vocata per dictiones
5 prædictas, ſignificantes comparationem, † allegaui Grat. in conſi. 9. num. 99. volum. 1. addo nunc Purpur. in conſil. 109. num. 7. vbi dicit, quod hoc caſu non dicuntur feminæ copulatiuè ſolum vocatæ, ideo non audet contrarium firmare, latius autem hanc concluſionem defendit in conſil. 367. nume. 70. vbi probat hæc aduerbia non poſſe reſtringi. adducit authoritates Oratorum, & Grammaticorum, & allegat in terminis Signorol. in conſi. 10. num. ſecundo, qui etſi videatur contrarium dixiſſe, num. 4. verſic. item non obſtat tertium, tamen in fine pro femina reſoluit. Hanc partem amplectitur Pariſ. in conſi. 12. nume. 19. volum. 1. verſic. prout etiam, vbi reprehendit Socin. qui ab eo ſupra num. 5. relatus, dixerat feminam vocatam per dictiones, tam & quam, ſuccedere poſt maſculos, atque ita tenet quod ſimultaneè, & per concurſum ſuccedat.

Confirmatur, quia feuda de quibus tractamus, fuerunt empta, non autem ex gratia conceſſa, vt probaui alijs ſcriptis, in verſic. reſpondeo etiam quod feudum Cairi, imo, quod magis eſt, fuerunt recognita per Dominos Scarampos à Ducibus Mediolani, quibus non erant ſuppoſiti, atque ita vaſalli magis in dominum contulerunt beneficium, quam ab eo receperunt, vnde feudum non eſt proprium, ſed alteratum, & non retinet naturam ſuam, ideſt propriam feudi recti naturam, ſed dicitur improprium. vndè cum femina eſt expreſsè vocata, quidquid ſit in feudo proprio, venit eodem tempore cum maſculo ad ſucceſſionem feudi
6 improprij. † Bald. in capit. 1. §. quinetiam, vbi Afflict. num. 13. dicit, quod in feudo improprio copula ſeruat naturam ſuam, & æqualiter copulat, licet aliud ſit in feudo recto. & ibi volunt in fortiorib. terminis, quod femina etiam ſtante maſculo admittatur, quando cõceſſum eſt feudum pro maſculis, & feminis. eandem ſententiam tenuerunt Aluar. Martin. Lauden. Prępoſ. Socin. Corneus, Alexan. Iaſ. Dec. Gozad. Ruin. Pariſ. Thomas Marin. Cæphal. & Sola, quos poſui in dictis meis ſcriptis, verſic. reſpondeo etiam quod feudum, qui omnes volunt, quod femina expreſsè vocata in feudo improprio, ſuccedat ſimultaneè cum maſculo, licet aliud ſit, quando non eſt expreſsè vocata, & iſto caſu non conſtituunt differentiam, quod ſit vocata

per

per ſimplicem copulam, vel aliter, quia duo concur-
runt quæ ad ſuccedendum patefaciunt aditum: pri-
mum, feudi natura, quæ feminam admitteret, ſi non
eſſet ſpecificè incluſa: ſecundum, expreſſa illius voca-
tio, quæ aliàs eſſet ſuperflua, & nihil operaretur, ſi nó
ſuccederet ſimultaneè, quia etiam ſi non eſſet de ea
facta mentio, ſucceſſiſſet deficientibus maſculis. Vt
igitur verba aliquid operentur, debet intelligi voca-
ta eodem tempore, l. ſi quando, ff. de lega. 1. Bald. in
Rubr. C. de contrahen. emptio. hoc tenet etiam Zaſ.
de feud. in 8. par. in ſecunda particula, in 2. limitatio.
folio mihi 106. vbi vult, quod femina in feudo condi-
tionaro expreſſè vocata, ſuccedat ſimul cum maſcu-
lo, licet non expreſſè vocata non ſuccedat. idem pro-
bauit Pariſ. in conſi. 12. num. 23. volum. 1. vbi hoc mo-
do declarat id quod dicitur, feminam expreſſè voca-
tam ſuccedere maſculis deficientibus, vt ſcilicet pro-
cedat in feudo recto, non autem in conditionato, &
improprio.

Et vbi res eſſet dubia, iudicandum eſſet feminam
eſſe admittendam, quia conſuetudines feudales ſunt
rigoroſæ, & feminam admittendo fit reditus ad ius
commune, qui ſemper iudicatur fauorabilis. Pariſ. in
conſil. 16. num. 28. volum. 1. conſil. 21. nume. 31. eodem
volum. Gozad. conſi. 8. nu. 27. & in ſpecie vbi dubium
eſt ſi femina ſit, vel non ſit admittenda, eam debere
7 admitti † voluit Decian. in conſil. 24. num. 125. vol. 1.
conſil. 58. num. 53. volum. 2. & in proprijs noſtris ter-
minis bene reſoluit Garzon. in dicto tractatu de fe-
min. ad feud. recipiend. vel non, limitatio. 46. qui etſi
in alijs terminis de hac declaratione dubitet, tamen
vbi femina eſt expreſſè nominata, ſed dubitatur ſu-
per verbis, vt in facto noſtro, an ſit excluſa vel ne, &
an ſit perpetuo excluſa, tunc vult, quod in caſu dubio
interpretatio fiat in fauorem feminæ: hic vero noſter
eſt caſus, quia eſt expreſſè vocata, verba autem ſi non
clarè eam vocant ſimul cum maſculo ad ſucceſſionem
eodem tempore, ſaltem negari non poteſt, quin ca-
ſum reddant dubium, propterea vt reducatur ad ius
commune antiquum, intelligere debemus feminam
cum maſculo non ſucceſſiuo ordine, ſed ſimultaneè
vocatam fuiſſe, præcipuè, quia multa concurrunt: pri-
mo, verba, tam & quam: ſecundo, feudum eſt empti-
tium, & à vaſallo collatum in dominum: tertio, extat
vocatio expreſſa facta de femina; & demum, omni ca-
ſu negari non poteſt quin res ſit dubia.

His ſic conſtitutis fundamentis, non obſiſtit, quod
ſicuti natura copulæ non efficit, quod femina ad feu-
dum cenſeatur vocata contemporaneè cum maſculo,
ita nec dictiones, tam, & quam. reſpondeo enim, non
tátam eſſe copulæ vim, quanta eſt illarum dictionum
tam, & quam, cum enim ſint comparatiuæ, & po-
nantur ad faciendum comparationem, non eſt creden
dum id factum eſſe ſine miſterio, & iura volentia,
quòd feminæ in feudis cenſeantur poſt maſculos vo-
catæ, loquuntur ſimpliciter, ideo cum diſponant con-
tra ius commune, contra proprietatem verborum, &
contra mentem contrahentium, vt inquit Bald. in ca-
pit. quinetiam reſtringuntur, quando partes vſæ ſunt
verbis quæ magis certam, & exactam voluntatem ex-
primunt, & nemo negauerit quin maiorem empha-
ſim, & efficaciam contineant, verba, tam, & quam,
& ea deductis à Purpur. d. conſil. 367. numero 70. id
plenè probatur, vnde ab vno ad aliud non bene in-
fertur.

Reſpondetur etiam, quòd illæ dictiones, tam, &
8 quam, important idem quod dictio, ſicut, † vt per Be-
ro. famil. quæſt. 120. num. 11. quemadmodum igitur
feminam ſimul ſuccedit cum maſculo, quãdo dictum
eſt, ſicut maſculum, ita ſuccedere debet, quando dictũ
eſt, tam ſuccedat quam maſculus: confirmo, quod ſi-
cuti minus diceretur femina ſuccedere quam maſcu-
lus, ſi non ſuccederet eodem tempore, ſed tardius, §.
plus, Inſtitu. de action. vbi minus dicitur tempore, ita
non tam ſuccederet quam maſculus, ſi tardius, & non
eodem tempore ſuccederet, vt contrariorum idem ſit
iudicium. Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur. in
princ. dixi in conſi. 1. num. 92.

Nec repugnat quod textus in capit. ſi cui militi, ſit
apochriphus, quia reſpondeo, contrarium verius eſ-
9 ſe, & fuiſſe, ac eſſe authenticum, & pro authentico † re-
fert Iacob. de Ardiz. in Sum. feudali, cap. 150. vbi ait,
fuiſſe Henrici Imperat. Bald. d. capit. 1. §. & quia vidi-
mus, num. 19. qui feuda dar. poſſ. Roman. Socin. Com.
& Iaſ. quos citat Menoch. in conſi. 65. num. 19. Aluar.
d. cap. quinetiam, Campeg. de dote, par. 5. quæſtio. 42.
verſic. adde aliquas. Georg. Natta, cap. quamuis, nu.
334. de pact. in ſexto. Ruin. in conſi. 18. nume. 27. conſi.
24. num. 8. volum. 1. Cuiac. in tit. Epiſcopom vel Abb.
in §. quinetiam, & lib. 4. tit. 104. Decian. conſil. 58. nu-
me. 46. volum. 2. Bertazol. conſil. ciuil. 40. num. 48. Sa-
lern. ad Neapodan. in conſuet. Neapolit. in quib. re-
bus habeat locum quarta, pagina 309. lit. H. & ſe-
quuntur omnes illi qui tenuerunt tunc ſimultaneè,
non autem ordine ſucceſſiuo feminam admitti ad feu
dum, quando vocata eſt ſicut maſculus, vt apud Ia-
cob. in verſic. & feminis, nume. 10. Curt. iun. de feud.
par. 2. reg. 1. quæſt. 16. in 1. limita. Paris de Put. de feu.
reintegr. cap. 109. dixi in prioribus ſcriptis, in verſic.
& illa quidem. Purpur. d. conſil. 367. num. 72. vbi dicit
communem. Vnde, cum plures hæc ſententia habeat
authores, non eſt ab ea diſcedẽdum. Ruſus, ea etiam
textus ceſſante authoritate, fat eſt quod Bald. & alij
velint dictionem, ſicut, maiorem importare coniun-
ctionem, & ſimilitudinem, quam faciat copula, &,
propterea ſi vocata ſicut maſculi concurrit cum eo,
ita vocata vt tam ſuccedat quã maſculus, debet cum
maſculo concurrere, vt arguit Purpur. loco prædicto,
num. 72.

Porrò authoritates in cõtrarium allegatæ non de-
bent quemquam mouere: nam Signorol. conſil. 10. te-
net contrarium, vt aduertit Purpur. d. conſil. 367. vbi
reſpondet etiam ad conſil. 11. quæ reſponſio applica-
tur pariformiter ad conſi. 10. nihil enim allegat quod
faciat ad diſtinctionem inter copulã, &, & dictiones,
tam, & quam, & hoc modo reſpondetur ad Socin. con-
ſil. 19. nume. 5. volum. 1. nihil enim allegat præter §.
quinetiam, qui loquitur de copula, &. Sic quoque nul
la conſiderata ratione diuerſitatis, nullaque addu-
cta ratione loquuntur Vincemal. Burſat. Iaſ. Alc. Ro-
lan. Decian. & Peregr. qui allegantur tenere contra-
rium. Purpur. autem in conſil. 109. nume. 7. tenet con-
trarium, quia neſciens aliter vim horum verborum
euitare, reſoluit bona illa non eſſe inueſtituris inclu-
ſa, & in conſil. 268. vbi conſiderat vim verborum, fuit
ex neceſſitate adductus ob inſtantiam motiui, ſed
non meminit eorum quæ deduxit in conſil. 367. nec
fundamenta ibi allegata reſoluit, & mouetur erro-
neo illo fundamento, quod dictiones, tam, & quam,
non ſtrictius ligent quam copula. Pariſ. vero licet in
conſil. 12. numero 6. referat Socin. tamen, nume. 19.
recedit ab eo, & tenet contrarium. Decian. conſi. 127.
num. 28. volum. 3. mouetur ſola regula §. quinetiam,
& quòd magis eſt, poſtea concludit, hoc non proce-
dere in feudo improprio, multi etiam allegant Bald.
in conſil. 215. in ſecundo. Campeg. conſil. 11. colom. 2.
inter conſi. Bruni, ſed Bald. ibi nullum verbum de his
dictionibus, tam, & quam, vltra quod nihil ipſe om-

nino

nino tractat de concurſu feminarum, ſed ſolum de
quæſtione, an primæ inueſtituræ derogatum ſit per ſe-
cundam, ſicut & Campeg. loco prædicto. quare admo-
nui in prioribus ſcriptis, attendendas non eſſe autho-
ritates eorum qui non diſputant, nec examinant quæ-
ſtionem, ſed perfunctoriè loquuntur, & dicit Socin.
iun. in conſil. 1. num. 143. volum. 1. quod ad faciendum
communem, non enumerantur Doctores qui perfun-
10 ctoriè loquuntur. † Pariſ. in conſil. 91. num. 49. volum.
3. Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 51. num. 4.
Cagnol. in l. nemo poteſt, num. 10. ff. de regul. iur. & di-
cit Iaſ. in conſil. 151. colum. 3. volum. 4. non eſſe atten-
dendum, quod Doctores dicunt in diſcurſu. ſequitur
Neuia. Silua nupt. lib. 5. nu. 29. Menoch. conſi. 93. nu.
49. Becius, conſi. 20. in fine. & certè vel deſtrui debet
ſententia illa, quæ tamen eſt communis, & ab omni-
bus recepta, quod femina concurrat cum maſculo,
quando vocatur ſicut maſculus; vel hęc quoque eſt re-
cipienda, quia dictiones, tam, & quam, plus operan-
tur quam dictio, ſicut, nam ſicut, dictio, ſolam ſignifi-
cat ſimilitudinem.

Quod autem dictio, ſicut, omnimodam importet
ſimilitudinem, dictiones vero tam, & quam, includāt
per comparationem caſum magis dubitabilem, cum
minus dubio eſt falſum, quia non minus dictiones,
tam & quam, inducunt omnimodam ſimilitudinem,
quam dictio, ſicut, & vtroque caſu ſit æquiparatio
vnius cum alio caſu, & ſi quis eſt in æquiparatione
exceſſus, is eſt in dictionibus tam, & quam, vt quæ
magis propensè, & enixè animum loquentis expri-
munt, & maiorem emphaſim oſtendunt, ac magis
deliberatam voluntatem. & nullibi reperitur quod
dictio, ſicut, importet maiorem ſimilitudinem, quam
illæ dictiones, & eſſent ad hoc alleganda iura, aliàs
dicto non creditur, l. illam, Cod. de collation. imo di-
xi ſupra, quod in propoſito dictio, tam, debet opera-
ri reſpectu temporis, ſicuti dictio, minus, operatur in
oppoſito: nam tam, dictio, eſt poſitiuū dictionis, plus,
vel minus, vnde ſicuti comparatiuum ſignificat tem-
pus, ita & poſitiuum: quia nihil habet comparatiuum
reſpectu naturæ, quod non ſit in poſitiuo, gloſſ. in l.
iubere, ff. de iuriſdict. omn. iudic. vbi quòd compara-
11 tiuum retinet naturam poſitiui. † & dicit Bartol. in l.
cum filius, §. pater, ff. de leg. 2. quod natura compara-
tiui eſt relinquere formam poſitiui in extremo. Iaſ. in
l. ſtipulationum quædam, num. 2. ff. de verbor. obligat.
vnde quoad id de quo quærimus, dictiones, tam, &
quam, plus important quam dictio, ſicut, quia dictiō-
nes, tam, & quam, ſui natura tempus ſignificant, quòd
non facit dictio, ſicut; & quamuis includant caſum,
vel perſonam magis dubitabilem, tamen per hoc non
eſt reſtricta earum natura, ſed incluſio eſt generalis, &
vniformis, & lata.

Ille vero intellectus qui ponitur, quod incluſio fe-
minarum ſit reſpectu domini, non autem reſpectu ma
ſculorum, præterquam quod eſt diuinatiuus, repu-
gnat etiam rationi: quia reſpectu domini non opus
erat dicere, tam, & quam, ſed ſat erat vocare femi-
nas copulatiuè. Rurſus, dictio, ſicut, feminas inclu-
dit, non ſolum reſpectu domini, ſed etiam reſpectu
maſculorum, ergo & dictiones, tam, & quam, quæ ſe-
cundum ſupradicta fortius exprimunt, & ſtrictius li-
gant quam ſimplex illa dictio, ſicut. Rurſus, excluſio
domini venit in conſequentiam, per incluſionem tam
feminarum quam maſculorum, & non venit in conſi-
derationem, ſed agitur principaliter de ſucceſſione, &
ad eam verba diriguntur, vnde ad eundem finem cen-
ſentur poſita.

Rurſus, eadem determinatio debet æqualiter de-
terminare, l. iam hoc iure, ff. de vulgar. cum ſimilibus.
& hoc ſtante, ceſſat argumentum quo dicitur ſufficere
quod procedat ſimilitudo in eo cuius reſpectu facta
eſt: nam fuit negatum, inductam eſſe ſimilitudinem
reſpectu ſolius Domini, quinimo argumentum retor-
quetur: quia ſimilitudo facta eſt reſpectu ſucceſſio-
nis, quia receptum eſt feudum pro hæredibus tam
maſculis quam feminis, quæ verba non niſi ad ſucceſ-
ſionem referri poſſunt, ergo dum agitur de ſucceden
do, exęquata eſt feminarum, & maſculorum conditio.
Quod verò dicitur à ſubiecta materia receſſum non
videri, niſi verba id contineant, neceſſario animad-
uerſione dignum eſt, nam ſubiecta materia feminam
non admittebat; in hoc autem ab ea fuit expreſſis ver
bis receſſum, quando femina fuit vocata, an verò vo-
cata eſſet eodem, vel diuerſo tempore cum maſculo;
hoc non eſt ſecundum ſubiectam materiam, ſed iuris
reſpicit rigorem, vt dicunt Bald. Aluar. Præpoſ. & alij,
in c. quin etiam. & id reperitur ſolum deciſum, quan-
do femina vocatur per copulam: ab hoc autem rigo-
re recedimus, quādocunque verba ſunt magis enixa.
aliud igitur eſt, quod femina non admittatur in feu-
do, aliud verò quod vocata ſuccedat ſolum poſt ma-
ſculos: primum enim eſt ſecūdum naturam feudi, quæ
eſt, quod ſoli maſculi ſuccedant: ſecundum autē quod
feminæ ſuccedant poſt maſculos, non eſt ſecundum
naturam, nec de naturalibus feudi, propterea vbi di-
ctum eſt, quòd feminæ ſuccedant cum maſculis, vel ſi-
cut maſculi, tunc feudorum natura non efficit quod
minus ſimultaneè admittantur feminæ: & ſicuti ſu-
biecta materia non impedit in dictis caſibus, non etiā
impediet quando tam feminæ quam maſculi ſunt vo-
catæ; & longe minus feudorum naturæ repugnat ſi-
multanea feminæ vocatio, quando pro feminis quo-
que cantat cōceſſio, quam ipſa abſoluta vocatio: nam
vbi femina ad feudum vocatur, læditur feudi natura,
quæ ſolos maſculos admittit; quando verò feudum
eſt pro femina conceſſum, tunc ſi ſimultaneè vocatur,
læditur non natura, aut ſubſtantia feudi, ſed eius qua-
litates, & accidentia: repræſentatur enim ſucceſſio
quæ erat differenda, & nunc admittitur quæ tardius
ſuccedere debebat: facilius autem admittitur in qua-
litate, & accidentibus præſumptio, vel probatio,
quam in ſubſtantia. argumento eorum quæ ponunt
Angel. & Alexand. in l. ſi certis annis, Cod. de pact. di-
xi in conſil. 168. num. 7. Facit, quod dixi ſupra, in du-
bio pronunciandum eſſe pro femina, quando fuit vo-
cata, ſed dubitatur an ſimul cum maſculis vel ordine
ſucceſſiuo ſit admittenda, ſed contra eam eſſe pronun
ciandum, quando dubitatur an ſit in inueſtitura com-
prehenſa: id quod confirmatur, quia vbi femina ad-
mittitur iudicatur diſpoſitio fauorabilis, vt quæ nos
12 reducit ad ius commune. † Iſern. in capit. 1. §. hoc
quoque, in princip. de his qui feu. dar. poſſ. Gozad.
conſil. 8. num. 27. Afflict. in cap. 1. §. filia verò, num. 6.
de ſucceſſ. feudi, vbi ait, quod conſtitutio feminam
admittens ad feudum, eſt gratioſa. Lofred. in cap. 1.
colum. 16. in verſic. & non omitto, quod dum Afflict.
Imperat. Lotar. Ruin. conſi. 15. num. 3. volum. 1. vbi ait,
reſtringenda eſſe iura feudalia quæ feminam exclu-
dunt, poſt Soc. conſil. 257. col. 3. verſ. & eſt fundata iſta
concluſio, col. 2. Ruin. in conſi. 23. num. 43. vol. 1. vbi di-
cit fauorabilem eſſe diſpoſitionem quæ nos eximit à
rigore feudalium conſuetudinum, & reducit ad ius
commune. Becius conſi. 30. nu. 1. col. 2. in princ. Cæph.
conſi. 641. nu. 43. præcipuè autem id obtinere debet,
quādo admittitur femina non extantibus in pari gra-
du maſculis, per ea quę ponit Molin. de primogen. Hi-
ſpa. lib. 3. cap. 4. num. 15.

Nec

Digitized by Google

Nec ad caſum noſtrum pertinet ſimile adductum
de ſtatuto ſororem eacludente ſtantibus fratribus,
quod de ſucceſſione inter ipſos fratres nihil diſpo-
nit,ſed ſolum de ſororis eacluſione,qua ratione vtrin
13 que coniunctus vterinum † eacludit. Ruin.conſil.28.
num.18.volum.3. Gabriel.conſi.6.colum.2. volum.5.
Mazzol.conſil.23.num.64. Cæphal.conſil.623.nume.
20.Decian.conſil.16.nume.33.& 51. volum.1. nam ibi
principalis eſt ſtatuti intentio, feminam excludere,
non autem aliquid ſtatuete circa ordinem ſucceden-
di,vt prædicti Doctores conſiderant, præcipuè Gabr.
colum.3. nume.4. verſic. nam quod principalis. pro-
pterea non mirum, ſi ea regula ſuccedendi inter v-
trinque coniunctum, & conſanguineum remanet in-
tacta, ſecus eſt in inueſtitura in qua non agitur prin-
cipaliter de excludendo Dominum, ſed de modo, &
forma ſecundum quam deſcendètes ab inueſtito de-
bent in feudo ſuccedere: quocirca, norma ſucceſſio-
nis attenditur quæ fuit præſcripta in inueſtitura, cu-
ius tenor principaliter eſt attendendus, vt ſunt iura
vulgata, argumentum igitur prædictum præpollerat
ordinem, & patitur retorquutionem,quia in caſu no-
ſtro principaliter agitur de ſucceſſione.

Sic non repugnat quod etiam in allodialibus vix
vnus ea mille feminas non excludit, maſculis ſtanti-
bus, ideo qui ſtipulatur feudum pro maſculis, & fe-
minis, non videtur feminas eodem tempore vocare:
nam ſi hoc hodie verum eſſet,non tamen poſſet infer-
ri ad tempus inueſtituræ de qua agimus, potuit enim
tunc aliud ſeruari quam nunc,& tamen illius tempo-
ris conſuetudo erat probanda, quia fundās ſe in tem
pore, tenetur illud probare præciſè, gloſ. in l.eum a-
14 ctum, vbi † Bartol. ff.de nego. geſt. Iaſ.in Rubr. C.qui
admitti,nume.7.Dec.in cap.in præſentia,nume.13.de
probatio.& Ruin.conſi.88.nume.12. volum.3.inquit,
non ſufficere, quòd probetur communis loquendi v-
ſus, niſi etiam probetur quod vigebat tempore factæ
diſpoſitionis. Menoch.in conſi.266. num.63.vbi alle-
gat Dec. & alios, & vult, quod ſi allegatur ad decla-
rationem teſtamenti, probetur viguiſſe tempore quo
fuit conditum teſtamentum. Simon de interpret. vlt.
volunt. lib.1. interpret. 3. dubitat.3. ſolut.11. nume.3.
Cardin. Mantica,de coniect. vltim.volunt. lib.1. tit.8.
nume.6. Reſpondeo etiam,quod inueſtitura non de-
terminatur ab eo quod homines ſuccedere ſolent ab
inteſtato, vel etiam teſtando: ſi enim illud attende-
remus, quod eſt commune votum hominum, ſemper
feminæ etiam non vocatæ ſuccederent, vbi maſculi
non extant. Præterea, vbi feminæ ſunt vocatæ, illæ
nunquam excluderentur à patruis aut à patruelibus,
aut ab alijs maſculis remotioribus, quia nemo eſt,
qui non præferat ea communi voto filiam domino,
& qui non præferat filias ſuis fratribus, & alijs om-
nibus, exceptis filijs: & tamen vbi vocatur ordine ſuc
ceſſiuo, aliud eſt, quia ſucceſſio non deferrur in feu-
dis, iuxta commune vaſallorum votum, nec attendi-
tur eorum voluntas.

A ſequuta obſeruantia deſumi non poteſt argu-
mentum, niſi contra Dominos Actores, quia mortuo
Comite Nicolao Scarampo, eiuſque filio maſculo,
ſucceſſit Dom. Franc. Maria Nicolai filia, & quadra-
ginta annis poſſedit feuda hæc, & in eodem feudo
Cairi, & alijs quatenus recognoſcitur à Monteferra-
to, mater Comitum Nicolai, & Ludouici excluſit a-
gnatos, vt videri poteſt ex conſilijs Curt.iun. Iaſ.Soc.
Campeg. & aliorum in ea cauſa compilatorum. Rur-
ſus non apparet quod caſus venerit in quo femina
potuerit huiuſmodi in feudis ſuccedere, quòd ſi non
venit, fruſtra allegatur quod nunquam feminæ ſuc-
ceſſerint. Io.And.ad Spec.in Rubr. de feud. vbi quòd
dominus non perdit ius eaigendi ſeruitia quamuis
15 multo tempore non excgerit ſi non † indigebat. Bar-
tol.in l. in filijs, Cod.de Decurioni.lib.10.Abb.in cap.
ad audientiam, colum.fina. vbi etiam Imola, de præ-
ſcriptio. & in cap. Abbate, in fine, de verbo.ſignificat.
Demum potuit femina non ſucceſſiſſe alia ratione,
quam quod in inueſtitura nó fuerit vocata, puta, quia
renunciauerit, vel quia partem habuerit in pecunia,
vel ea alijs cauſis.

Poſtremo non obeſt ſententia, quæ dicitur lata in
cauſa Pruneti, & Leuicis, quia non apparet de ea, &
ſuper dictis feudis contrarium latè cóſuluit Purpur.
in conſil. 367. per totum, ad fauorem feminæ, & ad-
huc per feminas, ſeu deſcendentes à feminis poſſiden
tur, & vbi etiam de ea conſtaret, potuit eſſe fundata
ſuper alijs quæ hic non concurrunt, & ſi quando exem
plis eſt iudicandum, debent exempla conuenire per
16 omnia, † vt per Menoch.conſil.2.nume.209. & multa
poſſunt in facto concurrere quæ ſententiam variabūt,
& in caſu noſtro feuda ſunt emptitia, & fuerunt reco-
gnita à Principe qui in eis nullum ius habebat, ideo
facillimum factu eſt, quod caſus fuerit diſpar, & à no
ſtro differens, & ex his meo iudicio prima ſuſtinetur
opinio, quod cum feūda hæc fuerint conceſſa pro hæ-
redibus tam feminis, quam maſculis, admittatur fe-
mina per concurſum cum maſculis, præcipuè cum fue
rint empta, & non gratis conceſſa.

Secundam aggredior quæſtionem, in qua dicitur
feuda hęc fuiſſe potius in Mediolani Ducem à vaſallis
tranſlata, quam fuerint ab ipſo Duce in vaſallum col-
lata, quia cum antea eſſent apud alios Dom. Ge-
nuenſes nempe, & Marchionem Montisferrati, va-
ſalli prædicti deficientes ab illis, ſe & feuda Mediola-
ni Duci per recognitionem ſubiecerunt, atque ita ius
in eum tranſtulerunt, & mediante recognitione præ-
dicta, acquiſiuerunt ea feuda. hoc autem caſu veniunt
17 feminæ ſi non ſint expreſsè vocatæ. † Garzon. d. tra-
ctat.in 37. limitat. & quando ſunt expreſsè vocatæ,
veniunt cum maſculis eodem tempore. Garzon. in 6.
ampliat. in fine, & quia duæ ſunt propoſitiones: pri-
ma, quod in tali feudo ſi femina non eſt eapreſsè vo-
cata, venit tamen & intelligitur vocata: ſecunda eſt,
quod ſi eſt vocata expreſsè, ſuccedit ſimul cum ma-
ſculis, ſtante natura feudi, vtraque ab Aduerſarijs
impugnatur, quocirca vtraque nobis defendenda pro
ponitur.

Quod attinet ad primam, ea ſatis euidenter reſul-
tat ea deductis per me in prioribus ſcriptis, & ex his
quæ ſupra hoc eodem loco tetigi: quia vbicunque feu-
dum non eſt proprium & rectum, femina ſuccedit, ex
quo diſpoſitio feudalis eſt exorbitans, & repugnat
proprietati verborū, & diſpoſitioni iuris ciuilis, qui-
bus appellatione hæredum venit femina ſicut maſcu-
lus. Vnde dicunt Doctores, quod in feudo empto fe-
18 mina ſuccedit, quia non eſt proprium feudum. † ita te
nuerunt Odofred. Bald. Rom. Alex. Iaſ. Dec. Soc. Iſern.
Rnin. Pariſ. Alciat. Roland. Becius, Decian. Menoch.
Berret. & Rimin. quos citaui in primis ſcriptis, verſic.
reſpondeo etiam quod feudum. idem voluerunt Affl.
Curt.iun. & Natta, quos citat & ſequitur Gail.lib.2.
Practic. obſeru.159. vbi dicit communem, & ſic iudi-
catum atque obſeruatum in Camera Imperiali, & ad-
mittit Garzon.in 6.limit.magis placere multis. Gne-
rin. Piſo de feud.titul.an & quando femin. in 6. limi-
tat. folio 158. & aliquando infinitos citani autho-
tes quos ſciens omitto. ſic in feudo improprio, & con-
ditionato admittatur femina, etiam ſi nó ſit de ea ea-
19 preſsè dictum, vt in feudo cenſuali † dixerunt Cuma.
in

in conſ.164.col.fin.verſ.circa ſecundum.Roman.con-
ſil.367.nu.12. Socin.conſi.257.colum.2.verſi.aliquan-
do,& tertio, volum.2.Corneus conſi.16. volum.1.Iaſ.
conſi.156.num.12.& ſeqq.volum.2. Dec.conſi.32. nu.
4.conſi.424.nu.14.Rimin.ſen.conſ.305.nu.23.Afflict.
deciſ.320.Georg. Natta, d.c.quamuis, nu.354. Cam-
peg.in tract.dot.par.5. quæſt.42. verſic.adde aliquas,
Ruin.conſi.24.num.27.in 1.volum.Pariſ.conſi.4. num.
14. in 1.volum. Gozad.conſi.56. num.18. Siluan.con-
ſil.3.num.55.Grat.conſi.9.num.154.in 1.vol.Clarus §.
feud.quæſt.73.num.8.Bolognet.conſi.5.nu.46. Rolan.
conſi.23.num.12.vol.1.Cæph.in conſ.361.nu.12.conſ.
389.nu.18. Iul.Ferret.de bellic.ſignis,num.24. Petrus
Greg.Syntagm.vniuerſ.iur.lib.6.cap.12.num.5.idem
in feudo franco voluerunt multi apud Curt. iun. in
tract.feud.in 3.par.in princ.in 3.limitat.num.5.Ruin.
conſil.18.nu.13.& ſeq.volum.1.Pariſ.conſil.12.nu.27.
& ſeq.vol.1.Natta conſil.507.num.11. & ſeq.Cæphal.
conſi.151.nu.25.Decian.conſi.58.nu.48.volum.2.Rot.
deciſ.41.num.2.in 1.par.in nouiſſim.Garzon.d.limit.
3.& in feudo improprio,eſt text.in d.cap.ſi cui militi,
de quo ſupra latè dictum eſt, quando autem feudum
eſt pecunia emptum,vel aliter quam per gratiam cõ-
20 paratum , dicitur improprium , & non rectum , † ſe-
cundum Bal.in l.ſi quam,C.de oper.libert.Iaſ.in præ-
lud.feud.num.9.Seiſell.de feudis, tit.feudum quando
dicatur priuilegium , verſic. licet autem feudum, fol.
47.Zaſ.de feud.par.12.de feud.degener.concluſ.3.fol.
213. vbi dicit, quod etſi precium non ſit contra feudi
ſubſtantiam, eſt tamen contra ejus naturam , & ideo
feudum emptum non eſt rectum nec proprium.Capic.
in ſua inueſtitura,in tit.feudorum genera,in verſi. ca-
rens propria feud. natura, vbi dicit, quod feudum ef-
ficitur improprium quando aliquid continet quod eſt
contra regularem feudi naturam . Thom. Marin. de
feud.lib.1.tit.19.num.4.& tit.21.nu.1. vbi ponit quid
ſit feudum degenerans , & non habens propriam na-
turam. Eodem modo erit improprium , & degenerãs
feudum , quod à Duce Mediolani non fuit ex gratia ,
ſeu donatione,ſeu beneuolentia cõceſſum, qualia hæc
ſunt de quibus agimus : quæ cum per Dominos Sca-
rampos conſueuiſſent recognoſci vel à Genuenſi Re-
publica , vel à Marchione Montisferrati , fuerunt per
eoſdem vaſallos in Ducem Mediolani tranſlata me-
diante recognitione quam fecerunt , & per quam re-
cognitionem videntur rem propriam Duci Mediola-
ni dediſſe , & ab eo poſtea in feudum accepiſſe,vt per
Bart. in l.ſi rem aliquam, ff.de acquir.poſſeſſ.vbi Alex.
& Ripa,num.25.Alexan.conſi.69. num.6. vol.5. Ang.
in l.qui rem propriam,C.locati,Guid.Pap.quæſt.272.
num.2.verſic.ſi autem perſona . & facit quod dicimus
de ſeruo colono conductore,& alijs,qui ſi rem à tertio
recognoſcant, vel illi poſſeſſionem tradant , dicuntur
verum dominum priuare ſua poſſeſſione, & alium cõ-
21 ſtituere poſſeſſorem , † l. 3. §. in amittenda , in verſic.
quod ſi ſeruus , ff. de acquir. poſſeſſ. l. peregre, §. qui-
bus,l.colonus,ff.de vi,& vi armata.Soc.in d.§.in amit-
tenda,num.9.& ibi Iaſ.num.8. Socin.in conſi.82.con-
cluſ.5.vol.3. quia cum domini poſſeſſio requieſcat ſu-
per poſſeſſione coloni, & aliorum, tunc ſi poſſeſſio in-
teruertatur , dominus illam amittit, vt per Doctores
prædictos,Bero.conſ.42.num.23. volum.3. Capic.de-
ciſ.57.nu.3.& quamuis in his qui detinent, & nõ poſ-
ſident nomine proprio,requiratur vera traditio,& ad
priuandum Dominum ſua poſſeſſione,non ſufficiat fi-
ctè illam alij tradere,vt per gloſſ.Alexan.& alios,in l.
quamuis,§.ſi conductor,ff.de acq.poſſeſſ.tamen quan-
do ſumus in eo qui naturaliter poſſidet, tunc etiam
per fictam traditionẽ dominos priuatur,& alius con-
22 ſtituitur poſſeſſor,† vt in l.interdum,§.fin. vbi Bart.&
alij,ff.de acquir.poſſeſſ.vbi etiam Din.Imol. Caſtren.
Alexand. Aret. & Claud. Aquenſ. Bero. qui dicit ma-
gis communem,d.conſ.42.nu.28.& ideo colonus per-
petuus qui dicitur habere poſſeſſionem , poteſt fictè
tradendo,vel alium dominum recognoſcendo priua-
re priorem dominum ſua poſſeſſione, ſicuti etiam po-
teſt emphyteuta, Angel.in l.quamuis,§.2.verſic.poſſi-
det autem,ff.de acquir. poſſeſſ.vbi etiam Cuman.ver-
ſic.& ex illa gloſſ.& Alexan.colum.2. verſic.limitatur
ergo ille textus, num.5. qui tamen legit cum l.ſi colo-
nus,§.1.Tiraquel.de conſtitut. poſſeſſ.par.3. limit.14.
nume.11.& ſequen.vbi idem omnino dicit de emphy-
teuta, & ratio eſt,quia emphyteuta naturaliter poſſi-
23 det. † Bart. & alij, in l.3.§.ex contrario, ff. de acquir.
poſſeſſ.Doctores,in l.1. ff.eod.vbi Ripa nu.35. Iaſ.in l.
naturaliter,in princip.num.15. ff.eod. Menoch.de re-
tinen.poſſeſ.rem.3. num.85. ergo idem erit in vaſallo
qui non minus iuris habet in re feudali quam emphy-
teuta in re emphyteutica,& valet argumentũ à feudo
24 ad emphyteuſim.† Specula. titul.de feud.§.quoniam,
verſic.quadrageſimo.Socin.in conſil.167. num.22. vo-
lum. 2. præcipuè quando regulis iuris ciuilis deciſio
firmatur.Latè Euerard.loco 12.per totum. Vallaſc.de
iur.emphyteut.quæſt.38.in fine,& vaſallus dicitur ha-
bere vtile dominium , propter quod competit ei rei
25 vendicatio.† cap.1.§.1. de inueſtitu.de re alien. facta,
& dicitur naturaliter poſſidere , vt per Doctores in d.
l.naturaliter,vbi Ioan.Annib.num.170. & poſt Egui-
nar.Baro,ponit Menoch.de recuper.poſſeſſ. Remed.1.
num.90.& ſequen.hoc etiam voluerunt Ioan. Fab. Io.
de Plat.& Ruin.quos citat,& ſequitur Menoch.de re-
tin.poſſeſ.d.remed.3.num.81.& ſequen.Cum ergo ea-
dem ſit ratio in vaſallo,quæ in emphyteuta,& in colo-
no ad lõgum tempus , debet poſſe vaſallus Dominum
priuare,poſſeſſionem verè vel fictè alij tradendo, ſicu-
ti poſſunt emphyteuta , & colonus ; quare feuda hæc
verè dici poterit Ducem Mediolani habuiſſe à Scarã-
pis,non autem Scarampos à Duce Mediolani.quãdo-
cunque autem feudum non deſcendit à gratioſa Do-
mini collatione,tunc eſt improprium , & non rectum,
vt per Iaſ.Claud.& Zaſ.ſupra citatos;& conſequenter
ſi femina non eſſet expreſſe nominata , ſuccederet ta-
men ex natura feudi , ſicuti non nominata ſuccedit in
feudo empto,in feudo conditionato,& ex quauis alia
cauſa impropria,quia improprietas ipſa eſt cauſa ad-
mittendi feminam;nec conſideramus,quòd ex vna po
tius quam ex alia ratione ſit improprium , ſed quo-
cunque modo, & quacunque ratione improprium ſit,
femina recipitur.

Altera propoſitio eſt , quod in feudo improprio ſi
femina ſit expreſsè vocata , ſuccedit ſimul , & eodem
26 tempore cum maſculo, † vt expreſsè dicit Bald. in
cap.1.§.quinetiam,num.1. titul. Epiſcop. vel Abb.vbi
dicit, regulam dicti text. procedere ſolum in feudo
recto, & proprio ; at in feudo improprio, feminam
vocatam per copulam ſuccedere contemporaneè cum
maſculo , idem voluerunt ibi Martin. Laũd. Aluar.
Præpoſ. Socin. Corneus , Alexand. Iaſ. Dec. Gozad.
Ruin. Pariſ. Thom. Marin. Cæphal. & Sola , quos
ſupra citaui in verſicu. confirmatur quia feuda , &
Garzon. dict. ampliat. 6. in fine, vbi addit Pariſ. &
Menoch. & quinimo , quando feudum eſt impro-
prium, vt cenſuale , tunc poſt Iacob. Beluiſ. Bald. &
innumeros alios , quos citat Menoch. in conſil. 65.
numero 12. voluit, quod femina etiam non expreſ-
sè vocata , ſuccedat cum maſculis ſimultaneè , quòd
tamen nunc non expedit examinare , & ratio eſt :
quia ſi femina non vocata venit ad ſucceſſionem ex
natura

Digitized by Google

natura feudi, expreſſio debet aliquid operari: ſed me
lior eſt ratio, quia ſecundum verborum proprieta-
tem, & iuris cōmunis diſpoſitionem, ſub nomine hæ
redum femina venit ſicut maſculus, & quamuis rigor
feudorum verba impropriãdo feminas excludat, ſtã-
tibus maſculis, hic tamen rigor ceſſat, quando feudũ
non eſt proprium, & ſublato iuris feudalis rigore, re-
manet res in diſpoſitione iuris communis, & tanquã
ſi non ageremus de feudo, ſed de re merè allodiali.
huic autem rationi meo iudicio replicari nō poteſt:
quia obex qui feminæ obiectus reſiſtebat remanet
ſublatus, & iuris communis diſpoſitio remanet in
ſuo robore incorrecta, vnde femina pariter cum ma-
ſculo admittitur. & quamuis Doctores multa dicãt
ad ſuſpendendum, & differẽdum feminæ ſucceſſionẽ,
quando femina non eſt vocata, & præſtatur fidelita-
tis iuramentum, & remanent ſeruitia quæ per femi-
nam non poſſunt æquè, ac per maſculum præſtari, ta-
men ceſſant omnia quando femina expreſsè fuit vo-
cata: quia tunc diſpenſatum cum ipſa videtur, vt vel
27 ſeruitia non præſtet, vel per ſubſtitutum † præſtet.
Spec. in tit. de feud. §. 1. verſic. vigeſimoprimo. Pariſ. in
conſi. 12. num. 27. & 33. vol. 1. Corneus conſi. 16. col. 3.
vol. 1. Purpur. conſi. 325. num. 26. Cæphal. conſi. 1. nu.
17. Rimin. alios citans conſi. 556. nu. 7. conſi. 780. nu.
29. & 75. Burſat. conſ. 85. nu. 26. Marcobrun. conſi. 23.
nu. 109. Becius conſi. 30. num. 7. Camerar. cap. Impe-
rialem, fol. 651. & perinde eſt, ac ſi expreſsè dictum
eſſet, ſeruitia non eſſe præſtanda, vel per ſubſtitutum
præſtanda: quia qui vult vnum, & qui concedit vnũ,
cenſetur omnia velle, & concedere ſine quibus illud
non poteſt expediri, c. cum quid, de reg. iur. in ſexto.
eſſet enim inutilis feminæ vocatio, niſi ſublata eſſent
omnia quæ feminam ſolẽt repellere. His duabus pro-
poſitionibus firmatis, ſupereſt, vt quæ in contrarium
obiecta ſunt, euellantur.

Primam propoſitionem pars aduerſa impugnat,
negando quod in feudo ſic vt ſupra recognito femi-
na etiã non nominata eſſet ſucceſſura, ſed non aduer-
tit ad id quod ſupra dictum eſt, feuda emptitia eſſe,
qua ratione ſola ſuccederet femina: ſed ea circũſcri-
pta, dicit non inuenire quod femina ſuccedat in feu-
do recognito, vt ſupra, & in contrarium allegat Zuc-
car. conſ. 7. nu. 28. qui vult, quod feudum recognitum,
cenſeatur nihilominus verum feudum, tanquam ſi
proueniret ex mera inueſtientis liberalitate, idque
duabus rationibus confirmat. Prima, quia non at-
tenditur præcedens donatio rei propriæ facta à va-
ſallo, quia infeudatio ſequens non iudicatur reſpe-
ctiua, nec facta intuitu præcedentis donat. ſed abſo-
luta, & liberalis conceſſio. Sed Zuccar. loquitur con-
tra omnia iura mundi, quę volunt, quod vbi duo con-
tractus fiunt eodem tempore, vel incontinenti vnus
poſt alium, intelligantur, & ſint correſpectiui, cen-
28 ſeatur vnus contemplatione alterius celebratus, † l.
ſi ventri, §. fi. ff. de priuileg. credit. Bart. conſi. 161. Pro-
ponitur quòd ſyndicus, vol. 1. Bald. in l. petens, nu. 49.
C. de pact. vbi quod vnus reputatur contractus vnico
conſenſu expeditus. Decius in conſil. 245. & pro om-
nibus ſufficiat Becius in conſil. 91. num. 6. & ſequen.
vbi ad confirmationem huius concluſionis infinitos
citat. addo Albam in conſi. 70. nu. 11. Crauet. in con-
ſil. 298. nume. 13. ego alios addidi conſi. 217. nu. 7. &
ſeqq. & nō eundo per mendicata ſuffragia, habemus
in terminis deciſionem Gozad. in conſi. 9. nu. 56. qui
vult, quod vbi quis rem propriam in alium trãſfert,
eamque inde in feudum recognoſcit, tunc pręcedens
donatio, ſeu tranſlatio cenſetur facta intuitu ſequen-
tis inueſtituræ, & inueſtitura intelligitur facta pro
remuneratione donationis, & conſequenter ſecundũ
eum femina in tali feudo ſuccedit: & præmit argu-
mentum, quia ſi vaſallus alia bona dediſſet, nonne
feudum cenſeretur conceſſum in remunerationem?
certe ſic, multo magis cenſeri debet remuneratio
quando in feudum conceduntur illamet bona quæ
fuerunt à vaſallo donata. idem voluit Alciat. in con-
ſil. 162. num. 14. vbi dicit, quod tali caſu perinde eſt,
ac ſi vaſallus tranſtuliſſet in dominum directum do-
minium, ſeruato ſibi vtili, quod ideo tranſit ad femi-
nam ſicuti tranſiret ſi non fuiſſet à domino recogni-
tum, & ſubdit expreſsè, quòd tunc feudum non pro-
cedit ea liberalitate domini, ſed ea neceſſitate, & con
ſequenter non retinet propriam feudi naturam, ſed
dicitur improprium, ſicut illi qui ſe alicui domino
ſuppoſuerunt ſub certis pactis, & capitulis, non di-
cuntur propriè ſubditi, ſed ſecundum quid, & quoad
29 aliqua tũ, † vt per Bart. in conſi. 59. Cōmune Spoleti,
vol. 1. Anch. conſi. 437. Soc. conſi. 74. col. 3. vol. 1. Crau.
conſi. 241. nu. 17. in fi. verſi. rurſus illa ſubmiſſio. Iatius
in conſi. 905. nu. 1. vbi addit Gemin. Caſtr. Dec. Soc.
iun. & alios. Natta in conſ. 301. nu. 2. & ad deſtructio-
nem eius, ꝙ Zuccar. adducit ſufficiunt prædicta, nam
non eſt pura donatio, quando fit ex præcedenti con-
uentione, ſed neceſſaria, & non procedit à liberalita-
te, ſed ab obligatione præcedenti, & dicitur donatio
30 ob cauſam, † l. 1. vbi Bart. ff. de donat. Bart. in l. filiuſ-
familias, in 2. oppoſ. ff. eod. & ideo non inſinuatur, &
non ſubijcitur ijs oneribus, quibus vera donatio ſu-
biacere ſolet, vt latè probat Natta in conſ. 609. nu. 7.
& ſeqq. probaui alijs exemplis in tract. de alimen.
tit. 1. q. 48. nu. 21. & ſeq. vbi dixi non reuocari propter
ingratitudinem, nec ob alimenta denegata. Becius
conſi. 58. nu. 15. vbi infert, quod reuocatur cauſa non
ſecuta, & in tantum hoc verum eſt, quod vbi cauſa
præceſſit, donatio non reputatur ſimplex, quamuis
31 partes dicant purè, liberè, & ſimpliciter † donatum
fuiſſe. Dec. in conſi. 339. col. 2. in l. ſi donatione, nu. 24.
C. de collat. Becius conſil. 20. num. 21. quando igitur
feudum ex præcedenti conuentione conceditur, tunc
non dicitur gratioſum, nec à liberalitate conceden-
tis deſcẽdit; nec dicitur ſimplex donatio, ſed ex cau-
ſa, propterea remanet improprium, vt dicunt in pro-
poſito noſtro Alciat. & Gozad. in conſilijs ſupra re-
latis, & ſecundum eorũ conſilia iudicatum fuit: quia
Sereniſs. Duciſſa Mantuæ Domina mea, fuit Impe-
riali decreto miſſa in poſſeſſionem Ducatus Montiſ-
ferrati. Et exemplum adductum à Zuccard. de feudo
nouo conceſſo iure antiqui, non nocet: quia non ne-
go feudum ſapere naturam quę fuit ſpecialiter adie-
cta in inueſtitura, vt ſi ſit emptum, tranſibit ad ſolos
32 maſculos, ſi pro ſolis maſculis ſit † conceſſum. Ho-
ſtienſ. Gofred. & Io. Andr. in c. Rainaldus de teſtam.
Abb. in conſil. 36. vol. 1. & alios citat Becius in conſi.
30. in fi. licet ſi conceſſum ſit indefinitè, tranſeat ad
feminas, ſed quando non extant in contrarium ali-
qua pacta, tunc non regulatur ſecundum feudi natu-
ram, ſi ſit improprium, & ideo cum feminæ concur-
ſus iure feudorum excludatur ſolum in feudo recto,
non obtinebit in improprio. Secunda ratio Zuccar-
di non eſt etiam bona, quia tenet, quod in feudo em-
pto, vel dato pro remuneratione, femina non ſucce-
dat, cuius tamen contrarium ſecundum communem
Doctorum ſententiam præualere ſupra demōſtraui.
Demum nos ſumus extra omnem controuerſiam,
quia feminæ ſunt expreſsè vocatæ, quod non erat in
caſu Zuccardi.

Nec monet, quod Domini Scarampi recogno-
ſcendo Duces Mediolani, non tranſtulerint in eos

dominium directum, quod ipſi non habebant, vt cõſiderat in ſimili Crau. in conſi. 507. nu. 4. & ſeq. quia reſpondeo pluribus modis. Primo, non referre quod fuerit traoſlatum domioium, vel tranſlata poſſeſſio, ſed ſufficere quod conceſſio feudi non fuerit prout verè non fuit gratioſa, & liberalis, tanquam facta intuitu recognitionis, & contemplatione ſubiectionis, eo enim quia Domini Scarampi ſe ſubiecerunt Ducibus Mediolani, fuerunt inueſtiti, vnde ſiue ſubiectio illa tranſtulerit dominium, ſiue non, ſemper infeudatio dicitur ob cauſam, & remuneratoria, nõ autem gratioſa, & procedens à mera liberalitate; certum eſt enim, quòd ſi non dominium, ſaltem poſſeſſio fuit tranſlata, vt probaui ſupra, & per recognitionem priuati fuere Genuenſes, & alij domini poſſeſſione, quam prius obtinebãt, & nemo ignorat cõ-
33 moda poſſeſſionis, & duodecim recitat † Ripa, in c. ſæpè, num. 2. de reſtitut. ſpol. alia enumerant Barb. Afflict. Dec. Bereng. Cotta, & alij citati à Conrard. in l. vnica, in prima ratio. decid. num. 31. & ſeqq. non mirum ergo, ſi propter multa ea cõmoda, conceſſum fuit feudum. Secundo reſpondeo, quod vbi dominiũ non ſit tranſlatum, ſaltem vigore poſſeſſionis conceſſæ, & tranſlatæ in Duces Mediolani, accedente poſtea longiſſimi temporis curſu, fuit præſcriptum, vt admittit Craue. d. conſi. 507. nu. 7. & 8. hæc autem præſcriptio cum non procedat, niſi mediante poſſeſſione, cap. ſine poſſeſſiooe, vbi notant omnes, de regul. iur. in 6. videtur Duces dominium ab ijs habuiſſe, qui poſſeſſionem dederunt: quia cauſa cauſæ, eſt
34 cauſa cauſati. † Bart. in l. 4. §. actor, ff. de re iudic. & dicit Iaſ. in l. quo minus, num. 17. ff. de flum. idem iudicandum eſſe de cauſa cauſante effectum, quòd de ipſo effectu. Tiraquel. in tract. ceſſan. cau. par. 3. limit. 20. num. 13. effectus enim omnis tribui ſolet cauſæ ſine qua non produceretur: quare etiam ſi admittamus per eam recognitionem non fuiſſe Duci Mediolani quæſitum dominium, ſtatim ad huc erit feudum improprium, quia non fuit ob ſolam liberalitatem conceſſum, ſed in remunerationem, quæ remuneratorio ſubſiſtit, & factum inde ſecutum, idest infeudationem, efficit neceſſariam, ſiue vaſalli dominium tranſtulerint, ſiue ſolam poſſeſſionem, ſiue præſcribẽdi occaſionem: ſed vbi nihil aliud tranſtuliſſent, hoc certè euitari non poteſt, quin ſeipſos, & feuda ſubiecerint, atque ita in Mediolani Ducem beneficium contulerint magna remuneratione dignum. Et quãuis Garzon. d. limitat. 37. loquatur, quando dominium eſt tranſlatum in dominum, vt quando vaſallus rem propriam, & liberam recognoſcit in feudũ, tamen vbi ex alia cauſa feudum non eſt proprium, vt quia fuerit ob merita conceſſum, vel quia deficiat gratia, & liberalitas, ſemper deſinit eſſe rectum, vt volunt Bald. Iaſ. Zaſ. & alij, quos ſupra citaui; quia ſat eſt, quod non fuerit conceſſum ob liberalitatem, quia ſemper eſt improprium, & perdit regularem feudi naturam, & conſequenter feminam admittit, atque ita prima propoſitio à nobis allata remanet bene defenſa aduerſus impugnationes.

Secundam propoſitionem quæ eſt quod vbi feudum eſt improprium, & non rectum, femina quæ eſt expreſſe vocata, admittitur ſimul cum maſculis, probaui ſupra in verſic. confirmatur, & in verſi. altera propoſitio, ſed eam impugnat Aduerſarius tam quam authoritate, & ratione deſtitutam, in quo quã hallucinetur, facilè perſpici poteſt ex prædictis: nam Bald. in §. quinetiam, vult diſpoſitionẽ illius textus ceſſare, quando feudum non eſt rectum, nec proprium, allegat Iacob. Beluiſ. & ponit rationem: quia à natura verborum non eſt recedendum, niſi in caſu expreſſo in iure; ſed in iure non reperitur feminam expreſsè vocatam, excludi ſtantibus maſculis, niſi vbi feudum eſt proprium rectum, vbi autem eſt improprium, tunc non reperitur eam excludi. propterea quod correctum non eſt, ſtare nõ prohibetur, l. præcipimus, C. de appellat. ecce ergo, quod pro hac propoſitione extat, & authoritas Iac. Beluiſ. & Bald. & ratio eſt palpabilis, & idipſum repetit Aluar. ibi, col. ſecunda, verſic. nota quòd femina, vbi ait id fieri propter naturam verborum, & mentem contrahentium, & allegat textum, in cap. ſi cui militi, ſubdens §. quinetiam, reſtringi ad caſum ſuum. idem probarunt Lauden. & Præpoſ. & alij omnes, ſupra citati, qui concludunt in ſeudo improprio, & non recto feminam expreſsè, quamuis per copulam vocatam ſimul cum maſculo ſuccedere, vnde non deſino mirari tam apertam vocem, quod deſit authoritas, & ratio.

Ernon mouet, quod nominatio non debeat aliquid operari, ſed verba intelligenda ſint ſecundum naturam feudi: nam hoc verum eſt, quando feudum eſt proprium, & rectum, aliàs quando eſt improprium, intelligi debent ſecundum naturalem, & verum, ac proprium ſenſum, vt dicunt Iacob. Beluiſ. Bald. & alij ſupra citati. Præterea, vt ſupra etiam tetigi, vera ratio non eſt illa, quia nominatio debeat aliquid operari, ſed alia, quia ſcilicet cum non reperiatur iure feudorum aliter diſpoſitum, attendere debemus verborum naturam, & partium mentem, quæ eſt ſecundum ius commune, quod femina ſuccedat ſimul cum maſculo. & quamuis in feudis aliter legatur in §. quinetiam, tamen ille text. procedit ſolum in ſeudo recto, atque ita in toto iure feudali nihil eſt quòd feminam expreſsè vocatam in feudo improprio excludat ſtantibus maſculis, imo in cap. ſi cui militi, expreſsè admittitur, & non obſtat quod femina in feudo non ſuccedat, quia huic legi, pacto conuento derogatum fuit, atque ita duo quæ obſtant tolluntur: primum, ius feudi excludens feminas ſublatum fuit pacto: ſecundum, idest §. quinetiam, differens feminæ vocatæ ſucceſſionem in tempus deficientium maſculorum, non procedit in feudo improprio, ergo nihil omnino impedir ſimultaneam feminæ vocatę ſucceſſionem: ſtandum itaque eſt proprietati verborum, & iuri communi; huic autem rationi neminem vidi, qui ſatisfaciat, aut ſufficienter reſpondear, licet aliqui teneant, quod in feudo improprio femina non ſuccedat, & quamuis Berret. in conſil. 78. numero 19. dicat, etiam in ſeudo empto feminam vocatam ſuccedere deficientibus ſolum maſculis, tamen allegat ſolum §. quinetiam, & Doctores qui loquuntur quando femina non eſt vocata expreſsè, cum tamen ſupradictum ſit, textum prædictum loqui in ſeudo recto, & aliud ſit omnino quando femina eſt expreſsè vocata, & eius authoritas non debet præualere Beluiſ. Bald. Aluar. & alijs in contrarium adductis. & in facto aliter ſucceſſit res, nam Caſtrum Rodi, de quo ille tractat, fuit obtentum à filiabus Com. Pauli, & hodie quoque poſſidetur à Domina Eleonora eius filia, non obſtaotibus deductis à Berretta in d. conſilio.

Dum verò reſpondetur, Doctores præcitatos fundare ſe ſuper natura ſeudi, admittitur reſolutio, ſed replicatur, nos quoque verſari in fendo improprio, & ideo naturam ſeudi hoc ipſum operari quod in caſibus quibus illi conſuluerunt euenit. quod autem feudum ſit improprium, probatum eſt ſupra, tum quia fuit emptum, tum, quia recognitum à Ducibus

quibus

Digitized by Google

quibus in eo feudo nullum ius erat,& eſt ſemper improprium, cum non ſuit ex graria, & beneuolentia gratuira ab ipſo domino ipſis vaſallis conceſſum, vt declarant omnes Doctores.

Nec reſiſtit quod ex Doctoribus aliqui negent in feudo improprio feminam ſuccedere quæ non ſit vocata: alij velint quod etiam non vocata ſuccedat ſimul cum maſculis; quoniam quoad primos, ſat eſt, communem, & veriorem opinionem eſſe in contrarium; quo vero ad poſteriores, ſtant pro hac noſtra parte, quod ſi vbi non eſt vocata, ſuccedit cum maſculis eodem tempore, vt volunt illi omnes quos citat Menoch.conſ.65.num.12.multo magis concurret cum eo quando eſt expreſsè vocata. Vtraque igitur propoſitio ſupra deducta remanet verificata, & ab oppugnationibus Dominorum Scaramporum optimè, ni fallor, defenſa.

Quibus ſtatibus, ſuperfluum videtur ingredi duas alias concluſiones. quarum prima eſt an feudo diuiſo femina ex eius linea qui totum habuit feudum excludat maſculum ex alia linea. ſecũda eſt an adoprio obſit actoribus, quia etiam iſtis circumſcriptis exceptionibus cauſa Comitis Antonij eſt in tuto, ſed vt conſtet nulla ex parte certum ius actoribus competere nonnulla ſunt dicenda.

Circa primam itaque quæſtionem dicebam, feminam deſcendentem ab eo cui in diuiſione totum obuenit feudum, excludere maſculum ex alterius fra-
35 tris linea deſcendentem. † adducebam Ruin. Bero. & Burſar. qui mouentur ex text. in capit.1. de natur. ſucceſs. feud. & vltra ſupracitatos, adduco pro hac parte Bald. in conſi.249.num.1.volum.2.Richard.de Salic. in conſil. 205. in prima dubitatio. in 5.volum. inter conſi.Bald.Angel.conſil.321. Pariſ.de Put.cap. 1.de eo qui ſibi & hæred.ſuis maſcul.Bologn. in conſil.1.num.1.& ſeq. Io.Mar.Rimin.in conſil.259.nu.31. vſque ad 40. vbi latè pertractat. & mouentur prædicti, quia cum feudum ex diuiſione ad vnum ex filijs peruenit qui à domino ſolus inueſtitur, videtur factum nouum,& conſideratur ſola inueſtiti linea, donec ex ea aliquis maſculus, vel femina extat. Opponitur nunc, quod contrarium probat text. in c.1.de eo qui ſibi,& hæred. ſuis maſc. qui loquitur in fortioribus terminis. Sed reſpondeo, textum illum procede-
36 re, † quando feudum fuit conceſſum pro maſculis,& his deficientibus, pro feminis,& ita quando ex mente partium conſtabat maſculos quoſcunque, & ex quacunque linea prouenientes eſſe feminis præferendos, tunc enim donec aliquis ſupereſt maſculus ex aliqua linea, dummodo deſcendat ab acquirente, ille excludit feminam: quia ita conſtat de expreſſa inueſtientis, & recipientis mente, vt voluit Bald. in Auth. Ceſſante, col.fin. verſic. dicas quod, C.de legit. hæred. idem voluit Curt.iun.de feud.par.2.in 4.princip.quæſt.colum.penult.verſic.hoc tamen non obſtãte, vbi vult, hoc obtinere propter expreſſam ipſorum diſponentium voluntatem: & ita reſoluit Menoch. conſi.172.num.36. & in conſt.315. num.40. vbi dicit, pro ſua parte renuiſſe quoque Cæphal.in conſil.581. eiuſque reſolutioni quod pertinet ad intellectum dicti textus conſentit Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib.8.titul.18. num.58. qui etſi contrarium concludat in facto principali, ſuccubuit tamen in cauſa,& fuit pro contraria parte iudicatum, ſecũdum conſilia Menoch. & Cæphal. vt refert Peregrin. qui eiuſdem fuit opinionis, in tractatu de fideicommiſs.artic.26.num.19. Eandem reſolutionem poſuit Gabriel.in conſil.70.num.10. verſic.ex quibus apparet male, vbi dicit, in eo textu apparere ex verbis inueſtituræ, primum inueſtitum qui ſolus feudum accepit, voluiſſe inter quoſcunque deſcendentes ſuos, maſculũ præferri feminæ, & omnes maſculos quoad hoc reputari, ac ſi eſſent eiuſdem lineæ: nos autem ſumus in caſu longè diuerſo, quia feudum fuit conceſſum pro hæredibus tam maſculis quam feminis; per quæ verba non conſtat, quòd partes voluerint quoſcunque maſculos deſcendentes ab inueſtito præferri feminis: quinimo, cum feudum conceditur pro maſculis, & feminis, mens contrahentium intelligitur talis eſſe, quod feminæ ſimul cum maſculis ſuccedant, vt expreſsè voluit Aluar. in dicto capit. quinetiam, colum. 2. verſic. reſtringi ergo debet, vbi inquit, mentem contrahentium, & apertam verborum naturam hoc importare. & Aluar. ſequuntur Socin. Ruin. Pariſ. & alij, quos citaui in princip. in verſic. confirmatur, quia feuda. Aliud igitur eſt quod feudum concedatur pro maſculis, & feminis ſimpliciter, & abſolutè, aliud verò, quod detur pro maſculis, & eis deficientibus pro feminis, vel detur pro maſculis, & feminis, ita tamen, quod maſculi donec extabunt, excludant feminas: quia primo caſu ſi feudum ex diuiſione perueniat ad vnam lineam, femina ex ea linea deſcendens excludet maſculum prouenientem ex alia linea. ſecundo verò caſu, ex quacunque ſit linea maſculus, dummodo deſcendat à primo inueſtito, excludet feminam.

Nec obſtant authoritates in contrarium adductæ, quia ſi benè,& accuratè legantur, loquuntur omnes ſecundum terminos d.capit.1. de eo qui ſibi, & ſuis hæred. maſculis, quando vel feudum eſt conceſſum pro maſculis, & his deficientibus pro feminis, vel datum eſt pro maſculis, & feminis, ſed cum pacto expreſſo, quod ſtantibus maſculis, non ſuccedant feminæ. ſic Caſatus, & Calder. in conſil. 137. volumine 2. inter conſil. Bald. loquuntur in inueſtitura conceſſa pro hæredibus maſculis, & feminis, ita, quòd maſculis deficientibus, feminæ ſuccedant. Bald. item conſil. 202. in quinto, loquitur in eiſdem terminis. Caſtrenſ. conſil. 176. in primo, ponit caſum inueſtituræ ita factæ, quòd ſi extabunt maſculi, illis excluſis feminis ſuccedant. in conſil. 44. ſecundo volumine, erant vocatæ feminæ non extantibus maſculis, & in conſil. 300. eod. volumine, feudum acceptum erat pro maſculina, & feminina generatione, cum hoc, quòd maſculina præferatur femininæ, ſic etiam Corne. conſil. 24. colum. penult. volumine 2. conſil.263. nume. 10. volum.1. idem eſt thema Ruin. conſilio 165. volum. 1. hoc quoque modo Bero.conſil.111. in primo, conſil.152. in ſecundo, numero 35. ſic Rimin. iunior conſil. 313. nume. 55. & ſequent. Picus conſil.100. nume.121. & ſequen. Vincemal. conſil. 1. numero 118. & alij omnes. Quod ſi aliqui adducantur qui in alijs loquantur terminis, illi erunt intelligendi ſecundum prædicta, allegant enim textum illum, & ſupradictis mouentur authoritatibus, & planum eſt intelligi Doctor. ſecundum iura quæ allegant Bartol. in l. non ſolum, §. liberationis, ff. de liber. legat. & facit ratio differentiæ, quia ſicut inter maſculos diuerſæ lineæ diuiſio operatur quod procedens ex vna excludat deſcendentes ab alia, dicto capitulo primo, de natur. ſucceſſio. feud. ita femina ex vna deſcendens, admitti debet excluſo maſculo ex alia, quia diuidentes videntur habere aliam lineam pro extincta, donec aliquis vel maſculus, vel femina ſupereſt ex linea cui feudum obuenit. Et non eſt nouum, quod femina deſcendens excludat maſculum qui ſit tranſuer-

ſalis; vt præter Ruin. Beto. Burſat. ſupra allegatos,
voluit Ronian.in conſi.33. Viſo, vbi per euodem textum mouetur. & cum eo tranſit Nicol. Alipran. inter conſilia cauſa ſtatus Montisferrati conſ.13.num.
63. & non eſt in maſculis alterius lineæ tanta ratio excludendi feminam à feudo diuiſo, quanta eſt in illis qui ab eadem linea proueniunt; atque ita noua hac diſtinctione euitatur omnis amaritudo. adduco etiam aliam diuerſitatis rationem inter caſum cap. primi, de eo qui ſibi, & hæred. quando ſcilicet dictum eſt, quod feminæ non ſuccedant ſtantibus maſculis, & quando fuit ſimpliciter conceſſum pro maſculis, & feminis: nam primo caſu pactum quod non ſuccedant feminæ, ſolum ſtantibus maſculis, eſſet ſuperfluum, & nihil operaretur, ex quo pacto etiam ceſſante, feminæ non ſuccedunt donec maſculi extant, vt in d. §. quinetiam. vel ſaltem pactum continés idem quod ius commune, de quo in §. quinetiam, exprimere debet exuberantius contrahentium voluntatem, & magis eorum deſiderium, quia expreſſa magis afficiunt quam tacita. Doctores in l. expreſſa, ff. de reg. iur. in c. cũ quid, ff. ſi cert. pet. atque ita nunc cum lege feudali concurrit & verborum natura, quæ non poteſt aliter intelligi, & voluntas contrahentiũ quæ ex verbis certa reſultat. ſed ſecundo in caſu ſola lex feudi obſiſtit, non autem partium voluntas, & verborum natura: nam vt ſupra demonſtraui ex Bal. Aluar. & alijs in dicto §. quinetiam, vbi feudum eſt cõceſſum pro maſculis, & feminis, tunc mens & verba ſtant pro femina, vnde non mirum quòd difficilius femina admittitur, quando lex feudalis, verborum natura, & partium intentio repugnat, quam vbi ſola lex obſiſtit, plura namque vincula fortius ligãt.
37 † Authen. itaque, C. commun. de ſucceſſion. Bec. conſil. 24. nu. 26. & ſtante tanta diuerſitatis ratione inter vnum, & alium caſum, non debet concedi extenſio de vno ad alterum.

Reſpondeo etiam, quod contraria ſententia poſſet forte ſuſtineri, quando feudum eſſet rectum, ſimplex, & proprium, quia tunc cum natura feudorum ſit attendenda, & lex feudalis ſeruanda, femina excluderetur à maſculo diuerſæ lineæ, ſecundum tex. in d. c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. at in feudo non recto qđ non fuit ex liberalitate conceſſum, & in quo non interuenit gratia, ſed precium, & merita, non attenditur feudalis rigor, ſecundum Iac. Beluiſ. Bald. Aluar. Prępoſ. Laud. Socin. Ruin. & alios ſupra allegatos: ſicuti enim tali in feudo non habet locum diſpoſitio §. quinetiam, tanquam exorbitans, ita nec obtinebit diſpoſitio c. 1. quia vtroque caſu militat ratio Beluiſ. & aliorum, quod non eſt diſcedendum à verborum natura, niſi in caſibus expreſſis. militat etiam ratio adducta à Præpoſ. in d. §. quinetiam, in 1. not. quem refert Pariſ. d. conſil. 12. num. 23. vol. 1. idem ergo ius ſtatuendum eſt, l. illud, ff. ad leg. Aquil. quinimo, Beluiſ. Bal. & aliorum concluſio procedit in fortioribus terminis, quia excludit maſculum exiſtentem in eodem gradu, & pro ea portione feminam includit, & ita procedit quando maſculus erat in eodem gradu, multo ergo magis vendicabit ſibi locum aduerſus maſculum remotiorem, qui facilius excluditur, & ſi illi volunt id obtinere ex vi verborum, multo magis obtinebit, quando facta diuiſione totum feudum ad vnam lineam peruenit, tria enim concurrunt, verborum ſcilicet natura, diuiſio facta inter fratres, & diſtantia gradus inter maſculum, & feminam.

Accedo ad ſecundam quæſtionem, an adoptio Comitis Antonij obſit actoribus, de qua dixi latè in prioribus ſcriptis, nec operę precium eſt repetere, ſtãte maximè habilitatione Cæſarea, quæ acceſſit. & quamuis contra habilitatem multa dicantur, nihil tamen allegatur contra adoptionem, quæ cum facta fuerit ab auo materno, & conſequenter in ipſo adoptato inueniantur non ſolum ciuilia, ſed etiam naturalia iura, excludit etiam agnatos à feudo, vt dixi in primis ſcriptis, verſi. & vbi tanquam nepos, vbi allegaui Iſern. Aluar. Laud. & Thom. Mariu. hic autem fundamento nihil eſt obiectum, & tamen hoc ſolum circunducta habilitatione poteſt Comitem Antoniũ tueri, in quo vtruoque vinculum reperitur.

Et quamuis inter Doctores maxima ſit contentio an femina poſſit ad præiudicium agnatorum habilitari ad ſucceſſionem feudi, tamen illi omnes loquuntur, quando feudum erat pro maſculis conceſſum, tunc enim feminæ habilitatio expreſſam continet maſculorum excluſionem, & iniuriam, ſecus eſt quando ex feudorum natura, & partium conuentione feminæ ſunt feudalis conceſſionis capaces: quia tunc, licet ex lege feudali differatur earum ſucceſſio in tempus deficientium maſculorum, tamen facilius poſſunt habilitari vt ſimul cum maſculis ſuccedant: nam quod iam factum eſt, facilius extenditur quam
38 de nouo in eſſe producatur, † l. ſi cum dies, in princip. ff. de arbitr. l. 1. & 2. cum ibi not. ff. de indic. l. ſi donatæ, §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. ſed ſi manente, ff. de precar. l. priuatorum, Cod. de iuriſdict. omn. iudic. latè Crauet. in conſil. 924. num. 11. ſic facilius prorogatur mandatum quam de nouo concedatur, gloſſ. penul. in cap. cum olim Abbas, de offic. delegat. & facilius conceditur prorogatio quam no-
39 ua † dilatio. Angel. & alij, in l. fin. ff. de ferijs. Dec. in cap. perſonas, num. 13. de appellation. feminæ igitur iam ſucceſſibiles modico negocio potuerunt habilitari vt cum maſculis concurrant, & æqualibus, & inæqualibus præferantur, nec hoc modo dicitur ſublatũ ius maſculorum, ſed dilatum in aliud tempus, & facilius permittitur iuris alicui diminutio, quam
40 ex toto priuatio, † l. iuris gentium, §. adeo, ff. de pact. l. 2. C. de precibus Imperat. offer. Fulgoſ. in conſi. 210. in fine. Præterea, dum viuit pater feudum poſſidens, agnatis ius dicitur competere in ſpe fallaci, quia poteſt eſſe, & non eſſe, quod eis ſucceſſio deferatur, & poteſt cõtingere, quod agnati ipſi decedant antequam ius ſuccedendi aperiatur: & ideo Princeps etiam
41 ſine cauſa, & agnato non vocato, poteſt tale † ius tollere, vt per Socin. in conſil. 87. nume. 20. volum. 3. Pariſ. conſil. 1. numero 178. volum. 2. Beron. conſil. 76. nume. 117. volum. 1. Bertrand. in conſil. 169. volum. 2. Becium conſil. 56. nume. 40. & 41. & poſt Dec. Gozad. Cæphal. & Nattam ponit Menoch. in conſil. 158. num. 33. & ſequen. Cæphal. in conſi. 694. num. 50. vbi inſerunt ad multas deciſiones, & pręcipuè ad erectionem primogenituræ ad præiudicium aliorum agnatorum.

Et non faceſſit negocium quod femina non poſſit ad feudum habilitari ad præiudicium maſculorum: quia reſpondetur, hoc falſum eſſe, quia ſuſti-
42 netur habilitatio, † vt probaui in primis ſcriptis, verſicu. reſpondeo quoque quod hoc caſu, ex Dec. Curt. iun. Bruno, Campeg. Gozad. Pariſio, Crauet. Becio, & alijs. idem voluit Decian. in conſil. 24. numero 75. in 1. volumine. Garzon. in d. tractatu, ampliat. 6. & limitat. 28. Et quamuis multi dicant, feminam non poſſe à domino admitti ad feudum in præiudicium agnatorum, tamen loquuntur in domino ordinario, qui non ſit ſupra legem, ſed in Principe qui poteſt legem tollere aliud eſt, ei enim ſubiacet ius poſitiuum, vt probaui in præcitato loco in fine,

in fine,vbi allegaui Burſ.in conſi.410.num.52.& ſeq.
& hoc modo procedunt doctrinæ in contrarium al-
legatæ. & videmus paſſim ſeruari eiuſmodi habilita-
tiones, & in hac familia Scarampa ſuſtinetur etiam
nunc habilitatio quæ fuit conceſſa matri Dominorũ
Comitum Aluiſij,& Nicolai, & per Comitem Anto-
nium poſſidentur feuda ad eos delata. ſic in Monte-
ferrato,filij Dom. Bartholomeæ della Sala,vigore ha
bilitationis conceſſæ à Duce Federico poſſident feu-
dum auitum, & multa alia ſunt exempla. Et quid-
quid ſit, quando femina non eſt vocata ad feudum,
res videtur certa, quando eſt vocata, quia ſit habili-
tata, ſuccedit excluſo maſculo, licet ſit vocata poſt
maſculos,vt voluit Bald.in cap.vnico,quemadm.feu.
ad femin. pert. vbi ait,quod femina vocata excludi-
tur ex quodam priuilegio, quòd facilius tollitur quã
ius commune. & quamuis, vt dixi,in ſimplici domi-
no,res habeat difficultatem,& ideo Baldo contradi-
cant. Lauden. in conſi. 390. num.34. & ſeq. qui vult
aliud eſſe in Principe, quam in puro domino feudi.
& idem probauit Cardin.in d.cap.1.vbi ſequitur Bal.
Ioan. de Coconat. conſil. 4. per totum inter conſil.
Brun. ſic etiam Pariſ. in conſi.4.num.42.& ſeq. vol.1.
vbi in femina vocata habet hoc pro abſoluto. Cur.
iun.conſi.1.num.32. vbi conſiderat poteſtatem Prin-
cipis, & alios citat Decian. in conſil.24.nume.75.&
ſeq. in 1. volum. Garzon. in d. tractat.in 6.ampliat.
& in limit. 28. vnde curandum non eſt de alijs con-
trarium tenentibus, præcipuè, quando habilitatio
fieret propter merita patris, vt per Bologn. in conſi.
1.per totum. Rurſus quidquid ſit in alijs feudis,cla-
rior videtur reſolutio in feudo improprio, vt eſt feu-
dum emptum, & non quæſitum ex ſola gratia domi-
ni: quia in eo facilius femina poteſt habilitari, ex
43 quo nõ vocata ſuccederet.† ita reſoluit Dec. in conſ.
390.num.14.verſi. & omnia ſuperius dicta.facit c.1.
quemadm. feud. ad femin. vbi in feudo empto filia
poteſt inueſtiri.Bologn.d.conſi.1.Brun.conſi.4.num.
5.Prætera in facto plura concurrunt; primum, quod
femina eſt expreſsè vocata; ſecundum,quod fuit ha
bilitata; tertium quod Princeps non ſimplex domi-
nus habilitauit; quartum, quod feudum eſt impro-
prium, vnde tot concurrentibus, res videtur carere
dubitatione, & ſi aliquod ſupereſſet dubium, eſſet
pro femina iudicandum, & pro validitate habilita-
tionis,quia præſumitur pro facto Principis,ita Brun.
in conſi. 1. num.12. & ſeq. & per prædicta euitantur
omnia, quæ in contrarium allegari poſſunt, adeo, vt
non opus ſit ſingulis inſiſtere.

Vnum eſt, quod nolo omittere, nam etſi quando
partes in contractum deducunt ius quod prouenit
ex conſuetudine feudorum,videatur illud ius deſcẽ-
dere non tam ex conſuetudine,quam ex cõtractu,ta-
men quia ſtipulatio,& contractus refertur ad conſue
tudines feudales,ſi contingat illas ex lege,vel priui-
legio immutari,tunc non obſtante contractu ſucceſ-
ſio regulatur ſecundum legem,aut priuilegium:quia
ius ſucceſſionis eſt quid ab ipſo cõtractu ſeparatum,
ita reſoluit Brun.in conſi.1.nu.63.& ſeq.vbi poſt An-
char.dicit, quod ſi ſtatutum ſuperueniret poſt cõtra
ctum,forma ſuccedendi data in cõtractu mutaretur,
44 † ergo eodẽ modo ſuccederet ſi mutatio deſcẽderet
non ex ſtatuto,ſed ex alia cauſa,puta ex conſuetudi-
ne,quæ extaret tempore quo aperta eſt ſucceſſio.

Secundo, ego aliter reſpondeo, quod cõtrahentes
poſſunt quidem ius ex conſuetudine deſcendens de-
ducere in contractum,& tunc tale ius non minus di-
citur competere ex contractu, quam ex conſuetudi-
ne, quia illud cenſetur eo modo in contractu dedu-
ctum,quo competebat ex conſuetudine, & cõtractui
inſunt conditiones omnes quæ inerant conſuetudi-
ni,ideo Principi non obſtante pacto,competit facul-
tas admittendi feminam ad feudum, quemadmodũ
competebat aduerſus conſuetudinem,& conſequen-
ter illa feminæ vocatio intelligatur facta à partibus
ſecundum terminos conſuetudinis, & ius quæſitum
ex pacto prædicto poteſt tolli illis omnibus modis
quibus conſuetudini derogatur: quia ſtipulatio quæ
tacitè relationem habet ad conſuetudinem, regitur
eiſdem regulis quibus ipſa conſuetudo, & in omni-
bus ſapit illius naturam, atque illius omnes recipit
qualitates, & intelligitur ſecundum naturam actus
45 ſuper quo interponitur,† l. damni infecti ſtipulatio,
ff.de dam.infect.l.ſi ſtipulatus,§.1.ff.de vſucap.ſic iu-
ramentum recipit omnes conditiones actus cui ap-
ponitur,l.fin.C.de non num. pec. Butr. & alij in cap.
Quintauallis, de iureiur. Pariſ.in conſil.92.num.49.
volum. 4. & facit quia relatum eſt in referente cum
46 omnibus ſuis qualitatibus,† l. aſſe toto, ff.de hæred.
inſtit.Bart.in l.1.ff.de receptator.& in l.1. ff. ſi famil.
furt.feciſſe dicat.Dec.conſi.292.num.2. Becius conſ.
41.num.22. cum ſimilibus. ſic videmus, quod reme-
dium Canon.Reintegranda,3.q.1.tranſlatum à iure
Canonico ad ius ciuile, retinet qualitates quas ha-
47 bebat, ideſt vt permittat † appellationem, vt poſt
Bald. voluit Papien. in forma libelli de ſpoliat. poſ-
ſeſſ. in verſi.per veſtram diffinitiuam ſententiam,Ri-
pa in c.ſæpè,in fine,de reſtitut.ſpoliator. eodem mo-
do dicimus, quod etſi per nouationem actio nouata
transfundatur in nouantem, tñ ea transfuſio fit cum
48 omnibus qualitatibus quæ inerant actioni † nouatæ,
ſcd͞m Barto.in l.ſi quis cum aliter,nu.4.verſ.præterea
poſitò,ff.de verb.oblig. vbi eum ſequuntur Doctores
communiter, ſcd͞m Alex. nu.3. Aret. qui dicit ſingu-
lare, & Iaſ.nu.12. ita in propoſito licet deducatur in
ſtipulationem,& pactum ſucceſſio feudi,tamen quia
pactio intelligitur ſecundum feudorum conſuetudi-
nes, quidquid inerat conſuetudini feudali, ineſt pa-
cto,& ſtipulatio cenſetur facta cum ea conditione,&
qualitate, vt variari poſſit ſucceſſio ijs omnibus mo-
dis,quib. poterat quando ſola obſtabat conſuetudo,
& conſequenter ſi conſuetudo ſublata ſit contraria
conſuetudini,ſtatuto, decreto, aut priuilegio Princi-
pis, id totum proueniet etiam ex pacto, quia partes
vtendo,vel approbando conſuetudinem,cenſentur il
lam approbaſſe cum omnibus qualitatibus,quæ ine-
rant:ſic dicimus, quod acceptans aliquã diſpoſitio-
nem, cenſetur illam acceptare cum omnibus quali-
49 tatibus,† l.cum ab vno, in princ.ff.de leg.2.l.qui tute
lam,ff.de teſtam. tutel.dixi in conſi.60.nu.27.ideo vi
dentur quoque partes egiſſe, quod feudalis illa con-
ſuetudo per quam femina intelligitur vocata ordi-
ne ſucceſſiuo,poſſit imminui,reuocari, & tolli à Prin
cipe, ſicuti poterat antequam in pactum deducere-
tur: atque ita ipſa quoque habilitatio dicitur proce-
dere ex tacita partium voluntate, & ius non dicitur
ita quæſitum, ex contractu, vt ſemper his modis tol-
li poſſit à Principe, quibus tolli poterat conſuetudo,
ſecundum quam partes voluerunt contrahere, &
hoc procedit abſque dubio, quando diſpoſitum à
conſuetudine continetur tacitè, & per interpreta-
tionem in pacto, vt quia feudum ſit conceſſum pro
maſculis, & feminis, non addita alia clauſula, quia
ſi pactum vult interpretationem ſumere à conſue-
tudine, debet eo modo id facere quo à conſuetudi-
ne eſt permiſſum, ideſt, vt poſſit tolli, & imminui à
Principe, & propterea Princeps derogans huic con-
ſuetudini, non tollit ius competens ex pacto, ſed

operatur ſecundum tacitam paciſcentium voluntatem, qui ſicuti voluerunt contrahere ſecundum conſuetudinem, ita cenſentur ſubiecisse ſe his omnibus quæ erant de natura conſuetudinis, ex quo faciens actum, cenſetur ſe obligare legibus loquentibus de
50 illo actu,† Bald. in l. ſi duo, ff. de acquir. hæred. Becius conſi. 35. num. 11. & hac ratione habilitatio facta à Principe non minus procedit à voluntate contrahẽtium, quam procedat vocatio feminæ per ſucceſſiuũ ordinem. Et per hæc tolluntur ea, quæ dicuntur de iure ea contractu quæſito non tollendo, etiam de abſoluta Principis poteſtate.

SVMMARIVM.

1 *Iuri adeundi præſcribitur triginta annis, & ibi ponuntur rationes.*
2 *Cauſa teſtati ceſſare facit cauſam inteſtati.*
3 *Repudiare videtur qui non adit in tempore.*
4 *Lapſus temporis plus operatur quam renunciatio. Limita num. 25.*
5 *Repudians ſimpliciter excluditur ab omni capite.*
6 *Repudiatio tacita magis nocet, quam expreſſa. Declara, vt num. 25.*
7 *Bonorum poſſeſſio non datur niſi in ſubſidium, quando de iure ciuili non datur aditio.*
8 *Bonorum poſſeſſio tranſuerſalibus datur intra centum dies tantum.*
9 *Tempus ad petendum bonorum poſſeſſionem, currit à die quo agnatus ſcit mortem.*
10 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, circa ſanguinis proceſſionem. Limita num. 34. & ſeq.*
11 *Coniunctus præſumitur ſcire mortem coniuncti. Limita num. 34. & ſeq.*
12 *Bonorum poſſeſſionem accipiens, tenetur probare, quòd intra tempus agnouerit.*
13 *Reſtitutio datur aduerſus præſcriptionẽ ex capite ignorãtiæ*
14 *Hæres reſtituitur aduerſus præſcriptionem qua fuerat excluſus ab hæreditate.*
15 *Hæres excluſus præſcriptione à iure adeundi, poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem de iure Prætorio.*
16 *Repudians hæreditatem de iure ciuili, poteſt ſuccedere de iure Prætorio.*
17 *Tempus vtile non currit ignoranti.*
18 *Tempus vtile non currit diebus feriatis, vel tempore impedimenti.*
19 *Hæres excluſus tempore à iure adeundi, admittitur ad bonorum poſſeſſionem ſi ignorans eſt.*
20 *Agnatus excluſus tempore à capite, vnde legitimi, admittitur ex capite, vnde cognati.*
21 *Hæres præſcriptione excluſus à ſucceſſione teſtamenti, poteſt petere ab inteſtato ſucceſſionem, & ibi infertur ad pulchras deciſiones.*
22 *Ius ciuile, & ius Prætorium æquiparantur in excluſione.*
23 *Hæres repudiata hæreditate ex teſtamento, quando poſſit ſuccedere ab inteſtato.*
24 *Repudiare ex teſtamento, & adire ab inteſtato non licet, quando extat ſubſtitutus.*
25 *Renunciatio expreſſa magis nocet renuncianti, quam tacita, ſecus, quoad tertium.*
26 *Præſcriptio non tollit ius quærendum.*
27 *Repudiare nemo poteſt ius non delatum.*
28 *Renunciatio non includit ius futurum.*
29 *Pacto non tollitur ius futurum, & quomodo id procedat.*
30 *Priuatio præſupponit habitum.*
31 *Ius deferendum incontinenti poſt repudiationem, an habeatur pro quæſito.*
32 *Remedium ordinarium non facit ceſſare extraordinarium, quòd ſucceſſit loco ordinarij.*
33 *Reſtitutio in integrum non habetur in conſideratione, quãdo concedi ſolet ſpeciali iure.*
34 *Scientiæ præſumptio ceſſat probata abſentia.*
35 *Scientiæ præſumptio tollitur contrarijs coniecturis.*
36 *Abſentia probata datur bonorum poſſeſſio non obſtante præſumptione ſcientiæ.*
37 *Præſentia an præſumatur, vel abſentia.*
38 *Hæres etiam coniunctus præſumitur ignorare teſtamentum.*

CONSILIVM CCCCVIII.

LAPSV annorum quadraginta quinque excluſa videri poteſt Idina de Berſanis à ſucceſſione Georgij ſui fratris, qui de anno 1540. eam inſtituit hæredem in ſuo teſtamento, iuri enim adeundi præcipue contra ea-
1 traneos præſcribitur triginta † annorũ ſpacio, vt volunt Bald. & alij omnes, excepto Salic. in l. licet, C. de iure delib. Bart. in conſi. 129. in princ. vol. 1. & infinitos cumulat Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. reuertatur, num. 392. C. de reuocan. donat. & ratio eſt: quia ius adeundi eſt ius, non facultas, l. ſi mater, ibi ius adeundæ hæreditatis, vbi etiam Caſtr. not. C. de inſtitut. & ſubſtitut. item ius adeundi reſidet in perſona, vt inquit Bal. in d. l. licet, nu. 5. iura autẽ perſonalia tolluntur triginta annis. Nec dicatur, quòd ſublato iure ea teſtamento poterit ſuccedere ab inteſtato.
2 Quia reſpondeo, quod cauſa teſtati † ceſſare facit cauſa inteſtati, l. quamdiu, la ſeconda, vbi gl. allegat concordantes, ff. de acquir. hæred. Dec. in l. 2. in prin. C. vnde lib. & ratio eſt: quia hæreditates deferuntur ſecundum voluntates teſtantium, §. diſponat, in Authen. de nupt. l. 1. C. de ſacroſ. Eccle. l. in conditionibus, ff. de cond. & demonſt. ideo ſucceſſio ex teſtamẽto præfertur ſucceſſioni ab inteſtato. Cagnol. in l. quamdiu, in princip. ff. de reg. iur. Dom. Bec. in conſi. 26. num. 4.

Secundo reſpondeo, quod quis non admittitur ad ſuccedendum ab inteſtato, repudiata ſucceſſione ea teſtamento, vt in l. 1. & toto titu. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. & ſatis dicitur Idina repudiaſſe quando non
3 curauit † intra tempora à iure præfixa adire, vt probat tex. in l. quamdiu, la terza, in fine, & ibi Caſtr. notat nu. 4. ff. de acquir. hære. & dicit Bal. in l. 1. in prin. C. de in integ. reſtitu. quod lapſus temporis tacitam inducit renunciationem. idem Bal. in l. ſi ego, poſt gl. ibi, ff. de negot. geſt. & in conſi. 466. in 2. dub. lib. 1. dicit, quod renunciare videtur, qui non paret terminis à lege ſtatutis. concordantes congerit Tiraquel. de
4 retract. conſang. §. 3. glo. 4. num. 2. & lapſus † temporis appoſiti à lege ad ius quærendum, plus operatur quam renunciatio, vt inquit Bal. in additio. ad Spec. in titu. de appellat. §. 1. ver. porro. Tiraq. de retractu conuen. §. 1. glo. 2. nu. 94.

Tertio reſpondeo, quòd non petendo hæreditatem ſibi delatam, videtur Idina illam repudiaſſe, vt ſupra dixi, & qui ſimpliciter repudiat, & non limita-
5 te, † cenſetur eam repudiare ea omni capite, ſecundũ gl. in l. 1. §. ſed videndum, in ver. ſuccedebat, ff. de ſucceſſ. edict. quam ſingularem reputat Caſtr. in l. 1. vbi etiam Iaſ. nume. 26. & ſequuntur alij, C. qui admit. Alexand. in l. ſuum, C. de iur. delib. Bal. in rub. C. qui admit. num. 13. vbi allegat Bart. in l. nec is, §. hæres, ff. de acquir. hæred. Igne. in d. l. 1. nu. 34. Iac. Nig. nu. 64. & Sapia num. 79. Crot. conſi. 89. num. 11. Iaſ. d. §. hæres, nume. 17. Caſtr. l. quamdiu, in fi. ff. de acquir. hæred. Iaſ. l. licet, colum. 2. C. de iure delib. Dec.

d. l. 1.

d.l.1. nu. 52. & non poteſt conſtitui diſcrimen inter
tacitam,& expreſſam repudiationem: nam maior eſt
excluſio quæ inducitur per tacitam, quam ea quã in-
6 ducit expreſſa † repudiatio, l.facta, §.ſi quis bonorũ,
ff. ad Trebel. & confert multum quod voluit gl. in ſe-
cũda ſolutione, in l. 2. C. de iur. & facti ignor. vbi ait,
quod excluſus renunciatione à iure adeundi, admit-
titur iterum, ſed excluſus tẽpore, non poteſt amplius
hæreditatẽ agnoſcere, quia funditus excluditur. Bal.
& Caſtr. in l. ſi quis ſuus, ff. de iure deliber. Ale. in l. fi.
num. 5. C. de iure deliber. vbi Iaſ. num. 3. verſic. ſexto
limita, vbi poſt alios dicit, quod tacitam repudia-
tionem quæ cauſatur curſu temporis, nõ poteſt ſuus
reuocare, ſicuti poteſt expreſſam, ſecundum diſpoſi-
tionẽ illius legis. Dec. in l. 1. in vltima lect. nu. 47. C.
qui admitti. & ibi quoque Iaſ. nu. 6. & ideo dicitur in
l. 1. C. qui adm. quod tacita filij renunciatio inducta
curſu temporis, nocet patri, quod tamen non proce-
dit in expreſſa. & latè hoc tangunt Doctores, præci-
puè Rim. Dec. & alij iuniores. Quod ſi dicatur, poſſe
Idinam agnoſcere bonorum poſſeſſionem ſecundum
tabulas, licet præſcriptione fuerit excluſa ab aditio-
ne hæreditatis, duplici modo reſpondeo.

Primo, quod bonorum poſſeſſio tanquam extra-
7 ordinarium remedium nõ † datur niſi in ſubſidium,
quando hæreditas de iure ciuili adiri non poteſt, l.
pen. in princ. ff. vnde cognati, l. poſthumus, ff. de iniu-
ſto rup. teſtam. Dec. in Rubr. C. qui admit. in 2. lect.
nu. 67. ideo Rom. ibi dicit, non dari bonorum poſſeſ-
ſionem, donec etiam per in integrum reſtitutionem
poteſt quis admitti.

Reſpondeo ſecundo, quòd bonorum poſſeſſio com
8 petit tranſuerſalibus, † duntaxat intra centum dies,
licet liberis detur intra annum, l. 2. l. emancipata, C.
qui admitti, l. 1. §. largius, ff. de ſucceſſ. edicto, §. vltim.
Inſtitut. de bonorum poſſeſſ. Iaſ. in Rubr. C. qui ad-
mitti, num. 13. & in l. 1. num. 23. vbi Dec. nu. 74. idem
Dec. in l. 2. in 1. lect. nume. 2. & in 2. lect. num. 3. C. qui
admit. Balbus in tract. præſcript. par. 4. in 20. prin-
cip. quæſtio. in princip. Zuccar. in d. Rubr. qui admit.
numero 4. Eman. Coſta, in l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum, in 3. parte, numero 145. ff. de liber. & poſthum.
Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. ti-
tul. 15. nume. 3. & hi centum dies currunt à die quo
9 agnatus ſcit mortem agnati, † non vltra, d. l. 2. C. qui
admit. vbi Doctor. præcipuè Dec. in 1. lect. num. 3. &
in 2. num. 6. ad idem eſt text. in l. 3. §. vltim. ibi, ex quo
patrem ſuum deceſſiſſe ſcit, ff. de Carbon. edicto, l. 2.
in princip. ff. de iur. & facti ignor. l. 2. §. dies, ff. quis
ordo in bonorum poſſeſſ. ſeruet. & paſſim Doctores
ponunt in locis infra allegandis. Idina autem non
poteſt ignorantiam prætendere mortis fraternæ,
quia etſi regulariter ignorantia præſumatur, l. ve-
10 rius, ff. de probation. tamen fallit inter † coniunctos
ſanguine, qui præſumuntur ſcire ea quæ concernunt
ſanguinis proceſſionẽ, l. octaui, ff. vnde cogn. l. tute-
la, C. de in integr. reſtit. minor. & in terminis, quod
11 coniunctus præſumatur ſcire mortem † coniuncti,
voluit Rainer. in l. cum antiquioribus, C. de iure de-
liber. Bart. in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. & in l. qui
duos, ff. de reb. dub. Franciſc. Tigri. in l. 2. C. qui ad-
mit. vbi infert, quod ideo excluditur agnatus à pe-
tenda bonorum poſſeſſione, niſi probet ignorantiam.
refert & ſequitur Alexan. ibi, in princ. cum quo tran-
ſit Iaſ. in fine. Dec. in 2. lectu. num. 6. Rimin. nume. 3.
Zuccard. in Rubr. C. qui admit. vbi ait, quod in con-
iuncto præſumitur ſcientia à die mortis coniuncti,
non autem à die agnitionis. Rimin. d. l. 2. nu. 3. & in
fine, ideo Barb. in Rubr. C. qui admitti, nu. 5. & ſeqq.

poſt longam diſputationem concludit, quod qui a-
gnouit bonorum poſſeſſionem coram iudice, tenetur
12 probare † quod eam agnouerit in tempore præfixo
à iure. ſequitur Dec. in 1. lect. nu. 25. & in 2. num. 37.
Curt. iun. nu. 19. Sapia, nu. 10. quando agit ad poſſeſ-
ſionem bonorum. & Iacob. Niger, nu. 13. & ſeq. Rim.
loco prædicto, licet Iaſ. nu. 6. & Zuccard. nu. 41. con-
trarium tenuerint.

Quibus tamen non obſtantibus, concludo, Idi-
nam admittendam eſſe ad fratris ſucceſſionem, mul-
tiplici ex capite, non obſtante lapſu longiſſimi tem-
poris. Et primo, ex teſtamento per fratrem condito,
petendo reſtitutionem in integrum, ex generali clau
ſula, Si qua mihi iuſta cauſa, aduerſus præſcriptio-
nem triginta annorum; ſubeſt enim iuſta cauſa, quia
ignorauit fratris mortem, ignorauit item illius te-
ſtamentum, & ideo licet aduerſus hæredem inſtitu-
13 tum currat præſcriptio, † tamen datur ei reſtitutio,
gl. in l. ſi partem, §. ſi per fundum, ff. quemadm. ſeru.
amitt. in l. ſi ſic, ff. eo. tit. & ibi Caſtr. dicit eſſe notan-
dam. infinitos cumulat Tiraquel. de retractu cõſang.
§. 35. gl. 4. nu. 35. vbi dicit procedere, non ſolù in poſ-
ſeſſione triginta, ſed etiam quadraginta annorũ. Bal-
bus latè, in tract. præſcriptio. par. 4. in q. prin. 29. nu.
1. & 4. & ſeq. vbi dicit, hanc eſſe magis communẽ opi-
nionem. eandem quoq; dicit magis communem dec.
Pedem. 69. nu. 16. D. Becius in conſi. 50. per tot. & eſt
generale, quod reſtitutio conceditur, quandocunque
præſcriptio currit impedito impedimento facti, l.
Attilicinus, §. ſi quis autem propter, ff. de ſeruit. ruſt.
prædior. & ibi gl. Guliel. Cun. & Bart. in l. Senatus, ff.
de offic. præſid. Guliel. Pet. & Cin. in l. quoties, q. 4. C.
14 de precib. Imper. offer. & in terminis † quod hæredi
detur reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionẽ
annorum triginta, voluit Rom. in Rubr. C. qui adm.
vbi ideo infert, non dari bonor. poſſ. tali hæredi poſt
lapſum triginta annorum, ex quo ei ſatis eſt ſuccur-
ſum per reſtitutionem in integrum; & quãuis quoad
illationem fere omnes eum impugnent, tamen eum
omnes ſequuntur quoad hoc, quod detur reſtitutio
in integrum, Barbat. in Rubr. C. qui adm. nu. 116. Iaſ.
in l. 2. nu. 3. vbi Dec. nu. 4. C. qui admitti.

Secundo, vbi reſtitutio non eſſet concedenda, poſ-
ſet Idina petere bonorum poſſeſſionem ſecundum
tabulas: nam etſi quis præſcriptione excludatur à iu-
re petendi hæreditatem ſibi delatam per ius ciuile,
15 poteſt tamen poſtea agnoſcere † bonorum poſſeſſio-
nem de iure Prætorio intra centum dies poſt habitã
ſcientiam. ita Bald. in Rubr. C. qui admit. quæſt. 6. nu.
14. quidquid enim tenuerit Bart. in l. vnica, C. quan-
do non petent. par. qui hæreditatem repudiat ex-
preſsè vel tacitè de iure ciuili, poteſt ſuccedere de
16 iure † Prætorio, vt eſt text. in l. ſuum, vbi Fulgoſ. Ca-
ſtren. & Iaſ. Cod. de iure delib. Doctor. in l. poſthu-
mo, vbi Alexand. Cod. de bonorum poſſeſſione con-
tra tabul. gloſſ. Bartol. & alij, in l. nec is, §. hæres inſti-
tus, ff. de acquir. hæred vbi Iaſ. num. 13. & 14. dicit eſ-
ſe communem, & ita tenere omnes, etiam quãdo ex-
taret ſubſtitutus, reprobando gloſſ. in d. l. ſuum, &
Bart. eius opinionem idem Iaſ. in l. ſuum, dicit eſſe
hæreticam, Iaſ. l. certum, nume. 11. Cod. vnde legiti-
mi. & ratio eſt, quia vno iure ſublato, remanet alte-
rum quod non dependet ab illo, l. ſi domus, ff. de ſeru.
vrb. præd. & cum Bald. in loco præcitato tranſit Ca-
ſtren. in l. certum, nume. 5. Cod. vnde legit. dicens,
quod Bald. ibi melius, & ſingularius ceteris explicat
illum articulum. Roman. in d. Rubr. qui admit. nu. 10.
qui etſi reprobetur, dum dicit non eſſe neceſſariam
bonorum poſſeſſionem, tamen bene loquitur: nam

ſi hæres excluſus tempore,poteſt reſtitui, certum eſt,
quod non eſt bonorum poſſeſſio adeo neceſſaria , vt
aliter non admittatur : non euim dicit , vt multi exi-
ſtimant,quòd non poſſit concedi bonorum poſſeſſio ,
quinimo,admittit,ſed dicit,quòd non eſt neceſſaria ,
quia alio quoque remedio hæredi ignoranti eſt ſuc-
curſum.Batbat. d. Rubr. nume.111. & ſeqq. Iaſ. d.l.
certum, num.8. Fulgoſ. & Iaſ.d.l.2. Cod.qui admitt.
vbi Alexan.num.3. Alexand. in l.quamdiu,la ptima,
num.8.ff.de acqnir hæred. Dec.d.l.2.num.3.in 1.lect.
Cutt.iun.in d.Rubt.C.qui admit.num.39. Titaquel.
de rettact. conſangu. §.35. gloſſ.4.nume.8. cum ergo
Idina ignotauerit mortem,& teſtamentum Georgij
fratris, licet excluſa à iure adeundi , poterit ex iure
prætotio ſuccedere intra centū dies à tempore ſcien
17 tiæ;quia non currunt † ignoranti,ex quo tempus vti
le eſt,l.2.ff.quis ordo in bonor.poſſ. ſetuet.eſt text.in
l.2.ibi,vtilium,vbi notant omnes, C.qui admitti, vbi
Iaſ.nume.3.dicit, quod etſi ignorans excludatur ſpa
cio ttiginta annorum à iure adeundi , tamen etiam
pet centum annos non excluderetur à ſucceſſione in-
ris Prętorij,quia tempus eſt vtile,& non curtit igno-
ranti, Alex.ibi num. 3. Bald.in d.l.licet, num.5. in fi-
ne. Alexan.in d.l.quamdiu,la prima,nume.8. in fine.
Dec.d.l.2. num.3. in prima lect.& num.6. in 2. C.qui
admit. Zuccard. in Rubr. C.qui adm.nu.42. & ſeqq.
vbi etiam Curt.iun. num.39. Balb.in d.par.4. quæſt.
20.Tiraquel.de retractu conſangu.§.35.gloſſ.4.nu.8.
& dicit Iaſ.in d.l.2.nu.2. quod eſt vtile in principio,
18 medio,& fine.& tempus † vtile non curtit diebus ſe-
tiatis, diebus abſentiæ, & quibus non eſt agendi co-
pia,ſecundum glo.in Clem.1.in verſ.in integrum,de
reſtit.in integr.& declarat Fel.in c.quærenti,in prin-
cip. de offic. delegat. & ttia requiruntur , vt tempus
vtile currat,quod nullum extet impedimentum agē-
di ex parte rei actoris , vel iudicis , declarar Balbus
in d.1.par.4.par.princip.quæſt.6. & vltim. num.3. &
4.& in hoc nulla eſt differentia inter filium, & extra-
neum hæredem:quia quiſquis ille ſit,cum excluditut
tempore à iure adeundi,admittitur ad agnoſcēdum
19 bonotum poſſeſſionem de iure prætorio , † ſi erat
ignorans.ideo Bart.in d.l.licet,C.de iure deliber.ge-
neralitet,& indiſtinctè,nu.5. in fine,dicit,quòd igno
rans excluſus de iure ciuili , poteſt petere bonorum
poſſeſſionem , & eum ſimpliciter ſequitur Barbat. in
d.Rubr. nu.111. & alij omnes ſupra citati. & facit in
ſimili,quod dixit Bal.in l.certum,num.9. C.vnde le-
gitimi. vbi ait,agnatum excluſum ex capite,vnde le-
20 gitimi , poſſe ſnccedere † ex capite , vnde cognati,
quia expedit nobis plnres habere vias . allegat ad
hoc textum in l.1.§.ſed videndum,ff.de ſucceſſor.edi-
cto.ſequuntur Alex.nu.4.Rimin.col.3.verſ. & ex iſtis
ſnſert,vbi concotdando ſententias contrarias,dicit,
excluſum de iure Prætorio à capite,vnde legitimi,ſi-
ue renunciatione , ſiue tempore , eſſe admittendum
ex capite,vnde cognati:quia ſecundum ius Prætotiū
iſta capita non ſunt confuſa, & ſubdit, eſſe menti te-
nendum.Hanc etiam ſententiam tenet Iaſ.in l.2.nu.
2.C.qui admit.vbi explicitè dicit,nedum procedere
in filio , qui ex triplici capite vocatur ſed etiam in
agnato,qui vocatut ex duplici;& poſt eū ponit Lan-
cel. Dec.in d.l.2. & eum ſequitur Decius eius frater,
in l.1.nu.90. & 91. dicens , quod in §.ſed videndum,
per modum exempli fit mentio de filio , ponderando
dictionem,vt puta,quidquid dixerit Iacob.Nig.in d.
l.1.nu.66.C.qui admitti.

Tertio cum Idina eſſer Georgio fratti ſucceſſura
ab inteſtato , licet præſcriprione ſublata fuerit ſuc-
21 ceſſio ex teſtamento,poterit † ab inteſtato adire, ita
concludit Bart.in conſ.129. Quidam habuit,num.3.
verſ.ſecundo eſt aduertendum,vol.1.vbi dicit,quod
excluſus à ſucceſſione teſtamentaria præſcriptione
triginta annorum, admittitur ab inteſtato. refert &
ſequitur Bald.in d.l.licet,nu.6.C.de iure delib.quia
ſecundum eum deficiente cauſa teſtati, uaſci de no-
uo incipit cauſa inteſtati , cui etiam non præſcribi-
tut niſi ſpacio aliorum annorum triginta , ita , quod
ſexaginta anni tequiruntur,triginta ſcilicet pro cau
ſa teſtati,& triginta pro cauſa inteſtati:& dicit Bal.
eſſe menti tenendum, & memoriæ commendandum
tanquam vtile , maximè filijs in ſucceſſione paren-
tum;per quæ verba innuit Bal. boc non eſſe ſpeciale
in filijs.& Caſtren. num. 5. dicit eſſe perpetuo menti
tenendum, poſt Ang. & hoc etiam voluit Salic. in fi-
ne,dum dicit, quod excluſus ex teſtamēto, non pro-
hibetur ſuccedere ab inteſtato. Alexan. nu.2. & Iaſ.
nume.5.verſic.retenta tamen, vbi ſubdit, eſſe vtilem
deciſionem,& ſe vidiſſe ſæpius in facto.Hoc idem vo
luit Cuman.in l.quandiu, la prima, ff. de acqnir.hæ-
red.vbi Caſtr.in fine,dicir eſſe mirabile,& ſe habuiſ-
ſe in facto. & Iaſ.num.18. inquit, has deciſiones eſſe
notandas,quia babuit multoties in facto. Curt.iun.
ad Caſtren.loco præcitato.Alexan. in conſi.89.nu.4.
volum.2. & ſecundum hanc partem conſuluit Caſtr.
cuius conſi.refert Iaſ.d.l.licet,& l.quamdiu,Corn.in
conſil.70.colum.penult. verſic.tamen licet,volum.4.
vbi dicit pluries conſuluiſſe pro hac opinione , tan-
quam magis communi, & magis æqua.Iaſ.iu conſil.
34.nume.4. vol.1.vbi dicit,quòd in filio inſtituto te-
quiruntur centum viginti anni ad excluſionem pa-
ternæ,vel maternæ hæreditatis; ideſt triginta pro ca
pite,teſtari, ttiginta pro capite,vnde liberi,triginta
pro capire,vnde agnati,& triginta pro capite, vnde
cognati. idem Iaſ. in l.1.num.23.C.qui admitti, vbi
Iac.Nig.num.64.Curt.iun.num.74.Zuccard.nu.120.
& Lagne. nu.34. & eſt ſeruanda in ptactica bæc opi-
nio,propter authoritatem Doctotum,vt inquit Ate-
tin.in l.cum igitur,in fine, Inſtirut.de bonotum poſ-
ſeſſ. Balb.qui plures citat in tracta. præſcript.par.4.
in 19.princip.quæſtio. nume.6. & auream caurelam
dicit Cotta in Memorial. incip. Iuri adeundi,vbi a-
lios citat . & ad hoc eriam cumulat infinitos Tiraq.
de retractu conuent.§.2.gloſ.1. nume.20. Duran.de
arte teſtan.tit.11.Caut.6.num.1. Gabr.comm.opin.
lib.5.tit.de ptæſcriptio. concluſ.8. num.7.mouentur
omnes ea ratione , quod triginta anni de iute ciuili
ſe habent eo modo quo ſe habet annus de iure Præ-
torio : quia vbi agitur de excluſione , æquiparantur
22 ius ciuile , † & ius Prætorium , l. non eſt ambigen-
dum,in fine, ff. de bonotum poſſeſſ. l.1. in princip. &
ibi gloſ. ff.de bonotum poſſeſſ. contra tabul. Aretin.
in d.l.quandiu,colum.penult. circa med. Cagnol. in
l. prætor bonorum , nume.13. in fiue, ff.de regul.iut.
ſed inſpecto iure Prætor. excluſus ab vno capite,ad-
mittitur ex alio, l.1.§. ſed videndum, ff.de ſucceſſor.
edicto.

Præmiſſis vero non aduerſatur præſcriptio : quia
ea non obſtante, triplici remedio eſt ſuccutſum Idi-
næ,ſecundum ea quæ latè ſupra deduxi, ideſt,peten-
do reſtitutionem in integtum , vel agnoſcendo bo-
norum poſſeſſionem de iure Prætorio, vel ſucceden-
do ab inteſtato. Nec obſtat,quod cauſa teſtati faciat
ceſſare cauſam inteſtati : quia id eſt verum , donec
ſucceſſio ex teſtamento poteſt habere locum , atque
ita loquitur, l. quandiu , cum alijs ſupra citatis ; ſed
poſtquam cauſa teſtati deficit repudiatione, præſcri
ptione , vel alio modo, tunc inſurgit cauſa inteſtati,
ſecundum ea quæ ſupra dixi in tertio fundamento.

Et

Digitized by Google

Et non mouet, quod quis non poſſit omiſſa cauſa
teſtati adire ab inteſtato, iuxta titulum, ſi quis omiſ-
ſa cauſa teſta. &c.
Quia reſpondeo, quod titulus ille non probat, ꝙ
23 non liceat † repudiare ex teſtamento, & adire ab in-
teſtato, ſed quod dolo id faciẽs, tenetur erga legata-
rios, ac ſi adiuiſſet ex teſtamento. ita loquitur totus
ille titulus, & ita declarat Azo in Sum. C. ſi quis omiſ
24 ſa cau. teſta. quinimo, licet repudiare † ſucceſſionem
ex teſtamento, & adire ab inteſtato, niſi extet ſubſti-
tutus, l. hæres inſtituta, C. de impub. Salic. in l. ſuum,
C. de iure delib. vbi etiã alij. Iaſ. in fine, & Alex. nu. 2.
intelligendo, quando repudiat expreſsè ſucceſſionẽ
ex teſtamento limitatam, & ita repudiata gl. tenent
omnes Doctor. in d. l. ſuum, dum dicunt, quod renun-
cians ſpecialiter vni iuri, non excluditur ab alio. &
id ponit Bal. & inquit Salic. quod ſi quis repudiat ex
teſtamento, ſecundum quid, & non ſimpliciter, pota,
bonorum poſſeſſioni ſecundum tabulas de iure Præ-
torio, poterit ſuccedere de iure ciuili. ſequuntur ibi
Caſtr. Alexan. & Iaſ. Bal. in d. Rubr. C. qui adm. num.
13. Bart. & alij, in l. nec is, §. hæres, ff. de acquir. hęred.
Prædictorum autem ratio eſt, quia actus non opera-
tur vltra voluntatem agentis, l. omnis, ff. ſi cert. pet.
& limitata renunciatio producit effectum limita-
tum, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. ſecus tamen eſt,
quando ſimpliciter, & indefinitè repudiaret, vt ſupra
dictum eſt pro contraria parte.

Reſpondeo ſecundo, quod repudiatio expreſſa dif
fert ab excluſione tacita quæ inducitur lapſu tempo-
ris: quia expreſſa excludit ab omni capite, ſecundum
gloſſ. in d. l. 1. §. videndum, cum alijs ſupra allegatis.
tacita vero excludit ſolum à primo capite, vt proba-
ui in ſecundo, & tertio fundamento: nos autem ſu-
mus in tacita, ideo non eſt mirum, quod Idina exclu-
ſa à teſtamenti ſucceſſione, admittatur ab inteſtato.

Reſpondeo demum, quod poterit etiam ex teſta-
mento ſuccedere, duplici via; prima, petendo reſti-
tutionem in integrum aduerſus pręſcriptionem pro-
pter lapſum longiſſimi temporis; ſecunda, petendo
bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas, vt decla-
raui in primo, & ſecundo fundamento.

Dum vero in contrarium dicitur, quod tacita re-
pudiatio curſu temporis inducta, magis excludit,
quam expreſſa: reſpondeo, quod hoc procedit quoad
præiudicium tertij, cui magis nocet curſum tempo-
ris, quam alterius renunciatio: at quod attinet ad re-
25 nunciantẽ, ei † plus officit expreſſa renunciatio quã
tacita. ita declarat Dec. in l. 1. num. 51. C. qui adm. v-
bi ſubdit, quòd tacita renunciatio excludit de capi-
te ad caput, non autem in totum. & dicit Bald. in d. l.
1. num. 27. quod curſus temporis excludit ius ab om-
nibus perſonis, & eſt in rem, ſed pactũ excludit per-
ſonam à iure, & virtus legis excludit quoad omnes,
ſed pactum nõ includit tertium, atque ita vult, quod
temporis excluſio fortior ſit quoad præiudicandum
tertio, non autem quoad excludendum ipſum prin-
cipalem: quia ille magis excluditur pacto quam tẽ-
pore. ſequitur Iaſ. num. 6. Et hinc dicunt Doctores,
quod expreſſa repudiatio excludit ad omni capite,
ſed tacita ſolum excludit à primo capite. Præterea,
eſt aduertendum, quod repudiatio tacita quæ indu-
citur præſcriptione, non nocet quoad ius quòd non-
26 dum eſt delatum. præſcriptio † enim ius tollit quod
eſt quæſitum, non autem quod eſt quærendum, l. 2. ✠ de
donat. cap. de quarta, de præſcript. Dec. in l. 1. nume.
56. Balbus in tractat. præſcriptio. in 1. part. quæſtio.
vltim. nu. 12. ideo lapſus temporis tollit ſolum pri-
mum caput ſucceſſionis, & eſt regulare, quod ius non
27 delatum repudiari † non poteſt, l. is poteſt, & l. quan
diu, la ſeconda, ff. de acquirend. hæred. l. ſi ita ſcrip-
tum, §. ſi ſub conditione, ff. de leg. 2. Dec. d. l. 1. nu. 52.
28 & renunciatio non includit ius † de futuro, gloſſ.
in l. 1. C. de pactis, quam dicit communiter appro-
batam, Goaad. nume. 7. & Zuccard. num. 25. & 132.
Socin. in conſil. 230. volum. 2. Dom. Becius, in conſil.
106. nume. 47. Et ſi dicatur, quod idem eſt in pacto,
29 quod non includit † ius futurum, ſeu quærendum, vt
per glo. & Doctor. in d. l. 1. C. de pact. & pungit Cur.
iun. in l. 1. nume. 75. C. qui admit. reſpondeo, quod
pacto poteſt ius quærendum tolli, vt dicunt Docto.
d. l. 1. de pact. atque ita aptum eſt pactum tollere ius
futurum, ſed aliud eſt in tacita renunciatione indu-
cta tempore; quia ea, nec actu, nec potentia excludit
à iure quærendo, ſtante, quod præſcriptio tollit ſo-
lum ius quæſitum, & præſcribi non poteſt quod non
30 eſt: quia priuatio † præſupponit habitum, l. decem,
ff. de verborum oblig. & carentiæ ſunt habentium,
vt inquit Philoſophus. Bald. in l. licet, in 9. oppoſ. C.
locati. & non datur finis, vbi non eſt principium, ſe-
cundum Cur. iun. in loco præcitato, & licet Areti. in
l. quamdiu, la prima, in fine, ff. de acquiren. hæred. di-
cat, quod ius deferendum incõtiuenti poſt repudia-
31 tionem habetur pro competente de † præſenti, ta-
men eum impugnat Dec. d. l. 1. num. 53. & hoc poſſet
procedere, vt tollatur expreſſo pacto, at ſecus eſt in
tacita renunciatione.

Parum autem aduerſatur, quod bonorum poſſeſ-
ſio tanquam extraordinarium remedium non com-
petat, quando aliquo modo hæreditas adiri poteſt
de iure ciuili, ſecundum Rom. in Rub. C. qui admitti.

Quia reſpondeo, quod hic deficit facultas adeun-
di de iure ciuili, ex quo fuit præſcriptione ſublata.

Secundo reſpondeo, quod bonorum poſſeſſio ſuc-
cedit in locum aditionis, ideo non habetur pro ex-
traordinario remedio, ſed pro ordinario; & ordina-
rium non facit ceſſare tale extraordinarium, quòd
32 in ordinarij † locum ſucceſſit, per ea quæ ponit Bar-
tol. in l. in prouinciali, §. ſi in loco, nume. 4. ff. de oper.
noui nũciat. & ita reſpondet Barbat. in ſimili, in Rub.
C. qui admitti, nu. 116. vbi per hanc rationem impu-
gnat Roman. qui dicebat, quod non eſt locus bono-
rum poſſeſſioni, donec poteſt quis reſtitui aduerſus
præſcriptionem iuris adeundi. & alia ratione eum
reprobat Iaſ. d. l. 2. C. qui admitt. quia reſtitutio in
33 integrum quæ iure ſpeciali concedi † ſolet, non eſt
habenda in conſiderarione, l. 4. §. 1. ff. de fideicommiſ.
lib. l. exceptiones quæ perſonæ, §. 1. ff. de exceptio. &
ideo dicunt Bartol. & alij, in l. quamdiu, la prima, &
ibi Iaſ. num. 4. ff. de acquiren. hæred. quod etſi ſubſti-
tuto non ſit locus, donec inſtitutus poteſt admitti,
tamen hoc eſt verum, quando poteſt iure ordinario
admitti, ſecus quando ſpeciali iure per reſtitutionẽ.

Quod vero dictum eſt, præſumi, quod Idina ſciue-
rit mortem fratris, atque ideo excludi eam lapſu cẽ-
tum dierum à petenda bonorum poſſeſſione, tollitur
paruo negotio: quia conſtat Idioam abſuiſſe à loco
vbi Georgius frater degebat, & moram ſemper tra-
xiſſe in loco Caſtelletti, & abſentia ſtante excludi-
34 tur præſumptio † ſcientiæ, cap. cum in tua, qui ma-
trim. accuſ. poſſ. l. filium, ff. de his qui ſunt ſui, vel
alien. iur. & ita declarat Bartol. in l. is poteſt, nume.
26. ibi, niſi forte ipſe, ff. de acquirend. hæredit. Bald.
in l. planè, ff. de excuſ. tutor. Angel. in l. tres fratres, ff.
de pact. & in l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & poſthu.
Roman. in conſil. 59. Alexand. in conſil. 82. nume. 11.
volum. 3. Dec. in conſil. 64. colum. 3. verſic. quod au-
tem non ſit talis, & in conſi. 445. num. 36. Ripa, in l. 1.
num. 45.

num.45.ff.ſi cer.pet.& ideo Franc.Tigri,quem refert
Alexan.in d.l.2.in princip. C.qui adm.dicit,quod ea
35 præſumptio † ſcientiæ tollitur coniecturis contra-
rijs.& Dec.ibi in fine dicit ,quod probata abſentia ,
36 † datur bonorum poſſeſſio non obſtante præſump-
tione ſcientiæ;quinimò dicunt aliqui,quod qui alle-
gat ſcientiam,tenetur probare quod nõ eſſet abſens,
id quòd deducitur ex text.in l. 2. C. qui adm. ibi , ex
quo eum defunctum ſciuiſti. & in l.3.§.fin.ff. de Car-
bon.edicto,ibi,ex quo patrem ſuum deceſſiſſe ſcit.at-
que ita concludit Zuccar. in d.Rub. C.qui admit.nu-
37 me.46.vbi vult,quod † onus probandi præſentiã in-
cumbat ei qui allegat ſcientiam . & adducit Bartol.
Alexand.Iaſ. & Soc.in l.qui duos , ff. de reb. dub. ſed
contrarium tenet Dec.in d.l.2.& Alexan. in d. conſi.
82.num.11.volum.3.concludit, quod qui allegat ab-
ſentiam,tenetur probare.

Reſpondeo ſecũdo,quod præſumptio ſcientiæ ex-
cludit coniunctum,quãdo agnoſceret bonorum poſ-
ſeſſionem ab inteſtato: at ſecus eſt, quando agnoſcit
ſecundum tabulas, tunc enim nõ ſufficit ſciuiſſe mor
tem defuncti , niſi etiam ſciuerit teſtamentum fuiſſe
conditum,& hoc caſu ſcientia non præſumitur , quia
teſtamentũ eſt actus momentaneus, cuius ideo igno
38 rantia præſumitur † etiam in coniuncto. Barto. in l.
qui duos,in princ.ff.de reb.dub.vbi loquitur præciſè
de teſtamento,& eſt generale in quocũque actu. Bal.
in l.1.C.de colluſ.deteg.& in terminis,quod coniun-
ctus non præſumatur habere teſtamenti notitiam ,
eſt text.in l.quoniam ſororem,vbi Bal.C.de iure de-
lib.& concordantes allegat Alex.in d.l.2. in princip.
Dec.circa finem.Riminal.col.2.num.3.ver.circa ter-
tium.Zuccar.d.Rub.C.qui admitti,num.44.idem te-
nuerunt Alex.& Socin. quos citat & ſequitur Ripa ,
in l.1.nume.46. ff.ſi cert. pet. vbi dicit, quod ſcientia
deducitur non tam à coniunctione ſanguinis,& vici-
nitate, quam à conuerſatione , & ſucceſſu temporis;
& idem tenet in l.qui Romæ,§.duo fratres, nume.51.
ff.de verb.oblig.quamquam Rolan.in conſ.19.nu.38.
& ſeqq.vol.1.latè tenetur multa adducere quæ in cõ-
trariũ facere videntur. Cum ergo agamus de bono-
rum poſſeſſione ſecundum tabulas, non ſufficit quod
Idina ſciuerit mortem fratris , niſi ẽt probetur quod
habuerit notitiam teſtamẽti; pro quo facit quod di-
cũt Doctores de hærede,qui etſi præſumatur ſcire om
nia contenta in teſtamento , tamen ignorare præſu-
mitur contenta in codicillis:quia ſcientia codicillo-
rum non eſt neceſſaria , vt hæres ſit certus de viribus
hęreditatis,vt latè dixi in conſi.7.nu.35. & ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Socius non communicat rem emptam proprio nomine ſcientibus ſocijs.*
2 *Socius non communicat ea quæ acquiſiuit cum proteſtatione,quod nolebat ſocijs acquirere .*
3 *Socius ſi emit fundum proprio nomine,ſocius agit ad pecuniam,non ad fundum. Intellige, vt nu.30.*
4 *Socius in diuiſione detrahit dotes vxoris quas poſuerat in communi .*
5 *Procurator faciens actum circa rem ſuam,vel ſibi debitã , ſibi præiudicat .*
6 *Socius alienando rem proprio nomine emptam , transfert dominium in emptorem inuitis ſocijs .*
7 *Res vendita & deinde recuperata , non dicitur eſſe ex prima cauſa apud eum. Declara nu.36 .*
8 *Teſtator legare videtur ius ſolum quòd habet , etiam ſi cõſiſtat in ſola ſpe .*
9 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
10 *Socius tenetur communicare ſocijs quæ proprio nomine acquiſiuit.*
11 *Dos vxoris,& lucrum dotis,communicari debent inter ſocios omnium bonorum.*
12 *Socius cogitur cedere iura ſocio in incorporalibus,quæ proprio nomine acquiſiuit .*
13 *Ius redimendi dicitur creditum .*
14 *Socius videtur communicaſſe ſocio acquiſita proprio nomine,quando ea ſub communi cataſtro deſcribi fecit , & fratres agnouerunt onera .*
15 *Diuiſio quando eſt imperfecta, datur actio communi diuidundo pro diuiſione eorum quæ fuerunt omiſſa.*
16 *Societas diſſoluitur non minus tacitè quam expreſsè .*
17 *Societas in proprietate non inducitur per communicationẽ fructuum. Lim.vt nu.ſeq.*
18 *Socius videtur rem emptam proprio nomine communicaſſe quando fructus communicauit .*
19 *Societas inducitur quando vnus communicat lucra omnia.*
20 *Voluntas tacita non extenditur vltra terminos actus quem facit .*
21 *Actus plures quando fiunt eodem tempore , vnus videtur factus contemplatione alterius.*
22 *Socius emens proprio nomine, tenetur communicare,etiam ſi ex poſt proteſtetur nolle acquirere ſocio .*
23 *Societas diſtrahi non poteſt ab vno ex ſocijs altero inuito.*
24 *Conſenſus limitatus producit effectum limitatum .*
25 *Diuiſio præſumitur quando fratres longo tempore ſeorſum habitarunt,& bona ſeparatim poſſederunt.*
26 *Societas vt tacitè diſſoluatur, requiritur actus aliquis vtriuſque ſocij .*
27 *Societas generalis nõ inducitur ꝑ actus circa vnã rẽ factos.*
28 *Socius ſi communi nomine rem acquirat , efficitur communis ipſo iure,& tranſit dominium in ſocios .*
29 *Conſenſus non nocet quando ie ſcit ius ſuum durare .*
30 *Socius omnium bonorum emens fundum proprio nomine , tenetur illum communicare , ſed ſi ſocietas eſt particularis, communicat ſolam pecuniam.*
31 *Conſenſus circa vnam rem adhibitus,non præiudicat circa aliam.*
32 *Argumentum valet de re ad perſonam .*
33 *Pactum factum cum vna perſona,non nocet quoad alium.*
34 *Reſeruatio conſeruat ius quod competit .*
35 *Conſenſus adhibitus alienationi rei,non nocet,quando alienatio non habuit effectum.*
36 *Res vendita cum pacto retrouendendi, ſi redimatur, erit apud venditorem libera.*
37 *Societate ſoluta, debitum in diem, vel ſub conditione , ſolui debet ab omnibus ſocijs, & idem eſt ſi debitum ſit ab vno ex ſocijs contractum .*
38 *Correlatiuorum idem eſt iudicium .*
39 *Societas & pacta circa lucrum facta inter ſocios, locum habent etiam circa damna .*
40 *Socius põt ſocios compellere ad ſoluendum debitum contractũ durante ſocietate , etiam ſi in diuiſione nihil ſit dictũ.*
41 *Conſenſus ſimplex non præiudicat in iure de futuro.*
42 *Conſenſus ſimplex non tollit ius de futuro proueniens ex cauſa de præterito.*

CONSILIVM CCCCIX.

VNIVERSALIS ſocietas omnium bonorum,efficit quidem vt acquiſita proprio nomine ab vno ex ſocijs cõmunicãda ſint,ſed in propoſita quęſtione cum bona de quibus agitur fuerint nomine Magnifici D.Io.Marci Pederani empta,tum ab ipſo D. Io.Marco ſcientibus,& patientibus Magnificis D.Pet.Ant.& Ludouico fratribus,tum etiam ab ipſiſmet Dominis fratribus

bus nomine D. Io. Marci, ita vt eſſent fundi dotales
vxoris D. Io. Marci, cum ea tamen qnalitate, & eueniēte caſu dotium reſtituendarum, eſſet in electione
D. Ioan. Marci prædia vel pecunias reddere, videtur
qnod diſſoluta inrer eos ſocierate, & reſtituta exin de
in pecunia dote hęredibus vxoris Dom. Ioan. Marci,
nulla competat actio Domino Petro Antonio ad dicta bona, imo, nec ad pecuniam. Et quamuis erudi
tè, & ingenioſè admodum præſentem conſultationem abſoluerint celeberrimi Iuriconſulti DD. Franciſcus Becius, & Lancellotus Gallia, multæ tamen
ſupereſſe videntur difficultates; & in primis quidem, doctrina Bald. in l. ſi ſocius, ff. ſi cer. pet. vbi vult,
1 quòd vbi ſocius † ſcientibus alijs ſocijs emit proprio
nomine, non tenetur rem ſic emptam ſocijs communicare, & enm ibi ſequuntur Iaſ. & Dec. Alex. in conſil. 78. num. 2. vol. 2. & in conſi. 49 num. 13. volum. 1. &
Barbat. in conſi. 22. num. 7. verſi. eſt etiam ponderandum, vol. 1. & in conſi. 22. nu. 9. vol. 2. & mouetur Bal.
ex l. itaque, ff. pro ſocio, & l. 1. §. magiſtrum, ff. de exercit. Iacobus Nou. reg. 203. in 2. limit. Crau. conſi. 26.
nu. 9. Anch. mod. fam. quæſt. lib. 1. q. 74. nu. 9. Rimin.
conſi. 432. num. 1. vol. 3. & ratio eſt, quia ſocietas diſſoluitur voluntate ſociorum, §. manet, Inſtir. de ſocieta. cum antem acquirit quis nomine proprio, & non
vult ſocijs acquirere, videtur diſcedere à ſocietate,
ideo non tenetur ſocijs communicare quòd acquiſiuit, ſicuti non teneretur ſi in ipſa acquiſitione prote-
2 ſtaretur nolle ſocijs † acquirere, vt dicit Bald. in c. 1.
nu. 3. de duob. fratr. arg. l. Neſennius, ff. de nego. geſt.
& l. qui in aliena, §. Celſus, ff. de acquir. poſſ. Barbat.
d. conſi. 22. nu. 9. vol. 2.

Secundo, quando vnus ex ſocijs emit proprio no-
3 mine † fundum, non poteſt alius agere ad communicationem fundi, ſed ad pecuniam. ita Bart. in terminis, in l. Titium, ant Mæuinm, §. altero, poſt med. ff.
de adminiſtr. tut. mouetur ex l. ſi vnus, §. 1. ff. pro ſocio. Salicet. in l. cum duobus, §. ſi inrer fratres, ff. pro
ſocio. Ioan. Anan. in conſi. 65. Viſo puncto, ſequitue
Ioan. Lup. in rep. Rubr. de donat. inter vir. & vxor.
§. 65. num. 12.

Tertio, in præſenti caſu non datur etiam actio ad
pecuniam, quia illa erat dotalis, ex qua ſundi illi
fuere comparati, & vbi ſocij veniunt ad diuiſionem
4 dos detrahenda † eſt, l. actione, §. fin. ff. pro ſocio, vbi
Bald. inquit eſſe notandam, quia alibi non reperitur, & ſubdit, quod ſi ſocius qui durante ſocierate
poſuit dotem vxoris in communi, veniat ad diuiſionem, debet ei dos refici de communi ſi matrimoniū
durat. Azo, in ſum. C. pro ſocio, num. 31. Specul. in 4.
par. in tit. de iudic. §. ſequitur, verſic. quid ſi in communione, Bald. in l. ſi patruus, colum. 3. verſic. & nota quòd materia, Cod. communia vtrinſque iudic.
Pract. Pap. in forma libelli in cauſa ſocietatis, verſic.
vndecunque quæſita, & quærenda, nu. 2. Soc. in conſil. 213. num. 13. vol. 2. Natta in conſi. 496. num. 7. Menoch. conſi. 12. nu. 25.

Quarto, iſta bona ſuerunt in vxorem Dom. Ioan.
Marci alienata, conſtituendo ea dotales ſundos, ſciētibus, & patientibus ipſis fratribus, qui etiam mulra
ex eis, vti procuratores Domini Ioan. Marci, vxori
prædictæ in ſolutum dederunt, vel pro ſundis dotalibus aſſignarunt, qui ſolus actus inducit conſenſum,
5 & ipſis procuratoribus † præiudicat, vt eſt rex. in l. ſi.
ff. de inoff. teſta. vbi dicitur, quod ſaciens procuratorio nomine actum aliquem circa rem ſuam, ſibi præindicat. ſequitur ibi gl. & Bal. gl. in §. ſi tutor, Inſtitut.
de inoffic. teſtam. vbi Ioan. de Plat. Ange. & Viglius.
cum enim procuratoris officium ſit voluntarium,
nocet ſibi actus pręiudicialis factus circa rem ſuam,
vel ſibi debiram, latè Tiraquel. de retractu conſang.
§. 1. gloſ. 9. num. 263. vſque ad 266. addo Io. Andr. in
cap. ſuborta, de re iudic. Felin. in cap. quamuis, col. 2.
in 5. limitat. eodem tit. Lamberteng. de contract. eorum qui ſine cert. ſolen. gloſ. 10. num. 35. quin etiam
ſi fratres non conſenſiſſent, potuiſſet nihilominus
D. Ioan. Marcus, non obſtante ſocietate, dare vxori
in ſolutum bona quæ proprio nomine acquiſiuerat:
nam etſi bona proprio nomine acquiſita veniant ſocijs communicanda, tamen anrequam communicentur, ſunr acquirentis propria, & ideo ſi alienet,
6 transfert dominium in emptorem, etiam ſocijs † inuitis, & eſt rext. in l. ſi ſocius, vbi hoc not. Bal. in lect.
antiq. in fine, & ſequitur Caſtren. dicens, quod dominus rei qui renetur perſonali actione ad communicandum, poteſt inuito ſocio ante communicarionem transferre dominium in alium. comprobat Iaſ.
in fine. Dec. num. 5. actio enim perſonalis non afficit
rem, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebell. l. fin. ff. de coutrahen.
empt. Cum autem per dationem in ſolutum exiuerint ea bona ius communionis, ſiue ex fratrum conſenſu, ſiue illis inuitis, non competit actio amplius
ad communicandum, argum. l. cum pater, §. quindecim, cum ibi nor. per Doctor. ff. de leg. 3. & ſi dicatur
actionem dari nunc quod reperiuntur penes Dom.
Io. Marcum, vel eius hæredes: reſpondeo, quod apud
eos bona extant ex alia cauſa, quia ſcilicet loco bonorum dederunt pecuniam, allego rex. in l. ſi à me, ff.
7 ad leg. Falcid. vbi res † vendita, & deinde recuperata, nō dicitur eſſe apud recuperantem ex prima cauſa, & eo iure quo prius erat, ſed nouo iure. & Bart. ibi
infert, quòd empbyreuta alienans non liberatur à
pœna recuperando rem. ſequitur Alexan. qui alios
cirat. Tiraquel. qui multos cumulat de retractu conuent. §. 1. gloſ. 7. num. 19.

Quinto, vbi prædicti domini fratres aliquod ius
habuiſſent in dictis bonis, vel ad eorum communicationem, videntur illud omne perdidiſſe quando
diuidendo omnia bona cum fratre illa remiſerunt
fratri pro doribus vxoris, id quod probari videtur
ex gloſ. in l. ſeruum filij, in princ. in verſi. conſtitit, ff.
de leg. 1. vbi vult, quòd reſtator legando alicui rem,
8 † quæ erat de caſtrenſi peculio filij, videtur legare.
ſpem quæ ſuberat, quòd mortuo filio res libera remaneret apud patrem, ſequuntur Iac. de Aret. Din.
Bal. Ang. Imo. Caſtr. & Iaſ. & multa ſimilia poſui in
conſil. 113. num. 16. & ſeqq. vbi probaui venire ius in
ſpe, vel conditionale in generali legato rei, & ibi etiam dixi de debitore conditionali, vel in diem; &
in propoſito res videtur clarior, quia extat inſtrumentum, in quo fratres prædicti ſe inuicem quitant,
& liberant reſpectu prædiorum, & dotium, proteſtātes, quòd pro doribus, & acceſſorijs erāt integrè ſatisfacti; ea enim liberatio generaliter facta, reſpectu
prædiorum, referri debet ad prædia etiam in dotem
9 aſſignata, quia indefinita † æquipollet vniuerſali, l. ſi
pluribus, vbi Bart. ff. de leg. 2. gl. in c. vt circa, in prin.
de elect. in 6. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 3. nu. 1.
Pariſ. in conſi. 53. num. 22. volum. 2. Bero. conſil. 141.
num. 2. vol. 3.

His tamen, quamuis multum ſtringentibus, non
attentis, exiſtimo D. Pet. Ant. iure agere poſſe, vt cōmunicentur ſibi pro tertia parte bona, quæ fuerant
pro ſundis dotalib. aſſignata vxori Do. Io. Marci: nā
ſocius omnium bonorum, qui aliquid acquirit pro-
10 prio nomine, poteſt cogi actione pro ſocio, † vt communicet acquiſitū, ex tex. expreſſus in l. ſi quis ſocietatem, ff. pro ſocio. Bal. in l. ſi patruus, nu. 1. ver. ex quo
nota.

nota. Ang. in conſi.60.col.1.Caſtr.cóſ.350.col.2. vet.
ſecundo oppono, vol.1. Butr.in conſil.71. circa med.
Rom.in conſi.29.nu.9.vol.1.Alex.in conſi.49. nu.12.
& ſeq.vol.1.vbi latè probat.& in conſi.37.in fi. vol.4.
Barbat.in conſi.22.nu.10.verſ.adhoc facilè, & nu.11.
ver.& ſi quiſpiam,vol.1.& in conſi.22.col.3. ver.præ-
terea,& nu.9.vol.2.Soc.in conſil.160.nu.6. in fine, &
latè nu.11.volum.2.Iaſ.in conſi.2.nu.7. verſ.quinto,
vol.3.& in l.vt nemini,num.4. C.de colla.& in l.ſi ſo-
cius,nu.5.ff.ſi cer.pet. vbi inqnir, tex.in d.l.ſi quis ſo-
cietatem,eſſe de iure meliorem ceteris.Rube.in con-
ſil.87.nu.2.Ripa in l.1.nu.22. ff.in quibus cau.pig.vel
hypot.tacit.contrah.Alc.in conſi.359.nu.5.vet.quod
puto vetum.Crauet.in conſil.159.num.2. Cæphal.in
conſi.247.num.32.Menoch.conſi.12.nu.21. Anchat.
mod.fam. quæſt.lib.1.q.74. nu.18. & ſeq.& quamuis
prædicti omnes loquantur, quando emptio facta eſt
communi pecunia, tamen in præſenti caſu idem eſt:
quia ſtante vniuerſali ſocietate inter fratres, nihil
erat non commune, etiam dotes vxorum,vt in ſimili
reſpondet Crau.d.conſi.159.nu.2.cum enim commu
nicanda ſit inter ſocios hæreditas,donatio, legatum,
& lucrum omne vndecunque proueniens,l.3. in fi. ff.
pro ſocio, non eſt dubium quin pecunia quoque do-
51 talis † foret communis,& probatur in l.actione, §.fi.
ff. pro ſocio, vbi præſupponitur dotem eſſe commu-
nicatam, aliàs non bene diceretur dotem eſſe præci-
piendam in diuiſione, vt etiam dixi ſupra in 3. fund.
partis contrariæ, ſicuti etiam lucrum quod fit ex do-
te eſt commune.Bal.Ang.Rom.Alex.Bologn. Dec.&
alij,quos citat Rol.de lucr.dot.q.111.Bero.conſi.190.
num.8.vol.1.Ruin.conſi.101.nu.16.vol.1.Pet.de Vbal.
de duob.frat.par.5.q.5.nu.7.Fed.Sco.conſil.24.nu.5.
lib.5.tom.1. Por.Imo.conſi.68. per tot.vide omnino
Crau.conſi.16.num.1.

Secundo dico,quod ſi res eſſet integra, vt quia cõ-
ſtaret adhuc matrimonium inter D. Io. Marcum &
vxorem, veniret D. Pet. Ant. tanquam vniuerſorum
bonorum ſocio communicanda facultas illa dandi
vel bona vel pecuniam vxori D. Io.Marci in caſu re-
ſtitutionis dotium,quæ in emptione illorum bonorũ
reſeruata fuit D.Io.Marco:nam etſi in ſocietate om-
nium bonorum dominium trãſeat ipſo iure ſine tra-
ditione reſpectu corporalium,tamen reſpectu actio-
num vel iurium incorporalium cogitur ſocius actio-
52 ne † pro ſocio,ad cedendum iura,& hæc ceſſio habe-
tur loco traditionis,vt eſt tex.in l.3.in prin.ff.pro ſo-
cio,& ibi ponit Caſtr.& notant Doct. in l.2. & l.tan-
diu,vbi Salic.C.pro ſocio. Azo.in ſum. C.eod.tit.nu.
23.verſ. actiones tamen. Aret.in §.ſequens, nu.9. vbi
Iaſ.num.37. Inſtit.de act. ſicuti autem ſocius quæſita
proprio nomine tenetur ſocijs communicare, quan-
do ſunt corporalia, ita debet pro incorporalibus vt
ſunt credita iuraque, & actiones ceſſionem facere;
hoc enim ius retinendi prædia, & dandi pecuniam
pro dotibus,vel retinẽdi pecuniã,& dãdi bona, dici-
tur creditum quoddam: quia creditum dicitur etiã
ſi recepturi ſimus rem,vt in l.2. §.creditum, ff.ſi cert.
pet.& hac ratione Cagn.in l.5.nu.105. & nu.166. C.
de pact. inter empt.& vend. inquit,facultatem redi-
53 mendi† prædium alienatum dici creditum.

Tertio videtur, quod in præſenti caſu dici poſſit
prædia illa fuiſſe communicata: quia ſupponitur in
facto ea omnia fuiſſe ab ipſo D.Io.Marco vel eo ſciẽ-
te, & conſentiente deſcripta in cataſtro publico ſub
communi nomine omnium fratrum. ita concludit
Bar.in l.rura,C.de omni agr.deſer.lib.11. vbi conclu-
54 dit, quòd ſi vnus ex fratribus qui prædia † emerat
proprio nomine,faciat ea in regiſtro deſcribi ſub cõ-
muni nomine omnium fratrum, qui poſtea pro illis
agnouerunt onera, eo ipſo tranſit in fratres domi-
nium bonorum, & illius dictum ſingulare inquit Ro-
man.in ſing.428.& in conſi.291.nu.7.Ale.in conſ.92.
nu.6.vol.2.Barbat.in conſi.37.nu.14.vol.2. Soc.in cõ-
ſil.46.nu.3.vol.3.Io.de Amic.conſi.120.nu.34.Dec.in
conſi.21.nu.10.Rol.in conſi.4.nu.15.& ſeq.vol.2.vbi
dicit, vltra cataſtrum requiri quod fratres ſubiue-
rint communiter functiones pro ipſis bonis. Menoc.
in conſi.12.nu.15. & præter eos dicunt Ang.& Io.de
Plat.in d.l.rura,quòd frater deſcribendo in commu-
ni cataſtro bona quæ emerat proprio nomine, vide-
tur ea communicaſſe. Bero. in conſi.77. nu.13. vol.3.
Alc.in tract.præſumpt.reg.3.præſump.17. nu.3. Rim.
in conſi.130.nu.5.vol.1.& Caualc.de tutor.num.244.
ſtante autem communicatione,datur contra hæredẽ
D.Io.Marci actio communi diuidundo,l.1.ff.com.di-
uid.Rol.in conſi.4.nu.22.vol.2.& non obſtabit diui-
ſio facta, quia in ea diuiſione bona hæc fuerũt omiſ-
ſa,quæ tamen ex prædictis conſtare eſſe communia, &
55 vbi diuiſio † eſt imperfecta,vt quia aliqua remanſe-
runt diuidẽda, competit actio prædicta, vt probat in
ſpecie tex.in l.ſi maior,vbi Bart.Bal. & Salic.notant,
C.com.diui.

Et non aduerſatur doctr. Bal.in d.l.ſi ſocius, quia
ad illam eleganter reſpondent prædicti domini con-
ſulentes, non procedere,ſcilicet, quando ſocius con-
trahit nomine proprio, citra tamen animum diſſol-
uendi ſocietatem,ſocietas enim ſicuti poteſt contra-
hi tacitè,& expreſsè, ita quoque diſſolui poteſt non
56 minus tacita quam expreſſa † voluntate, vt proba-
tur in l.itaque,ff.pro ſocio. Pract.Pap.in forma libel-
li in eau.ſocietat.ver.nec perſeuerare in ſocietate,nu.
5.Bald. in l.ſi patruus, num. 13. C. comm. vtriuſque
iudic. & in d.text.probatur quòd animo diſtrahitur
ſocietas,vt inquit Bald.in l.ſi maior, num.5. C.com.
diuid.ſicuti animo cõtrahitur,& eatenus durat,qua-
tenus conſenſus durat ſociorum,l.4. verſic.primo,ff.
pro ſocio,l.verum,§.fin. ff.eod. §.manet. Inſtit. de ſo-
ciet.l.tamdiu,C.eod.quando ergo ſocij faciunt ſepa-
ratim aliquos actus, videntur velle in dubio ſoluere
ius ſocietatis,d.l.itaque.at ſi conſter de animo in cõ-
trarium,quod ſcilicet agentium intentio non fuerit
diſtrahere ſocietatem,tũc ceſſat ea præſumptio,quia
nedum præſumptio cedit veritati, l.fin. ff. de probat.
ſed etiam cedit contrariæ præſumptioni, l. Diuus, ff.
de in integra.reſtit. hic autem vrgent in contrarium
aliæ præſumptiones; & primum quidem, eorundem
bonorum deſcriptio facta in communi omnium fra-
trum cataſtro, & ſolutio onerum quæ arguunt com-
munionem,vt dixi ſupra,& ponit in propoſito Rom.
conſil.291. nume.7. & communicatio fructuum ipſo-
rum bonorum; & licet fructuum communicatio re-
57 gulariter † non faciat præſumi communionem, &
ſocietatem contractam eſſe de ipſa re, vt inquit Salic.
in l.ſi patruus,colum.fin.& in verſi.concludo ergo,C.
com.vtriuſque iudic.Angel.in conſi.85.cir.fin. Alex.
conſi.48.nu.6.vol.2. Barbat.in conſi.22. nu.12.vol.1.
Dec.conſi.51.nu.1.Ruin.conſi.141.nu.23.vol.5. Pariſ.
conſi.84.nu.11.vol.1.Neuiz.in conſi.76.nu.8.Crau.in
conſil.26. nume.1. cum infinitis alijs,tamen quando
iam vniuerſalis ſocietas erat contracta, vnuſque ex
ſocijs emit fundum proprio nomine, tunc ſi fructus
illius fundi communicantur, & pro eo ſoluuntur ex-
penſæ, continuatur communitas nedum in ipſis fru-
58 ctibus, ſed etiam in fundo.† ita in terminis declarat
Anchar. in conſi.149. plura dubia,nu.4 verſi.& licet
iſtam, & ſubdit, hoc tanto magis procedere,quando
eo tẽpore fratres ipſi nihil omnino habebãt vnus ab

altero ſeparatum.ſequitur Barb.in conſ.22.col.7.8.
vol.2.vbi dicit,præſumptionem quæ inſurgit ab em-
ptione ſacta proprio nomine, tolli ex ſecuta ſructuũ
communicatione : quia communicando ſructus, vi-
detur declarare animum ſuum, ꝙ omnibus fratrib.
acquireretur,& ante eos Ang.in conſ.1 t a.nu.2.verſ.
concludendum. Bal.poſt Cin.in l.cum duob.§.ſi fra-
tres,col.2.ff.pro ſocio,ſequitur Iaſ.d.l.ſi ſocios,nu.2.
hic vero concurrit vniuerſalis ſocietas,deſcriptio in
communi æſtimo, ſolutio onerum cõmuniter ſacta,
& fructuum communicatio: addo & aliud, quia ſci-
licet poſt talem rerum emptionem, perſeuerarunt
fratres in cõmunicando quæcunque lucra obuenien
tia,& præcipuè D.Pet.Ant. lucrum factum in merca
tura,& non eſt iuſtum quod teceperit aliena,& reti-
19 neat propria. ita in terminis † Salic. in l. ſi patruus,
C.com.vtr.iud.in fin. ver. fateor tamen,vbi loquitur
fortius, quando tractatur de inducenda,nõ de indu
cta ſocietate,& ante eum Bart.in l.Titium,§.altero,
in fi.ff.de adm.tut.Butr.d.conſ.71.circa fin.Amplius
dico,quod ſi talis emptio proprio nomine ſacta poſ-
ſet diſſoluiſſe ſocietatem, ſecuti illi actus ſufficerent
ad inducendum recommunionem, ſeu recommuni-
cationem,vt concludit Roman.in conſ.418.Pariſ.ad
Bar.in l.ſi maior,C.com.diuid.quamuis itaque bona
illa fuerint proprio nomine empta ſciẽtibus fratri-
bus,tamen ex ijs quæ præceſſerunt,& ſecuta ſunt ap-
patet, non animo diſſoluendi ſocietatem fuiſſe no-
mine proprio D.Io.Marci empta,ſed ad alium finẽ:
ſi enim talis fuiſſet intentio, vtique non permiſiſſet
Do.Io.Marcus, ꝙ fratres bonis ſic emptis vterentur
poſt emptionem promiſcuè ſicuti vtebantur ceteris
communibus, nec paſſus fuiſſet, quod deſcriberẽtur
communi nomine in libro cenſus, nec ꝙ cõmuniter
eorum fructus perciperentur, & onera ſoluerentur.
Reſpondeo ſecundo,dictum Baldi procedere,quãdo
emptio illa fieri nõ potuit citra animum, & ius diſ-
ſoluẽdæ ſocietatis, & quia neque actus ementis, nec
fratrum conſenſus poſſit ad alium finem referri quã
ad diſtractionem ſocietatis; at vbi alia ex cauſa fra-
ter emit proprio nomine,& fratres conſentiunt em-
20 ptioni,nõ inducitur diſſolutio; voluntas † enim quæ
ex actu colligitur, non debet extendi vltra quam ex
ipſo actu de neceſſitate inferatur, l.fi. C.ne vxor pro
marito,l.1.& 2. C.de neg.geſt.ita in propoſito ſocie-
tatis dicit Bar.in d.l.Titium,§.altero,nu.5. ver.præ-
terea talis actus,& num.6.ver.ad q̃d dico,ff.de adm.
tut.Bald.in l.ſi vnus,in 2.lect. ff. pro ſocio, in l.ſi pa-
truus,nu.13.in fi. C.com.vtr.ind.Butr.in conſ.71. vbi
inquit,quod noſtri actus intantum extendunt cõſen
ſum,inquantum extenduntur limites actuũ.Anch.in
conſ.149.nu.4.Barb.d.conſ.22.nu.12.in fi.vol.1.Caſt.
conſ.73.nu.1.vol.2. Corn.cõſ.54.col.1.vol.1. Soc.cõſ.
87.nu.7.vol.1. Dec.conſ.21.col.2.Pariſ.cõſ.84.nu.51.
vol.1.Alc.conſ.359.nu.5. Nat.in conſ.254.nu.1.Rol.
conſ.91.num.28.vol.1.ſed emptiones de quibus agi-
mus,fieri potuerunt,& fratres eis conſenſiſſe potue-
runt citra animum diſſoluendi ſocietatem, id ꝙ pro
bo. Emptiones omnes factæ ſunt ea intẽtione,vt em
pta prædia aſſignarentur in ſolutum vxori pro doti-
bus; oſtenditur autem hoc ex eo, ꝙ incontinenti, &
eodem tempore fuerunt in eiſdem inſtrumentis aſſi-
gnata pro fundis dotalibus vxoris, quando autem
21 plures actus fiunt eodem tempore,tunc vnus † vide-
tur alteri ineſſe,& vnus fieri reſpectu,& contempla-
tione alterius. Bal.in l.petens, nu.49. C.de pact.An-
char.conſ.434.nu.3.alios citat D.Becius in conſ.92.
num.6. & ſeq. Vt autem in ſolutum aſſignari poſſent
vxori D.Io.Marci,neceſſe erat,ꝙ nomine D.Io.Mar-
ci emerentur cum conſenſu fratrum,quia aliàs ſi ſine
fratrum conſenſu fuiſſent aſſignata, vel empta, aſſi-
gnatio nõ valuiſſet in ipſorum fratrum præiudiciũ:
quia per acquiſitionem ſactam ab vno ex ſocijs no-
mine proprio, fuiſſet alijs ſocijs ius ita quæſitum q̃d
eis deinde inuitis tolli non potuiſſet,vt probat Barb.
22 d.cõſ.22.nu.9.vol.2.vbi dicit,quòd emens † proprio
nomine communicare tenetur ſocijs,etiam ſi exinde
proteſtetur,nolle,quod ſocijs quæratur,quia per ac-
quiſitionem ius erat ſocijs quæſitũ.& ratio eſt : quia
23 vnus ex ſocijs non poteſt alijs inuitis diſtrahere † ſo
cietatem,l. actione,§.item qui ſocietatem, ff. pro ſo-
cio.Pap.d.verſi.nec perſeuerare.Bar.d.§.altero, in fi.
Butr.d.conſi.71.cir.fin.verſ.vnde eo recipiẽte.& ideo
inquit pulchrè Bal.in conſi.452.vol.3.quod ſicuti in
contrahẽda ſocietate,communis, & promiſcuus ſo-
ciorum conſenſus requiritur, ita & in diſſoluenda,
& infert, quòd ſi vnuſquiſque ſociorum facit altero
ignorante actus aliquos proprio nomine,non cenſe-
tur derogatum ſocietati. ſequitur Natta conſi. 100.
nu.4.conſenſus ergo fratrum fuit adhibitus, vt bona
illa valide poſſent vxori aſſignari in ſolutum, proin-
de extendi nõ debet vltra quam ex ipſo actu infera-
24 tur ex neceſſitate,quia conſenſus † limitatus, produ
cit effectum limitatũ,l.iubemus,C.ad Velleia. Rom.
conſ.131.in fi.Dec.cõſ.379.nu.6.dixi in cõſ.36.nu.28.

Non omitto, quod doctr.illa Bald.mihi non con-
cludit:nam etſi Bal.in l.ſi maior,nu.5.C.com.diuid.
dicat l.itaque,ff.pro ſocio,intelligi etiam,quando v-
nicus fit actus ſeparatim, tamen eius dictum falſum
mihi videtur, quia lex illa loquitur, quando vterque
facit actus ſeparatos,& ideo gl.in d.l.ſi maior,inquit
quòd ſi fratres longo tempore ſeorſum habitarunt,
25 † & bona ſeorſum poſſederunt,præſumitur inter eos
diuiſio.ſequitur Bar.Bal.Ang.Imo. Salic.Alber. Ca-
ſtr.Alex.Aret.Flor.Fel.Soc.Iaſ.Rimi.Rui.Dec.Brun.
Balb.Grat. & Boet. quos citat Anto.Gabr.com.opi.
li.1.tit.de præſump.concl.1.nu.28.Pap.in d.ver.per-
ſeuerate,nu.2.verſi. alio etiam modo,vbi allegat d.l.
itaque.Meno.conſi.87.nu.68.& 77.& ſicuti in coeun
da ſocietate neceſſe eſt quòd vterque aliquid ponat
verè,vel fictè,l.ſi nõ fuerint, & l.pen.ff.pro ſocio.Bal.
26 d.conſi.452.ita † in diſſoluenda requiritur vtriuſque
actus,ſecundum Bal.ibi,& Bar.§.altero, in fine. Præ-
terea,ſi voluntas tacita non debet extendi vltra quã
ex actibus ipſis inferatur,vt ſupra dixi,quomodo a-
ctus diſſocialis factus circa vnam rem, poteſt indu-
cere diſtractionem totius ſocietatis?videmus enim,
quòd actus ſociales facti circa vnam rem,non indu-
27 cunt † ſocietatem generalem,vt per Bar.in d.§.alte-
ro.Bal.& Sali.in l.ſi patruus, C.com.vtriuſque indic.
ergo diſſolutio ſocietatis non debet etiam induci p
actus qui fiant circa vnam rem,vt arguit Bal.d.conſ.
452.Addo,quod fratres,& ſocij conſentiendo quòd
frater,& conſocius emat proprio nomine, non vidẽ-
tur ſibi præiudicare,quo minus petant rem emptam
communicari, perinde, ac ſi non conſenſiſſent: quia
non ſunt contraria, & incompatibilia, quòd emat
proprio nomine,& quòd teneatur cõmunicare:imo,
non aliter peti poteſt communicatio, niſi id fuerit
proprio nomine acquiſitũ : nam ſi acquirat commu-
28 ni nomine,res ſic empta efficitur ipſo † iure commu
nis,& tranſit eius dominium in ſocio ſine ceſſione,vt
probatur in l.ſi ego,ff.de neg.geſt.Barto. d.§. altero,
Bal.d.l.ſi patruus,& idem Bal.in d.l.ſi ſocius,ff.ſi cer.
pet.Ange.conſil.112. in princ.& ita intelligi debent
quæ ponunt Iaſ.& Dec.in d.l.ſi ſocius, dum loquun-
tur de acquiſitis poſt ſocietatem.Cum ergo non ali-
ter detur communicatio,niſi acquiſitio facta ſit pro-
prio

Digitized by Google

prio nomine, vtiq; conſentiendo emptioni factæ pro
prio nomine, non perdit ius petẽdi communicatio-
nem; quinimo, ſi impugnaret emptionẽ factam, vel
relictum, aut legatum factum ſocio, iſte diſſenſus in-
duceret diſſolutionem ſocietatis. & facit, ꝙ dicimus
29 conſenſum non nocere † quando conſentiens ſcie-
bat ius ſuum durare, l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus
mod. pign. vel hypot. ſoluit.

Secundo non obſtat doctr. Bart. in d. §. altero, vbi
vult quod detur actio ad pecuniam non ad rem cõ-
municandam: quia reſpõdeo quod Bart. loquitur de
30 ſocietate non vniuerſali, ſed vnius † negociationis
tantum. ita declarat præciſè Alc. conſ. 37. in fi. vol. 4.
& nulla eius facta mentione Iaſ. d. l. ſi ſocius, num. 2.
cir. fi. ff. ſi cer. pet. ſubdẽs, quod aliàs Bar. deciperet ſi
enim intelligeremus eum in vniuerſali ſocietate, ma
le loqueretur, & contra cõmunem omnium opinio-
nẽ quos ſupra citauimus in primo huius partis fun-
damen. & Iaſ. in loco prædicto refere Ancha. & alios
tenere cõtra Bar. Anch. mod. fam. q. lib. 1. q. 74. nu. 10.

Non etiam tertium obiectũ perturbat hanc con-
cluſionem, quia non agit D. Pet. Ant. ad pecuniã cõ-
municandam, ſed ad rem ex ea pecunia emptam, pa
ratus pro ſua portione refundere etiam pecuniam
dotalẽ quę fuerat in communi ſocietate conſumpta.

Nec aduerſatur quod hæc bona fuerint in ſolutũ
data vxori D. Io. Marci ſcientibus ipſis fratribus, &
patientibus, qui conſentiendo ſibi præiudicarunt:
quia reſpondeo, ꝙ conſenſus adhibitus fuit in fauo-
rem vxoris, non autem in fauorem D. Io. Marci, ideo
præiudicat fratribus quoad ipſam vxorẽ, non quoad
D. Io. Marcum vel hæredes eius: ſicuti enim conſen-
31 ſus † circa vnam rem adhibitus, non nocet quoad a-
liam, Bart. in l. ſi curatorem habens, C. de in integr.
reſt. Aret. in l. Domitius Labeo, col. 2. ff. de teſta. Cra.
conſ. 841. nu. 6. Cæph. in conſi. 148. num. 24. Menoch.
conſ. 75. num. 74. ita adhibitus fauore vnius perſonæ
non extenditur ad aliam: quia valet argumẽtum de
32 re † ad perſonam, l. qui furere, vbi Alb. & Bald. ff. de
ſtat. hom. l. ſi quis inquilinos, §. ſi ita legatũ, ff. de leg.
1. Euerar. loco 38. imo difficilius extenſio fit de vna
ad aliam perſonam, quam de vna ad aliam diſpoſi-
tionem, vt latè per Rol. in conſ. 56. nu. 24. vol. 3. & fa-
33 cit, quia etiam pactum cum vna † perſona non no-
cet cum alia, l. ſi vnus, §. ante omnia, vbi Barto. Caſtr.
Alex. & Iaſ. ff. de pact. l. Imperatores, in princip. ff. de
tranſac. Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. ſi actiones, C. de pact.
Reſpondeo ſecundo, quod datio in ſolutum fuit fa-
cta cum reſeruatione dandi vel bona, vel pecuniam
quandocunque eueniret caſus reſtituendi dotes, &
ideo datio in ſolutum, & cõſenſus illi præſtitus, non
nocet, quando datio in ſolutum non habuit effectũ,
quia maritus elegerit date pecuniam, & nõ fundos.
34 reſeruatio † enim conſeruat ius, quod prius compe-
tebat. Oldra. in conſi. 837. in fi. Ang. in conſi. 27. cum
multis citatis à D. Bec. in conſi. 74. nu. 16. & euenien-
te caſu reſeruato, res non videtur alienata, ideo con-
35 ſenſus præſtitus non nocet, quando alienatio † non
habet effectum ſuper qua fuit adhibitus conſenſus,
vt probat tex. in l. ſicut, §. ſuperuacuum, & §. penul. ff.
quib. mod. pig. vel hypo. ſolu. ponit Bar. in l. qui Ro-
mæ, §. duo fratres, q. 8. nu. 21. ff. de verb. oblig. vbi Iaſ.
nu. 72. Crot. num. 133. & Ripa, num. 83. & ſeq. plures
alij, dicentes, ꝙ concedens licentiam alienandi rem
fideicommiſſo ſubiectam, non ſibi præiudicat, ſi res
non fuit alienata.

Et hoc caſu bona iſta non dicuntur eſſe apud hæ-
redes D. Io. Marci, ex noua cauſa, ſed ex antiqua, &
non reputãtur diuerſa bona, ſed eadem, ex quo per-
uenerunt ad eũ vigore pacti appoſiti in origine con-
tractus, quando fuerunt in ſolutum vxori aſſignata,
& perinde habentur, ac ſi nunquam fuiſſent in ſolu-
tum data, inſpicitur enim origo, & principium, l. qui
id quod, in princ. ff. de dona. & videntur rediuiſſe ad
primæuam ſuam naturam, arg. l. ſi vnus, §. pactus ne
peteret, in ver. ꝙ in ſpecie, ff. de pact. & id probatur
ex deciſione Bart. in l. in diem, ff. de aqu. plu. arc. vbi
36 inquit, ꝙ ſi † res vendita cum pacto retrouendendi,
redimatur, redit libera ad venditorẽ, quia iudicatur
eiuſdẽ qualitatis, & conditionis cuius erat ante ven
ditionem. Dec. qui alios citat, in conſi. 53. col. 2. verſ.
adhoc bene facit, & in conſ. 88. nu. 3. & conſ. 238. nu.
4. ver. quinto queritur. Cagn. in l. 2. nu. 176. & nu. 154.
C. de pact. inter empt. & vend. & hanc ſententiã com
probat multis Tiraq. de retract. conſang. §. 19. glo. 1.
nu. 4. & Dec. ac Cagn. in locis prędictis reſpondet ad
tex. in d. l. ſi à me, cũ ibi no. per Bar. vt procedat, quã-
do reuendit quis ex libera, & mera voluntate, nõ aũt
ductus neceſſitate alicuius pręcedẽtis obligationis;
at hic res ſunt penes hære. Io. Marci ex præcedẽti pa
cto, quòd eſſet in eius facultate tradere res, vel ſol-
uere pecuniã, ergo apud eos ſunt ex antiqua cauſa.

Poſtremo, non contradicit, quod fratres remitten
do hæc bona D. Io. Marco pro dotibus vxoris amiſe-
rint omne ius, quod ſibi competebat: quia reſpon-
deo, de tempore diuiſionis bona erant dotalia, ideo
licet dimiſſa fuerint pro dotibus, non tamen ſibi præ
iudicarũt quo minus eueniente caſu, ꝙ dos reſtitue-
retur in pecunia petere poſſent bona. allego tex. in l.
omne æs, ff. pro ſocio, vbi dr̃, ꝙ debitum ſub conditio
37 ne, † vel in diem ſoluendum eſt de cõi, licet dies ve-
nerit vel conditio poſt ſocietatem diſſolutam, & in l.
ſequenti dr̃, quod in diuiſione non poteſt ſocius de-
ducere id, ꝙ ſub cõditione promiſerat, ſed expectan
da eſt cõditio, & tũc is qui promiſit, debet releuari
à ſocijs, latè Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 18. nu.
44. ſicuti igitur debiti ſub conditione fieri debet de
cõi ſolutio, ita creditum cõditionale debet euenien-
te conditione inter omnes ſocios diuidi, vt correlati
38 uorum † eadẽ ſit ſententia, l. fin. C. de indicta viduit.
toll. l. fin. ff. de acceptil. l. 1. C. de cupreſſ. & vt eadem
in ſocietate ſit ratio damni, & lucri, ſecũdum l. ſecun
dum naturam, ff. de reg. iur. pactum enim cõuentum
39 circa † lucrum, locum habet etiã circa damnum, §. fi.
Inſt. de ſociet. Salic. in l. 1. q. 1. C. pro ſocio. Ale. in cõſ.
131. nu. 5. vol. 5. Corn. in l. ſi paſcenda, nume. 13. C. de
pact. Niconit. in Rubr. ff. ſol. matr. num. 95. Natta, in
conſ. 554. nu. 7. & ſi dicatur, aduerte, quia ſaltem tem
pore remiſſionis exigenda erat cautio, iuxta l. omne
æs, & l. ſeq. ff. pro ſocio. Azo in Summa, C. pro ſocio,
nu. 34. Reſpondeo, ꝙ etiam omiſſa cautione, ſocius
40 † poteſt ius ſuum conſequi, quando conditio euenit,
vt eſt tex. in l. ſi vnus ex ſocijs. & ibi not. Bal. ff. pro ſo
cio. & facit tex. in l. ſocius pro filia, ff. pro ſocio, vbi ſi
pater qui de communi pecunia filiam ex pacto inter
ſocios cõuento dotauit, eam dotem mortua filia re-
cuperet, neceſſe habet illam ſocietati reddere. ecce
ergo quod etſi dos fuerit à patre data de conſenſu
ſociorum, tamen ſi ſequatur caſus in quem dos patri
reſtituatur, ea eſt ſocietati reddenda. Secundo reſpõ
deo, quod nulla fuit in diuiſione facta expreſſa re-
miſſio horum bonorũ, ſed interuenit ſolum tacitus
quidam conſenſus fratrum, quod D. Io. Marcus lo-
co dotium vxoris haberet hęc bona, ita ꝙ videtur po
tius ea habuiſſe ex permiſſu fratrũm, quam ex eorũ
41 diſpoſitiua voluntate, talis autem conſenſus † non
præiudicat in iure de futuro, gloſ. in l. ſi à ſubſtituto,
in princ. ff. de leg. 1. Bar. in l. ſi fundum per fideicom-
miſſum,

Digitized by Google

miſſum,nu.1.in fi.ver.aut hoc non impedit,ff.de leg. 1.vbi Iaſ.num.31.citat concordantes.Bal.conſi.202. num.2.vol.2.Alexan.conſ.40.num.6.& 7.volum.4.&
42 procedit etiam, † quando ius de futuro competit ex cauſa de præterito,l.1.§.quod ait,il ſecondo,vbi Bar. ff.quor.leg.Soc.cõſ.230.nu.2.vol. . . . Tiraq. de retractu conſang.§.1.glo.9. num.132.hic autem agitur de jure quòd competebat de futuro, quia expectandus erat euentus dotium reſtituendarum, & ſi maritus vel eius hæres elegiſset reſtituere bona, nullum ius ad ea competijſset fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio auctoris nocet etiam ſingulari ſucceſſori.*
2 *Confeſſio vaſalli probat feudum.*
3 *Recognitio operatur quod bona alladialia efficiantur feudalia.*
4 *Regulæ ſtandum eſt quæ transfert onus probandi.*
5 *Generalitati ſtandum eſt, quando caſus non reperitur exceptus.*
6 *Dominatio multum operatur.*
7 *Feudalitas probatur per famam, præſertim vbi agitur de feudo antiquiſſimo.*
8 *Teſtium numerus ſupplet defectum.*
9 *Dominium antiquum probatur per famam, & per teſtes de auditu.*
10 *Feudalitas probatur per confeſſionem vaſalli.*
11 *Voluntas defuncti agnoſcitur ex confeſſione hæredis.*
12 *Allodialia in dubio præſumuntur omnia bona.*
13 *Feudalia bona collectari non poſſunt.*
14 *Collectari non poſſunt bona Eccleſiaſtica.*
15 *Emphyteuta Eccleſiæ eſt immunis à collectis.*
16 *Collectis vbi ſunt obnoxia bona Eccleſiaſtica, exactio fit per iudicem Eccleſiaſticum non per laicum.*
17 *Confeſſio facta ab vno tanquam teſte, illi nocet.*
18 *Voluntas ex facto colligitur.*
19 *Facti appellatione venit non factum.*
20 *Fruſtra ab homine imploratur quod à lege conceditur.*
21 *Feudum non poteſt alienari ſine conſenſu domini, etiam in agnatum remotiorem.*
22 *Alienandi prohibitio hominis ſi accedat prohibitioni legali, efficit, ne fieri poſsit alienatio etiam in caſibus à lege permiſsis.*
23 *Datio in ſolutum eſt ſimilis venditioni.*
24 *Feudalia bona non poſſunt dari in dotem æſtimata.*
25 *Beneficium vt ſine titulo quis diu poſsideat, non eſt credibile quod Epiſcopus permittat qui annuatim ſuam diœceſim viſitat.*
26 *Prædia præſumuntur eſſe eius naturæ cuius ſunt vicina, & circunſtantia.*
27 *Media cognoſcuntur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
28 *Feudum vbi eſt ita allodio commixtum, quod vnum non poſsit ab alio ſecerni, ſuccumbit is qui agit ad feudum.*
29 *Probatio dubia interpretatur contra probantem.*
30 *Identitas rerum probari debet ab actore, & num.33.*
31 *Sententiam certam ferre non poteſt iudex in re dubia.*
32 *Actoris ex perſona non autem poſſeſſoris ius metiendum in cauſarum defenſione.*
33 *Concedens alicui omne ius quod habet in tali loco, nihil videtur tribuere, niſi conſtet quantum iuris illi competeret.*
34 *Præteriti temporis verbum denotat perfectionem rei.*
35 *Copulatiua ad ſui verificationem requirit concurſum omnium copulatorum.*
36 *Relatiuum ſine copula adiectum qualitati quæ non conuenit cuilibet de genere, ſtat reſtrictiuè, & num.48.*
37 *Copulatiuæ pars vna aliam declarat.*
38 *Pluralis numerus non eſt vno contentus.*
39 *Relatio fieri debet ad omnia præcedẽtia nõ ad aliqua tantũ.*
40 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & vt illi conueniant.*
41 *Superflua ne ſint verba interpretatio fieri debet.*
42 *Alius, dictio, eſt repetitiua ſimilium.*
43 *Voluntas colligitur ex actu nullo.*
44 *Relatiuum repetit non ſolum rem, ſed etiam formam, modum, & qualitatem.*
45 *Expreſſum dicitur quod infertur ex verbis, & quod continetur in relatione facta ad aliud.*
46 *Confinibus quicquid concluditur in diſpoſitione continetur.*
47 *Confinium mutationem allegans, tenetur probare, præſertim ſi ſit actor.*
48 *Confinium mutationem vt probent teſtes, debent deponere de modernis, & antiquis confinibus, nec ſufficit alteros tantum nominare.*
49 *Inueſtituræ primæ tenor eſt attendendus.*
50 *Iurium appellatione non veniunt bona corporalia, ſed tertia conſtituitur ſpecies diuerſa à mobilibus, & immobilibus.*
51 *Iura non poſsidentur ſicuti cetera corporalia.*
52 *Clauſulæ quæ ex conſuetudine, vel ſtilo notarij apponuntur non nocent partibus.*
53 *Exceptio reſtringit regulam ad caſus non exceptos.*
54 *Exceptio illa non cenſetur reiecta à ſtatuto reijciente omnes exceptiones quæ deſcendit ab eodem fonte.*
55 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
56 *Conditio impleri debet antequam ius competat ex diſpoſitione conditionali.*
57 *Sententia lata quod ſoror mittatur in poſſeſſionem omnium bonorum, exceptis feudis, & alijs bonis quorum fœminæ non ſunt capaces, mulier non obtinebit poſſeſſionem niſi probet quæ ſint feudalia, & quæ non.*
58 *Sententia quæ mandat bona reſtitui ſolutis melioramentis, non poteſt exequi niſi facta prius melioramẽtorum liquidatione.*
59 *Qualitates à diſpoſitione requiſitas probare debet agens ex diſpoſitione.*
60 *Liquidum quod non eſt, vbi in iudicio deducitur, debet liquidari.*
61 *Qualitas adiecta diuerſificat, & reponit in alia ſpecie.*
62 *Tale ſimpliciter, & tale ſecundum quid, differunt.*
63 *Diſpoſitio loquens de tali, non includit quod eſt tale ſecundum quid.*
64 *Approbari in totum, vel in totũ reprobari debet diſpoſitio.*
65 *Confeſſio qualificata non põt acceptari reiecta qualitate.*
66 *Recognitio deficit ſublata qualitate propter quam fuit facta recognitio.*
67 *Scriptura producta quis vti non poteſt, niſi cum qualitatibus in ea deſcriptis.*
68 *Epiſcopus eſt iudex vbi agitur de bonis ſuæ Eccleſiæ, ſecus ſi de bonis quæ ſpectant ad ſuam menſam.*
69 *Denominatio ſola non probat.*
70 *Nominatio probari debet concludenter in caſibus in quibus alicuius eſt ponderis.*
71 *Filiatio non probatur ex nominatione aliorum quam parentum.*
72 *Famam vt probent teſtes, debent ẽt non interrogati reddere rationem, & ibidẽ quæ requirantur in probanda fama.*
73 *Teſtes de auditu non admittuntur ad probandum factum antiquum, concurrentibus duodecim requiſitis.*
74 *Singulares teſtes non probant.*
75 *Verba cui non conueniunt, non conuenit diſpoſitio.*
76 *Confeſſio in parte vera, præſumitur vera in totum.*
77 *Confeſſio cum ſit actus reiterabilis probari poteſt teſtibus ſingularibus.*
78 *Confeſſio probari debet duobus teſtibus concordibus.*
79 *Confeſſio non nocet quando eſt de re quæ non pendet à poteſtate confitentis.*

CON-

CONSILIVM CCCCX.

CONTROVERSIA quæ vertitur in-
ter Illuſtres Dominos agnatos Via-
lardos,ſe,& iura Epiſcopatus Caſa-
lenſis tuentes ex vna , ac Illuſtrem
Dom.Angelam Mariam etiam Via-
lardam pro ſua, & Ducalis Cameræ
defenſione ex alia,in ſolo puncto conſiſtit,an conſtet
ex agitato proceſſu bona in iudicio deducta eſſe feu
dalia Epiſcopatus prædicti: vti talia eſſe cōtendunt
prędicti domini actores,qui ideo per mortem D.Ca
roli Anto.prætendunt ſe ad illorum ſucceſſionem vo
catos,ex tenore tum antiquarum, tum nouarum in-
ueſtiturarum , quæ anteceſſoribus D.Angelæ Mariæ
ita fuerunt conceſſæ , vt ad ea ſoli maſculi cenſeātur
vocati; & non leuia videntur quę pro dominis agna
tis adducuntur. Et primo quidem inueſtituræ anno-
rum 1438. & 1458. conceſſæ ab Epiſcopis Vercell.
dum locus Villęnouæ dicto Epiſcopatui ſubiacebat,
in quibus authores D. Angelæ Mariæ in feudum re-
cognoſcunt quidquid poſſident in Curte, & territo-
rio Villænouæ,exceptis his quæ tenent Abbates Bre
midæ, & Sancti Stephani . Secundo, inueſtitura con-
ceſſa anno 1478. per Epiſcopum Caſalenſem,qui lo
co Vercellēſis ſucceſſerat ex Apoſtolica prouiſione,
in ea enim dicitur eſſe feudale quidquid Do. Franc.
poſſidebat in territorio,loco, & poderio Villænouæ,
exceptis,vt ſupra,ac alijs per eundem Franc.aquiſi-
tis. Tertio,idem omnino dicūtur omnes inueſtituræ
ſucceſſiuis temporibus factæ deſcendentibus à pri-
mo inueſtito vſque ad annum 1568. Quarto, res vi-
detur clarior effecta ex inueſtitura anni 1568.in qua
D.Io.Bapt. pater D.Angelæ Mariæ dicit,ſe in feudū
ab Epiſcopatu prædicto recognoſcere omnia ea quæ
tenebat in dicto territorio , probatum eſt autem in
proceſſu Do.Io.Bapt. tenuiſſe quidquid nunc eſt ſub
iudice,& eodem modo cantant ſubſequentes omnes
inueſtituræ ab eodem Do.Io.Bapt. ſuſceptæ de anno
1571.1578.& 1585.& cum D. Angela Maria profeſ-
ſa fuerit ſe patris hæredem mediante perſona fra-
1 tris, ſibi nocet paterna confeſſio, † l. cum a matre, C.
de rei vēd.& ligatur etiam ſingularis ſucceſſor. Aret.
conſi.11.col. 2.Ruin.conſil.76.num.14.vol.5.Crauet.
conſi.29.nu.5.idem Crau.conſi.2.num.273.confeſſio
2 etenim vaſalli probat † feudum. Din.conſil.15.Qui-
dam confeſſus.Bald.in l.1.nu.8. C.quand.lic.ab em-
pt.diſced.Alex.conſ.29.nu.14.vol.5.etiam aduerſus
ſucceſſorem. Curt.iun. conſil.184.col.3.Ruin.conſil.
108.nu.19.vol.2.Rol.conſ.82.nu.40.vol.2. Et prædi-
ctæ recognitiones tantæ ſunt virtutis , quod etiam ſi
bona fuiſſent allodialia , per eas effecta forēt feuda-
3 lia,† vt voluit Bal.ad Spec.in tit.de feud. in verſ. ſi rē
meam recognoſco. Caſtr.in l.cum falſa, C. de iur. &
facti ignor. Pap.in forma lib.ad fict.præſtat.in gl.ſu-
per ſolutione,col.fi.Iaſ.in l.2.nu.7.C.de iure emphy.
cum ſimilibus,& nocent ſucceſſoribus, Soc.in conſil.
68.nu.5.vol.4. Ripa in l.ſi aliquam, nu.42. ff. de acq.
poſſeſ. Craue.pro Genero,num.429.vbi ait,eum qui
cauſam habuit à vaſallo,non poſſe venire contra re-
cognitionem ab illo factam.

Et quāuis in dictis inueſtituris excipiantur non-
nulla bona , tamen non fuit probatum quæ illa ſint,
propterea interim regulę ſtandum eſt,quæ transfert
4 onus probandi.† Alex.in conſil.79.nu.4.vol.7. Ioan.
de Amic.conſi.95.nu.6.Gozad.conſi.50.nu.9.& ſtan
dum eſt generalitati, quando caſus nō reperitur ex-
5 ceptus, † vt inquit Spec. in tit. de offic.om.iud.§.po-
ſtremo,nu.14.Soc.iun.conſi.182.nu.5.vol.2.& habe-
re dicitur fundatam intentionem , qui pro ſe habet
regulam ſi non reperiatur,& probetur caſus ſpecia-
lis. Bal.in l.ſi tutor, in fine, C.de ſeru.pigno.dat.ma-
num. Et in terminis id videtur voluiſſe Goza.in cōſ.
50.nu.9. & nu.18. ver.non obſtat ſeptimum,vbi lata
ſententia per quam filia mittenda eſt in poſſeſſionē
omnium bonorum , exceptis feudis, admittit filiam
mittendam eſſe vigore generalitatis , niſi agnatus
probet quæ ſint feudalia ; & quamuis in ſuo caſu cō-
cludat contrarium,id tamē dicit,quia agnatus pro-
bauerat feudi qualitatem:at ea circumſcripta,tenet
in fauorem filiæ . Et pro hac parte conſiderati poſ-
ſunt quæ ſcripſi in conſi.180.nu.9.vſque ad finem.

Quinto,adiuuatur hæc opinio ex eo quod videtur
per teſtes probatum hæc bona publicè conſueuiſſe
ab omnibus appellari bona Eccleſiæ Caſalenſis,quæ
6 denominatio plurimum operatur, † vt latè per Ma-
ſcard.in tracta.de probat.vol.2.concl.790. Petra de
fideicomm.q.11.num.257.& ſeqq.vbi num.174.poſt
Ruin. & alios dicit,nominationem prodeſſe ad pro-
bationem non ſolum filiationis , ſed etiam aliorum
omnium , & qualitas poſſeſſionis demonſtrat natu-
ram rerum,ideo feudalia præſumuntur,quæ pro feu
dalibus poſſidentur. Bald.in c.1. de vaſallo qui con-
tra conſtit. Lothar. Dec.in conſi.146.nu.13.

Sexto , non modicum prodeſt fama, de qua multi
teſtes deponunt,ſolet etenim feudalitatem probare
præcipuè cùm agamus de feudo antiquiſſimo con-
7 ceſſo ſupra centum quinquaginta annis, vt † poſt
Bald.Alex.Aret.Barba. & Dec.inquit Brun.in conſi.
127.col.8.ver.quod ſi ſextam. Natta,conſ.460.num.
15.Silua.conſil.58.nu.13. Rol.conſil.81.nu.56.& 60.
vol. 2. & licet teſtes non ita plenè, & formiter depo-
8 nant de fama,tamen numerus eorum ſupplet:† ſunt
enim vltra decem.Alex.ad Bar.in l.de minore,§.tor-
menta,ff.de quæſt. Marſil.in ea.lege,§.plurimùm,nu.
43.Gram.conſ.crimin. 57.nu.19. Rol.conſi.81.num.
60. vol. 2. præcipuè cum agamus de dominio anti-
9 quo in quo fama ſufficit, † ſecundum Innoc. in c.ve-
niens, de teſtibus, cum multis concordantibus. Imo
videntur ſufficere teſtes de auditu, glo.in l.2.§.idem
Labeo,in verſi.audierint,ff.de aqu.plu.arcen.Petr.in
d.tract.quæſt.13.num.103.

Septimo, confeſſio extraiudicialis ſæpius emiſſa à
Do. Io. Baptiſta patre Dominæ Angelæ Mariæ nunc
conuentæ, qui dicere ſolebat,omnia bona quæ poſſi-
debat pertinere ad feudum Epiſcopatus,& nulla eſt
melior probatio,quam proprijs oris confeſſio,l.cum
te , C. de probat. & de feudalitate probata per con-
10 feſſionem,† adeſt Alex.in conſ.29.nu.14. vol.5. Cur.
iun.in conſ.140.num.5. Afflict. in tit.quibus ex cauſ.
feud.amittat.nu.298.Rol.d.conſi.82. num.40. Et ex
huiuſmodi confeſſione iuſtificatur quid D.Ioan.Ba-
ptiſtæ anteceſſores recognouerint in feudum,quia
ex confeſſione hæredis agnoſcimus voluntatem de-
11 functorum.† Pariſ.in conſi.75.nu.52. vol.2. Calcan.
in conſi.85.nu.190. Card. Mantica de coniect. vltim.
volunt.lib.3.tit.1.nu.28.

Quidquid tamen prędicta ſuadere videantur,ve-
rius arbitror, probatum non fuiſſe bona de quibus
agitur eſſe feudalia . ad primum , pro Domina An-
gela Maria conuenta facit,quod in dubio bona om-
12 nia præſumuntur libera , & allodialia, † Hoſtienſ.
Io.Andr. & alij, in cap.nimis, de iureiuran. feudum
enim eſt ſeruitus, gloſ. in l. ſi cuius, §. ſi vſusfructus,
in verſic.oportet, ff. de vſufruct. ſeruitus autem non
præſumitur, l.altius, C.de ſeru.& aq. & nedum præ-
dia particularia , ſed etiam villæ integræ, & caſtra
potius in allodium præſumuntur data quam in feu-
dum,

dum, vt per Hoſtienſ. & Io. Andr. in cap. fin. de iudic.
& hanc concluſionem multis probaui in conſil. 135.
num. 24. & larius in conſil. 195. nume. 2. & ſequen. &
hæc præſumptio, tanquam conformis naturæ rerum,
ſecundum quam omnia erant libera, & nulli ſerui-
tuti obnoxia, operatur, quod duriores probationes
requiruntur, vt ſunt iura vulgata.

Secundo certum eſt, quod bona omnia nobilium
Villænouæ, & ea præcipuè, quæ tunc poſſidebantur à
Do. Ioan. Antonio Vialardo auo paterno Dominæ
Angelæ Mariæ, & quæ D. actores dicunt ea eſſe quæ
in præſenti iudicio deducta ſunt, fuerunt Cæſareis
oneribus ſuppoſita per laudum Perilluſtris quondã
Domini Gulielmi à S. Georgio, tunc præſidis Sena-
tus, ac per ſententias latas ab eodem Senatu, & ſe-
cundum illas ſententias detracta ſolum quarta par
te, fuerunt poſſeſſores bonorum collectati durante
bello, & exacti, vt ex ipſis ſententijs, & peræquatio-
nibus productis in proceſſu apparet, in quib. in ſpe-
cie legitur nominatus prædictus D. Ioan. Antonius
pro iugeribus centum quadraginta. at certum eſt,
13 quod feudalia bona collectari non poſſunt. † Iſer. in
cap. 1. in verſic. plauſtrorum, tit. quæ ſint regal. Iaco-
bus in tract. de homag. colum. penult. Parp. in l. pla-
cet, num. 75. C. de ſacroſan. Eccle. pulchrè Alciat. qui
non ſolet allegari, in conſil. 168. num. 1. vbi ait, quod
vaſallus nõ debet grauari niſi quatenus ratione feu-
di reperitur ex inueſtitura obligatus. Natta in con-
ſil. 460. num. 16. ergo feudalia dici non poſſunt, talia
enim ſunt ſubiecta qualia prædicta demonſtrant.
Oldrad. in conſi. 60. & à ſolutione vel non ſolutione
onerum, Doctores paſſim arguunt ad dignoſcendũ,
an bona ſint feudalia vel allodialia, vt per Alciat. lo-
co prædicto. Craue. in reſpon. pro Geneto, num. 433.
Nattam d. conſil. 460. Silua. in conſi. 58. num. 3. con-
ſil. 92. & num. 1. & dixi in conſil. 135. num. 12. & con-
ſil. 151. nume. 11. Menoch. d. conſil. 395. nume. 13. Et
id multo magis locum vendicare debet in feudo Ec
cleſię: nam bona Eccleſiæ nullo modo collectari poſ-
14 ſunt, † Authen. Item nulla communitas, vbi Bart. &
Doct. C. de Epiſc. & Cler. Barto. in l. vnica, C. de mu-
lier. & in quo loco, lib. 10. Feſtaſ. de Collect. par. 4.
cap. 1. num. 1. vbi late agit Aegid. de Tomat. in tra-
cta. de Collect. in verſic. exactio munerum, nume. 44.
& pluribus ſequent. folio mihi 85. Burſat. conſil. 42.
num. 1. & pluribus ſequen. vbi larè agit, & videmus,
quod emphyteuta Eccleſiæ eſt immunis à Collectis,
15 † ſecundum Barto. Ange. & Io. de Plat. in l. priuatæ,
C. de excuſ. mun. lib. 10. Silua. qui hanc opinionem
latè defendit, in conſil. 9. per totum, præcipuè verò
num. 17. Burſat. d. conſi. 42. num. 28. vbi allegat quo-
que Caſſane. & Boer. addo Parpal. in l. placet, num.
74. C. de ſacroſan. Eccleſ. Iaſ. in l. 1. num. 31. C. de iur.
emphyt. & cum hac opinione tranſit Aegid. de Tho.
in tract. Collect. in §. pauperes an aliquibus, num. 29.
folio 434. vbi ait, dominum non emphyteutam te-
neri. Et vbi Eccleſiaſtica bona aliquo in caſu colle-
ctis ſunt obnoxia, tunc exactio fit per iudicem Eccle
16 ſiaſticum, non per laicum, † vt capit. non minus, &
cap. aduerſus, de immun. Eccleſ. Burſat. d. conſil. 42.
nume. 3. latè Feſtaſ. d. par. 3. cap. 1. num. 21. vbi quod
à ſolo Epiſcopo exigitur. Aegid. in §. non obſtant,
quæ ſupra, nume. 26. folio 168. vbi ait, quod per Epi-
ſcopos fit exactio onerum quando bona Eccleſiæ ad
ea tenentur. Nec dicatur, quod ex quo fuerunt ea
bona collectata ſolum pro oneribus Cæſareis, hoc ip
ſo probari videntur de feudo Eccleſiæ, cum ad one-
ra bellica contribuant etiam bona Eccleſiæ. Reſpon
deo etenim, quod non fuit habita ratio, quod eſſent
feuda, & quod penderent ab Eccleſia, ſed imò quod
eſſent libera, & ex Marchionali priuilegio immunia
loquuntur laudum, ſententiæ, præcepta, & iura om-
nia in actis producta, ex quibus conſtat collectam
fuiſſe indictam pro ea ſola parte, & pro ijs ſolum o-
neribus propter immunitatem ex priuilegio.

Tertio, quod hæc bona ſint allodialia, probatur
ex depoſitione Magnifici quondam d. D. Io. Richar-
di Vialardi patris, vnius ex dominis actoribus, qui
aliàs à Domino Ioan. Antonio prædictæ conuentæ
auo paterno productis in teſtem contra vniuerſita-
tem Villænouæ pro cauſa collectarum, depoſuit, &
dixit bona quæ tunc poſſidebat Dominus Ioan. An-
tonius, & quæ aſſerebat eſſe iugerum centum qua-
draginta, fuiſſe immunia ex d. priuilegio, & nulli o-
neri obnoxia, præterquam Cæſareis oneribus, atque
ita admittit, & confitetur ea eſſe allodialia: hæc au-
tem confeſſio nocet filio hæredi, iuxta ea quæ ſupra
dixi pro contraria parte, ſicuti noceret confitenti ſi
viueret: & non eſt dubium, quin confeſſio facta ab
17 aliquo tanquam teſte illi † obſit. Bart. in l. eos, nu. 1.
ff. de falſ. Burr. in cap. cum in tua, num. 10. de teſtibus.
Feder. Sen. in conſil. 255. Caſtren. in conſ. 314. in fine,
volum. 2. Innoc. in cap. veniens, il ſecondo, de teſtib.
Butr. in cap. per inquiſitionem, num. 17. de elect. Iaſ.
in l. 2. num. 4. C. de eden. Grat. in conſil. 141. volum. 2.
præcipuè, quando adeſt iuramentum, & non eſt ve-
roſimile, quod vir nobilis voluerit in gratiam ſui af-
finis falſum deponere.

Quarto conſtat ex actis, diu fuiſſe inter autho-
res dominæ conuentæ cæteroſque eiuſdem loci Vil-
lænouæ nobiles ex vna parte, litigatum cum vni-
uerſitate, & hominibus loci prædicti, vt ſe nobiles
à ſolutione onerum pro eiſdem bonis eximerent:
verum in tanta probationum difficultate, tantoque
diſcrimine cauſam amittendi, & in ea ſuccumben-
di, nemo vnquam ex eis ad hanc defenſionem con-
uolauit, quod bona hæc ab Eccleſia in feudum reco-
gnoſcerentur, quod tamen ſolum cauſam eorum po
terat in tuto victoriæ portu collocare, ex his quæ ſu-
pra dixi. Propterea credendum eſt, bona hæc non
fuiſſe pro feudalibus reputata, voluntas enim ſicut
18 ex facto † colligitur, l. Paulus reſpondit, ff. rem rat.
hab. cum alijs apud Dec. in l. non vult hæres, num. 10.
ff. de reg. iur. ita ex non facto, quia non factum venit
19 facti appellatione, † §. ſi qua vxor, in fine, Inſtitu. de
nupt. gloſ. & Docto. in l. 1. in princip. ff. de verborum
obligat. Dec. in l. id quòd noſtrum, num. 2. ff. de reg.
iur. & quod voluntas probetur ea non facto, multis
oſtendit Crauet. in conſ. 91. num. 10. Menoch. de re-
cup. poſſ. Rem. 15. num. 125.

Quinto, quod non omnia bona quæ Palamide-
ſius Vialardus totius familiæ caput, & principium
poſſidebat in territorio Villænouæ eſſent feudalia,
ſed allodialia, demonſtratur ex inſtrumento anni
1451. in quo Illuſtriſs. Ioannes tum Marchio Mon
tiſferrati concedit ſibi immunitatem pro omnibus
bonis quæ ibi poſſidebat, atque onus imponit mit-
tendi tres equites proprijs expenſis ad bella quæ
contingeret fieri à Dom. Marchione, quod ſi bona
fuiſſent Eccleſiæ, vtique non fuiſſet opus tanti emere
immunitatem, fruſtra enim imploratur ab homine
20 quod à lege † conceditur, l. 1. ff. ad municip. l. 1. C. de
theſaur. lib. 10. alios citaui in conſi. 298. nu. 26. & ne-
mo præſumitur velle ſe obligare ad id, ad quod non
tenetur, l. cum de indebito, ff. de probat. nec facere
actum fruſtratorium.

Sexto conſtat ex depoſitionibus teſtium, & ex
inſtrumentis productis, Dominos de Vialardis di-

ſpoſuiſſe liberè de bonis ſuis, eaque alienaſſe, & va-
rios contractus feciſſe abſque licentia Reuerendiſſi-
mi Epiſcopi, quod ſibi permiſſum non fuiſſet ſi feu-
dalia fuiſſent: ea enim non poſſunt ſine conſenſu do-
21 mini alienari, etiam in agnatum remotiorem. † Iſer.
in cap.1. §.etſi clientulus, de alienatio. feudi. alios ci-
taui in conſil.63.num.17.& in conſi.153.nume.2.vbi
latè comprobaui, & præcipuè, ſtante in Epiſcopali
inueſtitura expreſſa prohibitione alienandi; quæ ho-
minis prohibitio, quando accedit legali, efficere ſo-
let ne res poſſit alienari etiam in caſibus alioquin à
22 lege † permiſſis, vt per Doctor. in l.filiusfamilias, §.
diui, ff. de legat.1. Socin. in conſil.75.num.4.volum.1.
Dec. in conſi.636. num.10. Marzar. in tract. de fidei-
comm. quæſt.37. Cæphal. in conſi.342. num.68. & de
alienatione feudi expreſsè prohibita, quod augeat
regularem, & legalem prohibitionem, punit Bald. in
c.1.§.præterea, verſic. quid ſi eſt appoſitum, tit. de ca-
pit. Corrad. Natta in conſi.504.num.13. vbi idem di-
cit, quãdo feminæ ex pacto excluduntur à feudo. Pet.
Ant. à Petra, in tractat. de fideicom. ex prohib. alien.
quæſtio.1.num.95. Dom. Becius, conſi.100.num.5. &
13. & conſi.101. nume.69. & in præſenti facto præter
alias alienationes, ipſimet domini agentes bona nõ-
nulla dederunt in ſolutum Dom. Theodoro Botra-
cio pro dotibus ſororis, quæ datio eſt ſimilis vendi-
23 tioni, † l.ſi prædium, C.de euict. Doctor. in l.elegan-
ter, §.1. ff. de pignor. actio. Dec. conſi.18.num.3. Dom.
Becius, conſi.42.num.5. & bona feudalia non poſſunt
24 dari in dotem † æſtimata, cap.1.§.donare, qual. olim
feud. pot. alien. Clar. de feud. quæſt.36. vbi dicit com-
munem. Roland. de lucro dotis, quæſt.54.nu.5.& 18.
Menoch. conſil.8.num.6. Phanuc. in tractat. dot. gloſ.
10.num.55. Fortius eſt aduertendum, quod prædium
illud fuit datum in ſolutum cum licentia, & aſſenſu
Sereniſs. Ducis, ſignum eſt euidens, quod depẽdebat
à Domino temporali, non etiam ab Epiſcopo: quia ſi
non fuiſſet illi ſubiectum, non fuiſſet ab eo requiſita
licentia, cum non eſſet neceſſaria argumento regulæ,
quod fruſtra imploramus ab homine, qđ à lege con-
ceditur, l.1.C. de theſaur. lib.10. & dixi in præcedenti
fundamento. Et non eſt veroſimile, quod Reuer. Epi-
ſcopi qui pro tempore fuere in eo Ducatu toleraſſent
eiuſmodi cõtractus, ſi fuiſſent ea bona de iuribus Ec-
cleſiæ, vt in ſimili dicit Lap. alleg.89. vbi ait, non eſ-
ſe credibile, quod Epiſcopus, qui annuatim viſitat
ſuam diœceſim, permittat aliquem diu poſſidere be-
25 neficium ſine titulo. † Anchar. conſi.117. circa finem,
Caſſad. deciſ.4.nu.4. de reſtit. ſpoliat.

Septimo, teſtes omnes dicũt, bona quibus agitur,
vno aut ad ſummum altero corpore excepto, eſſe ab
omni parte circuncluſa bonis liberis, & allodiali-
bus, prędium enim eius præſumitur eſſe naturæ cuius
26 ſunt prædia vicina, † Iſern. in c.1. in verſi. quidam ta-
men, in addit. de conten. inter maſcul. & femin. & di-
cit Brun. in conſi.127.col.7.verſ. quod ſi aliam, & ter-
tiam, quod res feudalis vel allodialis iudicatur ex
qualitate prædiorum circunſtantium, dixi in conſil.
135.num.31.& in conſi.151.nu.28. Menoch. conſ.395.
nu.10. media enim eiuſdem præſumuntur naturæ, &
qualitatis cuius ſunt extrema, l. ſi ſeruus plurium, §.
fi. ff. de leg.1. & media cognoſcuntur ex præcedenti-
27 bus, & ſequentibus, † l.hæredes palam, §.ſi quis poſt,
ff. de teſta. id quod augetur ex facto, hæc enim omnia
corpora ſunt in partes diuiſa, & conſtituunt plures
petias, & ſub diuerſis regionibus poſita ſunt.

Octauo, bona hæc fuerunt ſemper ab omnibus
habita pro allodialibus ab vniuerſo illo populo,
& de hoc viguit fama publica, vti deponunt teſtes
ſuper 15. & 16. capitulis à Domina Angela Maria
productis. quid autem proſit in propoſito fama, &
hominum opinio dictum eſt ſupra, dum ſimile par-
tis aduerſæ argumentum retulimus; in tantum autẽ
vniuerſitas loci ea pro allodialibus habuit, vt ea om
nia iudiciali via onerib. ſubijcere tentauerit, & con-
tra poſſeſſores vti onera omnia agnoſcere cogeren-
tur, in Senatu contentioſè egerit, vti teſtantur acta,
& teſtes præcipuè: in quo tria moneo eſſe cõſideran
da. Primum, quod vniuerſitas egit in ſpecie contra
Dominum Io. Antonium auum Dominæ nũc cõuen
tæ, non autem contra cæteros nobiles eiuſdem loci
diuerſarum familiarum, quin nec contra alios eiuſ-
dem familiæ, ex quo inferri poteſt, quod crederet mi
nus dubij eſſe circa eius bona, quo minus collectari
poſſent, quam quoad bona aliorum. Secundum eſt,
quod per eã litem deſtruitur dictum teſtium aduer-
ſantium, qui affirmare tentarunt, famam eſſe, quòd
hæc bona eſſent Eccleſię: nam ex lite oſtenditur con-
trarium crediſſe vniuerſitatem, quę ideo litem in-
ſtituit. Tertia eſt, quod etſi aliqui velint bona etiam
feudalia oneribus eſſe obnoxia, tamen communis
opinio eſt in contrarium, vt ſupra deduxi in ſecundo
huius partis argumento. Præterea, in eo Ducatu in-
naluit atque vſu recepta fuit hæc ſententia, & ſecun-
dum eam ſæpè iudicatum, & ſeruatum, vt ne pro Cæ
ſareis quidem, & militaribus oneribus feudalia bo-
na fuerint vnquam collectata, licet ſæpè ſæuiente bel
lo omnia flagrarent, qui vſus non poteſt in dubium
reuocari, tum quia notiſſima ſint, tum verò quia pa-
tent Doctorum conſilia, quibus conſtat vaſallos pro
collectis vexatos, ad vnicam hanc defenſionem con-
fugiſſe, quod bona eorum eſſent feudalia.

Nam conſtat per Dominum Io. Baptiſtam Domi-
næ Angelæ Mariæ patrem, ſuoſque authores, multa
bona fuiſſe empta, multa item titulo permutationis
acquiſita, vt in proceſſu ſignato B. fol.105.113.139.
169.& 178. & licet forte nunc diſcerni nõ poſſit quæ
ſint empta, & quæ ab antiquis prouenerint, tamen
ſat eſt, qđ inter bona quæ petuntur, aliqua eſſe poſ-
ſint empta, & non incluſa in aſſertis inueſtituris,
dixit enim Iacob. in Rubr. ff. de rei vendicat. nume.
23. quod ſi feudum ita ſit allodio commixtum, quod
vnum non poſſit ab alio ſecerni, ſuccumbit is, qui a-
28 git ad feudum. † ſequitur Boſſ. in tituſ. de princip.
nume.47. Roland. in conſil.82.numero 17.volum.2.
& dixi in conſil.151. numero 49. Menoch. d. conſil.
395. numero 18. & ratio eſt, quia probatio debet eſ-
ſe certa, vt releuet probantem, l. non hoc, Cod. vnde
29 legit. & dubia probatio interpretatur contra † pro-
bantem, gloſ. in cap. in præſentia, in verſicu. dubium,
de probation. vbi Innocent. Hoſtienſ. Abb. Imola,
& alij, & in ſpecie ponit Alexand. in conſil.55. nu-
mero 21. volum.4. conſil.23.num.4.volum.5. dixi in
d. conſil.151. numero 48. Menoch. d. conſil.395. nu-
mero 17. & identitas rerum probari debet ab acto-
30 re. † Bartol. & Imol. in l.is qui verè, ff. de publ. iud.
dixi loco prædicto, nume.46. & reo ſufficit offuſcare
probationes actoris, atque eas reddere dubias, vt
inquit Bald. in conſil.79. nume.7. volum.2. Crauet.
conſil.6. nume.127. Natta in conſil.32. in fine. Ri-
minal. in conſil.59. num.29. nam in re dubia non po
31 teſt iudex certam ferre ſententiam, † cap. graue, 11.
quæſt.3. Natta in conſil.32. in fine. Riminal. d. conſi.
59. num.28. & conſil.432. nume.19. & ſeq. vbi addit
poſt Bal. quod iudex nõ poteſt fundare ſuam ſenten
tiam ſuper confeſſione quæ ſit dubia. Poſſent & alia
multa adduci quæ ſciens hoc loco prætereo, vtilius
exiſtimans, ea in reſolutionem reſeruare eorum quæ
in

Digitized by Google

in contrariũ ſupra allegata ſunt: in defenſione enim
cauſarum ius metiendum eſt ex perſona actoris,non
32 autem poſſeſſoris,† vt diſertè dicitur in l. Paulus, in
fine,ff.quibus mod.pign.vel hypothec.ſoluit.l.fin.vbi
gloſſ.citat concordantes,& ibi ſequuntur Bald.C.de
rei vend.Barr.in Auth.Hoc locum,num.12.verſi.ter-
tio, C.ſi ſecund.nup. Bal. in c.ceterum, nu.12. de iu-
dic.Felin.in c.1.col.3.verſi.quod autem,de accuſatio.
Dec.in l.qui accuſare, nu.14. C.de eden.Corn.conſi.
110.colum.2.vol.2.Ruin.conſi.48.nu.12.volum.4.de-
ciſ.Pedemon.144.nu.15.

His vero ſic poſitis fundamentis, non obſtant in-
ueſtituræ Palamideſio patri, & Franciſco filio con-
ceſſæ à Vercellenſi Epiſcopo,& recognitio ab eiſdem
facta de toto eo quod poſſidebant in territorio Vil-
lænouæ, illæ enim ſunt incertæ reſpectu rerum, quia
non eſt probatum, quid eorum quiſque in dicto ter-
ritorio poſſideret,proinde,nihil videtur recognitum
ex doctrina Oldradi in conſi.164.& Bart.in l.ſi ſic,ff.
de leg.1.vbi ait,quod cõcedens alicui omne ius quod
haber in tali loco, nihil tribuere videtur niſi conſtet
33 quantum iuris illi competeret. † ſequuntur Alexan.
ibi, nu.22.& Iaſ.num.18. Bald.in l.quod ſi in vendi-
tione,ff.de hæred.vel actio.vend. Ang.in l.locus,ff.de
acquir.poſſeſ.Caſtr.Alexan.Felin.Dec.Ruin.Bero.&
plures alij, quos allegaui in conſi.127.num.29. & in
conſi.135.num.48. & in conſi.151. num.91. Menoch.
d. conſi.395. num.72. & confirmatur generali ratio-
ne,quia identitas rei eſt probanda ab eo, qui allegat
hæc bona non differre ab ijs quæ tunc inueſtitus ha-
bebat.Bart.in l.1. num.3. C.ſi vnus ex plur.appellau.
Alex.in conſi.183.num.19.vol.6. alios citaui d.conſi.
135.num.52.Menoch.d.conſi.395.nu.71.poteſt enim
facilè eſſe quod hæc prædia diuerſa ſint ab ijs quæ il-
le eo tempore poſſidebat,& hanc Bart. deciſ.in d.l.ſi
ſic, allegāt paſſim Doctores ad noſtrum propoſitum,
contra generales feudorum inueſtituras,vti apparet
ex ijs quæ in dictis conſilijs poſui; & ſicuti aliæ pro
bationes debent concludere, ita & hæ non probant
niſi certæ ſint, vt dixi in vltimo fundamento. Reſpon
deri etiam poteſt, quod in eiſdem inueſtituris exci-
piuntur bona quæ poſſidebantur ab Abbate Bremi-
dæ, & Abbate S.Stephani Vercellenſis, & eſſe poteſt,
quod bona de quibus nunc agitur, ſi à d. Palamide-
ſio prouenere, illa ſint quæ recognoſcuntur à dictis
Abbatibus, non autem ab Epiſcopatu, propterea
probatio deſcendens ab illis inueſtituris, eſt dubia,
& ambigua: Pluresetiam aliæ reſponſiones poſſunt
accommodari, quas refero infra circa ſubſequentes
inueſtituras.

Eodem modo ſatisfit inueſtituræ conceſſæ à pri-
mo Epiſcopo Caſalenſi, ac alijs ſubſequentibus vſ-
que ad annum 1568.nam & illæ legũtur eiſdem ver-
bis ſcriptæ, ſed præterea in illis dicitur exceptis bo-
nis per Franciſcum inueſtitum acquiſitis, & ſic quo-
que in ſucceſſiuis inueſtituris dicitur,exceptis acqui-
ſitis per Franciſcum, & per alios inueſtitorum ante-
ceſſores, ac per ipſoſmet tunc recognoſcẽtes; quibus
verbis datur intelligi, inueſtitos habere alia bona in
eodem territorio, quæ non dependent ab Epiſcopo,
neque ab eo in feudum recognoſcuntur; & cum ſit
34 præteriti temporis,denotat perfectionem rei,† l.1.§.
fin. ff. quod quiſque iur. not. in l. arboribus, §. idem
tractat,ff.de vſufr.Dec.in l.edita,num.16.C.de eden.
Ruin.conſ.226.nu.6.vol.1.quod ſi admittimus quod
negare non poſſumus inueſtitos habuiſſe bona non
feudalia,& ſub inueſtituris prædictis minimè inclu-
ſa, vtique fatendum eſt, inueſtituras prædictas non
inferre concludenter, quod bona de quibus eſt con-
trouerſia,ſint tamen quę in feudum recognoſcuntur:
quia,vt dixi,ea poſſunt eſſe quæ vel fuerunt acquiſita
à Franciſco,ſeu alijs eius deſcendentibus, vel etiam
quæ recognoſcuntur ab Abbatibus prædictis, quibus
caſibus non eſt probata agentium intentio, qui non
poſſunt obtinere niſi rem ita certam ante Dominorũ
Iudicum oculos conſtituant, quod certa ferri poſſit
ſententia. dubia enim probatio non ſolum non rele
uat probantem, d.c. in præſentia, de probation. ſed
etiam interpretatur contra probantem, ſecundum
gl.ibi,in c.dudum,vbi Innoc.Hoſt.& alij, quos citaui
ſupra in vltimo huius partis argumento.

Recognitio quoq; facta in inueſtitura anni 1568.
per Dominum Ioan.Baptiſtam patrem Dominę An-
gelæ Mariæ conuentæ, nihil omnino nocet, nec pro-
bat pręſentium bonorum feudalitatem, ad quod de-
monſtrandum, aduertendum cenſeo, inueſtituram
illam poſſe duobus in locis ponderari ad fauorem
Dominorũ agẽtium. Primo, dum poſt recognitionẽ
molendini dicit, (& de omnibus his quæ prædeceſ-
ſores ſui ſoliti ſunt tenere,cum ſequentibus verbis.)
Secundo vero, dum dicitur, (& de omnibus etiam
alijs iuribus quibuſcunque quæ ibi habent, & poſſi-
dent, &c.) Reſpectu itaque primi dicti, nullum pro
Dominis actoribus ſumi poteſt fundamentũ ex plu-
ribus. Primo, quia non ſimpliciter recognouit bona
quæ ipſe tunc poſſidebat, ſed copulatiuè ea quæ præ-
deceſſores ſui ſoliti erant tenere, & de præſenti ipſe
tenebat,quaſi dixerit,recognoſco ea quæ ad me per-
uenerunt ex ſucceſſione anteceſſorum,atque ita pro-
bandum erat non ſolum quod Dom. Ioan. Baptiſta
ea bona teneret,ſed etiam quod fuiſſent alias poſſeſ-
ſa à ſuis anteceſſoribus; quia copulatiua,ad ſui veri-
35 ficationem requirit concurſum omnium† copulato-
rum,l.ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. l. ſi quis ſti-
pulatus fuerit decem aureos,ff.de verb.obligat.Bar-
tol.& alij,in l.1.ff.de iuſt.& iure,vbi Iaſ.num.2.exor-
nat deciſ. Pedem.71. num.66. & dicit Roma.in con-
ſil.166.num.4.quod conceſſio terrarum poſitarum in
Comitatu, & Villa, & vocabulo Montis Sancti Albe
rici, non includit eos quibus omnes dictæ tres de-
monſtrationes non conueniunt, & ibi exornat hanc
concluſionem.Confirmatur dicta propoſitio,quia ſe-
quentia illa verba (& de præſenti, &c.) reguntur à
præcedenti relatiuo, quæ, ſicuti etiam ea quæ in pri-
ma parte copulatiuè ſunt poſita, & ideo illa demon-
ſtratio prædiorum quæ aliàs tenebantur à prædeceſ-
ſoribus, & quæ nunc ipſe tenet, ſtat reſtrictiuè: quia
relatiuum ſine copula,adiectum qualitati, quæ non
36 conuenit cuilibet de genere,ſtat reſtrictiuè.† Bartol.
in l.omnes populi,in princip. ff.de iuſtit.& iure,& in
l.cunctos populos, nu.1. vbi Salic. nu.3. & Cacialup.
nu.1.C.de Sum. Trinitate, & fide Cath. cum pluribus
alijs,quos citaui in conſi.135.nu.102. & in conſi.151.
num.51.Menoch.conſi.134.num.16.& conſi.395.nu.
64.& ſequen. non ergo omnia bona recognouit, ſed
ea quæ aliàs tenebant anteceſſores,& tunc ipſe tene-
bat; & ſicuti copulatiuè pars prima ſtat reſtrictiuè,
ita & ſecunda, quia vna pars copulatiuè declarat
37 aliam.† Roma.conſi.331.nu.2.Socin.in l.1.num.1.&
ſequen.ff.de reb.dub.Crot.in conſi.45.num.3. at non
fuit probatum, quæ bona in feudum ſui anteceſſores
tenuerint, ergo conuenta eſt abſoluẽda,per regulam
quod actore non probante, &c. l. qui accuſare, C. de
edendo. Et ſi dicatur,aduerte,quod hæc eadem bona
fuere poſſeſſa à patre Domini Ioan. Baptiſtæ, ergo
conſtat, quæ bona à ſuis anteſſoribus tenerentur.
Reſpondeo, id non plenè fuiſſe probatum, ſed vbi
etiam plenè foret probatum, non ſufficeret, quia

38 pluralis numerus oon eſt voo contentus, † l. vbi nu-
merus, ff. de teſtib. l. 1. vbi Caſtr. num. 2. C. de condit.
inſer. Capra in conſi. 32. num. 6. Ruin. in conſi. 111. nu.
9. volum. 2. Pariſ. in conſi. 31. num. 84. volum. 1. Socin.
iun. in conſil. 1. num. 38. volum. 1. Tiraquel. in l. ſi vn-
quam, in verſi. ſuſceperit liberos, num. 226. C. de re-
uoc. donat. ideo non ſat eſt quòd fuerint à patre poſ-
ſeſſa, niſi etiam ab alijs id factum fuerit. Præterea, ſu-
pra Dom. Ioan. Baptiſta retulerat, nō ſolum patrem,
ſed etiam maiores, & authores patris, ideo cum men
tionem fecit de anteceſſoribus, intelligi debet de om
nibus de quibus ſupra meminerat: quia relatio fieri
debet ad omnia præcedentia, non ad aliqua tantum,
39 † l. talis ſcriptura, §. fin. ff. de leg. 1. cap. inquiſitionis,
in fine, de appellat. Gabriel. comm. opin. lib. 6. tit. de
clauſu. concluſ. 9. in princip. Rurſus, cum neque pa-
ter, neque alij anteceſſores quicquam de nouo reco-
gnouerint, vt patet de ſe, & infra etiam probabo, lo-
quendo Dom. Ioan. Baptiſta de bonis ab anteceſſo-
ribus poſſeſſis, intelligi debet de illis anteceſſoribus
qui primam fecerunt recognitionem, non de alijs,
qui nihil noui addidere; verba enim ſemper intelligi
40 debent ſecundum ſubiectam † materiam, & vt illi
conueniant, l. Proculus, ff. de vſufruct. in l. inſula, ff. de
præſcript. verb. Bald. in l. data opera, num. 29. C. de
his, qui accuſar. non poſſ. vbi refert Ariſtot. dicere,
quod tunc rectè enunciamus, quando ſecundum ma
teriam ſubiectam loquimur. Natta conſ. 73. num. 1. &
ſequen. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 199. nu. 2. Cra-
uet. pro Genero, num. 318. D. Becius conſi. 101. num.
40. vbi loquitur de verbis inueſtituræ. Secundo, quod
Dom. Ioan. Baptiſta in ea inueſtitura ſenſerit ſolum
de bonis, quæ ad ſe peruenerant ex maiorum ſucceſ-
ſione, atque ita ſolum de illis quæ fuerant à Palami-
deſio recognita, probatur ex eo, quod paulo infra di-
cit, dum ſubdit in ſequenti clauſula, (& de omnibus
etiam alijs iuribus quibuſcunque, quæ ibi habet, &
poſſidet) hæc enim verba, ſuperflua eſſent, & otioſa,
ex quo continent bona ab inueſtito poſſeſſa, quæ ſa-
tis erant ſupra expreſſa, niſi reſtringamus ſecundum
prædicta fieri autem debet interpretatio per quam
41 verba non ſint † ſuperflua, ſecundum Bald. in Rubr.
Cod. de contrahen. empt. nume. 9. Socin. in conſil. 2.
num. 8. volum. 4. Crauet. pro Genero, num. 46. deciſ.
Pedemon. 141. num. 4. Menoch. conſil. 19. nu. 8. Dom.
Becius conſ. 51. num. 25. ad quid enim opus erat om-
nia bona ſecundo loco recognoſcere, ſi ante quoque
eadem recognoſcebat, intelligi ergo debet, quod pri
mo caſu voluerit ſolum recognoſcere quæ fuerant
ab anteceſſoribus recognita, ſi quæ tamen ex eis ad
ipſum peruenerant. Tertio id etiam oſtendit illa di-
ctio, alijs, quæ in ſecunda clauſula eſt poſita, dum di-
citur, (& de omnibus etiam alijs quibuſcunque)
42 dictio enim, alius, eſt repetitiua † ſimilium, gloſſ. in
l. ſi fugitiui, in verſic. quacunque alia pœna, Cod. de
ſeru. fugit. dixi in conſi. 77. num. 25. ſimile autem non
eſt idem, ergo cum recognouit de alijs bonis, non
videtur voluiſſe de illis recognoſcere, de quibus ſu-
pra paulo ante facta erat recognitio, at ſi priorem
recognitionem intelligamus de bonis, quæ tunc ha-
bebat, vtique nihil aliud ſupererat recognoſcēdum,
quia præcedens recognitio includebat omnia, ita, vt
nihil ſupereſſet recognoſcendum. Quod ſi obijciat
quis non poſſe me fundare ſuper ſecunda iſta clauſu-
la, quam infra clarè demonſtrabo, nihil operari, &
oon nocere Dominæ conuentæ; Reſpondeo, quod etſi
ſequens clauſula, & recognitio ſit nulla, tamen ex ea
bene colligi poteſt voluntas Domini Ioan. Baptiſtæ,
43 argumento, † l. fin. ff. de reb. dub. l. filij, & l. ſi. C. famil.
hercisc. Bartol. in l. gerit, num. 18. ff. de acquir. hæred.
& dicit Abb. in capit. 1. in 3. oot. in fine, de ſucceſſ. ab
inteſta. quod ex teſtamento nullo declaratur voluo-
tas teſtatoris. idem dicit Socin. iun. de legato nullo,
in conſil. 8. num. 31. volum. 2. & de ſubſtitutione nul-
la, in conſil. 122. oum. 15. volum. 3. & ante eum Curt.
iun. in conſil. 134. numero 3. & Rub. in conſil. 43. nu-
me. 6. & generaliter, quod actus nullus declaret agē-
tis voluntatem, Crauet. in conſi. 113. nume. 6. Natta,
conſil. 306. nume. 7. Bello. conſi. 5. numero 13. Alba
in conſil. 110. in fine. Menoch. de arbitr. iudic. caſu
171. nume. 70. deciſ. Pedemon. 101. nume. 23. Becius,
conſil. 76. nume. 25. quamuis ergo ea recognitio ſa-
cta de omnibus alijs bonis ſit nulla, arguit tamen &
oſtendit qualis fuerit in præcedentibus voluntas Do
minæ Ioan. Baptiſtæ, & vna pars ſcripturæ declarat
aliã, l. 1. ff. de reb. dub. l. verum, ff. de petit. hæred. Iaſ.
in l. qui filiabus, ff. de leg. 1. in l. triticum, nume. 6. ff.
de verbor. obligat. Crauet. in reſponſo pro Genero,
num. 336. & 358.

Secundo principaliter, dicta recognitio nō obeſt,
quia dum dicitur, de omnibus quæ anteceſſores ſui
ſoliti ſunt tenere, & ipſi de præſenti tenent, &c. intel-
ligi debet, de his quæ ſoliti ſunt tenere in feudum,
idque duplici ratione demōſtratur. Prima, quia age-
batur de feudo, & de feudali inueſtitura, ideo verba
ſunt intelligenda ſecundum materiam tunc ſubie-
ctam, l. inſulam, ff. de præſcrip. verb. alios citaui pau-
lo ſupra. audo Crauet. pro Genero, num. 318. Euerar.
loco 46. Menoch. lib. 2. de præſumpt. præſumpt. 104.
num. 28. Becium conſi. 101. num. 40. deciſ. Pedem. 95.
nume. 37. Nattam conſil. 416. nume. 3. Secunda ratio
eſt, quia illud relatiuum, quæ, refert non ſolum ſub-
ſtantiam bonorum, ſed etiam omnes qualitates, per-
inde, ac ſi dictum eſſet, quę & quemadmodum autho
tes ſui poſſidebant, & ipſi poſſident. ita pulchrè Ca-
ſtren. in conſi. 283. nu. 5. vol. 1. vbi dicit, relatiuum re-
petere nō ſolum rem, ſed etiam formam, modum, &
44 qualitatem, † & ibi probat ex textu claro, & idem di
cit Alex. in conſi. 141. nu. 3. volum. 2. Ruin. in conſi. 15.
nu. 8. vol. 3. Ripa, in l. re coniuncti, num. 33. ff. de leg. 3.
ſicuti igitur inueſtitura non noceret ſi dictum fuiſſet
expreſsè, ſe recognoſcere omnia bona quæ in feudũ
tenebant authores ſui, & quæ ipſi quoque in feudum
tenent, nullum ex his verbis præiudicium factum eſ-
ſet, nec per hoc dici poſſet probatum, quòd omnia
bona ſint feudalia, vt patet ad ſenſum: ita ſibi nocere
non debet expreſſio illa, quæ venit implicitè ſub re-
latiuo: dicitur enim expreſſum, quod infertur ex ver-
45 bis. † Bald. in l. ad probationem, la prima, C. de pro-
bat. Dec. in conſi. 68. num. 3. & illud quod ſequitur ab
expreſſis, l. iam hoc iure, ff. de vulg. & Crauet. in conſi.
149. nu. 11. & dicitur expreſſum, quidquid continetur
in relatione facta ad aliud. Petra de fideic. quæſt. 15.
nu. 155. & multos adhoc allegat Crau. in conſil. 639.
nu. 7. verſi. hoc amplius, quia relatum cenſetur eſſe in
referente, cum omnibus ſuis qualitatibus, l. aſſe toto,
ff. de hæred. inſtit. cum alijs apud Crau. in loco præ-
dicto, nu. 7. in princ.

Tertio, recognitio etiam ſi eſſet generalis, & non
deberet modo prædicto intelligi, tamen ex alio eſt
limitata, & reſtricta ad terras, poſſeſſiones, & ſedi-
mina quibus cohærent hæredes Iacobi Ticioni, via
publica, & Zerbum communis Villænouæ: prop-
terea in ea nihil aliud cenſeri debet incluſum, præ-
ter id quod ſub adiectis confinibus continetur, cum
enim confines ideo apponantur, vt res conceſſa
demonſtretur, Bartol. in l. demonſtratio falſa, ff. de
conditio. & demonſtrat. ſicuti quidquid confinibus
conclu-

6 concluditur in diſpoſitione continetur, † l.quæro, & l.Titius,ff.de actio.empt.l.inter eos,ff.de acquir.rer. dom.cum multis apud Crauet. in conſil.434. num.6. latè Cagnol.in l.2.nu.180.& ſeq.C.de reſc.vend. Menoch.conſil.13.nu.9. ita quod extra confines reperitur,non poteſt diſpoſitione includi,conſtat autem bona de quibus agitur non contineri ſub illis confinibus, & cum hoc reſpiciat identitatem, probandum eſt ab actoribus, vt ſupra oſtenſum eſt, nec eos releuabit dicere,quod confines ſint mutati,tum quia aliqui ſunt ſtabiles,& perpetui,vti via, & Zerbum communis,tum etiam quia dicens confines eſſe mutatos,
47 tenetur probare,præcipuè † ſi actor ſit. Angel. in l. ſi in rem,colum.2.ff.de rei vendi.Natta,conſil.360.nume.11.& hoc caſu teſtes dicere debent de modernis, & antiquis confinibus, nec ſufficeret alteros tantum
48 nominare,† Caſtr.in l.2. in fine, C.fin. regund. Crauet.conſil.87. num.7. & Petra d. tractat. quæſtio.13. num. 1373. probatur etiam, quod recognitio fuerit reſtricta,& limitata ad cõfines prędictos,ex eo,quod ſine copula poſt expreſſionem terrarum, poſſeſſionum,& ſediminum,dicitur(quibus coherere conſueuerant hæredes, &c.) illud enim relatiuum, poſitum ſine copula, poſt qualitatem quæ cuilibet de genere non competit,ſtat reſtrictiuè,l.ea tamẽ adiectio, vbi Bart.ff.de leg.3.cum infinitis quos allegaui in conſil. 127.num.47.& conſi.135. nu.102. & in conſi. 151.nu. 51. & ideo cum dicitur,de omnibus prædijs quæ erãt ſubrali confinio, res eſt ad dicta confinia limitata,& proinde non debet extendi:quia limitata cauſa producit effectum limitatum,l.in agris ff.de acquir.rer. dom.Crauet.conſi.454.nu.4.& in conſi.680. num.13. poſſet ergo fundamentum fieri ſuper ea recognitione,ſi eſſet abſoluta generalis, vel indeterminata, at verò cum ſit certis finibus concluſa, & reſtricta, non debet extendi, & ſi domini exactores prætendũt aliqua bona fuiſſe recognita,probare tenentur quod illis conueniant confines,ex quo nihil fuit recognitum niſi quod ſub confinibus continetur. Et aduertẽdum, quod ſicuti eodem reſtrictiuo, & limitatiuo modo loquitur, antiquiores quoque inueſtituræ omnes à prima ad vltimam ita intelligi omnes debent, vt includant ſolum bona ſub prædictis confinibus poſita, ita vt dici non poſſit per eas recognitum fuiſſe quidquid à recognoſcentibus poſſidebatur.

At ſi pars actrix inniti velit poſteriori clauſulæ de qua in ea inueſtitura anni 1568.quæ loquitur,(de omnibus etiam alijs iuribus quibuſcunque) dico ſuper ea nullum omnino fieri poſſe fundamentum:nam eſt noua clauſula, & in alijs inueſtituris minimè poſita ſi videatur inueſtitura anni 1438. quæ fuit prima ab Epiſcopo Vercellenſe obtenta, recognoſcit Palamideſius quidquid tenet in territorio Villænouæ, tam in terris ſediminibus,& poſſeſſionibus,quam molendinis deinde interiectis prædictorum bonorum confinibus, dicitur (quam etiam alijs iuribus quibuſcũque) & hic non ſunt illa verba (quæ habent, & poſſident) quæ tamẽ leguntur in ea inueſtitura anni 1568. idem reperitur in inueſtitura anni 1458. Si ergo dicamus inueſtituras ſuſceptas à Vercellenſi Epiſcopo eſſe primas, abſque dubio verba adiecta in noua illa inueſtitura anni 1568.non nocebunt: quia primæ in-
49 ueſtituræ tenor eſt attendendus, † vt inquit Bald. in c.1.colum.a.tit.de eo qui ſibi,& hæred.& in cap.1. de vaſall.decrep.ætat.vbi Aluar.& alij, & dicit Caſtr.in conſil.176. num.3.volum.1. quod primæ non autem nouæ inueſtituræ tenor attendendus eſt,& Alexand. in conſil.55. nume.20. volum.4. inquit, quod ſecunda inueſtitura ſi eſt diuerſa à prima, præſumitur per

errorem conceſſa, & in tantum hoc verum eſt quod etiam recipienti non nocet propter præſumptum errorem, vti inquit idem Alexan.in conſ.9.num.11.vol. 5.& dicit Afflict.in deciſ.195.nu.5. & 6. mediam inueſtituram quæ aliter loquitur quam prima,non eſſe attendendam. Et Dec. in conſi.185.nu.3. dicit quòd per ſecundam diuerſam nõ derogatur primæ,& poſt Caſtr.Dec.& alios,dicit Rolan.in conſi.2.nu.40. vol. 3.quod non aliter per ſecundam inueſtituram diſcedendum eſt à prima,quam ſi in ſecunda expreſsè dicatur, quòd de communi conſenſu fuit alterata prima. idem dicit in conſil. 1. nume.62. & ſequen. volum. 4. præcipuè quando ſecunda fit ſub commemoratione primæ. & ad hoc propoſitum videri poſſunt Ruin. Pariſ.Bero.Zaſ.Brun. Neuiz.Siluan. Tiraquell. Marin. Freccia, Natta, Cæphal.Riminal.Roland. & alij quos citaui in conſil.5. nume.64. & ſequent.& in conſi.105.nume.16. & in conſil.135.num.46. quibus addo Menoch.in conſil.378. nume.65. & conſil.400. num.2.& ſequen.Becium conſi.56.nume.12.Corbul. de cau.priuat.ob fin.lt.line.in princip.num.8. nu.97. & nu.101. quia ſequens inueſtitura declaratur à prima, & cenſetur conceſſa ſecundum tenorem primæ, niſi Princeps vel alius concedens circũueniatur. Pariſ.in conſi.22.num.7.& 8.vol.1. quidquid ergo in ſequentibus inueſtituris reperitur aliter expreſſum vel immutatum, quam legatur in antiqua, id omne habetur pro non appoſito, & conſequenter illa verba (quæ habet,& poſſidet) non poſſunt contra inueſtitũ, vel eius hæredes ponderari. At ſi capiamus ſtructurã verborum deſcriptorum in antiqua inueſtitura,certè ex ea nihil omnino ſumi poterit in præiudicium inueſtiti, quia ea loquitur ſolum de alijs iuribus non autem de terris,& prædijs.

Et ſi dicatur,nihil referre quod dictum ſit (de omnibus etiam alijs iuribus quibuſcunque quæ ibi habent, & poſſident,) vti legitur in vltima inueſtitura, vel ſit ſolum dictum (quam etiam alijs iuribus quibuſcunque,) vti fuit expreſſum in prima. Reſpondeo, hoc intereſſe,quia iurium appellatione non veniunt bona corporalia,ſed tertia conſtituitur ſpecies diuer-
50 ſa à mobilibus,& immobilibus,† l.quam Tuberonis, §.in peculio,ff.de pecul.l.à diuo Pio,§.in venditione, ff.de re iud.Bar.in l.poteſt, ff.de author.tutor. & in l. mouentium,vbi Alber. & alij,ff.de verbor. ſignificat. Tiraquel.in l.ſi vnquam,in verſic. bona, num.8. Cod. de reuocan. donat. Pinel.infinitos citans in Rubr.C. de bon.mater.in 1.par.nu.24. Peregrin.in tractat.de iure fiſci,lib.5.tit.1. nume.49. at vbi adijciuntur verba,quę tenent,& poſſident,aliter fortè eſt dicendum,
51 quia iura ſicuti cetera incorporalia non † poſſidentur,l.ſeruus,§. incorporales, ff.de acquir. rer. dom.l. ſequuntur, §. ſi viam, ff. de vſucap.non enim circumſcribuntur loco. Bald. in l.1. ff.de ſtat.homin. Tiraq. d.verſ.bona, num.13. latiſſimè Pinell.d.Rubr.nu.10. & 13. proinde ſi fit mentio de iuribus poſſeſſis,datur intelligi,quòd partes ſenſerũt de iuribus,ideſt rebus corporalibus,vt per Corn.conſi.49. col.2. verſi.circa pecuniam, vol. 3. vbi ita intelligit, quando apparet de voluntate teſtatoris. Quare duorum alterum cõcedendum,aut quod illa verba(quam etiam alijs iuribus quibuſcunque) non includant prædia, & bona immobilia,ſed ſola iura,ſicuti ea ſola includebantur in antiqua inueſtitura, aut quod illa verba addita (quæ tenent, & poſſident) ſi tamen apta ſunt operari quod immobilia includantur ſub ea recognitione, ſtent ocioſè, & habeantur pro non appoſitis,tanquã per errorem contra formam primę ioueſtiturę adiecta,& vtroque caſu habemus intentum.

Res autem magis erit perſpicua, ſi attẽdamus in-
ueſtituram anni 1478. quæ fuerit à primo Caſalenſi
Epiſcopo conceſſa, quoniam recognitio ibi fit de to-
to eo quod poſſidebat inueſtitus in territorio Villæ-
nouæ,tam in terris,& poſſeſſionibus,quam in ſedimi
nibus, ac alijs iurib. quibuſcunque, quæ verba nihil
includunt præter ſola iura non autem ſtabilia.

Porrò vbi etiam illa clauſula eſſet attendẽda, ad-
huc non noceret: quia fuit appoſita potius de parti-
culari ſtylo omnium inueſtientium, ac notariorum,
qui de inueſtituris rogati fuerunt, quam quod fuerit
accuratè examinata; de ſtylo autem,& conſuetudine
conſtat,quia incipiendo ab anno 1438. vſque in præ-
ſens, ſemper in omnibus inueſtituris dictum eſt, in-
ueſtiri de omni,& toto eo,quod tenebant in territo-
rio Villænouæ. Clauſulæ autem quæ ex conſuetudine
vel ſtylo notarij apponuntur non nocent partibus,
52 nec eas afficiunt. † Aret. in l. qui Romæ, §. duo fra-
tres,quæſtio.8.ff.de verborum obligatio. Bartol.in l.
prima,nu.10.in fine,ff.de iure codicillo. Decius con-
ſil.394.Curt.iun.conſi.82.nu.3.Pariſ.conſi.10.nu.87.
vol.1.Socin.iun.conſil.116. num.21.volum.1.Alba,in
conſi.74.num.10.

Et non repugnat, quod domini agentes habeant
intentionem fundatam ſuper generalitate recogni-
tionum factarum in inueſtituris,ita,quod niſi domi-
na cõuenta probet quid teneretur per Abbates Bre-
midæ,& Sancti Stephani,& quid fuerit à D.Ioan.Ba-
ptiſta ſuiſque maioribus acquiſitum, omnia bona
cenſentur incluſa in recognitione.

Reſpondeo enim,quod exceptio illa reſtringit re-
53 gulam ad caſus non exceptos, † l. ſecunda, ff. de ex-
ceptio. Doctor. in Rubrica, extra de exceptio. Aret.
in Rubrica Inſtit. eodem tit. ideo non videtur reco-
gnitum id quod in recognitione fuit exceptum, &
quòd dicitur eum probare debere,qui allegat pro ſe
exceptionem, non facit ad propoſitum: nam in caſu
noſtro exceptio eſt probata ex ipſis inueſtituris, qui-
bus dicitur,bona quæ tenentur ab illis Abbatibus,&
alia quæſita per inueſtitos, eorumque maiores, non
recognoſci in feudum: contrarium autem procedit,
quando regula poſita eſt ſimpliciter, & de per ſe, nã
tunc qui vult dicere illam regulam limitari, vel pati
aliquo caſu exceptionem,debet probare.ita loquun-
tur Doctores omnes allegati à Dom. Becio, in con-
ſil.93.numero 12. & iura omnia in contrarium cita-
ta, & nos nõ tractamus an regula patiatur exceptio-
nem: nam id indubitatum redditur ex lectura inue-
ſtiturarum, ſed quærimus ad quẽ ſpectet onus pro-
bandi,quod bona ſint,vel non ſint de exceptis: & pro
hac parte facit,quia cum exceptio oriatur ex eodem
fonte, vnde prouenit ipſa actio, magis afficit actio-
nem ſecundum Bald.in Authen. Præſente,C.de fide-
iuſſ. vbi ait, quod à ſtatuto reijciente omnes exce-
ptiones non cenſetur illa reiecta quæ ab eodem fon-
54 te † deſcendit. Alexand.conſil.119. num.4. volum.1.
Natta in conſil.474.num.35. Felin.in cap.ex parte,il
ſecondo,num.13.de offic.delegat. Dec.conſil.8.nu.7.
deciſ.Pedem.122.num.2.Prærerea recognitio eſt fa-
cta ſub conditione,exceptis bonis acquiſitis, & alijs,
55 ablatiui enim abſoluti faciunt conditionem, † l.eui-
ctis,ff.de euiction.l.à teſtatore,ff.de cond. & demõſt.
multos citat D.Becius in conſ.39.num.18.plures Ri-
min.in conſi.52.num.6.vbi poſt Neuiz.dicitur, quod
hoc caſu conditio dicitur expreſſa, non tacita. Petra
in tract.de fideicomm.quæſt.8. num.18. conditio au-
tem impleri debet antequam ius competat ex di-
56 ſpoſitione conditionali, † vt eſt tex. expreſſus loquẽs
in conditione importata per ablatiuos in l.Sticho,in
princip. ff. de ſtatu lib. & quod ius per conditionem
importatum liquidari prius debeat, quam agatur,
ponit Bald.in l.ſi quidem,colum.fin.C.de except.Pa-
riſ.conſil.48.num.1.volum.1. Rolan.conſi.57.nu.10.
volum.3.& dixi in conſil.298. nu.1. & ſeq.ergo acto-
res ipſi vt poſſint agere, probare debent eueniſſe cõ-
ditionem,ideſt, quę ſint bona acquiſita, & quæ non.
Et pro hac parte adduco conſil. Dec.517. nume.6.in
fine.Ruin.conſi.22.num.9. volum.1. Socin.iun.conſi.
67.nu.15.& ſeq.vol.1. vbi dicunt,lata ſententia quod
ſoror mittatur in poſſeſſionem omnium bonorũ, ex-
ceptis feudis maſculis,& alijs bonis quorum feminę
non ſunt capaces,tali caſu mulier non obtinebit poſ-
ſeſſionem niſi probet quæ ſint feudalia, & quæ non
57 ſint; & † deciſio hæc videtur mihi tollere omnẽ diffi-
cultatem,quia eſt in noſtris terminis, imò in fortio-
ribus,quia femina præſumptionẽ pro ſe habet,quod
bona omnia ſint allodialia: facit pro confirmatione
quod voluit Caſtr.in conſ.270.num.3.vol.2.vbi dicit
ſententiam quæ mandat bona reſtitui ſalutis melio-
ramentis,nõ poſſe mitti exequutioni niſi facta prius
58 melioramentorum liquidatione, † quia hæc eſt natu
ra conditionis,& quia exceptio extat in ipſa ſenten-
tia. Negu.de pign.in 4.mem.5.par.princ.nu.10.verſ.
tertia concluſ.Gozad.in conſil.100. nume.23. verſic.
præterea,& quinto.Capic.in deciſ.17.num.6. condi-
tio itaque adiecta recognitioni,efficit,ne quid videa-
tur recognitum niſi facta liquidatione quæ ſint bona
excepta,& onus liquidandi ſpectat ad actorem,quia
agens ex diſpoſitione aliqua, probare debet omnes
59 qualitates ab eadem diſpoſitione requiſitas, † l.1. §.
quod autem ait prætor, vbi Bart. ff. ne quid in flum.
pub.cum multis quos citaui in conſi.248. num.19. &
onus liquidandi negocium ad eum ſpectat, qui agit
quando diſpoſitio ex qua agitur nõ eſt liquida, vt de
inſtrumento inquit Bar.in l.proinde,§.notandum,ff.
ad leg.Aquil. Bald.in l.2.nu.6.C.de execut.rei iud.&
dicit generaliter Bald. in l. ſi quidem, nume.5. C.de
exceptio. quod vbicunque aliquid in iudicio dedu-
citur quod non eſt liquidum,debet liquidari,dixi la-
60 tè † in eo.conſ.248.num.12.& 13.idem eſt in ſenten-
tia ſuper reſtitutione hæreditatis detracta legitima.
Bal.in l.filiũ quem habentem,nu.36. vbi Matheſil.in
fi.C.famil.erciſc.Purpur.in conſ.104.nu.8.Marzar.in
formul.fideicom.q.70. facit quod voluit Picus in l.in
quartã,nu.170. ff.ad leg.Falc.vbi ait,quod ex quo le-
gitima nõ detrahitur ante liquidationem æris alie-
ni, non poterit filius illam conſequi ante liquidatio-
nem, etiam ſi offerat fideiuſſionem de reſtituendo
quidquid fuerit iudicatum. Addo,quod ante factam
liquidationem bonorum quę fuerunt excepta,dubiũ
eſt,quæ fuerint recognita,& quæ non, ergo inueſtitu-
ra facta ſub illa modificatione,non probat: quia pro-
batio debet eſſe certa. d. c.in pſentia, cũ alijs citatis
ſupra,nec redditur certa ex eo quod generalitas ſtet
pro agnatis: quia,vt dixi,hoc verũ eſſet,niſi generali
tati adiecta eſſet illa cõditio,exceptis,hęc enim qua-
61 litas diuerſificat, & reponit in alia ſpecie, † Bar. in l.
ſi quis poſthumo,§.ſi filius, in fi. vbi Iaſ.num.51. ff.de
lib.& poſth.alios citaui in cõſ.179.nu.40.& differunt
62 eſſe tale ſimpliciter, vel tale ſecundum † quid. Bar.in
l.Lucius,§.quæſitum,ff.de leg.3.Alex.in conſi.106.nu.
3.vol.5.Iaſ.in l.1.nu.3.C.de ſucceſ.edicto.ideo diſpo-
ſitio loquens de tali, non includit quod eſt tale ſecũ-
63 dum quid. † l.ſi cui lana legetur,vbi Bart. ff.de leg.3.
plures alios citat Crau.in conſil.672. num.5. qua ra-
tione licet habens regulam pro ſe, videatur habere
fundatã intentionẽ, tñ quando regula habet annexã
limitationem aliud eſt, præcipuè cũ vnica ſit diſpo-
ſitio,

ſitio, quæ ideo non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari, ſed vel approbari in totum, vel re-
6. probari in totum, † l. cum quæritur, ff. de adminiſtr. tutor. l. nam abſurdum, ff. de bonis lib. cum infinitis apud Tiraq. de retr. conuent. in fine, num. 4. & ſeq. ſic etiam confeſſio qualificata non poteſt acceptari re-
65 iecta qualitate. † Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de lib. leg. Albe. & Bal. in l. ſi quidem, C. de trãſact. Rot. deciſ. 408. in fine, in nouiſs. Caſtr. in conſil. 269. in fine, vol. 2. Alex. in cõſi. 80. col. 2. vol. 7. Marſil. conſ. 129. num. 1. Pariſ. conſi. 52. nume. 39. vol. 3. Alc. conſi. 451. nu. 8. Bero. conſ. 175. nu. 16. vol. 3. Menoch. de arbitr. iud. caſu 93. nu. 19. & qualitas adiecta recognitioni, dicitur pars recognitionis, vt de pactis dicitur quæ ponuntur in contractu, l. fundi partem, de contrah. empt. l. iuriſgentium, §. quinimo, ff. de pact. dixi in cõſ. 282. nu. 14. & ſublata qualitate propter quam
66 facta fuit recognitio, deficit ipſa quoque † recognitio, l. tutelas, in princ. ff. de capit. dimin. Cran. conſil. 397. nu. 3. & conſi. 435. num. 31. ideo nemo poteſt vti
67 ſcriptura producta niſi cum qualitatibus in ea † deſcriptis, l. Publia, in fi. ff. depoſit. Crau. cõſi. 637. nu. 6. non ergo dici poteſt bona aliqua eſſe recognita ſimpliciter, nec ea recognitio aliquid probat, niſi conſtito prius quæ bona ſint quæ fuerunt acquiſita, & quæ dependent ab Abbatibus nominatis in inueſtitura, & per hoc cogor repetere, quod vbi regula vel generalitas non eſt abſolutè poſita, ſed cum plica, vel qualitate, vel moderamine inſeparabili, tunc ea nõ fundat intentionem agentis ex ipſa regula, quia qualitas adiecta moderatur generalitatem, & probatio eſt dubia.

Et ratio eſt, quia poteſt eſſe, quod bona nunc poſſeſſa fuerint vel acquiſita à deſcendentibus Palamideſij primi inueſtiti, vel de his quæ tenentur à prædictis Abbatibus, atque ita poſſunt eſſe de exceptis in d. recognitione, quæ non veniunt; propterea probatio agentium, non debet releuare, ita in terminis declarat Ruin. in conſi. 13. nu. 11. ver. tertio principaliter, vol. 4. vbi ſubdit, quod hæc eſt tutiſſima reſponſio. & ſimili arg. vtitur Alc. in conſi. 778. num. 5.

Nec dicatur, quod incertum eſt, quid fuerit acquiſitum, & quid fuerit habitum à dictis Abbatibus, & quod exceptio eſt facta limitatè, vt dixi in conſi. 180. nu. 12. quia reſpondeo, quod etſi non conſtet, quæ & qualia ſint, tamen ſufficit certum eſſe quod extant, & acquiſita, & alia à dictis Abbatibus habita: quia participium, acquiſitis, poſitum in inueſtitura anni 1478. ſignificat rem perfectam, l. 1. §. fin. quod quiſq; iur. & dixi in reſolutione ſecundi obiecti. & idem operatur verbum, acquiſiuerunt, poſitũ in ſequentib. inueſtituris, atque ita habetur pro certo, q̃d fuerant acquiſita bona, & q̃d alia habentur à dictis Abbatibus. & ſat eſt, quod poteſt exceptio in iſtis verificari, vt dubia reddatur petentium intentio, & probatio.

Quinto non contradicit, quod hæc bona conſueuerint appellari bona Eccleſiæ: quia reſpõdeo, quod per hoc non infertur eſſe de menſa Epiſcopi, poſſunt etenim ita fuiſſe nominata reſpectu alterius Eccleſiæ, proinde probatio remanet dubia. Reſpondeo ſecundo, quod feudum cuius vigore agunt D. Vialardi non eſt Eccleſiæ, ſed menſæ ipſius Epiſcopi, ideo nominatio prædicta non ſolum non prodeſt, ſed etiã nocet; aliud enim eſt Eccleſia, aliud mẽſa, id ꝙ oſtenditur: quia Epiſcopus eſt iudex vbi de bonis agitur
68 ſuæ Eccleſiæ, † glo. in c. ſi quis ergo, in ver. priuetur, 2. q. 3. in cap. cum veniſſent, de iud. Hoſtienſ. in ſum. de ſenten. §. ſi quis debet. dixi latè in conſil. 50. nu. 1. ſed non poteſt eſſe iudex in bonis, quæ ſpectant ad ſuam menſam, Collectan. in d. c. cum veniſſent, vbi etiam Butr. de iudic. Abb. nu. 9. Felin. & Dec. colum. pen. Hoſtien. in c. procurationes, de cenſib. Calder. in conſ. 6. de iudic. Bal. in c. literas, nu. 1. de præſump. hoc etiam voluerunt Alexan. Aret. Felin. Rimin. Anfred. Alc. Natta, & alij per me citati in conſil. 50. nu. 11. & ſeq. vbi hanc ſententiam comprobaui pluribus. cum ergo nõ bene inferatur ab Eccleſia ad menſam, ſequitur ex ea denominatione ſumi non poſſe validum aliquod argumentum. Tertio reſpondeo, quod ea denominatio vbi etiam eſſet directa, & cõ-
69 cludens, non prodeſſet: quia non probat, † vt in ſimili denominatione reſpectu filiationis, Rol. in cõſ. 49. nu. 48. vol. 4. Menoch. de arbitr. iud. caſu 89. num. 77. latè Maſcard. conclu. 790. nu. 2. cum infinitis quæ ad id allegari poſſent. Quarto dici poteſt, quod hæc denominatio non eſt probata cõcludenter, quia dicunt teſtes, quod aliqui aſſerebant, & appellabant hæc bona eſſe Eccleſiæ, ſed non allegantur conteſtes, & tamen in caſibus quib. nominatio alicuius eſt põ-
70 deris, probari debet concludenter, † vt per Alex. in conſ. 74. nu. 1. vol. 2. Rimin. ſen. conſ. 289. vol. 2. Grat. conſi. 62. nu. 3. & ſeq. vol. 3. id ꝙ fortificat dictum ſupra in 1. & 2. reſponſione ad hoc idem obiectũ. Quinto reſpondeo, tunc nominationem prodeſſe, quando ab eo fit cuius intereſt, & ad cuius præiudicium ea tenderet, ſecus, quando emanauit ab ijs quorũ vt in præſenti facto nihil intereſt, ideo dicũt Doctores, filiationem non probari ex nominatione aliorum, q̃
71 parentum, † c. per tuas, de probat. c. per tuas, qui fil. ſint legit. vbi Bal. nu. 2. Bar. in l. filium, nu. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Soc. iun. in conſi. 86. num. 40. vol. 2. Natta conſi. 473. nu. 24. Maſcard. d. concl. 790. nu. 11. & facit quod in propoſito inquit Boſſ. in tit. de regali. nu. 40. vbi ait, ꝙ ſi poſt conceſſionem Princeps diceret aliquid eſſe de pertinentijs alicuius caſtri, non ei crederetur, multo ergo minus credẽdum eſt in certo rumori vulgi, vt dixi conſi. 151. nu. 102. & licet aliquãdo circumcolentium opinio conferat ad probationem, tñ id verum eſt, quando ea conſtituit famam publicam, & tranſiuit in publicam opinionem, de quo tamen dicam infra, aliàs autem non eſt curandum quid aliqui ſentiant de natura bonorum, cũ via poſſeſſores de ea bene informati eſſe poſſint.

Ad ſextum autem, ꝙ ſuper fama publica cõſiſtit; reſpondeo, ꝙ ea non eſt bene probata, quia teſtes de ea deponentes non reddunt rationem, quam tamen
72 etiam non interrogati reddere debent. † Ale. conſi. 136. nu. 10. vol. 1. non dicunt à quibus perſonis, & ex quibus cauſis ortum habuerit, ꝙ tamen eſt neceſſarium. Bart. & alij, in l. de minore, §. plurimum, in fi. ff. de minor. nec ꝙ à maiori parte populi audiuerint, vt tenentur dicere Bart. in l. 3. §. eiuſdem, ff. de teſtib. Alex. conſi. 124. col. 1. in fin. vol. 7. Natta conſi. 18. nu. 12. Rol. conſi. 3. nu. 54. vol. 1. Item non fuit probatum, quod eiuſmodi teſtes ſint optimæ opinionis, quales ad probationem prædictam requiruntur. Angel. in l. 2. §. diem, col. fin. ff. quemadmodum teſtamen. aper. Roland. d. conſil. 3. nume. 55. & quoad omnia præd. proſecutus ſum in conſil. 151. nu. 75. & ſeq. Menoch. in conſil. 395. nume. 37. & ſeq. vbi videri poteſt; & ne omnia recenſeam requiſita ad probationem famæ, poteſt videri Dec. in c. 1. nu. 20. de appell. Curt. in l. admonendi, nu. 285. vbi etiam Cacialup. nu. 167. ff. de iureiur. Capel. Tholoſ. deciſ. 379. Latè Maſcard. de probat. concluſ. 749. per totam. latiſſimè Peræa in tracta. de fideicom. quæſt. 11. nu. 376. & ſeq. vbi dicit, quod ſi teſtis in aliquo ex requiſitis deficiat, diceretur teſtis de auditu, non de fama, & ideo non probaret,

ret,ſecundum glo.in l. 2.§.antepenul.ff.de aq.plu.arcend. Et in caſu noſtro probatum fuit de contraria fama,quæ primam elidit, vt dixi in eo conſil.151. nu. 81.ex Bald.in l.diuus,ff.de teſtam.mili. Menoch.conſil.395.nu.44.& latiſſimè Petr. in d.tract. q.13.num. 108.& ſeq.vbi ponit omnia requiſita ad hoc vt fama etiam in antiquis probet,& loquitur,quando agitur de probando rem aliquam fuiſſe in bonis,aliàs multa concurrerent ſpecialia,quod ſcilicet plenè probet fama,quæ non ſolet etiã ſemiplenè probare; & quod attendatur fama informis, & non concludenter deducta, quinimo, cum plenè probet in antiquis, contra iuris regulas, debet plenè, & concludenter probari, vt cautius agatur vbi maius eſt periculum. Nec vim facio, quod numerus ſupplere videatur: quia ad hoc reſponſum colligitur ex ijs quæ dixi in conſil.151.num.80. & ſequen.ſed addo,quod in caſu noſtro ceſſat ratio à Doctoribos in contrarium conſiderata, ex quo multi, & multi dicunt de contraria fama,ita, quod illa multitudo teſtium de ſama deponentium,non poteſt conſtituere populum, cum non minor numerus depoſuerit de ſama contraria,ea verò ratione ceſſante,ceſſat etiam deciſio cap.cum ceſſante,de appellation.

Et quamuis teſtes etiam de auditu admittantur ad probandum factum de antiquo,tamen hoc eſt ve-
73 rum, concurrentibus duodecim requiſitis, † de quibus in c.licet ex quadam,de teſtibus, vbi notant omnes Doctores,& latè Crauet.in tract.de antiq.temp. par.1.§.incip.viſo de ſama, nu.6. & ſeq.ſed latiſſimè omnium,Petra d.tract.q.13.num.58. & ſeq.& latius, nu.83. vbi ſingula ea recenſet; vbi autem omnia non concurrunt,nõ attenditur probatio: nam cum nitatur ſpeciali, & priuilegiato iure, contra oẽs iuris regulas ſi quid minimum deficiat, facilè proſternitur, vt inquit Cuma.conſi.77. col.2. Curt.iun.conſi.17.in princ. Crau.d.§.viſo de fama,nu.9.Rimin.conſi.186. nu.56.latè Petr.d.q.13.nu.59.& 81.

Conceſſio vero quæ dicitur emiſſa à Domino Io. Baptiſta, quod omnia eius bona pendebant ab Epiſcopatu, non poteſt Dominæ Angelæ Mariæ nocere: quia non probatur concludenter, teſtes enim duo tantum de ea deponunt, Dominus ſcilicet Auguſtinus Vialardus,& Hieronymus de Bremide, & vterque eſt ſingularis: nam primus audiuit in via publica,& circa muros ciuitatis: ſecundus vero in ſua ſta-
74 tione,ideo non probant ſtante ſingularitate, † c. bene,& cap.cum dilectus, de electio. cap. licet cauſam, vbi gloſſ.& Doct.de probatio.& mille teſtes ſingulares tantum probant quantum vnus, vt poſt Specul. dicit Bald. in l.iuſiurandi, num. 4. Cod. de teſtibus. Alexand.in conſi.21.num.2.volum.4. Roland.conſil. 50.nume.5.volum.4.deciſ.Peruſ.9.num.7. Crauet.in conſil.41. num.7. Quinimo ſecundus non dicit id ad quod allegatur, nec affirmat dixiſſe Dom. Ioan. Baptiſtam quod bona eſſent feudalia,vel penderent ab Epiſcopo,ſed quod ſe decedente ſine maſculis, bona ſua ſpectabant ad proximiorem de familia Vialarda, id quòd eſſe poterat ex alia cauſa, ideo hæc confeſſio tanquam incerta, & ambigua, nihil infert nec probat,capit. in præſentia, de probat. l. non hoc, C. vnde legit. Rurſus, hic teſtis loquitur indefinitè de omnibus bonis Domini Ioan. Baptiſtæ, & non limitatè de bonis Villænouæ, & tamen certum eſt, quod bona habebat etiam Caſali, Nitiæ,& Cõzani,in quibus Epiſcopus nullum omnino ius poteſt prætendere, ergo ea confeſſio referri non poteſt ad iura Epiſcopi, quia bonorum generalis enunciatio non poteſt illis iuribus conuenire, & cui non conueniunt
75 verba, non etiam conuenit diſpoſitio, † l. ſi ſeruum §. non dixit, ff. de acq. hæred. Dominus Becius conſil. 112. nume. 3. Præterea, primus quoque teſtis qui dicit de confeſſione reſpiciente omnia bona Villænouæ, non probat: quia ea confeſſio probatur manifeſtè falſa in parte, conſtat enim nonnulla ex bonis prædictis fuiſſe acquiſita, vt patent inſtrumenta in actis producta,proinde cum ſit pro parte falſa,in totum redditur falſa, ſicuti vera in parte, præſumitur
76 vera in toto,† Caſtr.in conſil. 301. colum.1. volum., Socin.in conſil.82.num.3. volum.3. dixi in conſil.151. nume. 90. Et licet confeſſio actus ſit reiterabilis, & ideo velint multi eam probari per teſtes ſingulares
77 † Caſtren.in conſi.381. colum.fin. volum.1.cum alijs quos citaui in conſil.173. num. 45. tamen id non poteſt in præſenti facto obtinere, quia hic duo tantum ſunt teſtes qui de duabus diuerſis, & ſeparatis confeſſionibus deponunt,nec coniungi poſſunt,præcipuè cum confeſſio duos teſtes concordes requirat, nec
78 aliter dicatur probata. † Alexand. in conſil. 36. nume.7.volum.5. Afflict.in deciſ.375. nume.5. Crauet. in conſi.151.num.12.Et vt dixi in præſenti facto, vnicus remanet teſtis de cõfeſſione ſpecifica, quæ etiam conuincitur pro parte falſa. Non omitto, quod vbi etiam fuiſſet concludenter probata, non eſſet attendenda,quia quod bona eſſent feudalia, vel nõ eſſent, non dependet à voluntate Domini Ioan. Baptiſtæ confitentis: quia veritas nõ immutatur per noſtrum affirmare vel negare, & confeſſio non nocet quando
79 eſt de re quæ non pendet à poteſtate confitentis, † l. confeſſionibus, ff.de interrog. act. dixi in conſil.5. nu. 42. & cum ius feudi fuerit in eſſe productum centum annis ante natiuitatem Domini Ioan. Baptiſtæ, non eſt curandum quid ipſe crederet de re cuius veritas ei omnino erat ignota,& fortè ita dixit,quia ita dici audiui.

Concludo itaque feudalitatem bonorum de quibus agitur, non probari ex ijs quæ hactenus deducta ſunt per prædictos Dominos Agnatos, ſed omnino dubiam eſſe probationem,ita, vt certa non poſſit ferri ſententia,quę dubietas quemcunque iudicem redderet ancipitem, ſi nihil aliud pro contraria parte deductum fuiſſet: ſed augetur ex probationibus ab Illuſtri Domina Angela Maria,ſeu Dominis eius tutoribus factis in eodem hoc iudicio, adeo, vt non aliter meo iudicio poſſit pronunciari quam eam eſſe abſoluendam à petitis; atque ita exiſtimo iuris eſſe,ſaluo ſemper ſaniore iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpectus ſit debitor propter malos mores, ſicuti per iacturam rerum.*
2 *Sequeſter tenetur actione, præſcriptis verbis.*
3 *Sequeſter tenetur actione, depoſiti.*
4 *Sequeſtrum dicitur quando pendente lite res apud tertium deponitur.*
5 *Sequeſtrum differt à depoſito in tribus.*
6 *Depoſitum contrectans punitur de furto.*
7 *Ceſſionarius vtitur iure cedentis.*
8 *Executio inchoatur à perſona pro debito Camerali.*
9 *Debitor ſuſpectus carcerari poteſt ante diem.*
10 *Electio variari poteſt quando non eſt ſortito effectum.*
11 *Electio mutari poteſt quando prima paulò ante celebrata eſt inutilis.*
12 *Sequeſtratio pecuniæ eſt prohibita.*
13 *Captura vt concedi poſſit pro debito, tria concurrere debent.*
14 *Suſpicio debitoris debet eſſe nata poſt celebratum à partibus contractum.*

Suſpi-

15 *Suſpicionum cauſæ probandæ ſunt ante capturam, nec ſufficit ſi poſtea probentur.*

16 *Captura irrogat infamiam de facto.*

17 *Capturam iniuſtam qui procurauit tenetur ad expenſas; & intereſſe.*

18 *Sequeſter non tenetur rem reſtituere ante finitum iudiciũ.*

19 *Depoſitarius poteſt rem penes alium deponere, & liberatur cedendo actionem.*

20 *Depoſitarius tenetur ſolum præſtare dolum, & culpam.*

21 *Sequeſtrum à iudice factum præſumitur cuſtodiæ gratia.*

22 *Sequeſter ſi domum aptam rei cuſtodiendæ non habet, poteſt aliam conducere expenſis eius qui impetrauit ſequeſtrum.*

23 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ.*

24 *Furti non tenetur qui credit dominum contentari de contrectatione.*

25 *Furtum vt contrectando committatur, requiritur quòd lucri cauſa fiat.*

26 *Furtum non committitur contrectando, niſi dominus priuetur poſſeſſione.*

27 *Hæres cõuenitur intra tempora inuentarij, & vltra vires, quando ipſe promiſit creditori.*

28 *Nemo dat quòd non habet.*

29 *Forenſis non poteſt capi pro debito in loco, in quo tamquã forenſis contraxit.*

30 *Fideiuſſor ſemel approbatus, non poteſt recuſari tanquam non idoneus.*

31 *Sequeſtrarius ſemel electus, non poteſt mutari ſine cauſa.*

CONSILIVM CCCCXI.

ORDINATIO ſacta ab Illuſtribus Dominis Conſeruatoribus gabellæ ſalis, quod Magnificus D. Nicolaus della Nuce retineatur in Caſtro huius ciuitaris, videtur multis rationibus ſuſtineri, & Prima, quia cum inſtante D. Ioſepho de Clericis ſuo, & nomine aliorum cohęredum D. Io. Petri eius fratris, factum ei fuiſſet pręceptum quod penes ſe retineat ſub ſequeſtro quaſcunque pecuniarum quantitates exactas, & exigẽdas ex venditione, & negotio ſalis: interrogatus pancis inde diebus ab eiſdem iudicibus, faſſus eſt ſe Genuam tranſmiſiſſe aureos duodecim mille, atqne ita contraueniſſe præcepto, quo caſu videtur conditionem ſuam feciſſe deteriorem, dum defecit ab ea fide & obedientia quam iudicibus tenebatur præſtare; & paria ſunt, quod quis conditionem ſuam efficiat deteriorem reſpectu facultatum, vel quod deueniat
1 ad malos † mores, quando mali mores vertantur circa fidem, & obſeruantiam contractus, vel rei de qua agitur. glo. Bart. & alij, in l. ſi fideiuſſor, §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi Iaſ. nu. 25. quo loci dicunt malos mores reddere debitorem ſuſpectum, non minus quam dilapidationem ſubſtantiæ, & dixi in conſi. 68. num. 6. 14. & 20. vbi dixi, ideo teneri debitorem ad nouam cautionem, quando ipſe, & fideiuſſores defecerunt in ſolutionibus promiſſis.

Secundo, quia ſequeſter cenſetur quaſi contrahe-
2 re, & tenetur actione † præſcriptis verb. allegat Bar. in l. ſi oleum, in princ. ff. de dolo, Iaſ. poſt alios, in l. ſi fideiuſſor, §. ſi ſatiſdatum, nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Grauat. ad Veſtri. in ſua praxi, lib. 7. cap. 2. num. 20. vel, vt
3 pluribus placuit, tenetur † actione depoſiti, l. ci apud quem, §. 1. ff. depoſit. gl. in l. ſequeſter, ff. de verb. ſignifica. Salic. in l. vnica, nu. 15. C. de probib. ſequeſtr. pecun. & ibi, Curt. ſen. nu. 55. Alex. in l. intereſſe, num. 6. ff. de acq. poſſ. & dicit Grauat. loco prędicto, quod ſequeſter qui malè agit tenetur præſcriptis verbis.

Tertio, quia contrectauit dictos aureos duodecim mille, contra prohibitionem, videtur furtum cõmiſiſſe: nam ſequeſtrũ dicitur quãdo pendente lite,
4 res † apud aliquem deponitur, l. ſequeſter, ff. de verbo. ſignific. Bar. in l. intereſſe, in princ. ff. de acquiren. poſſeſ. Iaſ. d. §. ſi ſatiſdatum, nu. 2. Alciat. in conſ. 386.
5 num. 5. & licet in tribus ſequeſtrum differat † à depoſito, ſecundum gl. & Doct. in l. licet, ff. depoſiti, gl. & Doctor. in c. examinata, de iudicijs, Cur. ſen. in d. l. vnica, num. 29. tamen habet multas conformitates in reliquis cum depoſito, & certum eſt, quod contre-
6 ctans depoſitum, committit † furtum. Bart. & alij, in l. 3. §. ſi rem, ff. de acquir. poſſ. l. dies ſponſaliorum, §. 1. & l. ſi ſacculum, §. 1. ff. depoſ. Iac. Butr. & Alber. in d. l. dies, §. 1. Bald. in conſi. 355. nu. 3. volum. 3. Boſſ. in tit. de decret. Mediol. num. 3. ſicuti ergo depoſitarius, ita & ſequeſtrarius furtum committere videtur contrectando rem ſibi ſequeſtratam, & ideo detrudi poteſt in carceres.

Quarto accedat, quod Dominus actor habet in-
7 ra ceſſa à Camera Ducali, & ceſſionarius † vtitur iure cedentis, atque eius intrat locum. l. emptor, vbi Bal. in 1. not. C. de hæred. vel actio. vendit. cap. denique, 7. q. 1. l. ſi donare, §. 1. ff. de dona. inter vir. & vxor. cum alijs per me citatis, in conſi. 22. num. 16. pro de-
8 bito autem Camerali inchoari poteſt executio † à perſonę captura. l. nemo, & ibi Io. de Plat. num. 17. & 18. C. de exacto. tribut. lib. 10. Maran. de ordin. iudicio. part. 6. num. 12. §. vlt. Cęph. in conſi. 439. num. 24. idem ergo fieri poteſt in fauorem eius qui cameræ ſucceſſit in iure crediti.

Quinto, Dominus Nicolaus eſt filius familias, & nullo omnino poſſidet bona, ſed degit ſub patris poteſtate, atque ideo dici poteſt ſuſpectus de fuga, & licuit eum retinere vti ſuſpectum, per ea quæ ponit glo. per illum tex. in l. quæſitum, in verſi. intereſt, ff. de
9 pign. quæ vult, quod ſuſpectus † debitor poſſit ante diem carcerari. Bald. in l. 1. in fin. C. de condict. ex leg. & in l. 3. in fin. C. comodat. & in l. ſi debitor, circa med. ff. de iudic. Alex. in l. ſiue apud acta, col. 4. ff. de iur. omn. iud. Iaſ. poſt Alex. in l. ſi arbitrio, num. 7. ff. qui ſatiſd. cogan. vbi ait, illam glo. eſſe ſing. Afflict. in deciſ. 108. Cacialup. in tracta. de debitor. fugit. quæſtio. 9. Pariſ. in conſi. 99. num. 4. vol. 3. Neuiz. in conſi. 51. nu. 3. Stracca in trac. de mercatu. tit. de decoctor. in 3. par. in fi. num. 54.

Sexto, ſicuti prædicti Domini Conſeruatores elegerunt Dominum Nicolaum in ſequeſtrem, ita eum potuerunt remouere, & alium ad idem muneris eli-
10 gere, præcipuè quando per electionem primo † loco factam non eſt ſatisfactum deſiderio, & neceſſitati, per ea quæ ponit Innoc. in cap. in fratris, de offic. deleg. vbi inquit, quòd Commiſſarius non dicitur functus officio, licèt ſemel ad mandatum Papæ prouiderit alicui de beneficio, niſi illa prouiſio ſit ſortita effectum. ſequuntur Oldrad. Bald. Butr. Bar. Anchar. Aret. & alij, quos citat Tiraquel. in l. boues, §. hoc ſermone, in 6. limitat. num. 10. & idem eſt quando pri-
11 ma electio † fuit inutilis. l. qui per ſalutem, ff. de iureiurando, cum alijs apud Tiraquel. loco prædicto, limitat. 1. num. 1. vbi multos citat.

Prædictis tamen non obſtantibus, firmiter teneo, capturam prædictam illicitam fore, & iniuſtam, & mihi perſuadere non poſſum, Dominos Senatores delegatos viros alioquin grauiſſimos, & eruditos, aliter eam conceſſiſſe quam falſis aduerſarij ſuaſionibus impulſos: ſicuti enim eſt regulariter prohibi-
11 ta pecuniæ ſequeſtratio, † vt in l. vnica, & ibi notant omnes, C. de prohib. ſequeſt. pecun. ex quo ante ſententiam

rentiam non eſt ad exequutionem deueniendum, l. 1.
C. de exequ. rei iudic. ita multo magis eſt prohibita
ſequeſtratio perſonæ, & vt quis capi poſſit plura co-
13 pulatiuè requiruntur. primo, † quod conſtet de de-
bito. ſecundo, quod deteriorauerit conditionem ſuã.
tertio, quod deterioratio ſit inſignis. ponunt omnes
Doctores, in d. l. fideiuſſor, §. fin. ff. qui ſatiſd. cogant.
præcipuè Bald. & Iaſ. Curt. iun. in d. l. vnica, num. 41.
& in propoſito deterioratio contigiſſe debet poſt
contractum, nec ſufficeret ſi tempore contractus ad-
14 fuiſſet, ſicuti etiam dicitur de † cauſis ſuſpicionis.
Bartol. in l. ait prætor, §. ſi debitorem, ff. de his quæ in
fraud. cred. & in l. fin. num. 2. C. de ſponſ. & quia hoc
non fuit ſeruatum, inquit Angel. in l. ſi ab arbitro, ff.
qui ſatiſd. cog. deſtrui feciſſe ſuis diebus mille captu
ras. Caſtr. in conſi. 474. verſi. tertio requiritur, vol. 1.
Alexand. in conſi. 19. in princip. volum. 3. Ang. in §. 1.
num. 9. Inſtit. de action. Dec. in conſi. 75. in 1. colum.
Roder. in ſecunda l. fori, tit. de los emplazam, nu. 32.
Curt. ſen. d. l. vnica, nu. 42. & ſeq. Ripa, in l. 2. in princ.
num. 37. vbi etiam Crot. nume. 59. Bello. in conſi. 19.
num. 10. Natta in conſi. 430. nu. 11. Roland. in conſi.
68. num. 8. volum. 3. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 87.
num. 16. & quod magis eſt, non prodeſſet ſi de huiuſ-
15 modi † deterioratione cõſtaret poſt capturam: quia
probatio eſt omnino neceſſaria ante conceſſionem,
ſecundum Rom. in conſil. 241. quẽ citat, & ſequitur
Curt. d. l. vnica, num. 43. Roland. d. conſi. 68. num. 10.
Natta d. conſi. 430. num. 26. hæc autem non fuerunt
ſeruata, nec de eis facta fuit probatio ante, vel poſt
capturam, ergo eſt nulla: & non mirum, ſi multa
concurrere debeant ad illius conceſſionem, eſt enim
16 maximi præiudicij: quia † irrogat infamiam, nota-
tur in l. 3. §. tutores, ff. de ſuſp. tutor. & continet quan
dam ſpeciem ſeruitutis, l. 2. ff. de liber. hom. exhib.
ſtante autem nullitate capturæ, infertur, Dominum
Nicolaum relaxandum, & priſtinæ libertati reſti-
tuendum, & fortius, Dominus Ioſeph Clericus, qui
17 procurauit capturam, † cogi poteſt ad intereſſe per-
ſoluendum, vt in l. ſi oleũ, ff. de dolo, dicitur de eo qui
procurauit ſequeſtrũ, & notãt ibi Bart. & alij omnes.

Hæc autem clariora videntur, quando nondum fi-
nita eſt lis mota per Dominum Ioſephum contra
Magnificum Dominum Theodorum Foreſtum, in
qua factum eſt ſequeſtrum, de quo agimus, ante e-
18 nim finitum iudicium, ſequeſter † non tenetur reſti-
tuere rem depoſitam, vt eſt tex. in l. ſi oleum, vbi not.
Bart. & alij, ff. de dolo, & durat ſequeſtrum quantum
durat lis, & cum ea expirat. probat tex. in d. l. ſi fide-
iuſſor, §. ſi ſatiſdatum, ff. qui ſatiſdare cogant. & ibi
ponunt Bart. & Iaſ. num. 20. in fine, & num. 21. Curt.
ſen. in d. l. vnica, nu. 54. Socin. iun. in conſi. 68. nu. 193.
volum. 3. & cum tempus reſtitutionis non eueniſſet,
non potuit ſequeſter capi, vel aliter moleſtari, præci-
puè nulla præcedente monitione de conſignando rẽ
depoſitam, vel præſentando.

Poſtremo iniuſta oſtenditur captura prædicta;
quia etſi Dominus Nicolaus non haberet illos au-
reos duodecim mille in manibus, obtulit tamen ſe-
paratum conſignare pecuniam intra dies quatuor,
vel quinque, cum enim diffideret de propria cuſto-
dia depoſuit eam cuſtodiendam apud Dominum
Baptiſtam & ſocium, Salucios Genuenſes, viros di-
uites, & mercatores probatæ fidei, vt ibi tanquam tu
tiori loco eſſet prompta, quandocunque caſus reſti-
tutionis contigiſſet; certum eſt enim, licuiſſe Domi-
19 no Nicolao rem ſequeſtratam etiã deponere, † quia
eſt tex. in l. ſi is apud quem, ff. depoſiti, qui probat,
quod depoſitarius poteſt rem apud alium depone-
re, imo fortius dicit, quòd ſi quid dolo fuit circa rem
commiſſum à ſecundo depoſitario, liberabitur pri-
mus cedendo contra eum actionem. accedat, quòd
20 depoſitarius tenetur ſolum præſtare † dolum, latam
culpam, circa rem depoſitam, vt probat text. cum
gloſſ. & Doctor. ibi, præcipuè Decio, & Cagnol. in l.
contractus quidam, ff. de regul. iur. Azo. in ſumma, C.
depoſiti, num. 25. Dominus autem Nicolaus, neque
dolum, neque culpam latam commiſit, ſi cum in do-
mo propria non poſſet pecuniam cuſtodire, eam alij
remiſit cuſtodiendam: nam regulariter alioqui non
apparente, quando ſequeſtrum fit à iudice, præſumi-
21 tur cuſtodiæ † gratia factum. Bartol. in l. intereſſe,
nume. 4. ff. de acquir. poſſeſſ. & ibi Alexan. nume. 4.
Papienſ. in ſua Pract. de forma ſequeſtr. §. 1. numero
1. Salicet. in d. l. vnica, numero 3. & ibi Curt. ſen. num.
64. Cod. de prohib. ſequeſtr. pecun. proinde ſi ſe-
queſter non habeat domum cuſtodiæ aptam, poteſt
22 aliam domum conducere expenſis † eius cuius eſt
res, vel quo inſtante, fuit ſequeſtrata. Salic. d. l. vni-
ca, nume. 5. vbi Curt. nume. 70. Natta in conſil. 584.
num. 6. & 7. Hoc autem ſine dubio procedit eo etiam
inſpecto, quod Dominus Nicolaus non eſt purus
ſequeſter, aut depoſitarius, vt infra dicam, ſed iam
ius habebat pecuniam prædictam contrectandi,
erat enim conductoribus gabellæ præfectus admi-
niſtrationi, vigore cuius deputationis, poterat ſuo
iure impunè de vno loco ad alium ſales, pecuniam,
& alias res eiuſdem negociationis traducere, &
transferre.

His vero nõ aduerſatur, quod Dominus Nicolaus
malè ſit verſatus circa ſequeſtrum, & ideo videatur
deteriorem feciſſe ſuam conditionem; quia reſpon-
deo, non dici male verſatum, eo quod pecuniã tranſ-
miſerit Genuam: nam id ei iure facere licuit, quia, vt
dixi, depoſitarius poteſt rem apud alium deponere,
l. ſi is apud quem, ff. depoſiti. & quod fit lege permit-
tente, non meretur pœnam, l. Gracchus, Cod. de adul.
& ſat eſt, quod in caſu latæ ſententiæ in fauorem Do-
mini Ioſephi, non poſſet culpa Domini Nicolai re-
tardari exequutio. & licet iuſſus eſſet retinere penes
ſe, & nemini ſoluere, tamen dicitur obtẽperaſſe præ-
cepto, quando eam pecuniam poſuit apud tutiorem
cuſtodem, & dicitur pecuniam cuſtodire per alium,
quòd idem eſt, ac ſi per ſe ipſum cuſtodiuiſſet, c. qui
per alium, ff. de reg. iur. in 6. Reſpondeo etiam, quod
vbi Dominus Nicolaus diceretur defeciſſe, & non po
tuiſſe, ſic vt ſupra pecuniam deponere, non tamen ſic
licuiſſet eum retinere ante cauſæ cognitionem; erat
enim obligatus actione depoſiti, vel præſcriptis ver-
bis, quæ omnes ſunt perſonales, & debebat primum
illis actionibus conueniri, non capi perſonaliter, &
fieri executio ante ſententiam, præcipuè quando ob-
tulit ſe paratum intra quatuor, aut quinque dies, pe-
cuniam huc comportari facere, & ex his eſt quoque
reſponſum ſecundo argumento.

Non obſtat, quod contrectans depoſitum furtum
cõmittat, atque ideo in carceres detrudi poſſit: quia
in præſenti facto Dominus Nicolaus non habet pecu
nias iure depoſiti, ſed tanquam adminiſtrator nego-
cij ſalis, cuius officij vigore potuit pecuniam de loco
ad locum traducere, & eam contrectare, licet nõ poſ-
ſet Dominis tradere ſtante præcepto ſibi facto à præ-
dictis Dominis Delegatis: ſecus tamen ſi fuiſſet ſim-
plex ſequeſtrarius, vel depoſitarius, vt loquuntur iu-
ra in contrarium allegata.

Secundo reſpondeo, quod licuit Domino Nico-
lao modo quo fecit contrectare pecuniam, d. l. ſi is
apud quem.

Tertio

Digitized by Google

Tertio reſpondeo, quod in præſenti caſu non po-
23 tuit committere furtum, eſt enim † contrectatio rei
alienæ inuito domino, l. 1. §. fin. ff. de furt. at qui domi
ni voluntate rem contrectat nõ committit furtum,
l. qui cras, §. qui ex voluntate, ff. de furt. imo nedum
furti non tenetur, qui ex domini voluntate tractat,
24 ſed nec is, qui † dominum credit velle, l. inter om-
nes, §. penult. ff. de furt. Azo in ſumma, C. de furt. in
princ. & nu. 6. Clar. in pract. crim. §. furtum, num. 21.
Natta in conſil. 407. num. 8. Dominus autem Nico-
laus non contrectauit inuitis dominis, ſed eis volen
tibus fuit enim deputatus adminiſtrator, & hoc ad-
mittere videtur quando non fecit doloſè. Bal. in cõ-
ſil. 238. num. 3. vol. 2. ſed in ſpecie licentiam habuit,
& voluntatem dominorum, quãdo pecuniam tranſ-
miſſit. Ex alio quoque non cadit in propoſito furtũ,
25 quia contrectatio, † vt ſit furtũ, fieri debet lucri cau
ſa, d. l. 1. §. fin. ff. de furt. vbi vero ceſſat lucrũ, ibi ceſſat
furtum, arguendo à definitione: cui enim non conue
nit definitio, ei non etiam conuenit definitum. Et qđ
ceſſante lucro non dicatur furtum, ponit Azo loco
prædicto, nu. 1. Bal. d. conſil. 238. nu. 3. Iaſ. in l. 1. nu. 5.
C. de furt. Alex. in conſ. 127. nu. 6. & ſeq. vol. 4. vbi in-
fert, quòd ſi alia intentione quam lucri res capiatur
non erit furtum. Roland. in conſil. 47. num. 28. & ſeq.
vol. 1. vbi infert, quòd ſicuti non tenetur furti, qui rẽ
alienam retinet, non animo lucrãdi, ita nec qui rem
furatam receptat alia intentione quam lucri, ne in
plus teneatur acceſſorium quam principale, & ita
quoque furtum declarat Clar. d. §. furtum, in princ.
quare in præſenti caſu cum dominorum concurrat
voluntas, & contrectatio ſit facta ſine animo lucran
di, quia de pecunia factum fuit ſimplex depoſitum,
non poteſt furti argui Do. Nicolaus, quia pecunias
Genuam tranſmiſerit. Accedat, quòd ex alio dici
poſſet non eſſe furtum, quia ſcilicet dominos nõ pri-
26 uauit † poſſeſſione, quod ſolent plurimum conſide-
rare in cognitione furti Doctores in l. 3. §. ſi rem, &
in l. rem quæ nobis, ff. de acq. poſſeſſ.

Quartum quoque quod creditum ſit Camerale,
ideo liceat executionem inchoare à captura perſo-
næ, parum mouet: quia etſi à Camera proueniat cre
ditum aduerſus Dominum Foreſtum, tamen reſpe-
ctu Domini Nicolai, qui ſuſcepit onus ſequeſtri, poſt
factam ceſſionem à Camera, hoc non conſideratur:
quidquid enim gerit ceſſionarius poſt ceſſionem,
nõ pertinet ad cedentem, nec determinationem re-
cipit à qualitate cedentis, ſed à qualitate ceſſionarij,
cum quo, & non cum cedente eſt geſtum, nihil autem
Dominus Nicolaus geſſit cum Camera, ſed cum Io-
ſepho clerico, & poſtquam Camera dedit nomen
Theodori Foreſti in ſolutum dicto clerico, fecit ſe
ab eo alienam, & deſinit quoad ea quæ poſtea geſta
ſunt dici Camerale creditum, vti dicimus de hære-
de cum beneficio inuentarij, qui etſi non teneatur vl
tra vires hæreditatis, ſi tamen ipſe aliquid promit-
27 tat, conuenitur intra † tempus inuentarij, & vltra
vires hæreditarias, tanq̃ obligatus ex proprio con-
tractu, non autem ex perſona defuncti. Ang. in con-
ſil. 31. colum. penult. Dec. in conſi. 496. nume. 12. & in
Authen. Præterea, nu. 12. C. vnde vir. & vxor. Rolan.
in tract. de inuent. fol. 154. num. 1. Phanuc. in eodem
tract. par. 6. nume. 110. non refert ergo in propoſito,
quod creditum hoc origine prouenerit à Camera
Ducali, ex quo Dominus Nicolaus quaſi contraxit
poſt ceſſionem: cum enim tempore ceſſionis Domi-
nus Nicolaus non eſſet Cameræ obligatus, ius hoc
contra eum non potuit cedi, quia non entis nullæ
ſunt qualitates, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. pet.
28 & non potuit † Camera ius transferre in clericum,
quod ipſa non habebat, l. ſi domus, in fine, ff. de lega-
t. l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. Socin. iun. in conſil.
97. num. 69. volum. 2. Bero. in conſ. 62. num. 23. vol. 3.
Pariſ. in conſil. 75. num. 16. vol. 3. Cæphal. in conſil. 4.
nume. 10. & ceſſio non poteſt extendi ad ea quæ tunc
non competebant, nec ad obligationes nondum con
tractas.

Et licet ſuſpectus debitor poſſit ante diem carce-
rari, tamen Dominus Nicolaus non potuit dici ſu-
ſpectus, cum à die facti ſequeſtri non mutauerit con
ditionem, per ea quæ dixi in princip. huius partis.
ſuſpicio enim contigiſſe debet poſt contractum, &
ea quæ aderant de tempore contractus, non cauſant
ſuſpicionem, ideo quod ſit ſub patria poteſtate, non
obeſt, cum tempore quoque facti ſequeſtri eſſet fi-
liusfamilias; ideo dicimus, quod qui contraxit cum
29 forenſe, † non poteſt eum dicere ſuſpectum, eo quòd
ſit forenſis, neque inſtare pro illius captura, cum
ſciret à principio illum forenſem eſſe. ita Bald. in
conſil. 285. volum. 1. Dec. in conſil. 75. Natta in con-
ſil. 430. nume. 14. & ſequitur Bald. quando fuit habi-
ta fides de precio, in Rubr. Cod. de reuoc. his quæ in
fraud. credit. num. 5. Curt. ſen. in d. l. vnica, nume. 31.
& Menoch. de arbitr. iudic. caſu 87. num. 19. in fine.
dixi in conſi. 68. num. 11. vbi ita declaro contrariam
Baldi ſententiam.

Poſtremo non reſiſtit, quod Domini Delegati, &
conſeruatores gabellæ poſſent pro ſui arbitrio va-
riare, & alium eligere ſequeſtrarium, recedendo ab
electione iam facta: quia reſpondeo, quod ſi hoc ve-
rum eſſet, non tamen licuit primum carcerare, non
enim infertur, licet variare, ergo primum licet in car
cerem detrudere.

Secundo reſpondeo, quod imò non licuit varia-
re: quia eligendo eum ad cuſtodiam ſequeſtri, cen-
ſentur approbaſſe illius perſonam, ideo eam poſtea
non potuerunt reprobare, argumento eius quod de
30 fideiuſſore † dicitur in l. 3. in fine, ff. de fideiuſſ. l. ſi
creditores, ff. de priuileg. creditor. Gozad. in con-
ſil. 3. num. 19. Marſil. in l. ſi quis ne quæſtio, num. 40.
ff. de quæſtio. Cagnol. in l. qui cum alio, num. 1. & 7.
ff. de reg. iur. facit deciſi. Pedemon. 62. num. 18. Do-
min. Becius in conſil. 3. nume. 39. & omiſſis genera-
libus, & ſimilibus, quod ſequeſter ſemel electus, ita
31 dicatur † approbatus, quod in futurum mutari non
poſſit, niſi noua cauſa ſuperueniente, voluit in ter-
minis Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de ſequeſtrat.
poſſ. & fruct. ſuper Rubr. in verſic. ad ſecundum quo
quæritur, refert & ſequitur Veſtrius in ſua praxi, lib.
7. cap. 2. nume. 12. vbi ait, ita ſeruari in ſacro Apo-
ſtolico Palatio. Demum demonſtraui ſupra, Domi-
num Nicolaum non eſſe ſimplicem ſequeſtrarium,
ſed ei ſolum iniunctum fuiſſe, ne quid ſolueret con-
ductoribus, vel alijs de pecunia quam ex negocio ſa
lis exegiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Filij, nepotes, & deſcendentes vbi ſunt vocati, & adſunt verba importantia perpetuitatem, intelliguntur vocati gradatim vnus poſt alium per fideicommiſſum.*

2 *Succeſſiuus ordo dicitur, quando poſt vnum alius admittitur.*

3 *Graduum multorum vocatio non poteſt intelligi facta per vulgarem, quia eſt quodammodo impoßibile, quod eodem tempore in vna familia ſint perſonæ omnium prædictorum graduum.*

4 *Infinitum, dictio, perpetuitatem ſignificat.*

Opto,

5 *Opto, verbum, eſt aptum ad inducendum fideicommiſſum.*
6 *Fideicommiſſum important verba, opto, cupio, & ſimilia.*
7 *Fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſiuum non ſolum in caſum alienationis, ſed etiam mortis, cenſetur inductum, quando poſt, vel ante probibitionem alienationis, ſunt prolata verba per modum cauſæ, vt bona in deſcendentibus conſeruentur.*
8 *Confiſcari non poſſunt bona fideicommiſſo ſuppoſita.*
9 *Fiſcus viuente grauato non poteſt retinere bona fideicommiſſa ſuppoſita, vbi cum tacita alienationis probibitione reſultante ex fideicommiſſo concurrit etiam expreſſa teſtatoris.*
10 *Emphyteutica bona quæ non tranſeunt ad hæredem extraneum, non applicantur fiſco etiam ob crimen læſæ maieſtatis.*
11 *Alienare qui non poteſt, nec etiam poteſt delinquere, vel alium actum facere, ex quo alienatio ſequi poſſit.*
12 *Confiſcationem ſuorum bonorum poteſt probibere teſtator.*
13 *Ratio ſubiecta ampliat, ſeu verius declarat fideicommiſſum ex mente teſtatoris extendi ad omnes deſcendentes maſculos de familia.*
14 *Arguere licet à ratione teſtatoris ad ipſius diſpoſitionis extenſionem.*
15 *Grauamen dicitur in rem, quando dictum eſt, quod domus non alienetur.*
16 *Probibitia alienandi dicitur realis, licet verba dirigãtur in perſonam, vbi adijcitur clauſula, quia vult bona conſeruari in agnatione.*
17 *Fideicommiſſi in reſtitutione venit etiam id quod grauatus babuit ex fideicommiſſaria ſubſtitutione à cohærede.*
18 *Fiſco applicari poſſunt quæcunque tranſeunt in extraneos hæredes.*
19 *Legitimam ex perſona condemnati poteſt ſecuta publicatione deducere fiſcus ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis.*
20 *Legitima non poteſt priuari filius à patre.*
21 *Hæreditatem acceptãs filius cenſetur onera iniuncta agnouiſſe, & cum omnibus ſuis qualitatibus acceptaſſe.*
22 *Filius acceptãs patris teſtamentum ſibi non præiudicat in legitima.*
23 *Teſtamentum patris ſi filius expreſſè, & indiſtinctè approbet, ſibi præiudicat in legitima.*
24 *Relatum dicitur eſſe in referente verè, & propriè, & cum omnibus ſuis qualitatibus.*
25 *Apprabatio ſimplex teſtamenti nocet filio quoad legitimam, ſi de ea facta eſt mentio in teſtamento.*
26 *Confirmatio, ſeu approbatio teſtamenti dat illi robur, ſed non extendit vltra quam ſui natura afficiat.*
27 *Clauſula, Omnia, & ſingula, babet vim ſpecificæ expreſſionis.*
28 *Geminatio denotat enixam voluntatem, & multum operatur.*
29 *Clauſula, Per amnia, nibil omnino excludit.*
30 *Legitima includitur in generali expreſſiane, quando conſtat de voluntate filij, quod velit carere legitima.*
31 *Trebellianicę videtur renunciare qui approbat teſtamentum.*
32 *Falcidia detrabi non poteſt vbi hæres ſoluit, vel ſoluere promiſit legata.*
33 *Apprabatia inſtrumenti prodeſt omnibus prætendentibus intereſſe, quamuis præſentes non fuerint.*
34 *Stipulatione notarij quæritur ius abſẽti ac ſi præſens eſſet.*
35 *Approbatio ſimplex legati nulli illud confirmat ad fauorem eius qui eſt præſens, ſed non acceptauit.*
36 *Trebellianica omnibus probiberi poteſt, exceptis filijs primi gradus.*
37 *Fiſcus eſt loco hæredis.*
38 *Confiſcatio obligat fiſcum ad omnia onera quæ incumbebãt delinquenti, tam æris alieni, quam legatorum, & fideicommiſſorum.*
39 *Bona probibita confiſcari non tranſeunt in fiſcum, ſed in fideicommiſſarium, etiam viuente grauato.*
40 *Trebellianica vt cenſeatur probibita, non requiritur ſingularis, & indiuidua probibitio, ſed ſufficit quod ex generalibus etiam verbis colligatur teſtatoris intentio.*
41 *Trebellianica cenſetur probibita, quando teſtator probibuit omnium ſuorum bonorum alienationem, mandatque ea peruenire ad ſuos agnatos, vel ſucceſſores.*
42 *Trebellianicæ detractionem videtur probibere teſtatar, qui iuſſit bona reſtitui, vel peruenire ad alium ſine diminutione.*
43 *Teſtator ſi dixit quod bona reſtituantur ſine aliqua detractione, videtur Trebellianicam probibuiſſe.*
44 *Trebellianica non deducitur quanda teſtator mandat hæreditatem integraliter reſtitui.*
45 *Legitima trãſmittitur etiam in extraneos.*
46 *Legitima cenſetur probibita per clauſulas, quod bona integraliter, & pleno iure, & ſine aliqua diminutione, & detractione tranſeant in deſcendentes, & in eis conſeruentur.*
47 *Aliquid, dictio, ſignificat totum, & quamlibet etiam minimam partem.*
48 *Legitima vt filio debeatur ſine grauamine, & quod onus reijciatur ipſo iure, fuit ſpeciali fauore filio indultum, & eſt eius perſonale priuilegium, ideo non tranſit in alium.*
49 *Onus non reijcitur de legitima inſtante fiſco.*
50 *Fiſcus ex perſana filij non poteſt dicere quod teſtamentum ſit nullum.*
51 *Legitimæ grauamen appoſitum, vt reijciatur fiſcus petere non poteſt.*
52 *Legitimæ tranſmiſſio non ſit cum priuilegia impugnandi onus legitimæ annexum.*
53 *Legitima poteſt onere granari, ſi illud ſit vtile, vel fauorabile filio.*
54 *Alienationis probibitio donec ad certã ætatem filius peruenerit, fieri poteſt etiam quo ad legitimam, quæ dicto caſu non tranſit in fiſcum ſecuto delicto.*
55 *Confiſcatio legitimæ impeditur, quando probibitio alienationis concernit etiam fauorem ſubſtituti.*

CONSILIVM CCCCXII.

CONTROVERSIA quæ vertitur inter Illuſtriſſimum Principem Vallis Tari Don Federicum Lãdum, & Sereniſſimũ Dominum Parmæ, & Placentiæ Ducem, compromiſſaque in Hiſpaniarum aliorumque multorũ regnorum Regem, ardua eſt, ſed Deo dãte facilè explicabitur, quod vt facilius fiat, in quatuor partes, ſeu quæſtiones diuiditur.

Prima eſt, an in confiſcationis ſententia lata aliàs contra Illuſtriſſimum Principem Claudium moderni Principis patrem, includantur bona quæ ad eum peruenerant ex hæreditatibus, & ſucceſſione Federici ſenioris qui erat abauus Domini Claudij prædicti. Item Marci Antonij Landi qui eiuſdem fuit auus paternus, necnon Dom. Auguſtini patris, & demum Pompei Landi qui prædicti Dom. condemnati erat maternus abauus.

Secunda, an ſaltẽ legitima dicto Principi Claudio debita ex bonis patris, venerit in ea publicatione.

Tertia, an itidem reſpectu Trebellianicæ ſuſtineri potuerit confiſcatio in illis bonis.

Quarta, quid dicendum ſit de bonis Comitiſſæ Conſtantiæ Fregoſiæ quæ fuit Dom. Claudij auia paterna, & mater Com. Auguſtini, an ea quoque ſint in totum, vel pro parte compreheuſa in ſententia confiſcationis.

Scien-

Sciendum eſt autem, quã plures hæreditates per-
ueniſſe ad prædictum Principem Claudium, nempe
prædictorum Federici ſenioris, Marci Antonij, &
Auguſtini. Rurſus habuit hæreditatem Comitis Pō-
pei, quæ tota fuit conſolidata in perſonam Comitiſ-
ſæ Iuliæ, ea enim præter portionem ſibi immediate
vti nepti relictam ab auo, conſecuta eſt portionem
quoque relictam Cæſari fratri, qui poſtea deceſſerat
ſine filijs, hæreditas quoque Dominæ Cōſtantiæ in-
tegra eidem Claudio obuenerat, tum vigore inſtitu
tionis, tum etiam ex ſubſtitutione, quæ fuit purifica-
ta ob mortem Manfredi fratris primogeniti, atque
ita triplicem habuit ſucceſſionem, vnam à paternis
anteceſſoribus maſculis, aliam à paterna auia, ter-
tiam vero à matre, & anteceſſoribus matris.

His ſic præmiſſis, deueniendo ad primum articu-
lum, quamuis multa dici poſſint, amplectendo ta-
men communes Doctorum ſententias, dico bona Do-
minorum Federici, Marci Antonij, Auguſtini, & Pō-
pei, non potuiſſe confiſcari: quia ea omnia fuerunt
perpetuo, & ſucceſſiuo fideicommiſſo ſuppoſita ad
fauorem deſcendentium omnium maſculorum, &
in eis omnibus atque ad ea omnia Princeps Don Fe
dericus vti deſcendens reperitur vocatus, vt diſcur-
rendo ſingula dictorum Dominorum Eulogia de-
monſtrabo. Primo quidem, Federicus ſenior in ſuo
teſtamento condito anno 1514. die 5. Ianuarij inſti-
tuit filios, & poſt eos vocauit filiorum filios, & nepo
tes, & deſcendentes in infinitum, & quandocunque
ſine filijs maſculis decederent, illos ordine ſucceſſi-
uo, & ſecundum legitimas ſucceſſiones ſubſtituit, &
ſuccedere voluit ſine aliqua Trebellianicæ, vel alte-
rius quartæ detractione; quæ verba omni excluſa du
bitatione, important ſucceſſiuum fideicommiſſum,
de vno in alium, ex dictis filijs, nepotibus, & deſcen-
dentibus: nam etiamſi diſputent Doctores, an de-
ſcendentes ſint vocati per vulgarem, an vero per fi-
deicommiſſariam, tamen quando adiecta ſunt ver-
ba importantia perpetuitatem, conueniunt omnes,
quod intelligantur vocati gradatim vnus poſt aliū,
1 per fideicommiſſum. † Caſtrenſ. in l. Gallus, §. quidã
rectè, ff. de libe. & poſthum. quem ita intelligunt Pa-
riſ. conſ. 11. num. 28. vol. 3. Galiau. d. §. quidam rectè,
num. 22. latiſſimè Decian. in conſi. 1. num. 245. vol. 1.
vbi num. 258. conſiderat verba importantia perpe-
tuitatem. Peregr. in tracta. de fideicomm. artic. 18.
num. 22. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 15. num. 6.
Cardin. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit.
15. num. 12. verſi. ſed rurſus, vbi poſt Nattam, & De-
cian. conſiderat onus perpetuū in caſu Anchar. fuiſ-
ſe iniunctum, & propterea protēdi fideicommiſſum
de vno in alium gradum, latiſſimè Decian. conſil. 41.
num. 66. volum. 1. vbi etiam in ſequentibus latè pro-
ſequitur dicēs, quod vbi extat tractus temporis res
eſt clara, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. nume. 23.
27. & ſequen. in facto autem ea clauſula ordine ſuc-
ceſſiuo legitur explicita, adeo, vt non poſſit dubita-
ri, quia ordo ſucceſſiuus dicitur quando poſt vnum
2 alius † admittitur. Bart. & alij, in d. §. quidam rectè,
Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 18. nu. 68.
& latius ponit Simon de Pret. de interpret. vlt. vo-
lunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. ſol. 2. nume. 4. fol. 332.
vbi poſt Alcia. Bero. Ruin. Marzar. Zanch. Guald. &
Oſaſc. dicit, quod hæc clauſula importat fideicom-
miſſum eſſe gradatim factū de vno in alium gradū.
Confirmatur hæc opinio, quia teſtator vocauit Clau
dium, & alios, & poſt eos, eorum filios, & filiorum
filios, nepotes, & deinceps in infinitum deſcenden-
tes; tot enim graduum vocatio non poteſt intelligi
facta per vulgarem, quia eſt quodammodo impoſſi-
bile quod eodem tempore in vna familia ſint perſo-
3 næ omnium prædictorum graduum, † vt per Simon.
loco prædicto, nu. 10. vbi Alcia. & alios citat. addo
Curt. iun. conſil. 48. num. 3. & 4.

Accedat dictio, in infinitum, quæ perpetuitatem
4 ſignificat, † l. iuriſperitos, vbi Bart. & alij, ff. de excu-
ſat. tutor. latè Molin. d. c. 5. nu. 32. vbi alios citat.

Et nō vocauit teſtator eodem tempore filios, ne-
potes, & deſcendentes inſtitutorum, ſed adiecit clau
ſulam, & poſt eos, &c. quæ dictio, poſt, operatur, vt
videatur inductum fideicommiſſum. Curt. iun. d. cō-
ſil. 48. num. 4. verſic. præterea adſunt illa verba. Dec.
in conſil. 431. nume. 6. Alciat. d. §. quidam rectè, nu-
me. 35. & ſequen. Peregr. de fideicomm. artic. 18. nu-
me. 14. ſignificat enim, quod vnus poſt alterius ad-
miſſionem videatur per fideicommiſſum inuitatus
ad ſucceſſionem.

Ex alio quoque deducitur perpetuum fideicom-
miſſum: quia idem teſtator prohibuit bonorum a-
lienationem etiam in caſibus alias à iure communi
permiſſis, cum clauſula, quia opto, volo, & diſpono,
quod omnia bona mea perpetuis temporibus in de-
ſcendentibus meis maſculis conſeruentur: verbum
enim opto, eſt aptum ad inducendum fideicommiſ-
5 ſum, † quemadmodum verbum, cupio, l. etiam hoc
modo, & l. eo modo, ff. de lega. 1. ſic etiam verbum,
volo, importat diſpoſitionem, l. 2. C. comm. de leg. l.
cum ita, §. in fideicommiſſo, ff. de lega. 2. quia ſufficit
qualecunque verbum voluntatis ſignificatiuum, d.
l. 2. & l. in legatis, C. de legat. & ſola voluntas ſpecta-
tur, l. penult. ff. de lega. 1. l. hæredes mei, §. cum ita, ff.
ad Trebelliao. & quod eiuſmodi verba fideicōmiſ-
6 ſum importent, probat † Crau. in Rubr. ff. de lega. 1.
num. 187. latius Cardin. Mantica de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 8. tit. 1. nume. 1. 7. & per totum. Simon lib. 3.
interpret. 3. dub. 1. ſolut. 4. num. 1. fol. 276. Craſſ. in §.
fideicommiſſum, quæſt. 4. per totam. pulchrè Rot. Ro
ma. in deciſ. 640. per totam, in 1. par. in nouiſs. Pere-
grin. de fideicomm. artic. 1. nume. 45. & ſequen. & ar-
tic. 11. in princ. ſed in facto non enunciatiuè modo,
vt plerique ſupra relatorum loquuntur, ſed diſpoſi-
tiuè, & per modum rationis teſtator expreſſit ea ver
ba, opto, volo, & diſpono, & ideo ſicuti ſola diſpoſi-
ſitiua voluntas ſufficit, vt per Socin. in l. qui Romæ,
§. cohæredes, num. 18. ff. de verbor. obliga. & in conſi.
12. nume. 18. vol. 3. cum alijs quos citaui in conſi. 96.
num. 13. & dicit Bald. in d. l. 2. num. 3. C. de leg. 2. vbi
quod idem eſt velle, & iubere, & verba ſic per mo-
dum cauſæ prolata, poſt vel ante alienationis pro-
hibitionem, fideicommiſſum non ſolum in caſu cō-
trauentionis conſtituunt, ſed etiam in caſum mor-
tis perpetuum, & ſucceſſiuum, de gradu in gradum.
7 † Aret. in d. §. cohæredes, col. 3. verſ. vbi autem teſta-
tor, & ibi Socin. nu. 18. & ſequuntur Dec. Crot. Curt.
iun. Pariſ. Gozad. Bero. Socin. iun. Alciat. Alba, Cra-
uet. Rolan. Cæphal. Anchar. moder. Gabriel. Dec. &
Cardin. Mantica, quos omnes citaui in d. conſil. 96.
num. 17. vbi eam ſententiam defendo. addo Simon.
in lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 10. nume. 8. & ſeq.
folio 283. & ſequen. & infinitos cumulat Petra in tra
cta. de fideicomm. prohib. alien. quæſt. 5. num. 42. &
ſequen. & quæſt. 11. num. 531. vbi ſuſtinet rationem
prędictam extendere fideicommiſſum. Molin. de pri
mogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 5. num. 16. Craſſ. §. fideicom
miſſum, quæſtio. 5. nume. 6. Cæphal. conſil. 486. nu. 4.
Bettaz. conſil. 6. nume. 8. Decian. conſil. 50. volum. 3.
Eug. Peruſ. in conſil. 81. multos etiam citat Ruſticus,
in tract. an & quando filij poſiti in cond. lib. 3. cap. 5.
num. 2.

num. 1. vbi ſuſtinet quod tali caſu filij poſiti in con-
ditione cenſentur vocari.

Stante autem prædicto fideicommiſſo, imo pluri-
bus fideicommiſſis, infertur, quod eiuſmodi bona
non potuerunt per Sereniſſimum Ducem, vel domi-
nos eius officiales, aut miniſtros, confiſcari in præ-
iudicium moderni Principis Don Federici, ad ea vo
cati ob delictum impictum Domino eius Patri, hæc
enim eſt communis, & vulgata opinio, quod bona re
8 ſtitotioni ſuppoſita, fiſco applicari non poſſunt, † l.
Statius, §. Cornelio Felici, ff. de iure fiſci, l. cum pa-
ter, §. hæreditatem, ff. de leg. 2. Ang. in l. Papinianus,
§. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtamen. vbi dicit eſſe ca-
ſum ibi, Alexan. conſil. 23. colum. 1. vol. 1. Iaſ. in l. 2. §.
& quia, C. comm. de leg. & in l. filiusfamilias, §. Diui,
in 2. lect. verſi. ſexto pondero, ff. de leg. 1. & ibi Opiz.
col. 2. Dec. in conſil. 442. colum. 3. Marſil. in conſi. 49.
& Igne. in l. fin. num. 19. ff. ad Silla. Ripa in l. ex facto,
§. ex facto, num. 11. ff. ad Trebell. Rolan. in conſil. 31.
num. 25. in princ. Molin. in d. tract. lib 4. cap. 11. nu. 6.
Gabriel. comm. opin. lib. 7. tit. de crimin. concluſ. 24.
& licet regulariter ſint penes fiſcum pendente con-
ditione fideicommiſſi, atque ita donec grauatus vi-
nit, & fiat eorum reſtitutio ſolũ quando euenit con-
ditio, tamen hoc verum, quando adeſt ſola tacita
prohibitio, quæ reſultat ex fideicõmiſſo; at vbi cum
tacita concurrit expreſſa alienationis prohibitio, vt
extare dixi in hoc facto, tunc nullo tempore nec etiã
momento fiſcus illa tenere poteſt, ſed ſtatim tran-
9 ſeunt ad vocatum etiam viuente grauato. † Batto. &
Angel. in l. Imperator, ff. de fideicommiſ. liber. Ioan.
Andr. ad Spec. in tit. de feud. §. quoniam, verſic. qua-
drageſimo. ſequuntur Alexan. Iaſ. Socin. Dec. Marſil.
Opia. Ferdin. Crot. Ruin. Alcia. Ripa, & Boer. quos
omnes citat, & ſequitur Rolan. in conſil. 98. num. 14.
vol. 2. vbi dicit eſſe communiter receptũ. Boſſ. de pu-
blic. bonor. nume. 34. Gramm. deciſ. 105. nu. 31. Clar.
in ſua praxi, §. vlt. quæſtio. 78. verſic. item quæro, O-
ſaſc. deciſ. 94. num. 3. multos alios addit Molin. in d.
tracta. lib. 4. cap. 11. num. 5. Gabriel. in conſi. 123. nu.
16. volum. 1. vbi dicit eſſe magis communem, & vſu
receptam, poſt Curt. Rub. & Boſſ. Peregr. in tracta. de
iure fiſci, lib. 5. cap. 1. nume. 102. Farinacius crimin.
quæſt. 25. num. 33. & 35. lib. 1. Et hoc caſu non eſt cu-
randum ex qua cauſa ſecuta ſit confiſcatio, quoniam
etiamſi inducta eſſet ob crimen læſæ maieſtatis, non
tamen includeret aliena bona, & quæ in alium ſunt
tranſitura, quia in fiſcum tranſire non poſſunt ea quę
ad extraneum hæredem non poſſunt peruenire, &
ideo videmus, quod propter dictum crimen emphy-
teutica bona non applicantur fiſco, ſi non poſſunt
10 tranſire ad extraneum hæredem, † vt notat Gemin.
in c. fœlicis, in vlt. notab. de pœnis, in 6. vbi alij quo-
que Doctores notant, Ruin. conſ. 117. num. 5. in 1. vol.
Bero. in conſil. 114 nume. 38. & ſequen. vol. 1. Gigas in
tract. de læſa maieſt. lib. 2. tit. de pœn. committ. crim.
quæſt. 3. & quæſt. 5. & ſequent. vbi latè agit. Corbul.
in tract. de emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob mort. ci-
uil. num. 24. vbi alios congerit. Quare ex hoc capite
bona hæc reſtituẽda veniunt moderno Principi, qui
fuit ſubſtitutus, & ad cuius præiudicium ſicuti pater
non potuiſſet alienare, ita nec delinquere vel alium
11 facere actum ex quo alienatio ſequi poſſet. † glo. in
l. item quia, ff. de pact. in l. codicillis, §. morem, vbi
Bart. ff. de lega. 2. Dec. in conſi. 300. num. 2. alios cita-
ui in conſil. 5. num. 40. & ſeq. præcipuè quando am-
plis verbis vniuerſalibus, & geminatis, vt contigit
in facto, prohibita eſt alienatio.

Fortius autem vendicabit ſibi locum ſententia,
quam amplector, quia teſtator etiam ipſam confiſ-
cationem prohibuit, id quod iure facere potuit: quia
12 nullum fraudare dicitur qui ſuo iure † vtitur, l. nul-
lus, ff. de reg. iur. & rebus ſuis legẽ quilibet impone-
re poteſt quam vult, l. in traditionibus, C. de pac. Be-
cius conſi. 101. num. 25. & ſequen. & in terminis hoc
voluit Ruin. in conſi. 129. num. 4. vol. 2. & in l. filiusfa
milias, §. Diui, in 4. not. ff. de leg. 1. vbi Alcia. nume. 4.
Socin. iun. in conſi 34. num. 7. volum. 3. Boſſius in tit.
de public. bono. nume. 30. Rol. in conſi. 56. nu. 12. vol.
1. Gabriel. conſi. 123. num. 12. volum. 1. vbi ſubdit eſ-
ſe communem. Menoch. in conſi. 77. nume. 6. Rimin.
in conſi. 193. num. 2. & ſequen. & conſi. 564. nume. 62.
Peregr. in d. tracta. lib. 5. cap. 1. num. 103. vbi fortius
inquit, procedere etiam quando bona non obſtante
generali prohibitione alienationis tranſeunt in fiſ-
cum, durante vita grauati, prout ſeruari dicit apud
Venetos; nam eo quoque caſu fit ſtatim reſtitutio,
quando confiſcatio explicitè prohibetur, & in eum
caſum alij vocantur. Farinacius, quæſt. crim. 25. nu.
23. in 1. lib. Berret. in conſi. 133. nu. 1. quæ omnia cum
interueniant in facto propoſito, fatendum eſt, bona
de quibus agimus non potuiſſe occupari à fiſco.

Quæ autem dicta ſunt de bonis, & hæreditate Co
mitis Federeci ſenioris, eadem militant in bonis, &
hæreditate Com. Marci Antonij eius filij: qa is quo-
que paterna calcando veſtigia, fideicommiſſum per-
petuum ordinauit ad fauorem omnium deſcenden-
tium in infinitum, prohibendo, non ſolum generali-
ter alienationem, ſed ſpecialiter illam quoque quæ
per delictum, & confiſcationem ſequi poſſet, propte-
rea eodem loco eius bona habẽda ſunt quo ea Com.
Federici.

In teſtamẽto Comitis Pompei nõ legitur expreſ-
ſa prohibitio alienationis nec confiſcationis, ſed be-
ne factum eſt perpetuum fideicommiſſum inter de-
ſcendentes à Domina Iulia illius nepte, dum tamen
eſſent de progenie illorũ de Lãdo, & quamuis mor-
tuo Com. Cæſare mãdet bona peruenire in filios Do
minæ Iuliæ, & vlteriores gradus non exprimat; tamẽ
ſubiecta ratio, quia mea eſt intentio, & vltima volun
tas, quod bona mea remaneant perpetuo in domo,
& progenie illorum de Lando, &c. & in ea conſeruẽ-
tur, &c. ampliat fideicommiſſum, ſeu verius declarat
illud ex teſtatoris mente extendi ad alios omnes
maſculos à Domina Iulia deſcendentes ex familia
13 tamen Landorum, † vt voluit Caſtr. in conſi. 303. nu.
3. vol. 1. Roman. in conſi. 457. nu. 1. & hanc concluſio-
nem probaui in conſi. 96. nu. 43. verſi. de extenſione
autem, vbi demonſtraui, quod clauſula prædicta eo
modo appoſita in teſtamẽto, extendit fideicommiſ-
ſum à perſona ad perſonam, à tempore ad tempus,
à re ad rẽ, & à caſu ad caſum; imò, hoc addidi, quod
idem operatur, quando ratio non eſt expreſſa, ſed ta
citè poteſt colligi ab expreſſis, quia etiam tunc fidei-
commiſſum inducitur inter omnes comprehenſos in
ratione, & à ratione licet arguere etiam ad ipſius di-
14 ſpoſitionis extenſionem, † vt voluit Bart. in l. pater,
§. fundum, ff. de lega. 3. Caſt. conſi. 77. num. 5. in 1. vol.
Socin. in conſi. 41. col. 2. vol. 3. Dec. in conſi. 636. col. 1.
Curt. iun. conſi. 115. col. fi. Socin. iun. in conſi. 163. nu.
5. & 12. volum. 3. Iaſ. conſi. 23. vol. 3. Ruin. conſi. 158.
num. 11. in 2. Pariſ. conſi. 7. colum. 3. in 3. Bero. conſi.
64. num. 17. in 2. Crau. in conſi. 248. col. 2. & Roland.
conſi. 6. num. 21. in 4. volum.

Bona item omnia Principis Auguſtini ſunt de di-
cta confiſcatione detrahenda, quia ea quoque fue-
runt arctiſſimo ſuppoſita fideicommiſſo in fauorem
deſcendentium maſculorum, non ſolum quia fue-

tint

Digitized by Google

rint omnes illi deſcendentes maſculi explicitè, ſed
etiam quia prohibita eſt expreſsè eorum alienatio,
& confiſcatio cum prædicta ratione ampliſſimis iti-
dem verbis concepta, vocando in omnem caſum pri
mogenitos de familia. quare iuxta ſuperius dicta
venire non potuerunt in confiſcatione.

Et aduertatur, quod etſi contigerit aliquando v-
num ex deſcendẽtibus ſucceſſiſſe fratri, vt fecit Prin-
ceps Claudius, tamen fideicommiſſum nedum am-
plectitur bona quæ in ipſum peruenerunt immedia-
tè ex perſona propria, ſed ea quoque quæ fratri fue-
rant relicta, & ſibi obuenerunt per fratris mortem,
quia grauamẽ tam fideicommiſſi quam prohibitio-
nis alienandi eſt reale, non perſonale, & fuit rebus
ipſis iniunctũ per ea verba, quia vult, quòd bona cõ-
ſeruentur in domo, agnatione, & familia, vt docet
Bart. in l. peto, §. fratre, num. 5. ver. dic ergo quod ibi,
ff. de leg. 2. in l. pater filium, §. quindecim, ff. de leg. 3.
vbi, quod in rem dicitur grauamen, quando dictum
15 eſt, quod domus non alienetur. † Caſt. in l. voluntas,
in fine, C. de fideicomm. & procedit etiam, quando
prohibitio in perſonas dirigitur, ſed adijcitur clau-
16 ſula, quia vult bona cõſeruari in agnatione, † vt de-
clarant Caſtr. & Iaſ. in d. l. voluntas, Crot. in §. diui,
num. 42. latè comprobat Becius, in conſi. 24. nu. 24.
& ſeq. Rip. in §. diui, nume. 106. vbi infert, quod tunc
prohibitio facta filijs extẽditur ad nepotes. Accedat,
quod in reſtitutione fideicommiſſi venit etiam id,
quod grauatus habuit ex fideicommiſſaria ſubſtitu-
17 tione à cohęrede, † ſecundum Bar. & alios, præcipuè
Alexand. in l. Marcellus, §. quidam liberis, ff. ad Tre-
bellian. & in l. hæredes mei, §. cum ita, vbi Ripa, num.
36. ff. eod. præcipuè, quando teſtator vtitur verbis
denotantibus vniuerſitatem, vel integritatem bono-
rum, dicendo, omnia, vel integra, vel ſimilia verba.
Doctores omnes, in l. cum virum, C. de fideicom. So-
cin. iun. conſi. 16. nu. 27. vol. 3. Pariſ. conſ. 48. num. 50.
vol. 2. Boer. deciſ. 580. nu. 3. Natta conſi. 320. per to-
tum. Gabr. conſi 121. nu. 50. vol. 1. Card. Mantica, lib.
7. tit. 6. nu. 11. Cęphal. conſi. 259. nu. 55. Thom. Nonius
conſi. 29. nu. 5. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 48. Pe-
regrin. de fideicommiſs. art. 8. num. 9.

His explicitis, deuenio ad ſecundam quæſtionem
an ſaltem in confiſcatione venerit legitima in bonis
patris debita Principi Claudio condemnato. & pri-
mo aſpectu videtur illam quoque in fiſcum tranſire:
nam eſt ad extraneos hæredes tranſitoria, l. quam-
quam, ad leg. Falcid. & quæ tranſeunt in hæredes ex-
18 traneos, fiſco applicari poſſunt, † iuxta communem
regulam, de qua in l. 4. vbi Bartol. ff. de iure patron.
Alexand. in conſi. 23. num. 9. volum. 1. Peregrin. latè
de iure fiſci, lib. 5. tit. 1. nu. 69. & ſeq. vbi infert ad mul
ta. Gabr. conſi. 113. volum. 1. Corbul. de cauſ. priuat.
ob mortem ciuil. per totam, in diſcurſu, & in termi-
nis quod ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, fiſcus poſ
ſit ex perſona cõdemnati, ſequuta publicatione, de-
19 ducere legitimam, † voluit Bald. in conſi. 8. volum. 4.
Gigas de crimin. læſæ maieſt. lib. 5. tit. de pęnis com-
mitt. q. 15. Natta in conſi. 528. num. 56. & ſeq. Rolan.
in conſi. 31. num. 58. & 33. vol. 1. conſi. 98. nu. 11. vol. 5.
Clarus in §. fi. q. 78. verſi. item quæro nunquid, prope
fin. Menoch. in conſi. 77. col. fin. Peregrin. d. titu. 1. nu.
39. Farinac. quæſt. 55. num. 43. lib. 1. Craſſ. §. Trebel-
lian. q. 3. in fine.

Contrarium tamen eſt verius, quod ſcilicet non
poſſit legitimam prætendere, aut deducere de bonis
quæ Dominus Auguſtinus pater filijs ſuis reliquit
cum onere fideicommiſſi: nam dictus teſtator vetuit
in teſtamento ſuo, omnem, & quamcũque alienatio-
nem, & detractionem legitimæ, & Trebellianicæ,
iuſſitque omnia ſua bona integrè, & ſine aliqua di-
minutione reſtitui primogenitis, in eo vocatis, &
quamuis regulariter minimè ſuſtineatur eiuſmodi
prohibitio, ex quo pater non poteſt filium priuare
20 ſua legitima, † l. parentibus, & l. cum quęritur, C. de
inoffic. teſtam. l. quoniam in prioribus, & l. omnimo-
do, C. eod. titu. Alexan. in conſi. 69. in princ. volum. 1.
Cęphal. in conſi. 56. num. 41. Soc. iun. conſi. 51. num. 2.
vol. 4. Natta in conſi. 528. num. 28. vbi, quod prohi-
bendo alienationem non impedit detractionem, ta-
men Princeps Claudius approbando paternum te-
ſtamentum vſque de anno 1562. vt legitur in inſtru-
mento mihi præſentato, ſibi in ſua legitima præiu-
dicauit, dicit enim intellexiſſe teſtamentum à patre
conditum fuiſſe, & de eo rogatum notarium Tibur-
tium Milanum, ideo illud ſe approbare, confirmare,
& ratificare. quocirca cum hæreditatem patris acce-
ptauerit, cenſetur onera iniuncta agnouiſſe, & cum
21 omnibus ſuis qualitatibus acceptaſſe, † l. cum ab v-
no, in princ. ff. de leg. 3. c. officij, de teſtam. Caſtr. conſ.
193. num. 3. volum. 1. Crauet. in conſi. 174. nu. 9. dixi in
conſi. 150. num. 20. & ſeq.

Nec dicatur, quod filius acceptans patris teſta-
22 mentum ſibi non præiudicat in legitima. † Dec. in
conſi. 81. col. 1. conſi. 218. nu. 3. & latiſſimè hanc partẽ
reſpectu legitimæ, & Trebellianicæ defendit Bero. in
conſi. 93. nu. 53. & multis ſeqq. vol. 2. Crauet. in conſi.
200. in 6. in fine. Cæph. in conſi. 563. nu. 12. & ſeq. vbi
plures adducit rationes, & præcipuè, quia filius non
cenſetur ſibi in legitima præiudicare niſi expreſsè, &
ſpecificè de illa mentionem faciat, l. ſi quando, §. fi. C.
de inoffic. teſta. vbi fortius dicunt Bal. & alij, quod fi-
lia faciens generalem quitationem, non prohibetur
petere ſupplementum legitimæ. multos alios addit
Craſſus, in §. legitima, q. 38. num. 21. vbi dicit, quod fi-
lius cõſentiens teſtamento paterno in quo legitima
fuit cum onere relicta, non cenſetur conſenſiſſe one-
ri, ſed eo non obſtante poteſt de legitima liberè di-
ſponere, ac ſi onus nullum fuiſſet adiectum, allegat
Vaſq. Rolan. Burſar. Gabr. & Cucum.

Ad prędicta enim reſpondetur, quod imò quando
filius expreſsè approbat patris teſtamentum, tunc
ſibi præiudicat in legitima, quia indiſtinctè appro-
bando totum, videtur approbare, & ſingulas illius
partes confirmare, licet aliud ſit, quando approba-
23 tio non eſt ſimplex, † vt latè declarat Ruin. in conſil.
56. nu. 9. volum. 2. & ante eum Curt. iun. in conſi. 159.
nu. 6. & ſeq. vbi dicit, quod hæc dicitur ſpecialis ap-
probatio. Rube. in conſi. 33. nu. 11. & ſeq. vbi dicit, qđ
ſi approbauit omnia, & ſingula contenta in teſtamẽ-
to, talis approbatio refertur etiam ad legitimam.
Didac. c. Rainaldus, §. 2. nu. 2. ver. tertius caſus, de te-
ſtam. vbi allegat Roder. in l. quoniam in prioribus,
in 10. ampliar. nu. 50. verſ. ſecundus eſt, C. de inoffic.
teſt. diſtinguendo, an conſenſus adhibitus fuerit, vel
approbatio interuenerit poſt mortem patris, vel an-
te, quia poſt mortem magis afficit. & in hanc ſenten-
tiam cõcurrunt Homod. Guid. Pap. Dec. Ripa, Cęph.
& Port. quos citat, & ſequitur Phanuc. in tract. de in-
uentar. par. 7. num. 157. vbi diſtinguit inter approba-
tionem quæ oritur ex ſimplici aditione, & eam quæ
fit expreſſis verbis; prima enim non eſt tantæ effica-
ciæ ſicut ſecunda. cum hac quoque tranſit Cucus in
tractatu de legitima, in §. nec vſufructu defraudari,
nu. 35. & ſeq. folio mihi 116. vbi tandem reſoluit cum
Didaco. ſic etiam tenuit Lupus, in Rubr. de donatio.
inter virum, & vxor. §. 47. nu. 2. vbi comprobat mul-
tis medijs. Berret. in conſi. 133. nume. 7. vbi eiuſdem
opinio-

Digitized by Google

opinionis refert Dec. iun. Pariſ. Alc. Soc. iun. & Du-
ran. ſic etiam tenuit Menoch. in conſi. 71. nu. 21.

Et quamuis hæc opinio ita generaliter, & ſimpli-
citer intellecta pari poſſit aliquam difficultatem, ta-
men tranſit ſine dubio, quando teſtator in ſuo teſta-
mento expreſsè prohibuit legitimæ detractionem,
quia cum acceptatio teſtamenti fiat cum relatione
ad ipſum teſtamentum in quo fit mẽtio de legitima,
& relatum ſit in referente cum omnibus ſuis quali-
tatibus, l. aſſe toto, ff. de hæredib. inſtit. perinde habe-
tur, ac ſi ſpecialiter filius approbaret prohibitionem
factam circa legitimam: relatum enim dicitur eſſe
in referente, verè, & propriè, dicta l. aſſe toto, & cum
24 ſuis omnibus qualitatibus. † Bartol. in l. 1. ff. de re-
ceptator. diat conſi. 105. num. 30. & per has rationes
ita voluit in terminis Dec. in conſ. 687. per totum, vbi
cõcludit, ſimplicem approbationem teſtamenti no-
cere filio quoad legitimam, ſi de ea facta eſt mentio
25 in teſtamento. † Curt. iun. qui in his terminis loqui-
tur in conſi. 159. nu. 6. & ſeq. Cagn. in l. Papinianus, §.
meminiſſe, num. 17. ff. de inoffic. teſtamen. vbi allegat
etiam Pariſ. & in caſu iſto nullam conſtituit differen-
tiam inter legitimam, & Trebellianicam. Guid. Pap.
in quæſt. 96. col. 2. verſi. ad primum, vbi dicit, quod ap
probatio teſtamenti in quo legitima eſt prohibita,
vel onere grauata, excludit filiam ab illius petitione,
& optimè declarat Pariſ. in conſi. 9. nu. 1. & ſeq. vol. 3.
vbi dicit, quod aliud eſt quando in teſtamento nihil
dictum eſt de legitima, aliud vero quando de ea facta
eſt mentio, tunc enim approbans teſtamentum, con-
firmat illud etiam quatenus de legitima diſponit, &
confirmat ibi optimis rationibus, quam ſententiam
amplectitur quoque Marzar. in Epitom. fideic. in 2.
parte, quæſt. 50. verſic. addo pro corroboratione, vbi
multos addit quos non refero, ne ſim longior. Et cum
hac diſtinctione tranſit Cæph. conſil. 337. num. 27. &
ſeq. vbi tamen ſi in teſtamento nihil dictum eſt de le-
gitima, tenet contrarium, & hoc quoque modo re-
ſoluit in conſ. 617. num. 192. Petra de fideicom. quæſt.
15. num. 172. & ſeq. Contraria autem omnia loquun-
tur, quando in teſtamento non fuerat ſpecialiter di-
ctum de legitima, quia tunc approbatio ſimpliciter
facta non poteſt trahi ad excluſionem legitimæ quæ
etiam ex teſtamento non erat denegata: & ratio eſt,
quia confirmatio dat quidem robur teſtamento, ſed
26 illud non extendit vltra, quam ſui natura afficiat, † l.
Aurelius, §. teſtamento, ff. de libet. leg. Ruin. conſi. 97.
num. 2. vol. 3. Alex. conſi. 122. num. 18. & ſeq. volum. 4.
Ripa in conſil. 170. num. 6. Crauet. deciſ. 66. num. 51.
Roland. conſi. 5. num. 19. & ſequen. volum. 1. & cum
confirmatio refert ſe ad aliquid, tunc in referẽte cen-
ſentur adeſſe omnia quæ ſunt in relato. Pariſ. conſil.
43. num. 39. & conſ. 63. num. 3. volum. 3. Bec. conſi. 55.
num. 9. ſed quando in teſtamento eſt ſublata vel gra-
uata legitima, tunc per eandem rationem relationis
confirmans non poteſt contra formam teſtamenti le-
gitimam petere.

Confirmantur autem prædicta, quia in dicta rati-
ficatione Princeps Claudius approbat omnia, & ſin-
gula contenta in paterno teſtamento, quæ clauſula
operatur, ac ſi omnia contenta in teſtamento expreſ-
ſa eſſent, quinimo, vim habet ſpecificæ expreſſionis,
27 vt † voluit gloſſ. in cap. vt circa, §. 1. de elect. in 6. Iaſ.
in l. Tiria, §. fin. ff. de verb. obligat. vbi alios citat. Do-
ctores, in l. talis ſcriptura, in princ. ff. de leg. 1. Aret. in
conſi. 114. in fi. Soc. conſi. 3. nu. 17. vol. 3. Pariſ. in conſi.
32. num. 100. vol. 1. conſi. 97. num. 91. eod. volum. vbi
quod refert ad omnia, ſiue principaliter, ſiue inci-
denter capteſſa, imo etiam ad pœnam ipſam. Rolan.
conſi. 1. num. 71. volum. 3. Cæphal. in conſ. 539. nu. 19.
vbi addit Ruin. Rimin. in conſ. 552. num. 40. vbi vult,
quod ea clauſula reddat actum indiuiduum, & ope-
retur vt plura capitula eiuſdem contractus habeãtur
pro vno. Gabr. in conſi. 218. num. 26. conſi. 144. nu. 68.
volum. 2. vbi quod habet vim ſpecialis expreſſionis,
& facit vt ſingula cenſeantur ſpecialiter, & diuiſim.
Berrer. in conſ. 42. num. 13. vbi quod ſignificat quod-
uis cõtentum in inſtrumento, nullo omnino præter-
miſſo, & quòd indicat omnes qualitates. Rot. in dec.
246. num. 2. in 1. par. in nouiſſimis, vbi quod refertur
ad diſpoſita non ſolum principaliter, ſed etiam enũ-
ciatiuè, & acceſſoriè, & non eſt generica, ſed particu-
lariſſima expreſſio. Pariſ. in terminis, conſi. 1. nu. 104.
volum. 3. ſicuti igitur ſibi in legitima præiudicaſſet ſi
expreſsè dixiſſet ſe nullo modo velle legitimam pe-
tere, ita non minus ſibi præiudicauit approbando te-
ſtamentum in quo prohibetur legitimam petere;
quando approbauit omnia, & ſingula in eo conten-
ta, quia non refert quod relatiuè, vel ſpecificè confir-
mauerit teſtamentum.

Accedat, quod ea clauſula fuit in fine inſtrumenti
reperita, dum promiſit attendere, & habere rata, &
grata omnia, & ſingula in teſtamento prædicto con-
tenta, atque illi non contrauenire, & geminatio de-
notat enixam eius voluntatem, multumque opera-
28 tur, † l. Baliſta, cum ibi notatis, ff. ad Trebell. Bart. in
l. cum ſcimus, Cod. de agr. & cenſit. lib. 11. alios citat
Bec. in conſ. 21. num. 24. Et, vt dixi, non eſt ſimplex ap
probatio, ſed promittit contentis in teſtamento non
contrauenire, ideſt legitimam non deducere, ea quo
iubetur illam non detrahere, quod ſi faceret, abſque
dubio contraueniret teſtamento. Adeſt etiam clau-
ſula, quod ratificat, & confirmat in omnibus, & per
29 omnia, quæ nihil omnino excludit, † vt latè ponunt
Doctores, in l. 1. ff. de leg. 1. & adeſt alia clauſula, in to
tum, & per totum, quæ omnes clauſulæ ſimul iunctæ
arguunt præciſam, & deliberatam voluntatem ap-
probantis. at id quod dicitur in l. ſi quando, §. & ge-
neraliter, C. de inoffi. teſta. generalem diſpoſitionem,
vel renunciationem non includere legitimam, pro-
cedit in dubio, quia non præſumitur quod filius ve-
lit illa priuari: at vbi de eius voluntate conſtat, quod
velit carere legitima, tunc etiam in generali expreſ-
30 ſione includitur, † vt probat in propoſito Soc. iun. o-
ptimè loquens in conſi. 122. num. 21. & ſeq. vol. 1. vbi
ſubdit expreſsè ſatis conſtare, quando ita conſtat de
voluntate, quod intellectus non laborat in intelligẽ-
do. Bal. in Auth. Hoc inter liberos, in prin. C. de teſta.
in facto autem non poteſt apertius de voluntate cõ-
ſtare, quam pateat his verbis.

Demum, quod approbatio prædicta, & promiſſio
non contraueniendo teſtamento, trahatur etiam ad
legitimam, probatur ex alio: nam in eodem inſtru-
mento renunciauit legi dicenti generalem renun-
ciationem non valere, arguit enim ea clauſula, quòd
etiam illi iuri renunciare voluit, cui non poteſt ge-
neraliter renunciari, & conſequenter diſpoſitioni d.
§. & generaliter, qui ſpecialem renunciationem exi-
git, vt in propoſito bene declarat Socin. iun. in con-
ſil. 136. num. 22. volum. 1. quem ſequitur Menoch. in
conſi. 71. num. 19. Et in ſumma, quandocunque con-
ſtat aliquo modo quod approbans, vel promittens
velit etiam legitimam comprehendi, tunc illa inclu-
ditur in generali renunciatione, vt voluit Socin. iun.
d. conſil. 122. ſequitur Seraph. de iuram. priuileg. 70.
numero 19.

Quæ de legitima dicta ſunt (accipio tertiam quæ-
ſtionem) procedunt multo facilius in Trebelliani-

ca,

ca, quia cum detrahatur contra voluntatem defuncti, l. Titius, ff. ad leg. Falcid. approbando teſtamen-
31 tum, videtur hæres illi renunciare, vt concludit † Anchar. in conſi. 152. Plura ſunt, nu. 7. & 8. vbi etiam monetur, quod approbans teſtamentum, non poteſt inde illud impugnare, l. non putauit, §. ſi quis ſua manu, ff. de bon. poſſeſſ. contra tab. & ante eum Signor. in conſil. 80. nume. 4. vbi etſi ex facti contingentia in ſuo facto contingerit iuramentum, ponderat tamen alias rationes, & hanc ſententiam probarunt Bal. & Decius, quos citat Curt. iun. conſi. 11. num. 3. Pariſ. in conſi. 16. nu. 6. vol. 2. Rube. d. conſi. 43. nu. 11. in fine, & & in conſi. 73. nu. 9. Rolan. in conſi. 78. num. 13. & 14. vol. 1. Cæph. in conſi. 337. nume. 27. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 9. & ſeq. qui duo poſteriores dicunt, id ſine difficultate procedere, quando Trebellianica eſt prohibita, tunc enim negari non poteſt, quin eius detractin ſit cõtra expreſſam teſtatoris voluntatem. Peregr. de fideicomm. artic. 3. num. 119. & pro hac parte enumerari poſſunt illi omnes qui dicunt, quod filius approbando teſtamentum patris excluditur à petitione legitimæ, quia cum legitima ſit magis debita quam Trebellianica, excluſus à legitima, propter teſtamenti approbationẽ, erit multo magis excluſus à petitione Trebellianicæ, quæ eſt minus debita.

Id vero, & fortius admittendum eſt, quia in facto noſtro non modo Princeps Claudius ſimpliciter approbauit teſtamentum patris, ſed promiſit habere rata, & grata omnia in eo diſpoſita, & non contrauenire, qua promiſſione ſtante, recuſare non poteſt integralem omnium bonorum reſtitutionẽ, ſine aliqua detractione, vel diminutione ordinatam à teſtatore: nec obijcere poteſt ius Trebellianicæ, quod ſibi competebat; adduco textum præciſum in l. finali, C. ad leg. Falcid. vbi ad hoc, ne Falcidia detrahi poſſit, paria ſunt quod hæres ſoluerit vel ſoluere promiſe-
32 rit legata: † vtroque enim caſu excluditur, & illum ponderauit ad propoſitum noſtrum ſolus Curt. iun. d. conſi. 21. nu. 3. & tradunt omnes Docto. in ea l. fin. Iaſ. in l. Titia, num. 25. ff. de verborum obligationib. & poſſet id confirmari multis exemplis, quæ ſciens omitto breuitatis gratia, & inter ſimplicem approbationẽ teſtamenti, & ſolutionem vel ſoluendi promiſſionem plurimum intereſt; nam ſi vltima voluntas ſit nulla, vel inefficax, approbatio nihil operatur, l. non dubium, C. de teſtamen. vbi glo. & Doctores omnes, tamen ſi ſequatur ſolutio vel promiſſio, redditur efficax, & qui promiſit, cogitur implere, vt per gloſ. & Doctor. ibi.

Eiuſmodi vero approbatio teſtamẽti prodeſt omnibus etiam abſentibus, & ignorantibus, quia cum pendeat à ſola approbantis voluntate, efficit quoad omnes, Bart. in l. Pomponius, col. 2. ff. de neg. geſt. facit quod ponit Bartu. & ſequuntur ceteri in l. gerit, ff. de acquir. hær. & in terminis de approbatione teſtamenti voluit Angel. in Auth. de hære. & Falcid. in §. ſi vero expreſſim. vbi quod approbatio inſtrumenti prodeſt omnibus prætendentibus intereſſe, quamuis
33 illi præſentes non fuerint. † idem tenuit Iaſ. in l. non ſolum, §. morte, col. 5. verſ. item per concluſ. Baldi, ff. de oper. noui nunciat. Soc. in conſil. 115. col. 1. in fine, vol. 4. Crau. de antiq. temp. in 1. part. verſ. viſo de verbis, num. 47. ſed in caſu iſto res eſt apertior, quia non ſolum filius approbauit paternum teſtamentum abſentibus ijs qui intereſſe prætendunt, ſed etiam promiſit notario pro omnibus prætendentibus intereſſe ſtipulantis implere, & non contrafacere, quæ notarij ſtipulatio facit quod abſens habetur pro præſente, &
34 illi ius quæritur, ac ſi præſens † eſſet, l. non enim aliter, ff. de adoptio. §. cum autem, vbi Aret. & alij, Inſt. eod. tit. gl. magna in §. ſi quis alij, & in §. alter, Inſt. de inutil. ſtipul. cum multis apud Rol. in conſi. 19. nu. 17. vol. 1. Oſaſc. in deciſ. Ped. 33. nu. 4. & ſeq. ſicuti igitur promiſſio facta præſenti, & acceptanti prodeſſet ad excluſionem promittentis, ita quando eſt facta notatio ſtipulanti pro abſente, quinimo, vbi etiam legatum eſſet nullum, voluit Fulg. in d. l. non dubium, C. de teſtam. quod approbatio ſimplex ſine promiſſione, & acceptatione confirmat illud ad fauorem e-
35 ius qui eſt præſens, ſed non acceptauit, † ſequuntur ibi Alex. & Corn. poſt Salic. Rubeus conſi. 107. nu. 3. Magnu. in Floren. deciſ. 58. nu. 30. multo ergo magis operabitur approbatio facta cũ promiſſione, & acceptata à parte vel notario nomine patris.

Et hæc approbatio excludit Principem Claudiũ à Trebellianica, quã alioquin petere potuiſſet in bonis patris, ſed quoad bona quæ ad eum peruenerunt ex teſtamento Comitis Pompei, qui Comiti Cæſari ſuo nepoti ſubſtituit filios, & deſcendentes Comitiſſe Iuliæ neptis, qui tamen eſſent de familia Landorum, etiam ſi nulla extet approbatio, tamẽ Princeps Claudius nullam potuiſſet detrahere Trebellianicam, quia in teſtamento prædicto legitur detractionem fuiſſe vetitam: dixit enim teſtator, velle quod bona ſua remaneant perpetuo in domo, & progenie illorum de Lando, & in ea conſeruentur ſine aliqua detractione Falcidiæ, & Trebellianicę, & communis eſt opinio, quod Trebellianica omnibus prohiberi
36 poſſit exceptis filijs primi gradus. † glo. in §. ſi vero expreſſim, in Authen. de hæredib. & Falcid. Ang. qui communem dicit, in §. ſed quia, Inſtit. de fideicomm. libert. Docto. in l. Marcellus, in princ. vbi Alex. nu. 8. dicit communem, ff. ad Trebell. vbi Iaſ. nu. 45. ſubdit non eſſe recedendum ab hac ſententia in iudicando, & conſulendo. Ripa in l. nemo poteſt, nu. 47. & 52. ff. de lega. 1. vbi teſtatur de communi. Socin. Iun. conſil. 137. nu. 1. vol. 1. vbi dicit magis communem. Alc. cõſ. 556. nu. 2. vbi pariter magis communem. Didac. in c. Rainaldus, §. 3. num. 6. de teſtam. Rol. conſ. 12. nu. 4. volum. 1. vbi ait communem. Clarus, §. teſtamentum, q. 62. vbi dicit magis communem. Gabr. com. opin. lib. 4. tit. ad Trebell. concl. 1. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. nu. 7. verſi. ſed regulariter. Simon in eod. tractatu lib. 3. interpr. 3. dubit. 5. ſolu. 6. nu. 22. fol. 366. Craſſ. in §. Trebellianica, q. 8. in princ. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 85. & in ſpecie quod nepotibus, & pronepotibus interdici poſſit, tenent illi omnes qui aſſerunt filijs primi gradus prohiberi nõ poſſe: nam admittunt ceteris poſſe vetari qui remotiores ſunt. Bal. Salic. & Corn. in l. iubemus, C. ad Trebell. Rip. d. l. nemo poteſt, nu. 52. Didac. in c. Raynutius, §. 11. nu. 7. Clar. d. §. teſtamentum, q. 63. Natta conſi. 145. nu. 23. Cæphal. conſ. 153. nu. 63. & 67. Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 1. §. 8. num. 12. Purpur. conſil. 248. nu. 2. conſ. 304. nu. 11. Rolan. conſi. 26. num. 24. vol. 3. Menoch. conſ. 272. Thob. Non. conſil. 32. nu. 24. Rim. conſi. 9. nu. 117. conſ. 110. nu. 12. Gabr. conſ. 93. nu. 26. vol. 1. Craſſ. d. §. Trebell. q. 8. in fi. Car. Mantica d. tit. 11. nu. 7. Simon d. ſolu. 6. nu. 26. Peregr. d. artic. 3. nu. 107. Celſus conſi. 24. nu. 18. Alba conſ. 1. nu. 14. Franc. Piſcin. de ſtatu. excluſ. fem. nu. 54. cum ergo Princeps Claudius eſſet Comitis Pompei pronepos, potuit ei interdici Trebell. detractio, nec is potuiſſet illã contra teſtatoris voluntatem detrahere.

Quare, ſi non erat debita Trebell. Principi Claudio, vel omni caſu ſi per illum detrahi non poterat, tum propter prohibitionem prædictam, reſpectu

bonorum Com. Pompei, tum etiam propter appro-
bationem teſtamenti Principis Auguſtini ſui patris,
à ſe factam, infertur, quod neque etiã in fiſcum tran-
ſire potuit ius illam detrahendi: nam fiſcus eſt loco
37 hæredis. † glo. in l. non intelligitur, §. cum ex cauſa,
vbi Bart. ff. de iure fiſci, in l. ſi marito, in princ. ff. ſolu.
matr. Roma. in conſ. 73. Ruin. conſ. 54. num. 12. in 5.
vol. Crau. in conſ. 563. nu. 7. Soc. iun. in conſ. 34. col. 2.
vol. 3. ideo non poteſt eſſe melioris cõditionis quam
eſſet condemnatus, l. hæredem, ff. de reg. iur. tranſeũt
enim in eum iura non ſolum actiua, ſed paſſiua, l. 5.
C. de vi pub. l. ſi ademptis, C. de ſen. paſſ. Aret. in l. ſi
quis mihi bona, §. ſeruus, ff. de acq. poſſeſs. Boſſ. in tit.
de public. bonorum, nu. 13. & confiſcatio obligat fi-
ſcum ad omnia opera quæ incumbebant delinquen
ti, non ſolum reſpectu æris alieni, ſed etiam legato-
38 rum, & † fideicõmiſſorum, d. l. ſi marito, d. l. 2. Corn.
conſi. 190. nu. 19. vol. 1. Boſſ. de publ. bonor. nu. 11. vbi
quod tenetur fiſcus ad onera hæreditaria, & dicit
Plot. in conſi. 30. num. 84. in 1. vol. conſil. crim. diuer.
quod in fiſcum tranſeunt bona cum omnibus ſuis
oneribus, & qualitatibus. Peregr. in tracta. de iur. fi-
ſci, lib. 5. tit. 1. nu. 53. & multis ſeq. Farinac. in lib. 1.
crim. q. 55. nu. 169. & ſeq. vbi infinitos cumulat. & fa
cit, quia ex qualitate ſucceſſoris non fit deterior cõ-
ditio creditoris, l. 5. §. ex his, vbi omnes Docto. ff. de
verb. oblig. quare conſtat fiſcum, neque in legitima,
neque in Trebellianica poſſe ius aliquod prætende-
re in dictis bonis ea perſona Principis Claudij.

Quartã aggredior quæſtionem, an aliquid ad fi-
ſcum peruenire poſſit ea bonis, & hæreditate Com.
Conſtantiæ Fregoſiæ, quæ fuit auia paterna Princi-
pis Claudij, & nõ eſt dubium, quod vniuerſa ſucceſ-
ſio ſpectet ad modernũ Principem Federicum, tanq̃
ea illius teſtamento multis modis vocatum: primo,
per fideicommiſſum explicitum, dum vocat omnes
deſcendentes à Principe Claudio ordine ſucceſſiuo,
vnum poſt alium: ſecundo, per rationem ſæpius repe
titam, quia eius mẽs, & intentio fuit, & eſt, quod om
nia ſua bona conſeruentur in deſcendentib. ſuorum
nepotum, & ad eos ſolos perueniant; tertio, per pro-
hibitionem alienationis ampliſſimis verbis conce-
ptam, cũ ea ratione, & clauſula, quia vult, quod per-
ueniant ad deſcendentes, & perpetuo in eis conſer-
uentur, quæ clauſula inducit abſolutum fideicõmiſ-
ſum, ẽt in caſum mortis; quarto, per indiuiduam, &
particularem prohibitionem cõfiſcationis, cum ea-
dem clauſula, & ratione. & propterea ſtatim cõmiſſo
aſſerto delicto, quinimo ante illud cõmiſſum ex quo
ſic diſponitur in dicto teſtõ, bona tranſiuerũt in mo
dernum Principem eius filium, non aliter expectata
patris morte, vt latè probat Alex. in conſ. 23. per to-
tum, vol. 1. Rol. conſ. 98. per totum, vol. 5. idem volue-
runt Grat. Ripa, Clar. & alij, quos congerit Farinac.
in d. q. 55. nu. 85. quẽ pro omnib. ſufficiat allegaſſe;
quod autem etiã in caſum mortis inductum ſit ex eo
teſtõ perpetuum reciprocum, & ſucceſſiuum fideicõ-
miſſum cõſtat ex his quæ dixi ſup. d. teſtm̃ Principis
Auguſtini. Et prædicta adeo vera ſunt, vt necẽt poſ-
ſit fiſcus Treb. ex eius pſona deducere, ſtante prohibi
tione alienationis, & expreſſa diſpoſitione qđ in ca-
ſum mortis, vel alienationis, vel confiſcationis, bona
perueniant ad deſcendentes abſque aliqua diminu-
tione, hæc enim verba importãt, quod deductio Tre-
bell. videtur prohibita; ad quod probandum pręmit
to, quod ad inducẽdũ Trebel. prohibitionem, quid-
quid multi dixerint, nõ requiritur indiuidua, & ſin-
gularis prohibitio, ſed ſufficit quod etiã ex genera-
40 lib. verbis colligatur teſtatoris intẽtio, † ita Bal. in l.
precib. num. 44. C. de impub. & ali. ſubſtit. ſequuntur
Aret. Ruin. Galiau. Crot. Pariſ. Tiraq. & Gabr. quos
citat Mant. lib. 7. tit. 12. num. 6. vbi latè hanc partem
defendit. Molin. qui tamen neminẽ citat de primog.
Hiſpan. lib. 1. c. 17. num. 14. in fi. & nu. 15. in fi. Simon
d. l. 3. interpr. 3. dub. 5. ſolut. 6. nu. 24. verſi. hæc locum
habent. Craſſ. in d. §. Trebell. q. 8. nu. 2. vbi dicit com-
munem, & ab ea non recedendum, quia mens dicitur
expreſſa, quæ ex verbis colligitur. latiſſimè autẽ Petr.
in tract. de fideic. ob prohib. alien. q. 15. nu. 154. & nu.
190. habent autem Doct. Trebellianicam pro ſuffi-
cienter prohibita, quando teſtator prohibuit omniũ
ſuorum bonorum alienationem, mandatque ea per-
41 uenire ad ſuos agnatos vel ſucceſſores, † vt eſt text.
in Auth. Sed in ea, C. ad leg. Falcid. vbi Bal. dicit eſſe
caſum notabilem, & quotidianũ, licet aduocati cõi-
ter ad illum non aduertant. Ang. d. §. ſi vero ea preſ-
ſim, col. 4. & in tract. de teſta. gl. 89. nu. 4. Aret. in con-
ſil. 37. col. pen. Ruin. conſi. 126. nu. 3. vol. 2. Pariſ. conſ.
526. nu. 34. vol. 1. Crot. in l. filiuafamilias, §. Diui, nu-
me. 21. ff. de leg. 1. Picus in l. in quartam, nu. 154. in fi.
ff. ad leg. Falc. Soc. iun. conſil. 49. nu. 51. vol. 3. Bellon.
conſi. 30. nu. 7. conſi. 64. nu. 3. Natta conſi. 558. nu. 34.
Port. Imol. conſi. 92. nu. 76. Gabr. lib. 4. tit. ad Trebel.
concl. 9. Simon d. ſol. 6. nu. 25. Rim. conſi. 20. num. 26.
Tob. Noni. conſi. 44. num. 4. Marzar. conſi. 13. col. 43.
in fi. Alc. conſi. 484. nu. 7. Petra d. q. 15. nu. 191. vbi al-
legat Guid. Pap. & alios. Rota dec. 313. nu. 2. in 2. par.
in nouiſs. vbi dicit communem. Craſſ. d. §. Trebellia-
nica, q. 8. nu. 8. Cæphal. in conſil. 153. nu. 90. Molin. d.
c. 17. nu. 18. vbi addit Peraltam, & Piſcinam, Peregr.
de fideicomm. art. 3. nu. 91. licet poſtea ſe inuoluat, &
non bene ſe explicet; ſed quidquid ſit, eſt magis re-
cepta opinio.

Idem dicunt Doctores, quando teſtator iuſſit bo-
na reſtitui, vel peruenire ad alium ſine diminutione;
quia etiam tunc cenſetur Trebellianicæ detractionẽ
prohibere, quia ſi deduceretur Trebellianica, reſti-
tutio non fieret ſine diminutione, & ideo verba vi-
42 dentur de neceſſitate inferre prohibitionem. † Bald.
in d. l. precib. num. 44. Caſtr. in Auth. Sed cum teſta-
tor, num. 2. C. ad leg. Falcid. Corne. Aret. Pariſ. Crot.
Galiau. Alciat. & alij, citati à Card. Mant. d. tit. 12. nu.
16. vbi dicit eſſe magis communem. Molin. d. c. 17.
nu. 16. Crau. in conſi. 174. num. 1. Simon. d. ſol. 6. nu. 25.
& procedit ſine dubio, vt inquit Gabriel. d. titu. ad
Trebell. concluſ. 7. & Crauet. loco prædicto dicit, ne-
minem diſſentire. Craſſ. d. q. 8. nu. 3. communem di-
cit Socin. conſi. 51. nu. 17. vol. 4. Petra d. q. 15. num. 193.
in fine, nu. 194. nu. 199. Molin. d. c. 17. nu. 16. Peregr. d.
art. 3. num. 89.

Nec aliud eſt quando dictum eſt quod reſtituan-
43 tur bona ſine aliqua detractione. † Ang. in d. Auth.
Sed cum teſtator, nu. 2. in fi. ver. ſi tamẽ teſtator. Cur.
iun. conſi. 16. nu. 12. Simon. d. nu. 25. ver. item per ver-
ba vniuerſalia. Car. Mantica, loco præcitato, nu. 16. in
fi. Neuiz. conſi. 2. nu. 9. in fi. & nu. 40. Petra d. quæſt. 15.
nu. 194. in fine. Peregr. num. 89.

Eadem eſt deciſio quando mandat teſtator hære-
ditatem integraliter reſtitui, quia eo caſu Trebellia-
44 nica non deducitur † ſecundum Alex. in l. Centurio,
ff. de vulg. vbi Galiau l. nu. 399. dicit eſſe magis com-
munem. Ruin. in conſi. 47. vol. 2. Pariſ. conſi. 39. vol. 5.
Caſtr. in Authen. Sed cum teſtator. Alex. de Neuo, in
conſi. 75. num. 6. in princ. Caſtr. conſi. 77. nu. 3. in fine,
vol. 5. Neuis. conſi. 5. nu. 33. Craſſus d. quæſt. 8. nu. 5.
vbi alios addit. Card. Mantica d. tit. 15. nu. 15. Simon
d. nu. 55. Petra loco præcitato, nu. 194. Molin. d. c. 17.
nu. 15. Peregr. d. art. 3. num. 90.

Et

Et multo magis verificatur hæc opinio, quando
verba ſunt ſæpius repetita, vel quando geminantur,
& cumulantur multa verba idem ſignificantia, tunc
enim deprehẽditur magis enixa voluntas diſponen
tis, quòd prohibere voluerit Trebellianicam. Socin.
iun. conſi. 1 ꝛ 3. nu. 53. vol. ꝛ. vbi quando omnia, & in-
tegra bona ſunt reſtituenda; idem quando dictum
eſt, totam, & integram hæreditatem, vt apud Mãtic.
dicto tit. 12. nume. 15. idem eſt quando omnia bona
pleno iure reſtituenda ſunt. Grat. in conſi. 103. nu. 14.
volum. 1. Card. Mantica, nu. 18. circa finem, vbi alle-
gat Gabr. Craſſ. quæſt. 8. num. 7. verſi. intelligitur ta-
men. Io. Annib. in l. nemo poteſt, nu. 271. ff. de lega. 1.
vbi quando dictum eſt totam, & integram, vel inte-
gram, & ſine diminutione. Neuiz. conſil. 2. num. 9. in
fine, vbi de verbo integram, & non diminutam, & nu
me. 33. vbi de tota, & integra. Mantic. nu. 15. in prin-
cip. & fin. Simon num. 25. Molin. d. c. 17. nu. 14. verſic.
ſecunda concluſio, & num. 16. in prin. ſic etiam quan-
do dictum eſt ſine diminutione, & detractione. Pe-
regr. d. artic. 3. num. 89. verſic. quamobrem verba, &
num. 90. in fine, vbi poſt Rebuff. loquitur de plena, &
integra reſtitutione, & num. 96. circa fin. quando eſt
dictum liberè, & pleno iure. Petra, dicta quæſt. 13. nu
me. 194 vbi de verbo, plenam, & integram, & de ver-
bo, integrè, & ſine diminutione, latius num. 200. vbi
multas refert formulas geminationis. In propoſito
autem facto, prædicta omnia verificantur, quia Co-
mitiſſa Cõſtantia iuſſit tribus in locis bona ſine di-
minutione reſtitui, & ſemel ſine detractione, & dimi
nutione, quoquo modo ex bonis fienda. & rurſus,
quod dicta omnia bona pleno iure, & integraliter
conſeruentur in deſcendentes. iterum prohibet, ne
aliquid de ſuis bonis tranſeat in fiſcum, ſed omnia
bona perſeuerent in infinitum in hæredes ſuos, &
eam clauſulam repetit infra. quare negari non po-
teſt, quin Trebellianicæ detractio fuerit etiam pro-
hibita, & conſequenter fiſco in ea ius non competat,
qui, vt dixi ſupra, non poteſt in ea plus habere iuris,
quam haberet Princeps Claudius ex cuius perſona
vult ſuccedere, ſeu detrahere, & ius ſuum metitur.

Difficultas autem maxima verſatur circa legiti-
mam Principi Claudio debitam in bonis Comitiſ
ſæ Conſtantiæ auiæ ſuæ paternæ, in qua non potuit
grauari onere reſtitutionis, & ideo ſicuti ſi ille viue-
ret poſſet de dictis bonis retinere ſibi legitimam, ita
id facere poterit fiſcus. legitima enim tranſmittitur
45 etiam † in extraneos, Bald. in l. 2. quæſt. vltim. C. de
liber. præter. Salic. in l. ſancimus, in princip. Cod. de
inoffic. teſtam. Alex. conſi. 55. nu. 6. vol. 2. Dec. conſil.
238. nume. 4. Roder. in l. quoniam in prioribus, am-
pliat. 10. num. 6. C. de inoffic. teſtam. Bero. in conſ. 25.
nu. 7. vol. 2. & idem ponit Gomeſ. de teſtam. cap. ꝛ ꝛ.
num. 23. Crauet. in conſil. 312. num. 5. Natta in con-
ſil. 199. num. 5. Cæph. in conſ. 56. num. 21. Rol. in con-
ſil. 25. num. 8. vol. 1. Port. Imo. in conſi. 38. nu. 5. & 12.
Auch. mod. fam. q. 47. nu. 10. in 2. lib. Menoch. in con-
ſil. 77. nu. 8. & ſupra dixi in verſ. his explicitis, quod
fiſcus ex bonis fideicommiſſo ſubiectis deducit le-
gitimam in eis debitam filio, quia ſicuti tranſit in
extraneum hæredem, ita tranſit in fiſcum, qui eſt lo-
co hæredis, vt ſupra etiam probaui.

Sed hoc non obſtante, concludo, fiſcum non poſſe
ex dictis bonis legitimam detrahere: certum eſt
enim, quod ipſius deductio fuit à D. Conſtantia pro-
hibita per illaſmet clauſulas, per quam demonſtra-
ui Trebellianicam detrahi nõ poſſe, & præcipuè per
illam, quod bona ſine aliqua diminutione tranſeant
in deſcendentes, & in eis conſeruentur, & alia inte-
46 graliter, & pleno iure, vt voluit præcisè † Bart. in l.
Centurio, num. 27. ff. de vulga. vbi dicit, quod teſta-
tor videtur facere directam ſubſtitutionem in ſuo
caſu, quia aliàs legitima poſſet detrahi, atque ita
ſupponit quod appoſitio illius clauſulæ impediat
legitimæ detractionem. ſequitur Alex. ibi, num. 76.
Aret. colum. 20. verſi. in eadem gloſſa, & inducit be-
ne Curt. iun. in conſi. 73. num. 2. & 3. Cæphal. in con-
ſil. 16. num. 54. & ſeq. vbi dicit, quod per clauſulam,
omnia, & ſingula, includitur legitima. ſed ante eum
Alciat. in conſi. 497. nu. 5. vbi propriè mouetur per
clauſulam, omnia & ſingula. Petra in tract. de fideic.
prohib. alien. q. 15. nu. 119. in caſu autem noſtro ver-
ba ſunt adeo ampla, quod negari nõ poteſt, quia D.
Conſtantia voluerit nullam legitimam poſſe detra-
hi, vt conſideraui ſupra circa Trebell. & addo, quod
iuſſit reſtitutionem fieri ſine aliqua diminutione, &
his expreſſit ſuæ intentionis fuiſſe, quod aliquid ex
dictis bonis nunquam confiſcari poſſit; dictio illa,
aliquid, ſignificat totum, & quamlibet etiam mini-
47 mam partem. † Aret. in l. Gallus, §. in omnibus, ff. de
liber. & poſth. infinitos ad hoc citat Tiraq. in l. ſi vn-
quã, in ver. partem aliquam, nu. 14. C. de reuoc. don.
Crot. in conſ. 129. nu. 10. Cæph. in cõſ. 347. nu. 14. Me-
noch. conſi. 291. nu. 48. Rim. in conſi. 493. nu. 38. con-
ſil. 597. nu. 11. Bec. in cõſ. 32. nu. 5. & in terminis quod
hoc verbum, aliquid, amplectatur etiam legitimam,
voluit Ruin. in conſ. 97. nu. 7. vol. 1. ſtante autem præ-
ſuppoſito, quod in ea prohibitione includatur legi-
tima, dico, quod fiſcus non põt opponere, quòd gra-
uamen hoc ſit reijciendum, hoc enim quod legitima
filio debeatur ſine grauamine, & quod onus reijcia-
tur ipſo iure, fuit ſpeciali fauore indultum filio, & eſt
eius perſonale priuilegium, ideo non tranſit ad aliũ,
48 vt † inquit Caſtr. in l. quoniã in prioribus, nu. 8. C. de
inoffic. teſt. ergo non etiam tranſibit ad fiſcum. & in
terminis quod inſtante fiſco non reijciatur onus de
49 legitima, voluit † Alc. in cõſ. 522. nu. 5. verſ. ſed quia
vltra dicta, vbi adducit multa ſimilia, & præcipuè
quod fiſcus non põt ex perſona filij dicere, quod te-
50 ſtamentum ſit † nullũ, Bal. in l. ſi qua pœna, ff. de his
qui ſunt ſui, vel alieni iur. quia non tranſeunt in fiſcũ
quæ non tranſeunt ad extraneos hæredes. hoc idem
voluit Bero. fam. q. 87. nu. 9. verſi. ſed in caſu de quo
agitur, & nu. 12. verſ. ſed tñ ſi deduci poſſet, vbi ait, qđ
alienationis prohibitio facta ad tempus, includit le
gitimam: quia eſt fauorabilis, & quòd ſolus filius nõ
alius poteſt petere quod prohibitio alienationis tol
latur; infertque, quod ideo fiſcus hoc non petet, &
idipſum probauit Rol. in cõſ. 98. nu. 29. verſ. vlterius
dicitur, vol. 2. vbi concludit, quod fiſcus non poteſt
petere quod grauamen reijciatur de legitima, quia
51 eſt † perſonale priuilegium filij. Cucus d. tract. de
legitima, in verbo, nec vſufructu, nu. 21. folio 116. Et
prædictorum ratio eſt, quia, vt dictum eſt, priuilegiũ
perſonale non egreditur perſonam, c. priuilegium,
de regul. iur. in ſexto. ideo Bald. in l. cum patronus,
ff. de leg. 2. dicit, quod etſi legitima filij non admit-
tat grauamen, & adiectum reijciatur, tamen ſuſtine-
tur ad præiudicium eius cui legitima accreſcit. ſe-
quuntur Angel. Caſtr. & Alexan. ad Bart. idem Ale-
xand. ad Bart. in d. l. quoniam in prioribus, vbi Ro-
der. in 1. limit. num. 19. & in 4. limit. & quamuis ille
text. loquatur in legitima patroni, Doctores tamen
illum trahunt ad legitimam filio debitam, & idem
probauit Iaſ. in l. ſi arrogat. nu. 32. ff. de adoptio vbi
loquitur non ſolum quando filius repudiauit, ſed
etiam quando non agnouit. Coſta in c. ſi pater, par. 1.
in verſ. legauit, num. 14. de teſtam. in ſexto. Cucus in

tract.de legitim. in verſ.nec vſufructu, num.26.ſolio
mihi 112. quinimo, locum habet etiam quando filius
legitimam tranſmittit: quia tranſmiſſio tunc non fit
52 cum priuilegio impugnandi onus legitimæ † anne-
xum, & cum eo iſto caſu tenet Gregor. Lupus in Hi-
ſpan.l.11.tit.4. par.6. in glo.librement, vbi ait, id le-
giſſe apud ſolum Socin. Peralt.in d.l.cum patronus,
nu.7.13.16.30.& ſeq. vbi probat, quod grauamen ap
poſitum legitimæ reijcitur quidem ipſo iure filio vo
lẽte, & acceptante legitimam, ſed non aliàs, imò re-
manet ſuſpenſum, quoad effectum, vel effectiuam ac-
quiſitionem. & Socin. in loco prædicto dicit, & pro-
bat, quod etſi filius grauari non poſſit in legitima, po
teſt tamen eius ſucceſſor grauari. Cin.in l.ex tribus,
C.de inoffic.teſtamen. Barto.Bald.Ange.Imol.& Ca
ſtren.in l.1.ff.de vulg. facit quod voluit Boſſ.in tit.de
publicatio.bonorum, num.37.vbi probat, quod in fi-
ſcum non tranſit ius reuocandi donationem cauſa
mortis, vel abſtenſionem ab hæreditate paterna. Cũ
igitur ſolus filius petat onus legitimæ reuocari, &
non audiatur fiſcus id petens, fatendum erit, legiti-
mam debitam Principi Claudio in bonis Aniæ ſuæ
paternæ in fiſcum non potuiſſe tranſire, ex quo fuit
ab ea vinculata onere non alienandi, nec tranſeun-
di in fiſcum.

Reſpondeo ſecundo, quod etſi legitima non reci-
piat grauamen, & ideo in caſu noſtro poſſet dici fi-
deicommiſſum, & prohibitionem alienandi, de qui-
bus in teſtamento Comitiſſæ Conſtantiæ non affice-
re legitimam, tamen illa prohibitione bona poſſint
quouis modo cauſa, vel titulo tranſire in fiſcum, ex
delicto, vel aliter non continet grauamen, ſed proui-
ſionem ipſi nepoti fauorabilem, vt de ſe patet: eſt e-
nim vtile nepoti, quòd fiſcus non ſuccedat: item eſt
fauorabile, quia retrahitur à cogitatione delinquen
di: eſt etiam fauorabile, quia vbi poſt delictum reſti
tueretur in gratiam Principis, ex teſtamento prædi-
cto recuperat bona omnia quæ in eum caſum fuerũt
fiſco ablata, & in proximiorem maſculum tranſla-
ta: certum eſt autem, quod legitima poteſt onere gra
53 uari, ſi illud ſit vtile, vel fauorabile filio; † ideo ma-
ter poteſt filium inſtituere ſi pater illum emancipa-
uerit, l.filijs matrem, vbi glo.Bald.Salic.& Iaſ.C.de
inoffic. teſtamen. & pater poteſt prohibere aliena-
tionem donec ad certam ætatem filius peruenerit,
vel etiam, quod non poſſit alienare ſine conſenſu a-
gnatorum, etiam legitimam: quia hæc eſt prouiſio
54 quæ filij commodum concernit. † Caſtr.in §. diui, v-
bi Ripa, num.24.Crot.nu.16.Alciat.nume.8.Ferdin.
nu.22.Obizzo.nu.44. Picus in l.in quartam, nu.122.
infinitos cõgerit Rolan.conſ.98.nu.25.vol.2.Roder.
d.l.quoniam in prioribus, in 1.ampliatio. nu.7.& 8.
Duran.de arte teſtan.tit.8.caut.2.nu.4. Natta conſi.
528.nu.1. Boſſius de public.bonor.nume.41. vbi dicit
communem. Cæphal.conſil.261.nu.30.Becius conſil.
100.num.19.verſic.poſtremo plures.Farinac.d.quæſt.
25.num.44.& ſequen.in 1.lib. Cucus, d.§. nec vſufru-
ctu, num.16.folio 109. Petra d.tract.quæſt.15.nu.120.
in quibus locis multi alij citantur, & propterea cum
etiam ad præiudicium filij, & eo quoque reclaman-
te, vel ſaltem non contradicente ſuſtineatur onus
prædictum, legitima tali caſu nõ tranſibit in fiſcum.
allegatur communiter Barto. in l. ſi quis in tantam,
nume.13.C.vnde vi. & eius dictum optimè declarat
Alciat.d.conſil.522.nu.2.vbi probat, quod cum pro-
hibitio hæc contineat fauorem prohibiti, includit
adeo legitimam, quod fiſcus ſecuto delicto illam nõ
capit. Boſſius qui hoc modo expendit Bartoli doctri
nam in loco prædicto de publicat. bonorum, nu.41.
Rolan.d.conſi.98.vol.2.Ruin.in conſi.23.nu.15.ver.
item, & ex alijs, vol.5.Clarus in §.fin.quæſt.78.nu.10.
in fine, vbi citat Ruin. & Riminal.idem tenentes.Ro
lan.conſi.31.num.30.& ſeq. vol.1.vbi dicit idem eſſe
in Trebellianica ad tẽpus prohibita, quia illa quo-
que non venit ad fiſcum in caſu publicationis bono-
rum. Thob.Nonius in conſi.97.num.5.& ſequen. vbi
dicit idem quod Rolan. in Trebellianica, & hoc te-
net quoque Farinacius, d. quæſt.25. nu.44. ſubdens,
in Trebellianica hoc quoque ſeruari. Quare ſi vbi
teſtator fauore hæredis alienationem prohibet, tūc
neque legitima, neque Trebellianica à fiſco occu-
patur, fatendum eſt, quod hoc quoque caſu non poſ-
ſit fiſcus illas quartas deducere ex perſona Princi-
pis Claudij, ex quo prohibitio illa ve bona poſſint ali
quo caſu, vel modo tranſire in fiſcum, reſpicit prohi-
biti fauorem.

Nec refragatur, quod in facto fuerint in caſu con-
fiſcationis vocati proximiores maſculi, & ideo pro-
hibitio videatur non nepotum prohibitorum tan-
tum, ſed aliorum quoque fauorem reſpicere, & hac
ratione poſſit legitima confiſcari: nam delinquendo
nepotes perdunt fauorem, & priuilegium, vt dicit
Bart.in d.l.ſi quis in tantam, num.12. ſequitur Alex.
d.conſi.23.vol.1. Reſpondetur enim, quod procede-
ret eius dictum, quando nullius alterius adeſſet præ
iudicium quam prohibiti, tunc ſine dubio confiſca-
retur legitima, ſed quando adeſt etiam fauor tertij,
55 ideſt ſubſtituti, tunc impeditur confiſcatio, † ſecun-
dum Bart. in d. l.ſi quis in tantam, dum ponit exem-
plum de dote mulieris quæ non confiſcatur, quia ver
ſatur in ea præiudicium mariti. ſequitur Alexan. d.
conſ.23.& ita reſpondit Alciat.in d.conſi.522.nu.2.
& 3.Boſſ.d.tit.de publicat.bonorum, num.41. Bero.
d.ſam.quæſt.88.num.11.& ſeq.Rolan. d.conſi.98.nu.
25.verſic.ſi ergo valet.Berret.conſil.40.col.1.in fine,
atque ita adiectio ſubſtituti efficit quod non poteſt
ſequi confiſcatio. Et ſi prædicta vera ſunt, quando a-
lienatio fuit prohibita in genere, quanto magis lo-
cum ſibi vendicabunt quando vt in facto prohibita
eſt expreſsè confiſcatio, & prohibitio non ſortire-
tur effectum, ſi delinquendo nepos amitteret hunc
fauorem, & priuilegium.

Non etiam dicatur, quod quatenus prohibitio fa
uorem tertij continet, non impedit confiſcationem.
Reſpondeo enim, quod hic tertij fauor venit in con-
ſequentiam, ſed non ceſſat ceſſante etiam fauore ne-
potis, qui principaliter fuit conſideratus; & cum v-
triuſque fauor concurrat, licet vnus ſit principalior
altero, vno ceſſante, non ceſſat effectus, ſi alter rema-
net, & vnus conſequatur reſpectu alterius, ꝙ ſolus
non conſequeretur. ita Alciat.loco prædicto. Bero.d.
quæſt.88. vbi alia allegat non conſiderata ab Alcia-
to, & conſiderat, quod in iuribus pro hac parte alle-
gatis, prohibitio facta erat fauore filij, & tertij, l. fi-
lijs matrem, C.de inoffic. teſtam. & l.cum ex filio, ff.
de vulg. Boſſ.& Rolan. in locis præcitatis, & Bero. in
loco prædicto probat, cõmodum filij conſiderari in-
ſpecto futuro euentu, licet præſenti rerum ſtatu con-
ſiderato, prohibitio videatur continere grauamen,
& ponit exemplum in d.l.filijs matrem, & in l.patro
nus teſtamento, §.ſi quis non mala, ff.de oper.lib.& l.
multi non notæ, ff.de liber. & poſthu. & latius, vt per
eum, nu.11.id ꝙ dixiſſe volui ad demonſtrandum ve
rum eſſe quod ſupra dixi prohibitionem cõfiſcatio-
nis eſſe nepoti fauorabilem, præcipuè adiecta illa
cõditione, qđ in gratiam reſtitutus recuperet bona.

Infertur ex prædictis, quod nihil omnino ex bo-
nis Principis Claudij tranſire poteſt in fiſcum, cum
omnia

Digitized by Google

omnia eius bona prouenerint, vel à Federico primo, qui eius erat abauus, vel à Marco Antonio qui erat auus, vel ab Auguſtino qui fuit pater, vel à Pompeio qui fuit maternus abauus, vel à Conſtantia, quæ fuit auia paterna. De legitima autẽ, & Trebellianica quę potuerit deduci ex bonis dictorum Federici, & Marci Antonij agendum non eſt; quia ea quæ Marco Antonio in bonis Federici debebatur, fuit vinculata per teſtamentum Marci Antonij, & venit in fideicommiſſo ordinato per Marcum Antonium, tanquam eius ſubſtantia, patrimonium, & hæreditas: ea vero quæ ex bonis Marci Antonij debebatur Auguſtino, conſideratur tanquam Auguſtini hæreditas, & reperitur obnoxia fideicommiſſo facto per Auguſtinum.

Quod ſi ſuſtinentur præmiſſa etiam ſuppoſita validitate ſententiarum latarum contra Principem Claudium in iudicijs criminalibus contra eum agitatis, obtinebunt multo magis ſtante notoria earum nullitate, ſcaturiente ex multis fundamentis recitatis in facti narratione mihi exhibita, quæ tamen ingredi non arbitratus ſum expedire, ſtantibus prædictis, quibus totum præſens negotium ſatis, ni fallor, fuit dilucidatum.

SVMMARIVM.

1 *Remedia plura ex diuerſis cauſis orta cumulari poſſunt ad diuerſas res. Limit. num. 10. & 15.*
2 *Electio vnius rei non praiudicat quo minus contra alium poſſit is eligere.*
3 *Exceptio, tua non intereſt, excludit excipientem ſicut agentem.*
4 *Variatio admittitur quando duæ perſonæ ſunt alternatiue grauatæ. Limita vt num. 17.*
5 *Electio non valet, niſi ex certa ſcientia facta ſit. Limita vt num. 21.*
6 *Scientia debet eſſe certa, & determinata.*
7 *Remedia plura vbi competunt, electione vnius tollitur alterum.*
8 *Duo conſtituuntur quando duo eandem rẽ vni permittunt.*
9 *Duo rei ſi ſint ſolutione vnius ex duob. reis, alter liberatur.*
10 *Cumulatio actionum ad res diuerſas non admittitur, quando duæ res habentur pro eadem.*
11 *Solutiones duas conſequi nemo poteſt pro eodem credito.*
12 *Datio in ſolutum habet vim ſolutionis.*
13 *Aeſtimatio facit emptionem.*
14 *Aeſtimata res ſi datur in dotem, fit reſtitutio in pecunia.*
15 *Cumulatio actionum ad res diuerſas prohibetur, quando res ſe inuicem contingunt.*
16 *Electio rerum differt ab electione actionum.*
17 *Variatio non permittitur, quando electio habuit effectum etiam ſi duæ perſonæ ſint grauatæ.*
18 *Electione facta non licet variare, ſi electio habuit executionem.*
19 *Hypotheca intentata ſuper vna re, non poteſt pro alia tentari, ſi lata eſt ſententia in fauorem ſuper prima.*
20 *Scientia præſumitur in eo qui facit mentionẽ de aliqua re.*
21 *Electio facta ab ignorante, præiudicat in alternatiua rerũ.*

CONSILIVM CCCCXIII.

QVIA Excellentiſs. Senatus indicauit licere D. M. Antonio Guiſcardo auocare maſſaritium Paueſiæ virtute conuentionis initæ inter Dominam Lauram eius vxorem, & Dominum Chriſtophorum eius fratrem, licet reſtitutum fuerit, ſoluto iam matrimonio venit nũc in contentionem an ei obſtet, quod exegerit iam dotes vxoris à Domina Margherita, & videtur non obſtare: quia non videntur hæc contraria, quod dotes ab hęrede vxoris cõſecutus fuerit, & quod petat nũc maſſaritium vigore pacti prædicti quo fuit conuentum, quod quandocunque D. Marcus Antonius reſtitueretur, haberet dictum maſſaritium tanquam ſuum, & pro bonis dotalibus æſtimatis: vtrumque enim debebatur, ideſt dos ex teſtamento Dominæ Lauræ vxoris, & maſſaritium ex pacto, vt ſupra conuento: exactio ergo vnius non impedit conſecutionem alterius, & ideo quando ex diuerſis cauſis agi-
1 tur ad diuerſas res, tunc rationes plures † cumulari
poſſunt in eodem libello, ex tex. in l. ſi idem cum eodem, ff. de iur. om. iudic. l. cum fundum, §. fin. ff. de vi & vi arm. Din. Per. & Cin. in l. edita actio, C. de eden. vbi Barto. nume. 15. illos refert Bald. in l. repet. nume. 77. vbi ponit rationem, quod ſententia lata in vna non parit exceptionem rei iudicatæ in alia. Caſtren. num. 11. Alexand. num. 15. & nume. 17. Dec. nu. 69. Curt. iun. num. 181. Purpur. nume. 137. & ſequen. Ripa in conſ. 156. num. 3. hic autem res ſunt diuerſæ, & diuerſæ cauſæ agendi, quia dotes exegit ex legato, & bona capit ex pacto.

Secundo diuerſæ ſunt perſonæ debitorum, dos enim exacta fuit ab hærede vxoris, & maſſaritium petitur à Domino Io. Iac. Guiſcardo nepote ex fratre, qui pacto promiſerat, & vbi eligendo quis vnum ius præiudicat ſibi in alio, limitatur, vt non procedat,
quando iura illa competunt contra diuerſas perſo-
2 nas, † quia eo caſu per electionem vnius non videtur
alteri renunciatum, licet vtraque deſcendat ab eodem fonte, ita Barto. in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de public. Caſtr. in l. cum quærebatur, ff. iudic. ſolui. Aret. in l. ex duobus, col. 5. in fi. verſ. ponit deinde quintum, ff. de duobus reis. Angel. Alexan. Socin. & Purp. quos citat, & ſequitur Ant. Gabr. com. opin. lib. 3. tit. de actio. concl. 2. num. 19. confirmatur, quia vbi perſonæ conuentæ ſunt diuerſæ, ſi excipiatur quod iam
egit contra alium, replicabitur quod ſua non inter-
3 eſt, & ſicuti nemo agit ſine intereſſe, ita † non excipit,
l. 1. de appell. non recip. l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, vbi Imola, Alexan. & alij, ff. ad Trebell. c. cum inter, extra de elect. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl.
1. num. 51. Crauet. in conſ. 182. num. 8. Cæph. in conſi.
4 133. num. 39. & probatur hoc † ex tex. in l. ſi ex toto,
§. 1. ff. de leg. 1. vbi legatum à duobus alternatiuè relictum, poteſt ab vno peti, licèt iam ab altero petitum fuerit, & ibi hoc notant glo. & Doctores, & inquit ibi Iaſ. num. 6. quòd electio eſt variabilis, quando duæ perſonæ ſunt alternatiuè grauatæ.

Tertio, ſi recipiendo ſolutionem dotis poſſet induci renunciatio maſſaritij, tamen non haberet locum in præſenti caſu, in quo D. Marcus Antonius ignorabat ius ſibi competere ex conuentione, & pacto vxoris, & ignorantia facti alieni præſumitur, l. verius, ff. de probatio. præſertim ſtante abſentia ſua;
& electio facta ab ignorante non præiudicat, imo is
5 † variare poteſt, l. 4. ff. de optio. leg. glo. in l. ſerui ele-
ctione, in princip. & ibi ſequuntur omnes, ff. de leg. 1.
vbi dicunt, quòd electio fieri debet ex certa ſcientia,
6 & non ſufficit quælibet ſcientia, ſed clara, certa, † &
ſpecifica requiritur, glo. in cap. concertationi, in verſic. ſciuerit, de appellat. in ſexto, latiſſimè concordantes citat deciſ. Pedem. 179. num. 4. D. Becius in conſi. 37. num. 23.

Quibus non refragantibus contrariam opinionem exiſtimo magis de iure procedere, quod Dominus Marcus Antonius recipiendo dotes in pe-

euoia à Dom. Margherita hærede ſuæ vxoris, exclu-
ſus remaneat à facultate capiendi bona maſſaritij,
7 quia vbi duo remedia competunt † vni perſonæ, eli-
gendo vnum, videtur alteri renunciare, l. in delictis,
§. ſi detracta, ff. de noxalib. l. quod in hæredem, §. eli-
gere, ff. de tributor. Bart. in l. eum qui certarum, §. fin.
ff. de verb. oblig. Soci. iun. in conſi. 122. num. 10. vol. 1.
Neuiz. in conſi. 41. nu. 22. Capic. deciſ. 46. nu. 6. deciſ.
Pedem. 97. nu. 5. Gabr. d. concl. 2. nu. 1. at ei cum fa-
cultas competeret conſequendi dotes in pecunia,
vel petẽdi maſſaritium, elegit habere dotes, ergo vi-
detur maſſaritio renunciaſſe, & facit l. 1. §. fi. ff. ſi fam.
fur. feciſſe dicatur. vbi qui elegit, agere pro furto v-
nius, non poteſt variare, dicendo, quòd furtum eſt
ab alio factum, & ad id allegatur hic text. à Capic. in
deciſ. 33. circa fin. & in deciſ. 119. nu. 7.

Seciido moueor, quia Domina Margherita hæres,
& Do. Chriſtophorus qui pacto conuenit, erant tan-
quam duo rei debendi erga Dominum Marcum An
tonium obligati, prima ad ſoluendum dotes in pecu
nia, ſecundus verò ad maſſaritium reſtituẽdum, duo
enim rei conſtituuntur quãdo duo eandem rem pro-
8 mittunt † vni, vt eſt tex. in §. ſi duo, Inſtit. de duobus
reis. Curt. & Docto. in l. 2. ff. de duob. reis, vbi præci-
puè Aret. in princ. vbi dicit, non referre, quod pro-
miſsio fiat in vna, vel in duabus orationibus, id quod
volunt etiam Doctores, in l. ſi ex toto, §. 1. ff. de leg. 1.
9 vbi Soci. dicit, id † quod dicitur in promiſsione pro-
cedere quoque in legato, ſed quando ex duobus reis
vnus ſoluit, alter liberatur, l. 2. & l. 3. in fine, & l. fi. ff.
de duob. reis, §. pen. Inſtit. eod. Bar. in Auth. Hoc ita,
nu. 36. C. eod. Caſtr. d. l. ſi ex toto, §. 1. num. 3. vbi Alex.
nu. 4. Roncagall. d. l. 3. verſ. vtique, nu. 14. Et quamuis
prædicti Doctores loquantur, quando eadem quan-
titas promittitur, vel eadem res, tamen idem eſt,
10 quando res ſunt † quidem diuerſæ, ſed habentur lo-
co vnius, vt per Bart. in l. de rebus, ff. de act. rer. amo-
tar. ſequitur Capic. in deciſ. 119. nu. 11. & non eſt du-
bium quin maſſaritium, & dos in pecunia ſint loco
eiuſdem rei: nam in conuentione dicitur, quòd Do.
Marcus Antonius habeat maſſaritium pro bonis do
talibus æſtimatis, & ſufficit, quòd habeantur pro ea-
dem re præſumptiuè, vt duo rei dicantur, vt quando
duæ ſummæ promittuntur à duobus nulla expreſſa
cauſa, quia ſi præcedat cauſa quæ ſit eadem promiſ-
ſio, intelligitur ex illa cauſa, & cõſtituuntur duo rei,
vt per Aret. in l. 2. col. 3. verſ. ſecũdo adde, ff. de duob.
reis. & in præſenti facto quòd bona ęſtimata, & pecu
nia debita à Domina Margherita habeãtur pro ea-
dem re, probatur ex ijs quæ infra proximè dicam.

Tertio, ſi liceret Domino Marco Antonio conſe-
qui maſſaritium vtique bis exigeret idem creditum:
primo enim loco haberet dotes in pecunia: ſecundo
11 haberet † maſſaritium, contra l. Stichum, §. dolo, ff. de
ſolut. l. 3. ff. de tabu. exhib. cap. bona fides, de reg. iur.
in ſexto, l. bona fides, ff. eod. vbi Dec. & Cagnol. cum
enim eſſet ſolummodo creditor dotium, extinctum
erat eius creditum per receptionem pecuniæ, quia
ſolutione eius quòd debetur, tollitur omnis obliga-
12 tio, & datio in ſolutum habet vim ſolutioois, † ideo
extinguit primam actionem, l. eleganter, vbi gl. ff. de
pigno. actio. l. ſi prædium, C. de euictio. l. ſi libera, C.
de ſenten. & quando bona æſtimata dantur in dotẽ,
13 quia æſtimatio facit † emptionem, gl. in l. ſi inter, vbi
Bar. Bal. & alij, C. de iur. dot. cum multis apud Rol.
in conſi. 92. num. 9. vol. 2. Nattam in conſi. 650. num.
2. tunc fingitur quod maritus breui manu pro præ-
dijs ab vxore acceptis dederit pecuniam, & rurſus,
quod vxor pro dote eam pecuniam dederit marito,
l. ſingularia, ff. ſi cert. pet. l. 3. §. ſciendum, ff. de donat.
inter vir. & vxor. latè alios allegans comprobat D.
Becius, in conſi. 42. nu. 3. Natta conſ. 650. nu. 2. ſi ergo
vxor dando bona æſtimata videtur pecooiam dare,
fatendum eſt, quod maritus recipiendo dotem ab
hæredibus vxoris, & bona æſtimata à fratre, dicere-
tur eandem dotalem pecuniam bis exigere.

Quarto, quòd alterum tantum coosequi poſsit
Dom. Marcus Antonius, pecuniã ſcilicet, vel maſſa
ritiũ, & petendo vnum excludatur ab altero, proba-
tur ex ijs quæ ponunt Doct. quando dicunt, quòd ſi
14 res datur in dotem æſtimata † hæredes viri tenentur
ſoluto matrimonio reddere ſolum pecuniam, non
bona, nec vxor aliud petere poteſt, Bald. in l. ſi inter,
C. de iur. dot. cum infinitis apud Nattam, conſi. 650.
nu. 1. Roland. conſi. 92. nu. 9. vol. 2. D. Becius conſi. 42.
num. 2. idem ergo dicendum eſt in caſu contrario, &
in prædicta quęſtione Doctores vbique pręſupponũt
alterum tantum peti poſſe, non autem vtrumque;
proinde cum non teneretur Dom. Marcus Antonius
pro pecunia accipere prædia æſtimata, exigendo pe
cuniam, videtur recuſaſſe prædia.

Non obſtat igitur, quod ſit licita cumulatio, quã-
do ex diuerſis cauſis agitur ad res diuerſas, quia ſu
pra reſponſum eſt hic nõ agi de rebus diuerſis: nam
bona æſtimata ſuccedunt loco pecuniæ dotalis, &
quando plures res habentur pro vna, tunc de eis iu-
dicatur ſicut de vna, & eadem re, ſecundum Barto. in
d. l. de rebus, ff. de act. rer. amo. Pręterea ſi res eſſent
diuerſæ adhuc non daretur cumulatio, quia ſe inui-
15 cem contingunt, qua ratione † prohibetur cumula-
tio. Bart. quem ceteri ſequuntur in d. l. edita, num. 15.
& ſequen. Reſpondeo demum, quod hic non agimus
de cumulatione actionum, nam prima actio ad pe-
cuniam contra Dominam Margheritam hæredem
vxoris, eſt extincta per ſolutionem, proinde non po-
teſt cumulari: ſed tractamus an qui recepit dotem in
pecunia poſſit petere bona quæ fuere data in dotem
æſtimata, id quod erit clarius ex reſolutione ſub-
ſequentis obiecti, vbi tractamus, an detur variatio
quando electio habuit effectum.

Remouetur etiam aliud, quod ex quo remedia
hæc competebant contra diuerſas perſonas, electio-
ne vnius non eſt ſublatum alterum, nam hoc proce-
dit quidem in electione plurium remediorum, vel
actionum ad rem competentium, at ſecus eſt in ele-
ctione plurium rerum, quum vna tantum debea-
26 tur: nam non bene infertur † ab electione actionum
ad electiooem rerum, ſed inter ſe differunt, vt decla-
rant Bartol. in l. vbi pactum, numero 3. Cod. de tran-
ſact. ſequitur Iaſ. in l. ſerui electione, numero 17. ver-
ſicu. tu aduerte, ff. de legat. 1. vbi Rip. nume. 3. & qui
habet rerum electionem, vna electa, non poteſt va-
riare, ſecundum Bartol. in dict. l. eum qui certarum,
§. fin. & in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum, ff. eodem
tit. & non euro quòd prædicta loquantur in alter-
natiua: quia alternatiua legis idem operatur, quod
alternatiua hominis, vt per Bartol. in locis pręcita-
tis. Iaſ. in d. l. ſerui, vbi Ripa, numero 2. & alternati-
ua legis dicitur, quando ex diſpoſitione legis habet
quis electiooem, vt in præſenti facto, in quo poterat
maritus alterum tantum conſequi, ideſt pecuniam,
vel bona: id quòd volui dixiſſe, ne quis exiſtimet
impertinenter allegari iura loquentia de alternati-
uo creditore.

Reſpondeo ſecundo, quod etiam ſi diuerſæ ſint
debitorum perſonæ, facta vnius electione, non
permittitur variatio, quando prima electio ha-
27 buit effectum executionis, † adduco textum clarum
in l. ſi

in l. ſi ex toto, §. 1. ff. de lega. 1. vbi ſi duo erant debi-
tores eiuſdē rei, ita, quòd eſſet in creditoris faculta-
te agere contra quem mallet, tunc ſi creditor cępit
contra vnum agere, poteſt illo omiſſo alterum con-
uenire, ſed ſi vnũ exegit alter liberatur, ſiue in totũ,
ſiue pro parte, prout in totum, vel pro parte primus
fuit exactus: ecce ergo, quòd etſi electio concedatur
contra diuerſas perſonas grauatas, tamen electione
vnius, altera liberatur, ſi prima electio habuit exe-
cutionem. ita declarat Iaſ. in l. ſerui electione, in
princ. num. 2. ff. de lega. 1. & ratio eſt, quia exigendo
ab vno, electio habet effectum, & conſumatur, vt be-
ne declarat idem Iaſ. d. l. ſi ex toto, §. 1. nume. 6. &
eſt regulare, quòd non eſt licita variatio, quando e-
18 lectio † trahit ſecum executionem, l. apud Aufidium,
ff. de opt. legat. Socin. d. l. ſerui electione, in princip.
num. 2. & dicit Angel. in l. qui reſtituere, ff. de rei vēd.
quod impeditur variatio, quando per electum re-
medium mihi ſatisfit, aliàs non. Bertran. in conſil.
238. num. 25. vol. 4. vbi inquit, quod electione vnius
ex pluribus executiuis remedijs, tolluntur alia ſi ex
electo conſequor ſatisfactionem. Crot. conſi. 11. in 2.
dub. per totum, vbi inquit, quod ſi per electionem
acquiritur ius de præſenti, non eſt locus variationis,
& infert ad notata in l. ſi vnum ex familia, & nume.
34. poſt Imol. dicit, non eſſe conſtituendam differen-
tiam circa res, vel perſonas eligendas, quia vtroque
caſu poſt ius quæſitum non datur variatio. & ideo
videmus, quòd etſi creditor cui bona omnia debito-
ris ſunt obligata, agendo hypothecaria ad vnam rē,
19 non excludatur ab alijs, ſed poſſit etiam agere † pro
alijs, vt per Capic. in deciſ. 119. tamen ſi ſuper vna re
fuit iudicatum in fauorem creditoris, & per illam
poteſt ſibi ſatisfieri, non poteſt variare. idem Capic.
deciſ. 33.

Vltimo non obſtat, quod Dom. Marcus Antonius
tempore exactionis pecuniæ ignoraret ius ſibi com-
petere ad bona maſſaririj: quia reſpōdeo, hanc igno-
rantiam allegari non poſſe, ex quo iam eo tempore
iudicium inſtituerat contra Dom. Io. Iacobum nepo
tem ſuum, vigore promiſſionis factæ à patre, & qui
vtitur aliquo contractu, vel de eo mentionem facit,
20 non præſumitur ignorare, † ſed ſcire. Barto. in l. qui
Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. præcipuè, quan
do non ex eo agit in iudicio: nam actor venit ſemper
ad iudicium inſtructus, nec excuſatur propter igno-
rantiam, l. qui in alterius, in fi. vbi Barto. Dec. & Ca-
gnol. ff. de reg. iur. Reſpondeo etiam, quod error hic
21 non excuſat, ad effectum, vt liceat variare, † eſt tex.
in l. ſi is cui, ff. de leg. 2. vbi legatarius alternatiuè
duarum rerum, eligens ignoranter vnam, ſibi præiu-
dicat. & ita declarant Bartol. & alij ibi, & hunc tex.
dicit valde notandum Alex. in d. l. ſerui, in princ. nu.
3. Soc. nu. 2. & ſequuntur alij ibi, conſtituentes diffe-
rentiam inter electionē faciendam in genere, & eam
quæ eſt circa alternatiuam; & hoc modo limitant il-
lud quòd ſupra dictum eſt de certa ſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in teſtamento debent eſſe rogati. Fallit, quando ex-
tat clauſula codicillaris, nu. 33.*
2 *Rogitus teſtium non præſumitur.*
3 *Teſtamentum in quo dicitur hæredem fuiſſe nominatum
ore proprio, eſt falſum, ſi teſtator reſpondit ad interroga-
tionem.*
4 *Notarius debet eſſe rogatus, aliàs teſtamentũ non probat.
Fallit, quãdo extat clauſula codicillaris, nu. 34. & 42.*
5 *Notarius in teſtamēto debet rogari à teſtatore, nõ ab alio.*
6 *Rogitus notarij non præſumitur. Fallit, quando ipſe atte-
ſtatur, & quando dicit actum, &c. vt nu. 37. & 38.*
7 *Rogitus notarij non præſumitur quando teſtes dicunt ſe
non audiuiſſe.*
8 *Hæredis nomen debet exprimi à teſtatore voce vel ſcripto.*
9 *Teſtamentum ad interrogationem alterius, non valet quã-
do teſtator erat in extremis, & non poterat articulatè
loqui.*
10 *Teſtamentum ad interrogationem non valet, quando no-
tarius fuit adhibitus ab hærede.*
11 *Teſtamentum ad interrogationem non valet, quando præ-
ceſſerat aliud ſolenne.*
12 *Hæredis nomen nõ ſufficit abſolutè pronunciari à teſtatore.*
13 *Inſtitutio eſt caput teſtamenti.*
14 *Hæres debet nomine deſignari, & certis demonſtrationi-
bus deſcribi.*
15 *Hæredis inſtitutio debet exaudiri à teſtibus, aliàs non va-
let teſtamentum. Fallit nu. 73.*
16 *Teſtamentum non valet, ſi non fuit publicatum, relectum,
& confirmatum, ſed fallit, vt infra.*
17 *Publicatio teſtamenti non præſumitur. Fallit, vt infra.*
18 *Teſtamentum vacillat, ſi vnus ex teſtibus neceſſarijs con-
tradicit. Fallit, nu. 85. nu. 95. & nu. 103.*
19 *Teſtis non probat, quando ex depoſitione reſultat laus, aut
vituperium.*
20 *Teſtamentum præſumitur verum, & ſolenne.*
21 *Teſtamentum probatur per ſcripturam publici inſtrumen
ti, ſine teſtium examine.*
22 *Teſtamentum ſecundum tollit primum, etiam quo ad le-
gata, dum hæreditas poſſit adiri ex primo, licèt non ſit a-
dita, & ibi latè.*
23 *Remedium l. fi. C. de edicto diui Adria. toll. datur ad con-
firmandum hæredem in poſſeſſione.*
24 *Teſtes fuiſſe rogatos probatur duobus teſtibus.*
25 *Teſtes ſufficit eſſe rogatos à notario nomine teſtatoris.*
26 *Teſtes ſufficit à quocunque rogari, audiente, & conſentien-
te teſtatore, etiamſi ab hærede rogentur.*
27 *Rogitus teſtium probatur, licet teſtes aliqui dicant roga-
tos à teſtatore, alij à notario.*
28 *Rogitus teſtium probatur quibuſcunque verbis.*
29 *Rogitus teſtium probatur eo ipſo, quòd teſtes patiuntur ſe
in teſtamento deſcribi.*
30 *Rogitus teſtium probatur per teſtes numero plures, licèt
aliqui dicant, ſe non fuiſſe rogatos.*
31 *Rogitus teſtium probatur etiam, quando teſtes dicunt ſe
non fuiſſe rogatos, quia intelliguntur de vero, non de lar-
go rogitu.*
32 *Rogitus teſtium non eſt neceſſarius in codicillis.*
33 *Rogitus teſtium non requiritur in teſtamento in quo adeſt
codicillaris clauſula.*
34 *Rogitus notarij non requiritur in teſtamento habente clau-
ſulam codicillarem.*
35 *Teſtes ſufficit ſimpliciter eſſe rogatos, licèt non ſit dictum
ad opus teſtamenti.*
36 *Teſtamentum non eſt falſum ſi teſtes dicunt notarium ro-
gaſſe teſtes, & notarius ſcripſit fuiſſe rogatos à teſtatore.*
37 *Rogitus notarij probatur per aſſertionem eius.*
38 *Rogitus notarij probatur quando in inſtrumento dicitur
actum.*
39 *Rogitus fictus, & tacitus notarij ſufficit.*
40 *Præſumptio transfert onus probandi, & grauat durioribus
probationibus.*
41 *Fundamentum ſuæ intentionis, probare quilibet tenetur,
etiam ſi conſiſtat in negatiua.*
42 *Rogitus notarij non requiritur in codicillis, nec in teſtamen
to habente clauſulam codicillarem.*
43 *Teſtes examinati parte non citata, non probant.*
44 *Teſtis mendax non probat.*
45 *Teſtis falſus in vno, non probat in reliquis.*

46 *Teſtis falſus dicitur etiam in his quæ non concernunt ſubſtantiam quoad hoc, vt fides minuatur.*
47 *Teſtis falſum deponens circa acceſſoria, non probat quando ſubſtantia negocij ſtat in acceſſorijs.*
48 *Confeſſio non nocet, quando contra eam fuit iudicatum.*
49 *Negatiua non probatur, quando teſtis dicit ſe non audiuiſſe, ſed debet remouere actum à ſenſu.*
50 *Teſtis impugnans teſtamentum, debet remouere actum à ſenſu, alias non probat.*
51 *Teſtis non reprobat teſtamentum, quando dicit, quòd potuit res eſſe geſta prout in teſtamento continetur.*
52 *Potentia in actu, & potentia in habitu, parificantur.*
53 *Teſtamentum ad interrogationem valet.*
54 *Teſtamentum ad interrogationem valet factum à laborãte in extremis, ſi erat cõpos mẽtis, & loquatur articulatè.*
55 *Voluntas etiam coacta, voluntas eſt.*
56 *Voluntas teſtandi colligitur ex his quæ dicta ſunt ante, vel poſt teſtamentum.*
57 *Voluntas teſtandi probatur duobus teſtibus.*
58 *Teſtamentum ad interrogationem valet, quando teſtator eſt compos mentis, & loquitur articulatè.*
59 *Teſtator laborãs in extremis, poteſt facere teſtamentum.*
60 *Teſtamentum impugnãs, tenetur probare impedimentum, quia habet pro ſe præſumptionem.*
61 *Teſtamentum ad interrogationem valet, etiam ad reuocationem præcedentis.*
62 *Teſtamentum non dicitur ad ſuggeſtionem, quando teſtator nominauit ore proprio hæredem.*
63 *Dicta, dictio, eſt relatiua omnium præcedentium qualitatum.*
64 *Voluntas teſtatoris probatur ex his quæ dixit ante conditum teſtamentum.*
65 *Teſtator præſumitur inſtitutionem feciſſe deliberatè, quãdo id dixit antè teſtamentum.*
66 *Voluntas teſtatoris colligitur ex his quæ dixit poſt teſtamentum.*
67 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum, quòd teſtator voluerit talem hæredem inſtituere.*
68 *Identitas rerum probatur ex coniecturis.*
69 *Perſonarum idẽtitas præſumitur, niſi probetur pluralitas.*
70 *Identitas perſonæ inſtitutæ probatur ex amore teſtatoris.*
71 *Perſonæ identitas verificatur in eo qui erat ſucceſſurus ab inteſtato.*
72 *Reſponſio declaratur ex præcedenti interrogatione, & ad illam refertur.*
73 *Teſtes ſat eſt quòd potuerint exaudire teſtatorem in teſtamento nuncupatiuo, licèt non exaudiuerint.*
74 *Inſtrumentum non reprobatur licet teſtis dicat non audiuiſſe.*
75 *Præſentia teſtis includit viſum, & intelligentiam.*
76 *Teſtis qui paſſus eſt ſe rogari & deſcribi, non reprobat teſtamentum licet dicat ſe non audiuiſſe.*
77 *Teſtis inuitus adhiberi non poteſt ad teſtamentum.*
78 *Teſtis qui patitur ſe rogari, & deſcribi in inſtrumento, videtur eo ipſo deponere pro inſtrumento.*
79 *Publicatio teſtamenti probatur ex clauſula, Actum &c.*
80 *Teſtamentum lectum, & approbatum à teſtatore, qui poſt ea deceſſit ante finem lectionis, probat quo ad lecta.*
81 *Negatiuam deponentes teſtes, debent etiam nõ interrogati reddere rationem.*
82 *Teſtes ad reprobationem inſtrumenti, debent rationem reddere etiam non interrogati.*
83 *Teſtes ad inſtrumenti reprobationem debent concludere per neceſſe.*
84 *Falſi probatio debet concludere de neceſſitate.*
85 *Inſtrumentum non vacillat, quando vnus ex neceſſarijs teſtibus deponit per mendacium contra inſtrumentum.*
86 *Teſtis ſibi ipſi contrarius non probat.*
87 *Periuro fides non eſt adhibenda.*
88 *Teſtes qui neſciunt totum negocium recitare, non probant teſtamentum.*
89 *Infamis infamia facti, non eſt integer teſtis.*
90 *Infamia facti repellit omnino teſtes, quãdo cauſa eſt grauis.*
91 *Inſtrumentum redditur ſuſpectum ex qualitate producẽtis.*
92 *Teſtes ad reprobandum inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores.*
93 *Teſtis approbatus in teſtamento, poteſt reprobari ex cauſa antiqua, licèt ſecus in alijs actibus.*
94 *Teſtis ſemel approbatus, poteſt improbari ex noua cauſa.*
95 *Inſtrumentum non vacillat, licèt vnus ex neceſſarijs teſtibus contradicat, quando alijs iuuatur adminiculis.*
96 *Teſtamentum præſumitur verum, quando teſtes palam apertis ianuis aduocati fuere.*
97 *Teſtamenti veritas comprobatur ex depoſitione teſtis nobilis.*
98 *Teſtamentum præſumitur verum, quando receptum fuit à notario probatæ fidei.*
99 *Sententia in vno facit ſemiplenam fidem in alio iuditio.*
100 *Teſtibus deponentibus contra inſtrumentum, arbitrio iudicis committitur quanta fides adhibeatur.*
101 *In dubio pro teſtamento iudicandum eſt.*
102 *Teſtamenti fauore opinio ſingularis præfertur communi.*
103 *Teſtamentum ſuſtinetur in vim codicillorum, ſtante codicillari clauſula, quando aliqui ex teſtibus contradicunt inſtrumento.*
104 *Teſtamentum ad interrogationem ſuſtinetur in vim codicillorum, ſtante clauſula codicillari, & ſanitate mentis.*

CONSILIVM CCCCXIIII.

AD demonſtrandum nullitatem teſtamenti vltimo loco conditi per Mag. D. Paulum Arnulfum multa adducuntur fundamenta in motiuis Excell. Senatus Mantuani, & hæc præcipuè. Primum ſcilicet, quod teſtes nõ fuerunt rogati à teſtatore, ſaltem eo modo quo ſcriptum reperitur à notario, dicit enim teſtatorem ore proprio rogauiſſe teſtes, & tamen Antonius Romagnus vnus ex inſtrumentarijs teſtibus, dicit teſtatorem monitum à notario, vt rogaret teſtes, reſpondiſſe, *vi prego* vel *per l'amor di Dio*. Hieronymus verò Brunamontus dicit, non audiuiſſe, quod Dominus Paulus ex teſtibus rogauerit quemquam, ſed id feciſſe notarium, qui exinde conuerſus ad teſtatorem interrogauit num ita res ſe haberet, & quod reſpondit vnicum verbum (ſi.) Cęſar item Rinaldus rogatus, non audiuiſſe teſtatorem rogantem, quinimo, Magnificum D. Iuriſconſultum Taetaleonum nomine teſtatoris rogauiſſe. Certum eſt autem, quod in te-
1 ſtamento adhiberi debent teſtes rogati, † Authen. Rogati, C. de teſtibus, cap. ſi debitum, 3. quæſt. 9. nec ſat eſt eos fortuito interfuiſſe, l. hæredes palam, § in teſtamento, ff. de teſtam. l. cum antiquitas, C. eo. tit. § fin. Inſtit. eod. & Barto. in l. diuus, ff. de teſtam. milit. monet aduocatum, quod probet teſtes fuiſſe rogatos: quia ſi nulla rogitus facta mentione dicerent interfuiſſe teſtamento, & audiuiſſe, non probarent.
2 & quod non præſumatur rogitus, † voluit Spec. in titu. de teſti. § 1. num. 92. & probaui in conſi. 119. nu. 27. addo Cardin. Manticam, de coniectur. vltim. volun. lib. 2. titu. 11. num. 1. & 6. vbi dicit hanc ſolennitatem extrinſecam, quæ non præſumitur. & hanc ſolennitatem Ferdinan. Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 2. § 13. requiſ. 9. nume. 62. inquit eſſe neceſſariam, non ſolum in iure ciuili, ſed ſeruandam eſſe quoque in teſtamento clerici, tanquam à iure Canonico minimè ſublatam. & ſubdit, non ſatis eſſe quod ſimplici-

Digitized by Google

ſimpliciter ſine rogati, niſi conſtet rogatos fuiſſe ad
opus teſtamenti. Craſſ. §. teſtamentum, quæſtio. 58.
numero 2.

Et quamuis qualiſcunq; rogitus teſtium ſufficiat,
tamen quia notarius dicit teſtatorem rogauiſſe, cum
tamen non ipſe, ſed alius rogauerit, teſtamentum
redditur falſum, vt in propoſito inquit Socin. conſil.
229. nu. 5. verſi. ſecundo principaliter, vol. 2. vbi ſi te-
ſtes contradicunt inſtrumento, ſine dubio ſubuerti-
tur, & loquitur Soc. quando teſtator non nominauit
hæredem, ſed reſpondens interrogationi ſibi factæ,
3 dixit, quod ſic. eo enim caſu † falſum redditur inſtru-
mentum, in quo legitur hæredem fuiſſe ore proprio
nominatum, id quòd confirmat Bertrand. in conſi. 2.
nu. 2. vol. 6. vbi per notata in l. ſi ex falſis, C. de tran-
ſact. ſubdit, quod teſtamentum in vno capitulo falsũ,
vitiatur in totum, nec ſuſtinetur quoad alia capitula.
Crau. in conſi. 795. num. 3.

Secundo opponitur, quod notarius quoque ipſe
non fuit rogatus à teſtatore, quinimo, adſunt teſtes
dicentes notarium ſcripſiſſe ad dictamen Camilli
Barbitonſoris, & Ioannis Bentiuolij, quo factum eſt,
vt D. Tartaleonus dixerit, *à me pare, che Maeſtro Ca-
millo ſia quello, che fà il teſtamento, & non il Sig. Paolo*, &
nonnulli teſtes dicunt, non audiuiſſe quod teſtator
tempore teſtamenti publicati fuerit locutus. alij,
quod dum tractaretur de rogitu teſtiũ, dixit, *vi priego*
vel *per l'amor di Dio*. alij, quod protulit ſolum illud
verbum (ſi.) alij, quod etſi forent proximi teſtatori,
nullum tamen exaudiuerunt verbum. quę depoſitio
bene probat negatiuam, per ea quæ ponit Alex. con-
ſil. 29. nu. 17. ver. item magiſter Ioannes, vol. 7. Decia.
4 in conſi. 82. nu. 24. vol. 3. ceſſante autem rogitu, † ceſ-
ſat fides ſcripturæ, §. nos autem, vbi gl. in verſ. iniun-
gantur, in Auth. de tabellion. quam ſequitur ibi Ang.
& alij. & non eſt inſtrumentum vbi notarius non fuit
rogatus. Bald. in l. 1. nu. 7. C. plus valere quod agitur.
& hanc communem dicit Clar. de teſtam. q. 58. circa
finem. Purput. in conſi. 572. nu. 7. Card. Mantica de
coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 12. nu. 3. Vaſq. de ſucceſſio.
creat. lib. 2. §. 15. requiſ. 18. nu. 122. & licet teſtes ſuffi-
5 ciat à quocunque fuiſſe rogatos, notarius † tamen à
ſolo teſtatore debet rogari, ſecundum Alex. in conſi.
38. vol. 7. Rube. conſi. 35. in fine, & rogitus notarij nõ
6 præſumitur † in dubio. Inn. & alij, in c. 2. de fide inſtr.
Io. And. ad Spec. in tit. de inſtr. editio. §. breuiter. Bar.
& alij, in l. ſciendum, ff. de verb. obligat. & eſt opinio
magis communis, ſecundum Alexan. in conſ. 153. nu.
10. vol. 2. Card. Mantica, qui infinitos addit loco præ-
dicto, nu. 5. Vaſq. loco item ſupra citato, nu. 123. vbi
dicit communem, & quando rogitus præſumitur ceſ-
ſat præſumptio ſi teſtes dicant, vt in præſenti facto,
7 ſe non vidiſſe, vel audiuiſſe, quod teſtator † rogauerit
notarium, quia hoc modo probatur veritas negati-
uè, ſecundum Crau. in conſi. 117. in fine. D. Becius in
conſi. 86. num. 18.

Obijcitur tertio loco quod teſtator ore proprio
hæredem non nominauit, Romagnus enim Bruna-
montus, & Rinaldus teſtes, dicunt quod teſtator nul
lum hæredem nominauit, cum tamen adeo forẽt in-
tenti, vt facilè eis fuerit audire ſi fuiſſet nominatus;
certum eſt autem, quod ad teſtamenti validitatem
8 debet teſtator † voce, aut ſcripto nomen hæredis ex-
primere, l. hæredes palam, in princip. ff. de teſtam. l.
iubemus, C. eod. tit. id enim ad euitandum falſita-
tes inductum eſt, ſecundum Bal. Caſtr. & alios in d. l.
iubemus. alios citat D. Becius in conſi. 86. nu. 19. Me-
noch. in conſ. 45. nu. 16. Ant. Gomeſ. lib. 1. variar. reſol.
tomo 1. c. 5. nu. 23. proinde falſum quoque redditur
inſtrumentum in quo dictum fuit, quod teſtator hæ-
redem ore proprio nominauit, ex his quæ ſupradi-
cta ſunt in primo dubio, ex Socin. in d. conſi. 229. &
Bertr. d. conſi. 2. & Crauet. d. conſi. 795.

Imo, poſito quod nominauerit hæredem ad inter-
rogationem notarij, vt contendit pars contraria: nõ
tamen inſpecta facti qualitate valeret teſtamentum,
quia conſtat ex teſtium diſpoſitione teſtatorem fuiſ-
ſe tunc valde morbi grauitate depreſſum, vt vix poſ-
ſet verbum proferre; & licet ſecundum aliquos va-
leat teſtamentum factum ad alterius interrogatio-
nẽ, tamen hoc fallit multis in caſibus, qui omnes huic
facto conueniunt, & Primo, quando teſtator labora-
9 bat in extremis, & non poterat articulatè † loqui: nã
tunc præſumitur potius reſpondere, vt ſe eximat à
moleſtia interrogantis quam vt eius ſit voluntas cõ-
dendi teſtamentum, ita tenet Albertus Pap. quem re-
fert Io. Andr. ad Spec. in tit. de teſtam. §. 1. verſ. quid ſi
is, quem ſequuntur plures citati à Soc. in conſil. 229.
nu. 7. vol. 2. Pet. & Cin. in d. l. iubemus, turbati enim
morbi grauitate, & mortis cogitatione, non conſide-
rant quid loquantur, & de omnibus atque ad omnia
reſpondent affirmatiuè, vt dicunt Caſtr. Alex. Crot.
Alciat. & Ripa in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. oblig. &
& idem tenuerunt Salic. Rom. Corn. Iaſ. Dec. Ruin.
Zaſc. Silua. & alij adducti à Menoch. d. conſi. 45. num.
22. plures item citat D. Becius in conſi. 86. nu. 23. Se-
cundo limitatur dicta concluſio, vt nõ procedat quã-
10 do notarius † non fuit adhibitus à teſtatore, ſed ab
hærede, vel alio illius domeſtico ſubmiſſus, quia tunc
non valet teſtamentum factum ad interrogationem,
ita declarat Bald. in d. l. iubemus, quẽ ſequitur Caſtr.
in conſ. 155. col. 2. verſ. item Bal. vol. 1. & dicit Caſtr.
in d. l. iubemus, quod eſt quædam ſuggeſtio, quando
teſtator interrogatur ab eo qui non fuit à teſtatore
adhibitus. Corn. in conſi. 73. col. 3. in fine, verſ. & pon-
derandum eſt. & col. 4. circa med. vſque ad finem, vol.
1. Crau. in conſi. 117. in fi. & præter eum Soc. in conſi.
229. nu. 7. ver. & hanc opinionem, vol. 2. & in cõſi. 92.
nu. 19. vol. 3. alios citat Menoch. d. conſi. 45. nu. 17. cir-
ca med. verſ. pręterea, & tertio, vbi inter alios allegat
Alex. Oaſiaul. Zaſ. & alios. D. Becius in conſil. 86. nu.
22. & 32. at hic non conſtat notarium fuiſſe adhibitũ
ab ipſo teſtatore, vel eius iuſſu. Tertio limitant Do-
ctores, non valere teſtamentum ad interrogationem
11 quando præceſſit aliud teſtamentum ſolenne, † vali-
dum, & factum à teſtatore mentis compote, illud nã-
que nõ reuocatur per ſecundum ita factum, vt decla-
rat Caſtr. d. conſ. 155. col. fin. verſ. pro hoc etiam bene
facit, vol. 1. vbi ita declarat gl. in d. l. iubemus, dicens,
quod non præſumitur teſtatorem mutaſſe voluntatẽ
per vnicum verbum dicendo (ſi.) & quod ſi voluiſſet
mutare teſtamentum, non diſtuliſſet in extremã vitę
horam, nec expectaſſet interrogationem, ſed motu
proprio feciſſet. Soc. in cõſ. 92. nu. 17. verſ. ſed præmiſ-
ſis non obſtantibus, vol. 3. Soc. iun. in cõſi. 189. nu. 100.
vol. 1. Crau. in conſi. 117. in fine, D. Becius d. conſi. 86.
nu. 33. vbi citat Guid. Pap. Socin. iun. Iaſ. & Clar. hęc
autem omnia conueniunt facto, ergo, &c.

Quarto loco contra teſtamentum allegatur, quòd
hæredis qualitas non ita fuit expreſſa à teſtatore, vt
circa eius perſonam nulla ſubeſſe poſſit dubitatio,
ſed ſolus Bentiuolius dicit teſtatorem dixiſſe, *l'Iſa-
betta mia ſorella*. Dominus autem Tartaleonus dicit,
interrogatum teſtatorem, reſpondiſſe, *l'Iſabetta*,
alij præterea teſtes nihil dicunt, ſed negant Dom.
Paolum nominaſſe quemquam hæredem. poſito au-
tem, quòd nominauerit Eliſabetam ſimpliciter, non
12 dicitur ſatis expreſſa † qualitas hæredis, nec ſuffi-

cienter

cienter deſignata, plures enim eſſe poſſunt eiuſdem
nominis. item eſſe poteſt, quod eam nominauerit ad
alium finem quam pro inſtitutione, vt in terminis
inquit Ruin. in conſ. 177. num. 13. vol. 2. inſtitutio au-
tem hæredis ita dilucida, & certa eſſe debet, vt nulla
relinquatur dubitatio. Vaſq. in d. tract. lib. 2. §. 15. nu
13 me. 53. inſtitutio † enim caput eſt teſtamenti, §. ante
hæredis, Inſtit. de leg. l. proximè, ff. de ijs quę in teſta.
delen. l. fin. ff. de iure codicillor. Cardin. Mantica, de
coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 4. nu. 2. & debet hæres pa-
14 lam exprimi, & certo nomine nuncupari, † vel ſigno
indubitabili demõſtrari, l. hæredes, in prin. ff. de teſt.
l. quoties, §. ſi quis nomen, & l. nemo, in princip. ff. de
hæred. inſtitut. non enim valet inſtitutio, quando cer
to non apparet quis hæres ſit inſtitutus, l. in tempus,
§. 1. ff. de hæred. inſtituend. & de perſona inſtituta de-
bet aliter quam ex ſola nominis expreſſione conſta-
re, ſed addi debent indicia, & demonſtrationes, l. hac
conſultiſſima. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ruin. in termi-
nis, in conſil. 6. nu. 6. vol. 2. & inquit Bart. in l. demon-
ſtratio falſa, nu. 14. ff. de condit. & demonſtr. quod ad
ſignificandum certam perſonam debent vltra nomẽ
proprium addi duo ſigna, indicia, vel accidentia, pu-
ra, Petrus Martini de Perufia, tunc enim certa reddi-
tur perſona, pulchrè Alexan. in conſ. 153. nu. 4. vol. 2.
vbi loquendo in teſtibus adhibitis teſtamento, vult,
quòd nomina, & cognomina eorum deſignentur, at
hic ſolum dictum fuit, *la Iſabetta*, id quod non oſten-
dit certam perſonam.

Allegatur quinto, quod etſi fortè teſtator nomina
uerit hæredẽ, rogauerit teſtes & notarium, tñ teſtes
id non audiuerunt, ideo factum non probatur: quia
non ſolù hæredis nominatio ita fieri debet quod po-
tuerit exaudiri à teſtibus, ſed etiam actualiter teſtes
15 audiuiſſe debent, † vt probatur in l. hæredes palam,
in fine princ. ff. de teſta. Nellus tracta. teſt. num. 104.
Vaſq. d. lib. 2. §. 14. nu. 35. & quando notarius teſtea
ſcripſit fuiſſe præſentes, intelligitur etiam quod in-
tellexerint, & audiuerint, alias inſtrumentum eſt fal
ſum, & tenetur notarius inueſtigare à teſtibus, an be
ne omnia exaudiuerint. ita poſt multos quos allegat
declarat Beter. in conſ. 2. nu. 4. vol. 6. hic autem multi
ſunt teſtes qui dicunt ſe non audiuiſſe teſtatorẽ no-
minare hęredem, vel rogare notarium, & teſtes, ergo
teſtm̃ redditur falſum, & nullum, per ea quæ ponunt
Soc. Rui. Soc. iu. Io. de Amic. & alij inferius allegãdi.

Ex eo etiam teſtamentum prædictum impugna-
tur, quia poſtquam fuit à notario ſcriptum, non fuit
16 publicatum, ideſt relectum, & confirmatum † à te-
ſtatore, l. fideicommiſſa, §. 1. vbi gl. ff. de leg. 3. l. ex ea
ſcriptura. vbi Bart. & alij, ff. de teſtamen. Bart. in l. ſi
is qui, vbi etiam Caſtr. ff. eod. tit. & inquit Caſtr. in l.
hac conſultiſſima, §. at cum humana, C. qui teſt. fac.
poſſ. quod teſtamentum non publicatum non pro-
bat tanquam imperfectum, & concludunt commu-
niter Doctores, quod ſchedula ſcripta à notario, e-
tiam dictante teſtatore, non probet, ſi non fuit rele-
cta, & publicata, præterquam inter liberos, & in fa-
uorem piæ cauſæ, vt per Ruin. in conſ. 1. num. 7. & ſe-
quen. vol. 3. vbi ait, quod non ſuſtinetur etiam in vim
codicillorum. allegatur item in moriuo quidam Ber
nardus Bombinus, in conſil. 54. num. 12. verſic. tertio
facit, addo quod hanc communem aſſerit ſententiã
Didac. in c. relatum, il primo, nu. 10. extra de teſtam.
alios addit Vaſq. in d. tracta. lib. 2. §. 14. num. 36. Soc.
iun. conſ. 71. num. 24. vol. 4. vbi fortius poſt Ruin. di-
cit procedere, etiam ſi fuit lectum, dum tamen non
17 confirmatum à teſtatore, & eiuſmodi publicatio † in
dubio non præſumitur. glo. in l. fideicommiſſa, §. 1. ff.
de leg. 3. quam dicit mirabilem. Bal. in l. ſtatutis, an-
te num. 1. C. de ſenten. ex breuiculo recitan. Felin. in
c. 1. nu. 16. in fin. de fid. inſtrum.

Poſtremo id videtur vires inſtrumẽti omnino tol
lere, quia in præſenti facto multi teſtes contradicũt
inſtrumento, dicentes, quod in rogitu notarij, & in
nominatione hæredis, teſtator nunquam eſt loqu-
tus, & communis eſt atque ab omnibus approbata
concluſio, quod ſi vnus ex teſtibus ad actum neceſſa-
18 rijs contradicit inſtrumento, facit † illud vacillare,
glo. in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quem. teſta. aper. Bald. in
conſi. 304. col. 2. vol. 5. Alex. Corn. Socin. & Boſſ. quos
citaus in conſil. 129. nu. 26. Addo, quod hanc conclu
ſionem communem appellat Soc. in conſ. 92. nu. 1. &
ſeqq. vol. 3. & dicit rationem eſſe, quia ſeptem requi
runtur teſtes ad validitatem: ſi verò vnus contradi-
cat teſtamento, non magis debet valere quam ſi à
principio factum fuiſſet cum ſex teſtibus tantum-
modo. & reſpondet notata per Auge. & Imolam in
§. ſi quis neget, procedere, quando pro inſtrumento
non remanet numerus teſtium ſufficiens ad illius va
liditatem. reſpõdet item locum habere, quoad hoc
ne poſſit dici falſum, vel notarius puniri, non autem
ne reddatur ſuſpectum, & careat fide. idem Socin. in
conſi. 229. num. 5. vol. 2. idem probat Dom. Becius, in
conſi. 86. num. 11. & facit quod poſt Anchar. & alios
voluit Dec. in conſ. 105. num. 4. & ſeq. vbi concludit,
quod ſi vnus ex teſtibus neceſſarijs deficiat vel non
ſit idoneus, tota probatio teſtamenti corruit.

Stantibus autem prædictis, non eſt curandum qđ
alij teſtes deponãt pro teſtamento: qa ſat erit quod
vnus deficiat ex neceſſarijs, vltra quod D. Tartaleo-
nus, & Beotiuoleus, non ſunt idonei, ex quo enim in-
geſſerunt ſe in confectione teſtamenti, & pro illius
validitate laborarunt, patiũtur maximam fidei di-
minutionem: is enim teſtis non probat, cui poteſt ex
19 depoſitione vituperium vel laus † reſultare. Butr. in
c. cum à nobis, de teſtibus per quam rationem, ita de
notario dixit in propoſito Io. de Amic. in conſil. 137.
nume. 23. teſtes verò contra teſtamentum producti
quantumuis carcerati, & nonnulli etiam tormentis
ſubiecti, perſtitere in ſuo dicto, quare maior eis fi-
des eſt adhibenda, vt per Decian. in conſil. 62.

Horum tamen nihil omnino repugnante, totus in
contrariam ſententiam deſcendo, ac firmiter teneo,
teſtamentum D. Pauli Arnulfi, in quo hæredem inſti
tuit vniuerſalem Magnif. D. Eliſabetham eius ſoro-
rem, & vxorem Magnifici Do. Ioan. Albini, eſſe vali-
dum, ſolenne, & attendendum, habet enim in ſui for
ma extrinſeca omnes qualitates, & ſolennitates ne-
ceſſarias, & in dubio præſumitur pro inſtrumento,
20 quod † ſit verũ, & ſolenne. Soc. conſ. 213. nu. 7. vol. 1.
& quale apparet inſtrumentum in ſui prima figura,
talis præſumitur actus, qui in eo continetur, ſecun-
dum Bal. in c. 1. in princ. de feu. dat. in vicem leg. com
miſſor. & inſtrumentum tale præſumitur in materia
quale eſt in forma. Bald. in conſil. 456. col. 1. vol. 1. la-
tiſſimè agit Tiraquel. de retractu conſang. §. 2. glo. 1.
num. 20. & ſequen. D. Becius conſ. 52. num. 2. & ſeqq.
21 & teſtamentum probatur per † ſcripturam publica
inſtrumenti, etiam ſi nullum fiat teſtium examen, vt
voluit glo. in l. hæredes palam, in princ. ff. de teſtam.
in l. fin. C. de fideicomm. in l. 2. ff. quemad. teſta. ape.
& ita ſeruatur de conſuetudine, ſecundum gl. in l. 1.
vbi Bal. nu. 15. C. de teſtam. ſeq. Sign. Corn. Socin. &
alij citati à Cardin. Mant. in tract. de coniect. vlt. vo-
lun. lib. 2. tit. 12. nu. 2. & quamuis D. Paulus decennio
elapſo aliud condiderit teſtamentum, illud tamen
non attenditur: ſed hoc vltimum, quia cum nõ poſſit
dece-

Digitized by Google

decedete quis duplici cum teſtamento, ſecundum
22 tollit † primum, §.poſteriore, Inſtit. quib. mod. teſt.
infir.l.ſi iure,ff.de leg.3.l.ſancimus, C. de teſtam. l. ſi
quis priore,ff.ad Treb.§.ſi quis ptiore, Inſtit. quibus
mod.teſta.infirm. Clat.de teſt. q.94. Didac.in Rubr.
de teſt.p.2.nu.1.& in ſecundo teſtamento ſemper in-
telligitur clauſula,caſſans,& irritans,&c. etiam ſi in
eo non legatur,Bald.in l.fin.in 5.q. C.de edicto Diui
Adr.tollen.Dec.in conſi.475.num.1. Iaſ.l.duobus,§.
idem Pomponius,num.4. ff. de iureiur. & dicit Ang.
in conſi.159.col.2. qđ primo teſtamento ineſt tacita
conditio,ſi non fiat ſecundum, Dec.in conſ.264.nu.1.
& in conſil.475. num.2. & primum teſtamentum re-
uocatur à ſecundo,non ſolum quoad hæredis inſtitu-
tionem, ſed etiam quoad legata, l.3. §.pen.vbi gloſſ.
in ver.ſcriptus,ff.ſi cui pluſquam per leg. Falcid. Bal.
in l.1.col.fin.C.ſi quis omiſſa cau. teſtamen. Natta in
Auth.Hoc inter liberos,num.88.C.de teſtam. imo li-
cet ex ſecundo teſtamento hæreditas non ſit adita, ſi
tamen vel poterat adiri, vel contingere poteſt quod
poſſit adiri,ſufficit ad tollendum primum, vt probat
Alexand.in d.l.ſancimus, colum.2. C. de teſt. qui in
conſi.37.num.3.volum.1.dicit eſſe communem,& ad
hoc alios citat Clar.de teſt.q.96. Simon de Pretis,de
interp.vltim.volunt.lib.4. interpret.3. dubita.2. nu.
35. & qui habet pro ſe vltimum teſtamentum, dici-
tur habere intentionem fundatam, ſecundum Dec.
in d.conſi.475.nume.3. vigore igitur teſtamenti non
aboliti, nec cãcellati, ſicuti mittenda eſſet Magnific.
Dom. Eliſabeth hæres inſtituta in poſſeſſione mom-
nium bonorum dictæ hæreditatis,ſi eã non eſſet ade-
pta,vt probatur in l.fin.C.de edicto Diui Adr.tollen.
ita ex eodem remedio defendenda eſt in poſſeſſione,
quam nacta eſt, vt illam poſſit retinere, quia reme-
diũ d. l.fin. nedum datur ad nanciſcendum poſſeſſio-
nem,ſed etiam ad retinendum adeptam,eamque cõ-
23 firmandam,† vt voluerunt Cin.Alb.Dec.Curt.iun.&
Zuccard.in d.l.fin.Bero.in conſi.54.num.2.vol.2.Ne-
uiz.in conſil.56.nu.12.Rol.in conſil.2.nu.7. volum.3.
cum infinitis citatis à Menoch. in tractat.de adipiſc.
poſſ.rem.4.nu.348.vbi etiam ampliat aliquibus mo-
dis. noſtræ igitur partes erunt contraria refellere,
poſtquam Dom.Eliſabethæ intentio ſuper prædictis
ſufficienter eſt fundata, eiſque reſolutis expeditum
erit negocium ad illius fauorem.

Non itaque obſtat quod teſtes non fuerint à te-
ſtatore rogati: quia ad hoc pluribus modis reſpon-
detur, & Primo,quod imò teſtator ipſe rogauit dicẽ-
do, *vi prego*, vti inquit Antonius Romagnus,vel etiã
reſpondendo, *ſi*, dũ eſſet à Notario interrogatus,an
ratum haberet rogitum teſtium quem ipſe fecerat
illius nomine,vt inquit Brunamontus, & hoc dicunt
verbis expreſſis Mag. D. Tartaleonus, & D. Ioannes
Bentiuolius, qui duo ſoli ſufficerent ad probandum
rogitum, quia hæc qualitas quod teſtamentarij te-
ſtes ſint rogati, non concernit ſubſtantiam teſtamen
ti, nec voluntatem, ſed ſolennitatem, ideo duobus
24 teſtibus † probari poteſt,vt voluerunt Bar.Caſt.Ale-
xan.& Iaſ.in l.2.C.de bon.poſſ.ſecund.tab. Bald.in l.
comparationes,in tertio notab.C.de fide inſtr.& hãc
opinionem dicit communem Imol.in cap.cum eſſes,
col.14.de teſta.Alex.in conſ.47.num.4.vol. 2.vbi poſt
Imol.improbat Bald.contrarium tenentem in d.l.hæ
redes palam, in principio, quem etiam ſecutus fue-
rat Anchar.in cap.cum eſſes. cum hac item opinione
tranſit Iaſ.in l. hac conſultiſſima, in princip. num.3.
C.de teſt.Crot.in tract. teſt. nu.226. Bauer. in §.hæc
quidem,num.3.Inſtit.de teſta. Dec. in conſi.11. num.
16.verſi.4.de rogitu.Alciat.in conſi.570.num.5. ver-
ſic.præterea ſciendum,Berttan.conſil.99.nu.4. vol.3.
Crot.in tract.teſt.parte 6. nu.116. Craſſ. §.teſtamen-
tum,q.58.num.6.Cotta in mem. incip. inimicitiæ,co-
lum.3.in fine. Mantic.d.tract.lib.12. tit.16. nu.16. Si-
mon de Pret.in eod.tract. lib.2. interpret.1. dubit.2.
ſolut.3.num.43.vbi poſt Bart.& Bal.in l.diuus, ff. de
mil.teſt. dicit rogitum teſtium probari per ipſoſmet
teſtes. cum ergo duo teſtes deponant concordes de
rogitu,dicitur plenè probatus.

Secundo reſpondeo,quod etſi teſtator ipſe non ro-
gaſſet teſtes, ſat eſſet ſi fuiſſent rogati à Notario no-
mine teſtatoris, is enim vices obtinet teſtatoris. ita
25 in † propoſito poſt Din.in l.hæredes palam,in prin-
cip.ff.de teſtam.concludit Ioan.Fab.in §.fi. Inſtit.tit.
& hanc quoque ſententiam ponit Caſtr.in d.l. hære-
des palam,§.in teſtamento,ff.de teſtam. Alex.in con-
ſil.47.nu.5.volum.2.Iaſ.in l.ſciendum, num.43.ff. de
verb.oblig.& in l.ſerui electione, num.40. & ſeq. at-
que ibi Alc.nume.7.ff.de leg.1. Corn.in conſil.176.in
fine,vol.3.vbi dicit,idem eſſe quod à teſtatore rogen-
tur,vel ab alio qui vices habeat teſtatoris.Bero.con-
ſil.91.nu.10. vol.3. vbi dicit eſſe communem ſtylum,
& conſuetudinem.Craſſ.d.q.58.num.5. Socin.iun.in
conſil.178.nume.4.vol.2. Alciat.in conſi.570.num.5.
verſic.non obſtat quòd rogati. Duran.de arte teſtan.
tit.2.caut.8.num.1.Crau.in conſil.117.nu.2. & hanc
dicit communem Vaſq. d. tracta.lib.2.§.13. requiſit.
9.nu.77.Simon de Pret.d.ſol.3.nu.40.Card. Mant.d.
tract.lib.2.tit.11.num.4.quinimo concludunt,ſufficc-
re,quod à quocunque rogati fuerint, ſi tamen id fa-
ctum fuit,vt in caſu noſtro, audiente, & non contra-
26 dicente teſtatore,† vt per Io. Fab. d. §.fin. & hoc re-
nent omnes prædicti in locis ſupracitatis.& dicit So
cin.in l.ſi quis ita,num.3. ff.de reb. dub. quod ita fuit
conſultum per omnes Doctores Italiæ. fortius dicit
Io. Mat.Rimin.in conſi.254 num.19.ſufficere, ſi fue-
runt rogati ab hærede, id quòd confirmat Alciat. d.
conſi.570.nu.5. verſi.& nihil refert,vbi ſubdit in hoc
fraudem non ſubeſſe, ex quo nemo eſt qui ipſo hære-
de melius repreſentet teſtatoris perſonam. ſequitur
Card. Mantica loco prædicto,nu.5.& prędictam opi-
nionem quæ vult valere rogitum teſtium à quocunq;
factum, dicit magis communem Iaſ. in l. hac conſul-
tiſſima,in princ.nu. 2.C.de teſta. Clar. de teſta.q.58.
num.5.vbi ait eſſe veriorem, communiorem, æquio-
rem,& conſuetudine roboratam, ideo non eſſe ab il-
la recedendum.

In quo tamen aduertendum eſt ad nonnulla. Pri-
mum,quod etſi Romagnus,D.Tartaleonus,D.Benti
uolius, & alij, dicunt teſtatorem rogaſſe teſtes, Bru-
namontus autem dicat eos fuiſſe à Notario rogatos,
non tamen per hoc teſtes ſunt contrarij: nam poteſt
27 rogitus reiterari,& ſemel rogari potuerunt † à teſta
tore,& iterum à Notario.ita in terminis dicta teſtiũ
concordando reſoluit Ang.in conſil.276.num.4. co-
lum.3.verſ.nec in aliquo detrahitur, & illius dictum
appellat valde ſingulare Iaſ. in l. ſciendum, num.43.
verſic.confirmo iſta,ff.de verb.obligat.ſubdens ita ſe
Mantuæ in facto conſuluiſſe.idem Iaſ. d.l. hac cõſul-
tiſſima,nu.2.verſ.retenta tamen,C.de teſtam.& verè
ita conſuluit in conſil.124. num.18. volum.1. Simon
de Pret.d.ſolut.3. nume.40. Secundum, quod ſufficit
qualitercunque conſtare de rogitu,vel illum fuiſſe fa
ctum; ad hoc enim voluit lex rogari teſtes in teſta-
mento, vt per illum oſtendatur teſtatorem proferre
verba non perfunctoriè, aut per iocum, deliberato
animo teſtandi,argumento l.diuos,ff.de milit. teſta.
28 §.plenè,Inſtit.eod.tit.hic autem animus † poteſt ver
bis quibuſcunque deprehendi, ita declarat Corneus
in con-

in conſi.7.col.2.vol.4.vbi ait,non referre,quòd teſta-
tor dicat,rogo vos,vel ſitis teſtes,vel alia verba pro-
ferat æquipollentia. & nihil aliud eſt teſtes rogare,
quam eos aduocare, vel admonere, ſecundum Aret.
in l.hæredes palam,§.in teſtamentis,col.2.ff.de teſta.
declarat Card.Mãtica d. tit.11.nu.14. hæc autem ad-
uocatio,ſeu admonitio facta fuit ſingulis teſtibus,vt
ipſimet fatentur, quando dicunt,quod volebant re-
cedere, ſed retenti fuere vt eſſent teſtes, & interue-
nirent teſtamento D.Pauli, & dicuntur rogati, ſi te-
ſtator ad interrogationem vtrum rogaret teſtes qui
forent præſentes, reſpondet, quod ſic, vt concludit
Bello.in conſ.62.in fine,quia ſi hoc modo facta ſuſti-
netur inſtitutio, multo magis teſtium rogitus ſuſti-
nebitur.& idem eſt quando teſtes patiuntur ſe in te-
29 ſtamento deſcribi pro teſtibus,† quia eo ipſo dicun-
tur rogati,ſecundum Bald.Auth.Rogati,num.1.Cod.
de teſtib. & in l.hac conſultiſſima, in princ.vbi etiam
Caſtr.num.2. idem Caſtr.in l.Domitius Labeo,ff. de
teſtam.num.2.Alex.in conſi.33.nu.16.verſic. accedit
quod vbi teſtis,vol.3. Dec.in conſi.11.num.17.circa
fin.Corn.Iaſ.Socin.Butig.Decius, & Socin. iun. quos
citat Card.Mantica,d.tit.11.nu.11.vbi ſubdit,id ma-
ximè verum eſſe, quando fuerunt à notario deſcripti
ſciente teſtatore,& oppoſitio excitata à Card.Man-
tica ibi,procederet, quando non aliter conſtaret niſi
ea ſcriptura teſtamenti, quod paſſi fuerint ſe deſcri-
bi; ſed in præſenti facto cõſtat ex eorum depoſitione
omnes enim vno ore dicunt ſe adhibitos, & deſcri-
ptos fuiſſe vti teſtes à notario in eo teſtamento, de
quo eſt quæſtio, nec quiſquam eorum auſus eſt con-
tradicere,vel negare.Tertium eſt, quod etſi circa ro-
gitum teſtium aliquis ex eis negaret rogitum eſſe
ſufficienter factum,cum tamen nemo audeat id præ-
cisè deponere,remouendo actum à ſenſu,vti requiri-
tur,ea his quæ infra deducam, adhuc tamen rogatos
omnes probatur ea dicto aliorum teſtium, qui ſunt
numero plures:nec in hoc erit concluſioni locus,quæ
vult, quod vno ea inſtrumentarijs teſtibus vacillãte,
aut contradicente,totum teſtamentum reddatur ſu-
ſpectum, quia illud verum eſt, qñ ſubducto teſte illo
contrariante, non remanet numerus ſufficiens: at ſi
remanet numerus ſufficiens,ſtatur dicto plurium,ita
gloſſ.Barto.& alij,in d.l.1.§.ſi quis neget, & declarat
Iaſ.d. cõſil.124. num.13. hic autem quod attinet ad
probandum rogitum,duo teſtes ſufficiunt, licet ergo
vnus,vel duo contrarium dicerẽt,ſtandum foret alijs
30 qui ſunt plures, & deponunt de rogitu.ita † videtur
in ſpecie velle Corn.conſ.7.col.2.vol.4.Quartum eſt,
quod ſi aliquis teſtis diceret teſtes rogatos non fuiſ-
ſe,ille intelligi deberet de vero, proprio, & explicito
31 † rogitu, ſed non excludit quin potuerit rogati, in-
telligendo largo modo rogationem, quæ fieri poteſt
quibuſcunque verbis, vt hoc modo dicta teſtium ad
concordiã reducantur,ita Corneus in loco prædicto.

Reſpondeo tertio, quod in præſenti teſtamento
extat clauſula codicillaris,quæ operatur quod teſta-
mentum ſuſtineatur in vim codicillorum,vt inferius
dicam; ſed in codicillis adhiberi poſſunt teſtes etiã
32 non rogati, † l. fin. in fine, Cod. de codicill. proinde
vbi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, tunc
33 non requiritur rogitus † teſtium, vt concludit Iaſ.d.
conſil.124.nume.18.verſic.ſecundo reſpondeo,ſicuti
etiam non requiritur notari rogitus, ſecũdum Vaſq.
in d.tract. lib.2. §.15.nu.123.nec ſubſcriptio teſtium,
34 §.14.num.115.& femina † admittitur in teſtamento,
quòd habet clauſulam codicillarem vt ibi, §. 15.nu-
mero 43. & quòd rogitus teſtium non requiratur in
tanquam ijs qui neceſſitate quadam adducti ita de-
poſuerunt in ciuili cauſa, cum enim iam ad æternam
memoriam coram Domino Prætore depoſuiſſent,
poſteaque ſæpius coram Dom. Cap. Iuſtitiæ, nō erat
in eorum facultate variare, & aliter factum recenſe-
re ſine manifeſto periculo pœnæ, ita ſe primis depo-
ſitionibus alligauerant. Redduntur etiam de falſo
ſuſpecti ratione perſonæ producentis, videlicet Do-
mini Hortenſij Cardi, qui fuit inquiſitus, & cōdem-
natus tanquam teſtium ſubornator in cauſa crimi-
nali, quando actum eſt contra notarium de falſo,
pro eodem hoc teſtamento; teſtis enim, & inſtru-
mentum eſt ſuſpectum, quando producens cōſueuit
91 falſos teſtes † vel inſtrumenta producere, gl. in l. iu-
bemus, C. de probatio. Bart. in l. 1. Cod. de iuram. cal.
Fulgoſ. in l. 2. C. de fide inſtrum. Iaſ. l. ſi quis ex argen
tarijs, ff. de eden. Boſſ. de falſ. num. 8. & ſemel malus,
ſemper præſumitur malus, c. ſemel malus, de reg. iur.
in 6. Alc. in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 7. nu. 1.
& ſeq. teſtes etenim ad reprobationem inſtrumenti
92 debēt eſſe omni exceptione maiores, † vt voluit Bar.
in d. §. ſi quis neget, nu. 12. in fi. latè Fel. in c. cum Ioā-
nes, nu. 44. de fide inſtr. Menoc. d. caſu 105. nu. 33. vbi
citat Crauet. Didac. Boer. Gram. & alios. Bero. in
conſi. 45. nu. 18. vol. 3. Iaſ. d. conſi. 13. ſiue 252. nu. 21.
vol. 3. vbi D. Becius addit Didac. Crauet. & Boſſ. Ri-
pam conſi. 128. nu. 8. & 15. Purp. conſi. 381. num. 12. &
quamuis Bart. in d. §. ſi quis neget, loquatur in teſti-
bus inſtrumentarijs, tamen non negat quin carere
debeant macula etiā ij, qui ſunt in teſtamento aſcri-
pti, vt aduertit Iaſ. d. conſi. 13. ſiue 252. nu. 21. vol. 3.
& dicit Bald. d. c. cum Ioannes, in fine, quod modicus
defectus repellit teſtes reprobatorios. Alex. in con-
ſil. 43. num. 20. vol. 4. vbi inquit, quod leuiſſima exce-
ptio vitiat teſtem. Iaſ. d. conſi. 13. nu. 21. Rip. d. conſil.
128. nu. 15. & hoc ſaltem verum eſt in teſtamento ex
ratione ſpeciali, quia cum materia ſit ſuſpecta, cauē-
93 dum eſt à falſitate, & teſtis adbibitus † licet videa-
tur approbatus, poteſt reprobari nedum ex cauſa ſu
peruenienti, ſed etiam ex antiqua, vt declarat Aret.
in l. qui teſtamento, §. quæcunque, colum. pen. verſ. &
contra illam concluſionem, ff. de teſtam. Iaſ. poſt An-
gel. in l. 1. in fi. C. de teſta. ita eleganter declarat Boſſ.
in d. tit. de falſ. nu. 45. & 46. ex cauſa enim noua ſem-
94 per reprobari poteſt teſtis † approbatus, vt per Boſſ.
ibi, qui ait, quòd nemo dubitat, Spec. tit. de teſte, §. ſæ
pe, nu. 5. & nu. 7. Fel. in c. præſentium, nu. 10. de teſtib.
Pariſ. in conſil. 99. num. 45. volum. 3. hic autem defe-
ctus ſuperuenerunt, ideſt ex periurio, ex mendacio,
contrarietate, & alijs quæ tempore quo fuerunt ad-
hibiti, non ſuberant.

Tertio reſpondeo, quod ēt quando teſtis vnus ex
deſcriptis expreſſe contradicit inſtrumento, ſuſtine-
tur inſtrumentum, ſi reliqua probatio adiuuetur ex
95 adminiculis. † Imo. & alij, in d. §. ſi quis neget, in ſe-
cundo notab. & rurſus in 2. colum. faciunt quæ dixi
in conſi. 152. nu. 66. Bal. in l. exercendis, num. 10. C. de
fide inſtr. Boſſ. tit. de falſ. nu. 11. Fulgoſ. conſi. 78. co-
lum. fin. confirmatur autem in præſenti caſu veritas
inſtrumenti. Primo ex voluntate teſtatoris decla-
rata ante teſtamentum, dum dixit, velle hæredem
inſtituere Dom. Eliſabetham ſororem, excluſa Do.
Barbara. Secundo ex dictis per teſtatorem poſt teſta
mentum, quando affirmauit ſe condidiſſe teſtm̄, &
inſtituiſſe D. Eliſabetham, conſtat enim ex his, teſta-
mentū eſſe factum ſcd̄m voluntatem teſtatoris. Ter-
tio ſuberat cauſa mutandi primū teſtm̄, quia poſt il-
lud conditū, D. Barbara ibi pro dimidia inſtituta, fa
cta fuit teſtatori odioſa, tum quia nupſit D. Horten-
ſio inuito teſtatore, tum etiam, quia litibus teſtatorē
vexauit, quæ cauſa licet non ſit ſufficiens ad exhære-
dandū filios, concitauit tamē odium, & indignatio-
nem teſtatoris, & de iſto odio multi deponūt teſtes.
Quarto conſtat, teſtatorē tunc fuiſſe compotē men-
tis, & habuiſſe vocem articulatam, vt ſupra deduxi.
Quinto teſtes oēs fuerunt adhibiti vt eſſent præſen-
tes teſtamēto. Sexto paſſi ſunt ſe rogari, & aſcribi te-
ſtamento, cum tñ id non admiſiſſent, ſi vel teſtator
non eſſet locutus; vel non conueniſſent quæ ad ſub-
ſtantiam teſtamenti erāt neceſſaria. Septimo omnia
geſta fuere palam, bona fide, ſine fraude, quia de die,

ianuis ſemper apertis,teſtibus ex improuiſo conuo-
catis, non autem rebus compoſitis, vt deponunt di-
ſerte Romagnus, & Pontinus teſtes aduerſarij, id
96 quod † conſiderat multum Soc.iun. d. conſi.178.nu.
26.in fi. vol. 2.& Alc.in conſ.170.nu.5. verſic.quia re-
ſpondeo quod in caſu noſtro. Octauo teſtamentum
fuit alta, & intelligibili voce publicatum à notario
omnib.audientibus,& ipſo apprimè teſtatore, qui ſi
non eius fuiſſet opinionis,contradixiſſet,ex quo po-
terat contradicere, cum eſſet ſanæ mentis, & habe-
ret linguam expeditam. Nono ante publicationem,
poſtquam ſcriptum fuerat à notario teſtamentum,
iuſſit teſtator illud ſibi legi, & declarari, eo vero au-
dito,& intellecto,iuſſit publicari. Decimo teſtes di-
gniores deponūt pro teſtamento,nempe Dom.Tar
taleonus, & Bentiuolius vterque nobilis, & primus
Iuriſconſultus,qui ideo dicitur nobilis, & in digni-
tate conſtitutus,& cuius ideo fides exuberat, & po-
tens eſt ſupplendi aliorum teſtium defectum,ſi quis
97 extaret, † vt in terminis teſtaméti conſiderat Ruin.
d. conſi.192. num.9. volum. 2. Vndecimo conſtar de
optima fama,& qualitate nedum dictorum DD. te-
ſtium,ſed etiam D.Vincentij de Attis, notarij lega-
lis,fidelis,& de cuius fide nunquam dubitatum fuit,
& de prædictis deponunt prædicti aduerſarij teſtes,
Romagnus,Brunamontus,Pantinus,& alij, id quod
98 plurimum attendi debet, & in terminis † ponderat
Bart.d.§.ſi quis neget,nu.12. ff.quemad.teſt. aper.&
ſeq.alij omnes. Alex.in conſi.43.nu.19.vol.4.Iaſ.con-
ſil.124.nu.2.volum.1. Duodecimo ſententia diffini-
tiua lata in cauſa criminali, per quam D. Vinc.fuit
abſolutus ab impicto crimine, quod falſum hoc in-
ſtrumentum fabricaſſet, & ſanè non poteſt nunc in-
ſtrumentum dici falſum, niſi falſus quoque ſit nota-
rius qui illud fabricauit; & licet ſententia ſit inter
alios lata, tamen facit ſemiplenam fidem in hoc iu-
99 dicio, † iuxta notata per Doct. præcipuè Alex. in l.
ſæpe,ff.de re iud. & in l.2. vbi Iaſ.& Dec. C.de eden.
atque ibi Rip.& Alex.Gozad.conſi.103. nu.10. in fi.
Natta conſi.160.nu.44 dec.Ped.38. nu.6.& de deſo-
lutione notarij facit capitale Fulg.conſ.78.in fi.Bal.
conſ.166.nu.2. vol.2. Tertiodecimo in eadem crimi-
nali cauſa fuere multi teſtes condénati,eo quòd fal-
ſum tulerant teſtimonium ad reprobandum hoc idē
inſtrumentum, & D. Hortenſius illius cauſæ contra
notarium, & teſtamentum accuſator, & inſtigator,
atque illius quæſtionis promotor,& ipſe damnatus.
Hæc autem omnia ſimul iuncta,ni egregiè fallor, rē
perſpicuam, & luce clariorem conſtituunt ad fauo-
rem,& validitatem teſtamenti, nec poteſt cadere in
mentem ſenſati,quòd res aliter ſe habeat, quam te-
ſtamētum loquatur, & quamquam in præſenti facto
res ſit clara, ſi tamen eſſet dubia, cum arbitrio iudi-
cis committatur quanta fides adhibenda ſit teſtibus
100 qui impugnant † inſtrumentum, vt dicunt Innoc.
& alij,in d.c.cum Ioannes, Alex.d.conſi.43.nu.18.in
fi.& idem dicit in noſtris terminis reſpectu coniectu
rarum quæ faciunt contra teſtamentum,Corn.conſ.
73.col.penul.volum.1.vbi ſubdit,non poſſe dari cer-
tam regulam, non poteſt hoc caſu iudex arbitrari
niſi in fauorem teſtamenti, prout de iure etiam iu-
101 dicari debet in dubio,† Alex. d. conſi. 43. num.19.
& d.conſi.33.num.12.Rom.conſi.179. in fi.Cæph.cō-
ſil.546.num.56.Iaſ.d.conſi.124.num.4 vol.1.& conſi.
13.nu.25.vol.3.Barb.conſ.6.col.2.vol.1.Dec.cōſ.105.
nu.2.in fi.& conſi.284.nu.5.Rol.conſ.82.nu.17. vol.1.
quinimo,ſingularis opinio pro reſtō profertur,& no
102 ta.† Iaſ.in l. Gallus, §. ſed ſi is, in 2.not. ff.de lib. &
poſth.& conſil.13.nu.25.vol.3. Zaſ.§. cum ita, nu.61,

Reſpondeo demum,quod vbi etiam teſtes prædi-
cti fidem mererentur,& redderēt inſtrumentum de-
fectuoſum, eo quod non audiuerint teſtatorem no-
minare hæredem, vel aliter loqui, tamen adhuc ſu-
ſtineretur inſtrumentum in vim codicillorum,habet
enim clauſulam codicillarem, ſi non valet, &c.& in
codicillis quinque teſtes ſufficiunt,l.fin.in fi.Cod.de
codicill.& clauſula codicillaris operatur, quòd ve-
nientes ab inteſtato cenſentur rogati reſtituere hæ-
redibus inſtitutis,Bart.in l.1.q.5. ff.de iur.codicill.&
103 in terminis,† quod vbi aliqui teſtes contradicunt
inſtrumento, ſuſtineatur teſtamentum in vim codi-
cillorum,ſi adſit ſufficiens teſtium numerus,Iaſ.con-
ſil.124.nu.8.vol.1. Cæph.in conſ.546.nu.55. & idem
eſt quando deficit teſtamentum, quia factum ſit ad
interrogationem,quia ſuſtinetur iure codicillorum,
104 vt poſt † Bald. Alex.Iaſ.Bald. Nou. Crot. Alciat.&
alios,concludit D.Bec.conſil.86.nu.34. intelligendo
quòd teſtator ſit ſanæ mentis,D.Menoch.d.conſ.45.
num.14.& 42.

Et quæ ad debilitandum dicta DD. Tartalionis,
& Bentiuolij dicuntur,non ſubſiſtunt iure,quia neq;
ſe ingeſſerunt, neque de ſuo agitur intereſſe quòd te
ſtamentum ſit validum vel corruat, & eorum fides
fuit cōprobata à teſtibus aduerſarijs, vt ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum duplex oritur ex probibitione alienatio-
nis facta cum cauſa, vt bona conſeruentur in domo, & a-
gnatione, vnum ſcilicet in caſum alienationis, alterum in
caſum mortis.*
2 *Exceptio de iure tertij, ſi non excludat ipſo iure intentio-
nem agentis, non admittitur.*
3 *Fideicommiſſum alicui non quæritur niſi ipſo volente.*
4 *Emphyteuta nemo domino excepto obijcere poteſt quod ce
ciderit ob canonem non ſolutum.*
5 *Feudi priuationem ob alienationem ſine domini conſenſu
factam, nullus opponere poteſt vaſallo, niſi ſolus dominus.*
6 *Alienatione prohibita extra familiam poteſt res alienari
vni de familia, quamuis remotiori.*
7 *Retrouendere compellitur emptor fundum in ſolidum vni
ex venditoribus, vel hæredibus venditoris totum preciū
offerenti, ſtante ſtatuto de retractu. contra num.23.*
8 *Frater vtrinque coniunctus in ſucceſſione præfertur vteri-
no tantum, vel conſanguineo tantum.*
9 *Proximior quiſque cenſetur vocatus, quando probibetur a-
lienatio, vt bona remaneant in familia.*
10 *Plures vbi vocantur ad fideicommiſſum, cenſentur ſubſtitu
ti pro virili.*
11 *Actoris ex perſona ius metitur in iudicijs.*
12 *Hæreditas vbi pluribus eſt delata, ſi vnus petat vltra ſuā
portionem, repellitur, etiamſi alij cohæredes nondum a-
dierint.*
13 *Subſtitutorum vnus non poteſt agere pro parte aliorum,
niſi fidem faciat de ceſſione, vel repudiatione.*
14 *Fideicommiſſariorum vnus non poteſt in ſolidum à credi-
toribus, vel legatarijs conueniri, ſed pro ſua tantum hære-
ditaria portione.*
15 *Remotior in gradu non admittitur donec locus eſt ijs qui
eum præcedunt, quando quid pluribus relinquitur, vt ſuc-
ceſſiuè ſuccedant.*
16 *Tertij ius allegari pōt pro defenſione propria poſſeſſionis.*
17 *Exceptio de iure tertij excluſiua, ipſo iure intentionis agē-
tis allegari poteſt.*
18 *Ius tertij allegari poteſt per modum probationis.*
19 *Fideicommiſſariorum vnus non poteſt ſe ingerere in por-
tione aliorum, ſed debet expectare quod vel repudient, vel
tempore excludantur.*

Pro-

Digitized by Google

20 *Proximus quiſque cenſetur primo loco inuitatus, quando eſt probibita alienatio extra familiam.*

21 *Familiæ relinquere hæres iuſſus quamuis poſſit bona in remotiorem alienare, tamen ſi non diſponat, admittitur proximior ſecundum ordinem graduum.*

22 *Probibitio alienandi extra familiam, vbi ſimplex non eſt, ſed extat etiam clauſula per modum rationis, quia vult bona remanere in familia, tunc non poteſt relinqui remotiori, ſed eſt relinquendum ei qui eſt proximior.*

23 *Emptor qui rem à pluribus emit, cum pacto retrouendendi, non cogitur retrouendere vni tantum offerenti totum precium.*

24 *Indiuiduis in factis admittitur vnus ex pluribus creditoribus ad petendum totum mediante cautione.*

25 *Coniunctio vbi conſideratur reſpectu patris, omnes filij quamuis orti ex diuerſis matribus, æqualiter admittuntur.*

CONSILIVM CCCCXV.

VRGENTIA videntur fundamenta Domini Cæſaris Bobbæ quondam Domini Ioannis, quinimo videtur eſſe in ſuum fauorem iudicandum, quia ꝓbauit bona de quibus agitur, fuiſſe aliàs poſſeſſa per Dom. Catherinam Bobbam, quæ illa dimiſit in ſua hæreditate, & in vltimo teſtamento inſtituto vniuerſali hærede D. Ioãne patre Domini Cæſaris, prohibuit illorum alienationem, quia voluit illa conſeruari in domo, & agnatione D. Ioannis in perpetuum, probauit etiam Dominum Ioannem deceſſiſſe, & ſe eſſe eius filium, & nõ eſt dubium, quin ex prohibitione alienationis cum cauſa facta, modo quo ſupra, duplex inducatur fideicommiſſum, alterum ſcilicet in caſum alienationis, alterum verò in caſum mortis, quia niſi vno de agnatione mortuo, alius ſuccedat, non habebit locum voluntas teſtatoris, quæ fuit, conſeruare bona in agna-
1 tione, † vt tenuerunt Soc. Iaſ. Dec. Curt. iun. Gozad. Pariſ. Soc. iun. Duran. & Crau. quos refert, & ſequitur Ant. Gabr. comm. opin. lib. 4. tit. de fideic. concluſ. 9. nu. 29. addo Crot. in conſi. 13. num. 14. Rube. Alex. in conſi. 18. nu. 7. Alciat. in conſi. 561. nu. 5. vbi ait, ita iudicatum fuiſſe Mediolani, Cæph. in conſi. 137. nu. 11. vbi addit Barr. Arer. & Ruin. & non obſtat quod D. Cæſar non poſſit ſolus poſſeſſionem omnium horum bonorum petere, nec ſolus ad fideicommiſſum aſpirare, ex quo habet alios fratres qui ſunt cum eo in eudem gradu pariter vocati, quia ad hoc reſpondetur. Primo, quod iſta exceptio, tu habes alios pares in gradu ſuccedendi, eſt de iure tertij, quæ non excludit ipſo iure intentionem agentis, & non eſt admit-
2 tenda, † l. 2. vbi Bar. ff. de except. rei iud. l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeru. vend. l. 1. & 2. ff. ſi ag. vectig. vel emphyt. pet. l. 1. in fi. & l. 2. ff. vti poſſid. l. cum ſeruum, C. de ſeru. fug. l. ſi quis emptionis, §. ſed hæc ſuper, C. de preſcript. 30. vel 40. ann. quod permaximè verum eſt, quando dependet talis iuris acquiſitio à volũtate tertij, vt ſunt fideicommiſſa, quæ ad aliquem non
3 ſpectant niſi illo volente, † l. 1. §. ſed & quoties, ver. cũ autem, vbi Socin. & Ripa, ff. ad Trebell. l. cogi, §. Metianus, vbi Caſtr. ff. eod. tit. Iaſ. in l. 1. §. de illo, nu. 12. ff. eod. tit. his enim caſibus niſi is de cuius iure agitur voluntatem ſuam declaret, & de tali iure opponat, non audietur tertius, ſi eo innitatur, vt videmus in emphyteuta, cui nemo præter dominum dicere poteſt, quòd ceciderit ab emphyteuſi, quia non ſoluerit
4 canonem, † vt ponunt gloſſ. Bart. Bald. Angel. Salic. Iaſ. & alij, in l. 2. C. de iur. emphyt. idem in vaſallo cui ſolus dominus opponere poteſt priuationẽ ſi feudũ
5 ſine eius conſenſu alienauit, † Oldr. in conſi. 139. in 6. dub. Alex. in conſil. 173. col. fin. vol. 2. cum alijs apud Cæph. in conſi. 3. nu. 122. Natta in conſ. 475. nu. 14. qui allegat Ruin. in conſi. 2. vol. 1. Craner. in ſuo reſp. pro genero, nu. 393. Rol. in conſi. 57. nu. 7. vol. 3. & poſſent plura addi exempla. Cum igitur fratres D. Cæſaris taceant, nec appareat illos velle, vel nolle fideicommiſſum prædictum, admittẽdus eſt Cæſar, nec poteſt ex iure quod competit ſuis fratribus repelli à petitione. Secundo reſpondetur, quod vbi prohibita eſt alienatio extra familiam, vt hoc caſu, tunc admittendi ſunt qui comparent, dummodo ſint de familia, licet ſint remotiores in gradu, idque ſaltem mediante cautione ſi petatur de conſignando bona alijs, cũ venerint, & videtur hoc probari in l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. qui licet dicat procedere in proximioribus qui primo petunt fideicommiſſum, videtur tamen locum habere quoque ſi remotior petat tacente proximiore, quia in remotiore eadẽ militat ratio quæ in proximiore, vt ſcilicet ſeruetur teſtantis voluntas, & bona non exeant familiam, cui rationi videtur principaliter inſeruiendum.

Et ideo, quando prohibita eſt res alienari extra familiam, ſatisfactum erit voluntati teſtatoris, ſi re-
6 linquatur vni de familia, tametſi is remotior ſit, † vt colligitur à contrario ſenſu, ex tex. in d. §. fratre, ibi, extero hærede inſtituto, & ibi, ſi domus ad exterum quandoque peruenerit. & melius, in l. vnum ex familia, in princ. & in §. 1. vbi glo. ff. de leg. 2. vbi iuſſus hæres fundum poſt mortẽ vni de familia reſtituere, poterit illũ alicui, & poſterioris gradus relinquere, nec de hoc proximioribus conqueri licebit. & hoc tenent Comen. & Caſtr. in d. §. fratre, & Socin. in conſil. 227. col. 9. ver. ex quibus inferendo, vol. 2. Tiraquel. de retract. cõſang. §. 11. gl. 6. nu. 2. vbi addit Corn. & Caſtr. in alijs locis, & præterea Alciat. in l. pronunciatio, in ver. agnatorum, in fi. ff. de verb. ſignif. & quod dicitur de remotiore cui fundus ſit relictus, multo magis ꝓcedit vbi is cui relinquitur non remotior eſt, ſed par in gradu cum proximioribus, vt in l. filiusfamilias, §. cum pater, ff. de leg. 1. vbi filius cui à teſtatore iniunctũ fuit ne fundum alienet, vt in familia relinquatur, ſatisfacit defuncto, ſi vni ex proprijs filijs illud relinquat, nec admittentur ceteri filij, quod ſi in terminis d. §. fratre, ſufficit vni de familia fundum relinqui: pari quoque ratione admittendus erit vnus ex fratribus ad fideicommiſſum, nec repelli poterit tametſi alios habeat fratres æquali in gradu.

Facit etiam, quia quãdo ius aliquod pluribus defertur, eorũ quilibet ad id admittitur quamuis proximior nõ ſit, l. 3. §. ſi ad plures, ff. de ſepul. viol. idque ſaluis iuribus prioris in gradu, quia quandocunque is venerit, præferendus erit, vt eſt tex. in l. ſi maritus, per totam, & §. vlt. ff. de adult. Confirmatur quoque ex his quæ in ſtatuto retractus dicunt Doctores, emptorem compelli fundum in ſolidum retrouendere vni ex pluribus venditoribus, vel hæredibus venditoris, totum precium offerenti, ſiue alij repudiẽt, ſiue non: quia in caſu repudiationis conſolidabitur totum ius in perſona eius qui acceptauit per ius accreſcendi, ſi non repudiant, ſeruatur ei ius illæſum, & cogere poſſunt ſocium qui totum redemit, vt reſtituto precio pro ſua portione, partem ſibi ſpectan-
7 tem reuendat. † ita tenuit Bald. in conſil. 133. Quædam mulier, in fine, volumine primo. Caſtrenſ. in conſil. 221. in fine, volumine ſecundo, Socin. Iaſ. Caſſan. & Rubeus quos refert, & ſequitur Tiraquel. de retractu conuentua. §. 1. gloſſ. 6. num. 37. Tertio etiam reſpondetur, quod etſi alij extent fratres Domini

Gæſaris, hi tamen conſanguinei ſunt tantum, non
etiam vterini, & ideo à ſucceſſione excluduntur per
D.Cæſarem, certum eſt enim, quòd frater vtrinque
8 coniunctus præfertur alij vterino tantum, † vel con-
ſanguineo tantū, §.ſi igitur, & §.conſequens, in Auth.
de hęr.ab ineſt. Auth.Defuncti, vbi Doct.C.ad Ter-
tul.gl.in l.1.ff.de iur.& facti ignor.Cin.Bart.Bal.Al-
ber. Ang.Salic.& alij, in Auth.Itaque, C.com.de ſuc
ceſs.Iaſ.in l.re coniuncti, nu.17.ff.de leg.3. Natta in
conſi.395.nu.1.Cæph.in conſi.22.nu.27.

Sed aliud verius eſſe exiſtimo, ſcilicet, non poſſe
D. Cæſarem in ſolidum agere ad bona hæc quamuis
fideicom. ſubiecta, ſed pro ſua tantum portione eſſe
admittendum, quia cum idem ius competat fratri-
bus D.Cæſaris quod ipſi D.Cæſari, licet ipſi differat
ſuam portionem petere, non tamen debet ius ſuum
à fratre præoccupari ſine eorum voluntate, ſi enim
nunc non petunt, poterunt forte mutato propoſito
petere, vt in ſimili dicitur in l.deberi, C.de fideicom.
lib.& in §.libertas, Inſtit.de ſing.reb.per fideicomm.
relict. Secundo quia quādo prohibetur alienatio, vt
remaneant bona in familia, tunc proximior quiſque
9 cenſetur vocatus, † & idem eſt, ac ſi ille eſſet nomina-
tim vocatus, vt eſt text.in d. l.peto, §. fratre, ſed vbi
plures vocantur ad fideicommiſſum, cenſentur pro
10 virili ſubſtituti, † vt in l.nonnunquam, ff.ad Trebell.
& in l.fin.in princ.ff.de impub.ponunt Doct. in l.qui
cum plures, ff.de vulg.& pupil.Dec.in Rubr.C.quan-
do non pet.par.in 1.lect.nu.4.& in 2. lect. nu.3. quod
ſi iſti omnes fratres cenſentur vocati pro virili, non
poteſt vnus ex eis totum petere, quia perit quod ad
ſe non ſpectat, & ſicuti habet ius ſolum pro parte, ita
debet ſolum pro parte petere, & in iudicijs metimus
11 ius ex perſona actoris. † Bar.in Auth.Hoc locum, nu.
12.ver.3.C.ſi ſecund.nupſ.& vbi nō cōſtat de iure pe-
titoris nō curamus an poſſeſſor ius fouear, vel non, l.
fin.& ibi gl.quæ citat concordantes.& Bald.C.de rei
vend. Tertio ad hoc videtur tex. expreſſus in l. 2. ff. ſi
pars hæred. pet. vbi ſi vnus ex pluribus ad quos fuit
delata hęreditas petat vltra ſuam portionem, repel-
litur etiam ſi cohæres nondum adiuerit, non enim
poteſt maiorem partē petere quam ſi ceteri omnes
12 adiuiſſent. † ad idem eſt text. in l. antiqui, ff. eod.
vbi dicitur, quod ſi ſucceſſio ſit vni delata vnà cum
ventre prægnāte, datur hæredi quarta pars bonorū,
& tres quartæ remanent in ſuſpenſo, donec mulier
prægnans pepererit. & idem dicunt Doct. in l.cum
quidam, §.ſuum hæredem, ff.de acq. hæred. Caſtr. in
conſi.454.nu 2.vol.1.Crau.in conſ.72.nu.6.Calca.in
conſ.91.num.4.circa fin.verſ.ſexto etiam, vbi ſubdit
quod ſi petat vltra portionem ſibi debitam, proceſ-
ſus redditur nullus, & actor ſuccumbit. & idē eſt qū
agit quis ad fideicōmiſſum, vt per Crau.in conſ. 144.
nu.21. vbi dicit, vnum ex ſubſtitutis non poſſe agere
pro parte aliorum, niſi fidem faciat de ceſſione, vel
13 repudiatione. † Quarto probatur alia ratione, clarū
enim eſt quod ſi plures sūt vocati ex fideicommiſſo,
non poterit vnus ea eis in ſolidum, vel à creditori-
bus hæreditarijs, vel à legatarijs conueniri, ſed erit
14 compellēdus ſolum pro ſua hæreditaria † portione,
l.1.C.ſi cer.pet.l.pro hæreditarijs, Cod.de hæred.act.
l.pacto, C.de pact.l.licet, C.famil.erciſc.ergo non po
terit etiam vltra portionem ſuam petere: quia com-
modum regulatur ſecundum incommodum, l.ſecun-
dum naturam, ff. de reg. iur. & non eſt iuſtum quod
poſſit vnus totam hæreditatem conſequi, creditori-
bus vero hæreditarijs pro ſua tantum hæreditaria
portione cogatur reſpondere. Quinto facit, quia ſi-
cuti remotior in gradu non poteſt admitti, donec
locus eſt ijs qui eum præcedunt, quando pluribus
15 quid defertur, vt ſucceſſiuè ſuccedant, † l.ſi filius qui
pater, §.cum filius, ff.de bo.libert. l.3. ff.de acq. hær. l.
ſi plures, ff.de iure de lib.l.1.§.ſi intra centeſimam, ff.
de ſucceſſ.edicto, prout eſt, quando prohibentur bo-
na alienari, & quia ſint cōſeruanda in familia, quia
eo caſu licet plures dicantur vocati ſub collectiuo
illo termino familiæ, id tamen intelligitur ſucceſſiuo
ordine, vt ſcilicet ſuccedat primo qui eſt proximior,
d.l.peto, §.fratre, & l.cum ita, §.in fideicom. vbi Bart.
& alij, ff.de leg.2. cum infinitis propemodum addu-
ctis per Tiraquell. de retract. conſang. §.11. gloſ. 4.
nu. 2. ita cum plures eodem gradu ſunt vocati, non
debet vnus alteri præferri, & totam ſubſtātiam con-
ſequi, donec alius poteſt adire.

Non obſtat itaque quod iſta exceptio, tu habes
alios pares in gradu, ſit exceptio de iure tertij: quia
reſpondetur quod pro defenſione propriæ poſſeſſio-
16 nis allegari poteſt ius tertij, ita † concludit Caſtr.in
l.fin.nu.12.verſi.in tellige, C.de edi.Diui Adr.tolli.vbi
dicit poſſeſſorem conuentū remedio illius legis poſ-
ſe opponere illum agentem non eſſe hæredem, ſed
alium. ſequitur, & melius ceteris declarat Alex.ibi,
nu.23.circa fin.addit etiam vnum, Corn.num.41.Ia-
cob.nu.46.& Zuccard.num.392. vbi inquit, quemli-
bet poſſeſſorem poſſe pro defenſione ſuæ poſſeſſionis
allegare ius tertij.

Secundo reſpondeo, quod hæc exceptio, tu habes
alios in eodem gradu, eſt ipſo iure excluſiua inten-
tionis agentis, & propterea allegari, & opponi po-
17 teſt, † l.fi.C.de rei vend.latiſſimè Tiraq.in l.ſi vnquā,
in ver.reuertatur, nu.356.C.de reuoc.donat.Crau.in
ſuo reſp.pro genero, nu.394.& ſeq. Menoc.in conſi.1.
nu.320.& in terminis ita dicit Caſtr.in conſi.77.nu.
6.in fi.vol.2.& quamuis ipſe non dicat quomodo ex-
cludat ipſo iure intentionē agentis, tamen hoc ideo
eſt, quia hæc non videtur propriè exceptio de iure
tertij, ſed potius de non iure agentis, quia qui habet
pares in gradu, dicitur vocatus ad fideicommiſſum
pro virili portione, & cum ius ſuum ſit metiendum
ex teſtamento, & ex eo dignoſcatur illum ius fouere
pro vna tantum portione, non dicitur conuentus al-
legare ius tertij, quando dicit, tu es hæres ſolum pro
parte, ſed potius videtur deducere non ius agentis,
licet dum ait agentem ius non habere, eodem tem-
pore dicat alium ius habere, & hoc eſt quod voluit
Cin.in l.cum ſeruū, poſt medium, C.de ſeru.fug vbi
dicit, ꝙ ius tertij allegari poteſt per modum proba-
18 tionis, † vt ſi conuentus dicat, nego te dominū, quia
volo probare alium eſſe dominū, & hoc caſu admitti
debet, & ita intelligit d. l.fi. C. de rei vend. vbi idem
quoq; tenet Bal.clarū eſt enim, quod niſi agens in rei
vendicatione probet ſe dominum, non obtinebit, &
ideo cum reus probat agētem non eſſe dominum, &
dominium ad alium ſpectare, dicitur ipſo iure exclu-
dere intentionem agentis: quia exceptio non fun-
datur ſolum ſuper iure tertij, ſed etiam ſuper non iu-
re agentis, ſi enim alius eſt dominus, non poteſt agēs
eſſe dominus, quia non poſſunt duo eſſe eiuſdem rei
domini in ſolidum, l.in commodato, §. ſi duobus ve-
hiculum, ff.commod.non ergo debet repelli hoc caſu
exceptio adducta per conuentum, cum non poſſit di-
ci ſola exceptio iuris tertij, & iam ſupra alligati fue-
runt Caſtr. Calcan.& Crau. qui tenent admittēdam
eſſe ſimilem exceptionem, & non refert quod dica-
tur non declaraſſe voluntatem ſuam alios fratres
vocatos ex fideicommiſſo: quia etiam ſi adhuc non
deliberauerint, dum tamen non repudiant, non de-
bet vnus ex fideicommiſſarijs ſe ingerere in por-
tione

Digitized by Google

tione aliorum, ſed debet expectare, quod, vel repu-
19 diene, vel tempore exeludãtur,† vt eſt tex. iuncta gl.
in d.l.2. in verſi.non adeuntibus,ff.ſi pars hæred.pet.
licet enim nunc non adeant, ſufficit tamen quòd poſ
ſine adire,d.l.deberi, C.de fideicomm. libert.non e-
nim ſequitur,alij non petunt, ergo eorum portiones
mihi accreſcunt, ſed requiritur temporis lapſus.

Quod autem dicitur prohibita alienatione extra
familiam admitti etiam remotiorem,ſaltem præſti-
ta cautione de reſtituendo proximiori quãdo vene-
rit,per text.in d.l.peto,§.fratre,eſt contra illum text.
qui non dicit admittendum remotiorem ſed proxi-
miorem, proximus enim quiſque primo loco cenſe-
20 tur inuitatus, † vt ibi dicitur, & idem habetur in l.
cum ita,§.in fideicommiſſo,vbi Bart.Bald. & Imola,
ff.de leg.2.& ita tenent omnes,vt videri poteſt apud
Tiraq.d.tract.de retract.§.11.gl.3.num.2. & propte-
rea donec proximior poteſt adire,non admittitur is
qui eſt remotioris gradus, d.l. ſi filius, qui pater, §.
cum filius, ff. de bon. lib.l.3. ff. de acquir. hæred.l. ſi
plures, ff.de iure delib. & hoc expreſſè voluit Caſtr.
in d.§. in fideicommiſſo, num. 2. vbi inquit, quod ad
relictum factum familiæ admittuntur proximiores,
& alij excluduntur, donec illi viuunt,& poſt illorum
mortem admittuntur, & propterea falſum eſt dice-
re, quod ad legatum familiæ admittantur remotio-
res præſtita cautione: quia hoc eſt contra textum il-
lum, & non eſt verum quod in admittendo remotio-
rem, militet eadem ratio conſeruandæ familiæ quæ
militat in proximiore, licèt enim ſemper dicatur
res eſſe in familia, ſiue ſit apud remotiorem, ſiue a-
pud proximiorem, tamen quoad ordinem qui ſer-
uandus eſt in ſucceſſionibus, non poteſt dici eadem
ratio.

Et quamuis hæres iuſſus familiæ relinquere poſ-
ſit fundum etiam in remotiorem alienare, vt dicit
Caſtr.in d.§. fratre,cũ alijs ſupra adductis, tamen ſi
non alienet in remotiorem, & de eo non diſponat,
& ita eueniat caſus fideicommiſſi, non admittetur
remotior,ſed proximior ſecũdum ordinem graduũ,
21 † vt voluit gl. in l.vnum ex familia,§.1.in verſ. neceſ-
ſariæ,ff.de leg.2.Comen.in d.§.fratre, & ibi etiã Ca-
ſtr.nu.2.verſ.in tractu,ibi,proximus quiſque.Socin.in
conſi.227.nu.6.vol.2.Tiraq.in d.glo.6. nu.7.propte-
reaque maximè eſt differentia, an teſtator diſponat
de re quã prohibitus eſt alienare extra familiã, vel
nõ diſponat. Primo enim caſu ſufficit relictum fuiſſe
vni de familia,& tametſi ille eſſet remotior,non po-
teſt proximior illum moleſtare,quia nõ euenit caſus
fideicommiſſi,ex quo ſatis dicitur reliquiſſe familiæ.
ſi verò grauatus de re illa non diſpoſuit,vel illam in
exterum tranſtulit,tũc proximior de familia admit-
titur,eo autem viuente,non poterit remotior agere,
vt dicit Caſtr.d.§. in fideicommiſſo, & in d.§.fratre.
Ferd.in l.filiusfam.§.Diui,in 1.par.nu.42.ff.de leg.1.
cum igitur hi caſus ſint diuerſi, non licet de vno ad
alium arguere.Secundo reſpondeo,contrarium pro-
cedere, quando ſit ſimplex prohibitio alienandi ex-
tra familiam, tunc enim verum eſt, quòd ſufficit in
remotiorem alienari, vt non ſit locus fideicommiſ-
ſo, ſed ſatisfactum dicatur voluntati teſtatoris, ſed
quando vltra ſimplicem prohibitionem extat etiam
clauſula per modum rationis, quia vult bona rema-
nere in familia,eo caſu non ſufficit rem alicui remo-
tiori relinqui, ſed debet relinqui ei qui eſt proxi-
22 mior,† aliàs ſi remotiori ſit relicta, poterit à proxi-
mo auocari,ita declarat Ruin.in conſi.104.nu.15.&
conſi.119.num.6.verſ.vltra,volum.4.in præſenti au-
tem caſu prohibitio continet cauſam, & ideo ceſ-
ſat argumentum, quia neceſſe eſt, quòd relinquatur
proximiori.

Tollitur quoque argumentum quod ſumitur ex l.
3.§.ſi ad plures,ff. de ſepul.viol. quia procedit cũ ea-
dem res pluribus defertur nõ integrè, nec inſolidũ,
ſed vbi integrè,& inſolidum aliquid vni defertur,&
eo ſubmoto,alijs,vt eſt ſucceſſio, & hęreditas relicta
familiæ,quæ cenſetur primo delata proximiori,& eo
extincto, remotioribus, tunc qui remotioris ſunt
gradus, non admittuntur donec veniat proximior,
d.l.ſi filius qui pater, §. cũ filius,ff.de bon.lib. ita de-
clarat, & reſpondet Tiraq.d.glo.4.num.4.& non eſt
dubium quòd etſi nomen familiæ ſit collectiuum, &
plures includat perſonas,tamen relictum familię ad
proximiores defertur, d.§. fratre, & dictum fuit ſu-
pra, & ideo non repeto.

Remouetur pariter aliud obiectum, de pluribus
fratribus vẽdentibus, vel pluribus hæredibus vnius
venditoris, quorũ vnus põt integrum precium offe-
rendo totam rẽ retrahere: reſponderi enim põt,hanc
opinionem nõ eſſe tutam,quia alij multi cõtradicũt,
23 † vt Caſtr.in l.ſi quis aliam,col.1.ff.ſolut.Crot.& Alc.
in l.4.§.Cato,ff.de verb.obl.quos refert Tiraq.de re-
tractu conuent.§.1.glo.6.nu.33.& ſeq.& idem tenuit
Socin. in l.1.§.ſed & quoties, nu.3.ff. ad Trebell.& in
conſi.16.nu.33.& num.50.in fine,vol.4. vbi ſequitur
Caſtr.licèt aliud ipſe teneat, quando alij quibus ad
retrahendum ius competit,eſſent excluſi penitus; &
hæc opinio ſemper mihi placuit. & quamuis Rube.
in conſ.90.plures referat pro contraria ſententia,tñ
illi non dicunt id ad quod allegantur, vt põt videri
per Gozad. & Cagnol. quos ipſe refert in l. 2. C. de
pact.inter empt. & vend.quinimo Rube. ibi allegat
pro ſua opinione Vbertum de Cremona,qui tñ con-
trarium tenuit,& voluit, quod vnus ex pluribus hę-
redibus non poſſit offerẽdo totum precium, redime-
re totam rem,quando cohæredes neque petunt, ne-
que repudiant, & ita eum tenere refert Firmian. in
ſuo ſecundo repertorio, in verſ. emptor retrouen-
dens,verſ.3.vbi eum ſequitur dicens, quòd ita iudi-
cauit Senis in ardua quæſtione,& idem concludit in
ver. obligatus reuendere, verſ. centeſimouigeſimo-
quinto, vbi refert verba formalia dicti Oberti, qui
primus legit in ſtudio Peruſino, & ea inquit vidiſſe
in libro Caccialup. hoc quoque tenuit Fulgoſ. in l.
quòd ſi nolit,§.idem Marcellus,ff.de edil.edict. cuius
ſententiam etſi falſiſſimam dicat Tiraquel.d.glo.6.
nu. 34. tamen id ipſe intelligit quatenus voluit non
teneri emptorem reuendere partem ſpectantem ad
agentem, niſi toto precio ſoluto: eiuſdem ſententiæ
fuit Crot.in l.4.§.Cato,in 2.lect.num.16.in fine,verſ.
ſecundo fallit, vbi reprobat concluſionem Caſtr. in
l.quod autem,§.fi.ff. de in diem adiect. in recollectis
Florentinis, quia cum venditor habeat ius ſolum
redimendi partem,non poteſt totum precium offer-
re, vel offerendo ius aliquod acquirere vltra por-
tionem ſuam. Apparet igitur opinionem hanc eſſe
communem, quam tenuerunt Obert. de Cremona,
Caſtr. Fulgoſ. Firm. Crot. Socin. & Alciat. & idem
ſi bene aduertatur probat Hormano. in d.§. Cato,
num. 181. dum dicit, ſibi placere opinionem Soci-
ni, & ideo cum vnus ex pluribus venditoribus, vel
hæredibus vnius venditoris, non poſſit ſolum pre-
cium offerendo, totum retrahere, poteſt argumen-
tum retorqueri contra Domi. Cæſarem, & inferri,
quod pari modo vnus ex pluribus ſubſtitutis non
poſſit agere in totum ad fideicommiſſum, & Bal. in
contrarium allegatus, mouetur malis rationibus,
non enim verum eſt, quòd plures venditores qui

ſtipulantur rem reuendi, dicantur duo rei credendi, & quamuis ſolutio poſſit fieri ab alio, id tñ verom eſt, dũmodo fiat alterius nomine, & qñ agit quis ad reuenditionẽ, non tractatur ſolum de ſolutione, ſed an poſſit compellere emptorem ad vendendum. Rurſus, ẽt ſi vera eſſet illa opinio quam tenuerunt Doctores ſupra in contrariũ relati, tñ non obeſſet huic caſui: nam procedit eo, quia obligatus reuendere cenſetur promiſiſſe ſactum indiuiduum, & in ſactis indiuiduis admittitur vnus ex pluribus creditoribus
24 ad petendum totum mediante cautione, † l.1.§.ſi pecunia in ſacculo, ff. depoſi. & in indiuiduis locus eſt præoccupationi, l.ſi pluribus, ff.de leg.1.l.2.§. ſi duo, ff.de dona. at hic ceſſat illa ratio, quia non tractatur de facto indiuiduo, ſed diuiduo, quia cũ res ſint ſubſtituti, quilibet admittitur pro virili, & hæreditas, vel fideicommiſſum eſt diuiſibile in portiones.

Poſtremo non obſtat, quòd ceteri fratres non ſint vtrinque coniuncti: quia cum ex forma teſtamenti Dominæ Catherinæ ſint vocati quicumque de familia, & agnatione Domini Ioannis, ſufficit eos eſſe filios Do. Ioannis, & tunc frater vtrinque coniunctus præfertur cõſanguineo tantum, vel vterino tantum, quando agitur de ſuccedendo fratri. & ita loquuntur omnia in contrarium allegata; ſed cum agitur vt hic, non de ſucceſſione fratris, ſed alterius perſonæ, puta, amitæ, vel materteræ, nõ attenditur huiuſmodi diſtinctio. Accedat, quod ſtante forma fideicommiſſi prædicti, proximiores Domini Ioannis cẽſentur primo vocati, d.§. matre, & §. in fideicõmiſſo. alij verò fratres Domini Cæſaris ſatis dicuntur proximiores Domini Ioannis, ſicut & D. Cæſar, cum & ipſi ſint illius filij, & ideo ex quo coniunctio conſideratur reſpectu patris, omnes filij ęqualiter admittũ-
25 tur, quamuis orti ſint ex diuerſis † matribus, Cæph. in conſi.353.nume.39.& ſeq. vide Dec.conſi.304.nume.2. & num.4.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex fratre, vel ſorore ingrediuntur locum parentum, & ſuccedunt cum amita, vel patruo, vbi agitur de ſucceſſione patrui, vel auunculi.*
2 *Vincens vincentem te, multo magis vincit te. Declara vt nu.23.& 25.*
3 *Argumentum ab euitando abſurdo, valet in ſtatutis.*
4 *Abſurdo pro euitando fit extenſio etiã in materia odioſa.*
5 *Statutum excludens filiam propter maſculum, multo magis videtur excludere neptem ex filio, & excludens matrem propter patrueles, fortius intelligitur excludere propter patruum proximiorem.*
6 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus, nec à ſtatuti verbis eſt recedendum.*
7 *Omiſſum reputatur quod diſponens ſciuiſſet exprimere ſi voluiſſet.*
8 *Excluditur nemo in ſtatutis, niſi à perſonis ſpecificatis.*
9 *Extenſio non eſt licita in correctoriis.*
10 *Exceptionis virtus eſt rem, vel caſum exceptum eximere de corpore diſpoſitionis.*
11 *Ratione ſtatuti ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*
12 *Ratio dicitur mens, & anima legis.*
13 *Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat excluſio.*
14 *Excluſus propter maſculos admittitur, ſi maſculi non extant, vel nolunt, aut non poſſunt ſuccedere.*
15 *Mater ſtatuto excluſa, eatenus intelligi debet excluſa, quatenus ille admittatur, cuius contemplatione fuit excluſa, & non vltra.*
16 *Femina ſtatuto excluſa, ſuccedit ſi maſculi quorum fauore fuerat excluſa, non ſuccedunt.*
17 *Filij incapaces qui ex legis diſpoſitione non poſſunt ſuccedere, non faciunt deficere conditionem.*
18 *Prodeſſe qui ſibi ipſi non poteſt, non debet alij obeſſe.*
19 *Excluſa perſona à ſtatuto, ſi concurrat cum non excluſa, tunc excluſa admittitur beneficio non excluſæ.*
20 *Coniuncti ratione conſequitur quis id, quod per ſeipſum cõſequi non poterat.*
21 *Caſus omiſſus à ſtatuto, habetur pro omiſſo, & attenditur ius commune.*
22 *Statutum non extenditur ad caſus non expreſſos.*
23 *Regula, ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te, quomodo procedat.*
24 *Statutum excludens feminas propter maſculos, non cenſetur vocare feminas vbi non extant maſculi.*
25 *Regula, ſi vinco vincentem te, multo magis vinco te, non habet locum in ſtatuto iuris communis correctorio, nec quãdo eſt diuerſa ratio vincendi inter vnũ, & aliũ caſũ.*
26 *Fauore alicuius inducta non poſſunt allegari niſi ab eo, cuius fauore fuerunt inducta.*
27 *Nullitatem actus allegat is tantum in cuius fauorem eſt nullus.*
28 *Legitimationem nemo impugnat, niſi ad cuius fauorem eſt nulla.*

CONSILIVM CCCCXVI.

AD ſucceſſionem Dom. Petri Albergati, concurrunt ſoror, & Illuſtris Dominus Antonius Arioſtus, illi nepos ex ſorore, necnon eiuſdem defuncti neptes ex fratre, & rurſus patruelis quem vulgus dicit conſanguineum germanum. & quamuis communi iure inſpecto res clara ſit, quia excluſo patruele qui eſt in quarto gradu, vt in §.quarto gradu, Inſtit.de gradib. cognat. in l.Iuriſconſultus, §.quarto gradu, verſ.eodem gradu, ff.de grad.affin. ſuccederent ſoror, alterius ſororis filius, & filia fratris, quia tali caſu cum de patrui, vel auunculi ſucceſſione tractatur, nepotes ex fratre, vel ſorore ingrediuntur locũ patris, vel matris, & cũ a-
1 mita, vel patruo † ſuccedunt ſimul.§. ſi igitur defunctus, & §.cum filius, de hęre. ab inteſt.venient. Auth. Ceſſante, C.de legit. hæred. Abbas in conſil.80.col.1. vol.1.vbi loquitur in filio, vel filia ſororis. Alexan.in conſ.44.nu.15.vol.5.Dec.conſ.527.nu.1.2.& 12.Crauet.in conſi.127.nu.2.Natta in conſ.424.nu.3.Becius conſi.16.in princ.& procedit etiam in ſucceſſione feudi. Pariſ.conſi.5.nu.44 conſi.3.nu.42.& 45.vol.1.ſed difficultatem facit Bononienſe ſtatutum, ſub Rub.de ſucceſſ.ab inteſtato aſcẽd.& collater.in §.agnati nãque, vbi agnati intra quartũ gradum excludũt feminas omnes etiam agnatas, & intra quartum gradũ proximiores, exceptis ſororibus, & filiabus fratrum: nam ſi ſoror defuncti, & filia fratris eiuſdem excludit patruelem, vt in ſtatuto, multo magis excludet filium ſororis, qui ex eodem ſtatuto excluditur à patruele: quia ſi vinco vincentem te, multo magis vin-
2 co te.† l.de acceſſionib.ff.de diuer.& tẽpo.præſcript. l.æquiſſimũ, ff.ad Tertull. Oldr.in conſi.198.nu.6.cũ infinitis adductis per Niconit.in Rub.ff.de oper.noui nunciatio. nu.255. Card. Mantica de coniect.vlt. volunt. lib.10. tit.7. nu.6. & hæc regula locum habet etiam in ſtatutis. Bald.in conſi.258.volum.2.& alibi ſæpè per Doctores, & abſurdum eſſet, ſi filius ſororis excluſus à patruele non excluderetur à ſorore, quæ patrueli præfertur, & in ſtatutis valeat argumẽ-
3 tum ab euitando abſurdo, † l. nam abſurdum, ff.de bon.libe.Bald.in conſi.365.volum.4.vbi dicit, in omni diſpoſitione vitandũ eſſe abſurdum, & proeo vi-

tando

4 tando fit extenſio etiam in materia odioſa.† Alex.in
conſ.36.col.fin.vol.6.Iaſ.in Auth.Quas actiones,col.
7.C.de ſacroſan.Eccl.Ripa,in l.ſi conſtante,num.71.
ff.ſolut.matr. Card. Mantica,lib.3.tit.7.num.1. Hinc
Bal.in l.quod verò,ff.de legib.inquit, quod ſtatutum
excludens filiam propter maſculum, multo magis
videtur excludere neptem ex filio.Iaſ.conſi.211.col.
2.vol.1. & ſtatutum excludens matrem propter pa-
trueles, fortius intelligitur excludere ꝓpter patruũ
5 proximiorem.† Corne.in conſ.188.vol.2.& infinitas
ſimiles deciſiones cõgerit Brun.de ſtatut.excluſ.fem.
art.6.nu.109.& ſeq.Pariſ.conſi.49.nu.50.vol.3.

Sed contrariam ſententiam amplector tanquam
veriorem,atque æquitati,& iuri communi magis cõ-
formem, quod imò in hoc caſu ius commune atten-
datur, & ſecundum ius commune ſuccedant ſoror
alterius ſororis,filius,& filia fratris,nulla habita ra-
tione ſtatuti,quod in caſu noſtro non militat:nam in
ſtatuto nullum extat verbum, quod filios ſororis ex-
cludat propter ſorores ipſas,ergo quod non dicit ſta
tutum,nec nos dicere debemus, l.illam, Cod.de col-
6 lation.& à ſtatuti verbis non eſt recedendum,† Bar-
tol.l.quòd conſtitutum,de teſtamen.milit. Dec.con-
ſil. 563.nume.7. Grat. conſil.112. nume.24. Crauet.
conſil.250.colum.pen.& ſtare debet quod non repe-
ritur expreſsè correctum, l.præcipimus, Cod.de ap-
pell.& ſi voluiſſet ſtatutum filias fratris, vel filios ſo-
roris excludi à ſorore,dixiſſet,ſicuti fecit quando vo-
luit eas excludi ab agnato: cum autem non expreſ-
ſerit,non videtur hoc voluiſſe,† l. vnica, §. ſin autem
ad deficientis, C. de caduc.tollen.Dec.conſi.211.nu.
3.Grat.conſi.39.num.10.vol.1.Becius conſi.12.nu.44.
vbi alios citat.

Secundo moueor, quia in ſtatutis eſt regula, quod
nemo excluditur niſi à perſonis ſpecificatis. † Bald.
in l.ſed & militis,in princip.ff.de excuſ.tutor. vbi in-
fert,quod ſi ſtatutum mandat filium excludere ſoro-
rem,ſeu filiam,non erit locus excluſioni ſi adſint ne-
pos ex filio. Dec.in conſi.625. nu.2. & conſil.688.nu.
2.Iaſ.in Rubr. ff.de acq. poſſ. num.21. & ſeq. vbi poſt
Bald.dicit,quod dato vno inconuenienti, non debet
dari,& alterum quod ſit maius,ideo infert,quod etſi
à ſtatuto ſoror non ſuccedit fratri, non tamen ideo
frater prohibebitur ſuccedere ſorori. Tiraquel.alios
citans de retract.conſang.§.1. gloſſ.9.nume.188. Ru-
be.in conſil.94. numero 6. Cæphal. in conſil. 22. nu-
me.24.Purpur.conſil.145.num.4.Gabriel.conſi.100.
num.28. in 2.volum. Riminal.conſi.279.nume.72. in
propoſito autem licet ſtatutum velit agnatos præfer-
ri feminis, non tamen mandat nepotes ex ſorore
poſtponi ſororibus.

Tertio ſtatutum priuilegiat agnatos,vt præferan-
tur feminis; in caſu autem noſtro, non poteſt eſſe lo-
cus priuilegio, quia caſus non euenit ſtante ſorore,
quæ agnatis ex eiuſdem ſtatuti diſpoſitione præfer-
tur,vt infra dicam, ergo locus eſt iuri communi. Bal.
in d.l.ſed & milites,in princip. ff. de excuſ.tutor. vbi
pluribus iuribus confirmat.

Quarto ſtatutum excludit filium ſororis, quando
non extat aliqua ſoror,non ergo debet extendi ad ca
ſum quando ſoror adeſt, quia extenſio non eſt licita
in correctorijs, † vt per Doctor. in Authen. Quas a-
ctiones, Cod. de ſacroſan. Eccleſ. etiam ſi eadem ſit
ratio,l.præcipimus,C.de appellat.l.ſi vero, §.de viro,
ff.ſolut.matr. Abb. conſil.55. colum.penul. volum.2.
Ripa,in l.ſi conſtante,numero 57. ff.ſolut. matr. Cra-
uet.pro Genero,nume.85.Natta conſil.424. nume.5.
quinimo ſi quoque ſit maior ratio gloſſ. & Doctor.
in d.Authen.Quas actiones,vbi Iaſ.num.21. Iaſ.in l.
de quibus,num.14.ff.de legib. Dec.in l.non debet,cui
quòd plus,num.4.ff.de reg.iur.Curt.iun.conſil.6.nu.
13.Soc.iun.conſil.26.nu.5.vol.1.Ripa,d.l.ſi conſtan-
te,num.59.Crauet.de antiquit.temp. par.4.§.videa-
mus,nume.22.Bellon.conſil.42.nu.9.Rolan.conſ.74.
nu.17.in 3.vol.deciſ.Oſaſc.21.num.13. Cæphal.con-
ſil.55. nume.5. Menoch.de adipiſcen. poſſeſſ. rem.4.
num.35.& ideo Bald.in l.illam,C.de collation.col.1.
dicit,quod ex quo priuatio ſtatuti, vim habet exhæ-
redationis, ſtatutum intelligitur ſolum excludere
in caſibus expreſſis,& idem Bal.in Authen.Ex teſta-
mento,num.5.C.de ſecund.nup.ait,quod in materia
priuatiua id quòd nõ eſt expreſſum non inducit pri-
uationem. ſequitur Menoch. conſil.250.num.121.&
ſtatutum continens ius ſpeciale, difficilius extendi-
tur quam ius commune, l.eius, §.militia, ff.de teſta-
men.milit. Marcobrun.poſt Iaſ.in conſi.62.num.22.
& id eſt in caſu noſtro indubitatum:quia non eſt ea-
dem ratio excludendi nepotes ex ſorore, propter a-
liam ſororem, quæ eſt in excludendo,propter agna-
tos,vt dicam infra in diſcurſu.

Quinto cum caſus exceptus fuerit, quando extat
ſoror,vel filia fratris,vtique de maſculi exiſtentia nõ
eſt curandum: nam exiſtente ſorore,vel filia fratris,
tunc ſtatutum nullum tribuit priuilegium agnatis,
virtus enim exceptionis eſt rem, vel caſum exceptũ
10 extrahere, vel eximere de corpore diſpoſitionis,†vt
inquit Bald.in c.1.nu.13.de Cap.qui cur.vendidit.&
dicit Ang.in conſ.290.nu.5.quod virtus exceptionis
eſt falſificare regulam in caſu excepto, & quod exci-
pitur perinde habetur, ac ſi non eſſet in diſpoſitione
incluſum; nos itaq; ſumus in caſu excepto, quia ex-
tat ſoror, & filia fratris, ergo debemus de hoc caſu
iudicare,ac ſi agnati nulli extarent, & ſicuti non ex-
tantib. agnatis filia ſororis ſuccederet,ita ſuccedere
debet, qñ extat agnatus,ſed ex forma ſtatuti nõ præ
fertur feminis ex quo in caſu excepto nullis ꝓfertur.

Sexto ſtatutum prædictum præferens agnatos fe-
minis fundatur ſuper ratione conſeruãdæ agnatio-
nis,vt admittit Grat.conſ.20. nu.14.vol.1.licet velit
hanc eſſe vnicam, & abſolutè tenet Monterent.ad d.
§.agnati,namque hæc autem ratio ceſſat, quando a-
gnati non ſunt vocati nec ſuccedunt, vt in caſu no-
ſtro:nam ſoror, & filia fratris excludit agnatum, vt
11 dixi; ceſſante autem ratione, ceſſat diſpoſitio, † l.in
omni,vbi Bart.ff.de adopt.Tiraq. latè in tracta.ceſ-
ſan.cauſa,in prin.num.12.& ſeq.& non mirum, cum
plus poſſit ratio quam diſpoſitio, glo.in c.conſuetu-
do,diſtin.1.Niconit.in Rubr.ff.de oper.noui nuncia.
nu.195. Rebuſ.in l.vnica, nu.183. C.de ſent.quæ pro
eo,quòd inter.& ratio dicitur mens, & anima legis,
12 †vt inquit Din.in c.fi.in fi.de reg.iur.in ſexto.Tiraq.
loco prædicto, nu.133. & ſeq. & conſequenter ceſſa-
re debet priuilegium, quòd agnatis conceditur, vt
ſcilicet excludant feminas.

Septimo nulli dubium,quod feminæ excluduntur
à ſtatuto prædicto, propter agnatos,vbi verò agnati
non ſuccedunt,vel non poſſunt ſuccedere,tunc ceſſat
cauſa excluſionis, ergo iure merito ceſſare debet fe-
minarum excluſio, l.Gallus, §.in omnibus,& l.inter
cetera, ff.de liber. & poſthum. l.ſi is qui,ff.de inoffic.
teſtam. vbi dicitur, quod excluſionis cauſa ceſſante,
13 ipſa quoque ceſſat † excluſio, & ſemper excluſio re-
ſtringi debet ad ſuam cauſam, l.cancellauerat, ff.de
his quæ in teſtamen. delent. Dec.in conſil.379.nu.7.
vbi dicit, quod limitata excluſionis cauſa, limitatã
producit excluſionem. Tiraq.d.tract.par.1.num.94.
vbi alios citat,& nu.142.poſt med. Becius conſ.107.
num.19.& idem argumentum deduci poteſt à ratio-
ne

Digitized by Google

ne excluſionis, quæ eſt animus conſeruandæ agna-
tionis: nam cum agnatus hoc caſu non poſſit ſuc-
cedere ſtante ſorore, & filia fratris, quæ ipſum ex-
cludunt, ceſſat cauſa propter quam ex eo ſtatuto fi-
lij ſororis excluduntur, ergo ceſſare quoque debet
eorum excluſio.

Octauo ſi non extaret aliquis agnatus, certum eſt
quod filij ſororis admitterentur cum ſorore, & filia
fratris ad ſucceſſionem auunculi, quia nullo in loco
ſtatuti legitur, quod ſoror excludat nepotes ex ſoro-
re, & ſolum reperitur, quod nepos excluditur ab a-
gnato: vbi enim excluditur quis propter maſculos,
14 admittitur ſi maſculi non † extant. Ange. in §. ſi quis
autem, in verſic. auferri, in Auth. de hæred. & Falcid.
Caſtr. in conſ. 191. col. 2. vol. 2. Tiraq. d. tracta. ceſſan.
cau. par. 1. num. 95. Becius d. conſ. 107. nu. 18. vbi alios
citat. ſed paria ſunt, quod agnatus nõ extet, vel ex-
tans non ſuccedat, quia nolit, vel non poſſit, l. 1. §. li-
berum, ff. de admin. tutor. l. ſiue, §. fin. ff. de iure patro.
l. ſi ex modica, §. filius, ff. de bon. lib. & ita dicit Bart.
in l. 1. §. qui habebat, nu. 4. verſ. quandoque non ſucce
dit, ff. de bonor. poſſ. contra tab. vbi dicit, quod habe-
tur perinde, ac ſi non eſſet in rerum natura, & nu. 7.
dicit, quod ſi maſculus non vult ſuccedere, nõ obſtat
ſorori excluſæ. & idem Barto. in l. 2. §. ſed ſi ſint, ff. ad
Tertull. inquit, quod tunc maſculi excludunt femi-
nam, quando ipſi ſuccedunt, & dicit Ang. in conſ. 68.
num. 2. quod mater ſtatuto excluſa, eatenus intelligi
debet excluſa, quatenus ille admittatur cuius con-
15 templatione fuit excluſa, & non vltra. † hinc Bald.
in l. 1. nume. 11. C. de ſecund. nupt. dicit, quod mater
quæ ex forma ſtatuti habet ſolum octauam partem,
conſequetur totam hęreditatem, ſi ceteri repudient.
& hanc ſententiam probauit quoque Alex. ad Bart.
d. §. ſed ſi ſint, eamque dicit communem Socin. conſ.
35. num. 26. vol. 4. Soc. iun. conſil. 28. num. 10. vol. 3. &
idem dicunt Doctores, quando maſculus non ſucce-
dit, eo quia teſtamento defuncti i excluſus, ſecundum
Ang. & Imolam, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de
liber. & poſthum. Roman. in l. vt liberis, num. 6. C. de
collation. Alexan. in conſil. 69. num. 1. vol. 1. Corneus
conſil. 107. num. 8. volum. 2. Tiraquel. de primogenit.
quæſt. 53. num. 36. alios citat Menoch. conſi. 206. nu-
me. 72. & 81. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verſic. ſuſce-
perit liberos, num. 107. C. de reuoc. donat. vbi ait, pa
ria omnino eſſe, non ſuccedere, vel non eſſe in rerum
natura. & infert, feminam excluſam ſtatuto, ſuccede
re, ſi maſculi quorum fauore fuerat excluſa, non ſuc-
16 cedunt. † Dec. in l. precibus, num. 11. C. de impuber.
Zuccard. in Rubr. C. qui adm. num. 26. vbi dicit com
munem, Natta conſil. 74. num. 21. vbi loquitur ſiue
maſculi ſint exhæredati, ſiue ex alia cauſa incapa-
ces. Veg. in conſil. 58. nume. 34. verſicu. aliud, vbi di-
cit, quod mater excluſa ſtatuto, propter agnatum,
admittitur quando agnatus per ſtatutum priuatur
ſucceſſione, eo quod pupillo tutorem non petierit, al
legat text. in l. 2. §. fin. ff. ad Tertull. vbi glo. & Barto.
Cæphal. conſi. 22. num. 16. vbi vult, quòd agnatus de-
portatus vel bannitus, non excludat feminam. idem
Cæpha. in conſi. 619. num. 14. vbi idem tenet in agna
to forenſi, qui ex forma ſtatuti non poteſt ſuccedere.
& multos ad hoc citat Marzar. in conſi. 30. nume. 13.
& 14. Zanch in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 128. &
nu. 136. ff. ad Trebell. vbi dicit communem. Oddo in
tract. compend. par. 5. nu. 17. vbi ait, quod etſi mater
vel aliæ perſonæ excluſæ non faciant deficere condi-
tionem, tamen hoc fallit, quando agnati excludẽtes
non fuerunt ſubſtituti, eſt verum, ꝙ nihil allegat. Ri-
minal. conſi. 353. nu. 45. conſ. 45. conſ. 457. nume. 73.
& conſi. 468. nu. 73. & quamuis certis in caſibus nõ
deſint Doctores cõtradicẽtes, pręcipuè, quãdo agna-
tus non ſuccedit, quia in teſtamento fuerit excluſus,
vt per Bart. in l. 1. §. ſi pater, ff. de coniung. cum eman-
cip. lib. quem ſequuntur Caſtr. Aff. & alij multi cita-
ti à Menoch. in conſi. 206. num. 73. tamen certum eſt,
cõtra Bartolum eſſe communem opinionem, vt pro-
bant Ang. Imola, Caſtr. Rom. Alex. Corn. Soc. Ruin. &
alij citati ab eodem Menoch. d. conſi. 206. num. 72. &
conſtat etiam ex ſupra relatis. Præterea, illi loquun-
tur quando agnati impediuntur ſuccedere facto te-
ſtatoris, nõ autem propria voluntate vel culpa, quod
non eſt in caſu noſtro, in quo agnati illi excluduntur
ab ipſa lege, ſeu ſtatuto, ſtante ſorore vel filia fratris:
nam vbi à lege excluduntur, tunc habentur pro mor-
tuis, & non magis excludunt feminam quam ſi ipſi
non eſſent in rerum natura, ſecũdum doctrinam Bar.
in d. l. 1. §. qui habet, nu. 3. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.
quam ſequuntur multi ſupra per me allegati. quibus
etiam multos addit Menoch. d. conſil. 206. nu. 46. vbi
eo caſu tenet admitti matrem à ſtatuto excluſam,
quando pſona excludens eſt incapax, & inſucceſſibi
lis, & ad noſtrum propoſitum allegat Bart. in l. filiuſ-
familias, §. cum quis, ff. de leg. 1. vbi vult, quòd filij in-
capaces qui ex legis diſpoſitione non poſſunt ſucce-
17 dere, non faciunt deficere conditionem. † Ang. Imo-
la, Socin. Ruin. & Socin. iun. quos citat Menoch. eo
loci, nu. 47. Craſſus alios citans, §. fideicommiſſum, q.
35. nu. 3. at in facto negari non poteſt quin agnati vl-
terioris gradus, & in caſu de quo agimus, patrueles
excludantur à ſucceſſione per legem ipſam, ſtante ſo-
rore: nam vt in princip. dixi, inſpecto iure communi,
præfertur is qui eſt in gradu proximior, ſiue maſcu-
lus ſiue femina: ſtatuto autem attento, patruelis ex-
cluditur à ſorore, quia ſtatutum dicit, quòd præfer-
tur omnibus feminis ſorore excepta, ergo tanquam
agnatorum excluſio proueniat à lege, ſiue commu-
ni, ſiue municipali, sẽper eſt locus perſonæ quæ aliàs
erat excluſa, ſi agnatus potuiſſet ſuccedere, & vulga-
ta eſt regula, quod qui ſibiipſi prodeſſe non põt, non
18 debet alij obeſſe, † l. qui repudiantis, in princip. ff. de
inoffic. teſta. l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de bono. poſ-
ſeſſ. contra tab. Rom. conſ. 399. in fine. Brun. de ſtatut.
excluſ. art. 7. num. 12.

Nono quando cum perſona ſtatuto excluſa con-
currit perſona non excluſa, tunc excluſa admittitur
19 beneficio non excluſæ, † eſt text. in l. 2. §. ſi ſit conſan-
guinea, ad Tertullian. per quem dixit Bar. in d. l. 1. §.
qui habebat, ff. de bon. poſſ. contra tab. quod etſi ſoror
ſtatuto ſit excluſa propter fratrem, tamen ſuccedet ſi
concurrant mater, & frater ex vno tantum latere cõ-
iunctus, quia mater quæ cum non ſit excluſa præfer-
tur fratri ex vno latere tantum, remouet impedimẽ-
tum. idem voluit Bald. in l. ſi quis filium, in fine, C. de
inoffic. teſtamen. Ruin. in conſi. 110. num. 13. volum. 3.
Gabriel. in conſi. 15. nume. 9. vbi addit Ruin. & Rub.
Brun. de ſtatuto excluſ. femin. art. 6. num. 126. Sfortia
Oddo, in conſi. 36. num. 12. Ioſeph de Ruſtic. tract. an
& quando filij in conditione poſiti, lib. 2. c. 2. num. 25.
ſic etiam mater quæ ſtante patruo excluditur à ſta-
tuto, ſuccedet, ſi cum patruo extet ſoror, quæ non eſt
excluſa, vt voluit Collegium Peruſinum in conſi. 210.
inter conſil. Angel. & ſecutus eſt Anchar. in cap. Ca-
nonum ſtatuta, de conſtitutio. Imol. Alex. Corneus,
Ruin. Pariſ. Decius, Rub. & Cæph. quos adduxi in cõ-
ſil. 100. num. 7. Riminal. ſen. conſi. 287. num. 3. Rimin.
iun. in conſil. 249. nume. 42. & ſequen. vbi addit Bar-
bat Capram, Brun. & Gabr. idem Rim. in conſil. 284.
num. 38. Sfortia Oddo, d. conſil. 36. nume. 20. & ſeqq.

vbi

Digitized by Google

vbi multas alias ſimiles congerit deciſiones. Ioſeph.
d.c.5.nu.23.& 25.& ego quoque nonnullos allegaui
in conſ.100. nu.6.& ſeqq. ſic ergo erit in contingenti
facto, quia etſi filij ſororis excludantur à patruele,
quando non extat ſoror, tamen ex quo adeſt ſoror,
quæ patruelem excludit, admittentur cum ſorore fi-
lij quoque alterius ſororis.

Et non mirum, cum ratione coniuncti conſeque-
tur aliquis id quod per ſeipſum conſequi non poſſet,
20 † l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amitt.
quam regulam probat Alexan. in conſi.122.num.15.
ver.& iudicio, vol.4. & latè exornat Barbat. conſ.36.
num.18. vol.4. latius Iaſ. in l. ſi emancipati, num.5.&
pluribus ſeqq. C. de collatio. Marſil. in ſing.180. quã-
quam, vt dicam infra, filij ſororum in facto noſtro be
neficium hoc verè non conſequuntur, ratione cõiun
cti, ſed à iure cõmuni, quia excluſio fuit limitata ad
caſum in quo non extaret ſoror; quæ limitatio non
habuit locum propter ſororis exiſtentiam. & in ca-
ſu excepto à ſtatuto locus eſt iuri communi, & hoc
ſeruit pro decimo fundamento, quia caſus omiſſus
habetur pro omiſſo in ſtatutis, & ius commune at-
21 tenditur. † cap. penult. de iureiur. cap. in noſtra, de
iniur. Bal. in l. ſi plures, col.8. ver. iuxta prædicta for-
matur, C. de cond. inſert. & in conſ.452. in princ. vo-
lum.1. Signor. Anchar. Alex. Barbat. & Dec. quos ci-
tat, & ſeq. Tiraquel. de retractu conſanguin. §.20. gl.
vnica, num.11. Socin. in conſil.32. nume.18. vol.1. vbi
inquit hoc procedere, nõ ſolum in ſtatuto, ſed etiam
in Lege, Canone, Iudice, in Procurante, in Appellan-
te, in quocunque Superiore, & in Imperante. Crot.
in conſ.74. num.24.& in conſi.98. nu.1. Pariſ. in con
ſil.54. num.25. conſil.56. nu.25. conſ.78. nu.24. vol.2.
Soc. iu. in cõſ.8. nu.20. vol.1. Bero. in conſ.153. nu.26.
vol.1. Neuiza. in conſ.58. num.5.& 7. Natta in conſ.
469. nume.9.& 10. Cephal. in conſ.26. nu.16.& conſ.
151. num.61. Caualcan. de tutor. num.82. Ioſeph. Lu-
dou. deciſ. Peruſ.9. nu.31. Anchar. familiar. quæſt.43.
num.3.& quæſt.66. num.18. par.2. qui omnes loquun
tur in ſtatutis, & inferunt ad plures egregias quæ-
ſtiones. Quare cum hic caſus non ſit deciſus nec ex-
preſſus à ſtatuto, iudicandus erit ſecundum ius com
mune, præcipuè cum non ſoleat ſtatutum extendi ad
22 caſus non expreſſos. † Dec. conſ.451. Pariſ. conſ.49.
nu.63. vol.3. Menoch. alios citans, in conſ.250. num.
121. Magon. deciſ. Florent.147. nu.9. vbi dicunt, ex-
cluſionem inductam à ſtatuto, non vendicare ſibi lo
cum niſi in caſu expreſſo: quia ſtatutum inducit pri-
uationem, quæ non ſubintelligitur, niſi præcisè dica-
tur, & quia ſtatuta ſtrictè intelligenda non ſunt, &
vbi eorum verba non conueniunt, non etiam conue-
nit diſpoſitio, & inferunt ad plures caſus quos omit
to, ne iuſto ſim longior, & quia apud eos videri poſ-
ſunt cumulatè congeſti.

Vndecimo, de caſu noſtro non eſt dubitandum,
quia in proprio iſto ſtatuto hoc ipſum conſuluit Be-
ro. in conſ.150. per totum, vol.2. vbi vult, quod extan
te ſorore, quæ non eſt excluſa, non ſit locus diſpoſi-
tioni ſtatuti, nec admittatur agnatus, ſed filius alte-
rius ſororis ſuccedat vnà cum ſorore non excluſa.
idem tenuit Lauren. de Pinu, in conſi.66. per totum,
vbi ponderando verba ſtatuti, id clarè demonſtrat.
Zouanet. in conſ.44. & hos omnes citat Monterent.
ſuper d. ſtatuto, verſi. agnati namque. atque hoc mo-
do habemus rationes, claras deciſiones, & Doctorũ
authoritates, propterea nõ eſt de hoc caſu ambigen
dum tanquam clariſſimo; cui concluſioni conſonat,
quod hoc modo minus læditur ius commune, & res
reducitur ad eiuſdem iuris communis diſpoſitionẽ,
& euitatur correctio quæ eſſet odioſa iſto caſu, ſi ſo-
ror excluderet filium alterius ſororis, quando agna-
tionis ratio conſiderari non poteſt, vt dicam melius
paulò inferius.

Nec obſtat Regula, Vinco vincentem te, quæ meo
iudicio ſola poteſt in contrarium allegari, cetera e-
nim omnia vt demonſtrabo, ſunt extra rem, quan-
doquidem, illa non procedit, quando vincens non
23 ſuccedit in ius victi, nec vtitur iure victi. † ita Bart.
in d. l.1. §. qui habebat, nu.4. verſ. quandoque ille qui
eſt remotior, ff. de bon. poſſ. contra tab. Bal. in conſil.
447. in fine, vol.4. Aret. in conſ.158. nu.3. ver. nec ob-
ſtat quod agnatus. Corneus in conſ.28. nu.11. vol.5.
Soc. conſ.28. nume.29. vol.4. Pariſ. conſ.42. num.113.
vol.3. Niconit. in Rubr. ff. de oper. noui nunc. nu.255.
Menoch. conſil.234. nu.22. Gabriel. in conſi.15. nu.7.
vol.1. vbi poſt Aret. Corn. & Rube. dicit, quod in du-
bio non dicitur vincens ſuccedere in ius victi: at in
facto præſenti, ſoror quæ agnatum vincit, non ſucce-
dit in ius agnati, nec ex perſona agnati, quinimo, re-
tinendo ius ſibi conceſſum à diſpoſitione legali, ex-
cludit agnatum, vt pulchrè declarat Aret. d. conſil.
158. ita reſpondet Bero. d. conſil.150. nume.10. ſoror
namque in caſu noſtro eſt proximior, quam ſit pa-
truelis, ideo pro ſe habet ius commune, & ſuccedit
eo iure, non autem ex ſtatuto, quod voluit feminas
excludere, & agnatos maſculos includere, vt arguit
Dec. in conſ.364. nu.2. vbi dicit, ſtante ſtatuto femi-
narum excluſiuo propter maſculos, non cenſeri vo-
24 catas feminas, vbi non extant maſculi; quia ſtatutũ
inductum ad excludendum, non producit incluſio-
nem. ſequitur Menoch. in conſi.362. nu.35. Rimin. in
conſi.31. nu.66. & ante eos Roman. conſ.399. per to-
tum. Brun. de ſtatu. excl. art.7. nu.9. Curt. iun. in conſ.
proximè allegando. Cum ergo ſoror ex vi iuris com
munis ſuccedat, non autem ſtatuti, non poteſt præ-
tendere excluſionem filiorum alterius ſororis.

Reſpondeo ſecundo, quod ea regula non habet lo-
cum in ſtatuto iuris communis correctorio, quale
eſſet noſtrum, ſi daremus ſororem poſſe excludere
25 nepotes ex alia ſorore. † ita ſuſtinet Alexan. in l. il-
lam, C. de collation. & in alijs locis citatis à Curt.
iun. qui eandem probat limitationẽ in conſi.5. nu.8.
vbi omnino videatur. Menoch. in conſil.234. in fine,
vbi allegat etiam Decian. in conſil.13. vol.3.

Tertio reſpondeo, quod regula non vendicat ſibi
locum quando diuerſa eſt ratio vincendi inter vnũ,
& alium caſum: quia tunc ſi vinco vincentem te, non
tamen vinco te, ita limitat Cin. in Auth. Licet, C. de
natural. lib. & ſequitur Salic. ibi, & in Authen. Quo
iure, C. qui potior. in pigno. habe. Ioan. Andr. in cap.
authoritate, de conceſſ. præben. in ſexto, vbi Gemin.
dicit, quod regula non habet locum quando cauſæ
vincendi ſunt diuerſæ. Roman. conſil.436. circa fin.
Bero. in conſ.46. nu.31. vol.1. Felin. in cap. paſtoralis,
in princ. de offic. ordin. & dixi in conſ.138. num.19. in
propoſito verò non eadem ratio eſt in ſorore vincen
di nepotem ex alia ſorore, quæ eſt in agnato, ſeu pa-
truele vincendi filios ſororis, quoniam in patruele
ſubeſt ratio conſeruandæ agnationis, quæ omnino
ceſſat in ſorore. & quæ ratio agnationis operatur, vt
maſculus vlterioris gradus excludat feminã remo-
tiorem: in ſorore autem non militat ratio agnatio-
nis; & cũ filius alterius ſororis ſuccedat in locũ ma-
tris, & conſequenter ſit in eodem gradu, nulla ſubeſt
ratio quod excludatur à ſorore. & in ſumma, nulla
põt conſiderari ratio, quare ſoror debeat nepotẽ ex
altera ſorore excludere, nõ quidẽ agnatio: quia neu-
tri conuenit, non etiam ſexus; quia ſi hic attendere-
tur,

tur, ſoror eſſet à nepote excludenda, non proximitas: quia ſunt in eodẽ gradu propter repreſentationis commodum; ergo iniuſtum, inhumanum, & impium eſſet, ſi excluderetur. quare non modo non eſt abſurdum quod nepos ex ſorore non excludatur ab alia, ſed abſurdiſſimum eſſet ſi excluderetur. quocirca argumentum ab abſurdo vitando quod ſubijcebatur, retorquetur aptè contra ipſam ſororem.

Quod ſi fortè ſoror diceret nepoti, tu es excluſus à patruele, ergo mecum concurrere nõ potes; reſpondere poſſet ex ſupradictis, videlicet, quod ſtatutum tunc ſolum nepotem hunc excludit, quando ſoror non extat; at hic caſus non euenit, quia extat ſoror, & excluſus vno caſu, nõ cenſetur excluſus alio. Item excluſio ſtatuti locum habet ſolum, quando maſculus cuius fauore inducta eſt excluſio, poteſt ſuccedere. Hic autem nõ poteſt maſculus ſuccedere. Tertio, ſoror hoc modo allegaret ius tertij, quod non eſt in totum, nec ipſo iure excluſiuum intentionis agentis, ideo allegatio ſibi non prodeſt, l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeru. vend. quòd autem non ſit in totum, nec ipſo iure excluſiuum, probatur: quia inducta ad fauorem alicuius, non poſſunt allegari niſi ab illo cuius fauore fuit aliquid ſtatutum, vt de caducitate
26 † dicunt gloſſ. & Doctor. in l. 2. C. de iure emphyt. cum ſimilib. & dicit Ruin. conſi. 48. num. 12. volum. 4. quod nullitatem actus allegat is ſolus in cuius fa-
27 uorem eſt nullus. † alios citaui in conſi. 284. num. 7. Sic indignitatem hæredi nemo opponit præter fiſcum, gloſ. in l. his conſequenter, §. 1. ff. famil. heriſc. Sic legitimationem nemo impugnat niſi is ad fauo-
28 rem cuius eſt nulla. † Ruin. cõſi. 85. nu. 6. conſ. 93. nu. 8. vol. 3. Pariſ. conſi. 1. nu. 152. vol. 4. & plura ſimilia allegando probaui in conſi. 1. nu 84. & ſequen.

Et pro clariori omnium declaratione aduertendum exiſtimo, qđ etſi Doctores varias forment quæſtiones ſuper ſtatuto excluſiuo, præcipuè, an ſtatutum excludens vnam perſonam, extendatur ad aliam, tamen illę omnes non ſunt in caſu noſtro conſiderandæ, nec conueniunt facto noſtro, in quo agimus ſolum, an euenerit caſus à ſtatuto deciſus, per quem filij vnius ſororis excluduntur, & ſanè, cum tunc ſolum excludantur, quando maſculus ſuccedit, & excluſio ſit fauore maſculi inducta, ceſſat maſculo non ſuccedente, vel ſorore exiſtente.

Quocirca concludo, quod filij ſororis admittendi ſunt ad ſucceſſionem auunculi cum ſorore, ipſa & cum filia fratris, excluſo agnato, & conſequenter Do. Antonium Arioſtum ius fouere in præſenti cauſa, & idem omnino per eaſdem rationes dicerem, ſi non extaret aliquis agnatus, & ſupereſſet, vel ſola ſoror & filia fratris, quia quoad iuris deciſionem, caſus prædicti non ſunt diuerſi, ſed reguntur eiſdem regulis, & rationibus.

S V M M A R I V M.

1 *Verba vbi non conueniunt, ibi non conuenit diſpoſitio.*
2 *Supraſcriptis, hæc dictio, relationem facit ad omnes caſus præcedentes, & ad illos ordinaria reſtringitur.*
3 *Supraſcriptos, hæc dictio, non refertur ad eos, qui mente, & intellectu percipi poſſunt, ſed ad eos tantum referenda eſt qui oculis corporalibus legi poſſunt.*
4 *Dictis, dictio, reſtringitur ad præcedentia, & ad illa refertur, & repetit omnes qualitates caſus antea relati.*
5 *Statutum loquens in caſu ſimplici, an habeat locum etiam in caſu mixto. remiſſiuè.*
6 *Statutum etiam odioſum, includit caſum mixtum, quando de vtroque ſimplici caſu eodem modo diſponit.*
7. *Superfluum non dicitur ſtatutum, ſi tollit dubitationem quæ ſuberat.*
8 *Impertinens vinculum non habetur vlla ratione in aliqua conſideratione.*

CONSILIVM CCCCXVII.

Contendunt aliqui non eſſe admittendam ſententiam, quam probaui inſpecto Bononienſi ſtatuto, quod vbi ſoror extat vel filia fratris, tunc & excludatur patruelis, & cum ſorore vel fratris filia ſuccedant etiã filij alterius ſororis; quia huic opinioni contradicat textus eiuſdem ſtatuti, circa finem in §. volentes inſuper, qui vult quòd omnia ſupra in eodem ſtatuto diſpoſita ſeruẽtur, etiamſi ſimul & coniunctim euenirent caſus qui ſimpliciter & disiunctim fuerunt cõſiderati, & deciſi. ſed ego firmiter teneo, nihil omnino repugnare ſtatutum prædictum in ea parte, quia nil aliud inducit niſi quod diſpoſita in caſibus ſeparatis, procedant etiam in caſibus coniunctis: ſed in caſibus ſeparatis nõ inuenitur deciſum à ſtatuto, quod extante ſorore, patruelis ſuccedat in aliqua portione, ſed bene inuenitur contrarium: quia dicit ſtatutum, quod agnati pręferantur omnibus feminis, præterquam ſororibus, & filiabus fratris; vbi autem ſorores extant vel filiæ fratris, & ita in caſu excepto, qualiter ſit defuncto ſuccedendum, non dicit ſtatutum. & propterea, §. volentes inſuper, ad hunc caſum aptari non poteſt: vbi enim verba non conueniunt,
a ibi non conuenit diſpoſitio, † l. 4. §. toties, ff. de dam. infecto, l. ſi ſeruum, §. nõ dixit, ff. de acquir. hæred. Roman. conſi. 442. nu. 2. Vt autem pars hæc ſtatuti verificetur, neceſſe eſt quod caſus qui nunc coniunctim euenit, fuerit in præcedenti ſtatuto deciſus disiunctim, atque ita idem ſit caſus in omnibus, præterquã reſpectu cõiunctionis. & hoc arguit dictio, ſupraſcri-
a ptis, quæ relationem facit ad pręcedẽtes caſus. † Bar. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de poſtulan. Dec. in conſi. 413. on. 5. & reſtringitur ad illos. Dec. conſi. 187. num. 10. Pariſ. conſi. 48. nu. 14. vol. 2. & non ſufficeret illos caſus contineri per interpretationem, vel alio ficto modo, ſed requiritur, quod explicitè legi poſſint corporalibus oculis in ſtatuto ipſo, l. qui liberis, §. hæc verba, ff. de vulga. vbi Bart. circa finem dicit, quod mentio ſupraſcriptorum hæredum, non refertur ad eos qui mente & intellectu percipi poſſunt, ſed illos tantum amplectitur, qui legi poſſunt corporalibus ocu-
3 lis. † ſequitur ibi Alexan. nu. 11. Imola in l. ſi quis filium, §. fin. ff. de acquir. hæred. Alex. in conſi. 176. in fine, lib. 7. & in conſi. 273. num. 4. & ſeq. vol. 5. vbi inferunt, quod appellatione hæredum ſupraſcriptorum, non venit hæres hæredis, quia is legi non poteſt explicitè, dixi in conſ. 123. nu. 13. addo Cagnol. in l. qui per ſucceſſionem, nu. 8. ff. de reg. iur. Card. Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. titu. 14. in fine. Berret. in conſi. 24. nu. 3. Simon de interpretat. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. ſolut. 2. nu. 114. folio mihi 171. præcipuè, quia denuo ſtatutum repetit, locum habeant in dictis caſibus. dictio enim iſta, di-
4 ctis, reſtringit ad præcedentia, & ad illa † refertur. Alexand. in conſi. 140. vol. 6. cum alijs quos citaui in conſi. 163. num. 14. & repetit omnes qualitates caſus relati. Dec. in conſi. 278. col. fin. cum multis quos citaui in conſi. 230. nu. 23. vbi probaui, quod eo quoque caſu hæres hæredis non continetur, quod etiam voluerunt Corneus, Ruin. Socin. iun. & Crauet. quos ſequitur Menoch. conſ. 86. nu. 43. & conſ. 95. nu. 128.

& ea

Digitized by Google

& ea geminatio, & inculcatio repetitionis plurimũ
operatur, l.Baliſta, ff.ad Trebell. ſed in facti ſpecie,
neque coniunctim euenit aliquis ex caſibus à ſtatu-
to expreſſis, neque diſiunctim; quia quod ſoror ex-
cludat filium alterius ſororis, nullibi reperitur di-
ſpoſitum à ſtatuto; quod autem filius ſororis exclu-
datur ſtante agnato, & ſorore, nihil etiam legitur
deciſum. ideo dictus §. volentes inſuper, nihil perti-
net ad caſum noſtrum, ex quo in toto illo textu non
reperitur hic caſus diſiunctim deciſus.

Et ſanè ſtatutum voluit tollere difficultatem quã
multi faciunt, an ſtatutum diſponens in caſu ſimpli-
5 ci, locum habeat in caſu mixto, † & de qua per Me-
noch.conſi.187.num.27.& ſeq. Gabriel.conſi.29.nu.
71.in ſecundo volumine. Marzar.conſil.29. nu.25.&
alij multi, præcipuè Franc. Vegius, conſ.2.nu.63. Ge
rar.Mazol.conſ.72.num.31.Cardin. Mantica, lib.11.
tit.15.num.6.& ſeq.& dicit, quod mixtum contineri
debet ſub diſpoſitione facta de caſu ſimplici, dicere-
tur autem eueniſſe coniunctim caſus de quo ſtatutũ
diſiunctim diſpoſuit, ſi diſpoſuiſſet ſtatutum, quòd
ſtantibus agnatis, feminæ non ſuccedant, & alio in
loco dixiſſet ſtatutum, quod ſoror excludat filium al
terius ſororis, & in facto contigiſſet extare agnatũ,
ſororem, & filium ſororis, quia hoc modo eueniſſet
in vno facto id ipſum, quòd fuit in duobus ſeparatis
caſibus à ſtatuto diſiunctim diſpoſitum. ſed in facto
hoc noſtro non poſſunt verificari diſpoſita à ſtatuto,
etiamſi coniungãtur duo ſtatuta, vel duo caſus à no-
ſtro ſtatuto ſeorſum conſiderati: quia, vt dixi, caſus
quod ſoror excludat filium alterius ſororis, non fuit
deciſus à ſtatuto, ſed relictus diſpoſitioni iuris com-
munis. Et ideo exceptio eiuſdem ſtatuti dum dicit
quatenus poſſint adaptari, optimè deſeruit caſui no
ſtro: quandoquidem, ſtatuta non poſſunt huic caſui
adaptari, ex quo caſus qui contigit non continetur à
ſtatuto. Et prædicta ſtatuti diſpoſitio non fuit ſuper-
flua: nã in caſu collegij Peruſ.apud Ang. in conſ.210.
mater excluſa à patruo, admittitur ad ſucceſſionem
quando cum matre, & patruo extat ſoror non exclu-
ſa: verum ſi alio ſtatuto ſit deciſum, quod ſoror non
ſuccedat, tũc remanet dubium, ſi patruus poſſit ma-
trem, & ſororem excludere: quoniam cum loquatur
ſtatutum ſemper in caſibus ſimplicibus, puta, ꝙ ma-
ter non ſuccedat ſtante patruo, non videbatur eſſe lo
cum excluſioni, quãdo vterque caſus contingit; quia
ſcilicet cum patruo ſimul, & ſemel concurrant ma-
ter, & ſoror, quia ſtatutum loquens in caſu ſimplici,
non procedit in mixto, præcipuè ſi ſit odioſum. Sed
hæc difficultas tollitur, quando ſtatutum diſponit,
quod dicta de ſimplicibus, vel diſiunctis caſibus, ob-
tineant etiam in mixtis, & coniunctis. Nec dicatur,
quod non opus eſt eiuſmodi declaratione quãdo ſta
tutum de vtroque ſimplici pariformiter excludẽdo
diſponit, per ea quæ ponit Bald. in l. ſi ita facta, ff.de
iniuſt.rup.teſta. vbi ait, quod ſtatutum etiam odioſũ
includit caſum mixtum, quando de vtroque ſimplici
6 eodem modo diſpoſuit. † ſequitur Imola ibi, Alex.in
conſ.144.nu.3.& 6.vol.6. Tiraq. in tract. le mort ſai-
ſit, par.2.declar.4.num.8. quia imò non eſt ſuperflua
ſtatuti prouiſio: quia tollit dubium quod diu torſit
Doctores, an mixtum includatur ſub vtroque ſimpli
ci, ſuper quo Doctores multi diſputarunt, vt per Ale
xan.conſ.144.Brun.d.art.7.num.12.& ſeq. Ruin.cõſ.
41. per totum, vol.3.& conſi.42. nu.6.eod.vol.& non
dicitur otioſum ſtatutum, ſi tollit dubitationem quę
7 ſuberat. † Alex.conſ.33.col.2.vol.1. Craue.conſil.25.
nu.31.Bello.conſ.7.nu.14. Natta conſ.416.nu.8.Cæ-
phal.conſ.104. nu.14. Card. Mantica, de coniect. vlt.
volunt. lib.6.tit.1.num.15. Becius, conſi.34.num.32.

Concludo itaque, dictum §. volentes inſuper, ni-
hil omnino obſtare, quia reſtringitur ad eum caſum
quando id quod fuit ſupra deciſum ſingulariter in
diuerſis locis, contingeret coniunctim, ſed in caſu
noſtro nullibi in ſtatuto reperitur quod ſoror exclu-
dat nepotes ex alia ſorore, licet reperiatur quod a-
gnati excludunt filios ſororis. Accedat, quod in caſu
noſtro agnatus excludens non poteſt ſuccedere, at-
que ideo iſte caſus non poteſt haberi in conſidera-
tione, perinde ac ſi nihil iſto caſu eſſet à ſtatuto di-
ſpoſitum, non enim conſideratur vinculum quod eſt
8 impertinens. † Bal.in l.1.nu.2. C.de legit.hæred.So-
cin.iun.conſi.24.num.13.vol.4.Rip.in l.re coniuncti,
num.13.ff.de leg.3. Menoch.conſ.187.nume.27.dixi
in conſ.31.nume.35. atque ideo etiam ex hoc capite
ceſſat excluſio, vt ſupra dixi.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ſuper vna re ex vna cauſa præiudicat, etiam ſi agatur poſtea ex alia cauſa. ſed contra infra, nume. 16.*

2 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

3 *Tranſigens actione præſcriptis verbis, compellitur ad obſeruantiam.*

4 *Tranſactio facta verbis generalibus, præiudicat quoad omnes cauſas. Fallit vt infra.*

5 *Tranſactio non reſtringitur ad ſpecificata, quando recta ſermonis ratio non patitur.*

6 *Tranſactio extẽditur ad incognita, quãdo verba ſunt clara.*

7 *Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

8 *Clauſula, Rebus ſic ſtantibus, intelligitur in quacunque diſpoſitione.*

9 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent remedio.*

10 *Renunciatio in dubio non includit ius futurum, etiam in renunciatione iurata, quæ reſtringitur ad ius quod de præſenti competit.*

11 *Tranſactio reſtringitur ad rem, & cauſam ſpecificatam.*

12 *Tranſactio, & ſententia æquiparantur.*

13 *Exceptio rei iudicatæ non obſtat, vbi agitur ex alia cauſa etiam ſi cauſa ſit mediatè eadem.*

14 *Tranſactio reſtringitur ratione motæ litis, & ratione formæ ſecundum quam celebratur.*

15 *Tranſactio limitata producit pariter effectum limitatum.*

16 *Tranſactio ſuper vna re, facta ex vna cauſa, non præiudicat ſi ex alia cauſa agatur.*

17 *Euictio non debetur in tranſactione, quando res non traditur, ſed dimittitur.*

18 *Tranſigens non transfert dominium, quando rem dimittit, ſecus ſi eam tradit.*

19 *Euictio non debetur in tranſactione, quando res traditur, ſuper qua erat lis: ſecus quando alia res non litigioſa traditur.*

20 *Euictio non debetur in tranſactione facta non ſuper re, ſed ſuper lite, & inſtantia.*

21 *Pactum de non petendo, factum ex vna cauſa, non præiudicat ſi agatur ex alia cauſa ſuper eadem re.*

22 *Tranſactio facta generaliter ex omnibus cauſis, non præiudicat quando agitur ex cauſa quæ de nouo orta eſt.*

23 *Renunciatio facta bonis paternis, vel maternis, non impedit quo minus filia agat ſi quid à patre relictum ſibi fuit.*

24 *Renunciatio iuris futuri intelligitur ex cauſa de præſenti, vel præterito, non ex cauſa de futuro.*

25 *Renunciatio iuris competentis vſque in præſentem diem, non includit ius de futuro.*

26 *Renunciatio prægnantibus verbis facta ab ignorante, non includit fideicommiſſum conditionale.*

CON-

CONSILIVM CCCCXVIII.

QVAESTIO propoſita in eo reſidet,
an ſpectabilis D. Petrinus Lanceus,
qui aſpirat ad fideicommiſſum ſibi
relictum, poſſit à Domino Fabricio
Lanceo auocare bona fideicommiſſi
non obſtante tranſactione per eum
facta cum eodem Domino Fabricio de anno 1570. ſu
per eiſdem bonis? & diligenter conſideratis iuribus
mihi præſentatis, videretur dicendum tranſactioné
obſtare. Primo, per doctrinam glo. fin. in l. ſi de cer-
ta, C. de tranſactio. vbi inquit, tranſactionem factam
1 ſuper vna † re ex vna cauſa, nocere, ſi ex alia cauſa a-
gatur ſuper eadem re, & mouetur duplici ratione, vt
per eum.

Secundo, quia quem de euictione tenet actio, eun-
2 dem agentem repellit † exceptio, l. vendicantem, cũ
l. ſequen. ff. de euictio. l. cum à matre, C. de rei vendic.
Roman. in conſ. 457. col. 2. verſi. aduertendum. Alex.
Curt. ſen. Io. de Amicis, Rimin. Socin. iun. & Bertran.
quos & ſequitur Dominus Becius, conſi. 24. num. 11.
non eſt enim ei permittendum impugnare factum,
qui illud tenetur defendere aduerſus alios, l. frater à
fratre, ff. de condict. indeb. & qui alium facientem de-
bet prohibere, multo minus ipſe id debet committe-
re, l. altius, C. de ſeruit. & aqua, & procedit etiã quan
do ex noua cauſa vellet quis ſuum factum impugna-
re, d. l. vendicantem. in tranſactione autem venit eui-
ctio, l. ſi pro fundo, in princ. C. de tranſact. vbi Bartol.
Bald. Ang. & alij omnes.

Tertio, extat pactum expreſſum, per quod Domi-
nus Petrinus liberat, & abſoluit Dominum Fabri-
cium ab omni, & toto eo, quod petere poſſet, & pro-
miſit in futurum eum non moleſtare pro dictis bo-
nis, ergo non poteſt nunc moleſtiam inferre contra
pactum conuentum, licet enim ob defectum imple-
menti non liceat à tranſactione diſcedere, nec ad pri
3 mam redire actionem, tamen transigens † actione
præſcriptis verbis compelli poteſt ad obſeruantiam
promiſſorum, eſt text. vbi gloſ. Bartol. & alij, in d. l. ſi
pro fundo, C. de tranſaction.

Quarto, vbi etiam regulariter tranſactio facta ex
vna cauſa non noceret agenti ex alia, tamen quia in
præſenti facto tranſactio eſt generaliter facta, nocet
quoad omnes cauſas: promiſit enim non inferre mo
leſtiam, nedum ex præmiſſa cauſa, & occaſione, ſed
etiam ex quauis alia, tacita, vel expreſſa, cognita, vel
4 incognita, cogitata, vel incogitata, † & ideo inquit
Bal. in l. ſi de certa, in fine, C. de tranſact. quod ſi tran
ſactio eſt ſpecialis reſpectu rei, ſed generalis reſpe-
ctu cauſarum, tunc in omnibus cauſis obſtat tranſa-
ctio, hoc etiam voluit Salic. ibi, in fine, qui tamen non
meminit de Baldo, dicens, quod vbi tranſactio facta
eſt reſpectu omnis actionis, & cauſæ, tunc præiudicat
quoad omnes cauſas; & hoc eſt, quod dixit Imola, in
l. ſi ita quis promiſerit, §. fin. ff. de verb. obliga. vbi in-
quit, quod trãſactio nõ reſtringitur ad cauſam pro-
pter quam facta fuit, quando verba ſunt ita lata, qđ
ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poſſunt,
& tunc facta ex vna cauſa, nocet etiam quoad alias.
ſequitur ibi Aret. & dicit Caſtr. in eodem loco, quod
ſi verba non poſſunt commodè reſtringi, vt quia pro
miſerit quis non contrauenire ex quauis cauſa, quæ
dici, vel excogitari poſſit, tunc tranſactio præiudicat
quoad omnes cauſas. Facit quod dicimus ſæpè tran-
ſactionem generalem, quæ aliàs ſolet reſtringi ad rẽ
5 ſuper qua litigabatur, non tamen reſtringi, † quan-
do verba adeo ſunt ampla, & prægnantia, quod non
admittunt reſtrictionem, vt eſt tex. in l. ſi ex maiore,
vbi Cin. C. de exceptio. Cin. & Bald. in l. ſub præte-
tu, la ſeconda, col. fin. C. de tranſactio. & dicit Barto.
in l. ab Aurelio, §. Caius, ff. de lib. leg. quod etſi tran-
6 ſactio non porrigatur ad incognita, † tamen fallit,
quando verba ſunt clara. idem voluit Bart. in d. l. ſub
prætextu ſpecierum, vbi eum ſequuntur omnes. Ale-
xan. in conſi. 42. nu. 15. vol. 1. Soc. in conſil. 288. nu. 35.
volum. 2. Iaſ. d. l. ſi de certa, num. 5. in fine. Marſil. in l.
vnius, §. cogniturum, nu. 32. ff. de quæſtio. Natta con-
ſil. 546. num. 20. & ſeqq.

At verò contrariam ſententiam vti veriorem am-
plector, quod vigore purificati fideicõmiſſi per mor
tem fratris, liceat Do. Petrino auocare poſſeſſionem
bonorum, quæ à D. Fabricio poſſidentur, non obſtan
te trãſactione aliàs inita cum D. Fabricio ſuper eiſ-
dem bonis: ea enim tranſactio intelligitur rebus ſic
7 ſtantibus, vt dicimus in iuramento, † glo. Innocen. &
alij, in c. quemadmodum, de iureiurando, Tiraq. latè
in præfatio. l. ſi vnquam, num. 166. C. de reuoc. donat.
Natta conſ. 50. nu. 2. Neuiz. conſi. 62. nu. 28. Rol. con-
ſil. 7. nu. 57. vol. 3. Cæph. in conſi. 128. nu. 31. Menoch.
in conſi. 27. nu. 48. D. Becius, in conſi. 58. nu. 25. & idẽ
eſt in reuocatione ſecundum gl. Innoc. Butr. & alios,
8 in c. 2. de renunc. & eſt generale in quacunque † di-
ſpoſitione, l. quod Seruius, vbi gl. ff. de cond. ob cauſ.
l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. Tiraq. d. præfa-
tio. nu. 168. deciſ. Pedem. 91. num. 2. quæ enim de no-
9 uo † emergunt, nouo indigent remedio, l. 1. in princ.
ff. de ventr. inſpic. l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrog.
10 actio. & renunciatio in dubio † non includit ius fu
turum, d. cap. 2. vbi Butr. & Abb. in 2. notab. dicunt,
quod renũciatio iurata reſtringitur ad ius, quod de
præſenti competit, nõ autem extenditur ad id quod
ſuperuenit. Soc. conſil. 50. in fine, vol. 1. dixi in conſil.
70. num. 7. rerum autem ſtatus eſt mutatus, quia per
mortem fratris factus eſt locus fideicommiſſo, & ex
eo agitur.

Secundo moueor, quia trãſactio generalis reſtrin
gitur ad ſpecifica ea, & ad ea ſuper quibus erat lis,
non autem extenditur ad eas cauſas, de quibus non
11 erat † contentio, l. emptor, §. Lucius, vbi Bart. & alij,
ff. de pact. l. ſi ex pluribus, ff. de ſolution. l. ſi ex maio-
re, C. de except. vbi Cin. dicit, quod generale pactum
de non petendo, reſtringitur ad partem ſolutam, &
ſubdit Bal. quod generalis refutatio reſtringitur ad
ſpecialem ſatisfactionem, & dicit Ange. in l. obliga-
tione generali, ff. de pignor. quod pactum de non pe-
tendo generaliter factum, reſtringitur ad quantita-
tem ſolutam: quia remiſſio generalis facta reſpectu
certæ rei, vltra illam non extenditur, & omnis diſpo
ſitio reſtringitur per ſuam cauſam; & dicit gloſ. in l.
age, C. de tranſaction. quod etſi generalis tranſactio
mero iure præiudicet quoad omnia, tamen vi repli-
cationis reſtringitur ad cogitata. Pariſ. in conſil. 10.
nu. 77. vol. 1. Iaſ. conſi. 171. col. 3. in fine, verſic. ſecun-
do facit, vol. 2. vbi ait, hanc eſſe veram iuris conclu-
ſionem, quod tranſactio quibuſcunque verbis factis
facta, reſtringitur ad res, & cauſas ſuper quibus erat
lis. Purpur. in conſi. 336. num. 5. Crauett. in conſil. 407.
num. 30. Natta in conſi. 546. nu. 12. & ſeqq. lis autem
eat de bapotheca, ergo ad illud ius debet tranſactio
reſtringi.

12 Tertio, tranſactio, † & ſententia æquiparantur, l.
non minorem, C. de tranſaction. l. 2. ff. de iureiuran-
do, l. ſiue apud acta, C. de tranſactio. l. poſtquam liti,
C. de pact. Iaſ. in l. age, in fine, C. de tranſactio. Socin.
iun. conſi. 32. num. 7. vol. 3. Rolan. in conſil. 28. nu. 17.
vol. 4. vbi allegat Bero. Cæphal. & alios, & de vno ad
alium

Digitized by Google

alinm valet argumentum; at ſententia lata ex vna
13 cauſa, non parit exceptionem † rei iudicatæ ſi aga-
tur ex alia, l. cum quæritur, & l. ſeq. ff. de exception.
rei iudic. vbi probatur non obſtare exceptionem rei
iudicatæ, niſi ſit identitas actionis, ſeu cauſæ agen-
di, c. fin. vbi gl. in verſic. admitti, & ibi Ioan. And. Ar-
chid. Gemin. & Franch. de exceptio. in ſexto. Abb. in
conſi. 50. num. 2. vol. 1. Soc. in conſi. 18. num. 43. & ſeq.
vol. 1. Dec. in conſi. 464. nu. 6. Blanc. in tracta. de com-
promiſſ. q. 4. num. 16. in fine. Soc. iun. conſi. 28. num. 3.
vol. 1. & non ſufficit quod identitas ſit in cauſa me-
diata, ſed etiam requiritur, quod ſit in immediata, l.
& an eandem, §. qui cum partem, vbi gloſ. & Fulgoſ.
ff. de exception. rei iudic. Ange. in d. l. & an eandem,
§. item ſi in iudicio, Blanc. loco prædicto, nu. 16. in fi-
ne. Bertran. in conſi. 1. col. 18. nu. 4. vol. 1. ergo pari mo
do non obſtat tranſactio, quando agitur non ex ea-
dem cauſa ſuper qua fuit tranſactum, ſed ex diuerſa,
& in ſimili hoc argumento vtuntur Doctores, in d. l.
ſi de certa, vbi Salic. in fine. Caſtr. in d. l. ſi quis ita pro
miſerit, §. finali.

Quarto, tranſactio duplici modo poteſt eſſe reſtri
14 cta. † Primo, ratione litis ſpecialiter motæ, vt in d. l.
ſi de certa. Secundo ratione ſpecialis formæ ſecun-
dum quam celebratur, vt in l. age cum Geminiano,
C. de tranſaction. & ibi hoc modo declarat Bald. in
fine. verum in caſu noſtro, vtroq; modo reſtricta fuit.
Primo quidem, quia lis agebatur non ratione fidei-
commiſſi vti nunc agitur, ſed quia hæc bona fuerant
ſibi pro credito obligata, & ſuper hoc inſtitutũ fuit
iudicium. Secundo, quia in ipſa tranſactione fuit li-
mitatè conuentum, quod non poſſet aliquid petere
ex cauſa, quæ tunc competeret, vt latius dicam in re-
ſolutione contrariorum. Proinde tranſactio limita-
15 ta, † producit limitatum effectum, l. in agris, ff. de
acquir. rer. domin. ita dicit Bald. in d. l. age cum Ge-
miniano. & prædictam Baldi doctrinam ſequi vide-
tur Salic. ibi, nume. 5. in fine, dum dicit, quod tranſa-
ctio nõ ſemper eſt reſtricta ad cauſam deductam in
iudicio, ſed ſæpè ampliatur ex contrahentium vo-
luntate.

Non obſtat autem gl. in l. ſi de certa: quia reſpon-
deo, contrarium tenere Doctores omnes ibi, qui vo-
lunt, quod tranſactio facta ob vnam cauſam non præ
16 iudicet ſi ex alia cauſa agatur ad eandem rem. † ita
Barto. in d. l. ſi de certa, in fine, vbi duos allegat tex-
tus, quos dicit expreſsè probare contrarium, in d. l.
ſi quis ita promiſerit, §. fin. & in c. Abbate ſanè, de re
iud. in 6. Bal. in d. l. ſi de certa, circa medium, verſic. &
iſta opinio, vbi dicit gloſ. eſſe falſam in qualibet ſui
parte: quia mutata cauſa agendi, non obſtat tranſa-
ctio etiam reſpectu eiuſdem rei. Salic. in fine, vbi di-
cit, quod opinio glo. non eſt bona in caſu dubio. Ca-
ſtren. num. 3. dicens, quod omnes rationes illius glo.
reprobantur per Doctores. Alex. in fine, dicit, quod
communiter concluditur contra eam gloſſam, & Iaſ.
in fine dicit communem ſententiam eſſe cõtra gloſ-
ſam. Hanc etiam opinionem tenuerunt Barto. & An-
gel. in d. l. ſi quis ita promiſerit, §. fin. vbi dicunt illum
text. eſſe notãdum contra gloſſam in d. l. ſi de certa,
& Imol. dicit eſſe caſum cõtra illam gloſſam, & ſub-
dit Caſtrenſ. quod gloſſ. non meminit de illo textu,
ideo contra illum determinauit. ſequitur Aretin. ibi,
cum hac quoque ſententia tranſit in l. ſi quis liberta-
tem, num. 11. ff. de petit. hæredit. vbi ſi inter te, & me
tranſactum eſt ſuper lite, quæ erat de certa cauſa, de-
inde proponit contra me rei vendicationem, pro ea-
dem re, nulla expreſſa certa cauſa, conſulit, quod iu-
dex procedat ad conteſtationem litis, pronuncian-
do tamen quod non liceat eam cauſam deducere ſu-
per qua non fuit tranſactum, innuens per hæc verba,
quod vbi cauſa eſt diuerſa, tranſactio non obſtat. ſe-
quitur Iaſ. in l. fratris, num. 3. C. de tranſaction. Cum
ergo cauſa, quæ nunc deducitur, ſit noua, & ſuper ea
non fuit tranſactum, fatendum eſt, tranſactionem
non obſtare.

Parum item mouet regula l. vendicãtem: quia ne-
go in præſenti caſu Dominum Petrinum, qui tranſi-
gendo res, & bona dimiſit penes Do. Fabricium, te-
neri ad præſtandum euictionem: certum eſt enim,
17 quod vbi res in tranſactione † non traditur, ſed di-
mittitur ei qui iam poſſidebat, non debetur euictio,
l. qui cum tutoribus, ff. de tranſact. & ibi notat gloſſ.
ad idem eſt text. in l. ſi pro fundo, vbi Bart. Bald. Ca-
ſtren. Alexan. Iaſ. & alij, C. de tranſaction. Caſtrenſ.
d. l. ſi de certa, & ibi Salicet. & Alex. C. eod. Gozad. in
conſ. 94. num. 39. Rube. in conſ. 152. nu. 1. & ratio eſt,
quia qui rem ex cauſa tranſactionis dimittit, non
18 † transfert dominium in aduerſarium, l. ſi domus, §.
de euictio. ff. de leg. 1. Alexan. d. l. ſi pro fundo, num. 5.
Rubeus d. conſ. 152. num. 1. & quod non tranſeat do-
minium, voluerunt Bart. Bald. Caſtren. Alex. & Iaſ. in
d. l. ſi pro fundo, dicentes, quod etſi renunciet quis li-
ti, & cauſæ ſuper fundo, non tamen dominium trans-
fert, & dicit Bald. in c. 1. in fine, de controuerſ. inter
vaſallum, & alium de benefic. inueſt. in d. l. ſi pro fun-
do, non eſſe alibi, comprobat multis Iaſ. in d. l. ſi pro
fundo, nu. 9. & ſeqq. vbi Bart. & alij dicunt, quod nec
etiam tribuit titulum tranſactio, quando per eam
dimittitur res, licet ſecus ſit, quando traditur. Imò
fortius voluit Fulgoſ. in d. l. ſi fundo, quod etiam re
19 tradita, † non præſtetur euictio, quando illamet res
traditur ſuper qua lis agebatur, licet ſecus ſit quan-
do alia traditur ſuper qua nulla erat lis, & hunc in-
tellectum tenet etiam Alexan. in fine. Iaſ. num. 1. ver-
ſic. alium & ſecundum. Gozad. d. conſ. 94. num. 40. In
præſenti autem cãuſa, non alia, ſed eadem res fuit di-
miſſa, ergo non debetur euictio. Rurſus, quando trã-
20 ſactum eſt ſuper ipſa lite, vel inſtantia, † non debe-
tur euictio, licet ſecus ſit, quando tranſigitur ſuper re
ipſa. ita declarat Bald. in l. ſi inter nos, C. com. vtr. iu-
dic. Iaſ. d. l. ſi pro fundo, nu. 9. in fine, Rubeus, d. conſ.
152. num. 3. in fine, verum hic tranſactum eſt non ſu-
per re, ſed ſuper lite, ergo ceſſat euictio.

Pactum autem de non petendo, & promiſſio de nõ
inferendo moleſtiam, intelligi debet reſpectu cauſæ
tunc in iudicio deductæ, & ſuper qua tranſigebatur,
& rebus ſic ſtantibus, vt per c. 2. de renuncia. dixi ſu-
pra, in 1. & 2. fundamento. Et in ſpecie hoc voluit Sa-
lic. in d. l. ſi de certa, nu. 3. vbi inquit, tranſactionem
factam ſuper vna re ex vna cauſa, non impedire quo
21 minus eadem res ex alia † cauſa peti poſſit, etiam ſi
interuenerit generalis clauſula, per quam actor pro-
miſerit plus non petere, & Caſtr. in d. l. ſi quis ita, §.
fi. dicit, quod ſi quis promiſit non contrauenire am-
plius ſub pœna, intelligimus reſpectu cauſæ intenta-
tæ: & ideo qui venit ex noua cauſa, non dicitur con-
trauenire tranſactioni aut pacto, ſecundum eum.

Et quamuis verba pacti, & promiſſionis ampla
ſint, generalia, & prægnantia, reſpiciantque non ſo-
lum cauſam tunc deductam, ſed etiam quamuis aliã
non cognitam nec cogitatam, tamen non poſſunt
includere cauſam, de qua nunc ſermonem habemus,
quæ tunc non ſuberat, ſed poſtea ſuperuenit, & re-
ſpiciebat ius de futuro, & conditionale, per ea, quæ
ponit Bal. in d. l. ſi de certa, in fine, vbi inquit, quod etſi
22 generalis tranſactio † reſpectu cauſarum præiudicet
quo ad omnes cauſas, tamen hoc fallit quoad cau-
ſas,

ſas, quæ ortæ ſunt de nouo allegat l. ſub prætextu, la ſeconda, verſ. error autem, C. de tranſact. vbi tranſactio non refertur ad cauſas, quæ non poterant includi. & Aret. in d. l. ſi quis ita promiſerit, §. fin. in fine, dicit, dubium eſſe, an tranſactio trahatur ad omnes cauſas, quando etiam verba contìnet generalia, quæ ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poſſunt, licèt ſit in pacto, & ratio eſt: quia in dubio renunciatū non videtur iuri de futuro, vt per Bart. & alios, in l. 1. C. de pact. ideo inquit Bart. in l. ſtipulatio hoc mo-
23 do concepta, nu. 4. ff. de verb. obligat. quod filia † quę renūciauit bonis paternis, & maternis, non prohibetur ſuccedere patri, vel matri, ſi ab eis inſtituatur, vel ſibi aliquid relinquatur. ſequuntur Alex. num. 8. Iaſ. num. 13. & Crot. num. 41. & alij, quos citaui in conſ. 113. nu. 34. & hoc adeo verum eſt, quod procedit etiā quando renunciatum eſt omni iuri, quod habet, vel in futurum habere ſperat: eiuſmodi enim renuncia-
24 tio † iuris futuri, intelligitur ex cauſa de præſenti, vel præterito, non autem ex cauſa omnino de futuro, vt declarat Bart. in d. l. 1. vbi Iaſ. num. 17. verſ. in tertio membro. Zuccard. num. 159. & Ripa, num. 26. vbi ampliat multis modis, & dixi in conſil. 15. num. 28. imo in d. l. 1. volunt multi, quod renunciari non poſſit iuri de futuro.

Reſpondeo etiam, quod quantumcunque generalia ſint verba renunciationis, nunquam tamen trahuntur ad ius quod ſuperuenit, quādo, vt in facto noſtro, reſtricta ſunt ad ius competens vſque in præſentem diem, declarant enim illa verba non fuiſſe par-
25 tium intentionis iuri renunciare, † quod tunc non competebat. Barbar. in conſ. 48. col. 4. in fine, verſ. nō deueniendo, vol. 1. Corneus in conſ. 339. col. fin. vol. 1. & ante eos hoc voluit Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 18. in fine, ff. de verb. obligat. dicens, quod ius futurū non venit ſub renunciatione, quando verba ſunt ad præſena tempus reſtricta. hoc etiam voluerunt Dec. Ruin. deciſ. Pedem. & D. Becius, quos citaui in conſ. 67. num. 51. verba enim quantumuis vniuerſalia, recipiunt reſtrictionem, quam diſponeos adiecit. Ruin. conſ. 20. num. 2. volum. 1.

Tertio reſpondeo, quod ſtante ignorantia fideicommiſſi antiqui, quæ etiam io dubio præſumitur, l. verius, ff. de probatio. quantumcunque ampla ſint verba renunciationis, nunquam intelligitur renunciatum fideicommiſſo conditionali nondum purifi-
26 cato, licet aliud ſit data ſcientia † ita enim volunt Bart. & alij omnes, in d. §. duo fratres. Bald. in conſil. 440. colum. 2. in fine, volum. 3. Imola, Rom. Caſtrenſ. Alexan. Coroeus, Iaſ. Dec. Crot. Ripa, Neuiza. Alba, Natta, Rolan. D. Becius, & Ioſeph Lud. quos omnea citaui in d. conſ. 67. num. 47. quod tamen fundamentum in præſenti facto non habeo pro abſoluto, tum, quia non expedit illi inſiſtere, tum etiam, quia per expreſſa tranſigentium verba cooſtat eos voluiſſe renūciare iuri incognito, & ignorato, quo caſu certum eſt valere renunciationem, quia ſufficit quod in genere de omnibus cogitauerint, licèt non io ſpecie, per doctr. Bartol. in l. ab Aurelio, §. Caiua, cum alijs, quos pro aduerſa parte citaui ſupra, in fine.

S V M M A R I V M.

1 *Referenti non creditur niſi conſtet de relato.*
2 *Notarius ſi referendo diceret ſe vidiſſe, & legiſſe inſtrumentum, non probat, niſi conſtet de relato.*
3 *Relati tenor ſi ſit in referente poſitus, non etiam probat.*
4 *Princeps ſucceſſor non obligatur lege ſui anteceſſoris.*
5 *Priuilegium perditur per non vſum longi temporis.*
6 *Priuilegio videtur renunciatum per actus contrarios.*
7 *Immunis ſemel, ſponte ſoluens, perdit immunitatem.*
8 *Priuilegium immunitatis habens ſi patiatur ſe in æſtimo deſcribi, ſibi præiudicat, & exinde cogitur onera ſubire.*
9 *Priuilegium ſubdito conceſſum poteſt Princeps pro libito ſuæ voluntatis reuocare.*
10 *Princeps ſi tanquam Princeps priuilegium concedit, illud erit reuocabile, ſecus ſi vt priuatus.*
11 *Priuilegium conceſſum non ſubdito reuocari non poteſt.*
12 *Priuilegium conceſſum ob merita, non dicitur conceſſum titulo oneroſo, ſed lucratiuo.*
13 *Actus vbi ſui natura eſt reuocabilis, non valet conuentio de non reuocando.*
14 *Promiſſio Principis de non reuocando priuilegium, non valet, nec impedit facultatem reuocandi quæ prius illi competebat.*
15 *Principes inferiores Pontifice, vel Cæſare, priuilegium ſine cauſa reuocare non poſſunt.*
16 *Principes in Italia habent iura Imperij, vtuntur plenitudine poteſtatis, & poſſunt in eorum dominio quicquid poteſt Imperator in toto Imperio.*
17 *Immunitatem cōcedere poteſt Princeps qui ſuperiorem non recognoſcit, vel habet iura Imperij.*
18 *Ciuitas libera quæ ſuperiorem non recognoſcit, immunitatem concedere poteſt, ac etiam quæ ſuperiorem recognoſcit, ſi Principis accedat conſenſus.*
19 *Immunem aliquem facere ex cauſa legitima, poteſt non ſolum Princeps, ſed etiam Vniuerſitas habens ſuperiorem.*
20 *Priuilegium eſt lex priuata.*
21 *Priuilegij confirmati tenor vbi eſt inſertus in priuilegio cōfirmante, tunc non eſt opus quod conſtet de confirmato, ſed tenor ille probat, ac ſi priuilegium ipſum oſtenderetur.*
22 *Tenorem priuilegij confirmati ſufficit eſſe relatum in priuilegio confirmante, in ſubſtantia, licet non ſe de verbo ad verbum relatus.*
23 *Referenti creditur etiam non conſtito de relato, quando confirmatio eſt facta ex certa ſcientia Principis.*
24 *Referenti creditur, etiamſi non conſtet de relato quando illud quod refertur pendet à poteſtate referentis, dummodo illius voluntas certa ſit.*
25 *Conceſſio ſi non valet ex confirmato, ſuſtinetur ex confirmante, vbi dictum eſt, quod de nouo concedit, quatenus opus ſit.*
26 *Priuilegium ſui natura eſt perpetuum, & non indiget confirmatione Principis ſucceſſoris.*
27 *Princeps ſucceſſor non poteſt reuocare ea quæ à præceſſore cōceſſa ſunt, ſed tenetur obſeruare, præſertim ſi per ſucceſſionem admiſſus ſit, & non per electionem.*
28 *Priuilegium non amittitur per non vſum, quando priuilegiato non fuit opus vti priuilegio, nec ei culpa imputari poteſt.*
29 *Priuilegio vbi quis renunciare non poteſt, tunc non perdit illud per non vſum.*
30 *Priuilegium conceſſum ex cauſa oneroſa, non tollitur per non vſum.*
31 *Vſufructuarius tenetur ſoluere collectas, & onera quæcunque rebus impoſita.*
32 *Immunitatis priuilegium non tollitur per vnicam, vel plures ſolutiones, ſed requiritur quod immunis ſoluerit per annos triginta, vt ſibi præiudicet.*
33 *Indebiti partem ſoluens, compelli non poteſt ad ſoluendum reſiduum.*
34 *Renunciationem ne actus inducat, ſemper interpretari debemus vbi poteſt ſumi alia cauſa quam renunciationis.*
35 *Immunis ſi cogatur ſoluere, ſibi non præiudicat.*
36 *Ignorans non dicitur renunciare iuri ſuo.*
37 *Negligentia non cadit in ignorantem.*
38 *Ignorans non dicitur dolum aut culpam committere, nec contemnere.*

Immunis

39 *Immunis non perdit priuilegium per ſolutiones ipſo ignorante ab alio factas.*

40 *Tutor non poteſt pacto etiam expreſſo tollere ius pupilli.*

41 *Immunitatis priuilegium non tollitur per ſolutionem collectarum pro filio immune aliquo tempore à matre tutrice factam.*

42 *Soluens ſcienter indebitum, cenſetur donare.*

43 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſolutionem conceditur minori, in caſibus quibus non repetit indebitè ſolutum per condictionem.*

44 *Minor læſus facto tutoris, eligit an velit reſtitui, vel agere contra tutorem.*

45 *Princeps non poteſt reuocare conceſſionem ſubdito factam ſecundum multos Doctores.*

46 *Priuilegium ſubdito conceſſum, licet Princeps ſine cauſa poſſit de plenitudine poteſtatis reuocare, non tamen debet hoc facere.*

47 *Plenitudo poteſtatis eſt res odioſa.*

48 *Principibus grauiſſimum eſt fidem fallere, qui non eſſent boni ſi promiſſa non ſeruarent.*

49 *Princeps non vtitur plenitudine poteſtatis niſi ex maxima cauſa, & ſumma cum ratione, aliàs eſt plenitudo tempeſtatis, & iniquitatis.*

50 *Priuilegium à ſe conceſſum non præſumitur Princeps in dubio voluiſſe reuocare.*

51 *Priuilegium conceſſum propter merita, non poteſt Princeps reuocare aut minuere.*

52 *Conceſſio propter merita perdit nomen priuilegij, & tranſit in beneficium.*

53 *Beneficium non poteſt Princeps reuocare.*

54 *Priuilegium conceſſum ob merita tranſit in contractum.*

55 *Contractum non reuocat Princeps etiam ex plenitudine poteſtatis.*

56 *Princeps non tantum ſuum ſed etiam anteceſſoris contractum ſeruare tenetur.*

57 *Priuilegium quod tranſiuit in contractum non poteſt Princeps reuocare.*

58 *Princeps non reuocat priuilegium conceſſum mediante pecunia.*

59 *Dominium ſubdito quæſitum ex priuilegio, non poteſt Princeps tollere.*

60 *Natta conſ. 164. & 511. reprobantur.*

61 *Donationem non poteſt Princeps reuocare.*

62 *Donatio ob merita dicitur oneroſa, ideo non reuocatur propter ingratitudinem.*

63 *Donatio facta in remunerationem ſeruitiorum, non reuocatur propter filiorum natiuitatem.*

64 *Priuilegium ob merita conceſſum eſt reale, & tranſit ad hæredes.*

65 *Merita probantur per aſſertionem concedentis, quando non ſumus in prohibitis.*

66 *Principis aſſertioni atteſtantis de meritis in conceſſione priuilegij ſtandum eſt.*

67 *Merita non poſſunt in dubium reuocari per aſſerentem, & eius hæredem, etiam vbi ſumus in prohibitis.*

68 *Priuilegium merum, & ſimplex non poteſt Princeps reuocare, quando promiſit perpetuo ſeruare, & ſeruari facere.*

69 *Procurator reuocari non poteſt quando parti fuit promiſſum illum non reuocare.*

CONSILIVM CCCCXIX.

EX multis quæ obijciuntur contra immunitatis priuilegium, quo Illuſtris Do. Sigiſmundus Sandinus vtitur, vnum ſufficeret ad tollendū illius fidem, multo ergo magis omnia ſimul iuncta vires eneruabunt. Et in primis dicitur de allegato priuilegio non conſtare, niſi per relationem quæ de eo fit in confirmatione Sereniſſimi Principis, quæ tamen relatio non facit fidem, niſi conſtet de relato.
1 † Auth. Si quis in aliquo, C. de eden. vbi Bart. & alij, gl. in c. 1. de fide inſtr. vbi etiam Doct. l. 1. vbi Bal. & Ang. C. de ſuperind. lib. 10. multos citat Becius conſ. 56. num. 30. & procedit etiam ſi notarius atteſtetur inſtrumentum relatum à ſe confectum fuiſſe, quia nihilominus cōſtare debet de relato, nec aliter creditur referenti. Ang. in l. ſi donatio, in ver. & ideo ſi notarius, C. de donat. in d. Authent. Si quis in aliquo, nu. 4. vbi etiam Rim. ſen. cum quo tranſit Hippol. Rim. conſ. 41. num. 4. quinimo, ſi notarius referendo inſtrumētum diceret ſe illud vi-
2 diſſe & legiſſe, tamen non probaret, † vt voluit Card. in cap. fin. col. fin. verſic. vltimo pone, de fide inſtrum. quem ſequitur Gerar. Petraſan. Sing. 39. in fine, & præter eos Caſtr. in d. Auth. Si quis in aliquo, vbi reprehendit Specul. contrarium tenentem, & Alex. in fin. Soc. num. 9. fortius ſi tenor relati ſit in referente poſi-
3 tus, adhuc non probabit. † gloſ. in cap. Abbate Sancti Siluani, in ver. fides, de verb. ſignific. vbi Butr. & Abb. notant, Alex. in conſil. 6. num. 8. volum. 4. Barbat. in conſ. 38. col. 1. vol. 4. Iaſ. conſ. 168. num. 29. vol. 4. latè Oſaſc. deciſ. Ped. 166. num. 1. vbi ſubdit hanc eſſe communem opinionem.

Secundo, ſi de eo priuilegio appareret, nō eſſet attendendum, quia nunquam fuit confirmatum à Principe ſucceſſore, vt videntur tenere Doctores in cap. 1. de confirmat. vtili vel inutili. Princeps enim præceſſor non potuit ſucceſſori legem imponere, quia par in parem non habet imperium, cap. innotuit, de electione. l. nam magiſtratus, ff. de arbitr. & quod ſucceſ-
4 ſor Princeps non obligetur legi ſui anteceſſoris, † tenuit gloſ. in l. digna vox, C. de legibus. Bald. in l. 1. in princ. ff. de conſt. Princ. Ioan. Monac. in c. licet Romanus, de conſtit. in 6. vbi dicit, quod ſibi ipſis poſſunt Papa, & Imperator legem ponere, per clauſulam derogatoriam, ſed non ſuis ſucceſſoribus, & hanc partem comprobaui multis deciſionibus, in conſ. 47. nu. 10. & ſeqq. ſi igitur Princeps ſuccedens non ligatur lege ſucceſſoris, eſt fatendum, quod priuilegium ab anteceſſore conceſſum, non ſuſtinebitur niſi confirmatum ſit à ſucceſſore, qui non tenetur ad illius obſeruantiam.

Tertio, iſtis ceſſantibus, videtur quod Dominus Sigiſmundus amiſerit priuilegium, eo quod multis annis eo non eſt vſus, perditur enim priuilegium per
5 non vſum longi temporis, ideſt † decennij. gloſ. in l. 1. ff. de nundin. & in l. falſo, C. de diu. reſcrip. Io. And. & alij, in c. 2. de immun. eccleſ. in 6. Doctores, in l. fin. ff. de conſtitut. Princ. Anchar. in conſil. 205. Doctores in cap. cum acceſſiſſent, vbi Felin. num. 25. de conſtit. & Dec. ibi, num. 17. dicit communem. Iaſ. d. §. fin. numer. 57. communem quoque dicit Decian. in conſ. 2. num. 125. volum. 2. non enim obſeruandum eſt in futurum quod præterito tempore non eſt obſeruatum, & habetur ac ſi nunquam fuiſſet in rerum natura, nec allegari poteſt, vt de ſtatuto inquit gloſſ. in cap. 1. de treg. & pace. Oldrad. in conſil. 259. col. 2. idem in ſententia & alijs ponit Decian. in conſil. 22. num. 20. & ſeq. & in conſil. 56. num. 36. volum. 2. quinimo non vtendo, videtur beneficio illius renunciaſſe, vt dicam infra.

Quarto, D. Sigiſmundus non modo non eſt vſus priuilegio prędicto per tempus præfatum, ſed etiam fecit actus contrarios, quia ſoluit onera, & cum ceteris cōtribuit in publicis functionibus, ideo ſuum priuilegium videtur per eos actus ſublatum, imò priui-
6 legiatus videtur priuilegio renūciaſſe, † c. ſi de terra,

Digitized by Google

de priuileg. vbi gl.& Doctores,præcipuè Dec.nu. 11,
idem Dec.in d.c.cum acceſſiſſent,num. 17.poſt Felin.
num. 28.Marſil.in Rubr.ff.de fideiuſſor. num.335. &
in immunitate videtur quod per vnicum actum qui
7 factus ſit in cõtrarium,perdatur † priuilegium. Bar.
in l.1. C.de his qui ſpon.mun. ſuſcip.lib.10. vbi vult,
quod immunis ſemel ſponte ſoluens, perdat immu-
nitatem.Bal.in cap.plerumque, de reſcript.Roman,
conſil.252,circa finem. Abb.in cap. cum acceſſiſſent,
vbi latè Felin.loco præcitato.Alex.in conſil. 109.cir-
ca finem, volum.3. Ruin.in conſ.100.num.1.& conſ.
196.in fin.volum.1. Gozad.in conſil.23. num.7.& in
prædictis locis referunt pulchram Ang. deciſ. in l.1.
§.ſi quis tutor,ff.quando appell.ſit, vbi vult, quòd ſi
habens priuilegium immunitatis patiatur ſe in æſti-
mo deſcribi,ſibi præiudicat quoad onera, quia exin-
8 de cogitur ſemper illa ſubire,† & ſubdit, eſſe ad hoc
text.ibi, quem ait peregrinum,& communiter igno-
rari, & Aret. ibi multum commendat, dicens, nun-
quam exeat mentem tuam. Crau. in conſil.54.nu.4.
Crot.latè,in conſil.64.num.20.& ſeq.Oſaſc.deciſ.Pe
dem.91.num,5.quod ſi vnicus actus ſufficit vt tolla-
tur immunitas, quanto magis,& dici poterit ſubla-
ta per multas ſolutiones quæ factæ dicuntur per di-
uerſa tempora; nam magis enixa voluntas depre-
henditur,quando actus ſunt multiplicati.

Vltimo,ſi horũ nihil obſtaret, tamen excludi poſ-
ſet Dominus Sigiſmundus,per reuocationem priui-
legij,quam Princeps facere poteſt, ex quo Dominus
Sigiſmundus eſt ſubditus, & anteceſſores ſui erãt pa
riter ſubditi: nam priuilegium merum quando ſub-
dito conceditur à Principe,tanquam Principe, ſuſti
netur in vim gratiæ vel legis, & lex non ligat conce-
dentem,l.Princeps, ff.de legibus. l. pen. ff. de arbitr.
gloſ.in cap.1.in verſ.ab omnibus,& ibi ſcribentes,de
conſtitutio.præterea Princeps non poteſt legem ſibi
imponere à qua non liceat ſibi recedere, l.ſi quis, in
princip. ff.de legat.3. l.is poteſt, ff.de acquir.hæred.
Iaſ.qui loquitur in Principe,in conſ.225.column.fin.
volum.2.& quod Princeps pro libito ſuæ voluntatis
9 reuocare poſſit priuilegium ſubdito conceſſum,† vo-
luit gloſ.in cap.decet,in gloſ.vlt.de reg.iur.in 6.& in
cap.conſtitutus, in verſ. à quocunque,de relig. dom.
Bald.in l.qui ſe patris,colum.8.C.vnde lib. Ang.in l.
Antiochenſium, ff.de priuileg. credit. eſt enim tunc
pro ratione voluntas,Innoc.in cap. in noſtra, de in-
iur.Butr.& Card.in c.nouit,de iudic.vbi Abb. dicit,
quod ſi priuilegium habet tractum ſucceſſiuum,reuo
cari poterit quoad futuros actus, licet non quoad
præteritos.Anchar.in conſ.2.& in conſ.336.Caſtr.in
l.ſi quis curialis,C.de Epiſc.& cler.& in conſ.46.col.
fin.vol.2. Card.in Rubr.c.perpendimus, col.5. verſ.
reſpondeo quod aliquando priuilegium, de ſent.ex-
com.Butr.in cap.1.col.5.de conſt. Alex.in conſ.216.
col.2.vol.2.& conſ.155.in fine,vol.6. Barb.conſ.180.
col.7.in fine,vol.3.Fel.in cap.1. col.2. de probat.Soc.
in conſil.87.vol.3.Iaſ.conſ.56.col.2. vol.1. Afflict.rit,
quæ ſint regalia,num.126.Dec.in d.cap.nouit,nu.15.
& in cap. quæ in eccleſiarum, nu.37. de conſt. Curt.
iun.in conſil.1.col.penult.Ruin.conſ.196.col.3. vol.1.
conſil.98. col.4. vol.4. conſ.130. col.3. vol.3. Gozad.
conſil.98.nu.38. Pariſ.conſ.2.col.14. vol.4. Capic.in
deciſ.166. addo Dec. in conſ.286. colum.3. in conſil.
392.colum.fin.in conſ.604.colum.peu. & præter eos
Bart.in l.hoſtes,colum.1.ff.de captiu.vbi dicit, quòd
cauſa nulla requiritur, ſed ſimplex ſufficit Principis
voluntas.Bal.in conſil.439.colum.3. circa med.ver-
ſic.item & ſi domina regina,volum.3.& in conſ.300.
colum.1.volum. 5.Crau.in conſ.411.nu.32.Natta in
conſ.511.nu.2.& conſ.512.nu.17.vbi referendo Caſt.
in l.reſcripta,C.de precib. Imper.offerend.dicit, qđ
ſi Princeps aliquod priuilegium concedit tanquam
Princeps, illud erit reuocabile, ſecus ſi vt priuatus:
10 quia tunc reuocari non poteſt,† Marcobrun.in conſ.
23.nu.317.& hoc procedit etiam ſi conceſſio facta ſit
per viam contractus vel ſtipulationis: ſi tamen pro
tali cõtractu nullum factum partis aduerſæ, nulla ve
interuenit datio, vt per Iaſ.in cõſ.56.col.2.& fin.vol.
1.vbi allegat Bal.in d.l.qui ſe patris, ſequitur Crau.
de antiq.tempor.par,1,§,non omitto,nu.38.fol.mihi
36.& hęc opinio cum priuilegium conceſſum eſt ſub-
dito,eſt indubitata,licet quando nõ ſubdito fuit con
11 ceſſum,reuocari non poſſit.† Innoc.& alij,in cap.no-
uit,de iud.Abb.in cap.inter alia,num. 19.de iure im-
munit. Alexand.in conſ.146.col.2,verſic.quinto pro-
batur,vol.7.vbi inferunt,quod ideo Princeps ſæcula-
ris non reuocat priuilegiũ eccleſiæ conceſſum; quam
concluſionem in eccleſia comprobat Decian.multos
allegans,in conſ.80.num.27.vol.3.Crauet.conſ.241.
colum.7.verſic.quarto principaliter, & in cõſil.869.
num.4.Purpur.conſil.580.nu.27.quia ſecundum eos
non poteſt valere vt lex,ſed ſuſtinetur vt contractus.
Pariſ.conſ.82.num.46.vol.1.Menoch.lib.2.prę ſump.
10.num.29.Paſet.in conſ.18. num.6. Ruin. in conſil.
105.volum.5.Peregr.in tract.de iure fiſci,lib.1.in tit.
habentes iura fiſci, num.30. & idem eſt,quando non
ſunt ſubditi quo ad omnia, ſed quo ad aliqua tan-
tum,veluti,cum ſubiecerunt ſe ſub certis pactis,quia
eis quoque ſeruandum eſt: & reuocari non poteſt
priuilegium, vt probat Crauet. in conſil. 869. num.
5. verſicul. hoc amplius: quia reuocatio fit ex pleni-
tudine poteſtatis, quæ nõ poteſt exerceri niſi in ſub-
ditos, vt per eum. & idem eſt ſi concedatur priuile-
gium tempore quo quis efficitur ſubditus, vel paulò
poſt,vt per Iaſ.in conſil.1.num.16. volum.1. quem ſe-
quitur Oſaſc. deciſ. Pedem. 139. num. 21. nam & in
his eadem quæ ſupra verſatur ratio,& vbi etiam con
ceſſio talis fieret per contractum, non deſineret eſſe
priuilegium, nec perderet priuilegij naturam, per
ea quæ ponit Natta in conſil.164.num.4.

Et quamuis reuocari non poſſit priuilegium quod
ſubdito fuit conceſſum ex contractu vel oneroſo ti-
tulo, tamen quoad effectum reuocandi, non dicitur
12 titulus oneroſus,quando conceſſio fit ob merita:† nã
etiam legatum fit ob meritum,l.nec adiecit,ff.pro ſo-
cio,& tamen continet lucratiuum titulum,Bart.l.Mę
uius, §.duobus, colum.7.verſic.ſecundo quæro,ff.de
legat.2.& actio etiam eſt in promptu,quia etſi Prin-
ceps propter merita obligetur ad antidora, tamen
inuitus non cogitur remunerare, l.ſed etſi lege,§.con
ſuluit,vbi gloſ.in ver.obligauerunt,ff.de petitio. hæ-
red.Bartol.in d.§.duobus.Bald.in l.ſi tibi pecuniam,
ff.ſi cert.pet.& per prædicta hoc voluit Boſſ. in tit. de
Princip. num. 323.

Nec obſtabit quod in eodem priuilegio Princeps
promiſerit illud non reuocare, quia ea promiſſione
non obſtante,poteſt nihilominus reuocare: nam ne-
mo poteſt ſibi legem imponere à qua non liceat ſibi
recedere,d.l.ſi quis,in princip.teſtamenti,& quando
actus eſt ſui natura reuocabilis, non valet conuen-
13 tio de non reuocando.† gloſſ.in cap.fin.de procurat.
in 6. vbi non valet promiſſio de non reuocando pro-
curatorem. ſic etiam non poteſt quis ſe obligare ad
non mutandum ſepulturæ electionem. Ioan.Mon. &
Ioan.Andr.in c.1.de ſepultu.in 6.& in ſpecie non ua-
let pactum de nõ reuocando precarium,quia eſt con-
tra illius ſubſtantiam,l.cum precario, ff.de prec. qui
autẽ aliquid habet ex priuilegio, videtur illud pre-

catio

cario tenere, Batt. in l. hoſtes, quæſt. 1. ff. de captiu. &
his rationibus tenet Natta in conſ. 511. num. 4. quod
promiſſio Principis de non reuocando priuilegium
non valeat, nec impedir facultatem reuocandi quæ
24 prius illi competebat. † Eam quoque concluſionem
probat Decian. in conſil. 51. num. 30. volum. 3. vbi di-
cit, quod in materia legum, ſtatutorum, & priuilegio
rum, hæc eſt mera opinio, quòd præcedens clauſula
derogatoria, ad ſequentes actus nihil operatur, licet
bene poſſe modificari, ita ſcilicet, vt non poſſint reuo
cari niſi adhibita in reuocatione certa forma, quod
videtur etiam placuiſſe Rim. in conſil. 540. num. 81.
Similiter non repugnabit quod reuocatio priuile-
gij fieri ſolum poſſit à Pontifice vel Cæſare, qui nul-
lum recognoſcunt ſuperiorem, at inferiores Princi-
25 pes non poſſint reuocare, niſi cum cauſa, † cap. ſi ri-
bi, de præben. in 6. l. quod ſemel, ff. de decret. ab ord.
faciend. ita Felin. in d. cap. nouit, num. 35. præcipuè
verò id verum eſt in eccleſiaſticis dignitatibus, vt
per Ruin. in conſil. 130. colum. pen. vol. 5. & in conſil.
229. num. 13. vol. 1. Oſaſc. deciſ. Pedem. 139. num. 27.
& in ſpecie, quod Princeps, Papa, vel Cęſare inferior,
non reuocet ſine cauſa, tenuit Bald. conſ. 300. col. 1.
in fine, vol. 5. Roman. Sing. 517. An diſpenſatio. Ruin.
d. conſil. 229. in conſil. 98. colum. 12. vol. 4. Crauet. qui
alios citat in conſil. 732. numer. 17. quandoquidem
procedere id poteſt in inferioribus à Principe, vt
ſunt Comites, & alij de quibus loquitur Oſaſc. loco
præcitato, vel etiam in inferioribus eccleſiaſticis, vt
ſunt Epiſcopi & alij, quemadmodum poſt Butr. Imo
lam, & alios, diſtinguit Ruin. d. conſil. 130. qui ideo
reprehendit Felin. qui aliud tenuerat etiam in ſæ-
cularibus, propterea in Principe ſæculari, Crauet. in
conſil. 640. num. 18. tenet, quod is quoque poſſit ſine
cauſa reuocare priuilegium, & Peregrin. d. titul. ha-
bet iura fiſci, num. 19. impugnat dictum Baldi, ſub-
dens, ſibi illud non placere, quia Principes pro libi-
to reuocant gratias, allegat etiam Socinum, & ra-
tio eſt, quia tales Principes in Italia, pręcipuè Sere-
niſſimus Dux Mantuæ & Montisferrati, habent iura
Imperij, vtuntur plenitudine poteſtatis, & poſſunt
in eorum dominio quidquid poteſt Imperator in
26 toto Imperio, † vt in ipſo Duce ponit Socin. in con-
ſil. 66. num. 13. volum. 3. & in pluribus alijs ponunt
Socin. Ruin. Socin. iun. Cagnol. Rimin. & alij multi
relati à Becio in conſ. 56. num. 61. & dixi in conſil. 1.
num. 12. quo fit, vt idem in Duce Mantuæ dicendum
ſit, quod affirmatur de Cæſare, & facit ratio: quia ta-
les Principes vtuntur plenitudine poteſtatis, à qua
prouenit reuocandi facultas, vt dictum eſt ſupra, &
inferius etiam tractabo latius.
Prædictis tamen & alijs ſimilibus minimè obſtan
tibus, concludo, ſeruandam eſſe immunitatem quæ
Domino Sigiſmundo ſuiſq; anteceſſoribus fuit con-
ceſſa, poteſt enim Princeps qui ſuperiorem non re-
cognoſcit, vel qui habet iura Imperij, immunitatem
27 concedere, † vt volunt Bartol. Bald. Angel. Alexand.
& alij, in l. vacuatis, de Decurion. lib. 10. Cin. & Bald.
in l. nec damnoſa, colum. 1. C. de precib. Imperat. of-
fer. Cin. in l. fin. in fine, C. ſi contra ius vel vtil. public.
Bartol. in l. 1. C. de decretis Decurion. lib. 10. qui ta-
men omnes loquuntur, quando in priuilegio adeſt
derogatio legis. Aegid. de Tomat. in tractat. de col-
lect. in §. ex actis eccleſiaſticis, num. 37. & ſeq. folio
mihi 337. & ſequen. Feſtaſ. in eod. tractat. par. 4. in 5.
cap. num. 37. & ſeq. idem eſt in ciuitate libera, quæ
ſuperiorem non recognoſcat: quia immunitatem
28 concedere poteſt. † Bald. in conſil. 406. volum. 5. Abb.
in capit. 2. colum. fin. de immun. eccleſ. Natta in con-
ſil. 304. numer. 1. quinimo ciuitas quæ habet ſuperio-
rem, concedere poteſt immunitatem, ſi Principis
accedat conſenſus, l. immunitates, vbi gloſſ. Bartol.
& Ioan. de Plat. C. de agricol. & cenſit. Angel. in l. 1.
num. 4. C. de immun. nemi. conced. Alexand. conſil.
101. num. 3. & ſeq. volum. 1. gloſſ. in l. vnica, C. de his
qui à Princip. vacat. acceper. lib. 10. vbi Ioan. de Plat.
& Luc. de Pen. Grat. conſil. 61. num. 1. & ſeq. volum. 1.
ſed in caſu noſtro nō fuit opus derogatione iurium,
quia fuit conceſſa propter merita, atque ita ex cau-
ſa legitima, propter quam non ſolum Princeps, ſed
Vniuerſitas etiam ſuperiorem habens, poteſt face-
19 re aliquem immunem. † Bart. in l. ambitioſa, col. 2.
verſic. quæro vtrum liceat, ff. de decret. ab ordin. fa-
cien. Alex. in conſil. 101. col. 4. ver. præterea illa gloſ.
in 1. volum. Iaſ. in conſil. 101. column. 3. verſic. quinto,
volum. 4. Felin. in cap. accedentes, colum. fin. de præ-
ſcrip. Roland. qui multos addit conſil. 5. numer. 8. &
ſeq. volum. 1. Pariſ. in conſil. 68. num. 4. volum. 1. quod
ſi id conceditur Decurionibus, multo magis admit-
tendum erit in Principe, qui eſt ſupra omnes Decu-
riones & Vniuerſitates. & facit ratio generalis, quia
ſolius eſt Principis onera imponere, & collectam in-
dicere, ergo ipſius quoque eſt liberare ab eiuſmodi
impoſitione: nam eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, l.
nihil tam naturale, ff. de regul. iur. & l. eius eſt nolle,
ff. eodem tit. & in hoc non poteſt cadere difficultas;
nam omnes admittunt, & cum priuilegium ſit lex
20 priuata, † capit. priuilegia, diſtinct. 3. Doctor. in l.
fin. de conſtitut. Princip. l. priuilegia, C. de ſacroſan.
eccleſ. l. ius ſingulare, ff. de legib. non minus ſeruari
debet quam lex, vltra quod Principis omne placi-
tum legis habet vigorem, l. quod Principi, ff. de legi-
bus. & quia omnis difficultas conſiſtit in reſolutione
eorum quæ priuilegio opponuntur, ideo ad ea deue-
nio, illiſq; reſolutis, apparebit cauſam Dom. Sigiſ-
mundi eſſe extra omnem dubitationem, & non iure
eam oppugnari.
Non obſtat itaque, quod non conſtet de priuile-
gio niſi ex relatione facta in aliquibus ſcripturis: re-
ſpondeo enim, omittendo alia quę dici poſſent, quod
vbi in priuilegio confirmante inſertus eſt tenor con-
firmati, tunc non opus eſt quod conſtet de confirma
to, ſed tenor ille probat ac ſi priuilegiū ipſum oſten-
21 deretur. † ita voluit Spec. in tit. de inſtrum. edition.
§. nunc autem videndum, in verſ. item oppono. Abb.
in cap. quia diuerſitatem, de conceſſion. præbend. &
in cap. inter dilectos, in 1. ſolut. de fide inſtrumen. vbi
ſubdit, notandum eſſe in practica, quia quotidie im-
petrantur priuilegia confirmatoria, & originalia
fuerunt deperdita. Roman. in conſil. 327. column. 2.
Cardin. in cap. ſi Romanorum, colum. 3. diſtinct. 19.
Alber. in l. 1. num. 2. verſic. & ſumitur argumentum,
C. de Epiſc. & cler. vbi Caſtr. num. 4. idem tenet Iaſ.
in Auth. Si quis in aliquo, num. 8. verſ. ſecundo quæ-
ro, vbi ait eſſe quotidianum dubium, de quo ſæpius
conſultus fuit, & mouetur: quia Princeps eſt lex ani
mata in terris, §. penult. in Authen. de Conſul. gloſ. in
l. quia, ff. de iuriſdict. omn. iudic. at lex faciens men-
tionem de inſtrumento, probat, etiam ſi de illo aliter
non appareat. Bald. in d. l. 1. ergo & Princeps, dicit
etiam de hoc eſſe textum not. in cap. pen. de confirm.
vtil. vel inutil. Dec. in cap. 2. column. pen. num. 6. de
confirm. vtil. vel inutil. vbi multas refert deciſ. Pariſ.
in conſ. 33. nu. 9. vol. 1. Gram. conſ. ciuili, 122. num. 2.
Boer. in deciſ. 247. nu. 3. Bellon. in conſ. 36. nu. 7. Me-
noch. in conſ. 90. nu. 42. vbi allegat Soc. Rip. Albam,
Crau. & Didac. Riminal. in conſ. 501. num. 20. Rota
in deciſ. 36. num. 1. in 2. par. in nouiſſim. & hoc eſt ve-

rum, etiam quando confirmati priuilegij tenor non
eſt expreſſus, ſed Princeps confirmans vult, quod ha
beatur pro expreſſo: quia cum poſſit id facere, per-
inde eſt ac ſi expreſſus eſſet ſolus illius tenor, vt ſu-
ſtinet Butr. in conſ. 2. in fine, & clarè probat in termi
nis Ruin. in conſ. 31. num. 5. ver. præterea & ſecun-
do, volum. 1. hæc autem clauſula legitur in priuile-
gio confirmationis, quia vult Princeps quod omnia
habeantur pro ſufficienter expreſſis, quinimo, ſuffi-
cit, vt tenor priuilegij confirmati ſit relatus in ſub-
ſtantia, quia etiam ſi tenor non ſit de verbo ad ver-
bum relatus, tamen perinde eſt ac ſi relatus eſſet,
22 quando ſubſtantia fuit recitata, † vt eſt text. in l. 1.
C. de epiſc. & cleric. vbi Alb. notat Præpoſ. in c. ſi Ro
manorum, num. 17. ver. & idem dicerem, 19. diſtinct.
vbi propriè loquitur in priuilegio confirmante, &
vult, quod ſi tenor in ſubſtantia referatur, perinde
habeatur ac ſi de verbo ad verbum eſſet totus rela-
tus. Ruin. qui latè confirmat in conſ. 31. num. 7. vo-
lum. 1. vbi addit Bar. in l. admonendi, ff. de iureiuran
do, quem ſequitur ibi Iaſ. alios referens, nume. 29.
idem Ruin. in conſ. 231. num. 6. vol. 1. & in prædictis
duobus locis Ruin. addit aliam declarationem, quia
ſcilicet referenti creditur, etiam non conſtito de re-
lato, quando confirmatio eſt facta ex certa ſcientia,
23 † quia præſumitur quod Princeps antequam relatũ
priuilegium confirmauerit, voluerit illud videre, nõ
autem inconſultè & ſine debita cognitione proceſ-
ſerit, allegat Innoc. & alios, in cap. inter dilectos, de
fide inſtrum. Spec. Archid. Butr. Abb. Imola, & alios,
hæc autem omnia concurrunt in facto noſtro, quia
tenor priuilegij nedum in ſubſtantia, ſed per exten
ſum de verbo ad verbum eſt relatus, & confirmatio
facta eſt ex certa ſcientia, & omnia quæ exprimenda
erant, habita fuerunt pro expreſſis; & facit genera-
lis regula, quod vbicunque illud quòd refertur pen-
det à poteſtate referentis, tunc creditur referenti,
etiam ſi non conſtet de relato, dummodo voluntas
24 diſponentis certa ſit, † l. ſi ſeruus legatus, §. ſi ita ſcri
ptum, ff. de leg. 1. l. liberti, vbi Dec. in 4. not. ff. de offic.
aſſeſſ. Soc. in conſ. 265. col. 1. vol. 2. Pariſ. in conſ. 33.
nu. 7. vol. 1. multos citat Crauet. in conſ. 956. nu. 15.
& in conſ. 957. num. 34. Menoch. in conſ. 90. num. 42.
Bero. in conſ. 198. nu. 23. vol. 1. Berret. in conſ. 134. nu
mer. 3. Rimin. conſ. 41. nu. 4. addi etiam poteſt, quod
priuilegium prædictum non fuit ſolum cõfirmatum,
ſed dictum etiam fuit quod de nouo concedit, qua-
tenus opus ſit, quo caſu ſuſtinetur actus tanquam ex
25 confirmante, ſi non valet ex confirmato, † vt per In-
noc. in d. c. inter dilectos, de fide inſtrum. Ruin. dicto
conſ. 31. nu. 6. ver. & vbi ſolam, & d. conſ. 231. num. 5.
quidquid in contrarium dixerit Bertran. in conſ. 181.
num. 6. vol. 3.

Et quamuis multi ſupra pro contraria parte cita-
ti dicant, quod referenti non creditur, etiam ſi relati
tenor ſit inſertus, tamen illud procedit, quãdo actus
non pendet à poteſtate referentis, ſecus quando re-
ferens poterat illum actum facere, & ſecundum illũ
de nouo diſponere, & ideo Bertran. in conſ. 181. poſt-
quam dixit, tunc ſolum ſtandum eſſe referenti, quan
do tenor originalis notæ fuit inſertus, ſubdit, quòd
hoc non tranſit ſine difficultate. Præterea, illi loquun
tur de inſtrumentis & cõtractibus, qui à duorum vo-
luntate dependent; aliud aũt eſt in priuilegijs, vt di-
ſtinguunt Hoſt. & Io. And. in c. venerabilis, de confir
mat. vtil. vel inutil. & tranſit cum eis Bertrand. in
conſ. 429. num. 1. vol. 4.

Non etiam mouet, quod ſecundo loco dicebatur,
priuilegium non probare nec valere, quia non repe-
ritur à Principe ſucceſſore confirmatum: nam non
reperitur iure cautum, quod priuilegium ad validi-
tatem requirat confirmationem ſucceſſoris, ergo nõ
debemus illud nos requirere, §. cum igitur, in Auth.
de non elig. ſecun. nub. & quod lex non dicit, nec nos
dicere debemus, & ſicuti leges perpetuæ ſunt, c. fin.
vbi Butr. Abb. & alij, ita & priuilegia, quæ dicuntur
priuatæ leges, & priuilegium ſui natura eſt perpe-
26 tuum, † cap. decet, de regul. iur. in 6. & per has ratio-
nes concludit Paſet. in conſil. 18. num. 8. & ſeq. quòd
priuilegium non indiget confirmatione, ſed ei non
ita erat per rationes laborandum, quia habemus de
hoc deciſionem Cini, Bald. Caſtr. & Salic. in l. priuile
gia, C. de ſacroſanct. eccleſ. idem voluit Bal. in conſ.
112. in 6. dub. vol. 1. quia ſecundum eum cenſetur cõ-
ceſſum ſub nomine dignitatis, quæ ſemper durat, &
in ſucceſſorem tranſit; quamuis autem ipſe conſulat
confirmationem peti, tamen ſubdit etiam non ſine
iniuria denegari. idem voluit Alexand. in conſil. 33.
col. penult. verſ. & non eſt cutandum, vol. 5. vbi dicit,
quod per mortem Principis non eſt extincta princi-
palis dignitas, & idem probat alijs iuribus Burſat.
in conſil. 25. in fine, vbi allegat gloſ. Abb. Dec. & Soc.
iun. Nattam in conſil. 122. num. 18. Rimin. in conſil.
23. num. 141. quæ ſentẽtia multo magis obtinere de-
bet, quia in priuilegio dicitur quod in futurum ſer-
uari debeat tanquam lex, & quod habeat vim legis,
quo circa ſicuti lex ſine confirmatione ſeruanda eſt,
ita & priuilegium hoc. Paſet. d. conſ. 18. num. 8. Facit,
quia ſuperflua eſt omnis confirmatio, quoniam Prin
ceps ſucceſſor non poteſt ea reuocare quæ à præceſ-
27 ſore conceſſa ſunt, † ſed ligatur ad obſeruantiam,
capit. priuilegia, de pace Conſtan. Bald. in titul. qui
feud. dare poſſ. num. 35. & in l. digna vox, in fine, C. de
legibus, vbi Caſtr. & alij ſequuntur. & hanc ſenten-
tiam quod Princeps ſucceſſor obligetur ad conceſ-
ſiones factas per anteceſſorem, præcipuè ſi per ſuc-
ceſſionem admiſſus ſit, & non per electionem, tenue-
runt Bartol. Mart. Laud. Socin. Felin. Afflict. Dec.
Brun. Iaſ. Pariſ. Bero. Iacobin. Neuizan. Campeg.
Crauet. Boer. Natta, & Roland. quos omnes citat,
& ſequitur Oſaſc. deciſ. Pedem. 139. numer. 11. Lo-
fred. in conſil. 38. num. 17. Crauet. in conſil. 404.
num. 7. conſil. 592. num. 59. conſil. 640. numer. 19.
Burſat. alios citans, in conſil. 16. num. 46. & ſeq. &
ad hoc infinitos cumulat Menoch. in conſil. 1. num.
228. & num. 404. vbi id vult etiam in his qui ſucce-
dunt per electionem. Mandoſ. in conſil. 93. numer. 3.
Cum itaque Princeps obligetur ad obſeruantiam,
fruſtra confirmatio requiritur, & non debet fieri
quod factum non releuat, & actus fruſtratorios ne-
mo facere debet.

Ad id vero quod opponitur, Dominum Sigiſmun-
dum amiſiſſe priuilegium, quia longo tempore non
eſt vſus, facilis eſt reſponſio. imprimis enim dicitur,
quod nunquam euenit occaſio, quòd fuerit Domin.
Sigiſmundus moleſtatus, ceſſante autem moleſtia,
non fuit ei opus priuilegio, ideoque per eum nõ ſte-
tit, quo minus vteretur priuilegio: quarè imputari
28 ei non poteſt, nec priuilegium perdidit, † gloſſ. in
cap. Abbate, verſic. ibidem, de verbor. ſignificat. &
ibi eam notant Butr. & Abb. gloſſ. in c. Ioannes, vbi
etiam Butr. & Abbas, de cler. coniu. Bar. in l. in filijs,
C. de Decurion. lib. 10. Felin. in cap. cum acceſſiſſent,
num. 25. verſic. ſecunda regula, de conſtit. vbi etiam
Dec. num. 16. in 2. limitat. Dec. in conſil. 271. num. 18.
Iaſ. in l. fin. colum. penult. ff. de conſt. Princip. plures
citat Bellon. in conſ. 1. num. 11. vbi idem dicit, quan-
do euenit quidem occaſio, ſed ei aliter prouidere

potuit

potuit non vtendo priuilegio. Riminal. in conſil. 56.
num. 67. Paſet. in d. conſil. 17. num. 20. vbi idem dicit,
quando tale eſt priuilegium cui impetrans renun-
29 ciare non poſſet.† Decian. in conſ. 66. num. 65. vol. 3.
Berret. in conſ. 13. num. 9. Menocb. de præſump. lib. 6.
præſumpt. 41. num. 16. & ratio eſt: quia amiſſio priui-
legij cauſatur à negligentia non vtentis, quæ ceſſat
in eo cui non eſt oblata vtendi occaſio; proinde ceſ-
ſante amiſſionis cauſa, ceſſat ipſa quoque amiſſio.

Secundo reſpondetur, quod hoc priuilegium fuit
conceſſum in remuncrationem multorum merito-
rum, propterea non poteſt tolli per non vſum, quia
tunc competit in vim contractus, & continet cauſam
30 oneroſam, & conſequenter perpetuo durat, † arg.
eorum quæ Doct. ponunt, in c. 1. de probat. & in ſpe-
cie ita limitat Gabr. in conſ. 151. num. 11. volum. 2. id
quod comprobatur ex his quę dicam infra in reſolu-
tione vltimi obiecti, dum tractabo, an reuocari poſſit
tale priuilegium.

Tertio reſpondeo, quod Dominus Sigiſmundus
fuit ſemper abſens à patria, & bona ſua ipſe non ad-
miniſtrauit, ſed mater, quæ erat eius tutrix, & cura-
trix, imò, & vſufructuaria omniũ bonorum, propte-
rea cum ipſe non gauderet bonis, & ad vſufructua-
rium ſpectaret onus ſoluendi collectaa, & onera quę-
31 cunque rebus impoſita, † l. quæro, ff. de vſufruct. leg.
Capra in conſil. 149. num. 18. Afflict. deciſio. 252. nu-
mer. 4. Decius in conſil. 285. colum. prima, Boſſius in
tit de princip. num. 130. Bello. in conſ. 12. num. 7. Pi-
nell. in l. 1. part. ſecunda, nu. 72. C. de bon. mater. Cæ-
phal. in conſil. 290. nu. 4. Oſaſc. deciſ. Pedem. 83. num.
4. non fuit ei opus aliquo immunitatis priuilegio,
cum ad eum onus collectarum non pertineret. Facit
quod poſt Bartol. & Balbum dixit Bellon. d. conſ. 1.
nu. 22. vbi ait, quod qui non eſt vſus priuilegio, quia
aliter potuit ſuæ neceſſitati prouidere, nõ illud amit-
tit; ſic in propoſito, Dom. Sigiſmundus, non eſt vſus
priuilegio, quia bonis non gaudebat.

Nec repugnat quartum motiuum, quod ſcilicet
Dominus Sigiſmundus agnoſcendo onera, & ſuas
functiones ſubeundo, ſibi præiudicauerit, & priuile-
gium amiſerit: quandoquidem tollitur id diuerſi-
modè; & primo, quia priuilegium immunitatis non
tollitur per vnicam vel plures ſolutiones, ſed requi-
ritur quod immunis ſoluerit per triginta annos, vt
32 ſibi pręiudicet, † aliàs erit ſibi ſolum præiudicatum
quoad ſolutiones ſactas, non pro tempore futuro,
quia immunitatis priuilegium non continet actum
momentaneum, nec conſumatur per vnum vel plu-
res actus, ſed habet cauſam ſucceſſiuam, & comple-
tur tempore, & per plures actus, text. in l. voluntariè,
C. de excuſation. & ibi inferunt in ſpecie ad priuile-
gium Cin. Petr. & Salic. ad idem eſt text. in l. ſecunda,
& in l. falſa, C. de diuer. reſcript. idem notat Bartol.
in l. ſecunda, in fine, ff. de Decurion. Abb. in conſil.
94. volum. primo, Alexand. in conſil. 33. volum. 5.
idem Abb. in cap. cum acceſſiſſent, vbi latè Felin. de
conſtitutionib. Guid. Pap. in quæſtion. 387. Decius in
conſilio 496. num. 13. Iaſ. in conſil. 25. num. 3. volum.
3. Ruin. in conſilio 93. numer. 27. volum. 4. latiſſimè
Dec. in dicto capit. cum acceſſiſſent, numero 17. ver-
ſic. ſed aduertendum eſt, vbi dicit, quod ſoluendo
quis ſemel aut pluries, non dicitur renunciare pri-
uilegio, quia hæc eſt tacita voluntas, quæ non ex-
tenditur vltra quam ex ipſo actu neceſſario infera-
tur, vt per vnam aut plures ſolutiones non infertur
per neceſſe quod velit omnino renonciare priuile-
gio. Præterea, vt priuilegium tollatur, requiritur
actus qui fit ex toto contrarius priuilegio, ſed vni-
ca ſolutio, vel etiam plures ſolutiones non aduer-
ſantur in totum priuilegio, ſed in parte, nempe, re-
ſpectu oneris quòd exoluitur, ideo in totum non tol-
litur priuilegium, quod refertur ad ſucceſſiuos om-
nes actus, & ideo facit cõcluſionem hoc modo, quòd
priuilegium tollitur per contrauentionem, quæ ta-
men ſit vniuerſalis, & reſpiciat futuros actus, nõ au-
tem ſi ſit particularis, & reſpiciat certos actus; & ibi,
meo iudicio, ceteris perfectius loquitur Natta in cõ-
ſil. 446. num. 16. vbi ponit in ſimili, quod dicitur de
eo qui partem ſoluit indebiti, is enim ſibi præiudicat
in ſoluto, ſed non propterea compelli poteſt ad ſol-
33 uendum reſiduum, † gloſſ. in l. fin. C. ne vxor pro ma-
rito, in l. non dubium, in ver. agnouerit, vbi Doctor.
omnes, C. de teſtament. & prædicta in concluſ. quòd
non tollatur priuilegium niſi ſoluendo per triginta
annos, probauit etiam Silua. in conſilio 83. num. 10.
& ſequent. vbi allegat Gozad. in conſil. 23. colum. 1.
attellantem de communi, Cæphal. conſilio 58. num.
92. Oſaſc. in deciſion. Pedemont. 91. num. 22. verſicu.
poſſet quarto reſponderi. Decian. in conſilio 43. nu-
mero 27. & ſeqq. volum. 3. & pro hac reſolutione fa-
cit, quia vbicumque ſumi poteſt alia cauſa quam re-
nunciationis, tunc ſemper interpretari debemus
34 actum ne renunciationem inducat. † Butr. in capit.
accedentibus, de priuileg. gloſſ. in cap. pro illorum,
in verſic. receſſiſſe, de præbend. & hoc argumen. vſus
eſt in propoſito Alexand. dicto conſil. 33. Dec. d. cap.
cum acceſſiſſent, numero 17. verſic. quinto intelli-
gitur, & Decian. d. conſil. 43. numero 31. erit igitur
ſublatum quoad præteritas ſolutiones, non quoad
futuras.

Reſpondeo ſecundo, quod contrarium procede-
ret, ſi ſolutiones fuiſſent ſponte factæ, & nemine co-
gente, at vbi ſolutiones ſunt coactæ, tunc non præiu-
dicant, quia velle non creditur, qui obſequitur impe-
rio iudicis, l. velle, ff. de regu. iur. & in ſpecie eius qui
cum ſit immunis, coactus eſt ſoluere quod ſibi non
35 præiudicet, † eſt text. in l. cura, ff. de muner. & ho-
nor. Butr. in cap. accedentibus, colum. 1. de priuileg.
vbi loquitur de capitulo recipiente aliquem de mã-
dato Pontificis. Roman. in conſ. 252. in fin. Felin. in
dicto cap. cum acceſſiſſent, num. 29. Alexand. in dicto
conſil. 33. Dec. d. cap. cum acceſſiſſent, nume. 17. verſ.
quinto intelligitur. Marſil. in conſil. 99. num. 3. Ruin.
in conſ. 107. num. 13. conſ. 188. num. 11. volum. 1. & la-
tè proſequitur Menoch. lib. 6. præſumptio. 41. nomer.
14. vbi multas allegat Rotæ deciſiones, & refert ſe
conſuluiſſe pro Reuerend. Clericis Societatis Ieſu,
qui ſæuiente bello, coacti fuere ſoluere decimas, Sil-
ua. conſ. 66. num. 28. Oſaſc. in d. deciſ. 91. num. 19. ver-
ſic. ſecundo dato. Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de
iure immunit. concluſ. 1. num. 6. & huic quoque ſolu-
tioni accomodatur illa ratio, quod priuilegij renun-
ciatio eſt quædam donatio, quæ nunquam præſumi-
tur, vbi alia coniectura ſumi poteſt; & quando coa-
ctè ſoluit, tunc videtur quis potius voluiſſe obtempe-
rare ſuperiori, quam ius ſuum perdere, ideo non in-
ducitur renunciatio.

Tertio reſpondeo, quod nulla reperitur facta ſo-
lutio ab ipſo Dom. Sigiſmundo, ſed à matre, dum ip-
ſe abeſſet à patria: propterea cum ignorauerit eas
ſolutiones, nõ poteſt videri per illas renunciaſſe pri-
uilegio; quia ignorans non dicitur renunciare iuri
36 ſuo, † l. mater decedens, ff. de inofficio. teſtamen.
Dec. in conſil. 450. num. 21. Afflict. deciſio. 53. Becius
in conſilio 111. num. 10. ignorantia enim concludit
conſenſum, adeo, vt ne iuramentum quidem ope-
retur, l. fin. C. de non numer. pecun. Bald. in l. prima,

quæſt.2.C.commodat.& priuilegium non tollitur ni
ſi per negligentiam, vel tacitam renunciationem, vt
notant Doctores in dicto cap. cum acceſſiſſent, & in
l.fin.de conſtit.at negligentia non cadit in ignoran-
37 tem, † l.1. in fine, C.de anna.exceptio. l.fin.ff.de de-
cret.ab ordin.facien.& ignorans non dicitur dolum
38 aut culpam committere, † l. tertia, §. ſi quis igno-
rans, ff.ad Sillanian.gloſ.in l.cotem,§.dominus,ff.de
publican.alios citat Cæphal. in conſ.24. nu.15.ſicēt
ignorans,non dicitur contemnere, l. ſi ignorans, ff.
locati, alia poſui in conſil.150.nu.22.& ſequen.& in
terminis quod vbi ſolutiones factæ fuerunt ab alio
quam ab ipſo communi,non præiudicent ignotanti,
39 nec per eas tollatur priuilegium,† voluit Decian.d.
conſil.43.nu.35. & ſeq.vol.3.

Reſponderi poteſt, & quarto,quod etſi mater quæ
erat tutrix & curatrix,ſoluerit, tamen non præiudi-
cauit filio: cum enim iſtis bonis gauderet vti vſufru
ctuaria, à viro relicta, & collectas ſoluerit, oneraq;
ex propria obligatione ſubiuerit: quia, vt ſupra di-
ctum eſt, vſufructuarius tenetur ad collectas, non po
tuit per ſuas ſolutiones præiudicare filio in ſua im-
munitate: quia ius noſtrum non tollitur niſi facto
noſtro, l.id quod noſtrū,ff.de reg.iu. & factum vnius
non debet alteri nocere,l.non debet alteri,ff.eodem
tit.& in ſpecie quod mater non poſſit filijs damnum
inferre, probat tex.in l.de re filiorum, ff.de trania.&
dictum eſt ſupra,quod vbi nō concurrit negligentia,
aut renunciatio, tunc priuilegium non tollitur, hic
autem nihil eſt quod D. Sigiſmundo imputetur, vt
ſatis oſtenſum eſt.

Nec dicatur, quod ex quo mater erat tutrix aut
curatrix,præiudicauit filio: quia,vt dixi,ille ſolutio-
nes non fuerunt factæ à matre vti tutrice,ſed ex per-
ſona propria,tanquam vſufructuaria; & quamuis in
eius perſona concurrant iura duplicis perſonæ,tutri
cis ſcilicet, & vſufructuariæ, tamen in eo actu conſi-
derari debet ſolum tanquam vſufructuaria, argum.
l.1.vbi Bal.C.de offic. Conſul. Soc.in l.cū filio, nu.20,
ver.ſecunda ratio, ff.de leg.2. atque ibi Crauet.in s.
par.nu.395.quinimo ſi ſoluiſſet nomine filij, & tan-
quam illius tutrix non præiudicaſſet, quia tutrix nō
40 poteſt pacto etiam expreſſo tollere ius † pupilli, l.
pactum curatoris, vbi gloſ.Bar.Alexan. & alij,C.de
pact.Ang.in l.contra iuris,§.ſi.ff.de pact.Corn.in cō-
ſil.143.col.3.ver.& licet tutor,vol.4.Dec.in conſ.147.
col.fin.ergo multo minus per actum tacitum. Barb.
conſil.40. col.5. in fine, vol.2. & in terminis noſtris
per tuta prædicta tenuit Siluan. in conſil.66. in fine,
quod tutrix ſoluendo aliquo tempore collectas pro
41 filio immune,non tollat illius priuilegium,† vbi re-
ſpondet pro Illuſtriſſimis Dominis Comitibus San-
cti Georgij. & in eodem facto idem dicit Cæphal.
in conſil. 58. in fine, quia ſecundum eam tutrix po-
teſtatem habet adminiſtrando benè, non autem ma-
lè, l. qui fundum, §. ſi tutor, vbi Bartol. ff. de vſucap.
pro emptor. glo.in l.interdum, la 2. §. qui tutela, ff.
de furtis.

Vltimo reſpondeo,quòd etiamſi ſolutiones factæ
fuiſſent ab ipſomet Domino Sigiſmundo, tamen
poſſet repetere omnes ſolutionns à ſe factas per con-
dictionem indebiti, l.1. ff. de condictio. indeb. cum
enim eſſet tutus exceptione ſui priuilegij, datur re-
petitio, vt per Doctores ibi, & dicitur per errorem
ſoluiſſe, credens ſe non eſſe immunem; ſed vbi etiam
ſcienter ſoluiſſet, atque ideo denegaretur condi-
ctio, quæ non conceditur ei qui ſciens indebitum ſol
42 uit, ex quo cenſetur † donare, d. l.1. vbi Doctor.&
in l.cum quis,C.de iuris & facti ignor.ſoluens enim
ſcienter, videtur donare, l. cuius per errorem, ff. de
reg. iur. ſaltem non eſſet ei deneganda reſtitutio in
integrum aduerſus ſolutiones ſcienter factas, quia
erat eo tempore minor, vt docet Cin. in l.1. C. ad
leg.Falc.Bart.in l.interdum,nu.10.ff.de cond.indeb.
vbi dicunt,quod in caſibus quibus minor non repe-
tit indebitè ſolutum, per condictionem, in illis re-
43 ſtituitur. † idem voluit Ang.in l.2. C.ſi aduer. ſolut.
vbi Caſtr.nu.5. idem ponit, & poſt eos Iacob.& iſto
caſu nō tenetur allegare quod ſoluerit per errorem,
vel ignoranter, quia etiam ſi ſciens per imprudcn-
tiam ſoluerit, reſtituitur, ſecundum Angel. in §. fin.
num.7.Inſtit. quibus aliena.non licet. & non minus
erit reſtituendus ſi ſolutiones feciſſet cum authori-
tate tutricis vel curatricis, quam ſi ſolus ipſe, vel ſo
la tutrix vel curatrix ſoluiſſet, l.etiam qui, §.1.ff.de
minoribus,vbi minor læſus facto tutoris,eligit an ve
44 lit reſtitui, vel agere contra tutorem qui læſit. † glo.
& Bald.in l.fin. C.ſi tutor vel curat. interuc. Ang. in
§.illud, in Authent.de hæred. & Falc.Roland.in con-
ſil.72.num.47.volum.3.Bec.conſ.59.nu.1.7.8. & ſeq.
quare conſtat ſolutiones factas nullo modo præiudi
caſſe Do. Sigiſmundo, pro quo poſſent allegari aliæ
limitationes, quæ dantur ad dictam regulam, quod
priuilegium tollitur per actum contrarium, & quæ
recitantur à Menoch. Decian. & Gabriel.in locis ſu-
pra citatis. ſed quia ex prædictis res videtur tutiſſi-
ma, non curo alijs inſiſtere.

Quod demum vltimo loco dicebatur, Principem
concedentem reuocare poſſe priuilegium ſubdito cō
ceſſum, non caret difficultate; quia regulariter pri-
uilegium debet eſſe perpetuum, cap.decet, de regu.
iur. in 6. & multi tenent, quod Princeps non poſſit
45 reuocare quod ſubdito conceſſit. † Iſern.cap.1.in 6.
col.de Capit.qui cur.vend.Bal.in c.1.nu.1.de feud.ſi-
ne culpa non amit. Alex.in conſ.3.nu.6.vol.5.Gulielm.
à Pern.in conſ.16.nu.5.& ſeq.inter conſ.feud.diuerſ.
ſui enim natura eſt perpetuū, & ſemper durat, cap.
decet,de reg.iur.in 6.§.illud,in Authen.Conſtit.quæ
de dignit. & dicunt gloſ. & Doctores, in l.quod ſe-
mel,de decret.ab ordin. facien.quod ſemel legitimè
conceſſum priuilegium mutari non poteſt.Curt.iun.
in conſil.1. nu. 33. & ſicuti corrigi vel reuocari non
poteſt, ita nec minui, l.quod de bonis, §.fi.ff.ad leg.
Falcid. l. ſi optio, ff. qui & à quibus. & dicit Bald.in
tit.de pace Conſtant.in ver. ſucceſſorum, quod ſicu-
ti Princeps in totum non poteſt tollere iura vaſallo-
rum, ita nec ea alterare. idem Bald.in conſil.326.nu
me.9.vol... Socin.iun.conſ.74.nu.2n.vol.1.Natta in
conſ.408.nu.8.& ſeq.Crau.in cōſ.463. nu.16.vtrum-
que enim tollere ſcilicet aut minuere, pendet ab ea-
dem poteſtate.

Sed quia plures tenent, priuilegium ſubdito con-
ceſſum poſſe reuocari ſine cauſa, ideo aliter reſpon-
deo, & dico,quòd id permittitur ſolum ex plenitudi
ne poteſtatis: nam quoad viam iuris & ordinariam
poteſtatem,priuilegiū debet eſſe immutabile,vt di-
ximus ſupra.Crau.in conſ.869. nu.6. & in conſ.909.
46 nu.1. & licet hoc facere poſſit,non tamen debet,† vt
inquit Io.And.in c.quod dilectio,de conſang.& affi.
Bald.in c.1.§.notandum,nu.5.qui feu.dar.poſſ.Cam
peg. conſ.2.nu.26. Io.Iac.de Leon. conſ.114.nu.115.
inter conſ.Brun.Molin. de primog.Hiſp.lib.4.cap.3.
nu.20. vbi ſubdit, ꝙ Princeps non dicitur poſſe hoc
facere,quia honeſte non poteſt.arg.l.nepos Proculo,
ff. de verb.ſignifi.& dicit tex.in l.ratas, C. de reſcin.
vendit. iniquitatis ſummæ eſſe, ea minui aut auferri
quæ à Principe conceſſa ſunt. Iaſ. in conſ.233.col.6.
vol.2. refert Crau. d.conſ.869.nu.6. quia etſi poſſit de
rigore,

Digitized by Google

rignre; nõ tamen de honeſtate, epiſtola inter claras,
C.de ſum. Trin. & fide Cathol. Crauet. in conſ.266.
col. 2.& ad propoſitum noſtrũ id trahit Cæph.in con
ſil.342.nu.98.& Princeps debet habere vnu calamũ,
& vnam linguam, ſemel enim Deus locutus eſt, & ei
conuenit illud, quod ſcripſi; & quæ proceſſerunt de
labijs meis non faciam irrita, & debet eſſe immobi-
lis ſicut lapis augularis & ſicut polus in cęlo, vt præ-
clarè dicebat Bal.in conſil.327. col.2.volum.1.quem
ad hoc citat quoque Peregr. de iure fiſci, lib.1.in ti-
tu. habentes iura fiſci, num.19. fol.56. & plenitudo
47 poteſtatis res eſt odioſa, † l.in honorarijs, §. ſed cũ
reſcita,ff. de action. & obligat. Alexan. in conſil.84.
nu.6.in 3.vol.Crauet. qui alios citat dicto conſ.869.
num.6. & quibuſcunqne graue eſt fidem fallere, ſed
Principibus grauiſſimum,qui non eſſent boni,ſi pro-
48 miſſa non ſeruarent,† vt inquit Bal.in conſil.343.co
lum.1.vol.1. id quod exornat multis Decian.in con-
ſil.25.nu.25. & ſeq. vol.1. nam Princeps non vtitur
plenitudine poteſtatis, niſi ex maxima cauſa,& ſum
ma cum ratione, aliàs eſt plenitudo tẽpeſtatis & ini
49 quitatis, vt inquit † Card.in Clemen.paſtoralis, de
re iudic.quem ſequuntur alij apud Decian. d.conſil.
25.nu.27. quare non bene infertur, Princeps poteſt
reuocare,ergo debet id facere, examinarę enim de-
bet diligentet, an id exigat vtilitas publica, & an ſi-
bi conueniat. & ideo Princeps in dubio non præſu-
mitur priuilegium à ſe conceſſum voluiſſe reuocare.
50 † Calder.conſ.11.tit. de priuileg. Dec. in conſil.168.
col.2.Alciat.conſ.19. num.4. Pariſ.in conſil.61. in fi-
ne, vol. 2.Crauet.conſ.x1.in fine. Decian. in conſ.23.
nu.4.vol.3.Rimin.in conſ.627.nu.38. Menoc.de præ
ſumpt.lib.6. præſumpt.37.nu.7.

Præterea,demum,Principi nedum licere, ſed etiã
conuenire quod priuilegium reuocet, certè,id ei mi
nimè permittitur, quando (vt in facto contigit)fuit
conceſſum propter merita: quia tunc reuocare aut
51 minuere illud non poteſt,† l.Aquilius Regulus,ff.de
donat.gloſ.in l.Decurionibus, C.de ſilentiar. lib.11.
& quod conceſſio ob merita reuocari non poſſit, po-
nit Bald.in l.ſi cum mihi, ff. de dolo, vbi dicit ſic con
ſuluiſſe in ciuitate Senarum, & in l. qui ſe patris, C.
vnde liber. Abb.in conſil.3.in 26.quæſtio.vol.2.Alex.
in conſ.216.num.2. & ſequent.volum.2.Socin.in con
ſil.58. num.9.volum.1.vbi dicit, quod hoc caſu tran
ſit in contractum, & allegat Caſtr.in l.digna vox,C.
de legibus.Dec.in conſil.286.num.4.verſ.& per hoc,
vbi multos citat, & in conſil. 292. num.7. vbi idem
repetit Ruin.in conſil.217.num.7.volum.1. Pariſ.in
conſil.2. nu.127. in 4.Gram. conſil. ciuil.100.nu.32.
Aretin. in cap.nouit, colum.4. de iudic. vbi Felin.in
verſic. tertio limita. Capic. deciſ.121.num.16. Cra-
uet.in conſil.963.num.26. Rolan.qui latiſſimè agit,
in conſil.76. nu.17. & ſeqq. volum.1. Ripa in l. ſi un-
quam, nu.29. C.de reuocan. donat. vbi Tiraquel.in
ver.donatione largitus, num.24. infinitos cumular
Berret. in conſil.1. num.16. Oſaſc. deciſ. Pedemon,
139.num.28.Rimin.ſen.conſil.307.Viſis,num.4.De-
cia.in conſil.25. nu.30. & ſeq. vol.1. & in conſ.51.nu.
25.& ſeqq. vol.3.Rimin.in conſil.540.nu.96. & in cõ
ſil.556.num.107. Peregr. in loco pręcitato, num.29.
Menoc.in conſ.2.nu.139. rationes huius dicti plures
ſunt. Prima, quia conceſſio ob benemerita perdit no
52 men priuilegij, & tranſit in beneficium.† Soc.in con
ſil.84.col.5.ver.confirmantur prædicta, vol.3. ſed an
te cum hoc voluit Alex.in conſil.160. vol.2. Soc.iun.
in conſ.37.num.18.vol.1.vbi infert,quòd eſt latè in-
terpretandum Paſet. in conſ.18. nu.39. & ego quo-
que tetigi in conſil.140.nu.53. Menoch.de præſump.

lib.3. præſumpt.103. num.14. beneficium autem non
poteſt à Principe pro libito reuocari, quia eſt non
contra, ſed præter ius commune, & eſt fauorabile,l.
fin.ff.de conſti. Princip. & quod beneficium non poſ-
53 ſit reuocari, † probat Cæphal.in conſil.342.num.40.
& ſequent. Secunda eſt ratio,quia priuilegium ob me
54 rita conceſſum,tranſit in contractum, † vt poſt Bald.
in d.l.qui ſe patris, tenuit Socin.in conſil.58. num.9.
volum.1.& ante eum Roman.in conſil.436. & infini-
tos cumulat Tiraquel.in d.verb.donatione largitus,
num.14.Ancharan.famil. quæſtion.57. num.3. lib.2.
Decian. qui multos addit, dicto conſil.25. num.35.
Ruin.conſil.217.num.7. volum.1.Roland. dicto con-
ſil.76. num.12. & 14.cum ſequent. Crauett. in conſil.
963.num.26.& ſequent.& quamuis tunc dicant Do-
ctores, priuilegium tranſire in contractum, quando
vel conceditur non ſubdito,vel datur ſubdito quidẽ,
ſed accepto ab eo precio vel aliqua alia obligatione,
quæ loco precij ſuccedat, puta, ſi ſubditus promittat
certum quid facere, vt per Bald. in l. qui ſe patris, &
ponunt Natta in conſil. 511. numer. 9. & conſil.512.
num.15. Peregrin.in loco præcitato, num.28. tamen
id per modum exempli dictum eſt, & ideo non ex-
cluditur caſus,quando priuilegium conceditur pro-
pter merita, vt per prædictos Doctores, quia quod
datur in remunerationem, non procedit à mera &
ſimplici liberalitate, ſed ab ea obligatione qua bene
facienti tenetur benefacere, l. ſed etſi lege, §. conſu-
luit, ff. de petitio. hæredit. Hinc donatio remunera-
toria non eſt donatio propriè, l. ſi quis pro vxore, §.
final. in fine,ff. de donatio.inter virum,& vxor.& di-
cit Abb. in Rubr.extra de donatio. quòd concedens
videtur potius naturale debitum exoluere quam li-
beralitatem exercere; & talis recipiens immunita-
tem, dicitur habere cauſam oneroſam, non lucrati-
uã: quia ſoluitur ſibi laboris merces, l.ſi patet, §.pri-
mo,l. Aquilius Regulus,ff.de donat. Cum igitur pri-
uilegium prædictum tranſiuerit in contractum, ſa-
piet eius naturam,& non poterit reuocari,ſicuti non
reuocatur contractus, vt per Caſtrenſis in l. digna
vox, vbi quod nec etiam ex plenitudine poteſtatis
55 Princeps reuocat contractum. † idem in conſil.317.
colum. final. volum.1. Iaſ. in conſil.93. colum.2. vo-
lum.3. Decian. conſil.286. numer.6. Ruin. in conſil.
196. colum. penultim. volum. primo. Rubeus con-
ſil.138. columna prima, & ſecunda. Doctores om-
nes, in cap. primo, de probationibus. Crauett. in
conſil. 135. colum.3. Socin. iun. in conſil.76. num.3.
volum.1.latiſſimè Roland. in conſil.66.numer.33. &
ſequent. volum. 2. Natta in conſil.512. numero 115.
Cæphal. in conſil.342. num.97. diffuſius ceteris De-
cian. in conſil.25. num.21. volum.1. Becius in conſil.
56.num.8.& ſequentib.contractus enim ſunt de iure
gentium,quod eſt immutabile,§.ſed vt naturalis,In-
ſtitut.de iur. natur.gent. & ciuil. & Princeps ligatur
dictamine rationis. Bald.in l.ſi aquam,verb.decimo-
octauo, C. de ſeruit. & aqua. aliàs ſi poſſet reſilire à
contractu, eſſet deterioris conditionis, quam cete-
ri,quia nemo cum eo contraheret, vt inquit Bald. in
l. Princeps, in fine, ff. de legibus, & ſequuntur infi-
niti apud Decian.dicto conſil.25. num.22. & non ſo-
lum ſuum, ſed anteceſſoris etiam contractum ſerua-
56 re tenetur, † Bald. in cap. primo, de probationibus.
Ruin. in conſil.7.num.17. volum. primo. Roland.di-
cto conſil.66.num.38. Cæphal. conſil.302. num.105.
quia; vt ipſe inquit, idem eſt imperium. & in termi-
nis quod Princeps non poſſit reuocare priuilegium
57 quod tranſiuerit in contractum, † tenuit Bald.in di-
cta l. qui ſe patris, colum. penult. & in dicta l. ſi cum

mibi, Alexand. dicta l. digna vox, Alexand. Aretin.
Felin. Dec. Curt. iun. Ruin. & Natta quos citat Pere-
grin. loco prædicto, num. 28. infinitos cumulat Ceph.
in conſil. 342. nu. 53. Oſaſc. d. deciſ. 139. num. 23. Cra-
uet. in conſil. 869. num. 7. conſil. 963. nu. 26. & in con-
ſil. 894. nu. 27. vbi etiam in contractu lucratiuo, quid-
quid in contrarium dixerit Natta in conſ. 511. nu. 8.
ſic etiam non reuocat Princeps priuilegium conceſ-
58 ſum mediante pecunia, Doctores † in dicto cap. pri-
mo, Bald. in l. precibus, num. 13. C. de impuber. Caſtr.
Cardin. Iaſ. Socin. Dec. Brun. Gram. & Crauet. quos
citat Decian. dicto conſil. 25. num. 29. vbi dicit etiam
de plenitudine poteſtatis non licere, Crauet. in con-
ſil. 894. num. 29. conſil. 909. num. 4. conſil. 951. num. 9.
conſil. 963. num. 27. Peregrin. loco ſæpius allegato,
num. 28. quinimo dicunt Doctores, quod non poteſt
Princeps tollere dominium quod fuit ſubdito quæ-
59 ſitum ex priuilegio, † fuit doctrina Aret. in cap. no-
uit, de iudic. quia licet priuilegium ſit actus iuris ci-
uilis, dominium tamen ex eo quæſitum eſt iuris gen-
tium, ſequitur Aret. in conſil. 98. num. 23. volum. 4.
einſdem ſententiæ fuerunt Abb. & Felin. quos citat
ad hoc Crau. in conſil. 894. num. 26. conſil. 640. num.
17. in fine, vbi allegat Ripam, Natta in conſil. 512.
num. 21. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 3.
num. 21. vbi allegat Bald. Alexand. Lupum, & Gabr.
Anguiſ. in conſil. 89. num. 3. Peregr. loco ſupra relato,
num. 27. vbi tamen diſtinguit inter plenitudinem
poteſtatis & ordinariam authoritatem, & Molin.
loquitur in dominio quæſito ex donatione.

Nec repugnat quod conceſſio ob merita non con-
ferat titulum oneroſum ſed lucratiuum: quia reſpõ-
deo, imò, ex ea oriri titulum oneroſum, vt ſupra pro-
baui, dum deduxi, quod tranſit in contractum, &
quamuis Natta in conſil. 164. & in dicto conſil. 511.
velit, eum ſolum actum dici oneroſum qui vltro ci-
60 troque ſit obligatorius, tamen errore capitur: † quia
etiam donationem non poteſt Princeps reuocare,
61 † Caſtr. in conſil. 264. num. 16. volum. 2. Dec. in con-
ſil. 468. num. 28. Soc. iun. conſil. 208. num. 3. volum. 2.
Bart. Bald. Angel. Oldr. Roman. Abb. Socin. Iaſ. Dec.
Calcan. & alij, quos congerit & ſequitur Crauet. in
conſil. 640. num. 19. & in conſil. 894. num. 27. vbi ad-
dit Ruin. Socin. iun. & Capic. vbi ſuſtinet non eſſe cu-
randum quod res ſit collata ex lucratiuo vel onero-
ſo titulo, ſi modo data fuit per contractum. Molin. d.
lib. 4. cap. 3. num. 15. & 22. Peregrin. num. 26. Præte-
rea Doctores omnes iudicãt oneroſam donationem
quæ fit ob merita, & ideo dicunt, etiam propter in-
62 gratitudinem reuocari non poſſe, † l. ſi pater, §. 1. ff.
de donat. Abb. conſil. 3. in 26. quæſt. volum. 2. Roman.
Sing. 520. vbi additio. multos cumulant concordan-
tes. Ripa in d. l. ſi vnquam, num. 29. verſic. comproba-
tur. multos addit Tiraquel. ibi, in verſic. donatione
largitus, num. 14. verſic. & in ſimili. Natta in conſil.
122. num. 14. Roland. d. conſil. 76. num. 20. volum. 2.
Oſaſc. d. deciſ. Pedem. 139. num. 28. Rimin. conſ. 556.
num. 128. Hac etiam ratione Ripa, & Tiraquel. in lo-
cis præcitatis poſt Angel. Rom. Alex. Cardin. & alios
multos, concludunt, donationem factam in remune-
rationem ſeruitiorum, non reuocari propter filio-
63 rum natiuitatem, † & probant, quod nõ dicitur pro-
priè donatio, eadem ratione. Bal. in conſil. 355. lib. 1.
dixit priuilegium ob merita conceſſum eſſe reale, &
64 tranſire ad hæredes, † ſequitur Anchar. in conſ. 327.
num. 3. Socin. conſil. 59. colum. 3. volum. 2. Tiraquel. d.
ver. donatione largitus, num. 48. Menoch. lib. 3. præ-
ſump. 103. num. 13. & ſeqq.

Et adulteratur hoc caſu: quia licet regulariter in
prohibitis non ſtetur aſſertioni concedentis, ſed ali-
ter ſint probanda merita, tamen nos non ſumus in
prohibitis, ſed in conceſſis, ideoq; ipſi concedenti
65 creditur circa merita. † Bart. in l. ambitioſa, col. 11.
ff. de decret. ab ord. facien. gloſſ. in cap. paſtoralis, in
verſic. exornare, de offic. deleg. Doctor. in cap. primo,
de probat. Bald. in l. ex his verbis, C. de teſtam. milit.
Alexand. in conſil. 34. volum. 4. & multos ad hoc citat
Roland. in conſil. 5. num. 22. in 1. volum. vbi fortius
loquitur in aſſertione Decurionum, ſequitur Ludo-
uic. deciſ. Peruſ. 3. num. 9. & in ſpecie quod ſtandum
ſit aſſertioni Principis atteſtantis de meritis in con-
66 ceſſione priuilegij, tenuit † Iaſ. in conſil. 101. num. 15.
& ſequen. volum. 4. Natta in conſil. 522. num. 31. vbi
dicit ea non poſſe in dubium reuocari. Decia. qui la-
tè probat, in conſil. 25. num. 38. volum. 1. vbi num. 40.
in propoſito dicit hoc carere dubio, etiam in prohi-
67 bitis quoad aſſerentem & eius heredes, † per Doctri
nam Salic. in l. filia, C. fam. herciſc. id quod eſt notan-
dum in facto, quia Sereniſſimus Princeps modernus,
nedum eſt ſucceſſor dignitatis, ſed etiam hæredita-
tis, qua ratione tenetur ſtare geſtis promiſſis a præ-
ceſſore, vt per Iaſ. in l. 1. num. 14. ff. de conſtitut. Princ.
Decian. d. conſil. 25. num. 44.

Tantoque magis id verum eſt, quando vt hic con-
tigit, promiſit Princeps non reuocare, ſed perpetuo
ſeruare, & ſeruari facere priuilegium: nam hæc ſpe-
cialis promiſſio operatur, ne etiã ſimplex & merum
68 priuilegium Princeps reuocare poſſit, † vt probat
Riminald. in conſil. 56. numero 120. vbi dicit, quod
Princeps non poteſt venire contra fidem datam, Ce-
phal. in conſil. 342. num. 66. vbi conſiderat, quod ex
quo priuilegium non erat in ſuo caſu reuocabile,
ſtante adiecta promiſſione, non poterit reuocari in
caſibus alioquin permiſſis, & quæ in contrarium al-
legantur per Nattam procedunt, quando alij quam
parti fuit promiſſum: nam ſi parti promiſit nõ reuo-
69 care procuratorem, tunc non poterit reuocari. † Bal.
in Rubr. extra de procurator. colum. 2. Iaſ. in l. ſi non
ſortem, §. ſi centum, colum. 3. ff. de condic. indeb. Ro-
land. conſil. 6. num. 50. volum. 1. & in caſu noſtro pri-
uilegium ſeu pactum prædictum poteſt dici iuratum,
quia illa clauſula, ſub fide veri Principis habet vim
iuramenti, & idem operatur ac ſi verum iuramen-
tum tactis corporaliter ſcripturis fuiſſet adhibitum,
vt ſunt iura clara, quæ nunc non expedit allegare.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam alicui qui illam conuertit in alimenta filiorum, poteſt agere contra filios, ſi is cui fuit mutuata non eſt ſoluendo.*
2 *Actio de in rem verſa, datur, ſi immediatè vel mediate aliquid ſit verſum in vtilitatem.*
3 *L. ſi me & Titium, diſpoſitio, procedit, etiam contra eum qui aliquid conſecutus eſt ex eo quod à re mea prouenit.*
4 *Cauſa ſecunda nihil poteſt niſi quatenus vim, & robur capit à prima.*
5 *Pater pauper non tenetur filium alere.*
6 *Officium iudicis competens contra eum qui ex re mea commodum ſenſit, datur tantum quando illud ſenſit ex cauſa lucratiua.*
7 *Verſum in rem alterius non dicitur id quod ſoluitur in extinctionem eius quod illi debebatur.*
8 *Paupertas eſt probanda ab eo qui in ea ſe fundat.*
9 *Habitatio pertinet ad alimenta, & ſub eis continetur tanquam ſpecies ſub genere.*

CON-

CONSILIVM CCCCXX.

CONTRA Iudam filium, & Alegram
vxorem Emanuelis Sabibi Hebræi
pro Alexandro, & fratribus Bondis
etiam Hebræis facit deciſio Bart. in
l.his ſolis,ff.de condict.indeb.vbi di-
cit,quod ſi mutuaui alicui pecuniam
quam ille conuertit in alimenta filiorum, ſi ille non
1 ſit ſoluendo,agere poſſum contra filios,† mouetur ex
gloſ.ibi,quæ vult ,quod ſi ille cui pecunia fuit ſoluta
non eſt ſoluendo,poteſt repeti ab illo cui profuit ſo-
lutio.allegat etiam l.ſi eum ſeruum , ff.ſi cert.pet.vbi
cogitur quis reſtituere quod ad eum peruenit ea re
alterius, & quamuis Bart. non videatur firmare de-
ciſionem ſuam,tamen Ang.ibi illam tenet,& ſequun
tur alij, præcipuè Iaſ.qui dicit pro hoc eſſe ſingula-
rem textum in l.ei qui, in fi. C.quod cum eo.Rom.in
Sing.242.Cæpol.in caut.243.Crem.Sing.37. & alios
multos citaui in tract.de aliment. tit.8. priuileg.48.
num.5.& ſequent.ex quibus negari non poteſt , quin
ſit communis opinio,quidquid in contrarium dixe-
rint Dec.& Alciat.in l.ſi eum ſeruum, ff.ſi cert.petat.
vbi etiam Mod. Galli ad Decium, ſed dubium facit,
quia hic nõ agimus de pecunia mutuata,nec de fru-
mento dato,ex quibus alimẽta fuerint præſtita filio,
& vxori,ſed de mercibus venditis per dictos Bõdos,
quæ reuendebantur ab Emanuele , & tam ex lucro
inde facto quam etiam ex ſorte, ſeu precio mercium
prouiſum eis fuit de alimẽtis neceſſarijs, adeo quòd
merces ipſæ non ſunt verſæ ſimpliciter in alimenta
filiorũ,vt dicitur de pecunia,& frumento,ſed merces
ipſę fuerunt venditæ,& earũ preciũ ſorte conuerſum
in emptionem aliarum rerum,& mercium; quocirca
libentius aliorum ſententiam audirem,quam meum
proferam votũ , nõ enim inuenio expreſsè deciſum,
nec ex toto animus quieſcit pro nunc:tamen dũ me-
lior illuceat intellectus , videtur mihi quod hoc caſu
eadẽ militet ratio,quę cadit in frumento,& pecunia,
quandoquidem non refert mediatè an immediatè
aliquid ſit verſum in vtilitatem , vt detur actio de in
2 rem verſo : quia vtroq; caſu cõpetit,vt probat † text.
in l.3.in princip.ver.in rem autem verſum videtur,ff.
de in rẽ verſo,vbi dicitur,actionem dari ſiue idipſum
vertatur quod quis accepit vt frumentũ, & pecunia,
vel aliud ex eo comparatum:quia vltimam attendi-
mus verſionem,& non intereſt directè,vel indirectè,
aut per obliquũ vertatur,vt inquit gl.ibi.in ver.prius
in peculium, quæ ſubdit eſſe notandum,& in propo-
ſito dicit Ang.in d.l.his ſolis,circa mediũ , quod etſi
filij non ſint facti locupletiores ex pecunia mutuan-
tis quæ fuit verſa in eorum alimenta , tamen ſat eſt ,
quod facti fuerint locupletiores occaſione pecuniæ
mutuatæ,allegat l.2.§.1. ff.ad leg.Rhod. de iactu.eſt
verum quod Ang.ibi non conſiderauit dictum gl.per
me allegatum, & illum ſequitur in omnibus Lup. in
Rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.66.nu.6. Similem
videmus diſpoſitionẽ l.ſi me,& Titium, ff.ſi cert.pet.
per quam datur actio cõtra eum ſi factus eſt locuple
tior ex re mea dari etiam contra eum ad quem non
ſolum res mea , aut mihi debita peruenit , ſed etiam
aliquid cõſecutus eſt ex eo,quod à re mea prouenit ,
3 † vt notat ibi Alciat.num.14.& Loriot.nu.2. Menoc.
de recuper.poſſ.Rem.4.num.3.quare ergo non idem
erit in creditore,cuius res venditę fuerũt,& precium
in aliarum rerum emptionem cõuerſum,ac demum,
impenſum in alimenta familiæ : totum enim hoc
quidquid eſt lucri, & emolumẽti,tribuendum eſt pri
mis mercibus,& ſorti tanquam primę cauſæ ſine qua
nõ fuiſſent emptę alię merces,nec comparatum pre-
cium ad familiam alendam , l. ſi procuratorem , in
princip.ff.mand.l.1.§. idem Pomponius, ff. depoſiti,
l.etiam, §.1.verſic.idem erit dicendum , ff.de petitio.
hęred.l.fundo, ff.ad leg.Falcid.l.ſi mihi Sempronius
ff.de leg.1.Crauet.in reſp.pro generu, num.33.42.&c,
in conſil.962.num.1. nihil enim poteſt ſecunda cau-
4 ſa,niſi quatenus vim,& robur capit à prima,† l.pero,
§.prædium,ff.de leg.2.Socin.in l.in teſtamento, la 1.
in 4.not. ff.de cond. & demonſtr. & propterea ſi pri-
mam cauſam tollamus,omnia corruent , l. lex vecti-
gali, & l.ſi ſuperatus, ff.de pignorib. l.2. ff. de admi-
niſtrat.tutor. Crau.conſil.896. num.34. vnicus mihi
reſtat ſcrupulus,quid enim ſi non ſolum primæ mer-
ces emptæ fuerũt , habita fide de precio , ſed etiam
aliæ,& aliæ poſtea acquiſitę,& venditores omnes in-
ſurgant,petentes ſibi à filio,& vxore ſatisfieri, ea ip-
ſa ratione , quod ex mercium precio ſumpſerint ali-
menta, vtique incerta erit deciſio,aut plus æquo gra
uandi erunt filij , & vxor , ſi vtrique emptori ſoluere
compellantur , cum tamen ignoretur ex quibus ali-
menta fuerint præſtita .

Circa vero aliud dubium , cenſeo aduertendum,
an probatum fuerit Emanuelem pauperem fuiſſe,ſi
enim id actores non præſtitere,meo iudicio,non ob-
tinebunt,quia Bart. Angel. & alij,in d.l.his ſolis, Ce-
pol.Rom.Crem.& alij,qui Bartolum ſequuntur,non
ſine miſterio dicunt de patre paupere, ſupponentes,
quod ſi eſſet diues,deciſio non procederet. Ratio au-
tem eſt: quia vbi pater eſt pauper,non tenetur filium
5 alere,† l.penult.ff.de liber.agnoſcend.Bartol.in Au-
thent.Res quæ,numer.4.C.commun.de legat.dixi in
tractat. alimentor. titul.ſeptimo, quæſtio.octaua , &
conſequenter filius qui habuit a patre alimenta de
pecunia patri mutuata,vel frumento ei dato,dicitur
factus locupletior ex re alterius,vt per Bartol.in d.l.
ſi me,& Titium, vbi vult,tunc ſolum competere offi-
cium iudicis contra eum qui ex re mea commodum
6 ſenſit,quando illud ſenſit ex cauſa lucratiua, † ſequi
tur Dec.ibi,num.1.& Riminal.num.3. Socin. num.3.
in 2.limit. Alciat. num.16. verſic. primus eſt , vbi ait,
locupletiorem fieri illum qui ſuo pepercit , gloſſ. in
l.ex diuerſo, circa med. ff. de rei vendic. comprobat
alijs Menoch. d. Remed.4. num.3. in verſic. declara
ſecundo. ſic in propoſito , cum filius non eſſet à pau-
pere patre alendus , ſed ſe ipſum alere teneretur,ſi à
patre non obligato ſumpſit alimenta, vtique peper-
cit ſuo, & factus eſt locupletior ex re quæ ad patrem
à creditore peruenit,ſecus autem eſt , quando pater
filium alere tenetur , quia tunc quidquid in alimen-
ta filij impenditur, dicitur in patris non filij vtilita-
tem verſum,vt probat text.in d.l.3. verſic. & regula-
riter , ff. de in rem verſo. eodem modo ad effectum
repetitionis conſiderat gloſ. in d.l.his ſolis,an cauſa
ſit lucratiua,vel oneroſa , & eam in propoſito ſequi-
tur Bart.ibi, ex ea inferens ad prædictam deciſionẽ,
innuens, aliud eſſe quando filius habuiſſet alimenta
ex cauſa oneroſa, puta quando pater tenebatur ale-
re, quemadmodum etiam diſtinguit Ang.ibi,verſic.
credo tamen, vbi dicit,conueniri poſſe filium, quan-
do pater tempore alimentorum erat inops , & non
tenebatur filium alere . ſic etiam loquitur Caſtr. in
d.l.his ſolis.ſi autem pater erat diues,& conſequen-
ter tenebatur filium alere,non erit contra filium dan
da actio , qui ſumendo alimenta non eſt factus locu-
pletior,l.ſi pro patre,§.ſi domino,ff.de in rem verſo,
l.ſed Iulianus , §. ſed etſi ab initio , ff. ad Maced. vbi
probatur , quod in rem alicuius non dicitur verſum
7 id , quod ſoluitur in extinctionem eius , † quòd illi
debe-

debebatur: probandum ergo eſt, quod Emanuel eſſet
pauper, & conſequenter liberatus ab onere alendi
filium. paupertas enim quando eſt fundamentum
8 alicuius, ab eo probari debet, † gloſ. in l. ſi vero, §. qui
pro rei qualitare, in verſ. dubitetur, ff. qui ſatiſd. cog.
Bald. in l. non prius, C. quand. fiſcus vel priuat. Ang.
in §. hinc nobis, in verſ. immo ſuas, in Auth. de hæred.
& Falc. Alc. in tract. præſump. Regula 2. præſ. 27. nu.
5. alios citaui in tract. aliment. tit. 7. quæſt. 8. num. 14.

Ex prædictis inferri poteſt, an idem dicendum ſit
reſpectu penſionis domus, an ſcilicet in ſubſidium
filius, & vxor pro ea conueniri poſſint, ex quo etiam
pro hoc capite videtur locupletiores facti; habitatio
9 enim pertinet ad alimenta, † & ſub eis continetur
tanquam ſpecies ſub genere. gl. in c. Epiſcopus, 10. q.
2. l. legatis, & in l. fin. ff. de aliment. & cibar. leg. ſicuti
itaque filius, & vxor ſecundum prædicta tenentur,
quatenus creditum fratrum de Bondis verſum eſt in
eorum alimenta, ita exigi poterunt quatenus commodum
ſenſerunt ex habitatione.

S V M M A R I V M.

1 *Pater, & filius ſi confiteantur recepiſſe dotem, præſumitur quod quilibet receperit dimidiam.*
2 *Cenſus neque ſuper perſona, neque ſuper incertis bonis conſtitui poteſt.*
3 *Correi debendi dicuntur qui ſe principaliter, & in ſolidum obligant ad ſoluendum eandem ſummam.*
4 *Forma non ſeruata actus nullus eſt.*
5 *Verba præciſa nullam recipiunt modificationem.*
6 *Conſentire vnus alteri videtur, quando plures ſimul faciunt actum, etiamſi conſenſus pro forma requiratur.*
7 *Solutum mihi videtur, quod alij de mea voluntate ſoluitur.*
8 *Facere verè dicitur, qui facit actum per procuratorem legitimè conſtitutum, quando ſumus in his quæ acquiruntur per naturalem actum.*
9 *Voluntas non æquiparatur nec habetur pro mandato, vbi actus ad plures principaliter ſpectat.*
10 *Præſens, & tacens fictè dicitur conſentire non verè.*
11 *Conſentiens alienationi licet videatur alienare, tamen non tenetur de euictione.*
12 *Euictionem præſtat venditor, etſi eam non promiſerit.*
13 *Hæres ex proprio iure poteſt impugnare venditionem cui defunctus ſimpliciter conſenſit.*
14 *Feudi antiqui alienationi ſi pater ſimpliciter conſenſit, poterit filius hæres reuocare alienationem, ſecus ſi pater promiſit de euictione, & non contrauenire.*
15 *Emptori prodeſt ius ſuperueniens venditori.*
16 *Conſentiens ſimpliciter alienationi, poteſt ex ſuperuenienti iure contrauenire.*
17 *Fideicommiſſarius qui ſimpliciter conſentit rem fideicommiſſo ſubiectam alienari, poteſt eueniente conditione illam petere.*

CONSILIVM CCCCXXI.

REVOCATVR in dubium contractus
cenſualis validitas: nam Dominus
Franciſcus de Antonelis conſtituit
annuum cenſum ſuper vno eius prędio,
& illud vendidit Dom. Io. Petro,
prouiſionato de Nuuolaria pro precio
conuento, quod precium ſolutum fuit dicto Franciſco,
ac Dom. Ioan. Fregoſio de Silueſtris, Alphonſo
Razzin. & Bartholomeo Pirrōdo, ad ſe trahentibus,
& in ſe retinentibus, qui ſe in ſolidum obligarunt erga
dictum emptorem pro ſolutione cenſus, pacto
appoſito, quod ipſi in ſolidum obligati, poſſint ſe liberare
à dicto cenſu, & illum extinguere; & dubium
circa duo principaliter conſiſtit. Primò, quia dictus
Dominus Franciſcus non recepit totum precium,
ſed illud fuit quatuor perſonis numeratum, atque
ita cuilibet pro ſua virili, argumento l. reos, §. cum in
tabulis, ff. de duobus reis, l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. de pignor.
l. 1. C. ſi plur. vna ſent. Bald. in l. ſi diuiſa, num. 1.
C. locat. & ideo dicunt Dn. Rain. de Forliu. Pet. Barto.
Bal. Alb. Rom. & Imola, in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur,
ff. ſolut. matrim. quod ſi pater, & filius
confitentur recepiſſe dotes, præſumitur quod quili-
1 ber receperit dimidiam, † & ibi Cuman. dicit eſſe
communem, & hanc concluſionem comprobaui multis
authoritatibus in conſil. 150. numero 34. & ſeq.
ex forma autem Bullę totum precium eſt ſoluendum
venditori cenſus, vt ibi dicitur (rurſum, niſi verè
in pecunia numerata, &c. recepto integro, & iuſto
precio) Nauarr. in cap. ſi feneraiut, numero 88. 14.
quæſt. 3. vbi infert, non valere cenſum, quando pars
tantum numeratur, & venditor confitetur recepiſſe
reſiduum.

Secundo, quia quoad alios tres, qui maiorem partem
precij receperunt, & ſe in ſolidum obligarunt ad
ſolutionem cenſus, ex eis nemo cenſum vendidit, aut
certum prædium cenſui ſuppoſuit, cum tamen mandet
Bulla, non aliter conſtitui cenſum, niſi ſuper re
certis finibus deſignata, quo fit, vt neque ſuper perſona,
neque ſuper incertis rebus, ideſt in genere ſuper
omnibus eorum bonis, conſiſtere poſſit; eſt enim
vnum ex requiſitis ad cenſus validitatem, vt notauit
2 † Nauar. loco prædicto, num. 75. & 85. Redoan. in tractat.
de reb. eccleſ. non alien. quæſt. 18. in princip. &
authoritate Innoc. Io. de Ligna. Abb. Aret. Rodulph.
Caſſan. & aliorum, aduerſus nonnullos defendit Lupus
a Sancto Gemin. in l. 2. in 2. commentar. §. 2. nu.
63. C. de pact. inter emptor. & vendit. nec dici poteſt
tres iſtos eſſe fideiuſſores: nam omnes in ſolidum
obligantur, & omnes de precio illo participarunt,
& omnibus in contractu data eſt facultas cenſum
extinguendi, & ſe liberandi, quæ omnia non conueniunt
fideiuſſoribus, ſed ipſi cenſus venditori, vltra
quod ſunt quoad emptorem cenſus plures rei debendi,
quia ſe principaliter, & in ſolidum conſtitue-
3 tunt ſoluturos, † l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duob.
reis. Bart. Ang. Caſtr. & alij, in l. 2. in princ. ff. eod. tit.
gloſ. in l. 1. vbi etiam Salic. C. eod. tit. Natta in conſil.
52. num. 1. & conſil. 261. num. 3. Roncagall. d. §. cum
in tabulis, num. 63.

Cum autem prædicta duo non conueniant Bullę,
imò repugnent, fatendū eſt, contractum eſſe nullum,
4 tanquam forma non ſeruata, † l. cum hi, §. ſi prætor, ff.
de tranſact. Bald. conſ. 146. col. fin. vol. 2. Dec. conſil.
532. nu. 4. exornat Becius in conſ. 58. num. 18. & non
ſolum annullatur actus quando fit contra formam,
ſed etiam quando citra formam, vt in capit. prudentiam,
in princip. de offic. deleg. vbi notant Abb. Fel.
& alij, & in ſpecie animaduertit Nauar. in loco prædcitato,
num. 98. ponderando quod Bulla diſponit actum
eſſe nullum, quando fit ſub alia forma quam
ibi expreſſa. & idem interpretando Extrauagantem
Pauli II. concludit per illa verba Didac. multos citans
lib. 2. variar. reſolut. lib. 2. cap. 16. num. 5. & præter
Bullam legitur pactum in inſtrumento, quod
contractus hic factus intelligatur ad formam Bullæ,
& non aliter, quæ verba ſunt præciſa, & nullam re-
5 cipiunt modificationem, † Bald. in cap. 1. §. denique,
column. fin. quæ fuer. prima cauſa benefic. amittendi.
Bald. poſt gloſſ. in l. ſiquidem, colum. 2. C. de exception.

Digitized by Google

ception.Dec.in conſ.61.col.2. Crauet.in conſil. 201.
num.43.& quia important formam,& conditionem
actus,aliter factus redditur nullus,vt per multa pro-
bat Tiraq. de retractu conſang. §. 8. gloſſ. 6. num. 3.
Natta in conſil.272.num.4.& 5.Roland.in conſil.63.
num.29.volum.4. vbi multos alios allegat.

Pro emptore tamen facere videtur,quia cum pre-
cium prædictum ſimul à pluribus recipiatur, & plu-
ribus ſoluatur, in inſtrumento videtur Dom. Fran-
ciſcus venditor cenſus conſenſiſſe, quod ab alijs tri-
bus reciperetur: vbi enim plures ſimul actū faciunt,
6 vnus videtur alteri cōſentire,† l.Titius,ff.quib.mod.
pign.vel hypoth.ſoluit.l.cum pater, §.libertis, ff.de
leg.2.& dicit Bald.in l.quoties, nu.5.C.de fideicom.
patia eſſe, quod duo ſimul vendant, vel venditioni
conſentiant.ſequitur ibi Ang.Coroeus,& Iaſ.& pro-
cedit etiam, quando cōſenſus pro forma requiritur,
ſecundum Bald.in l.fin. colum. 2. ad Macedon. com-
probaui in conſil.15.num.20.& ſibi ſolutum videtur
7 quidquid alijs de eius voluntate ſolutum fuit,† l.ſo-
lutum, §.ſolutum, ff.de pign.actio.l.inuito, C.de ſol.
Crot.in conſ.83.nu.5.& voluntas æquiparatur man-
dato, ſecundum notata in l.poſt dotem, ff.ſolut.ma-
trimon. & qui per alium facit, ipſe facere videtur,
cap. qui per alium, de regul. iur. in ſexto. & dicitur
verè non fictè facere, qui actum facit per ſuum pro-
curatorem à ſe legitimè conſtitutum,quando ſumus
in his quæ acquiruntur per naturalem actum, vt eſt
8 dominium, vel poſſeſſio, † l.quod meo, in princip.&
§.procurator, ff.de acq.poſſeſſ. Barr.in l.ſi is qui pro
emptore,ff.de vſucap. vbi Iaſ.nu.349.vbi dicit, quod
eo caſu procurator præſtat nudum miniſterium, &
ibi confirmat alijs medijs,num.353.citando concor
dantes.ſic in propoſito non refert quod Dom.Fran-
ciſcus precium receperit, vel alius eius nomine, aut
mandato.

Reſpondetur tamen, quod etſi negari non poſſit,
quin precium eius voluntate, & conſenſu ſolutum
fuerit tribus illis in inſtrumento nominatis, tamen
non ideo haberi debet,ac ſi illi ſolutum fuiſſet: nam
voluntas vbi actus ad plures principaliter ſpectat,
vt hic,non æquiparatur mandato,neque habetur pro
9 mandato,† vt voluit Bart.in d.l.poſt dotem,num.13,
vbi Iaſ.num.68. ponit Bart. in d.l.poſt dotem, num.
13.vbi Iaſ.num.68.ponit Bart.in l.2.§.voluntate,vbi
Iaſ.Crot.& alij,ff.ſolut.matrim.& plures concordan
tes ponit Bartol.in d.l.poſt dotem,num.69.præterea
dico,quod iſta dicitur ficta non vera voluntas,vt po-
nunt Doctores in d.§.voluntate, vbi præcipuè Aret.
notat, in verſic.vt conſentiat.Iaſ.num.6.& Socin.nu.
2.præſens enim, & tacens fictè dicitur conſentire,
10 non autem verè,† & Crot.num.1.poſt Bald.& Imol.
infert ad ſtatutum, requirens conſenſum alicuius,
quod non verificatur in præſente,& non contradicen
te,& aliud eſt ſimplex ſciētia, aliud ſcientia cum vo-
luntate tacita,aliud verò voluntas expreſſa, vt benè
diſtinguit gloſ.in l.idemque, §. ſi is qui nauem, ff.de
exercitor. & Doctores qui dicunt facientes ſimul a-
ctum,videri inuicem conſentire, loquuntur per mo-
dum fictionis, & improprietatis, non autem verita-
tis, & quod verè non dicatur recipere qui conſentit
alij numerari, probatur, ea eo, quia aliud eſt actui
conſentire,aliud actum facere: nam etſi conſentiens
alienationi videatur alienare,l.& ſic,ff.ſolut.matri-
mon. l.in ædibus, §.quod ſi filius, ff.de donat. tamen
11 non tenetur de euictione,† l.exceptione,C.de euict.
l.inter ſtipulantem, in princip. ff.de verbor.obligat.
Innocent.in cap.ſi quis,colum. 2.de rebus eccleſ.non
alien. Anchar. in conſil.76. in 4.dub. Tiraquel. alios
citans,de retracto conſang.§.1.gloſſ.9. num.37. cum
tamen vendens, vel alienans teneatur de euictione,
12 etiamſi non eam promiſerit,† l.cum dubitatur,C.de
euict.& ibi notat Bald. Tiraquel. de retract.conſan-
guin.§.29.gloſ.vltim.numer.4.Hinc etiam videmus,
quod etſi filius, ſeu hæres, non poſſit venire contra
venditionem factam à defuncto, l.cum à matre,C.de
rei vendicatio. cum ſimilibus. tamen vbi defunctus
ſimpliciter conſentit, poteſt hæres ex iure proprio
13 impugnare venditionem,† gloſ.in l.Lucius,vbi Bar-
tol.num.4.ff.ſoluto matrim.ſequuntur ibi Ang.Imo-
la, Caſtrenſ. & Alexand. dixi in conſil.107.num.18.
& ideo Iacob. Beluiſ. Bald.& alij, in cap.1.§.hoc quo
que,colum.fin.de ſucceſſ.feud. dicunt, quod ſi pater
ſimpliciter conſenſit alienationi feudi antiqui,filius
quamuis hæres poterit reuocare alienationem: ſed
ſi non ſolum conſenſit, ſed promiſit de euictione, vel
14 non contrauenire, non admittetur † filius. ſequun-
tur Martin.Laud.Aluar.Cardin.Alexand.& alij ibi,
Tiraquel.d.gloſ.9. num.53. & eodem iure dicimus,
quod vendens non contrauenit etiam ex iure quod
15 ſuperuenit: quia illud prodeſt emptori, † l.cum vir,
vbi Bartol.& alij,ff.de vſucap.l.ſi à Titio, vbi Bartol.
ff.de rei vendic.l.rem alienam, vbi Bartol. num.1.ff.
de pign.action.Bartol.in l.qui Romæ, §.duo fratres,
num.20. in fine, ff.de verbor.obligat. & ibi Iaſ.num.
37.& Ripa,num.90. Iaſ.in l.quoties, nu.35. C.de rei
vend.Tiraquel.de conſt.poſſ.par.3. limit.1.num.13.
ſed qui conſenſit, poteſt ex ſuperuenienti iure con-
16 trauenire,† l.ſi vendiderit,ff.de euictio.l.fundo,ff.ad
leg.Falcid.l.ſi à ſubſtituto, ff. de leg.1. vbi fideicom-
miſſarius qui ſimpliciter conſentit rem fideicommiſ-
ſo ſubiectam alienari, poteſt eueniente conditione
17 illam † petere, Bald.in conſil.102. num.3. volum.2.
Anchar.mod.famil.quæſt.17.num.8.lib.2. & ego teti
gi in conſ.70.num.4.ſimplex namque conſenſus non
tollit ius de futuro, l.1. vbi notant Doctores omnes,
C.de pact.ecce ergo, quantum intereſt inter nudum
conſenſum, & expreſſam diſpoſitionem: conſenſus
enim nullam inducit obligationem, nec ex eo con-
ueniri poteſt conſentiens ſicuti qui actum facit,ideo
verè non dicitur precium recipere, qui conſentit a-
lium capere.

Atque id quidem multo magis procedit in mate-
ria ſuſpecta, qualis ea eſt de qua verba facimus, in
qua lex, ſeu canones ſemper fraudem ſuſpicantur,
propterea exiſtimo contractum prædictum ſuſtineri
non poſſe ſub cenſus nomine,ſed fœneratitium, atq;
vſurarum labe infectum,iudicandum eſſe,quid verò
inde ſequi poſſit, ideſt an pecunia ſoluta repeti poſ-
ſit,& quod cenſus nomine datum exinde fuit,an ſor-
tem extinguat,diſcutere non expedit, poſtquam de
hoc interrogatus,aut conſultus non ſum,ſat eſt ſuſti
nuiſſe,ni fallor,contractum diſcrepare à forma præ-
ſcripta in Bulla, cuius verba omnia ſeruanda ſunt,
quia lubrica eſt materia,& in errorem labi facile poſ
ſet quicunque verba,& ſenſum non ſeruat:qua ratio
ne, multos vidi qui ab eiuſmodi contractibus abſti-
nent, quamquam tutius exiſtimo in contractu ex-
preſsè cauere,quod partes intelligunt ſecundum for
mam Bullæ contrahere, & ideo volunt haberi pro
non appoſito, ſi quid contra vel præter eam factum
eſt,& è contrario haberi pro expreſſo,ſi quid ad per-
fectam illius obſeruationem erat apponendum, &
ita ſeruaui in facto proprio, hoc enim modo non vi-
tiatur vtile per inutile,ſed contractus ſemper reduci
tur ad formam iuris.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legitima prius detrahitur ad fauorem priuigni, vbi in ſucceſsione vxoris vitricus concurrit cum priuigno, & reliquum diuiditur æqualiter.*
2 *Lucrum quod filius facit ob tranſitum matris ad ſecunda vota, applicatur ſibi ob læſionem illatam.*
3 *Debitor non poteſt facto ſuo præiudicare creditori.*
4 *Filius inſtitutus æqualiter cum vitrico à matre, detrahit prius legitimam.*
5 *Mater non poteſt plus relinquere ſecundo viro quàm filio prioris matrimonij.*
6 *Legitima filio eſt debita ex lege, & de iure naturæ.*
7 *Actus tribuitur ordinanti non exequenti.*
8 *Fideicommiſſarius inſtitutus ab hærede qui tenebatur reſtituere, dicitur ea bona habere à grauante, non à grauatu qui eum inſtituit.*
9 *Vxor poteſt dare in dotem ſecundo viro, omnia ſua bona, dummodo non det cum pacto quod plus lucretur quàm vnus ex filijs prioris matrimonij.*
10 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. non cenſetur derogare ſtatutum de lucro dotis, niſi expreſſè, vel tacitè deroget, vel mentionem faciat de filijs primi matrimonij.*
11 *Statutum de lucro dotis reducitur ad terminos l. hac edictali, C. de ſecund. nupt.*
12 *Remedia diuerſa deſcendentia ex diuerſis cauſis, non inuicem confunduntur, nec electione vnius alterum tollitur, ſed concurrunt.*
13 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. diſpoſitio, non habet locum niſi quando plus ſecundo viro relictum eſt, quàm filijs primi matrimonij.*
14 *Puniri quis non debet ſine culpa.*
15 *Inofficioſæ dotis, vel donationis querela non competit filio qui fuit inſtitutus in bonis quæ æquiualent legitimæ, quamuis in eis ſit multis legatis grauatus, quia tunc legata habentur pro non factis.*
16 *Filius qui à matre fuit æqualiter inſtitutus cum vitrico, non deducit ante omnia legitimam.*
17 *Ceſſante cauſa ceſſat effectus, & actio ipſa.*
18 *Fideicommiſſum relictum in caſum alienationis non habet locum ſi grauatus alienat cum conſenſu fideicommiſſarij.*
19 *Legitimam ne conſequatur filius, pater non poteſt facere.*
20 *Intereſſe vbi ceſſat, nemo auditur.*
21 *Zuccard. conſ. 43. in 2. dub. reprobatur.*
22 *Statutum de lucro dotis faciens mentionem filiorum primi matrimonij, vel aliter derogans l. hac edictali, C. de ſecund. nupt. tollit penitus legitimam filiorum, ſaltem in parte marito delata.*
23 *Legitimæ imputatur quicquid filio per vltimam voluntatem relinquitur.*
24 *Legitimam ſolam vbi filio mater relinquit, poteſt ſecundo viro tantum relinquere quantum eſt legitima filio relicta, imò, & quando minus legitima filio eſt relictum.*

CONSILIVM CCCCXXII.

SI Mantuani ſtatuti ſecundo viro dotis lucrū deferentis ad præiudicium filiorum primi matrimonij eum admittamus intellectū, quem aliàs defendi, & qui maioribus quoq; noſtris placuit, non opus eſſet quærere, an in diuiſione facienda inter filium prioris viri, & ſecundum maritum, detrahēda prius ſit legitima filio debita: quia ſtatutum excludit legitimæ petitionem in portione viro delata; ſed ſi ſtatuti diſpoſitione omiſſa, res agatur ex ſolo iure cōi, dubitabilis erit quæſtio: nam ea videtur eſſe communis opinio, quod vbi vitricus concurrit cum priuigno in ſucceſſione vxoris, legitima detrahatur ad fauorem priuigni, & re-
1 liquum diuidatur æqualiter, † eſt gloſ. in §. optimè, in Auth. de nup. Bar. & Bal. in l. 1. C. de inoff. dot. Anch. in cōſ. 101. Florian. in q. incip. Mulier primum viduata, col. 3. verſic. his ergo præmiſſis. & dicit Cuman. in conſ. 109. in fine, magis communem eſſe opinionem, quod lucrum à ſtatuto delatum viro intelligatur deducta prius legitima filio debita, & dixit Caſtr. in l. 1. C. de inoff. dot. quod hæc opinio tenenda eſt in conſulendo, & iudicando. Curt. ſen. conſ. 78. col. 4. in fine. Soc. in conſ. 35. nu. 19. vol. 4. & placuit hæc opinio Bal. in d. l. hac edictali, col. 3. verſ. modo ſuper iſto, C. de ſecund. nupt. Angel. in d. §. optimè, vbi dicit, filio non imputari in legitimam, id quod lucratur per tranſitum matris ad ſecūda vota. Bertrand. qui multos cumulat in d. l. hac edictali, in §. ita tamen, nu. 10. vſque ad 25. vbi nu. 23. dicit eſſe communem, & pro hac parte ſtant Dec. Rui. Beto. Ripa, & Crau. quos citat, & ſequitur Roland. in tract. de lucro dot. q. 27. vbi ait hāc eſſe de iure veriorem. Zuccard. in conſ. 43. nu. 14. verſ. contrariam partem, vbi dicit cōmunem Boer. in deciſ. 201. Cæph. qui communem dicit, & multos addit in conſ. 412. num. 6. & 18. eam pariter multis authoritatibus defendit Riminald. in conſ. 311. num. 15. & multis ſeqq. vbi atteſtatur de magis communi, & in conſ. 333. num. 3. Cucus in tract. de legitima, in verſ. ex ſubſtantia, nu. 2. in fine, vbi dicit communem, & alios allegat Theſ. deciſ. Pedem. 184. num. 3. vbi ait ſic fuiſſe iudicatum, & teſtatur eſſe communem, & addit Neuiz. Cæſ. Fumag. Fabian. Alph. Rube. Vaſq. Gabriel. & Mohedan. Phanuc. in d. tractat. de lucro dot. gl. 5. nu. 43. verſ. poſtremo. Hiero. Gabr. conſ. 13. num. 23. vol. 2. hanc æquiorem, & pluribus authoritatibus ſuffultam dixit Rota, in deciſ. 756. circa finem, in 3. par. in nouiſs. vbi ita quoque iudicatum legitur. Oddus in conſ. 3. num. 35. vbi dicit non imputari in legitimam lucrum quod faciunt filij ex ſtatuto ob tranſitum matris ad ſecunda vota. & in prædictis locis Doctores non conſtituunt differētiam inter lucrum maritum delatum à ſtatuto, & aliud quod fuit delatum ex pacto; quia diſpoſitio l. hac edictali, non minus locum habet in ſtatuto quam in pacto, vt apparet ex dictis per Zuccard. Rim. Roland. & Theſ. in locis ſupra citatis.

Et quamuis in facto noſtro mater condito teſtamento, filium æqualiter cum ſecundo viro hæredem inſtituerit, tamen non per hoc minus rapiet filius legitimam ante partem, quam ſi non inſtituiſſet æqualiter: nam lucrum, quòd filius facit ob tranſitum matris ad ſecunda vota, applicatur ſibi ob læſionem il-
2 latam, † vt inquit Bal. in l. liberorum, in fine princ. ff. de his qui not. infam. ideo ſicuti mater nō poſſet expreſsè filium eo lucro priuare, ita non poteſt eius cōditionem facere deteriorem inſtituendo filium æqualiter cum ſecundo viro, vt concludit Zuccard. in d. conſ. 43. num. 31. verſ. vnum videtur in oppoſitum, & num. 26. dicit, quod ſicuti filius non imputat in legitimam illud quod à patre cōſequitur propter merita, Bart. in l. in quartam, colum. 4. ff. ad leg. Falc. ita non imputat quod a matre habet propter læſionem, & iniuriam à matre illatam.

Secundo facit, quia cum mater contrahit ſecundas nuptias, ſtatim afficitur diſpoſitione l. hac edictali, ne ſcilicet poſſit plus ſecundo viro relinquere quā filijs primi. propterea non eſt curandū de eo qđ mater facit poſt tranſitū, atque ita poſtquam eſt ligata: quia debitor non poteſt facto ſuo præiudicare credi-
3 tori, † l. debitorum pactionibus, C. de pact. l. tale pactum, §. poſt diuiſioné, ff. eod. l. alterius, ff. de regulis.

Tertio

Tertio de hoc extat in terminis deciſio Zuccardi
in d.conſ.43.in a. dubio, vbi vult, quod non attenda-
tur teſtamentum vel alia matris diſpoſitio: quia etſi
ea ſit æqualis inter filium, & maritum, tamen locus
4 eſt detractioni legitimæ, † & ſecundum hanc partem
dicit Theſaur.in deciſ.Pedem.184.in fine, fuiſſe iudi-
catum à Taurinenſi Senatu, ſubdens eſſe veriorem,
& communem: quia meus omnium Doctorum eſt,
quod vbi ſtatutum defert dimidiam marito, & dimi-
diam filio prioris matrimonij, tunc prius deducatur
legitima per filium, poſtea verò maritus deducat lu-
crum ſibi delatum, & pro hac parte conſuluerunt fe-
re omnes Doctores Auenionenſes, vt refert Bertran.
in d.l.hac edictali, in verſ.ita tamen, nu.26.in princ.

Quarto facit, quia mater non poteſt plus relin-
5 quere ſecundo viro quam filio prioris † matrimonij,
d.l.hac edictali, C.de ſecund.nupt.§. optimè, in Au-
thent.de nupt.at vbi æqualiter vtrunque inſtituit, di-
citur plus relinquere ſecundo viro, quia legitima eſt
6 filio debita à lege, & iure naturæ, † l.cum ratio, ff. de
bon.dam.d.l.hac edictali, in §.ſi verò non æquis, ibi,
liberis debetur ex lege. vnde relinquendo ſolam di-
midiam filio, videtur ei tanto minus dare quantum
capit legitima quæ ſibi eſt debita, & eam legitimam
dicitur habere à lege, non autem à matre, quæ ideo
non videtur reliquiſſe, quando id reliquit quod adi-
mere nõ poterat, & quod tenebatur relinquere, actus
7 enim tribuitur ordinanti non exequenti, † l.item eo-
rum, §.ſi Decuriones, ff.quod cuiuſque vniuerſ. nom.
& ideo fundum emens ab hærede, qui vendere iuſſus
fuerat, dicitur illum habere à teſtatore mandante,
non ab hærede vendenre, l. ſi hæres teſtamento, ff.de
action. empt. ſic fideicommiſſarius inſtitutus ab hæ-
rede qui ſibi tenebatur reſtituere, dicitur bona il-
la habere à grauante, non à grauato, qui eum inſti-
8 tuit, † l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia, & §. ſed ſi
duos, vbi gloſſ. ff.de leg.2. Caſtr. in conſil.441. nu.2.
vol.1.Crauett.in conſil.144.num.1. facit quod ponit
Alba in conſ.50.num.11.ſic itaque in legitima eſſet à
lege debita filio prioris matrimonij, mater illam re-
linqueodo filio, non dicitur illi reliquiſſe, nec filius
dicitur babuiſſe ab ea: vnde de parte ſibi relicta de-
ducenda eſt legitima; ea verò detracta, mater dici-
tur filio dediſſe quidquid ſupereſt, & conſequenter
filius dicitur à matre minus habuiſſe quam pater, qui
ab vxore dicitur vere babuiſſe integram dimidiam;
& boc ſtante quod plus fuerit relictum ſecundo viro
quam filio, is conſequatur legitimam, vel ante diui-
ſionem hæreditatis, vel ex portione relicta vitrico, vt
hoc modo ſint æquales.

(Quidquid tamen prædicta ſuadere videantur, ve-
riſſimam arbitror eam eſſe ſententiam, quod vbi-
cunque mulier æqualiter filium primi matrimonij
inſtituit cum ſecundo viro, ſuſtineatur inſtitutio, &
filius non poſſit legitimam conſequi; quia diſpoſi-
tione l. hac edictali, non prohibetur dimidiam ſuo-
rum bonorum marito relinquere, quando filio prio-
ris matrimonij tantundem relinquit: ſed hoc ſolum
interdictum eſt, ne plus ſecundo viro det quam fi-
lio; ita cantant verba d. legis. at vbi inſtitutus eſt
vterque æqualiter, nihil plus vni relictum eſt quam
alteri, vndè, non prohibetur vxor dare in dotem
ſecundo viro bona ſua, dummodo non det cum pa-
9 cto quod plus lucretur quam vnus ex filijs, † vt pro-
bat rext.in d.l.hac edictali, §.ſi vero plus, in verſic.di-
uidi, & ibi notant omnes.idem voluerunt multi rela-
ti à Boer. in deciſ.201.num.1. Gabriel. comm. opin.
lib.5.de ſecund.nupt.concl.4.num.53.Decian.conſil.
35.nu.8. in 1. vol.hinc etiam videmus, quod etſi ſta-
tutum de lucro dotis non cenſeatur derogare l. hac
edictali, niſi expreſsè, vel tacitè deroget, vel mentio
10 nem faciat de filijs prioris matrimonij, † Bart.Bald.
& Salic.ibi, infinitos cumulat Phanuc.de dote, glo.5.
num.36.verſic.verum partem negatiuam tenent fere
omnes, Zuccard. d.conſ.43.Gabriel.conſil.11. num.1.
volu.2. cum multis ſimilibus. tamen ſi filij extent ex
primo matrimonio, maritus lucrabitur dotem ex di-
ſpoſitione ſtatuti, dũmodo ex ea non plus conſequa-
tur quam vnus ex dictis filijs. Bar.in d.l.hac edictali,
verſ.per hoc dixi ſemel.Bal.num.2.vbi ait, annullari
ſolum id, quod eſt relictum vltra legalem menſurã.
Roman.in conſ.44. nu.4.verſic. & hoc ſi non exiſten-
11 tibus, vbi dicit, quod ſtatutum reducitur ad † termi-
nos dictæ legis. ita, quòd lucratur quidem maritus
partem dotis, ſed non plus quam vnus ex filijs. idem
voluit Caſtrenſ.in Authent. Præterea, in 3.quæſt. C.
vnde vir, & vxor.banc probauit Soc.iun.in conſil.70.
num.2.volum.2.vbi allegat Ang.Coru.Soc.Alexan.
Cuman. Curt.ſen. Decium, Campeg. & alios, vbi ait
lucrari quidem maritum etiam ſtantibus filijs prio-
ris matrimonij, quando de eis ſtatutum non memi-
nit, ſed non vltra quam faciat vnus ex eis, Gabriel.
conſil.13.nu.6.vol.2.vbi Doctores dicentes ſtatutum
de lucro dotis non habere locum ſtantibus filijs ex
primo viro, intelligit locũ habere quoad hoc, vt ma-
ritus integram lucretur dotem, vel plus quam vnus
ex filijs, ſed vult, quod nihilominus non impediat lu-
crum fieri ſecundum diſpoſitionem dictæ legis.Burſ.
in conſ.212.nu.13. vbi dicit communem, veriſſimam,
& indubitatã concluſionem. Gabr.dicta concl.5.nu.
57.Crau.conſ.588.num.1.pactum igitur & ſtatutum
ſemper locum babebũt, etiam ſtantibus filijs ex pri-
mo viro, dummodo lucrum non excedat legalem mo
dum, ideſt, dummodo maritus nõ plus habeat quam
vnus ex dictis filijs; ergo idem erit in teſtamento ſeu
in inſtitutione facta per matrẽ, in qua æqualiter tra-
ctetur ſecundus vir cum filio prioris matrimonij.

Secundo moueor: nam hoc caſu ceſſat ratio pro-
pter quam Doctores volunt quod filij primi viri de-
ducant ante partem legitimam ſibi debitam: ea aũt
eſt, quia filijs prædictis duo competunt remedia, vnũ
quo auocant legitimam ſibi debitam agendo quere-
la inofficioſæ dotis, alterum verò remediũ l.bac edi-
ctali, quo auocant illud plus quòd eſt marito relictũ.
quæ remedia quia deſcendunt ex diuerſis cauſis, non
inuicem confunduntur, nec electione vnius tollitur
12 alterũ, ſed concurrunt, † vt per Bart.& Bald.in l.1. C.
de inoffic. dotib. vbi Caſtr. nu.4. vnũ enim habetur à
natura, & alterum ex delicto matris, vt pulchrè de-
clarat Caſtr.in conſ.462.in princ.vol.2.Rol.qui mul-
tos citat in tract.de lucto dot. quæſt.27.num.3. Burſ.
in conſ.211.num.4.& 5.Gabr.d.conſ.13.num.21.Ce-
phal.in conſ.412. num.31.& ſeq. Rimin.in conſ.311.
num.11.Cucus de legitima, in ver.ex ſubſtantia, nu.2.
fol.55. & ita tenent omnes Doctores, qui dicunt, le-
gitimam detrahi per filios prioris matrimonij, & ex
reſiduo reduci ad æqualitatem filium, & ſecundum
maritum: hæc autem ratio ceſſat, quando mater reli-
quit filio legitimam, vt quando eum pro dimidia in-
ſtituit, quia cum habeat ſuam legitimam, non poteſt
querelare inofficioſi, nõ etiam poteſt agere ex reme-
dio l.hac edictali, quia cum nõ ſit plus vitrico quam
filio relictum, ea lex non habet locum, atq; ita ceſſat
vtrunque remedium, tanquam ceſſet ratio, & cauſa
propter quam fuerunt introducta. ita in propoſito
reſoluit Bertran.in d.l.hac edictali, in ver.ita tamen,
num.26. & ſeq. vbi dicit, ſe ita conſuluiſſe, ſubdens,
eſſe peculiariter notandum, quia ab alijs factum non
inue-

inuenitur, & eum ſequitur Burſ. in conſ.211.num.4.
& 5. vbi dicit prohibitionē l.hac edictali,ſolum pro-
13 cedere,quando filij fuerunt fraudati,† & omnes Do
ctores loquentes de ea quæſtione , intelligi, quando
plus eſt ſecundo viro relictum quam filijs . idem vo-
luit in conſ.222.num.4.vbi ſubdit, non inueniſſe qui
Bertrando contradicat.idem voluit Cucus,in tract.
legitimæ,in ver.ex ſubſtantia,num. 2. ver.quæ tamen
communis, fol. 56. vbi ad id citat etiam Alex.in con
ſil.158.vol.5.vbi moder. ſic intelligunt Crauet. con-
ſil.524.num.3. & ratio eſt in promptu : nam ideo fi-
lij primi matrimonij reuocāt à ſecundo viro id quod
plus ſibi fuit relictum,quia mulier relinquendo con
trauenit præcepto legis , quo fit , vt illud habeatur
pro non ſcripto, d.l.hac edictali. Bertr. ibi , & Ruin.
conſ.311.& 333.at vbi pariter inſtituit filium,& ma-
ritum,non contrafacit legi, nec legem offendit,ergo
non eſt locus pœnæ ; quidquid enim fit permittente
lege,pœnam non meretur, l. Gracchus, C. de adult.
& pœna comitatur delictum , vbi autem ceſſat deli-
ctum,ibi non eſt pœna,nemo enim ſine culpa puniē-
14 dus eſt, † Signorol in conſ.101.nu.18.Dec. in cap.2.
in 1.not.de conſtit.in 2.lect.Crauet.in conſ.63.nu.9.
conſ.66.nu.2.vbi quod non imponitur pęna niſi præ
cedente culpa.

Tertio,quando mulier tantum relinquit filio pri-
mi matrimonij quod ſufficiat pro legitima,vel quan
do deducto eo quod ſecundo viro reliquit , tantum
ſupereſt quod poteſt ſufficere pro legitima filij,tunc
ceſſat actio de dote inofficioſa,& filius non pōt que-
rela inofficioſi agēdo legitimam petere, l.1.C.de in-
offic. dot. non enim datur querela quando filio ſunt
reſeruata bona æquiualentia legitimæ, vt ibi, quini-
mò,ſi filius ſit inſtitutus in bonis quæ æquiualeant le
gitimæ, ceſſat quærela,quamuis in eis ſit multis lega
tis grauatus , quia tunc legata habentur pro non fa-
ctis , & ex eis repletur legitima antequam agi poſſit
15 de inofficioſo aduerſus dotem,vel donationem, † vt
voluit Bar. in l.1.num.4. C.de inoffic. donatio. Bald.
num.7.vbi refert Gul.Cuu. Caſt. nu.5. & Sal. nu.15.
Rub.in l.Titia, §.Imperator,num.74.ff.de leg.2.quia
ſufficit quod ſupſint bona æquilentia . Auth. Vnde ſi
parens, C.de inoffic. teſtam. & Authent. de immen-
ſis donat. in princip. Gabriel qui alios citat , conſil.
137.nu.21. volum.2. ergo filius iſto caſu habebit ſo-
lum remedium l. hac edictali , per quod inducitur
æqualitas , ſed non inducitur petitio legitimæ, ſecun
dum ſupra dicta. & in terminis noſtris, quod legiti-
16 ma non prius deducatur, † voluit Bertran.d.§.ita ta
men, nu.27. quia cum habeat filius legitimam , non
poteſt ab extra petere quod intus habet,cap.exami-
nata,vbi not.de iud. l.1.cum ibi not. de except.rei iu
dic.allegat Bald. Alexan. & alios, & loquitur,quan
do filius fuit inſtitutus in dimidia, ſed multorum le
gatorum onere grauatus . Burſat. d. conſil.211. nu-
me.5. & ſeq.vbi addit Aretaren.in terminis deciden
tem quando filij , & ſecundus vir fuerunt æqualiter
inſtituti, & nu.8. dicit communem ſententiam , quæ
vult, filium ante omnia deducere legitimam, intelli
gi , quando ei non eſt relictum tantum quod pro le-
gitima ſufficiat, tunc enim eſt locus querelæ : at vbi
fuit relicta legitima , vel ſupereſt quantum ſufficie
pro legitima , non datur querela , ſed ſolum reme-
dium l. hac edictali , per quod filius non agit ad le-
gitimam, ſed ad æqualitatem. Hoc etiam modo de-
clarat Gabriel.d.conſil.13. nume.25.ver. verum ſci-
re oportet,vbi hoc modo limitat communem ſenten
tiā,& quod filio non detur actio pro legitima,quan -
do à matre relicta eſt integra legitima , vel plus quā
ſit legitima, ponit expreſſè Bertrand.d.§.ita tamen,
nu.8.ver.primo quando filio, & verſ.ſecundus caſus.
& ſemper mouetur ſupra dicta ratione,& ibi in prin
cip. dicit gloſſam fuiſſe à Flor. in rellectam , quando
nihil eſt filio relictum,vel ſaltem minus legitima.idē
probauit Cæphal.in conſ.418.nu.49.vbi addit Corn.
in conſ.118.nu.1.vol.1.ſi ergo verum eſt,quod legiti-
mam filij conſequantur vno iure , & æqualitatem a-
lio , vt omnes præſupponunt , fatendum erit legiti-
mam deduci non poſſe , quando filij eam habuerunt
ex inſtitutione : quia tunc ius ceſſat quòd dabatur
ad illam conſequendum .

Et non obſtat quod mater inſtituendo filium,non
poſſit priuare filium lucro quod ſibi fuerat delatum
à lege , ſicuti non poſſet id facere expreſſè : quia re-
ſpondeo,quod mater inſtituendo, nihil adimit filio,
ſed facit ne filio detur querela inofficioſi , quæ date-
tur, ſi ei legitimam non relinqueret , ea enim quere -
la non aliter competit,niſi quando filio legitima nō
relinquitur , propterea relinquendo,non offendit fi-
lium, ſed obligationi ſibi iniūctæ ſatisfacit, & vtitur
iure ſuo , vnde filio iniuriam non irrogat , l. quod
Reipublicę , & l. iniuriarum , ff. de iniur. relinquen-
do igitur filio legitimam , impediuit mater ne ſit lo
cus petitioni, vnde non eſt inconueniens quod peti-
tio denegetur tanquam ſublata cauſa , quia ceſſan-
17 te cauſa ceſſat effectus, & actio ipſa, † l. ſi pro ea,vbi
Bald.in 8.quæſt.C.mand. Tiraq.in tract. ceſſ. cauſa ,
par.1.nume.22. Facit, quia querela inofficioſi datur
ſub conditione, quando ſcilicet legitima non eſt reli
cta,mater autem relinquendo eam impedit exiſten-
tiam conditionis, ergo non datur querela . Facit , qꝛ
in ſimili dicit Bart. in l.ſi fundum per fideicommiſ-
ſum, reſpondendo ad §.libertis, vbi dicit, quod ſi fi-
deicommiſſum relictum eſt in caſu alienationis non
habebit locum ſi grauatus alienat cum conſenſu fi-
18 deicommiſſarij: † quia conſentiendo,impedit condi
tionem purificari . dixi in conſ.70. nu.13. falſum eſt
igitur id quòd in contrario dicitur,matrem non poſ
ſe tollere beneficium competens filio ad legitimam:
quia hoc verum eſſet, ſi legitimam non relinqueret,
at relinquendo, impedit ne peti poſſet . & hoc ſem-
per videmus in alijs caſibus , quia etſi parentes non
poſſint facere quin alij ſuam conſequantur legiti-
19 mam, † l. parentibus, & l. cum quæritur, C.de inoſ-
fic.teſtam.l.quoniam in prioribus. & l. omnimodo ,
C.eo. Alexand.conſil.69.in princip.volum.1. Natta
in conſil.528.num.28.Cæphal.conſil. 56.num.42. ta-
men ſi filijs legitimam relinquant , ſublata erit eo-
rum petitio, nec filij poterunt conqueri quod fuerit
ſublata, cum ſua non interſit , & ſine intereſſe nemo
20 audiatur . † Ang.in l.ſi patroni, §. qui fideicommiſ-
ſum, ff.ad Trebell.Tiraquel. de retractu conſang. §.1.
glo. 2.nu.51.

Nec mouet, quod lucrum delatum filijs in pœ-
nam matris ad ſecunda vota conuolantis , non im-
putetur in legitimam : nam eſt verum , ſed bene im-
putatur in legitimam , id quod mater inſtituendo
reliquit filio,vt volunt omnes Doctores in l.in quar-
tam, ff.ad leg. Falcid. & hoc quod fuit relictum non
eſt lucrum proueniens à lege in pœnam matris , ſed
eſt lucrum proueniens à matre , eſſet autem lucrum
deſcendens à lege , ſi mater nihil filio , & totum vi-
ro reliquiſſet , ſed cum reliquerit filio , non offendit
legem , nec incurrit pœnam , & conſequenter lucro
non eſt locus . Præterea , non dico imputari lucrum
in legitimam, ſed dico, legitimam non deberi , quia
fuit relicta , imputatio autem ſupponit eam deberi,
quia non entis nullæ ſunt qualitates , l. eius qui in,
pro-

prouincia,ff.ſi cert.petat. vel eſſe ſublatam legitimæ petitionem propter relictum,nec petere poteſt filius quod jam habet, & cum legitima prius peti debeat ſecundum conſilium Bald.& Caſtr.in l.1. C. de inoff. dot.Roland.d.quæſt.27.& ſequuntur alij omnes,ceſſabit petitio ſtante relicto.

Remouetur,& aliud, quo dicitur matrem contractis ſecũdis nuptijs adeo obligari diſpoſitioni l. hac edictali,vt teſtando,vel aliter diſponendo,ſe nõ poſſit ab eo neau eximere.Reſpondeo enim, tunc matrẽ obligari,quando contrauenit legi,ideſt, quãdo plus relinquit viro quam filijs; ſed quãdo legis præcepta ſeruat,non ſubiacet pœnis ab ea irrogatis,inſtituendo autem æqualiter, non contrauenit legi, vt ſupra oſtenſum eſt. Præterea, hic non agimus an plus maritus conſequatur quam fuerit relictum filijs,& conſequenter,non quærimus de lucro l.hac edictali,cum iam ex inſtitutione filius ſuam habeat portionem, ſed an filius legitimam conſequi poſſit. vnde argumentum nõ bene procedit,procederet autem, ſi tractaremus de imminuendo portionem filio debitam.

Authoritas Zuccard.in conſ.43.num.2.dubio non
21 turbat, quia falſis nititur rationibus, † & contra eum ſtat deciſio.Bertrand.Burſati,Crauet.& Cuchi, qui volunt, quod non detrahatur legitima, quando mater æqualiter inſtituit.ceſſat etiam ratio qua mouentur Doctores, qui dicunt præcipuam eſſe legitimam filio debitam, & concurrũt illi qui volunt quòd gloſſ. in d.§.optimè,procedat ſolum,quando filio relictum eſt nihil,vel minus legitima. Theſaur. antẽ in d.deciſ.184. neſcit quid velit,nam nu.10. recipit hãc noſtram ſententiam,quando mulier teſtando æqualiter inſtituit ſecundum virũ cum filijs ea priore matrimonio,dicitque eſſe æquam opinionem,quia vaor viro videtur reliquiſſe non illius blanditijs inducta, ſed vt ſe conformaret ſtatuto. poſtea verò,in numero ſequenti, immemor eorum quæ ſupra immediatè dixerat, ſibi ipſi contradicit, quaſi diuerſam ponens limitationem, cum tamen in omnibus eadem ſit. mouetur falſo ſundamento,quia inquit,ſtante ſtatuto quo defertur marito dimidia dotis,licere filijs legitimã ante omnia detrahere,quod eſt ſalſum: quia quando ſtatutum meminit de filijs primi matrimonij,vel aliter derogat legi hac edictali, tollit penitus legitimam filiorum, ſaltem in parte marito delata,
22 † vt voluit Cart. iun. in Authent. Præterea, num.17. C.vnde vir & vxor. Dec.conſil.19.num.5. Natta conſil.308.num.4.vſque ad finem.Roland. conſil.62.numer.53. volum.3. Bellon.in conſil.13.num.21. Crau. conſil.524.num.4.Phanuc.in tract.de lucro dot.gloſ. 5.num.35.Burſat.in conſilio 212.num.25. & Marcobrun. in conſil. 75. num. 134. & Doctores allegati à Theſauro loquuntur omnes in ſtatuto quod non derogat l. hac edictali, atque ita, quando ſumus in diſpoſitione iuris communis, vti latè probaui in prioribus ſcriptis per me editis in eadem hac cauſa, vbi ſuſtinui, ni mea me fallit opinio, quod vbi ſtatutum partem dotis deferens marito,derogat l.hac edictali,tunc non poteſt filius primi viri petere legitimam, ſaltem in portione viro delata, quidquid ſit in alijs bonis.

Vltimo non reſiſtit quod mater non videatur filium primi viri æqualiter tractaſſe cum ſecundo viro, licet inſtituerit vtrunque æquis portionibus, ex quo quantum capit legitima videtur illud habere à lege, non à matre: quia immo legitimam à matre habet, & mater relinquendo videtur velle exoluere debitum ſibi à lege iniunctũ, vnde dicunt iura, quod imputatur in legitimam quidquid per vltimam vo-
23 luntatem filio relinquitur, vt in † Authent. Præterea, C. vnde vir & vxor. & in l. in quartam, ff. ad leg. Falcid.Bertrand.d.§.ita tamen, num.11. rurſus legitima licet à lege debeatur, tamen confunditur cum alijs relictis,& extinguitur quãdo mater relinquit filio,præcipuè quando illud tranſcendit legitimę quãtitatem. & legitima quando eſt relicta,capit eam filius, vt hæres, & in ea valet inſtitutio. gloſſ.in c. Rainutius,verſ.legitimam,& verſ.non obſtat,de teſtam. Intringliol.de feud.quæſt.49.num.127. vbi quòd repudiata hæreditate,non habet legitimam.Afflic.c.1. in princip.num.122.de ſucceſſ.feud. Præterea, l. hac edictali,quæ vult quod non poſſit plus relinqui ſecũdo viro quã fuerit relictum vni ex filijs, intelligi debet etiam computata legitima filio debita, ſi tamen ea relinquatur filio: & ideo quando filio relinquitur ſola legitima, tunc ſecundo viro poteſt nihilominus tantum relinqui quanta eſt legitima quæ filio relicta
24 eſt, † vt voluit Bald.in d.l.hac edictali, in 1.quæſtio. vbi loquitur in fortioribus terminis,quando filio relictũ eſt minus legitima. ſequuntur Anan. Bolog.& alij,quos citat Bertrand. d.§.ita tamen, num.1. & 2. qui num.11. tranſit cum hac opinione, quando relictum non habet taxatiuam annexam. Bertrand. in conſil.166.Ex caſu,volum.1.alios citat Rube.in conſ. 115.per totum,vbi eam defendit.Crauet.in conſ.40. num.9.conſ.193.num.12.Burſ.in conſ.12. num.10. & 38.vbi inquit,ſic fuiſſe iudicatum à Rota Rom. hanc etiam communem dicit Riminald.in conſ.333.nu.5. eam pariter communem dicit Boer.in deciſ.201.colum.antep.in verſic. quam limitaui eſſe veram. latiſſimè Gabr.in conſil.13.num.13. & ſequent. volum.2. vbi addit Alexand. Aret. & Dec. ſubdens, hunc eſſe veriſſimum ſenſum l. hac edictali, in §.ita tamen, & ampliat etiam, quãdo eſt adiecta prohibitio ne plus petatur: quam tamen ampliationem pro nunc non firmo, quia non expedit. Marcobrun. in d. conſil.75. num.139.in quibus locis reprehendunt Salic.contrarium tenentẽ. quod ſi ſecundus vir conſequitur quantum eſt legitima filio debita, quando filio eſt relictũ minus legitima, idem faciet, quando filio relicta eſt integra legitima, & hunc caſum, ideſt quando integra legitima eſt relicta, habent prædicti Doctores pro abſoluto. ſi ergo vbi ſolam legitimam habet filius primi viri, conſequitur ſecundus vir quãtum eſt legitima,fatendum eſt,legitimã non adeo eſſe à lege debita, quin dicatur etiam relinqui à matre, aliàs ſi non poſſet dici relicta à matre, ſed à lege, mater non poſſet tantundem relinquere ſecundo viro, nec ſecundus maritus poſſet tantundem conſequi. ſed conſequens eſt falſum, vt patet ex ſupradictis; & prædicti omnes dicunt clarè, legitimam videri à matre relictam, quando vel expreſſa vel tacita concurrit matris voluntas, & non deſinit haberi à matre, quamuis legis diſpoſitione ſit ordinata; immo fortius volunt prædicti Doctores, etiam ſupplementum legitimæ deſcendere à voluntate matris,& relictum cenſeri à matre, quando dedit quid minus legitima, non adiecta prohibitione plus petendi, licèt eo caſu non cadat expreſſa matris voluntas. Remanet igitur clara, & vera concluſio, quod ceſſante etiam ſtatuto, & ſola iuris communis attenta diſpoſitione, filij primi viri non poſſunt legitimam ante partem deducere, quando fuerunt æquis portionibus cum vitrico inſtituti à matre, quia hoc caſu non eſt contrauentum legi hac edictali, ideſt, non fuit plus relictum ſecundo marito quam filijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura illa prima dicitur, quæ nulla apparet antiquior.*
2 *Referenti creditur non conſtito de relato, vbi agitur inter perſonas quæ poſſunt diſponere.*
3 *Concedentis fuiſſe prædia conceſſa præſumuntur, vbi non conſtat tempore conceſſionis fuiſſe ab alio poſſeſſa.*
4 *Feudalitas probatur per confeſſionem vaſalli.*
5 *Collectari poſſunt bona feudalia pro oneribus bellicis.*
6 *Onera bellica ſoluuntur pro bonis eccleſiaſticis.*
7 *Feudalitatis quaſi poſſeſſio transfert onus probandi allodium in aduerſarium.*
8 *Exceptionem probare in iudicio is tenetur qui in ea ſe fundat.*
9 *Fidelitatis ligiæ iuramentum ſubijcit perſonam, & bona ei cui iuratur.*
10 *Diſpoſitio generalis habetur pro ſpeciali quando in vno tantum verificari poteſt.*
11 *Actus ne reddatur inutilis, omnis debet fieri interpretatio.*
12 *Præſumptio cedit veritati.*
13 *Solennitas ex curſu longiſſimi temporis non præſumitur, quando ex lectura inſtrumenti contrarium apparet.*
14 *Præcedentia declarantur ex ijs quæ ſequuntur.*
15 *Obſeruantia declarat ambiguitatem quæ ſubeſſe poterat.*
16 *Clauſulæ acceſſoriæ, & executiuæ licet non alterent, declarant tamen principalem diſpoſitionem.*
17 *Recognitio de prædijs quæ recognoſcens poſſidet, eſt conditionalis.*
18 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
19 *Incertitudo vitiat omnem diſpoſitionem.*
20 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubſtantia.*
21 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
22 *Feudum conceſſum à clerico præſumitur eccleſiæ.*
23 *Confeſſio contra quam fuit iudicatum non probat feudalitatem.*
24 *Confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem, non præiudicat in alio ad alium finem intentato.*
25 *Confeſſio incidenter facta non nocet.*
26 *Confeſſio facta in vna cauſa ad fauorem vnius, probat ſolum ad fauorem illius non aliorum.*
27 *Stilus & obſeruantia non eget probatione, ſed iudex ex officio poteſt ſe informare.*
28 *Fama non probatur niſi conſtet quod ex probabilibus cauſis, & à fide dignis perſonis ortum habeat.*
29 *Feudalia an allodialia ſint bona, magis creditur hominibus loci quam extraneis.*
30 *Teſtes de vniuerſitate ſunt idonei, quando principaliter nõ agitur de commodo ſingulorum, licet in conſequentiam verſari poſſit eorum intereſſe.*
31 *Qualitatem rei ſuæ quis ſcire præſumitur.*
32 *Coniunctus præſumitur ſcire negotia coniuncti.*
33 *Euictio præſtatur pro datione inſolutum.*
34 *Impugnare non poteſt factum qui aduerſus alios impugnantes defendere tenetur.*
35 *Euictionem præſtat, qui rem feudalem vẽdit pro allodiali.*
36 *Feudi etiam ex pacto & prouidentia, alienatio non reuocatur per alienantem, nec per eius hæredem.*
37 *Falſitas debet concludere per neceſſe.*
38 *Poſſideri non poteſt res incerta ratione loci, & quotæ.*
39 *Legitima propter incertitudinem ante liquidationem poſſideri non poteſt.*
40 *Filiationis quaſi poſſeſſio non ſufficit in deciſorijs & in petitorio iudicio.*
41 *Qualitates à lege, ſtatuto, reſcripto, vel alia diſpoſitione requiſitas, probari debet qui ea vult vti.*
42 *Poſitio pro parte vera, & pro parte falſa, poteſt in totum negari.*
43 *Legitima eſt quota bonorum.*
44 *Fideicommiſſarius cui vniuerſa hæreditas eſt reſtituenda, non poteſt rem aliquam poſſidere antequam ſit deducta legitima, & Trebellianica, & omnes æs alienum.*
45 *Ablatiui abſoluti faciunt conditionem.*
46 *Confeſſio conditionalis non dicitur confeſſio niſi purificata conditione, & conditionis purificationem non tenetur probare confitens, ſed aduerſarius.*

CONSILIVM CCCCXXIII.

EXISTIMAVERAM prioribus ſcripris cauſam Illuſtris Dom. Angelæ Mariæ Vialardæ ac Ducalis Cameræ ita defenſam à multis quæ Illuſtres Do. Agnati Vialardi obijciebant, vt nouo opere minimè opus eſſet: verum Magnificus cauſidicus eiuſdem cauſæ patronus, ut cui nihil tutũ videtur dum quid vel minimum dubij ſupereſt, aliqua excitauit quæ concluſionem à me firmatam nonnihil videntur perturbare; & Primo, quod etſi inueſtituræ quæ factæ leguntur ab anno 1438. citra, contineant confinia & demonſtrationes rerũ feudalium quæ à progenitoribus D. conuentæ conſignatæ fuerunt, tamen aliæ extant antiquiores, quę nullas continent demonſtrationes, ſed generales ſunt de oĩbus bonis quæ vaſalli poſſidebant in loco Villænouæ, & præcipuè extat illa anni 1316. & altera anni 1346. quæ habendæ ſunt pro
1 prima inueſtitura, ex quo de alijs non apparet, † vt in deci. Pedemon. 227. nu. 13. in nouiſs. & licèt loquatur relatiuè, tamen ex quo res eſt inter perſonas quæ poterant diſponere, ideo referenti creditur, non con
2 ſtito de relato, † ſecundum Iaſ. in l. admonendi, nume. 37. vbi multos allegat, ff. de iureiurando. Quamuis ergo aliæ contineant bona certis confinibus deſignata, tamen non per hoc videtur quantitas bonorum feudalium eſſe reſtricta, cum non ſequentes, ſed prior inueſtitura ſit attendenda, & per hæc ceſſare videtur fundamentum quod per me ponebatur ſuper poſterioribus illis inueſtituris.

Secundo, quod etſi inueſtitura continens generaliter omnia bona talis loci, non probet illorum feudalitatem, tamen hoc eſt verũ, quando agimus de cõceſſione feudi iuriſdictionali, ſeu Caſtri, terræ, aut villæ: nam quia tunc totum territoriũ conceditur, quod intelligitur quo ad iuriſdictionem, nõ infertur quod generalis clauſula, cum pratis, gerbis, paſcuis, &c. importet bona particularia fuiſſe in feudum conceſſa, præcipuè quando adeſt verbum, pertinentibus ad caſtrum: at ſecus, quando non caſtrum, non villa, nec iuriſdictio conceditur, ſed certa bona, tunc enim enim illa veniant principaliter, probatur feudalitas ſine adminiculo aliquo, Sola de iure emphiteu. in 3. par. glo. 1. nu. 14. & 19.

Tertio, vbi non conſtat prædia de quibus agitur fuiſſe ab alio poſſeſſa tẽpe conceſſionis, præſumuntur
3 fuiſſe eccleſiæ concedentis, † ſecundũ doctr. Caſtr. & Socin. in l. 1. ff. de acq. poſſ. quam probarunt conſulendo in eodem facto Natta conſ. 460. nu. 10. Crau. conſil. 627. nu. 4. & Cæph. cõſ. 172. nu. 11. & ſeqq. vbi alios citant, id quod in eccleſia inueſtiente nõ videtur habere dubium, ſecundum Guid. Pap. fol. 152. tract. præſumpt. nu. 33. Bonacoſſ. de præſumpt. in ver. feudum, lib. 2. hic verò non probatur alterius fuiſſe, ergo eccleſiæ præſumuntur. facit quod voluit Menoc. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 91. nu. 49.

Quarto, adducuntur multæ confeſſiones factæ à vaſallis qui bona iſta poſſidebant, ſed ea præcipuè, quæ dicitur emiſſa, quando, vt ſe defenderent ab

vniuer-

Vniuerſitate Villænouæ quæ illos moleſtabat pro col-
lectis, dicebant omnia bona eſſe feudalia: hoc e-
4 nim modo probatur feudalitas, † vt per Rolan. con-
ſil.82.volum.2.Ruin.conſil.26.volum.1. Gozad.con-
ſil.9.numer.7.Socin.iun.conſil.77. num.74. volum.2.
cum ſimilibus.

Quinto, dum pro Domina conuenta dicebatur,
bona deprębendi non feudalia, eo quod nobiles Vil-
lænouæ iuſſi fuere ſoluere onera Cęſarea, detracta
quarta parte, opponitur, imo feudalia bona collecta
5 ri poſſe pro oneribus † bellicis, vt poſt alios ponit
Iaſ. l.1.num.33. C.de iure emphyt. Natta conſ.312.
num.6. Silua. conſ.47.num.6. Io.de Amicis, conſ.8.
nu.62. imo etiam pro bonis eccleſiaſticis ſoluuntur
6 onera bellica,† vt inquit Oſaſc.deciſ.68.& 69.& de-
ciſ.234.nu.10.in nouiſſ.Maluaſ.conſ.26.nu.13.

Sexto, teſtes omnes pro D.Angela Maria produ-
cti, patiuntur defectus, quia ſunt de vniuerſitate Vil-
lænouæ cuius intereſt eſſe allodialia, vt oneribus con
tribuant, pręcipuè D. Eleonora Bottacia, quæ cum à
fratribus bona feudalia in ſolutum receperit pro al-
lodialibus, id agit ne reuocentur vti reuocari poſ-
ſent, ſi feudalia detegerentur tanquam alienata ſine
domini aſſenſu. & certum eſt, teſtis fidem non eſſe
adhibendam, quando quoquomodo ſentire poteſt
ea cauſa commodum vel incommodum, vt ſunt iure
vulgata.

Septimo, negari non poteſt quin ſaltem ab ante-
ceſſoribus D.Angelæ Mariæ bona hęc fuerint poſſeſ-
ſa tanquam feudalia, vt ex pluribus deductum eſt,
hæc verò poſſeſſio ſeu quaſi feudalitatis transfert o-
nus probandi in aduerſarium, licèt fortè non ſuffi-
7 ciat ad plenam feudi probationem.† Bald.conſ.351.
nu.2.10.& ſeqq.volum.1.Soc.iun.conſ.68.nu.10.& 11.
vol.1.Decian.conſ.33.num.4.vol.1.

Octauo, inueſtituræ ſuſceptæ à D. Io. Baptiſta iu-
niore, & alijs anteceſſoribus tollunt omne dubium,
quia per eas conſignantur vniuerſaliter omnia bona
aliquibus exceptis, ideo agnati habent fundatam
ſuam intentionem ſuper vniuerſalitate conſignatio-
nis, & ita ſuper Regula, ita, vt qui vult dicere bona
de quibus agitur eſſe excepta, tanquam ſe fundans
8 in exceptione, probare teneatur.† dixi conſ.180.nu-
mer.9.præcipuè, quando verba Regulæ ſunt vniuer-
ſalia. Card. Mantica Sing.677.nu.1. & exceptio con-
cludens, eſt probanda, alias non ſufficit. latè Maſcar.
concl.685.num.1.

Hæc poterant quidem primo aſpectu dubitatio-
nem aliquam inferre prioribus meis ſcriptis, ſed ex
eis etiam deſumi poſſe reſolutionem exiſtimo: tamē
eis quoque ſigillarim reſponſum accommodare non
grauabor, addendo tamen prius nonnulla, quæ par-
tem Dominæ conuentæ firmare videntur, & præci-
puè, quod bona de quibus agimus, dici non poſſunt
feudalia Eccleſiæ Caſalēſis, attento, quod pro ijs poſ-
ſeſſores omnes qui pro tempore fuerunt, fidelitatem
ligiam iurarunt Sereniſſ. Ducibus Montisferrati, ac
Excell. anteceſſoribus huiuſmodi autem iuramenti
vis eſt, quod etſi principaliter perſona ſubijciatur ei
9 cui iuratur, tamen bona quoque veniunt, † vt ponit
Specul.de feud.§.quoniam, nu.33.Curt.iun.conſ.140.
num.7. vbi allegat Mart. Laud. Iac.in ſua Inueſtit.in
verſic.in feudum, nu.20. quod ſi iurando fidelitatem
omnia bona iurans ſubijcit Principi, cui iurat, faten
dum eſt, ea non poſſe dici alterius Domini feuda-
lia; nec reſpondeat aliquis, Regulam prædictam non
habere locum, quādo aliqua bona iurans in feudum
recognoſcebat ab alio Domino: quia replicatur, il-
lud facto noſtro applicari non poſſe, ex quo iuramen

tum fidelitatis fuit ſpecificè præſtitum pro iſtis bonis
quæ dicuntur nunc feudalia Eccleſiæ.

Secundo dicitur, quod ſi omnia hæc bona eſſent
feudalia Eccleſiæ, atque ita viderentur excepta in
præſtatione ligiæ fidelitatis, vtique ea præſtatio red-
deretur ſuperflua, inanis, & irreleuatoria, & nulla
bona includeret: nam in præſenti iudicio veniūt bo-
na omnia quę D.Io.Baptiſta ſuique authores poſſide
bant ſuper finibus Villænouæ, & non eſt dicendum
quod ſic iuramēta fuerint inutiliter præſtita, cum ta-
men mos & ſtilus fuerit antiquiſſimus iurandi dictā
fidelitatem Principi; & cum alia bona non extarent
præter iſta, fatendum eſt ligiam fidelitatem pro iſtis
fuiſſe præſtitam, ex quo ad alia referri non poteſt,
arg. l.2.vbi Doctor. ff.de liber. & poſthu. vbi dicitur,
quod diſpoſitio generalis habetur pro ſpeciali, quan
10 do in alio non poteſt verificari, quam in † vno.gl.fin.
in c.ea parte, vbi Abb.de offic. deleg. infinitos citaui
conſ.299.num.12. & ſeq. ita in propoſito cum iurans
non haberet alia bona pręter iſta, perinde eſt ac ſi ſpe
cificè pro iſtis iuraſſet. & ideo nō poteſt videri quod
excepérit feuda Eccleſiæ: quia tali facta exceptione,
iuramentum eſſet vanum, & verificari non potuiſſet.
facit etiam, quia omnis fieri debet impropriatio &
11 interpretatio, ne actus reddatur nullus, † l.quoties,
ff.de reb.dub.l.in teſtamentis, ff.de reg.iur. Rol.conſ.
30.in fine, vol.3.Cæph.conſ.294.num.44. Alba, conſ.
85.num.11.idem ſeruatur, ne actus ſit eluſorius, l.ſi
prætor, ff.de iud.Gozad.conſ.5. nu.6. D.Becius conſ.
41.num.20.dixi conſ.241. num.28.

Primo itaque non obſtat, quod inueſtituræ anni
1316.& 1346. habendæ ſint pro primis, ex quo aliæ
non apparent antiquiores: quia reſpōdeo, ex earum
lectura conſtare illas non eſſe primas, quia in eis a-
liæ recitantur antiquiores, & vbi ſumus in claris, ceſ-
ſant coniecturæ, l.continuus, ff.de verb.oblig.& præ-
12 ſumptio cedit veritati,† l.fin.in princip.ff.quod met.
cauſ.dixi conſil.7.numer.61.Hinc dicimus, quod etſi
curſu longiſſimi temporis præſumatur ſolennitas in
aliquo actu interueniſſe, tamen hoc fallit, quando
13 ex lectura inſtrumenti contrarium apparet.† Caſtr.
conſil.81.num.3.volum.2. alios citaui in conſil.28.
num.113.

Secundo reſpondeo, quod ſi eſſet prima, nec alia
daretur anterior, non per hoc magis probatum eſſet,
bona de quibus agimus eſſe feudalia, quia illa quo-
que eſt indefinita & incerta, & loquitur de bonis quę
inueſtiti, & authores ſui recognoſcebant in feudum
ab Epiſcopatu Vercellenſi, quare patitur eos omnes
defectus quos alias obiecimus contra alias inueſti-
turas iuniores. & licet contra hanc eſſet illa oppoſi-
tio, quod bona recognita certis fuerint finibus ter-
minata, tamen non ceſſant aliæ. Tertio reſpondeo,
quod etſi in ea inueſtitura demonſtrationes non ex-
tent, tamen in ſubſequentibus in quibus leguntur
confines bonorum recognitorum, declarantur præ-
cedentes omnes inueſtituræ, & ex eis datur intelli-
gi, quid, & quantum ſit illud quod ab authoribus
fuerat recognitum, & poſſeſſum in feudum. præce-
14 dentia enim declarantur ex ijs quæ ſequuntur, † §.
pauonum, Inſtit. de rer. diuiſ. Dec.in l.petens, num.
11.C. de pact. Natta, conſil.192. num.4. dixi conſil.
150.nu.95.Card. Mantica de coniect. vltim. volunt.
lib.6.tit.13.num.4. & obſeruantia declarat ambigui
15 tatem, quę ſubeſſe poterat, † l.ſi de interpretatione,
ff. de legib. cum alijs quos citaui in conſ.140. nu.43.
& ſanè dubium nemini videri poteſt, quin de tempo
re inueſtiturarum anni 1438. & ſequētium annorum
magis quam nunc certum eſſe, quæ & qualia eſſent

bona quę in feudum tenebantur, & ſi plura bona fuiſ
ſent, non vtique paſſi fuiſſent Epiſcopi qui pro tem-
pore fuere, ea ſola recognoſci: argumēto eorum quæ
poſt Lap. Innoc. & alios voluit Caſſad. de reſtit. ſpol.
deciſ. 4. nu. 4. vbi ſi cedens poſt ceſſionem diu ſtetit in
poſſeſſione, præſumitur iuſtè poſſidere: quia non eſt
veriſimile quòd ordinarius illum ſuſtinuiſſet. Et pro
hoc facit quod dicimus de clauſulis acceſſorijs exe-
cutiuis, quæ etſi non alterent principalem diſpoſi-
16 tionem, tamen illam declarant, † Bal. in l. eam quā,
nu. 36. C. de fideicom. infinitos citat Dom. Becius,
conſ. 88. num. 50. ita in caſu noſtro, confines appoſi-
ti in ſucceſſiuis inueſtituris, declarant quæ res fue-
rint in feudum conceſſæ in antecedentibus.

Secundū quoque motiuum, quo dicitur generali-
tatē verborum inueſtituræ probare omnia bona fuiſ
ſe in feudum conceſſa, quando non iuriſdictio, nec ca
ſtrum, ſed certa bona conceduntur, meo iudicio nō
bene applicatur facto noſtro: quia hic non agimus
de generali conceſſione territorij, ſeu loci, cum om-
nibus pratis, vineis, paſcuis, nemoribus, &c. vti Sola,
alijq; per eum relati loquuntur, ſed de particulari
cōceſſione ſeu verius recognitione bonorum quo in-
ueſtiti poſſidebant in loco Villænouæ, atque ita de cō
ceſſione terminata & reſtricta ad poſſeſſionem va-
ſallorum; propterea non poteſt dici, quod omnia
prædia Villænouæ eſſent Epiſcopi concedentis, ita,
vt ab eo perueniſſe dicantur ad inueſtitos, quia eſſet
abſurdiſſimum.

Secundo & clarius reſpondeo, quòd contrarium
procederet, quando inueſtitura eſſet generalis de to
to territorio Villænouæ, vel de omnibus pratis, ger
bis, vineis, &c. exiſtentibus ſuper finibus Villænouę,
nulla facta mentione Caſtri, vel iuriſdictionis. tunc
enim omnia prædia cenſerentur feudalia; quia non
eſt reſtricta conceſſio ad poſſeſſionem, vel iura concē
dentis aut inueſtiti, ſed generaliter includit omnia
prædia. & cum iuriſdictio non ſit conceſſa, reſtringi
aut intelligi non poteſt reſpectu iuriſdictionis, ſed
intelligi debet reſpectu dominij, & proprietatis; &
ſimiliter non poteſt dubitari, ſi ad Caſtrum perti-
neant vel non: quia caſtrum non fuit conceſſum, vel
non fuit additum nomen pertinentiarum, & hoc eſt
quòd Sola loco prædicto dicit. Sed in facto noſtro
res aliter ſe habet: nam conceſſio non eſt, vt ibi, ge-
neralis, de omnibus prædijs Villænouæ, ſed de om-
nibus quæ inueſtiti poſſidebant, & ideo non conſti-
to quid, quale, & quantum poſſiderent, incertum
eſt quoque quid, & quantum recognouerint in feu-
dum, iuxta doctrinam Bartoli, & aliorum, in l. ſi ſic,
§. 1. ff. de legat. 1. vbi concedes quidquid habet in ta-
li loco, nihil concedere videtur, ſi non probatur
quid ibi poſſideat, & dixi in prioribus ſcriptis. ratio
autem diuerſitatis inter duos hos caſus ea eſt, quia
in primo caſu conceſſio eſt certa, ideſt de omnibus
bonis Villænouæ, vel de omnibus prædijs, pratis, vi-
neis, &c. & conſtat de corporibus conceſſis, quia ve-
niūt omnia bona quæ ſunt in territorio Villænouę, &
conceſſio non reſtringitur ad poſſeſſionē, vel ius con-
cedentis, vel eius cui fit conceſſio, ideo concedens
habet intentionem ſuam fundatam, perinde, ac ſi
fundum vnicum certis limitibus definitis conceſſiſ-
ſet. In ſecundo verò caſu conceſſio eſt incerta & in-
determinata, quia non continet omnia prædia Vil-
lænouæ, ſed ea ſola, quæ ab inueſtito poſſidebantur,
ideo nihil continetur in cōceſſione, niſi cōſtito prius
quid inueſtitus poſſideret, quia recognitio eſt con-
17 ditionalis, id eſt, ſi quid habeo vel poſſideo, † vt in-
quit Bald. poſt Din. in d. l. ſi ſic, §. 1. idem Bald. in l.
cum hæreditatem, ff. de hæred. vel actio. vend. vbi cla
rius loquitur Salic. inferens, quòd neque dominium,
neque poſſeſſio transfertur; & in propoſito bene cō
ſiderat Brun. in conſil. 127. col. 16. verſ. item non ob-
ſtant aſſumendo, & ratio eſt; quia conditio nihil po
18 nit in eſſe, † l. cedere diem, ff. de verb. ſignif. cum alijs
quos citaui in conſil. 91. nu. 11. Item, quia incertitu-
19 do vitiat omnem diſpoſitionem, † vt latiſſimè pro-
bat Marſi. in Rubr. C. de probat. nu. 382. & ſeq. & re-
mouet conſenſum, l. decem, ff. locati. dixi conſi. 39. nu
me. 57. ſine quo non datur contractus, addo, quod
feudum non inducitur niſi res aliqua concedatur: at
vbi res eſt incerta, perinde eſt ac ſi nulla concedere-
tur: quia paria ſunt, non eſſe, vel non apparere, & prę
dicta multo magis procedunt, quando incertitudo
eſt in recognitione: nam recognitio non fit ad indu-
cendum aliquid de nouo, nec ad feudo ſubijcien-
dum bona quæ antea erant libera, ſed ad renouan-
dum, id quod iam fuerat conceſſum, ideo debet eſſe
certior & magis determinata. Brun. d. conſ. 127. co-
lum. 17. circa med. dicti verſiculi.

Quod verò tertio loco opponitur, prædia præſu-
mi fuiſſe concedentis, quando nō apparet fuiſſe poſ-
ſeſſa ab alio tēpore conceſſionis, facile remouetur:
quia Caſtr. & Soc. in l. 1. in princ. ff. de acquir. poſſeſ.
loquuntur in domino loci, vel etiam in Vniuerſita-
te alicuius loci, & volunt, quod ſi non conſtat de pri
uato poſſeſſore alicuius prædij, illud præſumatur Do
mini vel Vniuerſitatis; cum enim iure gentium do-
minia ſint diſtincta per terras & Ciuitates, quid-
quid reperitur intra limites Ciuitatis, præſumitur
ad illam pertinere. Verum hic aliud eſt, quia Eccle-
ſia non eſt domina loci Villænouæ, nec repræſentat
Vniuerſitatem, aut habet iura Vniuerſitatis, & ideo
cum in ea ceſſet ratio prædictæ diſtinctionis, & di-
uiſionis, ceſſat etiam diſpoſitio l. adigere, §. quāuis,
ff. de iure patr. l. quod dictum, ff. de pact. & non ma-
gis præſumi debet quod fuerint Eccleſiæ quam alte-
rius. Secundo reſpondetur, prędicta omnia proce-
dere poſſe, quando certum eſt corpus, & certa res
quæ vel conceditur vel recognoſcitur, & dubitatur
ſolum an illa eſſet concedentis. at in facto præſenti
rei ipſius incertum eſt corpus, & ignoratur quid in
feudum tenerent illi antiqui recognoſcentes, ideo
vbi etiam Eccleſia præſumeretur domina, adhuc
non infertur quòd hæc res non alia fuerit recognita,
& ratio eſt: quia qualitas nō poteſt eſſe ſine ſubſtan-
20 tia, † l. nec vllam, §. abſentis, vbi Ang. ff. de petit. hæ-
red. Bald. in l. 2. ff. de bon. poſſ. ſecun. tabul. & in l. om
nium, C. de teſtamen. & non entis nullæ ſunt qua-
litates, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. Tertio ad
tollendum prædictū obiectum, conſiderandum eſt,
quod prædia omnia quæ iacent ſuper finibus Villæ-
nouæ, non ſunt Epiſcopatus prædicti, imo non om-
nia quæ à dictis recognoſcentibus poſſidebantur ab
eodem Epiſcopatu dependent, nam multa erant
Abbatis Bremidæ, multa Sancti Stephani Vercella-
rum, vti dicitur in inueſtituris, ergo non poteſt eſſe
locus deciſioni in contrarium allegatę, per quam bo
na pręſumuntur ab Eccleſia perueniſſe, ex quo con-
ſtat, quod non omnia poterunt perueniſſe. Quarto
reſponderi poteſt, quod hæc præſumptio in fauo-
rem Epiſcopi ſumi non poteſt ad præiudicium alia-
rum Eccleſiarum, ideſt Abbatiæ Bremidæ & Eccle-
ſiæ Sancti Stephani, quæ eodem priuilegio gaudent
cum Epiſcopatu. priuilegiatus enim non vtitur pri-
uilegio contra eum qui æquè reperitur priuilegia-
21 tus, † l. verum, §. pen. ff. de minor. l. non ſolum, §. 1.
ff. de ritu nuptiar. l. ſed etſi milites, ff. de excuſat.
tutor.

Digitized by Google

tutor.§.ſed hoc de præſenti,in Auth.de Sanctiſſ. Epi-
ſcop.c.cum cauſam, vbi Abb.de præben. Natta conſ.
141.nu.4.atque ita vna Eccleſia non debet vti priuile
gio contra aliam , nec bona præſumi debent magis
prouenisse ab vna quã ab alia Eccleſia,& conſequen-
ter,hæc quoque præſumptio ambigua eſt , & rorque-
ri non poteſt in ſolum fauorem Epiſcopi. Poſtremo,
ad dictum Guid.Pap.& Bonacoſſ.qui volunt rem in-
feudatam præſumi Eccleſię,reſpondeo,illud non de-
buiſſe allegari,quia nihil pertinet ad caſum noſtrũ ,
loquontur enim non vbi incertum eſt an res aliqua
ſit feudalis vel non,ſed quando eſt certum eſſe feuda
lem,ſed dubium an ſit Eccleſiæ,vel Clerici;nam cleri
cus conceſſit in feudum rem non facta mentione ao
illam fecerit conceſſionem nomine proprio , vel no-
mine Eccleſiæ , ideoq; venerat in controuerſiam, an
eſſet feudũ Eccleſiæ vel illius clerici,& dicunt illi Do
22 ctores,quod præſumitur feudum Eccleſiæ.† ita loqui
tur Hoſtienſ.in c.cum in officijs, de teſtam.ita quoq;
Bal.in c.1.in fine,de cler.qui fecit inueſtitur.qui duo
ad hoc allegantur à Guid. Pap. & eſt quæſtio ſimilis
illi,an relictum clerico,cenſeatur in dubio factũ con-
templatione Eccleſiæ,vel ipſius clerici, de qua Doct.
ponunt in c.requiſiſti,de teſtam.Cardin. Mantica,a-
lios citans,in tract.de coniect. vlt.vol. lib.8.tit.6. nu.
17.& ſeqq.nos autem ſumus in quæſtione differenti,
quia non dubitamus ao feudum ſit eccleſiæ potius
quam clerici cõcedentis,nec an pręſens nomine pro-
prio vel eccleſiæ feudum conceſſerit , ſed hoc quæri-
mos,an bona quæ poſſidebant vaſalli, ſint illa quæ in
feudum fuerunt conceſſa : cum verò quæſtio ſit peni-
tus diuerſa , non poteſt ex ea inferri ad caſum no-
ſtrum, l. Papinianus exuli,ff.de minoribus .

Nec obſunt confeſſiones à vaſallis emiſſæ , & illa
pręcipuè facta,dum cooabantur ſe defendere à colle
ctis,quæ imponebantur ab vniuerſitate Villęnouę,&
ab onere regrauandi,pro quo ab eadem moleſtaban
tur,quia ſatis dixi in prioribus ſcriptis, vbi probaui
eas confeſſiones non eſſe probatas , ſed vt ſatisfaciã,

Reſpondeo etiam alio modo , quod etſi conſtaret
Dominos Vialardos in eo iudicio confeſſos fuiſſe bo
na omnia eſſe feudalia eccleſiæ,quod tamen comper
tum non habeo,adhuc non prodeſſet Dominis acto-
ribus,quia cõtra illam fuit iudicatum , & ea non ob-
ſtante condemnati fuere ad ſoluendum onera belli-
ca omnia,detracta quarta parte,ſicuti omnes alij qui
bona poſſidebant immunia : confeſſio autem contra
23 quam fuit iudicatum,non probat, † vt voluit Innoc.
in c.mulier,de iureiur.vbi ait licere cuique impugna
re propriam confeſſionem contra quam fuit iudica-
tum.Bar.in l.Papinianus, §.ſed nec impuberis,nu.2.
ff.de inoff.teſtam.Bal.in Auth.Nouo iure,in fine , C.
de pęn.iud.qui male iud. Marſ.ſing.257. Rolan.conſ.
31.nu.23.vol.3.Marſ.in Rub.C.de prob.nu.116.& nu.
252.& in terminis quod confitens feudum,poſſit ſuæ
confeſſioni contrauenire, quando contra eam fuit iu
dicatum, poſt Aret.voluit Curt.iun. conſil.41.nu.15.
vbi loquitur de feudis Alreuillæ,& Caſurtij eiuſdem
patriæ.ſequitur Sola de iure emphyteut.par.3.gloſ.1.
num.20.Cum igitur nobiles Villænouę in eo iudicio
ſuccubuerint , confeſſio facta in ea cauſa non poteſt
ſibi nocere .

Secundo reſpondeo, quod confeſſio illa facta fuit
ad alium finem , vt ſcilicet ſe defenderet à ſolutione
collectarum,pro quibus moleſtabantur ab vniuerſi-
tate prædicta,iccirco non debet illis nocere vbi agi-
tur ad aliud.ita gl.in d.Auth.Item poſſeſſor,vbi vult,
quod confeſſio facta in vno iudicio pendente ad v-
num finem , non præiudicat in alio ad alium finem
24 intentato.† & ea gloſ.eſt communiter approbata,vt
loquendo in terminis noſtris dicit Curt.iun. d.conſ.
41.num.15.Sola d.gl.1. num.20. quia ſecundum eum
inducta ad vnum finem,non debent operari contra-
rium,& adducta in fauorem, non debent retorqueri
in odium. idem dixit in feudalibus Alciat. in conſil.
178. num.2.& videtur regulare,quod confeſſio facta
in vna cauſa,non nocet in alia. dixi conſ.135.nu.115.
Accedat, quod illa confeſſio dici poteſt facta inci-
denter, vt ſe liberarent & eximerent à moleſtia , &
regula eſt,quòd confeſſio incidenter facta non nocet,
25 † ſecundum Salic.in l.1.col.8. C.de confeſſ. latè pro-
bat Marſil.in d.Rubr.C.de probation.num.88. Tira-
quell. in tractatu Res inter alios acta , in 1. limitat.
verſus finem,verſic.& id quidem vſque adeo.facit e-
tiam quod voluit Capic.deciſ.52.num.3.vbi poſt Ro
tam dicit , confeſſionem factam ab aliquo teſte , non
nocere confitenti , quia videatur ad alium finem &
in alia cauſa emiſſa .

Tertio reſponderi poteſt, quod hæc confeſſio vbi
appareret , non noceret : quia facta in alia cauſa in-
ter alias perſonas , & ad alium finem , & probat to-
tum ad fauorem eorum quibus facta fuit, non etiam
26 aliorum. † Caſtr. Aret.& Ripa,in l.ſi rem aliquam,ff.
de acquir.poſſ. Alciat.qui loquitur de recognitione
rei feudalis,in conſil.178. num.2. addo Brun. conſil.
127.colum.24.verſic.quod ſi duodecimam, vbi quod
acta facta in vna cauſa , non præiudicant in alia cau-
ſa. Sola d.gloſſ.1. num.20. & ratio eſt,quia,vt inquit
Alciat.loco prædicto,ſæpè nobiles vt iura ſua vtilio-
ri titulo tueantur, ſolent allodia in feudum recogno
ſcere , id quod optimè ſeruit propoſito noſtro , quia
nihil minus agebant nobiles pro immunitate liti-
gantes , quam vt de allodio feudum facerent , ſed
cum in eam incumberent curam, vt bona probarent
immunia , ſolum hunc finem proſpicientes , & nihil
curantes de modo, dum ſequeretur effectus immuni
tatis,omnem mouebant lapidem,& omnem titulum
prætendebant , propterea quod ad alium finem non
principaliter , ſed incidenter inter alios dixerunt ,
obeſſe eis non debet , tanquam ſi deliberatè idipſum
ſolum agentes inter eaſdem partes expreſſiſſent , id
quod,vt dixi , tanto magis obtinere debet, quando
eis non profuit hæc exceptio , ſed ea reiecta , coacti
fuere contribuere pro dictis bonis ad onera de qui-
bus tunc erat inter partes contentio: quod ſi eiuſmo
di confeſſiones attenderentur, vti pauca bona repe-
rirentur apud vaſallos in patria iſta Montisferrati,
quæ non poſſent feudalia probari , cum graui bello
omnia perturbante , tam grauia onera bonorum
poſſeſſoribus indicerentur ,quæ reditus duplo exce-
derent , ea verò ratione vaſalli vt eam effugerent ia-
cturam,immunitatis titulum quacunque ratione af-
fectantes ,omnes angulos quærebant.

Remouetur quintum quoque argumentum,quod
etiam feudalia bona ſint oneribus præcipuè belli-
cis obnoxia , multoque magis bona Eccleſiæ quæ
ad manus laicorum peruenere:quia mutatione per-
ſonæ mutetur priuilegium , huic enim vbertimè ſa-
tisfactum exiſtimo prioribus ſcriptis, quibus pro-
baui , feudalia bona collectari non poſſe , ne duplici
grauentur onere ; & ex ijs quæ deduxi conſtat com-
munem eſſe opinionem , quam probaui authoritate
Iſer. Iacobin. Parpal. Alciati, Nattæ, Crau. Silua. & a-
liorum,ita,vt ab ea non ſit recedendum,ſed quod at-
tinet ad caſum noſtrum, in quo agimus ſolum non an
ea opinio vera ſit, ſed an ex non ſolutione onerum
bona argui poſſint feudalia, vbi etiã de iure feuda fo
rent collectabilia,adhuc idẽ effectus ſequeretur:quã-

doquidem,ita ſuit religioſè à Senatu iſto Montisſer
rati,alijſque omnibus iudicibus ſeruatum,vt pro feu
dalibus bonis nemo vnquam etiam pro belli oneri-
bus à Cæſare impoſitis fuerit collectatus : quinimo,
ea fuit tutiſſima defenſio,quod bona eſſent ſeudalia,
& inhinc infinitæ extant ſententiæ, quas ego vidi ; &
hic ſtilus,hæcque obſeruantia inualuit,& eſt notoria
permanentis facti, quæ non eget probatione, ſed iu-
27 dex poteſt ſe informare ex officio,† Baſ.in l.ſi fugiti-
ui,col.1.C.de ſer.fugit.Curt.iun.conſ.24 col.1.conſ.
52.col.3.vbi quod iudex poteſt ſupplere. Dec. conſil.
402.num.3. vbi quod etiam parte abſente,& non ci-
tata,poteſt iudex de ea ſe informare. Natta,in conſ.
218.num.5.Contra verò pro bonis allodialibus quo-
cunque immunitatis priuilegio poſſeſſores muniri
reperirentur, ſemper fuerunt à Senatu iuſſi ſoluere
onera Cæſarea, detracta quarta parte. Et quod ita
ſit,oſtendunt Iara, & vberrima conſilia Nattæ, Rol.
Silu.& aliorum eius patriæ Iuriſconſultorum, quos
in ſecundo ſundamento prioribus ſcriptis citaui, in
quibus admittunt pro veriſſimo ſeuda collectari non
poſſe, & ab immunitate arguunt ad ſeudalitatem,
quod argumentum ſupinum eſſet,ſi etiam feuda one
ribus prædictis eſſent ſuppoſita,ſiue igitur de iure ve
ra ſit,ſiue falſa opinio,quod pro bonis feudalibus va
ſallus contribuere teneatur ad onera bellica,ſemper
ta nen in facto noſtro ſtante obſeruantia de qua ſu-
pra, à ſolutione onerum pro dictis bonis facta vigo-
re ſententiarum licebit arguere bona hęc nõ eſſe ſeu-
dalia:quia ſi talia fuiſſent,ſeruata vtique fuiſſent im
munia, & ideo bene ſubſiſtit argumentum, ſic vt ſu-
pra deductum.Et ſanè,vt id quoque addam,maximi
eſt momenti hoc ſundamentum: quia ex eo inferun-
tur multa ad comprobationem concluſionis, quòd
ſint allodialia, non autem ſeudalia, & primo, quod
non eſt attendẽdum quid de eis bonis ſenſerint alij,
qui de fama auſi fuerunt aliquid dicere,quandoqui-
dem dici melius poterit falſus aliquorum rumor, ſi
enim contendentibus poſſeſſoribus bona eſſe ſeuda-
lia contraria opinio obtinuit, & ſecundum illam ſe-
cuta eſt obſeruantia,& executio,quia onera perſolu-
ta continuo ab eo tempore ſuere, vnde potuit colli-
gi fama, quod eſſent ſeudalia : & vnde potuit origi-
nem habere, & tamen fama non probatur niſi conſ-
ſtet,quod ex probabilibus cauſis,& à fide dignis per
28 ſonis ortum habuit,† vt per Bart.& alios,in l.de mi-
nore,§.plurimum,in fine,ff.de minor. Natta conſ.18.
num.12.Roland.conſ.3.num.50.volum.1.cum ſimili-
bus. Infertur ſecundo, quòd hæc bona habita fue-
re pro allodialibus,& non reputata pro ſeudalibus,
vti conatur pars aduerſa oſtendere. Infertur tertio,
non eſſe curandum,quod aliqui imo multi ea appel-
lauerint,vel dixerint bona eccleſiæ,vel Epiſcopatus,
magis itaque attendi debet,quod à grauiſſimis iudi-
cibus cauſa cognita, & negotio plenè diſcuſſo fuit
deciſum, quam quod leuiſſimæ plebis ore fuit vanè
pronunciatum.

Teſtium vero defectus, qui allegatur, non poteſt
eorum fidem vel in minimo minuere : nam eo quod
multi ſint ex eo loco Villęnouę,vbi bona ſita ſunt,au-
gętur fides: quia de qualitate prædiorum nemo me-
lius ijs ſcire poteſt qui idem territorium eandem in-
colunt regionem, ſicuti dicimus, quod de his, quæ
fiunt in Collegio, nemo poteſt melius eſſe informa-
tus,quam illi de Collegio.& dixit Alber.in l.1.§.1.ff.
de flumin. quod vbi de aliquo dubitatur, recurren-
dum eſt ad vicinos,& eos qui locum illum circumco-
lunt, & eorum opinio ſciſcitanda eſt,& dicit text.in
cap. fin. circa med. de offic. Archid. quod canonici
magis præſumuntur ſcire conditionem rerum eccle-
ſiæ ſuæ quam alij, & in terminis, quod vbi agitur an
bona alicuius territorij ſint feudalia, vel allodialia,
magis credatur hominibus illius loci, quam extra-
29 neis,† eſt text.in cap.1.§.ſi tres, de pace tenen. & ibi
dicit Aluar.col.1.in 2.notab.probationem congruen
tius fieri per eos de regione,quam per alios, quia hi
pręſumuntur melius ſcire rei conditionem quam re-
moti, & idem ibi notat Præpoſ. Præterea, teſtes de
Vniuerſitate ſunt idonei, quando principaliter non
agitur de commodo ſingulorum,licèt in conſequen-
tiam verſari etiam poſſit ſuum intereſſe,vt in præſen
30 ti caſu,† Iacob.Beluiſ.in Auth. de Monach. in princ.
q.8.& multos alios allegaui in conſ.28. nu.41. in fa-
cto autem nullam vtilitatem teſtes illi vt ſinguli ſpe-
rare poſſunt ea victoria huius cauſæ, niſi quia ſi pro
allodialibus pronunciantur bona, ſoluentur onera
Cæſarea iuxta iam latas ſentẽtias,& leuius ferre ipſi
poterunt onera, quæ in plures diſtribuentur, ſicuti
durius eſt onus quod pauci ſuſtinere coguntur, ſed
hoc caſu ceſſat etiam omnis timor, ex quo iam latæ
ſunt ſententiæ quę tranſiuerunt in iudicatum, & re-
tractari minimè poſſunt qualiſcunq; in hac cauſa fe-
ratur ſententia, ita quod nullo modo poteſt tractari
de ipſorum commodo, vel incommodo.

Hęc vero obiectio multo minus offendit depoſitio
nem magnificę Dominæ Eleonoræ Bottaciæ,ea enim
cum ſit ſoror Dominorũ Bonifacij, & Gulielmi qui
agunt, deberet eſſe magis ſuſpecta Dominæ Angelæ
Mariæ, quam Dominis agentibus quibus & ſangui-
ne coniuncta,& ex eo quòd eſt ſoror,plus habet fidei,
ſi enim,vt proximè dicebam,vicini, & circumcolen-
tes ſunt magis idonei, quia præſumuntur magis ſci-
re qualitatem rei, idem erit in ſorore quæ in eadem
domo cum prædictis Dominis actoribus educata,
præſumendum eſt, quòd ſciat qualitates bonorum :
31 nam & ſcire quis prę̃ſumitur qualitatẽ rei ſuę.† Dec.
conſ.583.colum.2.Ruin.conſil.50.num.14.& 17. vo-
lum.1.Neuiz.conſil.37.nu.3.& coniunctus præſumi-
32 tur ſcire negotia coniuncti,† l.octaui, ff.vnde cogna-
ti.Curt.ſen.conſ.82.col.3.D.Becius conſ.6. nu.10. &
ſi bona iſta eſſent feudalia,ſeu proueniſſent à proge-
nitoribus dominorum agentium vtique id non late-
ret Dominam Eleonoram,quæ ab eodem ſtipite de-
ſcendit : ſi enim,vt dixi, vicini & qui eandem regio-
nem colunt præſumuntur informati de natura bono
rum,multo magis id ſcient cognati, & affines. Facit
quod de compatriota,& concive voluit Bal. in conſ.
338.colum.4.Cravet.conſil.168.num.6. Nec ſuſtine-
ri poteſt oppoſitio,quod tractet de ſuo intereſſe:quia
ſi bona eſſent feudalia, poſſent Domini fratres ſui
nunc agentes ab illa vẽdicare bona quæ pro dotibus
in ſolutum dederunt: nam hoc eſt falſum, quia cum
33 ex datione in ſolutum præſtetur euictio,† l.Legãtes,
in princ.ff.de pig.actio.Cuman.conſi.29.in 2.dub.Io.
de Amic.Soc.iun.Rob.Natta,& alij,quos citat Caball
lin.in tractatu euictio.ſol.4.nu.40.& ſeq.vbi latè de-
fendit hanc opinionem,quem de euictione tenet a-
ctio,eundem agentem repellit exceptio,l.vendican-
tem,ff.de euiction. & factum impugnare non poteſt,
qui aduerſus alios impugnantes defendere tenetur,
34 † l.frater à fratre,ff.de condict.indeb. alios citaui in
cõſ.15.nu.3.& in ſpecie,quod euictio debeatur quan
35 do res feudalis venditur pro allodiali,† ponit Bald.
in l.ſi familiæ,num.7.C.fam.hercisc. & clarius Caſt.
ibi,num.4.Ripa, conſ.80.nu.56.& probaui d.conſil.
15.num.12. Hinc dicimus,quod nedum alienans ſeu
dum non illud reuocat, ſed nec etiam alienantis hę-
36 res,etiam ſi ſit ex pacto,& prouidentia,† ſecundum
Bald.

Bald. in l.qui ſe patris, nu.9. C.vnde libe.ſequuntur
Alexand.Dec. Ruin.Pariſ. & alij, citati à Pinello, in
l.1. par.3.num.81.in 5.ampliat.C.de bon.mater.Me
noch.conſil.87.num.102.& conſil.89. num.106. Ro-
land.in tract. de inuentar.par.4.§.nunquid hæres,nu
me.19.fol.151.Anch.ſamil.quæſt.lib.1.queſtio.19.in
fine. Ioan.Baptiſta Surdus, in cap.1.nu.20.an agnat.
vel fil. vbi dicunt, id procedere in hærede etiam qui
fecerit inuentarium, ſi tamen vires hæreditatis ſup
petant, & in Domina Eleonora omnis ceſſat ratio
proprij commodi, attento, quod expreſsè eſt ſtipu-
lara euictionem in caſum quemcunque,ita, vt ſuſpi-
cari non potuerit damnum ſibi inferri poſſe,qualiſ-
cunque ſequatur ſententia in præſenti cauſa. Nec
mendacium arguitur in ea, propterea, quod dicat
audiuiſſe dici à patre, quod bona nõ erant feudalia,
licet conſtet patrem ſuſcepiſſe inueſtituras; nam cu
paterna quoque inueſtitura eodem incertitudinis
vitio laboret cum ijs de quibus nunc agimus, non
poteſt aſſumi pro indubitata ad probandum id de
quo quærimus: quia eſſet ignotum per ignotius de-
monſtrare. Præterea, vbi etiam inueſtitura paterna
probaret bona eſſe feudalia, quod pernegatur, ad-
huc non diceretur mendax Dom.Eleonora,quæ non
dixit patrem non recognouiſſe in feudum, ſed patrẽ
audiuiſſe dicentẽ,quod bona erant allodialia,& poſ
ſunt ſimul ſtare, quod dixerit ſępè eſſe allodialia,&
tamen ea in feudum recognouerit; ſunt enim diuer
ſa hæc confiteri extra iudicium, & in inſtrumento
recognoſcere; ideo de vno ad alterum non infertur,
l.Papinianus exuli, ff. de minor. & eadem perſona
poteſt contrarias diuerſis temporibus emittere con
feſſiones, & ſalſitas debet concludere per neceſſe.
37 † latè D.Becius conſ.78.num.11.

Sextum fundamentum non aduerſatur: quia etſi
in iure verum ſit, quaſi poſſeſſionem feudalitatis re-
leuare à probandi onere, atque illud in aduerſariũ
transferre, tamen in facto non verificatur vaſallum
aut agnatos, aut dominum vllo vnquam tempore
fuiſſe in ea quaſi poſſeſſione, & hoc eſt de quo con-
tendimus. Et quomodo prætẽdere poſſunt DD.acto-
res hæc bona fuiſſe ſemper poſſeſſa tanquam feuda-
lia, & habita pro feudalibus, ſi poſſeſſores pro eis
agnouerunt onera tanquam pro allodialibus, & ſi
de illis in allodium alienando diſpoſuerunt, tamen
pro eis ligiæ fidelitatis iuramentum præſliterunt, &
ſi ea eſſe allodialia prædicarũt,ſi ad extraneos ex te-
ſtamento tranſiuerunt, vti contigit in bonis quondã
Domini Ioan.Franciſci, multaq; alia geſta fuere con
tra feudi naturam. Pręterea, ſi etiam conſtaret prout
adhuc non probatur quod antiqui horum bonorum
poſſeſſores aliqua ex bonis ſuis tenuiſſent pro feuda
libus, non tamen ideo poſſet inferri qualitas feuda-
litatis ad omnia; aut dici,quod extet quaſi poſſeſſio
feudalitatis: dixi enim ſupra, quod incertitudo vi-
tiat omnem actũ etſi incertum eſt, quæ corpora, &
quanta ex ijs quæ à Dom.Ioan.Baptiſta poſſidebãn-
tur ſint feudalia,& ab eo pro feudalibus reputaren-
tur, vtique ceſſat omnis poſſeſſio, quia res incerta ra
38 tione loci,& quotæ poſſideri non poteſt, † l.3.§.incer
tam, vbi glo.Bart.Ang.Imol.Caſtr. Alex. Iaſ. & alij,
ff.de acquir.poſſeſſ.Tiraquel.alios citans,in tract.de
conſtit.poſ.in 3.par.limit.19.nu.1.Cęphal.conſ.159.
nume.1.Silua.conſil.97.num.2. Neuiz.conſil.38.nu-
me.27. Rimin. conſ.98.num.6. & de inueſtitura feu-
dali Bald.in cap.1.colum.2. verſic.extra hic collige,
titu.quid ſit inueſtitura, & procedit etiam in legiti-
ma quæ ante liquidationem poſſideri non poteſt pro
39 pter incertitudinem, † Bartol. in l. meminimus, C.

quand. & quib.quar.pars,lib.10.Curt.ſen. conſil.vlt.
Curt.iun.conſil.21.nu.14.Crot.conſ.120.nu.15.Ber-
trand.conſil.133.nu.35.vol.3.Crauet.conſi.104. nu-
me.16.Reſpondetur etiam, quod ſi probaretur quaſi
poſſeſſio feudalitatis,tamen non ſufficeret hoc caſu,
qa ſumus nõ in poſſeſſorio,ſed in petitorio,& plena-
rio iudicio, & in deciſorio principaliter, non autem
incidenter intentato, & in tali iudicio videtur ma-
gis communis opinio, quod non ſufficiat quaſi poſ-
ſeſſio. Bal.in cap.per tuas, qui fil.ſint legit. vbi dicit,
quaſi poſſeſſionem filiationis quæ prodeſt in inciden
tibus, vel etiam in poſſeſſorio iudicio, non ſufficere
40 in deciſorijs, & in † petitorio. ſequuntur Ang.Dec.
Alciat.Ruin.Grat. Didac. Natta,& Cæphal.quos ci-
tat Rolan.conſil.49.num.48.vol.4.communem dicit
Pariſ.conſ.10.nu.69.& 109.vol.2.Petra alios citans,
in tracta.de fideicommiſ.ex prohib. alien. quæſt.11.
nu.478.& ſequen. Maſcard.in tract. de probat.con-
cluſ.786.nu.4. vbi dicit veriorem, & magis commu-
nem,alios adducens.

Vltimum obiectum ita mihi videtur ſublatum, vt
non ſit opere pretium, vel datis reſponſionibus in-
ſiſtere, vel nouas adducere; illam enim recognitio,
ſeu conſignatio omnium bonorum,exceptis ijs,quæ
aliunde habentur, vnicam continet orationem, &
vnicum dictum, ita modificatum, & limitatum, vt
nihil omnino videatur conſignatum, niſi facta detra
ctione; propterea,qui vult ſuper ea ſe fundare,debet
illa vti cum ſua modificatione, & qualitate, ideſt,cũ
exceptione ſic vt ſupra facta, l. Publia, in fin.ff.depo
ſiti. ſicuti qui vult vti Lege, Reſcripto, Statuto, vel
alia diſpoſitione, probare debet qualitates in ea re-
41 quiſitas. † Bar.in l.1. §.quod autem ait prætor, ff. ne
quid in flum. publ. cum alijs quos citaui in conſ.45.
nu.14. vnde infertur, quod dum agnati allegant illã
conſignationem ſic qualificatam,non minus allega-
re videntur exceptionem, quam regulam ſeu gene-
ralitatem,ex quo regulam ſine annexa, & coniuncta
exceptione allegare non poſſunt, & conſequenter te
nentur probare, quæ ſint bona quæ à Regula ſeu con
ſignatione excipiuntur: quia probare quilibet tene-
tur,id quod eſt ſuæ intentionis fundamentum, l.opti
mam,C.de contrah.& committen.ſtipulat.quod ve-
ro dicitur, ſat eſſe, ſi quis habeat intentionem fun-
datam ſuper Regula, procedit, quando Regula eſt
ſimplex, & abſoluta,ſed quando Regula habet anno
xam limitationem,vel eſt qualificata,tũc qui vult vti
Regula debet illa vti cum ſua qualitate. dixi enim
aliud eſſe, quod quid tale ſit ſimpliciter, uel ꝙ ſit cũ
qualitate. Barto.in l.Lucius,§.quæſitum,ff.de lega.3.
debent igitur Domini agnati, vel non vti ea reco-
gnitione,vel ſi vti volunt,eius omnes qualitates ad-
mittere,& probare: ſi enim dicerent,tu recognouiſti
omnia bona Villænouæ in feudum, hęc propoſitio
eſſet ſalſa, quia facta eſt recognitio exceptis aliqui-
bus, & diuerſa res eſt recognitio facta exceptis ali-
quibus,ab ea, quæ ſit abſolutè,& ſimpliciter; proin-
de, ſi fieret poſitio ſecundum præſcriptam abſolutã
42 formam, poſſet penitus negari,† vt poſt glo.ponunt
Doct.in l.1.§.ſi ſtipulanti, ff.de verbor.obli. Grauat.
ad Veſtr.lib.5.cap.14.num.24. facit text.in §.præte-
rea, Inſtit.de inut.ſtipul. vbi dicitur,quod ſi quis pu
rè ſtipuletur, & alius promittat ſub cõditione, nihil
agitur. Fortius dicitur in l.1. §.ſi quis ſimpliciter, &
§.ſequen. ff.de verbo.oblig.quod vbicunque aliquid
additur, vel adimitur, vel quomodocunque muta-
tur, ſtipulatio vitiatur, ſequuntur ibi Docto. & ſicu
ti vaſallus non recognouiſſet ſimpliciter, vel aliter
ſine exceptione,ita non debet dominus,aut agnatus

ſine exceptione acceptare, aut vti recognitione, l.cũ
quæritur, ff. de admin. tutot. hoc autem ſtaote præ-
ſuppoſito,quod agnati non poſſint allegare recogni-
tinnem niſi cum ea exceptione,& qualitate,infertur,
quod ad eos ſpectat onus probandi bona de quibus
agimus nõ eſſe ioclu ſa in exceptione,aliàs eoim ſcri-
ptura recognitionis non probabit. Sed cum bona
hæc poſſint ęquè intelligi excepta,ſicuti incluſa in re-
gula,probatio tanquam incerta, & ambigua non te-
leuabit, cap.in præſentia, de probatio. & cum exce-
ptio minuat regulam, ita quod res exceptæ eximun-
tur, & extrahuntur de Regula, ac ſi in ea nunquam
fuiſſent incluſæ,recognitio quantumuis generalibus
verbis facta, non poreſt referri ad bona quæ expreſ-
sè excipiuntur,& ea bona ſic excepta, habentur pro
non recognitis, ideoque allegans generalem reco-
gnitionem, non dicitur habere fundatam intentio-
nem,etiam quoad bona excepta, quia illa oon ſunt
incluſa ſub Regula,dum vero dubium eſt,quę fuerint
excepta,eſt etiam dubium, quæ fuerint recognita:
quia ſcire nemo poteſt quid veniat in recognitione
generali,niſi primo liquidetur quid fuerit exceptum
à generalitate,recognitio itaq; tanquam dubia,oon
fundat intentionem agnatorum. Et eſt regulare,
quòd iocertum,dubium,& ambiguum, dicitur illud
omne,quantumuis generale, & amplum ſit, de quo
aliqua fieri debet detractio, ideo legitima, quia eſt
43 quota bonorum,† l.Papinianus, §.4.ff.de inoffic. te-
ſtam. Natta conſil.156. num.8. & bona dicuntur de-
ducto ære alieno,l.ſubſignatum, §.bona,ff.de verbor.
ſign.dicitur eſſe incerta,antequam facta ſit detractio
æris alieni,& interim poſſideri non poteſt,Bart. l.me
minimus,C.quando & quib.quarta pars,lib.10.Cur.
ſen.conſil.vlt.Cur.iun.conſil.21.num.14.Crot.conſil.
120.numer.15.& intantum liquidatio eſt neceſſaria,
quod hæres ante eam non tenetur filio legitimam
tradere,etiam præſtita fideiuſſione,ſecũdum Picum,
in l.in quartam,num.170.ff.ad leg.Falcid.Similiter,
fideicommiſſarius cui vniuerſa hæreditas eſt reſti-
tuenda,nõ poteſt rem aliquam poſſidere, antequam
fuerit deducta legitima, & Trebellianica, ac omne
44 æs alienum: † quia à iure diſpoſitum eſt, quod ante
reſtitutionem excipiantur prædicta omnia. ita Rim.
iun. conſil.91. num.25. & poſſent ſexcenta exempla
allegari. Et prædictorum omnium ratio eſt: quia illa
exceptio facta eſt per ablatiuus, qui conditionem
45 † faciunt,l.à teſtatore,vbi Bartol.Imol. Cuman.& a-
lij,ff.de conditio.& demonſtrat.latè Riminal.conſil.
52.num.6. conditio autem impleri debet antequam
ius quæratur, vt eſt text.in l. Sticho, in princip. ff. de
ſtatu lib. vbi dicitur libertatem conceſſam redditis
rationibus, non deberi niſi prius rationes reddan-
tur. Et in confeſſione conditionali,quod non dicatur
confeſſio niſi purificata conditione, & quod condi-
tionis purificationem probet non confitens, ſed ad-
46 uerſarius,eſt gloſ.notabilis † io l.ſi quidem,C.de ex-
ception.vbi ſi quis fatetur ſe promiſiſſe ſub conditio
ne, actor tenetur probare defectum conditionis,
quia ſecundum eam qui confitetur ſub conditione,
videtur non fuiſſe confeſſus, & non videtur nata a-
ctio,& ibi Bald.num.5.extollit illam gloſſ.quia con-
fitendo conditionaliter,videtur oegare, & conditio
eſt qualitas inhærens ſubiecto, & ab eo inſeparabi-
lis, & multa alia dicit.ſic io propoſito,recognoſcens
ſub conditione,non videtur recognoſcere, ſed nega-
re,niſi prius exceptio ſeu conditio liquidetur, & pu-
rificetur. Et hæc meo iudicio ſunt clariſſima.

SVMMARIVM.

1 *Periurus dicitur quicunque contrauenit iuramento,quod ſer uare poterat.*
2 *Iuramentum debitori remittere poteſt creditor.*
3 *Perdere aliud eſt, aliud vero non acquirere.*
4 *Iurans obſeruare contractum,non poteſt illi contrauenire, ſtatim etiam enormiſſima læſione.*
5 *Periurus vbi quis eſt effectus ob inobſeruantiam, tunc non poteſt pars iuramentum remittere.*
6 *Retractui vbi agnatus proximior renunciat, fit locus ſequenti in gradu in tantum,quod non datur pœnitentia.*
7 *Iuramentum remittere non poteſt pars, vbi agitur de præiudicio tertij.*
8 *Cedens poſt factam ceſſionem, non poteſt facere deteriorem conditionem ceſſionarij.*
9 *Venditor confitendo, vel aliter alienando, non præiudicat emptori.*
10 *Criminalis actio non datur contra periurum, & contrauenientem iuramento de futuro ad obligandum.*
11 *Periurij actio,vt detur,neceſſe eſt quod ſit iuratum de facie ad faciem.*
12 *Ceſſionarius creditoris non poteſt debitorem periurum accuſare de periurio.*
13 *Conuentio vni facta non prodeſt,nec nocet tertio.*
14 *Inſtrumentum probat ſolum ad fauorem eius,qui notarium rogauit.*
15 *Periurus criminaliter punitur ſtellionatus pœna.*
16 *Delictis in priuatis cadit criminalis actio.*
17 *Omnis,dictio vniuerſalis nihil excludit.*
18 *Retrahenti conſanguineo prodeſt ad perficiendam vſucapionem,vel præſcriptionem tempus quo emptor poſſedit.*
19 *Retrahens conſanguineus intrat locum emptoris.*
20 *Iuramentum licet ſit perſonale ex parte iurantis,eſt tamen reale ex parte eius cui iuratur.*
21 *Stipulatio abſenti facta valet ſi debitoris iuramentum accedat.*
22 *Ceſſionarius ſemper vtitur iure cedentis, & cenſetur eadem perſona.*
23 *Tertius non dicitur, qui cauſam habet ab uno ex contrahentibus.*
24 *Cedi poteſt omnis actio.*
25 *Legis diſpoſitio generalis plura includit, quam diſpoſitio hominis.*
26 *Subrogatio cenſetur facta cum omnibus qualitatibus, quæ inerant ei cui facta eſt ſubrogatio.*
27 *Pactorum natura eſt, quod ad hæredes tranſeant, etiamſi non ſit dictum.*
28 *Iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere ſæculari ne procedat.*
29 *Inhibitio ligat manus iudicis.*
30 *Inhibitio ſiue iuſta,ſiue iniuſta,eſt ſeruanda.*
31 *Inhibitio an ſit iuſta cognoſcit iudex qui eam fecit, non is cui fuit facta.*
32 *Inhibitio nulla non ligat inhibitum, licet ab ea non fuerit appellatum.*
33 *Nullum quod eſt,nullum effectum producit.*
34 *Inhibitio iniuſta,& contra ius non ligat,& nu.35.*
35 *Inhibitio facta à Rota,ſperni põt quãdo eſt notoriè iniuſta.*
36 *Præceptum nulliter, vel iniuſtè factum, non ligat, nec eſt ſeruandum,ſed impunè ſperni poteſt.*
37 *Inhibitio facta iudici, qui iuriſdictionem non habet ab inhibente,non valet.*
38 *Periurij crimen eſt commune, & mixti fori.*
39 *Iudex eccleſiaſticus non poteſt inhibere ſæculari in delictis communibus.*
40 *Par in parem non habet imperium.*
41 *Inhibitio de iure committi non poteſt ſine citatione.*
42 *Stilus probari debet ab allegante.*
43 *Conſuetudo tantum habet de potentia quantum de actu.*

Inhi-

44 *Inhibendi facultas dependet à iuriſdictione.*
45 *Reſcripti delegatorij forma eſt diligenter attendenda.*
46 *Inhibitio vt valeat, debet iudex habere iuriſdictionem in*
cauſa in qua inhibet, aliàs ſperni poteſt inhibitio.
47 *Abſolutio à iuramento peti debet antequam venerit ter-*
minus ſoluendi, aliàs ſi eſt lapſus, non proderit debitori
abſolutio.
48 *Abſolutio à iuramento vbi eſt conceſſa, non cogitur iudex*
ſæcularis illam obſeruare, ſed poteſt de illius iniuſtitia,
& validitate cognoſcere.
49 *Appellatio ſuſpendit vim ſententiæ.*
50 *Inhibitio iudici ſæculari fieri non poteſt pendente lite ſu-*
per abſolutione à iuramento.
51 *Inhibere non poteſt iudex niſi lis coram ſe pendeat.*
52 *Delegatus poſtquam iudicauit, inhibere non poteſt.*
53 *Appellationi deferens, cenſetur à ſe omnem iuriſdictionem*
abdicare, & cauſam transferre in ſuperiorem.
54 *Abſolutiones tot ſunt impetrandæ quot ſunt iuramenta*
præſtita.
55 *Iurans non petere abſolutionem à iuramento, debet prius*
impetrare abſolutionem ab hoc iuramento, aliàs efficitur
periurus, & habilitatio dicitur ſubreptitia.

CONSILIVM CCCCXXIIII.

TRIA in facto proponuntur. Primũ,
an Illuſtriſ. Do. Franciſcus Grimal
dus periurus dici poſſit eo, quod tẽ-
tauerit retrahere venditionem quã
fecerat Illuſtriſ. Do. Nicolaus eius
pater Salerni Princeps cõtra formã
promiſſionis iuratæ quam fecerat per inſtrumentum
publicum. Secundũ, an pro vigore dicti periurij con
ueniri, & accuſari potuerit criminaliter ab Illuſtriſ.
Dom. Lazaro Grimaldo, qui vigore Genuenſis ſtatu
ti ſuper retractu conſanguineorum ſucceſſit loco Il-
luſtriſſimorum Dominorum de Auria emptorũ. Ter
tium, an impunè ſperni poſſit inhibitio, quæ per Re-
uerendiſſimum Archiepiſcopalem Vicarium facta
fuit Excellentiſ. Dominis Iudicibus Rotæ crimina-
lis. Et quod attinet ad primum, res videtur carere
dubitatione, quia periurus dicitur quicunque con-
1 trauenit iuramento, quod ſeruare poterat, † cap. ſi
vero, cap. Quintauallis, cap. cum contingat, & cap.
quemadmodum, de iureiurando, c. licet mulieres,
eod. tit. in 6. & quia non obſeruans promiſſionem iu
ratam dicatur periurus, eſt tex. in l. ſi quis maior, vbi
glo. & Doctor. omnes, C. de tranſact. Salic. in l. 2. C.
de reb. cred. Aret. & Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante,
Inſtit. de actio. Nat. conſ. 481. in fi. Neuiz. in conſ. 21.
num. 1. & 2. Rimin. conſ. 87. num. 1.

Duo tamen videntur excuſare Dominum Franci
ſcum. Primum, quod ex ea promiſſione dicitur enor
miſſimè læſus. Alterum vero, quod cum iuramentũ
præſtiterit ad fauorem Dominorum de Auria, qui
palatium, & alia bona emerunt, potuit contraueni-
re illis conſentientibus: nam creditor poteſt debi-
2 tori iuramentum remittere, † c. 1. de iureiuran. c. 2.
de ſponſ. l. fi. ff. qui, & à quibus.

Sed neutrum horũ ſufficit ad excuſationem: non
quidem primum, quia non conſtat de læſione enor-
miſſima, aliud enim eſt perdere, aliud vero non ac-
3 quirere, † vt latè ponit Tiraquel. in l. ſi unquam, in
ver. donatione largitus, num. 180. & pluribus ſeqq.
C. de reuocan. donat. & in tract. de leg. connub. gloſ.
5. nu. 1. & ſeq. præcipuè nu. 31. Lamberteng. de con-
tract. cor. gl. 4. nu. 1. & ſeq.

Secundo, quia iuramentũ tollit beneficium, quod
alias iurans cõſequeretur ob enormiſſimã læſionẽ, &

ideo glo. in l. 2. C. de reſcin. vend. ait, quod maior, qui
iurauit obſeruare cõtractũ, non poteſt ẽt ſtante enor
4 miſſima læſione contrauenire venditioni, † ſequitur
Bar. ibi, nu. 9. Bal. nu. 11. Alber. nu. 9. Salic. q. 10. Caſt.
num. 10. & 15. Cremen. nu. 175. Cagnol. num. 91. & Pi
nel. in 3. par. cap. 1. num. 1. & ſequen. & quamuis ali-
qui tenuerint iuramentum ſperni poſſe vbi actus e-
normiter lædit iurantem, tamen in contrarium eſt
verior, & communis opinio, quam tenuerunt Ho-
ſtienſ. Ioan. Andr. Anch. Abb. Imola, Bald. Caſt. Bar-
bat. Guido Pap. Iaſ. Dec. Vital. Purpur. Cagn. Natta,
& alij, quos citat Neuiz. in conſil. 21. nu. 2. & ſeq. Ca-
gnol. in d. l. 2. nu. 98. & hanc dicit magis communem
Pariſ. conſil. 45. nu. 52. vol. 1. Bero. conſ. 50. nu. 36. in
1. vol. Burſ. conſil. 239. nu. 58. Seraphin. de iuramen.
priuil. 60. num. 18. & priuileg. 61. nume. 22. Cæphal.
conſil. 348. nu. 14. Menoch. conſil. 24. nu. 24. vbi alios
citat. Caualcan. deciſ. 9. nu. 42. vbi addit Alex. Curt.
iun. Capic. Grat. Virgin. & Gabriel. Hanc quoque
communem inquit Decian. in tract. crimin. volu. 2.
lib. 6. cap. 11. nu. 54. tit. de excuſ. periur. & qui tenent
contrariam ſententiam verentes de illius falſitate
conſulunt ſemper, quod petatur prius abſolutio, &
hanc ſententiam tenet Rota Romana, quando enor
miſſima læſio non eſt detecta, vt in deciſ. 102. num. 9.
in 1. par. in nouiſſimis, quare ceſſat primum hoc fun
damentum.

Non etiam obſtat, quod creditor poſſit iuramen-
tum remittere, quia reſpondetur, id verum eſſe, quã-
do facta eſt remiſſio antequam iurans cõtrauenerit,
& ita ante periurium: ſed vbi iam factus eſt periu-
rus, quia contrauenit iuramento, tunc non põt pars
5 remittere. † Bar. in l. Labeo, ff. de iureiur. Bald. in Au
then. Quòd eis, C. de nupt. Nat. in conſil. 497. num. 2.
Feder. Sen. Anch. Rom. Fel. Pariſ. Neuiz. Crauet. Di-
dac. & alij, quos adducit Menoc. in conſ. 343. nu. 48.
Rolan. conſ. 34. nu. 3. vol. 1. Caualca. d. deciſ. 9. nu. 35.
Decian. loco præcitato, nu. 53.

Reſpondeo ſecundo, quod iuramentum præſtitũ
à Domino Franciſco concernit etiam intereſſe Do-
mini Lazari cui ex promiſſione facta à Dom. Franci-
ſco acquiſitum fuit ius ad auocandum & retrahen-
dum bona vendita, proximiore enim agnato repu-
diante, factus ei eſt locus qui illum ſequitur in gra-
6 du, in tantum, quod non datur pœnitentia, † vt poſt
Maſuer. ponit Tiraquel. de retract. conſang. in fine,
num. 39. & ſeqq. vbi autem agitur de præiudicio ter
7 tij, non poteſt pars remittere iuramentum. † Specul.
in tit. de legato, §. nunc oſtendendum, nu. 30. Afflict.
in c. 1. §. ſi à iudice, num. 23. de conſuetud. recti feudi.
Decian. loco præcitato, nu. 53. & ratio eſt, quia factũ
vnius non debet alij nocere, l. non debet alteri, ff. de
reg. iur. l. id quòd noſtrum, ff. eod. tit.

Tertio reſpondeo, quod ſtatim cum Dominus La
zarus declarauit ſe velle gaudere beneficio ſtatuti,
ſucceſſit in locum Dominorum emptorum, & in eum
tranſiuerunt omnia iura quæ emptoribus compete-
bant, vt probabo in alio articulo dum tractabo, an
poſſit agere de periurio, ideo emptores non potue-
runt poſtea remittere periurium Domino Franci-
ſco, vel eum admittere ad retractum: nam cedens
non poteſt facere deteriorem conditionem ceſſio-
8 narij poſt factam ceſſionem. † Cin. in l. fin. C. de pro-
curat. vbi quod cedentis confeſſio non nocet ceſſio-
nario. ſequitur Barto. Caſtr. Alex. & alij multi, quos
ego citaui in conſil. 22. num. 31. ſic debitor non præ-
iudicat creditori in iam quæſitis, confitendo vel ali
ter diſponendo, l. debitorum pactionibus, vbi Doct.
C. de pact. & venditor confitendo, vel aliter alienan

9 do non præiudicat emptori, † l.venditor, in princ.ff.
comm.prædior. Caſt.conſ.247.vol.2.Rol.in conſ.58.
nu.11.conſil.85.nu.6.vol.2.

Quarto reſpondeo, quòd in facto non conſtat de
remiſſione aliqua per emptores facta, quæ etiam di-
ci non poteſt facta ex eo, quod venditores taceant,
& nihil dicant.

Circa ſecundum quæſitum maior videtur difficul
tas: quia periurium habet ſolum Deum vltorem, l.
2.C.de rebus credit. & quando iuratum eſt de futu-
ro ad obligandum aliquem, tunc dantur quidem re-
media de quibus in l.ſi quis maior, C.de tranſac.ſed
10 non actio criminalis.† Bald.in d.l.2. C.de reb.cred.
Natta in conſ.598.num.14.Decian. in d.tract.crim.
lib.6.tit.de pœnis periur.cap.13.nu.21.vol.2. eandẽ
ſententiã probauit Parpa.in d.l.ſi quis maior, nu.64.
vbi loquitur in ſpecie in iuramẽto præſtito ad formã
eius legis, vbi ait, quod aliquando iudex eccleſiaſti-
cus punit extraordinaria pęna, ſed nũquã ſæcularis,
& in iuramento ſuper futuro videtur conuenire di-
ſtinctio Salic. in d.l.2. quem ẽt ſequitur Boſſ.in ti.de
periurio, nu.1. Aret.in §. itẽ ſi quis poſtulante, vbi ẽt
Iaſ.nu.63. Inſtitut.de action. vbi dicit, dari pœnas, l.
ſi quis maior, quando iurat quis ſuper futuro.

Secundo, vbi etiam inſpecto periurio Domini Frã
ciſci poſſet criminaliter agi, nõ tamen videtur quod
Domino Lazaro detur actio: quia iuramentum eſt
perſonale, & non egreditur perſonam, cap. verita-
tis, de iureiuran. & vt detur actio periurij, neceſſe
11 eſt, quod ſit iuratum de facie † ad faciem, Iſern. in
Conſtit. Neapol. Eos qui ſcienter. Afflict. ibi, lib.3.
Rubr.55.num.7.& ſeq. vbi concludit, quod ideo hæ-
res creditoris non accuſat debitorem de periurio.
& cum in materia iuramenti non detur extenſio, con
cludit Afflict. loco prædicto, num.16. quod ceſſiona-
12 rius creditoris nõ poteſt accuſare de periurio.† De-
cian.d.tracta.cap.12.nume.3.& 5.quod ſi actio non
datur ceſſionario, multo minus dabitur Dom. La-
aaro, qui non habet cauſam ab emptoribus, nec ab
eis iura ceſſa.

Tertio, quia iuramentum Dom. Io. Franciſci vi-
detur reſtrictum, & limitatum ad perſonas Domi-
norum emptorum, ideo non poteſt extendi ad fauo
rem D.Lazari: quia limitata cauſa limitatum pro-
ducit effectum, l.in agris, ff.de acquir.rer.dom. & ex
conuentione facta inter Dom.Franciſcum, & Domi
nos emptores, non eſt quæſitum ius Dom.Lazaro, l.
abſenti, ff.de donatio.& conuentio vni facta, nõ pro-
13 deſt nec nocet tertio, † l. iubemus, C.ad Velleian.
Caſt, in conſ.70.vol.2.Rom.cõſ.482.in prin. Crot.in
conſ.89.nu.7. & in pacto tradit Iaſ. in l.iuriſgẽtium,
§.prætor ait, nu.9.ff.de pact. Tiraquel.de retractu cõ
ſanguin.§.1.glo.9.nu.127.Pariſ.conſ.100.nu.60.vol.
1.vbi loquitur in liberatione, & inſtrumentum pro-
14 bat ſolum ad fauorem eius qui notarium† rogauit.
Bald.in Rubr.C.de fide inſtrum.Alex. conſil.110.vo-
lu.2.Iaſ.qui communem dicit in l.cum aliquis, nu.4.
C.de iure deliber.Barbat.in c.ex literis, in fi.de pro-
batio.Ruin.conſ.115.nu.5.vol.2.Didac. pract.quęſt.
cap.20, in fine. Natta conſi.266. num.6.& conſil.531.
nume.23.

Nonobſtantibus tamen prædictis, teneo, quod
Dom.Lazaro competat criminalis actio de periurio
contra Dom.Franciſcum, quia eſt periurus, vt proba
ui in prima quæſtione, & periurium committens cri
15 minaliter punitur ſtellionatus pœna, † l.fin.ff.de cri
mi.ſtellion. vbi præciſè loquitur, ſed magis præciſè
hoc probat tex.in l.ſi duo, §.fi.ff.de iureiur. vbi dicit,
quod criminali pœna plectitur qui cum iurauerit ſe
ſoluturum non tamen ſoluit, & hic ſolus textus de-
beret ſufficere, quia loquitur de iuramento præſtito
ſuper futuro. & ibi clarè ponit gl.& in l.2. C.de reb.
cred. vbi vult puniri eum, licet non corporali pœna.
idem voluit Ang.in Auth.Scenicas, collatio.5.præci-
puè quando periurium tendit ad præiudicium par-
tis, & dicit Caſtr. d.l.ſi duo, §.fin. quod in iure ciuili
non habemus alium textum loquentem de futuro.
ſequitur ibi Alex.in princ. & Iaſ.nu.1.in fi. vbi dicit,
quod iurans per Deum, ſi peierauit in præiudicium
tertij, punitur extra ordinem, & in princ.dicit, eſſe
ibi caſum de iuramento promiſſorio in futurum, &
licet aliquid id dicant procedere, quando iuratum
eſt per Principem, vel eius genium, tamen caret ra-
tione ea expoſitio, & abſurdum eſt, quod offendens
Deum peierando, non puniatur ſicuti qui genium
Principis contemnit, & dicit Guid. Pap. quæſt.178.
quod hodie cõmunis ſtilus omniũ Curiarum patriæ
Delphinatus, ſeruat, quod iudices puniunt de periu
rio.idem voluit Cap.Tholoſ.deciſ.17.vbi quòd puni
tur ratione doli illati in aduerſarium, non ratione
violatæ religionis. & in terminis idem probauit Ca
gnol. in repetitio. dictæ l.ſi quis maior, num.90.vbi
ſequitur Ang.& Guido Pap. ſupracitatos, reprehen
ditque Parpal. qui contrariam partem defendebat,
& reſpondet, quod Bald.in d.l.2.C.de rebus cred.po
tius tenet contrarium, & Alex.in d.l. fi. ff.de crimin.
ſtellio. nihil dicit de periurio, ex forma dictę l.ſi quis
maior, & ſubdit, quod excepto iuramento litis deci-
ſiuo, omne periurium puniri poteſt criminaliter ſi
tendit in detrimentum alicuius. Et prædictorum ra
tio eſt: quia etiam in priuatis delictis cadit crimina
16 lis actio, † l.fi.ff.de priuat.delict.Capic.deciſ.75.nu
me.3. & quòd detur actio criminalis ſupponit Fol-
lerius in praxi crimin. in 2.par.ſecundæ partis, nu-
me.15.& 20.Ripa in l.admonendi, nu.11.ff.de iure-
iur. & dicit Phanucius in tract. de in lit. iuran. in 3.
par.in vltimo memb.nu.2.quod periurus ex commu
ni regula poteſt per iudicẽ puniri in quocunque ca-
ſu præterquam in iuramento litis deciſiuo, & quod
nullus caſus excipitur in quo peierans in alterius
damnum plecti non poſſit, allegat Iaſ.& Cagno.qui
fortius volunt hoc procedere etiam in iuramento li-
tis deciſiuo. eſt verum, q eo caſu iudex procedit ex
inquiſitione: quia pars quæ iuramentũ obtulit, non
poteſt accuſare, ſed in alijs iuramentis in quibus ceſ
ſat ratio oblationis, poteſt iudex non minus ad par-
tis inſtantiam quam ex proprio officio criminaliter
cognoſcere de periurio.

Et ſicuti hęc actio dabatur D.Nicolao, & filijs de
Auria emptoribus, ita competere debet D.Lazaro
q. à ſtatuto Genuæ diſponente de retractu, habet oia
priuilegia, & beneficia quæ cõpetunt emptoribus, at
que ita eſt emptoribus ſubrogatus, & conſequenter
in eorum locum ſuccedit, l.ſi eum, §.qui iniuriarũ, ff.
ſi quis cautio. & vniuerſalis illa dictio, oĩa, nihil ex-
17 cludit. † Doct. in propoſito, in l.1.ff.de leg.1.vbi is q
habet omnia beneficia alterius, ſuccedit in eius locũ
in omnibus. latè cumulaui in conſ.31.nu.27.in con-
ſil.73.num.62. & ſeq. & per retractum ius, & locus
emptorum transfertur in retrahentem, vt poſt Bald.
in l.fi.§.ſed quia noſtra, num.4.in fine, C.commun.de
legat. voluit Tiraquell. de retractu conſang. in fine,
nume.48.ita quod conſanguineo retrahenti prodeſt
ad perficiendam vſucapionem vel præſcriptionem
18 tempus quo emptor poſſedit, † vt per Caſtr.in conſ.
74.col.1. vol.2. Tiraquel. de retractu conſang.§.12.
glo.1.in princip. & in fine retract. conſang.num.57.
& de retractu conuen.in fine, num.112.& quod con-
ſangui-

Digitized by Google

19 ſanguineus locum intret emptorum,† voluit Tiraq.
in eodem tractatu,§.1.glo.18.num.7. & ſicuti renun-
ciatio facta per Dominum Franciſcum iuri retrahen
di,prodeſt Dominis emptoribus,per ea quæ latè po-
nit idem Tiraquel.d.tractat.de retractu conſang.§.1.
glo.9.num.119.& pluribus ſeqq.ita prodeſt conſan-
guineo,qui ſuccedit in ius emptorum, tam ex ſtatuti
diſpoſitione, quam ex iure communi, & ideo vti po-
teſt omnibus iuribus,& defenſionibus, quibus pote-
rant emptores,perinde ac ſi ipſe ab eis emiſſet; ideo
ſicuti iuramentum venditoris nocet emptori, l. ait
prętor,cum l.ſeq.ff.de iureiur.ita iuramentum prę̄ſti-
tum emptori debet ei prodeſſe, qui in eius locū ſuc-
cedit,& dicam latius in reſolutione contrariorum.
Nec obſtat, quod vbi iuramentum eſt interpoſitū
ſuper futuro, tunc periurus teneatur ſolum pęnis de
quibus in l.ſiquis maior, non autem poſſit crimina-
liter puniri alia pęna:quia reſpondeo, quod etſi Do-
ctores dicant eſſe locum pœnis prædictis,non tamen
negant quin etiam criminali iudicio locus ſit, & pu-
niatur periurus etiam pœna ſtellionatus: quid enim
intereſt quod peieret quis ſuper præterito in dam-
num tertij, vel quòd periurium committat ſuper eo,
quod promiſerat ſe facturum,vel non facturum?cer-
tè iſta diſtinctio eſt verbalis, & caret fundamēto ra-
tionis, ideo autem dicunt Doctores periurum ſuper
præterito puniri crimine ſtellionatus, quia alia non
datur actio, cum tamē ſuper futuro prodita ſit actio.
& in ſpecie caſus noſtri habemus expreſſum text. in
d.l.ſi duo,§.fin.ff.de iureiuran. & deciſionem Cagno-
li in d. l. ſi quis maior, qui allegat etiam Guid. Pap.
Ang.& Felin.Habemus etiam fauorem animæ, quia
omnes debent facilè inclinare ad puniendum per-
iurium,vt metu pœnæ compellantur omnes ad iura-
menti obſeruantiam,& vana eſt reſponſio,quod d.l.ſi
duo,§.fi.loquatur de iurante per Principem, vel eius
genium,aut ſalutem:nam æquiparantur hęc iuramē-
ta, & illa quæ per Deum præſtantur,l. ſi quis maior,
in fin. vbi Cagno.nu.163. in fi.ſicuti ergo in futuro iu
rans per Principem patitur pœnas de quibus in l. ſi
quis maior,vt ibi dicitur in fine,& vlterius puniri po
teſt criminaliter,d.§.fin.ita puniri debet qui per Deū
iurat, & quis adeo erit impius, qui permittat iuran-
tem per Principem criminali iudicio poſſe vexari,id
autem fieri neget contra iurantem per Deum.
Secundum quoque non mouet:quia etſi iuramen-
tum ſit perſonale ex parte iurantis, ex parte tamen
20 eius cui iuratur eſt reale, † vt dicunt Innocen. Ioan.
Andr.& Butr.in cap.veritatis,de iureiuran.vbi Abb.
num.3.verſicu.alia concluſio. qui ideo dicunt, quod
hæredes creditoris poſſunt iurantem conuenire in
foro eccleſiaſtico, & dicit Parpal.in l.ſi quis maior,
num.94.quod hæres eius cui fuit contrauentum, agit
ad pœnas pro iuramento impoſitas: quia iuramen-
tum contrauenientis attenditur, nō perſona eius cui
iuratur. ſequitur Bolognet.numer.23.& ſequent. Se-
raph.de priuileg.iuram.priuil.67.num.38. Calcan.in
conſ.25.num.65. ſic etiam tenuit Anton.Maſſ.de for-
ma inſtr.Cam.in ſecunda par.quæſt.1.§. nunc aggre-
dior,nu.1.& 12.vbi dicit, hæredem creditoris etiam
reſpectu iuramenti ſuccedere in locum defuncti, &
in quæſt.ſequen.dicit idem in ceſſionario. Hoc etiam
tam in ceſſionario, quam in hærede voluit Marant.
in l.ſi actor,numero 19. ff.de probationib.vbi ait,in-
ſtrumenti,& periurij accuſationem ſecundum ritum
magnæ Curiæ Neapol. poſſe fieri ab hærede, & ceſ-
ſionario creditoris, licèt de facto ſeruetur contra-
rium. cum ergo tot habeamus Doctores, non vide-
tur eſſe curandum de Afflicto, qui contrarium te-
nuit;& hæc opinio procedit ſine difficultate, quādo,
vt in caſu noſtro,debitor non ſolum peierauit credi-
tori, ſed etiam eius hæredi, & ceſſionario: quia tunc
ceſſat illa ratio,quod criminalis actio ex delicto pro-
cedens, non tranſeat ad hæredes: nam non agitur
actione formata cum defuncto, & iſto caſu Iſer.quo-
que in d. conſtitut. Eos qui ſcienter, admittit hære-
dem poſſe debitorem accuſare de periurio,& eum ſe-
quitur Afflict.ibi,num.10. in fin. ver. bene tamen fa-
teor, & ſic fuiſſe deciſum teſtatur Capic.in deciſ.75.
& tranſit Gabr.dum ſequitur Capic. lib.6.ti.de iure-
iur.concl.6.nu.7.fortius Parpal.in d.l.ſi quis maior,
num.95.verſ.ſecundus caſus, voluit, quod etiam pro
iuramento defuncti detur actio contra hæredes quo
ad pœnam pecuniariā,quando pœna eſt ipſo iure im
poſita,quia in pecuniarijs pœnis parti,vel fiſco appli
candis tranſit actio contra hęredes,ſi impoſita eſt ip-
ſo iure,& ad hoc allegat l. Caius,ff. ad Syllanian, vbi
Bartol. notat. quidquid tamen ſit, nos ſumus in cla-
riori caſu: quia agimus de eo qui ſucceſſit creditori,
non debitori, & fuit ipſi ſucceſſuri contrauentum:
quia D.Ioan.Franciſcus voluit retractu vti etiam ad
præiudicium Dom. Lazari, ideo actio criminalis eſt
concedenda. Non omitto,quod deciſio Iſero.& Af-
flict. in dict. conſtitutione, eos qui ſcienter,fundatur
ſuper verbis conſtitutionis, quæ requirit, quod iu-
ramentum ſit de facie ad faciem præſtitum, vt etiam
animaduertit Marant.d.l.ſi actor,nu.19.circa finem,
quod tamen de iure communi non eſt neceſſarium:
quia partis abſentiam ſupplet Dei præſentia, l. pro-
perandum, §.ſin autem reus, C.de iudic. qua ratione
inferunt Doctores,ſtipulationem abſenti factam va-
21 lere,ſi debitoris iuramentum † accedat.gloſſ.in cap.
quoties cordis oculus, 1.q.7. latè Seraph.in d.tract.
priuileg.24.num.1.& ſeq.Natta conſil.506.num.17.
conſ.531.num.17.Crauet.in conſ.915. num.3.Rolan.
conſ.19.num.29. volum.1. abſentia ergo non minuit
iuramenti vires,vel iurātis obligationem, & hoc eſt
quod alij dicunt, attendi non perſonam recipientis,
ſed præſtantis iuramentum,quia ſat eſt quod ille iu-
reiurando promiſerit,& ſe obligauerit, vt etiam ab-
ſenti ius quæratur ex eo iuramento.
Vltimo,non reſiſtit quod iuramentum ſit præſtitū
Dominis Niculau, & filijs de Aurea emptoribus, &
ad eorum perſonas ſit limitatum:quia ſupra ſatis eſt
reſponſum, quod iuramentum quo ad recipientem
eſt reale, licet quo ad præſtantem ſit perſonale, Ideo
tranſit ad hæredem, & ſucceſſorem, etiam ſingula-
rem, qualis eſt ceſſionarius, qui ſemper vtitur iure
22 cedentis, † l. emptor,vbi Bald.in 1.not.C.de hæred.
vel actio. vend.& cenſetur eadem perſona,cap.deni-
que,7.quęſt.1.latè dixi in conſil.22.num.16.& ius ex-
cipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.Bart.Bal.
Salic.& alij,in l.ait prætor, cum l.ſeq.ff.de iureiuran.
imo ius etiam agendi ſtante ſubrogatione à ſtatuto,
de qua ſupra dixi in princ. & ſicuti iuramentum no-
cet ei qui cauſam habet à iurante,d.l.ait prætor, Ti-
raq.de retractu conſang.§.1.glo.9.nu.128.ita ei pro-
deſſe debet qui cauſam habet à recipiente, cū actiua
iura facilius tranſmittantur quam paſſiua: nā actio-
nes ſunt in poteſtate noſtra non paſſiones, vt inquit
gl.in l.2.vbi notat Bal. C.de hæred.vel actio.vend.vn
de Bal.in l. 2.in 1.oppoſ.C.de pact.inquit, quod iura
paſſiua cedi non poſſunt, licet aliud ſit in actiuis, &
23 qui cauſam habet ab vno ex contrahentibus,† nō di-
citur tertius,l.dolia,§.1.ff.de contrah.empt.Bart.in l.
ſi ſuperatus, ff.de pignor. Alciat.in conſ.236. num.4.
& ſicuti ſi Domini emptores iura ſua ceſſiſſent Dom.
Lazaro,non poſſet Dom. Franciſcus opponere,quod
eſſet

eſſet tertius,& poſſet is Dom.Lazarus vti inſtrumen-
to illo, ita id ſibi licebit ſtante ſubrogatione facta à
ſtatuto, quæ vim habet ceſſionis, & omnis actio ce-
24 di poteſt, † vt in tit.C.de hæred.vel actio.vend.& pro
bat multis Tiraqu.de retractu conſang. §.26. gloſſ.3.
num.2.& id verum eſt etiam in actionib. criminalib.
ingerentibus pœnam, quæ ſit infra relegationem, l.
quod ſi in diem,§.Iulianus,vbi glo.in ver.victus,ff. de
petitio.hæred.l.abſentem,ff.de pęnis, Tiraq.d.glo. 3.
nu.38.& plus debet operari ſubrogatio ſeu ceſſio fa-
cta lege aut ſtatuto,quam ea quæ fit ab homine, tum
quia plus poteſt lex quam homo, vt probari poteſt
mille iuribus: tū etiam, quia generalis diſpoſitio le-
25 gis,plura includit,quam diſpoſitio † hominis. Alex.
in l.1. num.6. C.qui admit.vbi dicit,excluſionem le-
gis plus operari quā hominis. ſequitur Deci.in 3. le-
ctu.num.50.Sapia,nu.25.Niger,num.71.& Zuccard.
nu.41. vnde ſimplex legis excluſio facit, ne quis etiā
legitimam conſequatur,cum tamen generalis renun
ciatio non excludat ab ea. Socin.in conſil.150. col.4.
vol.1.Dec.conſ.392.col.fin. num.6. Roland. conſ.62.
num.50.volu.3.Natta in conſ.308.num.4.Cæphal.in
conſ.304.nu.1. Becius conſ.107.nu.7. cum ergo auo-
cans ſeu retrahens habeat priuilegia eius à quo re-
trahit,illique ſubrogetur,certè habebit ius accuſan-
di,quod competebat emptori, quia ſubrogatio cēſe-
tur facta cum omnibus qualitatibus, quæ inerant ei
26 cui facta eſt ſubrogatio. † Dec.in conſ.120.colum.2.
circa fin. Butig.in l.quòd te, num.21.ff. ſi cert. petat.
Cæphal.in conſ.58.num.30.Silua.conſ.66.num.16.&
ſeq.& id procedit,nedum in rebus,ſed etiam in per-
ſonis ſubrogatis,l.pen.C.de proximio.ſacro ſcrinio.
lib.12.Marian.de citatio.in 7.artic.prin.nu.59. Caſ-
ſan.in conſ.22.num.22. Cæphal.in conſ.58.num.30.
& cum lex poſſit perſonale priuilegium competens
vni extendere etiam ad alium,vt per Doctores, in d.
l.1.ff.de leg.1.ſatē dum eſt, quod in ſubrogatione in-
ducta à lege, vel ſtatuto per verba vniuerſalia, tran-
ſeant etiam perſonalia,& conſequenter,ius accuſan-
di de periurio,ſi tamen eſſet perſonale, quòd ego nō
admitto: quia ius ex contractu quæſitum, tranſit re-
gulariter ad hæredes,l.ſi pactum, ff.de probat. & eſt
generalis omnium pactorum natura, quòd ad hære-
27 des tranſeant etiamſi non † ſit dictum.Bald.in conſ.
112.volum.2.& in l.1.nu.3.C.quot. legator.latè com
probaui in conſ.133.num.15. vbi igitur ius hoc per-
ſonale eſſet, & in ſubrogatione hominis non veniret,
includeretur tamen in ſubrogatione facta à lege cui
nihil obſtare poteſt.Facit quod voluit Socin.in conſ.
166.num.11. volum.2. vbi in ſimili vult, non obſtare
præſcriptionis exceptionem,quando actus eſt geſtus
cum Principe,qui illam poteſt tollere.

Dum verò tertio loco quæritur,num Excellent. D.
Rotæ Auditores, qui iam cęperant pro periurio co-
gnoſcere criminaliter contra prædictum Do. Fran-
ciſcum, poſſint ad vlteriora in eo iudicio procede-
re, non obſtante inhibitione ſibi tranſmiſſa per mul-
tum Reuer. Dom. Archiepiſcopalem Vicarium, vti
Apoſtolicum delegatum, res videtur maiorem dif-
ficultatem habere, quia iudex eccleſiaſticus poteſt
28 inhibere ſæculari † ne procedat, capit.ſæculares, de
foro compet.in 6.cap.licet,vbi glo. de exceptio. eod.
tit.Doctor.in l.4.§.condemnatum, vbi Ripa, numer.
38.& ſeq. de re iud. Bero. deciſ.114 num.2.Mandoſ.
in tractat.inhibit.cap.10.in prin. Lancello.de atten-
tat.in 2.par.cap.20.de attenta. poſt inhibit.num.39.
& num.77.in antiquis. & inhibitio ligat iudicis ma-
29 nus, qui ideo non poteſt cauſam cognoſcere, † cap.
non ſolum,§.fin. vbi Gemin. de appellat. in 6. Bero.
conſ.114.num.6.volum.3.Rimin. conſ.424.nu.18.&
30 ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit inhibitio,ſeruanda eſt.† Ro-
ta deciſ.306.Nota quòd vbi audientia, in fine,in an-
tiq.Mandoſ.d.tract.quæſt.20.in fine, & q.29. num.7.
latè Lancello.d.c.20.in t.amplia. princip.per totam
in antiquis, vbi probat, quod inhibitio facit actum
illicitum, qui prius erat licitus, & idem dicit in ead.
a.par.cap.4.de attent. lite pend.in præfatione, num.
519.& ſeq.in antiquis.Caualcan.deciſ.21.num.75.&
ſolus iudex qui eam inhibitionem conceſſit, poteſt
cognoſcere an ſit iuſta,vel iniuſta,non autem ſpectat
31 eiuſmodi cognitio ad iudicem cui facta fuit, † vt per
Butr.& Abb.in cap.cum teneamur,de appellat.Bero.
d.conſ.114.num.7.volum.3.

Prædictis tamen non obſtantibus, exiſtimo ea in-
hibitione non obſtante, poſſe Dom. Iudices ad vlte-
riora procedere, & inſtitutum iam iudicium proſe-
qui, vbi enim inhibitio eſt nulla, tunc non ligat inhi-
32 bitum, † cap. ne captandæ, in fine, de conceſſio.præ-
ben.in 6.& ibi no.Gemin.in 1.no.& Franch.ſuper gl.
fin.Pariſ.in conſ.108. num.10.vol.1. vbi allegat Rot.
& Bellamer.Bero.in conſil.117.in 1.dub.vol.3.Socin.
iun.in conſ.43. in 1. dub. volum.4. qui duo in eodem
facto loquuntur de inhibitione immediatè facta à
ſummo Pontifice. Mandoſ.d. tract. quæſt.28.num.2.
Roland.in conſ.77.num.26.volum.2.& eſt text.in ca.
non ſolum,in fine,de appellatio.in 6.& procedit etiā
ſi ab inhibitione non fuiſſet appellatum.Abb.in cap.
cum veniſſet, in 4.notab.de reſtit. in integ.Dec.conſ.
460.Lancell.d.ca.20.in t.limita.pr inc.num.4.& ſeq.
in antiquis, & ratio eſt: quia non præſtat impedi-
mentum,quod de iure non ſortitur effectum,cap.non
præſtat, de reg. iur. in 6. & quod nullum eſt, nullum
33 quoque † producit effectum,l.4.§.condemnatum, ff.
de re iudic.Bart.in l. Diuus, ff. de milit.teſtam.Iaſ.in
l.1.col.4.C.de iur.& fact.ign. Roland.in conſ.49.nu-
mer.30. vol.4. ſic dicimus, executionem non mereri
actum qui eſt nullus.Dec.conſ.401.nu.1.Rolan.con-
ſil.63.num.43.volum.4.Cæphal.conſil.118.numer.11.
Maraut. de ordin.iudic. in 6.par.2. act.prin.nu.208.
Et quod dicitur de inhibitione nulla, vendicat quo-
que ſibi locum,quando eſt iniuſta,vt quia ſit facta, &
34 conceſſa contra ius, † cap.2.de reſtitut.in integr.vbi
glo.fin.notat.& Abb.in 4.notab.Pariſ.d.conſ.108.nu-
mer.11.ſequuntur Bero.Socin.iun.Rolan.& alij ſupra
citati,quia inhibitio ad hoc, vt liget, debet eſſe facta
canonicè. Latè Lancel.loco ſupra relato.Contard.in
l.1.quæſt.5.num.14.C.ſi de moment.poſſ. & in prædi-
ctis locis ponunt, quæ requirantur vt canonicè facta
dicatur,& quamuis inhibitio,quando facta eſt à Ro-
ta, ſit ſeruanda, etiam iniuſta, & nulla, tamen quan-
do eſſet notoriè iniuſta, tunc etiam ipſa ſperni po-
35 teſt, † vt poſt Chiſſan. Verall.& Puteum inquit Con-
tard.d.quæſt.5.nu.14.in fine,Lancello.d.limit.1.prin
cipali,num.3.& latius in ampliat.11. num.5.in anti-
quis, vbi tenet, quod inhibitio facta ab alio iudice
quam à Rota Romana,non annullat acta, nec cauſat
attentata ſi non eſt iuſta,& canonica.

Et tali caſu cum inhibitio nulliter, vel iniuſtè fit,
iudex inhibitus non tenetur parere, nec inhibitio-
nem ſeruare,ſed poteſt propria authoritate illā ſper
nere,& contrauenire,vt voluit Cuman.in l.4.§.con-
demnatum, ff. de re iudic. dicens, quod ſi eccleſiaſti-
cus iudex dum cognoſcit de iuramento debitoris,
mandat ſæculari ne ſe intromittat in cauſa exequu-
tionis inſtrumenti, laicus iudex non debet ei pare-
re. Idem voluerunt Berous, Pariſ.& Socin. iun. per
me ſupra adducti, dicentes, quod iudex cognoſcat
ſpreta illa inhibitione.Idem voluit Bertr.in conſ.17.
num.

Digitized by Google

numer. 13. volum. 5. vbi tenet, quòd inhibitio quæ
eſt nulla, vel iniuſta, non debet ſeruari à iudice, vel
parte inhibita. Contar. d. nu. 14. Rimin. in conſ. 549.
num. 4. vbi quod inhibitio non facta canonicè, non
impedit quo minus iudex poſſit ſuam exequi ſenten-
tiam. Neuia. in conſ. 60. in fine, vbi quòd inhibitio-
ne non legitimè facta, datur exequutio ſententiæ.
Caualcan. deciſ. 9. nu. 3. & 4. quidquid poſtea dicant
in deciſ. 21. nu. 75. & ſeq. Facit, quia præceptum nul-
liter, vel iniuſtè factum, non ligat, nec eſt ſeruandum,
36 ſed impunè ſperni poteſt propria authoritate. † Bal.
in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procõſ.
vbi Iaſ. num. 9. infert ad multas deciſiones notabi-
les. Caſtr. in conſ. 183. num. 1. volum. 1. Alex. in conſil.
123. nu. 23. in 4. Dec. in conſ. 72. num. 2. Paris de Put.
in tract. Sindic. in ver. præceptum, §. quia ſæpè, per to-
tum, fol. 243. Purp. in conſ. 86. num. 1. conſ. 128. num. 8.
Rolan. in conſ. 6. nu. 17. vol. 2. Veſtr. lib. 7. cap. 1. nu. 3.
Sola in conſtit. Pedem. ſuper decret. Carolus. gloſ. 2.
num. 6. inhibitio autem nihil aliud eſt quam præce-
ptum iudicis. Mandoſ. d. tract. inhibit. c. 1. nu. 2. quod
autem ea inhibitio de qua verba nunc facimus nul-
la ſit, & iniuſta, clarè, ni fallor, ex infraſcriptis oſten-
ditur, & ideo proceſſum Dominorum Iudicum impe
dire aut remorari non debet.

Quod ſit nulla inhibitio à Domino Vicario facta,
probatur Primo: quia non valet inhibitio quando ei
fit iudici, qui iuriſdictionem non habet ab eo, qui in-
37 hibet. † ita voluit Bald. in l. 1. num. 19. C. quom. &
quando iud. vbi allegat Hoſt. & Archid. & poſt Fe-
der. Senenſ. inquit, quod ſi iudex eccleſiaſticus inqui
rens contra clericum qui falſos teſtes coram laico iu
dice produxerat, inhibeat laico, poterit eam inhibi-
tionem ſpernere. ſequitur Socin. in conſ. 99. num. 21.
volum. 3. Afflict. in deciſ. 30. num. 3. Marſil. Sing. 490.
& ideo Bero. in conſ. 117. num. 1. & ſeqq. vol. 3. dicit,
quod Papa inhibere non potuit iudici ordinario in
Ciuitate Florentiæ, quia is iuriſdictionem habebat
à Duce, non à Papa, & cum eo in eodem facto conſu-
luit Soc. iun. in conſ. 47. in 1. dub. vol. 5. & prædictam
Baldi deciſionem ſequuti ſunt Contard. in d. l. vnica,
quæſt. 5. nu. 4. Lancel. in tract. de attentatis, cap. 20.
in præfat. num. 85. & 103. in antiquis. Cabal. de euict.
§. 3. numer. 122. quæ ſententia quamuis poſsit videri
dubia, quando tractatur de rebus, vel perſonis ſubie
ctis ſoli foro eccleſiaſtico, tamen in caſu noſtro eſt
certa: quia de periurio iudex ſæcularis non minus
cognoſcere poteſt quam eccleſiaſticus, quia crimen
38 eſt commune, † §. ſi vero, in Auth. de mand. Princip.
Ioan. Andr. in c. licet, de iureiur. in 6. & poſt Bald. &
alios, ita concludit Guido Pap. quæſt. 178. in conſ. 29.
num. 3. & in conſ. 89. in 1. dub. Alex. ad Bart. in l. fi. ff.
de crim. ſtellionat. vbi dicit, id maximè verum, quan
do certum eſt illum fuiſſe periurum. Afflict. conſtit.
Neapol. lib. 3. Rubr. 55. tit. de periur. num. 2. Cagn. in
l. ſi quis maior, numer. 88. C. de tranſact. vbi ſuſtinet,
quod ſæcularis iudex poteſt punire aliquem de per-
iurio. ideo eccleſiaſticus iudex non poteſt inhibere
ſæculari, cum ſit ei par in authoritate, vt de periurio
cognoſcat, & iudicet, & hanc partem, quod ſæcularis
cognoſcat de periurio præter ſupra citatos, tenue-
runt etiam Roman. Fel. Cacialup. Ripa, Garz. & alij
allegati à Deciano, qui eos ſequitur in 2. vol. tractat.
crimin. lib. 6. cap. 12. num. 9. quod autem in delictis
communibus, quorum cognitio poteſt ab vtroq; iu-
39 dice fieri, non poſsit eccleſiaſticus prohibere † ſæcu-
larem, voluit Calder. conſ. 236. per totum, inter conſ.
Anch. ſequitur Mandoſ. in tract. inhibition. c. 10. nu.
2. & ratio eſt, vt Calder. inquit loco præcitato, quia
vnus iudex non debet alium turbare in ſua iuriſdi-
ctione. eſt & alia ratio: quia vbi delictum eſt vtrique
commune, tunc ſunt pares, & par non poteſt pari in-
hibere. Mandoſ. in d. tract. cap. 7. nam par in parem
40 non habet † imperium, l. 3. in fin. & l. nam magiſtra-
tus, vbi gloſſ. ff. de arbit. latè probaui in conſ. 47. nu-
mer. 10. Accedat, quod ius inhibendi dependet à iu-
riſdictione, & is qui inhibet, debet in eo, quod inhi-
bet eſſe ſuperior, cap. tuam, de ordin. cogn. cap. lator,
& cap. ſuam, qui fil. ſint legitimi. Feder. Sen. Alex. &
Soc. quos notat, & ſequitur Bero. d. conſ. 117. num. 2.
vol. 3. ſed Papa reſpectu eius quæſtionis communis
eſt, non dicitur maior, ergo inhibere non poteſt laico
ne illam cognoſcat.

Secundo, nullitas inhibitionis ex eo deducitur:
quia facta fuit ad inſtantiam Domini Franciſci non
citato Domino Lazaro, cuius intereſſe in eo iudicio
vertebatur, cum tamen quidquid de ſtilo Curiæ Ro-
manæ dicant Doctores, à iure committi non poſſit
41 inhibitio ſine citatione. † Rota deciſ. 615. Nota licet
inhibitio. & deciſ. 826. Nota dic, in antiq. ſequuntur
Federic. Senenſ. Alex. Aret. Felin. Iaſ. Dec. Ruin. Bero.
Pariſ. Maran. Rolan. Ferret. Didac. & Mandoſ. quos
omnes citat, & comprobat Lancellot. d. tract. attent.
cap. 20. in præfat. nu. 205. vbi num. 210. in antiquis
ſubdit, inhibitionem cõceſſam parte non citata, non
inducere nullitatem actorum, quod ante eum dixit
Maran. in 6. par. in ſecundo actu princip. numer. 207.
vbi ſubdit, hanc eſſe communem opinionem. Aſin. in
ſua praxi, §. 7. cap. 5. limit. 72. vbi de magis commu-
ni, & quamuis, vt dixi, ſtilus Romanæ Curiæ ſecundũ
aliquos ſit in contrarium, tamen multi etiam dicunt
aliter ſeruari: ſed quidquid ſit, non ſumus in Curia
Romana, ſed Genuenſi, in qua non apparet ſtilum
aliquem eſſe in contrarium, & ſi quis illum allegat,
42 probare debet. † Alex. conſil. 1. num. 15. volum. 6. Bar.
in l. de quibus, in repet. nu. 12. ff. de legib. Pariſ. conſil.
168. num. 15. volum. 4. deciſ. Pedem. 22. num. 4. & ſti-
lus vnius Curiæ non extenditur ad aliam: quia tan-
tum habet potentiæ, quantum habet de actu, quem-
43 admodum dicimus † de conſuetudine. Bald. in l. fin.
C. com. vtri. iudic. Ceph. conſ. 26. nu. 17. Rol. in conſil.
94. num. 17. volum. 2. cum ſimilibus. & quod magis
vrget, extat in Ciuitate Genuæ concordatum inter
illam excelſam Rempublicam, & eccleſiaſticam Cu-
riam, quod non concedatur inhibitio ſine partis cita
tione, ideo, per hoc concordium, res ad ius commu-
ne reducitur, & ſtilus non eſt attendendus contra
concordij legem, & ſtilo circumſcripto, quod inhibi
tio ſit nulla, ſi non fuit citata pars, voluit Caualcan.
deciſ. 21. nu. 75. & 76.

Tertio, prædicta inhibitio fuit conceſſa à iudice
q prorſus carebat iuriſdictione, ergo eſt nulla: quia,
vt ſupra dixi, inhibendi facultas dependet à iuriſdi-
44 ctione. † Bero. d. conſ. 117. nu. 2. vol. 3. Soc. iun. d. conſ.
47. nu. 2. vol. 4. præcipuè, quando certum eſt inhiben-
tes non habere iuriſdictionem, vt infra deducam.
Mandoſ. in d. tract. q. 26. num. 2. Lancell. d. cap. 20. in
præfatione, nu. 22. & ſeq. & in ampliat. 11. num. 15. &
ſeq. in antiq. Bero. in conſil. 85. in fine, volum. 3. & ra-
tio eſt, ſecundum eum, quia iuſdicenti extra ſuam
iuriſdictionem, impunè non paretur, vt inquit tex. in
l. fin. de iuriſd. omn. iudic. Hinc citatus non tenetur
comparere coram eo quem conſtat non habere iu-
riſdictionem, gloſ. in cap. veniens, in verſic. contuma
ciam, de accuſat. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non iuer. &
Doctores ſupracitati dicunt, quod iudex inhibitio-
nem propria authoritate ſpernere poteſt, ſi facta eſt
à iudice carente iuriſdictione.

Quod

Digitized by Google

Quod autem Dominus Vicarius Archiepiſcopa-
lis careret iuriſdictione, deducitur: quia à Summo
Pontifice commiſſa eſt ſibi ſola cauſa abſolutionis
poſtulatæ per Dom. Franciſcum à periurio, non au-
tem cauſa in qua tractatur de pœna periurij, & Re-
ſcripti delegatorij forma eſt diligenter attendenda,
45 † cap. cum dilecta, de reſcript. & cum eiuſmodi re-
ſcripta ſtrictè ſint interpretanda, vt voluerunt Com-
poſt. Ioan. Andr. & alij, in capit. ſuper literis, de re-
ſcript. Rom. in conſil. 388. num. 4. Gomel. ſuper Reg.
de annali, quæſt. 15. num. 4. videndum eſt quatenus
verba eorum ſe extendant, vt poſt Spec. Bartol. Ang.
& alios dicit Vant. in titul. de nullit. ex defect. iuriſd.
deleg. num. 93. ſed in facto commiſſa eſt ſola cogni-
tio abſolutionis, non autem an Dom. Franciſcus an
rea eſſet periurus, & pro iam commiſſo periurio poſ-
ſit puniri. hæc autem ſunt inter ſe diuerſa, & ſepara-
ta, & de vno non infertur ad alterum, l. Papinianus
exuli, ff. de minor. & ſtante ea forma reſcripti, nō po-
tuiſſet D. Vicarius cognoſcere an D. Franciſcus eſſet
periurus, & an eſſet puniendus de periurio: quia de
hoc nullum verbum legitur in cōmiſſione, ergo non
etiam potuit D. Auditoribus inhibere ne id cogno-
ſcant, vt concludit Bero. in conſ. 85. nu. 24. vol. 3. vbi
allegat Butr. & Alexan. ſequitur Lancell. d. cap. 20. in
præfatio. num. 29. in antiquis, vbi dicit, quod vt inhi-
bitio valeat debet inhibens habere iuriſdictionem
in illa cauſa, in qua inhibet; ſi verò non poteſt cogno-
46 ſcere, non etiam poterit inhibere, † & iudex non ob-
ſtante inhibitione poterit in cauſa procedere, & id
latius deducit Bero. in d. conſ. 85. nu. 20. dicens, quod
ſi authoritas delegato conceſſa non amplectitur cau
ſam quæ agitur coram alio iudice, non poteſt com-
miſſarius cognoſcendo, vel inhibendo ſe in illa in-
tromittere. Pariſ. conſ. 39. num. 9. vol. 1. Lancell. loco
præcitato, 5. limit. poſt Dec. conſ. 33. nu. 4. idem Lan-
cell. in præfat. num. 177. in antiquis. Facit alia ratio:
quandoquidem inhibitio fit ad conſeruandum iuriſ-
dictionem iudicis inhibentis, vt per Lancell. d. præ-
fat. num. 9. in antiq. ſed conſeruari non poteſt iuriſ-
dictio quæ non extat penes inhibentem, l. eius qui in
prouincia, ff. ſi cert. petat. l. decem, ff. de verbor. obli-
gat. fruſtratoria ergo eſt inhibitio, & nullius omnino
effectus.

Quòd ſi dicatur, ſaltem cauſam periurij habere
connexitatem quandam cum cauſa abſolutionis à
iuramento, & ab ea pendere, propterea que ſuſtineri
inhibitionem commiſſam à iudice deputato ſuper
abſolutione iuramenti. Reſpondeo, imò cauſam quæ
corā Rota agitur eſſe omnino diuerſam, id quòd hoc
ipſo medio manifeſtè deprænditur, quod abſolu-
tio fuit conceſſa ſine præiudicio iurium tertio quæſi-
torum, vti ſummus Pontifex declarauit per ſuum
Breue, & ideo ea abſolutio, quod attinet ad D. Laza-
rum, perinde habetur ac ſi conceſſa nō fuiſſet, & non
impedit proceſſum formatū occaſione periurij iam
commiſſi; poſſunt enim ſimul ſtare, quod ante con-
ceſſionem abſolutionis eſſet periurus, & quod poſtea
fuerit abſolutus, & abſolutio poſtea conceſſa non re-
fertur ad periurium commiſſum ante impetratam
abſolutionem, quinimo ſi iam erat periurus, abſolu-
tio ei non prodeſt. Feder. Sen. in conſ. 300. in fine, vbi
poſt Io. Andr. dicit, quod abſolutio debet peti ante-
quam euenerit terminus ſoluendi, aliàs ſi iam venit,
47 & lapſus eſt, debitori non prodeſt abſolutio: † quia
fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem com-
mittit. Anch. conſil 198. col. fin. Rom. in conſ. 326. co-
lum. 2. Alex. conſ. 222. colum. 3. volum. 2. & conſil. 17.
vol. 3. dicit, quod eſt communis opinio. Bertrand. qui
communem quoque dicit, conſ. 196. col. 2. vol. 4. Butr.
Imola, Abb. & Laur. de Rodul. quos citat, & ſequitur
Natta in conſil. 145. num. 25. Crauet. in conſil. 613.
num. 33. vbi addit Fel. Iaſ. Afflict. Deci. & Pariſ. idem
Crau. in conſ. 716. num. 15. & conſil. 786. num. 6. & ſe-
quen. Roland. in conſil. 34. num. 3. volum. 1. conſ. 36.
num. 30. volum. 3. Cagnol. in l. ſi quia maior, nu. 154.
Neuiz. conſ. 23. nu. 8. Decia. tract. crimin. par. 2. lib. 6.
cap. 11. num. 54. Menoch. conſil. 24. num. 17. vbi addit
Brun. & Gozad. idem Menoch. conſil. 343. num. 47.
vbi Berous quoque enumerat Caualc. deciſ. 9. num.
23. Theſau. dec. Pedem. 165. in fine. Rota Rom. deciſ.
786. par. 3. lib. 3. in nouiſſimis. Cum vero ſequens ab-
ſolutio non tollat præcedens periurium, ſaltem qua-
tenus reſpiciebat præiudicium Domini Lazari, non
poteſt dici quod cauſa abſolutionis eſſet præiudicia-
lis ad cauſam periurij prædicti. Demonſtratur etiam
alio modo, cauſam abſolutionis non ita contingere
cauſam periurij, vt dicatur connexa, vnde poſtea fie-
ri poſſit inhibitio: nam iudex ſæcularis, vbi conceſſa
eſt abſolutio à iuramento, non cogitur illam obſer-
uare, quinimo, poteſt de illius iniuſtitia, & validita-
48 te cognoſcere, † vt voluit Anchar. in conſil. 382. Fel.
in c. cum ſit, in 5. limit. de foro compet. & in terminis
idem voluit Roland. d. conſil. 34. nu. 10. vol. 1. vbi al-
legat etiam Cæpol. Soc. Afflict. Marſil. & Pariſ. ſub-
dens, ſic pariter fuiſſe iudicatum in Senatu Montis-
ferrati. Pariſ. conſil. 43. num. 21. & 22. in 1. vol. Fel. in
cap. 2. num. 26. in 3. limit. de ſponſa. Caualc. d. deciſ.
9. nu. 44. & ſeq. Decian. d. tract. crim. par. 2. lib. 6. c. 11.
num. 54. circa fin. verſ. quando autem Epiſcopus. Si
vero laicus iudex de validitate conceſſę abſolutionis
poteſt cognoſcere, quomodo cauſa periurij erit con-
nexa, & præiudicialis? & quomodo poterit eccleſia-
ſticus manum ponendo in alienam meſſem, inhibe-
re laico, ne pro periurio procedat contra periurum?
certè id eſſet omnino abſurdum, & contra omnem
iuris ordinem, & æquitatem.

Alio etiam modo oſtenditur, quod D. Vicarius ca-
rebat iuriſdictione, & conſequenter non potuit inhi-
bere: cum enim eſſet delegatus à Sede Apoſtolica ad
concedendum abſolutionem, & ſuper conceſſione
ſuam protulerit ſententiam, dicitur functus officio,
& extinguitur eius iuriſdictio, l. iudex poſtea quam,
ff. de re iudicat. capit. in literis, de offic. delegat. &
in terminis dicit Federic. in conſil. 300. colum. final.
verſic. item dico, quod pendente appellatione non
poteſt iudex à quo concedere inhibitionem, quia iu-
ramentum ſeruari debet donec ſecuta ſit abſolutio.
dum autem à ſententia abſolutoria pendet appella-
tio, nō poteſt dici abſolutus, ex quo appellatio ſi non
49 tollit, ſaltem ſuſpendit vim ſententiæ, † l. 1. in fi. ff. ad
Turpillian. & dicit Curt. ſen. in conſil. 44. col. 8. quod
nihil faciendum eſt contra iuramentum donec illud
non eſt ſublatum. ſequitur Crauet. in conſil. 716. nu.
15. in fin. & Feder. ſequitur Abb. in c. 1. num. 10. poſt
med. de iureiur. Alex. in conſ. 9. in princ. vol. 4. Rol.
in conſ. 77. num. 25. vol. 2. & hanc partem, quod pen-
dente lite ſuper abſolutione à iuramento non poſſit
50 fieri inhibitio iudici ſæculari, † voluit eſſe veram, &
ſecundum eam refert iudicatum Afflict. in deciſ. 30.
num. 3. & 4.

Quarto conclusio hæc, quòd inhibitio ſit nulla ra-
tione comprobatur: quia inhibere non poteſt iudex
51 niſi lis coram ſe pendeat, † cap. Romana, §. ſi vero,
& §. quod ſi obijciatur, vbi Innoc. in ver. minus legi-
tima, de appell. in 6. Lanr. de Rodul. in tract. de vſur.
quæſt. 131. num. 19. verſic. probatur hoc etiam. Man-
doſ. d. tract. inhibition. quæſt. 11. num. 2. q. 18. num. 2.
Lan-

Lancellot.d.tracta.de attent. cap.20.num.105.& ibi etiam poſt limitationes,in 4. declaratione, in antiquis, vbi dicit, quod inhibitio facta litem concomitatur: at poſt latam ſententiam à delegato, non poteſt verificari, quod lis coram eo extet, ergo inhibere non potuit. Non ignoro tenuiſſe aliquos,quod iudex à quo, poſſit inhibere pendente appellatione à ſententia per ſe lata,ſed illud procedit in iudice ordinario,cuius iuriſdictio cum per ſententiæ prolationem non ſit extincta,poteſt benè exerceri ad faciliorem appellationis exitum, & ne fiat appellationi aliquod præiudicium.Bur.d.cap.cum teneantur,numer.7.vbi Abb.num.5.Imola,num.5. Lancellot.cap. 20. in præfat. num.168. in antiquis, ſed hæc ratio in delegato ceſſat, ideo is non poteſt prohibere, vel in-
52 hibere poſtquam iudicauit.† ita reſoluit glo.in cap. 2.de matrim.contr.interd.eccleſ.contr. Inno.in cap. cum teneamur,de appellatio.in prin.vbi gloſ. explicitè hoc dicit:quia caret iuriſdictione poſtquam functus eſt ſuo officio. Butr.ibi,numer.6. qui tamen poſt Petr. limitat, quando plures articuli fuiſſent commiſſi,& delegatus iudicaſſet ſuper vno tantum, tunc enim poſſet inhibere,quia cauſa poſſet ad eum redire ſi declararetur bene iudicatum,& ita non eſſet extincta eius iuriſdictio.ſequitur Abb. num.4. qui cum Petro idem dicit.Imola,num.6.in fine,quia lata ſententia functus eſt officio,d.cap.in literis.Anch.etiam non contradicit ibi: nos autem ſumus in caſu in quo vnicus articulus fuit delegatus, nempè abſolutio à iuramento præſtito per Dominum Franciſcum, ideo finito illo articulo,eſt etiam finita iuriſdictio, & authoritas delegati.

Et hæc ſententia eſt indubitata,quando iam delegatus detulit appellationi interpoſitæ à ſua ſententia, tunc enim deferendo cenſetur à ſe omnem iuriſdictionem abdicere,& eam trāsferre in ſuperiorem,
53 † cap.cum appellationibus,de appell.in 6.Io. Andr. in c. cum ceſſante, vbi Franch.nume.14.in quinta limitat.eod.tit. Pariſ.in conſ.106.num.6.& 25. vol.4. Oſaſc.deciſ. Pedem.131.nu.10.vbi volunt, quòd non poſſit etiam reuocare grauamen,quod ante appellationem intulerat, adeo deferendo appellationi alienum ſe fecit à cauſæ cognitione. Latè Mandoſ. in d. tract. q.37. num.3. vbi quòd omni modo expirat iuriſdictio,quando iudex cauſam remiſit ad ſuperiorē. Lancell.d.tract.cap.12. limit.1.num.67.& limit.21. num.12.& ſeq.& nu.28.in antiquis, vbi poſt Franch. dicit, quod iudex delegatus à quo fuit appellatum, non poteſt denunciare excommunicatum ſi pendet appellatio cui ipſe detulit, & in terminis inhibitionis ita voluit Abb.d.c.cum teneamur, in fine, de appellat.vbi ſubdit,hoc modo concordari differētiam, quam facit gloſ.inter ordinariū,& delegatum. Lancellot.in d.cap.20. limit.4.in antiquis, cum vero hæc omnia concurrant in facto,res erit clariſſima.

Et quia ſupra dixi, iudicem laicum ſpernere poſſe abſolutionem,ſi ea non ſibi videatur iuſta, Non videtur inuoluendum ſilentio,in hac cauſa iniuſtiſſimam eſſe abſolutionem illam quatenus vellet Dominus delegatus illam ad præiudicium Dom. Lazari ſuſtinere, quandoquidem, in primis extat Summi Pontificis declaratio, quod præiudicium nulli tertio afferat.Secundo iam erat commiſſum periurium,quando Dom. Franciſcus coram iudicibus laicis petijt ſe ad retrahendum admitti, contra formam præſtiti iuramenti. Tertio cum plura ſint iuramenta in inſtrumento celebrato inter Dominum Franciſcum, & Dominos Aurias emptores, tot erant impetrandæ
54 abſolutiones,quot præſtita erant † iuramenta.Rom. in conſ.326.num.2. alios addit Roland. in conſil.34. num.7.volum.1.Socin.Felin.Pariſ.Caſſan.Neuiz. & Didac.quos citat Menoch. in conſil.24.num.15.& in conſ.343.num.55.Crauet.in conſil.815.nu.1.Seraph. de iuramento priuileg.83.nu.46. Caual. deciſ.9. numer.25.Quarto petenda erat prius abſolutio à iuramento de non petendo abſolutionem, alias effectus
55 fuit periurus, † vt declarat Bald. in l.2. in Rep.colum.28. verſ.& quoad primam quæſtionem, ff. de iureiuran. Felin. in c.conſtitutus,colum.8.de reſcript. vbi ſubdit, quòd alias inhabilitatio eſt ſubreptitia. dixi in conſ.37.nu.2.& ſeqq. Ant.Padill.in l.2.nu.33. C.de reſcind. vend. Seraphin. de priuileg.83.nu.46. Molin.de primog.Hiſpan.lib.2.cap.3.num.25.Quinto dixit ſe enormiſſimè læſum in petenda abſolutione, & commiſſio facta fuit ſub conditione, ſi conſtaret de læſione,& tamen de ea non docuit, ergo abſolutio prodeſſe non debet, ita poſt Oſaſc. concludit Rimin.conſ.693.num.48.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in dubio præſumitur licitus non vſurarius.*
2 *Precium conuentum præſumitur iuſtum, & qui dicit ſe læſum, tenetur probare.*
3 *Negatiua eſt probanda ab eo qui ſuper illa ſe fundat.*
4 *Probatio dubia interpretatur contra probantem.*
5 *Confeſſio probari debet per conteſtes.*
6 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte in ciuilibus, facit ſolum probationem ſemiplenam.*
7 *Confeſſio extraiudicialis in criminalibus facit ſolum indicium ad torturam.*
8 *Confeſſio in genere ab aliquo emanata, quod fecerit vſuram, non probat.*
9 *Vſurarium eſſe manifeſtum, probatur per confeſſionem vſurarij.*
10 *Vſurarum in materia vbi agitur ciuiliter tunc interpretatio ſumitur, quæ fauet animæ.*
11 *Vſurarum crimen vbi agitur de probando in genere, ſufficiunt teſtes ſingulares, ſecus ſi de certo particulari actu agatur, tunc enim teſtes ſingulares non ſufficiunt.*
12 *Indicium quodlibet debet probari per duos teſtes.*
13 *Singulares teſtes non admittuntur ad probandum indicia.*
14 *Confeſſio connumeratur inter indicia remota.*
15 *Delinquentis morte crimen extinguitur, nec de eo cognoſci poteſt contra hæredes.*
16 *Pœna vbi tranſit ad hæredes, & contra mortuum procedi poteſt, & eius memoria damnari, & bona apprehendi, intelligitur intra quinquennium à morte delinquentis.*
17 *Confeſſio incerta, & non concludens, non præiudicat confitenti.*
18 *Vſura mentalis obligat ad reſtitutionem.*
19 *Confeſſio non nocet confitenti in ijs quæ ſunt iuris, & à confitentis voluntate non dependent.*
20 *Confeſſio facta pro exoneratione conſcientiæ, non probat, ad effectum, vt confitens pro confeſſato delicto puniri poſſit.*
21 *Confeſſio incidenter, & ad alium finem facta, non præiudicat.*
22 *Pœna vbi imponitur ipſo iure, & facto, tunc quo ad pœnam conſequendam poteſt cognoſci de crimine poſt mortem delinquentis.*
23 *Sententia declaratoria ſocij, ferri non poteſt mortuo delinquente, etiam in caſibus in quibus pœna eſt impoſita ipſo iure.*
24 *Emphyteuta ob canonem non ſolutum cadit ipſo iure.*
25 *Caducitatis declaratio fieri non poteſt contra emphyteutam defunctum.*

Decla-

26 *Declarandi ius in contractibus tranſit ad hæredem, & contra hæredem.*
27 *Declaratoria ſententia ante mortem delinquentis non eſt neceſſaria in pœnis quæ imponantur ipſo iure, quo ad effectus, qui non requirunt aliquam facti executionem, vt in pœna infamiæ, aliàs ſecus.*
28 *Verba cui non conueniunt, nec etiam conuenit diſpoſitio.*
29 *Hæres adeundo dicitur quaſi contrahere cum legatarijs, nō autem cum creditoribus, ſed ab eis conuenitur ex contractu geſto cum defuncto.*
30 *Hæres dicitur eadem perſona cum defuncto per fictionem non verè.*
31 *Hæres non reputatur eadem perſona cum defuncto in materia, strictè, verè, & propriè interpretanda.*
32 *Verba in ſtatutis ſunt ſtrictè, & propriè intelligenda.*
33 *Carcerari ſi poſſit vigore ſtatuti promiſſor pro debito, non ſeruatis ſolemnitatibus iuris ciuilis, hæres carcerari non poterit qui nihil promiſit, ſed promiſſori ſucceſſit.*
34 *Statutum loquens de contrahente, non verificatur in hærede, qui non dicitur contraxiſſe niſi per fictionem.*
35 *Vſurario ſtatutum denegans audientiam, non habet locum in hærede.*
36 *Delictum eſſe commiſſum conſtare debet vt quis poſſit puniri de auxilio præſtito ad delinquendum.*
37 *Mandatarium occidiſſe apparere debet vt quis puniri poſſit de mandato ad occidendum.*
38 *Reſeruatio nihil operatur, quando nihil eſt reſeruabile.*
39 *Ratificatio non inducitur niſi probata ſcientia actus ratificati.*
40 *Ratificans actum non ſuo nomine factum in delictis, non punitur.*
41 *Scientia ad inducendum ratificationem actus, debet eſſe certa, & ſpecifica, & talis, quæ non poſſit tergiuerſari, vel ratione aliqua excuſari.*
42 *Delictum vti non eſt, non poteſt homo facere, quod ſit.*
43 *Credere alteri quis non tenetur, niſi veritas aſſertionis aliter oſtendatur.*
44 *Præſentia non præſumitur, ſed eſt probanda per eum qui ſe fundat in illa.*
45 *Præſentia præſumitur ad euitandum delictum.*
46 *Præſentia non infert intelligentiam.*
47 *Scientia ſola in delictis non punitur, etiamſi quis cum poſſet prohibere, non prohibuit, hæreſis, & læſæ maieſtatis criminibus exceptis.*
48 *Conſenſus ſimplex, & nudus non punitur in delictis, etiam ſi poſt delictum interueniat actus aliquis poſitiuus, puta, gaudeo, ſeu lætor, vel feſtam facio.*
49 *Vſurarum crimini conſentiens, tenetur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem, ſed non propterea puniri poteſt.*
50 *Conſenſus negligentia in delictis non punitur, niſi quando quis tenetur obuiare delicto ne contingat, & prohibere ne fiat.*
51 *Hæres tenetur defuncti conſcientiam exonerare, & exactas ab illo vſuras reſtituere, ſed ſi non reſtituit non propterea punitur.*
52 *Hæreticus regulariter defendi non poteſt.*
53 *Auxilium ferre propriè non dicitur qui commiſſo iam delicto auxiliatur.*
54 *Simulatio non præſumitur.*
55 *Iuramento ſuppletiuo eſt locus in cauſis criminalibus, quando venit imponenda pœna pecuniaria modica, ſecus ſi magna.*
56 *Vſurarius eſt infamis.*
57 *Honor vitæ anteponitur.*
58 *Infamia pœna reputatur corporalis.*

CONSILIVM CCCCXXV.

TRES in partes diuidenda eſt præſens conſultatio, quarum in prima diſcutiam, an contractus alias celebratus intèr Excell. Dom. Lazarum Sabadinum, & D. Io. Bapt. Furnum, nūc probetur vſurarius, & pro eo moleſtari poſſint illius hæredes in altera, an conuinci id ſaltem poſſit in perſona D. Benedicti, qui Lazaro patri ſucceſſit. Tertia erit, an Dom. Maria Lazari vxor, ac Benedicti mater, & hæres, puniri poſſit pro illo contractu, tāquam ſciens illum approbauerit. & quod attinet ad primam, iuris eſt concluſio, quod contractus
1 in dubio præſumitur licitus, ſed non vſurarius, † l. ſi ea pactione, C. de vſur. Bald. in conſil. 39. in fine, & in conſ. 210. vol. 3. Abb. in conſ. 25. in fin. & in conſ. 49. col. 2. vol. 1. Iaſ. in l. rogaſti, §. ſi tibi, numer. 7. ff. ſi cert. petat. Pariſ. conſil. 54. col. 1. vol. 1. Socin. iuo. conſ. 83. num. 6. volum. 2. Crauet. in conſ. 48. num. 8. conſ. 145. num. 2. Tiraq. de retract. conuen. in fi. nu. 126. Natta in conſ. 498. num. 26. Burſa. in conſ. 320. num. 17. Rolan. in conſ. 40. num. 1. vol. 2. Lupus in ca. per veſtras, colum. fin. de donat. inter vir. & vxor. Bertazol. conſ. 251. num. 64. Maſcard. in concluſ. 438. in princip. & quamuis multa adducantur ad probandum contractum illum vſurarū labe infectum eſſe, ea tamen non concludunt: & in primis non eſt verum, nec probatur in facto, quod mutuum aureorum mille correſpectiuetur ad redditum maſſaritij, ſeu prædij per Dominum Furnum locati: nec vſquam in proceſſu video id probatum, quod tamen probandum erat tanquā fundamentum fiſci, & accuſantis, l. ei qui, ff. de probation. l. in illa, vbi Bart. & Doct. ff. de verbor. obligat: non etiam legitur probatum, quod ideo Dom. Lazarus mutuauerit aureos mille Domino Furno, vt ille viliori penſione locaret ſibi maſſaritium, & de hoc nullum verbum in toto proceſſu, adeo, vt commentū hoc dici poſſit merum ſomnium vigilantium; ſicuti non apparet, quod penſio inter partes conuenta pro prædio locato ſit vilior, & minor iuſta mercede, cum tamen precium inter partes conuentum præſumatur
2 iuſtum, & qui dicit ſe læſum, teneatur probare. † l. minoribus, C. de in integr. reſti. l. nam & poſtea, §. ſi minor, ff. de iureiurando. Barto. & Bald. & alij, in l. alterius, ff. de tutel. & ration. diſtrah. Com. in conſil. 50. num. 3. vol. 3. Cæphal. conſ. 348. num. 17. & ſeq. vnde curandum non eſt de eo, quod poſt Laurent. in c. conſuluit, quæſt. 48. de vſur. & Anan. in cap. fin. col. 7. eod. tit. poſuit Rubeus in conſ. 20. num. 3. dum vult, quod mutuum contemplatione locationis factum ſit vſurarium, non fuit probatum, quod ad hunc finem mutuauerit, quinimo, apparet ex inſtrumento locationem præceſſiſſe mutuum; eodem modo tollitur, quod dicitur non apparere, quod Dom. Lazarus ſoluerit penſionem conuentam, quia poteſt eſſe, quod fuerit ſoluta, & qui dicit ſolutionem non eſſe factam, probare debet: quia negatiua eſt probanda ab eo, qui
3 ſuper illa ſe fundat, † l. in illa, vbi Bartol. & alij, præcipuè Ripa, ff. de verbor. oblig. Hercul. in tract. quis teneatur probare neg. in princ. num. 2. & vbi etiam ſolutiones non eſſent factæ, id non noceret: quia poſſent etiam nunc exigi ex quo Dominus Lazarus eſt obligatus, & paria ſunt, quod Dom. Furnus ſolutiones receperit, vel ius habeat illas exigendi, vt probatur in l. qui actionem, ff. de regu. iuris.

Confeſſio quoque quæ deducitur tanquam ex ore eiuſdem Domini Lazari prouenerit, non fuit probata: nam ex colonis vnus tantum dicit, quod

Laza-

Digitized by Google

Lazarus dixerat Lodouico fratri ſuo, ſe mutuaſſe
mille aureos Dom.Furno, qui fruebatur illis donec
idem Lazarus gaudebat prædio. & hic teſtis depo-
nit de auditu à Ludouico fratre, non autem de pro-
prio auditu, c.licet ex quadam, de teſtibus. Marſi.in
conſil.20.nu.5.in conſil.76. oum.25. & Domina Ma
ria non dicit id ad quod allegatur, ſed deponit ſolú
quod Dom.Lazarus gaudebat prædio, & Dom.Fur-
nus gaudebat mille aureis ſibi ab eodem Lazaro mu
tuatis: quod autem mutuum eſſet factum contem-
platione, & loco prædij, & vſus vnius cederet ſcon-
tro vſus alterius, hoc non affirmat: quinimò, inquit
ignorare, ſi D.Lazarus maritus penſionem ſolueret
prædij, ſignum euidens, quod non intellexit contra-
ctus præcitatos eſſe correſpectiuos; quia ſi ita intel-
lexiſſet, affirmaſſet penſionem nullam fuiſſe ſolutã,
ex quo non aliter vſus vnius rei erat compenſandus
cũ vſu alterius, & poſſunt ſimul ſtare, quod vterque
gauderet, ſed Lazarus penſionem prædij ſolueret:
ſunt enim diuerſa gaudimentũ & ſolutio mercedis.
vnde cum non inferatur neceſſario quod gauderet
abſque aliqua ſolutione, probatio remanet dubia &
non releuat fiſcum aut accuſatorem, l.non hoc, C.vn
de legitimi, c.in præſentia, de probation. imò inter-
4 pretatur contra probantem, † glo. in d.c.in præſen-
tia, in verſic.dubium, vbi Innoc.Hoſtien.Abbas, Imo
la, & alij, & plures citaui in conſ.151.nu.48.Bertaz.
conſ.crim.295.num.14.vbi enim veritas ſe compati-
tur cum dicto teſtis abſque offenſione cauſæ, cũ depo
ſito illius non concludit, vt pulchrè declarat Bald.
in l.conuenticulam, nu.5.verſ.ex prædictis, C.de Epi
ſcop.& cler.Alex. in conſ.24. oum.29.vol.2.& debet
teſtis ita deponere vt concludat. Boſſ. in titu.de op-
poſit.contra teſtes, num.45.addo, quod Domina Ma
ria non reddit cauſam ſcientiæ, cum tamen id facere
deberet. Dum verò Domina Maria dicit à viro au-
diuiſſe, quod mille aureos mutuanerat ſuper dicto
prædio, hoc non infert vſuram, quia verum id eſt abſ
que vſuræ ſuſpicione, quandoquidem Dom. Furnus
pro aureis mille obligauit omnia bona ſua, & conſe
quenter illud quoque prędium: quia omnia qui dicit
nihil excludit, l.1. ff. de legat.1. vbi Doctor. & aliud
eſt quod fructus prædij perciperet gratis abſque ſo-
lutione penſionis contemplatione ſolius mutui, a-
liud eſt quod mutuum factum fuerit ſuper prædio,
hoc enim vltimum non eſt prohibitum ſed licitum.
Poſtremo, vbi etiam per ſupradictos teſtes velimus
inferre ad confeſſionem, vtique illa non probaretur,
quia teſtes ſunt ſingulares, & cõfeſſio probari debet
5 per conteſtes.† Alex.in conſil.36. col.fin. vol.5. con-
ſil.151.num.10.vol.7. Afflict.in deciſ.364. vbi ait ſic
iudicatum fuiſſe. Crau.in conſil.151.num.12. Oſaſc.
deciſ.Pedem.79.num.16.& 29. Et ſi non obſtaret ſin
gularitas, talis confeſſio in ciuilibus facit ſolum ſe-
miplenam fidem: quia emanauit extra iudicium ab
6 ſente parte.† Bart.& alij, in l.admonendi, ff.de iure-
iurando, vbi Cur.nu.141. dicit communem. Alex.d.
conſil.24.nu.47. Afflict. deciſ.12. num.12. & d. deciſ.
364.col.1.Pariſ. conſil.57.nu.14.vol.1.Maran.de or-
din.iudic.par.6.in 5.actu, nu.2. Natta in conſi.18.nu
me.18.Cæphal.conſ.225.nu.29.Ludou.deciſ.Peru.9.
num.1.in criminalibus autem quando habet omnes
qualitates requiſitas, facit ſolum iudicium ad tortu
7 ram, † ſecundum glo.fin.in l.capite quinto, ff.ad leg.
Iul.de adult.alios citat Clar. in praxi, §.fi.quæſt.21.
nu.31.Bertazol.conſil.crimin.396. oum.6.Boſſius in
tit.de confeſſi. oum.57. intelligendo tamen ſemper
quod eſſet certa & concludens per neceſſe, quia aliàs
non probat, vt poſt Anch.& Rom. dixit Crau.in cõ-
ſil.157.nu.9. qui conſil.29.nu.2. poſt Bal.inquit con-
feſſionem ab aliquo in genere emanatam, quod fe-
8 cerit vſuram, non probare,† ſequitur Bertazolus con
ſil.541.num.23.Decian.tract. crim.lib.5.cap.35. nu-
mero 19. hic igitur, quia multa obſtant confeſſioni,
quia ſcilicet teſtes non deponunt concludenter, ſunt
omnes ſingulares, non reddunt cauſam, & atteſtan-
tur de re extraiudiciali, & ſumus in criminalibus, fa-
tendum eſt eiuſmodi confeſſionem non obeſſe ad
condemnationem.

Nec reſiſtit doctrina gl.in c.1.in verſ.manifeſti, de
vſur.in ſexto, cum alijs apud Gabr.com.opin.li.6.tit.
de malefic.conclu.20.oum.10.vbi dicunt, vſurarium
manifeſtum probari ex confeſſione emiſſa extra iu-
dicium. In primis enim reſpondetur, eos loqui, quan
do agitur de cauſa ciuili non criminaliter, ad exa-
ctionem pœnæ, prout in caſu noſtro. & ita loquuntur
omnia iura ibi allegata, nec vnus quidem ex Docto-
ribus illis loquitur in criminali. Secundo, in quæſtio-
ne agitata à dictis Doctoribus, non quærebatur, nec
dubium erat an is eſſet vſurarius, hoc etenim habe-
batur ꝓ certo, ſed dubiũ erat ſuper qualitate, an ma
nifeſtus eſſet, ideo rectè dicunt, quod eum eſſe mani-
9 feſtum, probatur per confeſſionem, † & ita optimè
declarat Socin. in d. conſ.127. col.2. & prædictorum
ratio eſt: quia vbi ciuiliter agitur, tunc interpretatio
ſumitur quæ fauet animæ, vt in materia vſurarum
10 concludit † Anchar.conſ.179. col.fin. Felin. cap. au-
ditis, colum.pen.de præſcript. Marſil.ſingul.151. Al-
ciat.in tract.præſump.reg.3.præſ.1.num.14. ſecus eſt
quando agitur de pœna infligenda, & in tali caſu ne-
mo ex Doctoribus dicit, quod confeſſio extraiudi-
cialis ſufficiat ad condemnationem, nec regula quòd
confeſſio extraiudicialis ſufficiat ſolum ad torturam
reperitur limitata in cauſa vſurarum.

Quod etiam dicitur teſtes ſingulares probare in
crimine vſurarum, tam ex iure communi, quam ex
Ducalis decreti diſpoſitione Mutinæ publicati, non
ſubſiſtit: quia reſpondetur, hoc verum eſſe, quando
ageretur de probando in genere crimen, aliàs ſi de
certo particulari actu agatur, tunc teſtes ſingulares
11 non ſufficiunt. † Inno.in c.licèt ex quadam, de teſtib.
latè probat Pariſ.in conſ.2.nu.89.vol.4.vbi dicit pro
cedere hoc etiam in crimine hæreſis, & in crimine le-
ſæ maieſtatis. Marſ.in conſ.1.nu.41.Oſaſc.deciſ.Ped.
79.nu.39.vbi allegat etiam Gigant.cum ergo tracte-
mus nos de certo & ſingulari contractu, non autem
genericè & vniuerſaliter, negari non poteſt quin te-
ſtes debeant eſſe concordes non autem ſingulares. &
ita quoque tenet Rolan.conſ.95. nu.18.vol.4. Decia.
tract.crimin.lib.5.c.35.nu.5.Farin.quæſt.64. nu.199.
reſpondeo etiam, quod etſi ad probandum principa-
le factum & crimen, ipſum aliquando ſingulares te-
ſtes admittantur, tamen vbi agitur de probando in-
dicium aliquod, tunc teſtes debent eſſe conteſtes, nec
ſufficit quod ſint ſingulares: quia vnumquodque in-
12 dicium duos teſtes † requirit, glo.ſingularis in l.fin.
C.famil.herciſc.Bart.in l.fin.& ibi Doctores omnes,
ff.de quæſtion. Gigas de crimin.læſæ maieſt.lib.2.tit.
quomodo & per quos, quæſtion.25.Oſaſc.d.deci.Pe-
dem.79.num.16.& 31.Decian.in tract. crimin. lib.5.
quæſt.36.nu.2.& infinitos cumulat Farinac. in tract.
crimin. quæſt.37. nume.13. vbi diligentiſſimè colli-
git quoſcunque qui de hac re tractarunt. & quod te-
ſtes non admittantur ad probandum indicia quan-
13 do ſunt ſingulares, † voluit Bald.in conſilio vltimo,
numer.2.volum.5.per ſupradictam l.fin.Cæpol.con-
ſil.crimin.32.num.16.Marſil. conſil.18.oum.12. Cæ-
phal.in conſil.204.numer.19.volum.2.congerit mul-
tos

Digitized by Google

tos Farin. d.quæſt.37. num.33.vbi dicit communem
eſſe diſtinctionem,quod vbi agitur de indicio remo-
to ab ipſo facto,tunc teſtes debent eſſe conformes,&
in oĩbus conuenire, nec ſufficit, quod ſint ſingulares,
præcipuè quando nõ ſunt plura indicia:aliud autem
eſt, quando teſtes de ipſo facto immediatè deponũt,
vel quando plura ſunt indicia, quia tunc quoad tor-
turam ſingularitas non obſtat: ſed in facto noſtro
agimus non de tortura, ſed de condemnatione, &
quod plus eſt, agimus de facto remoto, ideſt de con-
feſſione extraiudiciali probanda, quæ reputatur pro
indicio remoto, & requirit ad probationem teſtes
conteſtes, vt per Carrer. in l.2. in princip. num.107.
verſic.& ideo ſi eſſet ſolus, C.quor. appell.non recip.
eum ſequitur Oſale.deciſ. Ped.79.nu.16.in fi.& ante
14 eos confeſſionem inter indicia remota † connume-
rat Gomeſ. in tract.de delict. cap.23. de tortura reo-
rum,num.18.in prin. volunt ergo prædicti Doctores,
quod etſi in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis ad-
mittantur teſtes ſingulares, vbi agitur immediatè
de ipſo facto, tamen id non procedat quando agitur
de probando indicium remotum, prout contingit in
facto noſtro. Infertur igitur ex prædictis, quod non
fuit probatum Dominum Lazarum crimẽ vſurarum
confeſſum fuiſſe, imo nec commiſiſſe.

Conſequenter ceſſante crimine,non poſſunt hære-
des Domini Lazari moleſtari: ſed vbi etiã probare-
tur cõtractum prædictum fuiſſe fœneratitium, adhuc
hæredes pro eo moleſtari non poſſent:nam per mor-
tem extinguitur omne crimen,nec de eo cognoſci po
15 teſt contra hæredes delinquentis, † l.1. ff. de priuat.
delict.l.pupillum,§.in hæredes,ff.de reg. iu.§.non om
nes,Inſtit.de perpet.& temp.actio.Clar.in §.fi.quæſt.
51.nu.12. & 16.Boſſius in tit.de pœnis, nu.34. Vaſq.
illuſtr.controuerſ.quæſt.96.num.20.Peregrin.in tra-
ctat.de iure fiſci,lib.4.tit.5.num.1.Decian.in tractat.
crimin.lib.2.cap.22.num.22.& lib.3.cap.vltimo,nu-
mer. 42. & 46. Farinac. qui ad ſacietatem vſque di-
ſputat, Doctores congerens infinitos in quæſt. crim.
10. num.36. & quamuis vbi impoſita eſt pœna ipſo
iure, & facto, vt in præſenti materia legitur publico
decreto factum à Sereniſſimo Domino Duce Ferra-
riæ,velint multi,hæredes conueniri poſſe pro delicto
defuncti, tamen intelligi id debet, quando vel deli-
ctum erat notorium, vel iam contra defunctum præ-
ceſſerat declaratoria facti,vt dicam in capite ſequen
ti: horum tamen nullum in contingenti negotio in-
teruenit.Præterea illud non procedit lapſo quinquẽ-
nio à morte illius qui dicitur criminis reus, ſed lice-
ret tantum intra quinquennium,ea enim eſt genera-
lis Regula, quod in caſibus in quibus pœna tranſit
ad hæredes, & contra mortuum procedi poteſt, imo
etiam quando defuncti memoria damnari poteſt, &
bona defunctorum apprehendi,id intelligatur, dum
modo intra quinquennium id fiat à morte delinquẽ-
16 tis. † eſt textus in l.2.C.de apoſtat.vbi Bart.dicit,ita
intelligi iura omnia ciuilia, & canonica, quæ man-
dant cognoſci de crimine poſt delinquentis mor-
tem. idem voluit gloſſ.notabilis in l. Manichæos, C.
de hæretic. vbi Doctores ita tenent. Alber.in l.fin. ff.
ad leg. Iul. Maieſtat. Gomeſ. communem dicit id d.
tractatu de delict. cap.1.numer.81.vbi limitat ſolum
in crimine hæreſis, in reliquis autem vt eſt læſa ma-
ieſtas, vult quinquennij præſcriptione excludi que-
relam,& cognitionem. ſequitur Clar.d.quæſtion.51.
numer.14.in fine.multos alios refert Peregr. d.lib.4.
titu.5.num.33.& ſeqq.latè etiam Farinac.d.quæſtio.
10.numer.81.hic autem nedum quinquennium, ſed
longius quoque tempus effluxit à morte Domini
Lazari, fruſtra itaque hæc cognitio aſſumitur, de
qua non poteſt quæri, & hoc ſolo fundamento tolli-
tur quidquid pro contraria parte dici poteſt reſpe-
ctu Domini Lazari.

Reſpectu vero Dom. Benedicti qui fuit Domini
Lazari filius, dicendum eſt omnino idem: quia ſi cõ
tractus ille non erat vſurarius in perſona Do. Laza-
ri, qui illum celebrauit,multo minus iudicari pote-
rit talis in perſona Dom. Benedicti hæredis: tum,
quia vnus, & idem actus non debet diuerſo iure cen
ſeri,l.eum qui eodem, ff.de vſucap. tum etiam, quia
obligatio non variatur ex perſona hæredis, l.2. §.ex
his,vbi notant omnes Doct.ff.de verb.oblig.& ſicuti
actus à principio nullus non cõualidatur tempore,
l.quod initio, ff.de reg. iur. ita quòd ſemel legitimè
conſtitutum eſt,non infirmatur tempore lapſu, cap.
quod legitimè,de reg.iur.in 6.& tempus non eſt mo
dus tollendæ,vel inducendæ obligationis.

Et non obſtat inſtrumentum factum ab eodem
Domino Benedicto in quo eligit probatos viros,qui
ſtatuant, quid & quantum ſibi occaſione dicti con-
tractus reſtituendum ſit in foro conſcientiæ Domi-
no Furno, quoniam per hoc non fatetur contractum
vſurarium,dicit enim ſolum ſe fuiſſe monitum,quod
in foro conſcientiæ tenere non poterat illud præ-
dium, nec fructus prædij: non autem dicit ſe non
poſſe illos retinere, & aliud eſt quod ipſa dicat con-
tractum eſſe vſurarium, aliud verò quod ab alijs mo
nitus fuerit eſſe vſurarium, atque ita differunt inter
ſe, quod aſſerat ſic eſſe, vel aliorum iudicium, & opi
nionem referat: qui enim refert alterius ſententiã,
non dicitur fateri,argum. Authen. Si quis in aliquo,
C. de edend. opinio autem vnius non facit contra-
ctum vſurarium. Reſpondeo etiam, quod non dici-
tur monitum eum fuiſſe, quod contractus eſſet vſu-
rarius, ſed quod non poterat retinere prędium, &
fructus ſine onere conſcientiæ: hoc autem onus po-
terat prouenire ex alio quam quod contractus eſſet
fœneratitius, ideo confeſſio non eſt concludens,nec
17 certa, & conſequenter non præiudicat, † cap.ſi cau
tio,de fide inſtr. Caſtr.in conſil.274. col.2. verſ.prę-
terea ex alio capite, vol.1. Crauet. in conſil.157.nu-
me.9. & hoc etiam voluit in confeſſione vſurarum,
quando non agitur de animæ ſalute. Anch.in conſil.
179.num.5.imò potuit fuiſſe vſura mentalis, & non
18 actualis, quæ etſi ad reſtitutionem obliget,† cap.cõ
ſuluit, de vſur. Nauar. in ſuo Manuali,cap.17. num.
208.& cap.23. num.102. tamen non punitur in foro
fori, in quo de mente ſola non cognoſcitur. Rurſus
reſpondeo, quod an contractus ille eſſet, vel non eſ-
ſet vſurarius, hoc pendebat à iure, non autem à vo-
luntate, ſeu facto Domini Benedicti qui eum cõtra-
ctum non fecerat: propterea confeſſio circa ea quę
iuris ſunt,& a confitentis poteſtate non dependent,
19 confitenti non nocet. † l.confeſſionibus, ff.de inter-
rog.actio. Roman.conſi.260.colum.2.Crauet.in con
ſil.93.nu.1. Becius conſil.55.nu.32. Poſtremo dico,
quod confeſſio, quæ fit pro exoneratione conſcien-
tiæ,non probat ad effectum vt confitens pro delicto
20 confeſſato puniri poſſit, † vt per Ioan.Andr. in cap.
fin. de tempor.ordin.vbi vult,quod ſi per teſtes pro-
betur aliquem confeſſum fuiſſe pro exoneratione
conſcientiæ delictum confeſſori, non per hoc ille pu
niri poterit. Felin.in cap.denique, nume.3.de excc-
ptio. vbi allegat alios. Maſcard. concluſ.377. nu.3.
Farinac.criminal. quæſtio.51.nume.97.& ratio eſt:
quia talis confeſſio fit Deo, non parti, vt per Bald.
in l. Archigerontes, C.de Epiſcop.audien. & quam-
uis loquantur prædicti in confeſſione ſacramentali,
tamen

tamen idem eſt in ea quæ ſit pro exoneratione conſcientię, etiam extra ſacramentum, quia etſi ad ligandum ſacerdotem conſideretur ſacramentum, tamen quoad teſtes ſolum conſideratur quod facta ſit confeſſio in foro animæ & factum ad vnum finem, trahi
21 non debet ad alium diuerſum, † ſicuti dicimus, quod confitens ſe mutuo centum habuiſſe ab vno, cum ab alio ob eam cauſam moleſtatus ſe excuſaret, non obligatur ex tali confeſſione, quia agebat ſolum de ſe excuſando à tertio. Salic. in l. 1. col. 8. C. de confeſſ. vbi fortius loquitur in ciuilibus, & quando pars eſt præſens. Marſ. ſing. 464. in fine. Tiraq. in tract. res inter alios acta, in 1. limit. circa finem, verſic. & id quidem vſque adeo; ſic in propoſito, confeſſio Benedicti tendebat ad alium finem, ideo non nocet.

Poſito tamen quod ea probaret & noceret, eſſet tamen extraiudicialis, & abſente parte, quæ, vt ſupra dictum eſt, non ſufficit ad condemnandum, & omni caſu per mortem Benedicti extinctum eſt crimen, & contra hæredem inquiri non poteſt. Nec obſtat quod ſtante decreto Ducali per quod pœna infligitur ipſo iure & facto, poteſt de crimine cognoſci poſt mor-
22 tem delinquentis quoad pęnam conſequendam, † vt voluerunt infiniti Doctores, qui citantur à Gomeſ. de delict. in cap. 1. num. 80. verſic. ſextus caſus. Clar. §. fin. quæſt. 61. numer. 14. Peregrin. de iure fiſci, lib. 4. titul. 5. num. 7. Farinac. quæſt. 10. num. 68. Reſpondeo enim, quod eo quoque caſu ante mortem delinquentis neceſſaria eſt declaratoria facti, quæ non poteſt
23 ferri eo mortuo, † vt in terminis voluerunt Iaſ. & Dec. in l. 3. §. quod autem, ff. quod quiſque iuris. Bald. Imola, Barbat. Iaſ. Cur. & Ripa, quos ſequitur Gabr. com. opin. lib. 7. concl. 35. num. 17. Curt. ſen. in conſil. 60. Plot. conſil. 132. num. 7. volum. 1. conſil. crim. diuerſ. Burſat. conſil. 77. num. 22. & ita ſeruari in Ducatu Mediolani atteſtantur Boſſius in titul. de accuſat. num. 34. & Clar. d. quæſt. 51. num. 14. & non eſt verum, quod id proueniat vigore decretorum illius patriæ: nam de illis decretis nullum verbum faciunt præcitati duo Doctores. idem ponit Boſſ. in titul. de pœnis, num. 34. & quamuis Farinac. d. quæſt. 10. num. 70. poſt Peregrin. & alios dicat communem eſſe in contrarium, tamen ſi diligenter videantur Doctores in aduerſum citati, non dicunt quòd declaratio fieri poſſit poſt mortem, ſed dicunt, quod pœna tranſit ad hæredem, verum non aperiunt ſi ſit neceſſariam declaratoriam præceſſiſſe viuente reo, atque ita redduntur diuerſæ non contrarię ſententię: communis enim loquitur, quando declaratio præceſſit. dictum verò Iaſ. & aliorum attenditur, quando non præceſſit. Prętere a, Doctores ferè omnes in contrarium citati, loquuntur, quādo reus iam erat delatus & inquiſitus, imò multi, quando iam erat damnatus, & pendebat appellatio; nos verò in eo qui non fuit vnquam vocatus, nec accuſatus, qui caſus eſt minus dubius. ſic videmus, quod etſi emphyteuta cadat ab emphyteuſi
24 ob canonem non ſolutum, & id fiat ipſo iure, † Butr. & alii, in c. potuit, locat. Iaſ. l. 2. num. 12. C. de iure emphyt. Corb. de cauſ. priuation. ob non ſolut. canon. ampliat. 45. in princ. tamen declaratio fieri non po-
25 teſt contra emphyteutam defunctum. † Cuman. conſil. 164. num. 3. quem ſequuntur communiter Doctores, ſecundum Corbul. d. ampliat. 45. num. 17. idem eſt quando cadit ob alienationem factam irrequiſito Domino, gloſ. in l. fin. C. de iure emphyt. Clar. de emphyt. quæſt. 13. Becius, conſ. 9. num. 8. vbi idem dicit in vaſallo qui feloniam commiſit, & tamen cum ius deſcendat ex contractu, deberet licere magis domino contra hęredem vaſalli proſequi caducitatem, quam in caſu delicti, cum in contractibus ius decla-
26 randi tranſeat ad hæredem & contra hæredem. † Innoc. in c. fin. ver. tacuit, de donation. Becius d. conſ. 9. num. 14. Gabriel. d. concl. 35. numer. 14. Et optima eſt doctrina Gemin. in cap. Felicis, in princip. de pœni. in ſexto, poſt Innoc. ibi, vult enim, quod tunc pœna tranſeat ſine declaratione, & declaratio non ſit neceſſaria ante mortem quoad effectus qui non requi-
27 runt aliquam facti executionem, † vt in pœna infamiæ, & quod poſſit impunè quis occidi, & alijs ſimilibus, ſecus quando effectus exigit factum aliquod, puta confiſcationem, apprehenſionem, vel ſimilem actum. ſequitur Iaſ. in d. §. quod autem, & hoc modo conciliantur contrariæ ſententiæ. ſicuti enim Dominus non poteſt ſuam voluntatem declarare contra emphyteutam defunctum, ita nec fiſcus contra delinquentem mortuum. quare reſpectu Domini Benedicti procedi non poteſt contra D. Mariam eius matrem & hæredem, præcipuè, cum agamus de cauſa criminali, & infligenda pœna, eſſet enim nimis rigoroſum, ita vt non mirum ſit, ſi Mediolani Dux erubuerit ob ſimilis decreti tam duram intelligentiam, & clamauerit Mediolanenſis populus, vt refert Boſſius d. tit. de pœnis, nu. 34.

Sed vbi prędicta non ſufficerent pro huius capitis & quæſtionis plenaria defenſione, vnum eſt quod ſolum omnia præcedentia eneruat: nam quod contra hæredes inquiri poſſit de crimine quoad pęnam imponendam, non iure communi eſt diſpoſitum in materia vſurarum, quemadmodum fiſcus concedit, ſed decreto Ducali ſtatutum fuit, quo pęna ipſo iure & facto imponitur. decretum autem prædictum nihil dicit de hęrede qui ratum habeat vſurarium contractum à defuncto celebratum, vel qui perſeueret in exactione vſurarum conuentarum cum defuncto, ſed in eos dirigitur qui dant vel mutuant ad vſuram, vel qui pactum vel contractum faciunt & ſimulatum, quæ verba hæredi minimè conueniunt: nam ille nihil dedit vel mutuauit ad vſuram, nullumq; fecit contractum fictum aut ſimolatum. Cum ergo ei verba decreti non conueniant, ipſa quoque diſpoſitio non
28 aptabitur, † l. quarta, §. toties, ff. de damn. infect. Bal. in l. illam, in princip. C. de collation. Roman. in conſil. 434. in primo dub. Decius in conſil. 669. numer. 6. & ſeqq. & hæres licet cum legatarijs quaſi contrahat, §. hæres, Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi contract. l. ex maleficijs, §. hæres, ff. de action. & obligat. cum creditoribus tamen nó dicitur contrahere, nec quaſi contrahere, ſed ex contractu geſto cum defuncto
29 conuenitur, † vt declarat Bart. in l. de eo, in princip. poſt gloſſ. ibi, ff. de iudic. Cumanus conſil. 176. colum. 2. Decius in l. qui cum alio, ff. de reg. iur. num. 7. & quamuis hęres cenſeatur eadem perſona cum defuncto, §. primo, in Authen. de iureiuran. à morient. præſtito, tamen hæc eſt per fictionem, quia verè alia
30 eſt perſona hæredis alia defuncti. † Gemin. in capit. 2. in fin. de iuramen. calumniæ. Dec. in l. hæredem, in princip. de regul. iur. & ideo in materia ſtrictè verè & propriè interpretanda, hæres non reputatur ea-
31 dem perſona cum defuncto, † vt probatur in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de verborum obligation. vbi Din. Bartolus, Imola, Caſtrenſ. & alij notant. Decius dicta l. hæredem, numero primo. & ibi Cagnol. numero duodecimo. in ſtatutis autem verba ſunt
32 intelligenda ſtrictè, † & propriè, l. tertia, §. hæc verba, ff. de negot. geſt. Baldus in conſil. 2. numer. 6. volum. 2. multos cumulat Becius in conſil. 53. numer. 4. hac ratione Bald. in l. 1. column. fin. C. de executio. rei iud. dixit, quod ſi pro executione facta con-

tra condemnatos, Poteſtas conſequi poteſt decem,
non ea habebit ſi facta eſt executio contra hæredem
condemnati. ſequitur & notabilem deciſionem ap-
pellat Socin. in conſ. 293. nu. 2. vol. 2. quod eſt repeti-
tum in conſ. 24. num. 8. vol. 3. Brun. in tract. de ſtatut.
in ver. hæres, ibi, ſtatutum dans præmium. col. 1. Dec.
d. l. hæredem, num. 1. eadem ratione Ang. in l. poſtu-
lante, ff. ad Trebellia. inquit, quod ſi ſtatutum man-
dat promiſſorem poſſe carcerari pro debito, non ſer-
uatis ſolennitatibus iuris ciuilis, non poterit carce-
rari hæres, quia ipſe nihil promiſit, ſed promiſſori
33 acceſſit: † ſecus, ſi ſtatutum dicat quod debitor car-
ceretur. Socin. conſ. 120. num. 18. volum. 1. vbi addit,
quod ſtatutum loquens de contrahente, non verifica
34 tur in hærede, † qui non dicitur contraxiſſe, niſi per
fictionem, quæ non habet locum in ſtatutis. Idem So-
cin. in conſil. 293. num. 2. & 3. volum. 2. & in conſi. 24.
num. 6. volum. 3. vbi dicit hoc etiam locum habere in
pacto. Rebuff. de liter. obligat. artic. 3. gloſſ. ſecunda,
nu. 25. vbi ait, quod ſtatutum loquens de contrahen-
te, non obligat eius hæredem. Brun. in dicto tractat.
in verſic. hæres, colum. 5. verſic. ſtatutum loquens in
promiſſore. Alexand. in dicta l. poſtulante, numer. 7.
Decius dicta l. hæredem, nu. 2. qui ambo loquuntur,
quando ſtatutum loquitur de promiſſore. Ruin. in
conſ. 143. num. 15. vol. 5. Benedictus de Barzis, in tra-
ctat. guarentig. in prima parte, quæſt. 9. Cum igitur in
præſenti facto Ducale decretum loquatur de eo qui
dedit, & mutuauit ad vſuram, vel fecit contractum
vſurarium, verificari non poteſt in hærede. Hac ipſa
ratione Ancharan. in conſil. 244. concludit, quod ſta-
tutum denegans audientiam vſurario, non habet lo-
35 cum in hærede: † quia loquitur de perſona reſpectu
certæ qualitatis, ergo non habet locum in hærede in
quo ea qualitas non concurrit, vt in caſu noſtro, vbi
decretum loquitur de eo qui contractum facit vel
dat mutuum, quæ non conueniunt hæredi. Cagnol.
idem tenet in dicta l. hæredem, num. 13. & Rebuff. di-
cta gloſ. ſecunda, num. 26. & hæres nunquam includi
tur in ſtatuto, quod reſpicit certam qualitatem per-
ſonæ: quia hæres dicitur per interpretationem ea-
dem perſona.

Ea igitur decreti diſpoſitio, qua ſtatuitur, quod
ipſo iure & facto pœna committatur per eum qui de-
dit mutuum vel fecit contractum vſurarium, non ha-
bet locum contra hæredem mutuantis: quia is neque
contractum fecit, neque mutuum dedit; propterea
contra Dominam Mariam vt hæredem Domini Be-
nedicti decretum à Magnificis iudicibus Ducalibus
in hac cauſa promulgatum vires ſuas non extendit,
& conſequenter ceſſabit omnis moleſtia: nam ſtatu-
tum eſt pœnale & odioſum, & correctorium iuris cō-
munis, præcipuè, dum vult, quod pœnam incurrat
quis ipſo iure, ita, quòd hæres poſſit accuſari quoad
pœnæ exactionem.

Tertia quæſtio ex ſuperioribus facilem recipit ſo-
lutionem, quia ſi contractus principalis vſurarum
vitio non laborat, fruſtra quærimus an Domina Ma-
ria puniri poſſit, eo quòd illum ratificauerit: quia
quod non eſt, ratificari non poteſt, l. ciua qui in pro-
uincia, ff. ſi cert. petat. & non poteſt puniri aliquis de
auxilio præſtito ad delinquendum, niſi conſtet deli-
36 ctum eſſe † commiſſum, Bartol. in l. ſi is qui, §. ſi in Ti-
tium, ff. de furt. Anchar. in conſil. 216. in fine. & pro
mandato ad occidendum non punitur niſi appareat
37 quod mandatarius occidit. † Ruin. conſ. 6. num. 11.
volum. 5. dixi in conſil. 40. num. 9. & ſicuti reſeruatio
38 nihil operatur, quando nihil eſt reſeruabile, † Angel.
iol. ſi quis legauerit, ff. de leg. primo, & in l. ſcriptu-
ras, nu. 3. C. qui potior. in pignore habean. Becius qui
multis probat, conſil. 34. num. 23. ita ratificatio non
nocet ſi nihil extet quod ratificari poſſit.

Reſpondeo etiam, quod ſi contractus fuiſſet fœne-
ratitius non tamen potuiſſet induci eius ratificatio
ex actibus geſtis per D. Mariam, niſi probato prius
39 quod ſciret illum eſſe talem, † vt probaui in conſ. 28.
num. 118. & dixi in prioribus ſcriptis, in verſ. quine-
tiam non fat fuiſſet. Crau. conſ. 772. num. 6. conſ. 871.
num. 14. Addo etiam, quod expreſſa ratificatio non
noceret: quia nō poteſt ratificari à me quod meo no-
mine fuit geſtū, c. ratum, de reg. iur. in ſexto. & quam-
uis id fieri poſſit ad præiudicium ratificantis, in con-
tractibus, tamen in delictis non punitur qui ratificat
40 actum ab alio factum nō nomine ratificantis. † Cin.
in l. non ideo minus, C. de accuſat. Anchar. in c. rati-
habitionem, col. 3. ver. nota vt dixi, de reg. iur. in ſex-
to, & eſt doctrina Bart. in l. 1. §. ſed etſi cum quis, ff. de
vi & vi armata, de qua latè ponit Oſaſc. in deciſ. Pe-
dem. 138. num. 17. & 18. Crau. in eodem illo facto, in
conſ. 595. num. 9. ſtantibus itaque prædictis, nihil eſt
quod Dominæ Mariæ criminis loco imputari poſſit.

Et non obſtat quod ſciret actum fuiſſe vſuratium,
ex quo fatetur quod D. Lazarus vir ſuus dederat D.
Furno pecuniam mutuo, & quod D. Furnus eidem
Lazaro agrum locauerat, nam per hoc ſicuti non pro
batur contractum eſſe vſurarium, iuxta ſuperius de-
ducta, ita non reſultat ſcientia quod ſit vſurarius: a-
lia enim requiruntur ad conſtituendum & efficien-
dum contractum vſurarium, quam quòd præceſſerit
mutuum & locatio prædij: & duo illi contractus ex-
pediri poſſunt ſine vſurarum labe, vt probaui in prin
cip. ergo qui ſcit contractus ſic fuiſſe geſtos, non di-
citur ſcire vſuram eſſe commiſſam; ſcientia enim
ad inducendum ratificationem actus, debet eſſe cer-
ta, ſpecifica, & talis, quæ non poſſit tergiuerſari, vel
41 ratione aliqua excuſari, † ſecundum gloſ. in cap. con
certationi, in verſic. ſciuerit, de appell. in ſexto. pro-
baui in prioribus ſcriptis, num. 28. verſic. quinetiam,
vbi retuli Oſaſc. & Becium allegantes multos alios,
& non ſufficit ſcire factum, niſi etiam iuris interue-
niat ſcientia, Bal. in conſ. 322. colum. 2. verſic. præte-
rea quod magis, vol. 2. Crau. d. conſ. 72. num. 6. cum
itaque ſcientia non eſſet certa, nec explicita, non no-
cet. & in promptu eſt ratio: quia delictum non præ-
ſumitur, ſed cōcludenti & neceſſaria probatione de-
monſtrari debet. & eſt generale, quod in criminali-
bus probationes debent eſſe luce meridiana clario-
res, l. ſciant cuncti, C. de probation. & in dubio fit in-
terpretatio per quam excludatur delictum, l. merito,
ff. pro ſocio.

Similiter, ſcientia non probatur ex eo quod Domi
nus Benedictus dixerit ſe non poſſe tuta conſcientia
fructus agri percipere, quia id non legitur dictum
in inſtrumento producto, ſed hoc ſolum quod fuit
monitus ſe non poſſe illæſa conſcientia: hæc autem
monitio quæ ignoratur vnde venerit, non operatur
quòd contractus ſit vſurarius: quia propter noſtrum
affirmare, vel negare, nihil in re ponitur, vt inquit
Philoſophus. & confeſſionibus iuris conſtitutio non
mutatur, l. confeſſionibus, ff. de interrog. actio. &
homo non poteſt facere quòd ſit delictum, vbi non
42 eſt. † Angel. in conſil. 22. colum. fin. Roman. in conſil.
113. colum. 2. verſic. quinimo idem euidenter. Crau.
d. conſil. 595. num. 9. & non tenetur quis alteri cre-
43 dere niſi veritas aſſertionis aliter oſtendatur. † l. ſi
quis inficiatus, vbi Bartol. ff. depoſiti, l. nomen, C. quæ
res pignor. obl. non poſſ. Doctor. in l. quod te, vbi
Bartol. in princip. Socin. numer. 50. Iaſ. numer. 35.

Butigell.

Digitized by Google

Butigell.nu.67. & Parpal.nu.26.ff.ſi cert. peta.Bero.
conſil.62. num.5.vol.1.Natta in conſil.348.nume.2.
Clarus, §.homicidium, nu.62. vbi poſt multos alios
infert ad notabilem quæſtionem de bannito,qui di-
cebat ſe obtinuiſſe gratiam.Crauet.in conſil.366.nu
me.2. & non bene infertur, dictum fuit Benedicto,
quod contractus erat fæneratitius, ergo erat talis.
Et ſi dicatur, quare ergo Benedictus mandauit hoc
reſolui arbitrio eorum quos elegit: reſpondeo, cau-
tè & prudenter illum egiſſe, cum enim de ſalute ani
mæ ageretur, voluit ſe ab omni labis ſuſpicione pur
gare,& tutiorem partem eligendo, cõmittere, quod
veritas diſcuteretur à probatis illis viris. Reſpon-
deo ſecundo, quod ſi ex eo dicto Benedicto reſulta-
ret probatio, quòd contractus eſſet illicitus, adhuc
non inſurgeret probatio quod Domina Maria ſci-
uiſſet contractum talem eſſe; non enim legitur illam
fuiſſe præſentem quando inſtrumentum illud fuit ce
lebratum: & in dubio præſentia non præſumitur,
44 ſed ab eo probari debet qui ſe fundat in ea,† vt poſt
Bald. voluit Ang. in l. præſcriptione, C. quibus non
obſt.long.tempor. præſcript. Crauet. conſil. 240.co-
lum.2. Menoch. conſil.288. num.24. latius in tract.
præſumpt. lib.6. præſumpt.18. vbi multos citat, id
quod multo magis procedit, quando agitur de deli
cto: nam ſicuti ad euitandum delictum præſumitur
45 præſentia quæ alioquin non præſumeretur, † vt poſt
Caſtr. ponit Menoc. d. lib.6.præſumpt.14. in fi. & d.
præſ.18. in 1. limit. ita non debet præſumi quando
ſi præſumeretur præſentia, induceretur delictum.
ceſſante igitur præſentia, ceſſat quoque ſcientia de-
ducta. Rurſus vbi etiam Domina Maria fuiſſet præ
ſens, non tamen per hoc inferri poſſet, quod intelle
xerit ea quæ tunc dicta ſunt: quia poſſunt ſimul ſta-
re quod fuerit præſens, & non aduerterit ad ea, quæ
dicebantur, & potuit caſu & aliud agens adfuiſſe,
46 vnde præſentia non infert intelligentiam, † l.1.§.fin.
vbi Bart. ff.de author.tutor. Bald.in l.2.§.fin.ff.ſolut.
matrim. Alex. conſi.180. num.1. verſic. & licet ipſe
teſtis, volum.2. Barbat. conſil.1. colum.6. volum.2.
Felin.in cap.cum cauſam, il primo, colum.7.verſic.
iſta tamen limitatio, de teſtibus. Crauet.conſil.281.
col.4.in princ.Grammat.conſil.crimin.19.num.2. &
ideo cum teſtis dicit aliquem præſentem, non pro-
bat quod intellexerit: quia vbi de alicuius tertii præ
ſentia agitur, nõ infertur ad intelligentiam,vt poſt
Crot.Alciat. & alios, ponit Butig. in l.1.§. qui præ-
ſens,num.7. ff.de verborum obligation. Cum igitur
neque præſentia ſit probata,nec intelligentia præſu
matur in præſente, ceſſat argumentum in contrariũ
adductum,id quòd multo magis admitti debet cum
agamus de delicto & pęna, iuxta ſæpius ſupra repe-
tita,& circumſcripta huiuſmodi ſcientia, fruſtrato-
rium, & ſuperfluum eſt ingredi articulum, an pro
ſola negligentia, vel conſenſu puniri poſſit Domi-
na Maria.

Ad abundantẽ tamen cautelam ne quid ad defen
ſionẽ innocentis mulieris deſiderari poſſit,dico pro
declaratione totius materiæ aduertendum eſſe,quia
aliud eſt in foro conſcientiæ, aliud in foro iudiciali.
Secundo aduertendum eſt,nos agere de delicto iam
perfecto,ſi tamen ſupponamus vſurarium fuiſſe con
tractũ à principio geſtum inter Do.Lazarum & Do.
Furnum,non autem de delicto faciendo. His ſtanti-
bus, ſola ſcientia non punitur, etiam ſi quis prohi-
bere cum potuiſſet, non prohibuit. idque eſt gene-
rale in omnibus criminibus: licet aliud ſit in crimi-
47 ne hæreſis, & læſæ maieſtatis. † gloſ.1. in l.is culpa
caret, ff.de regul.iur. & eſt communis opinio, vt la-
tè per Clarum in §. fin. quæſtion.87.num.1. & 3. Me-
noch.de arbitra.iudic.caſu 355. num.7. latiſſimè po-
nit Farinac.quæſtio.51.num.4.vbi ampliant etiam ſi
quis poſſet commodè & ſine periculo impedire ne
delictum committeretur, licet in foro animæ aliud
ſit: quinimo in læſa maieſtate is ſolum tenetur pro
ſcientia, qui eſt ſubditus, non autem qui alterius iu-
riſdictioni eſt ſubiectus. Angel. de malefic.in verſic.
che hai tradito la tua patria. num.31. Gigas de læſa ma-
ieſt.lib.3. titul.de pluribus & var.quæſtion.in ſecun-
da quæſtio.in fine. alios citat Farinac. d. quæſtio.51.
nume.79. Decian.in tractat. crimin.lib.7.capitu.34.
num.18. & non ſolum ſimplex ſcientia non punitur,
ſed nec etiam ſi accedat conſenſus ſimplex & nu-
48 dus, † vt poſt alios declarat Clarus d. quæſtion.87.
num.4.quinimò, ſi commiſſo delicto non ſolum con-
ſenſus interueniat,ſed actus etiam aliquis poſitiuus,
puta gaudeo, ſeu lætor, vel feſtum facio, non per hoc
puniri poteſt conſentiens, ſecundum Salic. in l. non
ideo minus,C.de accuſat.Angel.de malefic.in verſic.
Sempronium mandatorem,num.34.Decia.in d. tra-
ctat.lib.9.cap.38 num.7. & prædicta procedunt ſine
aliqua hæſitatione, adeo quòd non opus eſt longa
comprobatione.

Nec reſiſtit quod in crimine vſurarum agentes
& conſentientes teneantur: nam hoc verum eſt in fo-
ro conſcientię,& quoad reſtitutionem vſurarum,non
49 autem quoad hoc vt † puniantur. ita loquuntur Ar-
chid. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Innoc. & alij, quos citat
& ſequitur Laurent. de Rodulph. in cap. conſuluit,
num.81.de vſur. alios addit Nauarr.in ſuo Manuali,
cap.17.num.267. & ſequen. vbi idem dicit in vxore,
puniri tamen eos qui opem præſtiterunt exactioni
vſurarum nemo dicit.propterea ceſſat argumentum.
Alexand. de Neuo, in conſ.101.num.18. aliud enim
eſt quod criminaliter puniatur, aliud verò quòd ad
reſtitutionem teneatur.

Minus aduerſatur quod Domina Maria pro con-
ſenſu obligetur triplici ex capite: nempe negligen-
tiæ, authoritatis, & cooperationis: quia nullum ho-
rum verificatur: non quidem primum, quia illud lo-
cum habet ſolum quando quis tęnetur obuiare deli-
cto, ne contingat ei prohibere ne malum fiat, vt in
domino,ſeruo,patre,filio,officiali,& ſubdito, ac alijs
50 ſimilibus, † vt per Clarum dicta quæſtio.87.num.4.
Oſaſc. deciſio. Pedemont.138. num.6.20. & ſequen.
latè Farinac.quæſtion.51.num.26.ſed hoc non poteſt
facto noſtro applicari: quia tempore quo Dom. La-
zarus fecit hunc contractum, non poterat impediri
à Domina Maria, nec ea poterat obuiare ne faceret.
& Doctores omnes loquentes de conſenſu puniendo
propter negligentiam, loquuntur quando negligen-
tia verſatur circa delictum committendum, non cir-
ca iam commiſſum, niſi ſit officialis qui non puniat,
cum poſſit punire.Sed hoc caſu non eſt conſenſus ne-
gligentiæ,ſed authoritatis,& defenſionis,vt per Cla-
rum,d. quæſtion.87.num.4. & quamuis hæres tenea-
tur defuncti conſcientiam exonerare, & exactas ab
51 illo vſuras reſtituere, † ſecundum Doctores,in cap.
tua nos, de vſur. Vaſq.illuſtr. controuerſiar. cap.96.
num.27.non tamen puniri poteſt ſi id non faciat, ſi-
cuti, nec punitur vxor quæ de vſuris extortis à ma-
rito viuit.Nauarr.dicto capitu.17.numero 268.& in
toto iure nullibi reperitur, quod pœna plectatur,
qui vſuras non reſtituit: ideo quòd iure non reperi-
tur cautum, non eſt nouis inuentionibus præſumen-
dum. Archid.in procem.ſexti,in verſic. ſacroſanctæ.
Becius conſil.35. num.4. aliud igitur eſt quod negli-
gat quis vſuras reſtituere quãuis teneatur, aliud ve-

rò quod negligat obuiare delicto commitendo quan
do tenebatur impedire; nam poſt commiſſum deli-
ctum negligentia aſcribitur authoritati & defenſio-
ni, de quibus infra dicam: qui enim poteſt prohibere
ne fiat, videtur mãdare quòd fiat, ſi tenebatur impe-
dire, l. ſemper qui non prohibet, ff. de reg. iur. & præ-
ſtat hoc indicium occultæ ſocietatis, cap. non in in-
ferenda, 23. quæſt. 3. latè Fariuac. d. quæſt. 51. in princ.
non ſic in eo qui poſt factum negligit.

Quòd verò Domina Maria punienda ſit eo quod
defendendo cõtractum celebratum à marito ab im-
picto vſurarum crimine, videatur conſenſum autho-
ritatis actui illicito præſtare, affirmari non poteſt in-
columi pudore. Et ſanè quiſquis ille fuerit qui pro
fiſco ſcripſit, non modicam mihi hac in re admira-
tionem iniecit, quamuis alioquin non niſi eruditus,
& egregius ſit Iuriſconſultus, nomen enim ſupreſ-
ſum mihi fuit. authoritas enim & defenſio conſide-
ratur ſolum in eo qui gerit officium, cum quærimus
an defendendo ſit pœna dignus temporali, vt apud
Clarum loco præcitato. gloſ. autem in cap. 1. de offic.
delegat. & text. in cap. qui conſentit, 11. quæſtion. 3.
loquitur in pœna ſpeciali. præterea, in præſenti caſu
Domina Maria ſe ipſam defendit, dum tuetur con-
tractum tanquam licitum, & agit de intereſſe pro-
prio. & dum dicit maritum ex proceſſu non probari
vſurarium, rectè agit, ſicuti licet aduocato & procu-
ratori pro hæretico dicere, quòd ex proceſſu non cõ-
ſtar illum eſſe hæreticum, licèt non poſſit regulariter
52 quis hæreticum defendere, † vt poſt Affl. ponit Cla-
rus in §. hæreſis, num. 19.

Nec magis pertinent ad rumbum quæ ex eodem
fonte adducuntur de conſenſu cooperatiuo: nam is
dicitur cooperari vel cooperatiuum conſenſum præ-
ſtare qui actui dum fit cõſentit vel auxilium & opem
fert vt fiat, aliàs enim qui commiſſo iam delicto au-
53 xiliatur, non propriè dicitur auxilium ferre, † vt poſt
Bart. dicit Clar. in §. fin. quæſt. 90. nu. 2. & cooperari
ſignificat ſimul & eodem tempore operari, & qui ex
interuallo perfecto iã delicto aliquid facit per quod
delinquens remaneat impunitus, nõ dicitur coope-
rari delictum: quando autem inquirit iudex de au-
xilio contra eum qui poſt delictum aliquid facit pro
liberatione rei delinquentis, eo tendit, vt illum con-
uincat fuiſſe à princip. conſcium & participem illius
delicti, atque ita tanquam talem puniat, vt per Cla-
rum, d. quæſt. 90. num. 2. ſed hoc non poteſt in mate-
riam vſurarum cadere, quia ea tendit principaliter
ad commodum & vtilitatem ſolius delinquentis, nõ
autem ad iniuriam tertij. eaque ratione non datur
ratificatio, quia nullus alius præter ipſum contra-
hentem commodum ſentit, vt in ſtupro, adulterio,
& ſimilibus. ſecus autem in ijs quæ principaliter ten-
dunt ad tertij iniuriam, in quibus cadit ratificatio.
Clarus d. quæſt. 87. nu. 5. qui à principio delicta po-
terant per eum fieri qui poſtea ratificauit: at in vſura
non poterat ab vxore fieri à principio, cum à marito
facta eſt: nec eiuſdem actus plures eſſe poſſunt autho
res, ſicut in furto, homicidio, & alijs.

Præterea iſta cooperatio non fuit probata: nam
quòd curauerit fieri ſibi apochas de receptis, mini-
ſterio Domini Aduocati Codebouij, nullibi con-
ſtat, vt ſatis per me in prioribus ſcriptis explana-
tum fuit, adeo, vt non ſit propoſitum dicta repete-
re; quod autem apochas ſolutionum factarum à
Domino Furno in fauorem Domini Benedicti fi-
lij Domina Maria produxerit, hoc non probat quod
fuerit cooperata ad vſurarium contractum: quia
imò apochæ illæ tendunt ad demonſtrandum vſu-
ræ vitio non laborare contractum: quia ſi pro præ-
dio conducto ſoluta fuit penſio, verum non erit quòd
Dominus Benedictus gauderet prædio pro ſcontro
mutui facti, benè concluderet argumentum ſi con-
ſtaret apochas eſſe ſimulatas: ſed in dubio præſu-
54 muntur veræ, & non præſumitur ſimulatio, † l. quã-
uis, vbi Bald. C. ſi quis alteri vel ſibi. Cuman. in con
ſil. 41. Dec. conſil. 491. nume. 4. Becius conſil. 52. nu-
me. 1. vbi latè. demum ex eo quod perſeueret in gau
dimento agri & fruitione prædij, non inducitur con
ſenſus cooperatiuus: quia, vt ſæpius repetitum eſt,
ſi fructus agri percepit, id fecit non pro ſcontro pe-
cuniæ mutuatæ aut eius vſus, ſed titulo conducti &
pro hærede, agrum enim inuenit in hæreditate viri
& filij, & gaudimentum non infert vſuram, niſi pro-
betur quod actus fuerat vſurarius, quod ipſa ſciebat
eſſe talem, & quòd voluit fructus ſibi compenſari cũ
vſu pecuniæ. ſed de his nihil in proceſſu; quocirca
non poteſt concludi quod in cauſam vſurarum fru-
ctus habuerit.

Nec erit locus iuramento ſuppletiuo in defectum
probationis, vt pro fiſco ſcribens conatur probare:
nam etſi in cauſis criminalibus ſit locus iuramen-
to ſuppletiuo, quando imponenda venit pœna pe-
55 cuniaria, † ſecundum Iaſ. in repet. l. admonendi, nu
me. 225. ff. de iureiurando, vbi refert Roman. Butr.
& Alexan. ſic tenere Clar. §. fin. quæſt. 63. num. 3. cum
alijs multis, tamen procedit, quando pœna eſt mo-
dica, ſed vbi eſt magna, tunc in criminalibus non
eſt locus iuramento. ita reſoluit Crotus in tractat.
teſtium, num. 108. cauſa autem hæc magna eſt, quia
excedit aureos termille, ſecundum fiſci intentio-
nem qui vellet pro pluribus delictis non ſolum pa-
trem, & filium, ſed etiam vxorem punire. Secundo
reſpondeo, quod in cauſa vſurarum non ſolum agi-
tur de pœna pecuniaria, ſed etiam de alijs pœnis
56 grauioribus: nam vſurarius eſt infamis, † l. impro-
bum, vbi glo. Bart. & alii, C. ex quibus cauſ. infam. ir-
rog. cap. infames, §. porro, 3. quæſt. 7. Abb. in cap. in-
ter dilectos, num. 2. de exceſſib. prælat. Decian. in tra
cta. criminal. lib. 4. cap. 27. num. 3. Lupus à S. Gemin.
in cap. quanquam, in 4. commen. in præfatio. num. 2.
vbi latè agit referens alias pœnas. hæc autem infa-
miæ pœna ſuperat omnem pecuniariam: quia ho-
57 nor vitæ anteponitur. † Barbat. conſ. 47. num. 29. vo
lum. 1. Iaſ. in l. reprehendenda, in 3. notab. C. de in-
ſtit. & ſubſtit. probat latè Farinacius in tract. crimi.
quæſt. 15. nu. 6. & ideo pœna infamiæ reputatur cor-
58 poralis. † Addit. ad Abbat. in c. afferte, de præſumpt.
Boſſius in tit. de carcerat. fideiuſſor. relax. num. 8. &
hac ratione pœna mitræ, quia infamat, dicitur cor-
poralis. Caſtr. in l. ſeruum quoque, §. publicæ, nu. 8. ff.
de procurat. Zabarel. in conſil. 94. Clar. §. fin. quæſt.
70. Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. 80. nu. 41. Farin.
quæſt. 19. nume. 29. Omitto quod probatio non eſt
ſemiplena, nec vrgens qualis requiritur vt iuramen
to locus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Diſcretiui termini natura eſt excludere, & ſeparare.*
2 *Statutum correctorium iuris communis intelligi debet vt minus deroget iuri communi quam fieri poſſit.*
3 *Aduerſatiuæ dictionis natura eſt aduerſari præcedentibus in iure, & in facto.*
4 *Verba vbi non conueniunt, ibi nec diſpoſitio conuenire poteſt.*
5 *Promiſſio generalis non extenditur ad eos quibus facta fuit ſpecialis, præcipuè quando ſpecialis præcedit generalem.*

Obſer-

6 *Obſeruantia ſecuta declarat ſtatutum quæ ideo attenditur etiamſi ſtatuti verba repugnent, & nunquam cenſetur excluſa à ſtatuto.*
7 *Aequalitas vt inter filios etiam diuerſi matrimonij ſeruetur interpretatio fieri debet.*
8 *Verba vbi conueniunt conuenit etiam diſpoſitio.*
9 *Statuti intentio talis credenda eſt qualem demonſtrant verba etiamſi agatur contra piam cauſam.*
10 *Filij quamuis ex diuerſis matrimonijs nati, ſuccedunt matri æqualiter.*
11 *Statutum intelligi debet ſecundum ius commune in ea parte in qua illud non corrigit.*
12 *Feudum in aliqua parte alteratum, retinet in reliquis naturam ſuam.*
13 *Expreſſum in vna parte diſpoſitionis, cenſetur omiſſum in alia in qua ſi diſponẽs voluiſſet exprimere, id feciſſet prout in alia.*
14 *Dotatam excludens ſtatutum, licèt videatur excludere ſolum à ſucceſſione dotantis, tamen hoc fallit quando perſonas dotantes nominat alternatiuè, ſed perſonas de quarum ſucceſſione tractatur nominat copulatiuè.*
15 *Statuta de lucro dotis ſunt facta vt facilius viduæ viros inueniant.*
16 *Inducta in fauorem non debent in odium verti.*
17 *Tale non dicitur quod eſt tale ſecundum quid.*
18 *Diſcretiuus ſermo plurimum oſtendit loquentis intentionem.*
19 *Decima quæ de omni lucro debetur, non ſoluitur de hæreditate paterna.*
20 *Lucrum non reputatur id quod à futuro pendet euentu, & quod poteſt eſſe, & non eſſe.*
21 *Statuti pars vna aliam declarat.*
22 *Dictio vno modo accepta in vna parte diſpoſitionis, debet eodem modo intelligi in alia parte, quæ eſt dubia.*
23 *Participium quod reſoluitur in verbum præſentis temporis, & relatiuum reſtringit, & limitat diſpoſitionem cui eſt appoſitum.*
24 *Indefinita æquipollet vniuerſali etiam in ſtatutis.*
25 *Argumentum non rectè ſumitur ab eo quod eſt tale ſecundum quid, ad illud quod eſt ſimpliciter tale.*
26 *Alternatiuæ partem vnam ſufficit eſſe veram.*
27 *Pars vna dubia recipit declarationem ab alia, ſecus quando non eſt dubia.*
28 *Declaratio verſatur circa res dubias non circa claras.*
29 *Incluſio quo ad vnam rem, eſt excluſio quo ad alias.*
30 *Expreſſa diſpoſitio facit ſilere tacitam.*
31 *Veritati cedunt coniectura & præſumptiones.*
32 *Statutum iuris communis correctorium non debet intelligi ſecundum ius commune.*
33 *Aduerſatiua repetit omnes præcedentes qualitates.*
34 *Capere, accipere, vel percipere, ſunt verba directa quæ ſignificant propria auctoritate habere.*
35 *Legatarius particularis de vna re admittitur ad legatum generale pluribus factum de alia re.*
36 *Generalis prouiſio refertur etiam ad eos quibus fuit in ſpecie prouiſum, quando conſtat de voluntate diſponentis.*
37 *Specialem prouiſionem habens non excluditur à generali quando verba generalis prouiſionis non poſſunt verificari niſi referantur ad eos, quibus fuit ſpecialiter prouiſum.*
38 *Contrarietas, vel repugnantia ne inducatur, fieri debet omnis diſtinctio, & diuiſio.*
39 *Correctio ne ſequatur generale pactum reſtringitur.*
40 *Prouiſioni generali non derogatur per ſpecialem, vbi non extat contrarietas, nec ſuſpitio correctionis.*
41 *Determinatio æqualis non fit quando vnum determinabiliũ eſt fauorabilius altero, nec quando maior eſt ratio in vno quàm in alio.*
42 *Determinatio æqualis non fit quando vtraque determinatio eſt clara non autem ambigua.*
43 *Conſuetudo requirit maiorem partem populi, aliàs nocet ſolum ijs qui paſſi ſunt.*
44 *Obſeruantia ſecuta non attenditur quando ſtatutum clarè diſponit.*
45 *Declaratio propriè non dicitur quando vocabuli ſignificatio eſt certa.*
46 *Conſuetudo vbi ſimpliciter reprobatur cenſetur quoque ſublata futura conſuetudo.*
47 *Declaratio non dicitur ſed correctio, & nouæ legis inductio quando prior diſpoſitio eſt clara.*
48 *Aliqua, dictio, operatur quod terminus cui adijcitur accipiatur etiam ſecundum impropriam ſignificationem.*
49 *Expreſſum dicitur quod oculis corporeis legi poteſt, tacitum vero quod venit per interpretationem.*
50 *Aequalitatis ſeruandæ ratio non attenditur quando conſtat de contraria voluntate diſponentis.*

Lib. III. Conſ. Io. Petri Surdi.

CONSILIVM CCCCXXVI.

DIMIDIAM dotium Illuſtris quõdam Dominę Valeriæ Zobolæ ex Regienſi ſtatuto ſpectare ad Perilluſtrem Do. Aluiſium Zobolum eius ſecundum virum, nemo dubitat: ſed an filij prædicti Dom. Aluiſij participare poſſint in alia dimidia, & ad eam concurrere cum filijs eiuſdem D. Valeriæ ex Illuſtri D. Gabriele Pratonerio primo viro, dubitatur ex multis, & Primo, quia cum vna pars ſtatuti aliam declaret, & in prima parte includantur ſolum filij extantes tempore vltimarũ nuptiarum, non autem qui poſtea nati ſunt, vt denotat participiũ illud, tranſeuntibus, & habentibus filius, ita in ſecũda parte ſtatuti quæ loquitur de alia dimidia diuidenda inter filios primi, ſecũdi, & vlterioris matrimonij, non veniunt filij qui tempore contracti vltimi matrimonij non erant in rerum natura. Secũdo, quia ſtatutum diſcretiuè diſponit de filijs vltimi matrimonij, dum inquit dimidiam lucrari virũ pro filijs ſi habeat ex dicta vxore; & natura termini di-
1 ſcretiui eſt excludere & ſeparare, † vt in propoſito
Bal. conſ. 495. nu. 12. vol. 5. Rol. de lucro dotis, quæſt.
30. nu. 7. Phanuc. in eod. tract. glo. 5. nu. 39. verſ. decimus eſt caſus. Men. conſ. 4. nu. 15. Tertio, quia ſtatutũ
prædictum corrigit ius cõmune, dum plus tribuit filijs vltimi matrimonij, quam alijs, ergo intelligi de-
2 bet vt minus deroget iuri communi quam fieri † poteſt. Men. conſ. 187. nu. 31. verſ. tertius caſus. Riminal.
con. 391. nu. 34. Quarto ſtatutum poſtquam filijs vltimi matrimonij dimidiã dotis attribuit, diſponit de
alia dimidia, loquendo aduerſatiuè per dictionem,
verò, cuius natura eſt aduerſari præcedentibus in iu-
3 re & in facto. † Bartol. in l. Lucius, §. qui habebat, ff.
ad Trebell. Dec. conſ. 18. nu. 164. vol. 1. at non ita eſſet,
ſi filij poſterioris matrimonij concurrerent etiam ad
reſiduum dotis. Bald. l. humanitatis, num. 58. C. de
impub. Quinto verba ſtatuti dicentis, quòd filij percipiant aliam dimidiam, non poſſunt verificari in filijs poſtremi matrimonij, qui nõ perciperent ſed retinerent ſuam portionem ſi ad eam admitterentur;
4 vbi verba non conueniunt, ibi nec diſpoſitio, † vt arguit in ſimili Angel. conſil. 180. colum. 2. alios citaui
in conſil. 94. num. 23. Sexto ſtatutum vocando generaliter filios primi, ſecundi, & vlterioris matrimonij ad alteram dotis medietatem, non videtur includere filios ex nouiſſimo matrimonio quibus ſupra prouiderat ſpecialiter de dimidia dotis, vt eſt textus in l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de vulgat. vbi ſubſtitutio vniuerſali ſermone facta de omnibus nõ refertur ad eos quibus ſupra fecerat particularẽ ſubſtitutionẽ.

vnde colligunt Doctores, quod generalis prouiſio
nō extenditur ad eos quibus facta fuit ſpecialis, præ-
5 cipuè quando ſpecialis præcedit generalem. † Bart.
in l. quæſitum, §. fin. ff. de fund. inſtr. in l. talis ſcriptu-
ra, §. fin. ff. de leg. 1. Doctores in c. inquiſitioni, & in c.
ſecundo requiris, de appellat. Beto. conſ. 37. num. 11.
vol. 3. Crau. pro Genero, nu. 297. Gabriel. com. opin.
lib. 6. tit. de clauſu. conclu. 9. num. 8. Septimo ſicuti fi-
lios anterioris matrimonij excludit à dimidia de-
lata filijs vltimi mariti, ita videtur filios vltimi ma-
trimonij excludere à dimidia delata filijs priorum
nuptiarum, vt eadem ſit omnium determinatio, l.
iam hoc iure, ff. de vulg. l. quamuis, C. de fideicom-
miſſ. Octauo ſic ſtatutum intelligendum declarauit
ſecuta obſeruantia, quæ ideo eſt attendenda, l. ſi de
interpretatione, ff. de legib. etiam ſi verba ſtatuti re-
pugnarent. Doct. in c. dilecti, de conſuetud. Socin. con
ſil. 84. num. 15. & non requirit præſcriptionem. dixi
in conſ. 140. nu. 45. & nunquam cenſetur ſtatuto ex-
6 cluſa. † Decius conſ. 11. nu. 10. Decia. conſ. 124. nu. 23.
volum. 3. Nono fieri debet interpretatio per quam
filij reducantur ad æqualitatem, etiam quando ſunt
7 nati ex diuerſo matrimonio. † Dec. conſ. 631. num. 4.
Hæc ſunt quæ per Excellentem Dominum arbitrum
dubitationis gratia fuerunt expoſita.

Contrariam tamen ſententiam quam etiam Ex-
cellentiſſimi Iuriſconſulti amplexi ſunt, veriorem eſ-
ſe exiſtimo, quod ſcilicet filij ſupremi matrimonij
non dum patris miniſterio dimidiam dotis conſequan
tur, iuxta primam ſtatuti partem, ſed etiam in capi-
ta cum ceteris vterinis fratribus concurrant in alia
dimidia: quia ſtatuti verba clara ſunt, dum dicit, aliā
verò dimidiam percipiant filij ex primo, ſecundo, &
vlteriori matrimonio æqualiter inter ipſos filios per
capita diuidendam, & ipſi nati ſunt ex ſecundo ma-
trimonio, & vbi conueniunt verba, ipſa quoque con-
8 uenit † diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de dam. infecto, Bal.
in l. illam, vbi loquitur de ſtatuto, C. de collat. Rom.
in conſ. 434. in primo dub. Dec. conſ. 669. num. 6. & 7.
& talis credenda eſt ſtatuti intentio, qualem demon
ſtrant verba, l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de ſuppellec.
9 leg. etiam ſi agatur contra piam † cauſam, Caſtrenſ.
conſ. 321. col. 1. vol. 1. quem citat Crauet. conſil. 294.
colum. 12. Dominus Becius, qui latè exornat, conſ. 21.
num. 12. & ſeqq. vbi docet à proprietate verborum
non eſſe diſcedendum. & dicit Bald. in cap. ſignifican
te, colum. 2. de appellatio. quod inhærere debemus
ſtatutorum verbis, nec aliter interpretari quam ea
loquantur. & in conſ. 133. col. 2. vol. 4. ait, quod ſtatuti
verbis ſeruire debemus abſque extranea interpre-
tatione. & dicit idem Bal. in l. cum ancillis, colum. 2.
C. de inceſt. nupt. quod recedere non poſſumus à ver-
bis & determinatione ſtatuti. & dicit in conſil. 452.
volum. 1. quod in ſtatuto attendere magis debemus
verba, quam incertam & imaginariam mentem. &
infinitas ſimiles deciſiones cumulat Tiraquel. in l. ſi
vnquam, in ver. libertis, num. 4. C. de reuocan. dona-
tio. Becius conſil. 53. num. 4. vbi poſt Bald. inquit, re-
cedendum non eſſe à verbis ſtatuti, etiam ſi æquitas
ſuadeat: quia, vt idem Bal. inquit, tantum diſponunt
quantum loquuntur.

Secundo moueor, quia reſpectu huius medieta-
tis interpretatio prædicta eſt iuri communi con-
formis, quo attento, omnes filij quamuis ex diuer-
10 ſis matrimonijs, ſuccedunt matri æqualiter. † Au-
thent. In ſucceſſione, C. de ſuis & legitimis, §. inte-
ſtatorum, Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſtat. defer.
l. 1. Cod. vnde lib. & ſtatutum intelligi debet ſecun-
dum ius commune, in ea parte in qua illud non cor-
11 rigit, † l. patronus, §. ſi quis cum eſſet, ff. de bon. li-
bertor. alios citat Crauet. pro Genero, nu. 48. & nu.
319. facit l. precipimus, C. de appellatio. quia ſtare
minimè prohibetur quod correctum non reperitur.
ſic dicimus, feudum in aliqua parte alteratum reti-
12 nere in reliquis naturam † ſuam, Iſer. & alij, in cap. 1.
de feud. non hab. propr. natu. feud. alios citat Becius
conſ. 101. nu. 74. dixi in conſ. 63. nu. 29. Et licet quoad
primam medietatem ſtatutum diſcedat à iuris com
munis diſpoſitione, eam in ſolidum deferendo mari
to, vel filijs, tamen non per hoc extendi & multipli-
cari debet correctio, vt ſicuti voluit à iure commu-
ni diſcedere in vna parte, ita voluerit in ſecunda,
quia, vt dictum eſt, firmum ſtare debet quod expreſ-
ſè correctum non reperitur, & ſtatutum ſi hoc vo-
luiſſet, vtique dixiſſet, ſicuti dixit diſponendo de pri
13 ma medietate, † l. ſi vnica, §. ſin autem ad deficientis,
C. de caduc. tollen. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verſ. li
bertis, num. 3. C. de reuocan. donat. Crauet. conſ. 161.
nu. 8. Bec. conſ. 1. nu. 14.

Tertio impellit me in hāc ſententiam ſtatuti con
textus, qui in §. in mulieribus autem, ponēdo caſum
de mulieribus tranſeuntibus ad ſecunda vota, loqui
tur de filiis diuerſarum nuptiarum alternatiuè ex
primo vel vlteriori, ſed vbi tractat de filiorum ſuc-
ceſſione, admittit copulatiuè omnes filios tam ex
vlteriori quam ex primo & ſecundo matrimonio, &
ideo omnes filij etiam vltimi matrimonij admitti
debent, quod ſecus eſſet ſi tractando de ſucceſſione
vocaſſet filios alternatiuè: quia intelligeretur de ijs
qui ſupra ſub conditione fuerant nominati. adduco
quod in ſimili dixit Bal. in conſ. 73. volum. 4. vbi ait,
quod etſi ſtatutum in dubio videatur dotatam exclu
dere ſolum à ſucceſſione dotantis, tamen fallit, quan
do perſonas dotantes nominat alternatiuè, ſed per-
ſonas de quarum ſucceſſione tractatur, nominat co-
pulatiuè, puta dotata à patre, matre, vel fratre, non
ſuccedat patri, matri, & fratri, tunc enim ſi ſit dota
ta ab vno, excluditur ab hæreditate omnium ob di-
14 uerſitatem ſtructuræ. † ſequitur Cornens conſil. 153.
col. 2. volum. 2. Alciat. conſi. 57. nu. 7. Becius conſ. 53.
nu. 3. conſ. 112. num. 27. ſicuti igitur in dicto ſtatuto
dotata ab vno excluditur ab omnibus ob vim copula
tiui ſermonis, ita ſucceſſio in caſu noſtro vigore co-
pulæ omnibus defertur.

Quarto vrget ea ratio, quod ſtatutum factum eſt
vt facilius viduæ viros inueniant, & hoc modo con-
15 ſulatur publicæ vtilitati. † Bald. in conſ. 495. col. 3.
vol. 5. alios plures citat Rolan. d. tract. de lucro dot.
quæſt. 24. nu. 7. Phanuc. in eod. tract. glo. 5. nu. 2. & 3.
Menoch. conſ. 4. nu. 12. vnde fit, vt ſtatutum ſit condi
tum ad fauorē vltimi viri & filiorū eius, at in odium
retorqueretur, ſi filij prædicti ſola dimidia contenti
excluderētur ab alia dimidia: poſſet enim facillimè
caſus euenire in quo poſtremi matrimonij filij tot
eſſent quod ſolam percipiendo dimidiam, longè mi
nus conſequerētur quam ſi cum ceteris filijs per ca-
pita æquis portionibus in dote ſuccederent: inducta
autem ad augendum, nō debent operari diminutio-
nem, l. legata inutiliter, ff. de leg. præſtan. & inductū
16 in fauorem, non debet in odium verti, † l. quod fauo
re, C. de legib. alios citat Becius confiſ. t1t. nu. 41. Cæ-
phal. cōſ. 342. nu. 70. Et ſi dicatur, quod etſi hoc eſſe
poſſit, tamen poteſt etiam eſſe quod tot ſint filij an-
tecedentium nuptiarum, quod illi longe minus per-
cipiant quam filij poſteriores. Reſpondeo, quod
cum ſtatutum factum ſit fauore vltimi matrimonij,
credendum eſt, quod voluerit omni caſu illi fauere,
id eſt, ita fauere vltimo matrimonio, vt in omnem
caſum

Digitized by Google

caſum & in omnem euentum filij ex eo plus perci-
piant quam alij ex alijs viris ſuſcepti, aliàs non dice
retur abſolutè & ſimpliciter factum fauore illius ma
trimonij, ſi trahi poſſet ad illius commodum & in-
commodum, ſed eſſet ſecundum quid, & ex euentum
iudicandum: non dicitur tale, quod eſt tale ſecun-
17 dum quid.† Bal. in l. maritus, §. legis Iuliæ, ff. de adul
ter. Bal. in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vo-
can. Alex. conſ. 178. col. 1. in fin. vol. 2.

Quinto adducor quod ſtatutum deferendo vlti-
mo viro ſeu filij ex eo dimidiã dotis, appellat lucrum
& mandat eos lucrari; hoc autem termino non vti-
tur vocãdo filios aliorum matrimoniorum, ergo vi-
detur voluiſſe quòd ante partem filij poſterioris ma
trimonij habeant dimidiam, & cum ceteris fratri-
bus ſuccedant in alia dimidia, aliàs vel quoad om-
nes de lucro dixiſſet, vel nullo in loco de lucro men-
tionem feciſſet: ſermo autem diſcretiuus plurimum
18 oſtendit loquentis intentionem,† l. quęſitum, §. idem
reſpondet, ff. de fund. inſtructo. Roland. d. q. 30. nu. 7.
addo quod non eſſet lucrum, niſi quatenus excede-
ret portionem ſibi contingentem ab inteſtato, & pa-
terna ſucceſſio non dicitur lucrum, gl. in cap. paſtora
lis, in ver. quaſi de lucro, extra de decim. vbi Hoſt. Io.
Andr. & alij dicunt decimam quæ aliàs de omni lu-
cro debetur, non eſſe ſoluendam de hæreditate pater
19 na.† Bart. & Ioan. de Plat. in l. 1. in princip. C. de im-
pon. lucrat. deſcrip. libr. 10. vbi idem dicit de gabel-
la. alios cumulat Tiraquel. in præfatio. l. ſi vnquam,
num. 19. ſi ergo ſtatutum voluit hoc eſſe lucrum, vtiq;
voluit etiã quod debitam portionem excedat: quia
nihil lucratur qui percipit quòd iure ſibi debetur. Et
ex hoc infero ad confirmationem præcedentis argu-
menti, quia lucrum non reputatur id, quòd à futuro
20 pendet euentu, & quòd poteſt eſſe & non eſſe, † vt in
l. de fideicommiſſo, C. de tranſact. l. ſi pater puellæ, C.
de inoffic. teſtam. Phanuc. de lucro dot. gl. 8. num. 6.
id quòd confirmatur ex ijs quæ latè ponit Tiraq. in
d. l. ſi vnquam, in verſ. donatione largitus, num. 126.

Sexto, quod ſtatutum loquendo de filijs ex ſecun-
do & vlteriore matrimonio, ſenſerit de filijs vltimi
quoque matrimonij, ſuadetur: quia ſic intellexerit
in ver. immediatè ſequenti, qui incipit, ſi vero non re
manſerint filij. hic autẽ verſiculus, quòd includat fi-
lios vltimi viri nemo negauerit, aliàs enim ſi ex vlti-
mo matrimonio extarent filij maritus totam lucra-
retur dotem, nullis extantibus ex prioribus nuptiis,
quo dicto nihil abſurdius & quòd etiam foret cõtra
diſpoſitionem ipſius ſtatuti in princ. vbi dotem filiis
defert ſupremi matrimonii; ſicuti igitur appellatio
ne ſecundi & vlterioris matrimonii venit vltimum
matrimonium in vna parte ſtatuti; ita venire debet
21 in altera: quia vna pars ſtatuti declarat aliam,† Iaſ.
in l. qui filiabus, nu. 2. ff. de legat. 1. Socin. in l. 1. nu. 2.
ff. de reb. dub. conſ. 9. num. 8. volum. 3. Dec. conſ. 553.
num. 8. Ruin. conſil. 201. num. 5. volum. 1. Pariſ. conſ.
54. num. 10. volum. 2. Socin. iun. conſil. 9. num. 5. vol. 2.
Alciat. conſil. 249. num. 19. Bellon. conſil. 13. num. 17.
& dicit Ang. conſil. 281. num. 5. quod vbi diſpoſitio-
nis intellectus in vna parte eſt certus, is declarat in-
tellectum dubiũ qui verſatur in alia parte eiuſdem
diſpoſitionis. & generaliter hoc eſſe verum in omni
diſpoſitione concludit Crauet. pro genero, num. 335.
& ratio eſt: quia vſus loquendi interpretatur volun-
tatem ſtatuẽtium, vt ſi vno in loco ſub illis verbis in-
tellexerunt de vltimo matrimonio, idem dicendum
eſt, quando eadem verba alio in loco prolata ſunt, vt
probat in vſu loquendi, & vtendi Card. Mantica la-
tè agens de teſtatore, in tractatu de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 6. titul. 9. per totum. Simon in eod. tractat.
lib. 1. interpr. 3. dubit. 3. num. 48. & ſeq. & quando v-
na dictio ſemel fuit vno modo accepta in vna parte
diſpoſitionis, debet eodẽ modo intelligi in alia par-
22 te quæ eſt dubia.† Bart. in l. Centurio, nu. 27. in prin-
cip. ff. de vulg. vbi Ripa num. 127. Gabriel. conſil. 13.
nu. 9. volum. 2. vbi infert, quòd ſi ſtatutum ſemel fe-
cit mentionem de filiis communibus, intelligetur e-
tiam de communibus, in alia parte in qua loquutum
eſt ſolum de liberis. ſic in propoſito cum infra lo-
quendo de primo, ſecundo, & vlteriori matrimonio,
intelligat etiam de vltimo, debebit eodem modo in-
telligi in ſuperiori parte.

His vero ſi pro veritate conſtitutis fundamentis,
non obſtat quod ſtatutum in §. in mulieribus, loquen
do de filiis ex primo, ſecundo, vel vlteriori matrimo-
nio, excludat filios vltimi matrimonii, & ideo ſic quo
qoe intelligendum ſit quando poſtea de filiis per ea-
dem verba mentionem facit: quia reſpondeo, quod
id prouenit non quia verba non eſſent ſui natura a-
pta ad ſignificandum etiam filios nouiſſimi matri-
monii, ſed id fuit, tum quia de filiis vltimi matrimo
nii mox diſtinctè facit mentionem, tum etiam pro-
pter reſtrictionem quæ fuit adiecta per participia il-
la (tranſeuntibus) & (habentibus) quæ reſoluta in
verbum præſentis temporis, & relatiuum, reſtringũt
& limitant diſpoſitionem cui ſunt appoſita, vt dici-
23 tur in motiuo. † & alios citaui in conſil. 127. nu. 46.
& 49. & conſil. 135. nu. 101. & ſequen. ſed dum ſecun-
do loco ſtatutum mentionem facit de filiis ex primo,
ſecundo, & vlteriori matrimonio, nullam addit re-
ſtrictionem, ideo ſimpliciter & abſolutè intelligi de-
bet de omnibus filiis ex quocunq; etiam vltimo ma-
trimonio: quia generaliter loquendo, debet genera-
liter intelligi, l. de precio, ff. de publician. in tẽ actio.
24 & indefinita æquipollet vniuerſali, † l. ſi plurib. vbi
Bart. & alii, ff. de leg. 2. Tiraq. de retractu conſang. §. 1.
gloſ. 13. num. 1. Cardin. Mantica, de coniectur. vlt. vo-
lunt. lib. 3. tit. 4. num. 12. etiam in ſtatutis. Bart. l. om-
nes populi, nu. 57. ff. de iuſtit. & iure. Dec. & Cur. iun.
in l. 1. num. 7. ff. ſi cert. pet. Didac. lib. 1. var. reſol. c. 13.
nu. 8. verſic. 4. Cum ergo vno in loco ſtatutum loqui-
tur ſimpliciter, & in alio addat limitationem, non
rectè ſumitur argumentum ab eo quod eſt tale ſecun
25 dum quid, ad illud quod tale eſt ſimpliciter, † l. hoc
legatum, vbi Bar. ff. de leg. 3. infinitos cumulat Crau.
conſil. 67. num. 5.

Secundo retorqueo argumentum, & dico, quod ſi-
cuti in ſtatuto loquente de tempore quo mulier tran
ſit ad ſecunda vota, mentio filiorum includit omnes
filios quos eo tempore habebat, ita loquẽdo de tem
pore mortis vxoris, filiorum mentio referri debet
ad eos omnes quos habebat, quando deceſſit, vt ſit
æqualis determinatio tam tempore mortis quam
tempore tranſitus ad ſecunda vota.

Tertio vna pars declarat aliam, quando vtraq; eſt
eodem modo poſita: ſed in præſenti facto de filiis di
uerſorum matrimoniorum fit mentio alternatiuè in
princ. ita quòd ſufficit filios extare ex vno matrimo
nio, iuxta regulam quòd in alternatiuis ſat eſt vnam
26 partem eſſe veram, † l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de
reb. dub. l. cum quęrebatur, ff. iudic. ſolui. l. ſi quis ita
ſtipulatus, in fine, ff. de verb. oblig. ſed in vltima par-
te fit de filiis mentio copulatiuè, ita, quòd omnes ſi-
mul veniunt, quia copulatiua requirit omnium copu
latorum concurſum, l. ſi hæredi plures, ff. de condit. &
demonſtr. ergo non poteſt vna pars recipere ab alia
declarationem.

Quarto reſpondeo, quòd vna pars aliam decla-

rat,quæ ſit dubia, ſed vbi non eſt dubia , non recipit
27 declatationem ab alia , † l. 1.ff. de reb. dub.Crot. in
conſil.45. nu. 11. & ratio eſt : quia res clara non eget
declaratione,l.continuus, §.cum ita,ff. de verb.obli-
gationibus . & declaratio verſatur circa res dubias,
28 non circa claras.† Caſtr. in l. hæredes palã,§.ſi quid
poſt, ff. de teſtam. alios citat Becius conſ.7. num. 44.
& ſeqq. hic vero clarum eſt,& non dubium,quod om
nes filij ex quocũque matrimonio ad illius dimidiæ
ſucceſſionem concurrunt, vt ſupra oſtendi,ergo non
eſt opus declaratione .

Nec aduerſatur,quod de filijs vltimi matrimonij
diſcretiuè ſtatutũ loquatur : ideo alterius matrimo
nij filios excludendos: quia reſpondeo, quod ex hoc
non infertur eoſdem filios non vocari ad aliam di-
midiam : nam terminus diſcretiuus excludit alios,
vt per Bald. Rolan.Phanuc. & Menoch. in contrariũ
adductos , ſed eos non excludit quos exprimit : nec
ita eos includit,vt in ceteris videantur excluſi : poſ-
ſunt enim ſimul ſtare, nec qualitas diſcretiuæ oratio
nis repugnat,quod vltimi in ſolidum capiant dimi-
diam, & cum ceteris participent in alia dimidia.

Secundo reſpondeo,quod argumentum procede-
ret , quando de alia dimidia ſtatutum nihil diſpo-
ſuiſſet,tunc enim diſcretiuè admittendo filios ex vl-
timis nuptijs ad vnam partem, tacitè eos videretur
ab alia parte excludere : quia incluſio quoad vnam
29 rem,eſt excluſio quoad alias, † l.cum prætor,ff. de iu
dic.c.nonne,de præſumpt.Bec.conſ.74.nu.32. & ad-
mittendo quoad aliqua , videtur repellere quoad a-
lia,l. Tribunus,§.fi.ff.de teſtam.milit. vbi Bald.& alij
inferunt ad plura, & multis deciſionibus exornant.
Bec.conſi.55.nu.11.& Rolan.conſ.61. vol.3. ſed cum
ſtatutum de altera quoque parte diſponat,ceſſat ar
gumentum deſumptum à qualitate, ſeu natura di-
ſcretiuæ diſpoſitionis, & ratio eſt : quia expreſſa di-
30 ſpoſitio facit ſilere tacitam , † l.cum ex filio , §. filio,
ff.de vulg.Bal.conſ.472.col. 2. vol. 2. Crau. conſil.32.
num. 2.Bec.conſi. 39.nu.24.& attendi debet id,quod
expreſsè fuit de alia parte diſpoſitum,non quod cir-
ca primam dictum fuit .

Tertio reſpondeo , quod argumentum à natura
orationis diſcretiuæ ceſſat,quãdo clarè patet de vo-
luntate ſtatuti: nam coniecturæ , & præſumptiones
31 cedunt veritati,† l.fin.in princ.ff. quod met.cau.dixi
in conſi. 7. nu.61.hic autem apertè ſtatutum per con
curſum admittit filios vltimi matrimonij ad ſucceſ-
ſionem alterius partis .

Et ſtatutum veniens ad iuris cõmunis correctio-
nem non debet intelligi ſecundum ius commune .
32 † Bald. in l.maximum vitium,num. 15. C.de lib. præ-
ter.Caſtr.in l.fin.§.in computatione,C.de iure delib.
Alex.conſ. 20.nu.9.vol. 1.Soc.in conſi.150.nu.38.vol.
1.Pariſ.conſ.91.nu.13.vol.3.Neuiz.conſ.95.nu. 18. &
multos alios addit , communem dicens Menoch. in
conſ.187.nu.31.ver.quartus eſt caſus. vnde eſt quòd
potius ſtatutum interpretationẽ recipit ab alio ſta-
tuto, quam à iure communi. Anchar.in conſ.93.Cra
uet.conſ.814.nu.8. & eadem ratione, ſecundo reſpõ
deo, quod ſtatutum quatenus dimidiam in ſolidum
applicat vltimo viro vel eius filijs , non poteſt intel-
ligi ſecundum ius commune:quia iure communi ma
ritus non ſuccedit vxori ſtantibus filiis , vt in l. 1. C.
vnde vir , & vxor. & filii omnes æqualiter in capita
ſuccedunt matri,vt dictum eſt: ergo ſtatutum prædi
ctum eſt contra ius commune,quatenus vero ad aliã
dimidiam vocat filios cuiuſuis matrimonii, eſt con-
forme iuri communi, quo materna hæreditas æquis
portionibus defertur omnibus filiis, ideo argumen-
tũ retorquetur:quia reſpectu illius dimidiæ non erit
conforme iuri communi niſi filii omnea quocunque
matrimonio intelligantur vocati. tertio dico, quod
vbi etiam intelligeremus filios vltimi matrimonii
excludi ab alia dimidia, non tamen per hoc certum
eſſet,quod filii reducantur ad ęqualitatẽ,ſed pendet
à futuro euentu : quia ſi vnicus eſſet filius ex vltimo
matrimonio,& multi ex aliis , adhuc eſſent inæqua-
les,ſicuti ſi multi extarent ex vltimo,& pauci ex prę-
cedentibus matrimoniis, ideo nõ eſt verũ præſuppo
ſitum, quod iuxta intellectum propoſitũ in motiuo,
minus corrigatur ius cõe:quia poteſt eſſe , & nõ eſſe,
præſuppoſito autem deſtructo, tollitur omne conſe-
quens,c.cum quid,de reg. iur. in 6. & de futuris con-
tingentibus non eſt determinata veritas. Ceſſat igi-
tur argumentum fundatum ſuper eo præſuppoſito.

Quod item quarto loco dicitur , ſumi debere illũ
intellectum,quia non aliter verificaretur aduerſati-
ua dictio, quæ ſolet ius, & factum pęnitus cõtrariũm
ponere, facili negotio diluitur:nam hæc aduerſatiua
factum nullo modo diuerſificat,quia ſtatutũ ius qui
dem variat,quia diuerſimode diſponit de vna dotis
medietate in ſecunda parte , quàm fecerat in prima
de alia parte: ſed factum non mutat , quinimo illud
idem ſemper retinet , tractat enim vtroque in caſu,
& loco de muliere,quæ deceſſit relictis filiis, non ſo-
lum ex vltimo,ſed etiam ex prioribus matrimoniis,
& hæc eſt facti ſpecies propoſita in ſtatuto , in §. in
mulieribus aũt,& hæc eſt natura aduerſatiuæ , quod
33 repetat pręcedentes omnes qualitates. † Bart. in l.
Lucius,§.quam habebat,ff.ſolu.matr.nu. 3. Bald. in l.
omnes populi,col. 8.ff.de iuſt. & iu.Alex. in l. ſi filius
à patre,ff.de liber.& poſthu.Corn.conſi.94.nu.16.vo
lum.1.Dec.conſ.561.num.3.Ruin. conſil.176. num.8.
volum. 2.Socin.iun. conſi.83.num.6.vol.1.Bero.con-
ſil.42.col. 2.vol.1.Cæphal.in conſ.278.num.90. con-
ſil.504.nu.25.Gabr.conſ.11.nu.3.Rimin. conſil.147.
num.61.conſ.560.nu.41.Menoch.conſ.76.nu.6.cum
itaque ſtatutum dicit (aliam vero dimidiam) reti-
net thema præcedens, ſed decidit alio modo, atque
ita variatur deciſio , non factũ : & tam quoad primã
dimidiã, quam quoad ſequentem , ſupponit ſtatutũ,
quod extent filii non ſolum ex vltimo , ſed etiam ex
præcedentibus matrimonijs , id quod oſtenditur :
quia ſupra ante verſic.in mulieribus , iam deciderat
caſum , quando mulier decens reliquit ſolum filios
ex primo matrimonio, in §. vero in mulieribus , tra-
ctat, quando ex primis, & vltimis nuptiis extant fi-
lij . Et non bene arguitur dum dicitur ſtatutum pri
mo caſu loqui de filiis vltimi, ſecundo vero caſu de
filiis primi matrimonii : & in hoc conſiſtere facti
contrarietatem , & diuerſitatem , quia intelligen-
do hoc modo , diuerſitas eſſet in iure, non in facto ,
dum ſcilicet extantibus filiis ex vnoquoque matri-
monio , dimidiam applicaret filiis vltimi , & aliam
dimidiam filiis primi, & hoc patet ad ſenſum , quia
factum eſt idem , nec variari poteſt , & meo iudicio
res eſt ita clara, vt ſola naturali ratione ſuffulta non
egeat probatione.

Quinto non repugnat, quod verbum, percipere ,
non conueniat filiis vltimi matrimonii,ſed anterio-
ris:quia reſpondeo,non minus illis quam aliis con-
uenire , quia ſtatutum loquitur non ſolum de data
dote,ſed etiam de promiſſa,quo caſu capienda eſſet
de illorum manu qui illam promiſerunt.

Secundo dico, quod etiam ſi eſſet marito perſo-
luta, adhuc filij einſdem matrimonii dicerentur il-
lam percipere non autem retinere, quia non eſt cer-
tũ,quòd filii ſint hæredes patris,& poteſt eſſe, quod
non

Digitized by Google

non ſint hæredes, & ideo petere teneantur ab hære-
dibus, filij enim non ſunt hæredes neceſſarij, vt in iu
ribus vulgatis.

Tertio reſpondeo, verba, capere, accipere, vel per-
cipere, eſſe verba directa, quæ ſignificant propria au
34 thoritate habere, † vt per Bart. in l. Centurio, num.
16. ff. de vulg. vbi ſequuntur Imo. Aret. Iaſ. & alij, præ
cipuè Ripa nu. 103. & ſeq. & Lancel. nu. 177. Caccial.
in l. precibus, nu. 102. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in ver.
reuertatur, nume. 189. C. de reuocan. donat. Sim. de
coniect. vltim. volun. lib. 3. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 3.
num. 3. & vbi etiam dicerentur directa non ciuilia,
vti voluit Bart. d. nu. 16. Bal. in l. humanitatis, nu. 58.
C. de impub. tamen æquiparantur communibus, vt
poſt Bart. docet Ripa in d. l. Centurio, nu. 104. atque
ita ſunt apta importare, quod à ſeipſo habeat ſine
alicuius miniſterio, & conſequenter non eſt verum,
quod dicitur non conuenire filiis, qui retinere, non
de manu alterius capere coguntur.

Ad ſextum motiuum, quod meo iudicio plus cete
ris omnibus ſtringere videtur: reſpondeo, quod etſi
regulariter generalis prouiſio eos nó includat, qui-
bus ſpecialis facta fuit, vt l. cohæredi, §. qui patrem,
ff. de vulga. tollitur id tamen pluribus modis, & Pri-
mo, tunc generalis prouiſio non trahitur ad ſpecia-
lem, quando vtraque facta eſt de eadem re: at ſi de
vna re fuit ſpecialiter vni prouiſum, & de alia gene-
raliter pluribus, tunc ad legatum generale admitti-
35 tur etiam particularis † legatarius. ita Ang. in d. §.
qui patrem, in fi. vbi infert, quòd ſi Priori fuerunt re-
licta Biblia, & ſingulis fratribus cappa, Priori habe-
bit cappam, & Biblia. Sequitur Alex. ibi, num. 7. in
princ. Pariſ. conſ. 49. num. 46. vol. 2. vbi infert, quod ſi
alicui attinẽti teſtator fecit particularia legata, de-
inde vero cuique attinentium reliquit triginta duca
tos, legatarij perſonaliter nominati habebunt lega-
ta particularia, & vlterius tanquam attinentes con
ſequentur triginta ducatos. ſic in propoſito, filij po-
ſtremi matrimonij habebunt dimidiam dotis, & cũ
ceteris admittentur ad aliam dimidiam, quia res
ſunt diuerſæ, & poſſunt eidem legari.

Secundo reſpõdeo, quod generalis prouiſio refer-
tur etiam ad eos quibus fuerat in ſpecie prouiſum,
36 quando conſtat de voluntate † diſponentis. ita poſt
Alex. Gozad. & Pariſ. reſoluit Rolan. in conſ. 54. nu.
11. vol. 4. & ego addo in terminis Bart. in l. fina. ff. ad
Trebel. vbi dicit, quod ſi ex coniecturis, vel aliter cõ-
ſtat de voluntate defuncti, ſubſtitutio non reſtringi-
tur ex præcedenti diſpoſitione, licet regulariter eſſet
reſtringenda. ſequuntur Ang. ibi, & Imola, in ſum-
mario, & per illum textum limitatur §. qui patrẽ, &
aduertatur, quod ibi leuis aderat coniectura, quia
ſcilicet in ſubſtitutione excepta erant bona mater-
na, hic aũt intentio ſtatuti, quod etiam filii extremi
matrimonii ſuccedant in ea medietate, patet ex plu
ribus, quæ deduxi ſupra ad fundandum hanc partẽ,
ergo illa ſpecialis prouiſio non excludit à generali.

Tertio reſpondeo, quod habens ſpecialem pro-
uiſionem, non excluditur à generali, quando verba
generalis prouiſionis non poſſunt verificari niſi re-
37 ferãtur ad eos quibus fuit ſpecialiter prouiſum, † vt
probat text. in l. final. ff. ad Trebell. vbi non obſtan-
te reciproca ſubſtitutione facta, vult quod genera-
lis ſubſtitutio trahatur etiam ad eos quibus ſpecia-
liter erat prouiſum: quia dictio, eis, poſita in ſubſti-
tutione, non poterat aliter verificari, ex quo duo tan
tum fuerant grauati, & per illum tex. Bar. in d. §. qui
patrem, dicit, quod ſpecialiter prouiſus admittitur
ex generali prouiſione, quando aliter verba genera-
lis prouiſionis non poſſent verificari. idem probauit
Bald. ibi, dicens, quod ſi in caſu illius textus poſt pa-
trem, & filiũ vnicus fuiſſet inſtitutus hæres, & poſtea
dictum, quos omnes ſubſtituo, &c. tunc etiam pater
& filius vigore pluralis locutionis venirent in ea ſub-
ſtitutione, quia nó eſt vno contenta, & dicit Ang. ibi,
quod ſi ita ſermo concipitur, quod de neceſſitate o-
portet relationem fieri etiã ad ſpecialiter prouiſos,
tunc fallit regula ibi poſita. Imo circa medium di-
cens, quòd ex quo vniuerſalis ſubſtitutio de pluribus
loquitur, & conſequenter non poteſt in vno verifi-
cari, tunc ſi vnus tantum fuiſſet inſtitutus, ea ſubſti-
tutio patrem, & filium includeret. & Caſtr. num. 2. li-
mitat diſpoſitionem illam, quando verba ſaluari nõ
poſſunt niſi illi includantur, quibus facta eſt ſpecia-
lis prouiſio. ſequitur Alexan. circa finem, & eandem
limitationem ponunt Barr. Bald. Ang. Imol. Caſtr. &
alij, in d. l. fin. ff. ad Trebell. vbi dicunt, quod vbi ver-
ba non poſſunt aliter verificari, tunc generalis pro-
uiſio trahitur ad eos, quibus fuit ſpecialiter prouiſũ.
idem voluit Curt. iun. conſ. 125. num. 6. in caſu vero
noſtro illa verba, filij ex primo, ſecundo, & vlteriori
matrimonio, non poſſunt verificari niſi includantur
filij ex Domino Aluiſiu, qui nati ſunt ex ſecũdo ma-
trimonio, ergo illi quoque cenſeri debent vocati ad
illam partem dotis. Augetur hæc reſponſio: nam tex-
tus in d. l. fin. loquitur reſpectu ſubſtitutionis in nu-
mero ſingulari, & plurali alternatiuè, nempè, ei vel
eis, reſtituat, quo caſu ſat eſſe videbatur ſi altera pars
alternatiuæ verificari poſſet, & tamen dicitur ſubſti-
tutionẽ ad omnes referri; multo ergo magis id erit
in caſu noſtro, in quo filij diuerſarum nuptiarum nõ
alternatiuè, ſed copulatiuè ſunt vocati: qua ratione
omnium concurſus eſt neceſſarius, d. l. ſi hæredi plu-
res, ff. de hæred. inſtit. cum ergo recti ſermonis ratio
non patiatur, quod fiat reſtrictio ad filios omnium
matrimoniorum, vltimo excepto, debent ij quoque
videri incluſi. Et ſanè, ſi alia fuiſſet ſtatuti intentio,
facillimum illi erat dicere, quod alij filij, vel alterius
matrimonij filij omnes ſuccederent.

Quarto, ad l. cohæredi, §. qui patrẽ, reſpõdeo, quod
procedit, quando ſpecialis prouiſio non compatitur
cum generali, ſed eſt generali contraria, & ita fuit
ibi, quia ſi primo facto eſt reciproca ſubſtitutio inter
patrem, & filium, poſtea vero fit inter omnes, ſi eam
intelligeremus etiam quoad patrem & filium factã
eſſe, vtique reſultaret contrarium eius quòd primo
loco fuerat diſpoſitum: primo enim pater, vel filius
vocabatur ad totam portionem præmorientis: ſed
attenta generali, admitteretur cum ceteris ad ſolam
partem illius portionis: ne igitur inducatur repu-
gnantia, vel cõtrarietas, dicitur, quòd ſequens gene-
ralis diſpoſitio non includit ſpecialẽ, vt enim ea non
38 inducatur, fieri debet omnis diſtinctio, & diuiſio, † l.
item videndum, in princip. ff. de petit. hæred. Cuman.
in conſ. 148. in 1. dub. vbi quòd vniuerſalia verba de-
bent ſecundum præcedentia reſtringi. Alex. in conſ.
170. in 6. vbi ne ſequatur correctio, vult, ſequens ge-
39 nerale pactum reſtringi, † latè Crau. pro Genero, nu-
mer. 301. vſque ad 310. præcipuè, quando correctio
induceretur incontinenti, & in eadem diſpoſitione,
quod euitari debet. at vbi nó extat contrarietas, nec
ſuſpicio correctionis, tunc non derogatur generi per
40 † ſpecialem. Bar. in l. ſciendum, in princ. ff. qui ſatiſd.
cog. Caſtr. Aret. Corn. & Calcan. quos citat, & ſequi-
tur Crau. conſ. 144. nu. 14. vbi dicit, quod ſi vtraque
diſpoſitio verificari poteſt, non fit derogatio: & hoc
eſt ꝙ voluit Ang. in d. §. qui patrem, dum inquit, gene
ralem prouiſionem includere ſpecialem, quando fit

de re

de re diuerſa. & dixi ſupra in prima reſolutione hu-
ius argumenri,& hoc ſenſit quoque Din.in c.generi,
col.penult.in fine,de reg. iur.in 6.dicens in §.qui pa-
rrem, ideo generalem ſubſtitutionem non referri ad
ſpecialem præcedentem,quia vtraq; erat reciproca,
at in l.fin.ff.ad Trebell.aliud fuiſſe deciſum,quia erãt
ſubſtitutiones diuerſæ, vna ſcilicet vulgaris, & reci-
proca,altera vero fideicommiſſaria.idem voluit glo.
in d.l.fin.in ver.ſubſtiruerat.Cur.iun.dicto conſ.155.
num.6.verſic.1.quòd illa verba.

Declinatur,& ſeptimum, quo dicitur eodem mo-
do filios vltimi matrimonij excludendos eſſe à di-
midia aliis per ſtatutum delata, quo filij præceden-
tium matrimoniorum excludũtur à medietate aliis
delata:nam regula l. iam hoc iure, loquitur, quando
vnica eſt determinatio plura reſpiciens determina-
bilia;nos autem ſumus in pluribus determinationi-
bus de diuerſis rebus factis,ideſt,de duabus medieta
tibus reſpectu diuerſarum perſonarum determina-
tis,ideo regula illa non bene caſui noſtro aptatur.

Secundo reſpondeo, quod regula illa non proce-
41 dit, quando vnum determinabilium † eſt fauorabi-
lius altero.Iaſ.in d.l.iam hoc iure,num.11.verſ.limi-
ta iſtam. Picus in l.Titia,§.Titia cum nuberet, nume.
33.ff.de legat.2.Roland.conſil.74.num.14.vol.2.Me-
noch.conſ.76.nume.15.Sim.de coniectur. vltim. vo-
lunt.lib.3.interpre.2.dub.1.ſolut.9.num.20.fol.565.
at nulli dubium, quin maiori fauore digni ſint filii
poſterioris matrimonii, quam primi, ea ratione, vt
viduæ facilius virum inueniant: qua motum fuiſſe
ſtatutum ſupra probauimus.

Et per hanc ipſam rationem tertio reſpondeo,
quod non fit æqualis determinatio, quando maior
eſt ratio in vno quam in alio. Ang.in §.hinc nobis, in
Auth.de hæred. & Falcid. Imola,in l. Caius, ff. ſolut.
matrim.Zanch.alios citans, in l.hæredes mei,§.cum
ita,part.10.num.53.ff.ad Trebellian. Roland.d.con-
ſil.74.num.13.deciſ.Pedem.20.num.5.Menoc.d.con-
ſil.76.num.13.Simon.d.num.51.

Quarto reſpondeo,regulam prædictam non obſer
uari,quando vtraque determinatio eſt clara,non au-
42 tem ambigua, † Ripa in l.Cẽturio,nu.28.in fine,ff.de
vulg.Cæphal.in conſil.365. num.44. Menoch. d.con-
ſil.76.nu.17. at clarior eſſe non poſſet in caſu noſtro,
vbi primam dimidiam ſolis vltimis, alteram vero
communiter omnibus ex omni matrimonio defert.
& facit quod in propoſito inquit Ruin. conſ.165.co-
lum. 3. volum. 2. relatus à Zanc. d. par.10. num.53.
vbi ait,quod non fit æqualis determinatio,quando ſi
fieret violarentur verba:nam in caſu noſtro vis fieret
maxima verbis ſtatuti, ſi diceremus vltimos filios
nõ vocari ad medietatem cum aliis, ſtante,quod ex-
preſsè vocantur filij ex ſecundo matrimonio, & ideo
idem Ruin. relatus à Zanch.loco præcitato ait,quod
vbi non poteſt æqualiter determinare, ceſſat regula;
& hic eſt caſus noſter, quia verba ſtatuti non admit-
tunt eiuſmodi interpretationem.

Obſeruantia vero quæ octauo loco opponitur ad
ſtatuti declarationem, non fuit probata ex inſtru-
mentis,& iuribus productis in præſenti iudicio:quia
ea omnia continent amicabiles compoſitiones, &
tranſactiones, & pacta priuatorum iuri publico non
derogãt,l.priuatorum, C.de pact. & multa ex eis fa-
cta ſunt iam inſtituto præſenti iudicio, ideo nocere
non poſſunt:quia ſuperueniens obſeruantia non tol-
lit ius quæſitum multo ante. Et in ſumma, ſingula
ea iura patiuntur defectus annotatos ſigillatim in
memoriali mihi exhibito, cuius verba referre lon-
gum eſſet, & teſtes ſuper ea obſeruantia examinati
non probant:quia depoñũt de ſua opinione circa ſta
tutum, & de opinione aliquorum, non autem quòd
ſecundum ſuam opinionem fuerit ſeruatum. Natta
cõſ.575.nu.59.nec nominant caſus qui euenere. Pa-
riſ.conſ.112.nu.12.in 4.& tamen cõſuetudo requirit
43 maiorem partem populi. † Cin.l.s. C. quæ ſit longa
conſuet. alias nocet ſolum iis qui paſſi ſunt, vt dixi
conſ.234.nu.27.& conſ.554.nu.33.

Secundo reſpondeo, quod ex quo ſtatutum no-
ſtrum clarè diſponit,non eſt curandum de obſeruan
44 tia ſecuta,† vt per Aret.conſi.115.Bero.conſi.34.nu-
me.9.vol.3.Natt.conſ.318.nu.1.quos citat Dom.Bi-
ſcia in præſenti cauſa.declaratio enim locum habet
ſolum in rebus dubiis. Caſt.in l.hęredes palam,§.ſi
quid poſt,ff.de teſtam.& res clara non indiget decla
ratione,l.continuus,§.cum ita,ff.de verb. obligat. &
non dicitur propria declaratio, quando vocabuli ſi
45 gnificatio eſt certa.† Caſtr.conſ.340.vol.1.D.Becius
conſ.3.nu.44.& ſeqq.

Tertio reſpondeo, quod ſtatuto Regienſi ſublata
eſt omnis conſuetudo omniſque ſtilus antiquus vel
nouus qui ſit ſtatuto contrarius,vel ei quoquomodo
aduerſetur; & in dubio futura quoque conſuetudo
ſublata cenſetur, quando ſimpliciter conſuetudo re-
46 probatur. † Abb.cap.2.nu.7.de probation. latè Di-
dac.lib.3.variar.reſol.cap.13.nu.5. id quod caret du
bitatione in caſu noſtro: quia verbis expreſſis ſtatu-
ti futura cõſuetudo tollitur, dum reprobatur ſuper-
ueniens vel noua conſuetudo.

Nec dicatur, quod conſuetudo interpretatiua nũ
quam videtur ſublata: quia reſpondetur,conſuetu-
dinem allegatam non interpretari,ſed corrigere ſta
tutum,ex quo enim ſtatutum clarè in ſecunda parte
loquitur de filiis ex ſecundo matrimonio, non ege-
bat declaratione,ideo conſuetudo non declarat ſta-
47 tutum,ſed corrigit, & nouam legem inducit,† vt pro
bat loquendo de declaratione diſpoſitionis certæ Be
cius d conſ.3.nu.44. & ſeqq.

Secundo reſpondeo,(& hoc tollit omnem difficul
tatem) quod ſtatutum prædictum rollit non ſolum
conſuetudinem contrariam, ſed etiam interpretati-
uã,& hoc duobus modis probatur. Primo dum ſtatu
tum mandat non admittit conſuetudinẽ aliquã,quæ
dictio operatur, quod terminus cui adiicitur, acci-
piatur etiam ſecundum impropriam ſignificationẽ,
48 † vt per multa probat Iaſ. in conſ.224. nu.10. vol.5.
Corn.conſ.33.col.pen. verſ. præterea verbum, vol.4.
vbi vult, quod vis impropria veniat in ſtatuto lo-
quente de vi aliqua, Iaſ.clarius in conſil.59. num.4.
vol.1. vbi quod etiam id comprehenditur, quod eſt
impropriè tale, quando ponitur cum dictione, ali-
quis, infinitos citat Tiraquel. in l.ſi vnquam,in ver.
omnia,vel partem, nu.14. C.de reuocan. donation.
pulchrè Crauet.in conſil.308.num.4.ver.amplius di
co, vbi dicit,quod includitur quidquid tale eſt,quã-
tumuis impropriè; & ſubdit,quod etiam friuola ap
pellatio cenſetur reiecta, quando ſtatuto reiicitur
omnis appellatio. cum ergo ſtatutum prohibeat ali
quam allegari cõſuetudinem, intelligi etiam debet
de impropria, & interpretatiua. Secundo probatur
ex verbis ſtatuti, quibus tacita, vel expreſſa conſue-
tudo repellitur: nam interpretatiua conſuetudo di
citur tacita,non expreſſa, ſicuti enim expreſſum di-
49 citur, quod oculis corporeis legi † poteſt, & verbi
natura includitur, l.Gallus.§.1. vbi Ruin.ff.de lib.&
poſth. Crauet.in reſp.pro genero,nu.308.ita dicitur
tacitum, quod venit per interpretationem. dicimus
ideo excluſiuum ſenſum taxatiuæ dictionis tacitum
eſſe. Aret.conſ.27.nu.4. Crauet. pro genero,nu.357.

Facit

Facit gl. in c.cupientes, §.quod ſi per viginti, de electione, in 6. cum alijs apud Crau. loco ſupra citato.

Vltimo non reſiſtit, quod hæc interpretatio ſumi debeat, vt per quam inter filios inducitur ęqualitas: imprimis enim id negatur in facto: quia, vt dictum eſt ſupra, non ex hoc inducitur æqualitas, ſed ea diuiſio poteſt ex facti contingentia non minus inducere inæqualitatem, quam æqualitatem, ex quo id totum pendet ab euentu, ideſt à numero filiorum, ita ſcilicet, vt ſit inæqualitas, ſi plures extarent filij ex vltimo matrimonio, quam ex primo, & eodem modo, ſi ex primo matrimonio plures extarent quam ex vltimo.

Secundo reſpondeo, quod ratio æqualitatis ſeruandæ, non attenditur, quando conſtat de contra-
50 ria diſponentis voluntate, † l. vt liberis, C. de collation. Curt. iun. conſil. 110. num. 8. in fin. Neuiz. conſil. 45. in fine, vbi alios allegat Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 2. num. 7. etiamſi voluntas colligatur ex coniecturis, ſecundum Alex. in conſil. 158. num. 15. volum. 6. Pariſ. conſil. 6. nu. 32. vol. 2. Crauet. conſil. 85. num. 5. Zanc. in d. l. hæredes mei, §. cum ita, par. 1. num. 86. in facto autem noſtro, voluntas ſtatuti nedum tacita, ſed expreſſa legitur, per quam inducitur inæqualitas, cum filij poſtremi matrimonij ſuccedant in ſolidum in dimidia dotis, & in alia dimidia concurrant cum alijs. Atque ita perſpicui iuris eſſe exiſtimo, ſaluo ſemper iudicio rectius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum ex pacto, & prouidentia non imputatur filio in legitimam.*
2 *Actus tribuitur ordinanti non autem exequenti.*
3 *Legitimæ non imputantur ea quæ extra patris ſubſtantiam capiuntur.*
4 *Filius non imputat in legitimam ea quæ in eum tranſeunt vti filium etiamſi non ſit hæres.*
5 *Emphyteutica bona, & feudalia quæ filius euincit confiſcatis bonis patris, non imputantur ei in legitimam.*
6 *Feudum nouum, & ab eo acquiſitum de cuius ſucceſſione tractatur, licet ſit ex pacto, & prouidentia, imputatur filio in legitimam.*
7 *Donata cauſa mortis imputantur filio in legitimam.*
8 *Feudum nouum ex pacto, & prouidentia poteſt à patre alienari in præiudicium filiorum, & refutari in manibus domini.*
9 *Legitimæ non imputantur ea quæ ad filium perueniunt, licet non ſit hæres patris.*
10 *Feudum ex pacto, & prouidentia non dicitur filius habere à patre, ſed ex domini beneficio.*
11 *Filius non imputat in legitimam feudum ex pacto, & prouidentia quamuis nouum.*
12 *Filius cenſetur habere à patre id quod pater poterat in alium conferre.*
13 *Feudum à patre emptum dicitur profectitium.*
14 *Conſentire vaſallo alienanti cogitur dominus ſi non ſubſit particularis ratio ſeu cauſa recuſandi.*
15 *Dominus conſentiens vaſallo feudum alienanti, non dicitur de nouo concedere, nec alienare, ſed alienationem non impedire, & tollere obſtaculum ſuum de medio.*
16 *Pater ſtipulando filijs, cenſetur eis cauſa mortis donare.*
17 *Profectitia reputantur quæcunque ad filios perueniunt occaſione, vel contemplatione patris, ideo imputantur in legitimam.*
18 *Feudum redactum ad inſtar allodij imputatur in legitimam.*
19 *Feudum hæreditarium ſimpliciter, & mixtum ſiue ſit nouum, ſiue antiquum, filio imputatur in legitimam, quia capitur iure hæreditario.*
20 *Hæres qui non eſt, non ſuccedit in feudo hæreditario.*
21 *Hæredis nomen in feudali materia ſignificat ſolum deſcendentes maſculos.*
22 *Feudum datum pro ſe, & hæredibus, non eſt ſimpliciter hæreditarium, ſed mixtum.*
23 *Feudum mixtum conſequitur filius hæres primi inueſtiti, licet non ſit hæres vltimi.*
24 *Feudum mixtum conſequitur filius licet hæres non ſit, quando non poteſt eſſe, quia alius fuit inſtitutus.*
25 *Filius imputat in legitimam ea ſola quæ habet iudicio teſtatoris.*
26 *Legitimæ in taxatione habetur ratio valoris feudi, licet de feudo non deducatur.*
27 *Feudum abſolutè hæreditarium poteſt irrequiſito domino alienari, & legari, & tranſit in quamcunque perſonam quamuis extraneam, venit in confiſcatione bonorum, & idem de eo iudicatur, quod de qualibet alia re hæreditaria.*
28 *Legitima eſt tertia pars eius quod filius ab inteſtato habiturus erat ex hæreditate paterna.*
29 *Legitimam non conſequitur filius qui paternam hæreditatem repudiat.*
30 *Legitima debetur filijs de bonis paternis.*
31 *Legitima eſt quota bonorum.*
32 *Bonorum appellatione non veniunt feudalia bona.*
33 *Aes alienum deducitur ante legitimam.*
34 *Feudum ea conditione cenſetur patri conceſſum vt illud poſt mortem filio reſtituat.*
35 *Legitimæ ante detractionem deducitur id quod pater tenebatur reſtituere etiam ipſi filio.*
36 *Grauatus detrahit fideicommiſſum, quod teſtator reſtituere ſibi tenebatur.*
37 *Argumentum de fideicommiſſo ad feudum valet.*
38 *Quarta quę debetur vxori indotatæ non pręſtatur de bonis feudalibus.*
39 *Feudalium bonorum ratio non habetur in taxando quantitatem legitimę.*
40 *Prohibitum directè non debet indirectè cuipiam concedi.*
41 *Precium ſuccedit loco rei.*
42 *Alimenta tenetur primogenitus aſſignare ſecundogenito, ſi deducto feudo nihil aliud extet ex alijs bonis de quo ſecundogenitus viuere poſſit.*
43 *Bero. conſil. 113. vol. 2. & nonnulli alij Doctor. quomodo intelligi debeant.*
44 *Legitimam iure aliena non poteſt pater filio relinquere.*
45 *Specialia duo non debent concurrere.*
46 *Feudum ex pacto, & prouidentia nouum, & pecunia patris quæſitum, computatur in ratione legitimæ.*
47 *Valor rei minuitur ratione oneris.*
48 *Plus, & minus non faciunt differre ſpecie.*
49 *Res eadem poteſt diuerſo iure cenſeri diuerſis tamen reſpectibus.*
50 *Feudum idem poteſt quoad aliquos reputari nouum, & quo ad alios antiquum.*
51 *Feudum abſolutè, & ſimpliciter hæreditarium, tranſit etiam ad feminam.*
52 *Feudum, & emphyteuſis cuius femina non eſt capax, non computatur in hæreditate in taxanda legitima filiæ debita.*
53 *Aeſtimatio loco rei non debetur vbi res eſt inalienabilis, & diſpoſitio nulla.*
54 *Aeſtimatio non debetur in legato feudi.*
55 *Feuda non veniunt in generali inſtitutione.*
56 *Feudum vbi eſt conceſſum etiam pro feminis, intelliguntur feminæ vocatæ ſolum deficientibus maſculis.*
57 *Legitima in ęſtimanda attenditur valor bonorum ſecundum tempus quo ipſa legitima debetur.*

CONSILIVM CCCCXXVII.

TOTIVS cōtrouerſiæ deciſio ab eo pē
det articulo an in calculanda legiti-
ma, & adeffectum illam impugnan-
di,& augendi, habenda ſit ratio bo-
norum feudalium,& emphyteutico-
rum quæ pater decedens reliquit, li-
cet eorum filia non ſit capax, & in eis circumſcripto
etiam ſtatuto nō eſſet ſucceſſura: ſed neq; id commo-
de cognoſci poteſt niſi etiam videatur quando feu-
dum vel emphyteuſis imputetur in legitimā, frater-
nizant enim dictę quæſtiones,& eiſdem fere determi
nantur rationibus : ideo ſuper vltima hac principa-
liter inſiſtendum eſt.& incipiendo à caſu minus du-
bitabili,ea eſt communis omnium opinio,quod feu-
dum ex pacto, & prouidentia non imputetur in legi
1 timam filij,intelligendo de feudo antiquo.† Fuit ori
ginalis opinio Ang.in §.optimæ, in Auth.de nupt. &
in l.ſi patroni,in princ.ff.ad Trebell.vbi mouetur per
gl.ibi,à qua deducit generalem regulam, quod filius
non imputat in legitimam ea quæ habuiſſet etiamſi
teſtator non reliquiſſet: quia illud deducit tanquam
æs alienum; & ſubdit eſſe bene notandum, & menti
tenendum, quia caſus eſt quotidianus, & ratio eſt:
quia cum actus tribuatur non exequēti ſed ordinan
2 ti,† l.item eorum,§.ſi decuriones, ff.quod cuiuſq; vni
uerſ.nom.c.cum aliquibus,de reſcrip.in 6.videtur fi-
lius habere non à patre inſtituente, & relinquente,
ſed ab eo qui ſtatuit feudum debere à patre in filium
tranſire,vt probat text.in l.vnū ex familia,§.ſi de Fal
cidia,& §.ſed ſi duos,vbi gl.in verſ.hæreditario,ff de
leg.2.vbi dicitur,quod fideicommiſſarius inſtitutus
à grauato,dicitur habere à fideicommittente, non à
grauato,l.ſi hæres teſtamento,ff.de act.empt.vbi qui
fundum emit ab hærede grauato ad vendendum,cen
ſetur à teſtatore non ab hærede emiſſe. dixi in conſil.
29.num.3.& latè exornat Tiraq.de legib.connubial.
gl.8.nu.184 & multis ſequentibus. ſic filius feudum
habet non à patre,ſed ab eo,qui ordinauit illud à pa
tre tranſmitti in filium, & no imputantur quæ extra
3 patris ſubſtantiam capiuntur,† l.ſcimus, §.repletio-
nem,C.de inoffic.teſtam.vbi Salic. infert ad bona fi-
deicommiſſi quę pater reliquit filio,cum tamen eſſet
ab alio grauatus relinquere,& eam regulam ponunt
Doctores omnes,in l.in quartam, ff.ad leg. Falc. vbi
Ripa nu.132.prędictam Angeli deciſionem ſequitur
ibi Caſt.in fine princ.Cuman.in fine, quia ſecundum
eum,filius habet feudum vt filius,non vt hæres. Alex.
nu.3.& 4.idem Alex.in conſ.29.nu.4.vol.5. dicit ſin-
gulare Mar.Sing.32.Ruin.in l.in quartā,nu.23.ff.ad
leg.Falc.quia capitur non à patre,ſed à concedente,
& ad effectum imputandi neceſſe eſt quod immedia
tè proueniat ex ſubſtantia patris. Caguol.in l.memi
niſſe,§.4.ff.de inoff.teſtam.nu.9.Cora.in l.filiū quem
habentem,nu.94.C.fam.hercisc.Fabian.in Auth.No
uiſſima,nu.114.ver.ex quibus omnibus,C.de inoffic.
teſtam.quia filij veniunt ſecundum eum tāquam ex-
tranei,ex contractu inter viuos, non ex diſpoſitione
defuncti, & non habent tanquam bona defuncti, ſed
tanquam propria.Bero.in conſ.113.nu.34. vol.2.vbi
latè probat Vaſqui.de ſucceſſio.creat.lib.3.§.30.limi
tat.34.nu.237.Ripa in d.l.in quartam,nu.179.vbi al-
legat Bertrand.& alios.Clarus in §.feodum,q.46.nu.
2.placuit etiam Iaſ. hæc opinio, in l.quoniam nouel-
la,nu.9.C.de inoff.teſtam.vbi dicit gl.in d.l.ſi patro-
ni,eſſe ad hoc ſingularē,quia non imputantur in legi
timam iura quæ in filium trāſeunt vti filium, etiamſi
4 non ſit hæres.† Boſſius in titul.de bon.publicat.nu.5.
vbi dicit, quod ſi de bonis paternis confiſcatis filius
euincat bona feudalia, & emphyteutica, non tamen
ea imputat in legitimā,ſed præter ea conſequitur le-
5 gitimam. † Cucus de legitima, in titulo, quæ ſint in
legitimam imputanda,nu.6.fol.mihi 45.Bologne.d.
l.in quartā,nu.280.& nu.315. Craſſus in §.legitima,
q.21.nu.3. vbi dicit communem. Mar. Frec. de feud.
lib.3.different.19. in fin.Rolan.in conſ.71.nu.58.vol.
2.Rim.in conſ.156.nu.38.& in conſ.379.nu.53.& vi-
detur tenere Camerat.in c.Imperialem, §.præterea,
in ver.circa tertium caput,fol.mihi 832.Franch.de-
ciſ.368.nu.4.in fin.vbi ait eſſe ſine dubio. Scrader.de
feud.par.7.cap.5.num.44.in fine, verſ. ſecundo con-
cludo, vbi vult, quod ſit aduentitium feudum, quod
ex antiquorum inueſtitura defertur: iura vero aduen
titia non imputantur in legitimam. Nicola. Intrin-
giol. de feud. quæſt.51. nu. 133. vbi allegat Petrum
de Grego.& alios; ex quibus patet hanc eſſe commu
nem opinionem,& ſeruandam in iudicijs,quæ apud
Doctores nullam habet difficultatem,eam enim om
nes ſine diſputatione ſequuntur.

Non tamen procedit quando feudum eſt nouum,
& ab eo acquiſitum, de cuius ſucceſſione tractatur:
quia etſi ſit ex pacto,& prouidentia, tamen filius te-
netur illud in legitimam ſibi ex paternis bonis debi-
6 tam imputare. † hæc fuit opinio Gul. Cun. & Bal.in
l.omnimodo, §.imputari, C.de inoffic.teſtamen. vbi
eos ſequitur Salic.num.2. ver.quædam eſt militia, il
tertio,vbi loquitur in feudo empto,& latius nu.4.vbi
loquitur de bonis emphyteuticis, vbi mouetur,quia
tale feudum contractu patris quæſitum, reputatur
profectitium, & quamuis ſubdat non cenſeri profe-
ctitium id quod poſt patris mortem quæritur,tamen
aduertendum eſt quod ſine dubio eſt profectitium
ius illud, per quod feudum poſt patris mortem eſt
quærendum filio,& ſine quo filius mortuo patre feu-
dum non haberet. Alexand. in d.l.ſi patroni, num.5.
& 7.vbi verſ.& hæc opinio videtur vera, dicit, quod
pater ſtipulando pro ſe,& filijs ordine ſucceſſiuo, vi-
detur donare filijs cauſa mortis,per l.fin. C.de pact.
7 donata autem cauſa mortis, imputantur. † l.etiam,
§.penult.ff.de bon.lib.Bartol.in d.l.in quartam.hanc
rationem inuenio ponderatam fuiſſe ab Aret.in l.a-
pud Iulianum,§.ſi quis alicui,in fin.ff.de legat.1. vbi
per eam infert,quod pater acquirens poterit cum do
mini conſenſu alienare feudum in præiudicium filio
rum,ſicuti poteſt reuocare donationem cauſa mor-
tis, & ſequuntur multi quos aliàs citaui conſulendo
pro Dom. Marco Antonio Solario.& cum hac ſenten
tia, quod feudum à patre quæſitum pro ſe, & liberis
imputandum ſit in legitimam filiorum,tranſit quoq;
Alexan.in conſil.29.nu.4.ver.ſed vbi fuiſſent,volum.
5.Curt.iun.de feud.par.4.quæſt.pen.in 1.reg.ver.ter-
tia poteſt decidi. Ripa, in d.l.in quartam, num.179.
vbi dicit, quod tale feudum poteſt à patre alienari
in præiudicium filiorum, & refutari in manibus do-
8 mini,& eius inueſtitura poteſt alterari. † Vaſq. d.§.
30.nu.235.vbi mouetur: quia pater poterat feudum
non acceptare,& ita filijs præiudicare; & filius dici-
tur habere à patre, ex quo patris facto, & opera ha-
bet,& videtur cōfundi cum patrimonio patris.Clar.
d.quæſt.46. nu.3. quia ſecundum eum filius habet ex
paterno beneficio,ex quo pater de tali feudo poterat
liberè diſponere etiam alienando in extraneum: &
ideo quoad patrem,& filium nihil intereſt quod feu-
dum fuerit acceptum pro ſe & filijs,vel pro ſe, & hæ-
redib.Iacob.in ſua inueſt.in verſ. & cum pacto, quod
de dicto feudo poſſint teſtari, numer.17. vbi reſoluit
quod feudum quo ad filium acquirentis iudicatur

profecti-

profectitinm, ideo imputatur ſibi, quo verò ad ne-
potem, reputatur aduentitium, & ei non imputatur,
& cum eis tranſire videtur Boſſius de publicat. bo-
nor. num. 5. Moder. Gal. ad Alex. conſ. 8. volum. 3. vbi
dicunt, quod inter primum acquiſitorem, & primum
ſucceſſorem, feudum indicandum eſt hæreditarium:
ſed quoad alios, habetur tanquam ex pacto, quod in
maioratu diair quoque Molin. de primogen. Hiſpan.
lib. 1. cap. 8. num. 10. Franch. in deciſ. 369. num. 5. vbi
ſequitur prædictam diſtinctionem, & vult, quod no-
uum feudnm ſub quacunq; forma fuerit conceptum,
ſemper ab acquirẽte poteſt alienari ad præiudicium
ſucceſſoris. Craſſus, in §. legitima, quæſt. 21. in fine, vbi
quod filius imputat feudum eo modo, & ratione, qui
bus tenetur alia imputare quæ habet à patre. Bolo-
gnet. d. l. in quartam, num. 316. verſic. propterea vide
tur generaliter, vbi tamen, quod precium ſeu valor
feudi non ipſum feudum imputetur, quinimo quod
imputatio fiat non præcisè, ſed cauſatiuè, ne cogatur
valorem feudi reſtituere filiis, quod tamen in effe-
ctu nihil eſt; quia inſpecto ſucceſſu, & effectu dicitur
feudum imputari. Hanc partem dicit magis commu
nem Intringliol. d. quæſt. 51. nu. 135. idem probauit
Scrader. d. par. 7. cap. 5. num. 45. verſic. tertio conclu-
do, vbi vult, quod ſi agitur de ſucceſſione illius qui
feudum acquiſiuit, tunc eius filius cogitur imputa-
re, quia feudum habet ex contractu patris, atque il-
lius contemplatione, ideo iudicatur de eo ſicut de re
liqnis bonis, quę filius habet à patre, nec poteſt diuer
ſa ratione conſiderari, & loquitur quando feudum
gratuito etiam fuit conceſſum, pecunia non interue-
niente: vnde negari non poteſt quin hæc quoq; opi-
nio communis ſit.

Contra hanc limitationem ſolent multa allegari.
Primo, quod feudum xcquiritur filio poſt mortem pa
tris tantum, ideo non imputatur: vt voluit Bxrt. in l.
1. §. nec caſtrenſe, num. 6. verſ. ſed ſi quæſiuiſſet, ff. de
collat. bon. eſt enim quæſitum ex cauſa, quæ non ſin-
git retro. Secundo, non imputantur, quæ ad filium
peruentura eſſent, etiam ſi non eſſent hæredes; at feu
dum pro ſe, & liberis acceptum, ſpectaret ad filium,
9 etiamſi non eſſet hæres, ergo non imputatur, † Ang.
in d. l. ſi patroni, vbi quoad rationem prędictam om-
nes ſequuntur Coraſ. d. l. filium quem habentem, nu.
94. Tertio, filius dicitur feudum habere non à pa-
tre, neque ex contractu patris, ſed ex domini benefi-
cio, & conceſſione, l. ſi arrogator, §. 1. ff. de adopt. Iſer.
in cap. 1. §. præterea Ducatus, num. 38. in fine, de pro-
hib. feud. alien. per Federic. vbi ſubdit, quod feudum
videtur per mortem vaſalli apertum Domino, at-
10 que ei reſtitutum qui poſtea illud dat filio. † Lofred.
conſil. 1. num. 15. Bero. conſ. 113. num. 19. & 35. vol. 2.
& dicit Iſern. in cap. 1. num. 1. verſic. eſt ratio, de ſuc-
ceſſione feud. quod feudum dat liberis lex, & legis
prouidentia, ideo neque priuatus quiſpiam, neque
alius lege excepta poteſt feudum auferre. & ibi dicit
Bald. in princ. num. 5. quod in feudo ſuccedit filius,
non ex teſtamẽto, neque ab inteſtato, ſed iure ſucceſ-
ſorio feudorum: tot etiam cenſentur in feudo dona-
tiones, quot ſunt perſonæ nominatæ in feudi conceſ-
ſione, & omnibus, imo cuique ipſarum feudum ad vi
tam videtur conceſſum, quare vno defuncto, alius feu
dum proprio iure capit. Iſern. d. c. 1. §. hoc quoque,
de ſucceſſione feudi. alios citat Camerar. in d. §. præ-
terea Ducatus, ver. & quoad primum, folio 769. con-
firmat in ſequen. verſic. quamobrem Iſern. hoc etiam
tenet Freccia lib. 3. in prima different. feud. ex pacto
& prouid. numer. 2. Rurſus Camerar. loco prædicto,
verſicul. quid ergo dicemus nos, folio 814. Nard. ad
Iſern. in locis ſupra citatis; & ideo cum feudum ha-
beat filius à lege, vel a Domino concedente, non te-
netur imputare tanquam acceptum extra ſubſtan-
tiam teſtatoris. Quarta quoque ſubeſt ratio: quia
vbi filius capit tanquam filius, tunc deducit feudum
tanquam æs alienum, antequam iura commiſcean-
tur, vt inquit Ang. in l. ſi patroni, qui loquitur indi-
ſtinctè, non faciendo differentiam inter feudum no-
uum vel antiquum, ſed ſolum inter feudum ex pacto,
& hæreditarium, prout multi alii. Quinto hanc ſen-
tentiam quod feudum quamuis nouum, ſi tamen eſt
ex pacto, filius non teneatur imputare in legitimam,
11 † tenuerunt expreſsè Ruin. in d. l. in quartam, num.
24. vbi mouetur, quia feudum habet filius ex benefi
cio Domini, & quia ad effectum imputandi neceſſe
eſt vt immediatè deſcendat à patre, nec ſufficit, quod
id fiat mediatè, & concludit, quod feudum eſt aduen
titium, tãquam proueniens à Domino qui eſt extra-
neus. Fabian. in Auth. Nouiſſima, nu. 74. vbi tantum
limitat, quando feudum eſſet quæſitum pecunia pa-
tris, quia tunc reputatur profectitium. Coraſ. in l. fi-
lium quem habentem, num. 94. quia non capit ex te-
ſtamento, nec ab inteſtato, nec hæreditario aliquo
iure, latè Bero. d. conſil. 113. num. 35. & ſeq. vol. 2. vbi
adducit quod tranſit in filiũ ex beneficio Domini, &
non hæreditxrio iure, nec eſt de patrimonio, aut ſub-
ſtantia patris, quæ ſunt neceſſaria ad imputatio-
nem, & dicit eſſe magis communem opinionem, re-
ſpondetque ad ſingula Alexandri argumenta, negan
do, quod filius capiat cauſa mortis, ex quo feudum
habet proprium nomen, & cadit in certam ſpeciem,
& non poteſt vendi nec ad hæredes tranſmitti extra
neos. quæ vltima ratio, quod ſcilicet vendi non poſ-
ſit multum ſtringit: quia cum non tranſeat liberum,
non videtur quod ſit imputandum. & cum hac ſentẽ-
tia videtur reſidere Bulog. d. l. in quartam, num. 316.
quia licet pater videatur feudum acquirere filio, ta-
men filius habet ex prouidentia Regis vel Domini,
ideo tãquam extra ſubſtantiam patris habitum non
imputatur: vbi tamen eſſet emptum, videtur velle,
quod precium ſolutum imputetur, prout etiam vo-
luit Fabian. in Auth. Nouiſſima, quem ſupra citaui.
Boſ. de bon. publicat. numer. 5. ea ratione adductus,
quod tali caſu feudum poteſt filio euinci ab alijs vo-
catis, ideſt poſt mortem filij debet in alios tranſire:
vnde non eſt iuſtum quod filius imputet: quia hoc
modo non haberet integram, & ſine onere ſuam legi
timam. Cucus apertius in d. tract. legitimæ, in §. quæ
ſint imputanda in legitimam, num. 6. vbi ea ratione
& ipſe mouetur, ſed addit, quod Domini conceſſio,
& prouidentia feudum transfert in filium vaſalli.
hæc autem ſententia poteſt dici approbata ab illis
omnibus Doctoribus, qui negant feudum nouum ex
pacto, & prouidentia poſſe ad filij, vel agnatorum
præiudicium vendi aut alienari à primo acquiſitore
de conſenſu Domini, quorum multos retuli in dicto
Reſponſo pro D. Solario, nec repeto. atq; ita, quam-
uis prior opinio plures habeat authores, hęc tamen
videtur validioribus fulciri rationibus, quibus alij
non planè ſatisfaciunt.

Ego autem primam tanquam communem, & ve-
riorem ſequor, & cenſeo feudum quamuis ex pacto,
& prouidentia, quia tamen eſt nouum, imputandum
eſſe in legitimam filio debitam in bonis patris, per
iura & rationes ſupra allegatas, ſed eo præcipuè ad-
ducor fundamento, quod pater de tali feudo tanquã
de re propria poterat diſponere ſecundum commu-
nem ſententiam, quam probaui in dicto conſilio pro
D. Solario. ideo ſi pater inteſtatus decedit, tranſit ad
filium

Digitized by Google

filium ex tacita voluntate patris, qui videtur filio ab
inteſſato ſucceſſuro relinquere, l.conficiuntur, ff. de
iure codic. aut teſtando illud filio relinquit, & tunc à
patre habet expreſſam illius voluntatem, & diſpoſi-
tionem, atque ita filius ſemper illud habet à patre
ex patris patrimonio, voluntate, & diſpoſitione: vn-
de imputare illud tenetur. Et quamuis non habeat
titulo hæreditario, habet tamen cum vniuerſali hære
ditate, & ſucceſſione. Et non obſtat, quod acquiratur
filio poſt mortem patris tantū: quia verum eſt quoad
plenum acquiſitionis effectum, is enim perficitur de-
mum patre mortuo, & non ante, ſed viuente patre, di
citur filius ius in ſpe habere ad feudum quod pater
eſt ſtipulatus pro filio, atque ita filius etiam patre vi
uente ius habebat, quod tantæ eſt importantiæ, quod
affirmant multi Doctores, illud tolli poſtea non poſ-
ſe, vt per Cæph. in conſ. 302. nu. 5 a. & multis ſeqq. &
nu. 1 ta. & multis ſeqq. vbi dicit, quod filius feudum
habet à Domino.

Secundo non mouet, quod feudum eſſet ad filium
peruenturum etiam qui non eſſet hæres patris: quia
etſi non imputentur quæ filius etiam non hæres pote
rat conſequi, tamen hoc eſt verum, quando inuito
patre, & contra illius voluntatem ea poſſet habere,
tunc enim reputantur æs alienum, ſed quando habe-
ri non poſſunt contra patris voluntatem, imputan-
tur: ita loquūtur iura ab Ang. & alijs allegata. at feu
dum nouum eſt tale: nam pater poteſt de illo diſpo-
nere in alios quā filios, atq; ita filij habere illud non
poſſunt niſi accedente patris voluntate, ergo cenſen-
12 tur habere à patre, qui poterat in alium conferre, † vt
per Ripam d.l. in quartam, nu. 179. concedere enim is
videtur qui non adimit cum poſſit. l. ſi fundum per fi-
deicommiſſum, §. ſi cum l. ſeq. ff. de leg. 1. Cin. Bart. &
Caſt. in l. ex trib. C. de inoff. teſta. Bat. in l. ſi Titio, §. fi.
ff. de leg. 1. alios citaui in conſ. 31. nu. 47. vbi ſuſtinui
paria eſſe, non adimere, vel relinquere.

Tertio non reſiſtit, quod filius feudum habeat ex
conceſſione, & beneficio Domini: quia ſi ponamus pa
trem de ſuo aliquid erogaſſe, certe dicatur à patre
habuiſſe ſecundum Fabia. in d. Auth. Nouiſſima, nu.
114. & ante eum Bal. in l. 1. in fi. C. per quas perſ. nob.
acqui. Aret. in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, in fi-
ne, ff. de legat. 1. Corn. in conſ. 51. ver. ſed his non ob-
ſtantibus, vol. 3. & conſ. 37. circa med. eod. vol. vbi di-
13 cit, feudum tali caſu eſſe profectitiū, † ſubdens, hanc
Theoricam eſſe æquam & rōnabilem, & ſibi placere,
Gozad. in conſil. 25. num. 19. & in conſil. 75. num. 14.
Curt. iun. de feud. par. 4. in vltima cau. priuat. in pri-
ma reg. colum. 4. in 2. concluſ. Natta in conſ. 503. nu-
mer. 3. Socin. iun. conſ. 72. num. 35. circa med. volum.
1. Pinell. in l. 1. par. 3. num. 98. verſ. hoc autem turius
procedit, C. de bon. mater. Crau. in conſil. 135. num.
8. Berret. in conſil. 78. num. 13. Menoch. in conſil. 409.
nu. 18. & ſeqq. & poſſem multos alios allegare quos
omitto; & non curo quod feudum fuerit emptum à
Domino, vel ab alio cum Domini conſenſu: quomo-
docunque enim pecunia patris comparatum fuerit,
ſemper eſt profectitium, & vbi fuit emptum ab alio,
non dicitur haberi ex beneficio concedentis: nam
Dominus cogitur conſentire vaſallo alienanti ſi non
14 ſubſit particularis ratio ſeu cauſa recuſandi. † Affl.
in cap. Imperialem, in princ. quæſt. 16. num. 9. in fin.
de prohib. feud. alien. per Feder. Corn. in conſil. 250.
vol. 3. vbi tenet hoc, quando conſueuit aſſenſus con-
cedi, vt in hac patria. ſequitur Burſat. in conſ. 56. nu.
28. & per totum conſilium, & in conſil. 256. per to-
tum. Silua. in conſil. 6?. num. 18. Clarus, §. emphyteu-
ſis, num. 2. ver. quarto quod priuſquam. Io. Baptiſta
Surdus, in cap. 1. §. Titius, num. 35. ſi de feudo defun-
cti fuer. controuer. & Dominus conſentiendo aliena
tioni feudi quæ fit ab alio, nihil dat de ſuo, ſed cum
poſſet actum impedire, tollit obſtaculum ſuum de
medio, vt vult Bald. in l. ſi vt proponis, C. de ſeru. pi-
gnor. dat. manum. & dicit idem Bald. in cap. quæ in
eccleſiarum, nu. 19. in fine, de conſtitut. quod Domi-
nus conſentiens vaſallo alienanti, non dicitur aliena
re, ſed alienantem non impedire, & aliter ius illius
15 prorogare, non autem de nouo concedere. † Hercu-
la. in l. 2. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. ita de-
clarat Camer. in cap. Imperialem, in princip. verſ. tu
autem pro veritate, fol. mihi 337. vbi dicit, quod Do-
minus infeudando à principio, & concedendo in feu
dum rem quæ erat ſua libera, dicitur totum dare, &
dominium transferre, & tunc feudum habetur à con
cedente; ſed quando res iam erat infeudata, & per
vaſallum alienatur in non vocatum, tunc Dominus
conſentiendo nihil dat, ſed de medio tollit impedi-
mentum, & tali caſu contractus eſt mixtus: quia dat
vaſallus ſuum vtile dominium, dat etiam Dominus
quidquid tunc habet: quia tollendo obſtaculum, per
ficit actum: atque ita res datur à vaſallo, & actus ven
ditionis perficitur à Domino, vt per eum, fol. 339. &
tali caſu vaſallus vendens obligatur pro euictione,
vt ibi. Dominus autem ad nihil obligatur niſi vt ra-
tam habeat venditionem, vt poſt Iſer. declarat idem
Camera. fol. 353. verſic. ego vero dico, & idem repetit
in quinta concluſione, fol 639. & nu. 729. ver nam e-
tiamſi, dicit, quod Dominus confirmans nihil dat,
etiamſi dicat, & de nouo concedo; nunquam igitur
feudum dicitur haberi à Domino niſi quando à prin
cipio conſtituitur, & per Dominum transfertur vti-
le dominium, vbi vero translatio fiat à vaſallo, & Do
minus ſolum præſtat conſenſum, non habetur à Do-
mino, ſed à vaſallo.

Addo, quod vbi à principio feudum conſtituitur,
ita, quod a Domino transfertur dominium, videtur
quoque imputandum eſſe duplici ratio. Prima eſt:
quia etſi feudum à Domino proueniat, tamen pater
eſt qui cum Domino contrahit, & feudum deſcendit
nō à ſolo Domino abſolutè, ſed mediante patris con
tractu, eiuſque ſtipulatione, vt dicunt Iſer. Bero. Bal.
& Camer. in contrarium citati. & quoad patrem ſu-
ſcipientem, feudum deſcendit à ſolo Domino, ſed
quoad filios prouenit à patre, qui pro filijs ſtipula-
tur, & ius quod per paternam ſtipulationem acquiri
tur, eſt profectitium, non aduentitium: quia ſtipulan
16 do filijs, cenſetur eis cauſa mortis donare. † ſecun-
dum Bal. quem citat, & ſequitur Aret. in d. l. apud Iu-
lianum, §. ſi quis alicui, cum alijs quos citaui in prin-
cip. reſolutionis huius tertij argumenti, propterea
habent filij ex paterna donatione. Secunda eſt ratio:
quia vbi etiam donatio tribuatur Domino conceden
ti, quia tamen ei incognita eſt filij perſona, præſumi-
tur quod filios in conceſſione vocauerit contempla-
tione patris non autem filiorum ſibi incognitorum,
& forte non natorum, imputantur autem quæcunq;
ad filios perueniunt occaſione, vel contemplatione
17 patris: quia reputantur profectitia, † l. profectitia,
ff. de iu. dot. Gul. Cun. in d. l. omnimodo, §. imputari,
vbi Salic. num. 4. Alex. in d. l. ſi patroni, numer. 6. & 7.
Craſſ. d. §. legitima, quæſt. 21. in fine. Vaſq. d. §. 30. nu.
235. dum conſiderat factum, & operam patris in ac-
quirendo. Scrader. d. part. 7. cap. 5. num. 45. in fine. &
prædicti vtramque probant concluſionem, quod fi-
lius feudum habeat contemplatione patris, & quod
habita patris contēplatione ſunt imputanda. ſtat er-
go firma reſolutio, quod feudū de nouo à patre quæ-
ſitum,

Digitized by Google

ſitum,ſiue per emptionem à vaſallo,ſiue aliter à Do-
mino, ſemper imputatur: quia quoad filios, dicitur
prouenire à patre, vel quia pater de ſuo erogauerit,
vel quia ex patris cõtractu filijs acquiratur, vel quia
filijs conceſſum fuerit patris contemplatione, vnde
ceſſat prorſus tertium obiectum, quod plus ceteris
vrgere videbatur. & per hoc reſoluitur quartum quo
que obiectum: quia ad euitandam imputationem,
non ſufficit filios feudum capere tanquam filios, &
deficere qualitatẽ hæreditariam, ſed requiritur etiã
quod res ſit profectitia, non aduentitia: nam vbi eſt
paterna,& acquiritur ex contractu patris, vel ex pe-
cunia patris,imputatur,ſicuti dicimus de ſeudo em-
pto à patre pro filijs,in quo nemo dubitat quin filius
imputet; ſic etiam ſi pater emat filio militiam, licet
filius habeat tanquam filius,eſt tamen locus imputa
tioni, vt per Bart. & Doctores omnes communiter,
in l.in quartam,Bald.Salic.& alios,in d.§.imputari.

Non etiam procedit concluſio principalis in illis
regionibus aut caſib. quibus feuda redacta ſunt in-
ſtar allodiorum: quia tũc ſiue noua,ſiue antiqua ſint,
ſiue ex pacto, & prouidentia, ſiue hæreditaria ſint,
18 ſemper imputantur in legitimam filij. † ita voluit
Ripa, d.l.in quartam,nu.182.qui infert,quod in Ga-
lijs omnia feuda imputantur, ex quo ſecudum Ioan.
Fab.in proœm.Inſtit.& in tit.de rer.diuiſio. ſunt in-
ſtar allodiorum.& Ripa refert Bertr. ſic conſuluiſſe,
licèt verè ibi Bertra.nihil de imputatione dicat, ſed
ſolum de qualitate feudorum Franciæ,& Prouinciç,
vbi vult quod feminæ ſuccedant. idem tamen reſpe-
ctu imputationis concludit Cucus,d.§.quæ ſint impu
putanda in legitimam,nu.6. & 7.ſed limitationẽ hãc
impugnat Coraſ.in d.l.filiũ quem habentem, nu.95.
& 116. quia ſecundum eum conſuetudo illa non in
totum mutat feudorum naturam circa ſucceſſionẽ,
& alia omnia: ſed, vt videri põt, mouetur Coraſius;
quia illa feudorum alteratio fit non in omnibus, ſed
limitata,& reſtricta ad aliqua tantum.

Quando verò feudum eſt hæreditarium ſiue ſim-
pliciter,ſiue ſecundum quid, ideſt mixtum, tunc ſiue
nouum ſit,ſiue antiquũ,ſemper filio imputatur: quia
19 capitur iure hæreditario.† Bar.in l.vt iuriſiurandi,§.
ſi liberi, ff.de oper. libert.in l.1. §. nec caſtrenſe,ff.de
collation.bonor.Cuman.in d.l.ſi patroni,in fine prin
cip.quia capit filius vti hæres. Bald.Salic. & alij om-
nes,in d.§.imputari.Alexand.in d.conſ.29. nu.4.vo-
lum.5.Doctor.in l.in quartam,vbi Ruin.num.24 Ri-
pa,nu.177. dicens, hoc apertè procedere. Fabian. in
d. Auth. Nouiſſima,num.114.verſic.ex quibus omni-
bus.Coraſ.d.l.filium quem habentem,nu.94.vbi mo-
uetur: quia feudum capitur iure hæreditario. Vaſq.
de ſucceſſ.creat.lib.3. §.30.nu.234. vbi allegat ratio-
nem prædictam,& præter eam quod ex quo pater re-
cuſando ſucceſſionem poterat filium feudo priuare,
videtur filio dediſſe, atq; ita filius habet à patre qui
videtur relinquere ex quo non ademit cum poſſet.
Craſſ qui communem dicit, §.feudum,quæſt.46. nu-
mer. 2. Iaſ.in l.quoniam nouella, num.9. Cucus d. §.
quæ ſint imputanda in legitimam,num.6. quia filius
per inſtitutionem patris factus eſt capax feudi, ideo
videtur feudum habere a patre: quia in feudo hære-
ditario nemo ſuccedit,qui non ſit hæres, & qualitatẽ
20 habeat hæreditatẽ.† Iſern.in c.1.§.hoc quoque,col.2.
de feud.ſucceſſ. Crau.in conſ.197.nu.5.in fi.vbi cõmu
nem dicit. Rolan.in conſ.67.nu.24. vol.2.cum infini-
tis ſimilibus. Craſſus in §.legitima,q.21.nu.3. vbi di-
cit magis communem, vbi ait,quod capitur iure hçre
ditario,eſt pars hæreditatis, & filius dicitur à patre
habere quando per inſtitutionẽ factus fuit capax ſuc
ceſſionis, quam aliter non eſſet conſecutus. Franch.
in deciſ.268.per totam,vbi num.4.in fin. recolligen
do totam materiam confuſè prius pertractatam,di
cit, quod in ſumma concluſio eſt, feudum hæredita-
rium ſiue nouum,ſiue antiquum, imputari in legiti-
mam. Boſſ.de publicatio.bonor.num.5.Scrad.par.7.
cap.5. nume.43. vbi dicit eſſe veriorem, & commu-
niorem, dicens eſſe partem hæreditatis, & contine-
ri nomine hæreditatis, venire in reſtitutione fideicõ
miſſi, & in petitione hæreditatis.Cametar. d.§.præ-
terea Ducatus, num.832.Burſat. qui dicit commu-
nem, in conſ.89. num.37. Intringliol. de feud. q.51.
num.132. & hoc procedere videtur, vt dixi, ſiue feu-
dum ſit abſolutè hæreditarium, ſiue mixtum: quia
prædicti omnes Doctores non diſtinguunt, ſed ſolũ
ſeparant feudum ex pacto, à feudo hæreditario, er-
go indiſtinctè intelligendi ſunt tam in mixto,quam
in puro, & vero hæreditario: & rationes militant
non minus in mixto quam in alio. ſolum inuenio Bo
lognet. in d.l.in quartam, num.315. qui dicit feuda
habentia mixtam naturam,vt quando conceſſa ſunt
pro ſe, hæredibus, ex ſuo corpore legitimè deſcen-
dentibus, minimè imputari, ſed regulari ſecundum
feuda ex prouidentia, & ſortius ſubdit, eam diſtin-
ctionem communiter approbari à Docturibus,quod
tamen eſt falſum, cum, vt dixi, Doctores inter mix-
tum & ſimplex hæreditarium feudum in propoſito
non diſtinguant; ſed non eſt mirandum quod in hoc
Bologn.lapſus fuerit, cum in eodẽm articulo alium
committat errorem in feudali materia: nam vult
quod feudum conceſſum pro ſe, & ſuis hæredibus, &
ſucceſſoribus, ſit hæreditarium abſolutum,quod ta-
21 men falſum eſt: †quia in feudali materia nomen hæ-
redis ſignificat ſolum filios, & deſcendentes maſcu-
los,cap.1.§.etſi clientulus,de alien. feud. Bart. in l.ſi
mihi, & Titio,ff. de verb.obligat.Ang. in conſil.110.
alios citat Oſaſc.deciſ.Pedemon.161.num.15.Cæph.
in conſil.303.num.41. & ſeqq. & in ſpecie quod ſeu-
dum datum pro ſe, & hæredib. ſit mixtum, non au-
22 tem ſimpliciter hæreditarium,† tenuerunt Alexan.
Afflict.Curt.iun.Dec.& alij multi apud Oſaſc.d.de-
ciſ.161.nu.1. vbi dicit communem,& ſequuntur Pa-
riſ.Socin.iun.Rub.Boſſ.Silua Pinel.Burſat.Riminal.
Phanuc.& Guerin.quos citaui in conſ.108.num.15.
& quamuis multi dicant feudum eo modo conceſ-
ſum eſſe hçreditarium, intelligunt tamen de mixto,
non de abſoluto; quod poteſt in quoſcunque etiam
extraneos hæredes tranſire: quare curandum non
eſt de opinione Bologn. viri alioquin grauiſſimi, &
eruditiſſimi,ſed ſtandum eſt communi opinioni,quç
habet,quod feudum mixtum ſiue nouum, ſiue anti-
quum ſit, ſemper imputari debet in legitimam filij,
per rationes ſupra deductas,quæ videntur palpabi-
les,& carere omni ſcrupulo.

Sed ſi ſupra allegatas rationes attendamus, duo-
bus in caſibus prædicta concluſio non obtinebit. Pri
mo, quando filius eſſet hæres primi inueſtiti: nam
etiamſi non ſit hæres vltimi, habere poteſt feudum
23 mixtum.† Iſern.in c.1.§.hoc quoque,de ſucceſſ.feud.
Ang. Alex. Soc. Afflict. Dec.Ruin. Gozad.Pariſ.Soc.
iun.Brun.Pinel.& Rol.quos citat,& ſequitur Cçpha.
in conſ.301.no.140.alios citaui in conſil.63.num.22.
quam ſententiã probauit Intringliol. de feud. q.49.
num.178.& ſeqq.vbi addit Lauren.Chirchou.Cane-
tium,Ripam,Tobiam Nonium,Becium,& Menoch.
quidquid multi alij affirmauerint, quos ipſe refert
loco pręcitato.ergo non imputabit ſibi feudũ in legi
timam debitam ex bonis paternis.Secundo qñ filius
non poteſt eſſe hçres, tunc dicunt Doctores, quod
con-

conſequitur feudum mixtum, perindè, ac ſi hæres eſ-
24 ſet, puta, quando alius eſſet inſtitutus. † Iac. Beluiſ.
Iac. Ardiao. Bal. Martin. Laud. Aluar. Præpoſ. & Af-
flict. in c. 1. an agna. vel filij, vbi Io. Baptiſta Surdus,
nu. 24. multos allegat. alios ego citaui in d. conſ. 63.
nu. 24. ſi igitur filius non poteſt eſſe hæres, vt quia fuit
prẹteritus vel exhẹredatus à patre, & capit feudum,
non imputabit ſibi in legitimā, his enim duobus ca-
ſibus ceſſant prædictæ rationes, quia feudum non ha
bet ea voluntate patris, qui exhæredando vel præte-
reundo, denegat hæreditatem. Has rationes non in-
uenio ponderatas à Doctoribus io hac materia; ſed
quo ad primū caſum res facilè reſoluitur: cum enim
filius repudiet patris hæreditatem, vel non ſit eius
hæres, tractari non poteſt de legitima, & conſequen
ter de imputatione, quia legitima nō debetur ei qui
repudiat, ſed ei qui agnoſcit patris hæreditatem, vt
dicam infra. Sed maius eſt dubium circa ſecundum,
in quo filius præteritus vel iniuſtè exhæredatus po-
teſt ſuam legitimam petere, & cum feudum habeat
non ex teſtatoris voluntate, non tenetur illud impu
tare: quia ea ſola imputat filius quæ habuit iudicio
25 teſtatoris, † vt ponit Bar. in l. in quartam, in 5. q. vbi
eum ſequuntur alij omnes, præcipuè Picus, nu. 179.
Ripa, num. 140. & Bolognet. num. 295. Craſſus d. §.
legitima, quæſt. 20. num. 1. qua ratione Doctores di-
cunt non imputari filio quæ auocat à vitrico ob tran
ſitum matris ad ſecunda vota, ea diſpoſitione l. hac
edictali, C. de ſecund. nupt. ita Bar. in d. l. hac edicta-
li. Comen. conſ. 109. Fulgoſ. in conſi. 97. & commu-
nem dicit Ripa d. l. in quartam, in fine, vbi allegat
multos alios. & pręter eum alios enumerat Craſſus,
d. §. legitima, q. 20. nu. 5. Hoc itaque caſu ſubſiſto, &
forte verius erit dicere, feudum ſecundo hoc caſu nō
eſſe imputandum.

Nunc quod certa ſunt fundamenta præambulæ
quæſtionis, cognitumque eſt quibus in caſibus in le-
gitimam imputari poſſit feudum vel emphyteuſis,
deueniendum eſt ad alteram quæſtionem, an feudi
valor & ęſtimatio computari debeat ad augendum
quantitatem patrimonij in ponenda ratione legiti-
mæ: exempli gratia, hæreditas tota feudo cōputato
capit mille aureos, feudi valor eſt centum aureorū,
an in taxanda legitimæ quantitate habebitur ratio
quod in hẹreditate ſint mille, vel ſolū nongēti aurei,
& videtur legitimā deberi, habita ratiōne valoris feu-
26 di, licet de feudo † nō deducatur, vt voluit Petr. Iac.
in ſua praxi, ti. de ſucceſſ. Regni Franc. col. 4. ver. ſed
quiddum deceſſit, vbi ait, quod etſi de Regno, Duca-
tu, vel Marchionatu, non debeatur legitima ſecun-
do genito in corporibus Regni, vel Ducatus, quia
obſtat indiuiſibilitas & vnitas, tamen ea ſoluenda
eſt io pecunia, atque ita æſtimatio debetur, licet nō
res. & hic vnus eſt ex caſibus quibus legitima præ-
ſtari poteſt io pecunia. Hanc partem naturali ratio-
ne motus, nullatenus authoritate ſuffultus, tenuit
Bellam. in conſ. 48. nu. 3. vbi dicit, quod legitima fi-
liabus aſſignari debet in alijs bonis ſi extant, quan-
do primus capit rem indiuiduam, qualis eſt Comita
tus Geneuę. ſi vero alia bona non extant, dari debet
pecunia, quia æſtimatio ſuccedit loco partis in reb.
indiuiſibilibus. idem probarunt Hoſtien. Ioan. And.
Card. Florent. Imola, Abb. Caſtr. Guid. Pap. Bened.
Boer. & Capic. quos omnes citat & ſequitur Tiraq.
in tractatu primogenitur ę, quęſtio. 5. num. 1. & ſeqq.
& ibi declarat, id quod voluit Ripa in d. l. in quartā,
num. 133. loquendo de apanagio. atque ita volunt,
quod feuda ipſa computentur in conſtituenda legi-
tima, & de eis ſit ſoluenda, ſed in pecunia, pro eui-
randa diuiſione. & clarius loquitur Guid. Pap. deciſ.
487. nu. 2. Ioan. Lup. in Rub. de donation. inter vir. &
vxor. §. 47. num. 17. vbi inquit, deberi quidem legiti-
mam, ſed nō ſolui ex bonis, verum in pecunia præſta-
ri. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 11. nu. 29.
vbi præcitatos ferè omnes refert, & addit. Sigiſmun.
Loffred. in conſ. 1. num. 181. cum ſequentibus. Hanc
partem multis hinc inde conſideratis acerrime de-
fendit Camerar. in c. Imperialem, in §. præterea Du-
catus, verſ. quid dicemus nos, de prohib. feud. alien.
per Feder. folio mihi 835. cum ſeqq.

Hæc ſententia in feudo hæreditario videtur veriſ-
ſima: quia non differt à ceteris rebus hęreditarijs, lo-
quendo in abſolutè hæreditario: poteſt enim vaſal-
lus irrequiſito Domino, alienare, vendere, legare, vel
aliter tam in teſtamento, quam in vltima voluntate
diſponere, vt in cap. 1. vbi omnes Doctores, de feud.
non haben. propr. feud. natur. & tranſit in quamcun-
27 que perſonam quamuis † extraneam, vt in d. c. 1. Ale-
xand. io conſ. 7. nu. 8. vol. 7. latiſſimè infinitos cumu-
lans Rolan. in conſ. 79. nu. 23. 25. & 29. vol. 2. & venit
in confiſcatione bonorum, vt per Rom. Imol. & Alex.
in l. ſi finita, §. de vectigalib. ff. de publica. Boſſius, qui
communem dicit in tit. de bono. publicat. num. 19. &
54. Roland. latè in tractat. de inuentar. par. 4. verſic.
nunquid hæres, nu. 14. fol. mihi 149. vbi poſt multos
inquit, de tali feudo iudicari idem quod de qualibet
re alia hæreditatis. & præter eum Cranet. conſ. 501.
num. 12. vbi dicit, quod eodem iure cenſetur quo ce-
teræ res hæreditariæ, & infert, quod remanet omni-
bus hæreditarijs oneribus obnoxiū. Srader. de feud.
par. 7. cap. 7. nu. 33. vbi quod ſtatuitur de eo id, quod
ſtatui ſolet de ceteris rebus hæreditarijs. non ergo
mirum ſi veniet io computatione legitimæ, & hoc in
ſpecie videtur admittere Capic. in deciſ. 2. num. 4. &
hoc eſt quod dixit Alexan. in conſ. 29. num. 4. volum.
5. vbi dicit, magis communem eſſe opinionem, quod
de feudo pro ſe, & hęredibus conceſſo, debeatur legi-
tima filiæ, ſentit enim Alex. feudum pro ſe, & hæredi-
bus conceſſum eſſe merè hæreditarium, prout etiam
tenuerunt multi, quos citaui io d. conſil. 108. & ponit
Intringliol. de feud. q. 48. nu. 1. & ſi ea propoſitio vera
eſſet, bene poſſet inferri, quod de tali feudo legitima
deducatur. Hanc partem tenuit etiam Bald. in conſ.
56. Com:nune Aſt. volum. 3. vbi in fine, dicit quod de
feudo conceſſo cum facultate alienandi, pater poteſt
liberè diſponere in præiudicium legitimę filio debi-
tę, ſi poteſt ex alijs bonis habere legitimam, alias nō:
quia feudum dicitur patrimonium, & illud cōſilium
eſt relatum à Pariſ. in conſ. 17. num. 30. volum. 2. licet
Pariſ. in ſuo caſu aliud ſtatuat Bero. in conſ. 113. nu-
mer. 33. & ſeqq. vol. 2. vbi in feudo hæreditario hoc
admittit. & idē videtur probaſſe Rol. in conſ. 71. nu.
58. in 2. vbi dicit, legitimam non deberi in feudali-
bus, quia deferuntur alio iure quam hæreditario, in-
nuens, dari legitimam in feudis quæ hæreditario iu-
re deferūtur, prout ſunt feuda abſolute hæreditaria.

Sed in feudo ex pacto, & prouidentia abſoluto,
vel mixto, videtur aliter dicendum: ſcilicet, feudi
valorem ſeu æſtimationem non eſſe computandam
in ponenda ratione legitimæ, & calculanda eius quā
titate: nā legitima eſt tertia pars eius, quod filius ab
28 inteſtato habiturus erat ex hęreditate paterna, † Au
then. Nouiſſima, C. de inoff. teſtam. l. Papinianus, §. 4.
ff. de inoffic. teſtam. l. parentibus, C. eod. & adeo de-
fertur iure hæreditario, quod filius repudians hære-
29 ditatem, nullam conſequitur legitimam, † l. iam du-
bitari, ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. quia poterat, & ibi
Ang. ff. ad Trebell. Bal. in l. hæres inſtituta, vbi etiam
Alex.

Digitized by Google

Alex. C. de impuber. Bar. in l. pro hærede, §. hæredita-
rios, ff. de acquir. hæredit. & legitima nou debetur ei
qui ab inteſtato nõ ſuccedit. Bal. in conſil. 329. vol. 3.
Crauet. in conſil. 11. num. 23. vbi allegando Alexand.
Corn. Socin. Iaſ. Deci. Gozad. & Brun. atteſtatur de
commuui. idem voluerunt Ruin. Pariſ. Bertran. Tira-
raquel. Rube. Caſtan. Natta, Rolan. & Cæphal. quos
citaui in conſ. 45. num. 2. feudum autem ea pacto vel
miatum, non eſt res hæreditaria, nec capitur hæredi-
tario iure, ergo non eſt computãdum in poneuda ta-
xione legitimæ, id enim ſolum computatur quod eſt
de hæreditate, quia æſtimatur hæreditas. Secundo le-
30 gitima debetur filijs de bonis paternis, † l. cum quæ-
ritur, C. de inoff. teſtam. Bart. io l. ex facto, nu. 1. ff. de
hæred. inſtit. Alex. conſ. 45. nu. 11. volum. 1. Iaſ. dicta
Auth. Nouiſſima, uu. 3. Afflict. in deciſio. 162. oum. 2.
& deciſ. 382. nu. 2. item legitima eſt quota bonorum,
31 † d. §. quarta. Bar. d. l. ea facto, col. 2. Natta in cõſ. 156.
num. 8. Iaſ. in Auth. Nouiſſima, in 2. notab. nu. 3. com
munem dicit Boet. in deciſ. 24. num. 12. Cucus de le-
gitima, §. legitima eſt quota bonorum, num. 1. Craſſus
in §. legitima, quæſt. 1. nu. 2. vbi infinitos allegat con-
cordantes. appellatione autem bonorum non veniũt
32 bona feudalia, † cap. 1. §. in generali, vbi Bald. Aluar.
Præpoſ. & Afflict. ſi de feud. defunct. fuer. controuer.
Alexan. conſ. 158. nu. 6. volum. 2. & in l. quod dicitur,
vbi Iaſ. num. 3. ff. de verbor. obligar. Dec. in conſ. 139.
num. 4. Pariſ. conſ. 20. nu. 47. volum. 1. ergo io legiti-
mæ computatione bona feudalia uon eruntenume-
randa. Tertiu legitima miuuitur ære alieno: quia æs
33 alienũ deducitur ante legitimam, † d. l. Papinianus,
§. quarta, & §. quoniam autem quarta. Bald. in l. quo-
ties, C. de hæred. inſtituen. Bart. d. l. ex facto. Cucus, &
Craſ. in locis præcitatis. eſt tex. in l. in imponenda, C.
ad leg. Falcid. qui probat, quod legitima debetur ex
bonis quæ ſuperſunt deducto ære alieno, ergo ante-
quã ineatur ratio legitimę, deducẽdum erit feudum:
quia dicitur æs alienum filijs debitũ poſt patris mor
tẽ. Bar. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. liber.
vbi vult quod emphytheuſis de hæreditate deduca-
tur tanquam æs alienum, ſicuti igitur ante deductio-
nem legitimæ detrahitur æs alienum, ita & feudum.
Quarto feudum ea conditione cenſetur patri conceſ-
34 ſum, vt illud poſt mortẽ filio reſtituat, † vt per Iſern.
in cap. 1. §. hoc quoque, de feud. ſucceſſ. vbi Præpoſit.
declarat. Alexand. in conſilio 38. colum. 2. volum. 2.
Pariſ. qui multos cumulat, in conſil. 65. nume. 16. vo-
lum. 3. & cum feudum vni datur & ſuis ſucceſſoribus,
non vna eſt conceſſio ſed plures: quia vnicuique cen
ſetur ad vitam, vni ſcilicet poſt mortem alterius da-
tum, & donationes tot exiſtimantur quot ſunt per-
ſonæ quibus datum eſt feudum. Iſern. in cap. 1. §. quid
ergo, de inueſt. de re aliena fact. & vnuſquiſque ad vi
tam capit feudum ex propria donatione, argumen.
l. 2. & 3. C. de donat. quæ ſub mod. & finito feudo io
perſona vnius, per illius mortem alter proprio iure
accipit illud. capitu. 1. §. ſed & res, per quos fiat inue-
ſtitu. latè & pulchrè declarat Camer. in cap. Impe-
rialem, §. præterea Ducatus, ver. & quoad primum
caput recti feudi, de prohib. feu. alien. per Feder. fo-
lio 769. & perinde ac ſi vnus eſſet grauatus reſtitue-
re alteri poſt mortem. illud autem quod teſtator vel
defunctus tenebatur poſt mortem vel in caſum mor-
ti reſtituere, deducitur ante omnia tanquam æs alie-
num, l. in ratione, §. quod vulgo, vbi Bart. & Alex. no-
tant, ff. ad leg. Falcid. l. irritum, C. eod. Crau. in conſil.
175. oum. 2. poſt Caſtrenſ. in conſ. 416. col. 1. volum. 1.
Cucus d. §. legitima eſt quota bonorum, numer. 22.
vbi in ſpecie dicuot, quod ante legitimæ detractio-
nem id deducitur, quod pater tenebatur reſtituere
35 † alicui; quod procedit etiam ſi reſtitutio ipſi filio
facienda eſſet, vel alij hæredi: quia nihilominus de-
trahitur non miuus quam ſi reſtituendum illud eſ-
ſet, l. ab omnibus, §. fin. ff. de legat. 1. gloſ. in l. Stichũ,
aut Pamphilum, §. aditio, in ver. retinet, ff. de ſolut.
Natta, in conſil. 155. nume. 7. dial latè in conſil. 7. nu
me. 24. & quando defunctus erat grauatus ouere fi-
deicommiſſi erga aliquem, ſi eum iuſtituat cum ſi-
36 mili onere, inſtitutua detrahit bona ſubiecta † fidei-
commiſſo, vt probat Crauet. in conſil. 144. vt dixi
ibi, num. 26. ſicuti igitur hæres detrahit fideicom-
miſſum ſibi debitum, ita detrahere poterit feudum
quod ſibi poſt patris mortem erat reſtituendum: va
37 let namque argumentum à fideicommiſſo ad † feu-
dum. Bal. in l. qui ſe patris, num. 9. C. vnde lib. Afflict.
in deciſ. 112. nu. 4. Ruin. in conſ. 38. nu. 16. vol. 1. Me-
noch. conſ. 89. nu. 65.

Quarto feudum eius eſt naturæ vt ab eo nihil de-
ducatur, vnde quarta quæ vxori debetur indotatæ in
bonis mariti diuitis, quamuis ſit fauorabilis, & à le
ge deſcendat, non tamen præſtatur de bonis feuda-
38 libus, † vt eſt tex. in cap. 1. §. fin. de inueſtit. de re alie.
fact. Roma. in Auth. Præterea, num. 11. C. vnde vir &
vxor, vbi dicit ſic cõſuluiſſe, quamuis multi ea famo-
ſioribus Italiæ Doctoribus conſuluiſſent contrariũ.
Fabiau. de Pep. ibi, num. 130. Camerar. d. §. præterea
Ducatus, ver. ceterum non eundo, fol. mihi 811. &
hoc videtur ſtringere: quia ea quarta appellatur à
Doctoribus legitima vxori debita. & hoc argumen-
to vtitur in propoſito Camerar. loco præcitato.

Quinto hanc partem videtur tenuiſſe Aug. in d. l.
ſi patroni, in fi. princ. dum inquit, bona feudalia &
emphyteutica filijs debita deduci tanquam æs alie-
num. & quãuis loquatur de imputatione, ratio ta-
men per eum allegata, quod ſcilicet detrahantur tã-
quam ęs alienum, procedit etiam in computatione.
Fabian. in d. Auth. Nouiſſima, nu. 114. & quod feuda-
lium ratio habenda non ſit in taxando legitimæ quã
39 titatem, † tenuit Bero. in d. conſ. 113. nu. 33. & 35. vo
lum. 2. Capic. in deciſ. 2. qui etſi loquatur quando pri
mogenitus capit totum feudum, tamen iu diſcurſu
probat quod connumerari non debet cum alijs bo-
nis, & tractat ſolum, an ſecundogenitus tanto plus
habeat ea alijs bonis, vt per eum. Curt. iun. in conſ.
21. nu. 11. vbi loquitur in filia, & vult, quod feudum
non computetur in ponenda ratione legitimæ, ad ef
fectum, vt in aliis bonis tanto plus capiat. Hoc etiã
voluit Dec. conſil. 269. nu. 12. vbi ait detrahenda eſſe
feudalia ante legitimam. Pariſ. conſ. 17. nu. 30. vol. 2.
vbi ait, in computatione legitimæ non venire feuda-
lia. Roland. io conſil. 71. num. 58. in ſecundo volum.
& hanc quæſtionem exactè tractat pro hac parte cõ
cludendo Scrader. de feudis, par. 7. cap. 5. num. 46. &
ſeqq. vbi dicit, procedere, ſiue feudum ſit nouum, ſi-
ue antiquum, ſiue ex pacto, ſiue hæreditarium, & ſi-
ue emptum, ſiue gratis acquiſitum fuerit; & prædi-
cti ferè omnes, præcipuè Curt. iun. Pariſ. Capic. &
Scrade. allegant notata per glo. & Doct. in cap. licet,
de voto, & Doctores alibi, volentes quod de feudo
pertinente ſui natura ad ſolum primogenitum, nul-
la alijs filijs debeatur legitima; in quo conueniunt
infiniti Doctores citati à Tiraq. iu d. tract. primoge.
quæſt. 5. & communem dicit Pariſ. loco prædicto, at-
que ita pars hæc videtur plures habere authores, &
melioribus fulciri rationibus; ſed omni caſu res ob
conflictum Doctorum & rationum, redditur maxi-
mè dubitabilis.

Ego cęſi tutius ducerem aliorũ ſentẽtias audire, q̃

propriam proferre, quia tamen ſæpè mihi contigit
habere in facto, tum ad iudicandum, tum etiam ad
conſulendum, diſtinguo nonnullos caſus, & primo
quidem, ſi de feudo quod ad ſolum primogenitum
tranſit quæſtio ſit, arbitror illius valorem computan
dum non eſſe in ponenda ratione legitimæ, quia nõ
eſt res hæreditaria, nec defertur iure hæreditario, &
ſecundogenitus nullam illius partem erat ab inte-
ſtato conſecuturus, vnde computatio non fit: habe-
ret enim ſecundogenitus per indirectum partẽ eius
feudi quã directè habere non poteſt contra regulam
quæ habet, quod non debet indirectè cuipiam conce
40 di, quod directè prohibitum eſt, † l. quod dictum, ff.
de pact. l. cum hi, §. ſi cum ijs, ff. de tranſactio. l. palã,
§. ſi cum palam, ff. de ritu nupt. l. aduerſus, ff. de arbit.
l. Seius, & Augerius, ff. ad leg. Falc. l. fin. C. de vſur. rei
iud. l. Athletas, §. ait Prætor, ff. de infam. §. 1. vbi gloſ.
Inſtit. de hæred. inſtit. & licet non capiat feudum, il
lud tamen capere videtur, cum illius conſequitur
æſtimationem ſeu precium: nam precium loco rei
41 ſuccedit, † l. ſi & rem, ff. de petit. hæred. l. pater, ff. de
adim. leg. l. Imperator, §. fin. ff. de leg. 2. & ſubrogatũ
ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, l. ſi
eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautiun. & æſtimatio
ſuccedit loco rei, l. duobus, vbi Iaſ. qui legit cum §. ſi
is cui, l. huiuſmodi, nu. 6. ff. de leg. 1. Doctores in l. vi-
num, ff. ſi cert. pet. Ne igitur ſecundogenitus cõſequa-
tur indirectè feudum, quod directè habere non po-
teſt, dicendum eſt, valorem feudi non augere patri-
monium, vltra quod legitimã haberet de bonis quæ
ab inteſtato ſibi non competebant, & extra patris
ſubſtantiam & patrimonium, quibus omnibus reſi
ſtunt iura & legum regulæ in materia legitimæ &
imputationis ſupracitatæ.

Et quamuis Guid. Pap. & alij à Tiraq. citati in d.
tract. primoge. q. 5. atque alij ſupra per me relati di
cant, ex Regno, Ducatu, vel Marchionatu legitimam
non deduci, ſed ſoluendam eſſe in pecuniam, tamen
ſupponunt legitimam eſſe debitam, & conſiderant
ſolum impedimentum proueniens ex indiuiduitate
feudi: cum enim de vno diſputamus, cetera ſuppo-
nuntur habilia, §. in extraneis, Inſtit. de hæred. qual.
& differ. Præterea, intelligi debent ipſi non de legiti
ma iure naturæ debita, ſed de ſubſidio aliquo pro ſu
ſtinenda vita ſecundogeniti, quod in Regno appella
tur vita, militia. ita loquuntur Hoſtien. Io. Andr. &
alij, in d. c. licet, de voto. ita quoque intelligit Curt.
iun. d. conſ. 21. nu. 11. in fi. qui ait hoc modo ſaluari
poſſe dictum Bellamer. in contrarium citati. Hoc ẽt
modo reſoluit Molin. in tract. primog. lib. 1. c. 11. in
fi. num. 30. vbi dicit, ꝙ ſi deducto feudo nihil ex alijs
bonis extet de quo ſecundogenitus poſſit viuere, co-
getur primogenitus aſſignare ſecũdogenito alimẽ
42 ta. † dixi in tract. alimen. tit. 1. q. 27. per totum, & niſi
hoc modo intelligeremus, ea deciſio eſſet irrationa-
bilis, & apud peritos defendi nullo modo poſſet: quę
verò hic dicta ſunt de ſecundogenito, locum habent
etiam in ſororibus, filiabus, & alijs perſonis, quæ ab
inteſtato non poſſent in feudo ſuccedere: nam in eis
eadem ratio militat quæ in ſecundogenito, ergo idẽ
ius eſt ſtatuendum, l. illud, ff. ad leg. Aquiliam.

Si verò tale eſt feudum, in quo omnes maſculi
poſſint ſuccedere, tunc ſi eſt ex pacto & prouidentia,
& antiquum, non arbitror eius valorem eſſe compu
tandum in ponenda ratione legitimæ, ſed tanquam
æs alienum ante legitimam deducendum, illis ipſis
rationibus quibus ſupra dictum eſt illud non impu-
tari in legitimã, dicitur enim filius habere non à pa-
tre, nec de eius ſubſtantia, ſed à domino vel primo
acquiſitore, & de illorũ munificentia aut pecunia re-
ſpectiuè; & ſecundum hanc declarationem intelligẽ-
43 dus † eſt Bero. d. conſ. 113. Capic. d. deciſ. 2. Dec. Pariſ.
& Rolan. ſupra citati, in verſ. quinto hanc partem. Et
non obſtat Camerar. qui vult æſtimationem eſſe ſol-
uendã: nam, vt vidimus, alij plures contrarium tenẽt.
Rurſus, loquitur ille, quando ſola obſtat feudi inte-
gritas & qualitas indiuidua, puta, quãdo feudum eſt
hæreditarium quidem, ſed in ſolos primogenitos per
uenturum, tunc enim, quamuis non ſit diuiſionis ca-
pax, debet tamen eius æſtimatio ſolui ſecũdogenito.
Demũ, eius ſentẽtię obſtat quod legitima ſolum debet
de ſubſtãtia defuncti, ſi autẽ filio excluſo daretur pe-
cunia ab alijs qui poſſident feudum, pręſtaretur legi-
tima de bonis hæredis, non autem patris defuncti, de
cuius hæreditate petitur legitima, contra d. l. omni-
modo, §. imputari, C. de inoffic. teſtam. l. ſcimus, §. re-
pletionem, C. eod. Præterea in æſtimanda legitima
ſunt connumeranda & computanda ſolum bona te-
ſtatoris, & quæ ſunt in hæreditate, non autem ea quæ
ſua non ſunt, &, vt dixi, legitima debetur ſolũ de ſub-
ſtantia defuncti, vt dictis iuribus, & l. Papinian. §. ſi
conditioni, ver. vnde ſi quis, ff. de inoff. teſta. tantum,
quòd non poteſt pater legitimam filio relinquere in
44 re aliena, † l. ſi vero, §. 1. ff. de bon. lib. Fabian. in Auth.
Nouiſſima, num. 1. & 544. Bal. in l. cum rem alienam,
verſ. extra quæritur, C. de lega. Ripa, in l. in quartam,
nu. 139. vbi nu. 128. vult hoc procedere, etiamſi pa-
ter relinqueret filio rem hæredis, communem dicit
Craſ. d. §. legitima, q. 15. num. 5. Cucus de legitima, §.
quibus in rebus conſtitui poſſit legit. nu. 17. folio mi-
hi 27. & hoc caſu dupliciter offenderetur iuris diſpo
ſitio. primo, quia filius legitimã haberet in pecunia:
ſecundo, eam haberet in re aliena, ideſt in pecunia
hæredis, quod abſurdum eſt, & duo ſpecialia concur-
45 rere non debent, † l. cum poſt, §. gener, ff. de iure dot.
l. 1. C. de dot. promiſſ. & ſi filius cogi non poteſt legi-
timam accipere in pecunia hæreditaria, d. l. ſcimus,
Bar. in l. ſuus quoque, ff. de hæredit. inſtit. Picus in l. in
quartã, nu. 61. vbi Ripa nu. 126. Craſ. d. q. 15. nu. 2. Cu-
cus loco pręcitato, nu. 2. & ſeqq. multo minus cogetur
capere in pecunia aliena, & legitima eſt portio bono
rum paternorum, d. l. Papinian. §. quoniam, & §. ſeq.
d. l. parentibus, d. l. cum quæritur, & Auth. Nouiſſima,
C. de inoff. teſta. & in Auth. de trient. & ſemiſſ. ideo vt
cognoſci poſſit quanta ſit, æſtimari debent ſolũ bona
paterna, nõ autem quę aliena ſunt, d. l. cum quæritur,
alias filius pinguiorem haberet legitimã quam pa-
terna bona patiantur, & Camerar. in loco in contra-
rium citato, nihil deducit ad probandum quòd legi-
tima debeatur, ſed ſolum reſpondet ad contrarium
fundamentum indiuiduitatis feudi; quare cum in fa-
cto præter feudi indiuiduitatem multa oſtendant, &
probent valorem feudi, non eſſe computandũ in ta-
xanda legitima, nõ eſt curandũ de Camerarij ſolita-
ria opinione, cui etiã multi graues viri contradicunt.

Quod ſi feudũ ſit ex pacto quidem & prouidentia,
ſed nouum, tali caſu eius valor computãdus eſſet ad
conſtituendũ totius hæreditatis quantitatẽ, ex qua
deducẽda eſſet legitima: quia cũ filijs quęratur ex pa
terna ſtipulatione, reputatur profectitiũ, & habetur
re paterna, & dicitur à patre prouenisse, ꝑ rationes
quas latè proſecutus ſũ in articulo imputationis. &
huic cõcluſioni cõueniunt oẽs regulę per quas haberi
debet ratio illius in taxãda legitima: nã eſt ſubſtãtia
patris, tũ, quia quæſitũ à patre, & ab eo ſtipulatũ pro
filijs, tũ, quia dominus cẽſetur intuitu & cõtẽplatio-
ne patris dediſſe filijs incognitis. Hæc verò cõcluſio
apertius ꝓcederet, ſi patris pecunia quæſitũ fuiſſet à
domino,

Digitized by Google

domino, vel à vaſallo: quia nulli tunc dubium eſt
quin veniat in ponenda ratione legitimæ, ſicuti veni-
46 rent aliæ res, quas pater emiſſet. & hoc cõcedit, † ex-
preſsè Bero. in d. conſil. 1c3. num. 38. in 2. vol. dicens,
quidquid à patre fuit impenſum pro obtinendo feu-
dum, id totum eſſe computandum in ratione legiti-
mæ ponenda. idem voluit Fabian. in d. Auth. Nouiſſi-
ma, nu. 114. vbi dicit feudum pro ſe & filijs acceptum,
non eſſe computandum niſi ſit emptum de pecunia
patris, & dicit tali caſu æſtimari quantum à feudo
ſeu emphyteuſi expoſita venali de conſenſu domini,
poterit redigi. idem placet Bolognet. in feudo nouo,
in d. l. in quartam, num. 316. in fine, vbi dicit, non feu-
dum ſed pecuniam eſſe imputandam, ſed hoc nihil
eſt: quia pecunia tranſiuit iam in dominum ſeu va-
ſallum alienantem, quæ ideo non poteſt imputari, &
non eſt curandum quod feudum vel precium & æſti-
matio veniat in ſtatuendo quantitatem patrimonij,
idem namque eſt effectus. & ante eos Iſern. in c. Im-
perialem, §. præterea Ducatus, nu. 39. colum. 2. verſic.
videtur determinari, de probib. feudi alien. per Fed.
vbi dicit ſeudum emptum dici profectitium, & eſſe
rem patris. ſequitur Luc. de Pen. in l. 1. nu. 31. circa fi-
nem, ver. dicit Andr. C. de impon. lucrat. deſcript. lib.
10. & in terminis Capic. d. deciſ. 2. in fine, vbi addit
Marc. Laud. & hoc etiam probat Nard. ad Iſern. loco
præcitato, ſubdens, ſeudum hoc caſu æſtimari vnitum
non diuiſum. Et tali caſu non obſtabunt quæ dixi ſu-
pra, in ver. contra hanc limitationẽ, circa finem, dum
dixi, quod ex quo filius feudũ non ita habet liberum,
vt de eo poſſit diſponere, ſed tenetur poſt mortem a-
lijs reſtituere, & quod poterit à ſucceſſoribus euinci:
hoc enim non impedit computationem, ſed facit vt
in ea minus æſtimetur habita ratione oneris reſtituẽ
di, & quod non poteſt alienari; eſt namque regulare,
47 quod ratione oneris res minus valeat, † Bar. in l. 1. §.
ſi hæres, ff. ad Trebellian. Angel. in l. 1. §. ſi hæres, ff. ad
Trebell. Ang. in l. precia rerum, vbi Alex. num. 3. ff. ad
leg. Falcid. Abb. in c. in aliquibus, in 2. notab. de de-
cim. Tiraq. de retractu conuention. in præfatio. num.
20. Alciat. conſ. 110. nu. 5. Didac. lib. 2. var. reſolut. c. 3.
num. 4. Doctores in l. 2. C. de reſcind. vend. vbi Crem.
num. 248. & 290. & Pinel. par. 3. cap. 4. num. 19. cum
multis alijs quos ſciẽs prætereo. plus autem & minus
48 non faciunt diferte ſpecie, † l. ſi. ff. de fund. inſtr. & di-
xi in deciſ. 7. nu. 22. Fiat igitur feudi æſtimatio habi-
ta ratione omnium onerum annexorum, fortius au-
tem procedet concluſio, quando feudum nouum eſ-
ſet mixtum, ideſt haberet admixtam hæreditariam
qualitatem, quia tanto magis videretur a patre pro-
ficiſci, cum tali caſu filius non aliter poſſit ad feudũ
aſpirare niſi patris hæres ſit. Faciũt quæ dixi in conſ.
508. num. 28. & 36. & melius num. 9. vbi in feudo no-
uo dixi, quod filius debet eſſe patris hæres, aliàs de-
ficit in totum hæreditaria qualitas, cum alterius hæ-
res eſſe non poſſit, propterea in feudo nouo mixto fiet
computatio ſicuti in nouo ex pacto.

Vbi verò feudũ mixtum eſt & antiquum, concludo
tunc ſolum in taxanda legitimæ quantitate venire,
quando ex teſtatoris iudicio habetur, puta, quia filij
ſunt patris hæredes, non autem primi inueſtiti: nam
tali caſu cum aliter conſequi illud non poſſint, quam
ſi patris adeunt hæreditatem, dicuntur habere à pa-
tre, non à domino, nec à primo acquirente, quorum
& conceſſio & ſtipulatio inutilis eſſet, niſi patri ſuc-
ceſſiſſent. poterat enim pater facere vt non ſuccede-
rent; ſed vbi feudum conſequitur vel conſequi poteſt
abſque iudicio teſtatoris, ideſt contra eius volunta-
tem, vt quando hæreditas à lege filio delata, fuit à
patre ablata, tunc nihil habet à patre, ergo non iudi-
catur de patris hæreditate, & non habet iudicio te-
ſtatoris, iuxta ea quę dixi ſupra, in ver. ſed ſi ſupra al-
legatas. feudum enim mixtũ iudicatur in omnibus
ex pacto, & ſecundum regulas feudi ex pacto guber-
natur in omnibus præter quod exigit hæreditariam
qualitatem in eo qui vult ſuccedere: ea autem quali-
tas efficit, vt iudicetur tanquam patrimonium illius,
cui niſi agnatus ſit hæres, feudum conſequi non po-
teſt: vnde, ſi filius feudum habere non poteſt niſi ſit
hæres patris, iudicabitur quoad hoc hæreditarium, ſi
poteſt aliter habere, iudicabitur ex pacto, ad effectũ
vt veniat in æſtimanda legitima. & non eſt mirum,
quod eadem res poſſit diuerſis reſpectibus diuerſo
49 iure cenſeri, † l. miles, §. pro parte, ff. de leg. 2. Bald. in
l. filium quem habentem, colum. 3. in 4. oppoſ. C. fam.
hereiſ. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gl. 18. nu. 23. cum
alijs quos citaui in conſ. 127. nu. 69. & in conſ. 15. nu.
111. ſic vnum & idem feudum poteſt reputari nouum
50 quoad aliquos, & antiquum quoad alios. † Bal. in c. 1.
in princ. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat.
& in cap. 1. §. hoc quoque, col. 1. verſ. & nota de ſucceſſ.
feud. alios citaui in conſ. 7. num. 31.

Hęc vera ſunt, quando filius legitimam petit. quid
autem ſeruari debeat quando agitur de legitima de-
bita filiæ excluſæ ab hæreditate, cui ſola debeatur le-
gitima? & in hac quæſtione duo caſus videntur cer-
ti. Primus eſt, quòd feudum antiquum ex pacto, non
computatur cum hæreditate vbi agitur de taxanda
legitima filiæ, per eaſmet rationes per quas diximus
non venire, quando tractatur de legitima filij. Secun
dus eſt in feudo abſolutè hęreditario: quia de eo iudi
catur idem quod de reliquis bonis eiuſdem hæredita
tis, eius valor connumeratur in ponenda ratione le-
gitimę. nec refert quod hic agamus de filia, ſupra ve-
rò de filio: quia hæreditarium feudum intelligendo
de ſimplici & abſoluto, tranſit etiam ad feminam.
51 † Socin. conſil. 10. inter conſilia Bruni, Cror. in l. 1. §.
nunciatio, nu. 55. ff. de oper. nou. nunc. Natta in conſ.
582. nu. 25. quam ſententiam probauit Bald. in c. 1. §.
donare, num. 4. qual. olim feud. poter. alien. vbi negat
de femina cattanea, ſed admittit de agnata. ſequun-
tur multi apud Becium, in conſ. 28. nu. 4. nu. 14. & nu.
15. Alciat. conſ. 176. nu. 1. & per totum, vbi loquuntur
quando feudum eſt conceſſum pro vniuerſis, aut qui-
buſcunque hæredibus. Oſaſc. deciſ. Pedem. 26. nu. 19.
Decian. conſ. 58. nu. 30. vol. 2. & alios citaui in conſil.
per me reddito ſororibus de Spinolis.

Difficultas eſt in feudo mixto: ſed vbi femina ad
illud non eſſet vocata ex inueſtitura, vel aliter illius
non eſſet capax, tunc feudi æſtimatio non augeret le-
gitimã, nec impinguaret hæreditatem, quia legitima
eſt portio eius quod eſſet quis habiturus ab inteſtato,
vt ſæpè dictum eſt ſupra; at de feudo nihil femina e-
rat habitura, ergo feudum non computatur: nam ſi
computaretur, partem illius conſequeretur recipien
52 do † precium. & per hanc rationẽ ita concludit Cur.
iun. in conſ. 21. num. 11. vbi tamen, nu. ſeq. dicit, quod
ſi non extarent allodialia, ex quibus conſequi poſſit
legitimam, tunc honeſtum eſſet prouideri filię de ali-
mentis, ſaltem ſuper fructib. hoc etiam voluit Fabia.
in Auth. Nouiſſima, num. 74. vbi dicit, quod filiæ non
debetur legitima de bonis emphyteuticis, quarum
ipſa non eſt capax. allegat Baldum in quodam con-
ſilio. idem concludit Capic. in d. deciſ. 2. Riminal. in
conſil. 379. num. 62. & ſeqq. vbi dicit, quòd legitima
non debetur filiæ de bonis feudalibus conceſſis pro
maſculis, quorum ipſa non eſt capax, quia eſt pars e-
ius quòd filia erat ab inteſtato habitura, ſed non me-

minit de Cur.iun. qui per eandem rationem hoc ip-
ſum tenuit, nec de Fabian. & nouiſſimè hanc partem
tenuit, & ſex validiſſimis argumentis confirmauie
Scrader. de feud. par.7.c.5.nu.46. dicens, quod filius
non tenetur ſorori legitimam ſoluere de feudo ſiue
nouo, ſiue antiquo, ſiue empto, ſiue aliter acquiſito,
& ſiue ex pacto, ſiue hæreditario. & omnea illæ ſex ra
tiones quas breuitatis gratia non refero, in vnam re
ſoluuntur: quia ſcilicet non debet filia ſub prætextu,
& vocabulo legitimæ, habere partem illius feudi in
quo non poteſt ſuccedere, & q tanquam maſculis
conceſſum venit eis reſtituendum, & deduci poteſt
tanquam æs alienum, & non includitur ſub nomine
bonorum. & loquitur Scrader. quando ex alijs bo-
nis paternis filia non poteſt conſequi legitimã, ſub-
dens, ſe hanc concluſionem reputare veriſſimam,
& ſecundum eam iudicaſſe magiſtratum Vuitember
genſem. Quod ſi forte dicatur, prædicta vera eſſe re
ſpectu ipſius feudi, ne ſcilicet filia contra pacta inue
ſtituræ ad feudum admittatur, ſed benè connume-
rari feudum, ad effectum vt filius cogatur vel tãtum
de alijs bonis præſtare, ſi extant, vel valorem legiti-
mæ ſoluere in quantitate, vt dicebat Camer. poſt
Guid. Pap. & alios ſupra citatos. Reſpondeo, quod
ſi filia vel in pecunia, vel in alijs bonis legitimam cõ
ſequeretur, habita ratione feudi, participaret per
indirectum de feudo, à quo directè eſt excluſa, quia
maiorem haberet legitimam quam haberet ſi feu-
dum prius deduceretur, & videretur feudum conſe
qui, ex quo, vt ſupra dixi, ęſtimatio ſuccedit loco rei.
Præterea, ſicuti excluſa à totali ſucceſſione, excludi-
tur à totali legitima, ſecundum ſupra poſita, ita ex-
cluſa à ſucceſſione partis bonorum, cenſeri debet ex
cluſa à legitima, reſpectu illius partis, vt eadem ſit ra
tio partis quoad partem, quæ eſt totius quoad totũ,
l. quæ de tota, ff. de rei vendic. per quam vltimam ra-
tionem ita reſoluit in terminis Curt. iun. d. conſi. 21.
num. 11. vbi ait, hoc fore nimis ineptum. Addo, quòd
æſtimatio ſubrogatur loco rei, at vbi res non debe-
tur, fruſtra petitur æſtimatio, tunc enim debetur æſti
matio, quando res principalis eſt debita, ſed ob cau-
ſam aliquam præſtari non poteſt, vt quia perẽpta ſit,
& non extet in rerum natura, ſed vbi res eſt inalie-
nabilis, & diſpoſitio ſeu alienatio eſt nulla, tunc nec
53 æſtimatio debetur, † vt voluerunt glo. & omnes Do-
ctor. in §. non ſolum, Inſtit. de lega. Doctores omnes,
in c. filius, de teſtam. Bart. & alij omnes, in l. apud Iu
lianum, §. conſtat, ff. de leg. 1. cum multis ſimilibus.
feudum autem eſt inalienabile ſine domini cõſenſu,
imo ſecundum multos, non eſt in comercio: ideo nõ
debetur æſtimatio, & quamuis in legato feudi velint
aliqui deberi ſaltem æſtimationem, inter quos extãt
Specu. in tit. de locato, §. nunc aliqua, num. 17. Ioan.
Fab. in d. §. non ſolum, Curr. iun. in conſil. 30. per to-
tum, & Camera. in cap. Imperialem, poſt princ. verſ.
ampliat tertio, folio mihi 190. tamen in contrarium
54 communis eſt opinio, † vt voluit Bald. in c. 1. §. dona
re, num. 3. & 4. quali olim feud. poter. alien. Alexan.
in conſil. 19. num. 10. & ſeq. volum. 6. vbi dicit Oldr.
quoque ſic tenuiſſe Aret. in d. §. conſtat. idem voluit
Aluar. d. §. donare, colum. pen. verſic. quæro vtrum ex
hoc, vbi addit, idem probaſſe Bartolum in rebus em
phyteuticis. Hanc comprobat Pariſ. in conſ. 7. nu. 14.
vol. 1. vbi reprobat Specul. & Io. Fabr. reſpondetque
eorum rationibus. Rum. conſ. 45. nu. 9. & 10. vol. 1. So
cin. iun. qui dicit communem, in conſ. 72. num. 60.
volum. 1. & in conſil. 74. num. 50. Roland. in conſ. 79.
nu. 7. vol. 2. Clarus, §. feudum, quæſt. 40. num. 4. vbi
teſtatur de communi. Capic. in cap. Imperialem, in
2. par. 2. gloſ. verſic. ampliat tertio, & idem vide-
tur tenuiſſe in deciſ. 64. num. 6. & in fine, & in feudo
quoque tunc ſolum debetur ęſtimatio, quando con-
ſtat illud fuiſſe legatum, ſecus ſi de eo non ſit expreſ
sè diſpoſitum. ita contrariam Bald. & Fabri ſenten-
tiam declarat Socin. iun. d. conſ. 72. num. 66. & ideo
Pariſ. in d. conſ. 7. num. 8. & ſeq. concludit in gene-
55 rali inſtitutione non venire feuda, † ex præſumpta
teſtatoris mente. in propoſito autem dubia eſt defun
cti mens, nec eum ſic voluiſſe affirmare quis poteſt.
cum igitur æſtimatio non debeatur, quãdo feudum
eſt expreſsè relictum, multo minus debebitur, quan
do non eſt relictum, & conſequenter eius valorem fi
lia incapax non conſequetur mediante computatio
ne, ſicuti æſtimationem non cõſequeretur ſi feudum
ſibi expreſsè fuiſſet relictum. & nõ mirum ſi Camer.
tenuit feudum computari, & pro eo legitimam eſſe
in pecunia ſoluendam filiæ ſeu ſorori: quia ample-
xus ſupra fuerat illam opinionem, quam nos dam-
namus, quod relicto feudo ſaltem debeatur æſtima-
tio, ſed errat, quia contra eum ſtant omnes prædicti
Doctores, & præter eos Afflict. Iacob. & Curt. iun.
quos citat & ſequitur communem dicens Scrader.
de feudis, par. 7. cap. 5. nu. 9.

Et prędictam ſententiam teneo, quando feudum
non ſolum eſſet pro ſolis maſculis, ſed etiam quan-
do conceſſum eſſet pro feminis quoque: quia donec
maſculi extant in feudo ſucceſſuri, ſi contingat quæ
ri de taxanda legitima filiæ debita in bonis patris,
vt quia ſit pręterita, exhæredata, vel aliter excluſa,
vel etiã ei ſit minus legitima relictum, ita, quod aga-
tur de illius ſuppletione, tali caſu cũ ab inteſtato nõ
eſſet, vt dicam, ſucceſſura in feudo, nõ debet etiam ex
eo habere legitimam, vel ex eius pretio aut valore il
lam impinguare: quãdo enim feudum eſt etiam pro
feminis conceſſum, intelligitur femina vocata ſolum
deficientibus maſculis, & eis extantibus, non ſucce-
56 dit. † c. 1. §. quinetiam Epiſc. vel Abb. Pariſ. in conſ.
15. nu. 33. vol. 1. vbi multos citat. Zaſ. de feud. par. 8.
num. 45. & ſeq. Sonsbech. de feudis, par. 9. num. 123.
communem dicit Clarus, §. feudum, quæſt. 73. nu. 2.
vbi dicit, hoc modicam habere difficultatem. Latiſſi
mè Menoch. alios citans, in conſil. 391. nu. 13. & ſeq.
vbi ponit regulam, quod femina vocata ad feudum,
nunquam ſuccedat cum maſculis, ſed ſolum illis om
nibus deficientibus. Capic. in ſua inueſti. in §. feudo-
rum genera, in ver. ligium, conclu. 9. in s. limit. vbi
etiam in feudo ligio negat feminam admitti ſtante
maſculo. Intringlio. de feud. q. 28. nu. 47. & hanc ſen
tentiam confirmat, & multis modis ampliat Scra-
der. in tractat. feudo, par. 7, cap. 4. num. 60. & multis
ſequentib. & ideo, ſi eo tempore quo legitimam pe-
tit, feudum ſibi non eſt apertum, ſed maſculo, perin-
de eſt ac ſi nullo caſu eſſet feudi capax: nam in æſti-
manda legitima, attendi debet tempus quo legiti-
ma ipſa debetur, & ſecundum illud bonorum valor
57 examinatur, † vt ſi debetur tempore mortis pater-
næ ęſtimantur bona ſecundum valorem illius tem-
poris, l. cum quęritur, C. de inoffic. teſta. Dec. in con-
ſil. 19. col. fin. conſil. 231. col. etiam fin. Natta conſil.
156. num. 6. Cotta in Memor. incip. Dos conſtituta,
col. 2. in fi. Roland. conſil. 85. num. 14. vol. 1. Cæphal.
conſil. 142. nume. 20. & conſil. 405. in fine. Si verò de-
betur ob delictum patris, & publicationem illius
bonorum, inſpicitur valor qui eſt publicationis tem-
pore, ſecundum Boſſium in ſua praxi, titu. de publi-
cat. bonor. num. 6. quem ſequitur Roland. conſil. 97.
nume. 42. volum. 2. Contra verò, ſi eo tempore quo
filia legitimam petit nulli extarent maſculi, ita,

quod

quod erat ſucceſſura in feudo, computandus erit valor feudi in conſtituenda iuſta legitimæ ęſtimatione; quia quoad eam, feudum reputatur pars hęreditatis paternæ, & pro ea tali caſu concurrunt ea omnia quę conſiderantur in feudo merè hæreditario. quinimo, in rebus liberis & abſolutè hæreditarijs, & non feudalibus, & ſecundum præmiſſa arbitror propoſitam nunc quæſtionem eſſe decidendam. & poſt hæc ſcripta vidi Perege. de fideic. artic. 36. nu. 108. vbi tam in feudo nouo ex pacto, ac in hæreditario mixto videtur à prædictis diſcrepare.

SVMMARIVM.

1 *Mater eſt tutrix legitima.*
2 *Tutrix anomala appellatur mater, & præfertur quibuſcunque collateralibus.*
3 *Mater ſtatuto à ſucceſſione excluſa, admittitur nihilominus ad tutelam.*
4 *Tutela eſt munus virile, ideo matre excepta, nulla mulier poteſt officio tutelæ fungi.*
5 *Tutelam non poteſt teſtator dare feminæ.*
6 *Tutorem non poteſt iudex pupillo dare quem pater vetuit dari.*
7 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
8 *Electio vnius eſt aliorum reprobatio.*
9 *Tutrix filiorum non poteſt eſſe mater, quando maritus qui eam in teſtamenta dederat tutricem, particulam illam cancellari iubet.*
10 *Diſpoſitum reputatur quod teſtator diſpoſuiſſet ſi fuiſſet interrogatus.*
11 *Conſequens vbi eſt falſum, antecedens ſubſiſtere nō poteſt.*
12 *Tutor nominatus à matre, præfertur alijs patribus.*
13 *Pater ſemper præſumitur capere ſalubre conſiliū pro filijs.*
14 *Tutelæ vocabulum importat, vt concedatur omnimoda rerum, & perſonarum adminiſtratio.*
15 *Mulier poteſt eſſe procuratrix ad negotia.*
16 *Mulier poteſt eligi ad executionem teſtamenti.*
17 *Teſtator poteſt ordinare tutori quod tutelam adminiſtret ſecundum conſilium mulieris à ſe præſcripta.*
18 *Mulier ex voluntate teſtatoris poteſt habere adminiſtrationem bonorum pupilli.*
19 *Clauſula, omni meliori modo, operatur quod actus ſortiatur effectum eo pleniore modo quo poteſt.*
20 *Vtile non vitiatur per inutile, vbi adeſt clauſula, omni meliori modo.*
21 *Vtile non vitiatur per inutile in diuiduis, ſed tantum in indiuiduis.*
22 *Tutela triplici diuidi poteſt ratione, ſcilicet, & patrimoniorum, & rerum, ac etiam perſonarum.*
23 *Tutor datus ab extraneo adminiſtrat bona pupillo relicta.*
24 *Pater naturalis ſi det tutorem filio, is tutor adminiſtrabit bona quæ pater filio naturali reliquit.*
25 *Vtile per inutile non vitiatur in teſtamentis.*

CONSILIVM CCCCXXVIII.

IN ſuo teſtamento Illuſtris D. Io. Maluetius tutrices dedit filijs ſuis Illuſtres DD. Comitiſſam & Iuliam ſorores ſuas, cum clauſula, quod ſint tutrices, gubernatrices, & adminiſtratrices filiorum, rerumq; & bonorum ſuorum, & poſſint ſine iudicis licentia confirmatione propriaq; authoritate capere regimen, gubernium, & adminiſtrationem; matri autem & vxori propriæ, licet nonnulla fecerit legata, de ea tamen quoad tutelam nullam fecit mentionem. Duo ergo veniunt nūc in controuerſiam. Primum eſt, ſi Illuſtri Dominæ Dorotheæ vxori ſit à iudice danda tutela. Secundum eſt, ſi ſaltem ſororibus concedenda ſit adminiſtratio bonorum, vbi non ſuſtineatur tutela.

Quod attinet ad primum, videtur tutelam denegari non poſſe D. Dorotheæ: quia mater eſt tutrix legi
1 tima.† Doctor. in c. ex parte, il ſecondo, de appell. & in
Auth. Matri & auiæ, C. quand. mul. tutel. offic. fungi
poſſ. Bart. in l. ſi quis ſub conditione, nu. 13. ff. de legit.
tut. Gabriel. conſ. 27. nu. 1. & licet cogi non poſſit, tamen volēs præfertur alijs, §. ex his, in Auth. de hæred.
quæ ab inteſt. d. Auth. Matri & auiæ, vbi Bart. nu. 8. &
alij omnes, & appellatur ideo tutrix anomala, vt per
Bar. ibi. Menoch. conſ. 270. nu. 2. & præfertur quibuſ-
2 cunq; collateralibus,† vt latè Gabr. conſ. 29. nu. 4. &
& ſeq. vol. 2, vbi fortius vult, quod præferatur etiam
auo paterno & materno. & procedit etiam, quando
ſtatuto reperitur excluſa à ſucceſſione: quia nihilomi
3 nus admittitur ad tutelam,† vt poſt Salic. in l. ſicut,
C. de legit. tut. ponunt Dec. Gozad. & alij citati à Gabriel. d. conſ. 27. nu. 12. vol. 1. Brun. de ſtatut. excluſ. femin. art. 5. nu. 126. cum pluribus alijs, & quamuis mater excludatur à tutoribus teſtamentarijs, d. §. ex his,
tamen hoc eſt verum, quando hi dati fuere qui dari
poſſunt: at in præſenti caſu datæ fuere ſorores, quæ
tamen tutrices eſſe non poſſunt, quia matre excepta,
hodie nulla mulier tutelæ officio fungi poteſt: eſt e-
4 nim virile munus,† l. fin. ff. de tutel. l. 1. C. quand. mul.
tut. offic. Soc. conſ. 20. nu. 9. vol. 1. Dec. in l. feminæ, nu.
20. ff. de reg. iur. & procedit etiam, ſi teſtamento data
ſit: quia ſicuti illam iudex, ita teſtator dare non po-
5 teſt, d. l. fi. vbi gloſ. in ver. dati, & latè probat † Gram.
conſ. ciuili 134. per totum, vbi ait, quod teſtator hoc
caſu non poteſt derogare legibus contrarium diſponentibus. id quod facit ad caſum noſtrum, in quo derogatio eiuſmodi legitur facta, imò ſtatuere non poteſt teſtator quod iudex eum det tutorem qui fuerit
ab vxore electus, vt probat Bero. quæſt. fam. 67. nu. 2.
vbi in fine dicit, quod pater filios habens ex duabus
vxoribus, ſi omnibus ſecūdam vxorem relinquat tutricem fiet diuiſio, & ſuſtinebitur tutela ſolum quoad
filios poſterioris matrimonij: datio ergo ſororum
tanquam nulla, non impedit quo minus matri decernenda ſit, c. non præſtat, de reg. iur. in ſexto. & quando
mulier inhabilis datur tutrix in teſtamento, tunc ſuccedit tutor legitimus, licèt aliud ſit quando datus remouetur propter ſuſpicionem vel impedimentum, vt
per Gram. loco prædicto, in fine, facit Salic. in Auth.
Sicut, num. 2. C. de legitim. tutor.

Contra tamen exiſtimo, in facto matri tutelam nō
eſſe dandam, quia repugnat teſtatoris iudicium, qui
nulla matris facta mentione, tutelam ſororibus conceſſit, & teſtatoris voluntas attendenda eſt ſemper,
vltimiſq; præſertim in voluntatibus, §. diſponat, in
Auth. de nupt. & iudex non poteſt pupillo tutorē da-
6 re quem parens vetuit dari,† l. ſcire oportet, §. ſed ſi
quis, ff. de tutor. & curat. dat. ab his, l. 1. C. ſi tutor. cōt.
matr. volun. vbi dicitur, quod tutor dari non poteſt
contra parētis voluntatem. Et quamuis in teſtamento Domini Ioannis nulla prohibitio legatur, tamen
eſt aduertendum, quod text. in l. 1. non dicit contra
prohibitionem, ſed contra voluntatem, ideo quomodocunque patris voluntas deprehendatur, ea ſequenda eſt, & non minus debet operari tacita, quam expreſſa, argumento l. cum quid, ff. ſi cert. petat. tacita
autem voluntas ex eo deprehenditur, quod nōn ipſam, ſed ſorores nominauit: incluſio enim vnius, eſt
7 aliorum omnium excluſio,† l. cum prætor, ff. de iudic.
eſt text. in l. Tribunus, §. fi. ff. de teſtamen. milit. vbi
qui ex pluribus vnum confirmat, cetera videtur re-

probare. & illum teatum exornant Dominus Becius
in conſil. 55. num. 11. & Roland. conſ. 61. nu. 11. vol. 3.
& dicir Ruin. in conſil. 84. num. 10. & 11. vol. 2. quod ſi
maritus in caſum ſecundi matrimonij mandet vaori
ſuæ præſtari nonnulla ex legaris ſupra factis, videtur
cetera adimere, in euenrum illum. Facit quod dici-
mus, vnum eligendo alrerum reprobari, l. quod in hę-
redem, §. eligere, ff. de tributo. l. in delictis, §. detracta,
ff. de noxalib. Bart. in l. eum qui certatum, §. fin. ff. de
verb. oblig. cum ſimilibus.
8 Et quod electio vuins ſit aliorum reprobatio, † pro
bat tea. in l. cum ita legarum, §. primo, ff. de conditio.
& demonſtratio. vbi dicirur, quod mulier quæ Titio
nubere iubetur, ceteris alijs nubere prohibetur. &
ibi dicit Bartol. remoueri ab omnibus quod vui at-
tribuitur.

Quin quod ſufficiat quocunque modo declarata
parentis voluntas, probatur clarè in l. ſcire oporter,
in §. ſi mater, qui eſt §. primus, ff. de tutoribus, & cura-
toribus dat. ab his, vbi ſi mater filios hæredes inſti-
tuit, quandocunque ſorent abſoluti à patria poteſta-
te, diſponit textus ille, quod etſi filij emancipari ſta-
tim efficiantur hæredes, tamen pater non poterit eis
curator dari: quia boc eſſet contra voluntatem ma-
tris. & conſidero, quòd ibi mater nihil omnino diait
de bonis, ſed ſolum de perſona, cum loquura eſt de
parria poteſtate: & nihilominus curator non datur
perſonæ, ſed bonis.

Sed magis ad propoſitum facit deciſio Dini in l.
miles qui, §. ſeaaginta duos, ff. de adulr. vbi air, quod
ſi parer vxorem filijs ſuis tutricem teſtamento dedit,
poſtea verò particulam illam cancellari iubeat, non
poterit vxor eainde tanquam legitima tutrix aſpira
re ad rutelam: quia repugnare videtur patris volun
9 tas, qui datam cancellauir, † & iſte caſus eſt plurimū
noſtro ſimilis: nam ſicuti nullo rutore dato in teſta-
menro, mater in caſu Dini non admittitur, ira repelli
debet, quando datus eſt, ſed vel nulliter, vel habetur
pro non ſcripto. & non video rationem diuerſitatis,
quod datam matrem cancellauerit, vel quod alium
tutorem dederit: vtroque enim caſu mater remanet
voluntate mariti eacluſa à rutela. Et licet in eo rearu
Bartol. diſtinguat, an ideo pater cancellauerit, quia
quoad tutelā velit inteſtatus decedere, vel quia eam
indignam reputauerit, tamen in facto pręſenti appa-
ret, quod quoad rutelam non voluit decedere inteſta
tus, imò voluit filiis prouidere dando alios tntores.

Accedat, quod ſi teſtator fuiſſet interrogatus an
vellet matrem tutricem filijs dari, vbi non eſſet locus
ſororibus, quas tutelæ deſtinauerat, ſine dubio reſpō
diſſet negatiuè. haberi ergò deber pro diſpoſito quod
10 ille diſpoſuiſſet, ſi de eo fuiſſet interrogatus, † ſecun-
dnm gloſſ. in l. tale pactum, ff. de pact. quam ſequun-
tur infiniti eitari à Tiraquell. in præſatione l. ſi vn-
quam, numer. 56. in verſic. libertis, numer. 28. C. de
renocan. donar. & haber locum in quacunque mate-
ria, ſecundum deciſ. Pedem. 64. in fine. Marſil. in l. ſi
quis vidnam, numer. 9. ff. de quæſt. Roland. conſil. 97.
numer. 18. volum. 2. Gabriel. comm. opin. lib. 6. titul.
de reg. iur. conclnſ. 10. per totam. Menoch. conſil. 14.
num. 12.

Vnum tamen eſt quod plurimum prædictis aduer
ſari videtur, quia ſi dicamus eo quòd alios filijs tuto
res dederit, videri, quod teſtator matrem probibue-
rit à rutela, etiam quòd datis tutoribus locus non fo-
ret: inferri idem poſſet nō ſolum de matre, ſed etiam
de quibuſcunque alijs, ita, vt nemo alius poſſet dari,
id quòd affirmari non poteſt. vbi verò conſequens eſt
11 falſum, antecedens ſubſiſtere † non poteſt, l. 2. §. mu-
tui datio, vbi gl. & Doct. ff. ſi cert. pet. plures alios ci-
tat Euerar. loco 97. in princ. Sed reſpōdeo, quod non
eadem verſatur ratio in alijs, quæ militat in matre:
ſicuti enim in ea maior ſuberat cauſa admittendi ad
turelam, ita maior præſumenda eſt ratio in omiſſio-
ne vel eacluſione, & cenſendum eſt, quòd non caſu,
nec inopinato, pater illam omiſerit nominare, ſed ex
animi ſententia, & quia id egit & voluit ne admitte-
retur: vrgebant enim pro matris admiſſione, quod
mater erat, & conſequenter nemo plus ea filios dili-
gebat, imò ardentius amat quam pater, ideo lex non
modo illam præfert quibuſcunque alijs tutoribus le-
girimis, vti dixi in princip. ſed etiam nominatum à
12 a marre mandat præferri, aliis paribus. † Bald. in l. ſi
quis ſub condirione, in fine, ff. de leg. tutor. in l. om-
nem, C. ad Tertull. cum alijs apud Gabriel. conſ. 27.
nu. 5. vol. 1. vbi dicit, opinionem banc eſſe veriſſimam.
Item vxor dicitur vna & eadem caro cum viro, inara
dictum Euāgelij, qua ratione etiam ceteris omnibus
dicitur viro prædilecta, & de ea conſueuere mariti
confidere. Tertio fuerat etiam in eodem teſtamento
nominata & honorata legatis, qua ratione affirma-
re nemo poteſt, quod teſtator de ea recordatus non
fuerit. tot autem intercedentibus ſtimulis, ad eam in
tutricem deputandum filijs, quis ſanæ mentis credi-
derit patrem qui ſemper præſumitur ſalubre pro fi-
13 lijs conſilium capere, † l. nec in ea, ff. de adult. Alciat.
in tract. præſ. reg. 1. præſnmp. 2. nu. 1. voluiſſe ſine cau-
ſa vaorem arcere à filiorum tutela, prouidendo de a-
lio tutore. At dicet aliquis, fortè virum credidit mu-
neri illi magis habilem: bene quidem, verum hic non
virum, ſed mulieres mulieri prætulit, imò amitas ma
tri, non ergo poteſt in mētem cadere alia ratione pa-
trem filijs matre omiſſa amitas nominaſſe, quā quod
matrem vel non omnino babilem, vel parum vtilem
filijs crediderit: & qua ratione nominare omiſit, ea
ipſa prohibuiſſet, ſi de iſto euentu cogitaſſet, proinde
probibitio haberi debet pro eapreſſa: quia, vt ſupra
dixi, eapreſſum videtur, quod fuiſſet eapreſſum, ſi di-
ſponens fuiſſet interrogatus de caſu, & quemadmo-
dum non tanta ſuberat neceſſiras nominandi alios
cognatos, quāta verſabarur in nominatione matris,
ita non tanta adfuit voluntas eacludendi alios, quan
ta colligirur in eaclnſione matris. iudex ergo qui pa-
tris conſilium & iudicium ſequi & amplecti debet,
non poterit de iure & forte etiam tuta conſcientia,
eam ad turelam eligere, quam parer oneri ram impa
rem duait, vt ne quidem cum ſororibus ſuis exercen
dæ tutelæ babilem eaiſtimauerit.

Aggredior ſecundam quæſtionem: an ſaltem vi-
gore teſtamenti prædicti ſororibus Domini teſtato-
ris relinquenda ſit bonorum adminiſtratio. Et pri-
mo quidem intuitu dicendum videretur, tutori eli-
gendo à iudice fore concedendam omnimodam re-
rum & perſonarum adminiſtrationem: quia id im-
14 portat tutelæ vocabulum, † §. certe, Inſtit. qui teſtam.
tutor. dar. poſſ. §. datus, Inſtit. de excuſ. tutor. gloſſ. fin.
Inſtit. de tutel. in princip. vbi Doctor. not. & videtur
eſſe locus regulæ, quod potui nolui, quod volui adim
plere nequiui, l. multum, vbi gl. C. ſi quis alteri. Dixi
conſil. 967. numer. 30. & vtile viriarur per inutile,
præcipuè in indiuiduis, l. 1. §. item quæritur, ff. de a-
qua quot. & æſti. & eadem res non debet diuerſo iu-
re cenſeri, l. eum qui ædes, ff. de vſucap. ſi enim à
iudice tutor daretur legitimus, & ſorores admini-
ſtrarent bona, vtique daretur concurſus teſtamen-
tarii cum legitimo tutore, quod abſonum admodum
eſſet. Verum firmiter teneo, adminiſtrationem re-
rum & bonorum nullo iure poſſe prædictis DD. ſo-
roribus

toribus denegari:ſic enim ſtatuit teſtator, dum reli-
quit ipſas gubernatrices & adminiſtratrices rerū &
bonorum ſuorum: voluntas enim teſtatoris vbi legi
non repugnat, attendenda eſt, §.diſponat, in Authen.
de nupt. hoc autem ipſum quod mulier ſit guberna-
tria & adminiſtratria bonorum alterius, non eſt iure
prohibitum, intelligendo in extraiudicialibus: nam
quoad ea, mulier poteſt eſſe procuratria, vt quando
15 conſtituitur ad negotia, † l.3.§.1.ff.de negot. geſt.l.
ſed etſi quis, §.parui, ff.de inſtitor. Io. Andr.ad Spec.
in tit.de procurator.§.1.in princ. Alber.in l.alienam,
vbi alij Doctor. C.de procurat. Angel.in l. quamuis,
in princip.ff.de acquir.poſſeſſ. vbi dicit id procedere,
etiamſi ſtatuto prohibeatur obligari ſine conſenſu
mariti, & ſubdit, obtinuiſſe Florentiæ. Caſtrenſ. in l.
quamuis, §.nihil, ff.ad Treb. vbi fortius vult, quod ta-
li caſu mulier pro executione negotiorum poterit eſ-
ſe in iudicio. ſequitur Alex.ibi, num.2. Dec.in l.femi-
næ, nu.14. ff.de reg.iur. vbi approbat id quod de ſta-
tuto ſupra ex Angelo dictum eſt. Eodem modo mu-
16 lier poteſt eligi ad executionem teſtamenti, † vt vo-
luit Bart.in d.l.feminæ, circa finem, quia hoc non exi-
git iudiciale miniſterium. Alberic.in l.Tirium, col.1.
de adm.tutor.in l.filium, col.1. ff.de opt.leg. Bald.in
ſua Margar.in ver.mulier. Dec. d. l.feminæ, num.21.
Quinetiam poteſt teſtator ordinare tutori, quod tu-
17 telam adminiſtret ſecundum conſilium mulieris, † li-
cèt mulier extranea tutrix dari non poſſit, l.quidam
decedens, §.1.ff.de adminiſt.tutor. Bal. in cap. decer-
nimus, num.7.de iudic. Dec.d.l.feminæ, numer.20.in
fine. Bero. familiar. quæſtio.67.nu.5. & ſanè non mi-
nus eſt conſulere ſuper adminiſtratione & regimine
bonorum, quam ea gubernare.

Et in terminis, quod mulier ex voluntate teſtato-
ris poſſit habere bonorum filij pupilli adminiſtratio
nem, eſt tex.in l. qui aliena negotia, §. quāquam ma-
ter, ff.de neg.geſt. vbi dicitur, quod mater quæ tamen
eo tempore non poterat dari tutrix, l.tutela, & l. fin.
ff. de tutel. rectè adminiſtrat bona filij ſi habet pa-
tris voluntatem, licèt non poſſit pro filio actorem cō-
18 ſtituere. † & ibi hoc voluerunt Bart.Bald.Aug.& ce-
teris melius Caſtr.qui ſubdit, tunc videri conceſſam
matri adminiſtrationem quando teſtator non ſe re-
tulit ad perſonam, ſed ad bona filij, & licèt ille text.
loquatur in matre, iure iā antiquo vti ſupra dixi, &
aduertunt ibi omnes Doctores, non erat differentia
inter matrem & alias mulieres, quia omnes repelle-
bātur à tutela. ſicuti igitur mater eo loci admittitur
ab bonorum pupilli adminiſtrationem, non obſtan-
tibus legibus, quę tutelam interdicunt, eodem modo
admittendæ ſunt ſorores: fundat enim textus ſuam
deciſionem ſuper ea, quod mater ibi eſt ſequuta volū
tatem teſtatoris, quæ in caſu noſtro nō poteſt eſſe ma
gis expreſſa; nam poſt factam deputationem, conce-
dit facultatem adminiſtrandi propria authoritate,
ſine licentia vel confirmatione iudicis.

Et non obſtat regula, quod potui volui, quia imo
teſtator voluit id quod potuit, reliquit enim ſorores
non ſolum tutrices ſed etiam rerum & bonorum ad-
miniſtratrices, & gubernatrices. Præterea, in fine te-
ſtamenti, & pręcipuè in fine tutelæ diſpoſuit teſtator
iubendo ómnia ſupradicta valere omni meliori mo-
do; quę clauſula operatur, quod actus ſortiatur effe-
19 ctū eo pleniore modo quo poteſt. † Fulgoſ.in conſ.43.
col.2.Imo.in l.nemo poteſt, col.3.verſ.hoc dictum ta-
men, ff.de legat.1. vbi quod partes videntur ſe refer-
re ad viam efficaciorem. & dicunt Bald. & Imola in
l.cum pater, §. filijs matrem, ff. de leg.2. quòd vigo-
re illius clauſulæ actus qui non valet vt agitur, valet
eo modo quo valere poteſt. Soc.conſ.173.nu.1.col.3.
verſ.& prædicta, vol.2.Cur.iun.conſ.169.nu.6. & di-
cit Bal.in l.vnum, col.7.ff.ſi cert.pet. quod operatur
hæc clauſula, vt actus non reſtringatur ad modum
expreſſum vel ſpecificatum. ſequitur Butr. in c.exa-
minata, circa med. de iudic. Soc. d. conſ.173.col.3.
Gozad. in conſ.45.nu.26. Pariſ. conſ.60.nu.26. vo-
lum.2. licet igitur nominauerit illas tutrices, tamen
actus ſuſtineri debet eo modo quo poteſt, atque ita
remanere debent adminiſtratrices, quod non pati-
tur difficultatem, quia id etiam teſtator diſertis ver
bis expreſſit, vt non ſit coniecturæ locus.

Eodem modo reſpondetur ad id quod dicebatur
vtile vitiari propter inutile, & conſequenter non
poſſe ſorores habere adminiſtrationem, eo quòd
cum adminiſtratione relicta eſt quoque inutiliter tu
tela. Reſpondeo etenim, eam doctrinam ſibi non vē
dicare locum, quando adeſt ea clauſula, Omni melio
20 ri modo, † vt probatur in l.ſancimus, C.de donat.l.
1.§.pen. ff.de verb. oblig. & ponit Alex.in conſi.112.
in princ.volum.3. Natta in conſ.453. nume.13. Re-
ſpondetur etiam, quod regula in contrarium allega
ta procedit ſolum quando actus eſt indiuiduus, at
vbi eſt diuiduus, vitiatur ſolū quod eſt inutile, & ſu-
21 ſtinetur, quod eſt vtile. † eſt text.in c.ſi confirmatio-
nem, de elect.in ſexto. & ibi not. Geminia. ad idem
eſt tex.in d.l.1.§.pen.ff.de verb.oblig.gloſ.in cap.pe-
cuniæ funebris, ff.de vſur.Bart.in l. Græcè, §.illud, ff.
de fideiuſſor. textus eſt clarus, ita diſtinguens, in l.1.
§.item quæritur, & §.Trebatius, ff.de aqu. quotidia.
& æſtiua, l. ſi ſponſus, §. generaliter, & §. venditio-
nem, ff. de donat. inter vir. & vxor. ponunt Doctor.
omnes, in d.§.penult. vbi inſerunt ad notabiles quæ-
ſtiones. & ibi glo. num.19. vbi ponit exemplum in re
Eccleſiæ quæ ſit, nume.7. plures congerit Dom. Be-
cius.in conſil.92.in emphyteuſim conceſſa vltra ter-
tiam generationem, & in donatione non inſinuata
quæ excedat valorem aureorum quingentorum. Cra
uet.in conſ.664.nu.22.conſil.850.nu.9. & hanc regu
lam exornat Crot.d.l.1.§.ſed & ſi mihi, nu.6. & ſeq.
ff.de verb.oblig Alc.nu.33.& Coraſ.nu.17.Simon de
interpr.vlt.vol.lib.4. interpret.vlt.dub.1. nu.15.fol.
470.& poſſem infinitos addere. Quod vero actus dā
di tutorem vel adminiſtratorem ſit diuiduus, patet
de ſe: quia aliud eſt quem eſſe tutorem, aliud vero
adminiſtratorem, & poteſt quis eſſe ſolus admini-
ſtrator, nō autem tutor, imò, tutela ipſa diuidua eſt,
quia diuidi poteſt ratione patrimoniorum & rerum
pupilli, l.ſi plures, in fine, & l.inter tutores, ff. de ad-
min.tut.& probat totus tit.C.de tutel.diuid. imo di
uidi quoque poteſt ratione perſonarum, vt arguen-
22 do à rebus ad perſonas, cōcludit † Bero.famil.q.67.
in fi.ſed præter eū quod liceat pupillo tutorem habe
re, & nihilominus is qui tutor dari non potuit ha-
beat adminiſtrationem bonorum quæ ab eo relicta
ſunt qui tutorem dedit, eſt deciſio Dini quem citat
& ſequitur Bart. in l.ſi patronus, ff.de confirm.tutor.
vbi dicit, quod ſi extraneus pupillo inſtituto qui alia
bona habet tutorem dedit ei pupillo, dabitur qui-
dem alius tutor, ſed datus ab extraneo adminiſtra-
23 bit bona, † quæ ille reliquit. atque ita tutela data ab
extraneo reſoluitur in adminiſtrationem, & ſuſtine-
tur actus eo modo quo poteſt. idem videmus in tuto
re dato à patre naturali, is enim (ſi pupillus alia bo-
na habeat) remanet ſolummodo adminiſtrator bo-
24 norū, quæ pater illi reliquit, † probatur in l.fi. vbi Do
cto.not. C.de confir.tutor. Bar.in l.naturali, §.1. ff.eo.
tit. Aret.in §.permiſſum, nu.3. verſic.tertio caſu, Inſti.
de tutel. ecce igitur, quod tutela quæ nulliter data

eſt,ob defectum eius qui dedit,reſoluitur in adminiſtratione.

Et ſi dieatur, nos eſſe in caſu diuerſò, quia pater
potuit quidem dare filijs tutorem, ſed dedit inhabi-
les: reſpondeo, quòd ſicuti tutela in adminiſtratio-
nem conuertitur, quando defectus eſt in dante, ita
conuerti debet quando defectus eſt in eo cui datur:
hi enim defectus omnino æquales ſunt,& pariter tu-
telam vitiant, vt in l.1.de confirm.tutor. & ratio cur
ſuſtineatur adminiſtratio quando defectus eſt in dā-
te,militat etiam,quando in eo eſt qui datur:nam re-
gulare eſt in teſtamentis,vt actus ſuſtineatur eo mo-
25 do quo poteſt, & vtile non vitietur per inutile,† l.2.
ff. de his quæ pro non ſcript.hab.Iaſ.d.§.ſed & ſi mi-
hi,num.12.& ſeq.Simon.lib.1.interpr.2.dub.2.ſolut.
14.nu.18.ſol.77.id vero eſt ex abundanti: quia æquè
principaliter teſtator adminiſtrationem ſicuti tute-
lam reliquit: qua ratione ceſſat argumentum, quòd
eadem res non debeat diuerſo iure cenſeri, ſunt plu-
res res non vna, & ſupra probaui tutelā poſſe diuer-
ſo iure cenſeri,ideſt diuidi per patrimonia & aliter.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtibus negatiuè deponentibus minus creditur quam ijs qui deponunt affirmatiuè.*
2 *Pertinentiæ caſtri poſſunt eſſe nō ſolum proximæ ſed etiam remotæ.*
3 *Pertinere,verbū eſt latiſſimum,& omnia includit quæ quouiſmodo etiam per actionem perſonalem ſpectare poſſunt.*
4 *Verba cui non conueniunt,non conuenit diſpoſitio.*
5 *Præſuppoſitum debet verificari vt diſpoſitio locum habeat. & num. 48.*
6 *Diſpoſitio cui qualitates non conueniunt, allegari non poteſt.*
7 *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant. & numero 22.*
8 *Demonſtrationes duæ regulariter ſufficiunt ad rei deſignationem.*
9 *Demonſtratio falſa non vitiat, ſi ex quatuor confinibus vnum non conueniat.*
10 *Deinde,dictio,eſt ordinis deſignatiua.*
11 *Hæreditas poſtquam eſt adita ſæpè dicitur eſſe illius à quo prouenit.*
12 *Genitiuus aliquanda originem ſignificat.*
13 *Genitiuus importat cauſam efficientem.*
14 *Teſtis vnius dictum declaratur ex dicto alterius.*
15 *Fouea dicitur opus manufactum.*
16 *Arguere licet ab ethimologia.*
17 *Via vicinalis cum intrat militarem,deſinit eſſe vicinalis.*
18 *Territorijs in diuidendis eliguntur ſigna euidentia,notabilia,& quæ careant dubitatione.*
19 *Signa ideo fiunt vt ex eis ſignatum cognoſcatur.*
20 *Res eadem diuerſo iure cenſetur inſpectis diuerſis cauſis,& reſpectibus.*
21 *Cōfines probantur vulgi opinione vel circumcolentium iudicio.*
22 *Talia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant. & numero 7.*
23 *Obſeruantia ſecuta declarat qualitatem rei.*
24 *Argumentum de toto ad partem non procedit,quando ſubeſt diuerſa ratio.*
25 *Mixtum non continetur ſub ſimplicibus.*
26 *Mixtum venit ſub ſimplici, quando de vtroque ſimplici actum eſt.*
27 *Diſpoſitio loquens de re ſimplici,non includit mixtam, vbi mixtio talis eſt quod nō poteſt ſecerni id quod eſt ſimplex.*
28 *Præſumptio vna aliam tollit,& plures vincunt vnam, & ſpecialis generalem,& cedit probationi,& veritati.*
29 *Teſtibus pluribus magis creditur quam paucioribus vbi cætera ſunt paria.*
30 *Seniores teſtes magis probant quam iuniores.*
31 *Teſtes de vniuerſitate cedere debent teſtibus qui non patiuntur talem defectum.*
32 *Teſtes deponentes de negatiua coarctata loco,& tempore, non minus probant quam ſi de affirmatiua concluderent.*
33 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus, quamuis ſuper negatiua, magis creditur quam affirmantibus.*
34 *Socius prohibere non poteſt ne ſocius vtatur re communi ad vſum deſtinatum.*
35 *Aquas ſuperiorum agrorum natura ipſa coguntur recipere inferiores.*
36 *Fouea in medio duorum territoriorum dicitur vtrique communis.*
37 *Mittere in alienum non licet facto hominis, ſecus quando res ſua natura tranſit in alienum, vt facit aqua.*
38 *Libri datiorum plenè probant tanquam per officium publicum confecti.*
39 *Gabellam imponere, vel exigere non poteſt qui non habet iuriſdictionem.*
40 *Liber antiquus priuati probat.*
41 *Poſſidere ſufficit tempore turbationis in interdicto vti poſſidetis.*
42 *Res inter alios acta probat factam.*
43 *Iuriſdictionis poſſeſſio vt acquiratur ſufficit aliquos actus exerceri in aliquas perſonas, & per eos ius acquiritur in omnes alios.*
44 *Appellationes cognoſcendi ius contra omnes acquirit dominus,qui cognouit appellationes aliquorum.*
45 *Iuriſdictione vtens in aliquo actu,acquirit poſſeſſionem quo ad omnes actus,qui ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis.*
46 *Poſſidere quis præſumitur ex titulo præambulo.*
47 *Metum allegans tenetur probare.*
48 *Diſpoſitio non habet locum ſi præſuppoſitum non verificatur. & num. 5.*
49 *Vi poſſidere non dicitur qui per vim ſuam retinet poſſeſſionem.*
50 *Acta faciunt notorium.*
51 *Ignorantia eorum quæ publicè facta ſunt allegari non poteſt.*
52 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
53 *Scientia probatur ex coniecturis.*
54 *Scientia officialium ſufficit, quia habetur pro ſcientia domini.*
55 *Facta pro infectis haberi non poſſunt.*
56 *Nullitas actus qui non eſt de ſubſtantia, non impedit effectum quo ad actum qui eſt de ſubſtantia.*
57 *Iuriſdictione vti dicitur iudex ſubdelegando & committendo aliquem citari.*
58 *Conſuetudo inducitur ex acta nullo.*
59 *Inſtantia perempta licèt pereant acta omnia,non tamen perit effectus vt vitium litigioſi.*
60 *Iudex non præſumitur facere aliquid fraudulenter.*
61 *Locus reſpectu territorij præſumitur illius eſſe qui ibi exercuit iuriſdictionem.*
62 *Præuentioni eſt locus contra delinquentem in via poſita in confinibus.*
63 *Piſcandi actus eſt à iuriſdictione ſeparatus.*
64 *Piſcatio non poteſt prohiberi niſi ab eo qui iuriſdictionem habet.*
65 *Venator ingreſſus fundum prohibente domino, facit feram ſuam.*
66 *Ingreſſum in fundo licet poſſit Dominus alteri interdicere, ac etiam de facto reſiſtere,non tamen aliter poteſt pœnam imponere quam miniſteria iudicis.*
67 *Pluralitas rerum præſumitur.*
68 *Denominatio ſola modicum probat.*
69 *Nominatio vt proſit debet concludenter probari.*

Lex

Digitized by Google

70 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
71 *Vſque, dictio, aliquando ſtat incluſiuè, quandoque verò excluſiuè.*
72 *Inſtrumenti pars vna aliam declarat.*
73 *Iuxta, dictio, ſignificat propinquitatẽ, & ſtat excluſiuè.*
74 *Probatio dubia non releuat, ſed interpretatur contra probantem.*
75 *Probationes præciſæ & determinatæ ſuperant dubias, & coniecturas.*

CONSILIVM CCCCXXIX.

CAVSA Illuſtriſs. D. Comitis Mirandulę cum vniuerſitate Sancti Felicis Ferrarienſis territorij, dubia redditur ex his quę Clariſſimus & maximi nominis Iuriſconſultus Do. Renatus Catus iudex ad illius deciſionẽ à Sereniſſimo Ferrariæ Duce deputatus ſcriptis mandauit, & pręcipuè, quod ex probationibus Do. Comitis planè conſtet, foueã Reſanam minimè deſinere in loco Trombæ Trottorum, ſed multo etiam inferius delabendo confinia S. Martini in ſpinis alluat, quo ſtante, nihil D. Comes prætendere poteſt citra illam foueã: quia ſicuti in ſuperiori parte diuidit territoria, ita dicendũ erit de parte inferiori, ne eadem res diuerſo iure cenſeatur, contra l. eũ qui ædes, ff. de vſucap. Id quòd inquit confirmatur, eo quòd teſtes S. Felicis licet pauciores & iuniores, deponunt affirmatiuè, contra verò alij negatiuè, quibus ea ratione mi-
1 nus creditur. †Bal. in l. actor, C. de probat. vltra quod teſtibus ſuffultis authoritate publicarũ ſcripturarũ, quas pars aduerſa producendo approbauit, magis eſt credendũ. & licet multa adducta ſint ex parte Domini Comitis, quæ latè recenſentur à Burſ. in conſil. 235. in hac cauſa edito, multa tamen in motiuis recitantur in contrariũ, & multæ adducuntur exceptiones ad elidendu ea fundamenta, quas non refero, ne ſim iuſto longior, ſed ex iis concludit D. Iudex fundatam non eſſe intentionem Domini Comitis.

Quæ etſi probabilia ſint, ea tamen nõ arbitror ita poſſe mouere Dominũ Iudicem, vt in eam deſcendat ſententiam quæ Do. Comiti ſit cõtraria, ſuam enim intentionẽ validè diuerſo probationis genere probauit, teſtibus ſcilicet, inſtrumentis antiquis, & nouis, publicis actis, & loci ipſius inſpectione: quemadmodum in eo conſilio Do. Burſati abundè relatum legitur, & proceſſus oſtendit, vt iam dicta repetere & recenſere inutilis & ſuperflui laboris, nullius vero vtilitatis ſit: ſufficiat vero obiecta refellere, quia ſicuti ſtare non prohibetur quod correctum non reperitur, l. pręcipimus, C. de appellat. ita firmum erit quod nulla exceptione ſublatum demonſtrabitur.

Et quia ad probandum foueæ continuationem à Tromba Trottorum, vſque ad fenilia bruſata, multa in motiuo allegantur, neceſſe eſt ſingula ea percurrere, & ſingulis reſponſum accommodare, & id concludenter admodũ probari dicitur ex pluribus ſcripturis ſubtiliter ponderatis. & primum quidem ex apoca anni 1506. inter Com. Ludouicum & Bonauenturam Muſtium, vbi dicitur, feudum eſſe ad Motellam, & datur foſſa Reſana pro termino. infertur autem, quòd foſſa Reſana ſit in vico Motellæ, & duret vltra Trombam Trottorum, quia aliàs ad eam iri non poſſet per fines feudi, cum diſtet Trõba plus mille paſſibus à Motella. Sed pro reſponſione in primis aduertendum moneo, non probari ex ea ſcriptura quòd feudum prædictum ſit ſolum comprehenſum in Motella, quinimò, deprehenditur illud extendi vltra Motellam: nam dicitur ibi, quòd à certo puteo eundum eſt rectè ad Motellam. ecce, quod feudu non eſt totum in Motella, ſi eundum eſt ad Motellã: nemo enim poteſt accedere ad locum in quo eſt, & ſi fieri debet loci mutatio, non eſt idem locus. Idipſum etiam probant ſequentia verba, *e nel mezo fra detto pozzo, e Motella*, quomodo enim pilaſtrum eſſe poterit inter puteum, & Motellam: ſi vterque locus eſſet Motella, certè dari debet diuerſitas. Ceſſante autem pręſuppoſito, quod feudum ſit totum incluſum in Motella, deſtruitur conſequentia, quòd cum Motella plus mille paſſibus diſtet à Tromba, non datur ad eadẽ acceſſus per feudum, ſed bene per Motellã datur acceſſus ad inferiorem partem foſſę Reſanæ: nam ſi acceſſus non datur ad Trombam per Motellam, datur per alias contiguas regiones, in quibus erat feudum non minus, quam in Motella.

Secundo moneo ex eadem ſcriptura non probari, quod ſicuti feudum eſt in vico Motellæ, ita in eodem vicu ſit foſſa Reſana, quandoquidem dicitur pilaſtrũ extruendum eſſe inter puteum, & Motellam, & à pilaſtro eundum eſſe recta verſus foſſam Reſanam, ſed non declaratur, an per medium Motellę eundum ſit, vel potius relinquenda ſit Motella à dextra, ſeu à leua, & non minus potuit ab eo pilaſtro iri ad foſſam Reſanam relicta Motella ab vna, vel altera parte, quam tranſeundo per illius mediam partem.

Tertio moneo, vbi etiam totum feudum eſſet in vicu Motellæ, quòd ſupra oſtenſum eſt non extare, adhuc ex dicta ſcriptura non probari, quod per fines feudi accedi non poſſit ad Trombam Trottorum, eo quod Tromba diſtet mille paſſibus à Motella: quoniam non dicit ſcriptura, quod Motella non ſe extendat ad Trombam, & poteſt eſſe, quod eo vſque perducatur Motella, & conſequenter quod per fines feudi vſque ad eum locum accedi poſſit.

Quarto moneo aduertendum, quòd ſi dicamus foſſam Reſanam deſinere ad Trombam Trottorum, non minus recta via iri poterit à Motella ad Trombam, quam à Motella ad clauicam deſtructam, ſeu ad fęnilia bruſata, à puncto enim, qui eſt medio poſitus, recta ſemper linea duci poterit ad quamcunque partem, vt de ſe patet, & ſiue ad orientẽ, ſiue ad meridiem, ſiue verſus aliam partem ducatur, ſemper erit recta linea, dum tamen ducatur verſus foueam prædictam, quòd ſi linea recta ad Trombam duci nõ poſſet, aliud eſſet, ſed & loci facies, & naturalis ratio oſtendit, non minus ad eam quam ad inferiorem partem recta duci poſſe. Cum ergo feudum illorum de Muſtis non ſit totum in Motella, nec foſſa Reſana ſit in Motella, nec dicat ea ſcriptura eundem eſſe per fines feudi ad foueam Reſanam, poſſitq. recta via à Motella procedi ad Trombam Trottorum, non eſt quod ſuper eo chirographo fiat fundamentum contra D. Comitem.

Amplius, ex ea ſcriptura colligo, non aliter ſenſiſſe partes, quod ducatur linea niſi ad Trombam: nam deſignatio in ea facta finit curſum ſuum ad aggerem, vt ibi legitur, ergo ſub Trõba non accedit ad foſſam Reſanam, quæ eſt vltra aggerem, & ad quam accedi non poteſt niſi per tranſuerſum aggerem: in ſuperiori vero parte cum peruenimus ad Trombam tunc pertingere poſſumus foſſam nõ attingendo aggerem. Præterea ſi de tranſuerſando aggere partes ſenſiſſent, vtique hoc dixiſſent, eſt enim ſignum notabile, & perſpicuum, de quo etiam hoc caſu mentionẽ feciſſent, ſicuti fecerunt, quando in fine deſignationis dicunt, excauandum eſſe puteum propè aggerem: quod ſi velimus à Motella ad foueam Reſanam

accedere

Digitized by Google

accedere non tranſuerſato aggere, non aliter duci
poteſt recta linea niſi ad Trombam, ideo de ea linea
partes ſenſerunt, non de ea quæ aliter ducta tranſuer
ſaret aggerem.

Secundo allegatur inueſtitura Comitis in Bona-
uenturam Muſtium, vbi res quæ eſt de pertinétijs San
cti Martini, datur in feudum ſub confinio foueę Reſa
neæ, quæ fouea in loco Trombæ diſtat à Sancto Mar-
tino magno interuallo, ita vt veriſimile non ſit, quod
eo vſque protendantur pertinentię, ſed id quoq; non
concludit neq; infert ad id de quo quæritur, an fouea
Reſana duret etiam ſub Tromba: nam pertinentiæ
caſtri eſſe poſſunt non ſolum proximæ ſed etiam re-
2 motæ. † vt poſt Dec. Calc. Pariſ. & alios, cócludit Me
noch. in conſ. 401. num. 149. & ſeq. verbum enim per-
tinere, latiſſimum eſt, & omnia includit quæ quouis
modo etiam per actionem perſonalem ſpectare poſ-
3 ſunt, † l. verbum pertinere, ff. de verbor. ſignific. Dec.
conſ. 516. nu. 24. Burſa. conſ. 9. nu. 1. & ſeq. Crau. conſ.
895. nu. 5. & conſ. 480. num. 1. non ergo bene infertur
cum dicitur Tromba diſtat à Caſtro ergo caſtri per-
tinentię non poſſunt ad Trombam vſq; perduci. cum
enim inter alios modos poſſit aliquid ad caſtrũ per-
tinere ex deſtinatione, vt per Menoch. d. conſil. 401.
num. 151. & dixi in conſ. 195. nu. 1. quid impedit quo
minus etiam res plurimum à Caſtro diſtantes poſ-
ſint ita deſtinari, vt ei caſtro ſeruiant, & ad illud per
tineant. Id quod tanto magis verum eſt, quando mi-
hi perſuaſum eſt verè pertinentias dicti Caſtri diffun
di etiam vltra Trombam Trottorum.

Tertio fit fundamentum ſuper inueſtitura Epiſco
pi Mutinæ anni 1543. ad Commune Finalis, in qua
probari videtur, quòd fouea Reſana pertingit ad ag-
gerem Duciſſæ. at agger ille multum diſtat à Trom-
ba, nec pertingere poteſt foſſam, niſi ſupponamus
eam eſſe infra Trombam. Sed nec iſta argumentatio
ſubſiſtit, quoniam inueſtitura non dicit, quod fouea
ad aggerem perduret. nec illa verba (vſq; ad foueam
nuncupatam foſſa Reſana) regũtur à paulò ante ſcri-
pto verbo, & clauſula (qui diuidit iura Bondeni à
iuribus finalis vſque ad foueam, &c.) vt ſit ſenſus,
quod agger ille diuidit vſque ad foueam Reſanam,
ſed reguntur à gerundio præcedenti (eundo verſus
ſero) vt ſenſus, & constructio ſit, verſus ſero eundo
vſque ad foueam Reſanam, & hoc modo intelligen-
do inſtrumentum illud non probat, nec ſupponit,
quod agger perduret vſque ad foueam Reſanam.
Vnum tamen eſt, quod huic ſenſui videtur repugna-
re: quia dicitur, eundo iuxta aggerem vſque ad fo-
ueam Reſanam, atque ita probari videtur quòd ag-
ger duret vſque ad foueam, alias adiri non poſſet fo-
uea, eundo iuxta aggerem ſi agger in eum vſque lo-
cum non perducitur. At neque hoc perturbat nego-
tium: quia inſtrumentum non dicit abſolutè eundo
iuxta aggerem, ſed ponit (iuxta aggerem ſiue *le caue*
de ſubtus) nam vbi agger definit verſus Trombam
Trottorum, incipiunt cauæ inferiores, quæ interme-
diant, & diuidunt aggerem ea parte foſſæ Reſanę vbi
extat Tromba. quia ergo agger non cõtinuatur vſq;
ad foueam Reſanam, ſed extant cauæ intermediæ,
ideo dicitur in inſtrumento, per aggerem, ſiue cauas
de ſubtus. Et id oſtenditur ex eodem inſtrumento,
dum cauæ appellantur de ſubtus, ideſt inferiores, ad
differentiam cauarum quæ ſunt in ſuperiore parte,
ideſt propè *l' Alberon della cella*, & viam *della ciresa*, di
cuntur etiam inferiores quia ſunt verſus ſero, & ver-
gunt ad eam partem ad quam ex forma inſtrumenti
eundum eſt, ideſt verſus ſero. Et hoc caſu aduerten-
dum eſt ad vnum quod alias in eiſdem his ſcriptis
præmonui, duplicem eſſe aggerem, ſeu verius duplici
ſub forma aggerem eſſe conſtitutum, vnus eſt qui ex
modulo, ſeu deſigno dignoſcitur productum *dell' Al-
beron dalla cella*, ſeu à via *dalla ciresa*, diuidendo Bon-
dennum, & Finale, verſus Trombam Trottorum: &
huius aggeris caput, ſeu finis recta linea reſpicit fo-
ueam Reſanam, ſeu Trombam prædictam. alter vero
vel huius alia pars, incipiendo in loco, vbi alius deſi-
nit, protenditur, & diſtenditur recta ſecundum cur-
ſum aquæ verſus ſęnilia bruſata. Hoc ſtante, inueſtitu
ram intelligere non poſſumus vt loquatur de poſte-
riori hac parte: quia eundo iuxta hunc aggerem, non
tenderemus ad foueam Reſanam, quinimò, progre-
diendum iuxta eum, vel eo ſemper à latere dimiſſo, di
ſcederemus à fouea Reſana contra verba inueſtitu-
ræ. Plus etiam, ille agger non diuidit iura Bondeni à
iuribus Finalis, vti dicitur in eadem ſcriptura, ergo
fatendum eſt, ſcripturam non loqui de iſto aggere,
quia cui non conueniunt verba non conuenit diſpoſi
4 tio, † l. ſi ſeruum, §. non dixit, ff. de acq. hæred. L. 4. §. to-
ties, ff. de dam. infect. Rom. in conſ. 442. num. 2. & ſcri-
ptura, ſeu diſpoſitio non habet locum vbi præſuppoſi
5 ta in ea non verificantur. † gloſ. in l. mancipia, in ver.
auocandum, C. de ſeru. fugit. cum multis quos addu-
xi in conſ. 150. nu. 78. & non poteſt allegari diſpoſitio
6 cuius qualitates non conueniunt, † nec verificantur.
Bar. in l. 1. §. quòd autem ait prætor, ff. ne quid in flum.
publ. cum alijs à me relatis in conſ. 45. nu. 14. & ſubie
7 cta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant. † Oldr.
conſ. 60. dixi conſ. 34. num. 40. Contra vero neceſſe eſt
fateri, quòd ea ſcriptura loquatur de alia parte agge
ris, quia eundo iuxta illum, tendimus recta verſus ſe-
ro. Item recta progredimur ad foueam Reſanam. Et
demum, hæc pars aggeris diuidit iura Bondeni à iu-
ribus Finalis. Accedit, quod huic ſoli aggeri, non alij
conueniunt alia ſigna poſita in inſtrumento, ideſt via
Angelini, ſeu *Anzelini. & l' Alberone*, quæ duo ſigna
attingunt extremam huius aggeris partem, & nullo
modo contingunt alterum aggerem, quod ſi regulari
ter duæ demonſtrationes ſufficiunt ad rei deſignatio
8 nem, † ſecundum Bart. in l. demonſtratio falſa, ff. de
conditio. & demonſtr. Rol. conſ. 67. nu. 4. & 15. vol. 2.
vbi communem dicit, multo magis res dicetur bene
demonſtrata, quando conueniunt quatuor confines,
ideſt *via Anzelini l' Alberone*, & quod iuxta illum ten
dimus ad foueam Reſanam & quod diuidit iura Bon
deni, & Finalis. Per prædictam autem infero, quod
vbi etiam in inſtrumento diceretur abſolutè, iuxta
dictum aggerem, & non additum fuiſſet ſiue *le caue*,
adhuc ſat eſſet quod ex prædictis conſtet partes de
iſto aggere ſenſiſſe, nõ de alio, ſi agger non ducat vſq;
in foſſam Reſanam: quia ſi ex quatuor confinibus v-
num non conueniat, illa falſa demonſtratio non vi-
9 tiat, † ſecundum Bartol. in d. l. demonſtratio falſa,
numer. 24. vbi fortius loquitur, quando vna ex tribus
demonſtrationibus diſcordat. Roland. d. conſil. 67.
num. 14. & ſeq. alios citaui in conſ. 44. nu. 17. quo cir-
ca cum ſcriptura illa nõ poſſit verificari in aggere qui
perducitur ſecundum fluentem aquam, ſed ſolum
in eo qui recta tendit ab Alberono ad foueam Reſa-
nam, non eſſet curandum quod agger ille non duret
vſque ad foueam, nec ex eo inferri poſſet, quod fouea
duret ſub Tromba, & nomen in inferiori quoque
parte retineat, cum vt dixi, illud inſtrumentum ni-
hil dicat de aggere qui eſt infra Trombam, ſed de eo
qui neque eſt ſupra neque infra, ſed aliunde ita du-
citur, vt recta via dirigatur in foueæ partem illam v-
bi eſt Tromba.

Et eodem modo reſpondetur ad inueſtituram
Com-

Digitized by Google

Communis Finalis, quæ ab Epiſcopo Mutinæ fuit
conceſſa anno 1553. quæ ſicuti continet formalia ver
ba præcedentis inueſtituræ, ita eundem ſenſum &
eandem recipit interpretationem, atque ita idem
morbus eodem collirio curatur.

Quinto opponitur, quod fouea Reſana eſt in me-
dio poſita, dum à Sancto Martino in Spinis itur ad
Bondenum; at ſi defineret ad Trombam Trottorum,
non fieret tranſitus per dictam foueam, dum ad Bon
denum acceditur, ergo fatendum videtur, quod du-
ret fouea etiam ſub Tromba, factum autem proba-
tur ea inueſtitura anni 1353. ad Dom. Paulum Pten-
departum, vbi dicitur, eundo ad Bondenum, vſque
ad foueam Reginorũ; ſed pro reſponſione dico, ver-
ba inueſtituræ non eo modo eſſe poſita, ſed aliter, vi-
delicet, (à mane confinat Bondenum eundo ad foſ-
ſam Caurariam) ſubijcitur inde (& vſque ad dictam
foueam, deinde ad foueam Reginam ſiue Reſanam)
atque ita nõ dicitur, quod eundo ad Bondenũ extet
illa fouea, ſed dicitur, quod eundo ad foueã Caura-
riam, & exinde ad foueam Reſanam, confinat Bon-
denũ, id quod ex ipſa loci deſcriptione verificatur,
eundo à Sancto Martino ad foſſam Caurariam, & à
foſſa prædicta ad foueam Reſanam, vbi eſt Tromba
Trottorum: quia ſemper fines, & territorium Bon-
deni confinat. & ſanè, aliud eſt dicere, eundo ad Bõ-
denum, aliud vero dicere, quòd confinat Bondenũ;
ex forma enim dictæ ſcripturæ eundum prius eſt à
Sancto Martino ad foſſam Caurariam, poſtea vero
à foſſa Cauraria ad foueam Reſanam, hoc enim ſi-
10 gnificat dictio, deinde, quæ eſt ordinis † deſignatiua,
l. 2. §. deinde, ff. de orig. iur. Signor. conſil 115. num. 3.
Aret. in l. moribus, §. prius, col. 2. ver. verbum autem,
ff. de vulg. & pupil. quod ſi foſſa Reſana duraret, &
continuaretur à Tromba vſque ad fęnilia bruſata,
vti aſſeritur ab hominibus Sancti Felicis, & ponitur
in motiuo, vtique eam neceſſe eſſet tranſuerſare, eun
do à Sancto Martino ad foſſam Caurariã, eſſet enim
in medio poſita, & tamen ſcriptum intra dictos limi
tes non meminit de foſſa Reſana, ergo probat con-
trarium, & poteſt retorqueri in homines S. Felicis;
quinimo, de foſſa meminit, poſtquam ventum eſt ad
foſſam Caurariam dum mandat ab ea Cauraria in-
cedi ad Reſanam.

Poſtremo in medium profertur dictum quadra-
geſimi teſtis Mirãdulæ, qui dicendo quod agger Du
ciſſæ fuit factus vt auerterentur aquæ foueæ Reſanæ,
& Canalini, quæ alias fluerent in illas valles, ſuppo-
nere videtur quod fouea Reſana duret, & nomen ẽt
retineat, quatenus durat agger Duciſſæ, alias enim
non aquæ foueæ Reſanæ, ſed aliæ dicerentur illæ quæ
fluunt inter aggeres Duciſſæ, & Arzenoni. Verum
neque huius teſtis dictum faceſſit negotium: nam
dum appellat aquas Canalini, vel foueæ Reſanæ, nõ
præſupponit ibi eſſe foueam Reſanam, ſed intelligit
de aqua quæ fluit à fouea Reſana, eo modo, quo dici-
mus ſæpè hæreditatem eſſe alicuius, poſtquam fuit
11 adita, eo quia ab illo prouenit, † vt l. fi. §. ſin autem
æs alienum, vbi not. Bald. C. de bon. quæ lib. Iaſ. in l.
1. §. veteres, nu. 16. ff. de acquir. poſſ. poſt Iaſ. ibi, nu. 8.
& communis vſus loquendi ita ſe habet, vt bona ali-
cuius dicamus ea quæ fuerunt ab illo relicta in ſua
hæreditate, licet nunc ab alio poſſideantur. Facit
quod dicunt Doctores in Rub. ff. de oper. noui nunc.
vbi Iaſ. nu. 5. dum volunt, quòd genitiuus ſignificet
12 aliquando † originem, per l. 1. §. nunc videamus, ff. de
coniug. cum emancip. lib. Ruin. conſi. 149. nu. 7. con-
ſi. 153. nu. 10. vol. 1. & hoc modo dicitur aqua foueæ,
ideſt quæ originẽ ducit à fouea, ſicuti etiã importat
13 cauſam efficientem, † gl. in l. quoties in ſtipulatio-
nibus, ff. de verb. obligat. Bar. in Rubr. ff. de oper. noui
nunc. num. 2. vbi Alexan. num. 27. Niconit. num. 145.
Ruin. in locis præcitatis, ſecundum quem ſenſum di-
citur aqua foueæ, ideſt quæ à fouea emittitur, vel effi-
citur, & Doctores in d. Rubr. dicunt, genitiuum diuer
ſimodè accipi pro ſubiecta materia. Et ſanè rectè di-
citur aqua foueę, etiam ſi ibi non ſit fouea, cum deſcẽ-
dat à fouea, atque ab illa mediatè deffluat. Rurſus,
huius teſtis dictum intelligi debet ſecundum dicta
aliorum, qui affirmant, quod ſub Tromba nullus cer-
tus extat alueus excauatus, ſiue foueæ Reſanæ, ſiue
Canalini, ſed aquæ vtriuſque commixtæ diffundun-
tur ſuper valles. vna enim pars declarat aliã, l. vtrũ,
ff. de petit. hæredit. l. 1. ff. de reb. dub. & dictum vnius
14 teſtis declaratur ex dicto alterius, † Bald. in l. 2. nu. 5.
C. de bono. poſſeſſ. ſecund. tab.

Stat ergo concluſio, quod nullibi ex multis ſupra
oppoſitis probatur, foueam Reſanam produci vltra
Trombam Trottorum, & conſequenter infertur ſub
ea Tromba non poſſe eam diuidere Mirandulæ ter-
ritorium à finibus, & territorio Sancti Felicis.

At vbi etiam daremus (quod prorſus negatur) fo-
ueam perdurare vltra d. Trombam, adhuc tamen ex
obiectis inferri non poſſet eam in inferiori parte di-
uidere territoria prædicta.

Non enim obſtat, quod fouea Reſana eiuſdem iu-
ris cenſenda ſit, ideſt territorium diuerſoria in par-
te inferiori verſus Motellam, & fenilia bruſata, cuius
eſt in ſuperiori parte verſus, ſeu ſupra clauicam, &
Trombam Trottorum, ex quo conſtat eam perdura-
re vſque in Bondeni in alia territoria. Ad hoc multi-
pliciter reſpondeo, quod non eſt eadem res, ſed diuer
ſa: nam ſub Clauica, ſeu Tromba Trottorum aquæ
deſcendentes à fouea prædicta, non vno alueo rece-
ptæ, & contentæ defluunt, ſed deſuper æqua planitie
diffuſæ ſine alueo inter aggerem Duciſſæ, & Arzeno-
rum delabũtur, vti dicunt multi ex teſtibus pro Do-
mino Comite examinati, & ſuper loco repetiti à Do
min. Criſpo, tunc iudice ad eandem hanc cauſam de-
legato, factum hoc, eodem modo exprimentes, quod
aquæ inter dictos aggeres vallizabant. hoc autẽ ſtan-
te, deſinit dici fouea: nam fouea dicitur opus manu-
15 factum, † vt poſt Aggerium Vrbieum inquit Hiero.
Mont. fin. regund. cap. 17. num. 5. & probatur in l. 2. §.
1. ff. de aq. plu. arcen. & fouea dicitur locus effoſſus, vt
16 patet ex eius æthimologia à qua licet arguere, † l. 2. §.
appellata, vbi gloſſ. Barto. Salic. Alexand. & alij, ff. ſi
cert. pet. latè Euerar. in Topic. legal. loco 6. & ibi ter-
ra non eſt effoſſa, & ibi fouea dici non poteſt. Præte-
rea ſub dicta Clauica, & Tromba aquæ deſcendentes
à fouea ſupra memorata, commiſcentur aquis Cana-
lini, vti pariter dicunt teſtes, propterea nomen ſumit
ab ipſo Canalino, qui maiorem aquæ ducit quantita
tẽ, & proprio amiſſo vocabulo, ſub alio nomine con-
tinetur, vt in ſimili de via vicinali aquæ cum intrat
17 militarem, deſinit eſſe vicinalis, inquit † tex. in l. fi. ff.
de loco & itin. publ. & idem Bart. dicit in l. 1. ff. eod.
tit. de via publica, quæ deſtructione edificij medij in-
ter eam & plateã, extinguitur, & incipit eſſe platea.
& vidi ſæpè in facto flumina nomen proprium perde
re poſtquam grandioribus, vel dignioribus fluuijs
recepta ſunt. cum ergo fouea prædicta poſt eum locũ
deſinat eſſe fouea, non eſt mirum ſi ab eo deſinit ter-
ritoria diuidere, cum non entis nullæ ſint qualitates,
l. eius qui in prouincia, ff. ſi cert. petat.

Præterea, & ſecundo ad diuidendum territoria, e-
liguntur ſigna euidentia, notabilia, & quæ careant
18 dubitatione, † ſecundum Bald. in conſ. 420. volum. 1.
conſ.

conſ.468.vol.3. Hieron. Mont.d.cap.17.nume.1.Bur-
ſat.d.conſ.235.num.1.at ſub dicta Clauica de Trom-
ba,cum aqua deſcendens ab ea fouea nullo certo, &
deſignato alueo vel fundo contineatur, ſed valles il-
las ſupernatando inter dictos aggeres lato admodũ
ſpacio vagetur,non poterat certum,determinatum,
diſtinctum, ſtabile, & perpetuum ſignum facere, er-
go non erat rõnabile, quod ab ijs aquis territoriorũ
diuiſio denotaretur: ſigna etenim ideo fiunt, vt ex
19 eis ſignatum cognoſcatur,† Bald.in Auth.Dos data,
C.de donat.ante nupt.cum alijs quos citaui conſ.61.
nu.28. at vbi ſignum non eſt certum, nihil operatur:
quia ignotum non debet per ignotius demonſtrari,
& ab antiquis aſſumpta eſt fouea Reſana pro euiden
ti ſigno: at cum deſinit habere qualitates neceſſarias
ad ſignandum,deſinit ſeruire pro ſigno: quia ceſſan-
te cauſa ceſſat effectus,c.cum ceſſante,de appellat. &
eadẽ res diuerſo iure cenſetur,inſpectis diuerſis cau-
20 ſis, † & reſpectibus, l.miles,§.pro parte,ff.de legat.2.
Abb.in c.cum in tua,in fin.de decim.cum alijs multis
quos allegaui in conſ.127.num.69.

Tertio fouea Reſana, eatenus diuidit, quatenus
habita eſt pro termino diuiſorio à circumcolenti-
bus, & præcipuè ab hominibus Mirandulæ, Sancti
Felicis, & Bondeni, & non vltra, hæc enim eſt natu-
ra terminorum: nam non omnis lapis in terra poſi-
tus, nec omnis mons dicitur terminus diuiſorius,
ſed conſtare id debet ex aliquibus,puta ex inſtrumẽ-
tis vel alijs de quibus Guid. Pap.quæſtio.183.& præ-
ſertim ex eo, quod res illa fuit longiſſimo tempore
habita pro termino, vt pulchrè in propoſito inquit
Bertrand.in conſil.260.num.5.7.& 9. volum.2.addo
Barbar.conſi.6.num.3.& 6.volum.1.Hieron. Mont.c.
17.numero 10. vbi dicunt, quod confines probantur
21 vulgi opinione vel circumcolentium iudicio. † mul-
tos citat Firmia.in ſuo Repert.in ver. confines,il 6. at
in præſenti facto, licet multi ex teſtibus dicant, fo-
ueam Reſanam ſupra Clauicam diuidere, & termi-
nare territorium Mirandulæ à territorio Sancti Fe-
licis,tamen nemo affirmat,quod ea diuidat in ea par
te quæ eſt infra Clauicam, quinetiam, multi dicunt,
quòd in illa parte deſinit diuidere,propterea non be
ne infertur à parte ſuperiori ad inferiorem, cũ enim
fouea ideo diuidat,quia à circumcolentibus reputa-
tur diuiſoria, non vltra debet diuidere, quam cir-
cumcolentes ipſi reputauerint.

Quarto diuerſa obſeruantia arguit diuerſitatem
rei: nam ex actis cõſtat, quod homines Sancti Felicis
ſimul cũ hominibus Mirandulæ foueam excauarunt,
quatenus erat diuiſoria, ideſt vſque ad Clauicam,
& Trombam Trottorum, ſed ab eo loco infra, nihil
vnquam dicti Sancti Felicis attentarunt. diuerſa er-
go ratio pactum reformat, & talia ſunt ſubiecta qua-
22 lia prædicata † demõſtrant. Old.conſ.60. dixi in conſ.
34.num.40.& obſeruantia ſecuta declarat qualitatẽ
23 rei,† l.minimè, & l.ſi de interpretatione, ff.de legib.
dixi in conſ.140.num.43.& videmus quod argumen
tum à toto ad partem, non procedit, quando ſubeſt
24 diuerſa ratio.† Cin.Salicet. & alij,in l.notiſſimi,§.in
bis,C.de præſcrip.Euer.qui alios citat loco 80.col.3.
ver.ne tamen erres,& non eſt eadem ratio diuidendi
in inferiori parte,quæ militat in ſuperiore,quia in ſu
periore vera eſt fouea,vt dixi, ripas habens,& agge-
res, hinc,& hinc, alueumque cauum, ſed in inferiore
non habet depreſſum alueum, ripis non continetur,
ſed valles ſummergit,& ſupernatat,vltra quod in ea
parte inferiori aquæ foueæ ſunt cõmixtæ aquis Cana
lini,& vbi etiam forma aluei,& riparum continuare-
tur,nõ tamen poſſet ſimpliciter dici fouea Reſana,ex
quo recipitur à Canalino,& mixtum non continetur
25 ſub ſimplicibus. † Bald.in l.certi condictio, §.quo-
niam,col.fin.ff.ſi cer.pet.Anchar.conſil.37.vbi quòd
aliter iudicamus de mixto quam de ſimplici. Natta
in conſil.463.nu.19. imo mixtum non venit ſub ſim-
plici, quando de vno ſimplici tantum fit mentio, li-
cet aliud ſit quando de vtroque ſimplici actum eſt,
26 † ſecundum Cuman.Alex. & Iaſ.in 5. not. in l.Titiæ
textores,ff.de legat.1.cum multis quos allegat Cra-
uet.in conſ.942.nu.15. vbi loquitur in materia ſauo
tabili.addo, quod vbi mixtio talis eſt quod non põt
ſecerni id quod eſt ſimplex, tunc diſpoſitio de re ſimpli-
ci non includit mixtam ſeu habentem aliquam qua-
27 litatem.† Cuman.in l.2.in princ. vbi Alciat.nu.9.ff.
de ver.obli.& ponunt omnes Doctores ibi,& in l.Ti
tiæ textores, ff.de leg.1.& vini appellatione non ve-
nit aqua mixtum. Ferret.de gabel.nu.603.& ſeq.

Quinto, vbi nihil aliud obſtaret,& argumentum
aduerſum non impugnaretur ex prædictis, parũ no-
ceret ex alto: nam hæc eſt ſola coniectura in fauorẽ
S.Felicis,quod ſicuti fouea diuidit in ſuperiori par-
te,diuidere ita debeat in inferiore, & procedit pro-
babiliter,ſed nõ eſt neceſſarium, quod pariformiter
diuidere debeat: probatio aũt debet eſſe cõcludens,
& neceſſaria, l.non hoc, C. vnde legitimi. & ſuprad.
coniectura procederet,vbi nil aliud repugnaret; ſed
in facto præſenti multa aduerſantur ne dici poſſit,
quod diuiſio ſub Clauica Trottorum fiat ab aquis
28 foueæ Reſanæ, & vna præſumptio tollit aliam, † l.
Diuus,ff.de reſtit. in integr. Tiraq.in l.ſi vnquam, in
ver.donatione largitus, num.156.C.de reuoc.dona.
Crot.in conſil.60. num.16. & plures præſumptiones
vincunt vnam. Auth.Itaque,C.commu.de ſucceſſ.l.3.
§.1. ff.de teſtib. dixi conſi.1.no.60. & præſumptio in
ſpecie tollit pręſumptionem generalem. Bart.in l.cũ
de indebito, ff.de probat. alios citaui in conſil.112.
nu.73. vbi etiam dixi, quod fortior vincit debiliorẽ,
imo præſumptio cedit probationi, & veritati,l.fin.in
prin.ff.quod met.cauſa,l.nuptura,in fi.ff.de iure dot.
Aret.in conſil.38.col.2.Neuia. in conſil.81.num.24.
hic vero nedum cõtrariæ extant coniecturæ, ſed etiã
validiſſimæ, & demõſtratiuæ veritatis probationes:
quia ſcilicet ex teſtibus, inſtrumentis, libris,& alijs,
probatum eſt territorium Mirandulæ protendi vl-
tra aquas foueæ Reſanæ ſub Clauica,& vltra eos offi
ciales Comitis exercuiſſe iuriſdictionem citando,ca
dauera viſitando,delinquentes plectendo, fines cu-
ſtodiendo, bulletas tranſeuntibus, & iter habentib.
per eum locum faciendo,inobedientes retinendo,ve
ctigal ſeu datium exigendo,ſalices & arbores plan-
tando,locum excauando, atque alia multa faciendo
quæ latè, & ſerioſè recenſentur à Burſat. in d.conſil.
235. quæ omnia ſimul iuncta rem claram conſtituũt,
& ſi quid dubij ſubeſſe poterat, eo quòd fouea prædi
cta videatur ſucceſſiuè vniformiter diuidere, id to-
tum eneruant: quinimo ea coniectura cum prędictis
probationibus collata, nihil eſt.

Et non aduerſatur,quod teſtes Sancti Felicis quã-
uis numero pauciores, & non tantum annoſi, ma-
gis probent, ex quo teſtium dicta non ætate aut nu-
mero, ſed veritate, & fide æſtimanda ſunt. Reſpon-
deo etenim,quod ceteris paribus magis credendum
29 eſt teſtibus pluribus, quam paucioribus.† Natta in
conſil.285.num.1. ponit Burſat. d.conſ.235.num.11.
& præter eos Roland.conſ.24. num.49.volum.1.vbi
alios citat Menoch.conſi.396. num.19. & in materia
finium Hieron. Mont.cap.59. num.1. & ſeq. Crauet.
in conſil.923.num.29. & poſſent adduci infiniti alij.
ſimiliter ſeniores magis probant, quam iuniores.

glo.

Digitized by Google

30 † gloſſ. & Doctо. in l. cum quid, ff. ſi certum petat. per
Felin. in cap. in noſtra, colum. 4. in prin. ff. de teſtibus.
Roland. conſil. 24. num. 51. Rimin. conſ. 102. num. 42.
alios citat Hier. Mont. d. cap. 59. num. 10. & ſeqq. vbi
loquitur in materia finium. Crauet. conſil. 876. num.
8. verſ. tertio ætatis ratione, vbi teſtium fidem in cõ-
parationem poſitorum extollit à numero, ab officio,
ab ætate, & à diuitijs, quæ omnia ponderat quoque
Roland. d. conſil. 24. num. 48. & ſequen. & Burſat. loco
præcitato, nume. 63. propterea, vbi ſcimus in dubio,
animus iudicis in eam partem debet inclinare pro
qua ſunt plures teſtes, ſeniores, ditiores, digniores,
& veriſimiliora deponentes, quin & qui nullum pa-
tiuntur defectum, ſicuti patiuntur teſtes Sancti Feli-
cis, qui pro maiori parte ſunt de Vniuerſitate, & con
ſequenter aut nõ probant, aut ſi probant, non plenè,
& ſi plenè, cedere debent teſtibus qui non patiuntur
31 † illum defectũ, vt poſt Fel. Dec. Ruin. Marſ. & alios,
probat Burſat. loco præcitato, num. 12. Hiero. Mont.
cap. 58. per totum, præcipuè num. 12. Crau. conſ. 886.
nu. 1. 6. & 7. vbi latè probat, quod non ſunt omni ex-
ceptione maiores, id quòd multo magis locum ven-
dicat hoc caſu, vbi multi etiam teſtes eiuſdem loci
Sancti Felicis pro Illuſtriſſimo Comite inducti dicũt
contrarium, vt per Burſa. num. 12. quod ſi veritas fa-
cti pateret, vtique non eſſet à teſtibus perquirenda,
& eo caſu teſtibus paucioribus, iunioribus, & de Vni
uerſitate magis crederetur. at hic res eſt dubia, & ve
ritas non apparet niſi à parte Dom. Comitis, proin-
de non eſt locus propoſitioni illi quod dicta teſtium
à fide, & veritate æſtimanda ſunt.

Nec releuat, quod teſtes Sancti Felicis præferendi
videantur: quia affirmatiuam aſtruunt, non negati-
uam, ex d. Bald. in l. actor, C. de probat. Reſpondetur
enim, concluſionem prędictam vendicare locũ, quan
do teſtes negatiuè deponentes ſuam negatiuam lo-
co, & tempore non coarctarent, vel deponerent de ne
gatiua vaga, vel concludentem rationem ſui dicti nõ
afferent, at in præſenti facto, teſtes Mirandulę reſtrin
gunt ſua dicta ad tempus, & locum, ideo non minus
32 probant quam ſi affirmatiuam cõcluderent. † ita de-
clarat Bald. in l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arbit.
Salic. in l. 2. colum. 4. verſic. tunc quæro, C. de reſcind.
vendit. vbi dicit, quod hoc caſu plus creditur teſtibus
negantibus, quam affirmantibus. alios citat Curt. in
tractat. de teſtib. concluſ. 2. num. 9. plures citat Gab.
lib. 1. tit. de teſtib. concluſ. 4 numer. 3. Burſat. conſil.
267. numero 16. At in facto negatiua eſt coarctata
loco, & tempore, & teſtes dicunt, quòd ſi homines
Sancti Felicis effodiſſent, ipſi vidiſſent, & quòd ma-
gis mouet, effoſſiores eſt quæ oculis diſcerni poteſt,
nam etſi tempore effoſſionis teſtis non ſit præſens, ta-
men ex loci inſpectione bene dignoſcitur ſi terra fuit
effoſſa, proinde teſtes negantes plenè probant ſicut
affirmantes.

Reſponderi ſecundo loco poteſt, quod teſtes Mi-
randulæ veriſimiliora deponunt, dicunt enim, quod
ſub Clauica Trortorum fouea illa Reſana recepta
aqua Canalini, ſeu verius commixta cum illa, non
habet certum alueum, ſed vallizat inter aggeres Du-
ciſſæ, & Arzenoni, ideſt ſupernatat, ad quid autem
foueam excauare quæ non habet alueum, ſed diffun-
ditur ſuper valles illas innundando; at teſtibus ve-
roſimiliora deponentibus quamuis ſuper negatiua,
33 magis creditur quam affirmantibus, † ſecundum gl.
ſingul. in cap. clerici, diſt. 81. Socin. iun. conſ. 183. nu-
mer. 13. volum. 2. Crauet. conſ. 619. num. 4. Gabriel. d.
conclu. 4. num. 33.

Tertio dico, quod teſtes Mirandulæ habent pro
ſe plures alias coniecturas, imo probationes, vt di-
xi ſupra, & numerat eas Burſat. d. conſil. 235. ideo li-
cet deponerent negatiuam, præferendi ſunt, argu-
mento eius quod ponit Angel. in l. non eſt veroſimi-
le, ff. quod met. cauſ. vbi inquit, teſtes coniectura ali-
qua ſuffultos quamuis deponant de libera volunta-
te, præferri teſtibus deponentibus de metu, licet re-
gulariter plus credatur duobus dicentibus de metu,
quam mille negantibus. alios citat Gabriel. d. con-
cluſ. 4. num. 16. Burſa. conſil. 72. num. 48. in propoſito
autem cum teſtibus concurrunt inſtrumenta, libri, &
acta publica.

Quòd vero allegatur pro facto notorio, & per-
manenti, Clauicam ſcilicet à Mirandulenſibus im-
penſa non modica extructam. fuiſſe de facto deſtru-
ctam ab hominibus Sancti Felicis, qui recuſabant a-
quas à territorio Mirandulæ defluentes recipere, at-
que id diu toleratũ fuiſſe, poterat meo iudicio reti-
ceri, & ſilentio inuolui: quandoquidẽ in facto non eſt
probatum, quod deſtructa fuerit ab hominibus San-
cti Felicis, & tamen factum non præſumitur, l. in bel-
lo, §. facta, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. & qui alle-
gat aliquid factum fuiſſe, tenetur probare.

Secundo, non conſtat, quod fuerit deſtructa ob
eam cauſam quia recuſarent aquas defluentes reci-
pere.

Tertio vbi conſtaret Clauicam à prædicta Vniuer
ſitate, & ob cauſam prædictam fuiſſe deſtructam, id
certè non noceret Mirandulenſibus in præſenti cau-
ſa, & nihil inferret ad probandum eorum aſſumptũ,
quòd fouea Reſana diuidat territoria: nam ſupra
Vniuerſitas ſupponit foueam Reſanam eſſe commu-
nem, qua ergo ratione ſi communis erat prohibere,
aut impedire licebat ne in eã aquæ ducerẽtur, pręci-
puè cũ ad hunc finẽ foueæ illæ fuerint inuentæ, vt per
eas aquę pluuiales purgẽtur, & à fundis priuatorum
deriuentur, & ſocius prohibere nõ poteſt ne ſocius re
34 communi vtatur ad deſtinatum vſum, † l. cum duo-
bus, §. item Mela, ff. pro ſocio, l. ſi ædes, ff. commun. di-
uid. Din. in capitu. in re communi, ff. de regu. iur. in 6.
Bald. & Fulgoſ. in l. Sabinus, ff. comm. diuid. Bart. in l.
quod maior, ver. primus quando, ff. ad munic. Felin.
c. cum omnes, num. 17. verſi. prima fallen. & ibi Dec.
numer. 12. de conſtitut. Iaſ. conſil. 98. colum. 2. ver-
ſic. ſecundo ad idem, volum. 2. cum multis ſimilibus.
Accedat, quod natura ipſa fundi inferiores cogũtur
35 ſuperiorem agrorum aquas excipere, † l. 1. §. ſed ſi vi-
cinus, & §. denique, il 2. ff. de aqu. plu. arcend. l. 2. in
princ. ff. eod. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd. cap. 4. nu-
mer. 26. & cap. 37. num. 4. Bero. in conſil. 139. num. 10.
volum. 3. & per hoc tollitur, quod ex aduerſo dicitur,
non licuiſſe Mirãdulenſibus aliquid in alienum im-
mittere: nam immittendo in foueam non fiebat miſ-
ſio in alienum, ſed in commune, ſi fuiſſet diuiſoria,
quod tamen ſemper eo in loco negatur: fouea enim
in medio duorum territoriorum, dicitur vtrique cõ-
36 munis, † l. arbor, ff. commun. diuidun. Bartol. in tra-
ctat. de flumin. in verſicu. acquiritur nobis, numer. 8.
Hieron. Mont. cap. 25. num. 1. & per totum, vbi ponit
de arbore, via, monte, eccleſia, domo, & alijs, & in ca-
pit. 24. num. 8. & ſequent. vbi de flumine. Burſat. dict.
conſ. 135. num. 7. & regula quæ habet, quòd non licet
mittere in alienum fundum, procedit, quando facto
hominis aliquid mittitur, nõ quando res ſuapte na-
tura tranſit in alienum, vt facit aqua, & ita declarat
37 † Hier. Cuea. ad Dec. in l. nullus videtur, ff. de reg. iu.
vbi diſputat notabilem quæſtionem. Addo, quod
Clauica potius fit ad impediendum ne aqua foueę e-
grediatur, quã vt alia in foueam dilabatur, ideo non
bene

Digitized by Google

bene dicitur Clauicam conſtructam pro immiſſio
ne aquæ. cum ergo iniuſta fuerit allegata Clauicæ
deſtructio, rationibus prædictis nõ poteſt id ius ali-
quod tribuiſſe communi Sancti Felicis; quia non cu-
randum eſt de ijs quæ de facto fiunt.

Poſtremo demus, licitè factum, quid inde inferri
poteſt ad iuriſdictionem, ſeu territorij diuiſionem?
certè nihil ſecundum Fabr. in § flumina autem, In-
ſtit. de rer. diuiſ. Dec. conſ. 305. nu. 19. actus enim du-
cendi aquas in riuum, vel educẽdi è riuo, nihil perti
net ad iuriſdictionem, ſed reſpicit ius priuatum.

Circa libros daciariorum, per quos cõſtat iter fa
cientes per locum nunc contentioſum, bulletas acce
piſſe ab officialibus Mirandulæ, licet multa opponã
tur, ea tamen fidem probationis non minuunt; nam
libri daciariorum tanquam confecti per officiales à
38 publico deputatus, plenè probant, † vt poſt Socin.
Crauet. Hieron. Mont. & Menoch. inquit in propoſi-
to Burſ. d. conſ. 535. num. 16. & infinitos congerit D.
Bec. conſil. 5. nu. 1. & ſeq. Rimin. conſ. 39. nu. 1. Ferret.
de gabel. nu. 591. & in terminis noſtris Iac. Put. in al
leg. pro Communitate Valentiæ, nu. 8. poſt tract. Hie
ro. Mont. vbi fortius dicit, quòd talis liber probat ẽt
extra territorium. liber ergo probat dacij, ſeu vecti-
galis exactionem, ipſa vero exactio probat iuriſdi-
ctionem: quia nemo poteſt imponere, & exigere ga
39 bellam, qui non habeat iuriſdictionẽ, † l. vectigalia,
C. de vectig. & com. Soc. conſi. 187. num. 15. vol. 5. vbi
quòd per exactionem prædictam probatur iuriſdi-
ctio. Hiero. Mont. d. cap. 55. nu. 8. Burſ. d. conſil. 535.
nu. 51. Et non obſtat, quod exactiones prædictæ tan-
quã factæ poſt ann. 1564. atque ita poſt litem motã,
non probent. Reſpon. etenim quod lis mota fuit an-
no 1577. libri autem illi facti ſunt anno 1564. & aliis
ſeq. quo tẽpore nulla lis ſuberat, & ante ann. 1577.
non legitur actus aliquis in proceſſu mihi exhibito,
proinde obiectum non militat. Et licet non ſint an-
tiqui, non tamen minus probant; cum enim ſcripti
ſunt ab officiali deputato de publico, ſcriptura vim
& probationem ſumit à perſona ſcribente, nõ à tem-
pore, vt dixi paulò ſupra. Id vero quòd dicitur, librũ
antiquũ probare, procedit in libro priuati alicuius,
qui regulariter fidẽ non facit, is enim ſi ſit antiquus,
40 probat † Abb. conſ. 74. in fin. primi dub. vol. 1. Crau.
conſ. 158. num. 4. Natta conſ. 235. num. 7. Cæph. con-
ſil. 500. num. 10. cum multis ſimilib. præterea, ſat eſt,
quòd appareat D. Com. fuiſſe in poſſeſſione territo-
rij tempore turbationis, vti dicimus in interdicto,
41 vti poſſidetis, † Bar. in l. 1. §. vlt. nu. 18. ff. vti poſſid. cũ
aliis apud Menoch. de retin. poſſ. Remed. 3. nu. 556.
Nec mouet, quod exactiones prædictæ ſint res inter
alios acta, quæ non debet Communitati nocere: quia
reſpondetur, rem inter alios actam probare, ꝙ res ſic
42 eſt acta, † atque ita probat factum, & fuiſſe ſolutum
dacium, atque exactam gabellam, l. geſta, C. de re iu
dic. Bart. in l. 2. nu. 15. Bal. nu. 18. ver. ſed ſuper. Alex.
nu. 14. Purpur. nu. 80. Dec. nu. 51. & Ripa num. 33. C.
de eden. Felin. in c. cauſam quæ, il 5. nu. 55. de teſtib.
Crauet. conſi. 65. nu. 6. Didac. pract. quæſt. cap. 50. in
fi. verſic. his vero. Natta in conſil. 98. nu. 5. & in con-
ſil. 309. num. 5. hoc autem ipſum quod gabella fue-
rit exacta, conſtituit exigentem in poſſeſſione, &
probat eum poſſidere, vt ſupra dictum eſt, & per
exactionem quam fecit ab aliquibus fuit acquiſita,
vel conſeruata poſſeſſio exigendi ab omnibus, per ea
quæ ponit Oldr. in conſil. 554. num. 17. verſic. quinto
opponitur, vbi ait, ꝙ iuriſdictio eſt vnum totum ad
cuius poſſeſſionem acquirendam non eſt neceſſe ſin-
gulos actus iuriſdictionis exercere contra ſingulas
pſonas, ſed ſufficit aliquos actus exerceri in aliquas
perſonas, & per eos ius acquiritur in omnes alios,
43 † ſicuti ad vnius prædij poſſeſſionem acquirendam
nõ eſt neceſſe ſingulas glebas circũambulare. allegat
Innoc. & dicit Cin. in l. 1. nu. 2. C. de emancip. lib. poſt
Petr. quod qui iuriſdictione vtitur contra aliquos v-
niuerſaliter, ideſt animo exercendi contra omnes,
dicitur, quoad omnes poſſidere, & ſubdit, quòd præſu
mitur quis in dubio vniuerſaliter vti. & infert, quod
qui exercet iuriſdictionem contra incolas, dicitur
acquirere etiam quoad forenſes. ſequitur Salic. ibi,
dicens, quod vſus contra vnam perſonam, poteſt vti
etiam contra alias, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, & di-
xit Bal. in l. ſi quis diuturno, ff. de ſeru. vend. quod li-
cet quis puniuerit ſolum aliquos delinquentes, puni
re tamen poterit alios contra quos antea nullam e-
xercuerat iuriſdictionem. ſequuntur ibi Ang. & Flo-
rian. & dicit idem Bal. ad Specul. in tit. de iuriſdict.
om. iud. §. fi. quòd ſi quis acquiſiuit iuriſdictionẽ pu-
niendo ſubditos, poterit etiam punire forenſes. Flo-
ria. d. l. ſi quis diuturno, Fel. c. auditis, col. 8. in 2. de-
clarat. ver. ſic etiam intellige, de præſcr. Balb. in tract.
præſcrip. in 5. par. princ. in 2. q. nu. 28. & dicit Alex. in
conſ. 68. nu. 10. vol. 2. quod puniendo aliquos acquiri
tur poſſeſſio contra omnes. Fel. in d. c. auditis, in fi. 3.
declar. hoc etiam voluit Soc. l. imperium, nu. 36. ff. de
iuriſd. om. iud. Iaſ. in l. 3. in princ. nu. 39. ff. de acquir.
poſſeſ. & latè comprobat Natta in conſ. 283. nu. 1. &
ſeqq. vbi loquendo de iure exigendi certum quid an
nis ſingulis, vult, quod exactio facta contra aliquos
præiudicet alijs, ita, vt contra eos quoque poſſit exi-
gi. allegat Anch. Abba. & alios, & ratio prædictorum
eſt: quia cum agitur de præſcriptione, vel poſſeſſione,
quia ius eſt reale, fit extẽſio de perſona ad perſonam
in eodem genere iuris poſſeſſi. & per prædicta con-
cludit Natta, in conſ. 98. nu. 23. quod dominus co-
gnoſcendo appellationes aliquorum acquiſiuit ius
44 cognoſcẽdi appellationes aliorum. † & pro hac par-
te ego aliàs obtinui in Senatu Montisferrati pro Co
mite Marco Antonio Spinola, contra Commune, &
homines Caſſinellarum, cõtendentes de iure cogno-
ſcendi cauſas appellationũ, & ideo dicit Rim. conſ.
6. nu. 70. quod dominus loci exigendo iuramentum
fidelitatis ab aliquibus, acquirit ius contra alios, &
non mirũ, ſi prædicta ita ſe habeant: nam ius exigẽdi
vectigal eſt vniforme, & licèt illius exercitiũ verſetur
circa plures actus, & cõtra diuerſas perſonas, tamen
ius ipſum, & iuriſdictionis qualitas conſtat ex vnita
te, & nihil plus eſt ab vno exigere, vel ab alio, & ſicu-
ti ab aliquibus exactum eſt, ita ab alijs exactum fuiſ
ſet ſi caſus contigiſſet proinde. Cin. in d. l. 1. C. de e-
mancip. lib. dixit, quod vtens iuriſdictione in aliquo
actu, acquirit poſſeſſionem quoad omnes actus qui
45 ſunt ſub eadem ſpecie iuriſdictionis. † ſequitur Sa-
lic. ibi, in fin. Bar. in l. imperium, & ibi Caſt. num. 4. ff.
de iuriſd. om. iud. ſequitur Soc. nu. 35. referens eiuſ-
dem opinionis Petr. Cin. Butr. Abb. Henric. Boic. &
alios. Alexand. d. l. 3. in princ. num. 52. & Iaſ. num. 35.
ff. de acq. poſſeſ. Socin. conſ. 111. num. 3. vol. 1. vbi citat
Bal. Butr. & Paul. Eleaz. Fel. d. cap. auditis, colum. 9.
declaratio. 3. verſic. ceterum. Balbus, qui commu-
nem dicit d. quæſt. 5. numer. 25. verſic. iſtam quæſtio-
nem ſi igitur D. Com. Mirandulæ in eo loco fecit ali-
quos actus iuriſdictionales, exigendo pedagium, ſeu
vectigal ab aliquibus, poſſeſſionem ſibi acquiſiuit
quoad omnes actus eiuſdem ſpeciei, & cõtra omnes
alios trãſeuntes per eũ locum. Id quod planius pro-
cedit, ſi conſideremus non hic agi de acquirendo iu-
re pedagiandi, ſed de cõſeruando ius iam quæſitum;

non

non enim reuocatur in dubium, quod D.Com, vti Co
mes, habeat ius exigendi vectigal, hoc enim recipi-
tur ab omnibus, ſed in hoc eſt controuerſia, an locus
conten tioſus ſit de finibus Mirandulæ, & conſequen
ter, an ibi hoc ius exercuerit tanquam in territo-
rio Mirandulæ, quo caſu vtendo iure iſto, aliquo ca-
ſu, & contra aliquos, illud ſibi conſeruat contra om-
nes, l. vt primum, in fin. ff. de ſeru. l. is qui vſumfructũ,
ff. de vſuſruct. ita in propoſito de exercitio iuriſdi-
ctionis tenet Rom. in conſ. 291. nu. 9. circa fin. Caſtr.
conſ. 179. nu. 4. in fi. vol. 1. Angel. in l. vna eſt via, ff. de
ſeru. ruſt. prædio. & ante eos Balb. d. q. 2. nu. 26. Crau.
in conſ. 27. nu. 2. Rim. d. conſ. 6. nu. 70. Natta in conſ.
98. nu. 12. & ſeq. ex doctr. Bar. in l. 1. §. ſi quis hoc inter
dicto, ff. de itin. actuq; priuat. Menoc. de recup. poſſ.
rem. 15. nu. 468. Parum etiam aduerſatur, quod obij-
citur imperium, ſeu iuriſdictionem non acquiri per
exactionem vectigalis, niſi conſtet de titulo exigen-
tis. ad hoc enim reſponderi poteſt, quod Soc. in conſ.
187. num. 3. & 21. vol. 2. qui in motiuis allegatur, hoc
non dicit, ſed aliud longe diuerſum, videlicet, quod
exercens iuriſdictionem in vno loco, non eam acqui-
rit in alio: nos autem in loco non diſcrepamus, ſed
conuenimus, ſed contendimus, an actus exigendi ve
ctigal in eo loco, probet poſſeſſionem iuriſdictionis.
Secundo dico, quòd etſi verum ſit, quod poſſeſſio iu-
riſdictionis non acquiratur ſine titulo, tamẽ D.Com.
habet titulum: quia eſt Dom. Mirandulę, & id admit
titur ab aduerſarijs, qui etiã cum eo litigando tan-
quam cum Com. & Domino, approbant eum pro ta-
li, & poſſidere quis præſumitur ex præambulo titu-
46 lo, † gl. in l. 2. C. de acquir. poſſeſ. Abb. conſ. 82. nu. 4.
& 5. vol. 1. Natta conſ. 446. nu. 10. conſ. 460. nu. 11. Sil-
ua. conſ. 58. nu. 8. eo igitur iure, quod D.Com. habet
pedagiandi in territorio Mirandulæ, eo ipſo poteſt
pedagium exigere in loco contentioſo, tanquam par
te eiuſdem territorij: quia idem iudicamus de par-
te quod de toto, l. quæ de tota, ff. de rei vend. & eadẽ
res debet eodem iure cenſeri, l. cum qui ædes, ff. de v-
ſucap. Tertio dico, quod quæſtio non eſt de acquiren
do facultatem, & ius pedagiandi, ſed de eo conſeruã
do, ſeu verius de illius poſſeſſione conſeruanda, & re-
tinenda, quo caſu ſufficit aliquem actum feciſſe, vt di
xi in vltima reſolutione præcedentis obiecti. Quar-
to aduertendum eſt, quod de exactione vectigalis a-
gimus hic, non ad finem probandi iuris exigendi poſ
ſeſſionem, ſeu quaſi, ſed ad demonſtrãdũ, quòd locus
in quo facta fuit exactio, eſt de territorio Mirãdulæ,
& propterea non ſunt neceſſariæ probationes, & qua
litates alias requiſitæ, vbi tractaremus de poſſeſſio-
ne, ſeu quaſi pedagiandi: quia vbi de aliquo inciden
ter quęrimus, ſufficit ſubſtantia actus deduci, & in
terminis pulchrè declarat Iac. Put. in ſua allegat. in
materia finium, nu. 15. doctr. autem Bar. in l. ſequitur,
§. ſi viam, ff. de vſucap. vbi ait poſſeſſionem nullam ei
quęri qui per vim alium deiecit, non poteſt in hoc fa-
cto allegari, quia D. Comes nihil per vim fecit, nec
aliquem coegit ſoluere via facti, ſed omnes ſponte
ſoluerunt, & vim qui allegat, tenetur probare, ſicuti
47 allegans † metum, l. 2. C. de his quæ vi metuſue cau.
l. interpoſitas, vbi Bal. Aret. & alij, C. de tranſact. In-
noc. in cap. cauſam matrimonij, de offic. deleg. Alcia.
conſil. 504. nu. 8. & de præſump. regul. 3. præſumpt. 7.
num. 1. Neuizan. conſ. 47. num. 5. Bertran. conſ. 262.
num. 25. volum. 7. Plot. de in lit. iuran. §. 3. nu. 13. Me-
noch. conſil. 1. num. 288. conſil. 2. num. 315. Secundo ſi
vis interueniſſet, quod omnino negatur, adhuc non
eſſet locus doctrinæ Bart. in eo loco: quia loquitur de
eo, qui poſſidebat. ſi enim deiiciatur, non deſinit poſ-
ſidere; hic vero non probatur, quod commune Sancti
Felicis eſſet in poſſeſſione exigẽdi vectigal, vel quòd
in eo loco exigeretur nomine Sereniſſ. D. Ducis Fer-
rarię, proinde, cum nemo poſſidet, non eſt locus deci-
ſioni prædictę, quæ loquitur vbi alius poſſidebat. prę-
ſuppoſitum autem ſi non verificatur, diſpoſitio non
48 habet locum, † gl. in l. ſi mancipia, C. de ſeru. fug. Ro-
man. Sing. 495. cum alijs quos citaui in conſ. 150. nu.
78. & qui non poſſidet non deiicitur, vt inquit tex. in
l. 2. §. deijcitur, ff. de vi, & vi arma. & §. eum qui, & §. vi
poſſidere. Tertio reſpondeo, quod cum D.Com. eſſet
in poſſeſſione, licuiſſet ſibi etiam per vim illam con-
ſeruare, & pedagium à tranſeuntibus exigere, nec
ideo vim alicui diceretur intuliſſe, vt probat text. in
l. 1. §. ſed qui per vim, vbi non dicitur vi poſſidere, qui
49 per vim † ſuam retinet poſſeſſionem. Quarto aduer-
tatur, quod, vt in præcedenti contrario deduxi, hic
non agimus de acquirendo iure pedagiandi, ſed ſo-
lum factum quærimus, an exactum fuerit: proinde
tractandum non eſt, iure, ne an iniuria exactiones fa
ctę ſint, ſed an ſint factę: quia exactio ipſa probat poſ
ſeſſionem, & in ea D.Comes eſt manutenendus: in a-
lio vero iudicio tractabitur ſi licuit exigere.

Non etiam reſiſtit, quod opponitur cõtra proceſ-
ſus qui à iudicibus Mirandulæ formati fuere contra
delinquentes in eo loco, & eos qui pedagium frauda
bant, quod ſcilicet nõ conſtat de ſcientia communis
Sancti Felicis, multoq; minus Sereniſſ. Ferrariæ Du-
cis, ſine qua iuriſdictionis non acquiritur poſſeſſio,
Anch. c. ſine poſſeſſione, quæſt. 4. de reg. iur. in 6. Soc.
conſ. 187. num. 21. & 22. Reſpondeo etenim, quod hic
non agimus, vti dixi, de acquirendo poſſeſſionem de
nouo: nam D. Com. vtitur, & habet iuriſdictionem,
dubium autem eſt quouſque protendatur eius iuriſ-
dictio. vel aliter D.Com. habet iuriſdictionem in ter
ritorio, & finibus Mirandulæ, nunc autem agitur an
locus contentioſus ſit de finibus, ideo non opus eſt
probare, quod actus iuriſdictionales fecerit ſcienti-
bus aduerſarijs, ſicuti requireretur ſi ageretur de ac-
quirẽda poſſeſſione iuriſdictionis, ſed ſolum factum
attendi debet: quia ſi conſtabit actus iuriſdictiona-
les feciſſe, vtique ex ijs poterit inferri ad cauſam fi-
nium: ideo docto cum debet per vectigalis exactio-
nem, per molctæ impoſitionem, per finium cuſtodiã,
& alias actus ſimiles, probari locum eſſe de territo-
rio, non requirunt aduerſariorum ſcientiam, ſed nu-
dum factum; & vbi de facto eſt quæſtio, tunc res in-
ter alios acta probat ſic factum fuiſſe. Bartol. in l. 2.
num. 12. C. de eden. & alios citaui ſupra circa libros
daciariorum, in verſic. nec mouet, quod exactiones,
pręcipuè cum, vt dixi, nõ agatur de pręſcribendo id,
quod erat alterius: nam dubium eſt circa fines, cuius
ſcilicet ſit locus hic in cõfinio poſitus, & in dubio il-
lius præſumitur, qui plures actus in eo fecit: nam ta-
lia ſunt ſubiecta qualia prædicata demonſtrant. Ol-
drad. conſ. 60. dixi conſ. 34. nu. 40. Reſponderi etiam
poteſt, quod cum actus prædicti facti fuerint palam,
& publicè, eorum etiam præſumi debet ſciẽtia. quia
50 acta faciunt notorium, † capit. quoniam contra, de
prob. Innoc. in cap. ex inſinuatione, de appel. dixi in
conſ. 61. num. 23. & allegari non poteſt ignorantia
51 eorum quæ publicè facta ſunt, † c. 1. de poſtular. præ-
lat. Bart. in l. is poteſt, vbi ceteri, præcipuè Iaſ. nu. 73.
ff. de acquir. hæred. Dec. conſil. 122. num. 5. Crot. in l.
qui Romæ, §. duo fratres, num. 100. ff. de verbor. obli-
gat. Crauet. conſ. 57. num. 10. Soc. iun. conſil. 31. num.
36. vol. 2. Rolan. conſ. 36. num. 15. vol. 2. deciſ. Pedem.
71. num. 1. Dom. Bec. conſil. 6. num. 13. præcipuè cum
locus Sancti Felicis ſit admodũ vicinus Mirandulæ:

vicinus

52 vicinus enim præſumitur ſcire facta vicini.† Dec.cõ-
ſil.85.nu.2.Curr.iun.conſil.158.num.12. Crau. conſ.
348.num.5.Rol.conſ.19.num.38.vol.1. & dicit Ripa
in cap.ſæpe,nu.44.de reſtitut.ſpol.quod vicinus prę-
ſumitur ſcire quis poſſideat vicinũ prædium. Acce
dat qualitas factorum,quę excludit pręſumptionem
ignorantiæ. Abb.in conſ.3.q.16.vol.2.Crau.conſ.168.
num.5.Rol.d.conſ.19.num.43. D.Bec.d.conſ.6.num.
22.qui enim fuerunt ob fraudatum vectigal accuſa-
ti,& proceſſibus vexati,omnes ſunt de loco Sancti Fe
licis.teſtes verò contra illos inducti,fuere pariter de
eo loco. Rurſus cum dicat Vniuerſitas Sãcti Felicis,
ſe cuſtodes adhibuiſſe ad finium cuſtodiam,qui ſo-
lent ſemper extrema finium peragrare, impoſſibile
eſt quod ignorauerit moleſtiam dictis ſuis homini-
53 bus illatã, & ſciẽtia probatur ex coniecturis. † Abb.
in c.quia Vniuerſitate,in vlt.not.de conceſſ.præb.di-
xi conſil.19.nu.36.Soc.vero in contrarium allegatus
in conſil.187.num.21.volum.2.loquitur,quando con
ſtabat locũ eſſe de iuriſdictione aliena, & ideo vult,
quod aduerſarius qui contendit ſe poſſediſſe probet
ſcientiam actuum,nos autem ſumus in diuerſo caſu.
Et vbi etiam ſcientia foret neceſſaria,non eſſet neceſ
ſe probare, quòd Dux ſciuerit, ſed ſat eſſet ſi ſciuiſ-
54 ſent officiales ſui,ſecundum † cõmunem, de qua per
Balb.in tractat. præſcrip.par.5.quæſt.3. num.8. & in
quæſt.4. nu.4. Albam qui communem dicit conſ. 64.
num.51.Crauer.de antiq.tempor.par.4.§.abſolutio,
num. 23.ubi repræhendit Roman. & Alexand. con-
trarium tenentes.Burſat.conſil.104.num.19.Rimin.
conſil.640.nu.20.& 29.Et per hæc tollitur, quod di-
citur Seren.Ducem non habitare in loco Sancti Feli-
cis, nam ibi habuit ſemper Rectores, & Officiales
quorum ſciẽtia habetur pro ſcientia Domini, & non
eſt veroſimile,quod Vniuerſitas Sancti Felicis de cu-
ius pręiudicio principaliter tractabatur,& quæ prę-
miſſa minimè ignorauit,ea reticuerit,& non patefe-
cerit ſuo Principi,& Domino, vt per Bero. conſ.118.
num.23.volum.3.Lancel.de atten.par.1.c.1.num.81.
in antiquis.

Et quamuis fortè dicti proceſſus non ſint ita ritè
& aptè formati (quem tamen defectum non video)
tum non minus per hoc probant, quidquid dixerit
Bertaz.conſ.1.nu.84.nam, vt dixi,quaſi poſſeſſio ori-
tur ex nudo facto,& exercitio iuriſdictionis, idẽ li-
cet illud ſit factum nulliter, non tamen minus dici-
tur factum: quia facta pro infectis haberi non poſ-
55 ſunt,† l.in bello,§.factæ,in princ.ff.de capt. Bar. in l.
non dubium,col.4.C.de legib.latè Dec.in l.verũ eſt,
in princ.ff.de regul.iur. Et vbi iudex facit aliquem a-
ctum iuriſdictionalem, tunc licet actus ille nõ ſit ita
ſolennis, quod partibus litigantibus præiudicet,ta-
men iudex non minus dicitur exercuiſſe ſuam iuriſ-
dictionẽ:quia vt iudex dicatur exercere iuriſdictio-
nem, non eſt de ſubſtantia, quod actus iuriſdictio-
nalis quem facit ſit ſolennis, & validus,per regulam
quam poſt Bar.in l.accuſatus,ff.de adul. ponit Bald.
in Auth.Offeratur,C.de lite conteſt. vbi dicit, quod
nullitas actus,qui non eſt de ſubſtantia,non impedit
56 effectum quoad actũ qui eſt de ſubſtantia,† & infert,
quòd ideo in caſibus quibus citatio interrumpit prę
ſumptionem, tunc impeditur etiam ſi libellus qui
fuit tranſmiſſus eſſet ineptus: quia libellus nõ eſt de
ſubſtantia. Aret.conſ.30.colum.fi.Fel.cap.illud, col.
3.ver.ſecunda declaratio,de præſcrip. Balb. in tract.
præſcrip. par.6.in 4.princ.quæſt.num.16. Præterea li
cet actus ſit nullus quoad tertium,qui moleſtatur,ta-
men non eſt nullus quoad hoc,ne iudex dicatur vſus
iuriſdictione: nã iudex dicitur iuriſdictione vti ſub-
57 delegando,† ſecundum gloſ.in c.ſi à ſubdelegato,de
off.deleg.in 6. Ang.in l.more, ff.de iur.om.iud. & idẽ
quando committit aliquem citari,ſecundum Barba.
in c.relatum,de offic.deleg.& certum eſt,quòd iuriſ-
dictio cõſuetudine acquiritur,vt ſunt iura clara,quæ
breuitatis gratia hic non allegantur, & tamen con-
58 ſuetudo inducitur ex actu nullo.† Bald.in l.de qui-
bus,col.6.ff.de legib.Pet.de Bellap. & Butr. quos ci-
tat,& ſequitur Natta conſ.309.num.6.Et facit,quod
etſi perempta inſtantia pereant acta omnia, tamen
59 non pereunt effectus,puta vitium litigioſi,† & alia.
glo.& Docto.in l.properandum,§.ci ſi quidem,C.de
iudic.Iaſ.in § 2.num.19. C.de edend.Crot.in l.in in-
ſulam,nu.79.ff.de verb.oblig.Ruin. conſil.69.nu.15.
vol.1.Bero.conſil.1.nu.15.volum.3.Fel.d.c.illud,co-
lum.4.verſic.reſpondetur quod eo igitur ipſo, quod
quis eſt citatus de mandato iudicis, vel apprehen-
ſus,vel condemnatus,vel aliter iudicatus,dicitur iu-
dex iuriſdictione vſus, & ſi poſtea hic actus reperia-
tur,non valide aut ſolenniter factus, tamen non im-
pedit quominus iudex dicatur vſus iuriſdictione,cũ
factum attendamus non facti qualitatem, nec iuris
effectum conſideremus,vt dixi in princ. Nulla autem
fictio,aut colluſio poteſt præſumi, tum quia eam al-
legans tenetur probare, & pro iudice præſumitur,l.
2.C.de offic. ciuil.iud. Alciat.de præſumptio.Regul.
3.pręſump.9.num.1.vbi num.3.dicit,quod iudex ni-
60 hil præſumitur facere fraudulentum.† Tum vero
quia non potuit confingi aliquid contra homines
Sancti Felicis,fuit enim,vt paulò ſupra dixi,exercita
iuriſdictio contra eos, & ex eodem loco teſtes aduo-
cati atque inducti fuere,id quòd omnem fraudis,aut
fictionis ſuſpicionem propellit.

Accuſationes quoque porrectæ, & condemnatio-
nes ſecutæ contra eos, qui per ea loca tranſiuere,ſine
profeſſione,& ſolutione,& contra eos qui in ea regio
ne damnũ dedere, probant iuriſdictionẽ non obſtan
tibus oppoſitis: nam etſi Corn.in conſi.333.col.pen.
verſ.item deducitur cataſtrum,vol.2.quem ſequitur
Bertaz.conſ.1.nu.86.inter ciuilia dicens,ſe non ma-
gnifacere condemnationes, quia hoc modo poſſet
quis acquirere quaſi poſſeſſionem territorij in terris
Soldani,tamẽ admittit quod hi propriè ſint actus iu
riſdictionales,& nõ poterat negare,nam à Doct. plu
rimum conſiderantur vbi de finib.eſt contentio.nam
locus reſpectu territorij pręſumitur illius eſſe qui
61 exercuit iuriſdictionem.† Soc. conſil.187. num.28.
Hier.Mont.c.78.nu.32.Burſ.qui alios citat, d.conſi.
235.nu.28.Iac.Put.loco præcitato, nu.14.& ſeq. vbi
optimè declarat. Propterea non eſt curandum quan
ti Corn. probationem hanc æſtimauerit, poſtquam
alij oẽs eam magnifaciunt. Præterea dictum Cornei
procedere poſſet,quando ad probationẽ nihil aliud
adduceretur. ſed huc multa conueniunt cumulata à
Burſ.d.conſ.235.Et demũ ceſſat omnis contradictio
in præſenti facto: quia non ſimpliciter factæ ſunt ac-
cuſationes,& denunciæ, ſed proceſſum eſt ad captu-
ras, & executiones, quo caſu non ſolum ſcriptis, &
libellis actum eſt, ſed facta interceſſere, vti conſide-
rat Iac.Put.loco præcit. nu.15. verſi.præterea poſſet.
Nec dici poteſt quod capturæ hominum in via Agge
roni ideo non probent, quòd via fuit pro communi
allegata ab Vniuerſitate S. Felicis, & liceat vtrique
parti præueniendo procedere contra delinquentes
62 in via poſita in confinib.† ſecundum Boſſ.de foro cõ
peten.nu.60.Mont.c.25.nu.5.& ſeq.quandoquidem
Vniuerſitas prædicta licet deduxerit,nõ tamen pro-
bauit viam illam eſſe communem, imo neceſſe in cõ
finio: nam hoc eſt de quo nunc quærimus, an via illa
diui-

Digitized by Google

diuidat territoria: & cum D. Com. prober ſe actus fe-
ciſſet iuriſdictionales in ea, præſumitur, vt dixi, ſuum
eſſe territorium, & hoc præſuppoſitum, viam eſſe in
confinio, eſt probandum, glo. in l. mancipia, C. de ſer-
uit. fug. Rom. Sing. 497. & cum de vno diſputamus, ce
tera ſupponuntur habilia, §. in extraneis, Inſti. de hæ-
red. qualit. & differ. & cum Doct. dicunt, viam in con-
finio poſitam præſumi communem, & licere vtrique
parti præueniendo punire delinquentem, præſuppo-
nunt eam eſſe in cõfinio & medio territoriorum, hoc
autem negatur à Dom. Com. verum eſſe in præſenti
caſu, & dicitur illam eſſe propriam, per ea quæ latè
ſupra dicta ſunt.

Piſcationes quoque conferunt plurimũ ad demon
ſtrandum locum eſſe de territorio, vt per Burſ. d. con-
ſil. 235. num. 30. & ſeq. & quamuis actus piſcandi ſit à
63 iuriſdictione ſeparatus, † Fab. §. flumina, Inſt. de rer.
diuiſ. Aluar. cap. 1. col. 1. quæ ſine reg. Dec. conſil. 305.
num. 8. tamen cum ius piſcandi ſit de iure gentium,
l. 1. §. ſi quis in mari, ff. ne quid in loco publi. piſcatio-
nes non poſſunt prohiberi niſi ab eo qui iuriſdictio-
64 nem habet, † glo. in l. ſi quiſquam, ff. de perp. & temp.
præſcr. Ruin. conſ. 28. nu. 1. vol. 1. & nu. 15. & 16. Dec.
conſ. 271. col. 4. ideo cum D. Com. non ſolum piſcatio
ne gauiſus fuerit licentiam concedendo piſcandi, &
piſcationes locando, ſed etiam interdixerit alijs, &
retia exportari iuſſerit, atque ita prohibuerit, dicitur
vſus iuriſdictione. Rurſus aduertendum eſt, quod pi-
ſcationis prohibitio non reſpicit priuatum dominiũ,
ſed iuriſdictionem, piſcari enim licet in ſtagno vel la
cu etiam alieno: nam etſi prohibere poſſit Dominus
ne quis ſuum fundũ ingrediatur, tamen non per hoc
poteſt prohibere piſcationem aut venationem, imo,
ſi quis ingrediendo, inuito domino, piſces aut aues
65 aut feram ceperit, ea ſua ſunt, † glo. Bar. Bal. Ang. Alc.
& Caſtr. in l. Diuus, ff. de ſeru. ruſt. præd. Natta conſ.
375. nu. 5. & dixi in cõſ. 161. nu. 7. Demum dico, quod
etſi in fundo proprio poſſet alteri ingreſſum interdi-
cere quouis nomine, quin etiã de facto reſiſtere, tamẽ
non aliter pœnam poterit imponere quam miniſte-
66 rio iudicis, † puta iudicem adeundo, qui proclamari
faciat, vt poſt Iac. de Rauen. inſtruit Imo. in l. 3. §. Ner
ua, in fine, ff. de acqu. poſſ. vbi etiam conſulit Florian.
d. l. Diuus, aut teſtes dicunt, quod Comes ipſe edixit
prohibitionem, & pœnã propoſuit, & contrauenien-
tes mulctauit, qui actus ſunt iuriſdictionis, & non cõ-
ueniunt dominio aut poſſeſſioni priuatæ, atque ita li-
cet ſola piſcatio non arguat iuriſdictionem, prohibi-
tio tamen eam probat. Faciunt quæ dicunt Dec. Al-
ba, & Boſſ. citati à Burſa. dicto conſ. 235. nu. 31. de ve-
ctigale impoſito ſuper piſcatione.

Parum autem aut nihil omnino obſiſtũt quæ mox
in motiuo ſubijciuntur, ad probandum quod cauæ
ſeu locus de quo agitur, ſit Vniuerſitatis San. Felicis.
& primo quidem, quod denominentur cauæ aggeris
Duciſſæ in inſtrumenti anni 1543. & 1553. ea vero
denominatio arguat dominium seu proprietatem iu
riſdictionis, per ea quę ponit Crau. in conſ. 400. num.
33. Reſpondetur enim primo, non apparere quod
locus qui in dictis inſtrumẽtis appellatur *le caue dell' argine della Duchessa*, ſit ille met de quo nunc controuer
67 titur, & rerum pluralitas præſumitur. † Alexand. in
conſil. 134. colum. 2. volum. 2. Iaſ. in l. non hoc, nume.
12. C. vnde leg. Natta conſ. 80. nu. 4. & dixi latè conſ.
61. numer. 13. vbi quod identitas eſt probanda ab eo
qui illam allegat, propterea ſi Vniuerſitas vult di-
cere locum controuerſum illum eſſe qui in dictis ſcri-
pturis appellatur *le caue dell' argine della Duchessa*, pro-
bare id debet, aliàs fundamentum ſuũ nõ concludit.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiã conſtaret iden
titas, non tamen per hoc infertur & aggerem & ca-
uas eſſe Vniuerſitatis S. Felicis, denominatio enim
tunc aliquid confert ad probationem, quando eſt
clara, puta, ſi dicerentur *le caue di S. Felice*, vel *l'argi-
ne di S. Felice*. & ita loquuntur Crauer. & alij per eũ
citati in d. conſ. 400. vbi dicebatur *le terre dell' Hoſpi-
tale di S. Andrea, il Boſco del Vilaro*. at hic non dice-
bantur *le caue di S. Felice*, ſed *della Duchessa*. Quod ſi
forte dicatur, nomen Duciſſæ non poſſe conuenire
D. Mirandulæ, qui Comitali non Ducali titulo ſunt
inſigniti, ſed bene conuenire Duci Ferrariæ; repli-
catur, quod ex hoc quoque nihil inferri poteſt. Pri-
mum, quia Ducatus ad Ducem non ad Duciſſam ſpe
ctat, propterea non etiam ea denominatio conue-
nit Duci Ferrariæ, præcipuè cum ſtatus ille de tem-
pore dictorum inſtrumentorum regeretur, & guber
naretur à Duce, non à Duciſſa. ſicuti nec per quin-
quaginta annos ſupra eam diem adminiſtratus vn-
quam fuit a Duciſſa. Secundo Duciſſa potuit ex acci
denti aliquo nomen dediſſe loco, abſque eo quòd lo
cus eſſet ſuus, iuxta illud,

Icarus Icareis nomina dedit aquis.

Pręterea potuit alia eſſe Duciſſa quam Ferrariæ,
& in ſumma, probatio eſt omnium incerta, proin-
de non releuat, c. in præſentia, de probat. l. non hoc,
C. vnde legit. & ſicuti leuis eſſet coniectura ſi expli-
citè dicerent *le caue di S. Felice*, ex quo ſola denomina
68 tio modicum probat. † Dec. conſ. 524. num. 24. Rol.
conſ. 49. nu. 48. vol. 4. multo itaque minus probabit
cũ ſit incerta. debet enim nominatio concludenter
69 probari vt proſit, † ita poſt Alexan. Rimin. & Grat.
inquit Maſcar. de probat. concluſ. 790. nu. 25.

Tertio principaliter reſpondetur quod etiamſi ca
næ dicerentur expreſsè fore Vniuerſitatis S. Felicis,
tamen per hoc non probaretur territorium ſed pri-
uatum dominium, vt ſupra Eccellent. Dom. moti-
uans deduxit in articulo piſcationum contra Dom.
Comit.

Quarto reſpondetur, quòd etiam reſpectu priua-
ti dominij non poteſt ſubeſſe dubium, quin ſint Do.
Comitis, ſtantibus probationibus alijs, quæ copio-
sè factæ ſunt in proceſſu & relatæ à Dom. Burſato
ita vt repetitione non egeamus.

Adducitur etiam tranſactio anni 1507. in proceſ
ſu ſol. 75. qua narratur, Do. Com. olim emiſſe à quo-
dam Andr. Botto, & poſtea à Barth. & Ioã. quædam
bona piſcatoria ad Motellam in territorio Bõdeni,
indeque dicitur, quod cum cauæ aggeris ſint in ter-
ritorio Motellæ, atque ita Boudeni, conſteteq; Com.
dicta prædia piſcatoria emiſſe, fatendum eſt, piſca-
tiones factas fuiſſe in iſtis bonis in quibus priuatũ
habent dñium, non aũt iuriſdictionem, ſed inductio
hęc fallax eſt: nam ſupponit, ꝙ cauæ ſint in territorio
Motellæ, ꝙ eſt falſum, & hoc eſt de quo diſceptamus;
& quia hoc aſſumptũ maximè influeret ad deciſio-
nẽ cauſæ, eſt ſuper eo per nos aliquantiſper immorã
dũ. Dicitur in motiuo, aggerem Duciſſæ & cauas di-
cti aggeris eſſe in territorio Motellæ, & Bondeni,
probatur ex inueſtitura an. 1543. & 1553. hic eſt ad-
uertendũ, quod agger Duciſſæ reperitur non ſolum
prope Clauicã deſtructam, ſed inde quoque ducitur
aſcendendo recta vſque ad Trombã ſeu Clauicam
Trottorũ, atque ibi finitur recta linea nec vlterius ꝓ
ducitur iuxta ſoueã Reſanã, ſed faciendo angulum
prope Canalinũ, deſinit ibi & detorquetur verſus
l'Alberon della cella, diuidendo cõfinia Bondeni & Fi
nalis, ita enim oſtendit loci deſcriptio in picturã ocu
lis ſubijciendã redacta; atque hoc modo duas cõſti-

tuit lineas ſimul iunctas, angulum habentes in earum coniunctione, vti contingit cum quadrata forma in duas partes diuiditur, quarum cuique duæ perfectæ lineæ aſſignentur. Et quod agger ille producatur non ſolum iuxta foueam, ſed etiam diſcedat à fouea & per tranſuerſam lineam ducatur *all' Alberon della cella*, probant dictæ duæ inueſtituræ, dum dicunt (eundo iuxta dictum aggerem ſeu *le caue*, &c. vſque ad foſſam Reſanam.) ecce ergo quod aggeres prædicti non adiacent ſolum per longum foueæ Reſanæ, ſed etiam diſtantem lineam ducendo tandem ad ipſam foueam terminantur, atque eã attingunt, id quod oſtendunt illa verba (vſque ad foſſam Reſanam,) quæ demonſtrant lineam duci à diſtanti ad proximum locum, aliàs enim non diceretur vſque ad talem locum, ſi vbique & ſemper eſſet proximus eidem loco: quia quod eſt proximum, non poteſt duci ad locum. Cum ergo in dictis inueſtituris fit mentio de aggere, & cauis, intelligi non debet de ijs quæ ſunt à Tromba Trottorum vſque ad Clauicã destructam, quia illæ iacent prout fluit aqua de fouea Reſana, & Canalino ſimul, ſed de alijs quæ prope Trõbam prædictam in angulo incipiendo progrediuntur vſque *all' Alberon della cella*, & hoc oſtenditur ex alio: quia agger ille diuidit confinia Bondeni & Finalis, vti dicitur in illis inueſtituris; agger vero qui ducitur ſecundum aquæ curſum à Tromba Trottorum ad Clauicam deſtructam, non diuidit confinia prædicta vt eſt notorium, ergo de illo nõ ſenſere partes in inueſtitura. Nos ergo non agimus de aggere Ducisſæ ſeu cauis, quæ incipiendo *all' Alberon della cella*, tendunt recta verſus Trombam Trottorum, atque ibi coniunguntur cum aggere, & cauis quæ ſecundum aquæ curſum tendunt ad Clauicam deſtructam, ſed de aggere tractamus & cauis quæ ſunt & incipiunt è regione dictæ Trombæ, & deſcendendo prout fluunt aquę protenduntur vſque ad Clauicam deſtructam; hæ vero nihil commune habent cum dictis inueſtituris in quibus nulla de ipſis fit mentio. Sed vbi etiam inueſtituræ prædictæ intelligerentur de his cauis quæ alluuntur aqua Canalini & foueæ Reſanæ, adhuc tamen non probaretur ex eis aggerem Ducisſæ & cauas eſſe in villa Motellæ: nam de Motella, nullum verbũ in dictis inueſtituris, & quod non dicit inſtrumentum, nec nos dicere debemus,
70 vti de lege † dicitur in l. illam, vbi Iaſ. C. de collatio, Dom. Becius conſ. 25. nu. 4.

Præterea, ſi prædia in illis inueſtituris deſignata, eſſent ad Motellam, non tamen per hoc agger Ducisſæ probaretur eſſe ad Motellam: nam agger & cauæ ibi non includuntur, ſed excluduntur a terris in inueſtitura conceſſis: dicitur enim, eundo vſque ad aggerem Ducisſæ, & cauas aggeris, licet enim dictio, vſque, aliquando ſtet incluſiuè, aliquando ve-
71 ro excluſiuè, † vt per Bero. in conſil. 148. num. 42. & ſeq. volum. 2. Burſat. conſi. 93. num. 6. & 12. tamen ex eiuſdem inſtrumenti lectura cõſtat eam ſtare excluſiuè: paulo enim infra dicitur, iuxta dictum aggerem, & *le caue*, & pars vna inſtrumenti declarat aliã.
72 † Alexand. conſi. 197. nu. 7. volum. 6. exornat Dominus Becius conſil. 41. num. 17. at ſi agger includeretur, non rectè diceretur iuxta aggerem, quia dictio,
73 iuxta, ſignificat propinquitatem, † l. quidam Iberus, vbi Bar. ff. de ſeru. vrb. præd. Bald. in l. 1. num. 2. C. de Epiſcop. & cler. Bar. in l. decernimus, in fi. C. de aquæduct. lib. 11. Alexand. conſil. 120. num. 6. volum. 2. Felin. cap. quia iudicante, colum. fin. de præſcr. vbi volunt, quod ea dictio ſtet excluſiuè. Bero. conſi. 144. num. 16. volum. 3. Quod ſi ex inueſtituris non probatur cauas eſſe ad Motellã, fruſtra allegatur quod piſcationes fuerint conceſſæ & prohibitæ in prædiis de quibus in ea tranſactione, & quæ dicuntur eſſe in territorio Bondeni. Non omitto, quod ea aſſertio ſi vera eſſet, noceret vniuerſitati S. Felicis: quia per eam excluderetur, nam ſi ea prædia ſunt Bondeni, malè ſe opponunt homines S. Felicis, qui nihil commune habent cum Bondeno. Demum, aduertatur, quòd cauæ de quibus eſt quæſtio, non ſunt extra aggerem verſus Motellam, & flumen Lucis, ſed intra aggerem verſus Arzenonum, propterea ab vno loco non bene infertur ad alium.

Argumẽtum pariter quod deſumitur ex eo quod in inſtrumento anni 1528. Com. Ioan. Franc. aſſignando Dom. Malateſtæ prædia nonnulla in territorio Ferratienſi, dixerit illis cohærere aggerem Ducisſæ, quaſi inferatur quod prædia poſita vltra illum aggerem ſint in eodem territorio Bondeni, non mihi videtur bene deſumi. Primo, quia non ſequitur, prædia citra aggerem Ducisſę ſunt Bondeni, ergo & ea quæ ſunt vltra: poſſunt enim ſimul ſtare, quod agger ille diuidat territoria, & ſit in confinio, & probatio debet eſſe concludens, l. non hoc, C. vnde legit. c. in præſentia, de probat.

Secundo, quia ſi etiam includerentur ea quæ citra & vltra ſunt poſita, adhuc non poſſet inferti ad cauas, de quibus eſt quæſtio: nam, vt dixi, agger Ducisſæ extat etiam ibi prope *l' Alberon della cella*, & inde ducit verſus Trombam Trottorum, & prædia data ad gaudendum, potuerunt ibi fuiſſe: nos verò agimus de cauis quæ ſunt inter aggerem & Arzenonum, ſecundum fluxum aquæ deſcendentis à Canalino, & fouea Reſana: probatio autem incerta non releuat, vt dictis iuribus, imo, interpretatur contra
74 producentem, † glo. in cap. in præſentia, in ver. dubium, cum aliis apud Marſil. in Rubr. C. de probat. num. 350.

Tertio dicitur inſtrumentum prædictum plurimũ fauere Domini Comiti, dum in princ. dicitur, quod prædia ſuper Ferrarienſi territorio poſſeſſa à Com. Ioan. Franc. eſſe vicina prædijs quæ idem Comes poſſidet in territorio Mirandulæ: hinc etenim rectè deduci poteſt, quod confines aſcripti primæ petiæ bubulcarum 670. ſint omnes ſuper territorio Mirandulæ, atque ita agger Ducisſæ & podere poſſeſſum à filio Dominici Longi, dici debent de territorio Mirandulæ.

Apparet igitur præmiſſa nihil omnino probare, neque officere iuribus Domini Comitis. Quinimò, ſi ſcrupulum aliquem inijcere poſſent, ille omnino abijcitur ex probationibus datis ex parte Domini Comitis, quæ rem conſtituunt claram, & patentem; ea enim obiecta, omnia ſunt dubia, & poſſunt eſſe & non eſſe, & ex neceſſitate non inferunt ad loca, & cauas de quibus eſt ſermo. at probationes Domini Comitis ſunt præciſæ & determinatè loquũtur de loco contentioſo, idest de ipſo aggere Ducisſæ, & de cauis: proinde ſuperant probationes ſeu verius conie-
75 cturas † adductas ex parte Sancti Felicis. Innocen. in cap. auditis, de præſcript. cum alijs apud Marſil. in l. de minore, §. plurimum, nu. 92. de quæſt. Dominus Becius conſ. 44. nu. 26. Rimin. conſil. 38. num. 28. conſi. 52. num. 145. & probatio dubia, & incerta, non iuuat, vt dixi ex Marſil. in Rubr. C. de probatio. nume. 350. imo, non dicitur probatio, vt poſt Afflict. & alios ponit Dominus Becius conſi. 52. num. 101. Rimin. conſil. 59. nu. 29.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Alienare qui poteſt diſponere poteſt etiam per vniuerſalem inſtitutionem.*
2 *Teſtandi facultatem habens de aliquibus bonis, dicitur teſtatus inſtituendo generaliter aliquem ſibi haeredem.*
3 *Feudalia bona cenſentur incluſa in inſtitutione de omnibus alijs bonis facta à teſtatore, qui titulo legati aliqua bona feudalia vni reliquit.*
4 *Soc. conſ. 92. num. 23. vol. 3. reprobatur.*
5 *Grauatus reſtituere quicquid ſupererit, poteſt alienare vltra dodrantem, quando expreſſè ei eſt conceſſa facultas aliēnandi.*
6 *Specierum enumeratio vbi reſpicit verbum ſignificatiuum actus legandi, cenſetur facta ad tollendum omnem dubitationem, non ad reſtringendum genus.*
7 *Exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis, & declarat quid veniat ſub regula.*
8 *Aliquis, dictio, eſt vniuerſalis, & comprehendit etiam ea quæ impropriè veniunt.*
9 *Alienandi facultatem habens, poteſt haeredem inſtituere.*
10 *Qualitas vni legato adiecta, non cenſetur repetita in alio ſeparato, & diſtincto legato.*
11 *Sequentia non refluunt in præcedentia.*
12 *Conceſſio vnius ex pluribus propoſitis continet negationem aliorum.*
13 *Fideicommiſſi de onere imponendo vbi agitur, res dicitur odioſa.*
14 *Mixtum non includitur ſub ſimplici in odioſis.*
15 *Subiecta talia ſunt qualia prædicata demonſtrant.*
16 *Verba cui non conueniunt, non etiam conuenit diſpoſitio.*
17 *Diſpoſitio quæ vnum diſponit & aliud præſupponit, non habet locum niſi verificetur præſuppoſitum.*
18 *Conditio, vel qualitas vni legato adiecta, nunquam refertur ad aliud cui aliqua alia qualitas, vel conditio fuit annexa.*
19 *Plus, & minus non faciunt differre ſpecie.*
20 *Relatio fieri debet ad ea de quibus principaliter & diſpoſitiuè agitur, non autem acceſſoriè, vel incidenter.*
21 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in materia odioſa.*
22 *Indefinita non æquipollet vniuerſali quando omnium ſub vniuerſali comprehenſorum non eſt eadem ratio.*
23 *Correctio vt euitetur, intelligi debet teſtatoris diſpoſitio.*
24 *Indefinita non æquipollet vniuerſali, quando ſtatutum induceret correctionem.*

CONSILIVM CCCCXXX.

QVOD D. Maurelia de Freddis inſtituendo hęredem vniuerſalem D. Iulium Cęſarem Freddum, dicatur per vltimam voluntatem diſpoſuiſſe de bonis quę maritus ſibi reliquerat cū ea facultate diſponendi ad libitum voluntatis per quemcunq; contractum, diſtractum, & per vltimam volūtatem, ac omni alio meliori modo, arbitror luculenter probaſſe in primis ſcriptis, præcipuè, quia generalis inſtitutio complectitur et bona ſubiecta reſtitutioni, vt per Albam, Bellon. Nattam, & Petrā, quos citaui, nu. 21. in ſexto fundamento, & qui poteſt alienare poteſt etiam per vniuerſa-
1 lem inſtitutionē diſponere.† Bald. in l. ſi quia prioris, §. illud, & §. certum, C. de ſecund. nupt. dixi in primis ſcriptis, nu. 6. in primo fundamento, addo multos citatos à Peregr. in tract. de fideicom. art. 40. num. 57. Gabr. conſ. 143. nu. 5. in primo. quæ ſententia multo magis procedit quando teſtando vſa eſt vniuerſalib. verbis in omnibus, & quibuſcunq; bonis, quia talia verba includunt bona omnia, vt in propoſito ponderat Natta in conſ. 683. nu. 13. loquendo de bonis feudalibus: quod fundamētum in terminis noſtris adduxit Meno. in cōſ. 210. nu. 31. ver. primo mouet. & in ſimili Pet. de fideicom. q. 8. nu. 278. vbi ponit exemplum, quando dictum eſt de omnibus & ſingulis, vel de omnibus & quibuſcunque bonis. & Peregr. in d. tract. art. 40. nu. 55. poſt Pariſ. cōſ. 72. nu. 60. in tertio.

Demum in terminis noſtris, quod habens facultatem teſtandi de aliquibus bonis, dicatur teſtatus de
2 eis inſtituendo generaliter aliquem ſibi hæredē,† allegaui in primis ſcriptis, nu. 22. in ſeptimo fundamēto. Pariſ. Ruin. Alc. Zancum, Gabr. Nat. Menoch. Fabia. de monte, & duos alios Doctores, necnon Cæph. & Marcobr. qui fere omnes loquuntur quando facta eſt mentio de teſtamento, puta, ſi deceſſerit teſtatus, vel inteſtatus, ideſt cum teſtamēto, vel ſine teſtamento, idem enim hæc ſunt, vt latè probat Decian. alios allegans in conſ. 72. nu. 6. in 4. vol. & Eugen. in conſ. 5. num. 71. & in fortioribus terminis quando ſcilicet non eſt conceſſa ſimpliciter facultas diſponendi de bonis, ſed ſolum de certa quantitate pecuniarum, ea ſuis bonis hoc voluerunt in eodem facto Menoch. d. conſ. 210. & Peregr. d. art. 40. num. 52. & ſeqq.

Colligebam etiam expreſſam diſpoſitionem factam fuiſſe de bonis ſibi à marito relictis, ex eo quod in eodē teſtamento, in indiuiduo quædam ex eiſdem bonis legati titulo contulit in certas perſonas, vnde cum in generali inſtitutione dixit, in omnibus alijs ſuis bonis ſe inſtituere hæredē, videtur ſenſiſſe etiam de relictis à viro, quia dictio, alijs, eſt repetitiua ſimilium, id quod conſiderat Natta in conſil. 683. nu. 12. ver. ad hoc etiam, vbi ex eo quòd legati titulo teſtator aliqua bona feudalia reliquit vni, infert, quod inſtituendo in omnibus alijs bonis, cenſetur expreſsè
3 includere alia bona feudalia. † quod fundamentum latius explicat Gabr. in conſ. 85. num. 1. & ſeqq. in 1. vol. vbi dicit, emphyteutica bona venire in generali inſtitutione, ex voluntate teſtantis, quando de alijs ſimilib. bonis diſpoſuit in eodem teſtamento: quia generalis diſpoſitio ſubſequens particularem includit omnia ſupra nō expreſſa, præcipuè ſtante dictione, alijs, & quia pars vna teſtamenti declarat aliam.

Et quamuis Soc. in conſ. 92. nu. 23. vol. 3. velit eum dici inteſtatum, & haberi ac ſi nullum condidiſſet teſtamentum, qui etſi teſtamentum fecerit, nullam tamen fecit ſpecialem diſpoſitionem de bonis illis, & eum ſequantur nonnulli alij, tamen contra Soc. in
4 eodem facto, vt licet ex ſcriptis colligere,† conſuluit Fabian. de Monte, in conſ. 149. num. 31. & ſeqq. inter conſil. vlt. volunt. necnon duo alij Docto. ibi, in conſ. 150. col. 1. & 2. in conſ. 158. Præterea, Socinum reprehendit Pariſ. in conſ. 72. nu. 57. in tertio, dicens eius dictum non eſſe verum, & nulla lege cautum reperiri, quod teneatur quis ſpecificè teſtari de bonis ſibi relictis. & reſpondet ad iura allegata per Socin. eius quoque ſententiam futilem dicit, & impinguat Alci. de verb. ſign. li. 3. nu. 28. ver. ſexto dubitatum fuit. cōtrarium etiā tenuit Ruin. in repet. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 58. ff. de lib. & poſthum. Zanchus in l. hæredes mei, §. cum ita, par. 10. nu. 32. ff. ad Treb. Menoch. in d. conſil. 210. nu. 64. vbi Socin. reprobat Marcobr. conſil. 81. nu. 15. vbi in hoc articulo tranſit cum Pariſ. in d. conſ. 72. & Cæph. in conſ. 410. nu. 67. dicit falſum eſſe dictum Socini, & contra cōmunē opinionem. ſic Peregr. loco præcitato, num. 59. inquit, propoſitionem Socini non eſſe veram. & paulò inferius ſubdit, reſiſtere communi opinioni, quare ſuper dicto Socini fieri non poteſt fundamentum. & poſt Pariſ. omnibus eius fundamentis reſpondent Cæ-

phal.Menoch.& Peregrin.in locis ſupra relatis.ideo non repeto,ne ſim longior iuſto.

Rurſus Socini opinio ſuſtineri poſſet, quando ageretur de bonis quæ non eſſent in dominio Dominæ Maureliæ teſtantis,tunc enim generalis eius inſtitutio non poſſet referri ad bona quæ non habebat, ſed vbi bona ſunt in dominio teſtantis qui de ijs poteſt diſponere, non eſt locus deciſioni Socini, ſed ea veniunt in generali inſtitutione. ita reſoluit Gabr. in conſ.143.nu.6.& ſeq. verſic.quidquid igitur ſit,in 1. vol.vbi infert,quod qui poteſt diſponere vſq; ad ducatos ducentum de alienis bonis, inſtituendo non cenſetur vti facultate conceſſa, quia illorũ bonorum non eſt dominus,ſecus,quando eſt dominus. & ante eum hanc diſtinctionem fecit Marcobrun. in d.conſ. 81.num.26.& ſeqq.vbi ſic reſpondet ad Corn.qui dicebat Cardinalem non videri per generalem inſtitutionem diſpoſuiſſe de bonis Eccleſiæ quamuis de eis licentiam haberet diſponendi. hoc etiam modo intelligit Zanc.d.§.cum ita,par.10.nu.35.ver.ad auctoritatem vero,vbi ait,ideo in caſu Socini bona non veniſſe in generali inſtitutione,quia nondum erant teſtatori quæſita, nec ad eum peruenerant, quod non procedit quando quis eſt dominus, ſed grauatus inſtituere,is enim eſt dominus, vt per eum ibi. & affirmat Marcobrun.& Gabriel.in locis prçcitatis,& ego probaui conſil.73.num.77.& dixi in primis ſcriptis, num.12.

Reſoluit etiam aliter Menoc.in d.conſ.510.nu.67. verſ. tertius eſt caſus, vt ſcilicet Socini doctrina non procedat, quando diſpoſitio non eſt prohibita ſed conceſſa,& res ſui natura venit in generali inſtitutione, vt quia non ſit feudalis nec emphyteutica, tunc enim licet non ſit de tali re facta ſpecialis mentio, includitur in generali inſtitutione, & cum eo tranſit Peregr. d.artic.40. num.59. vbi num.61.in fine atteſtatur ſic iudicatum fuiſſe. non autem ſumus in tali caſu,quia conceſſa eſt facultas diſponendi, & res eſt libera.

Quæ verò dicuntur de diſpoſitione Auth. Contra rogatus,C.ad Trebell.& l. Titius, ff.eod.tit.vbi grauatus reſtituere quidquid ſupererit non poteſt alienare vltra dodrantem,non habere locum quãdo ex-
5 preſsè conceſſa eſt facultas alienandi,†vt per Soc.in conſil.123.in tertio.Iaſ.Ruin.Alciat. & Decian. quos citat,& ſequitur Peregr.d.art.40.nu.46.verſ.contra verò, vbi hanc dicit eſſe veriorem. Zanc. §. cum ita, par.7.num.98.Anchar.Moder.lib.1.famil.q.12.nu.4. quos ego ſecutus ſum in conſ.10.nu.33. & obtinui in ciuitate Vercellenſi ac Pedemontano Senatu in eo caſu,& cum data eſt licentia alienandi expreſſa,non refert quod alienatio facta ſit in teſtamento, vel inter viuos,ſecundum Soc.d.conſ.123.ſequuntur Ruin. Pariſ.& Anchar.Mod.quos ego citaui in d.conſil.10. num.18.& 33.Peregr.d.art.40.num.46. Marcobrun. conſil.81.num.9.

Audio tamen difficultatem fieri,quia in teſtamento mariti dictum eſt, quod poſſit vxor diſponere ad ſuæ voluntatis libitũ per quemcunque contractum, diſtractum,& per vltimam voluntatem,vel omni meliori modo, cum enim facta ſit ſpecialis mentio de teſtamento,videtur quod hoc caſu requiratur expreſſa & ſpecifica diſpoſitio de bonis relictis, nec ſufficiat generalis inſtitutio:aliud verò ſit, quando ſimpliciter dictum eſt,quod poſſit diſponere,vel alienare. ego ſanè hanc differentiam nunquam legi apud Doctorem aliquem; mouet tamen plurimum Senatus motiuantis auctoritas.ſed reſpondeo,quod Doctores contra Socin. ſupra relati, nempe Fabian. de Monte,& duo alij inter conſ.vlt.volunt. Ruin. Pariſ. & Zanc.loquuntur expreſsè in conditione ſi deceſſerit inteſtatus,ideſt, vt ſupra probaui, ſine teſtamento. Rurſus, rationes quibus vtuntur omnes Doctores ſupra citati,concludunt, etiam quando data eſſet facultas teſtandi de illis bonis,quia reſoluunt, quòd teſtamentum ſeu generalis inſtitutio facta in teſtamento,includit ea,& ſi talia bona continentur in generali inſtitutione,fatendum eſt, quòd dicitur vxor teſtata, vel per teſtamẽtum & vltimam voluntatem diſpoſuiſſe,& conſequenter verificãtur verba, licentiæ. Sed dico fortius,quod tali caſu dicitur non tacita ſed expreſſa diſpoſitio,vt admittit Marcobr.conſ. 18.nu.15.Bello.in conſ.9.nu.14.ver.præterea dici poteſt,quem ſequitur Petra d.q.8.num.278. ver.ſecundo,quando diſponens. Menoc.d.conſ.518.nu.28.6u. & alibi ſæpè in conſilio, dum vult, expreſsè dici diſpoſitum licet non ſingulariter & in indiuiduo. Peregrin.art.40.nu.59.ver.non obſtant contraria,vbi dicit,quòd bona illa de quibus poteſt diſponere continentur propriè ſub vniuerſali inſtitutione, & non poſſunt propriè contineri niſi etiam expreſsè contineantur:quæ enim tacitè veniunt ſeu continentur, non ita propriè includuntur. quare negari non poteſt quin vxor diſpoſuerit per vltimam voluntatem de bonis ſibi à marito relictis, licet in indiuiduo de illis non meminerit.

Reſpondeo etiam, quod differentia prædicta non afficis bona mobilia: quia quoad ea conceſſa eſt facultas diſponendi pro libito voluntatis, nulla facta teſtamenti mentione,ideo ſat eſt, quod hæredem inſtituerit in omnibus ſuis bonis, nulla facta eorum mentione.

Tertio reſpondeo, quod facultas diſponendi non fuit reſtricta ad vltimam voluntatem,ſed eſt generaliter conceſſa facultas diſponendi pro libito volũtatis, & licet enumerẽtur ſpecies diſpoſitionis,illę tamen non reſtringunt genus præcedens:quia vbi enumeratio ſpecierum reſpicit verbum ſignificatiuam actus legãdi, tunc cenſetur facta ad tollendum om-
6 nem dubitationem,non ad reſtringendũ genus, † vt probat tex.in l.quæſitum, §.fin.ff. de fund. inſtructo, vbi Bart.num.15.verſ.aut reſpicit verbum ſignificatiuum actus legandi.Pariſ.in conſil.95. num.41. vol. 1.vbi poſt Bart.inquit,quod in dubio ſtat hoc modo. Abb.in cap.ſedes,§.fin.verſic.aut ſpecies refertur,de reſcript.vbi Felin. colum.7. in quarta declaratione, & Dec.num.19.Alba in conſil.62.num.57. Corne.in conſil.167.col.5.in fine,vol.1.pulchrè Cæph. qui ponit exempla in conſ.372. num.19.& 52. vbi num.59. dicit idem eſſe in dubio.Marcobrun.in conſil.71.numer.127.vbi ait,quod vbi enumeratio ſpecierum reſpicit verbum diſpoſitiuum,tunc non reſtringit,ſicuti etiam non limitat in caſu dubio. Loſred.in conſil. 43.num.15.vbi etiam declarat ſic in propoſito dicta omnia verba, per quemcunque contractum, & alia reſpiciunt diſpoſitiuum verbum,quod eſt,quod poſſit diſponere; ergo tollit dubitationem, & non limitat. Rurſus, quod ſpecierum enumeratio non reſtringat genus præcedens probatur: quia poſt ſpecierum expreſſionem ſubijcitur iterum generalis ſignificatio,ideſt,vel eo alio meliori modo: vnde non poteſt dici quod verba illa per vltimam voluntatem reſtringant facultatem conceſſam. hoc etiam demonſtro ex alio, quia excipiendo ſubijcit,quod non poſſit aliquo modo bona prædicta relinquere fratribus de Ramondinis, ergo alijs omnibus vult quod poſſit quocunque modo relinquere: quia exceptio confirmat regulam in caſibus non exceptis,& declatat

Digitized by Google

7 rat quid veniat ſub regula. † l.nam quod ſiquidē, in
fiue,ff. de pen.leg.d.l.quæſitum,§.denique,glo.4.in c.
cordi,de appellat.in ſeato.Alex.in conſ.64.nu.2.vol.
4.cum infinitia ſimilibus.illa enim dictio,aliquia,eſt
vniuerſalis, & comprehendit etiam ea quæ impro-
8 priè veniunt.† gl.in Clem.prima,de foro comp.cum
in finitis apud Tiraq.in l.ſi vnquam,in verſic.omnia,
vel partem aliquam,nu.14.C.de reuoc.donat.plures
addidi in conſ. 33. num. 20.

Nec eiuſmodi facultas intelligi debet reſtricta
per verba ſubſtitutionis quæ ſequuntur, ibi quæ non
fuerint per Dominam Maureliam viuentem aliena-
ta,conſumpta, vel legata; quaſi non per aliam vlti-
mam voluntatē poſſet diſponere quam per legatum,
ad hoc enim fuit per me ſecundis in ſcriptis luculen
ter vti arbitror reſponſum,nu.3.verſ.itaque non ob-
ſtat quod amplitudo,eſſet namque manifeſta corre-
ctio omnium ſupradictorū,præcipuè clauſulæ, quod
diſponat eo alio meliori modo quo ſibi placuerit.
prçterea non dicit ſimpliciter legata, ſed dicit alie-
nata, quod verificatur in inſtitūtione; quia habens
9 facultatem alienandi,poteſt hæredem inſtituere, † l.
ſi quis prioris,§.certum, vbi gl. C.de ſecund.nupt.a-
lios adduxi in conſ.10.nu.12. Menoc.conſ.210.nu.7.
latiſſimè Peregr.d.art.40. num.57.

Admiſſo autem citra veri læſionem, quod bona
hæc non poſſent dici alienata, ſed in reſtitutione ve-
niant,dico, ſubſtitutionem ſubiectam non referri ad
relictum mobilium,& ſe mouētium: quia ſingula le-
gata ſunt de per ſe diſtincta, & habent perfectam o-
rationem,quo caſu qualitas vni relicto adiecta, non
10 cenſetur repetita in alio, † l.quæ fundum, ff.de con-
trah.empt.Bar.in l.Seiæ,§.Gaio, ff.de fund.inſtructo.
& clauſula qualificans vnum capitulum, non exten-
ditur ad aliud,Bar.in l.talis ſcriptura,§.fin.ff.de leg.
1.infinitos congerit Peregr. de fideicom.art.16.num.
31.vbi ampliat, ſiue capitula ſint per copulam, ſiue
per dictionem continuatiuam coniuncta, & multo
magis procedit, quādo qualitas eſt poſita in vltimo
legato; quamuis enim præcedentia ſæpè influant in
ſequentia, nunquam tamen ſe ita refluunt in præce-
11 dentia. †Bar.in l.auia,ver.hęc lex loquitur,ff.de con-
dit.& demonſtr.vbi Caſtr.num.3.ver.alia limitatio.
Crot.in conſ.148. nu.1.& Ruin.in conſ.176.num.13.
vol.2.Socin.iun.conſil.128. num.101. vol.1. Cæph.in
conſ.155. num.12.

Nec refragatur quod ſubſtitutio ſit relatiua ad
prçcedentia bona, dū inquit D.Maureliæ decedenti
& non diſponenti de dictis bonis:ſupra autem dixe-
rat teſtator de omnibus bonis ſuis, dum ait eius eſſe
intentionem, quod Ramondini nihil conſequantur
de bonis ſuis:ergo per inde habeatur ac ſi de omni-
bus facta eſſet ſubſtitutio. relatum enim eſt in refe-
rente,l.aſſe toto,ff.de hæred.inſtit.

Reſpondeo etenim, quod ſubſtitutio eſt facta ſo-
lummodo in bonis Dom.Maurelię legatis,ibi eidem
ſubſtituit in eo quod de bonis legatis ſupereritmo-
bilia autem, & ſe mouentia fuerunt nedum legati,
ſed inſtitutionis quoq; titulo relicta,ideo ad ea non
extenditur ſubſtitutio:incluſio namq; vnius rei,alte
rius eſt excluſio,l.cum Prætor,ff.de iudic.cap.nonne,
de præſumpt.& cum teſtator aliqua bona legati titu
lo reliquiſſet,& alia legati,& inſtitutionis,ſubſtituē-
do quoad legata, cenſetur non ſubſtituere quoad a-
lia, l.Tribunus, §.fin.ff.de teſtam.milit.lariſſimè Be-
cius, in conſil.55. num.11. vbi poſt Curt.ſen.inquit,
quod conceſſio vnius ex pluribus propoſitis, conti-
12 net negationem aliorum.† Roland.in conſ.61.num.
11.volum.3.

Et cum agamus de grauando Dominam Maure-
liam onere fideicommiſſi & reſtitutionis, hoc eſt de
13 onere imponendo,res dicitur odioſa,† vt in l.cohæ-
redi,§.cum filiæ,vbi Docto. ff.de vulgar.Dec.in conſ.
336.in fine.latē Marzar.in formul.fideicom.q.1.Cæ-
phal.in conſ.134.num.21.conſ.379.num.44. Menoc.
conſ.85.nu.39.conſ.15.nu.10.& 11.conſil.220.nu.71.
Rim.conſ.117.num.25.conſil.485.num.13. Bertazol.
conſil.ciuil.69.num.13.Roland.in conſi.56.num.35.
& ſeq.volum.3.Natta in conſ.678.num.8.Burſ.conſ.
1.nu. 12. quidquid ſit quando agitur vel de inducto
interpretando, vel de fauore agnationis, quibus in
caſibus aliud forte eſſet dicendum,ſecundum Card.
Manticam,de coniect.vltim.volunt.lib.7. titul.1. per
totum.Craſſum in §.fideicommiſſum,quęſt.2.& Pe-
regrin.in artic.1.num.23.& ſeqq. ideoque in odioſa
diſpoſitio loquens de caſu ſimplici,nō includit mix-
14 tum, † vt voluit Bartol. quem omnes ſequuntur in
l.2. in princip. ff. de verbor. obligat. Roman. conſil.
295.num.4.Bero.conſ.153.num.59.volum.1.Ruin.in
conſ.167.num.20.volum.1.Socin.iun.conſil.203.nu.
3.volum.3.Riminald.in l.ſi emancipati,numer.11.&
ibi Cagnol.num.144.C.de collation.quare fideicom
miſſum iniunctum de bonis legatis, non debet tra-
hi ad ea quæ fuerant legata, & inſtitutionis titulo
relicta.

Oſtenditur etiam teſtatorem non ſenſiſſe de mo-
bilibus & alijs,quia ſubſtitutio eſt facta Dom. Mau-
reliæ non diſponenti per contractum,diſtractum, &
vltimam voluntatem, &c. & in bonis de quibus ipſa
non diſpoſuerit modo prædicto; atque ita reſtringi
tur ad ea bona de quibus erat conceſſa facultas eo
modo, & per illam formam diſponendi, non autem
trahi debet ad ea quibus ea forma non erat adiecta,
nec prçſcripta à teſtatore,vt ſunt mobilia quorum a-
lienatio fuit abſolutè permiſſa: quia talia ſunt ſubie-
15 cta qualia prædicata demonſtrant.† Oldrad.in con-
ſil.60.Soc.conſ.3.nu.4.vol.4.dixi conſ.34.num.40.il-
la ergo forma diſponendi prædicatur ſolum de ter-
ris & liuellis,non de mobilibus,ergo ſubſtitutio de-
bet ad terras,& liuellos reſtringi.

Probatur hoc ipſum ex alio: nam cum dixit teſta-
tor ſubſtituere ſe D.Maurelię non diſponenti per cō
tractum,diſtractum, & vltimam voluntatem, addit
exceptionem ſaluis præmiſſis.& rurſus,dū ſubſtituit
in eo quod ſupererit de bonis, quæ non fuerunt pee
eam viuentem alienata,conſumpta,vel legata, ſub-
dit,ſaluis vt ſupra.hęc autem exceptio non poteſt ad
aliud referri niſi ad bona quorum diſpoſitio erat li-
mitatè & reſtrictè cōceſſa,ideſt ad terras & liuellos,
de quibus conceſſa eſt diſponendi quidem facultas,
ſed in omnes,præter Ramondinos.quo autem ad mo
bilia,nulla erat facta exceptio, ſed poterat etiam in
Ramondinos ea alienare,cum ergo exceptio nō con
ueniat mobilibus, dici non poteſt quod in eis facta
ſit ſubſtitutio, quia, vt dixi,exceptio benè declarat
quid veniat ſub regula,& quia cui verba non conue-
16 niunt,non etiam conuenit diſpoſitio,† l.4.§.toties,ff.
de dam. infecto. Becius conſ.112.nu.3. & diſpoſitio
quæ vnum diſponit & aliud præſupponit, non habet
17 locum niſi præſuppoſitum verificetur, † in l. manci-
pia,in verſic.auocandum, C.de ſeru.fugit.Rom.ſing.
495. alios citaui in conſ.150.num.78.

Non omitto quod legato mobiliū erat adiectum
onus,ne ſcilicet D.Maurelia poſſet dotes ſuas petere,
ideo,ſi in eis facta eſſet ſubſtitutio, Dom. Maurelia
duplici onere grauaretur,quod non eſt dicendum, l.
nauis,§.cum autē,ff.ad leg.Rhod. de iactu.l.ſi cū do-
tem,§.ſi pater,ff.ſolut.matrim.Crauet. in conſil.803.
Tt 3 num.3.

num. 3. & conditio vel qualitas vni legato adiecta, nunquam refertur ad aliud, cui aliqua alia qualitas
18 vel conditio fuit anneaa,† l.aluminæ, in princ. & ibi no. Bar. ff. de adim. leg. Alex. in conſ. 66. col. 1. in fine, verſ. puto tamen, vol. 3. Dec. in conſ. 190. nu. 3. verſ. & vlterius. Ruin. conſ. 64. num. 3. vol. 2. Soc. iun. conſ. 18. num. 11. vol. 3. Cæph. conſ. 156. nu. 19. Oſaſc. deciſ. Ped. 52. num. 3. Peregr. art. 19. nu. 36. nec curo quod dotes ſint magnæ quam paruæ: quia qualeſcunque ſint, ſufficit, quod præceptum eas non petendi continet qualitatem, & conditionem diuerſam ab ea quæ legitur in alijs legatis: plus autem vel minus non fa-
19 ciunt differre ſpecie,† l. fi. ff. de fund. inſtr. l. ſcapham, ff. de euiction. Natta conſil. 402. num. 13. Cæphal. in conſil. 30. num. 11.

Aduerto etiam, quod teſtator dum dixit, cum Dominę Maurelię non diſponenti per viam contractus, vel diſtractus, vel vltimæ voluntatis, de dictis bonis, non intellexit de omnibus bonis, nec voluit ſe referre ad præcedentem clauſulam, qua dixerat, mentem ſuam eſſe, quod fratres Ramondini nihil de ſuis bonis conſequerentur, ſed potius ad clauſulam diſpoſitiuam, qua dixerat quod Dom. Maurelia non poſſet de bonis ſibi relictis diſponere ad commodum dictorum fratrũ. relatio enim fieri debet ad ea de quibus principaliter, & diſpoſitiuè agitur, non autem
20 accessorie vel incidenter.† Bar. in l. fin. §. Titia, ff. de lib. leg. Aret. in §. apium, in quarto not. Inſt. de rer. diuiſ. Ruin. conſil. 131. num. 2. & 5. vbi latè vol. 2. Cæph. conſil. 107. num. 7. ſupra autem principaliter iniunctum fuit Dom. Mauteliæ, ne bona illius legati conferat in dictos fratres, ergo ad illius legati bona fieri debet relatio, non antem ad bona de quibus teſtator meminit in ratione dictæ prohibitionis, ratio enim venit acceſſoriè ad iuſtificandum prohibitionem factam, non autem principaliter.

Conſidero etiam, quod quando teſtator dixit ſuã eſſe mentem, quod fratres Ramondini nihil conſequantur de bonis ſuis, non intellexit de omnibus bonis, ſed reſtringi debet ad bona proximè expreſſa, quæ prohibuit alienari in eos fratres, idque probo: quia in materia odioſa, vt eſt illa excluſio fratrũ Ramondinorum, indefinita non æquipollet vniuerſa
21 li,† l. 2. ff. de lib. & poſthu. vbi Alea. notat, num. 5. Soc. num. 11. & Iaſ. nu. 18. Dec. in conſ. 425. in fine, Purpur. conſ. 333. nu. 17. Menoc. in conſ. 97. nu. 155. item non æquipollet vniuerſali, quando omnium ſub vniuerſa
22 li comprehenſorum non eſt eadem ratio,† gl. & Doctor. in c. vt circa, de electıon. in ſexto. Din. in Rubr. de reg. iur. in ſexto, nu. 8. Bart. & alij, in l. ſi pluribua, ff. de leg. 2. Bar. Bal. Ang. & Caſtr. in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban. prædior. Alea. in conſ. 55. nu. 16. in quarto. Dec. conſ. 425. in fine. Ripa in Rubr. ff. ſol. matr. nu. 37. Purpur. in conſ. 570. nu. 4. Crauet. in conſ. 33. nu. 15. Didac. variar, reſolut. lib. 1. cap. 13. num. 9. Oſaſc. deciſ. Pedem. 127. num. 5. Card. Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 4. nu. 12. Gabr. in conſ. 84. nu. 41. in ſexto. at in bonis mobilibus non erat eadem ratio excludendi Ramondinos, quæ in alijs bonis, ea ſpecio mobilia vxori reliquerat cum facultate diſponendi libera, & nullis regulis nullaque exceptione limitata.

Præterea, intelligendo vniuerſaliter verba dictæ rationis, vt omnia bona comprehendant, certè induceretur correctio præcedentis facultatia diſponendi, quæ fuerat quoad mobilia conceſſa, quia non poſſet vxor de illis diſponere in Ramondinos; pro euitanda autem correctione reſtringi debet indefinita, vt non æquipolleat vniuerſali, intelligi enim debent verba teſtatoris, vt euitetur correctio, & ne videatur
23 ſe ipſum corrigere, & ſibi contradicere,† l. nõ ad ea, ff. de cond. & dem. Bart. in l. fin. §. idem quæſijt, ff. de condict. indeb. Oſaſc. deciſ. Pedem. 23. num. 40. Decian. in conſ. 63. num. 25. vol. 4. vbi dicit, hoc procedere in omni materia. ideò videmus, quod etſi indefinita æquipolleat vniuerſali, etiam in ſtatuto, tamen fallit, quando ſtatutum eſt correctorium, & induceret
24 correctionem,† Bald. in l. fin. §. in computatione, col. fi. C. de iure deliber. Oſaſc. deciſ. Pedem. 168. nu. 21. Cum itaque teſtator dixit mentem ſuam eſſe, quòd Ramondini nihil conſequantur de bonis ſuis, intelligi debet non de omnibus ſed de illis quæ ſupra immediatè reliquerat vxori, cum ea prohibitione eis relinquendi, ne libera & abſoluta facultas diſponendi de bonis mobilibus, conceſſa vxori, reſtringatur, & legatum ſupra factum corrigatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum habet vim diffinitionis cauſæ.*
2 *Generalis liberatio, & renunciatio comprehendit omnes caſus.*
3 *Liberatio facta ab omni eo quod petere quis poſſet, omnia complectitur.*
4 *Renunciatio generalis idem operatur quoad omnia ſub genere contenta, quod operatur ſpecialis quoad contenta ſub ſpecie.*
5 *Generalis diſpoſitio habetur pro ſpeciali, & ſingulari, quando ad vnum tantum caſum referri poteſt.*
6 *Generalis diſpoſitio trahitur ad ea de quibus fuit in ſpecie diſpoſitum, quando non poteſt in alios verificari.*
7 *Generalis diſpoſitio intelligitur vltra expreſſa, quando ponitur in fine.*
8 *Verba generalia in diſpoſitione hominis non recipiunt reſtrictionem etiam de habilitate.*
9 *Liberatio iudicatur fauorabilis præſertim quando eſt reciproca.*
10 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta, plenè probat, vbi tendit ad liberandum.*
11 *Renunciantibus iura ſua non datur regreſſus.*
12 *Liberatio generalis reſtringitur ad ſpecificata.*
13 *Liberatio facta ratione certæ alicuius rei, ad illam reſtringitur, & vltra non extenditur.*
14 *Diſpoſitio qualibet reſtringitur ad ſuam cauſam.*
15 *Renunciatio ſemper ſolet reſtringi ad expreſſa.*
16 *Renunciare iuri ſibi competenti nemo in dubio præſumitur.*
17 *Error potius quam renunciatio in dubio præſumitur etiam ſi agatur de facto proprio.*
18 *Renunciatio, & liberatio nihil aliud eſt quam donatio.*
19 *Donatio non præſumitur ſed potius ſumi debet quæcunque alia coniectura, vel error.*
20 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea ſemper fit ſtrictiſſima interpretatio.*
21 *Coniectura vbi alia ſumi poteſt, tunc ſemper fit interpretatio quod pars renunciare noluerit.*
22 *Renunciatio nunquam intelligitur facta niſi quatenus ex ipſo actu neceſſario infertur.*
23 *Veriſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem.*
24 *Verba pacti ambigua interpretanda ſunt ex veroſimili.*
25 *Veriſimilitudinem habent, dicitur habere pro ſe caſum legis.*
26 *Renunciatio quæ non eſt veroſimilis, præſumenda non eſt.*
27 *Renunciandi cauſa vbi non ſubeſt, non præſumitur renunciatio.*
28 *Obligatio non ſubſiſtit ſine cauſa.*
29 *Cauſa vbi non ſubeſt præſumitur facta promiſſio, vel obligatio per errorem.*

Statu-

Digitized by Google

30 *Statutum Caſalenſe, quod non valeat donatio, niſi quinque adhibeantur teſtes, validum eſt.*

31 *Contractus celebrati locus attenditur, quando agitur de ſolennitate actus.*

32 *Renunciatio interpretatur vt minus quam fieri poßit renunciantì præiudicet.*

33 *Verba contractus interpretantur contra eum qui ſe in illis fundat, & cuius ſanſu & ad cuius commodum ſonceptam fuit pactum.*

34 *Renunciatio intelligitur in dubio contra eum cai fit, & pro eo qui renunciauit.*

35 *Verba debent intelligi ſecundam intentionem proferentis.*

36 *Intentio partium prinsipaliter ſpectanda eſt in coatractibus.*

37 *Mandatum ſpeciale requiritur ad donandum.*

38 *Maadatum ſpeciale requiritur ia renunciatione, ſea remiſſione iuris clari.*

39 *Diſpoſitio ſimpliciter facta non porrigitur ad caſum in quo diſponeus non habet poteſtatem.*

40 *Actus ſequeas intelligi debet ſecundum formam præcedentis mandati, in suius executione fuit factus.*

41 *Velle quis non creditur qaod non poteſt.*

45 *Facere velle in genere quis non præſumitur id, quod in ſpeeie prohibetur.*

43 *Tutor licet babeat liberam adminiſtrationem, & mandatum generale, tamen donare non poteſt.*

44 *Contractus non debet claudicare, niſi fauore minoris.*

45 *Petere quis noa debet cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*

46 *Diſpoſitio ſemper interpretari debet ita, ne vna partium dici poßit decepta.*

47 *Sſriptura pars vna aliam declarat.*

48 *Capitulum ſcriptura dubium recipit declarationem à claro.*

49 *Verbum vno in loco ſcripturæ poſitum, debet intelligi eo modo quo fuit à partibus in eadem ſcriptura intellectum.*

50 *Alteraatiua pars vna aliam declarat.*

51 *Verba poſita in vna parte orationis copulatiua, reſtringuntur propter ea quæ poſita ſunt in alia parte.*

55 *Correſpectiuorum vno amoto tollitur alterum.*

53 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*

54 *Verba reſtringuntur ad rem ſuper qua exprimuntur.*

55 *Donandi animum non habet qui tranſigit.*

56 *Bonæ fidei in contractibus non congruit diſputare de apicibus iuris.*

57 *Contractus omnis cum Principe celebratus, dicitur bonæ fidei.*

58 *Princeps, licèt non obligetur ciuiliter, ſed tantum naturaliter, tamen ea naturalis obligatio produsit eoſdem effectus quo ad eum obligandum, quos produsit ciuilis quo ad alios.*

59 *Verba in contractu Principis accipi debent magis gratioſè, & liberaliter, quam in alijs diſpoſitionibus.*

60 *Princeps qui tenet ſupremam poteſtatem, debet ſeruare ſummam honeſtatem, & æquitatem pro regula.*

61 *Verba poſita in diſpoſitione Prinsipis, dsbent conformari æquitati, etiamſi hoc non patiantur.*

62 *Singula ſingulis ſunt referenda.*

63 *Relatio debet fieri ad proxima.*

64 *Relatio non fit ad omnia præcedentia, quando in omnibus non eſt eadem ratio, ſed in aliquibus diuerſa.*

65 *Relatio non fit ad omnia præcedentia quando ſequeretur abſurdum.*

66. *Relatia non fit contra intentionem diſponentium.*

67. *Indefinita habetur pro particulari, non pro vniuerſali, quando noa eſt eadem ratio includendi omnia.*

68 *Indefinita in probationibus non æquipollet vniuerſali.*

69 *Indefinita pronunciatio inſtrumenti aon operatur idem quod vniuerſalit.*

70 *Iadefinita non æquipollet vniuerſali in materia ſtricta, & odioſa.*

71 *Indefinita quod æquipolleat vniuerſali, prouenit non à proprietate verborum, ſed ex benignitate & æquitate.*

75 *Indefinita non habet vim vniuerſalis vbi æquitas ceſſat.*

73 *Generalis renunciatio non trahitur ad ea quæ non ſunt veriſimiliter incluſa.*

74 *Generalitas vbi ſalua ratione recti ſermonis reſtringi poteſt, tunc non trahitur ad omnia, ſed tantum ad expreſſa.*

75 *Renunciationes generales quæ fiunt cum parua cauſa cognitione, & ex ſtilo potius Notariorum, aoa attenduntur ſecundum multos Doctores.*

CONSILIVM CCCCXXXI.

QVANDOCVNQVE contingeret in in vno aut pluribus locis Ducatus Montisferrati non cooſumi eam ſalis quantitatem quæ cõſueuerat conſumi, promiſit Sereniſſim. Dominus Dux Mantuæ & Monrisferrati, miniſterio Dominorum ſuorum agentium reficere multum Magnifico Domino Iacobo à Nuce conductori, omne damnum quod inde ſequeretur; & cum orta eſſet quæſtio ioter partes, Senatus excellentiſſimus illius patriæ declarauit locum eſſe diſpoſirioni illius pacti, etiam ſi damnum non aſcenderet ad dimidiam ſolitæ conſumptionis, ita, quod etiam ſi in minimo ſolita conſumptio ſit imminuta, locus ſit refectioni. contigit autem, quod annis 1587. 1588. 1591. & 1595. ob penuriam annonæ, & alios caſus, plurimum imminuta fuit ſolita conſumptio, quapropter Sereniſſimus Princeps & Domious noſter prędictus, re intellecta, gratiosè mandauir Dominis ageotibus prædictis, quod pro dictis annis reſtaurum facerene Domino conductori, quo facto, de anno 1593. calculata ratione inrer Dom. agentes pro Cam. & Domino Iacobo, confitentur Domioi Agentes, recepiſſe a Domino Iacobo aureos centum viginti tres mille quingentos, & præterea aureos ter mille ſibi aliàs muruatos pro negotij illius ſubueotione, & ſalmas ſeptingentas quinquaginta ſalis ſibi pariter mutuo conceſſas, & pro eis integram recepiſſe ſatisfactionem incluſo reſtauro, & alijs, feceruntq; quietationem, liberationem, & omnimodam abſolutionem pro prædictis, & alijs debitis, prout quoque Dominos Iacobus, & Dominus Nicolaus filius quietarũt Cameram ab omnibus ijs quæ poterant, & io futurũ poſſent pro reſtauro, & alijs per tẽpos prædictorũ ſex annorum com dimidio, quo durauerar locario, ita, quòd ea qoietatio ſit generalis per dictum tempus, ac reciproca, cum pacto de vlterios quicquam non petendo, etiam per Aquilianam ſtipulationem. His ſic peractis, Dominos Iacobus petir fieri ſibi reſtaurum pro annis 1589. & 1590. quibus maxima quoque cootigit diminutio ſolitæ conſumptionis, vt probatum fuit luculenter: & quamuis durauerit lis per aonum & vltra, tamen compilata relatione, & in actu expeditionis productum fuit à Dominis agentibus pro Camera inſtrumentum prædictæ liberationis factæ ab omnibus quæ peti poſſenr pro reſtauro, & alijs per dictos ſex annos cum dimidio, & eius vigore prætendit Cameræ reſtaurum oon deberi pro dicto tempore: nam in eo includuntur duo anni prędicti, & cum inſtrumentum ſit clarum, videtur pro Camera eſſe caſum legis. Bal. in conſ. 215. col. 2. vol. 5. inſtrumentum enim publicum vim habet defini-
1 tionis † cauſæ, Bal. in conſ. 233. volum. 1. Becius conſ. 74. num. 19. & ſtandum eſt inſtrumento. Bal. in l. in-

tereſt, C.de ſolution.in l.1. in princ.col.5.ff.de oper.
noui nunc.Abb.in c.cum dilecti,in 1.not.de dona. &
non indiget fori diſceptatione.Bal.in l.5. ff.de ſtatu
hom. Angel.in d.l.intereſt, in vlt.not.Dec.conſ.448.
col.5.Ruin.in conſ.158. in princ.vol.4. Roland.con-
ſil.58.nu.6.vol.5.Becius in conſil.86. nu.4. & ſeq. vbi
latè agit.

Secũdo,liberatio facta Cameræ eſt generalis,ideo
comprehendit omnia quæ poſſet conductor præten-
2 dere pro tempore quo durauerat conductio,† Bar.in
l.ſi de certa, C. de tranſact. vbi ẽt ſequuntur alij Do-
ctor.in l.emptor,§.Lucius, ff.de pact.eſt tex.in l. plu-
ribus,ff. de acceptil. & dicit Innoc. in c. cum contin-
gat,in 3.mem.princ.de iureiurando,quod generalis
renunciatio includit omnes caſus, & ſeruãda eſt om
ni caſu. Doct. omnes, in cap.1.de tranſaction. ideo
Bald.in l.pactum, quod dotali,quæſtio.17.C.de col-
lation.monet contrahentes, vt caueant à verbis ge-
neralibus, ne effuſo nimium ſermone, in promptum
incidant periculum: quia ſibi imputent, ſi verbis
vtantur generalibus, vt idem inquit Bal.in l.tres fra
tres,ff. de pact. præſumuntur enim tunc de omnibus
cogitaſſe.Bald.in l.ſub prætextu, C.de tranſact.com
probat multis Menoch.in conſ.496.num.178.& ſeq.
Berret.qui alios addit, in conſ.79.num.11. latiſſimè
Decian.in conſ.39.num.51.& ſequen. qui omnes lo-
quuntur in renunciatione & liberatione: ſed præter
omnes Honded.in conſil.49.nu.8.vbi dicit,quod li-
beratio & pactum de non petendo intelligi debet
diſtinctè de omnibus,præcipuè quãdo accedit Aqui
liaua ſtipulatio, & de liberatione in ſpecie loquen-
tes allegat Curt.iun.& Nattam,ſubdens,id maximè
procedere, quando verba reſtringi non poſſunt ſal-
ua ratione recti ſermonis. Cin.in l.ſi ex timore, C.de
excep.quem ſequuntur Imola, Alexan. Afflict.Crot.
Curt.iun.& alij ab eo citati.

Tertio, liberatio non poteſt ad præterita reſtrin-
gi,ſed omnia amplectitur,quando,vt in præſenti ca-
3 ſu, facta eſt ab omni eo quod petere poſſet, † vt pro-
bat Alex.in conſ.11.nu.13.vol.2.vbi ait, non poſſe re
duci aliquo modo ad ſpecificata. idem voluit Nat-
ta,in conſ.113.nu.3. mouetur vterque, quia aliàs ni-
hil operaretur.ſequitur Hondedeus in d.conſ.49.nu.
me.54.addo Soc.in conſ.34.nu.5.vol.4.Menoch.con
ſil.401.nu.118.

Quarto, generalis renunciatio idẽ operatur quo-
ad omnia ſub genere contenta, quod operatur ſpe-
4 cialis, quoad ſub ſpecie cõtenta.† Anch.in conſ.337.
col.2.Alex.in conſ.187.nu.19.vol.5. Iaſ. in conſ.149.
nu.13.vol.4. Afflict. in deciſ.44. nu.11. & 12.Ruin.in
conſ.56.nu.12.vol.2.Decian.in conſ.5.nu.57. in con-
ſil.17.nu.17.vol.1.Cæphal.in conſ.309.num.41.conſ.
524.nu.34.conſ.558.nu.45.& in ſpecie renunciatio-
nis quod tantum ei qui renunciat præiudicat quan-
tum ſi eſſet ſpecialis,voluit Cuma.in conſ.7.col.pen.
& in cõſ.ſeq.circa med.& in conſ.24.col.fi.Alex. qui
loquitur de renunciatione, quietatione, & liberatio
ne,in conſ.42.num.14.verſic.tertia eſt, vol.1. Decian.
in conſ.39. num.53.in 2.vol. perinde ergo eſt ac ſi in
ſpecie facta eſſet in eo inſtrumento mentio de reſtau
ro,quod prætendere poterat prædictus Do.Iacobus
pro dictis duobus annis.

Quinto, accedit, quod illa generalis liberatio nõ
poteſt in alio verificari, niſi in reſtauro debito pro
illis duobus annis, nihil enim aliud conductor pete
re potuiſſet, ergo generalis liberatio operabitur idẽ
ac ſi dicto reſtauro in ſpecie fuiſſet renunciatum:
quia generalis diſpoſitio habetur pro ſpeciali, imo
pro ſingulari, quando ad vnum tantum caſum re-
5 ferri poteſt, † l. fundus qui locatus, ff. de fundo in-
ſtruct.l.Quintus,§.1.vbi Bar.ff.de aur. & arg.leg. So-
cin.iun.conſ.136.nu.18.vol.1.Crau.in conſi.pro gene
ro.nu.334.Menoch. conſ.71.num.23.Becius conſ.34.
nu.14.facit, quia etſi generalis diſpoſitio non traha-
tur ad ea de quibus fuit in ſpecie diſpoſitum, tamen
6 fallit quando non poteſt in alio verificari, † ſecun-
dum Imo.in l.cohæredi,§.qui patrem,ff.de vulg.Rui.
conſ.168.nu.5. vol.4. Rim.in. conſ.556.nu.51. & eam
cõcluſionem quod paria ſint exprimere ſpecialiter,
vel generaliter, ita tamen,quod in vno tantum veri-
ficari poſſit, comprobaui ego multis in conſ.179.nu-
me.24. cum ergo in facto liberatio de qua eſt ſermo
non poſſit referri, niſi ad reſtaurum nondum factũ,
habebitur ac ſi illi fuiſſet renunciatum.

Sexto, cum iam de reſtauro facta eſſet mentio ſu-
pra, generalis illa liberatio quæ inde fuit poſita non
poteſt referri ad reſtaurum iam factum: quia gene-
ralis diſpoſitio intelligitur vltra expreſſa, quando
7 ponitur in fine,† l.ſanctio legum,ff. de pœn.l.alimen
ta,§.baſilicæ,ff.de alim.& cibar.leg.Doctor. in l.doli
clauſula,ff.de verb.oblig.vbi Iaſ.in conſ.170.num.2.
vol.4.Dec.conſil.171.num.3.Berret. in conſ.13.num.
6. aliàs eſſet omnino ſuperflua, et nihil operaretur
quod non eſt dicendum, per iura vulgata.

Septimo, quidquid ſit in generali diſpoſitione le-
gis,nos ſumus in contractibus: & ita in diſpoſitione
hominis in qua generalia verba nullam recipiunt re
8 ſtrictionem etiam de habilitate: † quia mitius agi-
tur cum lege quam cum homine.Bar. & alij, in l.1.§.
nunciatio,ff.de oper.noui nunc. Alexan.in l.ſi patro
ni,nu.15.ff.ad Trebellia. Ruin. in conſ.150. nu.7. vo-
lum.4.Iaſ.in l.fideiuſſor,§.prætor ait,ver.ſecundo no
uiter limita, ff. qui ſatiſda. cogant. Cæphal. in con-
ſil.700. nu.8. Vegius in conſil.34.num.8. Gabriel.in
conſ.144.nu.56.

Octauo facit,quia agimus de liberatione quæ ſe-
per reputatur fauorabilis: quia reſoluit obligatio-
nem & reducit ad priſtinam libertatem, qua ratio-
ne dicit Socin.iun.in conſ.40.nu.3. vol.3. quod in ea
ſit latior interpretatio; & quod liberatio iudicetur
9 fauorabilis,† ponit Dec.in conſ.178.nu.4.Cæphal.in
conſ.39.nu.26.quos citat et ſequitur Honded.in cõ-
ſil.49.nu.18.et ſeq.vbi in propoſito ſubdit,multo ma
gis id procedere,quando eſt reciproca:quia tunc ob
mutuum commodum extendenda eſt. allegat Cor-
ne.in conſi.29.in fine,lib.1.ſemper enim debemus eſ
ſe proni ad liberandum. Facit præter eum quod di-
cunt Doctores de confeſſione extraiudiciali abſen-
te parte facta, quæ plenè probat, vbi tendit ad libe-
10 randum.† Bal.in l.generaliter,num.17.C.de non nu.
pecun. Marſ.in Rubr.C.de probat. nu.90. Tiraquel.
de retractu conſang.in fi.num.159. Cotta in memor.
incip.Confeſſio facta.

Quod ſi per prædicta renunciatum eſt reſtauro,
non poteſt nunc D. Iacobus illud petere: quia non
11 datur regreſſus ijs qui iura ſua renunciauerunt. † c.
quam periculoſum,7. quæſt.1. l. quæritur,§.ſi vendi-
tor,ff.de ædili.edict.l.1.§.qui ſemel,ff.de ſucceſſo.edi
cto.Pariſ.conſ.26.nu.44.vol.3.Crauet.in conſil.290.
nu.2.Cæphal.in conſ.137.nu.5.in conſ.445.nu.23.Ia
ſ(?)ins in conſi.445.nu.5.Rimin.qui alios citat in con-
ſi.77.nu.11. Menoch. in conſi.401. nu.100. quia non
debet diſplicere, quod ſemel placuit, c.quod ſemel,
de reg. iur. in ſexto. & contractus à principio ſunt
voluntatis,poſtea verò neceſſitatis,l.ſicut,ff.de actio
nibus & obligationibus.

Hæc plurimum quidem primo aſpectu vrgere vi-
dentur, ſed re diligentius examinata, contrariam
partem

Digitized by Google

partem veriorem exiſtimo, quod ſcilicet ea renunciatione, ſeu liberatione non obſtante, fieri debeat Domino Iacobo reſtaurũ pro duobus illis annis ad formam inſtrumenti, & pacti, & iuxta ea quæ fuerant iã à d. Senatu iudicata, & per benigniſſimum Principẽ approbata, quando mandauit reſtaurum ei fieri propter defectum ſolitæ ſalis conſumptionis.

Et non obſtat liberatio facta ab omni, & toto eo quod petere poſſet pro reſtaur[illegible] & alijs, per dictos ſex annos cum dimidio, quia [illegible]lligi debet de reſtauro iam petito, & ordinato [illegible]niſſimo Principe, & quod iam factum fuerat, [illegible]ceſſum per Cameram, idque ex multis deducitu[illegible] meo iudicio rem clarificant.

Primo, quia generalis liberatio ſui natura trahi-
12 tur, & reſtringitur ad ſpecificata, † l. ſi de certa, vbi Bart. & alij, C. de tranſactio. l. emptor, §. Lucius, vbi Bartol. & alij, ff. de ſolutio. l. ſi ita quis, §. fin. ff. de verbor. obligat. l. ſi ex pluribus, ff. de ſolutio. Anch. Butr. Imol. Abb. & alij, in cap. 1. de tranſact. Caſtren. Salic. Alex. Iaſ. & alij, in d. l. ſi de certa, Alex. conſil. 111. col. 2. volum. 1. Corn. in conſil. 144. numer. 11. volum. 3. & in ſpecie dixit Cin. in l. ſi ex maiore, C. de exception. quod generale pactum de non petendo, reſtringitur ad partem ſolutam, & Bald. ibi ait, quod generalis refutatio reſtringitur ad ſpecialem ſatisfactionem, & optimè declarat Natta conſil. 546. nume. 10. & dicit Menoch. in conſil. 496. num. 54. quod generalis liberatio reſtringitur ad ſpecificata expreſſè, & intelligitur ſecundum ea quæ præcedunt, allegat ad hoc multa iura, & Doctores. idem dicit Rimin. in conſil. 614. numer. 63. vbi tamen allegat alia iura. Eugenius latè conſil. 13. num. 21. & ſeq. & Bello. conſil. 6. nume. 14. ſupra autem non legitur aliud reſtaurum fuiſſe factum, quàm illud quod fuerat petitum, non autem pro duobus annis, pro quibus nunc petitur, ergo liberatio de illo, non de iſto intelligi debet, & conſequenter ad iſtud trahi nullo modo poteſt.

Secundo, quia liberatio, ſeu remiſſio quæ fuit facta ratione certę alicuius rei, ad illam reſtringitur, & vl-
13 tra non extenditur, † ita poſt Iacob. de Aret. inquit Ang. in l. obligatione generali, ſuper gloſ. in ver. fuiſſe, de pignoribus, vbi ſubdit, quod generale dictũ limitatur, & reſtringitur per rationem, ſecundũ ſuam cauſam, & hanc concluſionem multis probat Natta, d. conſil. 546. num. 11. & ſeq. Crauet. in conſil. 171. numer. 13. & conſil. 221. colum. pen. numer. 12. vbi dicit, quod quælibet diſpoſitio reſtringitur ad ſuam cau-
14 ſam. † latè Rim. in conſ. 338. num. 57. & ſeq. vbi poſt multos præcipueque poſt Pariſ. dicit liberationem regulari à cauſa propter quã facta fuit. Idem in verbis renunciationis amplis atque vniuerſalibus dicit in conſ. 434. num. 37. & ſeq. hoc etiam repetit in conſil. 491. numer. 11. & ſeq. vbi loquitur de liberatione. Dec. in conſ. 19. num. 63. volum. 3. vbi in renunciatione. at liberatio de qua nunc agimus, cauſata fuit à ſolutionibus, & calculis præcedentibus, & contentis in relatione publici rationatoris contenta in eo inſtrumẽto, ergo reſtringi debet ad reſtaurum factum, & de quo in eadem illa relatione.

Tertio, renunciatio reſtringi ſemper ſolet ad ex-
15 preſſa, & non poteſt ad alia trahi, † Cald. in conſil. 51 tit. de præbend. Alexand. in conſ. 115. nu. 1. vol. 5. Dec. in conſil. 379. num. 1. Natta in conſil. 78. num. 6. Crauet. in conſil. 200. num. 10. Purpur. qui loquitur in renunciatione in conſil. 372. nu. 4. & 5. Cæphal. in conſil. 427. num. 9. Burſat. in conſil. 32. num. 40. & 48. vbi alios addit Becius in conſil. 106. num. 45. & in conſil. 111. num. 31. Rimin. alios citans in conſil. 484. nu. 33. & in conſilio 614. numero 66. ſed in inſtrumento non eſt expreſſè facta mentio de reſtauro nondum petito, ſed ſolum de eo quod fuerat petitum, & cõceſſum, ideo referendum eſt ad illud non ad aliud, de quo nihil ſpecificè fuit dictũ, & dici facilè potuiſſet, ſi talis fuiſſet intentio.

Quarto, in dubio nemo præſumitur renũciare iu-
16 ri ſibi aliquo modo competenti, † cap. ſuper hoc, de renunc. Bal. in l. 1. in vlt. notab. C. de edict. diui Adr. tollen. Dec. in l. poſtquam liti, nu. 16. C. de pact. Crau. conſ. 290. col. 2. verſ. quarto non præſumitur. Tiraqu. in præfatio. l. ſi vnquam, nu. 128. C. de reuocan. donat. Pariſ. conſ. 49. num. 39. volum. 3. Natta conſ. 78. in fine Purpur in conſ. 476. num. 2. Gabriel. in conſil. 154. nu. 20. vol. 2. Cæphal. in conſ. 434. num. 5. Dec. in conſil. 29. num. 75. volum. 2. Menoc. in conſ. 46. nu. 9. & in dubio præſumitur potius error quam renunciatio,
17 etiam ſi agatur de facto proprio, † vt poſt Cuman. & Alex. concludit Ruin. in conſ. 127. nu. 13. vol. 3. ſequitur Menoch. in conſ. 1. nu. 212. vbi poſt Bald. inquit, fatuitatem potius cenſeri quam renunciationem. Dec. in d. conſ. 29. nu. 73. vol. 2. Cum igitur reſtaurum eſſet debitum D. Iacobo ex inſtrumento, non eſt credendum, quod voluerit illi renunciare.

Quinto confirmatur: quia renunciatio, & liberatio, nihil aliud eſt quam donatio & remiſſio proprij
18 iuris, † vt voluit Bald. in l. illud, numer. 7. C. de ſacroſanct. eccle. vbi ait, renunciationem, quæ excedit valorem quingentorum aureorum, egere inſinuatione nõ minus ac donatio ipſa. Afflict. de iure prothomiſ. in princip. num. 30. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. donatione largitus, numer. 176. C. de reuocand. donation. Ripa ibi, num. 20. vbi infert, quod ad renunciandum requiritur ſpeciale mandatum, ſicut ad donandum, & diſputat, ſi diſpoſitio illius legis procedat in renunciatione, licèt loquatur in donatione. Cæphal. in conſil. 445. numer. 11. vbi multos allegando infert ad dictam l. ſi vnquam, Menoch. conſilio 80. numer. 57. Cæphal. conſil. 467. num. 59. vbi dicit in renunciationem quam facit filia recepta dote, eſſe verè donationem, quatenus plus eſt in renunciatione, quà in dote. alios citat Menoch. d. conſil. 1. num. 211. & 214. Mari. Anguiſ. conſ. 57. num. 13. vbi infert quod ſolennitates requiſitæ à ſtatuto pro validitate donationis, ſunt etiam neceſſariæ ad validandam renunciationem. Marcobrun. in conſil. 30. num. 257. & ſeq. Dec. d. conſil. 29. nu. 73. vol. 2. vbi ait, quod eſt vera dilapidatio, & in conſil. 45. num. 4. eod. vol. donatio autem non
19 præſumitur, quia eſt perdere, & dilapidare, † l. cum de indebito, ff. de probatio. ponunt Doctores omnes ſupra citati, & ſumi debet quæcunque alia coniectura potius quam donationi. Dec. in conſil. 177. num. 1. Afflict. deciſ. 80. numer. 4. & potius præſumitur error in facto proprio, quam donatio. Dec. in conſ. 195. col. pen. Crauett. in conſ. 77. num. 14. & latiſſimè exornat Becius, conſ. 52. nu. 70. & multis ſeqq. ergo idem omnino dicendum eſt in renunciatione quæ ſapit donationem, imò eſt vera donatio.

Sexto, renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea fit ſem-
20 per ſtrictiſſima interpretatio, † Calder. conſil. 5. titu. de præbend. Pariſ. conſilio 110. colum. fin. volum. 1. Zabarell. in conſil. 120. num. 3. Dec. conſil. 352. numer. 7. Gozad. conſilio 1. num. 7. Tiraquell. de retractu conſang. §. 1. glo. 9. num. 163. Decian. in conſil. 45. num. 12. volum. 2. And. Gail. Imper. obſer. 77. num. 5. in 2. par. Riminald. conſil. 1. num. 26. Purpur. conſil. 372. num. 4. Berret. in conſ. 125. num. 3. & conſil. 144. num. 7. Paſet. in conſ. 3. num. 2. Gabriel. conſ. 60. num. 6. volum. 1. vbi propriè loquitur in liberatione, & in conſ. 90.

num.

Digitized by Google

num.19. dicit, quod huiuſmodi renunciationes ſtri-
ctimè interpretantur tam reſpectu rerum, & iurium,
quam perſonarum, ſed non poteſt ſtrictior fieri inter
pretatio, quam ſi dicamus mentionem factam de re-
ſtauro reſtringi ad illud quod ordinatum, & factum
iam fuerat, non autem ad illud extendi, quod neque
ordinatum fuerat.

Septimo, quando alia ſumi poteſt coniectura, tunc
21 fit ſemper interpretatio, quod pars renunciare † non
voluerit. Butr. in capit. arredentibus, in verſic. & per
prædicta, de priui. vbi dicit, quod canonici facien-
do actum mandante Pontifice, intelliguntur potius
voluiſſe parere Pontifici, quam renunciare ſtatuto ſi-
bi conceſſo. Alexand. in conſil. 33. colum. 4. volum. 5.
Dec. in conſ. 452. num. 24. & ſequen. & dicit Imola, in
conſi. 49. quod ſi verba poſſunt habere alium ſenſum
congruum, non debent intelligi, quod contineat re-
nunciationem. Crauet. in conſil. 290. colum. 2. verſic.
quinto licet. Rim. conſ. 614. num. 68. Decian. in conſ.
43. num. 31. Menoch. in conſil. 1. nume. 216. Becius in
conſil. 106. num. 46. hinc verò poſſumus excludendo
renunciationem interpretari illam clauſulam libe-
rationis, & renunciationis, vt intelligatur de reſtau-
ro iam facto, vt ſcilicet illi non alij videatur Domi-
nus Iacobus renunciare voluiſſe, & verba renuncia-
tionis hoc modo non læduntur, imo optimè conue-
niunt, & verificantur, ipſique renuncianti nullum in-
fertur præiudicium: ergo hæc interpretatio ſumi de-
bet non alia per quam inducitur donatio, cum maxi-
mo detrimento Domini Iacobi.

Octauo, renunciatio nunquam intelligitur facta
22 nisi quatenus ex ipſo actu neceſſario inferatur, † vt
voluit Anch. in conſ. 106. dubitatur, vbi interpretan-
do actum à patre factum, dicit, quod per illum non
videtur pater renunciaſſe vſufructui, quia id nō infer
tur de neceſſitate ex illo actu. ſequitur Crau. in conſ.
257. nu. 4. ver, octauo ſi dicemus. Menoch. in cōſ. 389.
nu. 13. comprobat Dec. in conſ. 113. nu. 18. verſic. item
facit, volum. 3. vbi ait quod renunciatio non extendi-
tur niſi ad ea quę per neceſſariam conſequentiam ex-
preſsè inferuntur; at ex eo quod ſit renunciatū reſtau
ro, non infertur per neceſſe, quod voluerit renuncia-
re reſtauro non petito, cum renunciatio verificari
poſſit in petito, & conceſſo: ergo ad illud non con-
ceſſum trahi non debet, iuribus ſupra allegatis.

Nono, non eſt veriſimile, quod D. Iacobus graua-
tus numero filiorum, & qui in hoc negocio maximū
paſſus eſt detrimentum ob multa infortunia, quæ
contigerunt durante conductione, voluerit remitte-
re, & donare Principi maximo, & ditiſſimo reſtau-
rum ſibi debitum, cum adhuc debitam non ſoluiſſet
penſionem, ſed eſſet pro ea debitor Cameræ: & quod
23 veriſimile non eſt, habet falſitatis imaginem, † Abb.
in cap. quia veriſimile, vbi Felin. in fine, de præſumpt.
cum multis apud Tiraquel. in præfatio. l. ſi vnquam,
num. 37. C. de reuocand. donat. & verba pacti ambi-
24 gua interpretanda ſunt ex veroſimili. † Parif. conſ.
20. num. 8. volum. 1. Bero. conſ. 161. num. 25. volum. 1.
& in omni materia ſequendum eſt id quod eſt vero-
ſimile. Neuia. in conſ. 66. num. 55. & qui habet veroſi-
25 militudinē pro ſe, dicitur habere caſum legis. † Cra-
uet. in conſ. 297. num. 6. & multa ſimilia ponit Becius
conſ. 101. num. 46. & ſeqq. & in depræhendenda veri-
tate, debet iudex plurimum conſiderare veroſimili-
tudinem. Aret. in conſil. 9. col. 2. Crauett. in conſil. 61.
nu. 9. Becius in conſ. 113. num. 12. & in ſpecie renun-
ciatio, quæ non eſt veroſimilis, præſumenda non eſt,
26 † vt per Dec. in conſ. 495. nu. 19. & 20. Parif. in conſil.
49. nume. 40. & ſeqq. volum. 3. Crauett. in conſil. 590.
col. 2. verſ. tertio renunciatio, vbi infert ad renuncia-
tionem priuilegij. Menoch. in conſil. 1. num. 224. De-
cian. in conſ. 45. num. 6. volum. 2. vbi ait, quod maior
expreſſio, & clarior, probatio requiritur. Rimin. con-
ſil. 614. num. 64.

Decimo accedit, quod nulla ſuberat cauſa renun-
ciandi: nam agebatur tunc ſolum de calculanda ra-
tione eius quod per Dominum Iacobum fuerat ſolu-
tum in cauſam conductionis, propterea non eſt præ-
27 ſumendum, quod renunciare voluerit. † ita arguit in
ſimili Dec. in d. conſil. 45. nu. 7. volum. 2. & cum quiſ-
quis agit, propter finem agat, nullaque ratio colligi
poſſit, nulluſque finis conſiderari propter quem Do-
minus Iacobus voluerit reſtauro renunciare, non de-
bemus renunciationem prædictam extendere ad re-
ſtaurum ſibi non factum, ſed ad factum.

Vndecimo confirmatur, quoniam ſi non ſuberat
cauſa, vt ſupra proximè dictum eſt, renunciatio eſt
nulla, quia ibi nō cadit obligatio, vbi non adeſt obli-
28 gationis cauſa, † cap. ſi cautio, vbi Doctores omnes,
de fide inſtrum. l. 2. §. circa, ff. de doli mal. excep. l. ge-
neraliter, C. de non num. pecu. vbi gloſſ. quam dicit
ſingularem Imola in l. à Titio, ff. de verbor. obligatio.
& dicit Salic. in d. l. generaliter, quod eſt communis
opinio, imo præſumitur facta promiſſio, vel obligatio
29 per errorem, quando cauſa non ſubeſt. † Iaco. But. in
d. l. generaliter. Alexand. in conſ. 13. nu. 2. & 3. vol. 1.
vbi dicit, procedere, quamuis facta ſit per ſtipulatio-
nem. ſequitur Abb. & Fel. in d. c. ſi cautio. Parif. conſ.
96. nu. 8. vol. 3. Marſil. in Rubr. C. de probat. num. 90.
latè Cæphal. in conſ. 520. nu. 57. & ſeq. in conſ. 308.
num. 32. & ſeqq. conſ. 501. nu. 24. in conſ. 642. nu. 111.
& in conſ. 751. nu. 18. in quibus locis Cęphal. conclu-
dit renunciationem ſine cauſa factam, eſſe nullam, &
non obligare renunciantem. & idem videtur voluiſſe
Decian. in conſ. 45. nu. 7. in 2. volum.

Duodecimo, dicta renunciatio erit nulla, ex alia
cauſa, quando omnia prędicta ceſſarent: quia cum ſit
vera donatio, vt probatum eſt ſupra, in quinto funda
mento, facta fuit ſolum cum duobus teſtibus, & ta-
men ex forma Caſalenſis ſtatuti donatio non valet
niſi quinque adhibeantur teſtes, & ſtatutum prædi-
ctum eſt validum: nam videmus quinque teſtes ali-
quando requiri à iure ad validitatem contractus, l.
teſtium, C. de teſtibus. & in ſpecie, validitatem Caſa
30 lenſis ſtatuti probat † Natta, in conſ. 611. nu. 4. & ſo-
lēnitas eius ſtatuti ſeruari debuit in prædicto inſtru-
mēto: quia in ea ciuitate factum eſt, & locus celebra-
ti contractus attenditur, quando agimus de ſolenni-
31 tate actus. † Cin. in l. 2. qō. 2. C. quæ ſit longa conſuet.
Din. & Bar. in l. contraxiſſe, ff. de actio. & oblig. Caſtr.
in l. exigere dotem, circa princ. ff. de ind. Brun. de ſta-
tut. excluſ. femin. art. 10. nu. 56. Crot. in conſ. 5. nu. 34.
Soc. iun. conſ. 95. nu. 4. vol. 2. Roland. conſ. 91. num. 27.
vol. 3. Cæphal. in conſ. 170. nu. 11. Marſ. in l. fin. nu. 53.
ff. de iuriſd. omn. iudic. Ripa in conſ. 136. nu. 1. Silu. in
conſ. 40. nu. 35. Crau. in conſ. 171. nu. 4. Lamberteng.
de contract. cor. gloſſ. 2. num. 17.

Tertiodecimo, ſi velimus renunciationem ſuſti-
nere, tenemur tamē eam intelligere, vt minus quam
fieri poteſt lædat ius ipſius renunciātis, & interpre-
tari in eam partem quæ renuncianti minus præiudi-
32 cat. † Calderin. d. conſil. 5. in fin. titul. de præbend.
Dec. in l. poſtquam liti, num. 16. C. de pact. Grat. con-
ſil. 17. num. 46. volum. 1. Crauet. in conſ. 190. colum. 2.
verſic. tertio, renunciatio. Curt. iun. in conſil. 23. nu. 1.
vbi poſt gloſſ. Bartol. & alios in l. ſi domus, ff. de ſer-
uit. vrba. prædior. dicit, quod renunciatio quam pri-
mum eſt aliquid operata, reſtringi debet vt minus
præ-

præiudicet tennncianti, quam ſit poſſibile. Craue. io
conſ.407.nu.34. Cęphal. in conſ.371.num.60. Alba.
Card. in conſ.37. num.8. Burſ. in conſ.347.nu.9. vbi
quod ſi quid operata eſt reonnciatin, ſtatim reſtrin-
gitur, ne plus opereiur ad præiudicium renunciatis.
Rimin. in conſ.72.nu.113. & in conſ.484.nu.34. Me-
noch. in conſ.282.nu.9. Becius in conſ.111.nu.31. in
facto autem illa remiſſio reſtauri poteſt ſatis opera-
ri, ſi cootinet liberationem ab eo de quo facta fuerat
mentio, & quod ſibi factum fuerat, extendi ergo nna
debet ad aliud nondum petitum, quia hoc modo cō
tra prædictas deciſiones maximum afferret præindi
cium Dom. Iacobo renuncianti.

Quartodecimo, verba contractus interpretantur
33 contra eum qui ſe in illis fundat, † l. veteribus, ff. de
pactis, l. Labeo, ff. de contrah. emptio. & contra ſtipu
latorem qui potuit legem apertius dicere, vt l. ſtipu
latio iſta, ff. de pact. Alex. in conſ.113. oum.5. vol.2.
Pariſ. conſ.110.nu.55.vol.1. & contra eum cuius cau
ſa, & ad cuius commodum conceptum fuit pactum,
glo. in d. l. veteribus, vbi Alber. in 1. col. dicit, non at-
tendi quis pacti verba proferat, ſed ad cuius cedant
fauorem. Becius latè conſil.101.nu.91. & in terminis,
ꝙ renunciatio intelligatur in dubio contra eum cui
34 fit, & pro eo qui renunciauit, † voluit Gabriel. in cō
ſil.60.nu.6.vol.1. & poſt Card. & Dec. quos allegat
idē, diait Decian. in conſi.52.nu.23. in 1. vol. Natta,
in conſ.546.ou.15. Craue. in conſ.407.nu.34. Rim. in
conſ.484.nu.35. Cæphal. in conſ.605. num.5. vbi ait,
quod interpretatio fieri debet in fauorem renunciā
tis, quare cum ea renunciatio facta fuerit ad com-
modum Cameræ, debet contra eam interpretari,
quæ renunciationem eſt ſtipulata, & conſequenter
debet intelligi de reſtauro facto, non autem quod vo
luerit alij renunciare, quod prætendebat.

Quintodecimo, intentio Domini Iacobi fuit cal-
culare tantummodo ſoluta, & remiſſa, vel accepta-
ta, non autem liberare Cameram ab eo, quod ſibi
erat debitum, vel illi ius ſuum remittere, ut conſtat
ex inſtrumenti ſerie, in quo nihil aliud omnino agi-
tur, quam ſolidare calculos, & reducere ad perpe-
tuam probationem ea de quibua eatabant nudæ cō-
feſſiones, apocæ, libri, & priuatæ ſcripturæ, & nihil
minus D. Iacobus cogitauit, quam donare, ergo ver-
ba dictæ renunciationis intelligi debent ſecuodum
35 intentionem D. Iacobi proferentis, † l. non omnis,
in princ. ff. ſi cer. pet. l. 3. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de
itin. actuq; priuat. Caſtr. in conſi.333. col. 1. vol. 1. vbi
dicit, quod intentio colligitur ex cauſa, & ratione di
ſponendi. Crauet. in conſ.3. num.12. & prædicti lo-
quuntur, quando verba ſunt admodum præciſa, &
volunt quod nihilominus ſecundum mentem, & in-
tentionem proferentis reſtringantur, & in renuncia
oe, quod intelligatur ſecundum mentem renuncian-
tis, ponit Aret. in conſ.56. poſt abſolutum, col. 2. ver.
hanc concluſionem ſequitur Crauet. in d. conſi.190.
col.2. verſ. tertio renunciatio, & in conſ.407.num.33.
Menoch. in conſ.1. nu.223. & non arbitror poſſe in
dubium reuocari, quin talis fuerit meos D. Iacobi,
ex quo de ſola calculatione agebatur, & partium in-
tētio principaliter ſpectanda eſt etiam in contracti-
36 bus, † l. in conuentionibus, ff. de ver. ſignif. l. ſi in ven
ditione, vbi gloſ. ff. com. præd. l. tale pactum, §. fi. ff. de
pact. Tiraq. in l. ſi vnquam, in ver. libertis, nu.47. C.
de reuoc. donat. & latius omnibus hanc probat coo-
clu. Gabr. coofil.90.nu.15. in 1.

Sextodecimo, licet Dom. Nicolaus, qui nomine
Dom. Iacobi renunciauit, haberet mandatum gene-
rale à patre, tamen illud non eſt ſufficiens ad donan
37 dum; requiritur enim ſpeciale † mandatum, c. fi. de
offic. vic. in 6. l. contra iuris, §. ſi filius, ff. de pact. l. fi-
lius familias, §. 1. ff. de donat. & non ſufficiunt manda
ti verba generalia, ſed ſpecialiſſimum requiritur mā
datum. Aret. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. 11. ver-
ſic. tu ergo pondera, ff. de verb. obli. Bero. conſi.5. nu.
73. vol.1. & in conſ.174. nu.13. eod. vol. vbi dicit, quod
non ſufficit generale cum libera, & infert ad tuto-
rem, qui etſi habeat generalem adminiſtrationem,
tamen donare non poteſt, & quod ſpeciale requira-
tur mandatum, voluit glo. in l. procurator, ff. de pro-
cur. Bal. in l. 2. §. mutui, in fi. ff. ſi cer. petat. Bero. conſi.
130.nu.44. & 48. vol.2. vbi tamen dicit, ſat eſſe quod
mandatum conceptum ſit ad donandum cuicūque
perſonæ, licet illam in indiuiduo non explicet. Nat-
ta, in conſ.10. num.4. conſ.25. oum.4. vbi loquitur in
procuratore habente generalem poteſtatem cum li
bera, & ampliat etiamſi mandatum dicat, quod poſ-
ſit ea omnia expedire, quæ poſſet dominus, & in con
ſil.115.nu.8. Rolan. in conſ.18. num.56. vol.2. Caroc.
qui plures alios citat in cap. cum quid, in 1. par. in 2.
ampliat. nu.10. de reg. iur. in ſexto. & ſicuti ſine man
dato ſpeciali non poteſt donare, ita non poteſt ius
38 clarum remittere & renunciare. † Alex. qui multis
probat in conſi.22. num.8. & ſeq. volum.1. vbi fortius
dicit, hoc procedere, etiam quando ius renunciatū
non eſt liquidum: quia ſi gratis fiat renunciatio, di-
citur donatio. Soc. in conſ.18. num.40. vbi ait, manda
tum generale ad renunciandum non ſufficere, ſed re
quiri ſpeciale. Soc. iun. in cōſ.59.nu.8. & in conſ.129.
num.51. vol.1. Ber. conſ.116. nu.11. vol.1. Ripa, in l. ſi
vnquam, nu.20. C. de reuoc. donat. Bero. famil. q.33.
Caroc. d. cap. cum quid, in 2. limit. num.10. Cum ita-
que non haberet mandatū ad donandum, nec facul-
tatem donandi, qū renunciauit reſtauro, non poteſt
intelligi, quod illi reſtauro voluerit renūciare, quod
remittere nullo modo poterat niſi renunciādo: quia
diſpoſitio ſimpliciter facta nō porrigitur ad caſum
39 in quo non habet poteſtatem. † Bart. in l. ſi quis ſub
conditio. in fi. ff. de condit. inſtit. Bald. in l. fi. §. in com
putatione, C. de iure deliber. Luc. de Pen. in l. fin. C.
de exacto. tribu. lib.10. Dec. conſi.81. colum.1. Crauet.
in conſil.106.nu.6. vbi multos addit. Rimin. in conſi.
50. num.78. & in conſi.161. & ſeq. & dicit Crauet. in
conſ.200. num.6. quod generalis diſpoſitio non ex-
tenditur ad ea quæ in ſpecie prohibētur, & ratio eſt:
quia præſumendum nō eſt, quod filius voluerit fines
ſui mandati excedere, & ea facere quæ ſibi nō licent.
& actus qui ſecutus eſt, intelligi debet ſecundum for
mam præcedentis mandati, in cuius executionem fa
40 ctus fuit, † l. ſi pecuniā, §. 1. ff. de condit. ob cauſ. exor
oat Crauet. in conſ.135.nu.13. alias præſumeremus
in filio delictum, & tranſgreſſionem mandati, cōtra
l. diligenter, ff. manda. & aduertatur: quia ego non
impugno hanc renūciationem, eo quia D. Nicolaus
non potuerit eam facere, ſed quia non voluerit fa-
cere: nam ſi eam explicitè feciſſet de reſtauro non-
dum petito, pater non illam fortè impugnaret: ſed
quia ſufficiebat poteſtas in renunciante, præſumen-
dum eſt, quod etiam deficiat voluntas: quia nemo
41 creditur velle, quod non poteſt, † gl. in l. peto, io prin
cip. vbi Bald. in fi. prin. ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ex facto, in
4. not. ff. de vulg. Bald. loquens in Principe, in conſil.
121. colum.2. volum.1. Crauet. in conſil.76. num.4. la
tius in conſi.807. num.6. vbi alios allegat. Simon. de
coniect. vltim. volun. lib.2. interpr.3. dubit.2. ſolu.5.
oume.15. fol.159. & nemo præſumitur velle facere
42 in genere, id quod in ſpecie prohibetur, † l. Lucius,
§. pen. ff. ad municip. l. quamqoam, ff. de ritu nupt. l.

qui

Digitized by Google

quī ad certum, ff.locat. Crauett. qui id confirmat, in
conſil.773.num.9. & in conſil.793.num.18. Menoch.
in tract.præſumpt.lib.4.præſumpt.142.num.7. ſicuti
igitur volens Dominus Nicolaus non potuiſſet ad
patris præiudicium renunciare, ita non creditur vo-
luiſſe, quod non poterat.

Et quemadmodum (et itque hoc argumentum de-
cimum ſeptimum) Dominus Nicolaus habens gene
rale mandatum non poterat donare, & ius liquidum
remittere, ita id facere non poterant Domini magi-
ſtri intratarum, & quæſtores ad præiudicium Sere-
niſſimi Principis; quia etſi habeant liberam admini-
ſtrationem, & mandatum generale, tamen neque do-
nare neque remittere, aut renunciare poſſunt: vt in
43 tutore † dicitur, in l.1.poſt princ.ff.de tutel.& ration.
diſtrah. l.pactū curatoris, C.de pact.& in ſindico vni-
uerſitatis ponit Bart.in l.4.§.1.ff.de re iudic. latiſſimè
Alex.in conſ.22.num.10.& ſequen.volum.1.Barbar.
in conſ.7.col.2.volum.1. Rolan.conſ.18.num.56. vo-
lum.1.Caroc.d.c.cum quid, par.1.in 2.limitat.nu.10.
vbi infinitos allegat, & ideo ſi aliquid debuiſſet Ca-
meræ Dom. Iacobus, vtique ea remiſſio facta à Do-
minis quæſtoribus nō ſibi prodeſſet ob defectum po-
teſtatis. At ſic arguo ſtantibus prædictis remiſſio, &
renunciatio facta in eo inſtrumento eſt reciproca, &
viciſſitudinaria, vt ibi legitur, cū aūt non valeat reſpe
ctu Cameræ quatenus donationem, vel remiſſionē iu
ris liquidi continet, ſiue poteſtatem, ſiue voluntatem
dōorum quæſtorum attendamus, nō debet etiam va-
lere reſpectu Domini Iacobi: quia ſi ſibi ea ea nihil
acquiri poteſt, nō debet etiam ex ea ſibi aliquid de-
perire, vel adimi: quæ namque correſpectiua ſunt, nō
debent diuerſo iure cenſeri, l.etiam, §.ex cauſa, ff. de
minoribus. Crauet.in conſ.16.num.4. non enim con-
tractus debet claudicare, ſed eſt hoc ſpeciale fauore
44 minorum, vt latè probaui † in conſ.9. nu.10. & ſeqq.
& contrahentes nō debent iudicari ad imparia. Pur-
pur.conſil.557.nu.6.& non debet Dominus Iacobus
ſubiacere damno abſque ſpe vllius vtilitatis, cum
tamen contractus tunc dicatur iuſtus, & æquus, quan
do commodum, & incommodum eſt contrahentibus
commune, & de contractu celebrato cum Principe,
Dec.cap.1.num.3.de probat.& alijs. Crau.conſil.70.
nu.1. Cū igitur donatio ab vna parte non poſſet ſuſti-
neri, nec colligi etiam ex voluntate contrahentis,
non debet etiam videri facta ab alia, etſi Princeps nō
eſſet approbaturus donationem ſi qua facta fuiſſet à
Dominis quæſtoribus, non debet poſſe ſe iuuare ex
donatione, quæ diceretur facta ſibi à Dom. Iacobo,
quia petere quis non debet cuius contrarium non eſ-
45 ſet poſtulaturus, † l. ſi & rē, & pretium, ff. de petit.hę-
red.l.penult.C.de ſolut.l.ſi ea lege, C.de vſur.l.raras,
C.de reſcind.vendit. Crauett.in conſ.548. num.7. &
in conſ.946.nu.12. diſpoſitio autem trahi nunquam
debet ad eū caſum in quo poſſet eſſe captio vnius
ex partibus, ſed interpretari ſemper ita debet, ne v-
46 na partium dici poſſit decepta, † l.cum Aquiliana, ff.
de tranſact. l.obligatione generali, ff.de pign. Alex.
in conſ.46.col.3.volum.1. Crauet. in conſ.70. nu.28.
Rim.in conſil.5.num.116.conſ.33.num.25. deciperetur
enim Do. Iacobus, quia ſua ſuſtineretur donatio,
ſed facta à Camera eſſet nulla.

Decimooctauo, quod partes ſenſerint de reſtau-
ro iam facto, & conceſſo, oſtenditur ex eo, quod ſupra
de eo facta fuerat mētio, dum fatentur Domini quæ-
ſtores, Dominum Iacobum integrè ſoluiſſe, & ſatiſ-
feciſſe Cameræ Ducali pro dictis aureis centum vi-
ginti tribus mille, incluſo reſtauro, & alijs: nam eo
loci reſtaurum non poteſt verificari niſi in eo, quod
factum fuerat, & de quo in relatione Do. Foreſti pu-
blici ratiocinatoris, qui tot refert aureos fuiſſe D. Ia
cobo in cauſam ſolutionis penſionis acceptilatos,
quot importabat reſtaurum iam tunc conceſſum; er-
go eum in ſequentibus fit mentio de reſtauro, intel-
ligere debemus de illo, non de alio: quoniam vna
47 pars ſcripturæ declarat aliam, † l.vtrum, ff.de petit.
hæred.l.1.ff.de reb.dub. l. qui filiabus, in princ.ff.de
leg.1.vbi Iaſ.num.2.l.quemadmodum, §.hæc verba,
vbi Bart.ff.ad leg.Falcid. Ang.in conſi.281.nu.5.Soc.
in conſil.9.num.8. volum.3. Ruin.in conſ.201. nu.5.
vol.1. & quando vnum capitulum ſcripturæ eſt cla-
rum, & alterum dubium, tunc à claro ſumit declara
48 tionem illud quod eſt dubium. † Soc. iun. in conſil.
73.num.7.verſ.vnde ſtat, vol.4. Cæphal.in conſ.178.
nu.16.& in conſil.365.nu.13.& Soc. iun. in conſi.78.
num.18.verſi. quarto probatur, vol.2. Rim.in conſi.
282.nu.11. & dixit Decian. in conſ.96. nu.57. vol.2.
quod vnum capitulum diſpoſitionis declaratur ſe-
cundum aliud, & verbum vno in loco ſcripturæ poſi
tum, intelligi eo debet modo quo fuit à partibus in
49 eadem ſcriptura intellectum. † Bart. in l.Centuriō,
nu.27.ff.de vulgar.vbi loquitur in verbis teſtatoris.
Alex.in conſ.197.num.3.vol.6.vbi id trahit ad verba
ſtatuti. Corn.in conſ.138.col.3.verſ.& ex conſuetudi
ne, vol.4. Soc.iun.in conſ.81.num.18.vol.3.& in con-
ſil.50. num.9. vol.4. Dec. in l. ſemper in ſtipulatio-
nibus, nu.7. ff.de reg. iur. qui dicit procedere etiam
in contractibus. Et licet Cagnol. ibi, num.7. dicat,
contractum vltro citroque obligatorium nō debere
intelligi ſecundum vnius partis conſuetudinem, ta-
men quando conſtat, quod vtraque pars eodem mo
do illud verbum accepit, tunc eius contradictio non
militat. ſicuti igitur ſupra loquēdo partes de reſtau
ro intellexerunt de iam petito, & facto, ita dum me-
minerunt infra de reſtauro, debet intelligi de eo ip-
ſo, & non de alio.

Decimonono, liberatio facta fuit reciprocè: quia
Camera liberauit Dominū Iacobum à ſolutione di
ctorum aureorum centum viginti trium mille, inclu
ſo reſtauro, & alijs, & Dominus Iacobus liberat Ca-
meram ab oī eo, quod petere poſſet pro reſtauro, &
alijs. in prima aūt liberatione incluſum non fuit re-
ſtaurum ann.1589.& 1590. quod non fuerat petitū,
ergo non etiam videri debet incluſum in ſecunda,
quia vna pars reciprocæ diſpoſitionis debet aliā de-
clarare; ſicuti dicimus, quod vna pars alternatiuæ
50 aliam declarat, † l.1.vbi Soc.nu.1.ff.de reb.dub.Soc.
in conſ.13.nu.9.vol.3.Burſ.in l.vinū, nu.36.ff.ſi cer.
petat. Rot.deciſ.213. nu.3.in 2. par. in nouiſſ. ſic di-
cimus, quod verba poſita in vna parte copulatiuæ
orationis reſtringuntur propter ea, quæ poſita ſunt
51 † in alia parte. Rom.in conſi.231.nu.2.Soc.d.l.1.nu-
me.1. & d.conſi.13.num.9.Crot.in conſi.45.num.3.
Phanuc.in tract.dotis, in ver.reſtituenda, nume.15.
fol.39. nam ideo D. Iacob. liberat Cameram à reſtau
ro, quia Camera ipſum liberauit à ſolutione penſio-
nis, incluſo tamen eo reſtauro, & propterea eatenus
intelligi debet facta Cameræ liberatio à Domino
Iacobo, quatenus Dominus Iacobus fuit à Camera
liberatus à ſolutione pēſionis incluſo reſtauro, quia
52 correſpectiuorum vno amoto, tollitur alterum, † l.
etiam, §.ex cauſa, ff.de minoribus, l.cum emptor, in
princ.ff.de reſcind.vend. l.clemens, §.1. ff.de hæred.
inſtit. Crauet. qui alia citat iura in conſ.817.num.3.
& ſicuti vno in totum corruente, alterum in totum
tollitur, ita quando vnum corruit in parte, debet
alterum quoque ceſſare in parte, l. quæ de tota, ff.
de rei vendicat. ideo eatenus extendi debet libera-
tio

Digitized by Google

tio à reſtauro, quatenus reſtauro incluſo liberatus
fuit Dominus Iacobus à ſolutione penſionis, ſed non
fuit liberatus niſi incluſo reſtauro tunc acto, ergo
&c. facit quod in ſimili ponit Eugen. conſ. 13. nu. 33.

Vigeſimo conſiderandum arbitror, quod in eo in-
ſtrumēto in quo legitur ea liberatio vel remiſſio, age-
batur non de tranſigendo, vel de aliquid remittendo,
aut cedendo, & ita non de contrahendo, ſed tantum
de calculando ſuper datis, & acceptis, ponendo ra-
tionem omnium hinc inde ſolutorum, vel reſtituto-
rum, & non de donando, ideo remiſſio reſtauri non
poteſt intelligi eo modo quo donationē contineret,
ea quo materia non conuenit ad quam partes ſe præ-
parauerant, cum tamen verba ſemper intelligenda
53 ſint ſecundum ſubiectam materiam, † l. ſi ſtipulatus,
in princip. ff. de vſur. l. inſulam, ff. de præſcrip. verb. l.
ſi olei, C. locati. & infinita ponit Neuizan. conſil. 92.
num. 16. vſque ad finem. Natta conſ. 416. nu. 3. Becius
latiſſimè conſil. 101. num. 40. & ſequent. Crauet. in re-
ſpon. pro genero, num. 318. Menoc. in tract. præſump.
lib. 3. præſumpt. 28. & reſtringantur verba ad rem ſu-
54 per qua exprimuntur, † §. quod autem, Inſti. de legit.
agnat. tutel. Crauet. in conſ. 16. nu. 5. Becius conſ. 41.
nu. 23. & in ſpecie quòd renunciatio non ita debeat
interpretari vt contineat liberalem proprij iuris re-
miſſionem, quando cōtractus natura ſuper quo ema-
nauit, non erat de donando, & quando non ageba-
tur de donando, ponit Caſtr. in conſ. 134. in finalibus
verbis dicens, tranſigendo pars non habuit animum
55 † donandi, & ad effectum reſtringendi generalem li-
berationem, ita illum ſequendo arguit Gab. in conſ.
60. nu. 8. in 1. vol. & nouiſſime Vueſembec. in conſ. 42.
nu. 63. licèt de prædictis non faciat mentionem.

Vigeſimoprimo pro Dom. Iacobo facit quia agi-
mus de contractu locationis qui ſui natura eſt bonæ
fidei, vt in §. actionum, Inſtitut. de action. vbi notant
omnes Doctores, & in contractibus bonæ fidei non
56 congruit diſputare de † apicibus, argumento, l. ſi fi-
deiuſſor, §. quædam, ff. mandati. ponit Bal. in tit. de pa
ce Conſtant. §. quis vero, in princ. Alciat. in conſ. 149.
in fine. & ſi bona fides præſtanda eſt in aliquo contra-
ctu, ea debetur exuberantior in contractu celebrato
cū Principe, cuius dignitas tanta eſt vt omnis contra
57 ctus cum eo factus dicatur bonę fidei, † vt egregiè in-
quit idem Bald. in loco præcitato, quem ſequitur Al-
ciat. in dicto conſil. 149. in fine. & ſingulare dicit Iaſ.
in l. ciuitas, numer. 8. ff. ſi cert. pet. Dec. in conſil. 4. nu-
mero 2. in fine, verſ. & hoc præſertim, vbi dicit idem
eſſe in Republica, quæ ſit loco Principis. Purpur. in
conſil. 17. num. 48. vbi quod procedit etiam in Prin-
cipe recognoſcente ſuperiorem, Iaſ. in §. actionum, in
princ. num. 2. Inſtitut. de action. Crauet. in conſil. 95.
num. 9. vbi propriè loquitur de renunciatione facta
ad fauorem Principis, & vult quod reſtringatur ob
qualitatem ipſius Principis. Becius in conſ. 45. num.
28. vbi agit de conductione facta ab ipſomet Sereniſ.
Domino Duce Mantuę, de quo nūc agimus. & ſecun-
dum illud conſilium memini fuiſſe iudicatum, & ſen
tentiam à Principe approbatam poſt facti relationē
ſibi tranſmiſſam. ſic etiam in locatione loquitur Al-
ciat. d. conſil. 149. & facit quod voluit Dec. in capit. 1.
nu. 3. de probat. vbi licet ſecundum communem opi-
nionem Princeps non obligatur ciuiliter, ſed tātum
naturaliter, tamen ea naturalis producit eoſdem ef-
fectus, quoad Principem obligandū, quos producit
58 ciuilis, † quoad alios, & dicit text. in §. illud, in Auth.
Cōſtituit quę, de dignit. quod actus Principis eſſe de
bet ab oī malitia & diminutione alienus, & verba in
cōtractu Principis accipi debent magis gratioſè, &
59 liberaliter, quam in alijs diſpoſitionibus, † l. fin. ff.
de conſtitut. Princip. Crauet. dicto conſ. 95. nume. 9.
vbi ſubdit, quod tali caſu non eſt ſtrictè procedendū.
& in conſilio 135. nume. 44. idem repetit poſt Bald. in
conſil. 24. volum. 2. & idem Bald. in conſilio 19. col. 3.
volum. 4. quem citans ibi Crau. dicit, quod Princeps
qui tenet ſupremam poteſtatem, ſeruare debet ſum-
60 mam honeſtatem & æquitatem pro regula, † & dicit
gloſſ. in cap. paratus, in glo. 3. 23. quæſt. 1. quod æqui-
tati conformare debemus verba poſita in diſpoſitio-
61 ne Principis, etiam ſi hoc non patiuntur, † Iaſ. in d. l.
fin. nu. 22. vbi num. 21. poſt glo. dicit, quod verba non
ſunt ſtrictè nec tenaciter interpretanda in actu Prin
cipis. & ideo quidquid ſit, vt inquit Crau. d. conſ. 95.
ſi res ageretur cum priuato, nos debemus ſecundum
æquitatem intelligere renunciationem reſtauri quæ
facta fuit ad fauorem Principis, & conſequenter ita,
ne Princeps indebitè locupletetur cum graui iactura ſub
diti ſui qui in eo ipſo negotio multa aureorum mil-
lia ſupra etiam temporis detrimentum de proprio
in ſolutionem penſionis erogauit.

Non obſtat itaque, quod inſtrumentum renuncia-
tionis clarum ſit: quia imo reſpondetur ex prædictis
probare in fauorem Domini Iacobi, ex quo non di-
ſtinguit inter reſtaurum cōceſſum & alterum poſtea
petitum, & licet dum dicit pro reſtauro & alijs per
dictos ſex annos, videatur amplecti reſtaurum quod
poſtea petitum fuit pro annis 1589. & 1590. tamen
ex rationibus ſupra allegatis intelligi debet libera-
tio ac ſi dictum eſſet pro reſtauro prædicto, & pro a-
lijs ſibi debitis per ſex annos elapſos, referendo ſin-
62 gula ſingulis, vti fieri debet, † l. quoties, C. fam. herci-
ſcun. gloſſ. in l. qui in futurum, ff. de pact. Ang. in l. fin.
C. de fideicom. Corn. conſ. 90. col. 4. volum. 3. Crauet.
conſ. 870. num. 8. conſ. 904. nu. 9. atque ita illa verba,
per dictos ſex annos, non erunt referenda ad reſtau-
rū, ſed ad alia, vt ſit ſenſus, quod liberat pro reſtauro
tunc conceſſo tantum, & pro alijs quæ per dictos ſex
annos potuiſſet petere. debet enim relatio ad proxi-
63 ma fieri, † glo. in l. 1. ff. de leg. præſtan. Abb. in conſil.
78. colum. 2. volum. 2. Bal. in l. 1. in fine, C. de leg. hær.
Ruin. conſil. 133. num. 10. volum. 3. Bero. conſilio 176.
num. 68. volum. 2. conſil. 177. num. 13. vol. 3. Et quam-
uis aliquando relatio fieri debeat ad omnia præce-
dentia, vt in l. 1. C. de lib. pręter. in l. fin. ff. de reb. dub.
tamen illud fallit, quando in omnibus non eſt eadē
64 ratio, ſed in aliquibus eſt diuerſa, † gloſſ. in cap. ſta-
tutum, in ver. locis, de reſcrip. in 6. Bald. in l. in actio-
nibus, in 3. not. ff. de in lit. iur. Aret. in l. talis ſcriptu-
ra, colum. 5. ff. de leg. 1. Dec. in conſil. 213. num. 6. &
ſeqq. Curt. iun. conſ. 7. num. 12. Ruin. conſilio 170. nu-
mero 11. volum. 2. Crauet. conſ. 70. numer. 10. Cæphal.
conſ. 23. nu. 102. Boer. deciſ. 146. nu. 2. ſed non eſt ea-
dem ratio referendi ad reſtaurum quæ in alijs, vt ſu-
pra probaui. Accedat quod ſequerentur multa abſur
da, ſi relatio fieret etiam ad reſtaurum, & inter alia
ſequeretur donatio, quæ non præſumitur, & non eſt
veriſimilis, quod ſubditus donet Domino, & quod ſu
ſtineatur renūciatio iuris liquidi ſine cauſa, vt quod
renunciatio non reſtringatur ſed extendatur, & alia
de quibus egi ſupra, vt autem abſurdū euitetur, ceſſat
65 relatio quæ regulariter † ſolet fieri ad omnia. Bart. &
alij, in d. l. talis ſcriptura, Bal. conſ. 347. vol. 4. Crauet.
d. conſil. 70. num. 11. Sic etiam non fit relatio contra
66 diſponentium intentionem. † Oldr. conſ. 152. col. 2.
Abb. conſ. 75. in fine. vol. 2. Alex. conſil. 48. vol. 1. Me-
noch. conſ. 115. nu. 14. Crauet. d. conſ. 70. num. 9. Purp.
conſ. 599. num. 5. Riminal. in conſ. 606. num. 24. pro-
batum autem ſupra eſt à nobis, quod non fuit inten-
tionis

tionia Domini Iacobi renunciare reſtauro dictorum
duorum annorum, ergo ad illud relatio fieri non
debet.

Nec mouet generalitaa renunciationis, quę ſolet
omnes caſus includere. Reſpondeo enim, quod re-
nunciatio non eſt generalis, ſed indefinita, quateous
loqnitur de reſtauro; eſſet autẽ generalis, ſi diceret
pro omni, vel quocunque reſtauro, ſed cum ſimpli-
citer dicat pro reſtauro, oratio eſt indefinita, & licet
regulariter indefinita æquipolleat vniuerſali, l. ſi plu
ribus, vbi Bart. in princ. ff. de leg. 2. glo. in c. vt circa,
in princ. de elect. in 6. Alex. in conſil. 171. num. 4. vo-
lum. 2. & latè ponit Tiraquel. de retractu conſang.
§. 1. glo. 13. num. 1. tamen fallit, quando non eſt eadẽ
ratio includendi omnia; quia tunc habetur pro par-
67 ticulari, non pro vniuerſali. † Alex. in conſil. 55. nu.
16. vol. 4. Corn. in conſ. 138. col. 2. vol. 3. Dec. in conſi.
388. nu. 3. Ripa in Rubr. ff. ſolut. matr. nu. 37. Crauet.
in conſ. 33. nu. 15. Oſaſc. deciſ. Pedem. 127. nu. 5. Pur
pur. conſi. 570. num. 4. Gabr. conſ. 84. num. 41. in 2. vo
lum. Menoch. in conſ. 97. num. 35. differentia autem
rationis inter iam factum reſtaurum, & illud quod
fuit poſtea petitum, fuit ſupra allegata: nam petitũ
debebatur, & ideo pro eo remiſſio erat neceſſaria, &
non continebat donationem; quia ſi Domino Iaco-
bo factum fuerat reſtaurum, Camera debebat pro
eo liberari, non pro alio, quod non erat factum. Li-
mitatur etiam vt non procedat in materia probatio
nis; quia in ea indefinita minimè ęquipollet vniuer
68 ſali. † Innoc. in cap. auditis, de præſcript. Alex. in con
ſil. 110. col. 2. vol. 1. Iaſ. in l. 2. nu. 20. ff. de lib. & poſthu.
Curt. iun. in conſi. 17. Ripa in conſi. 52. nu. 5. Crauet.
in conſ. 33. num. 16. Gram. voto 26. nume. 1. Alciat.
conſi. 357. num. 4. Ruin. conſ. 69. nu. 17. vol. 2. Natta,
conſ. 412. nu. 27. Maſcard. in tractatu probatio. con-
cluſ. 1200. num. 12. & ſeqq. id quoque procedit quo-
que in probatione, quæ fit per inſtrumentum: quia
indefinita pronunciatio inſtrumenti, non idem ope-
69 ratur, quod vniuerſalis, † vt probat Oldr. in conſi.
100. vbi ait, quod ſi in inſtrumento dictum eſt mona
chos elegiſſe ſindicum, non per hoc probatur, quod
omnes monachi elegerint, potuit enim ſacta fuiſſe
electio duobus, vel tribus, & tamen probatio debet
de neceſſitate concludere. ſequuntur Anchar. & Imo
la, in c. quanto, de his quæ fiunt à prælat. cum conſen
ſu Capituli. Alex. in conſ. 7. vol. 1. Abb. in c. 2. nu. 6. de
coniug. leproſor. Rip. in cap. cum M, Ferrarienſis, nu
me. 11. verſi. ſecundo obſtat, de conſtitutio. Purpur. cõ
ſil. 455. num. 41. & in conſ. 488. num. 7. And. ab Exea,
in c. cum omnes, nu. 2. de conſtit. Natta in conſi. 164.
num. 25. Maſcar. d. conclu. 1200. num. 12. & ſeq. Me-
noch. conſil. 73. nu. 2. & 16. inſtrumentum igitur men
tionem faciens de reſtauro, non importabit omne re
ſtaurum, & conſequenter non erit vniuerſaliter in-
telligendum. Limitatur, & tertio in materia ſtricta,
& odioſa: quia in ea indefinita non eſt paris poten-
70 tiæ cum vniuerſali. † l. 2. ff. de lib. & poſthu. vbi Alex.
notat. nu. 5. Soc. num. 11. & Iaſ. nu. 18. Purpur. in con-
ſil. 33. nu. 17. Menoch. in conſi. 97. nu. 155. nos autem
agimus de renunciatione, quam odioſam, & ſtrictiſſi
mè interpretandam probauimus in ſuperioribus.
Præterea, quod indefinita æquipolleat vniuerſali
prouenit non à proprietate verborum, ſed ex beni-
71 gnitate, & æquitate. † l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrban.
prædior. vbi Bar. qui eam fecit cum præcedenti lege.
Barto. in l. omnes populi, num. 57. ff. de iuſt. & iure.
vbi autem ceſſat æquitas, tunc indefinita non obti-
72 net vim vniuerſalis. † Bart. d. l. omnes populi, num.
57. Corn. conſil. 127. colum. 3. verſic. facit quia indefi-
nita. vol. 2. Crauet. in conſi. 942. nu. 9. & ſeq. quod au
rem ſuadeat æquitas non includi ſub indefinita om
ne reſtaurum patet ex his quæ latè deduxi ſupra.

Secundo ſi concedamus renunciationem eſſe ge-
neralem, adhuc tamen non obſtabit: quia generalis
renunciatio non trahitur ad ea quæ non ſunt veriſi-
73 militer incluſa, † vt voluit Calder. d. conſi. 5. & ſequũ
tur multi quos citaui ſupra in nono huius partis ſun
damento, & generalitas verborum non includit ea,
quæ veriſimiliter partes nõ cogitarunt, vt inquit Ri
min. in d. l. ſi de certa, C. de tranſact. vbi ita limitat
deciſionem Guliel. Cun. Bar. & aliorum in contrariũ
allegatam. ſtante ergo inueroſimilitudine latè iam
probata, corruit argumentum contrarium, & Rimi.
ſequitur Marcobrun. in conſil. 17. nu. 15.

Tertio reſpondeo, quod contrarium procedit,
quando generalitas reſtringi non poteſt ſalua ratio
ne recti ſermonis, vt quando dictum eſt, quod libe-
rat ab omni, & toto eo quod petere occaſione ſocie-
tatis, vel ex quacunque alia cauſa, ſed vbi ratio recti
ſermonis pati poteſt reſtrictionẽ, tunc ea eſt permiſ-
ſa, & non extenditur vltra id quod ſupra fuit expreſ
74 ſum, & hæc eſt cõmunis reſolutio, † quàm omnes am
plectuntur in d. l. ſi de certa, & probant illi omnes
quos ſupra congeſſi in primo fundamento huius par
tis, atque ita loquuntur illi omnes, qui fuerunt in cõ
trarium citati, & nouiſſimè ita declarat Eugen. in
conſil. 13. nu. 56. verſi. ſecundo dato qui fortius, nu. 21.
& ſeq. dicunt ex mente Iac. de Are. Aeg. & Curt. ſen.
etiã quando recti ſermonis ratio non ſaluatur, quod
liberatio generalis reſtringitur ad caſum, rẽ, & per-
ſonam ſpecificatam, & non extenditur ad alia. Idip-
ſum probat Honded. in contrarium allegatus, in cõ-
ſi. 49. num. 24. vbi latè agit Marcobrun. in conſil. 17.
nu. 13. & ſeq. vbi dicit hanc eſſe communem conclu-
ſionẽ, quod generalis diſpoſitio reſtringitur ad ſpe-
cificata, ſi id fieri poteſt ſalua ratione recti ſermo-
nis. Natta conſ. 546. nu. 15. & 16. ſed in facto reſtrin
gi poteſt renũciatio ſine verborum læſione, ſi intelli-
gamus de reſtauro iam facto: non enim per hanc
intelligentiam corrumpitur verbi illius ſignificatio,
nec deſtruitur expreſſio ſex annorum, cum ea refera-
tur ſolum ad alia, & non ad reſtaurũ, quemadmodũ
planius dictum eſt in primi argumenti reſolutione.

Reſpondetur etiam alijs pluribus modis per me
ſupra conſideratis in fundamentis poſitis pro Do.
Iacobo, dum declaraui, qualiter intelligenda ſit ge-
neralis renũciatio, & multas affert reſolutiones Cra
uet. in cõſ. 407. nu. 29. vſq; ad fi. vbi duodecim modis
reſtringit renũciationem generalẽ, illæq; fere oẽs li-
mitationes optimè caſui noſtro aptari poſſunt, quin
que etiam modis declarat Berret. in conſ. 12. num. 2.
ſeq. & inter alia dicunt Doctores, reſtringi generali-
tatem, quando conſtat de tacita contrahentium mẽ
te, quæ patens hic eſt.

Quæ vero in tertio argumento continentur, non
procedunt ex vi verbi poſſent, ſed propter clauſu-
lam vniuerſalem ibi adiectam (& ex quacũque alia
cauſa, vel occaſione,) vt apud eos bene videri po-
teſt. nos vero agimus ſolum, an ex vi verbi reſtauri,
vel ex adiectione annorum intelligi poſſit liberatio
etiam de ſecundo, & per multas rationes, ni fallor,
demonſtratum fuit luculenter, non eſſe locum re-
nunciationi.

Sublatum eſt eodem modo quartum, quo diceba-
tur, generalem renunciationem idem operari quo-
ad ſub genere contenta, quod operatur ſpecialis,
quoad contenta ſub ſpecie: nam renunciatio reſtau
ri non fuit generalis, ſed particularis, quia non fuit
dictum

dictum omni, vel cuicunque reſtauro, ſed ſimpliciter reſtauro, & vbi etiam eſſet generalis, reſtringēda veniret ex rationibus ſæpius allegatis, per quas bene dignoſcitur, quod minus operatur generalis, quam ſpecifica concurrentibus coniecturis allegatis.

Et non eſt verum, quod quarto loco aſſeueratum fuit, reſtauri mentionem verificari in alio non poſſe quam in eo petito pro annis 1589. & 1590. quandoquidem optimè cōuenit reſtauro iam facto, illi enim tenebatur Dominus Iacobus renunciare, & ſuberat renunciandi cauſa, ex quo ſibi accepto fuerat latum ad computum, & in extinctionem penſionis debitæ, reſpectu vero alterius reſtanti non ſuberat cauſa renunciandi, nec fuerat acceptatum, atque ideo ſuſtinetur renunciatio.

Sextum quoque declinatur, quo dictum eſt, generalem expreſſionem in fine poſitam extendi vltra ſpecificata; nam, vt ſæpius admonui, id facto noſtro non conuenit; & miror tam frequenter id inculcari à Camera, & ſuper eo tātam vim fieri; reſpectu enim reſtanti nulla extat generalis renūciatio, ſed illa particularis facta de reſtauro, adeo vt non pręcedat ſpecialis de reſtauro, & poſtea ſequatur generalis, quo caſu poſſit dici generalem extēdi vltra ſupra expreſſa. Præterea, vbi etiam ſequeretur generalis, illa reſtringeretur ad ſupra ſpecificata, vt tollatur præſumptio donationis, & dilapidationis facta ſine cauſa, & vt euitetur captio, & iniuſtum lucrum ex parte Cameræ cum alterius iactura, & non deuietur à ſubiecta materia, per ſupradicta. Eiſdem modis diluitur ſeptimum: quia ſiue de lege agamus, ſiue de homine, nos non agimus de generali diſpoſitione reſtringenda, ex quo nulla extat generalis, ſed de intellectu particularis renunciationis.

Remouetur & octauum obiectum, quo affirmatur, renunciationem dici fauorabilem tanquam contineat liberationem; etenim contrarium probaui in ſuperioribus, pręcipuè in ſexto fundamento, vbi infinitis authoritatibus probaui, renunciationē eſſe ſtricti iuris odioſam, & ſtrictiſſimè intelligendam, idemque placuit Eugenio d. conſ. 23. nu. 39. & vbi alias larga fieri deberet interpretatio, illa ceſſaret in præſenti facto propter circunſtātias, ideſt ſubiectam materiam, veriſimilem partium mentem absurditatem, quæ reſultaret, & alia quæ fuerunt in præſenti negocio ſæpiſſimè conſiderata, vt in terminis contra Hōded. in d. conſ. 49. reſpondet Eugen. d. conſ. 13. nu. 35. vbi dicit, procedere, ſiue ſit renunciatum ab vna tantum parte, ſiue reciprocè ab vtraque.

Non omitto multorum fuiſſe ſententiam, quod huiuſmodi renūciationes non attendantur tāquam ſæpiſſimè in inſtrumentis apponātur à notarijs ignorantibus vim, & effectum clauſularum, vt in propo-
75 ſito de renunciatione loquendo conſiderat † Cardin. in conſil. 120. in fine, quem citat, & ſequitur Dec. in conſil. 495. numer. 1. Barbat. loquens de liberatione in conſil. 16. volum. 2. Ripa qui alios citat in renunciatione, & liberatione, in l. Centurio, nu. 81. de vulgar. Becius in conſ. 111. num. 32. vbi addit Capic. Albam, & Ioan. Ludou. Marcobrun. in conſil. 76. nume. 146. Gaill. Imperial. obſeruat. 76. nume. 6. in 2. lib. vbi poſt multos quos citat inquit, quod eiuſmodi renunciationes ſæpè fiunt cum paruæ cauſæ cognitione, & ex ſtylo quodam notariorum. Decian. ſimiliter in conſil. 52. numero 23. volum. 1. idem ponit loquendo de generalibus renūciationibus, & ſuſtinet hanc ſententiam Eugen. d. conſil. 13. num. 41. ſubdens, eas parui momenti cenſendas eſſe; quamuis non ignorem, multos ſuſtinere, quod clauſulæ omnes poſitæ in inſtrumentis, intelligantur ſcriptæ de voluntate partium, tamen cum in facto multa alia concurrant, non ſuperuacuum, aut inutile duxi, hoc cęteris iunctum fundamentum, vt ſi res eſſet dubia, faciliè poſſit iudices in aliam ſententiam impellere, quæ Dom. Iacobo fauorabilis, ſed potentiſſimo, iuſtiſſimo, & æquiſſimo Principi non minus decora, & congruens.

SVMMARIVM.

1 *Plura vbi obſtant, vno ſublato alia tamen adhuc impediūt.*
2 *Teſtandi conceſſio facta inhabili, intelligitur, dummodo ſeruet ſolennitates requiſitas à lure.*
3 *Lex ſemper loquitur, & in vſu eſſe præſumitur.*
4 *Inſtrumentorum multorum ex productione non probatur ſolennitates non eſſe in vſu, ſed probandum eſt, quod illis inſtrumentis carentibus ſolennitate fuerit data fides.*
5 *Scripturæ productæ, vbi inuicem diſcordant, tunc recurritur ad originale, illaque attenditur quæ concordat cum originali.*
6 *Inſtrumentum, quod in archiuio reperitur ſubſcriptum à Notario qui de eo fuit rogatus, dicitur originale.*
7 *Scripturæ contrariæ vbi ab eodem producuntur, tunc non poteſt recurri ad originale.*
8 *Scripturæ contrariæ, vbi ab eodem producuntur, neutri creditur, etiamſi vna ſit originalis.*
9 *Prothocollum ſiue originale inſtrumentum ad quod recurritur eſt illud quod remanet penes Notarium.*
10 *Inſtrumenta in forma authentica per eundem Notarium leuata, ſi inter ſe diſcordant recurritur ad originale.*
11 *Scripturæ duæ æquè originales, ſi ab eodem producantur, non vni magis, quàm alij ſtandum eſt, ſi vero à diuerſis ſint productæ, ſtatur continenti minorem ſummam.*
12 *Originale non præſumitur inſtrumentum licet authenticū quod Notarius tradit parti.*
13 *Inſtrumentum authenticatum per Notarium, impropriè, & largè dicitur originale.*
14 *Verba in dubio ſunt propriè intelligenda.*
15 *Authenticum dicitur originale reſpectu exempli, ſed non reſpectu prothocolli.*
16 *Verba ſunt intelligenda ſecundum ſubiectam materiam.*
17 *Exemplum repertum in archiuio, fidem facit, præſertim ſi ſit antiquum.*
18 *Temporis diuerſitas facit præſumi diuerſitatem actus.*
19 *Scripturæ duæ eiuſdem teſtamenti, ſi inuicem repugnent, neutra probat.*
20 *Contrariæ dicuntur ſcripturæ, quando vna eſt pura, altera ſub conditione.*
21 *Diſpoſitio noua fit, & antiqua corrumpitur, vbi aliquid additur, vel minuitur, vel mutatur.*
22 *Incompaſſibiles dicuntur ſcripturæ, quando contra eas laborat inueriſimilitudo.*
23 *Teſtamentum eſt, quid indiuiduum, nec poteſt valere pro parte, & recipit perfectionem ab vltimo puncto.*
24 *Teſtis, qui non deponit perfectè de tota voluntate, & omnibus diſpoſitis à teſtatore, non probat etiam ea de quibus deponit.*
25 *Teſtamentum imperfectum non dicitur teſtamentum.*
26 *Error inſtrumenti non probatur per aliud inſtrumentum eiuſdem Notarij, ſed inuicem ſe confundunt.*
27 *Confeſſio acceptata, reuocari non poteſt.*
28 *Confeſſio tacita reſultās ex productione inſtrumentì, impugnari non poteſt per producentem, etiam probato errore.*
29 *Teſtis defectuoſus, qui non facit fidem, non poteſt alterius teſtis fidem ſupplere.*
30 *Producens ſcripturam, vel inſtrumentum in partibus pro ſe facientibus, cenſetur nihilominus contenta in ſcriptura fateri, nec proteſtatio prædicta eum excuſat, ſecundum magis communem opinionem.*

CON-

CONSILIVM CCCCXXXII.

DICERAM ſuperiorib. menſibus, ſcri-
pturas productas ab Illuſt. D. Alex.
Paltrono, non probare teſtamentum
D. Antonij Paltroni ſenioris, quia e-
rant inuicem repugnantes, atq; ideo
Illuſt. Dom. Ioannem de Argillis cõ-
uentum, abſoluendum eſſe. verum dubitant præcla-
riſſimi Domini Auditores, ne id non ſit verum ex plu
ribus, quibus mihi ſigillatim reſpondendum eſt pro
defenſione concluſionis præcedentis. Primo igitur
opponunt, quod ex prouiſione Illuſtr. Card. Sfortiæ
legati fides adhibenda ſcripturis, etiam quæ nõ ſint
regiſtratæ intra ſex menſes, vti prius ex ſtatuto cau-
tum erat. ſed reſpondetur, quod vt ſcripturæ in archi
uio repertę fidem facerẽt, plura erant neceſſaria. pri-
mum, ea quæ deſcribuntur in ſtatutis Bononiæ quæ
dant formam ponendi inſtrumenta in archiuio. ſe-
cundo vero, debebant teſtamenta in ſpecie regiſtra-
ri intra ſex menſes ſic diſponente ſpeciali prouiſione
recitata per Dom. Doſium, nu. 21. & per Excell. D. in-
formantem in princ. Licet autem vltima hęc prouiſ-
ſio ſit ſublata à Dom. Card. Sfortia, & noua prouiſio-
ne caueatur, fidem adhiberi inſtrumentis teſtamen-
torum quamuis non ſint intra ſemeſtre regiſtrata,
tamen per hoc non ſunt ſublatæ aliæ ſolennitates
quæ à ſtatuto erant requiſitæ: vbi enim plura obſtãt,
1 vno ſublato aliæ impediunt, † l. ſi domus, ff. de ſeru.
vrb. præd. l. ſi non lex, ff. de hæred. inſt. l. ſi quando, C.
de inoff. teſtam. vbi conceſſio teſtandi facta inhabili,
intelligitur, dummodo ſeruet ſolennitates requiſi-
2 tas à iure. † Dec. conſ. 208. num. 8. Fel. c. cum veniens,
num. 1. de teſt. Affl. deciſ. 320. num. 12. Crot. conſ. 38.
num. 4. Bero. conſ. 22. num. 54. vol. 2. Natt. conſ. 74.
nu. 7. in quibus locis inferunt ad plures deciſiones.
Reſpõdetur ſecundo, quod etiam prouiſio dicti Car
dinalis diſponit, fidem non adhiberi inſtrumento
quòd non ſit regiſtratum, vt legitur inter prouiſion.
ſupra notat. rubr. 6.

Secundo dicitur, quod vbi etiam defectus extaret,
non eſſet attendendus, ea quo frequentiſſimè contin
git abſq; ſolennitatibus in archiuio reponi ſcriptu-
ras, argumento eius ꝙ ponit Caſt. in l. iuſto, in fine
princ. ff. de vſucap. ſed reſpondetur, ꝙ non apparet de
allegata frequentia, imò dicitur regulariter ſeruari
3 contrarium, & lex ſemper loquitur, & in vſu † præſu-
mitur, l. Arriani, C. de hæret. Bero. conſ. 173. nu. 6. vol.
2. Natta conſ. 56. nu. 4. Rolan. conſ. 99. num. 39. vol. 2.
Cæph. conſ. 96. num. 18. Becius conſ. 92. nu. 1. Caualc.
de tutor. nu. 41. & 42. Burſ. cõſ. 55. nu. 20. in fine. & di-
cit Abb. in conſ. 53. nu. 1. & conſ. 73. nu. 7. vol. 2. quod
ea productione multorum inſtrumentorum non pro
batur ſolennitates non eſſe in vſu, quia probandum
4 eſt etiam, quòd illis fuerit data fides. † ſequitur Nat
ta in conſ. 574. nu. 14. & conſ. 575. nu. 34. ſic in propo-
ſito, non ſufficeret oſtendere multa inſtrumenta poſi-
ta in archiuio ſine forma, quia per hoc inferri non
poſſet illam formam non eſſe in vſu, ſed probandum
quoque eſſet illis fuiſſe adhibitam fidem, non obſtan
te defectu; & doctrina Caſt. in l. iuſto, bene procedit,
quia ea quo per iudicem conceduntur capturæ non
facta fide quod ſuperuenerit ſuſpicio poſt debitum
contractum, inducta eſt conſuetudo, ſecus quando in
iudicio non contigit caſus, & iudicis factum non con
currit, vt in caſu noſtro, per ea quæ ponunt Abb. &
Natt. locis ſup. alleg.

Opponitur tertio, quod vbi ſcripturæ productæ
inuicem diſcordant, tunc recurritur ad originale, il-
5 laque concordat cum originali. † Bart. Bald. Caſtr. &
alij in l. Sempronius Proculo, ff. de leg. 2. & ego pro-
baui in conſ. 141. nu. 8. Et inſtrumentum quòd in ar-
chiuio reperitur, dicitur originale, quia eſt ſubſcri-
6 ptum à notario qui de eo fuit rogatus, † vt poſt Card.
ponũt Doctor. in Auth. Si quis in aliquo, C. de eden.
vbi Dec. nu. 15. Didac. pract. quæſt. cap. 19. in princ. &
nu. 3. ver. hanc ſententiam opinor. Sed & hoc plurib.
modis tollitur. Et primo, quia non poteſt ad origina
le recurri quando ſcripturę contrariæ producuntur
7 ab eodem, † vt voluit Gargiar. Bono. in ſuo patrocin.
25. per totum, & patrocin. 27. nu. 28. vbi vult, tunc ſo-
lum ſtandum eſſe originali, quando diuerſæ ſcriptu-
ræ à diuerſis producuntur.

Secundo reſpondeo, quod contrarium procede-
ret, quando differentia eſſet inter prothocollum, &
exemplũ authenticum ſumptum à notario, ſed vbi a-
gitur de duobus exemplis, tunc neutrum ſuſtinetur,
etiamſi recurri poſſet ad originale, ſecũdum Gram.
cõſ. ciuili 66. nu. 58. ego tamen neutri harum reſpon-
ſionũ cauſam hanc commendatam eſſe volo, quia v-
traq; impugnaui in cõſ. 141. ſed referre volui ſi fortè
alicui diſpliceret dicta per me in eo conſilio, & DD.
Iudicibus magis placeret prædictorum ſententia.

Tertio reſpondeo, quòd contrariũ procedit, quan
do ſcripturarum productarum neutra eſt originalis,
tunc enim ad originalem recurritur: ſed quando ex
eis altera eſt originalis, tũc illius quoq; fides deſtrui
tur, per productionem factam, nec ei magis creditur
quam alij, intelligendo tamen quando vtraq; produ
8 citur ab eodem, † eſt de hoc notabilis deciſio Bar. in
d. l. Sempronius Proculo, verſic. & ideò ſi produceren
tur, ff. de leg. 2. vbi poſtquam dixit ſtandum eſſe pro-
thocollo quando illud fuit productum ab vno, & in-
ſtrumentum authẽticum producitur ab alio, ſubdit,
quod ſi ab eodem proferantur ſcripturæ, tunc neutri
ſtatur, atque ita clarè vult, quod etiam prothocollo
non ſtetur, quando cum alia diuerſa ſcriptura pro-
ducitur ab eodem, & ratio eſt in promptu, quia cum
vtramq; producit, vtrique fidem imponit, & vtram-
que fatetur eſſe veram. Abb. in c. imputari, num. 4. in
fine, de fide inſtrum. & tunc nõ curatur, quòd vna ſit
dignior, vel potior altera, ſecundum gl. in dicto c. im
putari, vbi Ioan. Andr. de Butr. nu. 1. & 3. Anchar. nu.
2. Imola in princ. Abb. nu. 4. Fel. nu. 3. & 18. quòd etiã
voluere Nicol. Mattar. Iacob. de Aret. Cin. Bar. Ioan.
Fab. Bald. & Salic. quos citaui in prioribus ſcriptis
nu. 17. & producens auget fidem vnius ſcripturæ, &
minuit fidem alterius, & quoad ſe, non minus fate-
tur priuatam ſcripturam eſſe veram, quam protho-
collum quod produxit. in propoſito igitur ſi ſcriptu-
ra ſumpta de archiuio eſſet originalis, vtiq; ad eam
non eſſet recurrendum, cum ipſum quoque origina-
le fuerit productum, & conſequenter in controuer-
ſiam deductum, & ſicuti ſi de eodem negocio ab ea-
dem perſona producantur duæ ſcripturæ æquè origi
nales, tunc neutri ſtatur, vti vult Bart. in d. l. Sempro-
nius Proculo. ita neutri ſtandum eſt quando origina
lis ſcriptura producitur cum alia non originali, cum
vtroque caſu eadem ſit ratio.

Quarto reſpondeo, quod Doctores omnes dum di
cunt recurrendum eſſe ad ſcripturam originalem, lo
quuntur, & intelligunt non de authentico ſumpto
per eundem notarium, ſed de prothocollo, vel imbre
uiatura, vel matrice, & prima nota, quæ ſolet penes
notarium permanere, & ex qua notarius deſumit au
thenticum inſtrumentum partibus tradendum. Bar.
in l. ſi quis ex argẽtarijs, §. prętor ait, ff. de eden. & ſub
dit illud dici originale inſtrumẽtum, quòd remanet
penes

Digitized by Google

9 penes notarium. † Alexan.ibi nu.2.& Iaſ.num.4. qui
loquitur alternatiue de libro vel prothocollo. Bal.in
l.noſtra,num.4.C.de teſtam. Ang.in d.l.Sempronius,
vbi dicit,ad prothocollum ſeu imbreuiaturam recur
rendum eſſe. idem Imola ibi dicens imbreuiaturam
vel prothocollum dicit ſcripturam matricem. Ale-
xan.conſ.105.in prin.vol.1. & ita ceteri omnes quos
retuli in conſ.141.num.8.qui ſi in fonte videantur, ap-
parebit loqui eos non de authentico facto per eun-
dem notarium, & reddito parti, ſed de ea ſcriptura
quæ remanet apud notarium loco archetipi: in caſu
autem noſtro, certum eſt ſcripturam in archiuio re-
pertam, non eam eſſe quæ notario deſeruit pro ma-
trice, & hoc in facto ponitur pro indubitato, ergo
ad eam recurri non poteſt vbi inter plures ſcripturas
eſt diſcrepantia. quinimo, in tantum hoc verum eſt,
quod multi Doctores ad tollendum hanc dubitatio-
nem, ponunt caſum, quando inſtrumenta in forma
authentica fuerunt per eundem notariũ leuata, quia
etiam tunc ſi inter ſe diſcordant, recurritur ad origi-
10 nale.† ita Bar.in l.ſi quis ea argentarijs,§.prætor ait,
vbi etiam Alex. & Iaſ.idem Bar.in l.Sempronius, vbi
de inſtrumento publico,& prothocollo notarij. eodẽ
modo Ang.& Imol.in d.l.ſi duobus, vbi dicunt quod
etſi inſtrumenta publica ab eodem notario partibus
de eodem facto tradita, probent & ſint authentica,
tamen ſi diſcrepant inter ſe, recurritur ad matricem.
hoc etiam modo loquitur Alea.d.conſ.105.in princ.
& ferè omnes per me citati in loco præallegato. at ſi
inſtrumentum authenticum per eundem notarium
leuatum qui de illo fuerat rogatus, eſt æquè origina-
le, ſicut matrix vel prothocollum vel imbreuiatura,
ad quid Doctores prædicti diceret recurrendum eſſe
ad matricem,& prothocollum? cum certum ſit, quod
ſi duæ ſint ſcripturæ æquè originales, non eſt vni ma-
11 gis ſtãdum quam alij,† l.duo ſunt Titij,ff.de teſtam.
tuto.Alex.d.conſil.105.num.2.verſ. nec huic, intelli-
gendo quando ab eodem producuntur. quod etiam
voluit Bart.d.l.Sempronius.ſequitur Bald.ibi, licèt à
diuerſis producuntur, ſtetur continenti minorẽ ſum-
mam. & poſt Bart.& Imol.Alex.d.§. prætor ait,nu.2.
Præterea, inſtrumentum quod notarius reddit parti,
licet ſi authenticum,& publicum, tamen non dicitur
originale, ſed illud verè dicitur originale, quod nota
rius retinet penes ſe. ita pulchrè Bart. in d.§. prætor
ait, vbi dicit originale non præſumi inſtrumentum
traditum parti, ſed illud quod remanet penes nota-
12 rium. † ſequuntur ibi Aleaan. num.2. & Iaſ. num.5.
& Bald. magiſtraliter loquendo, dicit, in l.publica-
ni, circa finem, C.de teſtam.quod propriè loquendo,
matrix illa ſcriptura quam notarius penes ſe aſſer-
uat, dicitur originale. impropriè autem, & largè etiã
originale dicitur, inſtrumentum quod notarius ſu-
13 mit de proprijs prothocollis.† & idem Bald.in l.no-
ſtram,num.4. C.de teſtam. dicit, quod imbreuiatura
dicitur magis originalis quam ſcriptura quæ ex ea
fuit traducta in librum, ideo licet vtraque ſit origina
lis, tamen potius recurrendum eſt ad imbreuiaturã,
Hoc quoque ponit in dicta l.Sempronius Proculo. &
quod prothocollum dicatur ſcriptura magis origi-
nalis quam inſtrumentum authenticum ab eodẽ no-
tario ſumptum, voluit etiam Bart.in d.l.Sempronius
Proculo, atque ibi Imola, ſed planius Caſt.nu.1.in fi-
ne, vbi dicit, imbreuiatura eſt magis originalis quã
inſtrumentum authenticum. addit autem num.ſecũ-
do, vnum verbum in propoſito notabile, quod in
ſtrumentum relatum in exemplo, dicitur origina-
le reſpectu ipſius extracti, ſed non dicitur originale
reſpectu prothocolli. recolligendo igitur omnia de-
ducta in hac quarta reſpõſione, dico, quòd etſi inſtru
mentũ authenticatum per notarium qui de ea fuit
rogatus, dicatur originale, tamen hoc non eſt pro-
priè, ſed impropriè, & largè; ideo Doctores qui di-
cunt recurrendum eſſe ad originale, intelligi debent
nõ de illo improprio originali, ſed de proprio: quia
14 verba in dubio ſunt propriè intelligenda. † Becius
conſil.21.nu.12.& ſeq.

Item intelligi debent de ea ſcriptura, quæ eſt ma-
gis originalis, atque ita de imbreuiatura prothocol
lo, & matricem: quia verba ſumenda ſunt in potiori
ſignificatu.

Et demũ, cum ſimus in claris, quia dum Docto-
res tractant de recurſu ad originale, explicant de
quo originali ſentiunt, dicentes de prothocollo, im-
breuiatura, libro,& matrice, non opus eſt nunc quæ-
rere ſi authenticum dici poſſit originale: quia in cla
ris non eſt coniecturæ locus, l.continuus, ff.de verbo-
rum oblig. Et re vera doctrina Card. quam ſequun-
tur omnes in dicta Auth. Si quis in aliquo, eſt vera,
quia authenticum dicitur originale reſpectu exem-
15 pli, ſed non reſpectu prothocolli, † vt patet ex præ-
dictis. & hic eſt verus eorum ſenſus: nam tractant
ibi Doctores, quando exemplum probet, & dicunt il
lud probare quod ab eodem notario ſumitur: quia
dicitur originale non exemplũ; & ſubiecta materia
id oſtendit, & verba ſunt ſecundũ ſubiectam materiã
16 intelligenda, † latiſſimè Bec.conſ.101.num.40.

Quinto vbi etiam in propoſito authenticum à no
tario leuatum poſſet dici originale, & illud aliàs re-
curri poſſet, ſicut ad matricẽ,& imbreuiaturã, adhuc
in facto non eſſet locus motiuo: quia in archiuio re-
peritur non illud authenticum à notario leuatum,&
ſubſcriptum, ſed illius exemplum; ideo ad illud re-
curri non poteſt, nec veritas ſcripturarũ productorũ
deprehendi poteſt. Et quamuis regulariter exem-
17 plum repertum in archiuio fidem faciat, † vt per Bel
lon.conſil.58. num.11. cum alijs allegatis in priori-
bus ſcriptis, præcipuè ſi factum ſit antiquitus, ſecun-
dum Mandoſ. conſil.32.num.7. tamen per hoc dici-
tur originale, ita quod fidem imponere poſſit cõtra-
rijs ſcripturis. & Doctores qui dicunt inſpiciendũ
eſſe originale, non verificatur in eo exemplo, quem-
admodum non ſufficeret inſtrumentum authenticũ
ab eodem notario ſumptum, vt dixi paulò ſupra, cũ
tamen magis credatur authentico notarij quã exem-
plo archiuij, vt de ſe patet.

Quarto item obijcitur, quod deducta in priori-
bus ſcriptis per Excellentiſſimos Dominos cõſulen
tes, videlicet Dominum Ceraſium, Biſciam, & Doſ-
ſium, procedunt, quando duæ vel tres ſcripturæ pro-
ducuntur diuerſorum actuum, veluti duo teſtamen-
ta, quorum ignoratur quod primum, & quod vlti-
mum fuerit. Old. conſ.1.num.9. Cur.iun.conſil.166.
num.9. Burſ. conſil.36.nu.1.alios citat Dom.Ceraſ.
num.1.Biſcia num.7. & 8.& Dom.Aduocatus ignoti
nominis num.1. D. Doſſius num.1. & ſeq.at hic agi-
tur de vno, & eodem teſtamento, quia legitur factũ
eodem loco coram eiſdem teſtibus, eiſdem anno,
menſe,& die, vnde colligitur identitas. Alea.conſil.
105.nu.3.ver.tertio reſponden, vol.2.Crau.conſ.198.
nu.1.& in propoſito Bald. & Imo.d.l.Sempronius.&
in dubio non præſumitur actuum pluralitas, quod ſi
vnicum eſt teſtamentum, ceſſat omnis difficultas.
Attamen pro reſponſione conſiderandũ eſt, quod in
facto negatur agi de vnico teſtamento, quinimo, de
pluribus, & diuerſis: nam ſcripturæ ad probationẽ
productę non conueniunt, ſed in die diſcordant, vna
enim dicit factum fuiſſe teſtamẽtum 20.Febr. & alia

7.Febr.& ita diuerſitas tẽporis facit præſumi diuer-
18 ſitatem actus,† l.teſtiũ,C.de teſtam.Bat.in l.denun-
ciaſſe,§.quod tamen,nu.3.ff.de adult.Caſtr.conſ.137.
in fi.vol.2.Ctau.conſ.9.nu.17.Natta conſ.364.num.
19.alios citani in conſ.119.nu.3.ſed vbi etiam de eo-
dem tractemns inſtrumeoto, idem eſt: quia etiam ſi
agatur de duabus ſcripturis eiuſdem teſtamenti, &
19 illæ inuicem tepugnent,neutra probat. † ita gl.in d.
l.ſcripturæ, C. de fide inſtr. vbi ponit exemplum de
quo in §.nihil autem, Inſt.de teſtam.eodem modo lo
quitur tex. in d. l. Sempronius, quæ tractat de binis
tabulis eiuſdem teſtamenti,ſimiliter & tex. in l. ſi in
dnob.ff.quemad.teſtam.aper.& tamẽ Bar.Ang.Imo.
& alij,in locis prædictis dicunt,quòd ſi ab eodẽ pro-
ducentur,nihil probant,& Curt.iun.conſil.166.nu.8.
& 9.vbi quando omnes ſcripturæ leguntur eodẽ tem
pore, eodem loco,& hora,eiſdem teſtibus factæ.Soc.
iun.conſil.1.num.10. vol.2. Ruin.conſil.176.num.5.
vol.1. Menoc.caſu 213. nu.15. quamuis enim conſtet
vnicum teſtamẽtum fuiſſe factum, tamen quia illius
incerta eſt probatio ſuccumbit actor: noo enim ſuf-
ficit probare quem eſſe teſtatum, oiſi etiam probe-
tur qualiter teſtatus ſit: & propterea ceſſat obiectũ,
quia non ſequitur,agitur de eodem teſtamento, er-
go diuerſitas ſcripturarum non nocet: nam conſtat
ex prædictis attendi diuerſitatẽ ſcripturarum,etiam
quando agitur de eodem teſtamento, & actori dici
poteſt,amice deficit tibi probatio non ius.Socin.iun.
conſil.2.nu.12.vol.2.

Nec turbare debet, quod quinto loco allegatur
ſcripturas inuicem eſſe compaſſibiles, & propterea
vtrique eſſe ſtandum, vti voluit Salic. d.l.ſcripturæ,
num.4.vbi loquitur etiam quando productæ ſunt ab
eodem.Quoniam reſpondetur,has ſcripturas de qui
bus verba facimus,non eſſe compaſſibiles,ſed omni-
no contrarias, & repugnantes, vt probat D.Boſſius,
in princ. ſuarum allegationum, & illud præcipuè eſt
notandum, quod in vna ſubſtitutio eſt ſub vnica con
ditiooe,in altera vero duę continentur conditiones,
& contrariæ debentur ſcripturæ, quando vna eſt pu-
20 ra,altera ſub conditione,† ſecũdum Salic.in d.l.ſcri-
pturæ,num.2.circa med.poſt Bald.ibi, nu.40. vbi di
cit eſſe contradictorias ſcripturas, quod comproba-
tur ex eo,quòd Doctor.ponunt in l.1.§.ſi quis ſimpli-
citer,ff.de verb.oblig.vbi dicunt,vitiari ſtipulationẽ
quando interrogatus purè promittit ſub cõditione,
vel ſub duplici conditione,vel ſub diuerſa cõditione,
& dicunt rationẽ eſſe, quia alteratur ſubſtantia rei,
& colligunt regulam,quod vbicunque aliquid addi-
tur,vel minuitur,vel mutatur, noua fit diſpoſitio, &
21 antiqua corrumpitur.† ita Bar.Bal.Ang.Imo.Caſtr.
Alex.Iaſ.Crot. Alciat. & omnes alij ibi.& diuerſitas
quoque legitur in qualitate liberorum poſitorum in
conditione,ac in alijs relatis à D. Boſſio,nullo ergo
modo dici poſſunt compaſſibiles. Quinetiam, incom
paſſibiles dicuntur ſcripturæ, quando contra eas la-
22 borat inueriſimilitudo,† vt inquit Bar.d.l.ſcripturę,
nu.3.Bal.nu.6.Salic.nu.1. & 4.& deduxi priore loco,
nu.30.& 34.& Doct.ibi citati dicunt, tunc dici cõtra
rias, quando ſunt diuerſæ, & quando non ſunt inui-
cem veriſimiles, ſed videat quæſo quiuis ſenſum ha-
bens ſi veriſimile ſit,vnam eſſe veram,ſi altera eſt fal-
ſa. Præterea,aduertatur,quia etſi Doct.non tangant
hæc tamen reſponſio eſt veriſſima: nam quod dixit
Salicet.ſtari vtrique ſcripturæ, quando ſunt inuicem
compaſſibiles, procedit, quando ſcripturæ ſunt non
ſolum diuerſæ, ſed continent diuerſos actus. ita lo-
quitur l.quinquaginta,ff.de probat.quam allegat,&
ſecundum eam debet intelligi Batto.in l.non ſolum,
§.liberationis, ff.de liber. leg. at vbi de eodem nego-
cio duæ ſunt ſcripturæ eiuſdem notarij, & publicæ,
tunc neutri ſtatur, etiamſi compaſſibiles ſint, quãdo
ſunt diuerſę,& ratio eſt:quia notarius dicitur falſus,
qui eandem ſcripturam bis leuando, diuerſam tra-
dit,& ex duobus inſtumentis diuerſis,neceſſe eſt al-
terum eſſe ſalſum: & cum ſit ſalſum in parte, dicitur
ſalſum in totum, ergo cum ignoretur vtru ſit falſum,
vel verum, neutri ſtandum eſt, ratione incertitudi-
nis,vt deduxi nu.31.& 32.ita Cur.iun.conſil.166.nu.
9.ego itaque Docto. loquentes de pleniori ſcriptura
intelligo,vel quando agitur de duabus ſcripturis di
uerſorum actuum, vel quando eiuſdem actus ſcriptu
ræ non ſunt ab eodem notario confectæ: quia vtroq;
caſu ceſſat ſalſitas. at vbi vnios actus duplex ſit ſcri-
ptura ab eodem notario, ſi inter eas ſit diuerſitas,
tunc propter ſalſitatem, neutra probat, etiam ſi à di-
uerſis producantur, non ab eodem.

Sexto,ad demonſtrãdum, quod confeſſio D.Alex.
potuerit reuocari, quinimò illi non obſit, adducunt
D.Auditores poſſe ſimul ſtare,quòd ſcriptura produ
cta ſit teſtamentum D.Ant. ſenioris,ſed non ſit inte-
grum. ad hoc tamen reſpondeo,quod teſtamentũ eſt
23 quid † indiuiduum.Bar.& alij,in l.ſi is,qui teſtamen
tum,ff.teſtam.& in l.furioſum, C.de his,qui teſt.fac.
poſſ.vbi inferunt, quod non põt valere pro parte, &
dicunt Bal.& Imo.in d.l.ſi is qui teſtamẽtum, ꝙ per-
fectione recipit ab vltimo puncto.comprobaui latiſſi
mè in conſ.258.nu.19.& nõ dicitur teſtamentum niſi
perfectè,& integrè totam contineat teſtatoris volun
tatem,ſecundum Bal.in l.cum antiquitas, nu.5.C.de
teſtam.vbi infert, ꝙ teſtis, qui non deponit perfectè
de tota voluntate,& omnibus diſpoſitis à teſtatore,
non probat ẽ rea de quibus deponit,& ſubdit hoc eſ-
24 ſe † mirabile. ſequitur ibi Caſtr.Alex.& Iaſ.Duran.
de arte teſtan.tit.2.caut.7.nu.2.quæ cõcluſio licet pa
tiatur difficultatem,quando teſtes non producuntur
ad probandum vniuerſam voluntatem, ſed particu-
larem aliquem actum teſtamẽti,puta inſtitutionem,
legatum,vel quid ſimile,vt per Alex.loco prędicto.&
Iaſ.conſ.31.& 42.vol.1.Simon.lib.2.interpr.1.dub.2.
ſol.3.nu.48.& ſeq. tamẽ vbi in genere de toto agitur
teſtõ, vt in caſu noſtro, eſt veriſſima. ſicuti igitur te-
ſtes,qui non integrè recitant totam ſeriem teſtamen
ti,non probant teſtamentum, ita nec ſcriptura. pro-
pterea, quando D. Alex. reſpondendo poſitionibus
dixit ſcripturam productam continere verum teſta-
meotum,intelligi debet de perfecto,& integro, non
autem de mutilo,& manco, & non dicitur teſtamen-
25 rum,quando eſt imperfectum,† l.pen.C.de his quib.
vt indig.& ponit Natta,in l.hac conſultiſſima,in §.ex
imperfecto,nu.141.circa finem,C.de teſtam. Aduer-
ratur etiam, quòd non dixit ſimpliciter illud eſſe te-
ſtamentum,ſed addidit eſſe verum teſtamentum: at
non eſſet verum ſi eſſet imperfectum, & mutilum, &
aliqua ei pars deeſſet,ſed eſſet ſalſum:nam ſalſum di
citur teſtamentum,cui aliquid fuit additum, vel di-
minutum,l.qui teſtamẽtum,& l.Paulus,§.1.ff.de falſ.
eſt enim mutatio veritatis.Et ideo doctrina Bar.quã
citat Dec.in Auth.Si quis in aliquo,ſub num.20. ver.
ſed tamen verior, non facit ad propoſitum: quia hic
noo ſolum produxit ſcripturam pro teſtamento, ſed
etiam dixit eſſe verum teſtamentum; & non poſſunt
ſimul ſtare,quòd ſit verum,& quòd ſit imperfectum,
& mutilum,& videri poterit in terminis Gabr.con-
ſil.40.num.20.in 1.vol.

Dicunt etiam Domin. Auditores, confeſſionem
Dom.Alexandri reuocari potuiſſe,quamuis geminatam & acceptatam à parte probato errore,pręcipuè
in

in facto proprio; ſed ad hæc reſpondeo, hic errorem
non probari, ideſt rem aliter ſe haberi, & hic iacet
lepus: nam ex ſcriptura archiuij non probatur rem
aliter ſe habere, ex quo duæ illæ contrariæ ſcripturæ
ſe inuicem confundunt, vltra quòd confundunrur
quoque ex aliis ſcripturis ab eodẽ productis, & præ-
cipuè ex tranſactione anni 1567. Et ſcriptura archi-
uij non fuit ad probandum errorem producta, ſed
ſimpliciter ad comprobandum primã ſcripturã, &
dicit Bald. in l. Imperator, nu. 4. ff. de ſtat. hom. quod
per vnum inſtrumentũ non probatur error alterius,
ſi ſunt eiuſdem notarij, ſed inuicem ſe confundunt.
26 † allegat d. l. ſcripturæ, C. de fide inſtrument. Et in
hoc maxima cognitio eſt adhibenda, vt inquit Dec.
in l. fi. nu. 8. C. de errore calculi. Secundo reſpondeo,
27 confeſſionem acceptatam reuocari non poſſe, † ſe-
cundum Bald. qui allegatur in contrarium, in §. qui-
dam rectè, ſequitur Roman. conſil. 433. col. fin. Dec.
d. l. fin. nu. 8. Crauet. in conſil. 80. num. 6. deciſ. Pede-
mon. 39. nu. 41. Alex. Barbat. Cæpol. Iaſ. & alij citati
à Cotta, in Memo. incip. confeſſio poteſt, colum. 2.
Maſcard. de probatio. concluſ. 350. num. 11. Tertio,
& hoc tollit omnem difficultatem, licet aliquando
confeſſio reuocari poſſit, & admittatur confitens ad
probandum contrarium, tamen hoc non permitti-
tur ei, qui inſtrumentum produxit: is etenim etiam
probato errore, non poteſt impugnare confeſſionẽ,
28 quæ reſultat ex ſola productione † inſtrumenti. ita
ſingulariter dicit Innoc. in cap. cum olim, num. 6. de
cenſibus, cuius dicta ampliat ibi Ioan. And. col. pen.
verſ. hoc nota, vbi ait, quòd etſi admittatur quis ad
probandum errorem contra propriam confeſſionẽ,
tamen non admittitur contra inſtrumentum, quod
produxit: quia lingua labilis eſt, ſed inſtrumentum
non producitur niſi cum maxima deliberatione, &
ita ſolent cogitare antequam producunt, ideo ſubue-
nitur magis ei, qui confitetur, quam ei qui producit,
& non ſubuenitur ei qui potuit deliberare, & cogita
re antequam produceret; & infert ideo plus eſſe taci
tam confeſſionem ex inſtrumento reſultantem, quã
expreſſam confeſſionem, & eius dicta tacito autho-
re reaſſumit Butr. num. 20. dicens nihil Innoc. dixiſ-
ſe, quòd non ſit valde notabile. ſequitur Anchar. ibi,
Fel. in cap. imputari, num. 7. de fide inſtrum. qui in-
fert ad eũ, qui ſcripturas contrarias produxit, pro-
ut in facto noſtro contigit. ſi igitur contrarium pro-
bari non poteſt, nec reuocari confeſſio reſultans ex
productione, non videtur dubitandum quin D. Ale-
xand. debeat ſuccumbere, qui non ſolum produxit
ſcripturam illam, ſed alias etiam diuerſas, & con-
trarias, & vlterius iuramento firmauit primam ſcri
pturam continere verum teſtamentum Do. Anto. &
vltimo loco etiam producendo tranſactionem anni
1567. dixit ſe id feciſſe, vt appareat de veritate, cum
tamen inſtitutio in ea relata differat plurimum ab
alijs productis. Hæc autem multo magis procedere
debent in actore, qui ad iudicium venire debet in-
ſtructus, l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ. l. qui in alterius,
ff. de reg. iur. ideo Spec. de præpar. iud. §. 1. num. 1. ad-
monet actorem, vt examinet primum ſuas proba-
tiones, an ſint ſufficientes, videat eas diligenter, præ
paret teſtes, & inſtrumenta. & ſanè in Dom. Alex.
inexcuſabilis, & affectata eſt ignorantia, ne dicatur
malitia, qui certo quoque tempore nouas produxit
ſcripturas inter ſe varias.

Septimo parum contradicit, quòd ſtandum ſit in
ſtrumento relato, non autem tranſactioni referen-
ti: quia omiſſum videtur per errorem. Dec. conſil.
63. num. 6. Grat. conſil. 139. num. 29. volum. 2. nam ſi
conſtaret de relato, res clara eſſet: verum hoc eſt de
quo diſputamus, videlicet ſi ſit inſtrumentum à No-
tario rogatum, quod primo loco fuit productum, an
vero, quod ab archiuio exemplatũ, vel demum, ꝙ in
ea tranſactione inſertũ legitur: cum aũt relatũ non
ſit certũ, non poteſt ex eo ſuppleri, ꝙ dicitur in refe-
rente deeſſe, quia dubiũ non certificatur per id ꝙ eſt
magis dubiũ, neque incertũ per incertũ, aut ignotũ
per ignotius. Facit quod dicimus de teſte defectuo-
ſo, qui ea quo fidẽ non facit, non poteſt alterius te-
29 ſtis fidem ſupplere. † Alex. conſ. 93. nu. 15. vol. 6. Rol.
conſ. 98. nu. 40. vol. 4. vbi ꝙ nemo dat, ꝙ non habet, di
xi conſ. 61. num. 56. Et quamuis multi dicunt, quod
producens inſtrumentum in partibus pro ſe facien-
tibus, non videatur confiteri tamẽ in caſu noſtro D.
de Argilis, non tam ſe fundat in vltima hac produ-
ctione, quam in alijs ſcripturis antea productis, quæ
ſufficiunt ad obſcurandum fidem totius negotij. Præ
terea, videtur magis cõis opinio, ꝙ proteſtatio præ-
30 dicta non excuſet, † ſecundum Bal. Rot. & Rom. quos
citat, & ſequitur Nat. in conſ. 365. ad fin. Gram. con-
ſil. ciuili 89. nu. 2. vbi addit Innoc. Crau. cõſ. 80. nu. 7.
vbi allegat Caſtr. & in tract. de antiq. temp. par. 1. §.
incip. Viſo de verbis, nu. 73. vbi allegat Socin. Iaſ. &
Dec. deciſ. Pedem. 39. nu. 26. vbi addit Io. Andr. Sali.
Alex. Bolognet. Curt. & Pariſ. teſtaturq; de commu-
ni. Alba. conſ. 59. in fi. Gabriel. conſ. 40. nu. 24. Rimi.
conſil. 18. num. 32. quæ opinio procedit ſine dubio,
quando, vt in caſu noſtro, inſtrumentum continet
proprium factum producentis, vt per Rotam in de-
ciſ. 282. in nouis, tit. de appel. & fide inſtru. & ſequũ-
tur multi ex ſupra citatis, ſed quidquid ſit, admit-
tunt Doctores omnes, quod is contra quem produ-
citur inſtrumentum, poteſt non obſtante dicta pro-
teſtatione ſe iuuare, ex eo, vt per Doctores in locis
prædictis. hic autem ex eo, quòd in inſtrumento præ
dicto legitur, ſatis probatur, quod ſcriptura archiuij
patitur contradictionem, & quod eſt dubia.

Dum verò dicitur, caſum ſuper quo conſuluere
Curt. iun. conſil. 166. & Soci. iun. conſil. 2. vol. 2. pluri
mum à noſtro differre, admitto equidem in eo dif-
ferre, quod ibi triplicis ſcripturæ eiuſdem temporis
loci, & teſtium regiſtratio erat facta, cum tamen in
caſu noſtro vnica legatur regiſtrata, ſed rationes om
nes quibus prædicti Doctores fidem eneruant ſcri-
pturæ, conueniunt facto noſtro, puta, quòd ſcriptu-
ræ contrariæ ab eodem productæ ſe inuicem confun
dunt, ꝙ regiſtratio facta nõ ſeruatis ſolennitatibus
fidem non imponit ſcripturæ, quod regiſtratio non
iuuat, quando non conſtat à quo traditum fuerit in-
ſtrumentũ regiſtratori. Amplius dico, nos eſſe in ter
minis clarioribus: quia illi loquuntur quando ſcri-
pturæ cõtrariæ erãt productæ à diuerſis, vt per Curt.
iun. num. 9. non enim idem actor produxit tria illa
exempla archiuij: nos autem quæ ſunt productæ ab
eodẽ. Rurſus in eo caſu ſola exempla inter ſe pugna-
bant, quæ tamen non erant ab actore approbata: in
noſtro autem actor ipſe plures copias teſtamenti,
ſeu inſtitutionis produxit, quæ omnes ſunt diuerſæ,
& vitio laborant, & non eſt dubium, ꝙ approbatio,
quæ fit per productionẽ, plurimum habet momenti
contra producentem. Et augetur ſuſpicio: quia co-
piæ productæ fuerunt diuerſis temporibus factæ, ita
ꝙ colluſio, nulla obijci poteſt, ex quo tunc non pote-
rat quis diuinare caſum, qui ſucceſſit. Et non eſt ve-
rum, quod in caſu Curt. & Socin. iun. exempla illa cõ
tinerent verba contraria, & repugnantia: nos vero
agamus de ſola omiſſione, quoniam ea dictis ibi per
Curt. nu. 9. & Soc. num. 12. apparet contrarium: quia

vna erat plenior,& vocabat maſculos,alia vero mentionẽ omiſerat maſculorum. Item in vna erant pinguiora legata,in alia vero non. Er Corn.in conſ.131. col.1.ver.etſi contingeret,vol.1.dicit,neutri ſcripturæ eſſe ſtandum, quando vna omiſerat quod in alia reperiebatur,& ita non vult ꝙ vna per aliã ſuppleatur. & licet loquatur alternatiuè, ꝙ neutra probet, vel ſtetur pleniori,tamẽ loquitur, quãdo erant productæ à diuerſis. Et eadem rõne Doct.omnes in d.l. ſcripturæ,& in c.imputari, & in locis priore loco allegatis,licet dicant ſtandum pleniori, quando producuntur à diuerſis,tamen quãdo ab eodem fit productio,tunc dicunt neutri eſſe credendum, licet vna ſit plenior altera; & dum loquuntur de pleniore,nõ ſupponunt contrarietatem,ſed ſolã diuerſitatem ſecundum plus,& minus: & ſupra oſtendi, ſufficere diuerſitatem, & non requiri contrarietatem.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrator qui arbitrandi onus ſuſcepit,tenetur arbitrari.*
2 *Arbitrium acceptare cogitur conſanguineus in cauſa coniunctorum.*
3 *Procuratoris officium acceptare quis non cogitur.*
4 *Compromiſſum acceptare regulariter quis non cogitur.*
5 *Impeditus iuſta cauſa excuſatur à publico officio.*
6 *Miles relictus tutor, non cogitur adminiſtrare, & nihilominus conſequitur legatum ſibi factum.*
7 *Arbitri qui ex ſtatuto cogi poſſunt ſuſcipere prouinciam arbitrandi, excuſantur, ſi timeant ex tali actu damnum aliquid ſibi inferri, niſi pars caueat pro quocunque futuro damno.*
8 *Ignorantia eſt iuſtiſſimum impedimentum,& ſolet quemcunque excuſare.*
9 *Receptans ignoranter bannitum excuſatur.*
10 *Voluntas tacita quæ ex actu colligitur, non extenditur vltra quam ex ipſo actu de neceſſitate inſeratur.*
11 *Approbare contractum non dicitur qui precium acceptat, quando prius contractum illum impugnauerat.*
12 *Approbare non poteſt quis id quod ſemel impugnauit.*
13 *Contrahere qui ſemel recuſauit, non poteſt pœnitentia ductus acceptare contractum, ſed requiritur nouus conſenſus contrahentis.*
14 *Electus qui ſemel recuſauit electionem,non poteſt eam acceptare, niſi eligens perſiſtat in eadem voluntate.*
15 *Feudum aduocato conceſſum, non tranſit in ſucceſſorem, quia electa eſt induſtria perſonæ.*
16 *Induſtria perſonæ vbi eſt electa, non debet alius ſe intromittere.*
17 *Executor non poteſt alij committere officium ſuum.*
18 *Paria ſunt non facere, vel minus legitimè facere.*
19 *Permutatio dicitur etiamſi pecunia interueniat, ſi tamen non capit maiorem partem.*
20 *Contractus in acceſſorijs electo non arbitrante, vel male arbitrante,recurritur ad iudicem,& ſuſtinetur contractus.*
21 *Tertij à declaratione contractus recipit perfectionem, quãdo partes conuenerunt quod tertius eligatur.*
22 *Arbitratore non arbitrante, contractus eſt nullus, & habetur pro non facta.*
23 *Arbitrandi poteſtas finitur vbi arbiter declarauit ſe nolle arbitrari.*
24 *Citatus qui dixit nolle venire, dicitur verus contumax,& non eſt vlterius citandus vel expectandus.*
25 *Oblatio realis non eſt neceſſaria, vbi creditor verbalem oblationem recuſauit.*
26 *Aeſtimatio facit emptionem.*
27 *Precij vbi fit mentio, tunc iudicatur emptionis cõtractus.*
28 *Contractus non iudicatur à nomine per contrahentes impoſitu, ſed effectus inſpici debet.*
29 *Permutatio eſt ſimilis emptioni, & eius obtinet vicem.*
30 *Permutatio eſt contractus nominatus,& regulatur ſecundum naturam contractuum nominatorum.*
31 *Electo non arbitrante, perit actus etiam in accidentalibus contractus, ſecundum aliquos Doctores, præſertim, quando partes ante declarationem nõ habuerunt contractum pro perfecto.*
32 *Contractus non valet vbi precium incertum committitur declarationi tertij à partibus eligendi.*
33 *Teſtamentum impugnare aliud eſt, aliud repudiare hereditatem.*
34 *Conditio impleri debet in forma ſpecifica, nec ſufficit per æquipollens.*
35 *Caſu quo, iſta clauſula facit actum conditionalem.*
36 *Conditione deficiente,actus habetur pro non facto.*
37 *Tertium eligere non eſt opus, quando primi duo ſunt concordes.*

CONSILIVM CCCCXXXIII.

COGI Magnificum Do. Antonium Sudentum Murinenſem arbitrum electum à Magnifico D.Hercule Sudento, ad æſtimandũ bona de quibus in contractu celebrato per eundẽ Do. Herculem cum Mag.Do.Nicolao, & fratribus de Caualerinis, demonſtrari videtur ea ſola rõne: quia iam onus prædictum ſuſcepit,quo caſu quod ſemel placuit,non poteſt diſplicere, c.quod ſemel, de reg.iur. in 6.& quæ ſunt à princ. voluntatis, ex poſt facto fiunt neceſſitatis,l.ſicut,de actio.& obligat.& in terminis eſt tex.in l.ſi quis pro redemptione,C.de donatio.in c.tua nos,de teſta.l.3.§.tametſi, ff.de arbitri.& hoc voluit Cin.in l.id quod pauperibus,C.de Epiſc.& cler.Din.in l.1.ff.de leg.2.vbi Bar. num.6. latè agit, loquendo non ſolum in exequutore,
1 ſed etiam in arbitratore,† & allegat Specul.ſequitur Bald.in prima lectu. colum.1. circa medium. vbi refert tenuiſſe idipſum Petr. quia ſi acceptauit, videtur promiſiſſe ſe arbitraturũ. Hoc etiam tenuit in ſecunda lectu. colum. 5. poſt med. ver. ſolutio ſic diſtinguetur. Cuman.qui teſtator de communi, nume.3.in princ.Caſtren.num.5.Alexan.num.4.vbi dicit eſſe magis communem concluſionem, & num.7. vbi præcisè de arbitratore loquitur. & ſecundum eos procedit etiamſi teſtatori fuiſſet promiſſum. & idem quando tacita & non expreſſa interuenit acceptatio. Salic. in l.fin.num.7. C.de contrahen. empt. Aretin.in §.precium, Inſtit.de emptio. & vendit.Padill.in dicta l.prima,nu.14. Opizon. num... Socin. ino.num.75.Bologn.num.74.in l.ſi quis arbitratu,ff. de verb.oblig.

Quinimo, cum Dominus Antonius ſit affinis Domini Herculis,videtur quod etſi non acceptaſſet,cogi nihilominus poſſit acceptare, per illud quod voluit Bald.in l.1.§.quamuis,ff.vbi pupil. educa. debe. vbi ait, quod in cauſa coniunctorum cogi poteſt
2 cõſanguineus acceptare arbitrium,† & hoc dicit ſingulare Alex. in dicta l.1.num.8.Blanc.in tractatu de compromiſſ.quæſtio. prima, in princ. num.31. dicit etiam ſingulare Crem. ſingul.59. Marſil.in l.vnica, num.202. C.de raptu virgin. Padil. loco præcitato, num.58. quod autem Dominus Aotonius acceptauerit onus, patet ex depoſitione duorum teſtium, qui dicunt, eum per triduum continuum incubuiſſe oneri ſeu muneri prædicta bona inſpexiſſe,menſuræ interfuiſſe, aliqua ſuggeſſiſſe, de alijs conqueſtum fuiſſe, & alia eum geſſiſſe, quæ arguunt agnouiſſe iniunctum munus, ideoque pœnitere oon poteſt.

Re

Digitized by Google

Re tamen diligentius examinata, contrarium te-
neo, quod imò neutiquã cogi poſſit D. Antonius ad
aſſumendum onus æſtimandi bona prædicta, quia vo
luntarium eſt ſuſcipere tale officium, l. in commoda-
to, §. ſicut, ff. commod. quinimo nemo cogitur accepta
re publica officia, quando ſunt inſtar priuatorum, l.
qui habent, §. ſi pupillus, ff. de tutor. & munus prædi-
ctum priuatum eſt, cõcernit commodum priuatum,
& iniunctum eſt à priuato, ergo non obligat quem-
quam ad acceptandum, ſicuti dicimus de procurato
3 re, qui non cogitur, † l. filius, in fin. ff. de procurat. l. in-
uitus, C. eod. aliàs priuatus imperium haberet con-
tra priuatum, & non ſubditum, ſi poſſet eligendo,
vel nominando illum obligare, quod tamen eſt fal-
ſum, l. 1. & l. pupillo, ff. de tuto. & cura. dat. ab his, l.
eum qui, & l. fin. ff. de iuriſd. omn. iud. l. fin. ff. pro ſuo.
& ideo Bar. Bald. Cuman. Caſtr. & alij omnes, in d. l.
1. ff. de legat. 2. dicunt, regulariter neminem cogi poſ
4 ſe ad aceptandum compromiſſum, † vel exequẽdum
teſtamentum, vel declarandum, aut ſimile aliquid fa
ciendum, & gl. ibi dicit ſe non inueniſſe hoc lege cau
tũ, & ponunt quid vbi agitur de vtilitate publica, vel
de fauore piæ cauſæ, & volũt Doct. ſpeciale eſſe in ar-
bitrio iuris, vt in eo officium ſit neceſſarium, & inui-
tus cogatur illud aſſumere: quia cum habeat iuriſdi
ctionem, videtur eſſe publicum officium, gl. in c. ſuſpi
cionis, de offic. deleg. quæ loquitur in arbitris, qui aſ-
ſumuntur, quando iudex delegatus recuſatur tan-
quam ſuſpectus, vbi etiam ſequitur Barbat. col. 7. nu.
20. Blanc. d. q. 1. num. 31. vbi refert gloſſ. & Doctores,
dicentes, quod talis electus peccat ſi recuſat compo-
nere affines diſcordes: nos autem ſummus in officio
merè priuato, & ad priuatum commodum reſpicien
te, ergo non eſt neceſſarium.

Procedit autem hæc concluſio multo planius, at-
tento, quod Dominus Antonius rei ad quam fuit ele
ctus eſt admodum imperitus, nihil in eiuſmodi nego
cijs verſatus, præcipuè verò in æſtimandis ædificijs.
in quibus artem cementariam ſcire neceſſe eſt, & quã
Dom. Antonius vir nobilis penitus ignorat. pruden
ter igitur agit, dum à re ſibi ignota, & aliena abſti-
net; & quãdo iuſta cauſa, & quis impeditur, tunc ex-
5 cuſatur etiam à publico officio, & neceſſario, † l. ab
adminiſtratione, C. de legat. vbi fortius vult, quòd
miles relictus tutor, non cogatur adminiſtrare, ſed
6 conſequatur nihilominus legatũ ſibi factum, † quod
alii non liceret. idem tenet Bar. in Fratre, Minore, in
d. l. 1. num. 6. ff. de leg. 2. ſequuntur ibi Doctores, præ-
cipuè Padil. nu. 21. Facit etiam quod voluit Bart. in l.
apud Iulianum, in princip. ff. ad Trebell vbi inquit,
quòd etſi arbitri ex ſtatuto cogi poſſint ſuſcipere pro
uinciam arbitrandi, tamen excuſabitur is, qui timet
ne ex tali actu damnum aliquod ſibi inferatur, niſi
7 pars illi caueat pro quocunque futuro damno. † ſe-
quuntur ibi Caſtr. Imola, & Alex. in fine, qui ſubdit,
de hoc eſſe textũ in l. licet, vbi Bar. ff. de arbitr. Blanc.
d. nu. 31. in fi. nulla autem eſſe poteſt melior excuſa-
tio, & iuſtius impedimentum, quam imperitia rei ad
quam peragendam fuit electus: nam ignorantia iu-
ſtiſſimum eſt impedimentum, & ſolet quemcunque
8 excuſare, † l. generali, C. de tabul. lib. 10. vbi lex vult,
ſcientem non ignorantem obligari, l. fin. ff. de decr.
ab ord. faciend. cap. cognoſcentes, de conſtitut. cap.
vt animarum, eodem tit. in 6. hinc excuſatur, qui ban
nitum, vel malefactorem contra legis prohibentis
9 formam ignorans receptauit, † l. Metrodorum, ff. de
pœnis. Bart. in l. omnes, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.
Roman. latè in l. ſi vero, §. de viro, in 51. fallent. ff. ſo-
lut. matri. multos cumulat Tiraquel. de pœn. temp.

cauſa 13. & de retractu conſang. §. 35. glo. 4. num. 35.
vbi an ignorantia iuſtam reſtitutionis cauſam præ-
beat. & legimus, quod Beatus Ioannes Chryſoſto-
mus abſcondit ſe, ne ad Epiſcopatum Conſtantino-
politanum eligeretur, reputans ſe ineptum, & inha-
bilem ei muneri, & quod officium quodcunq; quam-
uis publicum recuſari poſſit, iuſta cauſa ſubſiſtente,
probant gloſ. Bald. & alii, in l. dotem, ff. ſolut. matri-
mon. vbi Alex. in l. liberta, nu. 3. & ſeqq. infinitas alle
gat authoritates.

Et non obſtat, quod tunc cogi poſſit quis æſtima-
re, & arbitrari, aut declarare, quando ſemel officium
acceptauit. reſpondeo etenim, quod Dominus An-
tonius non acceptauit hoc onus, quinimo, vſque ſub
diem octauam Februarii, declarauit ſe non eſſe a-
ptum illi æſtimationi, & hac ratione contradixit ele
ctioni factæ à Magnifico D. Hercule, atque illam re-
pudiauit, quo ſtante, non poteſt fundamentum fieri
ſuper allegata acceptatione.

Nec probatur acceptatio per teſtes à DD. fratri-
bus Caualerinis productos, videlicet. per DD. Pau-
lum Cultrium, & Leonardum de Richettis: quia ſi be
ne videantur eius dicta, probant contrarium, nempè
Dominum Antonium ab initio profeſſum fuiſſe ſe
non peritum in eo negocio, & velle prædictum Leo-
nardum eligere, id quod vterq; ipſorũ fatetur, præci-
pueque dictus Leonardus. Et quamuis dicant eo præ
ſente, & vidente factam fuiſſe menſuram, non tñ per
hoc infertur, quod onus ſuſceperit: potuit enim Do-
minus Antonius hæc, & alia feciſſe non animo acce-
ptandi onus, ſed vt probaret, & periculum faceret, &
melius poſſet deliberare ſuper acceptione, & recu
ſatione, vt declarat formiter in ſua declaratione: ip-
ſe enim non menſurauit, ſed adfuit menſuræ, & vo-
luntas tacita, quæ colligitur ex actu, non extenditur
10 vltra quá ex ipſo actu de neceſſitate inferatur. † Bar.
in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat. & in
Auth. Qui rem, in fine, C. de ſacroſanct. eccleſ. Pariſ.
in conſil. 39. num. 12. volum. 3. Socin. iun. in conſ. 122.
num. 14. volum. 1. Natta, in conſil. 77. num. 14. Becius
conſ. 106. nu. 46. & in terminis noſtris, ille dicitur ac-
ceptaſſe onus, qui promiſit iudicare, ſecus ſi experi-
menti cauſa ingeſſit ſe, vt probat text. in l. ſi de meis,
§. recepiſſe, ff. de arbit. Accedat, quod teſtes dicunt id
factum fuiſſe de tempore quadrageſimali, at vſque
ſub diem octauá Februarii, quæ totam præceſſit qua-
drageſimam, declarauerat Dominus Antonius nol-
le ſe incumbere muneri prædicto; vnde cum expreſſa,
& clara voluntas præceſſerit, negatiua nõ poteſt per
tacitos actus inferri ad voluntatem affirmatiuam,
per id quod Bar. dixit in l. procurator, la 2. §. 1. in 1.
oppoſ. ff. rem rat. haberi, ubi ait, quod & regulariter
recipiens precium uideatur approbare contractum,
tamen ſi illum impugnauerat, prius non dicitur ap-
11 probare per receptionem † precii, ſequitur Natta,
in conſ. 101. num. 12. & dicit Aret. in conſ. 128. nu. 8.
quod ex uno actu non videtur quis approbare con
tractum quem prius impugnauerat: quia mutatio
uoluntatis non præſumitur. Sic in facto credendum
eſt, Dominum Antonium interfuiſſe, & alia feciſſe,
vt videret ſi aliquo modo poſſet munus ſibi iniun-
ctum non expedire, aut exequi, ſed aſſumere, paratus
fortè ſuſcipere, ſi vidiſſet ſe illud bene intelligere, &
ſe illi aptum, quod cum non ſucceſserit, melius eſse
duxit abſtinere, quam malè exequi.

Quinimò, ſi velimus per actũ illũ D. Ant. ſuſcepiſ-
ſe mandatũ, & acceptaſse electionem de ſe factã, ad-
huc id fieri nõ potuiſset, præcipuè ad præiudiciũ D.
Herculis: quia cum iam improbaſaet electionẽ de ſe

Digitized by Google

factam, vt dixi, non fuit in ſua facultate illam exin-
de approbandi, nemo enim approbare poteſt, quòd
12 † ſemel impugnauit, l.diſpenſatorem, vbi eſt tex.no
tab.ff.de ſolution.Bar.in l.Pomponius, num.11.ff.de
negot.geſt.Bal.in l.ſi abſentis, nu.2.C.ſi cer.pet.ideo
qui procuratorem reuocauit, non poteſt approbare
geſta per eum, ſecundum Spec.in tit.de defenſor.§.1.
num.1.nam inter eligentem, & electum quidam con
tractus intercedere videtur, quia electus acceptan-
do electionem, videtur promittere ſe arbitraturum,
vt in propoſito dicit Bald. in d.l.1.col.1. circa med.
ff.de leg.2.per tex.in l.ea ſententia, ff. de teſtam. tu-
tela.ſed in contractibus qui ſemel recuſauit contra-
here, non poteſt pœnitentia ductus acceptare de no
uo contractum, ſed requiritur noua electio, & nouus
13 conſenſus contrahentis, † vt probat Ang. in conſil.
374.num.4. quem ſequitur Crauet.in conſ.106.in fi-
ne, per tex.in l.non erit, §.fin.l.cum ſeq. ff.de iureiu-
rando, vbi qui oblatum iuramẽtum ſemel recuſauit,
non poteſt pœnitere, & acceptare, niſi de nouo pars
offerat; & in electo quòd non poſſit acceptare ele-
ctionem quam ſemel recuſauit, niſi eligens perſiſtat
14 in eadem voluntate, † voluit glo.in cap.licet is, in gl.
fin.in fi.de procurator. in ſexto. & idem voluit in ſi-
mili gloſ.fin.in c.ſi tibi abſenti, de præben. in ſexto.
at in facto nedum nouus conſenſus Domini Hercu-
lis non interuenit, ſed ſucceſſit expreſſus diſſenſus,
& contradictio, qua ſtante, Dominus Antonius nõ
potuit acceptare electionem, idque multo magis lo
cum habet, ſtante, eo quòd dicam in ſequenti quæ-
ſtione: nam ſtatim facta recuſatione, euanuit con-
tractus celebratus inter prædictos Dom. Sudentum,
& Caualerinos, ita, quod non fuit poſtea opus noua
declaratione, vt per d.glo.fin.in d. c.ſi tibi, quæ vult,
quod vbi recuſatio aliquem producit iuris effectũ,
qui prius recuſauit, non poteſt amplius acceptare,
declarat Caſtr.in l.bonorum, nu.5.& 6. ff.rem ratam
habe.in d.l.diſpenſatorem, in fine, & ego tractaui in
conſil.157.nu.12.

Poſſum etiam non incongruè dicere, quod Domi-
nus Antonius non acceptauit onus niſi cum ea qua-
litate, quod habeat dictum Leonardum qui menſu-
ret, & alia faciat, atque ita niſi adiuncto ſibi Leonar
do tanquam perito, quem tamen Leonardum non
potuit in partem oneris aſſumere, neque eius conſi-
lio, aut opera potuit munus iniunctum exequi, quia
in prædictis eſt electa induſtria perſonæ, vnde non
potuit alij committere, neque per alium facere id ad
quod ipſe fuit electus, c.vlt. §.is aũt, ff.de offic.deleg.
l.inter artifices, ff.de ſolut. gl.in l.quiſquis, C.de Epi
ſco.& cler.Bar.in l.continuus, §.an eo, nu.2.ff.de ver-
bor.oblig.vbi dicit, quod feudum aduocato conceſ-
ſum, non tranſit in ſucceſſorem, quia electa eſt indu
15 ſtria perſonæ. † Alex.conſil.10.volum.5.Rub.conſil.
80.in fi.Crau.conſil.303.nu.1.& poſt Bald. dixit Bo-
logn.in conſil.6. nu. 10. quod vbi electa eſt induſtria
perſonæ, vt eſt in arbitro, non debet alius dari, nec
16 alius intereſſe, nec alius ſe intromittere. † Menoch.
de arbitr.iudic.q.68.num.10. & dixit Bal.in l.nulli,
nu.4.C.de Epiſc.& cler.quod executor debet exequi
per ſe, nec poteſt facere ſubexecutorem, quia eius fi-
des, & induſtria fuit electa; mouetur per illum textũ
ibi, pro ſua conſcientia. Alex.in d.l.1.nu.6. ff.de leg.
2.vbi multos allegando dicit, executorem non poſſe
17 alij committere officium ſuum. † fortius voluit Bart.
in l.in venditione, §.fin. ff.de bon.author.iud.poſſid.
quod ſi plures electi ſunt executores, non poſſunt cõ
uenire, quod vnus eorum ſolus exequatur, nec Do-
minus Hercules, qui de Domino Antonio confidit,
alium ſibi non æquè cognitum, & fidum elegiſſet.ac-
ceptatio itaque a Domino Antonio facta cũ ea qua-
litate, quod Leonardus ille intereſſet, ipſeq; omnia
faceret, eſt nulla; ideo perinde habenda eſt, ac ſi fa-
cta non fuiſſet, & non acceptaſſet: quia paria ſunt,
18 non facere, vel minus legitimè facere, † l.quoties, vbi
Iaſ.ff.qui ſatiſd.cogan.Neuiz.conſ.7.nu.15.Cæphal.
conſil.160.nu.11.Rolan.conſ.14.nu.25.vol.1.

Venio ad ſecundum articulum, in quo videtur,
quod Domino Antonio non arbitrante ſuſtineatur
nihilominus contractus tanquam perfectus: nam eſt
ſimplex, & vera permutatio, quia Domini Caualle-
rini tradunt domum, & continentia ædificia, Domi-
nus verò Hercules dat molendinum, & terras adia-
centes, & quando vicaria vnius rei pro alia interue
nit præſtatio, tunc permutationis cõtractus dicitur,
l.quoniam aſſeris, C. de rer. permut. etiam quando
interuenit precium, vel pecunia, ſi tamen non capit
19 maiorem partem, † vt poſt Bal.declarat Guid. Pap.
q.92. per totam. Boer.in deciſ.144.& partes in pro-
poſito appellarunt permutationẽ, ſi autem eſt per-
mutatio, remanſit perfecta ſolo conſenſu, & rerum
interuentu, ſecundum Bal.in Rubr.C.de rer.permut.
& quamuis de ſupplemento faciendo in pecunia a-
ctum ſit, & ad eum finem commiſſa fuerit aliquibus
rerum æſtimatio, tamen ea non reſpicit ſubſtantiã,
& perfectionem contractus, ſed acceſſoria illius; &
in acceſſorijs contractus communis videtur conclu-
ſio, quod electo non arbitrante, vel malè arbitrante,
recurritur ad iudicem, & ſuſtinetur actus, ſeu con-
20 tractus, † l.domum, l.rei ſuæ, cum l.ſeq.l.in venditio-
ne, in princ.ff.de contrah.empt.Bart.in l.ſiquis arbi
tratu, nu.5.in fine, ff.de verb.oblig.vbi Socin.num.15.
Iaſ.nu.8.glo.magna in l.in vendentis, C.de contrah.
empt.Rom.conſil.502.in fi.Dec.conſi.404.nu.14. Pa
riſ.conſi.30.num.34.in 1.

Secundo tunc arbitratore non arbitrante annul-
latur actus, quando non eſt aliter prouiſum à parti-
bus, ſed in facto prouiſum fuit, & dictum, quod eliga
tur tertius à partibus, atque ita contractus non erit
imperfectus, ſed recipiet perfectionem à declaratio
21 ne tertij. † ita Io.de Anan.in conſ.19.col.3. verſi.nõ
obſtat ſi dicatur, quem ſequitur Dec. in conſ.340.nu
me.1.col.1.Stante igitur electione tertij, res hic vide-
tur clara, quod non arbitrãte D.Antonio remaneat
contractus in ſuis viribus.

Contrarium tamen verius eſt, quia cum Dom.An
tonius non fecerit æſtimationem, & eam facere re-
cuſauerit, non eſt recurrendum ad iudicem, nec ad
bonum virum, ſed corruit contractus, tanquam ſi
factus non eſſet: hæc enim eſt regula, ꝙ arbitratore
non arbitrante, non receditur à perſona, nec ad iu-
dicem recurritur, ſed contractus eſt nullus, & habe-
22 tur pro non facto, † l. ſi quis arbitratu, ff. de verbor.
obligat. & in l. ſeq. & ibi ponunt omnes Doctores
præcipuè Iaſ.num.7.Opizon.num.9. & 19.Ruin.nu-
me.12. Socin.iun.num.19. & Bolognet.nu.78. 80. &
82.Menoch. de arbitrar.iud. d.quæſtio.68. nu.26. &
ſequent.& probatur in l.fi. in fi.C.de contrah. empt.
in l.in compromiſſis, ff. de arbitr. in l. ſi merces, in
princip.ff.locati. & ratio eſt, quia contractus cenſe-
tur initus ſub conditione, ſi arbitrator electus arbi
trabitur, dicta l.fin.ibi, ſub hac conditione ſtare ven
ditionem, C.de contrahen. empt. vnde eo non arbi-
trante, contractus non eſt perfectus, ſed nullus, eam
rationem adducit Bartol.in d.l. ſiquis arbitratu, nu
me. 3. vbi diſtinguit inter contractum, & vltimam
voluntatem, & ſæpè in d.l.dum infert ad moram ſti
pulatoris, & promiſſoris, ſequuntur Angel.Imola,

& alij,

& alij, præcipuè Alex.nu.3. Iaſ.nu.17.vbi inquit,om
nes tenere cũ Bar.& nu.19.dicit,quod vbi arbitrator
electus nihil arbitratur deficit conditio, ac perinde
eſt atque ſi non fuiſſet electus, vbi allegat etiam l.ſi
merces,in princ.quæ expreſsè dicit actum conditio-
nalem eſſe. idem repetit nu.20.Opiao.num.5.ver.in
textu,ibi,non tenetur, & nu.19.Ruin.nu.37. Soc.iun.
nu.19.& 24. & arbitramento non ſequuto, contra-
ctus remanet incertus,ſecundum Ruin. ibi, num.14.
eandem rationem ſequitur Bologuet.num.80.& 82.
qui etiam conſiderat incertitudinem. & quod con-
tractus reputetur conditionalis,voluit etiam Gabr.
in conſil.64.nu.4.6.& 7.in 1.vol.vbi dicit,quod con-
dĩtio ſtat io hoc, ſi electus arbitrabitur. & quamuis
ferè omnes prædicti loquantur quando ſubſtantia
contractus, vel aliquid ex ſubſtantialibus arbitrio
tertij committitur, tamen idem eſt quando fit men-
tio de æſtimatione, puta vendo quanti æſtimabit Ti
tius. ita loquitur text.in d.l.ſi merces, in princ.ff.lo-
cati.& d.l.fi.in prin. C.de contrahen.empt.procedit
autem ſupradicta concluſio,ſiue contractus ſit bonę
fidei,ſiue ſtricti iuris,vt probat d.l.fi.& d.l.ſi merces,
§.1.& l.ſi eoita,eod.tit.Bartol.in d.l.ſi arbitratu, vbi
Bologn.num.50 ampliat alijs modis, & nume.157.
vbi confirmat & loquitur expreſsè, quando dictum
eſt, ſi ęſtimauerit, & ſiue conferatur in tertij volun-
tatem totus contractus, vel vnum ſubſtantiale, vel
res ipſa. in caſu noſtro dictum eſt, iuxta æſtimatio-
nem,& pro valore declarando per prædictos. Domi
nus autem Antonius recuſauit arbitrari, & per ex-
preſſa verba declarauit, nolle arbitrari, ergo finita
23 eſt arbitrandi poteſtas illi attributa,† ſecundũ Bar.
in d.l.ſi arbitratu,num.8.vbi ait,finiri poteſtatem eo
nolente arbitrari,allegat d.l.fin.d.l.ſi merces,§.pre-
cium,Inſtit.de empt.idem voluit Alexan. nu.17.vbi
poſt Bal.dicit,quod ſi à iudice factum fuit arbitrato
ri pręceptum de arbitrando, eo tempore ſic pręfixo
elapſo dicitur in mora,quod eſt notandum:quia fa-
cit ad caſum noſtrum,in quo ſtatutus fuit terminus.
idem ponit Iaſ.in ſummario dicens, extingui cõtra-
ctũ quando non vult arbitrari.Opiaon.nu.6.vbi quã
do requiſitus noluit arbitrari.vide Bologn.nu.74.&
ſeq.Ruin.num.11.vbi ait,dici in mora arbitratorem,
qui poſt acceptatum onus, interpellatus nõ eſt exe-
quutus,& quando non ſuſcepto onere interpellatus
diſtulit arbitrari. Soci.iun.nu.19. multo ergo magis
erit in mora,quando arbitrator recuſat, & dicit nol
le incumbere oneri. pro quo facit,qood dicunt de ci
tato,qui dixit nolle venire,is enim dicitur verus cõ-
tumax, & non eſt vlterius citandus, vel expectãdus,
24† vt in cap.venerabilibus,circa med. in ver.ſecus,de
ſent.excom.in ſexto,c.1. de dolo & cont.in 6.glo.ma
gna,in l.fin.ff.de in integr.reſtitu.ſic etiam creditori
qui oblationem ſibi factam recuſauit, quamuis ſo-
lum verbaliter, non eſt neceſſe realiter offerre, quia
25 certi ſumus eum non accepturum,† glo.fin.in c.pa-
ſtoralis,de offic.ordin.Bald.in l.vnica,in 7.col. C.ne
lice.tert.prouoc.Cuman.in l.qui Romę, in princ.vbi
Iaſ.nu.9.ff.de verb.oblig. Ripa in l.quod te,num.20.
ff.ſi cer.pet.Crauet.pro Geneto, nu.18. Capic.deciſ.
10.num.1.cum ſimilibus.quidquid igitur ſit,quando
arbitrator eſt ſolum in mora, certum eſt, quod vbi
expreſsè renunciat oneri, dicitur finita poteſtas ar-
bitrandi, ſicuti quando mortuus eſt, & conſequen-
ter contractus remanet nullus.

His ergo ſtantibus, non obſtat quod in pręſenti
facto commiſſa fuerit arbitrio tertij non ſubſtantia
contractus,ſed vnum ex acceſſorijs. ad hoc enim re-
ſpondeo, quod imo contractus continet veram em-
ptionem & vẽditionem,quia vtrſque partium dedit
rem ſuam ad æſtimationem;certum eſt autem, quòd
26 æſtimatio facit emptionem,†gl.in l.ſi inter, C.de iu-
re dot.vbi Cin.Bald. & alij, & eam dicit communem
Soc.in cõſ.57.col.1.verſ.ſeptimus caſus,vol.1.Becius,
qui multos alios citat,in conſ.42.nu.1.Rol.in cõſ.92.
vol.2. Natta in conſ.650.nu.2. cum ſimilibus. Præte-
rea dictum eſt,res dari pro valore declarando,atque
ita pro precio: vbi autem fit mentio precij,tunc iudi-
27 catur emptionis contractus,†l.fi.vbi glo.C.de præd.
Decurion. lib.10.Io. Andr.ad Spec. in tit.de emptio.
& vend.§.nunc dicendum,verſ.ſed pone ſtatutũ,alios
citat Bec.loco prædicto, alios citat in conſ.52.nu.4.
quamuis igitur quælibet partium rem, nõ pecuniam
dederit,quia tamen res data fuit æſtimata,cõtractus
erit non permutationis ſed venditionis.& nõ mouet
quod partes nominauerint per mutationem: nam
non ipſa partium denominatio ſed effectus inſpici
debet, vt cognoſcamus qualis ſit contractus. Bald.in
Rub.C. de iure emph.in fine, vbi quod contractus nõ
28 iudicatur à nomine per cõtrahẽtes impoſito.†Rom.
in conſ.509.in 1.dub.Alex.in conſ.107.nu.7.in 3.vol.
Dec.in conſ.160.nu.1. Natta conſ.110.num.17. cum
igitur contractus ſit venditionis, in quo precium eſt
de ſubſtantia, negari non poteſt quin vnum de ſub-
ſtantialibus commiſſum fuerit arbitrio tertij, & in
hoc non eſt dubitandum: quia duos textus habemus
in l.fin.de contrah.empt.& d.l.ſi merces.

Sed ponamus eſſe meram permutationem, certè
ea ſimilis eſt emptioni,l.2.ff.de rer.perm.& illius ob
29 tinet vicem,†l.1.C.eod.l.Titia,vbi Bal.ff.de iure dot.
l.fi.ff.ex quibus cauſ.in poſſ.eat.l.ſciendum,§.deinde,
ff. de ædil. edict. l.apud Celſum,§.ſi quis aũt,ff.de do
li except. ideo ſicuti precium in vẽditione eſt de ſub
ſtantia,ita erit de ſubſtantia quando in permutatio-
ne interuenit: & cũ permutatio cõtractus ſit innomi
natus, gloſſ.& Doctor. in Rubr. C.de rer.permut.re-
gulari debet ſecundum naturam contractuum nomi-
30 natorum,quibus eſt magis ſimilis, † l.1.§. ſi quis ſer-
uum, ff.depoſiti, l.cum qui,§.1. ff.commod. l.natura-
lis,§.fi.ff.de præſcript. verbis. Natta in conſ.114. nu.
10. & in conſ.49. nu.11. vbi infert, qđ contractus in-
nominatus emphyteuſi ſimilis iudicatur, ſecundum
naturam emphyteuſis.propterea de hac permutatio
ne iudicare debemus,prout de venditione cui ſimilis
eſt.& militat eadem ratio:nam non minus eſt de ſub
ſtantia permutationis precium & æſtimatio,quando
partes voluerunt permutare ad ęſtimationem,quam
vbi voluerũt vendere: quia ſine adæquatione non eſ-
ſet facta permutatio,& ſine æſtimatione non fit adæ-
quatio. & nihil refert quod precium ſit neceſſarium
ex legis diſpoſitione, vt in venditione, vel ſit neceſſa-
rium ex voluntate partium, vt eſt in permutatione,
quam partes volunt facere ad æſtimationem. ſicuti
igitur preciũ eſt de ſubſtantia venditionis,ſic iuben-
te lege,ita ſubſtantiam reſpicit quando partes volũe
precium interuenire. Quæ verò dicuntur in contra-
rium, procedunt,quando permutatio eſt ſimpliciter
facta nulla facta mentione precij, aut valoris, aut æ-
ſtimationis, tunc enim verum eſt precium non eſſe
de ſubſtantia, ſed quando volunt partes æſtimari
rem,& ſecundum æſtimationem tranſire in poteſta-
tem contrahentis, tunc non poteſt negari quin æſti-
matio reſpiciat ſubſtantiam. & ſatis dicitur de ſub-
ſtantia,quando ſine ea contractus non poteſt ſubſiſte
re,& habere formam quam partes voluerũt interue-
nire,& hoc ſtante non curo,quòd ſit permutatio, vel
venditio quia partes voluerunt permutare ſub æſti-
matione rerum.

Tertio reſpondeo, quod concluſio in contrarium
propoſita, non eſt vſquequaque tuta, imò tenuerunt
multi, quod etiam in accidentalibus contractus non
liceat diſcedere à perſona electa,& ea non arbitran-
31 te pereat actus † ita enim probauit Bald. in l.ſi quis
arbitratu,vbi eum ſequuntur Imola,& Rom.idem ét
probarunt Pet.& Cin.in l.in vendentis,C.de contro.
empt.Imola in l.1.colum.4.ff.de leg.2. Alex. in d.l.ſi
quis arbitratu,nu.4. & hanc partem defendit Bolog.
nu.50. vbi dicit,quod ſi tale acceſſoriũ interuenit in
ipſo contractu,tunc totum contractum reddit condi-
tionalem,& totus corruit ſi arbitror non arbitratur,
vt in facto noſtro cõtigit, ſed quando extra actum ét
incontinenti, tunc corruit ſolũ id quod fuit geſtum
extra actum. eandem ſententiam tenuit Menoch. d.
quæſtion.98. numer.32. quæ ſententia caret difficul-
tate, quando partes ante declarationem ſeu æſtima-
tionem non habuerunt contractum pro perfecto,tũc
etenim non diſceditur à perſona arbitratoris eo non
arbitrante. ita concordando contrarias ſententias
reſoluit Alexand. d.l.ſi quis arbitratu, nu.4. vbi eum
ſequitur Socin.num.16.ſic autem contigit in propo-
ſito:quia partes dixerunt contractum facere ad æſti-
mationẽ,& ita non habuerunt pro perfecto ante æſti-
mationem, quod etiam dignoſcitur, quia non vene-
runt ad traditionem,vt conſiderant Alexand. & So-
cin.in loco præallegato.

Non etiam reſiſtit ſecundum obiectum, quod hic
fuerit prouiſum de tertio qui arbitrari poſſit.Reſpõ-
deo enim, quod iſta tertij prouiſio non ſuſtinet con-
tractum,ex quo non fuit nominatus,ſed eſt incertus.
& non valet contractus quando precium incertum
committitur declarationi alicuius tertij à partibus
32 eligẽdi, † vt probat text.in l.item ſi vnus,§.ſi duos,ff.
de arbitr.l.ſi merces,in princip.vbi gloſſ.not.ff.loca-
ti. nam propter naturalem inclinationem ad diſſen-
tiendum, non eſt veriſimile quod in electione tertij
partes concordent.gloſſ.ibi, & idem voluit gloſſ.in l.
in vendentis,C.de contrah.empt.vbi not. Cin. Bart.
Bald.& alij,præcipuè Salic.num.4.Bart.in d.l.ſi mer-
ces,in princip.Felin.in cap.ad hæc,in fine, de reſcrip.
Ruin.in conſil.103. num.2. verſic. ſola igitur difficul-
tas,vol.1. Vrſill.ad Afflict.in deciſ.83. Gabr. in con-
ſil.64. num.1. & 2. vol.1. & eſt ſingulare quod valeat
contractus, quando pretij declaratio committitur
duobus eligendis,vno ſcilicet per vnumquemque ip-
ſorum, ſecundum gloſſ.Bart.& prædictos omnes Do-
ctores:quia tunc non poteſt interuenire diſcordia cũ
quilibet cogi poſſit ad nominandum.At ſecus,quan-
do ab vtroque debet nominari. Et Anan. in conſ.29.
ſupra in contrarium allegatus,loquitur,quando ele-
cta fuit certa perſona,cuius arbitrio ſtandum eſt:ſed
in caſu noſtro non fuit electa,ſed nominanda;& non
refert quod hic ſit tertius, vel non, cum vtroque caſu
idem ſit, & in tertio quod non valeat diſpoſitio niſi
ſit nominatus,eſt text.in l.item ſi vnus,§.ſi in duos, ff.
de arbitr.vbi glo.in verſ.valet,ſequitur Bald.ſi igitur
actus non valet,non eſt verum quod dicatur eſſe pro-
uiſum à partibus:contrarium autem procedit, quan
do nominata eſt certa perſona in contractu.& ex his
facile patet,malè & contra textum gloſſ.& Doctores
loquutum fuiſſe Dec. in conſ.340. dum ſuſtinet actũ
in caſu ſuo in quo perſona non erat electa ſed eligen
da,& conſequenter incerta.

Reſpondeo quoque, quod prouiſio tertij facta
eſt caſu quo duo electi diſcordarent, ſed hic caſus
non euenit: quia inter eos non eſt diſcordia, ve-
rum vnus recuſat onus declarandi, & æſtimandi; &
aliud eſt diſcordare, aliud verò renunciare electio-
ni, ſicuti aliud eſt impugnare teſtamentum, aliud re
33 pudiare hæreditatem, † l.quæſitum, vbi Roma. ff.de
acq.hæred. l.filio pater,in fine, vbi Imola, in princ.ff.
de leg.1.Bald.in l.quidam elogio, num.12. C. de iure
delib. præcipuè inſpecta verborum proprietate, ſe-
cundum Roman.loco prædicto,quę in caſu noſtro at
tendi debet: quia electio facta eſt ſub conditione,ca
ſu quo diſcordent, & conditio debet in forma ſpecifi
34 ca impleri, nec ſufficit per æquipollens, † l.Mæuius,
& l.qui hæredi, ff. de conditio. & demonſtratio.Be-
cius conſ.41.num.27.& illa clauſula, caſu quo, facit
35 actum † conditionalem, Bal.conſ.241.volum.1. Bec.
conſi.39.num.20.conſ.41. nu.29. Cum igitur electio
tertij facta ſit ſub conditione, quæ non euenit, & in
caſum qui non contigit, perinde eſt ac ſi facta non
36 fuiſſet,† l. pecuniam quam,ff.ſi cer.pet. l.neceſſario,
§. quod ſi pendente, C. de pericul. & com. rei vend.
alios citaui in conſi.157.num.7.diſcordia autem eſt
cauſa vt tertius eligatur. ita dicit Bald. in l. item ſi
vnus, §. principaliter, in fine, ff.de arbitr.inquiens,
quòd cauſa finalis electionis tertij eſt diſcordia, &
infert, quod ſi duo primi ſint concordes, non opus
37 eſt tertium eligere. † probat latè Socin.conſ.54.ferè
per totum,vol.1.Gabr.conſ.43.nu.20.vol.1, vbi quod
diſcordia ceſſante non opus eſt tertio.

SVMMARIVM.

1 *Copula requirit concurſum copulatorum.*
2 *Grauari fideicommiſſo non poteſt qui non eſt vocatus.*
3 *Gl. in l.Lucius,la ſeconda, de vulg. & pup. dum vult poſi-
tos in conditione cenſeri vocatos cõmuniter reprobatur.*
4 *Poſiti in conditione non cenſentur vocati ex coniectura ma-
ſculinitatis.*
5 *Filij poſiti in conditione ex eo quod fuerint grauati, non
cenſentur vocati præſertim ſi aliquo in caſu reperiantur
vocati expreſſè.*
6 *Teſtator qui fecit plures gradus ſubſtitutionum, non pro-
pterea cenſetur vocaſſe poſitos in conditione.*
7 *Reciprocum fideicõmiſſum vt inducatur,tria requiruntur.*
8 *Clauſula, In ſtirpes, & non in capita,importat, quòd ſub-
ſtitutio dicatur facta de vna ad aliam lineam.*
9 *Grauari nemo poteſt, niſi in caſu quo fuit honoratus.*
10 *Liberorum appellatio omnes includit deſcendentes.*
11 *Clauſula, Adeo quod,declarat, & reſtringit præcedentem
diſpoſitionem.*
12 *Grauamen iniunctum filijs in conditione poſitis,non eſt le-
uis coniectura ad præſumendum eos cenſeri vocatos.*
13 *Clauſula, Omni meliori modo, efficit ſubſtitutionem dire-
ctam pupillarem, quæ aliàs non erat talis.*
14 *Clauſula, Omni meliori modo, facit quod filij poſiti in con
ditione cenſeantur vocati,quando grauamen eis iniunctũ
aliter non poteſt ſuſtineri.*
15 *Subſtituere alicui, & grauare aliquem ſunt diuerſa.*
16 *Grauamen in dubio cenſetur iniunctũ hæredibus inſtitutis.*
17 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando teſtator ex-
preſſit ſe facere ſubſtitutionem pro conſeruatione domus,
& agnationis.*
18 *Subſtitutio vbi eſt facta vltimo morienti, omnes dicuntur
vocati.*
19 *Filij poſiti in conditione ex quacunque adiecta coniectura
debent cenſeri vocati, & iudex debet adduci ad ſequen-
dam hanc ſententiam.*
20 *Coniecturarum tota fides dependet à iudicis arbitrio.*
21 *Copula reſoluitur in disiunctam, & ſufficit quod vna con-
ditio verificetur ad hoc vt fideicommiſſo locus ſit.*
22 *Copula poſita inter duo quæ ſe non compatiuntur, ſemper
reſoluitur in disiunctam.*
23 *Filij poſiti in conditione vbi cenſentur vocati,tũc dicuntur*

vocati

vocati ad ſucceſſionem patrum ſuorum , non patruorum , vel aliorum tranſuerſalium.

24 *Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator primo legauit, deinde inſtituit, & grauauit .*

25 *Prælegata veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quando teſtator prælegando diſtribuit ferè omnia bona .*

26. *Inſtitutio facta in alijs bonis, non excludit legata.*

27 *Prælegata præſumuntur abſorbere omnia bona, vel maiorem partem.*

28. *Paupertas , vel diuitiæ ſunt probandæ ab eo , qui in illis ſe fundat.*

29 *Negatiuam tenetur probare , qui in ea ſe fundat , quando non habet intentionem ſuam aliunde probatam.*

30 *Gloſ. in l. cum de lege, ff. de probat. procedit, ſiue factum ſit inuentarium , ſiue non.*

CONSILIVM CCCCXXXIV.

MARCVS de S. Petro Bononienſis, inſtitutis duobus filijs ſi contingeret
eos, vel eorum alterum, vel alterius
eorum liberos maſculos in infinitũ
decedere abſque liberis maſcolis legitimis, & naturalibus , alterum ſuperuiuentem ex inſtitutis filijs , & eo non extante,
proximiores maſculos ex deſcendentibus prædictis
eidem, vel eiſdem in ſtirpes , & non in capita ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum,
mandans eo caſu extantes feminas dotare , declaranſque prædicta ordinaſſe pro conſeruatione domus, & deſcendentium maſculorum , & agnationis.

Vbi verò cõtingeret hæredes inſtitutos , & eorum
liberos in infinitum quandocunque decedere abſq;
filijs, vel liberis maſculis, adeo quod ex eius deſcendentibus nullus maſculus ſuperſit, tunc vltimo decedenti ſubſtituit proximiores agnatos tranſuerſales,
de domo, & familia pro duabus partibus, & pro tertia ſubſtituit Moniales S. Petri Martiris. Et quia Illuſtris Dominus Marius teſtatoris pronepos vnicuſque ex dicti teſtatoris deſcendẽtibus deceſſit ſine liberis, inſtituta Illuſtri Domina Virginia vxore; quæritur num locus ſit fideicommiſſo prædicto ad fauorem Illuſtr. Dominorum Vincentij, Marci Antonij, &
Leonardi nepotum Ludouici , & Floriani qui fuerãt
teſtatoris fratres : & pro Illuſtri Domina Virginia
ad excluſionem agnatorum facere videtur, quia ſubſtitutio de dictis agnatis facta eſt ſub duplici conditione, ſi hæredes inſtituti decederent ſine filijs, & ſui
filij ſine filijs; ſed prima conditio defecit , quia alter
ex hæredibus reliquit filios, propterea defecit ſubſtitutio: quia copula, &, requirit omnium copulatorum
1 concorſum, † l. ſi hæredi plures, ff. de cond. inſtit. Iaſ.
conſ. 228. nu. 12. vol. 2. in l. 1. nu. 2. ff. de iuſt. & iur. deciſ. Pedem. 71. nu. 66. Simon. de Interpret. vltim. volun. lib. 2. interpr. 3. dub. 1. ſol. 3. nu. 405. vbi multos citat. Secundo onus fideicommiſſi ad fauorem agnatorum tranſuerſalium iniungitur expreſsè vltimo ex
deſcendentibus teſtatoris decedenti ſine liberis: ſed
talis vltimus nullo in loco in prædicto teſtamento reperitur vocatus ad ſucceſſionẽ, ergo fideicõmiſſo gra-
2 uari non potuit, † ex regula l. ab eo, vbi omnes Doct.
C. de fideicom. l. ciuitatibus, §. fin. vbi Bar. ff. de leg. 2.
Bar. in l. Pamphilo, §. fin. ff. de leg. 3. & ponunt Doctores paſſim in l. Centurio, ff. de vulg. & pupil. & ſi dicatur, deſcendentes dici vocatos in prima ſubſtitutione, de qua in ver. & ſi contingeret, reſpondetur, quòd
ibi ſolum ſunt poſiti in conditione , nec ideo cenſeri
debent vocati: reprobatur enim communiter gl. in l.
Lucius, la ſeconda, ff. de vulg. quæ vult, quòd liberi in
3 conditione poſiti intelligantur vocati, † vt patet ex
infinitis adductis per Gabr. com. opin. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 4. nu. 1. plures Clarus, §. teſtamentum,
q. 77. vbi dicit magis communem. Zanc. in l. hæredes
mei, §. cum ita, par. 7. nu. 3. Mol. de primog. Hiſp. lib. 1.
c. 6. nu. 1. Craſſ. §. fideicommiſſum , q. 13. vbi infinitos
propemodum modernos cumulat. alios citat Petra,
licet in contrariam ipſe eat ſentẽtiam, in tract. de fideic. ex prohib. alien. q. 9. nu. 154. Simon. de coniect.
vlti. volunt. lib. 3. interp. 3. dubit. 2. ſolut. 2. nu. 10. ver.
quapropter f. 298. quæ opinio ſuſtinetur etiam quãdo, vt in caſu noſtro, filij ſunt grauati : per hoc enim
non dicuntur vocati , quia hoc modo diſpoſitio d. l.
ab eo, redderetur ſuperflua , nec vnquam verificaretur, atque ita reprobato Bart. in l. Centurio, num. 37.
concludunt Alex. ibi , & Iaſ. & plures alij adducti à
Zanc. in d. §. cum ita, par. 7. nu. 24. alios addit Burſat.
conſil. 1. nu. 10. Petra d. quæſt. 9. nu. 187. vbi poſt Ruin.
dicit id procedere facilius, quando reperiuntur aliquo in caſu expreſsè vocati, id quod contigit in caſu
noſtro: quia deſcendentes vocantur expreſsè ad ſucceſſionem decedẽtibus filijs, vel etiam filiorum filijs.
Et hæ deciſiones ſunt in terminis pręſentis quæſtionis : quia Bartol. in d. l. Centurio, ponit quæſtionem,
quando dictum eſt, ſi filij decederent ſine filijs, vel filiorum filij ſine filijs, & tamen volunt Doctores communiter, quod filij filiorum non dicantur vocati, nec
ideo potuerint grauari fideicommiſſo. Et licèt in caſu noſtro extent vbique coniecturæ vocationis , vt
quia non ſolum maſculi ſunt in conditione poſiti , &
teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionũ,
ſed etiam ſunt expreſsè grauati, & vltimo loco deficientibus omnibus deſcendentibus ſubſtituit teſtator pro parte extraneos , ideſt tranſuerſales , & pro
parte piam cauſam: tamen hæ coniecturæ non viden-
4 tur ſufficere: nam maſculinitatis cõiecturam† reprobat Alex. conſ. 24. in 3. Soc. conſ. 52. in tertio, infinitos
Petra citat d. q. 9. nu. 172. Zanc. d. p. 7. nu. 45. Sim. lib.
3. interpr. 3. dubit. 2. ſol. 2. nu. 11. fol. 298. ſicuti etiam
non admittitur quę deducitur à grauamine filijs impoſito, ſecundum Alex. in conſil. 202. col. 1. vol. 7. vbi
fortius conſiderat , quod grauamen fuit , vt in facto
5 noſtro, iniunctum vltimo decedenti, † & quod magis
eſt, in tota hæreditate. & idem volunt omnes, qui reprobant Bart. in d. l. Centurio, nu. 37. Petra, alios citat d. quæſt. 9. numer. 187. & magis communem dicit
Zanc. d. par. 7. nu. 24. pręcipuè, quando deſcendentes
ipſi aliquo in caſu reperiuntur vocati, ſecundũ Zanc.
loco prædicto, & num. 93. & Petr. locis prædictis, ſicuti enim teſtator vno in loco expreſsè illos vocauit ,
ita vocaſſet in omnibus ſi voluiſſet . eodem modo re-
6 pellitur cõiectura digreſſionis ad plures gradus, † vt
per Socin. in l. cum auus , & communiter damnatur,
vt inquit Ripa, d. l. Centurio, num. 165. Petra qui multos citat d. quæſt. 9. nu. 199. plures alios addit Craſſ.
d. quæſt. 14. nu. 3. ex eo item, quòd vocauerit fratres,
& fratrum filios , non benè infertur ad vocationem
filiorum, vt declarat Petra d. quæſt. 9. num. 220. Nec
fauor piæ cauſæ ſubſtitutæ hoc inducere poteſt, ſecundum Ruin. in conſil. 182. num. 9. volum. 2. Pariſ. conſil. 86. num. 68. volum. 2. Zanc. d. part. 7. num. 76. Petram d. quæſt. 9. num. 212. & prædicta confirmantur,
quia ſubſtitutio non legitur facta in tota hæreditate, ſed indefinitè , & propterea non poteſt dici, quod
inter ipſos deſcendentes filiorum inductum ſit reciprocum fideicommiſſum , ſine quo tamen bona conſeruari non poſſunt , & tria omnino requiruntur , vt
reciprocum inducatur , ideſt quòd omnes ſint vocati , quòd vltimus grauetur , & quod grauamen ſit in

tota

Digitized by Google

7 tota † hæreditate. Gabr.lib.4. tit. de ſubſtit.concl. 1. num.3.Zanch.d.§.cum ita,par.6.nu.181.Cran.conſil. 306.num.2.Roland.conſil.84.num.57.vol.4 Menoc. conſ.328.nu.48.Bertazol.conſil.96.num.23.inter ciuil.Card.Mantica, lib.7.tit.5.num.8.

Addo quod ſubſtitutio primo loco facta non debet interpretari vt filij ea altero filio ſint inuicē vel etiam patribus ſuis ſubſtituti, ſed vt vnus filius alii ſuccedat,& filij ex vno hæredū ſuccedant alteri hæredi, vel eius filijs: dicit enim, ſi contingeret Vincentium & Iacobum Marium,vel alterum eorum,vel alterius eorum liberos maſculos in infinitum decedere abſque liberis, alterum ſuperuiuentem ea dicta filijs,& eo non extante,proximiores, &c. dum enim ſubſtituit alterum ex filijs nominatis, iam præſupponit deficere omnes deſcendētes ex vno, quod autem vnius filij inter ſe ſuccedant,nullum verbum fit: ideo ſubſtitutio intelligi debet facta de filijs vnius fratris ad filios alterius. ita clarè Soc. conſil. 104. nu. 2. verſ.capio nunc, volum.3. vbi ponderat ad propoſitum noſtrum clauſulam in ſtirpes & non in capita, quæ cum referri nō poſſit ad deſcendentes ea eodem patre,importat,quod ſubſtitutio dicatur facta de v-
8 na ad aliam lineam. † Pariſ.conſil.87.num.25.vol.2. Menoc.conſil.327.num.31. & ſeq.hoc ergo ſic ſtante, infertur,quod quam primum deceſſit ſine filijs Iacobus Marius alter ex filijs inſtitutis, factus eſt locus prædictæ ſubſtitutioni: qnia ſucceſſit Vincentius,vel eius filij, & extincta eſt virtus illius ſubſtitutionis: nam ſi filij non ſunt patri ſubſtituti, nec inter ſe vocati ad ſucceſſionem, ſed ſolum ad ſucceſſionem fratris,vel patrui,expirauit ſubſtitutio, quādo patruus deceſſit. Et ideo,cum ſolum ſint vocati in eum caſum, non potuerunt grauari in alium caſum, quando deſcendentes vnius ea filiis decederent ſine maſculis: quia grauari nemo poteſt niſi in caſu quo fuit hono-
9 ratus.† Alex.conſil.24. num.5. vol.3. Aret. conſ.156. col.4. multos alios citat Zanc.d.par.7. nu.:6.28.31. & ſeqq.Crau.in l.cum filio,par.1. num.173. ff.de leg. 1.& conſil.763. num.14. verſic. quarto reſpondetur. Burſ.conſ.1.num.14.Petra d.quæſt.9.num.188.

Confirmatur,quia vltima ſubſtitutio ad fauorem agnatorum tranſuerſalium eſt facta vltimo morienti, at ille vltimus non ſucceſſit Iacobo Mario, ergo non poteſt aliquo caſu dici vocatus,& conſequenter non potuit grauari,habuit enim hæc bona ab inteſtato à patre, non autem ex teſtamento Marci.

Sed pro agnatis videntur expreſſa verba ſubſtitutionis de qua in ver.ſi verò contigerit, vbi decedentibus hæredibus aut eorum liberis in infinitum ſine filijs maſculis,ſubſtituit prædictis agnatos: hic enim caſus euenit, quia deſcendentes omnes ex linea teſtatoris defecere,& appellatio liberorum omnes in-
10 cludit † deſcendentes. Bart.in l.liberorum,num.19. ff.de verb.ſign.Iaſ.in l.Gallus,§.nunc videndum, nu. 5.ff.de lib.& poſth.Soc.conſil.113.nu.2.volum.1.conſ. 152.num.4.vol.2.Crau.conſ.130.nu.1.Menoc.conſil. 393.nu.13.præcipuè cum dixerit teſtator de liberis in infinitum. & clarius mentem ſuam expoſuit,quando non contentus de prędictis dixit,ita,quod ex eius deſcendentibus nullus ſuperſit maſculus: illa namq; clauſula (adeo quod) idem omnino ſignificans quod clauſula,ita quod,ſecundum Gab.conſ.111.num.23. vol.1.declarat & reſtringit præcedentem diſpoſitio-
11 nem,† l.Lucius,§.qui habebat,ff.ad Trebel.l.Gallus, §.idem credendum.in fine,ff.de lib.& poſthum.Gul. Cun.& Ang.in l.nulla iuris,ff.de reg.iur.Alex.in l.legata inutiliter,num.3.ff.de leg.1.Socin.conſil.49.numer.2.vol.1.Dec.conſ.227.num.6.Alciat.conſil.492. num.17.Ruin.conſ.18.nu.11.volum.2.Bero.conſ.102. num.17.vol.2. Soc.iun. conſ.69.num.33.vol.3.Crau. conſ.956.nu.14 Gabr.conſil.30.nu.26.vol.1. Rimin. conſ.263.num.40.conſil.313.nu.29.Rota, deciſ.243. num.6.in 2.par.in nouiſſimis. Et per ea verba teſtator videtur effectum conſideraſſe,nō autem modum: cum ergo effectus ſit ſecutus,quia nullus ſupereſt maſculus deſcendens à teſtatore,fit locus prædictæ ſubſtitutioni ad fauorem agnatorum. Et pro hac parte eſt expreſſa deciſio Bart.in l.Centurio, num.37.ff.de vulg. vbi facta ſubſtitutione ſi filij ſine filijs deceſſiſſent,vel eorum filii ſine filijs, vult locum eſſe ſubſtitutioni,quandocunque filij filiorum moriuntur ſine filijs,etiamſi filiorum filij non leguntur expreſsè vocati,licèt enim prima deciſio Bar. non conueniat,dum dicit, quod filij inſtituti grauati videtur duplici conditione,qui caſus nullum continet dubium,vt ex deciſ.Rotæ 212.in 2. par. in nouiſſ.quæ ſecuta eſt ſuper. Gabr.conſ.123. vol.2. tamen ſecunda noſtros terminos amplectitur, fuit enim præſenti caſu impoſitum grauamen vltimo decedenti,& non filio grauato: fateor autem illam deciſionem eſſe admodum controuerſam, & à multis impugnari, ſed eam veriſſimam eſſe inſpecta facti contingentia demonſtrabo.primò enim Bartolum ſequuntur Anch. Cum. Caſtr. Imol. Alex.Aret.Ang.Aret.Corn.Socin.& alij multi, quos citat, & ſequitur Bertrand.in conſil.173. nu.22. vol. 3.Crauet.in l.cum filio,par.prima,num.67.ff.de leg. 1.vbi dicit,grauamen filiis in conditione poſitis non
12 dici leuem coniecturam, † & Zanc.dicta part.ſeptima,num.24.addit Cur.ſen.Ruin.Socin.iun. Galuaul. Loaz.& Torniellum,alios congerit Burſat.conſ.202. numer.35.

Et hanc partem latè defendit Roland.conſil.18. num.10.& per totum vol.4. vbi citat Domin. Iacob. de Aret.Ioan. de Monte Sperell. Ioan. Petruc. Curt. iun. Rippam, Goz.Barb.Bertr. Pract.Papienſ.Bero. Caſſan.Guid.Pap.Benedict.Lancell.Petit. Celſ. Hugon. & Cæphal. eam quoque probauit alios addens Card.Mantica, de coniect.vlt.volunt. lib.11.titul.3. num. 1.verſic.verum planè,vbi ait,quòd hæc ſententia plures habet authores.Simon.dicto lib.1.interpr. 3.dub.2.ſolutio.3.num.4. verſic.ego vero, vbi addit Crot.Zaſ.Oddum Peruſ.Cottam in memor.incip.filij poſiti in conditione,ver.quarto limita. Boer.dec. 155.num.13.Cæph.in repertio.l. Centurio, nu.884. quem citat & ſequitur Menoch.conſ.348. numer.35. Craſſ.dicto §.fideicomm.q.14.nu.2.vbi refert Doctores dicere,quod hæc opinio hodie eſt magis communis,& canonizata in conſulendo,& iudicando,& ſecundum eam ſæpiſſimè fuiſſe iudicatum multis in locis. Purpur.conſi.39.nu.5.vbi præcipuè id verum dicit,quando grauamē fuit iniunctum vltimo morienti,vt in caſu noſtro. Et principale huius partis fundamentum,cui nemo aptè reſpondere poteſt, illud eſt, quia interpretatio illa fieri debet per quam actus ſuſtineatur, non autem ſuſtineri poteſt grauamen niſi is etiam honoratus cenſeatur.

Quæ opinio & ſi dubia ſit apud aliquos, tamen in facto de quo agimus videtur omnino abſoluta: quia agnati ſunt tali caſu vocati omni meliori modo,via, iure,& forma,quibus magis,& melius fieri poterat. illa etenim clauſula,facit actum valere eo modo quo poteſt, vt ſunt iura vulgata. & Ioannes de Amic.in conſilio decimoquinto, numero 10. vult, quòd efficiat ſubſtitutionem directam,pupillarem, quæ aliàs
13 non erat talis.† & in terminis noſtris, Cuman.conſil.25. colum. ſecunda, num.2.vbi ait,quod etſi grauamen ſit appoſitum filiis filiorum, tamen vbi ex-

tat

tat claoſula, omni meliori modo, ſuſtinetur, ac ſi ip-
ſis filijs inſtitutis iniunctum eſſet. ſequitur Socin. in
conſil. duodecimo, numer. 19. volum. 3. vbi explicitè
inquit, quod tunc filij poſiti in conditione cenſentur
vocati, cum grauamen eis iuniunctum non poſſit ali-
14 ter† ſuſtineri. & clarius firmat Curtius iun. in conſi-
lio 73. numer. vigeſimoſecundo, vbi dicit clauſulam
illam operari, quod non attendatur modus expreſ-
ſus, puta quòd onus ſit vni ſpecialiter impoſitum.
Pariſ. conſ. 21. num. 53. volum. 3. Simon dicta ſolutio.
3. numer. 6. vbi vult, quòd poſiti in conditione dicau-
tur vocati, quando aliàs grauamen ſuſtineri non po-
teſt. atque ita iudicauit Rota, vt in deciſio. Pute. 215.
lib. 3. quam refert, & ſequitur Gabriel. conſ. 153. nu-
mer. 22. & 30. volum. ſecundo, & operatur clauſula
etiam quando grauamen, vt diai, nominatim vni eſt
impoſitum, ſecundum Curt. iun. loco præcitato, & in
conſil. 71. num. 12. conſil. 75. num. 8. Tobias Nonius,
conſil. 35. in fine. Petra de fideicommiſ. quæſtion. 15.
num. 178. quare licet in præſenti facto vltimus ex de-
ſcendentibus ſit grauatus, tamen ſi ab eo fideicom-
miſſum relinqui non poteſt, ſuſtinebitur grauamen
tamquam ſi iniunctum fuiſſet filijs inſtitutis, quo ca-
ſu ſecundum Barto. in dicta l. Centurio, res eſt clara:
quia inſtituti videntur grauati ſub duplici conditio-
ne, & doctrina Bart. in eo caſu eſt ab omnibus rece-
pta, vt per Doctores ibi.

Non omitto, quod granamen non poteſt dici in-
innctum vltimo, per ea verba, (vltimo decedenti ſub
ſtituit) aliud eſt enim dicere ſubſtituo tali, aliud verò
15 grauo talem, † vt in propoſito inquit Cuman. d. conſ.
25. nn. 5. quem citat, & ſequitur Curt. iun. dicto conſ.
71. num. 7. & ſequent. conſ. 72. nnm. 9. & 10. & conſil.
73. num. 6. 7. & ſequent. vbi declarar, quod ſubſtitue-
re nihil aliud importat, qnam in alterius locum po-
nere, poteſt vni ſubſtitni, & grauamē alij imponi, ita
quod non infertur de neceſſitare, ſubſtitutio eſt facta
vltimo, ergo grauamen eſt iniunctum vltimo. & hoc
ſtante, non poteſt dici quod ſubſtitutio ſit nulla, tam-
quam grauatus fuerit qui non erat honoratus, quia
imo grauamen cenſebitur in dubio iniunctum hæ-
16 redibus inſtitutis, † ſecundum doctrinam Bartol. di-
cta l. Centurio, num. 37. alios citat Cardinalis Man-
tica, lib. 8. titu. ſecundo, numer. 13. Simon dicta ſolu-
tio. 3. nnmer. 3. Craſſ. dicta quæſtio. 14. num. 5. verſic.
& hoc tamen cum moderamine. Rota, d. deciſ. 512. in
fin. 2. par. in nouiſs.

Concurrunt etiam plures coniecturæ, quod deſcē-
dentes non ſolum fuerint in conditione poſiti, ſed
etiam ſint vocati, & prima eſt, quod ſubſtitutio facta
fuit pro conſeruatione domus & agnationis, vti pro-
teſtatur teſtator, id quod de per ſe ſufficit quādo hæc
17 voluntas eſt expreſſa, † vt per Pariſ. conſil. 6. num. 16.
volum. 3. Ruin. conſil. 101. numer. 15. volum. 2. Clar. §.
teſtamentum, quæſtio. 79. coniectur. quinta. Cardin.
Mantica, d. lib. 11. titu. tertio, numer. 15. Simon d. ſo-
lut. tertia, in princip. Zanch. d. parte 7. num. 45. & ſe-
quent. Gabriel. conſil. 123. num. 29. volum. 2. Petra d.
tractat. quæſtion. 9. nu. 189. circa finem. Craſſ. d. quæ-
ſtio. 14. numer. 5. Ludouicus Molin. de primogenit.
Hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. ſecundo, imò ex prædictis
multi volunt, quod ſufficiat rationem prędictam col-
ligi tacitè ea verbis teſtatoris.

Secunda eſt coniectura, quia ſubſtitutio facta eſt
poſt mortem omnium deſcendentium, imo vltimo
18 eorum, quo caſu dicuntur omnes † vocati, ſecundum
Ruin. conſ. 142. num. 11. & num. 13. volum. 3. Gozad.
Port. & Torniel. quos citat, & ſequitur Petra d. quæſt.
9. nu. 517. Bero. conſ. 65. num. 6. volum. 5.

Et ne ſingulas longas ſerie recitem, breuibus per-
currendo, adduntur, quod deſcendētes poſuit in con
ditione, ſub qualitate maſculinitatis ſæpius repeti-
ta, digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtiturionum,
proprias filias excluſit, & deſcendenres ab inſtitutis
dotari iuſſit, & deficientibus omnibus deſcendenti-
bus, vocauit agnatos tranſuerſales. Et vlterius, vo-
luit bona penes illos ſtare de gradu in gradū, quod
ſi id voluit in tranſuerſalibus, quanto magis creden
dum eſt voluiſſe in deſcendentibus, & cum prædictis
agnatis etiam piam cauſam vocauit, quæ ſingulæ cō-
iecturæ ſicuti de per ſe plurimū vrgent, vt videri pōt
apud Zancb. d. §. cum ita, par. 7. nu. 24. 71. & ſequent.
Petr. dict. q. 9. num. 193. 194. 199. 216. Card. Mantica,
d. lib. 11. titul. 2. Simon d. ſolut. 3. Craſſ. d. quæſt. 14. &
Clar. dict. §. teſtamentum, quæſt. 79. ita ſimul iunctæ
cum alia quod ijdem deſcendentes ſint grauati, de-
bent religioſi iudicis animum mouere ad ſic tenen-
dum: cum enim multi teneant hodie communem eſ-
ſe opinionem, quod filij poſiti in conditione ſint vo-
cati, facilè ex quacunque adiecta coniectura adduci
19 debet ad ſequendum hanc ſententiam, † quòd pla-
cuit Corne. conſil. 146. num. 21. volum. 2. dum dixit
ſufficere leuem quamlibet coniecturam, & aliis a-
pud Petram d. quæſt. 9. num. 190. Zanch. part. 7. nnm.
21. Crauet. d. l. cum filio, part. 1. numer. 68. præcipuè
quando deſcendenres ſunt poſiti in conditione, cum
eorum fauore leniores ſufficiant coniecturæ, ſecun-
dum Cardin. Manticam, d. titul. 3. in fine. & Craſſ. d.
quæſtio. 14. in fine. Et quod plures coniecturæ coa-
ceruatæ concludantur, tenent omnes, vt per Cardin.
Mantic. loco prædicto, numer. 18. Petr. numer. 190.
Burſat. conſil. 1. nu. 11. Craſſ. d. quæſt. 14. in fine. Et in
ſumma, tota fides coniecturarum dependet à iudi-
20 cis arbitrio, † vt poſt Socin. in l. cum auus, in fine, ff.
de condition. & demonſtr. dicunt Zanch. numer. 22.
Cardin. Mantica, tit. 3. nnm. 18. Menoch. de arbitr.
iudic. caſu 145. Petra, numer. 191. Craſſus, numero ſe-
ptimo, ſed vbi prædictæ non ſufficiant, nunquam da-
bitur caſus in quo filii poſiti in conditione dici poſ-
ſint vocati.

Concludendo igitur dicitur, quod ſubſtitutio fa-
cta de agnatis tranſuerſalibus, & pia cauſa, ſuſtineri
debet: vel quia rectè fideicommiſſum fuerit ab vlti-
mo decedenre relictum, qui etſi videatur ſolum poſi
tus in conditione, tamen eſt etiam vocatus; vel quia
cenſeri debeat relictum nō ab vltimo, ſed à filiis in-
ſtitutis, ſtante, quod ſubſtitutio eſt facta omni melio
ri modo: ſi enim non potuit relinqui à poſitis in con-
ditione, nullo meliori modo dari potuit quam ab in-
ſtitutis. & per prædicta reſponſum colligitur ad illa
quæ ſupra in contrarium adducebantur contra con-
iecturas filiorum poſitorum in conditione. Et in ter-
minis noſtris, quòd ſubſtitutio facta modo præmiſſo
ſuſtineatur, voluit Bero. conſil. 65. num. 4. vſque ad fi-
nem, volum. 2. & idem tenuerunt Ruin. & Alba, quos
citat & ſequitur Petra, d. q. 9. num. 535. in fine.

Non obſtat quod ſubſtitutio ad fauorem Domi-
norum agnatorum ſit facta ſub duplici conditione
copulatiuè appoſita, quę in parte defecit. Reſpon-
deo enim, quod illa copula, &, poſita inrer filios, & fi
liorum filios, reſoluitur in diſiunctam, vel alternati-
uam: nullo enim modo poſſunt ſimul ſtare, quod filii
decedant ſine filiis, & quòd eorū filii non relinquant
filios; ſed vna parte poſita pro vera, deſtruitur alte-
ra, vt per Galiaul. in l. Centurio, numer. 454. in fine,
vbi dicit, quòd copula reſoluitur in diſiunctam, &
ſufficit, quod vna conditio verificetur, ad hoc vt fi-
21 deicommiſſo locus ſit. † Ripa, numer. 169. verſicul.
ſed

ſed quid ſi ſubſtitutio, vbi allegat Sali. Alex. & Corn. & ſequitur Alcia. nu. 38. Ruin. conſ. 111. num. 8. vol. 2. Simon. d. ſolut. 3. num. 2. fol. 300. & eſt regula, quod ſemper in diſiunctam reſoluitur, quando eſt poſita
22 inter duo quæ ſe non compatiuntur, † l. ſi à Titio fundus, ff. de vſufruct. leg. Iaſ. in l. 1. num. 2. ff. de iuſt. & iure. Ripa in l. de pupillo, §. meminiſſe, num. 22. ff. de oper. noui nunc. & in capit. ea parte, nu. 49. & ſeq. de reſcript. & non opus eſt vlterius inſiſtere, quia ſupra datę ſunt deciſiones in terminis.

Minus aduerſatur, quod omni caſu filij filiorum ſint ſolum vocati ad ſucceſſionem patruorum, vel aliorum à patruis deſcendentium, non autem inter ſe: quia reſpondeo, hic non agi, an filij ſuis fratribus ſuccedant, ſed ſolum an ſuccedant parentibus proprijs, & hoc non habet dubium, quia vbi poſiti in cōditione cenſentur vocati, tunc dicũtur vocati ad ſucceſſionem patrum ſuorum, non autem patruorum,
23 vel aliorum tranſuerſalium, † vti concludit Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, colum. 1. verſic. primus caſus, ff. ad Trebell. Ruin. conſil. 141. colum. penult. verſic. poſtremo & fortius, volum. 3. Curt. iun. conſil. 96. num. 5. circa finem. Bertran. conſil. 105. colum. penult. volum. 3. Galiau. d. l. Centurio, num. 447. vbi Ripa, nume. 166. in fine. Crauet. qui Caſtr. & alios allegat conſil. 130. num. 5. Natta conſil. 551. num. 6. & 7. alios citat Zanch. d. §. cum ita, nu. 85. Menoch. conſi. 348. num. 10. Gabriel. conſil. 2. num. 6. & 13. & conſi. 93. nume. 30. volum. 2. & Petra, d. quæſtio. 9. num. 228. & 231. ex quibus infertur, quod filij vnius ex hæredibus inſtitutis, ſunt expreſsè ſubſtituti patruis, & filijs alterius hæredis, vt dicitur in contrario: & tacitè ſunt ſubſtituti eorum patribus, quibus ſunt poſiti in conditione, & illa clauſula, in ſtirpes, & non in capita, non poteſt referri ad ſucceſſionem filiorum alterius hæredis inſtituti, quia eis non conuenit quibus ſucceditur in capita, non in ſtirpes. ita arguit Crauet. conſil. 763. num. 10. & per eam clauſulam dicit Alciat. conſil. 546. col. 2. verſi. non obſtat, quòd fideicommiſſum videtur iniunctum inter deſcendentes, non inter tranſuerſales, quia inter illos datur ſtirps, non inter iſtos: quidquid dixerit Menoch. d. conſ. 227. vbi Alciatum adducit pro contraria parte; ſtante autem præſuppoſito, quod quilibet deſcendens ſit vocatus ad portionem patris ſui, infertur, quod à teſtatore grauari potuit in eo caſu in quo fuit vocatus, videlicet, quando ipſe ſucceſſiſſet patri, & deinde ſine filiis deceſſiſſet, qui eſt caſus noſter, quia Dominus Marius patri ſucceſſit, & filios non reliquit: an verò grauamen includat portiones quas aliunde habuit, atque ita an fideicommiſſum ſit reciprocum, id nō eſt præſentis ſpeculationis, nec de hoc ſum interrogatus.

Hæc verò pars quod eueniat caſus fideicommiſſi ad fauorem agnatorum, & piæ cauſæ, videtur mihi verior, & magis conformis litteræ teſtamenti, ac menti ipſius teſtatoris, cui ſemper inhærendum exiſtimo in fideicommiſſis, atque ita ſemper iudicarem.

Circa verò ſecundum articulum, qui proponitur, an ſcilicet prælegata à teſtatore facta, veniant in reſtitutione fideicommiſſi? res videtur paucis expediri poſſe: nam communiter concludunt Doctores, ea venire, quando teſtator primo legauit, deinde
24 inſtituit & grauauit. † gloſ. in l. cum virum, vbi ſequuntur alij, C. de fideicommiſſ. vbi fit diſtinctio, an grauamen præcedat, vel ſequatur legata, & hanc communem dicit, plures allegans Dec. conſi. 80. in princ. ſequuntur Alex. Socin. Corneus & alij, quos citat Pariſ. conſ. 18. nu. 15. vol. 3. vbi inquit gloſ. prædictam eſſe communiter approbatam; eandem dicit communem Iaſ. in conſil. vltimo, num. 6. vol. 4. communem quoque dixit Ruin. conſ. 133. num. 14. in fine, volum. 2. Bertrand. conſ. 172. num. 7. volum. 4. vbi dicit communem Boer. deciſ. 280. nu. 1. & ſequent. Siluan. conſil. 49. num. 16. vbi ait, gloſſ. eſſe communiter approbatam. Gomeſ. de teſtamen. cap. 5. numer. 18. in fine, vbi dicit cōmunem, quando ſimpliciter fit ſubſtitutio, non facta mentione de hæreditate, vel portione. Roland. in conſil. 34. num. 7. vol. 4. vbi dicit eſſe communem. Cæphal. in conſ. 79. num. 46. Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 77. ff. ad Trebellian. Menoch. conſil. 86. numer. 21. vbi ait, hanc eſſe magis receptam Doctorum opinionem, & ab hac diſtinctione, Ripa in d. §. cum ita, dicit nō eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo. Cardin. Mantica, de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 7. per totum. Simon lib. 3. interpretat. tertia, dubitat. quinta, ſolutio prima, num. 4. verſicu. & quando prælegata. Riminald. conſil. 590. num. 10. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſtio. 47. nu. 4. vbi multos alios citat. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 10. numer. 73. vbi pariter dicit hanc eſſe communem opinionem.

Secundo, in teſtamento prælegando teſtator diſtribuit inter filios ferè omnia bona ſua, ideò ea prælegata vt quæ vim obtinent hæreditariæ portionis, reſtituenda veniũt fideicommiſſarijs, & de eis idem
25 quòd de hæreditaria portione iudicari debet, † eſt text. in l. quid ergo, il ſecondo, in fine, ff. de leg. 1. vbi Bartol. notat, ſubdens, id verum eſſe, etiam quando teſtator grauauit hęredem reſtituere portionem ſuã, & ibi Caſtr. qui legit cum l. filio pater, num. 5. dicit, quòd hoc eſſet dubium, ſi ille textus non extaret, & ſubdit eſſe notabile. idem tenet Imola ibi, num. 1. & Iaſ. in ead. l. filio pater, nume. 26. vbi multos allegat. hoc etiam tenuit Bartol. in l. Marcellus, §. quidam liberis, num. 1. ff. ad Trebellian. vbi ſequuntur alij omnes, præcipuè Alexand. num. 2. dicens illum textum eſſe ſingularem. Hanc etiam communem dicit Dec. in conſil. 254. colum. ſecunda, vbi ſubdit, legata quæ aliàs non venirent, includi in fideicommiſſo, qualiacunque ſint illius verba, & idem repetit colum. tertia. Iaſ. dicto conſil. 175. num. 6. Pariſ. dicto conſil. 18. num. 16. Roland. dicto conſil. 34. num. 21. Boer. deciſ. 280. nu. 8. vbi dicit procedere etiam quando legatarius fuit rogatus reſtituere portionem hæreditatis. Cæphal. conſil. 379. numer. 20. & ſequen. Burſat. conſil. 432. numer. 51. Cardin. Mantica, d. titu. 7. nume. 9. Simon d. dubitat. quinta, ſolut. prima, nume. quarto. Decian. conſil. 3. numer. 32. volum. 1. Craſſ. d. quæſtio. 47. numer. 6. Riminald. conſil. 590. numer. 14. Zanch. §. cum ita, part. 5. numer. 81. & 174. nec aliquem vidi contrarium tenentem præter Coraſ. in l. cum virum, num. 49. C. de fideicommiſſ. qui tamen futili mouetur ratione.

Et ex prædicta cōcluſione Bar. volentis quod prælegata veniat etiam vbi alias non venirent, tollitur eorum opinio, qui voluerunt legata non venire quando inſtitutio eſt facta in alijs bonis: nam cum deductis prælegatis nihil aut parum ſuperſit, credendum eſt, quòd teſtator etiam prælegata voluerit in reſtitutione venire, aliàs ſubſtitutio ſeu fideicommiſſum inane eſſet. Vltra quòd ea opinio non ſuſtinetur, quando dictio, alijs, nō eſt repetita in ſubſtitutione, quæ facit vnum caput de per ſe, vt reſoluit Alexan. in conſ. 25. num. 12. verſic. ſecundo reſpondeo, volum. 1. Curt. iun. conſ. 13. in fine. Ruin. in conſi. 130. num. 20. volum. 3. Natta conſ. 321. num. 1. in fine. ſed ante eos

hoc

Digitized by Google

hoc voluit Butr. in conſil.68. Card. Mantica,d.lib.7.
tit.7.num.8.Rimin.conſ.590.nu.38. quidquid prius
idem dixiſſet 147.num.55. & 60. & noſtram ſenten-
tiam probant Zanch.d.par.5.num.16.Marzar.in epi-
tom.fideicom.quæſtion.3. Gabriel.conſ.104.num.3.
vol.2. in quibus locis Doctores volunt, etiam quod
inſtitutio facta in alijs bonis non excludat legata.
26 † & cum prædictis tranſit Simon de interpretatio.
vlt.volunt.lib.3.interpret.1.dubit.1. ſolut.1.num.3.

Tertiam quæſtionem quis ſcilicet teneatur proba
re quod bona prælegata contineant, vel non conti-
neant maiorem partem bonorũ teſtatoris,non inue-
nio ab antiquis examinatam. primus enim quem vi-
derim fuit Ruin.in conſ.116.nu.8.vol.2.qui ait præſu
mi quod prælegata abſorbeant omnia bona vel ma-
27 iorem partem,†quia dicẽs alia extare bona,probat,
ſecundum glo. in l.cum de lege, ff. de probat. & eum
ſimpliciter ſequitur Zanc.in d.§.cum ita,par.5.nu.82.
& ſubdunt ij,quod ſufficit id allegare in allegationi-
bus iuris,licèt non fuerit deductũ in proceſſu,& hanc
opinionem, nulla tamen Ruini facta mentione, pro-
bauit quoque per eandem rationem Math. Brun. in
conſ.142.nu.11.& in facto videtur poſſe comprobari:
quia teſtator prælegando,inquit ſe ex cauſa diuiſio-
nis relinquere, id quòd videtur conſideraſſe Dec. in
conſ.254.col.2. & diuiſio cenſetur facta pro commo-
diori executione inſtitutionis,& vt euitentur diſcor-
diȩ inter hȩredes,vt inquit Coraſ.d.l.cum virum,nu.
53.C.de fideicommiſſ.Et ex lectura teſtamenti vide-
tur facta diuiſio totius Patrimonij: quia prælegata
includunt domos, rura, nomina debitorum, & iura
omnia, & amplectuntur prædia poſita ſub diuerſia
territorijs,& regionibus,vt ibi videri poteſt.

Sed quamuis contradicentem in terminis non in-
ueniam,poſſet tamen dubitari de veritate deciſionis
prædictæ:nam qui dicit legata capere maiorem par-
tem fortunarum,probare debet,tanquam ſuæ inten-
tionis fundamentum.l.ei qui dicit,ff.de proba.& qui
fundat ſe ſuper diuitijs aut paupertate,debet proba-
28 re,† gloſ.in l.ſi verò,§.qui pro rei qualitate,ff.qui ſa-
tiſd.cogant.& glo.in d.l.cum de lege,procedit,quan-
do factum fuit inuentarium,vel alia præſumptio mi-
litat pro eo qui negat plura bona extare,ſecundum
Iaſ.in l.fin.§.licentia, C.de iure deliber. & ſequuntur
alij multi. Verum reſponderi poteſt, quod tunc qui
fundat ſe ſuper negatiua, tenetur probare, quando
29 aliundè nõ habet intentionem ſuam fundatam,† ſe-
cundum Bar.in l.1.col.fin.C.de iure emph.ita reſpõ-
det Iaſ.in conſ.34.num.13. volum.1. at allegans alia
bona non extare, habet eo ipſo intentionem funda-
tam.& glo.in d.l.cum de lege, quidquid Iaſ. tenuerit
in d.§.licentia,procedit indiſtinctè ſiue factum ſit in-
uentarium, ſiue non, cum tempore digeſtorum non
eſſet introductum beneficium inuentarij, & ſiue mi-
30 litet præſumptio,ſiue non,ſecundum†Curt.ſen.conſ.
27.colum.8.verſic. ſed contra. Rip.cap.cum Eccleſia
Sutrina, nu.83.de cauſ.poſſ.& propr. & à dicto Iaſo-
nis diſcedit Alci.in tract.præſum.regu.3.præſum.20.
nu.2. & gloſ. prædictam procedere ſimpliciter & in-
diſtinctè voluit idem Iaſ. d. conſ.34.nu.11. volum.1.
Ruin.conſ.67.nu.14.vol.5.vbi allegat Bart.in multis
locis velle quòd gloſſȩ ſententia procedat,etiã quan-
do non eſt confectum inuentarium,vel nulla militat
præſumptio.hoc etiam tenuit Socin. iun. in Rubr. ff.
de oper.noui nunciat.nu.139.Herculan.in tract.quis
teneatur probare negatiu.nu.255.& per eam glo.di-
cit in ſimili Becius conſ.100.nu.22. quod filius pro-
hibitus alienare certa bona, poteſt ex eis detrahere
legitimam,ſi aduerſarius non probat extare alia, ex
quibus poſſit illi ſatisfieri: & niſi gloſſam indiſtinctè
intelligeremus, deſtruerentur omnes illæ deciſiones
Bartoli,quæ tamen communiter approbantur.Acce-
dat, quod in caſu noſtro pro fideicommiſſario ſtat
coniectura,quod teſtator omnia bona diuiſerit,quia
diuiſio quam facere voluit eſſet imperfecta, ſi non
omnia fuiſſent diuiſa, ſed aliqua tãtum ſicuti dicens
aliquem diuitem, probare debet,iuxta gloſſ.in d.§.ſi
pro rei qualitate,ita dicens illum eſſe ditiorẽ,& plu-
ra bona poſſidere, debet onus probandi ſubire. Ad-
do quod in caſu noſtro fideicommiſſarij non allegãt
negatiuam ſed affirmatiuam, dicentes hæreditatem
conſiſtere in bonis diuiſis,& hoc eſt probatum. ſi er-
go alius prætendit alia extare bona in hæreditate
probet.

Quare in eam deſcendendo ſententiam quod fi-
deicommiſſi caſus euenerit, & in reſtitutione bona
quoque prælegata excludantur,atque ita iudicarem
ſaluo ſemper rectius ſentientis iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Solutum repeti poteſt condictione ſine cauſa, non obſtante re iudicata,vbi cauſa deuenit ad non cauſam.*
2 *Sententia retractatur quandocunque cauſa deuenit ad non cauſam.*
3 *Intereſſe ſuccedit loco rei debitæ, & fictione iuris idem iudicatur cum principali ipſo.*
4 *Intereſſe vbi ceſſat,ceſſare debet & actio,& numero 16.*
5 *Factum legitimè retractatur ex ſuperuenienti caſu,quando deficit id quod fuit cauſa finalis ipſius actus.*
6 *Sententia per quam ob vergentiam mariti ad inopiam dos fuit collocata in tuto,non irritatur,licèt poſtea marito ſuperueniant diuitiæ.*
7 *Sententia quæ tranſiuit in iudicatum, retractari non poteſt, quia habetur pro veritate,facit de albo nigrum, & æquat quadrata rotundis.*
8 *Actio ad intereſſe vt detur,ſufficit quod à principio interſit, quamuis poſtea ex aliquo euentu deſinat intereſſe.*
9 *Intereſſe variato, actio mota ad intereſſe non variatur, nec ſuſcipit plus,& minus.*
10 *Intereſſe quãtum ſit attenditur tempus ſententiæ poſtquam non recipit augmentum, nec diminutionem, præcipuè in contractibus bonæ fidei.*
11 *Intereſſe poteſt creſcere vſque ad ſententiam,& non vltra.*
12 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
13 *Petere quis non debet id, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus, ſi res in contrarium ceſſiſſes.*
14 *Læſio, ſeu damnum conſiderari non poteſt in eo quod ab euentu pendet.*
15 *Contraria ſe inuicem expellunt.*
16 *Actio ad intereſſe ceſſat, vbi intereſſe ceſſat,non ſolum pro præſenti tempore.*
17 *Paria ſunt, aliquid non fuiſſe factum, vel eſſe factum, ſed reuocatum.*
18 *Agere quis non poteſt niſi ſua interſit.*
19 *Futuri temporis tractatus non ſpectat ad iudicem.*
20 *Fructus poſt ſententiam percipiendos, non poteſt iudex adiudicare.*
21 *Argumentum à toto ad partem validum eſt,ſed non è contra à parte ad totum.*
22 *Argumentum de toto ad partem ceſſat, vbi diuerſa ratio conſiderari poteſt.*
23 *Accidens non poteſt ſtare ſine ſubiecto.*
24 *Locupletari quis non debet cum aliena iactura.*
25 *Debitum idem bis exigi non patitur bona fides.*

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CCCCXXXV.

PRo debito fratrum de Parma contra quos fuerat cõceſſa exequutio capti fuerũt à miniſtralibus ſacci centũ frumẽti Ludouico Mazzono per errorẽ, & pignorati, & fuit cõdemnatus ad dãna & intereſſe Maggius Baſſanus. Lata aũt ſententia, & liquidata damnorũ quantitate creuit adeo frumenti valor, vt nedũ ceſſauerit intereſſe quanti plurimi ad quod Baſſanus fuerat condemnatus, ſed etiam Ludouicus fuerit in precio lucratus aureum vnum in ſingulum ſaccum frumenti, vnde dubitatum fuit an ſententia iam lata poſſit retractari. in quo articulo ego exiſtimabam reuocari eam poſſe: quia vbi cauſa deuenit ad non cauſam, tunc non obſtante re iudicata repeti poteſt condictione ſine
1 cauſa quidquid fuit ſolutum, † vt probat text. in l. ſi fullo, de cond. ſine cauſa, vbi ſi veſtimentum inueniatur cuius preciũ ſoluere coactus ſui, repetere poſſum ſolutum precium, & ibi gloſ. bene declarat. & ratio eſt: quia repetitio hæc non impugnat ſententiam, non enim dicit repetens ſe iniuſtè condemnatum, quinetiam fatetur ſententiam eſſe iuſtam, ſed dicit cauſam propter quam condemnatus fuit deueniſſe ad non cauſam. idem voluit Barto. in l. in commodato, §. fin. ff. de commodat. vbi vult, quod ſi rei mihi cõmodatæ, & deperditæ ſolui æſtimationem, eam repeto ſi deuenit res in poteſtatem commodantis. idem probat text. in l. ſi non ſortem, §. fin. ff. de cond. indeb. vbi glo. Bart. & alij omnes notant, & dicit glo. in l. Iulianus verum debitorem, in gloſ. 1. ff. eod. titu. quod ſi ego ſemel ſolui quod debebam, poſtea vero cõuentus in iudicio pro eodem debito, ex quo non potui factã ſolutionem probare, fui cõdemnatus, & de nouo ſoluere coactus, poſſum repetere primam ſolutionem condictione indebiti, quia cauſa deuenit ad non cauſam. & ſtãte vltima ſolutione, ea quæ primo loco fuit facta remanet penes re ſine cauſa, & ibi Bartol. idem probauit, cuius verba dixit eſſe multũ notanda Ang. Aret. in l. fin. in vlt. car. ff. à quibus appell. non liceat. Bald. in l. ſecunda, C. de conſt. pec. in l. ſub ſpecie, C. de re iud. & ſequuntur vniuerſi ſcribentes, vt inquit Iaſ. in d. l. Iulianus, nume. 18. vbi fortius contra ceteros omnes vult, quod detur non ſolum condictio ſine cauſa, ſed etiam condictio indebiti, per iura quæ allegat. hoc etiam probarunt Barto. Bald. & alij in l. 1. C. de cond. indebiti. facit etiam glo. quæ non ſolet allegari in l. debitor, §. ea quæ, ff. ad Trebellia. vbi dicit, quod ſolutum indebitè vigore ſententię, puta per dolum, vel falſam aduerſarij allegationem, repetitur per condictionem indebiti, & ibi eam notant Doctores, & præcipuè Angel. dicens eſſe menti tenendum, & diligenter notandum. idem voluerunt Alexan. Iaſ. & alij in l. Imperatores, ff. de re iud. Felin. qui latè proſequitur in cap. ſuborta, colum. 6. verſicu. dicit tamen Bart. de re iud. & ibi multos allegat. Curt. ſen. in repetitio. l. admonendi, nu. 21. ff. de iureiurando, vbi quod ſententia retractatur quandocunque cauſa
2 deuenit † ad non cauſam. Marſ. in l. prima, §. ſi quis vltro, nu. 53. ff. de quæſt. & dicit generaliter Marant. de ordin. iud. in tertia par. ſextæ par. nu. 148. quod vbicunque cauſa deuenit ad non cauſam, ſemper ſententia retractatur, & generalius dixit Angelus in d. l. ſi fullo, circa med. ff. de condict. ſine cauſa, quod ſi poſt ſententiam aliquid ſuperuenit de nouo, ex quo inſurgat æquitas quædã repetitionem concedens, dabitur repetitio. mouetur ea doctrina Innoc. qui vult, quod res iudicata non obſit, quãdo aliquid ſuperuenit propter quod is qui ſententiam obtinuit locupletaretur cum aliena iactura. in reliquis autem Angel. ſequitur Barto. in d. l. ſi fullo, & mouetur eadem qua ille ratione, quod non impugnatur ſententia per repetitionẽ. & facit quod poſt Bal. & alios diait Aret. in c. de his, de accuſar. vbi ait, quod ſi ex poſt facto aliquod contingit, per quod appareat ſententiam iam latam eſſe notoriè iniquam, retractabitur ſine reſtitutione. & exemplum eſt quando aliquis fuit condemnatus tãquam homicida, & poſtea conſtat vel illum viuere, vel alium fuiſſe occiſorem, ſequitur Felin. alios citãs in cap. conſanguinei, colum. fin. verſicu. ſecundus caſus, de re iudic. Marſil. dicto §. ſi quis vltro, nume. 56. Cum itaque Maazonus obtinuerit ſententiam fauorabilem, eo quod frumenti capti decreuerat multum valor & precium, poſtea verò in tantũ creuerit, quod non modo non remanſit in damno, ſed eſt valde lucratus, retractanda venit ſententia: quia aliàs maximam contineret iniquitatem, & cauſa ſententię, ideſt damnum, & intereſſe deuenit ad non cauſam, quia ceſſat omne intereſſe, & ſuperuenit lucrum. Accedat, quod intereſſe ſuccedit loco ipſius rei debitæ, & fi-
3 ctione iuris idem iudicatur cum principali † ipſo. Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. obligat. Barbat. in conſil. 74. col. 12. circa med. vol. 3. Dec. in c. 1. nu. 22. de iud. & in conſ. 2. nu. 8. Curt. iun. in l. vinum, in fine, ff. ſi cert. pet. & ibi Butigell. nu. 55. cum multis alijs ſimilibus. at ſi non poſſet repeti intereſſe iam ſolutum, Ludouicus haberet verum frumenti valorem bis, primo à Baſſano condemnato, ſecundo verò ea venditione, quod tamen iniquũ eſt, ſicuti iniquũ dicimus, quod vẽditor habeat rem, & rei precium, l. curabit, vbi Doctores, C. de actio. empt.

Secundo, quia quandocunque ceſſat intereſſe, ceſ-
4 ſare debet actio, & extingui omnis † prætenſio, vt in l. ſi procuratorẽ, §. mandati, ff. mandati. vbi ceſſat mandati actio quandocunque deſijt intereſſe mandantis, l. ſi ſeruus, ff. de cond. furtin. l. ex conuentione, vbi notant Alex. & Dec. C. de pact. vbi etiam Cur. iun. nu. 7. & Iacobin. nu. 3. vbi dicit, quod tamdiu actio durat, quamdiu intereſſe ipſum durat. Craue. conſ. 459. nu. 15. vnde ſi poſt interpoſitam ſtipulationem deſinat intereſſe, non committitur ſtipulatio, vt probat textus in l. fin. ff. rem rat. haberi, vbi contra patrem qui promiſit filiam ratam habituram promiſſionem, nõ datur actio, etiamſi filia nunquam ratum habuit: ſi tamen deceſſit, quia per hoc nihil mariti intereſt, ex quo patri remanet integra actio in dote, & illum teatum dixit notabilem Roman. in conſil. 193. numer. 2. verſicu. vltimo idem, vbi infert, quod non tenetur is qui promiſit aliquem ſine licentia non receſſurum, ſi is qui ſemel receſſit redijt, & ſe conſtituit ex quo per regreſſum ſublatum eſt omne intereſſe ſtipulatoris. ſequitur Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gloſ. 2. nu. 51. in princip. & fin. Crau. conſ. 366. num. 21. & conſ. 413. num. 7. Gabr. conſ. 82. num. 23. in ſecundo. in propoſito autem, cum ex ſuperexcreſcentia valoris frumenti ceſſauerit intereſſe Ludouici circa plurimum valorem frumenti, reſtitui debet quidquid fuit exactum per conditionem indebiti, vel ſine cauſa, quia deſijt intereſſe Ludouici ſtipulatoris. & facit text. in l. fi. §. 1. ff. ad l. Rhod. de iactu, quæ ſententia caret dubio, quando non modo præſenti tempore inſpecto nihil intereſt, ſed etiam ceſſat præteriti temporis intereſſe, & damnũ, ita, quod pro præterito tẽpore dãnũ eſt reparatum, vt in l. qui autem, §. illud, ff. ſi quis caut. in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. eod. & hoc modo declarat Bart. in d. §. illud, ante numerum primum verſic.

verſic.dic ergo,quòd ibi deſinit,& verſ.dic ergo bre-
niter,& nu.1.ver.primo caſu, vbi eum ſequitur Ang.
Caſt. & Iaſ.qui regulam conſtituit,quod ceſſat actio
quando deſinit intereſſe, licèt à principio intereſſet.
& Bartoli diſtinctionem probarunt Alex. Iacobin.
Dec.& Curt.iun. in d.l.ex conuentione.Coraſ.in l.ei
fundo, num.7.ff.de ſeruit. vbi eodem quo ſupra mo-
do declarat,dicens nu.5.quod ſi intereſſe deſinat, a-
ctio pro ſeruitute denegatur.

Tertio,hæc opinio confirmatur: quia licèt regula
riter quod fuit legitimè conſtitutum non retracte-
tur ex ſuperuenienti caſu,l.in ambignis,§.non eſt no-
uum,ff.de reg.iur.c.factū legitimè, eod.tit.in ſexto.
tamen quando id quod fuit actus cauſa finalis defi-
5 cit,tunc ipſe quoque actus corruit,† vt probat tex.in
l.Vranius,§.ſed cum duo,ff.de fideiuſſor. ibi, & quē-
admodum incipere,& ibi Bar.notat in fine,l.poſt fini
tam, ff.de ſuſpect. tutor.l.3.§.pen.ff.de lib.agnoſc.l.
hos accuſare,§.hoc beneficium,ff.de accuſatio. idem
voluit Bart.in l.plurib.§.etſi placet,ff.de verb. oblig.
vbi ait, quod finalis cauſæ defectus deſtruit actum
qui fuit à principio rectè factus,præcipuè,quando ſu
perueniens actus non tendit ad eundem finem, ad
quem tendebat primus.& ideo contra Specul. in tit.
de dot.poſt diuort.reſtit.§.fi.verſ.quid ſi infert,quòd
ſententia per quam ob vergentiam mariti ad inopiā
dos fuit collocata in tuto,non irritatur ſi poſtea ma-
6 rito ſuperueniant diuitiæ: † quia etſi ceſſat cauſa fi-
nalis ſententiæ per diuitias, quia tamen illæ ten-
dunt ad eundem finem aſſicurandi dotes, non reuo-
catur ſententia, ſecus autem eſſet, ſi non tenderent
ad eundem finem & effectum. in caſu noſtro, excre-
ſcentia valoris frumenti tollit cauſam finalem ſen-
tentiæ, & non tendit ad eundem effectum ad quem
tendit ſententia,ergo corruit ſententia. idem voluit
in l.ſi conſtante,num.107.ff.ſol.matr.vbi in ea quæſt.
ſequitur gl.Cin.& alios,in l.vbi adhuc,C.de iur.dot.
Imo.in d.l.ſi conſtante, in fi. vbi etiam Alex. & alij.
Io.Andr.Card.Pract.Pap.& alij,quos citat Lupus,in
c.per veſtras,de donat.inter vir.& vxor.§.35.in quar
ta ampliat.fol.mihi 112. & prædictam Bartoli diſtin
ctionem ſequitur Dec.in d.§.non eſt nouum, numer.
3.Cagn.nu.4. & 5. qui pro diſtinctione allegat Ang.
Imo.Salic.Aret. & Dec.tenentes quod corruat actus
quando caſus qui ſuperuenit reſpicit cauſam finalé,
licet in quæſtione dotis videatur male intellexiſſe
Bartolum. ſed illud nihil ad nos: ſufficit enim quod
cauſa finalis ceſſauerit,& ſuperueniens caſus tendat
ad contrarium effectum, & latè ponit Tiraquel. in
tractat.ceſſan.cau. in 14. limitat. in princip.id quod
obtinet quando debitoris intereſt irritari primum
actum, vt bene declarat Aretin. in d.l.plurib.§.etſi
placet,col.2.ver.vel ſi vis dicere.Tiraq.loco præcita-
to,num.19.

In contrarium tamen adduci poteſt,quod ſenten
tia ſuper intereſſe fecit trāſitum in iudicatū, & ideo
7 retractari non poteſt: quia habetur pro veritate,† l.
res iudicata,ff.de reg.iur.l.ingenuū, ff.de ſtatu hom.
cap.diffinitiua, 2.quæſt.6.Spec.in tit.de ſentent.§.fi.
nu.15.gl.in l.ſi nō ſortem,§.hæredi,ff.de cond.indeb.
Bal.in c.noſti,de electio.in c.in præſentia,de probat.
Iaſ.in l.Iulianus verum,nu.2.ff.de cond.indeb.Curt.
iun.conſil.23.col.pen.in fine.Cagnol.in l.res iudica-
ta,num.2.Rolan.conſil.83.nu.12. vol.1. Natta conſ.
524.nu.4.cum infinitis ſimilibus, ideo non eſt curan
dum qualiter ſe habeat veritas, facit enim de albo
nigrum,& originem creat, & æquat quadrata rotun
dis,& naturalia ſanguinis vincula,& falſum in verū
quoad iuris effectum,licet, non eſſentialiter mutat,
vt dicebat ſæpè Baldus, & paſſim ponunt Doctores.
Præterea,ſi ſententia inſpecto tempore quo fuit lata,
eſt iuſtiſſima: quia conſtat tanti interfuiſſe Ludoui-
ci quantum eſt intereſſe quod ſibi adiudicatum fuit,
ideo quidquid poſtea contigerit circa valorem fru-
mēti,non poteſt ſententiæ iuſtitiam,& rectitudinem
mutare, quia quod ſemel legitimè fuit conſtitutum,
ex ſuperuenienti caſu non debet tolli, d.§.non eſt no
uum, & cap.factū legitime,cum ibi notatis,per Dec.
Din.& Cagn.Rurſus vt detur actio ad intereſſe,ſuffi-
cit quod à principio interſit,& quamuis poſtea ex a-
liquo euentu deſinat intereſſe,non tamen denegatur
8 actio, † vt probat text.in l.vbi exigitur,§.is autem,ff.
de edendo,in d.l.qui autem, §.illud, ff.ſi quis caut.l.
inter omnes,in princ.ff.de furt.l.doli,§.fin.cum l.ſeq.
ff.de ſeru.corrupt.gl.in l.item illa,§.1.in ver.exierit,
ff.de conſtit.pecun.vbi ait, quod ſufficit ſemel inter-
eſſe,& dicit Bar.in d.§.is autem,in fine,quòd inſpici
mus ſemper quantum ab initio interſit, & Bal.ibi in
2. not. dicit, quod variato intereſſe, actio mota ad
9 intereſſe non variatur, † ſed quando intereſſe eſt in
actione,tunc actio ſemel formata non ſuſcipit plus,
& minus.Paul. Caſtr.in princ.vbi dicit, quod vbi in-
tereſſe petitur iure actionis,tunc moræ tempus inſpi
citur,nec variatur intereſſe poſtea,id eſt non augetur
nec minuitur.& dicit rationem eſſe, quia cum dam-
num de præterito non ceſſat, deſinere non debet a-
ctio ad intereſſe.& dicit Iaſ.ibi, nu.3.quod actio ad
intereſſe ſemel formata non augetur nec minuitur
ex poſt facto,allegat l.hominem, ff.mand.l.fundum
Cornelianū,ff.de nouatio.idem voluit Alber.in l. in
totum,col.2.num.5.ff.de impenſ.in rebus dotal.fact.
vbi ait poſt Petr.Bellaper.quod actio ad intereſſe ſe-
mel formata perpetuo durat,eſſe ſi caſu aliquo deſi-
nat intereſſe. & late proſequitur Pariſ.in conſil.37.
nu.17.& ſeq.vol.1. vbi infert, quod qui opus condu-
xit perficiendum,ſi non laudabiliter præſtitit, tene-
tur ad intereſſe, etiamſi poſtea à caſu aliquo opus
corruerit,vel deſierit eſſe in rerum natura,& id mul-
tis confirmat,vt per eum.

Præterea, quidquid dici poſſit in alijs, id videtur
dubitatione carere quando ſuper intereſſe iam lata
eſt ſententia, tunc enim actio rōne intereſſe videtur
adeo radicata, quod ex nullo futuro euentu tolli aut
mutari poſſit, vt probat text. in l.3.§.in hac, ff.com-
mod.vbi dicitur,non litis conteſtatæ ſed rei iudicatę
tempus inſpiciēdum eſſe, vt cognoſcatur an,& quan
10 ti interſit,præcipuè in contractibus bonæ fidei, † vt
bene declarat gloſſ. in d.l. vbi exigitur, §. is autem,
quam ſequitur Bartolus ibi, in princ. diſtinguendo
inter contractus bonæ fidei,& alios ſtricti iuris.Bal.
ibi,qui dicit gl. in eo mirabilem eſſe, dum dicit poſt
ſententiam non augeri intereſſe. & Aug.in ſumma-
rio dicit, quod attendimus tempus decreti à iudice
interpoſiti,& ſecundū illud metimur intereſſe, quod
ex poſt facto augmētum, aut diminutionem non re-
cipit. Pariſ. in d.conſil.37. num. 22. & ſeq. vbi illam
gloſ.magni facit concludens,poſt ſententiam inter-
eſſe nullo modo poſſe minui, ſed deberi, etiam ſi ex
caſu deſinat agentis intereſſe: quare cum aduerſus
Hebræum lata fuerit pro Ludouico ſententia ſuper
quantitate intereſſe, non eſt curandum quod valor
frumenti creuerit aut decreuerit, ſed obſeruandum
eſt quod placuit.

Tertio,certum eſt,quod poſt ſententiam intereſſe
augeri non poteſt, vt voluit glo.in d.l.vbi exigitur,§.
is autem,quam dicit mirabilem in hoc Bal.ibi ſequi
tur Ang.in fine, dicens,quod intereſſe poteſt creſce-
re vſque ad ſententiam incluſiuè,& non vltra,& ſub-
dit

Digitized by Google

11 dit † hoc modo intelligi l. 3. §. hac, ff. commod. quod
ſi creſcere nõ poteſt lata iam ſententia, ergo nec de-
creſcere aut minui: quia contrariorum idem eſt ius
12 & † diſciplina, l. et ſi contra tabulas, in fin. ff. de vulg.
Inſt. de his qui ſuot ſui vel alieni iur. in princ. vbi Io.
Fab. & Ang. Neuia. conſil. 70. num. 24. Tiraq. in tract.
ceſſan. cauſa, par. 1. nu. 17. Natta conſ. 442. nu. 8. ſicu-
ti igitur non recipit augmentum poſt latam ſenten-
tiam, ita recipere non debet diminutionem.

Quarto, ſi lata ſententia frumenti valor decreuiſ-
ſet, & imminutus fuiſſet, vtiq; debitor non voluiſſet
eam quãtitatem pro qua intereſſe fuit taxatum, au-
gere, vt conſtat ex prædictis, & de ſe patet, ergo non
debet nunc petere imminutionem ſub eo prætextu
quod deſierit intereſſe: quia admitti nemo debet ad
petendum id cuius contrarium non eſſet poſtulatu-
13 rus ſi res in contrarium ceſſiſſet, † l. ſi & rem, & pre-
tium, ff. de petit. hæred. l. pe. C. de ſolut. l. ſi ea lege, C.
de vſur. l. ratas, C. de reſcin. vend. neq; læſionem præ-
tendere poteſt condemnatus ex quo frumenti valor
nõ minus poterat minui quam augeri, & in eo quod
ab euentu pendet conſiderari non poteſt damnum,
14 † l. nec emptio, §. 1. ff. de contrah. emption. l. ſi ſocius
pro ſilia, ibi, vtique ſi non de alterius tantum filia
conuenerit, ff. pro ſocio, l. ſi pater puellæ, C. de inoffic.
teſtam. l. de fideicommiſſis, C. de tranſact. l. ſi ea lege,
C. de vſur. l. cum Archimedorum, vbi Bald. num. 3.
C. vt in poſſ. legat. euentus enim poterat æquè com-
modum vt incommodum afferre vtriq; parti, ideo
de eo quod ſucceſſit nemo conqueri debet, nec ex eo
lucrum ſperare.

His tamen non repugnantibus, prior mihi verior
& æquior viſa eſt ſententia: nam et ſi res iudicata rei
ſtatum mutet quoad iuris effectum, tamen multis in
caſib. reſcinditur, & annullatur, & illis præcipuè, quã
do cauſa finalis iudicij deuenit ad non cauſam, &
quando contineret iniquitatem, vt dixi ſupra, & in
facto videri facilè poteſt, ſi quid enim Ludouico ab-
fuerat per moram debitoris, id ſolum ei per augmẽ-
tum precij fuit luculẽter reſtitutum. & quid intereſt
quod veſtis poſt ſententiam latam contra fullonem
peruenerit ad dominum, vel quod dominus frumen
ti valorem recuperauerit, quem per moram amiſſe-
rat? certè nihil, iden hoc quoque caſu idem deciden-
dum eſt, cũ eo quod dicitur in d. l. ſi fullo, poſtquam
nulla militat diuerſitatis ratio ſed eadem æquitas,
& naturalis iuſtitia. datur igitur debitori, vel ſine
cauſa, ad repetendum intereſſe ſolutum.

Regula vero iuris, quod legitimè, & §. non eſt no-
uum, non procedit, quando id quod fuit finalis cau-
ſa actus deficit, tunc enim non iuſtinetur actus. d. l.
Vranius, §. ſed cum duo, cum multis quos allegaui ſu
pra in tertio fundamento huius partis, vt dixi, ſub-
ſiſtere hanc limitationem, quando ſuperueniens ca-
ſus non tendit ad eundem finem cum ſententia, ſed
ad diuerſum, vt hic: nam valoris augmentum de-
ſtruit ſententiam, & tollit intereſſe quod fuit finalis
cauſa ſententiæ, & dicitur cõtrarium ſententiæ: quia
non intereſt, & inuicem repugnant quod creditoris
15 interſit, & non interſit, & contrariam ſe inuicẽ † ex-
pellunt. Soc. in conſ. 27. nu. 1. vol. 4. Neuia. conſ. 66. nu.
51. & vno eorum poſito, remouetur alterum, l. fio. io-
ter me & te, ff. de exceptio. rei iudic. l. Pomponius, §. ſi
is, in fine, ff. de procurator.

Nec refragatur quod ſufficiat ſemel intereſſe, quia
etſi poſtea deſinat, non denegatur actio. reſpondeo
enim, hoc procedere, quando ſolum deſinit nunc in-
tereſſe, ſed ſubſiſtit præteriti tẽporis intereſſe, ideſt,
quando inſpecto præſenti tempore, nihil quidem in-
tereſt, ſed iam pro retro acto tempore creditor paſ-
ſus eſt damnum, qđ ob detinentiam præſentis tem-
poris non eſt ſublatũ, aut reſectum, tunc enim actio
datur pro eo qđ aliàs interfuit, licet nunc nihil omni
no interſit. atq; ita loquuntur iura omnia in contra-
rium allegata, quæ dicunt ſufficere quod à principio
quamuis ex poſt facto nõ interſit, ſed quando à prin
cipio ſuberat quidem intereſſe verũ, ex ſuperuenien-
ti caſu ſublatũ eſt, adeo, quod creditor inſpecto non
ſolum præſenti, ſed etiam præterito tempore rema-
ner ſine damno, tunc ceſſante intereſſe, ceſſat actio.
16 † ita loquitur tex. in l. qui aut, §. illud, ff. ſi quis caut.
vbi Bar. Alber. Bald. & alii ita declarant, vt latè de-
monſtraui ſupra in ſecundo argumento, & ratio eſt:
quia ſublato etiam præteriti temporis intereſſe, cau-
ſa agendi, vel etiam cauſa ſententiæ deuenit ad non
cauſam; & paria ſunt, quod nihil vnquam interfue-
rit, vel interfuerit quidem, ſed illud intereſſe fuerit
ſublatũ, l. 1. §. quibus, ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. vbi
probatur nihil referre qđ aliquid non fuerit factum,
17 vel factum fuerit reuocatum. † idem probatur in l.
creditores, ff. de verb. ſign. Crau. in conſ. 80. nu. 4. Be-
cius in conſ. 6. nu. 4. ſic nihil intereſt quod factum ſit
aliquid à principio ſine cauſa, vel interuenerit qui-
dem cauſa, ſed redacta ſit ad non cauſam, l. pen. ff. de
cond. ſine cauſa Crau. conſ. 201. nu. 26. Cæph. in con-
ſil. 10. num. 12. & quando ſupereſt præteriti tempo-
ris intereſſe, licet pro futuro ceſſet, non denegatur
actio: quia ſubſiſtit aliqua cauſa agendi, ſed vbi etiã
præteriti temporis intereſſe ceſſat, tunc nulla ſubeſt
agendi cauſa, & tunc vere militat regula, quod nemo
18 admittitur ad agendum niſi ſua interſit, † l. ſi patro-
ni, §. qui fideicommiſſaria, & ibi Angel. & Alex. ff. ad
Trebell. l. ſed nec legatarios, cum l. ſeq. ff. de condict.
furtiu. Tiraq. d. §. 1. gl. 2. nu. 51. vbi dicit generale eſſe
quod nemo audiatur ſine intereſſe, atq; ita maxima
verſatur diuerſitatis ratio inter hos caſus.

Eodem modo intelligi debet in l. vbi exigitur, §. ſi
autem, quia non loquitur quando omnino intereſſe
deſijt, ſed etiam quando intereſſe augetur, vel minui
tur, tunc enim certũ eſt, quod poſt latam ſententiam
non minuitur nec augetur intereſſe; & ſententia eſt
terminus excluſiuus cuiuſcunq; augumenti aut dimi
nutionis, cum enim intereſſe ſecundum varia, & di-
uerſa tẽpora conſiderari poſſit, tempore ſcilicet com
miſſæ moræ, tempore litis conteſtatæ, tempore ſen-
tentiæ, & tempore quod poſt ſentẽtiam currit, & ſe-
cundum hanc temporum diuerſitatem poſſit diuer-
ſum conſiderari intereſſe, grauius ſcilicet aut leuius,
voluit gl. ſentẽtiam eſſe finalem periodum ad termi-
nandum omnem conſideratioñe quæ fieri poſſit cir-
ca intereſſe, id quod non ſolum procedit in intereſ-
ſe, ſed locum vendicat in alijs; futuri enim temporis
19 tractus non ſpectat ad iudicem, † l. 1. vbi gloſ. in ver.
tractus, allegat concordantes, C. de vſur. & ideo in-
fertur in textu, quod iudex vſuras futuri temporis, &
poſt ſententiam venturi adiudicare non poteſt; quod
ſi vſuræ curſuræ poſt ſentẽtiam non habentur à lege
in conſideratione, non etiam erunt in conſideratio-
ne damna, & intereſſe, cum vtriuſq; eadem ſit cauſa,
& origo. ſic etiam non poteſt iudex adiudicare fru-
20 ctus poſt ſententiam † percipiendos, l. fideicõmiſſi,
in 1. reſp. in fin. ff. de vſu. idem dicitur in l. Iulianus, §.
idem Iulianus, il 1. ff. de rei vend. in l. fructus, vbi gl.
in verſic. iudicandæ, ff. eod. tit. Bartol. in l. reſtituere,
ff. eo. atque ibi Pariſ. in 3. addit. recte igitur gl. dicit,
augumentum ſeu diminutionem, intereſſe non con-
ſiderari poſt latam ſententiam; ſed non dicit, quod
ſi poſt ſententiam ex aliquo caſu deſinat omnino
intereſſe,

Digitized by Google

intereſſe, ſententia reuocari non poſſit, nihil enim tãgit de hoc, ideo ad hunc caſum trahi non poteſt. Et ſi dicatur, eãdem eſſe rationem totius quoad totũ, quæ eſt partis quoad partem, l. quæ de tota, in princip. vbi Bart. & alij, ff. de rei vendi. l. iuriſgentium, §. adeo, vbi Docto. præcipuè Iaſ. ff. de pact. Euerar. loco 80. col. 2. ver. quod vt euidentius, & ſicuti vbi intereſſe minuitur non attenditur diminutio quæ fit poſt ſententiã, ita non debet attendi totalis ceſſatio intereſſe. Reſpondeo primo, quod arguere licet à toto ad partem, hoc modo, ſi in toto ſeruatur, debet etiam ſeruari in
21 parte, ſed nõ è contra à parte ad totum, † & ratio eſt; quia pars omnis ſecundum ſuum totum regulatur, recipit à toto declarationem, & nõ debet aliter à toto cenſeri, ſed totum non regulatur nec declarationem recipit à parte. Reſpondeo ſecundo, quod argumentum procedit ſolum, quando totius, & partis nõ eſt diuerſa ratio, ſed quandocunque diuerſa poteſt
22 ratio conſiderari, ceſſat † argumentum Cin. Salic. & Doctores in l. cum notiſſimi, §. in bis, C. de præſcript. trig. vel quadrag. ann. Cin. in l. 2. C. de non nume. pecun. Euerard d. loco 80. col. 3. verſ. ne tamen erres. latè Tiraq. d. §. 1. glo. 7. num. 47. ratio vero diuerſitatis in hoc facto ea eſt: quia donec extat intereſſe, illud poteſt diuerſis tẽporibus conſiderari, ante iudicium nempe, poſt litem conteſtatam, & poſt ſententiam, ſiue ſit plus, ſiue minus, & ſiue auctum ſit, ſiue imminutum: ſed quando nullum extat intereſſe, aut ſi aliquando extitit, fuit omnino ſublatum, tunc non poteſt ſecundum diuerſa tempora conſiderari: nã ſublata ſubſtantia corruunt accidentia omniaque non
23 poſſunt ſtare ſine ſubiecto, † l. nec vllam, §. abſentis, vbi Ang. ff. de petit. hæred. dixi conſ. 234. nu. 23. ſicut acceſſorium ſtare non poteſt ſine principali, c. acceſſoriũ, de reg. iur. in 6. & non entia qualitatea nullæ ſunt, l. eius qui in prouincia, ff. ſi cer. petat. cum ergo intereſſe in totum eſt ſublatũ, tunc conſiderari non poteſt ſecundum diuerſa tempora, nec in eo cadit temporũ diſtinctio ſeu obſeruatio, quæ optimè cadit quando extat, ſed fuit auctum vel imminutum. ceſſante igitur ratione quæ militat in parte, argumentum quod fit de parte non militat in toto. eſt ergo concluſio quod glo. in l. vbi exigitur, §. is autem, procedit ſolum, quãdo ſubſiſtit intereſſe, ſed difficultas oritur propter augmentũ, vel diminutionem, nõ autem quando fuit penitus ſublatum; & hoc etiam modo procedũt omnia iura ſupra in præcedenti contrario citata, & à Paſiſ. relata in d. conſ. 37. quia cõſiderant variationem temporum, non eius totalem defectum.

Per hæc ſatisfit tertio quoque argumento quo dicitur intereſſe ſicuti augeri ita minui non poſſe poſt ſententiam: nam hoc verum eſſe admittitur, donec aliquod extat intereſſe, ſed quando in totum eſt ſublatum, ita quod creditor inſpecto nõ ſolum præſenti ſed etiam præterito tempore remanet ſine damno, tunc aliud eſt dicendum. ſicuti enim agẽs pro intereſſe eo tendit, vt damnum vitet creditor, hoc caſu nõ ſolum à damno immunis eſſet, ſed lucrum faceret cũ
24 † aliena iactura, contra l. plane, ff. de petit. hæred. l. qui mancipijs, §. fin. ff. de inſtitor. dixi in conſ. 101. numer. 17. & alia eſt ratio damni vitandi, alia vero lucri perdendi, l. at ſi quis, §. ſed ſi addita, ff. de religio. l. regula, in princ. ff. de iuris, & fact. ignor. Crauet. in conſil. 842. num. 4. ſat eſt autem quòd creditor etſi lucretur, damnum tamen non patiatur, quinimo, plus debito conſequeretur, & bis idem obtineret, ſi ceſſante intereſſe valorem quanti plurimi iam exactum reſtituere non cogeretur: nam ipſum frumentum cum valore conſequutus eſt, quando illud vendidit, & rurſus quando intereſſe exigit, cum intereſſe, vt ſupra dixi, reputetur idem cum principali, & tamen nõ patitur bona fides, quod idem debitum bis exigatur,
25 † l. Stichum, §. dolo, ff. de ſolut. l. 3. §. condemnato, vbi glo. ff. de tabul. exhib. l. bona fides, ff. de depoſiti, l. bona fides, ff. de reg. iur. vbi Dec. & Cagnol.

Vltimo non contradicit, quod debitor qui imminuto poſt ſententiam valore frumenti, paſſus non fuiſſet augeri intereſſe taxatum, nunc aucto valore frumenti, non poſſit petere quod intereſſe taxatum minuatur; quia, vt dixi, non poſſumus aptè arguere ab intereſſe diminutione ad totalem extinctionem: quia alia eſt ratio quando ceſſat in totum intereſſe, alia vero quando intereſſe ſolum minuitur, & vbi ſola eſt diminutio, admitto quod poſt ſententiam non poteſt debitor aliquid petere, ſed quando deſinit omnino intereſſe aliud eſt, ſecundum ſupradicta, ceſſat enim hoc caſu vis incertitudinis, & dubij euentus conſideratio.

S V M M A R I V M.

1 *Delegatio cedit loco ſolutionis, & duplicem perimit obligationem.*
2 *Aequiparatorum idem eſt iudicium.*
3 *Rei debendi dicuntur qui principaliter, & in ſolidum ſe obligant.*
4 *Sententia lata in fauorem vnius ex pluribus reis debendi, non prodeſt alteri.*
5 *Minima debitorum veniunt in generali obligatione bonorum.*
6 *Soluens alij quàm debitori, liberatur ſi præceſſit iudicis mandatum.*
7 *Soluens creditori ſui creditoris, conſequitur liberationem.*
8 *Fideiuſſoria obligatio non valet ſine principali.*
9 *Fideiuſſor liberatur per depoſitum factum à principali.*
10 *Creditor anterior habens hipothecam in bonis debitoris, reuocat ſolutionem factam à debitore ſuo creditori, qui tamen eſt poſterior.*
11 *Nomen debitoris datũ in ſolutum vbi nondum fuit exactũ, perinde habetur ac ſi pecunia eſſet à debitore creditori ſoluta, ſed nondum commixta, vel conſumpta.*
12 *Sententia habetur pro veritate, & facit ius inter partes.*
13 *Factum aliquid non fuiſſe, vel factum eſſe, ſed reuocatum, paria ſunt.*
14 *Factum non reputatur id, quod non habuit effectum.*
15 *Fideiuſſor dicitur qui alienam ſuſcipit obligationem.*
16 *Fideiuſſor non obligatur in plus quàm principalis.*
17 *Exceptionibus omnibus principali competentibus, vti poteſt fideiuſſor etiam inuito principali.*
18 *Emptionis contractus eſt indiuiduus, & non poteſt pro parte valere, & pro parte non.*
19 *Induciæ conceſſæ principali, non proſunt fideiuſſori, poteſt tamẽ principalis pro ſuo intereſſe fideiuſſorem defendere.*

CONSILIVM CCCCXXXVI.

CLARA videtur primo aſpectu cauſa hæc in fauorem Baſſani Hebræi: nam Dominus Carolus Fachetus debitor Ioannis ab alio, cũ fuit ab eodem Ioãne delegatus dicto Baſſano creditori, eo ipſo liberatus fuit ab obligatione qua erat Ioanni obſtrictus, adeo quod in futurum ab eo conueniri non poteſt. eſt enim ſolutio quæ fit per
1 delegationem, & eius loco † cedit, l. inter cauſas, §. abeſſe, ff. mand. l. ſi rem, in fine, ff. de nouation. Bal. conſ. 115. nu. 1. vol. 3. cum ſimilibus. & dicit Caſtr. l. ſi vſuſfructus, num. 2. ff. de nouation. quod facta deleg. du-

Digitized by Google

plex perimitur obligatio; vna qua delegans ipſe te-
nebatur verſus ſuum creditorem; altera qua delega-
tus tenebatur verſus ſuum creditorem. Crot. in l. 1.
nu. 42. ff. de legat. 1. vbi Iacob. Nig. num. 66. Pariſ. in
conſ. 107. num. 28. vol. 3. ſicuti igitur ſi Dominus Ca
rolus ſoluiſſet Ioanni ab alio, deſiiſſet eſſe illius de-
bitor, cum ſolutione extinguatur omne debitum, In-
ſtit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. l. ſi pupillus, ff. ad
leg. Falcid. & non potuiſſet poſtea conueniri à credi
toribus Ioannis ab alio, ita non potuit moleſtari ſtā
te delegatione ſic vt præmittitur facta: quia æquipa-
2 paratorum idem eſt iudicium, † glo. in l. quod vero
cōtra, io gl. magna, de legib. in l. ſi quis ſeruo, in ver.
corrumpi, vbi Bart. & alij, C. de furt. cum ſimilibus.

Secundo, quidquid ſit, reſpectu ipſius Domini Ca
roli videtur quod Ioan. Maria Cincinatus qui poſt
delegationem factam fideiuſſerat verſus Hebræum
Baſſanum pro Domino Carolo, & ſe pro eo principa
lem debitorem conſtituerat, rectè & iuſtè fuerit ex-
actus, non obſtante quod Dominus Carolus debitū
ſuum prius ſoluerit Dom. Barbaræ vxori dicti Ioan-
nis: nam Dom. Carolus & Ioan. Maria ſtante obli-
gatione facta per vtrumque eorum principaliter, &
3 in ſolidum, erant duo rei debendi, † l. reos, §. cum in
tabulis, ff. de duob. reis. Bart. Caſtr. & alij, in l. 2. in
princ. ff. eo. tit. glo. Cin. Salic. & alij, in l. 1. C. eod. tit.
Bald. in l. ſi in rem cōmunem, ff. ſi cer. pet. Caſtr. in l.
ſed Iulianus, in fine, ver. item ſi ſunt, ff. ad Macedon.
Natta in conſ. 52. num. 1. & in conſ. 261. nu. 3. propte
rea licet Carolus fuerit per ſolutionem Do. Barbaræ
factam liberatus, correus tamen potuit à Baſſano cō
ueniri, facit quod voluit Ricard. Malumb. quem re-
fert, & ſequitur Bar. in l. adulter. §. 1. in fine, ff. de a-
dult. Bar. in l. fin. ff. de iniur. vbi dicit quod ſententia
lata in fauorem vnius ex pluribus reis debendi, non
4 prodeſt alteri. † Imo. in l. ex duobus, nu. 3. vbi Caſtr.
nu. 2. Aret. col. 5. verſ. circa quartam quæſtionem, &
apoſt. ad Bart. ſub num. 16. vbi dicit cōmunem Ron-
cagall. nu. 36. ff. de duob. reis, & dici poteſt generali-
ter, quod factum vnius ex pluribus reis debendi,
non prodeſt alteri: nam ſic videmus quando vnus
eſt per pactum vel legatum liberatus eo namque ca
ſu ea liberatio alteri non prodeſt, ſed ea non obſtan-
te exigi poteſt, l. ſi liberationem, §. nunc de effectu, ff.
de liber. leg. l. ſi duo, ff. de arbitr. & quamuis non vi-
deatur iuſtum quòd dominus Carolus debitor co-
gatur idem debitum bis ſoluere, vel pro eadem cau-
ſa duas facere ſolutiones, tamen in Ioan. Maria fide-
iuſſore ceſſare videtur eiuſmodi cōſideratio, ex quo
non erat debitor, ſed ſe voluit cum debitore obliga-
re, nullo habito reſpectu, quòd Dom. Carolus eſſet
vel non eſſet debitor Ioan. ab alio quia eodem mo-
do ſe obligaſſet, ſi D. Carolus non fuiſſet debitor, vt
patet ex prędictis.

Sed bene examinato negotio concludo, Do. Caro
lum non potuiſſe exigi, & Ioan. Mariā indebitè fuiſ-
ſe moleſtatū, in primis enim non interuenit propria,
& vera delegatio inter Ioannē ab alio debitorem, &
Baſſanum creditorē, quamuis D. Carolus præſens, &
conſentiens fuerit delegatus, & ſoluere promiſerit:
nā extant in contractu pacta quæ effectū delegatio-
nis impediunt, vt deduxi in deciſ. 23. Præterea vbi
etiam vera fuiſſet delegatio, adhuc tamen nō poteſt
adeo dici liberatus quod non potuerit conueniri à
Dom. Barbara vxore Ioannis qui ei obligauerat om
nia bona ſua, in qua generali obligatione veniunt
5 nomina † debitorum, l. nomen, C. quæ res pign. obli-
gari poſſ. Bal. in conſi. 25. in 6. dub. vol. 1. Tiraq. in l. ſi
vnquam, in ver. bona, nume. 8. C. de reuoc. donat.

alios citaui in conſ. 4. nu. 20. & cum ſoluerit Domi-
næ Barbaræ remanſit extincta obligatio, qua teneba-
tur per prædicta iura, præcipuè ſtante quod ſoluit nō
ſponte, nec ex proprio capite, ſed iudice mandante,
l. Paulo Callimacho, §. fin. ff. de leg. 3. vbi ſoluens etiā
alij quam creditori, liberatur, ſi iudicis mandatum
6 præceſſit, † gloſ. in l. ait prætor, §. permittitur, in verſ.
imputandum, ff. de minoribus. Barbat. in conſ. 26. co-
lum. 1. volum. 3. Iaſ. in conſ. 26. colum. 2. volu. 3. Ruin.
conſil. 150. numer. 8. volum. 1. Crauet. in Reſpon. pro
genero, num. 271. & ſeq. Menoch. in conſ. 68. num. 12.
& ſeq. & in tract. de arb. iud. caſu 137. quòd ſi libera-
tur is qui alij quam creditori ſoluit propter iudicis
mandatum, multo magis liberatus erit qui ſoluit ſuo
creditori cum præcepto iudicis, & ſatis dicitur credi
tori ſoluiſſe, quando ſoluit creditori ſui creditoris:
nam hoc quoque caſu ſoluens conſequitur liberatio-
7 nem, † l. ſi liber homo, in fin. ff. de nego. geſt. gloſ. ma-
gna io l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pignor. actio. Panſ.
conſil. 107. num. 128. volum. 3. Socin. iun. conſ. 73. nu-
mer. 5. in 3. volum. quare ſtante illa ſolutione debitor
fuit liberatus, nec iterum poteſt à quopiam exigi, &
ſtante liberatione debitoris non potuit eius fideiuſ-
ſor exigi, quia fideiuſſoria obligatio non valet ſine
8 principali, † l. ſi fideiuſſor obligari, ff. de fideiuſſor. l. r.
§. ſi quis ita, ff. de ver. obliga. l. vbi lex, & ibi Bart. ff. de
fideiuſſor. Afflict. in deciſ. 149. in princip. vbi infert,
quod ſicuti non valet obligatio carcerati, ita non va-
let fideiuſſio. Marſ. in Rubr. ff. de fideiuſſor. num. 267.
& ponit Cæphal. in conſ. 164. num. 20. & ſequent. &
in conſ. 437. num. 23. & eſt acceſſoria, & ſtare non po-
teſt ſine principali, l. 1. & l. ſi Stichum, §. fin. ff. de fide-
iuſſor. §. fideiuſſores obligari, Inſtit. eod. titu. glo. in l.
ſi hæres pecuniam, ff. ad Trebellian. dixi in conſ. 201.
num. 9. & non ſolum fideiuſſor liberatur per ſolutio-
nem factam à principali, ſed etiam per ſolum depoſi
9 tum. † Specul. in tit. de fideiuſſor. nu. 20. vbi dicit pro-
cedere etiam ſi debitor poſtea depoſitum ſemel factū
recuperet, & dixit Cœpol. in Caut. 123. quod fideiuſ-
ſor liberatur quando debitor dat creditori aliquid
in ſolutum, quamuis ea res poſtea euincatur. ſublata
ergo per ſolutionem omni obligatione, qua, & prin-
cipalis, & fideiuſſor erant obſtricti, non potuerunt
exinde moleſtari à Baſſano.

Nec reſiſtit quod ſtāte delegatione Dominus Ca-
rolus deſierat eſſe debitor Ioānis ab alio, ideo conue-
niri non poterat à Domina Barbara vxore Domini
Ioannis, & cui omnia Ioannis bona erant obligata.
reſpondeo etenim, quod non fuit vera delegatio, per
ea quæ ſupra in princ. huius partis dixi. ſecundo vbi
ea fuiſſet vera delegatio non liberaſſet debitorē dele
gatum ad pręiudicium eorū quibus delegās erat ob-
ſtrictus, & quibus nomē debitoris delegari erat obli-
gatum: nam videmus, quod diſpoſitione iuris atten-
ta, creditor anterior habēs hipothecam in bonis de-
bitoris, reuocat ſolutionem à debitore factā ſuo cre-
10 ditori, qui tamen eſt poſterior. † glo. in l. ſi non expe-
diat, §. 1. ff. de bon. author. iud. poſſid. Io. Andr. ad Spe
cul. in Rubr. de oblig. & ſolut. in ver. videamus gene-
raliter, an vnus creditor. Bal. in l. fin. num. 3. C. depo-
ſit. Ang. in l. pupillus, ff. de his qui in fraud. cred. alios
citaui in conſil. 4. num. 25. & 42. vbi probaui hoc be-
ne procedere de iure, quidquid aliquando ex æquita
te fuerit iudicatū, ergo eodē modo poterit creditor
anterior reuocare dationem in ſolutum factam de
nomine debitoris, quamuis ea datio importet ſolu-
tionem, & debitorem cedentē liberet. l. fin. C. quand.
fiſc. vel priuat. Socin. in conſil. 37. columna 2. volum.
4. tale namque nomen, ſi nondum eſt exactum, per-
inde

Digitized by Google

inde habetur ac ſi eſſet pecunia à debitore ſuo cre-
ditori ſoluta, ſed nondum commixta vel conſumpta.
11 † & eodem iure cenſetur, vt per multa ibi adducta
probat Pariſ. in conſ. 69. nu. 7. vſque ad 15. vol. 4. & li
cet loquatur de nomine in ſolutum dato, procedit
tamen etiam in eo quod fuit delegatum poſtquam
concludit debitorem ſic ceſſum liberari; quare ſicuti
Dom. Barbara vigore ſuæ anterioris hipothecæ po-
tuiſſet conſequi pecuniam à marito ſolutam pro cre
ditore, ſi tamen extaret, & non eſſet conſumpta, ita
potuit debitorem ſibi obligatum qui tamen nondũ
ſoluerat poſteriori creditori, conuenire, non obſtan-
te delegatione facta, quaſi res ſoluta adhuc extet, &
vendicari poſſit, atque ita delegatio importat quidẽ
ſolutionem, ſed retractari poteſt à creditore haben-
te anteriorem obligationem eo modo quo poteſt re
tractari ſolutio facta in pecunia numerata, imo for-
tiori ratione: nam vbi ſoluitur actualiter pecunia,
tunc eſt vera ſolutio, vbi vero delegatur nomen debi
toris, tunc eſt ficta ſolutio: ideo facilius retractari
debet quam vera ſolutio, ex quo debilior eſt. Tertio
reſpondeo, quod in præſenti caſu non eſt diſputan-
dum, an potuerit, vel non potuerit Do. Carolus exi-
gi à Domina Barbara: nam re plenè diſcuſſa, tandẽ
citato, & contradicente Baſſano iudicatum fuit, Do.
Barbaram habere anteriora, & potiora iura in no-
mine debitoris, quam haberet Baſſanus, & conſequẽ
ter Dominum Carolum teneri ſoluere Dominæ Bar
baræ, quæ ſententia cum fecerit tranſitum in iudica-
tum, non poteſt nunc à Baſſano impugnari: quia ha
12 betur pro veritate, † l. ingenuum, ff. de ſtat. hom. l. res
iudicata, ff. de reg. iur. glo. in l. ſi non ſortem, §. hære-
di, ff. de cond. indeb. & facit ius inter partes, vt dici-
tur in locis prædictis. Cum ergo vigore rei iudicatæ
Dominus Carolus coactus fuerit ſoluere, conſequu-
tus eſt ſine dubio liberationem, & delegatio fuit re-
ſciſſa, nec poteſt nunc allegari, quia non habuit effe-
ctum; & paria ſunt, aliquid non fuiſſe factum, vel fa-
13 ctum quidem ſed reuocatum fuiſſe, † l. 1. §. quibus, ff.
quod cuiuſque vniuer. nom. Craſſet. conſ. 80. num. 4.
Bocius conſ. 6. nu. 4. & quod non habet effectum, per-
14 inde habetur, ac ſi non eſſet factum, † l. 1. §. nihil, ff.
de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſta.
tutel. l. 2. §. ſed etſi ſint ſui, ff. de ſuis, & legit. l. ex con-
ſenſu, §. 1. ff. de appell. quæcunque aũt à Doctoribus
dicuntur de delegatione, locum habent in ea quæ ef-
fectum habuit. Gul. Cun. Bald. Alber. & alij, in l. 1. §. 1.
ff. quod quiſque iur. vbi Iaſ. num. 7. exornat, probans
quod iura de aliquo diſponentia intelligi debent de
actu qui effectum habuerit. comprobaui latè in con
ſil. 3. nu. 25. & ſeqq. iã enim non eſt delegatio, cum ef
fectum non habuit, ſicuti venditionis nomen deſinit
habere venditio, poſtquam res vendita fuit euicta.
Non etiam aduerſatur, quod quidquid ſit in Do-
mino Carolo, poſſit tamen Ioan. Maria Cincina-
tus exigi, qui pro eo non ſolum fideiuſſit, ſed etiam
conſtituit ſe principalem debitorem, & ideo non iu-
uatur exceptione prædicta. Reſpondeo enim, quod
etſi conſtituerit ſe principalem debitorem quo ad fa
cultatem exigendi, tamen verè, & propriè dicitur
15 fideiuſſor, quia alienam ſuſcepit obligationem, † vt
dicitur Inſtit. de fideiuſſ. in princ. Doctores in Rubr.
C. de fideiuſſor. Azo. in Sum. ibi, & fideiuſſor non obli
16 gatur in plus quam ſuus principalis, † l. Græcè, §.
illud, & l. ſicut, vbi Doctor. ff. de fideiuſſor. l. ſi vltra,
C. eod. tit. §. fideiuſſores, Inſtit. eod. tit. Alex. in l. 1. §. ſi
ſtipulanti, ff. de verb. obligatio. & ibi Iaſ. nu. 9. Marſ.
in Rubr. ff. de fideiuſſor. nume. 291. & fideiuſſor vti-
tur omnibus exceptionibus quibus vti poteſt prin-
17 cipalis, † l. 5. ff. quæ res pigno. oblig. non poſſ. l. con-
ſtitutionibus, & ibi Bal. C. de vſur. etiam inuito prin-
cipali. Bal. in l. tam mandatori, col. fin. C. de non nu.
pecun. Marſil. d. Rub. nu. 268. Pariſ. conſ. 96. num. 39.
vol. 3. Natta in conſ. 50. num. 13. & in conſ. 658. nu. 6.
ideo ſicuti principalis dicere poterat delegationem
eſſe reſciſſam, & reuocatã, ita, & fideiuſſor, præcipuè,
cũ vnus, & idem ſit contractus, qui non poteſt valere
pro parte, eſſe nullus pro alia parte; eſt enim indiui-
18 duus, vt de emptione † dixit Bar. in l. cui vſusfructus,
num. 4. ff. de vſufruct. leg. & in conſ. 195. vol. 1. Iaſ. in l.
ſtipulationes non diuiduntur, num. 10. ff. de verbor.
oblig. dixi latè in conſil. 13. num. 20. id quod ex alio
etiam admitti debet, quia aliàs ſequeretur hoc in-
cõueniens, quod ſcilicet Dominus Carolus qui coa-
ctus fuit per ſententiam ſoluere Dom. Barbaræ, bis
vnum, & idem debitum ſolueret, ſemel quidem Do-
minæ Barbaræ, & iterum Cincinato fideiuſſori, quem
promiſit indemnem releuare, quod eſſet contra om-
nem æquitatem, & bonam fidem, vt dixi ſupra ex l.
bona fides, ff. depoſiti. & totum hoc damnum redun-
daret in caput Do. Caroli, qui ideo ſe opponere po-
teſt, & impedire pro ſuo intereſſe, ne Cincinatus ſuus
fideiuſſor exigatur, vt probatur exemplo: nam etſi in
19 duciæ principali cõceſſæ non proſint fideiuſſori, † ſe-
cundum Bal. & Sal. in l. quoties, C. de precibus Im-
per. offer. Bart. Alex. & Iaſ. in l. cum filius, §. in hac, ff.
de verb. oblig. Aret. in Rubr. Inſtit. de except. nu. 13.
tamen principalis debitor cui inducię ſunt conceſſę,
poteſt fideiuſſorem pro ſuo intereſſe proprio defen-
dere, l. idemque, §. generaliter, ff. mand. l. procurator
ad exhibendum, §. 1. ff. rem rat. hab. Bal. l. tam manda
tori, numer. 8. C. de non num. pecun. Cuc. in tract. de
morator. præſcrip. num. 136. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Ciuis ex priuilegio, includitur ſtatuto loquente de ciue.*
2 *Ita tamen, hæc clauſula importat modum, quia onus eſt im-
pleadum poſt quæſitum emolumentum.*
3 *Modo non impleto vt actus annulletur, requiritur interpel-
latio.*
4 *Interpellatio non ſolum requiritur vt actus annulletur mo-
do non impleto, ſed etiam poſt interpellationem eſt neceſ-
ſaria mora vnius anni, & tanto tempore expectandus eſt
debitor.*
5 *Peſtis excuſat à mora.*
6 *Ipſe, dictio, eſt perſonaliſſima.*
7 *Statutum quod hæreditas delata mulieri nuptæ extra iuriſ-
dictionem applicetur agnatis proximioribus, valet, & ta-
le ſtatutum tollit etiam legitimam filiæ debitam, & proce
dit in hæreditate parentum.*
8 *Priuilegio præſcribitur lapſu decennij.*
9 *Priuilegium perditur propter delictum.*
10 *Rebelles perdunt ciuitatem, & omnia ea quæ ſunt iuris ci-
uilis.*
11 *Ciuilitas priuilegio conceſſa perditur propter inimicitiam,
& bellum.*
12 *Ciuis deſerens, & non adiuuans ciuitatem periclitantem, &
in diſcrimine poſitam, perdit ciuilitatem.*
13 *Feudum amiſſum ob delictum in dominum, applicatur do-
mino in præiudicium filiorum, & agnatorum.*
14 *Ciuilitas amiſſa ob delictum, vel inimicitiam, nunquam re-
cuperatur.*
15 *Originarius deſinit eſſe ciuis, & perdit ius ciuitatis quãdo
alibi habet domiciliũ, & in loco originis onera nõ ſuſtinet.*
16 *Ciuis de eſſentia eſt quod munera ſubeat.*
17 *Ciuilitatem acceptans cenſetur ſe obligare ad omnia onera
quæ ciuibus imponuntur.*

Digitized by Google

18 *Iuriſdictio cohæret territorio.*

19 *Ciuis etiam originarius non poteſt conueniri in loco originis niſi ibi inueniatur.*

20 *Subditus delinquens vel contrahens extra iuriſdictionem, non includitur à ſtatuto ſimpliciter loquente.*

21 *Ciuis licet quis ſit tantum, ſi alibi degit, non dicitur de iuriſdictione.*

22 *Statutum vnum aliud declarat.*

23 *Statutum quod hæreditas delata mulieri nuptæ extra iuriſdictionẽ, applicetur proximioribus agnatis, eſt fauorabile.*

24 *Cauſa iniuſta ne excuſet à pœna conſtare debet quod motus quis fuerit ex ea cauſa.*

25 *Cauſa nedum iniuſta, ſed nec etiam iuſtiſſima, excuſat, vbi agitur de ſeruanda forma ſtatuti.*

26 *Sententia inter alias lata ſuper ſtatu, vt noceat non citatis, quæ requirantur, remiſſiuè.*

27 *Habilitatio conceſſa ſub conditione quæ non fuit impleta, habetur pro non conceſſa.*

28 *Ablatiui abſoluti conditionem faciunt.*

29 *Secus, dictio aduerſatiua, importat cõditionem contrariam præcedenti diſpoſitioni.*

30 *Qualitas adiecta participio, verificari debet de tempore participij.*

31 *Statim, dictio, importat clauſulam ſummariè, ſine proceſſu, & ſententia, nec admittit internallum.*

32 *Verba etiamſi regulariter importarent modum, vertuntur in conditionem, vbi appares de voluntate, & mente diſponentis, etiam tacitè.*

33 *Vt, dictio, licet ſoleat importare modum, tamen ſi iungatur ablatiuis abſolutis, importabit conditionem.*

34 *Modus intelligitur datus pro forma, & actus inualidatur non minus quàm ſi eſſet conditionalis, vbi poſtmodum adiecta eſt clauſula decreti.*

35 *Mora incurritur abſque monitione quando tantum tẽporis tranſiuit intra quod modus commodè potuiſſet impleri.*

36 *Impedimentum allegans, tenetur probare quod erat facturus id quod debebat, ſi non fuiſſet impeditus, & quod ob ſolam impedimenti cauſam deſtitit.*

37 *Voluntas qualis antea fuerit, cognoſcitur ex ijs quæ poſtea fiunt.*

38 *Expenſas litis ſoluit reus qui poſt productum inſtrumentũ voluit litigare, & ſuccubuit, quia præſumitur quod litigaſſet etiam ſi à principio productum fuiſſet inſtrumentũ.*

39 *Modus non poteſt impleri ab hærede, quando deficit per caſum contingentem in perſona illius qui tenebatur illum implere.*

40 *Impedimentum excuſat à pœna, & mora, ſed non efficit vt impedito detur actio ad aliquid conſequendum.*

41 *Modo non impleto priuatur quis omni commodo, etiamſi onus implendi ſit tertia iniunctum.*

42 *Modus reſpiciens commodum tertij, eſt cauſa finalis diſpoſitionis.*

43 *Onere ſublato ceſſat emolumentum quod propter onus erat conceſſum.*

CONSILIVM CCCCXXXVII.

ILLVSTRES D. Antonius & Lucretia iugales de Lãdeianis cum matrimonio collocaſſent Dominã Iuliam eorum filiã Illuſtri Domino Comiti Ripaltæ Parmenſi, impetrarunt ab Excellent. Mediolani Senatu priui-
legium ſeu diſpenſationem, quod non obſtante Me-
diolanenſi ſtatuto, Nulla mulier, cap. 3 to. in 1. vol. fi-
lia poſſet ſuccedere in hæreditate paterna materna
& agnatorum, ita tamẽ, vt eo caſu adueniente tenea-
tur ipſa filia vnà cum marito ire ad habitandum in
Mediolani dominium, alioquin bona fiſco, vel agna-
tis ſtatim cenſeantur adiudicata. mortuis autem pa-
rentibus, filia, & ipſa deceſſit nunquam tranſlato in
eum Ducatũ domicilio, ſed poſt hæc omnia, obtinuit
hæres declarationem ab eodem Senatu, quod d. Co-
mit. erat ex deſcendentibus cuiuſdam Barth. aliàs vſ-
que de anno 1386. in ciuem recepti à Mediolanenſi
Decurionũ conſilio, licuiſſeque iden d. Comiti, & ſuis
deſcendentib. gaudere, & frui dicto priuilegio ciuili-
tatis in omnibus, & per omnia prout in eo contine-
tur. nũc vero cõtra hæredes dicti Comitis agunt pro-
ximiores agnati DD. de Landrianis pro illorum hæ-
reditate conſequenda. Videtur autẽ eis nullum ius
competere & hæredes D. Comitis abſoluendos eſſe à
petitis: quia filia non poteſt dici nupta extra iuriſdi-
ctionem Mediolani cum nupſerit dicto Comiti ciui
Mediolanenſi ex antiquo illo priuilegio; & ciuis ex
1 priuilegio includitur ſtatuto loquẽte de ciue. †Bal. in
cõſ. 409. vol. 5. latiſſimè Ceph. in cõſ. 451. nu. 16. & ſeq.
Lãc. Gal. in cõſuet. Alex. præfat. 8. nu. 51. & paſſim no-
tant Doct. accedente autem declaratione Senatus de
qua ſupra, quod potuerit ipſe cũ ſuis deſcendentibus
gaudere eo priuilegio ceſſat amaritudo omnis.

Secundo vbi etiam poſſet dici forenſ, reperitur ha-
bilitatus ab eodem Senatu, qui conceſſit, quòd filia ei
nupta poſſet nihilominus parentibus ſuccedere: ea
vero habilitatio nullam patitur difficultatem reſpe-
ctu poteſtatis. Et quamuis contineat onus habitandi
quod non videtur fuiſſe impletum, tamen nõ per hoc
amiſit beneficiũ habilitationis; id quod oſtenditur:
nã onus habitandi non fuit iniunctum conditionali-
ter, ſed per viã modi, ita tamen, &c. quæ clauſula mo-
dum importat, quia onus eſt implendum poſt quæſi-
2 tum emolumentum, † l. cum tale, §. 1. ff. de conditio. &
dem. vbi Bar. idem Bart. in l. quibus diebus, §. Termi-
nus, ff. eod. tit. cum ſimil. vt autem modo non impleto
3 actus annulletur, requiritur † interpellatio. Aretin. in
conſ. 149. num. 8. vol. 3. Corn. conſ. 102. col. 2. vol. 3. &
fere 10 terminis Bald. c. dudum, il 2. nu. 27. de electio.
vbi loquitur de eo qui fuit receptus in ciue, dummo-
do ſoluat datia, & collectas, ſecuti ſunt Iaſ. Zuchar.
Alciat. & Tiraq. quos citat, & ſequitur Menoch. conſ.
381. nu. 44. & ſeq. Soc. iun. conſ. 18. nu. 12. vol. 3. & non
requiritur etiã oblatio, vt latè per Gabr. cõſ. 5. nu. 13.
in 1. vol. & quod interpellatio ſit neceſſaria, voluit Be
ro. conſ. 153. per totũ, vol. 3. Menoch. conſ. 131. & cõſ.
134. vbi etiã Dec. conſ. 132. qui nu. 17. verſ. octauo di-
cit, quòd talis ciuis gaudet priuilegio donec ſuper
modo ſequatur declaratio. quòd etiã tradit Bero. lo-
co ſupra citato, imo poſt factam interpellationem re
quiritur mora vnius anni, & tanto tẽpore expectan-
4 dus eſt debitor, † arg. glo. in §. ſi vero non implens, in
Auth. de hæred. & Falc. ita Alcia. in conſ. 210. nu. 3. &
conſ. 211. nu. 7. vbi ait id procedere, etiã ſi decem præ-
ceſſiſſent interpellationes. Rimin. in conſ. 23. nu. 155.
hic autẽ nedum nulla interceſſit interpellatio, ſed ſi
facta fuiſſet non prodeſſet: quia filia deceſſit nõdum
lapſo anno à delata ſibi parentum hæreditate, & cõ-
ſequenter non potuit incurrere morã quæ inducitur
per lapſum anni. Accedat, quod tempore delatæ ſibi
hæreditatis vigebat peſtis i ciuitate Mediolani, mul-
tiſque alijs in locis eius Ducatus, qua ſtante, excuſa-
tur ſi eo habitationem nõ tranſtulit, c. negociatorem,
diſt. 88. Ripa, de priuil. contract. cauſ. peſt. nu. 1. vbi
5 ait, ꝙ peſtis excuſat à mora. † facit Alcia. d. conſ. 210.
num. 8. vbi loquitur de eo qui timens Principem, ab-
fuit. Quod ſi dicatur debuiſſe hæredes mortua filia
in eo Ducatu habitare: Reſpondetur, quod onus ha-
bitandi fuit perſonaliter ſoli filiæ iniunctum cum
marito, non autem filiæ hæredibus aut deſcendenti-
bus,

bus,id quod demonſtrat dictio ipſa in decreto poſi-
6 ta, quæ ſignificat perſonalitatem. † l. generalitater,
in fi.ff.de offic.præſid. Bald.conſ.304. lib.5. vbi quod
eſt perſonaliſſima. Natta in conſ.164. num.8. & ſeq.
Crauet.conſ.385.num.7.conſi.929.nu.12.alios cita-
ui io conſil.123.nu.18.

Diligenter tamen omnibus conſideratis potiora
exiſtimo agnatotum iura eosque ad bona nunc per
hæredes filiæ occupata admittendos ex ſtatuto præ
dicto Mediolani,quo expreſsè cauetur, quod ſi hære
ditas aliqua mulieri extra iuriſdictioнē nuptæ deſe
ratur,ea applicetur proximioribus agnatis,de cuius
7 ſtatuti validitate non eſt dubitandū.† Bar.in l.fi.col.
fin.C.de ſacroſan.eccl.in l.filiusfamilias, §.Diui,col.
tertia,ff.de leg.1.Alciat.conſi.56. num.4. vbi allegat
Alex.Barb. & Fel.Bero.conſil.153.in fine,vol.3. Cæ
phal. in conſil.53.num.7. conſtat autem Dominum
Comitem Ripaltæ ratione originis & domicilij eſſe
Parmenſem, & ideo verba ſtatuti optimè in eo veri-
ficantur. & cum agamus de hæreditate delata poſt
nuptias, articulus caret omni ſcrupulo propter ver-
ba ſtatuti,quæ ſunt clara,vt in terminis dicit Alciat.
in conſi.56. nu.13. & ſtatutum prædictum tollit etiā
legitimam filię debitam,ſecundum Alex.qui probat
pluribus in conſil.68.vol.4 Iaſ.in l.ſi quando,§.fin.in
fine,C.de inoffic.teſtam. & procedit ſtatutum etiam
in hæreditate parentum,vt probat Alcia.in conſ.62.
nu.7.fortius Bald.in conſ.357.nulla mulier, num.4.
circa med. ver. ſed quid eſt, volum.1. voluit quod ſi
talis filia quæ nupſit extero moriatur,filij ex ea nati
non ſuccedant,quia habentur pro non extantibus,&
proprie ſequitur in ſtatuto noſtro Rimin. conſil.47.
num.3.vol.3.Alciat.conſil.52. nu.19. & licet hæc opi
nio ſit dubia, quoad filias mulieris nuptæ extra iu-
riſdictionem, eſt tamen veriſſima in ipſa filia, quia
excluditur à bonis parentum, vt per Brun. de ſtatu.
excluſ.fœmin.artic.6.quæſt.24.num.298. & Soci.iun.
in noſtris terminis loquentem, in conſ.62. num.11.
volum.3. Et quamuis contrarium voluerit Riminal
dus in conſil.256.num.34. & ſequent. multus alle-
gans, tamen illi oēs loquuntur non in ſtatuto quod
mulier extra iuriſdictionem nupta nō ſuccedat, ſed
in eo quod prohibet alienationē in forenſes. Et Bal.
in conſil.411. volum.1. non loquitur de ſucceſſione
patris eius, quæ nupſit forenſi, ſed de ſuccedendo ei
quæ nupſit forenſi, ideo Alciat.conſi.56. nu.12. vult,
quod ſtatutum locum habeat etiam in filia, quę ſit à
patre nupta, ſubdens; ita Mediolani ſeruari in pra-
ctica, & in conſi.62.nu.4. vbi quod ſic ſe habet com-
munis obſeruantia.

His ſic firmatis, non reſiſtit quod non dicatur nu-
pta extra iuriſdictionem, ex quo maritus deſcendit
ab eo qui fuerat creatus ciuis à Decurionibus Me-
diolani. Reſpondeo enim, quod ex quo ſpacio tem-
poris immemorialis nunquam ipſi vel ſuorum au-
thores vſi ſunt eo priuilegio,dicuntur illud amiſiſſe:
8 præſcribitur enim priuilegio lapſu † decennij,Doct.
in l.fi.de conſtit.Princ.vbi Iaſ.Docto.in cap.cum ac-
ceſſiſſent,vbi latè Feli.de conſtit.glo.& Doct.in c.ac-
cidentibus,de priuileg. Boſſ.in tit.de Princ.nu.319.
Crot.conſ.134.num.1. Natta conſil.630.nu.97. & in
terminis de priuilegio ciuilitatis ponit Decian. con
ſil.2.nu.125.vol.2.

Secundo reſpondeo, quod cum anteceſſores Do-
mini Comitis aliquando arma ſumpſerint contra
communitatem Mediolanenſem, eiuſque territo-
rium inuaſerint hoſtiliter,vt in facto ſupponitur,cer
te amiſerunt priuilegium ciuilitatis antea ſibi con-
9 ceſſum; perditur enim priuilegium † propter deli-
ctū, Authen.Quia in prouincia,C. vbi de crimin. agi
oport.Petr.Bar. & Ang. in l.fin.vbi Iaſ.num.52.ff.de
conſtit. Princ. Socin. in cap. propoſuiſti, quæſtione
nona, de foro competen. & præcipuè propter rebel-
lionem, vt poſt Bald. punit Boſſ. in tit. de crim. læſæ
maieſt.num.118. rebelles enim perdunt ciuitatem,
10 & omnia ea quæ ſunt iuris ciuilis, † vt per Barto. in
Extrauag.Qui ſint rebell.in ver. rebellando, nu.12.
Gigas de crimin.læſæ maieſt.lib.2.quæſt.25.num.2.
Menoch.conſ.101. num.6. imo etiam ciuitates ipſæ
propter delictū perdunt ius & priuilegiū ciuilitatis.
Bart.in l.eius qui, §.Celſus, in fine, ff.ad municip. &
in ſpecie quod propter inimicitiam, & bellum per-
11 datur ciuilitas priuilegio conceſſa, † Roman.conſil.
459. in 1.dub. vbi latè probat, eſt text. in l.amiſſio-
ne,§.qui deficiunt,ff.de cap.dimin.Ferret.in tract.de
fer.& induc.nu.104.id quod confirmatur: quia in eo
priuilegio dicitur ideo concedi, quia ſperabat com-
munitas eum futurum fidelem Ducibus Mediolani,
atque ita conceſſio facta fuit ob cauſam, quæ ceſſauit
ſuperueniente infidelitate,& inimicitia,l.Titia Seię,
§.vſuras,ff.de leg.2.Tiraq. in tract.ceſſan. cau.par.1.
num.203.Bar.in d.l.fin.num.6.ff de conſtit. Princip.
Bart.in d.§.vſuras, etiam ſi cauſa priuilegij non eſſet
expreſſa, ſed tacita, Doct.in cap. ſuggeſtū, de decim.
Boſſ.in tit.de Princip.nu.318. & prædicta confirman
tur: quia ſi ciuis deſerens, & non adiuuans ciuita-
tem periclitantem, & in diſcrimine poſitam, perdit
12 ciuilitatem † ſecundum Bald.in l.2.in fine, C. de in-
fant.expoſit.quem ſequitur Aſcan.Clement.in tract.
de patria poteſt.in fi.nu.97.Gerar.Sing.2.nume.10.
Neuiz.conſil.12.num.2. inter conſil. Brun. Boer. de-
ciſ.260.in fi.Rolan.conſi.79.nu.33.in 3. Cæphal. con
ſil.451.num.94.146.quanto magis ius ciuitatis amit
tet ciuis, qui contra eam hoſtiliter arma exercuit.
& quod hoſtis perdat ciuilitatē, voluit Nellus poſt
Barto.& Bald.quos citat in tractat.bannit.in prima
par. ſecundi tempor. quæſt. 45.Brun.de ſtatu.excln.
femin.in 6. articulo, num.25. & iſto caſu,quia deli-
ctum reſpicit dominum ipſum concedentem, priua-
tur ciuilitate non ſolum delinquens ſed etiam eius
deſcendētes, vt eſt communis opinio in feudo quod
applicatur domino in præiudicium non ſolum filio-
13 rum, ſed etiam omnium agnatorum, † vt per Iacob.
in ſua inueſtit.in ver.& dicti vaſalli promiſerunt, co
lum.5.Curt.iun.de feu.parte quinta,concluſ.1. Dec.
conſil.44.num.30.Pariſ.in conſ.21.nu.51.volum.1.So
cin.iun.in conſ.68.num.126.volum.3. Boſſ.in tit. de
public.bono.num.57.& ſequent. vbi ait ideo proce-
dere quia à principio dominus videtur ſub ea condi
tione concedere ſi vaſallus fidelis fuerit, vt per prædi
ctos omnes. & probatur in cap.1.§.fin. quæ fuer. pri-
ma cau.benef.amitt. Clar.in §.feudum,quæſt.66.nu-
me.3.Rolan.in conſil.78.num.4.& ſeq.volum.4.& ci
uilitas ſemel amiſſa, ob delictum vel inimicitiam,
14 nunquam recuperatur, † vt eſt textus loquens de ci
uilitate,in l.2.C.de liber.& eor.lib. vbi libertus qui
incidit in ſeruitutem, & ius ciuitatis amiſit propter
ingratitudinem,non recuperat idem ius per reconci
liationem ſecutam, & per illum tex. hoc tenuit Ro-
man.d.conſ.459.in 2.dub.nu.11.& ſequitur Ferret.d.
tit.de ferijs, & induci.nu.104. atque ita licet ex poſt
nedum filij dicti Barthol. fideles fuerint, ſed etiam
Barthol. ipſe, quod ignoro, non tamen reaſſumeret
ciuilitatem ſemel amiſſam.

Tertio reſpondeo, quod deſcendentes à dicto
Bartholomęo non poſſunt gaudere beneficio ciuili-
tatis ſibi collatæ: quia neque in ciuitate Mediolani
habitarunt, neque ibi vllo tempore ſubiuerunt one-

ra, & etiam originarius alicuius loci deſinit eſſe ci-
uis, & perdit ius ciuitatis, quando alibi habet domi-
15 cilium, & in loco originis onera non † ſuſtinet. Imo.
in Rubr. ff. ſolut. matrim. vbi Alex. num. 10. & ſeq. ait
eſſe magis communem concluſionem. & Soc. nu. 27.
& ſeq. dicit quoque communem, & dicit Caſtr. in cõ
ſil. 89. num. 3. vol. 2. quod habetur pro forenſi qui nõ
ſuſtinet onera, & hanc concluſionem in originario,
& ciue creato ex priuilegio defendit latè Ruin. in
conſil. 200. num. 10. & pluribus ſequentibus, vbi alle
gat Bar. Ang. Roman. Caſtr. Alex. & alios. & licet in
ſuo caſu moueatur etiam ex ſtatuto, tamen dicit idé
eſſe de iure communi, & latiſſimè proſequitur Rol.
in conſi. 79. num. 29. & multis ſequentibus, volum. 3.
Cęphal. conſ. 246. nu. 21. & ratio eſt: quia ciues co-
gnoſcuntur ex muneribus, & honoribus, vt inquit
Bald. in l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam. & eſt de eſſen-
16 tia ciuis quod munera ſubeat, † ſecundum eundem
Bald. in l. quod in fauore, C. de legib. Soc. d. Rub. ſolu.
matrim. nu. 29. Rol. d. conſ. 79. nu. 38. quæ oĩa facilius
admittuntur in ciue facto ex priuilegio, quidquid ſit
in originario, ciuilitas enim accidentalis, & non na
turalis facilè mutatur, & perditur, vt per Soc. in c. ſi.
nu. 54. de foro comp. & in ciue ex priuilegio idem vo
luit Cęphal. conſ. 451. nu. 125. & num. 147. vbi ita di-
ſtinguit Boſſ. d. tit. de Princ. nu. 362. & 366.

Et quamuis conditio habitandi, vel ſubeundi one
ra non ſit appoſita huic ciuilitati expreſsè, ei tamen
eſt naturaliter annexa: quia, vt dictũ eſt, ciuis ex mu-
neribus cognoſcitur, & onerum agnitio eſt de eſſen-
tia ciuilitatis: proinde cum donatur ciuitate, eo ipſo
obligatur ad onera, quia cõmodum qui ſentit debet
etiam ſuſtinere incommoda, l. ſecundum natura, ff.
de reg. iur. c. qui ſentit, eo. tit. in 6. & in propoſito di-
xit Caſtr. in l. ſi duo, ff. de acq. hæred. quod acceptans
ciuilitatem cẽſetur ſe obligare ad omnia onera quæ
17 ciuibus imponuntur. † Alex. conſ. 103. col. 3. vol. 2. &
loquitur ẽt in oneribus ignoratis. Cagn. in l. qui cum
alio, nu. 8. ff. de reg. iur. vbi addit Aucba. Barb. & Soc.
Boſſ. in tit. de Princ. nu. 361. Rim. in conſ. 1. num. 14. &
dicit Bal. in l. quod fauore, in 7. opp. C. de legib. quod
ſi quis eſt ſimpliciter creatus ciuis obligatur ad da-
cia, & collectas ex quo hæc onera ſunt ciuilitati an-
nexa, & de illius natura ſequũtur alij citati ab Alex.
in l. ſi Rufinus, nu. 4. & 5. C. de teſta. milit. & idem vo-
luit Iaſ. ibi, nu. 6. Rimin. col. 1. ver. ſecundo limita, &
Dec. nu. 16. & plurib. ſeq. vbi hanc concluſionẽ firmat.
Cum itaque onus hoc veniat in conſequentiam rei
conceſſæ, non dicitur alterare priuilegium, & benefi-
cium quod inſpecto principali dicitur fauorabile, &
gratioſum, Boſſ. d. tit. de Princ. num. 361. & ſeq.

Quarto reſpondeo, quod ſtatutum excludit a ſuc-
ceſſione non eam quæ nubit marito penitus extero,
ſed eam quoque quæ nupſit ciui degẽti extra iuriſdi-
ctionẽ, quia loquitur per ea verba, extra iuriſdictio-
nẽ, & dictio, extra, ſignificat locũ, l. ſi. ff. de iuriſd. om.
iud. & quicũque eſt extra territoriũ, dicitur etiã eſſe
18 extra iuriſdictio, quæ territorio cohæret. † Bar. in l.
ſi. C. vbi, & apud quem. Bald. in c. 1. §. ad hæc, de pace
iuram. firm. Doct. omnes, in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.
vbi dicunt, quod etſi territorium poſſit eſſe ſine iu-
riſdictione, tamen iuriſdictio non exercetur ſine ter-
ritorio, ex quo terminatur territorio, vt per Iaſ. ibi
nu. 15. & ſeq. Decian. 35. et ſeq. Cur. iun. nu. 97. et ſeq.
Sapia num. 63. vbi dicit cõmunem eſſe reſolutionem
quod iuriſdictio paſſiuè, & materialiter cohæret ter
ritorio, actiuè autem iudici, ideo dicimus, quod iu-
riſdictio iudicis non extenditur vltra territorium
ciuitatis cui præeſt, l. ſi. ff. de iuriſd. om. iud. c. 2. §. ſta-
tuto, de conſtitut. in 6. Doctores omnes in d. l. fin. pręci-
puè Dec. & alij. & ciuis etiam originarius dicitur
extra iuriſdictionem, quando habitat in territorio
non ſubiecto, vt probatur in l. hæres abſens, in prin. ff.
de iudic. vbi ſecundum Caſtr. dicitur, quod ciuis etiã
originarius non poteſt conueniri in locu originis, ni-
19 ſi ibi inueniatur. † idem Caſt. in l. ſi. C. vbi in ré actio.
Bar. in l. aſſumptio, §. 1. nu. 2. in fin. ver. quarto caſu, &
ibi Alber. nu. 6. ff. ad municip. Imo. Afflict. Gozad. &
Antiboſ. quos omnes citat & ſequitur Cæphal. in con
ſil. 246. nu. 19. ſi ergo ciuis originarius degens extra
territoriũ extra iuriſdictionem, multo magis id veri-
ficabitur in ciue ex priuilegio, quomodo enim pote-
rit conueniri aut diſtringi, qui nõ eſt ſub iuriſdictio
ne? hinc Dec. d. l. fin. num. 4. dicit, quod ſtatutum non
porrigit effectum ſuum cõtra ſubditum qui ſit extra
territorium, allegat Alex. in conſ. 121. vol. 1. vbi poſt
Oldr. Bar. Odof. Alb. de Gand. Iac. Belu. Bald. Salic. &
alios concludit quod ſtatutum ſimpliciter loquens
non includit ſubditum contrahentem, vel delinquen
20 tem extra iuriſdictionem, † imo diſputat in 2. col. ſi
poſſit ſtatutũ expreſsè aliter diſponere. plures citat
Brun. de ſtat. excluſ. fœmin. art. 8. nu. 119. & ſeq. & Ca-
gnol. qui dicit communem, d. l. fin. nu. 16. ff. de iuriſd.
omn. iudic. vbi allegat Curt. iun. Marſil. Pariſ. Crot.
Gozad. & alios ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonã,
& licet infinitos pro vtraque parte cumulet Lancell.
Gal. in conſuet. Alex. in præfatio. 8. nu. 1. tamen hæc
ſententia videtur indiſtinctè verior quando ſtatutũ
nihil expreſsè diſponit de ſubditis ſuis extra territo
rium contrahentibus, licet enim poteſtas ſtatuendi
inter ſubditos non circumſcribatur territorio, l. ſi. ff.
de decret. ab ord. facien. l. 2. vbi Bal. C. de eunuch. ta-
men in dubio non videntur ſtatuentes diſponere de
eo quod extra ſuam iuriſdictionem geritur. Alex. d.
conſ. 121. hoc autem ſcientes non locuti ſunt ſtatuẽtes
de ciue, vel de forẽſi, ſed de eo qui eſſet extra iuriſdi-
ctionem, atque ita omnem ſuſtulerũt dubitationem
diſponendo quod nubens extra iuriſdictionem non
ſuccedat. & quod aliud ſit eſſe ciuem, aliud vero eſſe
de iuriſdictione, probat Bero. conſ. 22. per totum, vol.
3. & in terminis quod etiam ſi ciuis quis ſit, tamen ſi
21 alibi degit, non dicatur de iuriſdictione† voluit Alc.
in ſtatuto Laudenſi. noſtro haud multum abſimili in
conſ. 53. nu. 5. & ſeq. Cæph. conſ. 53. nu. 34. & ſeqq. vbi
propriè loquitur in ciue ex priuilegio.

Hæc autem reſponſio confirmatur ex additione
ſtatuti, in cap. 311. vbi declaratur eum dici de iuriſ-
dictione qui decennio continuo ante cum tota fami-
lia habitaſſet in territorio, ergo qui non habitauit nõ
dicitur de iuriſdictione, & vnum ſtatutum declarat
22 aliud, † l. verum, ff. de petit. hæred. l. qui filiab. in prin.
vbi Iaſ. & alij, ff. de leg. 1. & ferè in noſtris terminis
Bero. d. conſ. 22. nu. 11. ver. & in terminis, vol. 3. vbi ad
probandũ qui dicantur ciues Mutinæ adducit aliud
ſtatutum declarãs. eodem modo in propoſito noſtro
arguit Soc. in conſ. 200. nu. 10. vol. 2. & conſ. 47. nu. 1.
vol. 3. apparet igitur ex additionali ſtatuto, quòd de
iuriſdictione dicitur ſolus qui habitat in territorio,
propterea que dubitandum non eſt, quin habitans
in aliena iuriſdictione, licet ſit ex priuilegio ciuis,
habendus tamen ſit pro forenſi, quo ad hoc, vt illi
nubens non ſuccedat. & quia verba ſtatuti optimè
illi conueniunt, conuenire etiam debet diſpoſitio l.
quarta, §. toties, ff. de dam. infecto, præcipuè cum &
ratio ſtatuti cõcurrat, quia parum aut nihil intereſt
quod nubat ei qui totaliter ſit forẽſis, vel ei qui ſit ci
uis nudo nõie, ſed diſtringi non poſſit, & onera non
23 agnoſcat, & cum ſtatutũ ſit fauorabile, † vt poſt Si-
gnorol.

Digitized by Google

gnorol.Caſtr. Alex.Calcan. & Ripam, tenuit Cæph.
conſ.53.nu.8. vbi ait eſſe principaliter conditum ob
publicam & communem populorum vtilitatem.Al-
ciat.conſ.62.nu.11.& cõſ.63.nu.7. debet facile exten
di,vt per prædictos Doctores qui dicunt ſactum fuiſ
ſe vt facultates, & diuitiæ conſeruentur in ea ciuita-
te,quę ratio patitur omnem extenſionem,etiamſi ſta
tutum eſſet pœnale,ſecundum Alciat.d.conſil.63.

Poſtremò ita quoque ſtatutum intellexerunt,tam
vxor quam maritus,quando pro diſpẽſatione ſuppli
cauerunt Senatum illum enim exterum eſſe dixerũt,
& confeſſio facta in precibus nocet ſupplicãti, l.cum
precum,de liber.cau.& fruſtra precibus imploratur,
quod à iure conceditur,l.1.in fine,ff.ad municip. vbi
Bart. in fin. & quod diſpenſatio eiuſmodi probet il-
lum fuiſſe forenſem adduco in ſimili Curt. iun. conſ.
76. num.2. vbi propriè loquitur de eo qui diſpenſa-
tionem petijt aduerſus aliquod impedimentum, is
enim fateri videtur impedimentum obſtare & poſ-
ſet id pluribus comprobari.

Nec dicatur,quod etſi fortè hæc non probent ſuffi
cienter exceptionem aduerſantium,tamen ſufficiunt
pro excuſatione ne incurrant pęnam ſtatuti ex quo
quælibet cauſa quãuis beſtialis excuſat à pœna,quia
tollitur id ex diſpẽſatione prædicta in qua ipſi faten
tur maritum eſſe forẽſem; vt autem cauſa iniuſta ex-
cuſet, conſtare debet quod motus quis fuerit ex ea
24 cauſa.Alex.conſ.103.nu.13.vol.1.Aret.conſ.80.col.1.
Corne.conſil.33.nu 16.vol.4. Dec.conſil. 452. nu.11.
Et ratio eſt,quia non præſumitur quod fuerit motus
ex ea cauſa.Barto.in l.inter omnes,§.recte,ff.de furt.
ponit Tiraq.de pęn.temp.cauſ.43.num.9. hic autem
non poſſunt domini conuenti dicere, quod credide-
rint ſe eſſe ciues, quia ex diſpenſatione contrarium
probatur: quod imo credebant,& ſciebant ſe foren-
ſes, aliàs vel non ſupplicaſſent pro illa diſpenſatio-
ne,vel ius dictæ ciuilitatis allegaſſent,de quo tamen
nullam omnino fecerunt mentionem.

Reſpondeo ſecundo, quod ex quo agimus de for-
ma ſtatuti ſeruanda,nedum cauſa iniuſta,non excu-
25 ſat,ſed non excuſaret etiam iuſtiſſima, † vt poſt Bal.
& Ang.concludit Dec.in conſil.466.nu.14.Bec.conſil.
66. num.26.

Minus mouet declaratio facta à Senatu, quod li-
ceat frui dicto priuilegio in omnibus, & per omnia,
quandoquidẽ eã non nocet DD. agnatis nunc agen-
tibus qui non fuerunt vocati. dicitur enim res inter
alios acta quę tertio non nocet,l.de vnoquoque,ff.de
re iud.toto tit. C.res inter alios acta.& licet ſenten-
tia inter alios noceat non citatis quando lata eſt ſu-
per ſtatu,l.ſæpè, ff.de re iud.tamẽ hoc eſt verũ quãdo
is fuit citatus cuius principaliter intererat, & quan-
26 do concurrunt alia requiſita,† de quibus per Alex.
in d.l.ſæpè, num.76. vbi ſex enumerat neceſſaria ad
hoc vt ſentẽtia noceat alicui,etiam in caſibus in qui-
bus facit ius quoad omnes:& inter alia illud eſt præ
cipuum, quòd lata fuerit contra legitimum contra-
dictorem, ideſt eum, cuius principaliter intererat,
ſed principaliter intererat non fiſci qui fuit citatus,
ſed horum agnatorum ad quos ſucceſſio fuerat deuo
luta, & in quorum præiudicium eo tempore non po-
tuiſſet concedi habilitatio, vel diſpenſatio, vt poſt
Cum.in conſil.84.cir.med.concludit Alciat.conſ.56.
cir.fin.præcipuè quando agitur de priuato intereſſe,
vt poſt Bar.& alios latè ponit Alex.in d.l.ſæpè,num.
60.verſic.circa hoc de filiatione, vbi allegat Butr. &
Imo.Iaſ.in §.præiudiciales,nu.20. Inſt.de action.Di-
dac.de ſponſ.p.2.c.8.§.3.nu.2.requiritur etiam quòd
cauſa per cõtradictorem fuerit defenſa, vt per Alex.
ibi,at in præſenti facto, fiſcus cauſam ſuam nõ defen
dit nec quicquam oppoſuit,cum tamen multa poſſet
opponere, & ea pręcipuè quę ſupra dicta ſunt de ho-
ſtilitate,& rebellione,& ꝙ nunquã ſuſtinuerant one-
ra in ciuitate, propterea dici potius poteſt lata per
conniuentiam,& colluſionem fiſci,quam ex bono iu-
re DD.de Ripalta,ideo non debet nocere alijs.

Secundo principaliter non repugnat ꝙ D. Iulia
fuerit à Senatu habilitata ad ſuccedendum parenti-
bus,quia ea habilitatio fuit conceſſa ſub conditione,
qđ ipſa cum marito veniret ad habitandum in domi
nio Mediolani, atq; ita ſub conditione quæ nũquam
fuit impleta, ideo habilitatio pro non conceſſa habe
27 tur,† l.pecuniam quam, ff.ſi cer.petat.l.neceſſario,§.
ꝙ ſi pendente,ff.de pericul.& com.rei ven.Crau.con-
ſil.170.nu.8.& paria ſunt non fieri,vel fieri ſub cõdi-
tione,quæ non ſit purificata.Rip. conſ.81.num.23.a-
lios citaui in conſ.157.nu.7.& ſeq.& in propoſito, ꝙ
effectum ciuilitatis non conſequatur ante implemẽ-
tũ, hoc voluit Anch.in conſ.169.col.1.ver.non ſolum
de iure communi.Dec.in conſ.661.nu.12. ver.ſecun-
do principaliter, & quãuis onus habitandi videatur
adiectum per modum & non per conditionẽ, tamen
in caſu præſenti negari non poteſt quin ſit conditio:
quia dicitur (ita tamen quod eo caſu eueniente te-
neatur) illi enim ablatiui abſoluti conditionem fa-
28 ciunt,† l.à teſtatore,ff.de cond.& dem.l.ſi debitor,§.
1.ff.quib.mod.pign.vel hipoth.ſolu.l.euictis,ff.de eui
ctio.Bec.in conſ.39.nu.18. vbi ꝙ ea conditio eſt pro-
pria,& expreſſa.deciſ.Ped.145.nu.6.vbi plures citat,
ſubdens poſt Bar.in l.1.nu.34. ff.de condit.& dem.ꝙ
id procedit clarius,quãdo ablatiui abſoluti per par-
ticipium ponuntur,vt in caſu noſtro.Menoc.in conſ.
38.nu.26.præterea poſt dictam clauſulam dicitur(ſe
cus bona vel fiſco,vel agnatis adiudicata cẽſeantur)
illa autem dictio,ſecus, quæ eſt aduerſatiua, impor-
tat conditionem contrariam præcedenti diſpoſitio-
29 ni,† ſecundum Bar.in l.1.nu.11.ff.de condit.& dem.
vbi dicit eſſe mirabilem dictionem: quia in ſe ipſa
continet orationem,perinde ac ſi dictum eſſet,ſi hoc
factum non fuerit.Corn.in conſil.313.in 1.col.verſic.
nam huius dictionis,vol.4.Soc.in conſil.51.nu.9.vol.
1.d.deciſ. Pedem.145. nu.5.vbi idem dicit eſſe in di-
ctionibus æquipollẽtibus,vt ſunt,aliàs,niſi,ſecus,etſi
non, facit, quia non eſt verum quòd onus habitanti
iniunctum ſit poſt quæſitum emolumentum:nam di-
citur quòd poſſit ſuccedere,ita tamen,quod,euenien
te caſu,veniat cum marito ad habitandũ; & illa ver-
ba,eueniente caſu,ſignificent non ſolum ſi caſus eue-
nerit, ſed etiam quando euenerit, quaſi dictum ſit,
quando parentum hæreditas erit delata, quo tem-
pore facta eſt ſibi poteſtas ſuccedẽdi, veniat ad habi
tandum.Rurſus licet habitatio ſit actus qui tractum
requirit ſucceſſiuum, tamen in conditione eſt poſita
non habitatio ipſa, ſed aduentus qui tractum requi-
rit momẽtaneum,& qui põt impleri ante emolumen
tum quæſitũ.Accedat,quòd qualitas veniendi ad ha-
bitandum adiecta illi participio (eueniente caſu) ve
30 rificari debet de tpe participij,† atq;ita,qñ caſus e-
uenit,l.in delictis,§.ſi extraneus,ff.de noxalib.l.1.§.
tutoris,ff.quod iuſſu,l.filius,vbi Bart.ff.de teſtam.mi
lit.& conſequenter non ſufficeret ſi ex poſt facto ve-
niret habitatum.ita Rim.conſ.595.nu.29.

Idipſum oſtenditur: quia ſubijcitur in habili-
tatione, quod bona ſtatim agnatis vel fiſco adiudi-
cata cenſeantur; dictio illa, ſtatim, importat clau-
31 ſulam ſummariè, ſine proceſſu, & ſententia, † vt
declarat Barto.in l.1.numer.2. verſic. quid dicemus,
ff. iudic. ſolui.& dictio, ſtatim, non admittit inter-

uallum, l.ſi finita, §.non autem ſtatim,ff.de dam.in-
fect.l.cum quidam, ff.de leg.s.l.ex morte, in fine, C.
de pact.conuent.Bald.& Alex.in l.1.§.qui præſens,ff.
de verb.oblig.vbi dicunt, quod ſecundum propriam
naturam ſignificat ſine interuallo, licet aliquando
impropriè capiatur.Imo.in l.diuortio,vbi etiam Iaſ.
nu.13.ff.ſol.matr.alios citat Tiraq. in l.ſi vnquam,in
ver.reuertatur,num.120. C.de reuoc.donat. ſi igitur
bona fiſco,vel agnatis applicantur, ſtatim eueniente
caſu delatæ ſucceſſionis, vtiq; neque annus eſt expe-
ctandus,neque interpellatio aut monitio eſt neceſſa
ria.Ex prædictis apparet,mẽtem Senatus fuiſſe, non
modum ſed conditionem apponere, & quod onus
ante emolumentum exequatur: & hoc ſtante, verba
etiam ſi regulariter importarent modum,vertuntur
32 in conditionem.† Bar.in l.quibus diebus, §.Termi-
lius, nu.6. ff.de cond. & demonſt. & ſequuntur com-
muniter Doctores, vt inquit Gomeſ.var.reſolut.lib.
1.c.12.nu.70.in fine, vbi etiam ſi tacitè ſolum conſta
ret de tali voluntate.Bero.conſ.30.nu.6.vol.5. Pariſ.
conſ.19.nu.257.vol.2.Rim.conſ.595.nu.28. Cardin.
Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.10.tit.5.nu.15. Rur-
ſus,licet dictio, ita tamen, ſoleat ſignificare modum,
tamen in caſu noſtro alia extant verba ſupra relata,
quæ conditionem important, ideoq; non eſt mirum
ſi mutet naturam ex præcedentibus, & ſequentibus,
l.ſi ſeruus plurium,ff.de leg.1.l.vtrum,ff.de petit.hæ-
red.Corn.conſ.140.col.fin.vol.5.Soc.conſil.31.nu.11.
vol.4. Hinc dixit Bart.in l.ſub conditione, nu.8.ff.de
ſolut.quòd etſi dictio, vt,ſoleat modum importare,
tamen ſi iungatur ablatiuis abſolutis, importabit
33 conditionem. † Dec.in conſil.63. nu.5.col.2. & con-
ſil.89.col.3.num.2.Bec.conſil.58.num.17.

Reſpondeo etiam, quod dictio,ſtatim,habet vim
decreti,& latam ſententiam ſignificat,vt dixi ſupra,
gloſſ.in l.commiſſa,in ver.ſtatim,ff.de publica.& ſe-
quuntur infiniti apud Tiraq. d. ver.reuertatur,num.
116. at vbi poſt modum adiecta eſt clauſula decreti,
tunc modus intelligitur datus pro forma, & actus
inualidatur non minus quam ſi eſſet conditionalis.
34 † ita pręcisè declarat Caſſad.in tit.de reſcript.deciſ.
10.num.7.& idipſum probat Pariſ.d.conſil.19.num.
14.& plurib.ſeq.ac num.550. & ſeq.forma enim non
ſeruata actus corruit.

Reſponderi etiam poteſt, quod mora incurritur
abſque monitione,quando tantum temporis tranſi-
uit intra quod modus commodè potuiſſet impleri.
35 † Alex.in l.ſi inſulam,in 5.no.ff.de verb. oblig. & ibi
eum ſequuntur Iaſ. & Crot. & latè hanc ſententiam
probat,& defendit Rim.d.conſil.595.num.31.& ſeq.
ſed præter eum latè eandem probat concluſionem
Cæph.in conſil.118.num.16.& ſeq. Rol. in conſil.63.
num.48.ver.ad ſecundum, vol.4.vbi ait,quod etſi re-
gulariter conditione pendẽti neutri partium liceat
a contractu diſcedere, ſi tamen conditio conſiſtit in
faciendo,contractus remanet nullus, quãdo tantum
tempus interceſſit quo actus poterit expediri,& con
ditio impleri,nec aliqua interpellatio eſt neceſſaria:
quia pars quæ tenebatur implere, moram incurrit
ipſo facto per temporis lapſum.ſic in propoſito,cum
multi lapſi ſint menſes intra quos poterat Domina
Iulia accedere ad ciuitatem, ſibi eſt imputandum ſi
non obſeruauit modum aſcriptum habilitationi. Re
manet ergo triplici ſolutione ſublatum obiectum:
prima,quia non eſt modus,ſed cõditio: ſecũda, quia
etiam modus non requirit interpellationem quan-
do ſubiecta eſt clauſula decreti: tertia,quia interpel-
latio non eſt neceſſaria, vbi lapſum eſt tempus con-
gruum ad implendum,& tamen non fuit impletum.

Hæc verò omnia tanto magis procedunt poſt emolu
mentum quæſitum: quia tunc eſt ipſo iure in mora
implendi,aliqua interpellatio non eſt neceſſaria, vt
declarat Ruin.conſ.43.nu.10.vol.2. Cõtraria autem
omnia loquũtur, quando conſtat quod onus erat im
plendum poſt quæſitum emolumentum, vt quando
ita fuerat quis in ciuem receptus.vt onera, & colle-
ctas ſoluere teneretur, idem quando eo adiecto fuit
ciuitate donatus, quod teneatur emere domum vel
ædificare; quibus in caſibus conſtat implementum
impoſitum poſt perfectum actum. aliud verò eſt in
caſu noſtro, in quo iubetur filia venire ad habitan-
dum,quando eueniet occaſio ſuccedendi.

Non etiam obſiſtit, quod peſtis impedimentum
excuſet: quia reſpondetur peſtem occupaſſe ſolam
Mediolani ciuitatem, cum aliquibus alijs locis, ſed
Dei beneficio maiorem partem ſtatus ab ea lue ſer-
uatam fuiſſe intactam, ita vt poſſet D.Iulia in ijs lo-
cis habitare vbi nulla peſtis ſuberat ſuſpicio, ex quo
locus habitationis non erat ſibi præſcriptus.

Secundo,quia ceſſante etiam peſte, Domina Iulia
non erat tranſlatura ſuum domicilium in eum ſtatũ,
& non ideo abſtinuit ab habitatione, quia timeret
peſtem,ſed quia non voluit,forte credens, ſe non te-
neri ſtante antiquo illo priuilegio,& qui allegat im-
pedimentum,tenetur probare,quod erat facturus id
quod debebat, ſi nõ fuiſſet impeditus,& quod ob ſo-
36 lam impedimenti cauſam deſtitit, † l.qui commea-
tus,vbi Bar.ff.de re milit.Bar.in l.ſecunda, §.quod di
ximus,ff.ſi quis caut.vbi Baldus,Ang.Fulg.Alex.Iaſ.
& alij.Dec.in c.ex ratione,num.16.ver.tertio & vlti-
mo,de appel. vbi dicit communem.Afflict.deciſ.59.
nu.1.Ruin.conſil.45.nu.4.vol.4.Pariſ.conſil.34.num.
59.vol.1. Crau.in conſil.151.nu.22. Natta in conſil.
258.num.6.Rube.l.non ſolum, §.morte, nu.450.ff.de
oper.nou.nunc.Vant.in tit.de nullit.ex defec.iuriſd.
ordin. num.166.in fine.Menoch. de arbit.iudic. caſu
153.nu.15.Becius conſil.104.nu.3.

Tertio,quia ſublata etiam peſte,& omni illius ſu-
ſpicione remota, nihilominus non curauit Domina
Iulia venire ad habitandum: vnde dignoſcitur non
peſtem fuiſſe impedimento,ſed ſuæ propriæ volunta
tis defectum.ex his enim quæ poſtea fiunt cognoſci-
37 tur qualis antea fuerit eius voluntas, † §.pauonum,
Inſtit.de rer.diuiſio.cum multi quos citaui in conſil.
150.nu.95.Hinc dicimus, quod tenetur ad expenſas
litis reus qui poſt productum inſtrumentum voluit
litigare,& ſuccubuit: quia ſi à principio inſtrumen-
tum fuiſſet productum,præſumitur quòd etiam liti-
38 gaſſet,† vt per Rom.in ſing.401.Dec.in l.qui in alte-
rius,num.8.ff.de reg.iur. de quo tamen videri poteſt
Cagnol.ibi,num.50.& 53.& in l.5.nu.99. C.de pact.
inter emptor.& vendit. Natta conſil.235.nu.4.con-
ſil.387.num.9.Cæph.in conſil.76.nu.9.Menoc.de re-
tin.poſſ.rem.3.nu.857.

Quarto reſpondeo,quòd ſi peſtis iuſtum præbuiſ-
ſet impedimentum, tamen non ideo D.Iulia potuiſ-
ſet ſuccedere ſuis parentibus, ex quo modum non
impleuit, qui ſibi fuit perſonaliter iniunctus: quia
etſi modus regulariter poſſit ab hærede impleri, ita
vt emolumentum in eum tranſeat,glo. in l.teſtatore,
ff.de condit. & dem.Bart.in l.quibus diebus,§.Termi
lius, ff.eodem.tamen quando modus deficit per ca-
ſum contingentem in perſona illius qui tenebatur il-
lum implere,tunc illo mortuo ius non quæritur hęre
39 di,nec ab eo poteſt impleri. † eſt text.in l.Titia cen-
tum,§.Titio genero,in verſic.ante nuptias,ff.de con-
dit.& demonſtr. & hoc voluit clarè Bart. d.§.Termi-
lius,num.13.ff.de cond.& demonſtr.& ita tenent an-

tiqui,

Digitized by Google

tiqui, & moderni, vt inquit Corne.conſil.2x9. col.2.
verſic.quia quod muliere, volum.4.Coſta, lib.2.ſelect.
interpret.c.22.num.7.& 12. Craſſ.in §.legatum, q.18.
num.5.vbi alios citans dicit communem, intelligen-
do de onere perſonali, quale eſt in noſtro facto, vt ſu-
pra dictum eſt pro parte contraria; ſecus autem eſt,
quando caſus non contigit in perſona eius, qui tene-
tur implere, tunc enim non deficit diſpoſitio. ita Co-
ſta diſtinguit loco prædicto, & ratio eſt: quia etſi im-
pedimentum excuſet à mora, tamen non liberat ab
implemento debito, vt per Bal.in c.quærelam, num.
2.de iureiurando. at vbi onus eſt perſonale, & deceſ-
ſit is cui fuit iniunctum, ſinit poſſe impleri, ideo emo-
lumentum quoque euaneſcit, quod ſine onere nõ de-
betur, & ab onere ſeparari non poteſt. Hinc dicimus,
quod impedimẽtum excuſat, quidem à pœna, & mo-
ra, ſed non efficit vt impedito detur actio ad aliquid
40 † conſequendum. Bute.in c.ficut, l.vlt.vbi etiam Abb.
de iureiurando. Dec.in l.cum proponas, la ſeconda,
num.4.C.de pact. Natta conſ.50.num.7.& conſ.551.
nu.38. Menoc. conſ.1.num.367. & conſ.55.nu.5. Ro-
land.conſ.69.num.12.vol.4.& dicit Bald.in l.x. C.de
vſur. & fruct.leg. quod etſi impedimentum excuſat,
ita vt admittatur aliquando iuratoria cautio loco fi-
deiuſſionis, nõ tamen ideo aduerſarius obligatur ad
aliquid præſtandum. ſequitur Iaſ.in l.1.num.13.in li-
mit.9.ff.qui ſatiſd.cog. Roland.conſ.43.nu.18. vol.2.
ſic erit in præſenti facto, quia etſi peſtis impedimen-
tum excuſauerit ab onere habitandi, nõ tamen ideo
filiæ à ſtatuto excluſæ competit actio ad conſequen-
dam parentum hæreditatem; ſi itaque onus habitan-
di eſt perſonale, vt ſupra dictum eſt, non poterit im-
pleri per filios, & conſequenter nullum emolumen-
tum eſt quæſitum: quia modo non impleto, priuatur
41 omni commodo. † Bart.d.§.Termilius, nume.17. vbi
multa iura allegat. ſequitur Socin.nu.14.ver.ſecunda
concluſio. Bal. conſil.216. col.2.volum.2. Alex. con-
ſil.127.num.2. vol.7.conſil.102.num.6.vol.1. etiamſi
onus implendi ſit tertio iniunctum, quia illo non im-
plente, priuatur commodo, vt poſt Bart. Alex. Socin.
in locis prædictis voluit Menoch.in conſil.78.nu.17.
Gabriel.in conſ.5. num.31. vol.1. vbi ait quoad effe-
ctum nullam eſſe differentiam inter modum, & con-
ditionem: quia ſicuti defectus conditionis annullat
actum, ita defectus modi reſoluit acquiſitionem iam
factam. Alciat.in conſil.236. num.4. vbi fortius dicit,
quod ex quo in hoc modus & conditio æquiparan-
tur, reſolutio actus, quę fit ob modum non impletum,
retrotrahitur, ſicut fit in conditione. Bero. in conſil.
30.num.16.vol.2. Burſat.conſ.382.num.18. Simon.de
interpret.vlt.volunt.lib.5.interpreta.2. dubitat.2.in
princip.num.119.folio 515.vbi quod in effectu idem
ſunt, modus, & conditio, quia ſicuti non conſequitur
relictum, qui non paret conditioni, ita priuatur reli-
cto, qui non implet modum, & quando res non eſt in-
tegra, modus ita deficit, quod exinde impleri nõ po-
teſt, nec mora purgari, vt in præſtatione alimẽtorum
ponit Bald.in conſ.112.& 119.num.1. in fin.verſ. ſed
amplius non peti, vol.2.& in conſ.250. vol.3. vbi di-
cit, quod in alimentis non cadit recompenſatio tem
poris: quia fortè pro præterito fame laborauit. Alex.
d.conſ.127.nu.2.vbi agit de onere ſtudendi proximo
toto ſeptennio. Rui.conſ.42.nu.8.vol.2.vbi mouetur:
quia implementum modi eſt indiuiduum, & non ſuf-
ficit pro parte adhiberi, ideo ſi res non eſt integra, &
modus deſijt poſſe in totũ impleri, deficit actus om-
nino, & amittitur emolumentum iam quæſitum, &
hic eſt caſus noſter: quia cum Dom. Iulia deberet ſta
tim venire ad habitandum, quãdo eſt ſibi delata pa-
rentum hæreditas, & non venerit modi implemen-
tum, incontinenti deficit, & conſequenter emolumẽ-
tum, quod ſi dicamus onus prædictum fuiſſe ẽt filijs
iniunctũ, vel aliter in filios tranſire, idẽ erit, quia ipſi
quoque filij, ſeu hæredes non habitarunt, ideo cum
onus habitandi reſpiciat commodũ, non Dominę Iu
42 liæ, ſed Reipublicæ, & ideo ſit cauſa finalis, † l.Titio
centum, in princ. ff.de condit. & demonſtr. Ang.con
ſil.124.nu.4. Alex.d.conſ.127. Corn.conſ.101.col.fin.
vol.1. Soc.conſ.x6.nu.4.vol.3. Dec.cõſ.238.in fi. Ruin.
conſ.61.nu.5.vol.2. Bald. Nouel.l.1. nu.350. ff.ſolut.
matrim. Bero.conſ.22. nu.76.vol.2. Alciat.conſ.217.
num.4. Crau.conſ.59. num.4. Natta conſ.609.nu.13.
deciſ.Pedem.50. num.3. defieritq; per mortem Do-
minæ Iuliæ impleri: quia tempus iam lapſum reſti-
tui non poteſt, nec recompẽſari, deficere debet emo-
lumentum, quod ſine oneris implemento non fuiſſet
collatum, onere enim ſublato, ceſſat emolumentum,
43 quod propter onus erat conceſſum, † l. generaliter,
§.1.C.de ſacroſan.eccleſ.Rom.conſ.417.num.4.l.eum
qui, in princ.vbi Bart.in ſum. & Iaſ. nu.1. ff.de iure-
iur.& hac ratione Bero.conſ.22.num.76.in ſecundo,
dicit, quod minuitur, & augetur legatum, iuxta mo
di augmentum, vel diminutionem. latè Menoch.de
arbitr.iud.caſu x23. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ valor vbi extrinſecus creſcit non mutata mate-
ria, nec forma, augmentum cedit damno creditoris, &
ſufficit ſolutionem fieri ſecundum valorem, qui eſt tempo-
re ſolutionis.*
2 *Mutato rerum ſtatu receditur à contractu.*
3 *Pactum eſt ſeruandum.*
4 *Pactum vbi adeſt, intelligitur receſſum à iure communi.*
5 *Mutationem valoris monetæ allegans probare tenetur.*
6 *Moneta aurea, vel argentea craſſioris valor præſumitur
mutatus, ob deteriorationem monetæ minutæ.*
7 *Valor aurei, vbi creuit ob deteriorationem minutæ mone-
tæ, tenetur debitor ſoluere ſecundum valorem temporis
contractus.*
8 *Moneta minuta non æſtimatur per groſſam, ideo debitor
viginti librarum Imperialium, ſi ducati valor creuit, te-
netur tantum ſoluere libras viginti, nec habetur ratio
augmenti ducati etiam poſt moram.*
9 *Moneta vbi eſt à partibus æſtimata, incrementum, vel de-
crementum ſequens, non eſt in conſideratione.*
10 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
11 *Verba contractus vbi ſunt clara, non eſt conuolandum ad
coniecturas.*
12 *Valor monetæ debitæ, vbi non eſt mutatus, non eſt curan-
dum de mutatione valoris monetæ, quæ non debetur.*
13 *Regulis generalibus non eſt inhærendum, quando haben-
tur deciſiones in terminis.*

CONSILIVM CCCCXXXVIII.

IN venditione ſalis facta per Samue
lem de Leui conuentum, eſt preciũ
ſolidorum tredecim Mantuanæ mo
netæ in ſingula pondera, & Camera
Sereniſſimi Dom. Ducis Parmę pro-
miſit ſoluere per literas cambiorum
in Ciuitate Venetiarum libras ſeptem Venetas pro
centum viginti quatuor ſolidis Mantuanæ monetæ,
ſupponens nunc eadem Cameræ, quod Ducatoni
Mantuani valor, qui tunc erat ſolidorũ centũ vigin-
tiquatuor, creuerit ad ſolidos centũ triginta, præten
dit ſe non teneri ad ſoluendum ſeptẽ libras Venetas
pro

pro dictis ſolidis centum vigintiquatuor, ſed poſſe
liberari ſoluendo tantam monetam Venetam quan-
tum capiunt ſolidi centum viginti quatuor Mantua-
næ monetæ nunc currentis: quia vbi monetæ valor
extrinſecus creſcit non mutata materia, nec forma,
vti fecit Ducatonus Mantuæ, tunc cædit hoc augmen
tum creditoris damno, & ſufficit ſolutionem fieri ſe-
1 cundum valorem, qui eſt ſolutionis tempore. † Bart.
in l. Paulus, numer. 6. ff. de ſolutio. cum infinitis apud
Gabriel. commun. opin. lib. 3. titu. de ſolutio. concluſ.
2. num. 1. Didac. de collatio. veter. numiſmat. cap. 7. §.
vnico, concluſ. 4. Natta, in concluſ. 454. num. 2. Bein-
ten. deciſ. Bonon. 39. Sola in conſtitut. Pedemont. in
tit. de pact. inter empt. & vendit. in 1. part. gloſſ. vni-
ca, num. 82.

Secundo, quia æſtimatio ſolidorum Mantuano-
rum centum viginti quatuor, ideo facta eſt ad libras
ſeptem Venetas, quia tunc verè erant eius valoris,
ſed nunc deſierunt eſſe illius valoris, quia centum
triginta requirūtur, atque ita cœpit eſſe iniuſta, ideo
non eſt attendenda: mutato enim rerum ſtatu, rece-
2 dimus à cōtractu, † l. quæro, §. inter locatorē, ff. locati,
l. tale pactū, §. fi. ff. de pact. Iaſ. larè in l. quòd Seruius,
ff. de cond. indeb. Dec. in conſ. 335. in 1. dub. infinitos
citat Tiraq. in præfatio. l. ſi vnquam, num. 166. C. de
reuocan. donat. Crauett. conſil. 686. numer. 15. Oſaſc.
deciſ. Pedem. 91. num. 2.

Quibus tamen non mouentibus, arbitror Came-
ram prædictam non iuſtè detractare ſolutionem con
uentam, verba enim pacti clara ſunt, quod pro ſoli-
dis Mantuanis centum viginti quatuor ſoluantur li-
3 bræ ſeptem Venetæ, & pactum eſt ſeruandum, † l. 1. &
l. iuriſgentium, §. prætor ait, ff. de pact. & non licet re-
cedere à verbis pacti. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus, §. 3. ff. de
verb. oblig. Dec. in conſ. 298. nu. 1. Berous conſ. 143.
num. 17. vol. 1. Neuiza. conſ. 66. num. 18. & conuentio
habetur pro lege, l. 1. §. ſi conueniatur, ff. deposit. Af
flict. in deciſ. 435. num. 16. Dec. in l. contractus, nu. 14.
ff. de regu. iur. & conſtitutio ſeruandi pacta proceſſit
de ore Dei, vt inquit Bal. in Rubr. extra de conſtit. in
princ. & graue eſt nō ſolum àpud homines, ſed etiam
apud Deum pacta non ſeruare. Corne. in l. ſi paſcen-
da, quæſt. 2. C. de pact. Becius, conſ. 45. num. 25. & vbi
4 adeſt pactū, † intelligitur receſſum à iure communi.
Natta conſ. 384. num. 11.

Secundo moueor: quia non conſtat, quod à die cō-
tractus citrà mutatus ſit valor monetæ inter partes
conuentæ, & qui allegat hanc mutationem tenetur
5 probare. † Corneus in conſ. 181. nu. 72. vol. 2. Gabr. d.
tit. de ſolut. concl. 1. nu. 36. Hier. Gabr. conſ. 164. nu. 2.
vol. 1. Sola, d. gl. vnica, nu. 72. & ideo ſi non probatur,
quod decreuerit ſolidorum Mātuanorum valor, fru-
ſtra allegatur iniuſtitia, & læſio in æſtimatione ceſſan-
te enim fundamento corruit omne ædificium, l. ſi ſu-
petatus, ff. de pign. Crauet. conſ. 896. nu. 34. & verè ſo
lidorum valor nunquam probabitur mutatus neque
intrinſecus, neque extrinſecus.

Tertio, ſi valor ſolidorum poſſet dici mutatus, &
quia ducatonus argenteus plures nunc ſolidos va-
leat, quam valeret tempore contractus, dicendum
eſſet id prueniſſe, quia nunc ſolidi cuduntur dete-
riores in intrinſeca bonitate, quam eo tempore cu-
6 detentur: nam ſic præſumitur, † vt poſt Brun. Socin.
iun. Rube. Tiraquell. Nattam, & Crauett. voluit Me-
noch. in conſil. 49. num. 3. addo Purpur. in conſil. 179.
num. 3. qui allegat Corne. Alciat. conſil. 586. nume. 6.
Cæphal. conſ. 31. nu. 10. at vbi valor aureæ, vel argen-
teæ monetę craſſioris creuit ob deteriorationem mo-
netæ minutæ, vel inferioris, tunc augmentum illud
cedit damno debitoris, qui ſoluere ideo tenetur ſecū
dum valorem, qui erat tempore contractus, non au-
tem ſecundum valorem, qui eſt tempore ſolutionis,
7 vt voluit † Barto. in d. l. Paulus, numer. 6. & in l. cum
quid, num. 17. ff. ſi cert. petat. vbi Alexand. num. 16. &
Soc. num. 40. Tiraquell. de retractu conſangu. §. 1. glo.
18. num. 27. Boer. deciſ. 327. num. 13. Didac. d. cap. 7.
§. 1. in verſic. tertia concluſio. Cæphal. in conſ. 31. nu-
mer. 8. Cagnol. in l. 2. nu. 210. & 217. C. de pact. inter
empt. & vendit. Bertran. in conſ. 17. num. 4. volum. 4.
vbi dicit communem eſſe opinionem, & ita indicaſſe
Pedemontanum Senatum refert Sola d. gloſſ. vnica,
num. 77. & Theſaur. deciſ. 174. num. 1. & ſeqq. & præ-
dictorum ratio eſt: quia partes contrahendo cogita-
runt de moneta, quæ tunc currebat, vt poſt Bartol. &
Iaſ. dicit Purpur. d. conſil. 179. num. 3. Cæphal. d. con-
ſil. 31. nume. 9. Purpur. in l. cum quid, num. 170. ff. ſi
cert. petat. alios citat Sola d. gloſſ. vnica, nu. 73. Bron.
d. tractat. concluſ. vltim. in 8. fall. verſicu. tertio quęro
quid iuris, & ideo ſi ſolidi centum viginti quatuor tē
pore contractus faciebant vnum ducatonum, & im-
portabant ſeptem libras Venetas, & nunc ob mone-
tæ deteriorationem ad faciendum vnum ducatonū,
vel ſeptem libras ſupradictas requiruntur ſolidi cen
tum triginta, certè ſoluendi erunt ſolidi centum tri
ginta loco illorum centum viginti quatuor. ita poſt
Bartol. Baldus, & alios dicit Socin. in conſil. 298. vo-
lum. 2. vbi ſubdit ita communiter tenere Legiſtas, &
Canoniſtas. Bron. d. 8. fallen. in 3. q. Martin. Laud. in
eod. tract. col. pen. verſic. quid autem ſi pecunia. Dec.
in l. cum quid, num. 56. verſicu. ſed adde. Nattam, in
conſ. 454. nu. 6. vbi ait, quod valor, qui aureo, vel craſ-
ſiori monetæ acceſſit, ſuccedit loco eius, quod defecit
monetæ minutæ. Mod. Galli, in tract. de vſur. nu. 735.
vbi ſequitur Socini dictum in eo. conſil. 298. Sola cla-
riſſimè d. gloſſ. vnica, nu. 73. Cæphal. d. conſ. 31. nu. 10.
& 12. vbi propriè loquitur in ducato Veneto. Theſau.
d. deciſ. 174. verſicu. ſublimitatem, in fine, & hoc vlti-
mum fundamentum eſt ineuitabile, & meo iudicio
petit radicem huius quæſtionis.

Et non obſtat, quod vbi aureus creſcit in valore
extrinſeco, tunc augmentum cedat damno credito-
ris. Reſpondetur enim, quod hoc procederet, quan-
do augmentum iſtud non proueniret ex deteriora-
tione monetæ minutæ. at in facto quia inferior mo-
neta facta eſt deterior, creuit valor maioris mone-
tæ, vt probaui ſupra, & quando valor cauſatur ex de-
terioratione monetæ inferioris, tunc non damno cre
ditoris, ſed debitoris augmentum cedit, vti probaui
in tertio fundamento.

Reſpondeo etiam, quod in caſu noſtro ducatoni
nō ſunt in obligatione, nec in ſolutione, & in toto cō-
tractu nulla legitur facta mentio ducatoni, ideo non
eſt curandum, quod ducatoni creuerint, decreuerint
in valore intrinſeco, vel extrinſeco, ſed conuentio fa-
cta eſt de ſolidis, & libris Mātuanis, & Venetis reſpe
ctiuè, quorū valor nō eſt mutatus, & Doctores, qui de
augmento monetarum mentionem faciunt, loquun-
tur, quando mutatus eſt valor illius monetę, quę erat
in obligatione, vel ſolutione. Et in propoſito facit,
quod voluerunt Bar. Ang. Imo. & Caſt. in d. l. Paulus.
glo. & Docto. in l. nūmis, ff. de in lit. iuran. vbi dicunt,
quod ex quo moneta minuta nō æſtimatur per groſ-
8 ſam, † ſi quis debeat viginti libras Imperiales, quan-
do ducatus erat valoris librarum quatuor, & poſtea
creſcat ducatus ad libras quatuor, & ſolidos qua-
tuordecim, ſolū debebūtur viginti libræ, nec habebi-
tur ratio etiam poſt moram, quod ducatus creuerit.
ſequuntur alij plures, quos citat Brun. de augmento
monet.

monet. concluſ. vlt. limit. 1. verſ. & prædicta proce-
duut. & eſt communis opinio, ſecundum Dec. in l. cū
quid, in 2. lect. num. 56. ff. ſi cer. pet. Boſſ. in tit. de mo-
netis, nu. 3. poſt med. Sola d. gloſ. vnica, num. 74. verſ.
& ſi dicatur, vbi allegat Angel. Alexan. Dec. Purpur.
Parpal. Brun. & Gabr. & dicam latius in reſolutione
ſequenti. Et quamuis Doctores aliqui huic conclu-
ſioni contradicant, quādo interuenit mora debito-
ris, tamen circonſcripta mora, nemo eſt qui eam ne-
get: quinimo, ſi in hoc poſſet agi de augumento mo-
netarum, id eſt de lucro, vti Doctores prædicti appel
pellāt, adhuc liceret Domino Samueli illud petere,
quia eſt mercator ſolitus negotiari, cui ſecundum
prædictos omnes non ſolum debetur damnum, ſed
etiam lucrum ex eo proueniens, quod de tempore
contractus cum centum viginti quatuor ſolidis Mā-
tuanis emebant vnum ducatonū, nunc autem illi nō
ſufficiunt, ſed longe plures requiruntur: & ideo vbi
non eſſet conuentum de ſoluendis libris ſeptem pro
centum viginti quatuor ſolidis, poſſet ipſe conſequi
pro eis vnum ducatonum, per prædictam rationem,
vt clarè Doctores prædicti deducunt.

Tertio reſpondeo, quod in præſenti facto non eſt
habenda ratio augmenti vel diminutionis monetæ,
ex quo partes expreſſa conuentione ſibi cauerunt de
qualitate ſolutionis faciendæ, id eſt, de ſoluendis ſe-
ptem libris Venetis pro ſolidis Mātuanis centum vi
ginti quatuor, & vbi à partibus æſtimata eſt moneta,
ibi incrementum vel decrementum ſequens non eſt
9 in conſideratione. † Bart. in l. Paulus, in fine, ff. de ſo-
lut. & quod pactum conuentum circa qualitatem ſo
lutionis faciendæ ſeruandum ſit, probat textus in c.
quanto, de iureiurando, vbi gloſ. & Doctor. notant.
& Imola poſt Io. Andr. in d. l. Paulus, in fine, dicit vti
le eſſe pactum quod reddatur mutuū in eadem qua-
litate monetæ. Brun. de augm. & diminut. concluſ. vl
tima, in ſecundo præmiſſo, ver. aliquando verò, &
quinto. & latius in 8. limitat. in princip. vbi allegat
Bar. Bald. Imol. Ioan. de Anan. Socin. & alios, & poſt
Iſern. inquit quod negotiatores dubitantes de aug
mento vel diminutione monetarum, ſolent expreſ-
ſè conuenire de æſtimatione monetæ ſoluendæ. & re
petit Brun. ibi, ver. ſecūdo quæritur, vbi poſt Fulgoſ.
ait valere, & ſeruandum eſſe pactum quod ſoluatur
certa ſumma librarum in florenis ſeu ducatis, in ra-
tione librarum quinque & ſolidorum quatuor pro
ſingulo ducato. & dicit Bald. in conſil. 213. in fine, vo
lum. 5. quod cauti homines reſpicientes futura, con
ſueuerunt æſtimare monetam ſoluendam, ideo obli-
gationis tenor attendi debet. Boer. deciſ. 317. nu. 10.
vbi addit Anchar. Aret. conſil. 112. nu. 1. ver. pro veri
tate, vbi dicit, ſtandum eſſe conuentioni. Crauet. in
conſil. 836. num. 1. vbi addit Calcan. Moder. Gall. in
tract. de vſur. nu. 735. Did. de collatio. veter. numiſ.
cap. 7. §. vnico, conclu. 7. alios citat Gabr. d. lib. 3. tit.
de ſolutio. conclu. 2. nu. 8. & ſequen. vbi probat con-
uentionem eſſe ſeruandam. Latè Menoch. conſ. 49.
nu. 10. & ſequen. & prædicti omnes dicunt, quod vbi
pecunia fuit æſtimata, non curamus quod ſequatur
augmentum vel diminutio monetæ, ſed pacto ſtan-
dum eſt. Sola d. gloſ. vnica, nu. 76. vbi quod tunc mo-
netæ mutatio non prodeſt, neque nocet.

Ex hac vltima reſolutione tollitur vltimum obie-
ctum, quod dicebatur, ideo conuentum eſſe quod ſe-
ptem libræ Venetæ ſoluantur pro ſolidis centum vi-
ginti quatuor Mantuanis, quia tunc verè ducatus
Mantuanus qui Venetijs currebat pro libris ſeptem
& erat eiuſdem valoris cum ducato Veneto, vale-
bat ſolum centum viginti quatuor ſolidos. Nam vbi
etiam hæc omnia vera eſſent, nihil omnino facerēt,
quia conuentum eſt inter partes, quod ita fiat ſolu-
tio, & pacto non licet contrauenire.

Secundo reſpondeo, falſum eſſe in facto, quod cō-
uentionis tempore ducatus Mantuanus valeret ſo-
lum centum viginti quatuor ſolidos, quinimo, maio
ris erat valoris, ideo ceſſat obiectum.

Tertio reſpondeo, quod vbi etiam Mātuanus du
catonus fuiſſet ſolum eius valoris, tamen non eſt ve
rum quod æquaret valorem ducati Veneti, & quod
Venetijs curreret pro ſeptem libris illius monetæ,
eſt enim notorium in ea Ciuitate publico edicto ve-
titas eſſe omnes argenteas monetas exteras; & licet
mercatores ducatonos exteros contra edicti autho-
ritatem acceptent, eos tamen nunquam recipiunt
pro ſeptem libris, ſed pro quatuor aut ſaltem tribus
ſolidis minus; & hæc adeo ſunt notoria mercatori-
bus, vt non egeant probatione: propterea dici non
poteſt, quod ideo fuerit conuentum de ſoluendis ſe-
ptem libris pro ſolidis centum viginti quatuor, quia
ducatonus Mantuanus eſſet eius valoris.

Quarto reſpondeo, quod ſi admitteremus duca-
tonum Mantuanum non fuiſſe minoris valoris quā
eſſet Venetus, adhuc nō poſſet affirmari quod fuerit
habitus reſpectus ad ducatonum, quandoquidē de
eo in contractu nullū extat verbum, & in contracti-
bus nihil debet ſubintelligi, quod nō reperiatur ex-
preſſum, l. quidquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. &
omiſſum habetur pro omiſſo, l. commodiſſimè, ff. de
lib. & poſthu. & propoſitum in mente retentum, ni-
10 hil debet operari, † l. ſi repetendi, C. de cond. ob cau.
Ruin. conſ. 177. nu. 13. vol. 2. & quando verba contra-
ctus clara ſunt, non eſt conuolandum ad coniectu-
11 ras, † vt in propoſito augmenti monetarum quando
facta eſt æſtimatio, ponit Crau. in conſ. 47. nu. 2.

Et non eſt verum, quod mutatus fuerit ſtatus re-
rum qui extabat tempore contractus: quoniā libra-
rum vel ſolidorum æſtimatio non eſt mutata: & quā-
uis non ſit mutatus valor ducatoni, tamen cum non
deberetur ducatonus, non eſt curandū de illius mu-
tatione, vt in ſimili de ducato inquit Caſt. in d. l. Pau
lus, in fine, vbi ait, ꝙ non creuit valor librarum quæ
12 debentur. † ſequitur Menoch. d. conſ. 49. nu. 13. & ex
diuerſis non bene infertur, l. Papinianus exuli, ff. de
minoribus. Præterea, quando mutatio fuit præuiſa à
partibus, & conuentum quid ea eueniente ſeruan-
dum ſit, tunc ſuperueniens mutatio non alterat di-
ſpoſitionem factā, vt in terminis loquendo de muta
tione monetæ probaui ſupra in 3. reſolutione primi
obiecti, vbi, ni fallor, luculenter ſuſtinui, quod non at
tenditur augmentum vel diminutio ſuperueniens
quando partes à principio cōuenerunt qualiter fieri
debeat ſolutio; & cum habeamus deciſiones in ter-
13 minis, non eſt inhærendum regulis generalibus, † vt
inquit Rota deciſ. 543. nu. 1. in fi. par. 1. in nouiſſ.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus hæres in vſufructu durante vita, & poſt eius mortem, ſi alius inſtituatur, dicitur in vſufructu inſtitutus, hæres vniuerſalis, & grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem alij.*

2 *Hæreditas non poteſt ſtare in pendenti.*

3 *Hæres ſemel, non poteſt directè deſinere eſſe hæres.*

4 *Subſtitutio vbi non poteſt habere effectum, tunc grauatus poteſt de bonis diſponere.*

5 *Subſtitutio facta nepotibus, de eorum filijs intelligitur diſtributiuè, vt ſcilicet filij vnius habeant patris portionē, non patrui.*

Pluralis

6 *Pluralis numerus non eſt vnus contentus.*
7 *Filij poſiti in conditione vbi cenſentur vocati, tunc intelliguntur vocati ad partem patris non alterius inſtitutt.*
8 *Vſusfructus finitur morte naturali, & ciuili.*
9 *Donec, dictio, temporis limitationem denotat.*
10 *Donec, dictio, appoſita poſt confeſſionem alicuius rei, importat conditionem extinctiuam præcedentis diſpoſitionis.*
11 *Ius accreſcendi habet locum etiam in vſufructu.*
12 *Vſusfructus portio non accreſcit portioni, ſed perſonæ.*
13 *Vſusfructus accreſcit etiam poſt acquiſitionem.*
14 *Ius accreſcendi habet locum in coniunctis ſolare, vel ſolis verbis.*
15 *Inſtitutus in re certa, habetur loco legatarij, vbi eſt datus hæres vniuerſalis.*
16 *Filij naſcituri poſſunt hæredes inſtitui.*
17 *Inſtitutus à teſtatore, donec naſcantur filij, qui fuerunt inſtituti, non poteſt ante filiorum natiuitatem, vel defectum adire, nec interim dicitur hæres, ſed poteſt tantum apprehendere bonorum poſſeſſionem.*
18 *Bal. doctrina in l. id quod pauperibus, q. 14. C. de Epiſcop. & cler. quomodo procedat, & nu. 31.*
19 *Hæres inſtitutus in re certa, nullo dato hærede vniuerſali, fit hæres vniuerſalis, detracta rei certæ mentione.*
20 *Inſtitutus hæres vniuerſalis ad diem certam, dato alio vniuerſali hærede, poſt illam diem fit ſimpliciter, & abſolutè hæres, & intelligitur grauatus per fideicommiſſum reſtituere ſecundo.*
21 *Hæres inſtitutus ad vitam, vel quoad vixerit, ſi nullus alius ſit ſcriptus hæres, efficitur hæres vniuerſalis, & perpetuus, mentione temporis detracta.*
22 *Hæres inſtitutus pro vita ſua, alio poſt eius mortem inſtituto, efficitur hæres perpetuò, ſed poſt mortem tenetur reſtituere per fideicommiſſum ei qui poſt eius mortem legitur inſtitutus.*
23 *Hæres poteſt quis inſtitui ſub quauis conditione poteſtatiua, caſuali, vel mixta.*
24 *Conditio ſuſpendit diſpoſitionem in futurum euentum.*
25 *Inſtitutus ſub conditione, nullo purè dato hærede vniuerſali, vel in re certa, quamuis pendente conditione adire non poſſit, poteſt tamen bonorum poſſeſſionem petere de iure prætorio per quam conſequitur nudam detentationem & adminiſtrationem, & erit tanquam curator datus bonis, donec conditio purificetur.*
26 *Hæres pro parte inſtitutus purè, & pro parte ſub conditione, efficitur hæres vniuerſaliter, & quid ſi vnus purè alius ſub conditione ſit inſtitutus.*
27 *Inſtitutio filiorum naſciturorum eſt conditionalis, quia continet conditionem, ſi naſcentur.*
28 *Inteſtati cauſa ceſſat, vbi eſt ſpes cauſæ teſtati.*
29 *Teſtatus, vel inteſtatus ſemper cenſetur qui aliquem ſub conditione inſtituit, quia aditio, vel repudiatio ſemper retrotrahitur ad mortem teſtatoris.*
30 *Vltima voluntas ſtat in pendenti, vbi eſt talis defectus qui ſperatur ceſſare.*
31 *Hæreditas ſtat in ſuſpenſo, quando conſtat de voluntate teſtatoris, vt quia inſtituit naſcituros.*
32 *Hæres inſtitutus in re certa, non occupat omnia bona, quando datus eſt hæres vniuerſalis ſub conditione.*
33 *Ius accreſcendi inuentum eſt, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
34 *Inſtituti vbi fuerunt duo, vnus purè, alter ſub conditione, quomodo ſuccedant, & ſub nu. 26.*
35 *Inſtitutus in re certa, nullo dato hærede vniuerſali, habetur pro legatario, ſi adſit alius inſtitutus in quota.*
36 *Vincentem te ſi vince, multa magis vinco te.*
37 *Paria ſunt quod non ſit datus cohæres, vel quod datus impediatur adire.*
38 *Relictum vbi eſt factum familiæ, vel filijs, ſi vnus tantum adſit, ille cenſetur vocatus.*
39 *Collectiuè dicuntur vocati, qui ſub filiorum vocabulo ſunt inſtituti.*
40 *Filiorum nominatio non eſt collectiua, ſed appellatiua ſecundum multos Doctores.*
41 *Appellatiua ſub nomine vocati, habentur pro vno.*
42 *Succedere non eſt credendum voluiſſe teſtatorem eum, quem excluſit.*

CONSILIVM CCCCXXXIX.

DIFFICILIS, & ſubtilis eſt propoſitæ cõtrouerſiæ reſolutio, ſed Deo benignè aſpirante, clara, & plana reddetur. Secundũ veros iuris terminos Magnificus Dominus Albertus Cicouaria Ferrarienſis in ſuo teſtamento, in omnibus bonis ſuis, vbicunque exiſtẽtibus, inſtituit ſibi hæredes vſufructuarios Magnificos Dominos Ioãnem, & Iacobum ſuos ex fratre nepotes, donec habuerint filios legitimos, & naturales, conceptos, natos, & procreatos à principio ex vero, & legitimo matrimonio, nõ autem legitimatos, quacunque etiam ſuprema poteſtate; cũ autem ſuſceperint filios maſculos, legitimos, & naturales, cõceptos, natos, & procreatos, vt ſupra, eos filios inſtituit, reliquit, & eſſe voluit eius hæredes vniuerſales in ſtirpes, & non in capita; in euẽtum autem in quem dicti nepotes decederent ſine filijs maſculis, inſtituit ſibi hæredem vniuerſalem D. Albertum Speciam, dictorum fratrum nepotem ex ſorore, ſed vbi filij maſculi ex dictis nepotibus extarẽt, dicto Alberto reliquit ſolum aureos centum: teſtatore itaque vita functo, deceſſit Albertus, poſtea vero D. Ioannes relicto naturali filio, vt dicitur legitimo; propterea dubitatur, ad quem ſpectent bona, quæ D. Ioannes haſtenus tenuit ex hæreditate patrui, & vtrinq; pugnarunt grauiſſimi Iuriſconſulti, copioſè, ſubtiliter, & doctè cauſam diſputãdo; iuſtior autem videtur cauſa filij naturalis, qui etiã dicitur a patre inſtitutus hæres: quia prædicti DD. Ioãnes, & Iacobus videantur inſtituti in ſolo vſufructu, quia tamen non habẽt eo tempore cohæredem, interim dicũtur hæredes vniuerſales, & habent vſumfructum cauſalem, & inſtitutio facta de filijs naſcituris, obliquatur, & trahitur ad fideicommiſſum, atq; ita dicti fratres videntur per fideicommiſſum grauati reſtituere hæreditatem filijs, quandocunq; naſci eos contigerit, vt pulchrè, & notabiliter decidit Bal. in l. id quod pauperibus, nu. 27. q. 14. C. de Epiſc. & cler. vbi poſito caſu, quod vxor fuerit inſtituta vſufructuaria durãte illius vita, & poſt mortem ſubſtitutus frater, concludit, quod vxor erit vniuerſalis hæres pleno iure, ſed intelligetur per fideicõmiſſum grauata poſt mortẽ reſtituere hæreditatem
1 fratri. † Idem voluerũt Bal. & Ang. in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. Salic. in l. extraneum, in fi. vbi Alex. Corne. & Iaſ. C. de hæred. inſtit. Alex. in conſil. 45. vol. 4. Dec. in conſil. 278. vol. 2. & cum hac ſententia tranſeunt Caſtr. Alex. Ang. Aret. Dec. Ruin. Bero. Bello. Natta, Cæph. & Menoch. quos ego citaui, & ſecutus ſum in tract. alimen. tit. 2. q. 15. nu. 97. vbi addidi etiam Caualcan. in tract. de vſufruct. mulier. relicto, num. 72. addo Socin. iun. in conſ. 183. num. 45. vol. 2. Pariſ. conſil. 65. num. 16. vol. 1. Cæph. conſil. 563. nu. 37. Purpur. conſil. 247. nu. 2. Decian. conſil. 129. nu. 7. & 59. verſ. non obſtat ſextum, volum. 3. Riminal. in conſil. 244. num. 92. Craſſ. in §. inſtitutio, quæſt. 24. nu. 8. Peregr. de fideicom. artic. 5. num. 21. prædictorum autem ratio eſt: quia teſtator non poteſt pro parte temporis vel rei decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus, §. non autem,

Digitized by Google

autem, Inſt.de hæred.inſtit.l.ſi duobus, ff.de teſtam.
milit.l.ius noſtrum,vbi Dec.& Cagnol. ff.de reg.iur.
2 & hæreditas non poteſt ſtare in pendenti, † l.fin. ff.
com.prædior.Bal.in l.fin.num.8.C.de ſent.paſſ.Abb.
in conſil.11.col.fin.vol.2.ſtaret autem in pendenti,ſi
nullus extaret vniuerſalis hæres donec filij naſceren
tur, & quamuis filij naſcituri ſuerint directo vocati
per verbum,inſtituit,tamen conuertitur in fideicom
miſſum,ex quo qui ſemel ſuit hæres, non poteſt dire-
3 ctè deſinere hæres eſſe,† l.& ſi ſine,§.ſed Papinianus,
ff.de minorib.l.ei qui ſoluendo,ff.de hęr.inſtit.Ruin.
conſil.160.num.18.vol.2. Natta in conſil.459.num.
13.& directa ſubſtitutio non poteſt fieri extraneo
poſt aditam hæreditatem, ſed id ſoli militi conceſ-
ſum eſt,l.verbis ciuilibus, & l. Centutio,ff.de vulg.§.
extraneo,Inſtit.eod.tit.

Hoc autem ſtante, quod nepotes ſint in ſolidum
hæredes, & teneantur naſcituris filijs per fideicom-
miſſum reſtituere hæreditatẽ,infertur, quod ex quo
nulli nati ſunt filij ex Domino Ioanne,remanſit eius
portio apud eum libera,adeo,vt & de ea potuerit te-
ſtando diſponere, & nulla diſpoſitione ſacta tranſi-
uerit ad D.Ioannis hæredes,quando enim ſubſtituti
deceſſerunt ante euẽtum conditionis, vel aliter ſub-
ſtitutio nõ poteſt habere effectum tunc grauatus li-
4 berè diſponit de bonis ſuis:†quia nemo eſt qui pere-
re poſſit,vt dicitur in l. qui ſolidum,§.prædium, ff.de
leg.2.l.eum pater,§.libertis, in fin.ff.eod.gl.in l.peto,
§.fratre,in ver.ex familia, ff. eod. Tiraq.de retractu
conſang.§.26. gl.1.nu.8. Natta conſ.145.nu.19. Rol.
in conſ.25.nu.19.vol.1. Simon de interpr.vlt.vol.lib.
3.interp.3.dub.6.ſol.3.& 4.fol.370.vbi ponit etiam,
quando deeſt ſubſtitutus ob defectum conditionis.

Nec dicatur,quod imò extet ſubſtitutus, eum ſu-
perſint filij ex Dom. Iacobo fratre.reſpõdetur enim,
illos non fuiſſe ſubſtitutos, aut vocatos in portione
Do.Ioannis patrui, ſed ſolum in portionem patris,
id quod multis probant argumentis,& rationib.qui
pro filio naturali conſuluere,& præcipuè quia ſicuti
fratres prædicti nõ fuerunt inter ſe ſubſtituti,ita nec
colligi poteſt quod filij vnius fratris ſint ſubſtituti
patruo.Secundo,quia reciproca ſubſtitutio non legi
tur ſacta, nec tacitè inducitur, niſi ſit ſacta vltimo
morienti,& in omnibus bonis, quòd tamẽ ſeruatum
non legitur.Tertio,quia ſi filij vnius fratris cenſeren
tur vocati ad portionem alterius, admitterentur e-
tiam extantibus filijs ex prędefuncto fratre,quod eſ-
ſet abſurdum.Quarto naſcentib. filijs ex vno illi ſuc-
cederẽt in portione patrui,ſequeretur,quod patruus
eſſet deterioris conditionis ex natiuitate nepotum,
quam ex natiuitate filiorum: nam extantibus filijs,
haberet legalem vſumfructum,ſed extantibus nepo-
tibus,eſſet in totum excluſus, quæ duo argumẽta ſu-
muntur à Ludou.de Silueſt. in conſil.763.inter conſi.
Rimin.ſen. in 4. volum. Quinto ſubſtitutio facta ne-
potibus de eorum filijs,intelligi debet diſtributiuè,
vt ſcilicet filij vnius habeãt patris non etiam patrui
5 portionem,† vt per plura probat Ruin.in conſil.134.
num.7.ver. Præterea, vol.3. quem ſequitur Cæph. in
conſil.401. num.31. & allegatur d. Silueſt. in eodem
conſil.num.3.Sexto,cum in plurali teſtator filios vo-
cauerit nepotum, non poteſt verificari diſpoſitio in
filijs vnius eorum,ſed in natis ex vtroque: numerus
6 enim pluralis non eſt vno cõtentus. † Bar.in l.fi.poſt
princ.ff.ad Trebel. Burſat.qui multos citat,in conſil.
19.nu.18.infinitos congerit Peregr.in tract.de fidei-
commiſſ.art.22. num.66. Cæph.d.conſil.401. nu.27.
vbi ſi hæreditas tranſire debet de hæredibus in hære
des duorum inſtitutorum,vult,quod intelligatur de
hærede vnius inſtituti in hæredem eiuſdem, non au-
tem de hærede vnius in hęredem alterius inſtituti.&
facit, quia etiam quando filij poſiti in conditione
cenſentur vocati, tunc intelliguntur ſolum vocati ad
7 partem patris,non alterius inſtituti. † Soc.in l.hære-
des mei,§.cum ita,col.1. vbi Ripa,num.64.ff.ad Tre-
bell.infinitos citat Ioſeph. de Ruſtic.in tract. An, &
quand.liber.in condit.poſiti,lib.5.c.9.nu.1. Oddo in
conſil.45. num.32.

Quod ſi dicti nepotes non eſſent pleno iure hære-
des,ſed ſolum vſufructuarij, adhuc videretur dicen-
dum, quod filij nati ex Domino Iacobo, non poſſint
ſuccedere in portione bonorum quæ ratione vſusfru
ctus Domino Ioanni obuenit: quia militant omnes
rationes per quas ſupra diximus,filios Domini Iaco
bi non intelligi Domino Ioanni ſubſtitutos,& ſequn
rentur eadem abſurda ſupra recitata.

Eis veruntamen non obſtantibus, concludo, nul-
lum ius competere naturali filio,ſed portionem Do-
mini Ioannis pertinere ad Dominum Iacobum, ſeu
eius filios:nam per mortem Domini Ioannis finitus
eſt vſufructus illi relictus, extinguitur enim per mor
tem naturalem,§.finitur,Inſtit.de vſufruct.& non ſo-
lum naturali, ſed etiam ciuili,puta,maxima, & me-
8 dia capitis diminutione,† vt ibi dicitur,l.ſi vſusfru-
ctus,ff.de iure dot.l.fi.C.de ſent.paſ.l.corruptionem,
vbi Bal.C.de vſufructu.Caualc.de vſufructu mulieri
relicto,nu.229.& ego dixi in tract.de alimen.in 8.ti-
tulo,quæſt.59. num.23. & ſeqq. quinimò,finitus ſuit
cum primum nati ſunt filij Domino Iacobo:quia re-
lictus fuit donec filij naſcerentur, & dictio,donec,tẽ-
9 poris limitationem denotat. † gl.in Clemen. prima,
in ver.donec,de cenſibus. gl.pen.in c.2.eod.tit.in ſex
to.Bart.in l.ambiguitatem,C.de vſufruc. Caſtren.in
conſil.365.num.2.vol.1.Iaſ.in conſil.69.num.11.ver.
ſexto moueor, vol.3. vbi propriè loquitur in vſufru-
ctu.Dec.in conſil.621.num.7.vbi in legato alimento
rum cum ea dictione relicto. Caſſan.conſil.11. nu.19.
Cæph.conſil.158.num.39. & quando apponitur hæc
dictio poſt conceſſionem alicuius rei, tunc importat
conditionem extinctiuam præcedentis diſpoſitio-
10 nis,† l.4.ff.de ſeruit.Bart.in l.prima,num.15.in fine,
ff.de cond.& demonſt.Caſtren.conſ.452. num.1.vol.
1.Bal.in conſil.267.vol.5.Dec.conſil.454.nu.4. Bero.
conſil.29.num.20.vol.2.Ruin.loquens de legato ali-
mentorum,in conſil.86.nu.3.vol.2.Rub.in l.hoc edi-
cto,§.morte,num.372.ff.de oper.noui nunc.Natta in
conſil.459.num.6.vbi de relicto vſusfructus,ipſo au-
tem vſufructu extincto,dicendum eſt,quod ſuit cum
proprietate conſolidatus, vt in §.fin. Inſt. de vſufru-
ctu,atq; ita factus eſt filiorum D.Iacobi quibus pro-
prietas cum tota hęreditate fuit relicta,vel peruenit,
& accreuit Dom.Iacobo fratri,qui eiuſdem vſusfru-
ctus dimidiam obtinebat: nam etiam in vſufructu
11 locus eſt iuri accreſcendi,† l.ſi mulier,ff.de vſufruct.
accreſc.l.ſi alij,ff.de vſufr.leg.Caſtr. concl.218. nu.1.
vol.1.Alexan.in conſil.56.num.2.in fine,vol.3.& an-
te eos Bar.in l.re coniuncti,num.59.ff.de leg.3.Picus
in l.Titia,§.Titia cum nuberet, nu.36.ff.de leg.2.Pa-
riſ.in conſil.7.nu.7.vol.3.Craſſ.qui alios allegat in §.
ius accreſcendi,q.22.quinetiam in vſufructu, portio
non accreſcit portioni,vt in ceteris,ſed accreſcit per
12 ſonæ,† l.ſi Titio,§.vſumfructum, ff.de vſufruct. Bart.
in l.& an eadem,§.qui cum partem, ff.de exception.
rei iudic. & in dicta l.re coniuncti, numer.57. & ſe-
quen.Pariſ.in conſil.37.num.vndecimo,volum.3. Et
non reſiſtit quod ius accreſcendi regulariter non
habeat locum,quando portio ſemel fuit agnita, hoc
etenim locum non habet in vſufructu, qui etiam

13 poſt acquiſitionem admittir † Ius accreſcendi,l.prima,§.interdum,ff.de vſufruct.accreſcẽd. vbi gl. Odofred.Bart.Bald. Alber.Ang.Fulg.& alij. Odofred.Alber.& Fab.in l.prima,C.quando non peren.par.Bar. l.re coniuncti,num.49.ff.de legat.3.& ibi Iaſ.in repetirio.nu.221.qui dicit,rationem eſſe quia cum vſusfructus ſemper ſit in fieri, & quotidie cõſtituatur per patientiam,non dicitur in eo ius aliquod eſſe cauſarum pro futuro tempore, nec vſusfructus poteſt dici quęſitus. Crot.ibi,num.44.& Bolognet.num.232.Gomeſ.de teſtam.c.10. num.41. alios citat Craſſus in §. ius accreſcendi,quæſt.9.nu.2.Rimin.in conſil.44. nu. 65. & multis authoritatibus comprobat Caualcan. in tract.de vſufructu mulieri relicto,nu.64. quare licet fuerit D. Ioanni quæſita ſua portio vſusfructus, cotamen mortuo accreuit D. Iacobo, erat enim fratri ſuo coniunctus re,& verbis,quoniam teſtator Ioannem,& Iacobum inſtiruit vſufructuarios omnium bonorum, vt probat glo.in l.1.§.fin.ff.de vſufruct.accreſc.Bar.in d.l.re coniuncti,vbi latè Iaſ.Crot.nu.14. Ripa,nu.54.Bologn.nu.219.Alex.in l.ſtipulatio iſta, §.ei qui ,ff.de verb.oblig. Iaſ.in l.planæ , §.ſi coniunctim,ff.de leg.1.Gomeſ.d.c.10.num.24. Craſſ.d.§.ius accreſcendi,q.6. Card.Mantica, lib.10.tit.3.num.3. Zanc.§.cum ita, par.4.numer.271.non enim teſtator vllam fecit inter eos partium diuiſionem, ſed indiſtinctè duobus vſumfructum reliquit,propterea,non eſt dubitandum quin inter eos fuerit locus iuri accreſcendi, cum etiam in coniunctis ſola re , vel ſolis
14 verbis † obtineat,vt per Bar.& alios,in d.l.re coniuncti.Craſſ.loco prędicto, q.8.nu.4.& q.9.conſtat itaq; ex prædictis, quod relictum vſusfructus defecit,tam per natiuitatem filiorum D. Iacobi , quam per mortem Dom. Ioan. & quod proprietati eſt conſolidatum, ſiue ad commodum hæredum , ſiue ad commodum legatarij .

Secundo moueor , quia dicti Domini fratres quibus vſusfructus fuit relictus, dicuntur inſtituti in re certa , & ideo cum dati ſint hæredes vniuerſales filij naſcituri , habendi ſunt ipſi fratres pro legatarijs.
15 † Bar.in l.ex facto,la ſeconda,ff.de hæred.inſtit.& in l.quoties,vbi latè Iaſ. C. eod. tit. quamuis in multis gaudeat eiſdem pręrogatiuis quibus hæres vniuerſalis.Curt.iun.in conſil.190.num.3. Tiraq. latè agens, in tract.le mort ſaiſit,ar.2.declar.4.per totam.Gom. de teſtam.c.2.nu.16. Craſſ. in §.hæreditas, q.3.quod autem filij naſcituri ſint hæredes vniuerſales,probãt verba ipſa teſtamenti ſatis expreſſa quando enim teſtator dicit hæredes vniuerſales,illi intelliguntur verè,& propriè tales,argumẽto l.nihil aliud,ff.de verbor.ſignific.& in terminis id probat Rimin. d.conſil. 244.num.115.& ibi Rota Bonon. num.55. & non eſt
16 dubium quin filij naſcituri potuerint † inſtitui,l.placet,ff.de liber.& poſth.l.ſi duob.in princip. & §.fin.ff. de leg.1. Caſtr.conſil.247. col.5.vol.1.Iaſ.d.l.placet. Ruin. conſil.22. col.pen. vol.2. Socin.iun. conſil.172. num.28.vol.2.Alc.in conſil.495.Gabr.conſil.101.nu. 55.vol.2.Molin.de primog.Hiſp.lib.3.c.10.num.30. & ſatis dicuntur dati cohæredes filij naſcituri, ex eo quod teſtator dixit, inſtituo, & non ſubſtituo, vt arguit Alexand. in propoſito noſtro loquendo, in conſil. 111. circa medium,verſic. attento quod teſtator , volum. 2.

Tertio in fortioribus terminis videtur expreſſa deciſio Menoch.in conſil.105,per totum. Cæphal. in conſil. 450. per totum. & Decian. in conſil. 129. per totum, vol.3. qui per plures rationes,deciſiones,authoritates,& argumenta,probant, quod inſtitutus à teſtatore donec naſcerentur filij qui fuerant inſtituti,non poſſit ante filiorum natiuitatem,vel defectum adire hæreditatem , nec interim dicatur hæres, ſed ſolum apprehendere poſſit bonorum poſſeſſionem,
17 † nõ obſtante,quod à teſtatore fuerit appellatus vniuerſalis hæres.Rationes eorum nõ repero,ſed ad eas remitto . quanto ergo minus nepotes inſtituti hæredes non vniuerſales ſed ſolius vſusfructus, poterunt dici hæredes medio tempore dum naſcũtur filij? hęc verò ſententia dilucidior apparebit ex reſolutione eorum quæ in contrarium fuerunt allegata .

Non itaque obſtat doctrina Bal.in l.id quod pauperibus,quia procedit , quando nullus datus eſt ſibi cohæres : tunc enim ne hæreditas ſtet in ſuſpenſo, & ne quis decedat pro parte teſtatus , & pro parte inteſtatus,inſtitutus ex die,vel ad diem,vel in re certa, capit totam hæreditatem,ſed quando extat cohæ
18 res vniuerſalis,tunc illi deciſioni non eſt locus.† ita Dec.in conſil.278. nu.1.verſic.non obſtat quod in caſu,& num.2.ver.ſed breuiter concludendo.Menoch. in dicto conſil.105.nu.40.ceſſant enim rationes propter quas inſtitutus in re certa , vel ad diem , fit vniuerſalis hæres:nam vbi extat cohæres, hæreditas nõ ſtat in pendenti, ſed cohæres illam habet ; non dicitur etiam inteſtatus pro parte , quia imò ſemper eſt teſtatus.& quia in hoc conſiſtit totius præſentis cauſæ victoria,& conſultationis pondus , ideo altius repetenda ſunt principia .

Doctores in hac materia multos ponunt caſus, eoſque diſtinctos & ſeparatos . Vnus eſt,quando teſtator aliquem inſtituit in re certa,in vita, & durante illa inſtitutione nullum dat cohæredem , ſed eum ſcribit in aliud tempus,puta, poſt mortem. & hic eſt caſus quem ponit Bald.in d.l.id quòd pauperibus.& tunc quia hęres vniuerſalis non fuit eodem tempore inſtitutus quo particularis , ſed alio , tota hæreditas accreſcit inſtituto in re certa,& is fit hæres vniuerſa-
19 lis,detracta certarum rerum mentione,† l.1.§.ſi ex fundo,vbi glo.& Doctor.ff.de hæred.inſtit.l.quoties, vbi etiam Doctores omnes,præcipuè Iaſ. C. eod.tit. Soc.iun.in conſil.10.num.16. vol.1.Gomeſ.de teſtam. c.2.num.16.Craſſus in §.hæreditas, q.2.nu.5. vbi nu. 3.dicit idem,quando datus eſt vniuerſalis hæres ſed repudiauit.poſt Imolam, Alex.Iaſ.Corn.Fel.& multos alios,Cardin.Mantica,lib.4.tit.3.nu.17. Craſſ.in §.inſtitutio,quæſt.22.nu.9. & iſto caſu hæres vniuerſalis datus poſt mortem vſufructuariæ , non dicitur cohæres : quia datus eſt in aliud tempus, & non poteſt eodem tempore adire quo vxor habet vſumfructum. hoc itaq; caſu hæres particularis qui ſemel factus eſt vniuerſalis,non poteſt deſinere eſſe hæres, vt ſupra dixi , ideo videtur grauatus per fideicommiſſum reſtituere hęredi vniuerſali eo tempore,quo fuit inſtitutus vniuerſalis,ideſt poſt mortem.ita Bald.in d.l.id quod pauperibus , nu.27. & ſequuntur alij ſupra in contrarium citati.hic autem non eſt caſus noſter, quia hæres vniuerſalis fuit datus ſimpliciter, ideſt quando naſcetur,non ad tempus.

Alius eſt caſus , quando datus eſt hæres vniuerſalis ad diem certam,puta,vſq; ad Paſcha, & poſt Paſcha datus eſt alius etiam vniuerſalis,& tunc quamuis Bar.in l.hæreditas ex die, dicat eriã eos concurrere in ſucceſſione , & fieri perpetuò hæredes æquis portionibus,tamen ſecundum communem opinionem, primus eſt ſimpliciter & abſolutè hæres, & intelligitur grauatus alij reſtituere per fideicommiſſum.
20 † ita Bal. in dicta l.hæreditas ex die,vbi Imola, Corne. & Aret. idem voluerunt Martin. Angel.Caſtren. Decius , & Pariſ. quos citat , & ſequitur Peregrin.in tract.de fideicommiſſ. artic.quinto, num. 19. & eam tenen-

Digitized by Google

tenendam in conſulendo, & iudicando inquit Gom. dicto c. 2. num. 9. Craſſ. §. inſtitutio, quæſt. 24. num. 2. hic etiam non eſt caſus noſter: quia dicti fratres non fuerunt inſtituti hæredes vniuerſales.

Tertius eſt caſus quando teſtator aliquem inſtituit ad vitam, vel quoad vixerit, tunc enim mentione temporis detracta, ſi nullus alius ſit ſcriptus hæ-
21 res, ille erit hæres vniuerſalis, & perpetuus. † Bart. in dicta l. hæreditas ex die, vbi Bald. num. 2. Angel. & Imola, num. 7. Cardin. Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. nu. 31. Peregrin. dicto artic. 5. num. 57. vbi ponit, quid ſi hæredi ſcripto ad vitam teſtator adiecit taxatiuam, & nu. 18. quando expreſſè cauit, quod vlterius non ſit hæres, vel non habet hæreditatem. Craſſus in dicto §. inſtitutio, quæſt. 54. num. 3. Gomeſ. dicto cap. 5. num. 10. & hic pariter non eſt caſus noſter: quia fratres non fuerunt vniuerſaliter ſed in re certa inſtituti, & filij naſcituri ſunt ſcripti hæredes abſolutè.

Quando verò vnus eſt pro vita ſua inſtitutus, & alter poſt illius mortem, tunc quidquid Guliel. Cun. & Ang. dixerint, vera & communis eſt ſententia Bal. in d. l. hęreditas, quod primus ſit hæres perpetuò, ſed poſt mortẽ teneatur reſtituere per fideicommiſſum
22 ei qui legitur poſt eius mortem inſtitutus, † ſequuntur Ang. Salic. Imo. Alex. Aret. Corne. Soc. Decius, & Picus, quos refert Peregr. d. art. 5. nu. 20. Gom. d. c. 2. nu. 11. Craſſ. d. §. inſtitutio, q. 54. nu. 4. & hic caſus differt à ſecundo: quia ille loquitur de certa, hic vero de incerta die; ſed facto noſtro non conuenit: quia non fuit facta filiorum inſtitutio ex die incerta, ſed ſub conditione, & inſtitutio nepotum non eſt vniuerſalis, ſed particularis, & non ad diem incertam quando, & certam an, vt eſt mors, ſed ad incertam an, & quando, ſeu verius ſub conditione, donec naſcantur ſibi filij, ideo ad alios caſus tranſeundum eſt. & prædicti omnes caſus verſantur circa inſtitutiones factas in diem, vel ex die certa, vel incerta, nunc autem accedendo ad factum noſtrum propius, videndum eſt, de inſtitutionibus factis ſub conditione.

Et præſciendum eſt, hæredem inſtitui poſſe ſi extraneus ſit inſtitutus ſub quauis conditione poteſta-
23 tiua, caſuali, vel mixta, l. ſub conditione, ff. de hæred. inſtit. l. 3. §. fi. ff. eod. l. 1. ff. de cond. & demonſt. §. hęres, Inſtit. de hæred. inſtit. imò etiam ſub pluribus conditionibus, l. ſi hæredi plures, vbi gloſ. & Doct. ff. de conditio. inſtitut. Gomeſ. d. cap. 2. num. 15. vbi latè agit. Craſſus, d. §. inſtitutio, num. 55. Menoch. conſil. 105. num. 62. Decian. conſil. 129. num. 58.

Hoc autem caſu ſi nullus alius ſit datus hæres purè vniuerſalis, vel in re certa, quàuis conditione pendente non poſſit adire, quia cõditio ſuſpendit diſpo-
24 ſitionem in futurum † euentum, Bar. in l. 1. C. de conditio. inſer. ſequuntur alij apud Gomeſ. de teſtam. c. 52. nu. 59. Craſſus §. inſtitutio, q. 26. in princ. & quod adire non poſſit, volunt Menoch. Decian. & Cæph. in locis ſupra per me citatis in vltimo fundamento huius partis, poteſt tamen bonorum poſſeſſionem petere de iure Prætorio, per quam non habebit quidem dominium, vel ius hæreditatis, ſed conſequetur nudam detentationem, & adminiſtrationem, eritque tanquam curator datus bonis, donec conditio ſit pu-
25 rificata, † l. 2. §. ſi ſub conditione, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. l. hi demum, ff. eod. l. filiusfamilias, ff. vnde liber. l. filijs matrem, C. de inoffic. teſtam. glo. in l. fin. C. vnde legit. Bartol. d. §. ſi ſub conditione, & hanc dicit communem, & tenendam etiam in extraneis hæredibus ſub conditione inſtitutis. Gomeſ. d. cap. ſecundo, num. 13. & dixi in conſi. 125. in fine, adducendo Nattam in conſil. 546. nu. 7. vbi loquitur de ſpurio inſtituto ſub conditione, quando erit capax. Menoch. d. conſil. 105. nu. 50. Decia. d. conſil. 129. nu. 20. in princip. & nu. 51. ver. quarto præſuppoſito. Cæph. conſil. 450. nu. 48. Craſſ. in §. bonorum poſſeſſio, q. 5. num. 17. admittit Rota Bonon. num. 55. poſt conſil. 544. Rimin. hic autem caſus non poteſt aptari facto noſtro, quia filij qui non ſunt nati, petere aut habere non poſſunt bonorum poſſeſſionem.

Quod ſi talis hæres eſſet pro parte inſtitutus purè, & pro parte ſub cõditione, efficitur vniuerſaliter
26 hæres, † l. ſi quis ita ſcripſerit, vbi gloſſ. & Doctores omnes, ff. de hæred. inſtit. Gomeſ. d. c. 2. num. 12. vbi tamen declarat, niſi in conditionali parte datus ſit vulgaris ſubſtitutus: quia quoad eam partem, expectabitur conditionis euentus, l. ſi te ſolum, in princ. ff. de hęred. inſtit. Craſſ. d. §. inſtitutio, q. 56. nu. 3. hic etiam non eſt caſus noſter: quia ſoli filij naſcituri fuerunt inſtituti vniuerſaliter, & vniformiter ſub conditione vocati ad hæreditatem.

At vbi vnus inſtituitur purè in dimidia hæreditatis, & quoad aliam dimidiam ſub conditione inſtituatur, non ſolum ille idem, ſed cum eo alius tunc inſtitutus purè capiet dimidiam, quæ fuit purè relicta, alterius verò dimidię partem ſibi ſub conditione relictam conſequetur, eodem tempore, & pro reſiduo expectabitur conditionis euentus. Caſtr. in l. cum hæres, §. qui ex parte, ff. de acquir. hæred. Gomeſ. loco prædicto, num. 12. in fine.

Idem eſt, quando duo hæredes purè inſtituuntur in dimidia, & alter ex eis inſtituitur ſub conditione in alia etiam dimidia: quia inſtitutus purè capiet ſuã dimidiam, & expectabitur quoad reliquum conditionis euentus, ſecundum Caſtr. & Gomeſ. in locis præcitatis. hic pariter caſus differt à noſtro.

Cum verò duo inſtituuntur hæredes vniuerſales, vnus purè, alter ſub conditione, ſi quidẽ coniunctim, nulla facta partium mentione, inſtitutus purè capiet totum, donec eueniat conditio, ſi verò diſiuncti ſint re, puta, quia facta eſt mentio dimidiæ, tunc inſtitutus purè, capiet ſuam dimidiam, inſtitutus verò ſub conditione habebit pro alia dimidia bonorum poſſeſſionẽ, eo modo quo dictum eſt ſupra, qñ vnicus eſt vniuerſalis hæres ſub conditione, ita gl. fin. in l. 2. ff. ſi pars hæred. pet. vbi Bar. Bal. Albe. Ang. Caſtr. & alij multi citati à Gom. d. c. 5. nu. 15. Craſſ. d. §. bonorum poſſeſſio, q. 29. nu. 3. atq; ita cõſuluit Alc. in conſ. 495. nu. 4. vbi dicit, quod conditione eueniente ille qui re non coniunctus habuit bonorum poſſeſſionem, tenetur rationem reddere ſicuti curator bonis datus.

Factum propoſitum nulli conuenit ex propoſitis caſibus: quia inſtitutio rei certæ, & particularis, eſt facta de præſenti, finitura in diem incertum natiuitatis filiorum, ſeu verius ſub conditione dictæ natiuitatis quæ eſt reſolutiua diſpoſitionis, vt probãt Anchs. in conſ. 220. nu. 3. & 4. Menoc. d. conſ. 105. nu. 39. Cæph. conſ. 450. nu. 56. Decian. conſ. 159. nu. 21. vol. 3. Rimin. conſil. 244. nu. 177. & ibi Rot. Bon. nu. 39. & ſeq. inſtitutio verò vniuerſalis eſt facta ſub conditione: nam inſtitutio filiorum naſciturorum continet conditionem, ſi filij naſcentur: ideo eſt conditiona-
27 lis, † l. 1. §. ineſt autem, ff. de condit. & demonſtr. Soc. iun. conſil. 172. num. 14. vol. 5. Alc. in conſil. 495. nu. 4. probaui in conſil. 125. num. 39. & ſeq. Cæph. d. conſil. 450. nu. 17. Decian. d. conſil. 129. nu. 19. Rim. d. conſil. 244. num. 75. nec ego vllum reperi qui hunc caſum ponat, quando ſcilicet vnus eſt in re certa inſtitutus, & datus eſt ſub conditione alius vniuerſalis hæres. Sed bene ex ſupra dictis inferri poteſt, quod hoc caſu inſti-

ſit inſtitutus in re certa,non capit totã hæreditatem.
Rationes etenim propter quas inſtitutus in re cer
ta capit totum,ſunt 2 quia non debet quis pro parte
temporis decedere teſtatus, & pro parte inteſtatus.
Secundo,quia hæreditas ſtare non poteſt in pendẽti,
ſed hæ ceſſant:& quidem prima,quia interim dũ filij
poſſunt naſci, videtur teſtatus ex quo ſpes implendę
conditionis ſubeſt, qua extante,ceſſat cauſa inteſta-
28 ti. † l.quamdiu,la ſeconda,ff.de acquir.hær. l.quam-
diu,ff.de reg.iur.l.nec is,§.fin.in fi.l.illud, & l.in plu-
uium,ff.de acquir.hæred.poſtea verò cum euenit, vel
deficit cõditio,habetur ac ſi ab initio fuiſſet purè in-
ſtitutus, adeo, quod ſi adit, retrotrahitur aditio ad
mortem teſtatoris; ſi repudiat, videtur ab initio de-
ceſſiſſe inteſtatus, atque ita ſemper eſt teſtatus, vel
29 ſemper inteſtatus. † Din. in c. actus legitimi, col. 2.
de reg.iur.in ſexto.Bar.in l. hæreditas ex die,nu.3.ff.
de hæred.inſtit.& ibi Imola,col.4. verſi. vlterius pro
declaratione.Faber, Ang.& alij, in §.hæres, Inſtit.de
hæred.inſtitu. & hac ratione ſuſtinetur teſtamentũ,
quando hæres inſtituitur ſub conditione,vt ſupra di
ctum eſt, & pulchrè declarat Gomeſ. d.cap.2.nu.11;
aliàs nunquam ſuſtineretur. ſecunda etiam ceſſat 2
quia vbi talis eſt defectus qui ceſſare ſperatur, tunc
30 vltima voluntas ſtat in pendenti,† quamuis aliud ſit,
quando non eſt ſpes quod defectus non exiſtens de-
beat ceſſare ita loquendo in filijs naſcituris reſpon-
det Caſtr.in conſ.247.num.3.vol.1.Ruin.in conſ.22.
num.15.vol.2.vbi etiam in naſcituris. Natta in con-
ſil.675. nu.8. reſponderi etiam põt, quod hæreditas
ſtat in ſuſpenſo quando conſtat de voluntate teſta-
toris, & de ea dicitur conſtare,quando inſtituit na-
ſcituros, qui ex quo non ſunt in rerum natura, non
31 poſſunt nunc adire. † ita Roman. in conſ.134. nu.6.
in fine. Pariſ.in conſi.71.num.26. in 4. volum. & his
duobus modis reſpondebam in alia cauſa, in conſil.
225.nu.42.& ſeq. ſi enim teſtator vult eum ſibi hære
dem eſſe qui nunc adire non poteſt, cenſetur etiam
velle, quod donec poſſit adire hæreditas ſit in ſuſpen
ſo: qui enim vult conſequens, cenſetur etiam velle
omne antecedens neceſſarium, l.ad rem mobilem,ff.
de procurat.aliàs nõ ſuſtineretur inſtitutio facta ſub
conditione,quod tamen eſt falſum, vt dixi loco præ-
citato,nu.44. quo&t argumento vſus eſt Gabr. con-
ſil.101.num.14.in fine,& nu.ſeq. vbi etiam approbat
limitationem ex ipſa teſtatoris voluntate. Menoch.
d.conſi.105. num.61. & clarius Ludou. Molin.in tra-
cta.de primogen. Hiſpan.lib.3. cap.10. num.26. vbi
& ipſe ponit exemplum in naſcituris. & dictam re-
gulam in oppoſitum allegatam limitat non ſolum
duobus modis prædictis,ſed quatuor etiam alijs qui
omnes conueniunt facto noſtro, ſed non refero. eſt
tamen videndus, quia forte nemo ita plenè tracta-
uit,cum ergo dictę rationes ceſſent,quia neque teſta
tor decedit pro parte teſtatus, & pro parte inteſta-
tus,ſed ſemper in totum teſtatus aut in totum inte-
ſtatus, neque ſtat in pendenti, & ſi ſtat, id procedit
iure permittente, quæ nos impellit neceſſitas ad di-
cendum,quod tota hæreditas illi accreſcat, qui fuit
in re certe inſtitutus,certe nulla, propterea ius ordi
narium non eſt violandum.

Procedit itaque doctrina Bal.in d.l.id quod pau-
peribus,quando datus ſuit hæres vniuerſalis ad tem
pus, quo caſu niſi inſtitutus in re certa caperet totũ,
locus eſſet abſurdo ꝙ decederet pro parte temporis
teſtatus,& pro parte inteſtatus,quòd ſecus eſt,quã-
32 do eſt datus ſub conditione.† Hanc ego reſolutionẽ
poſui in tract.de aliment.tit.2.q.15.nu.98. & diuerſi
tatis ratio eſt:quia vbi datus eſt hæres ſub conditio-
ne,licet tunc adire non poſſit, ſubeſt tamen ſpes euẽ
turæ conditionis, ideo interim alius non poteſt ra-
pere hæreditatem quando verò poſt diem datus eſt
hæres, tunc neque re, neque ſpe ſubeſt aliquis hæres
antequam veniat dies: & quãuis nihil allegauerim,
inuenio tamen quod hanc reſolutionem innuit Bal.
in d.l.id quod pauperibus,nu.27.ver. ſed ego oſten-
do,ibi,nec ibi eſt ſpes quod ipſa viuens poſſit habere
cohæredem; dicit enim quod inſtituta in vſufructu
capit totum, quia cohæres non eſt datus,nec eſt ſpes
quod dum viuit poſſit habere,innuens,quod ſi exta-
ret ſpes, vt in inſtitutione conditionali non caperet
totum expreſsè. hoc etiam voluit Alex. in conſ.162.
num.4. in ſecundo,vbi dicit, quod dando hæredem
conditionalem teſtator oſtendit ſuam eſſe intentio-
nem,quod ſuam portionem habeat iure directo, &
numquam portio huius hæredis accreſcit etiam ei
qui purè eſt datus. hoc idem voluit Imola in l. filius
à patre,col.fi.ver.tertio caſu,ff.de liber.& poſthu.vbi
ait, quod ſi vxore inſtituta in vſufructu ad vitam da
tus ſit cohæres ſub cõditione, tunc an vxor ſit hæres,
vel non,declaratur ea futuro euentu,atque ita vult,
quod vxor eo caſu non ſit hæres niſi deficiente condi
tione ſub qua datus eſt cohæres. Ruin.in conſi.36.nu
me.4.vol.2.vbi ſequendo Alex.in loco præcitato con
ſtituit differentiam inter caſum in quo datus eſt hæ-
res poſt mortem,& quando eſt datus ſtatim, ſed ſub
conditione: quia primo caſu non dicitur habere co-
hæredem ex quo ſcriptus non poteſt ea viuente adi-
re. Secundo vero dicitur habere cohęredem,cũ ſubſit
ſpes. idem probauit Imol. in d. l. hæreditas ex die,
col.4.ver.vlterius pro declaratione,ff.de hære.inſtit.
vbi ponit differentiam inter conditionalem inſtitu-
tionem,& eam quæ fit in diem,vultque,quòd inſtitu
tus ſub conditione habeatur, ac ſi eſſet purè datus
quoad validitatem, & conſequenter vſufructuaria
interim dicitur habere cohæredem. Menoch.in d.cõ
ſil.105.nu.58. & ſeq. idem placuit Peregrin. d.art.5.
num.21.dum citat, & ſequitur Alex. in d.conſi.162.
apparet itaque quod dictum Bald.in l.id quod pau-
peribus, & aliorum qui loquuntur de inſtituto in re
certa, non habet locum quando datus eſt vniuerſa-
lis hæres etiam ſub conditione, quia interim ille nõ
efficitur hæres in totum.

Confirmatur hoc,nam ius accreſcendi locum ha-
bet ſolum quando aliàs decederet quis pro parte te
ſtatus & pro parte inteſtatus: nam hac ſola ratione
33 inuentum eſt,† glo.fi.in l.quoties,C.de hæred.inſtit.
in l.ſi ſeruus communis ab extero,vbi Bart. ff. de ac-
quir.hæred. Bar.in l.re coniuncti,nu.59.verſic. quar-
to quæro. Dec.in l.vnica,num.23. C.quando non pe-
ten.par.vbi Cagno.in Rubr. num.8.9. & 13.Cephal.
conſil.59.nu.17.Menoch.conſil.207.nu.60.Riminal.
conſil.270.nu.74. Becius conſil.103. num.13. Simon
lib.3. interpret.1.dubitat.5.ſolut.3.num.11.fol.206.
Craſſ. in §. ius accreſcendi,quæſtio.3. vbi vero datus
eſt hæres ſub conditione, ceſſat hæc ratio; ergo ceſſa-
re quoque debet ius accreſcendi, quod ea ratione
fuerat introductum.

Rurſus facit, quia vbi duo ſunt inſtituti vniuerſa-
les hæredes,ſed vnus purè, alter ſub conditione, ad-
mittunt omnes Doctores, quod ſiue inſtitutus purè
capiat pendente conditione totum, ſiue capiat ſo-
lam partem, vt dixi ſupra, verſ. cum verò duo, ſem-
per conditione eueniente, is qui fuerat ſub condi-
tione inſtitutus,conſequitur directo iure, & non per
34 fideicommiſſum ſuam portionem. † ſi enim illo-
rum attendamus opinionem, qui dicunt, quòd hæ-
res purus capit ſolam partem ſibi ſpectãtem, quam
& te-

& tennit Alexand. conſ.162. nnmer.4. in ſecundo, &
poſt Caſtren. Alciat. & Socin. iun. dixi conſil.125.nu-
mer.19. res erit clara. Si verò dicamus, cum commu-
ni, quod capit totam, tunc ſecundum Bart. in l. plane,
§. ſi coniunctim, colum. 2. ff. de leg. 1. portionem ſpe-
ctantem ad conditionalem hæredem capit per bono
rum poſſeſſionem tantum, quæ purificata conditione
euaneſcit. & ſequuntur ibi Imola, Ruin. conſil.97.nu-
mer.7. volum. 2. Menoch. dicto conſil.105. numer.54.
& ſequent. vbi allegat Alciat. conſil.495. num.4. vel ſi
capit tanquam hæres, nihilominus purificata con-
ditione virtute retrutractiuæ fictionis, fingitur eum
nunquam fuiſſe hæredem, & inſtitutus ſit hæres dire-
cto. ita Bald. in l. 2. in 2. lect. poſt princip. ff. ſi pars hæ-
red. pet. vbi inquit, quod hæres qui à princip. accepit
totum, deſinit ipſo iure hæres eſſe, ſtatim quod con-
ditio euenit, imo fingitur nūquam hæres fuiſſe. idem
voluit ibi Alber. Gomeſ. dicto cap. 2. num. 15. verſicu.
adde tamen pro declaratione. atque ita quæcunque
verior ſit ſententia, ſemper euenïente conditione hę-
res erit directè, non autem per fideicommiſſum: tunc
ſic, ſi inſtitutus ſub conditione directè capit ſuā por-
tionem, quando euenit conditio, licèt interim extet
vniuerſalis hæres in quota purè inſtitutus, iuxta ſu-
pradicta, quanto magis capiet directè, quādo datus
eſt ſolum hæres particularis in re certa, & vſque ad
incertam diem: nā inſtitutus in quota, potior eſt eo
qui eſt inſtitutus in re certa, quoniam ſi in eodem te-
ſtamento ſit aliquis in re certa inſtitutus, & alius in
quota, nullo ſcripto hærede pro reſiduo, illud accre-
ſcet inſtituto in quota, non autem hæredi rei certæ,
35 qui eo caſu habetur pro legatario, † vt probat text. in
d. l. quoties, C. de hæred. inſtit. vbi Salicet. declarat
num. 1. & 6. Alexan. num. 3. & Iaſ. nume. 1. & 2. in fine.
Imo. in l. 1. §. ſi ex fundo, in repet. num. 1. in princip. ff.
de hæred. inſtitut. propterea, ſi inſtitutus ſub condi-
tione præfertur inſtituto in quota, multo magis præ-
feretur inſtituto in re certa, qui cedit inſtituto in quo
ta, per regulam, ſi vinco vincentem te, multo magis
36 vinco te. † gloſ. in l. vſucapio, C. de pignor. alios cita-
ui dicto conſ. 115. num. 14.

Nec dicatur, quod ſupradicta de hærede inſtituto
ſub conditione procedere poſſent, ſi hæres extaret iā
in rerum natura: ſed quia non extat à principio, &
conſequenter non poteſt adire, habendus eſt ac ſi nul
lus eſſet datus cohæres: paria enim ſunt, quod non ſit
37 datus cohæres, vel datus impediatur adire, † l. 1. §. &
quidem, ff. quod cuiuſque vniuer. nom. Rimin. conſil.
244. num. 97. propterea ſicuti hæres datus poſt mor-
tem vſufructuariæ non impedit quo minus in caſu
Baldi ipſa conſequatur totam hæreditatem, ita non
debet impedire hæres datus ſub conditione, & pręci
puè qui tunc nō extat, hoc enim argumentū ex præ-
dictis recipit clarā ſolutionem: nā inſtitutus poſt vi-
tam, non poteſt eſſe hæres viuēte vſufruct. inſtitutus
autem ſub conditione, poteſt. hæc verò ſpes probabi
lis impedit, ne interim hæreditas alij acquiratur, d.
l. placet, vbi Iaſ. nu. 2. & dixi in d. conſi. 125. nu. 19. &
ſupra etiam dum rationem poſui diuerſitatis.

Ex his deſtruuntur quæcūque partis aduerſæ fun
damenta, quia ſi nepotes non fuerunt hæredes, vanū
eſt dicere, quod eorum filij ſint ſubſtituti, & quod ip
ſi nepotes cenſeantur grauati per fideicommiſſum,
& quod apud eum remaneat hæreditas, qui filios nō
reliquit, ſed è contra infertur, quod mortuo D. Ioan
ne, vel vſusfructus accreuit Domino Iacobo, vel to-
ta hæreditas pertinet ad D. Iacobi filios, quod ve-
rius exiſtimo.

Demum non repugnat, quod filij Domini Iaco-
bi non poſſint dici vocati ad portionem Domini Ioā
nis patrui, ſed ad paternam ſolum, quandoquidem
inſtituti ſunt filij dictorum fratrum, quo caſu ſi vnus
tantum exiſteret, is cenſetur vocatus, vt de relicto ſa-
38 cto familiæ † inquit Caſtr. conſ. 383. nu. 2. in 1. vol. &
dicit Gabr. conſ. 117. num. 39. vol. 1. quod ideo vocan
tur in numero plurali, vt omnes compræhendantur,
nō autem vt vnus excludatur, & comprobat Peregr.
in tract. de fideicom. art. 22. nu. 66. vbi probat pluralē
numerū in ſingulari verificari: & diſpoſitio facta de
filijs, verificatur in vno, quādo vnus ſolus reperitur,
l. pater Seuerinam, §. ita fideicomm. de cond. & dem.
Dec. qui alia iura allegat conſ. 50. col. 2. verſi. quarto
hoc idem, vbi ſubdit, hoc eſſe ex voluntate teſtatoris.
& in fortioribus terminis hoc voluit Soc. iun. in con-
ſil. 139. num. 33. & ſeq. vol. 1. vbi dicit, quod relictum
duobus fratribus, & eorum filijs, verificatur etiam in
filio alterius eorū qui ſolus ſuperſit, & arguit in pro-
poſito, quia ſi reliquiſſet Titio, & filijs, certū eſt, quod
vnicus filius extans ſuccederet: ergo idem dicēdum,
quando relinquitur filijs duorum, ſequitur Cardin.
Mantica, lib. 8. tit. 12. num. 33.

Confirmo, quia certum eſt quod filij Domini Iaco
bi vocati ſunt ad portionem quam pater habuit ad
vtendum: de hoc enim nō video partes dubitare, qui-
nimo admittūt, at certum eſt, quod niſi habeant etiā
portionem quam tenuit Dominus Ioannes, diceretur
Dominum Albertum teſtatorem deceſſiſſe pro par-
te teſtatum, & pro parte inteſtatum, contra l. ius no-
ſtrum, ff. de reg. iur. & contra alia iura ſupra recitata.
fatendum eſt itaque, quod etſi plures ſint vocati, ſi ta
men aliqui tantum ex eis ſuperſunt, illis accreſcere
hæreditatem: dicuntur enim coniuncti re, & verbis,
quando omnes ſunt ſub nomine filiorum talis, & ta-
lis inſtituti, nam collectiuè dicuntur vocati qui ſunt
39 ſub filiorum vocabulo inſtituti. † Bar. l. re coniuncti,
in 4. declarat. verſicu. ſecundo principaliter. Ruin. in
conſil. 140. nume. 8. volum. 3. collectiua autem iudi-
cantur vnum corpus, l. interdum, vbi Doct. ff. de hær.
inſtit. Gabr. conſil. 101. num. 6. volum. 2. & quamuis
contradicant multi, volentes quod filiorum nomina
40 tio nō ſit collectiua, ſed appellatiua, † vt latè per Ri-
minald. conſil. 50. num. 29. Menoch. conſil. 173. num.
13. Petra de fideicommiſſ. ex prohib. alien. quæſtio. 5.
& numer. 182. Simon. lib. 3. interpretat. 2. dubitat. 1.
ſolutio. 5. numer. 40. admittunt tamen, quod ſit col-
lectiua plurium perſonarum, vltra quod, ſi eſt appel
latiua, etiam idem erit: quia vocati ſub vno appella-
41 tiuo nomine, cēſentur pro vno, † l. ſi quis Titio, ff. vſu-
fruct. accreſc. Pereg. qui alios citat, dicto tract. art. 17.
numer. 21. & omni caſu dicuntur re, & verbis coo-
iuncti, vt ſupra declaraui, ideo locus erit iuri accre-
ſcendi.

Poſtremo, quod filij Domini Iacobi, excludant
filium legitimarum Domini Ioannis, probatur ex
deciſione Angeli in conſil. 306. Chariſſime frater, &
per rationes ab eo adductas, quæ omnes facto noſtro
optime conueniunt, vult enim, quod ſi quis relinquat
pradiū vxori, & poſt eius mortem filiabus ſuis, earū-
que hæredibus, ſi contingat poſt vxorem vnam ex fi
liabus decedere cū hæredibus extraneis, vult, quod
ſuperſtes filia ſuccedat in ſolidum excluſo hærede
alterius, ea principali ratione, quod non ſit veroſi-
mile, teſtatorem voluiſſe bona apud eum remanere
quem ipſe voluit excludere. ſic in propoſito, non eſt
credendum voluiſſe teſtatorem quod ſuccedat legi-
42 timatus quem excluſit per ampliſſima verba. † ſequi-
tur Alexand. conſ. 36. num. 4. verſic. & cum ſuperiori,
volum. 3. Soc. in l. Gallus, §. etiam ſi patente, vbi Iaſ.

num.34. ff. de libe. & poſthu. Pariſ.conſ.44.num.11. vol.3. plures allegat Menoch.conſ.105. nu.36.

Coniecturæ omnes in contrarium relatæ procederent in ſubſtitutione, quando ſcilicet ſubſiſteret primum ſuppoſitum partis aduerſæ, quod nepotes cenſerentur vniuerſales hæredes, quinimo, etiã tunc paterentur contradictionem, ex quo multa concurrunt, ſed non expedit nunc diſcutere, quidquid tamen ſit, cum de inſtitutione tractemus, res eſt clara, quia ceſſat ratio, quod ſubſtitutio cenſeatur facta ſecundum inſtitutionem, ideſt, quod cuiuſque inſtituti filij cenſeantur patri non patruo ſubſtituti.

SVMMARIVM.

1 *Feudum finito tempore aperitur domino ipſo iure, qui ideo poteſt authoritate propria apprehendere poſſeſſionem.*

2 *Feudum alienari non poteſt ſine conſenſu domini, nec legari etiam pro anima.*

3 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, non tranſit in feminam extraneam, ſecus in agnatam. Contra nu. 34. & ſeq.*

4 *Inueſtitura prima attenditur non poſteriores. Fallit infra nu. 48. & 50.*

5 *Inueſtitura prima non poteſt mutari in præiudicium vocatorum. Limita nu. 27. 45. & ſeqq.*

6 *Feudum retinet apud emptorem primæuam naturam, & infertur ad alia.*

7 *Feudum cenſetur in dubio conceſſum ſecundum naturam ſuam.*

8 *Notario non creditur aſſerenti feciſſe de mandato.*

9 *Notario creditur in ijs, quæ pertinent ad eius officium.*

10 *Notarius cenſetur rogatus ponere in inſtrumento clauſulas conſuetas.*

11 *Feudum conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, tranſit in extraneos legatarios, & fideicommiſſarios.*

12 *Feudum conceſſum pro quibus dederit, eſt alienabile, & tranſitorium ad extraneos.*

13 *Feudum merè hæreditarium poteſt confiſcari.*

14 *Feudum hæreditarium venit in reſtitutione fideicommiſſi petita ab extraneo.*

15 *Feudum finita generatione non capitur propria authoritate ſi poſſidetur à tertio, ſecus ſi ab hærede.*

16 *Decretum Pedemontanum diſponens quod verbum, quibuſcunque, non alteret feudum, non procedit quando extant alia verba.*

17 *Verba cui non conueniunt, ipſa quoque non conuenit diſpoſitio.*

18 *Qualitas requiſita à lege vel ſtatuto, probari debet ab eo qui ſe fundat in lege vel ſtatuto.*

19 *Feudum emptum non dicitur proprium aut rectum.*

20 *Decretũ loquens de feudo, non habet locũ in feudo empto.*

21 *Feudum proprium tranſit ſolum ad maſculos non ad feminas.*

22 *Decretum Pedemontanum loquens de verbo, quibuſcunque, non habet locum in prima inueſtitura, ſed in ſequentibus.*

23 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

24 *Priuatio præſupponit habitum, & carentiæ ſunt habentiũ.*

25 *Feudum non habet certam naturam, ſed legem accipit ex conuentione.*

26 *Feudum recipit pacta extranea, & inſolita.*

27 *Inueſtitura prima non alteratur per ſecundam factam in eadem familia, ſecus quando feudum tranſit in aliam familiam per emptionem, vel alium titulum.*

28 *Decretum Pedemontanum de quo ſupra, eſt exorbitans, odioſum, & ſtrictè intelligendum.*

29 *Præfatio arguit cauſam finalem diſpoſitionis.*

30 *Voluntatem ſuam qui implet, multum lucratur, & è contra.*

31 *Feudum nouum alienatur in præiudicium agnatorum.*

32 *Damnum non patitur, niſi qui perdit ius quæſitum.*

33 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

34 *Feudum conceſſum quibuſcunque hæredibus, tranſit ad feminam extraneam.*

35 *Feudum conceſſum quibuſcunque hæredibus, & quibus dederit, tranſit ad feminam etiam extraneam.*

36 *Liberorum appellatio includit omnes deſcendentes.*

37 *Feudum conceſſum hæredibus quibuſcunque, maſculis, & feminis, includit feminas etiam extraneas.*

38 *Inueſtituræ tenor magis attenditur quam feudi natura.*

39 *Feudum nouum dicitur, quando habitum fuit ex noua cauſa.*

40 *Feudum antiquum dicitur illud, quod prouenit à ſucceſſione progenitorum.*

41 *Feudum efficitur nouum ex mutatione pactorum.*

42 *Feudum dicitur nouum, quando fuit domino refutatum, & poſtea ſub noua forma conceſſum.*

43 *Dominus põt in traditione ſuæ rei ponere, quæ vult pacta.*

44 *Dominus concedens feudum, poteſt quæ vult pacta ponere.*

45 *Inueſtitura prima poteſt mutari in præiudicium eorum quibus non eſt quæſitum.*

46 *Inueſtitura prima poteſt mutari in præiudiciũ agnatorũ conſentientium.*

47 *Princeps poteſt alienare & infeudare bona regni, non tamen in magnam diminutionem dignitatis.*

48 *Inueſtitura prima nõ attenditur quando feudum ad extraneum deuenit ex nouo titulo.*

49 *Bero. in conſ. 77. nu. 27. & 45. vol. 1. reprobatur.*

50 *Inueſtitura prima non attenditur, quando reperitur expreſsè alterata.*

51 *Subrogatum non ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur, quando in ſubrogatione expreſſa eſt noua qualitas.*

52 *Notarius cenſetur de voluntate partium ſcripſiſſe quidquid legitur in inſtrumento, & illud omne videtur dictũ à partibus.*

53 *Clauſula, ita quod feudum ſapiat naturam antiqui, & paterni, cenſetur poſita in inueſtitura de voluntate partium.*

54 *Relatio fieri ſemper debet ad proxima.*

55 *Relatio in dubio non cenſetur fieri ad ea, quæ iam ſunt ſubrogata.*

56 *Feudum quando conceditur pro hæredibus de more patriæ capacibus, is probat incapacitatem, qui eam allegat.*

57 *Lex quæ non fuit vſu recepta, non ligat.*

58 *Par in parem non habet imperium.*

CONSILIVM CCCCXL.

PER mortem Illuſtris Equitis Domini Ludouici Malabailæ, videtur feudũ Turris vallis Goneriæ apertum fuiſſe Ducali Cameræ Pedemõtanæ, ex quo neque deſcendentes reliquit, neque agnatos habiles ad illius feudi ſucceſſionẽ, quinimo, finita linea, ſeu generatione, poteſt directus propria authoritate ingredi poſſeſſionẽ feudi, quia ipſo iure ſibi eſt deuolutum. Bald. in c. quæ in eccleſiarum, nu. 31. de conſtit. vbi dicit, quod vaſallus priuatur ipſo iure, quando feudũ finitur tẽporis curſu, ideo lapſo tempore aperitur domino tam quoad poſſeſſionem, quã quoad proprietatem; & poſſeſſio, quæ ſine titulo retineri non poteſt, euaneſcit extincto titulo, l. locorum, C. de omni agro deſer. Barb. in c. ex parte, col. 4. de feud. vbi diſtinguit, aut priuatur vaſallus curſu temporis, & tunc nõ requiritur ſentẽtia, ſed

1 † priuatio inducitur ipſo iure, aut per feloniã, & delictum,

Digitized by Google

ctum,& tunc requiritur ſententia, & ſubdit hanc eſ-
ſe nouam ſuam diſtinctionem incognitam, & idem
voluit Caſtr.in conſil.68.in caſu præſenti,col.2.verſ.
ſimiliter etiam propter,vol.1.dicens,quod conceſſio
facta ad incertum tempus,puta,pro hæredibus pro-
prij corporis,finitur cum ipſo tempore,ideſt hæredi-
bus illis deficientibus, argum.l.ſtatu liberum, §.Sti-
chum, ff.de leg.3.cum referr,& ſequitur Curt.iun.in
tract.feud.p.4.reg.3.§.poſt enumeratas,ver.ſecundo
fallit,& ver.ſequenti,& paulò ſupra,ver.& ideo ſub-
dit.cum Baldo quoq; tranſit Affl.in deciſ.392.nu.18.
idem placuit Marſil.in l.de vno quoque,num.105.&
ſeq.ff.de re iudic.vbi allegat Rom. Alexand.& gloſſ.
Brun.in conſ.19.num.6. Rubeus in conſil.10. num.6.
vbi loquitur de eadē Ducali Camera. Zaſius in con-
ſil.11.num.14.& ſeq.vol.1.Boſſ.in tit.de Principe,nu.
295.Natta in conſil.563.num.36.Roland.in conſil.1.
num.175.vol.1.eandem ſententiam ſequutus eſt Be-
ro.in conſil.102.numer.48. vol.1.motus ex doctrina
Bartol.in l.1.§.interdictum, num.3. ff.vti poſſid. qui
vult,quod poſſidēs ciuiliter, poſſit authoritate pro-
pria expellere naturalem poſſeſſorem,quia ab eo tur
bari videtur in ſua ciuili. idem Bero.in conſil.45.nu.
20.vol.3.cum ergo linea Dom. Ludouici extincta ſit,
apertum ſuit domino feudum prædictum,& licuiſſet
authoritate propria Cameræ Ducali apprehendere
poſſeſſionem, & expellere quemcunq; poſſeſſorem.

Secundo pro Camera facit, quia Illuſtris Domi-
na Fauſtina vtitur iniuſto, & notoriè inualido titu-
lo,nempe legati ſibi facti à prædicto Domino Ludo-
uico eius marito in vltimo teſtamento; quandoqui-
2 dem certum eſt, quod vaſallus † non poteſt feudum
alienare ſine conſenſu domini,cap.1.de prohib.feud.
alien.pro Lothar.cap.Imperialem, de prohib. feudi
alien.per Feder. c.1. qualiter olim feud. poter. alien.
Soc.in conſil.19.numer.11.& ſeq.vol.1. Guid.Pap.in
conſil.58.in princ.Cur.iun.de feud.in par.4.in prin-
cip.num.82.Duen.reg.40.in princ. & nulla feudi di-
ſpoſitio facta à defuncto valet,vt eſt text.in cap.1.in
princ.de ſucceſſ.feudi,c.1.§.donare,qualit.olim feud.
poter.alien. vbi dicitur, quod etiam pro anima non
poteſt legare. Alexan.in conſil.2.col.1.vol.5.Gozad.
in conſil.8.col.5. etiam ſi hæres confirmauerit teſta-
mentum.Laudenſ.in d.§.donare, Iacobin.de Sancto
Georgio in ſua inueſtitur.feudali, in ver. & cum pa-
cto, col.2. & quod non valeat legatum rei feudalis,
ponit Alex.in conſil.19. num.11. vol.6. vbi loquitur,
etiam ſi fiat pro anima, & vult, quod non debeatur
æſtimatio.Latè Rolan.in conſil.79.nu.5.& ſeq.vol.2.
Duennas,qui multos citat in Reg.327.Clar.de feud.
quæſt.40. num.4.

Nec obſtat quod feudum prædictum foret ſui na-
tura alienabile,inſpecto tenore inueſtituræ quam Se-
reniſſ. Dux Sabaudiæ conceſſit D. Hieronymo, qui
fuit pater D.Ludouici,quæ loquitur de liberis maſcu
lis, & feminis, & alijs quibuſcunque ſucceſſoribus
maſculis,& feminis,quia ad hoc pluribus modis re-
ſpondetur. Primo,quod illa verba ſucceſſoribus qui
buſcunque,non alterant naturam feudi,& nihil om-
nino operantur,ſtante forma Ducalis Decreti,quod
eſt 68. in ordine. eo enim cauetur,quod non obſtan-
tibus illis verbis, feuda tranſeant ad agnatos tan-
tum, & feudum retineat naturam recti, proprij, &
ſimplicis feudi.

Secundo reſponderi poteſt,circumſcripto Decre-
to, illa verba, pro hæredibus quibuſcunque, non in-
3 cludere † vxorem, vel feminam extraneam, & non
agnatam, ſed ſolum includunt feminam agnatam:
quia aliàs duas continerent improprietates, & ſpe-
cialitates,quod ſcilicet ſuccedat femina,& quod ſuc
cedat extranea. atq; ita in ſpecie de vxore tenet Bal.
in c.1.§.donare, nu.4. qualit. olim feud.pot.alien.ſe-
quitur Martin.Laud.num.17.& Prępoſ.num.5.Alex.
in conſil.30.num.11. vol.1. & hanc Bald. deciſionem
probarunt Barbat. Soc. Iacob. Iaſ.Picus,Ruin.Brun.
Bero.Rube.Natta,& Rolan.quos omnes refert & ſe-
quitur D.Becius in conſil.28.num.14.dicens opinio-
nem Bal.eſſe bonam, & fultam bonis rationibus, &
authoritatibus.Rolan.conſ.42.num.11.vol.4.

Tertio reſpondetur, non eſſe attendendam inue-
ſtituram conceſſam prædicto Domino Hieronymo,
ſed alias antiquiores conceſſas Illuſtribus Dominis
de Ieſſelinis, & Dominis Benerarum antiquis dicti
feudi poſſeſſoribus à Sereniſſimis Ducibus Sabau-
diæ, Ludouico, Philiberto, & alijs, quæ non vocant
quoſcunq; ſucceſſores, ſed tantummodo hæredes de
more patrię capaces: tenor enim primæ inueſtituræ
ſemper eſt attendendus,cap.1.tit.per quos fiat inue-
4 ſtit. & prima inueſtitura † inſpicitur non poſterio-
res.Bald.in c.1. de eo qui ſibi, & hær.ſuis maſc.ab ea
enim ſequentes capiunt declarationem, ſecundum
Bar.& Alex.in l.ſi mihi & Titio, ff. de verbor. oblig.
Dec.in conſil.185.& alibi ſæpè. & non poteſt prima
5 inueſtitura † mutari, vel alterari, ſecundum Bal.in l.
1.colum.pen. C.quando non petent.part.Soc.in con-
ſil.38.num.1.vol.4.Dec.d.conſil.185.num.3.ver.non
obſtat quod in alia. Gozad. in conſil.86. num.40.&
in conſil.84.nu.8.& ante eos Bald.in conſil.315. vol.
2.Roman.in conſ.1.circa finem. Card. in conſ.91.in
princ.Afflict.deciſ.165.Iaſ.conſ.7.colum.9.volum.3.
Cur.iun.conſi.108.colum.5. Brun.in conſ.57. colum.
penul. Socin. iun. in conſil.110.colum.penult.conſil.
111. colum. 1. vol.2. & hoc quidem procedit nedum
in inueſtituris, quæ conceduntur deſcendentibus à
primo acquiſitore, ſed etiam in eis, quæ dantur no-
uo acquiſitori, quando feudum tranſit de vna in a-
liam familiam titulo emptionis, vel aliter: quia feu-
6 dum † penes nouum emptorem retinet primæuam
ſuam naturam,vt concludit Bero. in conſil.77. num.
27.& 45.volumin.1. id quod pluribus rationibus,&
authoritatibus confirmatur ab Antonio Sola in com
ment.in conſtitut.Pedem.ſuper decreto yolant. par.
2.gloſſ.4.num.14.& rurſus in procem. conſtit.nume.
27. & præcipuè quia emptor ſubrogatur loco anti-
qui poſſeſſoris,ideo eiuſdem eſſe debet conditionis,
l.ſi eum,§.qui iniuriatum,ff.ſi quis cau.item conditio
rei feudalis non mutatur perſona vaſalli mutata,c.1.
de vaſal. qui arm. belli depoſ. etſi feudum inſpecta
cauſa originali eſt antiquū,debet tale iudicari apud
emptorem.Dec.in conſil.53. & quoad dominum ſeu
dum emptum dicitur etiam antiquum. Alcia.in con-
ſil.170. num.4. præcipuè inſpecto domini conſenſu,
& res ſolita concedi ſub vna forma, non poteſt ſub
alia concedi.Bar.in Authen.Qui rem,C.de ſacroſan.
eccleſ.& pręcipuè ſtante decreto,quod recuſantibus
agnatis emere,extraneus poſſit acquirere,& ſit vali-
da emptio, ac ſi per agnatum facta eſſet,quo caſu vi-
detur continuari feudum, vt per Amad. de Ponte
Laudim. quæſt.12. Addi poteſt quod feudum cenſe-
7 tur ſemper † conceſſum ſecundum propriam ſuam
naturam.Bald.in prælud.feud.in 4.diuiſ.& in princ.
num.46. ſequuntur multi apud D. Becium in conſil.
101.num.11. & ſeq. vbi num.14. poſt Bero. in conſil.
71.num.43.vol.1.dicit quod in feudali materia ſub-
rogatio cenſetur ſemper facta cum primordiali natu
ra feudi. Per prædictas autem rationes concludit So-
la, nouum emptorem inueſtiendum eſſe eo modo
quo antiqui poſſeſſores tenebant.

Quarto reſpõdetur, quod ſecretarius rogatus de
illa inueſtitura Domini Hieronymi, nõ potuit illas
clauſulas apponere quibus feudum fuit alteratum,
& licet dicat feciſſe de ordine, & mãdato Principis,
8 tamen ei non creditur,† argumento l.fi.C.de fide in-
ſtru.& eſt tex.in c.quoniã contra, cũ ibi notatis per
Doctores, præcipuè Fel.nu.41.& Dec.nu.45.de pro-
bat.Alex.in cõſ.187.col.fi.& in conſi.212.col.4.vol.6.
Guid.Pap.deciſ.204.Barba.in conſ.3.num.57.vol.2.
Bero.in deciſ.36.col.3.in princ.Affl. in deciſ.317.
Roland.in conſ.32.nu.17.vol.2.alios citat D.Becius
in conſ.91.nu.8.addó Neuiza. in conſi.10.nu.13. &
ceteris melius Roland.conſil.94.nu.34.& ſeq. vol.2.
vbi latè vſque ad nu.38.Natta conſi.142.nu.4.& non
creditur notario, niſi in ijs, quæ ad eius officiũ perti
9 nentur,† ſicut & officiali, l.apparitores, C.de exacto.
tribut.lib.10.Bar.in l.ſi librarius, ff.de reg.iur.& quã
do atteſtatur de ijs, quæ non ſunt geſta tempore in-
ſtrumenti, non meretur fidem, quia loquitur tan-
quam priuatus, non tanquam notarius. Bald.in l.ex
his verbis, nu.3.C.de teſtam. milit. Alex.in conſi.70.
col.3.vol.1.Dom.Bec. qui hoc confirmat in conſil.6.
num.22.& ſeq. & tale mandatum non præſumitur
etiam per lapſum longiſſimi temporis. Bal. in l.2.C.
ſi ex falſ.inſtr. Alex.in l.qui in aliena, in princ. ff. de
acqui. hæred.Soc.in Auth.Si quis in aliquo, col.2.C.
de eden.cum multis per me allegatis in conſ.28.nu.
80.& ſeq.& notarius cenſetur rogatus ponere in in-
10 ſtrumento clauſulas conſuetas,† non autem inſoli-
tas.Bal. in l fi.C.de fideiuſſ.Alex.in l.ſi finita, in prin.
nu.2.ff.de damn.infect.Iaſ.in l.Gallus, §.idẽ creden-
dũ, nu.22.ff.de liber.& poſthu.et ſi notarij non intel-
ligant veritatem verborum, Bald. in l.iam hoc iure,
§.fi.ff.de vulg.& pupil.& plures alios congerit Tira-
quel.in tract.de conſtit.poſſ.par.3.limi.31.nu.7.& 8.
Natta in conſil.14.nu.17. Cæphal.in conſi.94.nu.33.
& Menoch. in conſi.37.nu.70. Cum ergo illa clauſu-
la foret præter naturam feudi prædicti, non potuit
notarius illam ponere in inueſtitura.

Horum tamen nulla omnino habita ratione, di-
co Illuſtrem D.Fauſtinam ius fouere in caſtro, & bo
nis Turris Vallis Goneriæ: ea enim fuerunt conceſ-
ſa in feudum Illuſtri quondam Do.Hieronymo Ma-
labailæ pro ſe, & ſuis liberis maſculis, & feminis, &
alijs quibuſcunque ſucceſſoribus maſculis, & femi-
nis, & quibus vendere, aut legare voluerit. ita cantãt
verba inueſtituræ primæ, q̃ fuit facta de anno 1514.
cuius tenor attendẽdus eſt, c.1. per quos fiat inueſt.
& dixi ſupra, verſic. tertio reſpondetur. prædictus
vero Dominus Ludouicus de anno 1511. fuit de eo-
dem feudo, & bonis inueſtitus, his modis, & formis,
quibus anteceſſores ſui fuerant inueſtiti: ſtante au-
tem eiuſmodi inueſtituræ forma, non eſt dubium,
quin feudum ſit alienabile, & tranſitorium in quoſ-
11 cunque † hæredes, et ſucceſſores, ſecundum Bald.in
l.1.quæſt.34.ff.de rerum diuiſ. qui dicit, quod feudũ
conceſſum pro hæredibus quibuſcunque, tranſit etiã
ad extraneos heredes, quin et ad legatarios, et fidei-
commiſſarios, et dicit idem Bal. in cap.Imperialem,
in prin.nu.19.de prohib.feud.alien. per Feder.quod
illa verba, pro ſucceſſoribus quibuſcunque, includũt
nedum tria hæredum genera, ſed etiam legatarios,
quia in re legata legatarius dicitur hæres, l.id tem-
pus, §.1.ff.de vſucapio.& eum ſequuntur Roman. in
l.etiam, in princip. & Alexan. colum.fin.ff.ſolut.ma-
trimo.Roman.in d.l.id tempus, §.1.Alexan.in l.quæ-
dam, §.nihil intereſt, colum.1.ff.de eden.hanc autem
ſententiam probarunt Soc.Iaſ.Affl. Dec.Cur.iun.
Gozad.Ruin.Pariſ.Soc.iun. Ripa, & Brun.quos om-
nes cumulat, & ſequitur Rolan.in conſi.94. num.35.
& ſequen.volum.1.& in conſil.79.num.23.& ſequen.
volum.2.Idem probarunt Iacob.Crauet.Natta, Cot
ta, & alij, quos citat D.Bec.in conſi.28.nu.3.& ſeqq.
Addo Alciat.in conſ.176.nu.1.& 2.& multos in eam
ſententiam adducentem Tiraquell. de retract. con-
ſang.§.1.glo.7.num.51.& ſeqq. Cagnol.in l.fi.nu.12.
ff.de reg.iur.Gabr.qui alios citat, in tract.com.opin.
lib.6.de verbor. ſignificat. concluſ.3. num.13.& ſeq.
& concluſ.4.nu.1.Clarum de feud.quæſt.83. in prin.
Dom. Becium conſ.88. num. 9. & 21. Crauet. in Re-
ſpon.pro Genero, num.320.deciſ. Pedem. 26. nu.18.
nouiſſimè Card. Mant.de coniect.vltim.volun.lib.9.
tit.11.nu.14.Sim.de Pret.de interpr.vlt.vol.lib.3.in-
terpr.1.dubit.1.ſolut.2.nu.7. Idipſum ſuadet clauſu
la eidem inueſtituræ adiecta, & quibus vendere, aut
legare voluerit, quæ idem importat cum clauſula,
pro ſucceſſoribus quibuſcunque: nam feudum con-
12 ceſſum pro quibus † dederit, eſt alienabile, & tranſit
in quemcunque ſucceſſorem quantumuis extraneũ,
vt eſt tex.in cap.1.de feud.non haben.prop.natur.feu
di, cap.penult. ſi de feud.fuer.controu.inter dom.&
agn.Bald.qui ita dicit in l.1.q.45.ff.de rer.diuiſ. Bal.
& Ang.in l.cum eſſent, §.1.per illum tex. ff. de ſeru.
ruſtic.prædio.Imo.in l.qui Romæ, §.duo fratres, vbi
etiam Alex.ff.de verb.oblig. Alex.in conſil.188.col.1.
vol.2.Dec.in conſil.164.nu.13. vbi dicit communem,
& in conſil.193.nu.5.ver. non obſtat fundamentum.
Brun.in conſi.38.& ſeq. Ripa, in d.§.duo fratres.Cra
uet.in conſil.84.nu.11.communem Clar. de feud. q.
31.nu.8.Natta in conſi.322.nu.1. Rolan.in conſi.42.
nu.8.& ſeq. vol.1. Crau. conſ.256. deciſ.Pedem.26.
Rol.de lucro dot.q.54.num.29. ſtante itaque natu-
ra feudi, potuit Dom.Ludouicus illud legare Domi-
næ Fauſtinæ vxori, & non mirum: quia tale feudum
potuiſſet etiam confiſcari, ex quo eſt ſimpliciter, &
13 purè † hæreditarium, vt concludit Iacob.in ſua in-
ueſtit.in verſ.dictique vaſalli promiſerunt non com
mittere feloniam, nume.63. & ante eum voluerunt
Rom.Imol. & Alex.in l.ſi finita, §.ſi de vectigalibus,
ff.de publican.Boſſ.in tit.de bono.publicat.num.20.
vbi refert etiam Cur. iun. ſequitur Rol.in conſil.29.
14 num.17.volum.3.& venit in reſtitutione † fideicom-
miſſi, quæ fit extraneo, ſecundum Bald. in l. cum vi-
rum, nu.21.C.de fideicom. ſequuntur Alex.Iaſ.Iaco.
Gozad.Pariſ.Socin.iun.Natta, Rol.Zãchus, Phanuc.
deciſ. Pedem. & Mantica, quos citaui in conſil.108.
num.33.& in ſumma, feudum tale habetur in omni-
bus tanquam res allodialis, et de eo diſponitur tan-
quam de re allodiali.

Quibus non aduerſatur, quod finita generatione
feudum aperiatur domino, quia procedit hoc in feu
do recto, et non alienabili; at ſecus in feudo, quod
poteſt alienari: nam facta alienatione à vaſallo, ſiue
inter viuos, ſiue in vltima voluntate, excluditur Do-
minus, vt de ſe patet, et hoc caſu, quando feudum à
tertio poſſidetur, nõ poteſt dominus illum propria
15 † authoritate expellere, ſed debet eum citare, et pa
ti, quod cauſa plenè cognoſcatur. Præpoſ. in titu. de
feud.ſine culpa non amitten. in fin. ſequitur Boſſ. in
tit.de Principe, nu.296.et ſeq. vbi ſubdit, quod ſi feu
dum ſit cum licentia Principis obligatum vxori pro
reſtitutione dotiũ, mortuo vaſallo non poterit vxor
repelli à poſſeſſione, et ratio eſt: quia Princeps qui
ſemel conſenſit feudum obligari, vel alienari, non
põt ex poſt contradicere: quod enim ſemel placuit,
non debet diſplicere, c. quod ſemel, de reg.iur.in 6.
et non poteſt venire contra proprium factum, l. poſt
mortem, ff.de adoption.

Ad

Digitized by Google

Ad ſecundum autem, quod feudum non poſſit le-
gari vel alio titulo relinqui colligitur reſponſio ex
ſupra deductis, quia non habet locum in feudo hære
ditario ſimplici, quod fuit conceſſum pro hæredibus
quibuſcunque, vel pro quibus vendere aut legare vo-
luerit: quia, vt dixi, quoad hoc, differt ab allodio, &
de eo poteſt vaſallus diſponere inter viuos; & in vlti
ma voluntate ſicuti, de allodio. Bald. d. l. 1. q. 34. & di
cto c. Imperialem.

Et non obſtat, quod ſtante decreto Ducali, illa ver
ba, ſucceſſoribus quibuſcunque, nihil operentur nec
alterent naturam feudi. Sed eis non obſtantibus, feu
dum transeant ad agnatos ac ſi ea non forent apposi
ta. ad hoc enim reſpondeo, quod procederet contra-
rium, ſi nihil dictum fuiſſet, præter, pro quibuſcunq;
hæredibus, ſed adſunt alia verba, ideſt, quibus ven-
dere aut legare voluerit; & decretum prædictum ex-
cipit caſum, quando ex alijs verbis poſitis in inueſti
tura feudi natura fuit immutata: nos autē ſumus in
exceptione, quia extant alia æquipollentia verba, per
quæ datur expreſſa facultas vendendi, & legandi; er-
16 go decretum non obſtat, † vt in propoſito reſpondet
ad idem decretum Natta in conſil. 246. nu. 8. verſic.
poſtremo non obſtat. idipſum probauit Crau. in con
ſi. 502. num. 7. quem ſequitur Sola in d. conſtit. tit. de
de feud. ſuper decreto, quia in pleriſque, in gl. 3. part.
num. 9. Purpur. conſil. 66. nu. 18. verſi. cui non obſtat,
quidquid tenuerit Crau. in Reſpon. pro genero, nu.
320. & niſi ita intelligamus decretum, ſequeretur ab
ſurdum, quod nullo modo feudum fieri poſſet aliena
bile, quod eſſet abbreuiare manus Principis.

Reſpondeo ſecūdo, quod decretum loquitur quan
do verba prædicta apponuntur feudo proprio & re-
cto, ideo non procedit in feudo improprio: quia vbi
17 verba non conueniūt, ipſa quoq; non conuenit † di-
ſpoſitio, l. 4. §. prætor ait, vbi Bartol. in fine, ff. de dam.
infect. l. ſi ſeruum, §. non dixit, ff. de acq. hæred. Rom.
in conſil. 442. num. 2. & deficientibus verbis legis, de-
ficit diſpoſitio, vt latiſſimè probat Tiraq. in l. ſi vn-
quam, in verſic. libertis, num. 2. C. de reuoc. donat. &
qui ſe fundat ſuper Lege, Statuto, aut alia diſpoſitio-
18 ne, probare debet omnes qualitates † ab ea requiſi-
tas, l. 1. §. quod autem ait prætor, vbi Bartol. ff. ne quid
in flum. publico, l. prætor, la ſeconda, §. docere, ff. de
vi bonor. raptor. & agens ex ſtatuto ſuccumbit, niſi
probet omnia requiſita, vt dicunt Bart. & Bal. in l. in
cauſis, C. de accuſat. Socin. in conſil. 55. num. 4. vol. 1.
Socin. iun. in conſil. 72. num. 22. vol. 2. Tiraq. latè de
retractu conſang. §. 8. gl. 7. nu. 1. Brun. de ſtatut. excluſ.
femin. artic. 6. num. 321. Ripa conſi. 78. nu. 1. Plot. in
tract. de in lit. iuran. §. 8. num. 2. Natta in conſil. 266.
num. 5. Roland. conſil. 67. nu. 26. vol. 2. deciſ. Pedem.
88. nu. 6. nos vero agimus de feudo emptitio, vt con-
ſtat ex inſtrumentis productis, illud enim Dom. Hie-
ronymus habuit à Dominis Ieſſelinis titulo emptio
19 nis, & ideo † non poteſt dici proprium, & rectum. ita
Bald. in l. ſi quam, C. de oper. lib. & in l. qui ſe patris,
col. pen. verſic. hoc ſcias, C. vnde lib. & de feudo em-
pto idem iudicamus, quod de bonis hæreditarijs, vt
inquit Bald. in conſil. 56. vol. 3. & ſapit naturam allo-
dij. Alciat. in conſil. 76. num. 4. latè Roland. in conſil.
41. num. 1. & conſil. 48. num. 7. vol. 4. Domin. Becius
in conſil. 30. in princ. Sola in d. decret. gl. 2. num. 7. &
feudalis diſpoſitio claudicat in feudo empto: quia
alienari poteſt, & ad feminam tranſit, vt probaui in
conſil. 101. numer. 19. & ſeq. & decretum loquens de
20 feudo non procedit in feudo empto, † vt per multa
probat Alciat. in conſil. 166. nu. 1. & in terminis hu-
ius Ducalis decreti hoc voluit Purpur. in conſil. 66.
num. 18. ver. cui non obſtat decretum, & ſequitur So-
la loco prædicto, num. 7. ver. minuſq; in feudo, & hoc
feudum nedum eſt emptitium inſpecta acquiſitione
quam fecit D. Malabalia, ſed eodem quoque titulo
peruenerat ad DD. Ieſſelinos, vt legit in ſcripturis
productis à D. procuratore à Cameræ Ducalis. Ex a-
lio ēt hoc feudum non eſt rectum, & proprium, quia
fuit conceſſum pro feminis quoque: natura autē pro-
21 prij feudi eſt, q̄ tranſeat † ſolum ad maſculos deſcen
dentes non ad feminas, c. 1. §. hoc autem notandum,
tit. qui feuda dare poſſ. c. 1. §. filia, tit. de ſucceſſ. feud.
Corn. conſil. 16. nu. 9. vol. 1. Cur. iun. de feud. p. 1. q. 6.
in quinto requiſito. D. Becius in conſil. 101. num. 16.
Sola ſuper dicto decreto, gloſ. 1. num. 6. vbi declarant
quòd ſit feudum proprium, & rectum, vbi gl. 2. num.
6. dicit etiam decretum prædictum non habere lo-
cum in feudo femineo, allegat Alex. ſic tenentem.

Tertio reſpondeo, & aduertatur, quia etſi non in-
ueniam ab aliquo in ſpecie conſideratum, exiſtimo
tamen eſſe veriſſimum quod decretum Pedemonta-
num de quo agimus non loquitur de inueſtitura pri
ma, à qua ceteræ omnes dependent, ſed de poſterio-
22 re † in qua continentur verba illa, pro hæredibus, vel
etiam ſucceſſoribus quibuſcunque, id quod ex pluri-
bus licet cōijcere, & Primo ex verbis poſitis in proœ-
mio decreti, ibi, inueſtituras factas de feudalibus bo
nis, quæ à nobis in feudum tenent, &c. præſupponunt
enim quod tempore inueſtituræ iam vaſallus tene-
ret feudum: quia qualitas adiecta verbo, intelligitur
23 ſecundum tēpus † verbi, l. in delictis, §. in extraneis,
ff. de noxal. l. 1. §. tutoris, ff. quod iuſſu. l. Titius, vbi
Bartol. ff. de teſtam. milit. Secundo oſtenditur ex ſe-
quentibus verbis, ibi, per prædicta verba non intelli
gatur immutata natura proprij atque ſimplicis, &
recti feudi, ea vera mutatio naturæ præſupponit præ-
exiſtentiam: quia quod non eſt, mutari non poteſt, l.
eius, qui in prouincia, ff. ſi cer. pet. & priuatio præſup
24 ponit † habitum, l. decem, ff. de verbor. oblig. l. ma-
numiſſiones, ff. dé iuſt. & iure. & carentiæ ſunt haben-
tium, vt inquit Bal. in l. licet, in 3. oppoſ. C. locati. feu
dum autem ſuam propriam naturam aſſumit à pri-
ma conceſſione: quia non habet certam, & determi-
25 natam naturam, ſed ex cōuentione † legem accipit,
vt inquit Spec. in tit. de feudis, §. quoniam, num. 45. &
dicit Cald. de feud. conſil. 11. ver. ad cuius declaratio
nem, quod propter diuerſas cōſuetudines locorum,
& propter diuerſa pacta, & conuentiones, non eſt
tradita in feudis certa forma ſubſtantialis, ſed ſtatur
regulæ quæ habet, quod contractus legem accipiunt
ex conuentione. ſequitur Dec. in conſil. 614. num. 4.
Brun. in ſuo reper. feud. in ver. inueſtitura non habet.
D. Bec. in conſil. 88. num. 18. & hoc eſt quod dicimus
26 feudum admittere pacta extranea, & inſolita, † quæ
regulariter non inſunt naturæ feudi. Soc. in conſ. 165.
num. 10. & ſeq. vol. 2. D. Bec. conſil. 88. num. 17. conſil.
101. num. 19. Hinc etiam dicimus, quod ad cogno-
ſcendum feudum recurrimus ad tenorem inueſtitu-
ræ, ſecundum Bald. in prælud. feud. & dicit Bald. in l.
quoties, C. de ſuis, & legit. quod in feudis regula tra-
ditur ſecundum modum inueſtituræ. Iaſ. in prælud.
feud. nu. 99. Soc. d. conſil. 165. nu. 13. & latius dicam
infra. Cum ergo decretum dicit, quod per illa verba
non intelligatur mutata natura feudi, præſupponit,
quod verba ſint appoſita, non in prima inueſtitura,
ſed in ſubſequenti: quia per primam inueſtituram
nō mutatur natura feudi, ſed ſuam recipit naturam,
ex quo tunc recipit formam ſecundum quam feu-
dum debet regulari: quia, vt inquit Bal. d. l. quoties,
forma feudi ſunt verba inueſtituræ.

Tertio confirmatur pet exceptionem poſitam in
fine Decreti,ibi, niſi expreſsè natura feudi aliter al-
teretur,vel immutetur,quam per verba prædicta, cũ
enim Doctores loquuntur de alteratione feudi, vel
inueſtituræ, ſemper intelliguut de ea quæ fit non in
prima inueſtitura,& feudi conceſſione,ſed de ea quæ
27 fit in ſequentibus renouationibus durante † eadem
familia. ita loquitur Bald. in l.1.num.31.C.quando
non peten.par.Socin.in conſil.38.num.2.vol.4.& alij
ſupra citati,in ver.tertio reſpondetur. & dicit Bald.
in l.quoties,col.2.C.de ſuis,& legit.quod per nouam
inueſtituram non mutatur ſucceſſio antiqui feudi;
atque ita præſupponit, quod mutatio cadat in poſte
riorib. inueſtituris conceſſis ſucceſſoribus primi in-
ueſtiti.ita etiam Caſtr.in conſil.176.nu.3.vol.1.Cur.
iun. Gozad.Brun.Neuia.Natta, Roland.& Menoch.
quos citaui in conſil.105.num.26. quia ea eſt potius
recognitio quam inueſtitura,ſecundum Alex.in con-
ſil.26.num.2.volum.5.& Nattam claté conſilio 634.
numer. 11.

Quarto cum decretum prędictum ſit odioſum,coe
28 rectoriũ iuris communis, † & exorbitans,debet in-
telligi vt minus droget iuri. Alex.in conſil.29.nu.9.
conſil.50.num.12.vol.2.poſt gl.& Doctores, in l.fi.§.
in computatione, C.de iure delib.Soc.in conſ.38.nu.
6.vol.1.Dec.in conſ.434.nu.15.& quod ſit ſtrictè in-
telligendum,voluit Alc.in conſil.166.nu.2. & in ter-
minis Crau.in conſil.197.num.5.& 6.qui dicit,quod
ſtrictè debet intelligi vt minus corrigat ius commu-
ne,& in conſi.501.vbi infert,quod nõ includit aliena
tiones factas ante Decretum.ſequitur Sola ſuper di-
cto Decreto,gl.1.nu.1. ſed ſine dubio minus corrigit
intelligendo de alteratione, quæ fiat in ſequentibus
inueſtituris, quæ ijs conceduntur qui ſuccedunt ex
forma primæ, quando ſcilicet continuatur feudum
in eadem linea,& quę verius dicuntur recognitiones
quam ſi intelligatur de ea mutatione,quæ fiat in pri-
ma inueſtitura conceſſa nouo acquiſitori:quia ſecun
dum ius commune difficilius mutatur natura feudi
in præiudicium vocatorum io prima inneſtitura,qui
bus ius eſt quæſitum, quam quod nouo acquiſitori
fendum concedatur ſecundum nouam formam, vt
de ſe patet,& probarur: qnia quando Princeps feu-
dum de nouo concedit, poteſt quas velit apponere
cooditiones, argumen. l.in traditionibus, ff.de pa-
ctis, & dicam infra.

Quinto Decretum conditum fuit vt conſulatur
indemnitati Principis, & agnatorum,ita enim can-
29 tant expreſſa eius verba poſita in præfatione, † quæ
cauſam arguit finalem,l.fi.ff.de hęr.inſtit.& ſtatuen-
tis mentem declarat Dec.in cõſ.620.Gozad.in conſ.
5. Pariſ. in conſil.24.latè Dom. Becius in conſil. 20.
num.11. & dum Decretum dicit indemnitate ſubdi-
torum,intelligi debet de agnatis, non autem de ip-
ſis alienantibus, quorum ligantur manus: quia non
conſulitur eorum indemnitati;quinimo, grauantur,
cum eis alienatio interdicitur:nam prohibitio alie-
nandi eſt onus,& grauamen, vt ponunt Doctores in
l.filiusfamilias,§.Diui, ff.de leg.1.& in l.quoniam in
priorib. C.de inoffic.teſtam. & alibi, dum dicunt,fi-
lio prohiberi non poſſe legitimæ alienationem;& ſi-
30 cuti multum lucratur † qui volũtatem ſuam exequi-
tur,gloſ.in l.fin.ff.de vſu & habit.Tiraq.in præfatio-
ne tractat.de retractu conſang. Dom. Becius conſil.
20.num.17.ita multum patitur qui non poteſt de re
ſua pro libito voluntatis diſponere, contra l. in re
mandata, C.mandat. & ſtatutum prohibens rei ſuæ
alienationem,dicitur odioſum,ſecundũ Alber.Odo-
fred. Io.Andr. & alios plures,quos citat Tiraq. in d.
præfatio.nu.60.qui nu.25. in princ.poſt Bal.& alios,
inquit,quod amittere dicitur qui animũ non explet;
quod ſi intentionis Decreti fuit conſulere indemni-
tati agnatorum, certè non aliter erit intelligendum
quam de conuentionibus,quę fiunt vocatis ex prima
inueſtitura,quia alienatio feudi,ſeu alteratio inueſti
turæ eorum damnũ reſpicit; è contra verò, quando
primo acquiſitori feudũ conceditur pro hæredibus
quibuſcunq; vel cum facultate alienandi,nullũ præ-
iudicium fit agnatis: quia rei ſuæ potuit emptor le-
gem apponere quam voluit, dicta l.in traditionibus,
31 & feudum nouũ poteſt pro libito alienari † in præ-
iudicium agnatorum. Iſern. & Aluarot. in cap.1.de
ſucceſſ.feudi.Alex.in conſil.28.col.1.vol.5.Affli.Dec.
Curt. iun. Crau. & alij multi congeſti à Dom. Becio
in conſil.56.num.20.& ſeq.vbi dicit,quod acquiſitor
poteſt illud vni ex filijs prælegare,vel in eo conſtitue
re primogenituram.Cæph.in conſil.12. num.16.con-
ſil.152.num.51.plures congerit authoritates diſtin-
guendo Menoch.in conſil.161.per totum, vbi poteſt
videri,& non dicitur pati damnum,niſi qui ius amit
32 tit iam † quæſitum vel radicatum, l.2.§.merito,ff.ne
quid in loco pub.l.non amplius,§.fi.vbi gl.Din.Bart.
Ang.Imola,Alex. & alij, ff.de leg.1. Tiraq. in l.ſi vn-
quam,in ver.donatione largitus, C.de reuoc.donat.
D.Bec. in conſil.42. num.23. & in conſil.55.num.34.
Cum itaq; illa verba, indemnitati ſubditorum, &c.
conueniant ſolũ renouationi inueſtituræ quæ fit ſuc-
cedentibus in feudo ex forma antiquæ inueſtituræ,
non etiam primæ inueſtiturę quæ fit emptori feudi,
fatendum eſt,Decretum non intelligi de prima inue
ſtitura facta primo acquiſitori,ſed de ea,quæ fit eius
deſcendentibus,& ſucceſſoribus: quia ſubiecta talia
33 † ſunt qualia prædicata demonſtrant. Oldrad.conſ.
60.Soc.conſil.3.num.4.volum.4.Iaſ.in l.ſtipulatio,§.
hi qui,num.1. ff.de verbor.oblig.Neuiz.in conſil.91.
num.4. Bellon.conſil.49.num.3.Hæc autem fient pla
niora ex ijs, quæ ſubijciam in reſolutione aliorum
argumẽtorum,vbi demonſtrabo, feudum titulo em-
ptionis translatum in aliam familiam dici nouum,
& nouam naturam aſſumere.

Nec mouet, quod etiam ſtante clauſula, quibuſ-
cunque, non potuerit feudum relinqui vxori, quia
duæ cumularentur improprietates, & feudũ nedum
ad feminam,ſed etiam ad extraneam tranſiret, con-
tra iuris feudalis regulas,ſecundum doctrinam Bal.
in d.§.donare, quandoquidem Bal. in loco prædicto
concludit indiſtinctè feudum ſtante forma prædicta
inueſtituræ deferri ſolum maſculis,& verba,quibuſ-
cunq; reſtringi ad habiles, & in hoc communiter ab
34 omnibus reprehenditur, † & contrarium tenuit ip-
ſemet in l.1.quæſt.34.ff.de rer.diuiſ. & in dicto c.Im-
perialem, & ſequuntur multi, quos citaui ſupra, ad
fundandum intentionem D. Fauſtinæ, in verſic.ho-
rum tamen nulla.addo Capic.in ſua inueſtit. feuda-
li,in §.feudorum clauſulæ, ver. & ſuis hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuſcunque. Anchar. Moder.famil.
quæſtio.lib.2.queſt.65.num.5.Et quamuis aliqui vo-
lunt ſaluare Bal.vt procedat in muliere extranea,ta-
men prædicti Doctores eum ſimpliciter reprehen-
dunt,& Iaſ.in conſ.9.nu.6.& ſeq.Soc.conſ.10.nu.4.&
ſeq.inter conſ.Bru.dicunt,quod ſi ſimpliciter inueſti
tura loquatur de hæredibus quibuſcunque, veniet tã
femina extranea,quam maſculus; ſed ſi mentionem
faciat de hæredibus quibuſcunque maſculis,venient
ſolũ maſculi,etiam qui de feminis deſcendant. idem
dicit Gozad.in conſil.8.num.25.quare deciſio Bald.
in d.§. donare,non eſt tuta,& de iure vix poteſt ſuſti-
neri,& inquit Natta in conſil.454.num.11.ſe habuiſ-

ſe ſem-

Digitized by Google

ſe ſemper dictum Bald.pro dubitabili.& quod femi-
na extranea admittatur voluit Curt.iun. in conſil.1.
col. 3.ver.etſi dicatur, poſt tract.feud.

Sed quia fortè durum eſſet obtinere contra Baldi
opinionem,reſpondeo,quod in præſenti facto res eſt
clarior,quia cõceſſio feudi facta fuit nedum pro qui-
buſcunq; hæredibus ſucceſſoribus, ſed ẽt quibus ven
dere aut legare voluerit; quæ verba,vt dixi,idem im-
portant,qđ verbũ quibuſcunque, ea verò geminatio
plurimum operatur,l.Baliſta, ff. ad Treb.& nõ digre
diendo ad regulas,eſt tex.in c.1.tit. de feud. non ha-
ben.propr.nat.per quẽ dicit Cur.iun.d.conſ.1.col.4.
35 ver.ſic ergo ſtat qđ feudũ cõceſſum † ſub duplici for
ma prędicta,latius extenditur,quam ſi eſſet ſolũ con
ceſſum pro hæredibus quibuſcũque,& per eundẽ tex.
inuenio Guertin.Piſon.in prælud.feud.c.an in feudo
ſuccedant extranei,in ver.quinto, & vltimo limita-
tur,ſ.mihi 147.dicentem, quod aut feudum fuit con-
ceſſum pro ſe,& quibuſcunq; hæredibus,& procedat
dictum Bald.in d.§.donate,aut fuit dictum pro ſe, &
quibuſcunq; ſuis hæredibus,& tunc contraria proce
dat opinio:quia illa verba, quibuſcũque eſsẽt ſuper-
flua,niſi includerent oẽs extraneos, attẽto,quod iam
de ſuis ſupra fuerat dictum: in propoſito aũt dictum
fuit pro D.Hier.& ſuis liberis, quæ verba includunt
36 † nepotes,& deſcendentes,l.liberorum, in prin.ff.de
verb.ſign. vbi Bar.& Alc.nu.1.Crauet. Natt.& Cora.
quos referr,& ſequitur Menoc.in conſil.1. num.108.
Cæph.in conſi.72. nu.8. poſtea vero additum de ſuc-
ceſſoribus quibuſcunque, & quaſi hæc non ſuffice-
rent,dictum fuit quibus vẽdere aut legare voluerit.

Res aũt in pręſenti facto eſt meo iudicio indubita
ta,inſpecto inueſtituræ prædictę tenore,quod mulier
quantũuis extranea admittatur ad hoc feudum, ẽtſi
admittamus deciſionem Baldi veram eſſe: nam non
ſimpliciter vocantur,quicunq; ſucceſſores,ſed expreſ
ſe dicitur,maſculis, & feminis, quæ verba tollunt oẽ
dubiũ: quia ſi verba illa, quibuſcunq; ſucceſſoribus,
includunt extraneos, vt omnes indifferenter conce-
dunt,etiam qui contrariam partem Baldi ſequendo
tenuerũt,fatendum eſt, qđ illi extranei ſuccedant ſi-
ue maſculi ſint,ſiue feminæ,ex quo dictum eſt,ſucceſ-
37 ſoribus maſculis,& feminis. ceſſat enim ratio † du-
plicis impropri etatis, quando inueſtitura vtramq;
expreſſit,ideſt vocauit extraneos tam feminas quam
maſculos;& in claris non egemus coniecturis,l.con-
tinuus,ff.de verb.oblig.& præſumptio cedit veritati,
l.cum de indebito,de prob. Accedat,quod illa verba,
ſucceſſorib. maſculis & feminis quibuſcunq; eſſent
omnino ſuperflua,niſi ẽt extranea mulier admittere
tur,quia ſupra fuerant vocati liberi maſculi, & femi
næ Dom.Hieron. Ideo ſequentia verba ne ſint ocio-
ſa, contra l.ſi quando, ff.de legat.1.& Bald.in Rubr.
C.de contrahen.empt.in q.9.includere debent femi-
nam penitus extraneam, cum de agnata femina ſu-
pra fuerit diſpoſitum,poſſent hic multa citari ad pro
bandum,quod euitanda eſt ſuperfluitas.

Quod vero dictum fuit ex aduerſo, non inſpicien
dam eſſe inueſtituram conceſſam Dom.Hieronymo,
ſed aliàs conceſſiones factas Dominis Ieſſelinis, qui
feudum hoc poſſidebant,& poſtea vendiderunt Do-
mino Hieronymo,poſſet procedere quando inueſti-
tura conceſſa Dom. Hieronymo eſſet ambigua, non
autem clara & explicita, quia tunc reciperet inter-
pretationem ab ea, quæ fuit authoribus conceſſa,&
ſeu à iure communi feudorum, vt inquit Calder.tit.
de feud.conſil.11.col.1.in fine,ver.licet ergo,vbi ſim-
pliciter,&c. quem ſequuntur alij citati ſupra in ver.
tertio reſpondeo. at vbi feudũ fuit ſub certa forma,
vt hoc caſu conceſſum,non attenditur authorum in-
ueſtitura,ſed forma conceſſionis quæ facta fuit nouo
acquiſitori: quia, vt dictũ eſt loco prędicto, feudum
recipit formam ex conuentione, & ex ſe nullam ha-
bet determinatam naturam, & recipit etiam pacta
inſolita: quinimo, etiam ſi feudum certæ eſſet natu-
38 ræ,magis attenditur tenor,& forma † inueſtituræ,&
& conceſſionis,quam feudi natura, c.1.de duob.fra-
tribus à Capitan. inueſtit.quem text. Bald. ibi dicit
eſſe egregium, & notandum perpetuo, quod tenor
inueſtituræ deroget omni feudorũ naturæ. Ad idem
eſt tex.in cap.1.in fi.de feud.ſucceſſ.& dicit Martin.
Laud.in cap.primo,qui feud.dare poſſ.hanc eſſe ma-
ximam in feudis,vt inſpiciamus inueſtituram,quia
derogat iuri feud. & dicit Bald.in conſil.207. col.2.
num.2.vol.2.verſic.nam potius inſpicitur,quod ma-
gis attendimus verba inueſtituræ quam generalem
feudi naturam:quia natura eſt genus,pactum autem
eſt ſpecies, & generi per ſpeciem derogatur. Iaſ.in
prælud.feud.num.98. & ſeqq. vbi ait, quod attendi-
tur inueſtitura,& quod per eam feudum declaratur,
quod inſpicimus qualitatem verborum, quod verba
ſunt forma contractus,& dant eſſe feudo. & Bald.in
cap.1. qui feud. dare poſ.inquit,quod pactum trahit
feudum extra naturam feudorum. Paris de Put. de
feud. reintegr. cap. 229. num.2. & cap.237. num.8.
Affl.in deciſ.265. num.102. & ſeq. Curt.iun.in tract.
feud.in prima part. q.6.verſic. poſtremo,vbi ſubdit,
quod in materia feudorum non conſiderantur quia
ſint pacta, ſed qualiacunq; ſint ea attenduntur, e-
tiam ſi ſint contra feudi naturam. Bero.in conſil.79.
numer.5.& ſeq. vol.1.latiſſimè Neuizan. in conſil.9.
numer.3.& ſeq.Iaſ.conſil.9.col.2.num.3.ver.ſed præ-
miſſis,inter conſilia Bruni,vbi dicit,quod tenor feu-
dalis inueſtituræ potentior eſt omni tacita feudo-
rum natura,& non reſtringitur,ſed declaratur,prout
verba ſonant,quia per pacta recedimus à ſolita feu-
di ſubſtantia.Roland.in conſil.16. numero decimo,
& ſeqq. vol. 8. Caph. in conſil.173.numer.14. & ſeq.
Dom.Becius in conſil.28.num.12. conſil.88. numer.
26.conſil.101.num.20.Sola in dicta conſtitut.in glo.
3.par.in princ.

Et vt res clarior eluceat, ſciendum eſt, quod feu-
dum de quo agimus, eſt nouum in familia de Mala-
bailis, licet foret antiquum in familia de Ieſſelinis:
nam Domin.Hieronymus non erat ad illud vocatus
ex prima inueſtitura, nec aliquo modo potuiſſet ex
illius forma ſuccedere in hoc feudo, ſed illud habuit
39 ex titulo emptionis,ideo dicitur nouum,† vt proba-
tur in l.ſi à me,vbi per Bartol.& alios, ff.ad leg. Falc.
ita tenet Aret. in l.ſi mihi & Titio, col. penult. ff. de
verbor.obligat. vbi dicit, quod noua cauſa producit
nouum effectum, & quod contractus ſi fit cum noua
perſona, quæ non erat incluſa in primæ inueſtitura,
dicitur nouus. ſequitur Iaſ.ibi,nu.12.ver.ſed aduer-
te clare. Alexand.in conſil.28.numer.1.volum.5.vbi
loquitur in terminis noſtris, quando feudum per
venditionem exit familiam, & dicit, quod efficitur
nouum, Afflict.in capit.primo,num.41.de vaſall.de-
crep.ætat.& Bero.in conſil.77.numer.39.volum.1.&
ante eos hoc voluit Bald.in cap.1.num.19. an agn.vel
fil.dicens,quod noua cauſa facit nouum feudum, &
infert, quod ſi vaſallus conſentientibus agnatis refu
tet feudum Domino, qui deinde eundem inueſtiat
tamquam de nouo beneficio, Dominus in ſucceſſio-
ne præferetur agnatis,quia feudum eſt nouum,& di-
cit Oldrad.in conſil.178.nu.1.quod feudum dicitur
nouum quando non prouenit à communi parente
vaſall.& dicit Afflict.in deciſ.248.num.7.quod à Sa-

cro Conſilio feudum iudicatum fuit nouum, quod
fuerat vni legatum cum conſenſu Principis, allegat
Iſern. Bald. Caſtr. & alios, quia cauſa noua facit feu-
dum oouum. Zaſ. in tract. feud. par. 3. nu. 8. vbi idem
dicit, quando vaſallus refutauit feudum cum aguato
rum conſenſu, quia Dominus deinde illod conceden
do, efficit nouum feudum. Idem Zaſ. in conſil. 13. nu.
12. vol. 1. Natta in couſil. 615. nu. 2. Hæc enim vna eſt
ex differentijs inter nouum, & antiqnũ feudum, quia
40 antiquum † deſcendit à ſucceſſione progenitorum,
nouum autem non prouenit à ſucceſſione. ita Bal. in
l. 1. q. 4. ff. de rer. diuiſ. Iaſ. in prælud. feud. nu. 84. & ſe-
cundum Salic. in l. 2. C. de iure emphyt. col. 7. nouus
dicitur feudatarius, qui comprehenſua non eſt ſub
priori iouestitura. ſequitur Gozad. in conſil. 65. nu. 2.
vbi loqnitur in eo qui iure emptionis feudum habet,
& quod feudum ſit nouum, quod non prouenit à ſuc-
ceſſione, ſed fuit de nouo acquiſitum, voluit Dec. in
conſil. 53. nu. 2. conſil. 390. nu. 4. Cæph. in conſil. 3. nu.
10. Menoch. in conſil. 160. onm. 14. & 16. D. Becius, in
conſil. 56. num. 29. Clar. de feud. q. 8. in princ. Thom.
Marin. de feud. lib. 1. titul. de feud. ex pact. & prouid.
nouo, nu. 9. dicitur etiam in caſu ooſtro nouum hoc
41 feudum ex † pluribus alijs & præcipuè ex mntatio-
ne pactorum, vt latè videri poteſt in dec. Pedem. 23.
nu. 21. & ſeqq. & per Menoch. d. conſil. 160. nu. 10. &
Thom. Marin. num. 2. & ſeqq. vbi dicunt, feudum dici
nouum, nedum quod fuit de oouo quæſitum, & quod
non deſcẽdit à ſucceſſione, ſed etiam illud quod erat
antiquum, ſed fuit ex aliqua cauſa deuolutũ ad Do-
minum, & ſub nouia pactis iterum cooceſſum, vel
quod nemo parentum tenuit, vel quod fuit omnibus
agnatis conſentientibus Domino refutatum, & po-
42 ſtea conceſſum, vel quando pacta fueruot † aliquo
modo mntata; & quamuis aliqui dicant mutatione
perſonæ non effici nouum feudum, vt voluerunt Za-
bar. in conſil. 92. col. 1. & Ruin. in cooſil. 15. ou. 3. vol.
1. quoa ſequitur Menoch. io conſil. 104. num. 56. ta-
men loquuntur, quando feudum fuit conceſſum ei
qui erat incluſus in antiqua inueſtitura: at ſecus quã
do perſona de nouo inueſtita eſt penitus extranea,
& non comprehenſa in prima inueſtitura. ita decla-
rat Menoch. in conſil. 160. nu. 15. & dicam latius in-
fra, reſpondendo obiectia excitatis à Sola in loco in
contrarium allegato.

Stante autem hac propoſitione, quod feudum at-
teuta emptione eſſet nouum in familia Malabaila,
iofertur, quod potuit Princepa concedendo inueſti-
turam D. Hieronymo, apponere quæ voluit pacta:
43 quia † in traditione rei ſuæ poteſt quilibet appone-
re legẽ quæ ſibi placet, l. in traditionibus, ff. de pact.
Zabar. in Clem. quia contingit, in 11. notab. de reli-
gioſ. dom. Bal. Anchar. Crau. & Natta, quoa citat D.
Becius in conſ. 101. nu. 25. & in propoſito, quod con-
44 cedens feudum poſſit quam vult legem feudo † im-
ponere, probat Affl. in c. 1. §. feudum, ea l. in 5. not. nu.
7. ſi de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. & ma
gis clarè dicit Paris de Put. de reintegr. feud. c. 237.
nu. 7. & ſeqq. quod vbi feudum eſt penes dominum,
poteſt illud concedere ſub quibuſuis pactis, & eſt in
eius facultate bona reſtringere, & reducere ad aliã
formam, quam ea ſit ſub qua primum fuerant conceſ
ſa, quia nulli facit præiudicium. dicit etiam Lofred.
in conſ. 38. nu. 5. quod eius eſt feudo legem impone-
re, qui feudum tradit, ſequitur D. Bec. d. conſ. 101. nu.
26. quare cum feudum in perſona D. Hier. eſſet nouũ,
potuit Princepa concedendo nouam dare formam
licet diuerſam a prima, & dicit Bal. c. 1. nu. 19. in fi. an
agna. vel fil. quod Domious feudum refutatum põt
concedere tanquam nouum, & tanqnam antiquum.

Tollitur ergo, quod dictum eſt, formã primæ inue-
ſtituræ non poſſe mutari, & primam inueſtiturã eſſe
attendeodã: quia procedit quo ad prę iudiciũ eorum,
qui erãt vocati ex prima inueſtitura, & quibua ex ea
ius erat quęſitũ, quia in eorum perniciẽ nõ mutatur,
45 nec alteratur inueſtitura. At ſecua quoad eos † qui-
bus non erat ius aliquod quæſitum, & qui non erant
vocati, qoia fieri poteſt omnis mutatio. ita poſt Gul.
de Perno reſoluit Crau. in Reſp. pro gen. nu. 327. qui
inquit hoc caſu non eſſe ſtandũ priori inueſtituræ, &
inter eos hoc etiam voluit Ruin. in conſ. 213. num. 6.
vol. 1. ver. ad iſtud reſpondetur, & ou. 9. ver. & per prę
dicta, vbi inquit licentiam alienandi impetratã poſt
conceſſionem, non præiudicare ijs, qui ex prima inue
ſtitura erant vocati; at ſecua quando fuit conceſſa
tempore conceſſi feudi, ea enim ioformat feudum.

Sed & ſecundo reſpondeo, feudi naturam mutari,
vel alterari nõ poſſe in præiudicium ſucceſſorum qui
ſunt vocati ex prima iouestitura, & quoad illos pri-
ma eſt attẽdeuda, ſed in præiudicium Principis mu-
tationes vaſalli recipieutia, & qui mutationi conſen
ſit, ſuſtinetur immutatio, & non prima, ſed poſterior
atteoditur inueſtitura; qui enim dicunt id fieri non
poſſe, mouentur ratione præindicij, quod infertur
46 tertio: ea vero ceſſante, † debet ipſa quoq; ceſſare de-
ciſio. ita in ſpecie Crau. io d. Reſp. pro gen. nu. 328. in
prę iudicium autem ipſorum commutantium ſuſtine
tur alteratio, vt per Bal. in conſil. 215. nu. 4. vol. 2. qui
dicit, quod concurrente poteſtate, ac voluntate paci-
ſcentium, feudum aſſumit nouam formam, & depo-
nit vetuſtam, licet tertio id non præiudicet, & quoad
Principem immutantem. Hoc innuit clarè Bald. in l.
voica, nu. 31. in fin. C. quando non peten. par. dum di-
cit, quod concedens videtur transferre ius quod ha-
bet, & non eſt dubium, qnod qui conſentit nouæ inue
ſtituræ ſibi præiudicat, tit. quib. mod. feud. amitt. §. fi.
Iac. Ardiz. in Sum. tit. de ſucceſſio. feud. col. 3. verſic. ſi
vero expreſſim. Oldr. io conſil. 178. nu. 3. vbi dicit ta-
citum etiam conſenſum nocere agnato, & dicit Bal.
& poſt gl. in c. 1. de eo qui finem fecit agnat. nu. 1. in fi.
quod feudum poteſt fieri nouum in præiudicium re-
futantis, & idem Bald. poſt gl. in c. 1. nu. 19. an agnat.
vel fil. dicit, quod Dominus in ſucceſſione præfertur
agnato, qui conſenſit feudum effici nouum, & quod
efficiatur nouum in præiudicium eorum qui conſen-
tiunt, voluit Iaſ. io conſil. 24. nu. 19. vol. 3. Prępoſ. in c.
1. col. 2. ver. aduertendum eſt, de vaſallo decrep. ætat.
Iacob. in ſua inueſt. in ver. dictiq; vaſalli promiſerũt
recognoſcere, num. 13. in fi. & poſt Caſtr. dicit Dec. in
conſ. 185. nu. 3. & in conſ. 193. ou. 4. quod feudalis na
tura poteſt alterari de conſenſu partiũ, licet non ad
prę iudicium tertij. Cęph. io conſ. 30. nu. 29. & ſeq. vbi
ait, quod ij, qui contraxerunt non poſſunt venire coo
tra factum propriũ, l. poſt mortem, vbi Bar. ff. de ado-
ptio. alios addit Oſaſc. dec. Pedem. 23. nu. 23. qui in-
ter alia citat id qđ dicimus de agnato, qui ſecũdum
notata in §. Titius, ſi de feud. fuer. coutrou. conſenſit
alienationi, & quod immutatio ſuſtineatur in prę iu-
dicium Principia, probat Ruin. in conſil. 20. num. 7.
vol. 1. vbi dicit hoc fortius procedere, licet facta ſit
relatio ad inueſtituras antiquas, quia per hoc nõ re-
ſtringitur noua conceſſio, ſed augetur; ſequitur Sola
d. conſt. gl. 3. p. nu. 7. ex quibus liquet, valere immuta
tionem inueſtituræ antiquæ in præiudicium contra-
hentium, quod ſi prædicta ſunt in renouationib. quæ
fiunt inter vocatos ex prima inueſtitura, quando feu
dum cõtinuatur in eadem familia, multo magis vẽ
dicabunt locum, quando ex noua cauſa feudum exit

illam

illam familiam,& tráſit in aliam,vt in caſu noſtro,&
ſanè cum in mutatione inueſtituræ duorum tantum
intereſſe verſatur,negari non poteſt,quin hoc caſu iu
re fieri potuerit,vtriuſque cõſenſu cõcurrente,Princi
pis ſcilicet, & vaſalli, quo enim ad illos de Ieſſelinis,
non poſſunt conqueri de mutatione, quia ex quo ven
dendo fecerunt ſe à feudo alienos, deſijt ſua intereſ-
ſe; quo vero ad agnatos Dom.Hieronymi Montafræ
noui acquiſitoris,non eſt dubitandum, quia non ex-
tant,& ſi extarent,non audirentur,quia cum ipſi non
eſſent vocati nec eis ius eſſet queſitũ, ſua non intere-
rat, quod feudum vno potius quam alio modo con-
ce deretur, & hanc vel illam reciperet formam.Facit
Clar.de feud.quæſt.8. num.5. aliter etiam reſpondet
Alciat.conſ.176.num.5.& ſeq.vbi videatur,quia con
ferunt plurimum caſui noſtro quæ ibi dicit.

Nec dicatur,quod Dux Carolus, inueſtiendo Do-
minum Hieronymum, aliter quam cõſueuiſſet feudũ
prædictum concedi,non pręiudicauerit Ducibus,qui
in eodem Ducatu ſucceſſerunt,& quod in eorum prę-
iudicium non potuerit feudum ad nouam, & Came-
ræ deteriorem formã reducere:quia reſpondeo, poſ-
ſe Principem in præiudicium ſucceſſorum in dignita
47 te alienare bona dignitatis,dum ne inde magna † ſe-
quatur diminutio.ita diſtinguit Bart.in l.prohibere,
§.planè,ff.quod vi aut clam,per cap.intellecto,de iu-
reiur.cap.Abbate ſanè, de re iud.in 6. & dicit Iſer.in
Rubr.quæ ſint regal. quod Rex,& Imperator nõ poſ-
ſunt donare omnia regni regalia,vel tanta, quæ affe-
rant coronæ magnam diminutionem, ſed vbi nõ mul
tum coronæ detrahitur,poſſunt.Alex.in cõſ.. nu.18.
& ſeq.in 5.vol.Felin.in c.1.nu.5.de probat. latè alios
citans,Iaſ.in conſ.227.nu.20.verſ.quinto fuit, vol.5.
vbi concludit,quod Princeps poteſt illa,& caſtra in-
feudare,dum tamen ſibi retineat ſuperioritatem, &
directum dominium. idem Iaſ. in conſ.1.nu.5. vol.1.
& conſ.10.nu.54.vol.3.Afflic.in §.præterea Ducatus,
in 6.not.titu.de prohib.feudi alien.per Feder.Dec.in
conſ.191.nu.1.Ruin.in conſ.91.nu.3.vol.1.Socin.iun.
conſ.60.num.5.& 53.& per totum,vol.3.Bertr.qui ex
antiquis plures citat,in conſ.45.in princ.vol.1.Ripa
in conſ.80.num.52.& ſeq.vbi tamen non meminit de
prædictis.Crauet.in conſ.54.num.5. Didac. in rep.c.
quamuis,§.2.in 2. part.num.4. verſ.quæ omnia intel-
ligenda ſunt,de pact.in 6. Alba in conſ.67.nu.1. & 5.
dicens,quod Princeps per ſuum contractum obligat
ſucceſſorem, niſi tendat in nimium dignitatis detri-
mentum.Natta in conſ.125.num.2.conſ.640.num.8.
Cæph.in conſ.155.num.34.deciſ.Pedem.139.per to-
tam,& præcipuè num.51.D.Bec.in conſ.15.nu.53.At
non fuit Ducalis dignitas diminuta, licet aliter feu-
dum prædictum fuerit D.Hieronymo conceſſum quã
antiquæ inueſtituræ loquerentur: quia ipſi Principi
reſeruatur ſuperioritas & directum dominium, in
quemcunque feudum tranſeat.

Et parum mouet quod dictum fuit,feudum in per-
ſonam noui acquiſitoris retinere primæuam naturã,
vt poſt Bero.d.conſ.77.nu.45.volum.1.voluit Sola in
contrarium allegatus,ſuper Decreto yolant,p.2.glo.
4.num.14. quia reſpondeo, poſſe eorum dictum pro-
cedere, quando nouus acquiſitor erat de vocatis in
inueſtitura antiqua: at ſi foret penitus extraneus, &
veniret ex nouo,& diuerſo iure,vt,quia emit,vel alio
titulo acquiſiuit, tunc non attenditur antiqua inue-
ſtitura,ſed noua: quia Princeps eo caſu poteſt dare
nouam formam in conceſſione quam facit extraneo
acquiſitori, ſecundum Afflict.Pari.de Puteo,Lofred.
& Dom. Becium, quos ſupra citaui, verſicu. & vt res
48 clarior, in fine,& in terminis ita † declarat Ruin. in
conſ.15.nu.12. vol.1.& ibi nu.10.ver. quòd non poſ-
ſit, reſpondet aliter, dicens, contrarium procedere,
quando tam concedens quam recipiens habuiſſet
ſcientiam antiquarum inueſtiturarum, quæ tamen
non præſumitur, & ipſe dicit. & licet Bero. d.conſi.
77.loquatur etiam in nouo acquiſitore, tamen eius
dictum ſuſtineri non poteſt,& Bar.in Auth.Qui rem,
& Alex.in conſ.5.num.7.ver.ſeptimo ſi res,volum.5.
quos ipſe allegat,loquuntur in cõceſſione facta à pre
lato, qui non poteſt aliter quam ſecũdum antiquam
formam concedere feudum,ideo vt actus valeat,con
ceſſio reſtringi debet, ſecundum primam inueſtitu-
49 ram: at ſecus eſt in Principe, † atque ita deciſ.Bero.
remanet,& authoritate deſtituta,& contra eam ſtat
quoque conſ. Ruin.50. num.7. vol.1. vbi vult, quod
conceſſio facta cum nouis pactis, non reſtringatur,
etiam ſi fiat poſtea relatio ad antiquas inueſtituras,
quia ea relatio ſtat augmentatiuè, non reſtrictiuè.
Sola d.glo.3.par. nu.8.

Dici etiam poteſt, quod in nouo acquiſitore feu-
dum ſeruet antiquam, & primæuam naturam, quan
do fuit ſimpliciter cõceſſum,& non ſub determinata
forma,quia intelligitur ſecundum morem conceden
tis,& ſecundum feudi naturam facta conceſſio in ca
ſu dubio,vt latè per Bero.d.conſi.77. num.27. & ſeq.
Menoch.in conſi.148.nu.11.D.Bec. conſ.101.nu.22.
ſed vbi ſub certa forma datur, tunc non attenditur
50 antiqua, ſed noua † conceſſio, ita declarat Cald. d.
tit.de feud.conſ.11.verſ.licet ergo, & hoc innuit in l.
liberti, libertæque,nu.31.C.de operis lib.vbi ait, qđ
feudum præſcriptum vel ſimpliciter ſine certo pacto
conceſſum,intelligitur ſecundum ius,& conſuetudi-
nes feudorum,quaſi dicat ſecus eſſe, quando fuit da
tum ſub certa forma.ſequitur Alex.in cõſ.15.nu.8.
verſ.per prædicta,vol.5. & ita loquitur Bero.in conſ.
65.num.43.vol.1.& hoc modo loquitur Sola in locis
contrarijs, dum vult, quod emens, vel aliter acqui-
rens feudum debet inueſtiri ſecundum formam præ
cedentium inueſtiturarum,ſed non dicit,quod Prin-
ceps non poſſit in aliam formam inueſtire, & quod
aliter facta non valeat: quia hoc eſſet falſum, quia
& poteſt aliter concedere, & conceſſio eſt valida, vt
dicam ſtatim.

Ad id vero quod emptor ſubrogetur loco priorũ
poſſeſſorũ; reſpõdetur,quod,vt dictum eſt,etſi ſubro-
gatio cenſeatur in dubio facta cũ eiſdem qualitati-
bus,tamen procedit,quãdo ſubrogatio facta eſt ſim-
pliciter, & indefinitè; & qñ in ſubrogatione eſt ex-
51 preſſa noua qualitas, † non attenditur antiqua for-
ma,ſed noua. Bar.in l.1. §.hæc actio,col.1.ff.ſi quis te
ſtamen.liber.eſſe iuſ.fuer.qui dicit regulã ſubrogato
rũ non habere locũ in ijs quę in ſpecie ſunt aliter ex-
preſſa in ſubrogatione, & in terminis de feudo lo-
quendo, ita reſpondet Bero.in conſ.71. nu.45.vol.1.
addo quod hanc limitationem probat Soc.in l.1.nu.
59.ver.ad iſtud reſpondetur,ff.ſi quis caut.Alex.in l.
1.nu.90.ff.de offic.eius.Iac. Nig.l.mandatam,ff.eo.&
quando in ſubrogato eſt qualitas diuerſa ab ea,quæ
inerat primo poſſeſſori,non procedit regula ſubroga
tionis.Caſtr.conſ.73.in fi.vol.1.Alex.in conſi.106.nu
me.17.vol.3. Natta in conſ.638.nume.41.alios citat
D.Becius in conſ.101.num.59.at in familia de Mala-
bailis feudum eſt nouum,& prouenit ex noua cauſa,
& titulo, ideo non mirum ſi in totum nõ ſubrogatur
familiæ Ieſſelinæ, in qua feudum eſt antiquiſſimum,

Similiter,quòd inquit Dec.in conſ.53.feudum re-
nouatum dici antiquum, non obſtante renouatione
procedit, quando renouatio fit vigore præcedentiũ
antiquarũ inueſtiturarum proximioribus, & agna-
tis,

Digitized by Google

tis, in quibus durant reliquiæ antiquæ inueſtituræ,
& quando fit ex neceſſitate,& ita ibi loquitur: aliud
tamen eſt quando fit extraneo ex mera voluntate nõ
ex neceſſitate. ita in propoſito diſtinguit Ruin.in cõ
ſil.15.num.11. volum.1.non omitto tamen, quod feu
dum eſſe nouum tenuerũt Paris de Put.& Rim.quos
ſequitur D.Amad.de Ponte in tracta. Laudim.q.12.
col.3.in fine.

Alciat. autem d.conſil.170.num.3.licet dicat feu
dum emptum dici antiquum quoad dominum, ta-
men allegat Brun.in conſ.108.nu.27. qui hoc non di
cit, ſed loquitur quando quis emit rem, & deinde il
lam facit feudalem, inquit enim, quod tunc feudum
non dicitur emptitium, ſed termini noſtræ quæſtio-
nis ſunt diuerſi.Ad doctrinam Bart. in Auth.Qui rẽ,
fuit reſponſum,quod procedit in prælato, qui nõ po
teſt aliter concedere, ſed aliud eſt in Principe, qui
poteſt pro libito inueſtire, pro quo facit: quia etſi
prælatus nõ poſſit nouum feudũ ita concedere quod
ſapiat naturam antiqui, tamen hoc facere poteſt
Princeps,Iaſ.latè in cõſ.136.vol.4. & quod Princeps
poſſit de feudo liberè diſponere,ponit Clar.de feud.
q.8.nu.2.in fi. Dominus autem Amad.de Pont.Lau-
dim.quæſt.12.non dicit quod feudum remaneat an-
tiquũ, quando venditur cum domini conſenſu, ſed
latius diſtinguit vt per eum.

Vltimo non obſtat, quod non credatur ſecretario
de cõmiſſione ſibi facta à Principe, quia reſpondeo,
contrariũ in præſenti facto eſſe verum: nã notarius
quidquid ponit in inſtrumento cenſetur de volunta
52 te † partium ſcripſiſſe.Bal.in l.errore, col.1. C.de te-
ſtamen.Cur.ſen.conſ.49.recolendę, num.75. & dicit
Bal.conſ.263.nu.2.in fi.vol.1. non eſſe rationabile di
cere quod ſint verba notarij:quia notarius præſumi
tur ea ſolum ſcripſiſſe. Rom.conſ.179.nu.6. dicens,
quod ſcripta à notario præſumuntur prius à partib.
prolata.Alex.in conſ.5.nu.7.vol.3. Dec.in conſ.413.
num.9.conſ.450. num. 1. & fuit originalis concluſio
gloſ.in l. ſciendum, ff.de verb. oblig. quam dicit ſin-
gularem Bald.in l.1.in fi.C.de priuil. dot. alios citat
Iaſ.d.l.ſciendum, nu.35.Alciat.in tract.præſump.re-
gu.3.præſumpt.13.nu.2.Neuiza. qui multos citat,in
conſ.28.nu.14.Cephal.conſ.179. nu.25. Menoch. in
conſi.37.nu.154. & in conſ.87.num.49. dixi in conſi.
129.nu.21.creditur enim notario in ijs quæ pertinẽt
ad eius officiũ.Bar.in l.ſi librarius,ff.de reg.iu. Ruin.
in conſ.159.nu.16.vol.3.Bero. conſ.129.nu.9. vol.2.
dixi in conſ.7.num.47.& in terminis quod credatur
notario circa formam inueſtiturę conceſſæ,quod ni-
hil ſcripſerit niſi è partium voluntate manauerit,vo
53 luit Iaſ.in longe fortioribus† terminis,in conſi.136.
num.19.vol.4. vbi dicit illa verba vt ſapiat naturam
feudi antiqui auiti, & paterni, præſumi dicta à par-
tibus,quando inſtrumentum eſt factum pręſente,au
diente,& intelligente Principe, & notarius ponit in
fine clauſulam,de quibus omnibus,& ſingulis,&cet.
idem voluit Cur.ſen.in conſ.49. Memoriæ recolẽdę,
col.54.vet.dum autem vltimo loco.Dec.in conſ.185.
nu.9.vbi loquitur de inueſtitura conceſſa à Duce Sa-
baudiæ. Cum ergo inueſtitura conceſſa D. Hierony-
mo fuerit coram Principe lecta,& publicata,ea pro-
bat omnia contenta, & notario creditur atteſtanti
ſcripſiſſe de mandato Principis, poſſem pro cõfirma
tione allegare,quod creditur notario dicenti ſe fuiſ-
ſe rogatum: contraria vero procedunt, quando no-
tarius atteſtatur de his, quæ ad ſuum officium non
pertinent,& de quibus non fuit rogatus à partibus.

Hæc deberent ſufficere, ſed audio etiam aliqua
excitari à fiſco, & primum, quod inueſtitura facta
Domino Ludouico filio Dom. Hieronym. refert ſeſe
ad antiquas, dum dicitur,his modis, & formis, qui-
bus ſui anteceſſores fuerũt inueſtiti; ſed hoc tollitur
faciliter,quia relatio non debet intelligi facta ad in-
ueſtituras Dominorum de Ieſſelinis, ſed ad proxi-
mam,conceſſa Domino Hieronymo patri: quia ſem-
54 per relatio fieri debet ad proxima, † l. talis ſcriptu-
ra,§.vltimo,ff.de leg.1.Soc.in conſ.140.nu.4. vol.1. &
cum antiqua inueſtitura fuerit alterata per ſequen-
tem, non poterat relatio adaptari ad eam, ideo non
debet referri ad antiquã, l.1.§.lex Falcidia, ff.ad leg.
Falcid.Alexan.in conſ.81.nu.11.volum.6.& cum an-
tiqua fuerit abrogata per nouam, l.pacta nouiſſima,
C.de pact.& ponit Dom. Amad. de Ponte in tractat.
Laudim. quæſtio.12. & dixi ſupra, quod relatio non
55 debet†ad ea intelligi. facit glo.in cap.venerabilem,
de electio.quæ vult,quod curans ſeruare ſtatuta,non
intelligatur de correctis,& in cap.2.de iureiur. tit.6.
ſimiliter iuramentum præſtitum de obſeruando ſta-
tuto, non refertur ad abrogata, vel quæ abierunt in
deſuetudinem,glo.Bar.& alij,in l.ſi quis priore,ff.ad
Trebell. Ripa in conſ.2. num.4.Natta conſ.19.nu.8.
Roland.de lucro dotis, quæſt.99. nu.7. & in conſ.99.
nume.7.volum.2. idem voluit Caccialup. in l.omnes
populi,nu.175.ff.de iuſt. & iure. Præterea dixi ſupra
ex Ruin.conſ.20.num.7.vol.1. & Sola d.glo.3.par.nu
me.8.quod vbi inueſtitura continet noua pacta, licet
referatur ad antiquas,tamen non cenſentur correcta
pacta,quæ vltimo loco fuerunt addita.Ita ergo,ſi re-
latio intelligatur facta ad antiquas inueſtituras,de-
bet intelligi quoad ea, in quibus illa non contradi-
cunt vltimæ,& eo modo quo poteſt adaptari,vt in ſi-
mili dicit D.Bec.conſ.101.num.78.

Eodem modo ſatisfit clauſulæ quæ continetur in
antiquis inueſtituris Dominorum de Ieſſelinis,dum
dicitur feudum concedi pro hæredibus, de more ta-
men patriæ capacibus: quia, vt dixi,non ſunt atten-
dendæ illæ inueſtituræ abrogatæ, ſed noua; quæ fuit
conceſſa Domino Hieronymo,quod ſi etiam antiquæ
eſſent attendendæ adhuc non obtineret fiſcus, niſi
probaret de more patriæ vxorem eſſe feudi incapa-
cem: quia hoc eſt fundamentum ſuæ intentionis, vt
eſt cauſa excluſionis: alias enim mulieres ſecundum
conſuetudinem non ſunt incapaces, & decretum non
56 ſe refert ad ius feudorum, ſed ad † conſuetudinem
patriæ.ita determinat Iacobin.in ſua inueſtit.in ver.
& hæredibus quibuſcumque,num.3.in fine. Alciat. in
conſ.176.num.7.Purpur.conſil.225.num.2.deciſ.Pe-
dem.26. num.19.quos omnes citat, & ſequitur Sola,
d.gloſſ.3.par.num.10.

Maximum etiam fundamentum conſtituitur con-
tra Dom.Fauſtinam ſuper quibuſdam decretis pro-
hibentibus bona patrimonij infeudari,& quãuis tu-
to verba fieri non poſſint, ex Decreto non viſo, ſi ta-
57 men,vt intelligo,non fuit vſu receptum,de eo†nõ eſt
curandũ:quia lex vſu nõ recepta non ligat,c.in iſtis,
§.leges,diſtin.4.glo.Abb.& alij,in c.1. de treg.& pa-
ce,vbi latè Fel.Soc.in l.ſi filius eius,num.7. vbi Iaſ. in
vlt.notab.ff.ſi cert.pet.Alex.in cõſ.132.vol.1.multos
citans in cõſ.58.nu.9.& ſeq.addo Dec.in conſ.96.nu.
15.qui idem dicit in Priuilegio,Decreto,& Sentẽtia.
Reſpõderi etiam poteſt quod Decretum prædictum
non potuit imponere legem ſucceſſori in Ducatu:
58 quia par†in parem non habet imperium,c.innotuit,
de elect.l.nam magiſtratus,ff.de arbit.& in terminis,
quod Princeps ſucceſſor non ligatur cõſtitutione an-
receſſoris, probat gloſſ. in l.digna vox, C.de legibus.
& in titu.de pace Conſtant.in verſicu. priuilegia, ſu-
per verſic. obſeruentur.& dicit Ioan.Monach.in cap.

licet Romanus, de conſtit. in 6. quod Papa, & Imperator poſſunt quidem imponere ſibi legem per clauſulam derogatoriam, ſed non ſuis ſucceſſoribus. ſequitur Bal. in tit. qui feud. dare poſſ. in princ. nu. 24. vbi allegat etiam Io. Andr. & ad hoc citaui infinitos in conſi. 47. nu. 11. & ſeqq. licet aliud ſit, quando trãſigendo Princeps cũ ſubditis ſuis obligat ſucceſſoré: quia tunc aliud eſt, ſed nunc agimus de lege, non de contractu. Reſponderi etiam poteſt, quod ea conceſſio facta Do. Hieronymo, non poteſt dici alienatio eo modo, quo fortè decretum conſiderat: quia cum iam feudum prædictum eſſet penes DD. Ieſſelinos, inueſtiendo poſtea Dom. Hieronymum, videtur feudum quodammodo continuatum, quo ad Principẽ, & hoc eſt quod dicit D. Amad. de Ponte, d. quæſtio. Laudim. 12. facit, quod dicimus de Prælato, qui etſi non poſſit alienare, tamen poteſt in feudum concedere res ſolitas infeudari, cap. 1. de his qui feu. dare poſſ. latè Clar. de feud. q. 13. Rodoan. in tract. de bon. Eccleſ. non alien. in Rubr. de caſibus quibus fit alien. ſine ſolen. verſ. item alio caſu, nu. 1. Phanuc. de dote, glo. 10. num. 28. Et hæc ſufficiant pro decreto prædicto, quod ego non vidi.

Concludo itaque feudum prædictum ſpectare ad Dominam Fauſtinam, & potuiſſe à marito relinqui non obſtante decreto prædicto, atque ita iuris eſſe exiſtimo, ſaluo tamen ſemper ſaniore iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum inducere poteſt, quod pater teneatur pro filio, & vxor pro marito.*
2 *Debitores plures vbi dicuntur obligati, intelligitur vnumquemque pro virili obligatum eſſe.*
3 *Obligatio ſolidi non inducitur niſi expreſſè actum ſit.*
4 *Acceptatio cenſetur facta cum ſuis qualitatibus.*
5 *Redhibitoria non datur pro vitio manifeſto, & patenti.*
6 *Satisfactus cenſetur, qui acceptat nomen debitoris in ſolutum.*
7 *Nomen debitoris vendens, vel dans in ſolutum, tenetur præſtare, quod ille ſit debitor, & obligatur ad ſolutionem non quod ſit ſoluendo.*
8 *Teſtes examinati parte non citata non probant, nec in ciuilibus, nec in criminalibus.*
9 *Societas non præſumitur, ſed eſt probanda.*
10 *Societas tacita, vt ex actibus inducatur, requiritur quod actus illi fieri non potuerint alio nomine, vel ex alia cauſa quam ſocietatis.*
11 *Filius habitans cum patre præſumitur acquiſiuiſſe de bonis patris.*
12 *Iudæi habent filios in poteſtate.*
13 *Filius quicquid acquirit, acquirit patri.*
14 *Qualitatem à ſtatuto requiſitam probare debet, qui eo vult vti.*
15 *Venditor tenetur præſtare omnia quæ aſſeruit in vẽditione.*
16 *Relatiuum, quos, non ſolum refert ſubſtantiam, ſed etiam omnes qualitates.*
17 *Hypothecam habens præfertur omnibus habentibus ſolam perſonalem etiam priuilegiatam.*
18 *Obligatio expreſſa magis afficit, quam tacita.*
19 *Pario ſunt aliquid non facere, & minus legitimè facere, vel alio modo quam deberet fieri.*
20 *Creditor dicitur ille, qui alterius fidem ſecutus eſt.*
21 *Fictio eſt indubia falſitatis pro veritate aſſumptio ex aliqua iuſta cauſa.*
22 *Fictus caſus tunc ſolum includitur in promiſſione, quando agimus de vitanda falſitate.*
23 *Verba intelligi debent verè, & propriè.*
24 *Verborum ſignificatus reſtringitur ex adiũctis qualitatib.*
25 *Qualitas adiecta reſtringit, et actũ ĩ diuerſa ſpecie reponit.*
26 *Copulatorum concurſus eſt neceſſarius.*
27 *Iuramentum suppletiuum non ſufficit, vbi requiritur legitima probatio, vel liquido.*
28 *Conſortij nomen ſignificat ſocietatem, & participationem in dominio rerum.*
29 *Stipulationes tot ſunt, quot ſunt res in ſtipulationem deducta.*
30 *Intentio partium qualis fuerit declaratur ex ijs quæ poſtea fiunt, vel dicuntur.*
31 *Defendendi obligatio eſt indiuiduo.*
32 *Venditia plurium rerum non poteſt pro parte tantum approbari.*
33 *Datio in ſolutum in totum reſoluitur ſi pro parte res euincatur.*
34 *Datio in ſolutum ſi ſit pro parte nulla, vel vitietur, in totum corruit.*
35 *Solutiones particulares non tenetur creditor recipere.*
36 *Retrahere non poteſt vicinus vnam ex duabus rebus creditori datis in ſolutum diſtincto precio.*
37 *Emens ſcienter rem alienam agit de euictione, quando eã expreſſè eſt ſtipulatus.*
38 *Fugitiuum ſeruum ſcienter emens ſi ſtipulatus eſt eum non eſſe fugitiuum, agit ſi aufugiat.*
39 *Euictio ſecuta culpa emptoris eſt præſtãda, quando in eum caſum emptor eſt ſtipulatus.*

CONSILIVM CCCCXLI.

IN quadam apoca in actis producta legitur, quod Gratiadeus, Gabriel, & Leo pater, & filij, de Abolaſijs Hebræi, ſe dicunt debitores D. Dioniſij Bruturæ mercatoris Ferrariẽſis, qui nunc Mãtuæ commoratur, de libris bis mille quingentis, & vltra, duo tamen priores tantum legũtur ſubſcripti; mox Dioniſius debitor Angeli, & fratrum de Norſia Hebræorũ, dedit, & ceſſit eis in ſolutũ creditum prædictũ, & ius exigendi à prædictis Abolaſijs tam dictã quantitatẽ cum plena iurium ceſſione, & tranſlatione, & cũ promiſſione manutenendi prædictos tres veros, & legitimos debitores; poſtea dicti tres conuenti à fratribus de Norſia diuerſimodè exceperũt: pater enim recognouit apocam, ſed negauit debitum: Gabriel debitum, & apocam agnouit: Leo, & apocã, & debitum negauit; quare fratres de Norſia agunt ad reſtitutionem dictarũ librarum omnium, tanquã d. Dioniſius defecerit in promiſſione facta de eos manutenendo veros debitores: cũ vero cauſa coram me agitaretur, dubitaui, vtra dictarum partium ius foueret; videbatur enim Bruturam ſuam impleuiſſe promiſſionem, & probaſſe, quod Leo eſſet debitor, ex quo per teſtes examinatos ſatis conſtat, quod Gabriel, & Leo cum patre in eadem domo habitabant, in eadẽ ſtatione, ſeu apotheca mercaturam exercebãt, vendendo, & emendo merces promiſcuè, & indifferẽter, vnde ſuccedit Mãtuani ſtatuti diſpoſitio, qua cauetur, quod ſocius pro ſocio, filius pro patre, & vxor pro marito teneantur, quando in ſocietate, & eadem ſtatione habitant, dũmodo mercem receperint in ſtatione, de cuius ſtatuti validitate non eſt dubitandũ: quia inducere poteſt, quod pater teneatur pro filio, & vxor pro mari-
1 to, † l. 1. C. de oĩ agro deſerto, lib. 12. l. fi. C. de primipil. eo. lib. l. ſatis, C. in quib. cauſ. pign. vel hypoth. tacit. contrahat. per quæ iura ita tenuit Bart. in tracta. repræſal. in 1. q. princ. nu. 8. Bal. in l. dotis, C. de iure dot. Anch. in c. canonum ſtatuta, car. 18. ver. ſed quæro vlterius ſcriptũ eſt lege diuina, de conſtit. Abb. in cap.

Digitized by Google

cap.ex parte,in fin.de conſtitut. ſtante igitur ſtatuto, res videtur carere omni dubio: quia probatum fuit Leonẽ eſſe debitorem, ex quo tenetur ex ſtatuto pro debito contracto à patre.

Secundo, vbi non conſtaret Leonem teneri pro eo debito, non tamen ideo tota quantitas per fratres Norſias poſſet reperi,ſed ſola tertia pars,quę ad Leonem ſpectabat, & pro qua Brutura promiſerat Leonem eſſe debitorem: nam vbi plures dicuntur eſſe debitores, tunc intelligimus vnumquemque ipſorum
2 pro virili obligatum,† l.ſi fundus,§.ſi duo,ff. de pignorib. l.aliena res,§.ſi pluribus, ff.eod. tit.l.reos, §. cum in tabulis,ff.de duob.reis,l.1.C.ſi plur.vnic.ſent. Bal. in conſ.116.num.4.vol.1. Pariſ.conſil.4.num.8.vol.3. Soc.iun. conſ.52.nu.15.vol.4. infinitos ego adduxi in conſ.150. nu.34. & in dubio non inducitur obligatio
3 ſolidi,niſi expreſsè de ea actũ ſit.† glo.in l.1.§.ſi apud duos,in verſ.perueniatur,ff.depoſiti.glo.& Doct.in l. ſi paternam,C.ad Velleian. dixi in eo.conſ.150.num. 30. perinde ergo eſt, ac ſi Leo fuiſſet deſcriptus pro debitore tertię tantũ partis librarum bis mille quingentarum;& ſicuti eo caſu non probato debito teneretur Brutura pro ea ſola quantitate, ita pro ea ſola teneri debet vigore prædictæ obligationis.

Tertio cum apoca prædicta in qua Leo non legitur ſubſcriptus,fuerit à principio oſtenſa,lecta,& dimiſſa fratribus de Norſia,non poſſunt ij conqueri, quod Leo non ſit debitor: promiſſio enim intelligi debet eo modo quo cantat apoca, ideſt, quod Leo eſſet debitor vigore obligationis factę à patre & fratre,& ſibi debent imputare, ſi cum vidiſſent apocam illam acceptarunt,prout iacet: ſibi enim pręiudicarũt,quia
4 cenſentur acceptaſſe cum ſuis qualitatibus; † l. cum ab vno,in princ.ff.de leg. 3.cap.officij,de teſtam.l.qui tutelam, ff.de teſtam. tutel. alios citaui in conſil.60. nu.27.facit,quod dicimus,venditorem non teneri erga emptorem pro vitio manifeſto,& patenti,nec da-
5 ri redhibitoriam tali caſu,† l.1.§.ſi intelligatur, & l. quæritur,§.fin.ff.de ædil.edicto. Bal.in l.1.in 1. quæſt. C.eodem titu. Azo in Sum. C.eodem titu.num.24. & multa iura citaui in deciſ.146.nu.1.cum igitur oſtenſa fuerit apoca,& fratres prædicti illã acceptauerint, non poſſunt nunc opponere,quod Leo non eſſet obligatus; & hac ratione acceptationis dicunt Doctores, quod vendens nomen debitoris, vel dãs in ſolutum, videtur ſatisfacere,ita vt emptor illud acceptans vi-
6 deatur ſatisfactus. † Bald. in l.pro debito,C.de bon. author.iud.poſſid. Alex.in conſil.94.num.4.volum.3. Barbat.conſil.37.vol.1.Bec.conſil.108.num.18. Eug. in conſil.73.num.4.

Quibus tamen non repugnantibus,tandem in aduerſam veni opinionem, & ſecundum illam iudicaui, quod ſcilicet dicti fratres poſſint à Brutura principale ſuum creditum exigere, non obſtante datione nominis in ſolutum, ex quo Leo non fuit probatus debitor: vendens enim, vel dans in ſolutum nomen debitoris,quamuis non teneatur præſtare,quod ſit ſoluendo, & facere, vt dicitur,bonum, tenetur tamen præſtare ſe eſſe verè, & cum effectu creditorem, l.ſi nomen,de hæred.vel actio. vendi.vbi Bald.inquit, quod vendens,vel dans in ſolutum,non tenetur præſtare,quod ſit bonum de facto,ideſt, quod ſit ſoluendo, ſed ſolum quod ille ſit debitor, & obligatus ad
7 † ſolutionem. Ioan. Andr.ad Specul.in tit. de ceſſione actio. §.primo,verſicu.tutores,& dicit Bald.in conſil. 71.volum.3.quòd venditor tenetur conſignare veros debitores,non autem locupletes. Caſtr. in conſ.170. numer.3. verſicu. ſecundo aduertendum, vol.2. Alex. in conſil.241. in fine, volum.6. multos addit Becius, d.conſil.105.num.13.vbi ait, hoc procedere ex natura contractus,& ampliat, etiamſi adiecta ſit generalis promiſſio indemnitatis, & defenſionis,quia nihilominus non tenetur pręſtare idoneum, & ſoluendo. Eugen.d.num.3.& ſequen.cum vero Brutura non demonſtrauerit Leonem eſſe obligatum,& debitorem, conueniri poteſt: fuit enim ad id oſtẽdendum interpellatus,vti neceſſe erat,ſecundum Caſtr.in d.conſil. 170.qui vult,quod interpellatione ceſſante, vendens non teneatur. Bertrand.conſil.127.volum.7. Becius, d.conſil.105.nu.25. Eugen.d.conſ.73.nu.10. & ſi hoc procedit ex ſola natura contractus, nullo accedente pacto,multo magis obtinebit quando,vt in facto expreſſa interuenit promiſſio dantis in ſolutum,de præſtando, quod ſunt veri, & legitimi debitores, & hoc ſtante, licebit habere regreſſum contra vendentem ob pacti inobſeruantiam, ſicuti is conueniri poteſt, quando promiſit debitorem eſſe idoneum, & promiſſa non implet, ſecundum Fulgoſ. in d.l. ſi nomen. Caſtr.d.conſ.170.Becium,d.conſ.105.nu.16.vbi alios citat,& Eugen.d. conſ.73.nu.5. quod enim operatur pactũ in vno caſu,operari etiam debet in alio, ex quo vtroque in caſu eadem militat ratio.& in facto,Brutura fecit quidquid potuit, vt probaret Leonem eſſe obligatum cum patre,& fratre,licèt non obtinuerit.

Et non obſtat,quod Leonẽ eſſe debitorem, & obligatum ex eo conſtat, quia habitabat cum patre; & fratre in eadem ſtatione, & in ea cum ipſis mercaturam exercebat: quia ad hoc pluribus modis reſpondeo,& Primo,quod illi teſtes non probant, nec Leonem conueniunt obligatum eſſe: nam recepti fuere Leone non citato, ſed vocato ſolo Gratiadeo patre, & non probat teſtis examinatus parte non citata,
8 † l.iudices, C.de fide inſtrum. c.2. de teſtibus, etiam ſi eſſent mille. Aret.in conſ.165.colum.3.vel à principe ſolennitas omnis eſſet remiſſa. Boſſ.in tit. de oppoſ.contra teſtam. num.34. & quod citatio partis ſit omninò neceſſaria,vt teſtis probet, procedit, ſiue ſimus in ciuilibus,ſiue in criminalib. Marſ. in conſ.18. nu.9.Gramm.in conſ.64.nu.1.in crim.Silua.conſ.94. nu.4.cum ſimilibus. dici ergo merito poteſt,non eſſe probatum,quòd Leo ſit ſocius,ex quo probatio facta eſt illo non citato,quem tamen probatio debebat afficere, ad effectum vt conuinceretur pro obligato, & compelli poſſet ad ſolutionem de qua agebatur.

Secundo dico, quod circumſcripto quoque eo defectu,teſtes non probant,quod eſſet ſocius,ſed ſolum quod in eadem domo habitabat,in eademque ſtatione ſe exercebat, hoc autem facere poterat tanquam filius, & non tanquam ſocius, & ſocietas non præſumitur, ſed tanquam res quæ factum reſpicit eſt pro-
9 banda.† Alex.in conſ.134.vol.5.Grat.conſ.118.num. 2.vol.1. Natta conſil.358.num.4. alios citat Maſcar. de probatio. concluſ.1309. num.1. dixi in conſ.138. numer.9. & ad inducendam tacitam ſocietatem, requirũtur actus, qui citra ius,& nomen ſocietatis fieri non poſſint: nam ſi potuerunt alio nomine, vel ex alia cauſa fieri, non infertur, quod per eos vo-
10 luerint partes ſocietatem contrahere.† ita declarat Corn.in conſil.251.num.1.vol.4 Decian.conſi.96.numer.34.volum.2.Alciat.in tract. præſumpt.reg.1.præſumpt.25.num.2.Maſcar.d.concluſ.1309.nu.48. Leo autem cum eſſet filius, quamuis ſe exercuerit cum
1 patre in mercatura in eadem domo exiſtente, tamen non per hoc infertur, quod eſſet ſocius: quia id facere potuit tanquam filius in rebus paternis, non autem vt in proprijs: imò omnes actus intelligi debent facti iure familiaritatis, cum pater eſſet dominus,l.qui liſte, vbi notant omnes Doctores, ff. de acquiren.

Digitized by Google

quirend. poſſ. vbi Bartol. Imola, & Alexand. ponunt
exemplum in filio cum matre. Gozad.conſ.99. nu.7.
alios citaui in conſ. 112.num.95.& quando filius ha-
bitat cum patre, præſumitur acquiſiuiſſe de bonis pa
11 tris.† Bal.in l.cum oportet,nu.12.C.de bon.quæ lib.
Calcan.conſ.19.nu.4. Menoch.in tract.præſump.lib.
3.præſump.50. num.1. & in ea quæſt. valde laborant
Doctores, qui tamen quando non reperitur filius in
poſſeſſione præſumunt omnia eſſe paterna, vt per Me-
noch.ibi.Roland.conſil.9.per totum,volum.2.Aſcan.
Clemens,in tractat.de patr. poteſt.effect.2. num.46.
hic autem habitabat cum patre, & non cõſtat de ali-
qua acquiſitione,ergo res eſt clara,quod cenſetur ne-
gociatus de bonis paternis, & accedit quod Leo eſt
filius familias,& in poteſtate patris:nam Iudęi quo-
12 que habent filios in poteſtate,† Canoniſtæ in ca.2.de
conuer.infidel.Bal.in l.nam ciuium, ff.de his qui ſunt
ſui vel alien.iur.Anan.in cap.etſi Iudæos,colum.fin.
de Iudæis. Alexand. in conſil.71.colum.2. volum.2.
ponit Marquard.de Iudæis,in 2.part.cap.1. num.10.
& hanc dicit magis communem Socin. conſil.62.co-
lum.5.verſic.ſecundo pro hac parte,volum.1.Pariſ.in
conſil.2.num.4.vol.4.latè Aſcan.in tractat.de patria
poteſt.effect.7.num.6.ergo inter eum, & patrem non
poteſt eſſe ſocietas, quia quidquid filius acquirit, id
13 totum acquirit patri,† l.1.ff.ſi quis à paren.fuer.ma-
num.l.2.C.de patr.poteſt.§.1.Inſtit.per quas perſon.
nob.acquir.Aſcan.in d.tracta.effect.2.num.1.& con-
ſequenter cum filius patris nomine ſimul cum patre
negotiatur de patris pecunia, tunc totum acquiritur
patri, vt probant Dec.in l.illud, colum.fin. C. de col-
lat.Calcau.conſil.18.colum.8. Crauet. in conſil.165.
numer.4. volum.1.& in proceſſu ſæpe Brutura dixit,
Leonem in ſtatione ſtetiſſe tanquam filium, & ſe exer
cuiſſe paterno nomine, & tanquam in re paterna, &
propria patris, non autem communi, ideo non po-
teſt dici quod inter eum, & patrem adeſſet ſocietas,
quæ regulariter extare non ſolet inter patrem, & fi-
lium: ceſſante autem ſocietate, ceſſat fundamentum
ſtatuti, quia deficit qualitas à ſtatuto requiſita, quæ
14 tamen ab eo probanda eſt qui vtitur ſtatuto. † Bart.
in l.1.§.quod autem ait prætor,ff.ne quid in flum.pu-
blic.& in l.prætor,§. docere,ff.de vi bonor. raptor. cũ
multis quos ego citaui in conſil.45.num.14.pręcipuè
quando ſtatutum continet vnum capitulum indiui-
duum,vt ibi dixi.

Tertio reſpondeo,quod vbi etiã Leo fuiſſet ſocius,
& ſecundum ſtatuti diſpoſitionem teneretur ad ſolu
tionem debiti de quo agitur, tamen non erat obliga-
tus ſecundum formam ſcripti producti, ideſt cum hy
potheca omnium bonorum præſentium, & futurorũ,
& cum obligatione ſoluendi,remota omni exceptio-
ne iuris,& facti,& ſoluendi in pecunia numerata,nõ
in alia re, prout in eo ſcripto continetur, & prout in
inſtrumẽto ceſſionis Brutura illum aſſeruit eſſe obli-
gatum: qua aſſertione ſtante, Brutura tenetur præ-
ſtare Leonem eo modo obligatum eſſe: nec ſufficit,
quod ſimpliciter ſit ex forma ſtatuti obligatus: ven-
ditor enim tenetur manutenere,& pręſtare ea omnia
15 quæ aſſeruit in venditione,† l.ſi venditor,in princip.
ff.de actio. empt. l. qui fundum, §.qui agrum, ff. de
contrah. emptio.l.2.in princip. ff.de actio. empt. vbi
gloſſ.in verſic.ex empto,l.ea quæ commendandi,ff.de
contrah. emptio. vbi Doctor. præcipuè Curt. iun.l.ſi
quod venditur,& l.ſeq.§.ea autem ſula,ff.de ædil.edi-
cto.glo.in l.quod vẽditor,ff.de dolo,cũ infinitis ſimi-
libus. quare cum expoſuerit, Leonem obligatum in
forma illa quę legitur expreſſa in apoca,probare de-
buit rem ſic ſe habere, nec ſufficeret probatum quod
ſimpliciter erat obligatus;& vltra dictam expoſitio-
nem Brutura tenetur,quia nomina debitorum ceſſit,
tanquam ſub ea forma obligatorum,dum dicit,quod
dat in ſolutum creditum, vt apparet in eo ſcripto, &
cedit omnia iura ſibi competentia;& rurſus inferius
inquit, quos debitores idem Brutura promittit ma-
nutenere veros & legitimos debitores: illud nãque
relatiuum,quos,non ſolum refert ſubſtantiam,ideſt,
16 debitores, ſed etiam omnes eius qualitates, † ideſt,
obligatos ſecundum præſcriptam formam,l.à filio,§.
teſtator,ff.de alimen. & cib.legat.Bartol.in l. ſanctio
legum,colum.6.C.de bon.quæ lib.Caſtrenſ.in conſil.
283.nu.5.volum.1.vbi dicit,quod ſi Florentinis con-
cedantur priuilegia quibus alij quidam gaudebant,
intelligitur conceſſio ſecundum tempora, & modos
quibus alij gaudebant.Alexand. in conſil.141.num.
3.volum.2.Ruin.in conſ.15.num.8.volum.3. Gozad.
conſil.19.numer.14. vbi dicit,quod relatiuum refert
ſubſtantiuum qualificatum. Ripa in l. re coniuncti,
num.33.ff.de leg.3. Crauet.in conſil.47.verſic.quar-
to.Roland.in conſil.58.num.23.in 3.volum.& perin-
de eſt ac ſi dictum eſſet, quos debitores ſicut in ſcri-
pto continetur, obligatos, cedit, & dat in ſolutum,
&c. & promittit manutenere veros,& legitimos de-
bitores: non fuit ergo liberatus Brutura, quamuis
probauerit eos eſſe debitores; ex quo non probauit
eſſe obligatos ſecundum formam ſcripti: plurimum
autem intererat fratrũ de Norſia, quod Abolaſij te-
nerentur iuxta ſcriptum, præcipuè propter hypothe
cam & obligationem bonorum, quæ maximæ eſt vti-
litatis,& efficit, vt talis creditor pręferatur omnibus
ijs qui ſolam habent perſonalem, etiam ſi perſonalis
17 eſſet priuilegiata, † l.eos,C.qui potior. in pign.hab.
Ripa in l. priuilegia, nume.64. ff.de priuileg.credit.
vbi infert ad notabilem quæſtionẽ, & in facto caſus
ſucceſſit; quia cum ex poſt Leo ſolum verterit, & in-
ter creditores non modica orta fuerit controuerſia,
qui ſolam habent perſonalem, erunt excluſi. intereſt
etiam reſpectu clauſulæ, & renunciationis, remota
omni exceptione iuris,& facti, quæ plurimum opera
tur: æquipollere enim videtur clauſulæ, omni iuris,
& legum auxilio, de qua paſſim tractant Doctores.
demum intereſt propter expreſſam,& conuentiona-
lem obligationem, quæ magis operatur quam tacita
legalis,quæ ex ſtatuto prædicto deſcẽdit: magis enim
18 afficit expreſſa obligatio quam tacita, † l. expreſſa
nocent,vbi Dec.num.5.ff.de reg.iur.l.nonnunquam,
ff. de condit. & demonſtr. & tacita voluntas non ita
latè interpretatur ſicuti expreſſa. Crauett. in conſil.
34. num.3. vltra quod fortior videtur obligatio con-
uentionalis facta ab homine,quam ea quæ inducitur
à lege, & mitius agitur cum lege, quam cum homi-
ne,l.Celſus,vbi gloſſ.ff.de arbit.Bar.in l.amplius non
peti,ff.rem rat.haberi.probaui in conſ.97.nu.9.& di-
ſpoſitio legis facilius reſtringitur quã diſpoſitio ho-
minis. quamuis ergo conſtare poſſit Leonem fuiſſe
debitorem, tamen non conſtat quod eo modo eſſet
debitor quo continetur in ſcripto, & ideo Brutura
non præſtitit illum eſſe debitorem qualem præſtare
promiſit,& debebat:& paria ſunt, aliquid non face-
19 re,vel minus legitimè facere,† l.quoties,vbi Iaſ.ff.qui
ſatiſd.cog. Natta conſ.402.num.54.Roland.conſ.54.
num.25.& 33.vol.1.Cephal.in conſ.160.nu.11.& pa-
ria ſunt,aliud non facere,vel facere quidem, ſed alio
modo quam deberet fieri,l.1.§.quod ſi nemo, ff.quod
quiſque iur.cap.fin.de reſtit.ſpoliat.Neuiza. in conſ.
50.num.29.& non dicitur impleuiſſe,qui non imple-
uit eo modo quo implere promiſit.

Quarto, dato, vt ſupra, quod Leo ex ui ſtatuti di-
catur

Digitized by Google

catur obligatus ad ſolutionem, dico, quod per hoc
Brutura non dicitur promiſſioni ſatisfeciſſe, promi-
ſit enim præſtare Abolaſios omnes veros, & legiti-
mos debitores, Leo autem qui ex ſtatuti diſpoſitio-
ne ſolum tenetur, non poteſt dici verus debitor, ſed
fictus, ſtatutum enim fingit illum eſſe debitorem, &
illi fuiſſe traditam mercem, qui eſt in ſocietate, cum
tamen verè nihil ei ſit traditum, nec ipſe ſe obliga-
uerit, & creditor dicitur, qui eſt alterius fidem ſecu-
20 tus. † l. 1. ff. ſi cert. pet. Barr. ibi, num. 30. poſt glo. ibi.
Rom. Alex. Soc. Iaſ. Alcia. Ripa, & Niger, vbi autem
nullius fidem eſt ſecutus, non dicitur creditor, & con
ſequenter is cuius fidem non eſt ſecutus, debitor non
poteſt dici, & cum ſtatutum cogit vnum ad ſoluen-
dũ pro alio, fingit illum qui non eſt debitor eſſe debi
torem, quia fictio eſt indubiæ falſitatis pro veritate
21 aſſumptio, ex cauſa aliqua iuſta, † vt per Angel. in
l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucap. Imol. Cuma. Ro
ma. Iaſ. & alij ibi, & quatenus fictio eſt falſitatis pro
veritate aſſumptio, cõueniunt in definitione omnes
Doctores, licet in aliquibus alijs diſcordent. Azo.
Bart. Alber. Io. de Lign. Card. Floren. & multi apud
Iaſ. in d. l. ſi is, qui pro emptore, nu. 168. Alcia. in tra
cta. præſumptio. in 1. par. nu. 2. Maſcar. de probat. in
princ. quæſt. 16. nu. 1. quod ſi Leo non erat verus de-
bitor ex ſtatuto, non liberabitur Brutura, licet illum
probauerit eſſe ex ſtatuto obligatum: quia promiſit
præſtare verum debitorem, cum tamen ſtatutum il-
lum efficiat fictum, & non verum debitorem, & ver-
ba promiſſionis verificari debeant in caſu vero, non
aũt in ficto, l. ex ea, §. ſi inſulam, ff. de damn. infecto, l.
4. §. toties, ff. de damn. infecto. & tunc ſolum caſus fi-
ctus includitur in promiſſione, quando agimus de vi
22 tanda falſitate, † ſecundum Bald. in conſi. 544. vol.
1. Caſtr. in conſi. 186. col. 2. vol. 1. Crau. conſi. 9. nu. 54.
23 in ceteris intelligi debent verba verè, † & propriè.
l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exercitor. l. non aliter, ff. de
de leg. 3. probaui in conſil. 540. nu. 4. & 5. quod proce
deret ſi ſimpliciter dictũ eſſet, quod præſtaret illos
eſſe debitores, multo autem magis id obtinebit ſtan
te qualitate adiecta, qua promiſit manutenere eos
veros, & legitimos debitores; propter enim verba
adiuncta, & qualitates expreſſas, ſignificatus dictio-
nis, debitores, reſtringitur, & non omnes complecti-
24 tur. † Bart. in l. liberorum, nu. 53. ff. de verb. ſig. Bald.
in l. precibus, num. 43. C. de impuber. multos allegat
concordantes Gabr. cõſ. 135. nu. 38. vol. 1. vbi probat
ſignificationem etiã propriam vnius verbi reſtringi
ad pauciores perſonas ex adiectione verborum. Ra-
tio eſt: quia qualitas ex adiecta reſtringit, & actũ in
25 diuerſa ſpecie reponit. † Bart. in l. ſi quis poſthumo,
§. ſi filius, vbi Iaſ. nu. 51. ff. de lib. & poſthu. alios cita-
ui in conſi. 179. num. 40. hic autem duæ ſunt adiectæ
qualitates, nempè, quod ſint veri, & legitimi debito-
res, & poſitæ ſunt copulatiuè, ita, vt non ſufficiat in-
teruentus vnius, ſed vtriuſque concurſus eſt neceſſa
26 rius, † l. ſi hæredi plures, ff. de vulg. l. ſi is, qui ducenta,
§. vtrum, ff. de reb. dub. Alex. conſi. 13. nu. 14. volum. 3.
alios poſui in conſi. 45. nu. 15. ſic dicimus, quod etſi
probatio per iuramentum ſuppletiuum ſufficiat, &
ſit à iure approbata, tamen vbi requiritur legitima
27 probatio, iuramentum non ſufficit. † Iaſ. in l. admo-
nendi, in rep. num. 533. ff. de iureiurando. Marſil. in
Rubr. C. de probat. num. 81. latiſſimè Plot. communẽ
dicens in tractatu de in lit. iurand. §. 5. num. 30. vbi lo
quitur, quando requiritur liquida, vel legitima pro-
batio, & poſſem alias multas cogere authoritates, ſi
concluſio non eſſet pleniſſima.

Sed nec repugnat ſecundum argumentum, quo
dicebatur, reſolui dationem in ſolutum, tantummo-
do pro ea tertia parte pro qua tenebatur Leo, non
autem in totum, ex quo ipſorum Abolaſiorum quiſ-
que cenſetur pro virili, atque ita pro tertia obliga-
tus. Reſpondeo etenim, quod in facto Brutura ſup-
poſuit ipſis de Norſia, quod eſſent in ſolidum obli-
gati, id quod oſtenditur ex multis, & Primo, quate-
nus in inſtrumento ceſſionis affirmauit ſæpiſſimè,
Abolaſios eſſe conſortes, ideſt, ſocios, & participes
in eodem negotio, & mercatura; nihil enim aliud ſi-
gnificat nomen conſortij, quam ſocietatem, & par-
28 ticipationem in dominio rerum, † vt probat Bald.
in l. dudum, in fine, C. de contrah. empt. poſt gloſſ. ibi,
quam valdè notat Salice. in princip. & probatur in l.
1. vbi omnes Doctor. C. de conſort. eiuſd. lit. gloſſ. in
§. item ſi inter, in verſic. eius, Inſtitut. de obligat. quæ
ex quaſi contractu. cum ergo eos nominauit conſor-
tes, intellexit ſocios, qui ſtãte Mãtuano ſtatuto obli-
gantur in ſolidum, & quod ſocius non differat à par-
ticipe, & idem velit, quod particeps, probatur ex de-
ciſ. Gen. 14. num. 23. & num. 129.

Secũdo deducitur ex eo, quod in inſtrumento affir
mauit vnum eſſe creditum, quod habebat cum prædi-
ctis tribus Abolaſijs, ergo intellexit quemlibet ipſo-
rum eſſe in ſolidum obligatum, nam ſi quiſque fuiſſet
ſolum pro virili obnoxius, vtique non vnum eſſet cre
ditũ, ſed plura, quia tot cenſentur ſtipulationes quot
perſonæ interuenerunt in ſtipulando, vel promitten-
do, vt probatur in d. l. reos, §. cum in tabulis, cum alijs
iuribus in contrarium allegatis: nec conſtituuntur
plures rei debendi, ſeu credendi, niſi dictum ſit, vt per
glo. & Doctores, in l. 5. ff. de duob. reis, ſicuti dicimus
tot eſſe ſtipulationes, quot ſunt res in ſtipulatione
29 deductæ, † l. quod dicitur, la prima, & l. pluribus, in
princ. & l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig. probaui in
conſ. 150. num. 112. & ſeq. vbi plura cumulantur. cum
verò dixit vnum eſſe creditum, admittit vnumquen-
que ipſorum eſſe in ſolidum obligatum.

Tertio arguitur hoc ipſum ex proceſſu, in quo af-
firmauit Brutura multis in locis, Leonem fuiſſe tan-
quam ſocium in ſolidum cum patre, & fratre obliga
tum, & licet hæc confeſſio emanauerit poſt contractũ
dationis in ſolutum, vel ceſſionis, tamen ex his, quæ
poſtea fiunt, vel dicuntur, datur intelligi, qualis in
30 præcedentibus fuerit partium intentio, † l. ſed Iulia-
nus, §. proinde, ff. ad Macedo. probaui multis in conſ.
140. nume. 44. & in conſil. 173. num. 62. & confeſſio
poſtea facta demõſtrat, quod à principio tenuit eos
pro in ſolidum obligatis. cum itaque eos ceſſerit tan
quam in ſolidum obligatos, vtique vnius obligatio-
ne deficiente corruit ceſſio: quia obligatio ſolidi eſt
indiuidua, vt de ſe patet, alias non eſſet ſolidi obliga
tio, ſed virilis; &, vt dixi ſupra, plurimum intereſt cre
ditoris habere plures perſonas in ſolidũ obligatas,
vt per Simon. de Prę t. in conſ. 130. num. 6. & probatur
hæc indiuiduitas ex alio: quia manutenere eos pro-
miſit veros, & legales debitores, quæ promiſſio inclu
dit defenſionem aduerſus eorum negationem. obli-
31 gatio aũt defendendi eſt indiuidua, † ſecundum Bar.
in l. 4. §. Cato, in 5. quæſtio. num. 51. ff. de verbo. oblig.
& eum ſequuntur ibi Ang. Imo. Caſtrenſ. & alij, quos
citat Iaſ. num. 43. & poſt eos Butig. Alciar. & Moder.
præcipuè Bolognet. num. 208. & nume. 390. vbi dicit
communem.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiam Leo non
fuiſſet ceſſus tanquam in ſolidum obligatus, idem
eſſet, & Norſiæ non tenerentur ſtante contractu pro
alijs partibus: quia non eſt veriſimile, quod eſſent
partem tantum recepturi in ſolutũ, vt in venditione
pro-

Digitized by Google

probat tex.in l.quod autem,§.fi.& l.quod ſi vno,ff.de
in diem adiectio. Bal.in conſil.32.vol.2.vbi quod plu
rium rerum venditio non poteſt pro parte tantum
32 approbari,† l.ſi duos,ff.de contrah.emptio.vbi gloſ.
& Alber. infinitos congerit Tiraq. de retractu con-
ſang.§.23. gl.1. num.1. & ſeq.vbi ſuſtinet,quod defi-
ciente vna ex pluribus rebus venditis, reſoluitur in
totum venditio.allegat Bart.Caſtren.Alex.Aret.Iaſ.
& alios multos.Becius conſil.106.nu.49.& quidquid
ſit in venditionis contractu,hoc firmum eſt in datio-
ne in ſolutum, quod ſi pro parte res euincatur,reſol-
33 uitur in totum datio,† probat tex.in l.ſi quis aliam,
ff.de ſolutio. vbi notat Bar.idem ponit Bar.in conſil.
195. Angelotus, vol.1.& ideo ſi datio in ſolutum ſit
pro parte nulla, vel in parte vitietur,in totũ corruit.
34 † l.ſi non ſortem,§.ſi certum,ff.de condict.indeb.vbi
Bart.Fulgoſ.Caſtr.Alex.Soc.Iaſ. Cur.ſen. & alij om-
nes.Bal.in l.certi condictio,§.quoniam,ff.ſi cert.pet.
vbi Aret.Soc.& Dec.infinitos citat Tiraq.d.§.23.glo.
1.num.23.&inter venditionem,& dationem in ſolu-
tum,diſtinguit Bar.d.l.ſi quis aliam,Aret.conſil.129.
num.1.in fine.Tiraq.loco prędicto,nu.24.in princip.
& Becius in d.conſil.106.nu.49.dum ſequitur Barto-
lũ doctrinam in loco præcitato.Et ratio eſt in prom-
ptu:quia cum Norſiæ eſſent Bruturæ creditores,non
potuiſſet Brutura ſoluere per partes:quia nemo co-
35 gitur recipere particulares ſolutiones,† l.tutor,§.Lu
cius, ff.de vſur.Doctores ponunt in l.quidam exiſti-
mauerunt, ff.ſi cert. petat. ex quo multa afferunt in-
commoda,vt inquit text.in l.planè, ff.famil. hereiſc.
ergo ſi ex poſt facto aliquid ex re data in ſolutũ de-
ficiat, licebit à toto contractu reſilire, & pro hoc fa-
cit deciſio Petri de Beſut.in l.ſcire debemus, in prin-
cip.ff.de verb.oblig.vbi ait,ſi à creditore cui duæ res
ſeparatæ fuerunt diſtincto precio datæ in ſolutum,
36 velit vicinus vnam retrahere, admittendus non † e-
rit: quia ſicuti à principio creditor non tenebatur
ſuum creditum diuidere,& accipere partem,ita nec
ex poſt facto.ſequitur Iaſ.in l.ſtipulationes non diui
duntur,num.21.verſic.ad iſta etiam,ff.de verb.oblig.
Tiraq. loco ſupra relato, num.22. Igitur in propoſi-
to, ſicuti Brutura à principio non potuiſſet ſoluere
pro parte Norſijs creditoribus, ita nec poteſt nunc
dicere, volo quod datio in ſolutum ſuſtineatur pro
parte, quia obtineret poſt factum per indirectum,
quod ei directè, & à principio fuiſſet denegatum, &
hæc vltima ratio videtur mihi ponere gladium ad
radicem quæſtionis.Accedat,quod non affert credi-
tum illud tãtam vtilitatem in parte,quoad partem,
quantam affert totum pro toto,eadem enim impen-
ſa exigitur pro conſequenda parte,quę ſufficeret pro
exactione totius crediti,id quòd etiam conſideratur
à Doctoribus.

Poſtremo non aduerſatur, quod Norſiæ viderint
apocam, & legerint Leonem in ea non eſſe obligatũ.
ad hoc enim reſpondeo, quod etiamſi apocam ſic ſe
habere ſcirent, quia tamen expreſsè ſtipulati ſunt
Abolaſios ſibi prǽſtari veros,& legitimos debitores,
ſuſtinetur obligatio, & poſſunt ex vi ſtipulationis a-
gere,& excipere:id quod ex eo probo, quod etſi re-
gulariter emens ſcienter rem alienam non agat de
euictione,tamen fallit, quando eam expreſsè eſt ſti-
37 pulatus, † l.ſi fundum ſciẽs, C.de euictio.l.ſi fratres,
C.commun.vtr.iudic.Bar.in l.quemadmodum,num.
10. C. de agricol. & cenſi.libr.10. Tiraq. de retractu
conſang.§.12.gloſſ.1.num.11.Becius conſil.24. num.
34.dixi in conſil.15.num.19. addo Roland. in conſil.
67. num.1. vol.4. facit etiam quia etſi ſciens ſeruum
fugitiuum agere non poſſit, cum ille aufugit, quia
ſcienter emit, tamen ſi expreſsè ſtipulatus ſit eũ non
38 eſſe fugitiuum,datur actio ex ſtipulatu, † vt probat
text.in l.apud Celſum,§.item Labeo, ff.de doli mal.
& met.except.declarat gl.in verſ.conuenit, gl.in l.ea
quæ commendandi,in verſ. ſtipuletur,ff.de contrah.
empt.Becius conſil.106.numer.19.Facit etiam quod
voluit Spec.in tit.de emption.& vendit.§.ſciendum.
num.37. vbi ait, quod etſi emptor non agat pro eui-
ctione, quando ſua culpa res eſt euicta, tamen ſi in
eum caſum eſt ſtipulatus, tunc quoq; præſtanda eſt
39 euictio.† eum ſequitur Alex.in conſil.67. in fi.vol.2.
Becius d.conſil.106.num.19.vbi allegat etiam Caba
lin.ſic ergo in præſenti caſu, quamuis ex facie apo-
cæ dignoſcerent Norſiæ Leonem non fuiſſe obliga-
tum: quia tamen eum obligatum eſſe ſtipulati ſunt,
& in eum quoque caſum Brutura ſe obligauit, præ-
ſtandum eſt implementum,præcipuè verò, quia etſi
non eſſet Leonis obligatio ſcripta in apoca, poterat
tamen interueniſſe extra illam eodem tempore, vel
ex poſt facto, nec bene infertur, Leo non ſubſcripſit
apocæ, ergo non erat obligatus: ad quid enim tot
confeſſiones in inſtrumento,& tot Bruturæ aſſeuera-
tiones, quod Leo quoq; erat debitor ex eadem cau-
ſa? certè ſi nihil operarentur, decepiſſent Norſios,
qui eius fidem ſecuti ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Cõtrauenire poteſt quilibet facto proprio, quando eſt nullũ.*
2 *Alienatio rei feudalis, vbi eſt nulla, tunc æſtimatio quoque peti non poteſt.*
3 *Contractus nullus nullum producit effectum.*
4 *Intereſſe ſuccedit loco rei, & iudicatur idẽ cum principali.*
5 *Locator tenetur præſtare patientiam, quod conductor fruatur re conducta per integrum tempus conductionis.*
6 *Locator tenetur ad intereſſe, vbi non præſtat id quod promiſit.*
7 *Conductor impeditus frui re conducta facto locatoris, agit contra eum ad intereſſe.*
8 *Hæredis factum habetur pro facto defuncti.*
9 *Hæres non impugnat factum defuncti.*
10 *Emens ignoranter rem feudalem ſine domini ſui cõſenſu, poteſt pro intereſſe venditorem conuenire.*
11 *Emens ſcienter rem alienam, licet non repetat precium, nec agat ad intereſſe, id tamen fallit, quando euictionem expreſſe eſt in eum caſum ſtipulatus.*
12 *Euictio vbi eſt promiſſa quomodocunq; ſequatur, tunc emptor agit, licet res ſit per compromiſſum euicta.*
13 *Alienatio rei feudalis ſine domini aſſenſu eſt nulla quo ad dominij tranſlationem, ſed ſuſtinetur quo ad vendentem, qui tenetur ad intereſſe.*
14 *Venditio rei alienæ ſuſtinetur in contractibus ad præiudicium vendentis, qui tenetur emptori ad intereſſe.*
15 *Emens ſcienter rem alienam adiecta ſtipulatione euictionis, in eum caſum ſtipulatio cenſetur adiecta non rei, ſed ſuper intereſſe, perinde ac ſi dictum eſſet vbi res non tradatur, vel contractus non ſuſtineatur promitto ſoluere intereſſe.*
16 *Ignorantia præſumitur in emptore, quod res ſit feudalis.*

CONSILIVM CCCCXLII.

IN primo puncto non exiſtimo ſubeſſe dubium: quia locatio bonorum feudalium ſtante Mantuano ſtatuto non poteſt fieri vltra quinquennium ſine Domini conſenſu, & facta remanet nulla, vnde qui locauit contrauenire poteſt, per regulam, quod venire quilibet

poteſt

1 poteſt contra factum proprium,ſi eſt † nullum,l.poſt
mortem,ff.de adoption.l.1.C.de liber. cauſ.l.quem-
admodū,vbi Bar.C.de agr.& cenſ.lib.11.Bar.d.l.poſt
mortem,num.2. alios ego citaui in conſil.28. nu.97.
addo Iſer.in c.Imperialem, in ver.Imperator Lotha
rius,circa finem,de prohib.ſeudi alien.per Feder.vbi
dicit, procedere in omni actu qui non tenet ſecundū
ius Romanum,& idipſum hæredi ſuo licebit:quia eſt
eadem perſona cum defuncto,& eiuſdem iuris, l.hæ-
redem,ff.de reg.iur.& in Auth.de iureiurando à mo-
rien.præſtito,§.1.difficultas eſt an hæres teneatur ad
intereſſe,& videtur quod nō: quia quod fit lege per-
mittēte,pęnam nō meretur,l.Gracchus, C.de adult.
& ſi daretur actio ad intereſſe, vtiq; non liceret im-
pugnare locationem: quia quem de euictione tenet
actio,eundem agentem repellit exceptio,l.vendican
tem,ff.de euiction.& facit:quia vbi rei feudalis alie-
natio nulla eſt, tunc æſtimatio quoque peti non po-
2 teſt,† ſecundum Bald.in cap.1.§.donare,qualit.olim
feud.pot.alien.Alex.in conſil.30.col.4 vol.1.Aret. in
l.apud Iulianum, §.conſtat,col.4. ff.de leg.1.Soc.iun.
in conſil.72.nu.60.in 1.vol.vbi dicit eſſe communem
opinionem.Clarus, §.feudum,q.40.nu.4 Facit etiam
quia contractus eſt nullus,ergo nullum debet produ
3 cere effectum,† l.4.§.condemnatum, vbi Doctores,ff.
de re iudic.c.non præſtat, de reg.iur.in ſexto.& inte-
reſſe ſuccedit loco rei, & iudicatur idem cum princi
4 pali.† Bartol.in l.ſtipulationes non diuiduntur,ff.de
verb.oblig.Barbat.in conſil.74.col.12. vol.3. Dec.in
c.1.num.22.de iudic.& in conſil.2.num.8.Cur.iun. in
l.vinum,in fine, vbi Butigel. num.55. ff.ſi cert. petat.
ideò ſi principale debitum peti non poteſt, nō etiam
locus erit petitioni intereſſe,aliàs fruſtra denegare-
tur principale,ſi eius loco aliud concederetur.addo,
quod obligatio ad intereſſe eſt acceſſoria, ergo ſtare
non poteſt quando principalis corruit, c.cum acceſ-
ſorium,de reg.iur.in ſexto.l.cum principalis, ff.eod.
tit.hæc autem videntur multo magis procedere ſtan
te quod agimus de contractu geſto contra legis, vel
ſtatuti prohibitionem, ex quo ſequi non debet actio
ad intereſſe: quia hoc modo poſſet fieri per indire-
ctum fraus ſtatuto annullanti actum.

Contrariam tamen ſententiam indubitanter ve-
riorem exiſtimo, licere ſcilicet conductori agere ad
intereſſe,eo quod locator vel eius hæres non præſtat
patientiam, quod conductor vtatur, & fruatur re
conducta per integrum tempus conductionis,prout
5 præſtare † tenetur,l.ſi merces, §.primo, & §.qui fun-
dum,ff.locati. Bartol.in diſputat.incip.publicani, &
dixit Calder.in conſilio quinto, locat.quod non dici
tur locator tradidiſſe rem vtendam,& fruendam,ni-
ſi duret toto tempore conuento. Socin in conſil.156.
numer.10.volum.2.Pariſ.conſil 40.colum.1. volum.
1. Oſaſc. deciſ.51. numer.8. & vbi locator non præ-
6 ſtat id,quod promiſit,tenetur ad intereſſe,† l.ſi in le-
ge, §.colonus, l.ſi fundus,verſic. nam etſi colonus, ff.
locati.Socin.conſil.125 numer.7. volum.1. Natta in
conſil.251.ponit Roland.conſil.69.num.22.volum.4.
Becius in conſil. 45. numer. 19. in quibus locis latè
tractant hanc materiam, & multo magis id proce-
dit,quando locator proprio facto impedit,ne condu
7 ctor re fruatur,† vt probat Bartol.in l.ſi vno, §. item
cum quidam, ff.locat.quem ſequitur Anan.in conſi-
lio 74. numer.3. Ruin.in conſil.65. numer.3. volum.
1. Pariſ. in conſilio 40. numer. 2. volum.1. Menoch.
conſilio 27. numero 54. latius in conſilio 25. nume-
ro 14. & quod dicitur de locatore locum habet e-
tiam in hærede: quia,vt dixi, reputatur eadem per-
8 ſona, & eius factum habetur pro facto defuncti, † l.
ſi tertius, §.fin.ff.de aq.pluu.arcen.vbi dicitur, quod
ab eo factum cui ſucceſſi, perinde habetur,quaſi ego
ipſe feciſſem, propter perſonæ repræſentationem,
Natta conſilio 214. numero ſecundo. ideo ſicuti ve-
nire nemo poteſt contra proprium factum, d.l.poſt
mortem, ita hæres non impugnat factum defuncti.
9 Natta in d. conſil. 214. probaui in conſilio 221. nu-
mero 21. vbi dixi procedere, etiam quando defun-
ctus verè non fecit, ſed fictè,vt per Bello. & Phanuc.
quos adduxi.

Secundo, vt huius ſim ſententiæ,mouet me igno-
rantia emptoris, cui non fuit ſignificatum,quod res
eſſet feudalis, & ea ſtante, agit ad intereſſe, per ea
quæ poſt gloſ.ponit Iſern.ferè in terminis, in c.Impe
rialem,verſic.Imperator Lotharius, ibi, ſed an em-
ptor bonæ fidei, de prohibita ſeudi alien.per Feder.
vbi ait, quod emens ignoranter rem feudalem ſine
Domini conſenſu, poteſt pro intereſſe venditorem
10 conuenire,† vtitur multis rationibus, ſed principa-
liter fundat ſe ſuper ignorantia. ſequitur Bald.in vl-
tima quæſt.dicens, quod etſi contractus venditionis
ſit nullus,eſt tamen validus in parte, in tantū, quod
ex eo oritur actio perſonalis emptori, qua agit ad
intereſſe. Aluar.col.5. verſic.quæro cum dicta gl. vbi
ait, quod competit actio ex contractu. Alexand. in
conſil.109. numer.3. volum.4. vbi dicit communem.
Curt.iun.in tractat. feud. par.4. in 29.quæſt.vbi ſine
difficultate cum hac concluſione pertranſit. & hanc
concluſionem probat textus,quem illi non allegant,
in §.ſi vaſſallus,ſi de feud. fuer.controuer.inter dom.
& agnat.in fine,qui loquitur in fortioribus terminis.
vult enim,quod etſi vaſſallus ignorāter feudum ven
dens excuſetur, ab amiſſione feudi, tamen teneatur
emptori ad intereſſe. & ſi hoc recipitur in venditore
ignorante, multo magis admittendum erit in ſcien-
te, cui poteſt obijci culpa, quod non denunciauerit
emptori rem eſſe feudalem,& hoc notant omnes ibi;
fortiùs in d.§.ſi vaſſallus dixit, Bald. nu.2.quod em-
ptor poterit quoad ipſum venditorem retinere feu-
dum donec ſibi non ſolum reſtituatur precium, ſed
etiam ſoluatur intereſſe. argumento l.ſi non ſortem,
§.ſi centum, ff.de cond. indeb.idem probauit Aluar.
num.3.col.2.verſic.quæro an emptor.Afflict. in con-
ſtit.Regni,rub.5.num.44.lib.3.incipit, Conſtitutio-
nem; quare denegari non poteſt conductori petitio
damnorum, ſi etiam venditori conceditur qui rem
ignorauit eſſe feudalem,ſed credidit allodialem, &
non eſt in culpa.

Tertia ratione id mihi ſuadetur:quia in cōductio
nis inſtrumento conuenit conductor quod liceat ſi-
bi toto tempore gaudere,& frui rebus conductis,nec
poſſit amoueri ex quauis cauſa etiam incognita,qui-
nimò,ſtipulatus eſt damnorum omnium,& intereſ-
ſe refectionem, quomodocunque, & qualitercunque
impeditus eſſet frui, quæ ſtipulatio operatur, quod
agere poſſit etiam in caſibus quibus aliàs non dare-
tur actio: quando enim ſcienter quis emit rem alie-
nam,non repetit precium, nec agit ad intereſſe eui-
cta re,l.ſi fundū ſciens, C.de euict.tamen fallit,quan
11 do euictionem expreſsè eſt in eum caſum † ſtipula-
tus.Bart.in l.quemadmodum,num.10.C.de agric.&
cenſi.lib.11.Tiraq.de retractu conſang.§.12.gl.1.nu.
11.Roland.in conſ.67.num.1. vol.4.dixi in conſ.15.
nu.19.& illa clauſula, quomodocunque,& qualiter-
cunq; operatur quod locator tenetur in caſibus qui-
bus aliàs non teneretur, vt per gloſſ.in l.cum pœna,
ff.de arbitr. vbi vult, quod etſi re per compromiſſum
euicta emptor non agat pro euictione, tamen a-
liud ſit, quando promiſſa eſt euictio, quomodocun-
que

Digitized by Google

12 que ſequatur. † Bald. Florian.& Bolognet.qui infe-
runt ad alios caſus, pro quibus non debetur euictio.
Bal.lino.& Alex.in l.ſi domus,§.de euictio.ff.de lega.
primo. multos citat Tiraquel. de retractu conſang.
in fine,nu.97.addo Alex.in conſ.4.num.3.& ſequent.
vol.3.Roland.in conſ.97.in fine,vol.4.Beeius in con-
ſil.106.num. vigeſimoſecundo, Oſaſcus deciſ. Pede-
mont.48.num.8.

Cum igitur promiſerit locator intereſſe præſtare
quo modocunque, & qualitercunque fuiſſet condu-
ctor impeditus frui re conducta, tenetur etiam ſi de
iure aliàs non eſſet obligatus. & in materia vendi-
tionis feudalis ita quoque tenui in conſil.15.num.17.
verſ.reſpondeo etenim, vbi fortius loquor, quando
emptor ſciebat rem eſſe feudalem,& cauit ſibi per ex
preſſam ſtipulationem.

Ad contraria omnia facilis eſt reſponſio: nam etſi
contractus ſit nullus,id tamen verum eſt,quoad fauo
rem Dñi,ſed quoad præiudicium locãtis eſt validus,
vt ex eo oriatur perſonalis obligatio cõtra locatorẽ,
13 licet in re nullum ius acquiratur.†ita declarant Bal.
& Aluar.in dicto c.Imperialem, dicentes, quod ven-
ditio rei feudalis eſt nulla,quoad dominij trãslatio-
nem,ſed ſuſtinetur quoad vendentem,qui ideo tene-
tur ad intereſſe; ſic videmus, quod res aliena quoad
Domini præiudicium vendi non poteſt, ſed bene ſu-
ſtinetur venditio ad præiudicium vendentis, qui te-
14 netur ad intereſſe † emptori,l.rem alienam,ff.de con
trahen.emptio.gloſ.in l.ſi quis alienam, ff. de action.
empti. Roland. latè in conſ.60. num.55.vol.4.& per
hanc reſolutionem corruunt omnia in contrarium
allegata: quia ſi actus locationis iudicatur validus
ad pręiudicium locantis,ceſſat quod dictum eſt inter
eſſe ſuccedere loco rei.

Et quamuis gloſſ. in d. cap. Imperialem, voluerit
quod ſtipulatio euictionis nõ proſit quando emptor
ſciebat rem eſſe feudalem,& eam ſequitur Iſern.loco
præcitato,& Bald.num.22.& Aluar.colum.4.verſicu.
quæro ſubſequenter; tamen in contrarium faciunt
iura ſupra allegata,quæ volunt,quod ſtipulatio pro-
ſit quando res aliena ſcienter emitur: nam eo caſu
ſtipulatio videtur adiecta,nõ rei,ſed ſuper intereſſe,
perinde ac ſi dictum eſſet, vbi res non tradatur, vel
contractus non ſuſtineatur, promitto ſoluere inter-
15 eſſe.†ita reſoluunt Petr.& Cin.in l.prima,C.de ædil.
actio.Alber.in d.l.ea quæ,ff.de contrahend.emption.
vbi Curt.iun.num.8.& poſui in conſil.15.num.18.&
in caſu noſtro res eſt clara: quia non conſtat quod
conductor ſciret, quinimo præſumitur ignorantia,
16 † vt probat Alexand.fere in terminis in conſ.14.nu-
mer.2.& 3.volum.5.vbi fortius ait,quod ſi fuiſſet du-
bius, haberetur pro ignorante, & ſi aliqua culpa im-
putari poteſt conductori,eo quod non inueſtigauerit
conditiones rei, compenſatur cum culpa locatoris,
qui non notificauit rem eſſe feudalem.ſequitur Nat-
tus ad Iſern.in dicto capit. Imperialem. quinimo,re
diligenter diſcuſſa, Mantuanus hic Senatus inter fra
tres de Zuccha,& Bartholomæum Beuilacquam, pro
nunciauit Beuilacquæ quamuis ſcienti,deberi dam-
na, & intereſſe ab hæredibus Annibalis Zucchæ ob
non ſeruatam locationem rei feudalis factam vltra
tempus præfinitum à ſtatuto, licet iam dicti fratres
vti hæredes eſſent à Prætore Ciuitatis admiſſi aduer
ſus locationem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum cum ſit onus, debet probari ab allegante.*
2 *Fideicommiſſum non extare in dubio pronunciandum eſt.*
3 *Subſtitutio, ſi deceſſerit ſine filijs, expirat, ſi grauatus decedat cum filijs, quidquid poſtea ſuccedat de filijs.*
4 *Voluntas teſtatoris quæ in diſpoſitionem non tranſiuit, non attenditur.*
5 *Coniecturæ debent eſſe claræ, concludentes, & neceſſariæ, vt inducatur fideicommiſſum.*
6 *Extenſio non fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis.*
7 *Tunc, & tali caſu, hæc verba impediunt ne diſpoſitio ad alios caſus trahatur. declara vt num. 32.*
8 *Stirps nihil aliud importat quam deſcendentia.*
9 *Deſcendentium appellatione veniunt tam feminæ quam maſculi.*
10 *Agnatio attenditur ſolum in caſibus à teſtatore expreßis, non in alijs.*
11 *Agnationis conſeruandæ ratio non colligitur ex eo quod feminas aliquando teſtator excluſerit, & maſculos vocauerit.*
12 *Agnationis ſola ratio non cenſetur conſiderata in ſtatuto feminas excludente propter maſculos.*
13 *Agnationis coniectura ceſſat, quando teſtator aliquo caſu feminas vocauit.*
14 *Agnationem non cenſetur curaſſe teſtator qui ſolum deſcendentes vocauit non autem collaterales.*
15 *Voluntas, & mens dominatur in vltimis voluntatibus, & præſertim in fideicommiſſis.*
16 *Maſculos vbi vocat teſtator, cenſetur reſpectum habere ad agnationem.*
17 *Agnatio conſeruatur per maſculos, & non per feminas, & nume. 21.*
18 *Stirps, idem ſignificat quod domus, caſata, vel familia.*
19 *Fideicommiſſum oritur ex eo ſolo, quod teſtator dixit, velle ſuam agnationem conſeruare.*
20 *Agnationis conſeruandæ ratio tacita, & ſubintellecta, & per coniecturas collecta ex teſtamento, inducit fideicommiſſum inter deſcendentes, per quod omnes cenſentur gradatim, & ſucceßiuè grauati.*
21 *Maſculi conſeruant agnationem non feminæ.*
22 *Rationem naturalem ſolam ſufficit allegare.*
23 *Feminæ non admittuntur in ſubſtitutione facta pro conſeruanda agnatione.*
24 *Diſpoſitum reputatur id, quod teſtator diſpoſuiſſet ſi fuiſſet interrogatus.*
25 *Vincentem te ſi vinco, multo magis vinco te.*
26 *Extenſio fit etiam in correctorijs, vt euitetur abſurdum.*
27 *Abſurdũ quammaximè vitandum in vltimis voluntatib.*
28 *Fideicommiſſum iudicatur fauorabile, quando agitur de conſeruanda agnatione.*
29 *Voluntas ſatis dicitur expreſſa, quæ reſultat ab expreſſa.*
30 *Extenſio fit de perſona ad perſonam, quando teſtatoris concurrit veriſimilis voluntas.*
31 *Extenſio non dicitur ſed comprehenſio, vbi eadem vel maior militat ratio, & quando veriſimilis mens diſponentis accedit.*
32 *Extenſionem non excludunt verba, tunc, & eo caſu, quando veriſimilis adeſt mens diſponentis.*
33 *Voluntas declaratur ex adiecta ratione.*
34 *Contrarietas, & repugnantia euitari debet.*
35 *Ratio magis attenditur quam diſpoſitio.*
36 *Extenſio fideicommißi fit propter adiectam rationem.*
37 *Fideicommiſſum inducitur, & extenditur ob rationem expreſſam, vel ſubintellectam.*
38 *Teſtator videtur diſponere ſecundum ſtatuta, & conſuetudinem regionis.*
39 *Agnationis conſeruandæ fauore mouetur ſtatutum excludens feminas propter maſculos.*
40 *Rogo, verbum, fideicommiſſum importat.*
41 *Fideicommiſſum ſignificant verba importantia deſideriũ.*
42 *Veritas ſuperat omnem præſumptionem.*
43 *Feminarum vocatio aliquo in caſu facta, non tollit rationẽ*

conſeruandæ agnationis quæ fuit expreßè adiecta.

44 *Agnationis conſeruationem potuit conſideraſſe teſtator in omnibus alijs caſibus præter quam in aliquibus.*

45 *Agnatio generaliter ſumpta includit etiam collaterales.*

46 *Ratio eſt tanquam genus, continens plures caſus in quibus eadem ſit ratio.*

47 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, & grauati quādo fuit habita ratio agnationis.*

48 *Filij poſiti in conditione cum qualitate maſculinitatis, & ſub vocabulo legitimorum, & naturalium, & ex legitimo matrimonio procreatorum, cenſentur vocati.*

49 *Aequalitas vt ſeruetur, ampliatur diſpoſitio.*

50 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo eſt valida, vbi fit ab ignorante, ignoranti quinimo, etiam vbi adeſt ignorantia vnius tantum ex contrahentibus, & fideicommißario datur actio ad precium contra hæredes grauati.*

51 *Fideicommiſſo ſubiecta bona, licet alienari poſſint pendente conditione, ea tamen purificata reuocatur alienatio, & habetur pro non facta.*

52 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo non ſuſtinetur, etiam ſi fuerit facta ab ignorante ignoranti fideicommiſſum, quando bona ex diſpoſitione teſtatoris conſeruari debent in agnatione.*

53 *Grauatus tenetur reſtituere non ſolum portionem ſuam, ſed etiam eam quam habuit à cohærede, vbi ius eſt reale.*

54 *Alienata ſemel licitè, res non durat perpetuo alienabilis, quando grauamen eſt rei impoſitum.*

55 *Prohibitio expreſſa alienandi, vbi adeſt, tunc ignorantia non ſuſtinet alienationem.*

56 *Immobilia in familia conſeruari noſtra plurimum intereſt.*

57 *Precium in particularibus ſuccedit loco rei, quando conſtat de voluntate diſponentis.*

58 *Permiſſum ad tempus, cenſetur poſtea prohibitum.*

59 *Prohibitio alienandi in reliquis videtur inducta à teſtatore qui dedit limitatam facultatem alienandi.*

60 *Dictis, dictio, eos ſolos includit, quorū nomina legi poſſunt.*

61 *Subſtitutus dicitur inſtitutus.*

62 *Prohibitio alienandi facta infraſcriptis hæredibus, includit etiam ſubſtitutos.*

63 *Fideicommiſſarius dicitur hæres, vbi ſumus in materia non odioſa.*

CONSILIVM CCCCXLIII.

EX teſtamento D.Stephani ex nobiliſ
ſima Lucenſi familia de Bernardis,
nō videtur primo aſpectu quod Illu
luſtris Do.Bernardinus eiuſdem te-
ſtatoris pronepos ex Bernardo filio,
& Stephano nepote poſſit aliquid p̄-
tendere ad excluſionem Dom. Eleonoræ eiuſdē met
teſtatoris proneptis ex Alexandro filio, & Antonio
nepote nulla enim in parte pronepotes leguntur vo
cati in eo teſtamenro, & fideicōmiſſum cum ſit onus,
l.cohęredi, §.cum filiæ, ff.de vulg.l.ab eo, C. de fidei-
1 com. probari debet ab allegante, † Corn.conſi.161.
col.fin. ver. quia non habetur, vol.2. Dec.conſil.514.
nu.10.Crau.conſi.161.nu.16.Soc.iun. conſi.98.nu.8.
vol.4.Cæph.conſi.67.nu.27.& in dubio pronuncian-
2 dum eſt fideicommiſſum non † extare. Alciat.conſil.
529. nu.12. & in fideicommiſſis practicatur illa Re-
gula, ſubſtitutio de hoc caſu cum loquitur. Soc. con-
ſil.62.col.3.vol.3. Pariſ.conſil.86. nu.11.vol.2.Socin.
iun.conſi.155.col.3.vol.2. latè Simon.de Pret.de in-
terpret. vlt. volunt.lib.3.interpret.3.dubit.1.ſolut.3.
num.8.fol.775. Craſſus in §. fideicommiſſum, quæ-
ſtio.4.num.9.& diſcurrendo per ſingulas ſubſtitutio
nes, venire non poteſt ex prima, quæ facta eſt cuique
ipſorum inſtitutorum decedenti ſine filijs: quia om-
nes filij inſtituti reliquerunt filios, atque ita condi-
tio defecit: quocirca, licet poſtea filiorū filij non reli-
querint maſculos, ideſt Antonius teſtatoris nepos ex
Alexandro reliquerit ſolam feminam, tamen expira-
3 uit fideicommiſſum, iuxta vulgatam † Oldr. ſenren-
tiam, in conſ.21. quam ſequūtur infiniti apud Tiraq.
in §.hoc ſermone, num.127. & in l.ſi vnquam, in verſ.
ſuſceperit liberos, nu.553. C.de reuocan.donat. Ga-
briel.commun.opin.lib.4.titul.de fideicomoiſſ. con-
cluſ.7.num.1.cum ſimilibus. Non etiam fuit vocatus
ex alia ſubſtitutione, in qua redacta hæreditate ad
vnum, vel plures inſtitutos, vel ſubſtitutos, vocat te-
ſtator legitimatos, vbi illi inſtituti vel ſubſtituti ſo-
las haberent feminas: nam hic caſus non euenit, quia
licèt Antonius ſolam filiam habuerit, ſupereſt tamen
Dom.Bernardinus pro quo conſilium petitur. Præte-
rea in eum caſum naturales legitimati vocantur, nō
autem legitimi, & naturales. Et multo minus venire
poteſt ex alia ſubſtitutione facta in faunrem proxi-
mioris de familia, reſpectu domus, & filiarum ipſius
teſtatoris, reſpectu aliorum bonorum: quia eædem
rationes ſupraſcriptæ obſtant.

Nec dicatur, inductum fuiſſe fideicommiſſum ex
tacita volnntate, & coniectura, quia nuda voluntas
quæ in diſpoſitionem non tranſiuit, non attenditur,
4 † l.quidam cum filium, ff. de hæredibus inſtitut. vbi
Bald. & Imola.idem Bald. in l. vnica, §. ſin autem ad
deficientis, in primo not. C.de caduc. tollend. vbi in-
ſpici ait id ſolum quod teſtator loquitur. & Bald. in
conſil. 235. lib.5. dicit, quod non eſt diuinandum in
interpretanda volnntate teſtatoris. Socin. conſ.185.
num.4.volum.2. Tiraquel.d.l.ſi vnquam, in verſic.li-
bertis, num.18.& 19.

Secundo reſpondeo, quod coniecturæ tali caſu de-
bent eſſe cōcludentes, & neceſſariæ, nec ſufficiunt pro
5 babiles. † Pariſ.conſ.87.num.18. volum.2. Caſtr.Iaſ.
Alciat.Ripa, Silua.& Burſat. quos citat.Sim.d.ſolu.3.
nu.8.Craſſ. §.fideicommiſſum, q.4. nu.7. Crau.conſ.
478.nu.4.Theſ.in Pedem.deci.248.nu.13.Sim. latius
intepret.3.dubit.1.ſolut.12.num.4.

Tertio dico, quod induci non poteſt fideicommiſ-
ſum in fauorem Domini Bernardini, niſi fiat exten-
ſio de perſona ad perſonam, quandoquidem ſubſti-
tutio facta eſt ſolum inſtitutis, non autem inſtituto-
rum filijs. item ſubſtituti ſunt ſolum filij inſtitutorū,
non autem eorum nepotes. & quamuis de caſu ad
caſum fiat aliquando extenſio, tamen de perſona ad
6 perſonam nullo modo fieri poteſt. † Aretin. in l. Gal-
lus, §. & quid ſi tantum, ff.de libe.& poſthum. Iaſ.in l.
cum res, in 6.not.num.21.ff.de leg.1.Dec.conſil.465.
num.16.Socin.iun.conſil.185.num.12.volum.2.Tira-
quell.in d.verſic.libertis, num.23.Crauer.conſil.161.
num.11.Anton.Gabriel.commun.opin. lib.6.titu.de
reg.iur.concluſ.10.num.9.Simon d.ſolut.3. nume.14.
vbi quod fideicommiſſum filio iniunctum non eaten
ditur ad nepotem, & iniunctum nepoti non trahitur
ad pronepotem.

Quarto prohibita videtur in præſenti facto exten-
ſio: quia teſtator vſus eſt verbis, tunc, & tali caſu, quę
7 impediunt ne diſpoſitio ad alios caſus trahatur. † Pa
riſ.in conſil.35.num.51. volum.2. Gozad.in conſil.4.
nu.23.Dec.conſ.336.nu.2.in fine, poſt Rom.in conſil.
131.cum alijs ſimilibus.

Nec mouet, quod declarauerit teſtator velle ſtir-
pem ſuā manutenere, & propagare: nam etiam femi
na dicitur de ſtirpe, quia deſcendit à teſtatore, & ſtir-
pem in leg. aliud importare, quam deſcendentiam
8 † voluit Bald. in l.ſi quis in ſuo, in ſecundo not. nu.2.
C.de inoffic. teſtam. & deſcendentium appellatione

veniunt

Digitized by Google

9 vocauunt tam feminæ quam maſculi, † l. 1. ff. de iur.
immun. l. cognoſcere, §. 1. ff. de verbor. ſignific. l. fin. ff.
de ſuis, & leg. Alex. in conſi. 24. num. 13. in 5. vol. Dec.
inc. nouit, in 6. nor. de iudic. & ideo inferri ex hoc nõ
poteſt, quod teſtator rationem habuerit agnationis.
Cæph. conſil. 46. nu. 45. melius Pariſ. conſil. 47. nu. 50.
& ſeqq. vol. 3. Secũdo reſpondeo, quod vbi etiam fuiſ
ſet conſiderata agnatio, tamen ea attenditur ſolum
10 in caſibus à teſtatore expreſſis, † non in alijs. Alea. in
conſil. 9. circa finem. vol. 3. Dec. conſ. 288. nu. 9. Rube.
in conſil. 120. nu. 9. & id tenent Imola, Soc. iun. Goz.
Pariſ. Brun. Grat. Rim. & alij, quos citat, & ſequitur
Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. tit. 5. nu. 20. Menoc.
conſil. 243. num. 51. & conſil. 274. num. 26.

Demum non colligitur ratio agnationis conſer-
uandæ ea eo, quod feminas aliquando teſtator ex-
11 cluſerit, & maſculos vocauerit, † vt voluit Dec. in cõ-
ſil. 287. nu. 7. vbi expreſsè loquitur ſecundum termi-
nos noſtros, latè Cæph. in conſil. 46. nu. 46. Decia. la-
tè in conſil. 1. nu. 285. vol. 1. Crau. conſil. 800. num. 3.
ſic videmus in ſtatuto feminas excludente propter
maſculos, non cenſeri conſideratam ſolam agnatio-
12 nis rationem, † vt voluerunt Bar. Bal. Lap. Aret. Soc.
Cur. ſen. Iaſ. Dec. Gra. & alij multi apud Molin. in d.
tract. lib. 3. c. 5. num. 27. & hæc ſententia videtur in-
dubitata, ex duobus. Primo, quia aliquo in caſu teſta
tor feminas vocauit in teſtamento, vnde ceſſat con-
13 iectura agnationis. † Bal. in conſil. 473. vol. 5. Alex. in
conſil. 115. num. 10. vol. 2. Soc. in l. cum auus, num. 82.
ver. ſecundus caſus, ff. de cond. & demonſt. Dec. con-
ſil. 370. num. 30. Curt. iun. conſil. 172. num. 4. & 5. Soc.
iun. conſil. 6. num. 20. vol. 1. Crauet. conſil. 180. num. 1.
conſil. 306. num. 5. Card. Mant. lib. 6. tit. 15. nu. 9. Se-
cundo, quia ſi agnationem dilexiſſet, vocaſſet non ſo
lum deſcendentes, ſed etiam collaterales, quòd cum
14 non fecerit non curauit de agnatione. † ita arguit
Cæph. in conſil. 46. num. 45. & 48. Card. Mant. d. lib.
6. tit. 15. num. 7.

Omnibus tamen diligenti examine ponderatis,
eaiſtimo prædictis non obſtantibus, D. Eleonoram
teneri reſtituere D. Bernardino portiones hæredita-
tis D. Stephani ſenioris quæ ad eam peruenerunt. &
pro demonſtratione præmitto primo, quod ex quo in
vltimis voluntatibus, & præſertim in fideicommiſſis
15 mens, & voluntas dominatur, † l. in conditionibus,
ff. de condit. & demonſt. l. cum virum, C. de fideicom.
& præualet verbis, l. quoniam indignũ, C. de teſtam.
l. ex facto, §. rerum, ff. de hæred. inſtit. l. 3. vbi Bald. &
Iaſ. C. de lib. præt. Bald. & Caſt. in l. fin. C. de impub.
fideicommiſſum quibuſcunque verbis, vel coniectu-
ris declarata ſit voluntas teſtatoris inducitur. Bar. in
l. ex facto, §. rerum. & communem dicit Pariſ. conſil.
92. nu. 14. vol. 2. & latè exornat, & comprobat Card.
Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. numer. 1. &
ſeq. Simon de Pretis, qui infinitos allegat, libr. 3. in-
terpr. 3. dubitat. 1. ſolut. 12. nu. 1. & ſeq. fol. mihi 294.
vbi ait, ſufficere tacitam, & præſumptam teſtatoris
mentem. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 4. num. 4.
& 5. vbi num. 6. poſt multos ſubdit, quod talis mens
ex coniecturis collecta ſuperat vim, & naturam ex-
preſſorum verborum. Crau. conſil. 536. num. 2. latiſſi-
mè Petra, in tract. de fideicomm. ex prohib. alienat.
quæſt. 9. num. 5. vſque ad 27. Theſaur. deciſ. Pedem.
244. num. 2. & Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap.
4. num. 18. Menoch. conſil. 484 num. 1. Burſat. conſil.
227. num. 12. & ſeq. Præmitto ſecundo loco, quod in
facto noſtro teſtator voluit ſuam agnationem con-
ſeruare, & id fuit principale in eius intẽtione, id ꝙ
multis modis oſtendi poteſt. Primo, quia maſculos
ſemper vocauit inſtituendo, ponendo in conditione,
ſuſtituendo, & rurſus, vocãdo naturales legitimatos;
vbi autem teſtator maſculos vocat, cenſetur reſpectũ
16 habere ad † agnationem, eſt doctrina Ioan. Andr. ad
Spec. in Rubr. de teſtam. in fine, vbi allegat Richard.
Malum. Cin. & Salicet. in l. 1. C. de adul. & ſecundum
eam conſuluerũt ferè omnes Doctores Italiæ, vt dicit
Matheſil. Notab. 130. Alex. in l. venia, num. 6. C. de in
ius vocando. Crauet. alios citans, in conſil. 113. nu-
mer. 2. & 9. latè Cæphal. conſil. 251. nume. 49. Simon
d. interpret. 3. dubitat. 1. ſolut. 10. nume. 1. ſolio mihi
287. Cardin. Mantica, in d. tractat. lib. 6. tit. 15. nu. 2.
infinitos allegat Petra in d. tractat. quæſt. 9. num. 176.
verſ. contrariam tamen partem, dum examinat quæ-
ſtionem, an filij in conditione poſiti cum qualitate
maſculinitatis, dicantur vocati. Molina in d. tractat.
lib. 3. cap. 5. num. 25. & 30. vbi addit Brun. Silu. Franc.
Piſcin. & Gabr. Menoc. in conſ. 339. num. 12. & conſ.
397. num. 10. Rimin. in conſ. 23. nu. 83. vbi ait proce-
dere hanc ſententiam, quando maſculi non ſolũ fue-
runt in conditione poſiti, ſed etiam diſpoſitiuè voca-
ti. & idem voluit poſt Cæphal. ab vtroque citatum,
Card. Mantica, d. tit. 15. num. 8. vbi ſubdit, carere du-
bio. Crauet. in conſ. 397. nu. 9. & hæc coniectura for-
tificatur: quia proprias filias dotauit, & eas, ac filio-
rum filias excluſit, poſtponendo maſculis, & mandã-
do illas dotari. Cæphal. conſ. 306. nu. 71. conſ. 330. nu.
62. Rimin. conſ. 512. nu. 72. & conſ. 482. nu. 24. Secũdo
hanc teſtatoris affectionem ad conſeruandam agna-
tionẽ arguit imo expreſsè probat ſubſtitutio quã fe-
cit de naturalibus, & legitimatis maſculis, caſu quo
vltimus ex deſcentibus ſuis careret maſculis, & ſolas
haberet feminas: nam non alia ratione proprijs fi-
liabus, & filiorum filiabus prætulit naturales legiti-
matos, niſi quia voluit agnationi proſpicere, quæ per
17 maſculos conſeruatur & non per feminas, † l. pronun
ciatio, §. familiæ, ff. de verb. ſignific. l. 2. §. agnati, ff. de
ſuis, & legit. l. non facile, §. agnationis, ff. de grad. affi-
nit. & non minus per legitimatos conſeruatur quam
per legitimos. Alex. cõſ. 2. nu. 12. vol. 1. cum alijs quos
citat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit liberos,
nu. 83. C. de reuoc. donat. & quòd excludendo femi-
nas, & vocãdo maſculos reſpexerit ad agnationem,
probat Caſtr. in conſ. 410. vol. 2. Rimin. in conſ. 47. nu.
21. & conſ. 382. num. 27.

Tertio id expreſsè demõſtratur ea clauſula adie-
cta poſt ſubſtitutionem legitimatorum, dũ dixit te-
ſtãtor, quia ſtirpem ipſius manutenere, & propagare
deſiderat: non enim illa verba aliud ſignificãt quam
ſi dixiſſet, volo domum meam, vel caſaram meã, vel
18 familiam meam, cõſeruare, & propagare, † vt decla-
rat Bal. in l. peto, §. fratre, in 2. not. ff. de legat. 2. & ibi
ſequitur Imola, circa finem, qui allegat etiam Angel.
alios citat Pariſ. in conſ. 47. nu. 54. vol. 3. Laur. de pal-
lat. in tract. de ſtatu excluſ. feminat. nu. 215. vbi dicit
eſſe ſinonima, ſtirpem, domum, familiam, cippum, &
caſatam. Cæphal. in conſ. 581. nu. 17. vbi quòd ſignifi
cat deſcendentiam ipſius teſtatoris, poſt Bald. in l. ſi
quis in ſuo, nu. 2. C. de inoffic. teſtamen. Cardin. Man-
tica, lib. 8. tit. 18. nu. 65. Molina alios citans in d. tra-
ctat. lib. 3. cap. 4. nu. 10. quinimo fortius voluit Petr.
Peralta, in l. cum ita legatur, §. in fideicommiſſo, nu-
me. 16. ff. de legat. 2. quod etſi aliquando ſub nomine
generis familiæ poſterorum deſcendentium, & ſimi
lium veniant feminæ ſicut maſculi, tamen aliud eſt
quando fit mentio de domo, ſtirpe, ſeu cippo, quia a-
gnati ſoli ſub eis continentur. & quamuis eum re-
prehendat Molin. d. c. 4. nu. 11. tamen mouetur non
ea diſpoſitione iuris cõmunis, ſed ex particulari Hi-

ſpaniarum denominatione; ſed quidquid ſit, nobis
ſat eſt, quod ſtirpis appellatio ſignificet domum, fa-
miliam, cippum, caſatam, vel deſcendentiam, nam
hæc omnia in Italia nihil aliud important, quam a-
gnationem. Iacob. de Aret. in l. 1. ff. ad Sillan. Barr. in
d. §. familia, nu. 1. & in l. tutelas, nu. 4. de cap. diminut.
Gozad. conſ. 45. nu. 12. Barbat. latè in l. cum acutiſſi-
mi, C. de fideic. Brun. de ſtatu. excluſ. fem. artic. 12. q.
19. num. 262. & ſequcor. Laur. de pallat. loco prædi-
cto, num. 192. & ſeq. Pariſ. d. conſ. 47. num. 50. & ſeq.
vol. 3. qui etſi velit feminam includi, tamen ex infra
dicendis ſuo loco non obſtabit. latiſſimè autem Sim.
d. interpr. 3. dubit. 1. ſolut. 11. num. 125. & ſeqq. ſolio
mihi 287. vbi proſequitur prædictorum nominum,
& aliorum plurium ſignificationem. Card. Mantica,
lib. 8. tit. 12. num. 16. & iure communi inſpecto admit
tit. Molin. d. lib. 3. tit. 4. nu. 10. in princ. Crauet. in con-
ſil. 800. num. 5. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gloſ. 9.
num. 193. Anch. Mod. famil. q. 72. num. 24. lib. 1.

His verò ſic præmiſſis, dico, quod ex quo teſtator
voluit manutenere, & propagare ſuam ſtirpem, &
ita conſeruare ſuam agnationem, fatendum eſt, om-
nes maſculos deſcendentes ab ipſo teſtatore cenſe-
ri vocatos, & ſucceſſiuè grauatos ad reſtituendum
hæreditatem: quia id ſolum ſufficit ad fideicommiſ-
ſum inducendum. Socin. in l. qui Romæ, §. cohęredes,
nu. 18. ff. de verb. oblig. vbi ait, quod fideicommiſſum
oritur ex eo ſolo quod teſtator dixit velle ſuam agna
19 tionem † conſeruare. & idem voluit in conſil. 12. nu-
mer. 18. vol. 3. & ſequitur Dec. Cur. iun. Crot. Pariſ.
Alba, Crau. & deciſ. Oſaſc. quos citaui in conſil. 96.
nu. 14. cū enim bona non poſſint conſeruari in agna-
tione niſi de vno tranſeant in alium, l. peto, §. fratre,
ff. de legat. 2. cenſetur vnus de agnatione gradarim
poſt alium grauatus reſtituere. Bart. in l. ſi cognatis,
ff. de reb. dub. quia qui vult conſequens, cenſetur etiā
velle omne antecedens neceſſarium, l. ad rem mobi-
lem, ff. de procur. & non poteſt aliter ſatisfieri volun
tati teſtatoris, vt inquit Crau. in conſil. 130. num. 10.
& quod ſola agnationis ratio potens ſit inducere fi-
deicommiſſum, voluit etiam Crau. in conſ. 624. num.
4. & latius in conſ. 984. nu. 28. & ſeqq. vbi addit Ruin.
Gozad. Socin. iun. & Albam, Burſat. conſ. 227. nu. 28.
Simon d. interpret. 3. dubit. 1. ſolut. 11. num. 1. & ſeq.
præcipuè num. 3. folio 287. Craſſ. in §. fideicommiſ-
ſum, quæſt. 4. num. 20. & quod dictum eſt de ratione
expreſſa à teſtatore, procedit etiam in ratione taci-
ta, & ſubintellecta ac per coniecturas collecta ex te-
ſtamento, quia eo quoque caſu inſurgit fideicommiſ
ſum inter omnes deſcendentes, per quod omnes cen
20 ſentur gradarim, & ſucceſſiuè grauati. † Bal. in l. quo
ries, num. 8. C. de fideicomm. ſequitur Soc. Pariſ. Ru-
beus, Crau. & Roland. quos citaui in d. conſil. 96. nu.
10. & præter eos eandem probauit ſententiam Fulg.
Cępol. Iaſ. Dec. Petraſan. Rim. ſen. & Moderni Galli
relati à Ruinald. in conſil. 23. numer. 93. vbi eos ſe-
quuntur, & idem voluerunt Cum. Caſt. Barbat. Grat.
Gozad. citati à Simone, qui cum eis tenet d. ſolut. 11.
num. 5. vbi ait ex tacita illa ratione non minus indu-
ci, & extendi fideicommiſſum, quam ex expreſſa, &
non dici extenſionem, ſed comprehenſionem, & in-
terpretationem. Card. Mantica, de coniectur. vltim.
volunt. lib. 6. tit. 14. num. 20. vbi alios addit Craſſ. d.
§. fideicommiſſum, quæſt. 4. num. 21. vbi allegat Clar.
& alios. Si ergo expreſſam rationem attendamus,
qua dicit teſtator velle manutenere, & propagare
ſuam ſtirpem, & conſequenter agnationem, vt decla
raui in tertio fundamento, ſecundi præmiſſi, faten-
dum erit, inductum eſſe reciprocum, & perpetuum
fideicommiſſum inter omnes teſtatoris deſcenden-
tes, & vnumquemque ipſorum eſſe grauatum onere
reſtituendi, & conſequenter Dominum Antonium
iuniorem teſtatoris nepotem qui ſolam reliquit fi-
liam, fuiſſe grauatum reſtituere Domino Bernardo,
qui nunc ſolus extat maſculus ex deſcendentibus te-
ſtatoris.

Nec D. Eleonora in eis bonis ius aliquod præten-
dere poterit: quia vbi agnationis ratio fuit conſide-
rata, tunc feminæ non ſuccedunt, ſed maſculi: quo-
niam agnatio conſeruatur per maſculos non per fe-
21 minas, † §. ceterum, Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. l. iuriſ-
conſultus, poſt princ. ff. de grad. affinit. Ioan. And. ad
Specul. in Rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. Bald. in l. maxi-
mum, C. de liber. præter. Rim. ſen. conſil. 184. nu. 19.
Gozad. conſil. 45. nu. 7. & 10. Ruin. conſil. 24. num. 7.
vol. 2. Soc. iun. conſil. 103. nu. 2. vol. 2. Rim. conſil. 47.
nu. 22. conſi. 275. nu. 38. Menoch. conſil. 235. nu. 19. &
latius in conſil. 310. nu. 37. & quod feminæ non ſucce
dant, ſed ſoli maſculi, quando teſtator voluit proſpi
cere ſuæ agnationi, voluerunt omnes illi quos ſupra
citaui, ad probandū, quod fauor conſeruandæ agna-
tionis inducit fideicommiſſum. Et id quamuis ita ſit
clarum, quod nō egeat probatione, quia tamen non
deficiunt qui auſi ſint contrarium affirmare ne quid
forte in iure noſtro remaneret pacificum, vltra natu-
22 lem rationē quæ ſola deberet ſufficere, † l. ſcire opor-
tet, §. ſufficit, ff. de excuſ. tutor. l. in ſumma §. item va-
rus, ff. de aqua plu. arcen. l. cum ratio, C. de bon. dam.
adduco Corn. in conſi. 41. in 2. dub. vol. 4. vbi pulchrè
diſcurrendo probat, quod feminæ non admittuntur
in ſubſtitutione facta pro conſeruanda agnatione,
23 † quia per eas non conſeruatur ſed finitur. idem vo-
luit Curr. iun. in conſil. 172. num. 3. & ſeqq. Gozad. in
conſil. 79. num. 6. Duran. de arte teſtan. tit. 5. de ſub-
ſtitut. caut. 22. num. 2. vbi poſt Corn. in loco præalle-
gato dicit, quod feminæ ideo non comprehendun-
tur, quando vocatur agnatio, quia comparantur ra-
muſculis, & frondibus non autē ſtipiti. Ruin. in con-
ſil. 24. num. 7. vol. . . vbi in caſu de quo per Gozad. ſu-
pra citatum id probat etiam authoritate Baldi, &
Angel. Pariſ. in conſil. 63. num. 14. & 23. vol. 2. vbi alle
gando Soc. dicit hoc verum eſſe, ſiue feminæ ſint nu-
ptæ ſiue innuptæ. Socin. iun. in conſil. 116. num. 1. vol.
3. Crauet. conſil. 180. num. 1. & ſeq. vbi latè, & in con-
ſil. 704. num. 7. & in conſil. 800. numer. 6. vbi multos
addit. Alba in conſil. 19. num. 10. Hieron. Gabr. con-
ſil. 132. num. 38. & ſequent. Oſaſc. deciſ. Pedem. 127.
per totam, pręcipuè numer. 4. vbi quod diſpoſitio fa-
cta fauore agnationis excludit feminam, & eſt in ca-
ſu de quo per Crauet. in d. conſil. 800. Menoch. latè
in conſil. 95. numer. 50. & 51. & in conſil. 197. per to-
tum, præcipuè vero num. 49. & 55. Rimin. in conſilio
56. numer. 12. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt.
lib. 8. titul. 12. numer. 8. & 16. Tob. Non. conſil. 36.
numer. 11. Craſſ. d. §. fideicommiſſum, quæſt. 12. num.
4. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 6. num. 38.
vbi poſt Caſtr. Alexand. Curt. iun. Ruin. Socin. iun.
Crot. Loaz. Pariſ. Pinell. & alios reſoluit, quod vbi fi-
nitur diſpoſitio in deſcendente ex virili ſexu, admit-
titur femina agnata, ſed vbi non finitur, ſed conti-
nuare debet, non admittitur. idem dicit in lib. 3. c. 5.
num. 69. & ſeq. vbi infert quòd vocatis deſcendenti-
bus per maſculinam lineam, femina deſcendens per
maſculum non includitur ſi agnationis fauor eſt cō-
ſideratus. & dicit, quod vocatis agnatis femina agna
ta excluditur. Cęph. in conſ. 306. nu. 74. vbi poſt alios
dicit, quod ſi agitur de fauore agnationis, *maſculi-*
num non concipit femininum, & in conſ. 571. nu. 47.

Appa-

Digitized by Google

Apparet igitur ex prædictis, quod Dom. Eleonora
non potuit ſuccedere in prædictis bonis, ſed ea ſpe-
ctant ad D.Bernardum.

Idem erit per omnia ſi inſpiciamus tacitam ratio
nem conſeruandi agnationem quæ inſurgit ex ſupra
citatis coniecturis, quoniam taciti, & expreſſi idem
omnino eſt iudicium; & Doctores qui dicunt ſuffice-
re tacitam rationem conſeruandi agnationem, vo-
lunt, quod de ea idẽ iudicetur quod de expreſſa. & in
reſolutione contrariorum demonſtrabo fideicom-
miſſum nõ minus extendi per tacitam quam per ex-
preſſam rationem. Et in ſpecie quod feminæ exclu-
dantur, quando ex vocatione maſculorum colligitur
teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem, id te-
nent Cuman. Soc. Dec. Corn. Iaſ. Ruin. Pariſ. Soc. iun.
Bero. Grat. Neuizan. & multi alij, quos citat, & ſequi
tur Simon d. interpr. 3. dubit. 1. ſolut. 11. num. 4. 5. 7.
& 19. vbi ait, quòd veniunt ſoli agnati maſculi. &
idem eſt quod teſtator diſponat expreſsè, vel tacitè.
Crauet. latiſſimè, in conſil. 984. num. 28. & ſeq.

Et ſicuti ad feminæ excluſionem perpetuum fidei
commiſſum inductum fuiſſe inter omnes deſcenden
tes teſtatoris, probatum eſt ex ſuperioribus, ita etiã
reſultat ex alijs coniecturis non ſpernendis fideicõ-
miſſum ad fauorem D.Bernardini pronepotis, tum,
quia proprias filias, & filiorum filias exclusit, tum
etiam, quia maſculos ſolos inſtituit, tum vero, quia
ſemper maſculos poſuit in conditione, & demum,
quia vbi hæreditas redigeretur ad vnum ex ſubſtitu
tis qui ſolam haberet feminam, eo caſu teſtator vo-
cat naturales legitimatos, quo ſtante, ſi D.Bernardi-
nus eſſet naturalis, & legitimatus, ſuccederet ſine du
bio excluſa Dom. Eleonora, quia D. Antonius vnus
ex ſubſtitutis tanquam filius inſtituti, ſolam reliquit
feminã; at quis adeo ſenſus erit expers, qui admittat
mulierem excludi quidem poſſe à naturali legitima
to, ſed non à legitimo, & naturali, cum inſpecta teſta
toris qualitate, & familiæ dignitate, non ſit veriſimi
le quòd legitimatos voluerit legitimis præponere,
ſed potius odio habere. Bald. in conſil. 203. vol. 5. A-
lex. conſil. 2. num. 5. volum. 1. cum infinitis apud Me-
noch. conſil. 164. num. 10. & in conſil. 173. num. 73. vbi
quod non conſeruatur per eos familiæ ſplendor, &
hoc probatur etiam quia legitimatos vocat eo caſu
ſub conditione, ſi non extabunt legitimi, & natura-
les. ſi igitur tali caſu teſtator vocauit legitimatos,
multo magis vocaſſet legitimos, ſi de hoc fuiſſet in-
24 terrogatus, & ideo id haberi debet pro † diſpoſito,
ſecundum gl. in l. tale pactum, ff. de pact. quam ſequũ
tur infiniti Doctores citati à Tiraq. in præfat. l. ſi vn-
quam, nu. 56. C. de reuocan. donat. vbi dicit, eam lo-
cum habere in omni materia quòd repetit Oſaſc. de
ciſ. Pedem. 64. in fine, & dicam in reſolutione contra-
riorum. Accedat, quod, vt dixi, teſtator legitimos, &
naturales prædilexit legitimatis, & ratione prædi-
cta, & quia extantibus legitimis excludit legitima-
tos; ſi ergo legitimi excludãt legitimatos, multo ma
gis excludere debent feminas quæ à legitimatis ex-
cluduntur: quia ſi vinco vincentem te, multo magis
25 vinco te, † l. de acceſſionibus, ff. de diuer. reſcrip. cap.
authoritate, de conceſſion. præb. in 6. infinitos ponit
Niconit. in Rub. ff. de op. noui nunc. num. 255. & pro-
cedit etiam in ſtatutis. Bal. conſ. 258, vol. 2. Old. conſ.
168. nu. 6. Soc. iun. alios citans in conſ. 10. nu. 17. vol.
2. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. libr. 10. tit. 7.
nu. 6. & vt Socin. aduertit, tria concurrunt argumen-
ta, primum à veriſimili: quia non eſt veriſimile, ſecun
dum à maioritate rationis, tertium ab euitando ab-
ſurdo: quia abſurdum eſſet ꝙ remotior, & minus di-
lectus præferatur ei qui eſt magis dilectus; abſurdi
autem vitandi cauſa fit extẽſio etiam in correctorijs.
26 † Iaſ. in Auth. Quas actiones, in 5. ſallẽ. C. de ſacroſ.
eccl. Crau. alios citans, in conſ. 429 nu. 8. & conſ. 582.
nu. 5. & abſurdum quammaximè poſſumus vitandũ
27 eſſe in vltimis voluntatibus, † admonet Bal. in conſ.
446. in fin. vol. 1. Bal. in l. 2. C. de cond. inſert. Anchar.
Signor. Fulgoſ. Alex. Calcan. Pariſ. Socin. iun. Alciat.
& Decian. quos citat, & ſequitur Card. Mantic. lib. 3.
tit. 7. nu. 3. vbi ſubdit, impropriari verba, & ſic inter-
pretandam eſſe voluntatem teſtatoris vt euitetur ab
ſurdum: quia hoc argumentum deducitur à diſcre-
tione naturali, vt inquit Bal. conſ. 29. nu. 4. vol. 1. latè
etiam Simon lib. 1. interpret. 1. dubitat. 4. ſolut. 4. per
totam, in quibus locis Doctores inſerunt ad plures
notabiles deciſiones, quas non induco, ne cum ibi vi-
deri poſſint fruſtra membranas occupem. Et ex præ-
dictis fundatur intẽtio D. Bernardini, quæ etiam cla-
rior redditur, & comprobatur ex ijs quæ mox ſubij-
ciam pro diſſolutione contrariorum.

Non obſtat itaque quod fideicommiſſum ſit odio-
ſum tanquam continens onus, & in dubio iudicandũ
ſit contra illud: quia reſpondeo, id non obtinere, quã-
do agitur de conſeruanda agnatione, quia tunc non
28 odioſum ſed fauorabile iudicatur. † Alex. in conſ. 39.
nu. 3. vol. 1. Curt. iun. conſ. 152. nu. 12. vbi infert, quòd
ideo teſtator loquendo de filijs includit nepotes. Go-
zad. conſ. 89. num. 12. vbi quòd maſculinum non con-
cipit femininum. Pariſ. conſ. 63. nume. 27. & ſequent.
volum. 2. vbi quod fideicommiſſum ideo extenditur
à filio ad nepotem. Socin. iun. conſil. 181. num. 39. vo-
lum. 2. vbi dicit hanc eſſe benigniorem interpretatio
nem. Capic. in deciſ. 108. numer. 15. Cæphal. in conſil.
137. nume. 40. & conſil. 541. nume. 42. conſil. 446. nu-
me. 30. Burſa. in conſil. 227. num. 56. Marzar. conſ. 5.
colum. fin. Menoch. in conſ. 97. num. 117. & conſ. 117.
num. 35. Zanch. in §. cum ita, par. 1. nu. 114. & 126. vbi
quod lata fieri debet interpretatio. Riminal. in conſ.
23. num. 74. 93. & conſil. 512. num. 72. Cæphal. conſil.
446. num. 30. Cardin. Mantica lib. 7. titu. 1. nume. 30.
Petra in d. tractat. de fideicomm. quæſtio. 9. num. 12.
in quibus locis multi alij citantur Doctor. Theſaur.
in deciſ. Pedem. 163. num. 1. Simon lib. 3. interpret. 3.
dubit. 2. ſolut. 3. nu. 22. folio 276. Molin. d. lib. 1. cap. 4.
num. 28. in fine, vbi allegat Franc. Piſcinam. in facto
autem noſtro fideicõmiſſum factum eſt fauore agna-
tionis, ergo latè eſt interpretandum, & idem dicunt
præcitati Doctores, quando conſtat de coniecturata
voluntate teſtatoris. & per hęc tolluntur ponderatio
nes ſupra factę de ſingulis ſubſtitutionibus, quia non
de expreſſa aliqua, ſed & tacita agimus ſubſtitutio-
ne inſurgente ex dilectione agnationis, & coniectu-
ta voluntatia. & in prædictis locis reſpondent ad id
quod dictum eſt in dubio pronunciandum eſſe cõtra
fideicommiſſum, & non ſufficere quod teſtator volue
rit niſi etiam diſpoſuerit, locum enim id vendicat,
quando teſtator nullũ expreſſit verbum per quod ſal
tem ex generali, & impropria ſignificatione cõpre-
hendi id poſſit; ſed vbi ex verbis aliquomodo dedu-
ci poteſt voluntas teſtatoris, ea ſufficit ad inducendũ
fideicommiſſum. ita Bald. in l. vnica, nu. 10. C. de his
qui ante aper. tab. vbi ait haberi pro expreſſo id, ꝙ
ſequitur ab expreſſo, licet caſu fuerit omiſſum. & di-
cit Caſtr. in l. ab omnibus, in princ. num. 4. ff. de leg. 1.
ſufficere, quod veroſimile ſit ita voluiſſe. Dec. in con-
ſil. 89. num. 3. optimè declarat Molin. de primog. Hi-
ſpan. lib. 1. cap. 4. num. 28. vbi allegat Fortun. Tiraq.
& Socin. iun. vbi dicunt, ſatis dici expreſſam volun-
29 tatem, quæ reſultat ab expreſſa, † & vbi adeſt volun-

tas ex coniecturis deducta, tollit omnia obiecta.
Caſtr.conſ.123.in fine, vol.1. alios citat Card. Mant.
lib.3.tit.3.nu.2.& latius num.18.& ibi num.10.dicit
attendendam eſſe volũtatem verbis non expreſſam,
ſi tamen ex coniecturis colligi poſſit, & ſit cum vero-
ſimilis,& tunc haberi pro expreſſa,& ſufficere conie-
cturam valde probabilem,& idem repetit lib.1.tit.1.
num.9.& lib.8.tit.1.num.18. & 23. dicitur enim eui-
dens,quando deducitur ex coniecturis,l.licet Impe-
rator,ff.de leg.1.& latiſſimè Simon omnino vidẽdus,
lib.2.interpret.4.dubit.2.ſolut.1.num.19. vſque ad fi.
fol.163. vbi declarat quando dicatur expreſſa volun
tas,& lib.3.interpr.3.dub.1.ſol.12.num.4.dicit con-
iecturas colligi poſſe ex ſcriptis, & expreſſis in teſta-
mento. & in prędictis locis Doctores dicunt ſuffice-
re, quod coniecturæ ſint probabiles; & dicunt illi,
quos ſupra citauimus in princ.ad probandum quod
fideicommiſſum inducitur ex coniecturis.

Nec aduerſatur,quod hoc caſu ſi fideicommiſſum
colligeremus,fieret extẽſio de perſona ad perſonam
contra iuris regulam. Reſpõdeo etenim,quod etiam
de perſona ad perſonam extenſio permiſſa eſt, quan
30 do teſtatoris concurrit veriſimilis volũtas, † quem-
admodum voluit Ang.in l.Gallus, §.& quid ſi tantũ,
num.3.ver.fallit etiam,ff.de lib.& poſthum.idẽm vi-
dentur voluiſſe Bal. & Imola in l.Titius, in princ. ff.
de lib.& poſth. vbi Caſtr.nu.7.id expreſsè tenet Iaſ.
in conſ.115.nu.4.vol.4.& in d.l.Titius, §.Lucius, nu.
7.Fortun.in d.§.& quid ſi tantum, num.86.vbi Crot.
num.27.Cur.iun.conſil.121. num.14. Brun. de ſtatu.
excluſ.femin.in 8.artic.princip. q.19.Pariſ.latè con-
ſil.50.num.54.& ſequen.conſil.66.num.66.& ſeq.vo-
lum.3.Crauet.in conſil.155.num.7. Socin.iun.conſil.
129.num.35. volum.3. Cæph.in conſil.114. num.30.
vbi addit Corn.Capr.Ruin. Grat. & Mant.& conſil.
446.num.35.Zanc.in §.cum ita, par.4. num.129. vbi
addit Marzar.Crau.in conſil.992.num.35.ver.quar-
to poteſt reſponderi. Burſ.in conſ.227.num.64. Car-
din.Mantica lib.3.tit.19.num.9.vbi poſt Cæph.dicit
crebriorem,veriorem,& æquiorem,imò indubitatã.
Menoch.conſil.379.num.14.Rimin.conſil.243.num.
58. vbi num.51. dicit idem eſſe, quando ſequeretur
abſurdum. Craſſ.in §.fideicommiſſum, quæſt.4.num.
22.vbi addit Anton.Gabr.Molin.d.lib.1.capit.4.nu-
mer.25.Card.Mantica lib.3.tit.19.num.8.& ſequen.
quinimo quando vel aliquo modo verba patiuntur,
vel conſtat de mente diſponentis, tunc extenſionem
admitti de perſona ad perſonam, tenet Aretinus
met,qui author eſt contrariæ opinionis, in d.l. Gal-
lus,§.& quid ſi tantum,num.18.vti reſoluit Zanch.d.
par.4.num.129.Burſat. d.conſ.227. nu.64. & Molin.
d.cap.4.num.25. ver. imò quod plus eſt, & ratio eſt,
quia vbi eadem, vel maior militat ratio, & quando
veriſimilis mens diſponẽtis accedit, non dicitur ex-
31 tenſio ſed compræhenſio † quædam.Cur.iun.in con-
ſil.113.num.10.Crau.conſil.48.nu.13. & dicitur men-
talis interpretatio, vt poſt Bal.dicit Gabr. conſil.15.
num.9.& ſeq.in 2.& dicam latius infra vbi tractabo
ſi ex identitate rationis fideicommiſſum poteſt indu
ci,vel extendi extra ſuum caſum.

Minus turbare quemquam debet, quod teſtator
vſus fuerit dictionibus quæ limitant ſuam diſpoſitio
nem,ex quo dixit,tunc,& tali caſu,ideoque videatur
extenſionem omnem prohibuiſſe. Nam vbi veriſimi-
lis adeſt diſponentis mens, ea verba non excludunt
32 extenſionem,† vt voluit Barbat.conſil.21.col.5. vol.
2.Dec.conſ.227.col.fi.& conſ.372.circa fin. Galliau.
in d.§.& quid ſi tantum,in 4.notab.Gozad.in conſil.
64.in fine Pariſ.conſil.92.num.60.volum.2. & conſil.
20.num.36.vol.3. Roland.in conſ.70.num.49.& ſeq.
vol.3.Crau.conſ.878.num.11. conſil.992. num.36.&
hanc partem tenent Bero.Soc.iun.Cæph. Marzar. &
Menoch.citati à Simone lib.3.interpr.2. dub.1. ſol.5.
num.21.fol.235.hîc autem nedum veriſimilis eſt con
iectura mentis ſed expreſſa extat ratio quæ diſpoſi-
tionem trahit ad alios caſus & perſonas, vt latius
paulò inferius dicam.

Quod autem obiectum eſt feminam dici de ſtir-
pe,& de deſcendentia, procedit quidem vbi aliud ni
hil eſt quod contrarium ſuadeat, ſed cum diſpoſitio
facta eſt fauore agnationis, tunc feminæ excluden-
tur,& ratio eſt in promptu: quia per eas non conſer-
uatur agnatio ſed finitur, vt late probauimus ſupra
in ver.nec Domina Eleonora, id quòd multo magis
procedit in caſu noſtro,vbi dixit teſtator, ſe velle ma
nutenere,& propagare ſtirpem; femina etenim non
poteſt manutenere,& multo minus propagare agna
tionem, quæ in ea deſinit. & negari non poteſt quin
teſtator loquendo de ſtirpe, intellexerit de agnatio-
ne,& de maſculis, quoniam poſtquam dixit excluſis
feminis admittendos eſſe naturales legitimatos,red
dit talis ſuæ diſpoſitionis rationem: quia deſiderat
manutenere,& propagare ſtirpem ſuam.& hæc ratio
nõ eſſet bona ſi ſtirpis nomine includeretur femina,
imò eſſet contra ſuam diſpoſitionem, quæ excludit
feminas. fieri ergo debet interpretatio vt ratio con-
ueniat dicto,& non ſit illi contraria, l.ſcire oportet,
§.etſi maximè,ff.de excuſ.tutor.vbi voluntas ex adie
33 cta ratione declaratur.† Bart. in l.3.§.fin.ff.de legit.
tutor.& ratio facit intelligi dictum Bal. in l.ſuum,in
fi.C.de iur.delib.Bero.conſ.64.num.20. vol.2. Card.
Mantica lib.6.tit.14.nu.24. & teſtator eſſet ſibi con-
trarius,eiuſque,diſpoſitio cõtineret repugnantiam,
34 quòd euitari omnino † debet. Alex.in conſ.55.col.
3.volum.4.Simon latè lib.1.interpr.1.dubit.4.ſol.7.
num.3.ſol.31.

Nec reſiſtit quod ratio agnationis conſeruandæ
reſtringatur ad caſus, & perſonas expreſſas: nam id
falſum à Doctoribus reputatur: quia cum ratio ſit
anima diſpoſitionis, plus attenditur quam diſpoſi-
35 tio ipſa.† gl.in cap.conſuetudo, diſtin.1. Niconit.in
Rubr.ff.de op.noui nunc.num.195.Rebuff.in l.vnica,
numer.183.C.de ſent.quæ pro eo quòd inter.& ad li-
mites rationis ampliatur diſpoſitio l.filium habeo,
ff.ad Macedon. etiam in exorbitantibus. Cin. in l.1.
in 4.oppoſ. C.quæ ſit longa conſuet. Becius in conſil.
62.num.13. & ſeq. vbi quòd non dicitur extenſio ſed
comprehenſio ea quæ fit ex identitate rationis, ſiue
expreſsè ſiue tacitè, vt quando ſola poteſt allegari,
quo caſu ſecundum ſupradicta habetur pro expreſ-
ſa. Et in ſpecie quod fideicommiſſum propter adie-
36 ctam rationem † extendatur, voluit Bart. in l.pater
filium,§.fundum,in fine,ff.de legar.3.& ego in conſil.
96.num.43.& ſeqq.probaui, quod ratio extendit fi-
deicommiſſum de re ad rem, de caſu ad caſum, de
perſona ad perſonam, & de tempore ad tempus, &
quod fiat extenſio ad alias perſonas ponit Craſſ. §.
fideicommiſſum,quæſt.5.numer.11. Cardin.Mantic.
lib.6.tit.14.num.21.& 23. latè Simon d.ſolut.11. nu.
3.& 4.fol.287. vbi idem dicit in ratione tacita quod
in expreſſa,& quod dicitur comprehenſio non exten
ſio,idem Craſſ.d.§.fideicommiſſum, quæſt.8.in fine,
quæſt.4.num.20. & quęſt.14.num.5. Crauet.in con-
ſil.992.numer.22.& ſeq. vbi ait, per rationem indu-
ci nouum fideicommiſſum, & multo facilius iam in-
ductum extendi latiſſimè autem omnium *Molin. d.*
tractat. libr.1. capit.5. numer.8. & ſeqq. vbi *dicit*, fi-
deicommiſſum induci, & extendi ob rationem ex-

preſſam

Digitized by Google

37 preſſam vel ſubintellectam,† quia vbi eadem eſt ra-
tio, includitur caſus comprehenſiuè non extenſiuè,
& dicitur expreſſum, quidquid ſub rationis verbis
continetur, amplè etiam hanc concluſionem probat
& amplectitur Petra de fideicom. q. 5. nu. 81. & mul-
tis ſeqq. vbi dicit, extenſionem permitti de caſu ad
caſum, de re ad rem, de perſona ad perſonam, quia
eſt comprehenſio, & num. 89. loquitur in ratione taci
ta: in caſu autem noſtro ratio eſt expreſſa, inſurgit e-
tiam tacita ex eo, quod feminas excluſerit, maſcu-
los vocauerit, in conditione poſuerit, plures fecerit
ſubſtitutionum gradus, & naturales legitimatos fe-
minis deſcendentibus prætulerit.

Et quamuis ſola agnationis ratio conſiderari non
poſſit quando maſculi ſunt inſtituti, & excluſæ femi-
næ, tamen aliud eſt, quando concurrũt aliæ coniectu
ræ, vt quia maſculi non ſolũ inſtituti ſunt, ſed ẽt ſub-
ſtituti, & poſiti ſæpè in conditione, & teſtator digreſ
ſus eſt ad plures ſubſtitutionum gradus, & hodie fe-
re in tota Italia extant ſtatuta feminas excludentia
propter maſculos. Bar. in l. Titio centum, §. Titio ge-
nero, nu. 5. ff. de cond. & dem. & viget conſuetudo, ꝙ
feminæ faciant pactum de non petendo. Bar. in l. fin.
nu. 8. C. de pact. & in dubio teſtator videtur diſpone-
re ſecundum ſtatuta. Bar. & Doct. in l. hæredis mei, §.
cum ita, ff. ad Treb. & ſecundum conſuetudinem re-
38 gionis.† Innoc. in c. olim, de verb. ſignif. Gabr. com.
opin. tit. de conſuet. concl. 1. nu. 67. & dicit Anch. in
conſ. 435. in fine, quòd homines generaliter affectio-
nem habent ad agnatos, ne bona exeant ſuam fam-
iliam. Sim. d. ſolut. 11. nu. 1. in fine, & licet aliqui velint
quòd mentio maſculorum nõ inferat ad agnationis
conſeruationem, tamen id verum eſt, quando ſolum
poſiti ſunt, in conditione, ſecus quando diſpoſitiuè
vocati ſunt vti ex Cęph. Rim. & Card. Mantica dixi
ſupra in ſecundo præmiſſo. & quidquid tenuerint ali
qui contrarium citati, communis eſt ſententia, quod
ſtatutum feminas excludens propter maſculos, mo-
39 ueatur fauore agnationis conſeruandæ, † vt latè in-
finitis adductis authoritatibus comprobat Brun. de
ſtatu. excluſ. femin. artic. 3. per totum, pręcipuè num.
12. vbi allegat Iacob. de Aret. Ioan. And. Cin. Bar. Bal.
Ang. Albe. Salic. Signor. de Homod. Imo. Fulg. Cum.
Roman. Caſtr. Alex. Barbat. Aret. Curt. ſen. Lancell.
Dec. & Campeg. quibus addi poſſunt Corne. Socin.
Dec. Curt. iun. Socin. iun. Grat. Matheſil. Silua. Alba.
Cępb. Celſus, Gabr. & Piſcina, citati à Ludouico Mo
lina, d. lib. 3. c. 3. nu. 55. & poſſem alios multos refer-
re. quinimo ex ſupra relatis conſtat, eam opinionem
eſſe communem, etiam in teſtamentis, licet ego non
ſoleam admittere niſi alijs concurrentibus, ſed hic
caſus eſt omni dubio vacuus, ſtante expreſſa teſtato-
ris declaratione, quod voluerit ſtirpem ſuam manu-
tenere, & propagare, ideſt agnationem ſuam conſer
uare, vt declaraui ſupra.

Quod ſi forte dicatur, præmiſſa procedere ſi teſta-
tor ſic dixiſſet per diſpoſitiua verba, ſecus autem cũ
vſus eſt verbis nudum eius deſiderium ſignificanti-
bus, facilis erit reſponſio, ex quo ſupra primo loco
præmiſimus fideicommiſſum induci, & creari qui-
buſcunque verbis, & verbum, rogo, fideicommiſſum
40 importat, † l. 2. in princ. C. commun. de legat. l. cum
proponebatur, in fi. ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa, §. hęc
verba, ff. de leg. 3. §. fi. Inſt. de ſing. reb. per fideicomm.
relict. quinimo, etiã verba importantia deſiderium,
41 vt quando dicitur, cupio vt des, fideicommiſſum † ſi-
gnificant, l. eo modo, & l. etiam hoc modo, ff. de leg. 1.
Card. Mantica lib. 8. tit. 1. num. 11. & nouiſſimè Rot.
deciſ. 640. num. 16. in 1. part. in nouiſſ.

Porrò ex eo quod teſtator aliquo in caſu feminas
vocauerit, non minus videtur voluiſſe ſuam conſer-
uare agnationem, quoniam cum claram habeamus
eius mentem ex ratione adiecta, & explicitè, fruſtra
agimus ex coniecturis, l. continuus, ff. de verb. oblig.
l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid. vbi veritas ſu-
42 perat omnem præſumptionem. † & latiſſimè cõpro-
bat in vltimis voluntatib. Card. Mant. lib. 15. tit. 17.
nu. 1. 4. & ſeq. & in terminis quod vocatio femina-
rum aliquo in caſu facta, non tollat rationem con-
43 ſeruãdæ agnationis, quæ fuit expreſsè adiecta, † de-
clarat Molin. d. lib. 3. c. 5. nu. 50. verſ. primo quando,
circa finem. Crauet. in conſ. 800. nu. 15. ver. non ob-
ſtat agnationis. ſecundo reſpondeo, quod in toto di
ſcurſu teſtamenti non video feminas aliquo caſu vo
catas, niſi caſu quo omnes deſcendentes ex filijs, &
nepote inſtitutis penitus deficerent, & ita, quando
nulli extarent maſculi ex ſuis deſcendentibus, quo
caſu eius agnatio eſſet prorſus extincta: quo circa ar
gumentum retorqueri poteſt, quia ſi proprias filias
non vocauit, niſi in defectum maſculorum, videtur
proſpexiſſe agnationi ſuæ. tertio reſpondeo, quod te
ſtator potuit agnationẽ conſeruare in omnibus præ
terquam in aliquibus caſibus, & ideo licet aliquo in
caſu feminas vocauerit, non tamen ideo dici poteſt
quòd agnationis fauorem non conſiderauerit, po-
44 tuit enim, & voluit conſiderare in omnibus † alijs.
ita reſpondet Bald. in conſ. 68. nu. 3. inter conſil. An-
gel. vbi idem conſuluit Ang. conſ. 69. Anchar. & Flo-
rian. in conſi. 359. inter conſil. Anchar. Soc. conſ. 81.
nu. 12. in fi. vol. 4. Socin. iun. in conſil. 23. nu. 37. vol. 1.
vbi allegat Corn. & Bald. Nou. & in conſi. 116. nu. 10.
volum. 3. idem probarunt Ruin. & Grat. quos citat,
& ſequitur Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de ſtatut.
concl. 6. nu. 2. vbi dicit communem. Cravet. in con-
ſil. 800. num. 15. verſic. non obſtat agnationis, vbi di
cit, quod etſi agnatio non ſit conſiderata eo caſu cũ
feminæ ſunt vocatæ, eſt tamen conſiderata in alijs ca
ſibus, & hoc etiam placuit Grego. Lopez. in Hiſpan.
l. 3. tit. 13. part. 6. in gloſ. in ver. mugeres, col. 7. verſic.
& procedit.

Sed non etiam vrget, quod ad excludendam agna
tionis conſiderationem adducitur teſtatorẽ non vo-
caſſe collaterales niſi deficientibus tam feminis quã
maſculis à ſe deſcendentibus, & ſolum ad ſucceſſionẽ
domus, & non aliorum bonorum. Reſpondeo, quod
ſatis eſt teſtatorem voluiſſe conſeruare agnationem
inter ſuos deſcendentes; quamuis enim agnatio ge-
neraliter ſumpta includat etiam collaterales, quia
intelligitur non ſolum effectiuè, ſed etiã contentiuè,
45 † vt poſt Sal. Ruin. & alios docet Card. Mantic. lib. 8.
tit. 15. nu. 12. vbi diſputat, an in dubio vocata agna-
tione veniant collaterales, tũ ſicuti ex ratione agna-
tionis cõſeruandæ inducitur fideicommiſſum etiam
inter collaterales, quando intelligitur cõtentiuè, ita
induci debet inter deſcendentes quando intelligitur
effectiuè, tũ quia eadem eſt ratio partis quoad partẽ,
quæ eſt totius quoad totũ, l. quæ de tota, ff. de rei vẽd.
tum etiam, quia inter ipſos deſcendentes militat ea-
dem extenſionis ratio, quando voluit bona inter eos
conſeruari quæ inter omnes etiam collaterales quan
do voluit inter omnes conſeruari, ergo idem ius eſſe
debet, l. de quibus, ff. de legib. l. illud, ff. ad leg. Aquil.
cauſa enim extenſionis fideicommiſſi eſt, quia diſpo-
ſitio extenditur ad limites rationis adiectæ, vt ſupra
declaraui, hæc aũt non minus procedere debet, quan
do conſiderata eſt agnatio effectiuè, & ita inter de-
ſcendentes, quam vbi conſideratur contentiuè, quo-
niam diſpoſitio eatenus producenda eſt, quatenus

ſua ſe protendit ratio, nec dicitur extenſio tunc,
ſed cõprehenſio: nam ratio eſt tanquam genus con-
tinens plures caſus in quibus eadem ſit ratio, eo mo
46 do quo continent plures ſpecies. † ita Pet. & Cin. in
l. iura nõ in ſingulas, ff. de legib. & in l. quod vero, vbi
etiam Bald. ff. eod. tit. & infinitos congerit Tiraq. in
l. ſi vnquam, in ver. libertis, nu. 45. & ſicuti fideicom-
miſſum induceretur ſolum inter deſcendentes ſi di-
xiſſet id expreſsè, ita cum dixerit velle ſe conſeruare
ſuam ſtirpem, effectiuè, & cum inter Doctores ſit du-
bium, vocata agnatione an veniant collaterales, vt
per Card. Manticam loco præcitato, voluit teſtator
omnem dubitationem remouere, illos vocando ſo-
lum poſt feminam deſcendentea, nec minus dicitur
agnationem dilexiſſe.

Ex quibus & illud deducitur, quod etſi regulari-
ter ſubſtitutio facta ſub conditione, ſi quis deceſſerit
ſine filijs, expiret filijs relictis, licet illi poſtea moriã
tur, ſecũdum conſilium Oldr. 21. tamen quando fuit
habita agnationis ratio, illi quoque filij cenſentur
47 vocati, & grauati, † vt per Soc. in conſ. 250. col. 3. & 4.
vol. 2. Curt. iuo. & Marzar. quos citat & ſequitur Ri-
min. conſ. 412. num. 12. & ſecũdum hanc opinionem
referunt fuiſſe iudicatum. Guid. Pap. deciſ. 531. col.
3. ver. tertia ratio eſt. & Capic. deciſ. 108. Crot. conſil.
58. Pariſ. conſ. 90. num. 15. volum. 2. Soc. iun. conſ. 78.
num. 28. vol. 3. & in conſ. 1. numer. 70. vol. 1. vbi addit
Corn. idem voluit Crau. in conſ. 98. col. 2. & in conſ.
306. col. penult. Zanch. in §. cum ita, in 7. par. num. 46.
Rolan. in conſil. 6. in fine, vol. 4. Burſat. conſ. 1. num. 1.
Crau. in conſ. 932. num. 15. & 28. Card. Mantica lib.
11. tit. 6. nu. 6. Simon lib. 3. interpr. 3. dubit. 3. ſolut. 3.
num. 10. fol. 316. vbi alios citat Cæphal. in conſ. 529.
num. 32. Petra in dicto tract. quæſt. 5. num. 70. Rim. in
conſil. 456. num. 31. & ſeq. vbi alios allegat, & ita iu-
dicari vidiſſe teſtatur Alciat. in conſ. 604. nu. 4. Craſſ.
in §. fideicommiſſum, q. 33. nu. 6. in fine. & propterea
quamuis fideicommiſſum videatur ex verbis iniun-
ctum ſolummodo filijs teſtatoris ſub conditione, ſi
deceſſiſſent ſine filijs, tamen ex eiuſdem teſtatoris
præſumpta, & veriſimili imò vero expreſſa volunta-
te inducitur etiam fideicommiſſum nepote morien-
te ſine maſculis.

Et per eandem rationem infertur, quod filij poſi-
ti in conditione, cenſentur vocati, quando teſtatoris
diſpoſitio facta eſt pro conſeruanda agnatione. ita
Pariſ. in conſil. 6. num. 16. vol. 3. Cardin. Mantica de
coniectur. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 15. Crauet.
conſ. 992. num. 21. & 25. ſed clarius ceteris Pariſ. con
ſil. 76. num. 9. vol. 2. Petra de fideicom. quæſt. 9. num.
194. in fine. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 14. nu-
mer. 5. Gabr. conſ. 123. num. 29. volum. 2. & hoc caſu
filij qui cenſentur vocati, cenſentur etiam ſub eadem
conditione grauati, ſi deceſſerint ſine filijs maſculis.
Guid. Pap. quæſt. 531. Corne. conſil. 146. vol. 2. Dec.
conſil. 269. num. 3. Crauet. conſil. 98. conſil. 878. num.
8. conſil. 935. num. 13. & conſil. 992. numer. 25. verſic.
ceterum in ſpecie hac, vbi dicit, rem non eſſe dubiam
quando ideo cenſentur vocati, quia habita fuerit a-
gnationis ratio. Marzar. conſil. 6. num. 11. Rimin. con-
ſil. 21. num. 31. Gabriel. commun. opin. lib. 4. tit. de fi-
deicomm. concluſ. 7. num. 5. & hos ſequitur Menoch.
in conſ. 347. num. 39.

In facto autem noſtro quod ſint vocati, concur-
runt aliæ coniecturæ, & vna præcipuè quæ non reci-
pit controuerſiam apud Doctores, quod filij non ſo-
lum ſunt poſiti in conditione cum qualitate maſculi
nitatis, ſed etiam ſub vocabulo legitimorum, & na-
turalium, & ex legitimo matrimonio procreatorum,
48 † vt poſt Bart. Rom. Alex. Fulgoſ. Dec. & Roland. te-
net Cardin. Mantica d. tit. 3. num. 7. Zanch. d. part. 7.
num. 49. Petra d. quæſt. 9. num. 201. vbi multos alle-
gat; quæ omnia volui dixiſſe ad tollendum obiectum
quòd fieri poſſet ſuper eo quòd ſubſtitutiones ex-
preſsè non excedunt nepotes, & non tranſeunt ad
grauamen nepotum.

Addo, quòd Ioanni nepoti inſtituto, ſunt ſubſtitu
ti alij filij teſtatoris, vel filiorum filij, vt legitur in pri
ma ſubſtitutione, caſu quo deceſſiſſet ſine filijs, ergo
eodem modo alijs nepotibus deſcendentibus ex ce-
teris filijs cenſeri debent ſubſtituti nepotes ex alijs
filijs, vt inter deſcendentes ſeruetur æqualitas, aliàs
grauamen magis duraret quoad deſcendẽtes vnius
ex filijs, quam quoad deſcendẽtes ex alijs. ita arguit
Ruin. in conſ. 145. nu. 6. & ſeq. volum. 2. vbi mouetur:
quia pro ſeruanda æqualitate ampliatur diſpoſitio.
49 † ſequitur Card. Mantica lib. 11. tit. 20. num. 25. vbi
allegat Gabr. quemadmodum igitur ex diſpoſitione
teſtatoris Antonius, & Stephanus iuniores fuerunt
ſubſtituti Ioanni ſine filijs maſculis decedenti, qui
tamen erat nepos, & qui caſus euenit, ita & non ali-
ter præſumendum eſt quod Ioannes, & alij in pari
gradu exiſtentes, fuerint ſubſtituti Antonio, & Ste-
phano iunioribus ſine maſculis, & non eſt veroſimi-
le, quòd Ioannem quem æquè ac ceteros dilexit, vo-
luerit plus ceteris coheredibus grauare.

Quo vero ad id quod quæritur, an D. Bernardinus
qui nunc viuit reuocare poſſit alienata per D. Anto-
nium patrem D. Eleonoræ, videretur etiam dicendũ,
quod ex quo D. Antonius vti qui Stephano teſtatori
ſucceſſit mediante perſona Alexandri fratris, ignora
uit fideicommiſſum prædictum, quæ ignorantia mul
to magis ſupponenda eſt in emptoribus qui tractant
de alieno facto, ſuſtineatur alienatio, & fideicommiſ
ſario detur actio ad precium contra hæredes graua-
ti, qui bona alienauit, vt eſt formalis textus in l. fin.
§. fi. ff. de leg. 2. quem Doctores dicunt corrigere om-
nia iura diſponentia, quòd fideicommiſſarius reuo-
cat alienata à grauato, & Doctores communiter vo-
lunt, quòd procedat etiam data ſcientia alterius ex
50 contrahentibus, quia ſufficit vnius † ignorantia, vt
latè probat Oſaſ. deciſ. Ped. 73. quinimo, reprobata
Baldi, & aliorum opinione, receptior videtur ſenten
tia, qđ idem ſit vndecunq; deſcendat ignorantia, &
non ex facto teſtatoris, vt per Alex. in l. Marcellus, §.
res quæ, nu. 5. ff. ad Treb. vbi Soc. nu. 11 & Claud. nu. 4.
Alex. in conſ. 184. nu. 7. vol. 2. cum ſimilibus. & quam-
uis textus limitetur multis modis, tamẽ nulla ex il-
lis limitationibus poteſt facto noſtro accõmodari.

Sed etſi hæc videantur colorata, tamen verius exi-
ſtimo, quod D. Bernardino nunc agenti detur actio
ad bona per grauatos alienata: quia etſi bona ſubie-
cta reſtitutioni poſſint alienari dum conditio pen-
det, tamen vbi caſus fideicommiſſi euenit, reuocatur
51 alienatio, & habetur pro non facta, † vt eſt tex. in l. fi.
§. ſui autem auaritiæ, C. com. de legat. vbi omnes Do-
ctor. & eſt diſtinctio Caſtr. poſt Iac. Beluiſ. in l. filius-
fam. §. Diui, ff. de legat. 1. vbi Opizon. nu. 24. quòd v-
bi ſubeſt tacita prohibitio alienandi reſultans ex fi-
deicommiſſo, tunc adueniente die fit reuocatio, &
prædictam ſententiam tenent gl. Bart. & omnes Do-
ctor. præcipuè Iaſ. in d. §. res quæ, vbi Ang. colum. 1. &
Alex. num. 8. dicunt ita practicari. Rol. conſil. 81. in
princ. vol. 2. & Gabr. conſ. 44. num. 8. vol. 2. Tiraq. de
retractu conuent. §. 1. glo. 7. nu. 10. Molin. de primog.
Hiſpan. lib. 1. c. 16. num. 33.

Et non obſtat diſpoſitio dicta l. fin. §. fin. in qua
conſiſtit omnis amaritudo: quia reſpondetur, illam
non

Digitized by Google

non procedere, quando bona ex diſpoſitione teſta-
toris conſeruari debent in familia, & agnatione:
quia tunc res ipſa non precium poteſt per vocatum
auocari, ex quo ſatis aperta eſt teſtatoris voluntas,
52 quod res minimè alienetur. † & nõ vagando, vbi nõ
expedit, ita voluit Alciat. in d. §. fin. nume. 8. dicens,
non eſſe locum illi deciſioni, quando fideicommiſ-
ſum babet cauſam perpetuam, vt quia teſtator iuſ-
ſerit bona reſtitui proximioribus, tunc enim cum
res debeat in familia perſeuerare, & ſinguli cenſean
tur gradatim, & ſucceſſiuè vnus poſt alium vocari,
ſatis patet, qđ teſtator non vult bona alienari, ideo-
que non refert, quod alienans ignorauerit, vel ſci-
uerit fideicommiſſum. Hanc quoque ſententiã pro-
bauit Bolognet. in d. §. Diui, nume. 81. vbi ait, quod
ſi probibitio concepta eſt in rem, vt quia mandat te-
ſtator ne res exeat de familia, tunc ignorantia non
excuſat, ſed reuocatur alienatio ea non obſtante, &
hanc ipſam ſententiam tenuit Gabr. in conſil. 118.
nu. 3. in fi. vol. 1. vbi dicit, quod ſi alienatio non fa-
uore vnius tantum, ſed totius familiæ eſt prohibi-
ta, vt quando res debet perpetuo conſeruari in fami
lia, tunc l. fin. non habet locum, nec trabi debet ad
hunc caſum, cum autem habeamus deciſiones in ter
minis, non videretur vlterius laborandum, præci-
puè nullo Doctore quem viderim tenente contra-
rium; nihilominus hæc limitatio fundatur ratione,
quia ſi eiuſmodi bona debent in familia cõſeruari,
& tranſire de vno in aliũ, vtique neceſſe eſt, quod li-
ceat cuique fideicommiſſario non precium, ſed rem
auocare; hac enim ratione non poſſent etiam mo-
mento temporis eſſe penes fiſcum, vt voluit Alciat.
in conſi. 650. vbi concludit, quòd ſicuti bona expreſ-
sè prohibita alienari, non poſſunt in fiſcum deueni-
re, etiam durante vita grauati, qui deliquit, ita nec
bona, quæ ex diſpoſitione teſtatoris debent perpe-
tuo remanere in familia: quia hæc quoque haben-
tur, ac ſi eſſent expreſsè prohibita alienari, & idem
dicit Pariſ. conſ. 92. num. 42. volum. 2. licet non infe-
rat ad fiſcum.

Secundo facit ratio conſiderata à Bologn. quod
vbi bona ſtare debent in familia, tunc res dicuntur
affectæ reali onere, ideo non eſt curandum, quod alie
nans ignorauerit, vel ſciuerit, ideo dicimus, quod
vbi onus eſt reale, tunc grauatus tenetur reſtituere
non ſolum portionem ſuam, ſed eam quoque quam
53 habuit à cohærede. † Bart. in l. peto, §. fratre, num. 2.
ff. de legat. 2. Caſtr. in l. voluntas, in fine, C. de fidei-
commiſ. infinitos ad id cumulat D. Bec. conſil. 24. nu
me. 42. & ſequen. ſimiliter licet res ſemel licitè alie-
54 nata ſit perpetuo alienabilis, † l. cum pater, §. quin-
decim, ff. de leg. 3. tamen fallit, quando grauamen
eſt rei impoſitum, quia tunc durat inalienabilis. Bar
to. d. l. peto, §. fratre, num. 2. Caſtr. conſi. 77. nume. 5.
vol. 1. Crot. §. Diui, nume. 43. Opizon. nume. 56. Fer-
din. num. 134. & Ripa, num. 66. Socin. iun. conſil. 89.
num. 28. vol. 3. Pariſ. conſi. 22. num. 49. volum. 3. Tira
quel. de retractu conſang. §. 32. glo. 1. num. 8. Alc. con-
ſil. 136. num. 2. conſi. 612. nu. 1. Menoch. de arbitr. iu-
dic. quæſt. 54. num. 25.

Tertio confirmãtur præmiſſa per deciſionem Bal.
in Authent. Et qui iurat, num. 38. C. de bon. autho.
iud. poſſid. vbi dicit, quòd etſi regulariter bona re-
ſtitutioni ſubiecta effici poſſint pignus prætorium,
tamen fallit, quando ex diſpoſitione teſtatoris opor
tet ea retineri in corpore patrimonij. ſequitur Alex.
in conſil. 23. num. 15. vol. 1. & boc fundamento moue
tur Gabr. d. conſ. 118. num. 3.

Quarto facit, quia cum teſtator diſponit, ꝙ bona
ſua remaneant in familia, videtur etiam diſponere,
ꝙ non alienentur, quia non aliter poſſunt cõſeruari
in familia; ideo ſicuti, quando extat prohibitio alie-
nandi non releuat ignorantia grauati, ita nec, quan-
do bona debent cõſeruari in familia, & ad hoc pro-
bãdum eſt tex. in l. Imperator, ff. de fideicom. lib. vbi
non eſt expreſſa alienandi prohibitio, ſed iubet teſta
tor ne alij cuipiam ſeruiant: quæ verba idem ſonant
ac ſi dicerent remaneant in familia, & tamen ex eo
tex. Doctor. colligunt, quòd ignorantia non excu-
55 ſet, quando ſubeſt expreſſa prohibitio. † Alex. in l.
Marcellus, §. res quæ, num. 5. ff. ad Treb. & ibi Socin.
num. 10. Iaſ. §. Diui, num. 69. vbi Ripa, num. 11. Bec. in
conſ. 97. num. 6. cum infinitis ſimilib. hoc arg. vtitur
Alciat. d. conſi. 650. & certè ſi bene conſideretur ille
textus, decidit optimè caſum noſtrum, quia in eo
nulla eſt expreſſa probibitio, ſed præceptum ne ali-
cui alij eos ſeruire permittat.

Quinto, quando teſtator mandat bona cõſeruari
in agnatione, negari non poteſt, quin tunc oſtendat
ſe magnam habere affectionem ad res ipſas, noſtra
enim plurimum intereſt, ꝙ bona immobilia rema-
56 neant in noſtra familia, † l. ſi in emptione, ff. de mi-
nor. & ſunt plura alia iura citata à Tiraq. in præfat.
tract. de retract. nu. 34. vſque ad 50. & per tex. prædi-
ctũ id voluit Ang. in conſi. 243. in princ. & dicit Soc.
in conſ. 131. nu. 11. vol. 1. ꝙ noſtra intereſt conſangui-
neis noſtris conſeruare immobilia. Iaſ. cõſ. 41. nu. 10.
vol. 3. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. glo. 14. nu. 51. &
ſicuti in particularibus precium loco rei ſuccedit,
57 quando conſtat de voluntate † diſponentis. glo. in l.
ſed & ſi lege, §. 1. ff. de pet. hæred. Tiraq. de retrac. con
ſang. §. 32. glo. 1. nu. 23. Molin. lib. 4. c. 4. nu. 31. ita in
vniuerſalibus non ſuccedit loco rei, quando teſtato-
ris voluntas in contrarium coniecturatur.

Sexto videtur in caſu noſtro teſtatorem expreſsè
prohibuiſſe alienationem ſuorum bonorum immo-
bilium, ex eo, quod poſtea ſcriptis hæredibus con-
cedit licentiam alienandi vſque ad quantitatem mil
le ducatorum: nam cenſetur vltra dictam quantita-
tem probibuiſſe; arguméto eius, quòd dicimus per-
58 miſſum ad tempus cenſeri poſtea prohibitum, † l. ſi
vnus, §. 1. vbi Bald. ff. de pact. cum multis apud Tira-
quel. de retract. conuen. §. 1. glo. 2. num. 44. & verba li
mitata important idem, ac ſi quòd excluditur eſſet
expreſſum. ita Bald. in l. obſeruare, §. fin. num. 5. ff. de
offic. proconſ. vbi dicit id verum etiam in ſtatuto,
quia videtur text. ſtatuti, ſequitur Alexand. conſi. 3.
num. 6. in 7. Tiraquel. loco præcitato, num. 47. Iaſ. l.
ſi ita quis, num. 3. ff. de vulgar. Crot. conſi. 61. nu. 15.
Cæphal. conſil. 422. num. 3. & quod teſtator dando
limitatam facultatem alienandi, videatur prohibe-
59 re in reliquis, † voluit Ferdin. in l. filiusfam. §. Diui,
num. 42. ff. de legat. 1. & ego ſecutus ſum in conſi. 11.
num. 7. Facit quia incluſio vnius eſt alterius exclu-
ſio. latè Becius conſil. 55. nume. 11. Roland. conſil. 61.
num. 11. vol. 3. & ex licentia arguitur prohibitio. Soc.
iun. conſi. 1. num. 20. poſt med. volum. 3. Gabr. con-
ſil. 117. nu. 45. vol. 1.

Vltimæ quæſtionis breuis eſt reſolutio, quia licen
tia vendendi, & alienandi bona vſque ad quantita-
tem mille aureorum, videtur limitatè conceſſa ſolis
hęredibus inſtitutis, ideoque non poteſt extendi ad
ſubſtitutos; quod autem ſolis inſtitutis fuerit cõceſ-
ſa, demõſtro, quia poſtquam teſtator inſtituit filios,
& nepotes, fecitque ſupradictas omnes ſubſtitutio-
nes, ſubdit, quod dicti ſui hæredes, &c. illi autem ſo-
60 li cenſentur honorati, † quorum nomina legi poſ-
ſunt. Barto. in l. qui liberos, §. hæc verba, in fine, ff. de
vulga.

Digitized by Google

vulga. Imol. in l. ſi quis filium, §. fin. ff. de acquirē. hær.
vbi infert, quod diſpoſitio non tranſit ad hæredem
hæredis, ſequuntur multi qoos citaui in conſil. 123.
num. 13. alios citat Cardin. Mant. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 8. tit. 14. in fin. Cagnol. in l. qui per ſucceſſio-
nem, num. 8. in fine, ff. de reg. iur. Menoch. in conſ. 86.
num. 43. & in conſil. 95. num. 128. Crot. in l. 2. in prin.
nom. 4. ff. ſolut. matr.

Sed in hoc exiſtimo veritatem eſſe in contrarium:
quia ſubſtitutus dicitur hæres inſtitutus, vt eſt tex. in
l. mulier, in fin. ff. de cond. inſtit. & ibi Bart. & Bal. no-
61 tant, quod ſubſtitutus eſt propriè inſtitutus, † & lo-
quitur ille text. vt bene Bald. animaduertit, quando
cōditio refertur ad inſtitutum: quia nihilominus ve-
rificatur in ſubſtituto. Soc. in l. ſi à primo, in princ. nu.
4. ff. de lib. & poſth. & in l. quæ conditio, in prin. nu. 6.
ff. de cond. & dem. & in ſpecie eſt deciſ. Corn. in conſ.
279. ver. ſi vero dicamus, vol. 3. vbi vult, prohibitionē
alienandi factam infraſcr. hæredib. includere etiam
62 ſubſtitutos. † Crauet. conſ. 843. nume. 1. in fin. Simon.
lib. 2. interpr. 4. dub. 2. ſol. 2. nu. 214. & quamuis fidei-
commiſſarius non ſit propriè hæres, Bar. in l. ſi is qui,
ff. de vſucap. cum alijs apud craſſ. §. hæreditas, quæſt.
9. num. 1. tamen fallit, quando ſumus in materia non
63 odioſa, † vt ibi declarat, & probo: quia l. fin. C. de edi-
cto Diui Adr. tollen. concedit illud beneficium ſolis
inſtitutis, & tamen extenditur etiam ad ſubſtitutos
ex vulgari, vel pupillari, vel etiam fideicommiſſaria,
ſi tamen reſtitutio facta eſt quo ad fideicommiſſariā,
vt latè probat Menoc. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4.
num. 178. 181. 199. 206. & 214.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium perſonale non egreditur perſonam.*
2 *Priuilegium extinguitur mutatione perſonæ, & non tranſit in ſucceſſorem.*
3 *Priuilegium perſonale cedi non poteſt, præſertim quando cō petit contra iuris communis diſpoſitionem.*
4 *Actiones adhærent oſſibus creditorum, & ſunt inſeparabiles.*
5 *Actio non ſolum directa, ſed nec vtilis quæritur ſine ceſſione.*
6 *Acceſſorium non ſubſiſtit vbi principale nullum extat.*
7 *Soluens fiſco pro alio debitore, ſi non impetrauit ceſſionem non conſequitur actionem fiſco competentem, nec ſuccedit in eius priuilegium.*
8 *Fideiuſſori ſoluenti non quæritur actio quæ competebat creditori, ſed datur ſola perſonalis mandati contra debitorem.*
9 *Soluens pro alio vt ſuccedat in ius creditoris, quæ ſint neceſſaria.*
10 *Soluens creditori priuilegiato, vtitur iure creditoris cui ſoluit.*
11 *Soluens pro debitore duplicem habet contra eum actionem perſonalem, vnam ex propria perſona, aliam ex perſona creditoris cui ſoluit.*
12 *Obligationis Cameralis ius, & guarentigiæ cedi poteſt.*
13 *Cedi poteſt regulariter omnis actio.*
14 *Actio etiam non ceſſa tranſit in iudicialibus.*
15 *Doctor loquens per verbum, fortè, cenſetur nihilominus affirmare.*
16 *Soluens pro alio, ſuccedit in locum creditoris in priuilegio actionum perſonalium.*
17 *Prior tempore non eſt potior iure in perſonalibus, ſed ſolū in realibus.*
18 *Actio perſonalis licet priuilegiata, non tamen anteponitur hypothecariæ.*
19 *Gloſ. in l. mandati, C. de fideiuſſ. reprobatur.*

CONSILIVM CCCCXLIV.

NOTISSIMVM eſt priuilegium quo
fiſcus gaudet, & paſſim vtitur contra
ſuos debitores, cōtra quos incipit ab
executione, & captura pſonæ; dubiū
tamen propoſitū fuit, an qui fiſco ſol-
uit pro eo qui erat obligatus in for-
ma Cameræ, poſſit à principali debitore repetere exe
cutiuè & cū ea facultate incipiendi à perſonæ captu-
ra, ſicuti poterat fiſcus. & dubia viſa eſt mihi reſolu-
tio: nā priuilegiū illud eſt perſonale, ideo non debet
1 egredi perſonam, † l. Paulus, ff. de acquir. hær. Bald. in
Rub. C. de vſur. q. 4. & mutatione perſonę extinguitur
priuilegium, c. priuilegium, vbi Din. de reg. iur. in 6.
2 quinimo non tranſit in ſucceſſorem, † l. quia perſona-
le, ff. ſolut. matr. Doctor. in cap. ex parte, il primo, de
decim. gloſ. in Clement. 1. eodem titu. quinimo, cedi
etiam non poteſt priuilegium quod perſonæ compe-
3 tit. † Din. d. cap. priuilegium perſonale, Angel. in l.
quod ſi in diem, §. Iulianus, in fine, ff. de petit. hæred.
Tiraquel. de retractu conſang. §. 26. gloſ. prima, num.
57. præcipuè, quando competit contra iuris commu-
nis diſpoſitionem, vt probat Bald. in cap. de cetero,
num. 4. de re iudic. & probaui in conſil. 205. num. 20.
& multis ſequent. quod ſi cedi non poteſt, multo mi-
nus poterit exerceri; quando ceſſio non interuenit,
quandoquidem ius quod vni competit, non tranſit
in alium ſine ceſſione, ex quo actiones oſſibus credito
4 rum adhærent, & ſunt inſeparabiles. † Bart. in l. ſolu-
tum, §. per liberam, ff. de pignor. action. gloſ. in l. 1. vbi
etiam Bart. C. per quas perſon. nob. acquir. Alex. in l.
poſſeſſio, nume. 3. ff. de acquir. poſſeſſ. & non ſolum di-
recta ſed nec etiam vtilis actio quæritur ſine ceſſio-
5 ne, † vt probat text. in d. l. 1. in verſic. nihil, C. per quas
perſon. in §. ſi quis alij, in verſic. nihil, Inſtit. de inutil.
ſtipul. gloſſ. & Doctor. in eiſdem locis, quidquid te-
nuerit Martin. & communem dicit Alex. in d. §. etſi
poſſeſſio, nu. 4. & dicit glo. in l. 3. ff. pro ſoc. quod actio
perſonalis quia cohæret oſſibus noſtris, nō tranſit de
ſubiecto in ſubiectum, & eam inquit notabilem Ne-
guſ. de pignor. in 3. memb. 2. part. num. 31. & ſeqq. vbi
infert, quod actio ex teſtamento quæ eſt perſonalis,
non tranſit à legatario in legatarium ſine ceſſione, l.
Imperator, in princ. ff. de leg. 2. diſtinguendo tamē vt
ibi, nu. 35. quod ſi non tranſit actio, multo minus trā-
ſibit priuilegium actioni adhærens: acceſſoriū enim
6 non ſubſiſtit vbi principale nullum extat, † c. acceſſo-
riū, de reg. iur. in 6. l. cum principalis, vbi Dec. ff. eod.
tit. l. qui liberis, ff. de vulg. & pup.

Prætérea de hoc videtur tex. in l. ſi cum pecuniā, C.
de priuil. fiſci, vbi dicitur, quod ſoluens fiſco pro alio
debitore, ſi non impetrauit ceſſionē, non conſequitur
7 actionē fiſco cōpetentem, nec ſuccedit in eius † priui-
legium, & glo. ibi dicit, quòd agit ſolum contra debi-
torem, pro quo ſoluit actione negotiorum geſtorum,
quæ eſt merè perſonalis. idem probatur in l. manda-
ti, C. de fideiuſ. vbi dicitur, quod fideiuſſori ſoluenti
8 nō quæritur actio quæ competebat creditori, † ſed ſe-
cundum glo. ibi datur ſola perſonalis contra debito-
rē mandati. hoc etiam probatur in l. 1. & 2. C. de his
qui in prior. cred. locū, vbi dicitur ceſſionē eſſe neceſ-
ſariam, vt ſoluens pro alio ſuccedat in ius creditoris,
& glo. in d. l. 1. dicit, quod ſi extraneus ſoluit pro alio,
9 duo ſunt neceſſaria. † primum quod cōueniat cum eo
cui ſoluit, vt ſuccedat in ius ſuum. ſecūdum quod res
ſibi ſit obligata; ſi vero debitor ſoluit de pecunia alte
rius, tunc tria requiruntur. primum, quod ea fuerit
mutua-

mutnata ad effectum vt ſoluatur creditori. ſecundũ
quod conuentum ſit de ſuccedendo in locum primi.
tertium, quod verè ſit ſoluta creditori. ſequnntur ibi
Doctores omnes, præcipuè Cin. col. 1. & Salic. nu. 3.
poſt Bald. in fi. idem voluit glo. in l. Ariſto, ff. quæ res
pign. obli. poſſ. vbi addit quartum requiſitom, quod
ſcilscet res remaneat obligata. ſequuntur ibi Doct.
præcipuè Bart. nu. 4. & 5. & Iac. de Aret. in d. l. 1. di-
cit, quod prædictis ceſſantibus, extraneus ſoluendo
acquirit ſolam perſonalem actionem contra illum
pro quo ſoluit, non autem aliquod ius competens
creditori cui ſuit ſolutum. ſequuntur ibi Cin. & Sal.
& ante eos idem dixit gl. in d. l. ſi cum pecuniam, C.
de priuil. fiſci. & ſupracitatam gloſſæ diſtinctionem
ſequitur Neguſ. de pigno. in 3. mem. 5. par. princ. nu.
45. & ante omnes Azo in Sum. C. de his qui in prior.
credit. hoc in facto autem nullum horũ interuenit,
ideo ſolnens non poteſt iuuari priuilegio Cameræ
cui ſoluit.

His tamen nihil mouentibus, teneo, quod ſolnens
ſuccedat in perſonalem actionẽ quæ Cameræ cõpe-
tebat, eamq; contra debitorem pro quo ſoluit exer-
cere poſſit cum priuilegio quo Camera vtebatur, per
tex. in l. 2. ff. de ceſſ. bon. vbi dicitur quod ij quorum
pecunia peruenit ad priores creditores, ſuccedũt in
illorũ locum quoad perſonalem actionẽ. ad idem eſt
tex. in l. ſi vẽtri, §. fi. ff. de priuil. cred. vbi dicitur, quod
illi præferuntur qui ſoluerũt creditori priuilegiato,
quia quoad priuilegium perſonale vtuntur iure cre-
10 ditoris cui ſoluerunt, † vel ad quem eorum pecunia
peruenit. hoc etiã probatur in l. 2. C. de iure Reipub.
lib. 11. vbi dicitur, quod in locum Reipublicæ ſucce-
dit is qui Reipublicæ ſoluit id quod illi debebatur.
& quærit deinde, au Reſpublica habeat priuilegiatã
actionem, ſed quoad ſucceſſionem habet pro abſolu-
to quod inducatur per ſolutionem debiti, & text. in
d. §. fi. loquitur in caſu magis dubio, quando ſcilicet
non conſtabat pecuniam ſuiſſe mutuatam, ad effe-
ctum vt creditori ſolueretur, & nihilominus vult,
quod id præſumatur ex breuitate temporis, & domi
nus pecuniæ ſuccedat in priuilegium creditoris. &
quod non ſolum ſuccedat in perſonali actione, ſed ẽt
in priuilegio quod habebat creditor reſpectu perſo-
nalis, probat d. §. fi. qui expreſsè diſponit de priuile
giaris creditoribus. & glo. in d. l. ſecunda, loquitur
explicitè de perſonali actione priuilegiata, & id quo
que dicit expreſsè glo. in l. Ariſto, ff. quæ res pignor.
oblig. poſſ. & ſequuntur alij inſerius allegandi in re-
ſolutione contrariorum. vnde ſoluens conſequitur
perſonalem creditori competentem, & priuilegium
quod in perſonali creditor habebat. idẽ voluit Bart.
in d. l. fin. & ibi Ripa, qui reprehendit Azon. eo quod
dixerat non aliter ſoluentem ſuccedere in perſona-
li, niſi paciſcatur de ſuccedendo, quod tamen ego
non inuenio tactum ab eo niſi reſpectu hypotheca-
riæ. & licet loquatur ſimpliciter, & indefinitè, tamen
intelligo quoad hoc vt acquirat hypothecariam, ſic
enim loquitur, l. ſi cum pecuniam, C. de priuil. fiſci,
quam ille allegat, & ſecundum quam Azonis dictũ
intelligi debet, iuxta Bartoli doctrinam, in l. non
ſolum, §. liberationis, ff. de liber. legata. Et ex præ-
dictis infero, quod ſoluens pro debitore, duplicem
habet actionem perſonalem contra debitorem pri-
mam negotiorum geſtorum, de qua loquitur gloſ.
in dicta l. ſi cum pecuniam. aliam verò quæ compete-
bat creditori cui ex ſoluẽtis pecunia ſuit ſatisfactũ,
atque ita vna competit ex perſona propria, altera
11 ex perſona creditoris, † quemadmodum in hypothe
caria dixit Bart. in dicta l. Ariſto, in quinta quæſtio.
num. 7. vbi dicit, quod ſolnens acquirit hypothecam
quæ competebat creditori ſi concurrunt requiſita, &
tali caſu ſi ipſe quoque erat hypothecarius duplicem
habet hypothecam, & ſequitur Neguſ. d. 3. mem. 5.
par. princip. num. 45. vbi declarat quis inde ſequatur
effectns, & quæ vtilitas. ſic ergo in præſenti caſu ſol-
nens habebit duplicem perſonalem contra debitorẽ
ſuum, vnam ex propria perſona, alteram ex perſona
creditoris.

Et nõ obſtat quod perſonale priuilegiũ non egre-
diatur perſonam: quia reſpõdetur, quod dicitur per-
ſonale, eo quod conceſſum eſt perſonæ nõ autem rei,
& ita ad differentiam realis: ſed non dicitur perſona
le eo quod nõ poſſit trãſire ad hæredes, & ſingulares
ſucceſſores: nam præeminentia & prærogatiua illa
quod incipere poſſit fiſcus à captura perſonæ, & q́d
procedere poſſit executiuè contra debitores ſuos, po-
teſt cedi, & transferri in alium ſicuti cedi poteſt ius
12 Cameralis obligationis & guarentigiæ, † vt per Maſ-
ſam Galeſi. in tract. ad formam Cameral. oblig. in 2.
parte, quæſt. 5. in princ. ſolio mihi 37. & omnis actio
13 regulariter cedi poteſt, † vt in tit. de hære. vel action.
vend. Tiraq. de retractu conſang. §. 26. gloſ. 3. nu. 2. &
multis ſeqq. quinimo ius quoque executiuũ cedi po-
teſt. gl. in l. prima, C. contrar. iud. tutel. Aret. in l. pri-
ma, col. penult. ff. ſi cert. petat. Calcan. conſ. 18. verſic.
vigeſimooctauo. Tiraquel. loco præcitato, num. 23.
vbi ait ius ipſe venire cum actionis ceſſione. & dicit
Bald. in ſua Margarita, in verſ. cedere, qnod officium
iudicis habens paratam executionem poteſt cedi.
Tiraquel. vbi ſupra, nu. 15. & ſuper hoc non eſt dubi-
tandum: quia Doctor. in l. Ariſto, ff. quæ res pignori
oblig. poſſ. in d. l. 1. C. ſi in prior. credit. locum, in l. 2.
ff. de ceſſio. bon. in l. ſi ventri, §. fin. ff. de priuileg. cred.
imò nonnulla ex dictis iuribus & gloſ. in locis ſupra
allegatis probant quod facta ceſſione iurium, venit
non ſolum priuilegium competens in perſonali, ſed
etiam hypotheca, & diſputãt ſolum quando nõ eſt fa
cta ceſſio vel non interueniant requiſita illa tria vel
quatuor de quibus ſupra illis enim interuenictibus,
ponunt pro abſoluto, quod ſoluens creditori priuile
giato ſuccedat in illius locũ, & acquirat priuilegiũ,
aliàs diſputatio eſſet ſruſtratoria.

Nec monet, quod actio non tranſeat de perſona
in perſonam ſine ceſſione: quia procedit in contra-
ctibus, ſecus autem eſt in diſpoſitione legis ſic ordi-
nantis: nam videmns, quod in iudicialibus tranſit a-
14 ctio etiam non ceſſa, † ſecundum Bart. in l. poſſeſſio, §.
etſi poſſeſſio, ff. de acquir. poſſeſſ. vbi Alex. num. 3. con
cordantes citat, & mouentur per textũ in l. in cau-
ſæ, §. fin. cum l. ſequen. ff. de procura. & dicit procede-
re etiam in ijs quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis. ſe-
quitur Galeſ. de forma Camera. oblig. par. 1. quæſt. 2.
num. 19. & ſequent. & ſi calor iudicij iſtud operatur,
multo magis operabitur Lex quæ fortior eſt quam
iudicium. & pro hoc facit, quia videmus quod etiam
ſine ceſſione iura primi creditoris tranſeunt in eum
qui ſoluit, quando interueniunt illa tria de quibus in
legibus ſupra allegatis, vt bene declarat glo. magna,
in fine, in l. Arriſto, ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. & ibi
Bart. melius ceteris dicit nu. 7. in fine, verſ. ſed ad hoc
oppono, & ibi Angel. dicit, quod pactum factum cum
vno præiudicat quo ad alium, Neguſ. d. 3. mem. 5. par.
num. 45. facit quod voluit Salic. in l. mandati, nu. 8. C.
de fideiuſſoribus. ſæpè enim Lex operatur ſine facto
hominis, vnde non debet mirum videri quòd etiam
ſine ceſſione iura primi creditoris tranſeant in ſol-
uentem miniſterio legis.

Similiter non obſtat l. ſi cum pecuniam, C. de iu-
re

re fiſci, l.mandato, C.de fideiuſſor. l. 1.& 2. C. de his qui in prio.cred.locū, cū alijs ſupra relatis. illa enim iura loquuntur ad effectū, vt ſoluens in ius omnimodum creditoris ſuccedat, atque ita conſequatur etiā hypothecariam actionem, & pignoris ius: nos autē tractamus tantummodo, an ſoluenti competat perſonalis, quam creditor habebat, & conſequenter, an ſoluens poſſit vti priuilegio, quo in perſonali actione vti poterat creditor. & in hoc ſecūdo caſu militat diſpoſitio l. ſi ventri, §. fi. ff. de priui.cred. quæ vult, ſat eſſe ad eiuſmodi acquiſitionē, quod pecunia viuns peruenerit ad crediturē, id quod probant alia quoque iura ſupra in contrariū pro hac parte citata. & hanc diſtinctionē inter perſonalem actionem, & realē, poſuit glo. in d. l. Ariſto, in gl.magna, circa fin. vbi poſtquam dixit, quæ requiruntur, vt ſoluēs ſuccedat in omnimodum ius creditoris, ſubdit, quod reſpectu perſonalis actionis, & eius priuilegij, datur ſucceſſio etiam non concurrentibus requiſitis, & quamuis loquatur per verbum, fortè, non tamen minus affir-
15 mare dicitur hanc opinionem.† Angel. in l. in ſubſtitutione, ff. de vulga. Soc. in conſi. 28. col. 1. vol. 1. Bertrand. conſil. 233. nu. 2. vol. 6. Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 52. verſic. nec defendat. Crauet. conſil. 91. num. 4. Menoch. conſil. 25. nu. 14.

Præterea in eadem lege glo. in verſ. debet abſolutè, dicit, quod ſoluens ſuccedit in priuilegium perſo-
16 nalium actionum,† & glo. prædicta allegat l. 2. ff. de ceſſio. bonor. eodem modo diſtinguit gloſ. magna in l. 1. C. de his, qui in locum prior. credit. dicens, quod locum creditoris ſucceditur in priuilegio perſonalium actionum abſque aliqua ſolennitate, ex eo ſolo, quod pecunia peruenit ad creditorem, per d. l. ſi ventri, §. fi. idem ſenſit glo. in l. 2. in verſi. creditores, ff. de ceſſion. bonor. dum declarando de quibus creditoribus textus ille loquatur, dicit intelligendum eſſe de priuilegiatis in actione perſonali, allegat l. ſi ventri. & hanc diſtinctionem probauit Cin. in d. l. 1. ante num. 1. in fine, verſic. ſed nunquid tot, vbi ait, narrata in gloſſ. ibi non requiri ad ſuccedendum in iure perſonalis actionis. ſequitur Bal. ibi, in ver. glo. in l. Ariſto, dicens, quod ſi creditor habet perſonalem actionem priuilegiatam, & mea pecunia eſt illi ſatisfactum, ſuccedo in eius locum, & clarè Salic. nume. 4. verſi. verum ſubiungit, vbi ait Doctores ita tenere, ſubdens diſtinguendum eſſe inter priuilegium perſonalium, & hypothecariæ: quia primo caſu locū habet tex. in l. ſi ventri. in ſecundo vero interuenire debent requiſita de quibus per gloſſam ibi. idem ponit Bart. in d. l. Ariſto, num. 4. verſi. aut quæris quoad priuilegiū in perſonali, & rurſus nu. 5. verſi. item illud quod hic ponitur, vbi allegat notata in l. 2. ff. de ceſſio. bono. Neguſ. in dicto 3. memb. 5. part. num. 45. propterea tex. in d. l. 1. C. de his qui in prior. credit. locum, non ſine miſterio dicit, quod is cuius pecunia ad creditorem peruenit, non ſuccedit omnimodo in locum creditoris: quia etſi in aliquo ſuccedat, ideſt in priuilegio perſonalis, tamen non ſuccedit omnimodo, quia non acquirit hypothecariam: ſuccederet autem omnimodo, ſi hypothecariam, & perſonalem acquireret. ſic etiam cum miſterio tex. in l. ſi cum pecuniam, dicit ideo fiſcum præferri ei, qui ſoluerat, quia fiſcus habebat ex ſecundo contractu hypothecam: nam ſi eam non habuiſſet, vtique is qui ſoluerat fuiſſet fiſco prælatus tanquam anterior. & hac ratione text. conſiderat, quod ſoluens habebat ſolam perſonalem, fiſcus autem hypothecam, propter quam præfertur habenti ſolam perſonalem, & ad hoc bene aduerterunt Bald. & Salic. in d. l. ſi cum pecuniam, dum in ſummario dicunt, quod vxor fiſco ſoluens pro marito, non ſuccedit illi in hypotheca, atque ita reſtringunt ſe ad hypothecam, & non negant quin ſuccedat in perſonali.

Nec dicatur, quod ſoluens acquirit ſolum perſonalem contra debitorem pro quo ſoluit, ideſt actionem negotiorum geſtorum, non autem illam perſonalem, quæ creditori competebat. ad hoc enim facilis eſt reſponſio: nam tex. in l. 1. ff. de ceſſ. bonor. dicit expreſsè, quod ſoluens ſuccedit in locum creditoris in perſonalibus actionibus, ergo intelligi non poteſt de perſonali, quæ competat ex perſona ſoluentis ob geſtum negotium: quia eam non habet ex creditoris, ſed ex propria perſona. idem probatur in d. l. ſi ventri, §. fi. vbi pręferuntur qui ſoluerant priuilegiatis creditoribus: ſed ſi ſolam haberent perſonalem negotiorum geſtorum, non præferentur, quia prior tempore non eſt potior iure in perſonalibus, ſed ſo-
17 lum in † realibus, l. aſſiduis, C. qui potior. in pigno. hab. Din. in c. qui prior, de reg. iur. in 6. Ripa in l. priuilegia, nu. 3. ff. de priui. cred. ſed bene præfertur quādo habet perſonalem ex perſona creditoris priuilegiati. Accedat, quod gloſſæ omnes ſupra relati dicūt, quod ſoluens ſuccedit in priuilegium perſonalium; at perſonalis, quæ competit ex perſona propria ob negotium geſtum, non eſt priuilegiata, nec aliquod habet priuilegium, ergo intelligi non poſſunt de illa actione, ſed de ea, quæ competit creditori cui facta fuit ſolutio. ſic et loquuntur Cin. Bar. Bald. Salic. Neguſ. & Ripa, in locis ſupra citatis, & propterea conſtat ex prædictis gl. in d. l. ſi cum pecuniam, C. de priuil. fiſci, vel malè fuiſſe locutam, cum dixit perſonalē mandati, vel negotiorum geſtorum cōpetere, vel intelligendam ita eſſe, vt non excludat perſonalem, quæ competebat creditori: nam, vt dixi, tali caſu duas perſonales actiones ſoluens habet vnam ex propria perſona mandati ſcilicet, vel negotiorum geſtorum, alteram vero ex perſona creditoris, quæ ſe inuicem non confundunt, nec vna aliam tollit, ſicuti nec vna hypotheca deſtruit aliam, vt declaraui ſupra, & tex. in d. l. ſi cum pecuniam, quando dicit, quod vxor ſoluens fiſco pro marito, habet perſonalem, intelligit de perſonali priuilegiata, quæ fiſco cōpetebat: nam vxor ibi prætendebat ſe fiſco præferri: non quidem ex ea actione quæ cōpetebat ex perſona propria ob geſtū negotium, quoniā, vt prędixi, in perſonalibus non cōſideratur prioritas temporis, ſed ex perſonali, quæ fiſco cōpetebat, & quā ſoluēdo acquiſiuit; ideo textus determinat eam non præferri fiſco, quia in bonis debitoris fiſcus habebat hypothecā ex nouo contractu locationis, vxor autem habebat ſolam perſonalē, quæ etſi eſſet priuilegiata, nō tamen anteponi-
18 tur hypothecariæ, † l. eas, C. qui potior. in pign. hab. glo. magna, in fi. in l. priuilegia, vbi Ripa, in fi. ff. de priuil. cred. & fundat ſe tex. ſuper hypotheca, reddendo rationem, ibi cum eo pacto, &c. aliàs ſi vxor vſa fuiſſet actione negotiorum geſtorū, deciſio eſſet de indubitabili, cōtra l. quod Labeo, ff. de Carb. edicto. l. 1. in fi. & ibi glo. ff. ad municip. & ſi vxor allegaſſet perſonalem ex perſona propria, non opus fuiſſet fiſco allegare hypothecam pro illius excluſione: nam ſola perſonalis fiſci, quæ eſt priuilegiata reſpectu prælationis, l. quod quis, ff. de priui. cred. Ripa in d. l. priuilegia, num. 50. Din. d. cap. qui prior, col. pen. excludebat vxorem agētem ex propria perſona, ſed quia eā vtentē priuilegio fiſci nō poterat excludere, ideo nititur fiſcus non perſonali actione, ſed hypotheca, per quam præfertur quibuſcunque habentibus perſonalem, ſic etiam glo. in l. mandati, C. de fideiuſ. malè

Digitized by Google

19 lè loqoitur,† dum vult,quod fideiuſſori ſoluenti non competat perſonalis nec hypothecaria,quæ dabatur creditori,qood etiam placuit Salicet.ibi num.5.nam ex eo, quod de fideiuſſoris pecunia fuit ſatisſactum creditori,transfertur in eum perſonalis,ſicuti quãdo quiuis alius ſoluit; nec cõſtitui poteſt differeotia inter fideiuſſorem,& alium ſoluẽtem.Et quamuis text. ibi loquatur de actione mandati, non tamen excludit eam actionem,quæ competit ex perſona creditoris:ſed quærit ſolum,an competat hypothecaria,quã creditor habebat, non tamen textus negat perſonalem ex perſona creditoris dari,& fortè non id exprimit: quia vbi creditor nõ eſt priuilegiatus,ea perſonalis ex creditoris perſona eſt ioutilis, & nullum cõmodum affert ſoluenti, quod is ooo conſequatur ex actione mandati, vel etiam negotiorum geſtorum, quam habet ex perſooa propria, ideoque non curauit lex dicere de ea perſonali, quam creditor habebat. & in terminis in fideiuſſore,quod habeat perſonalem quæ dabatur creditori,voluit Pereg.qoi tamẽ nihil prædictorum allegat,in tract.de iure fiſci, lib.6. titu.7. oumer.8. & hæc reſolutio confirmatur ex his, quæ infra deducam.

Quod ſi opponatur glo. in d.l.2. de ceſſ.bon.in l.t. de his qui in prior. cred. & alios ſupra citatos loqui in eo,qui mutuat debitori pro extinguendo debito, nos aũt io eo qui per ſe ipſum ſoluit:reſpondeo,quod imo illæ gloſſæ loquuntur ſimpliciter in quocuoqoe, etiam extraoeo ſoluente,& text.atque ibi glo.Bar.& Ripa,io d.l.ſi ventri,§.fin.cõſiderant ſolum hoc,quod pecunia peruenerit ad creditorem : quia eo ipſo ſoluenti quæritur actio.& Salic.in d.l.1.num.4.id ſolum attendit,ao pecunia alicuius extinctum ſit debitum, & idipſom deducitur ex d. l.ſi ventri, §. fin. ex l.2. de iure Reipub.ex l.2.de ceſſio.bonor.Pręterea,quid refert,quod pecunia mutuetur alicui, vt extinguat ſuũ debitum, vel qoòd abſque mutuo dominus pecuniæ extinguat alterius debitum: certè nihil, ſi enim domious pecunię eo quod mutuat ad eum finem, vt extinguatur debitum,conſeqoitur perſonalem competeorem creditori, multo magis ſucceder creditori, quando ipſemet ſoluit, tunc enim non poteſt ſubeſſe dubium,an ad eum finem dederit pecuniam, & ſanè, paria ſunt,quod mutuet ipſi debitori, vel pro eo ſoluat: licet diuerſa cõtra debitorem actio oriator,primo ſcilicet caſu mutui,ſecundo vero oegotiorum geſtorum,vel de io rem verſo,quinimo,text. Bar.& alij, in d.l.ſi ventri,loquuntur in ſortiori caſu,quãdo ſcilicet non conſtat ad quem finem mutuata fuerit peconia.& ſanè dubium poſſet ſubſiſtere, quando ſolutio debiti fieret de alicuius pecunia ignorante domino: ſed quando eo ſciente, & volente ſoluitur creditori, tunc ſine dobio traosfertur in eum perſonalis.

SVMMARIVM.

1 *Pacta ſunt ſeruanda,& proceſſit ab ore Dei verbúm,pacta ſeraabo.*
2 *Condactori non fit remiſſio penſionis, quando ſaſcipit in ſe caſus fortuitos.*
3 *Verba vniaerſalia includunt caſus, qui aliàs non venirent.*
4 *Statutum puniens occidentem hominem, quomodocanque, habet locam,etiam in occidente ad defenſionem.*
5 *Verba vniuerſalia recipiant interpretationem de habilitate, ſi proferuntur à lege, ſecut vero ſi ab homine.*
6 *Coniecturæ non admittuntur in claris.*
7 *Inſtrumentum continet cauſæ defenſionem, & ſolutionem quæſiti.*
8 *Delegatio eſt ſimilis ſolutioni,& cedit eius loco.*
9 *Nouatio indacitur per delegationem etiam hodie.*
10 *Nouatione facta,non cenſentur in contractu nouante repetitæ qaalitates contractas nouati.vide tamen num.57.*
11 *Recipiens precium non cenſetar approbare contractũ,quem ſemel improbaait.*
12 *Aditio non præſumitar ex poſſeſſione reram hereditariarũ, quando declarauit primam nolle adire.*
13 *Voluatas non minus declaratur facto quam verbis.*
14 *Venationis prohibitioni nõ videntur ſubditi acquieuiſſe, qui contra edicta iuerunt venatam.*
15 *Locatio reſoluitur ſi perit fundus locatus. Sed contra, numero 63.*
16 *Clauſala, Rebus ſic ſtantibus,non intelligetur quando partes diſpoſuerunt etiam matato ſtatu.*
17 *Pactam,qaod conductor ſoluat penſionem, etiam re perempta, valet.*
18 *Conductor poteſt à contractu diſcedere,& petere intereſſe, ſi locator non præſtat patientiam.*
19 *Condactor poteſt expelli ſi non ſolait penſionem.*
20 *Qaalitas adiectas verbo à quo diſpoſitio ſumit effectum, debet adeſſe tempore exequutionis,vbi latè.*
21 *Priuilegium datum nomini,ceſſat extincto nomine.*
22 *Conductor cadens à locatione,cadit etiam à pacto francandi,ſi dicatur,quod conductor poſſit francare.*
23 *Proteſtationi conſentire videtur,qui non contradicit.*
24 *Præſens,& tacens videtur in iudicialibus conſentire.*
25 *Proat,dictio,limitat diſpoſitionem.*
26 *Subiecta talia ſunt qaalia prædicata demonſtrant.*
27 *Exceptio declarat qui caſus veniant in regala.*
28 *Etiam,dictio, exprimit caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.*
29 *Pro,dictio,importat cauſam finalem.*
30 *Caaſa ceſſante ceſſat effectus.*
31 *Caaſa obligationis ceſſante,ceſſat effectus.*
32 *Diſpoſitio reſtringitur ob ſui cauſam finalem.*
33 *Correctio non debet tolerari in contractibus.*
34 *Interpretatio fieri debet ne diſpoſitio contineat repugnanciam,& procedit in omni diſpoſitione.*
35 *Clauſula, Rebus ſic ſtantibus, intelligitur in omni diſpoſitione.*
36 *Donatio facta ab ingreſſaro religionem, reuocatur ſi is non profitcatur religionem.*
37 *Interpretatio in dabio fit contra ſtipulatorem,quando verba ſunt dabia.*
38 *Interpretatio fit contra eum,qui ſe ſandat in verbis.*
39 *Probare tenetur quilibet id,quod eſt ſundamentum ſuæ intentionis.*
40 *Probatio dabia non releuat probantem.*
41 *Caſas fortuitus differt ab inopinato,& improuiſo.*
42 *Caſam fortuitum ſaſcipere nemo videtur niſi expreſſè ſit dictum.*
43 *Verba vniuerſalia intelliguntur ſecundam naturam contractas qui fuit celebratas.*
44 *Generalis diſpoſitio reſtringitur per rationem ſecundum ſuam caaſam.*
45 *Verba generalia reſtringuntur ad ea quæ ſunt eiuſdem ſpecici.*
46 *Qalitas adiecta verbo,intelligitur ſecundum tẽpus verbi.*
47 *Dotata ſi ex ſtatuto non debet ſaccedere, non ſufficit quod dotetur poſt delatam ſucceſſionem.*
48 *Verba cui non conueniunt, ipſa quoque non conuenit diſpoſitio.*
49 *Statutam loquens in dote data, non habet locum in promiſſa,etiam ſi obiter de data dote faciat mentionem.*
50 *Verba generalia recipiunt declarationem ex adiuncto.*
51 *Diſpoſitio vniuerſalis reſtringitur ex adiectiuo appoſito à diſponente.*
52 *Verba vniuerſalia recipiunt reſtrictionem, quam diſponens adiecit.*

Relati-

Digitized by Google

53 *Relatiuum ſine copula adiectum qualitati, qua non conue niunt cuilibet de genere, ſtat reſtrictiuè.*
54 *Generalis diſpoſitio non trahitur ad caſus habentes diuerſam rationem.*
55 *Expreſſum id videtur, quod fuiſſet expreſſum ſi partes fuiſſent interrogatæ de eo.*
56 *Renunciatio generalis reſtringitur ne quis indebitè damnum patiatur.*
57 *Nouatio continet qualitates primæ actionis prouenientes à lege fauore cauſæ.*
58 *Renunciatio eſt ſtricti iuris, & continet ſolum expreſſa.*
59 *Feudum alteratum in aliquibus, retinet ſuam naturam in reliquis.*
60 *Conſenſus limitatus non extenditur, & ibi exornatur.*
61 *Duo ſi obſtant, ſublato vno remanet alterum.*
62 *Dominus recipiendo canonem futuri temporis, cenſetur ea ducitatem remittere, ſecus pro præterito.*
63 *Locatio nõ extinguitur re perẽpta, ſed merces remittitur.*

CONSILIVM CCCCXLV.

MAGNIFICVS Do. Octauianus Ardizonus qui redditus Triũcerrorum
conduxerat ab Illuſtri D. Rolando à
Valle, illos ſublocauit Dom. Io. Fran
ciſco Buſto ad ſex ſequentes annos:
& cũ eſſet debitor Illuſtris D. Iſabel
læ Blandratæ aureorũ bis mille auri ad pondus Ca-
meræ, ceſſit ei nomen dicti Buſti, qui Dom. Iſabellæ
promitrit ſoluere centũ aureos ſingulo trimeſtre, nõ
obſtante quocũque caſu opinato, vel inopinato, quo
minus Buſtus poſſet frui redditibus ſibi locatis, ſiue
in totũ, ſiue in parte, quomodocunque, & qualiter-
cuoque, ét ſi dicta molendina furni, & dacita condu-
cta corruerent prorſus inutilia, quia etiam ſi talibus
caſibus ſeiret ſe non teneri ad ſolutionem penſionis,
volnit tamen teneri, poſt bienninm, quia Dom. Octa
uianus non ſoluit hæredibus Dom. Rolandi locato-
ris promiſſam penſionem; mandauit Excellentiſs.
Senatus Montisferrati, cauſa cognita, dicto Buſto,
quod in dictis redditibus ſe non intromitteret. Nũc
Dom. Iſsbella petit centum aureos ſibi in ſingulos
tres menſes promiſſos perſolui: Buſtus recuſat, quia
dicit finitam eſſe conductionem; ſed iniuſta videtur
Buſti contradictio, quandoquidem verba promiſſio-
ois ſunt clara, & non patiuntur controuerſiam: nã
conuenit ſoluere, etiamſi non frueretur rebus condu
ctis, & nihil magis conuenit bonæ fidei, quam pacta
1 † ſeruare, l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſiti, c. 1. §. ſi id pro-
pter, quod quæ ſue. prim. cauſ. benef. amitt. & ab ore
Dei proceſſit dictũ illud, pacta ſeruabo, ſecundũ Bal.
ex Rubr. extra, de conſtit. in prin. exornat Dominus
Bec. in conſi. 45. nu. 25. & hoc procedit, attento, quod
renunciatio omnium caſuum facta fuit tam opina-
torum, quam inopinatorum, ideo non excuſatur Bu
ſtus, qui ſuſcipiens in ſe caſum fortuitum, non poteſt
illius contingentia ſe iuuare, vt dicimus de cõducto-
2 re, qui ſi ita contrahat, non poterit petere † remiſſio-
nem mercedis, l. ſi quis fundum, in princ. ff. locati. gl.
Bart. Bal. Ang. Raph. Caſtr. Alex. & alij, in l. ſed & ſi
quis, §. quæſitum, ff. ſi quis caution. Bart. in l. ſi mer-
ces, §. vis maior, colum. 2. ff. locati. Alexan. in conſil.
155. nume. 10. volum. 6. Corn. in conſil. 128. volum. 2.
alios cumulat Dom. Becius, in conſil. 94. num. 34. va-
let enim huiuſmodi pactum, l. 1. vbi Iaſ. num. 92. C.
de iure emphy. Dom. Becius, d. conſi. 94. num. 29. cui
addo d. l. ſi quis fundum, in princ. Bero. in conſi. 145.
num. 14. volum. 1. Socin. iun. conſi. 78. num. 8. volum.
2. Gomeſ. de contract. c. 3. num. 19. verſic. item quæ-
ro an conductor, vbi in fine dicit contrahentẽ poſſe
ſuſcipere caſus quoque inſolitos, allegat multos Do
ctores. Pinel. in l. 2. c. 3. nu. 26. par. 1. & procedit non
ſolum in contractu locationis, ſed etiam in alijs, vt
probat Bero. in conſ. 42. num. 12. vol. 1. & multo ma-
gis locum habet, quia verba renunciationis ſunt vni
uerſalia, ſcilicet, quocunque caſu, quomodocunque,
3 & qualitercũque, † qui ideo includũt caſus, qui alias
non comprehenderentur ex quo ſunt geminata, l. 8s
liſta, ff. ad Treb. pro quo facit deciſio Sal. in l. 2. col. 3.
C. de noxalib. vbi vult, quod ſtatutum puniens occi-
dentem aliquem quomodocunque, & qualitercun-
4 que, procedat, etiam ſi occidat † ad defenſionem,
ſequitur Iaſ. in l. 2. §. prætor ait, num. 3. ff. qui ſatiſd.
cog. idem in conſil. 124. colum. vltima, vol. 4. Crot.
in conſil. 104. num. 5. Crauet. in conſil. 294. num. 1. &
ſeqq. Rol. in conſil. 2. num. 21. volum. 4. Menoc. de ar-
bitr. iudic. caſu 354. & dicit Soc. in l. quidam relega-
tus, num. 9. ff. de reb. dub. quod verba vniuerſalia ge-
minata in fauorabili materia, continent maiora ex-
preſſis, refert Natta in conſil. 149. num. 11. conſ. 216.
num. 13. Capi. deciſ. 88. num. 5. facit Ceph. in conſil.
144. num. 19. & quamuis verba legis vniuerſalis reci
5 piant interpretationem de habilitate, † ſecundum
Iacob. de Aret. in l. 1. §. nunciatio, vbi Bartol. num. 21.
ff. de oper. noui nunc. Iaſ. in d. l. 2. §. prætor ait, num. 3.
& in §. in perſonam, num. 26. Inſtit. de actio. Ruin. in
conſil. 1. num. 15. vol. 4. Tiraq. de retractu conſang. §.
1. gl. 7. num. 26. Natta in conſ. 359. nu. 5. tamen aliud
eſt in diſpoſitione hominis, quia ea nullam recipit
reſtrictionem ſi verba ſint vniuerſalia. Bal. in l. fi. nu.
1. verſic. doctrina, C. ſine cenſu vel reliq. Alex. in l. ſi
patroni, in princ. nu. 15. ff. ad Treb. Iaſ. in conſil. 124.
in fin. volum. 4. Ruin. in d. l. 1. §. nunciatio, num. 126. &
ſeq. vbi Crot. num. 53. idem Ruin. in conſ. 109. nu. 7.
vol. 1. Ripa in l. 1. num. 17. ff. de interd. Crot. in conſ.
136. num. 50. Natta in conſil. 159. nume. 7. in conſil.
525. num. 12. Ceph. in conſ. 199. num. 24. conſil. 259.
num. 37. deciſ. Pedemon. deciſ. 169. num. 5. D. Bec. in
conſ. 28. num. 10. & in conſ. 100. num. 18.

Et non dicatur, quod non ſit veriſimile Buſtum vo
luiſſe obligare ſe durius, vel in plus quam teneretur
verſus Dom. Octauianum: ad hoc enim reſpondetur,
quod etſi non ſit veriſimile, eſt tamen poſſibile, & in
præſenti facto expreſsè ſe durius obligauit, quàm
prius teneretur, & in ſpecie promiſit ſoluere aureos
in auro Camerales, cũ tamen verſus D. Octauianum
eſſet obligatus in moneta, & ad aureos de regalibus
duodecim tantum, non vltra. Item ſuſcepit in ſe om-
nes caſus fortuitos, qui quouis modo potuiſſent con
tingere, cum tamen ad eos non teneretur in contra-
ctu celebrato cum Domino Octauiano; ſed quid plu
ra? nonne dicit expreſsè, quod ſciens ſe non teneri,
6 vult tamen teneri: in claris † autem non eſt opus con
iecturis, l. continuus, ff. de verb. oblig. & à verbis cla-
ris nullo modo eſt recedendum. Bar. in l. quod conſti
tutum, ff. de milit. teſta. Dec. in conſ. 33. col. 1. in prin.
& non admittitur quæſtio voluntatis vbi verba ſunt
clara, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de leg. 3. Cra-
uet. conſi. 47. nu. 2. Dom. Becius, in conſil. 21. num. 32.
7 & qui habet inſtrumentum † pro ſe, habet cauſæ de-
fenſionem, ſecundum Bald. in conſil. 233. volum. 1. &
lector inſtrumenti habet ſolutionem quæſiti, vt in-
quit idem Bal. in conſ. 32. colum. 2. volum. 1. alios ci-
tat Tiraquel. in l. ſi vnquam, in verſ. libertis, num. 5.
C. de reuocan. donat. D. Becius, qui plures addit in
conſi. 74. num. 19.

Et non eſt dubium, quin inducta ſit nouatio, ex
quo Domina Iſabella acceptauit Buſtum loco Do-

mini

Digitized by Google

mini Octauiani,& Dominum Octauianum primum
debitorem liberauit,& Dom.Octauianus vigore di-
ctæ promiſſionis liberauit Buſtum; proinde non eſt
amplius quærendum de primo contractu ſub condu-
ctionis, quo tenebatur Buſtus erga D. Ardizonum,
8 quia delegatio eſt ſolutioni ſimilis,† & cedit eius lo-
co,l.inter cauſas,§.abeſſe,ff.mand.l.ſi rem, in fine, ff.
de nouat.Bald.in conſil.115.num.1.volum.3.Imola,
in l.delegare,col.2.ff.de nouat.Alex.in conſil.96. nu.
3.vol.3.Soc.in l.ſingularia, num.20. vbi Iaſ.num.34.
& 37.ff.ſi cer.pet.idem Soc.in l.qui vſumfructum,nu.
9.ff.de verb.oblig.Bero.in conſil.178.num.6.vol.1.&
in conſil.198.num.16. in fin.eodem volum. Alciat.in
conſil.763.num.1.Cæph.in conſil.218.num.25.vide-
tur enim debitor ſoluiſſe ſuo creditori, & breui ma-
nu mutuo recepiſſe,vt declarat Fulgoſ. d.§.abeſſe, &
9 per delegationem etiam hodie inducitur †nouatio,
ſecundum gloſ.1.in l.3. C.de nouat.quæ dicit l.fin.C.
eodem tit.nihil noui attuliſſe reſpectu delegationis,
& hoc voluerunt etiam Bar.Ang.Imo.Raph.& Caſt.
in d.l.delegare.Imo.in l.pen.col.pen.ff.de prætor.ſti-
pul.Caſtr.d.l.qui vſumfructum,num.3.vbi Alex.nu.
6.& Soc.num.9.gloſſ.d.l.ſingularia,num.37.vbi Dec.
num.26.idem Dec.in conſil.107.numer.1.col.2.& in
conſil.421.num.16. Alex.in conſil.173. num.6. vol.7.
Bero.in conſil.178.num.5.& 8.ſtante autem nouatio
ne, non cenſentur in ea repetitæ qualitates contra-
10 ctus † nouati,quæ erant in fauorem debitoris,vt vo-
luit Din.in l.aliam,ff.de nouat.Oldrad.in l.ſi Stichũ,
§.1.ff.eodem tit.Ang.in conſil.31.num.7.& exceptio,
quæ obſtabat deleganti, non obſtat ei cui fit delega-
tio,ſed cenſetur ſublata, ſi debitor delegatus ſciebat
eam ſibi competere,vt eſt tex.vbi omnes hoc notant,
in l.doli,ff.de nouatio.

Et non obſtat, quod Dom.Iſabella non contradi-
xerit proteſtationi, quam fecit Buſtus, quando fuit
iuſſus nõ ſe impedire in redditibus ſibi locatis, quia
licet expreſsè non cõtradixerit, tamen intra triduũ
petijt fictus promiſſos, vt legitur in actu:hæc vero pe
titio vicem obtinet contradictionis, quia ſi eos pe-
tijt, iam voluntatem declarat, quod non acquieuit
proteſtationi; ſunt enim inuicem incompatibilia,
acquieſcere proteſtationi,& penſionem petere, &
ideo licet tacendo cenſeatur quis conſentire, tamen
fallit, quando conſtat ex alio de contraria volunta-
tè,vt probat Bar.in l.procurator,l.2.§.1.ff.rem ratam
21 hab.vbi inquit,quod etſi recipiens † precium videa-
tur approbare contractum,tamen fallit,quando con
ſtaret eum aliàs dictum contractum improbaſſe. ſe-
quitur Natta in conſil.101.num.12.idem in ſimili vo-
luit Aret.in conſil.128. num.8. facit etiam text.in l.1.
vbi glo.C.de repud.hæred.vbi dicitur,quod etſi poſſi
dens res hæreditarias videatur adire, tamen fallit,
22 quando alias † declaraſſet nolle adire. declarat Iaſ.
ibi,num.2.ver.ſubditi.& ſatis eſt,quod facto contra-
dixerit petendo fictus: quia voluntas non minus fa-
23 cto declaratur, quam † verbis, l.Paulus, ff.rem rat.
hab.l.reprehendenda,C.de inſtit. & ſubſtit. vbi gl.&
Doct.l.de quibus,ff.de leg.& dicit gl.in l.recuſare,ff.
de acquir.hæred.nihil referre, verbis ne an factis ali
quid fiat.Soc.in conſil.162.num.7. vol.2. facit etiam
quod dicimus de prohibitione venationis facta à
Domino loci, quæ ſi non fiat contradictio à ſubditis,
cõſtituit Dominum in quaſi poſſeſſione prohibendi,
24 tamen ſi ſubditi nõ contradicant † verbo,ſed factis,
vt quia ſtatim eant venatũ, nullum ius Domino ac-
quiritur.Iacob.in ſua inueſtit.in ver.& cum venatio-
nibus,nu.2.Balbus in tract.præſcrip.in 5.part.princ.
q.5.in fi.quos omnes ſequitur Rol.in conſil.9. nu.14.
vol.2. quia ſecundum eum dicuntur facto contradi-
xiſſe proclamationi.ita in propoſito licet verbo Do-
mina Iſabella non oppoſuerit proteſtationi,contra-
dixit tamen facto, petendo penſionem.

Poſtremò dici non poteſt, quod Buſtus voluerit
ſolum obligari ad caſus, qui contingerent durante
locatione, quando ex lectura inſtrumenti conſtat eũ
quoq; ſe obligaſſe ad caſum diſſolutæ locationis, nã
voluit teneri etiam quando molendina,& furni rue-
rent,& tamen certum eſt, quod vbi fundus cõductus
15 perit,reſoluitur cõductio, † & liberatur conductor,
l.ex conducto,§.fin.ver.ſed ſi ager,ff.locati. Bart.in l.
ſi vno,§.vbicunque,& in l.ſi merces,§.vir maior,nu.6.
ff.locati.Bal.in l.licet,nu.4. C.eod.vbi dicit,quod mo
lendino impetu fluminis deſtructo,non debetur pen
ſio.Alex.ad Bart.d.§. vis maior. Rom. in conſil.417.
nu.5.Boſſ.tit.de remiſſ.merced.num.85.apparet igi-
tur,quod voluit teneri etiam in caſu finitę conductio
nis,& ita mutato rerum ſtatu, quo caſu non ſubſiſtit
16 clauſula, rebus † ſic ſtantibus,vt inquit Alc.in conſ.
72.num.72.valet autem pactum, quod penſio ſolua-
17 tur etiam tota re † perempta,vt eſt tex.in l.1.ibi,pa-
ctorum non fuerint conuentione concepta,C.de iur.
emphyt.vbi Iaſ.num.13. Spec.in tit.de locat. §. nunc
aliqua, num.164. quæſt.138.

Sed etſi ex prædictis quæſtio dubia reddatur,con-
traria tamẽ ſententia magis placet, quod ſcilicet D.
Buſtus non teneatur ad aliquam ſolutionem,ex quo
finita eſt ſubconductio ſine ſua culpa,& iuſſu ſuperio
ris impeditur frui rebus conductis: nam conductor
cui non præſtatur patientia, vt rebus conductis vta-
tur,& fruatur,non tenetur ad penſionem, ſed poteſt
18 † à contractu recedere,l.ſi fundus,ver.nam etſi colo-
nus,ff.locati.l.ſi in lege,§.colonus,ver.item ex condu
cto vtiliter,ff.eod.Bar.in l.ſi quis, in fi. C.de agricol.
& cenſit.lib.11.Bal.in conſil.325.vol.3.quia præſtan-
da eſt conductori ſucceſſiua patientia,vt toto condu
ctionis tempore poſſit vti,l.ſi merces,§.1.& 2. & §.qui
fundum,ff.locati.Soc.in conſil.156.nu.10.vol.2.com-
probat D.Bec.in conſil.45.num.19.Rol.in conſil.69.
num.1.& 22.vol.4.promittitur enim penſio contem-
platione fructuum; proinde ſi conductor impeditur
fructus percipere, nõ ſoluit penſionem, D.Becius,d.
conſil.45.num.29. & non habet quærere conductor,
qua ex cauſa ſit priuatus, quia ſufficit ſibi quod ſine
ſua culpa prohibeatur perſeuerare: ſed in præſenti
19 caſu iuſta fuit prohibitio, † quia D.Ardizonus non
ſoluit penſionem Dominis hæredibus Illuſtr.D.Ro-
landi, vt probatur in c.potuit, extra locati.in l.æde,
C.eodem tit.

Secundo moueor, quia Domin. Buſtus non aliter
voluit obligari erga Dominam Iſabellam, niſi tan-
quam conductor illorum reddituum, & hoc expreſ-
ſit in actu contrahendi, vt legitur in inſtrumẽto,ibi,
etiamſi ruerent molendina, furni,& dacita,pro qui-
bus dicit ſe feciſſe præſentem obligationem,& vbiq;
in eo contractu Dominus Buſtus nominatur tan-
quam conductor, nedum in prooemio, vbi dicitur,
quod Domin. Ardizonus intendebat Dominæ Iſa-
bellæ aſſignare aureos bis mille,in perſonam D.Bu-
ſti fictabilis, &c. Item ibi,qui teneatur ſoluere ſcuta
centum ſingulo trimeſtre, pro fictibus,&c.ſed etiam
in diſpoſitiuis, & rurſus in alio inſtrumento fideiuſ-
ſionis præſtitæ, vbi promittit tanquam conductor;
ergo ceſſante, & ſublata conductione,ceſſat obliga-
tio, per ea quæ ponit Bart. in l. ex facto, in princ.nu.
1.verſic.ſecundo caſu requiritur, ff.de vulg.& pupill.
20 vbi inquit,quod qualitas † appoſita verbo à quo di-
ſpoſitio ſumit effectum, debet adeſſe tempore exe-
quutio-

quutionis, etſi eo tempore nõ adſit, ceſſat diſpoſitio.
probatur in l. Lucius, la prima, cum l. ſeq. ff. de fideic.
libert. vbi arbitrium datum alicui tanquam hæredi,
ceſſat ſi ille deſinat hæres eſſe, per quem text. hoc vo-
luit Bar. in l. centeſimis, §. ita ſtipulatus, num. 11. ff. de
verb. obligat. & dixit Bart. in l. Centurio, nu. 31. ff. de
vulg. & pupill. quod ſubſtitutio facta per hæc verba,
ſi filius meus deceſſerit, ei impuberi ſubſtituo talem,
erit ſubſtitutio pupillaris, quia illa qualitas eſt adie-
cta verbo exequutiuo, debet adeſſe tempore, quo a-
ctus ſortitur effectu. ſequitur Alex. qui alios citat in
conſ. 1. num. 8. vol. 1. & vbi aliquid conceditur ſub ali
quo oomine, ceſſat ſi ceſſet nomen. probat tex. in l. fin.
C. de inoff. teſtam. vbi dicitur caſtrenſe peculium di-
ci ſolum in eo, qui lucratus eſt io caſtris, ideo deſun-
cto, non dicitur caſtrenſe in ſucceſſore, & ibi infert
21 Salic. nu. 2. quod † priuilegium datum oomini ceſſat
extincto oomine, ſequitur Roderic. in diſput. maio-
rica. nu. 23. qui dicit illum text. eſſe ſingularẽ, & con-
trahens cum hærede cenſetur contemplatione illius
qualitatis contrahere, l. ſi proponas, §. 1. vbi Ang. ci-
tat concordantes, ff. de inoffic. teſt. infert ideo Dec. in
conſ. 283 nu. 8. verſ. & hoc confirmatur, quod ſi in in-
ſtrumento matrimoniali dicatur, talis ciuis Medio-
lani, cenſebitur vxor contraxiſſe cum eo tanquam
cum Mediolanenſi ciue, quia inſpiciendum eſt qua
contemplatione actus fiat, l. ſi pater, §. qui duos, vbi
not. Bald. ff. de adopt. l. ſi quis domũ, §. quid tamen, ff.
locat. cum alijs per eum allegatis. ſequitur in eiſdem
ferè terminis Alc. in conſ. 55. num. 8. & licèt prædicta
non alleget, concludit Fel. in conſ. 25. num. 23. quod
22 ſi quis locauit † rem alij cum facultate francandi, &
promittat facere conductori cartam francationis, &
interim conductor cadat à cooductione, ob penſio-
nem non ſolutam, nõ poterit poſt caducitatem fran-
chiſare: quia promiſſio facta fuit ſibi tanquam con-
ductori, & eatenus poteſt ſolum franchare, quatenus
durat conductio, non vltra. idem in ſimili dicit Soc.
in conſ. 34. in fine, vol. 3. vbi ſi quis contrahat appel-
latio ſe locatorem, cenſetur vti locator contraxiſſe,
non autem intuitu ſuæ perſonæ, & dicit Boſſius, in tit.
de Principe, nu. 344. quod indultum Pontificis con-
ceſſum Franciſco Gallorũ Regi, tunc Mediolani Do-
mino, ne ſubditi Mediolanenſes trahantur ad Curiã
Romanam, non habet locum, quando Ducatus Me-
diolani peruenit ad Franciſcum Sfortiam, vel etiam
ad Cæſarem, quia conceſſum fuit intuitu Regalis di-
gnitatis. adde tex. in c. venerabilem, de elect. vbi iura
mentum de obediendo Imperatori, intelligitur do-
nec eſt Imperator. Natta in conſ. 19. num. 8. quare ſi
D. Buſtus cõtraxit vti conductor reddituum Triun-
cerrorum, & tanquam ratis intuituq; conductionis
promiſit ſoluere, non poteſt nunc conductione fini-
ta, & ab ea expulſus compelli ad ſoluendum.
Tertio moueor, quia Domin. Buſtus ſtatim prohi-
bitus ne ſe intromitteret in dictis redditibus, eſt pro
teſtatus contra Dom. Iſabellam, quod non inteode-
bat quicquam ſoluere pro dicta obligatione, atten-
to, quod erat ſibi ioterdictus vſus rerum cooducta-
rum, cuius intuitu, & cõtemplatione ſe obligauerat:
dictæ verò proteſtationi Domina Iſabella non con-
23 tradixit, & propterea † acquieuiſſe cenſetur, gloſ. in
l. ſi fideiuſſor, in princip. in ver. recuſare, ff. qui ſatiſd.
cog. & ibi etiam Bald. & idem voluerunt Imola, &
Card. quos refert, & ſequitur Rube. in l. non ſolum,
§. morte, num. 265. ff. de oper. noui nunc. Dom. Bec. d.
conſil. 45. num. 45. Roland. d. conſil. 69. num. 30. ſed
præter eos hoc voluerunt Bald. & Præpoſit. quos ci-
tat, & ſequitur Crauet. de antiq. temp. par. 1. ſectione
incip. quæritur etiam, nume. 29. Cæphal. in conſi. 25.
num. 11. Io. de Amic. quem prædictorum nemo alle-
gar, in conſi. 110. num. 5. Benintend. Rota Bonon. de-
ciſ. 72. num. 5. vbi allegat Iaſ. & ratio eſt: quia iniu-
24 dicialibus præſens, & taceos † videtur conſentire.
Bart. & alij, in l. 1. C. de relatio. & in l. ne in arbitris,
C. de arbitr. Fulg. in l. 3. C. quom. & quand. iud. Pariſ.
in conſi. 113. num. 9. volum. 1. Ripa, in l. admonendi,
num. 44. ff. de iureiur. Bero. in conſi. 38. num. 4. vol. 3.
Crauet. in conſil. 1. num. 11. qui dicit, quod non oppo
nens cootra aſſenerata in iudicio per partem, vide-
tur confiteri. Vant. de nullit. proceſſ. tit. quibus mod.
ſent. null. defen. poſſit, nume. 61. dicens, quod paria
ſunt in iudicio expreſsè conſentire, vel eſſe præſen-
tem, & tacere.
Quarto moueor, qnia conſtat Buſtum nõ voluiſſe
immutare primæuam obligationem, qua teneba-
tur verſus Do. Ardizonum; dicitur enim in inſtru-
mento, quod teneatur ſoluere pro fictibus dictorum
reddituum de trimeſtre in trimeſtre, prout tenetur
25 D. Ardizono; ea vero dictio, prout, limitat † promiſ-
ſionẽ ſecundum terminos primæ obligationis, l. 1. C.
de contrarab. l. ſi teſtamentũ, C. de inſtit. & ſubſtit. l.
ſi pars, ff. de inoff. teſta. Dec. in conſ. 360. nu. 6. ver. ſed
reſpondetur. Gozad. in conſ. 31. nu. 18. conſ. 80. nu. 3.
conſi. 84. num. 6. Ruin. conſi. 25. nu. 11. vol. 1. in conſil.
50. nu. 6. vol. 2. Soc. iun. in cooſi. 122. nu. 33. vol. 3. Ne-
uiz. in conſil. 12. num. 4. Grammat. in deciſ. 59. nu. 7.
& ſeq. ſed inſpecta primæua obligatione, Buſtus nõ
tenebatur ſoluere finita locatione, ergo idem dicen
dum eſt in præſenti contractu.
Quinto quod Buſtus oon voluerit ſe obligare in
caſu quo finiretur locatio, probatur: quia omnes re-
nunciatiooes per eum factæ io inſtrumento celebra
to cum D. Iſabella, concernunt perſeuerantiam, &
continuationem conductionis, & præcipuè dum di-
citur, non obſtante quocunque caſu opinato, vel in-
opinato, quo impediretur frui rebus locatis, & ita
reounciat caſibus, qui durante locatione poſſent cõ
tingere. Itẽ ibi, etiamſi molendina cõducta corrue-
rent, & fierent inutilia. Item ibi, licet ſciat vigore cõ
ductionis ſe non teneri talibus caſibus ad ſolutionẽ
fictuũ. Quocirca, cum omnes renunciationes reſpi-
ciant tempus duraturæ locationis, dicendum eſt eũ
non cenſeri obligatum niſi locatione durante; talia
26 enim † ſunt ſubiecta qualia demonſtrant prædicata.
Oldr. conſil. 60. Soc. conſi. 3. nu. 4. vol. 4. Iaſ. in l. ſtipu-
latio, §. hi qui, num. 1. ff. de verb. oblig. Neuiz. in con-
ſil. 92. num. 4. Bellõn. in conſ. 49. num. 3. & accidentia
plurimum conferunt ad cognoſcendum, quod quid
eſt, vt dicebat Bald. quem refert Barbat. in conſil. 17.
num. 10. volum. 1. Niconit. in cap. quoniam contra,
nu. 199. de probatio. Neuiz. d. conſil. 92. nu. 3. & facit
quod dicimus, exceptionem declarare, qui caſus cõ-
27 prehendantur in regula, † & demonſtrare, quod ſub
regula continentur caſus omnes illius qualitatis cu
ius eſt exceptio, per ea quæ ponunt Lapus, & Gemi.
in cap. qui ad agendum, de procur. in 6. vbi ſi in man
dato procuratorio excipiantur aliqui caſus requirẽ
tes mandatum ſpeciale, poterit procurator ea exer-
cere, quæ ſpeciali procuratori cõueniunt. Alexan. in
l. fin. num. 4. ff. quod quiſque iur. Tiraq. qui alios citat
de retractu conſang. in fi. num. 95. Crot. in conſ. 136.
num. 27. Ripa, in l. 2. §. quod ſi in patris, nu. 13. ff. ſo-
lut. matrim. Caſſan. conſ. 3. num. 6. Vaſq. illuſtr. quæ-
ſtio. cap. 51. num. 75. Natta in conſi. 159. nu. 31. Plot.
de in lit. iuran. §. 6. num. 4. Rol. in conſil. 12. num. 55.
volum. 4. Cæphal. in conſi. 186. num. 63. Dom. Bec.
in conſi. 32. nu. 15. vbi latè eaornant, & dicitur etiam
aliquid

Digitized by Google

aliquid infra in reſolutione contrariorum, dum tra-
ctabitur de verborum vniuerſalium proprietate.

Sexto confirmatur, quia vbi contrahentea volne-
runt in grauiorem caſum obligari Buſtum, eum ni-
hilominus obligarūr ſub ea qualitate durantis loca-
tionis, vt cognoſcitur ibi, etiā ſi dicta molendina, &
dacita locata, ſibi pro quibus dicit ſe facere præſen-
tem obligationem, corruerent in totum, vel in parte:
28 illa namque dictio, etiam, ſolet † exprimere caſum
magis dubitabilē, & minus dubitabilem implicare,
glo. in Clem. 2. in verſ. eccleſiæ, de hæretic. Archid. in
cap. cum illis, de præbend. in 6. Decius in l. qui ſe pa-
tria, num. 11. C. vnde liberi. Bero. in conſ. 57. num. 50.
volum. 3. Alciat. in conſil. 113. num. 5. Crauet. in con-
ſil. 294. num. 7. Menoch. de arbit. iudic. caſu 58. num.
40. Si ergo caſus magis dubius cui fuit renunciatum
conuenit ſolum quando durat locatio, multo magis
dicendum erit conuenire caſus minus dubios: quia
ſi id de quo minus ineſſe videtur, ineſt ergo, & id de
quo magis, capitu. cum in cunctis, vbi gloſſ. Ioann.
Andr. Abb. & Imola, de electiō. Authent. Multo
magis, C. de ſacroſan. eccleſ. Euerard. loco 65. qui eſt
à minori, colum. 1.

Septimo, vt in hāc deueniam opinionem, multum
me impellit ratio deſumpta ex lectura inſtrumenti
obligationis, vbi explicitè Buſtus dicit, ſe hanc obli-
gationē feciſſe pro redditibus molēdinorum, furno-
rum, & pedagij Triumcerrorum ſibi locatis: ea vero
29 dictio, pro, † importat cauſam finalem, l. pen. §. fin.
verſ. ſi pro alimentis, ff. de aliment. & cibar. legat. gl.
in l. dominus Sticho, in verſ. pro quibus, ff. de pecul.
leg. Archid. in c. Agato, diſt. 63. Bald. in l. 1. col. pen.
verſ. venio ad ſecundam formam, C. per quas perſo-
nas nob. acqui. & in cap. 1. in princip. de teſtibus, vbi
notabiliter dicit, quod dictio, pro, ſignificat cauſam
immediatam & finalem, quaſi diſponens dicat ſe a-
liàs non facturum, & hoc extollit Barbat. in conſil.
54. num. 3. volum. 2. dicens, quod expenſæ dicuntur
cauſa finalis legati, quando teſtator dicit ſe legare
pro expenſis factis. Soc. in conſil. 227. num. 7. volum.
2. loquendo quoque de ſubſtitutione facta pro vſu
deputando. Dec. in l. vnica, num. 58. C. de ſentent. quę
pro eo quod inter. & in conſil. 46. num. 4. Ripa in cap.
cum M. Ferrarienſis, num. 7. de conſtit. Alba, in conſ.
52. num. 8. Bero. in conſil. 82. num. 76. volum. 8. ſi ergo
redditus prædicti erant finalis cauſa obligationis,
vtique ceſſante locatione per quam licebat percipe-
re redditus, ceſſare debet obligatio non minus quam
ſi expreſsè Buſtus dixiſſet ſe non aliter promiſſurum,
30 niſi duraret locatio: ceſſante † enim cauſa ceſſat effe-
ctus, c. cum ceſſante, de appellat. cum alijs latiſſimè
cumulatis per Tiraquel. in tractat. ceſſan. cauſa, in
princ. num. 11. & in ſpecie quod ceſſante cauſa obliga
31 tionis † ceſſet obligatio, voluit Socin in conſ. 31. col.
pen. ver. quarto etiam probatur, vol. 1. quem refert,
& ſequitur Tiraq. d. par. 1. num. 184. & dicit Bero. d.
conſ. 82. nu. 77. quod diſpoſitio augetur vel minuitur
ſecundum quod augetur vel minuitur cauſa finalis
importata per illam dictionem, pro. Crauet. conſ. 16.
32 num. 5. vbi quælibet † diſpoſitio reſtringitur ob ſui
cauſam finalem. Alba, in conſ. 77. nu. 88. vbi quod in-
ſpici debet origo obligationis, quare ſi ceſſat locatio,
& cauſa finalis obligationis prædictę reſolui quoque
debet obligatio, & meo iudicio hoc ſolum fundamen
tū ſufficere deberet: & ſi dicatur, quomodo ſtare po-
teſt quod ſe obligauerit contemplatione redituum
ſi voluit ſe teneri, etiam vbi per caſum inopinatum
nullos perciperet redditus? Reſpondeo, quod illi ca-
ſus non poterant euenire, & vbi eueniſſent Commu-
nitas Triumcerrorum tenebatur indemnitatem pre-
ſtare, atque ita per euentum inopinati caſus contin-
gentis durante locatione nihil conductori poterat
obeſſe; quod ſecus erat finita locatione, ideo facilis
fuit in renunciando caſibus contingentibus locatio-
ne durante: quia illi nullum poterant afferre damnū,
at non ita erat vbi finiretur locatio, quia omne dam-
num erat in humeros conductoris flectendum, vt la-
tius dicam infra in reſolutione contrariorum, & hoc
modo concilianda ſunt pacta dicti inſtrumenti, vt
ſcilicet non aliter voluerit obligari, niſi durante loca
tione; ea verò durante, voluerit obligari etiam ſi nul
los percepiſſet redditus, alias pacta eſſent inuicē con
33 traria, & incontinenti † induceretur correctio in ip-
ſis contrahentibus, contra l. non ad ea legata, vbi gl.
& doctor. ff. de cond. & demonſt. Alciat. in tract. prę-
ſumpt. reg. 2. præſ. 28. nu. 1. & diſpoſitio quælibet in-
34 terpretari ita debet, ne contineat † repugnantiam, c.
inter dilectos, §. ceterum, de fi. inſtr. Bart. in l. fin. §. idē
quæſijt, ff. de cond. & demonſtr. Bald. in l. cum falſa, in
fi. C. de iuris & facti ignor. Alex. in conſ. 141. num. 5.
vol. 8. Iaſ. in conſ. 38. num. 4. vol. 1. vbi ponit hoc proce
dere in legibus, ſtatutis, contractibus, ſententijs, teſti-
bus, & in omni diſpoſitione, & poſt eum Dec. in l. vbi
repugnantia, num. 4. ff. de regul. iur. & in vnaquaque
ſpecie latè ponit D. Becius ad Iaſ. d. conſ. 38. & ita in
varietate pactorum poſitorum in eodem contractu
voluit Crauet. in conſ. 70. num. 5. vbi poſt Bar. & Do-
ctores inquit, verum eſſe etiam ſi foret neceſſe impro
priare verba. latè Simon de Prer. de coniectur. vltim.
volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 4. ſolut. 9. num. 1. & ſeq.
& multa etiam in ſolut. 7. & 8. per totam.

Octauo cum eſſet Buſtus tunc conductor bono-
rum prædictorum, & tanquam conductor ſe obliga-
uerit contemplatione redditnum, quos credebat ſe
percepturum ex illis bonis, cenſetur ſe voluiſſe obli-
gare ſolum eo manente ſtatu, non autem ſequuta mu
tatione. Nam regulariter omnis diſpoſitio continet
35 † tacitam conditionem rebus ſic ſtantibus, l. quod
ſeruus, ff. de cond. ob cau. l. quæro, §. inter locatorem,
ff. locati. l. ſi fuerit, in princ. ff. pro ſocio. l. cum quis, in
princ. ff. de ſolut. & in iuramento eſt text. in c. breui,
de iureiurāndo, in l. fi. ff. qui ſatiſd. cog. gl. in c. quem-
admodum, de iureiurando, c. cum inter, vbi But. Imo-
la, & alij, de renunciat. alios citat Rubeus in conſil.
147. nu. 3. qui dicit procedere in quacunque diſpoſi-
tione. infinitos adducit Tiraq. in præfat. l. ſi vnquam,
num. 166. & ſeqq. Pariſ. in conſ. 69. num. 42. vol. 3. Al-
ciat. in conſ. 72. num. 3. Neuiz. in conſ. 68. nu. 28. Nat-
ta in conſ. 50. num. 8. & in Authen. Hoc inter liberos,
num. 85. C. de teſtamen. Cæph. in conſil. 119. num. 31.
Rol. in conſil. 7. num. 57. vol. 3. Menoch. in conſil. 27.
num. 48. D. Becius in conſ. 58. num. 23. & per hoc fa-
cit, quia ſi quis ingreſſurus religionem donet inter
viuos irreuocabiliter omnia bona ſua, deinde muta-
to propoſito remanet in ſeculo, vel religionē exeat,
36 recuperabit mutato ſtatu omnia † bona donata, vti
probat Socin. in conſil. 183. num. 3. verſic. poſtremo
dico, volum. 8. quia ea donatio intelligitur durante
firmo propoſito religionis. idem dicit Dec. in con-
ſil. 86. num. 5. Purpurat. in l. fin. numer. 194. C. de pact.
Curt. iun. in conſil. 141. num. 13. Bertrand. in conſil.
380. num. 10. vol. 4. Rube. d. conſil. 147. num. 2. qui ta-
men ex prædictis neminem citat. Cagnol. in l. 2. in
princ. num. 17. ff. de orig. iur. Natta qui nullum citat
in conſil. 180. num. 5. ver. præterea dicendum eſt. cum
ergo mutatus ſit rerum ſtatus, & reſoluta ſit locatio,
cuius contemplatione facta fuit promiſſio, ceſſat ip-
ſa obligatio.

Vltimo ſi res eſſet dubia, prout verè non poteſt ne-
gari, interpretatio fieri debet contra Dominam Iſa-
bellam: quia verba dubia contra ſtipulatorem intel-
37 liguntur, qui potuit † & debuit legem apertius dice-
re, l. ſtipulatio iſta, ff. de pact. Alex. in conſil. 113. nu. 5.
vol. 1. D. Becius in conſ. 101. num. 87. & interpretatio
38 fieri debet contra eum, qui ſe fundat in verbis † con-
tractus vel alterius diſpoſitionis, l. veterib. ff. de pact.
Bald. in conſ. 413. nu. 1. volum. 5. Alexand. in conſ. 46.
num. 3. vol. 2. Natta in conſ. 153. in fin. D. Becius conſ.
41. nu. 10. facit, quia probatio dubia intelligitur con-
tra probantem, glo. in c. in præſentia, de probat. Bar.
Bald. & Iaſ. in l. non hoc, C. vnde legit. etiam in mate-
ria fauorabili. Alexan. in conſ. 52. col. 2. vol. 5. Dec. d.
l. non hoc, num. 7. & Curt. iun. num. 33. Natta in conſ.
285. nu. 2. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 16. nu.
8. dixi in conſ. 5. nu. 48. tenetur enim quilibet proba-
39 re † id quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, l. ei
qui, ff. de probatio. l. 1. vbi Bar. C. ſi aduerſ. cred. deciſ.
40 Pedem. 171. nu. 8. & probatio dubia nõ releuat † pro-
bantem, l. nõ hoc, C. vnde leg. Doct. d. c. in præſentia,
Bald. in l. 2. C. de bon. poſſ. Marſil. in Rubr. C. de pro-
bat. nu. 350. Caſſan. conſ. 5. num. 12. Loffred. conſ. 18.
num. 4. cum alijs per me citatis d. conſ. 5. num. 49.

Et non obſtat, quod Buſtus in ſe ſuſceperit omnes
caſus fortuitos opinatos & inopinatos: quia reſpon-
deo, nõ ſuſcepiſſe caſum fortuitum, ſed caſum inopi-
natum, & hæc inter ſe differunt: quia caſus fortuitus
dicitur ille quem non antecedit aliqua cauſa proue-
41 niens culpa promittentis: caſus † autem inopinatus
eſt ille quem culpa promittentis præcedit. ita decla-
rat gloſſ. in l. 1. ff. ad leg. Corne. de ſicar. vbi Bal. nu. 3.
dicit, hanc differentiam eſſe benè notandam, & ſe ne-
ſcire alibi, & dicit ibi Barb. in addit. quod illa glo. nõ
eſt alibi, & idem tenet Marſil. ibi, in fine. Iaſ. in l. ſed
etſi quis, §. quæſitum, nu. 31. ff. ſi quis cautio. & quam-
uis loquantur prædicti non de caſu inopinato, ſed de
caſu improuiſo, tamen idem ſonant hæc verba, ino-
pinatus, improuiſus, vt probari poteſt ex his quæ po-
nit Ripa, in tract. de priuil. contr. cauſ. peſt. num. 108.
42 & nunquam cenſetur quis ſuſcipere † caſum fortui-
tum, niſi faciat de eo ſpecialem mentionem, d. §. quæ-
ſitum. Socin. in conſ. 123. nu. 5. vol. 4. Ripa de priuil.
contr. cau. peſt. num. 73.

Secundo reſpondeo, quod illa generalis renuncia-
tio caſuum inopinatorum reſtringi debet ſecundum
naturam contractus qui fuerat celebratus inter Do-
minum Atdizonum, & Buſtum: quia hic eſt proprius
43 † intellectus verborum vniuerſalium, vt argumento
l. ſi vno, ff. locat. dixit Bald. in conſ. 67. col. 1. verſic. nec
dicatur, vol. 3. Alexand. in conſil. 35. num. 9. & ſeqq.
volum. 4. vbi dicit, quod verba vniuerſalia reſtringũ-
tur ſecundum ſubiectam materiam. Dec. in l. 1. in 1.
lectura, num. 15. C. qui admitti. alios citat Crauet. in
conſil. 144. nume. 7. Cotta in Memor. incip. Quando-
cunque, vbi infert pactũ quod liceat conductori quan
docunque voluerit poſt menſem à contractu recede-
re, ſi non ſeruantur ſibi pacta, intelligi dum ne con-
ductor poſt menſem faciat actum contrarium dictæ
facultati, & dicit Gemin. in conſ. 29. col. fin. quod ver-
ba, quoquomodo, reſtringuntur ad modos propor-
tionabiles materiæ de qua agitur. Neuiz. in conſ. 92.
num. 27. Tiraq. de retractu. conſang. §. 1. glo. 7. nu. 26.
in fine. Roland. in conſi. 74. num. 24. volum. 1. latè de-
ciſ. Pedem. 169. num. 11. vbi omnino videndum eſt. de
natura autem contractus conductionis eſt, quod fi-
ctus nõ ſoluantur niſi ea durante, & ideo omnis pro-
miſſio fictuum intelligi debet ſi durabit conductio,
& non aliter, attento, quod Buſtus in inſtrumento
proteſtatur ſe eam promiſſionem facere intuitu con-
ductionis.

Confirmatur hæc concluſio, ex eo quod voluit An-
gel. in l. obligatione generali, ff. de pigno. vbi inquit,
44 quod generale † dictum limitatur, & reſtringitur per
rationem ſecundum ſuam cauſam, per l. cum pater,
§. dulciſſimis, ff. de legat. 2. quem dicit eſſe meliorem
textum, qui poſſit allegari, & infert quod ſi quis cre-
ditor in decem ex cauſa mutui, & in viginti ex alia
cauſa, recipiendo illa decem faciat pactum de ea nõ
petendo, & generaliter de omni & toto eo, quod pe-
tere poſſet vſque in præſentẽ diem, reſtringetur pro-
miſſio quantumuis generalis ad illa decem quorum
cõtemplatione & cauſa facta fuit generalis remiſſio,
& ſubdit eſſe perpetuo menti tenendum. ſequitur
Natta in cõſ. 546. nu. 11. & ſeq. cum ergo cauſa dictæ
promiſſionis ſit conductio, non debet generalis re-
nunciatio extendi ad caſum finitæ conductionis, ſed
ad eam reſtringi.

Tertio reſpondeo, quod verba generalia reſtrin-
guntur ad ea quæ ſunt eiuſdem generis ſeu ſpeciei cũ
45 præcedenti contractu, † vt voluit Old. in conſ. 297. in
5. dub. qui dicit, quod verba vniuerſalia includũt ſo-
lum ea quæ ſunt eiuſdem generis cum præcedẽtibus,
& dicit Rota deciſion. 256. ſi quis conſtituat, in nou.
quod ſi conſtituens procuratorem ad iudicia, reuo-
cet quoſcunque procuratores antea conſtitutos, non
trahetur reuocatio niſi ad eos, qui fuerant conſtituti
ad iudicia. & dicit Alber. in l. 1. col. 6. ff. de offic. pro-
cur. Cæſar. quod procuratorem cõſtituens ſi promit-
tat habere rata quæcunque fuerint per eum negotia-
ta, intelligitur promiſſio reſpectu eorum quæ demãa
data fuerunt, & comprobat Abb. in conſ. 14. volum.
2. vbi dicit, quod generalis promiſſio reſtringitur ad
cauſam ſocietatis de qua principaliter tractabatur.
Caſt. in l. Aquiliana, ff. de tranſactio. quod vbi ſi actũ
eſt de mẽſa nummularij, intelligetur generalis libe-
ratio ſubſequuta reſpectu eorum tantum, quæ perti-
nent ad menſam, nõ autẽ de alijs. multos citat Bero.
in conſil. 159. nume. 39. & ſequent. volum. 1. Ruin. in
conſil. 68. num. 11. volum. 4. Natta in conſil. 546. nu-
me. 13. 18. & ſequent. in præſenti autem cauſa conſtat
Buſtum ſe obligaſſe ex cauſa conductionis, proinde
omnis renunciatio reſtringi debet ad tempus & ca-
ſus durantis conductionis, vltra quod, vt præmiſi, om-
nes caſus incluſi in renunciatione reſpiciunt tempus
durantis conductionis: id quod probatur, quia dici-
tur in inſtrumento, quibus non poſſit frui redditibus
ſibi locatis, quæ verba præſupponũt durare locatio-
nem tempore quo impediretur frui, iuxta ea quæ ſu-
pra dixi, verſ. ſecundo moueor.

Quarto reſponderi poteſt, quod illa generalis re-
nũciatio reſtringitur à contrahentibus ad caſus qui
poſſent contingere durante locatione, non enim ſim-
pliciter dicitur, nõ obſtante quocunque caſu opina-
to vel inopinato, ſed additur, qui poſſet contingere,
quo minus poſſet frui redditibus ſibi locatis; & ita
præſupponitur, quod tẽpore impedimenti cõtingen-
tis duret locatio: quia dictio, locatis, debet intelligi
ſecundũ tẽpus verbi, frui, adeò, vt tunc duret locatio,
46 quãdo impeditur frui, quia qualitas † adiecta verbo,
intelligitur ſecundum tempus verbi, l. in delictis, §. ſi
extraneus, ff. de noxalib. l. 1. §. tutoris, ff. quod iuſſu, l.
Titius, & Bart. ff. de reſt. milit. & ideo inferunt Doct.
ſtante ſtatuto, quod filia dotata non ſuccedat, filiam
non excludi, quæ erat indotata tempore delatæ ſuc-
47 ceſſionis, licet poſtea † dotetur. Barto. in conſ. 31. vo-
lum. 1. cum multis allegatis per Dominum Becium
in conſil. 112. nume. 20. & dixi in conſil. 45. nume. 34.

&cum

& cum præſupponat inſtrumentum, quod locatio du
ret tempore impedimenti, infertur, quod non veri-
ficatur renunciatio in caſu qui contigit finita locatio
48 ne: quia cui non conueniunt verba † non conuenit
etiam diſpoſitio, l. 4. §. toties, ff. de damn. infecto. l. ſi
ſeruum, §. non dixit, ff. de acquiren. hæred. Roman. in
conſil. 442. numer. 2. & vt locus ſit diſpoſitioni. ne-
ceſſe eſt quod verificetur præſuppoſitum, quando di-
ſpoſitio vnum dicit, & aliud præſupponit. gloſ. in l.
mancipia, C. de ſeruis fugit. Roman. in ſingul. 495.
cum alijs per me congeſtis in conſil. 150. numer. 78.
addo quod voluit Angel. in conſil. 158. vbi ſi ſtatutũ
diſponat, quod maritus partem dotis lucretur, &
partem reſtituat, non habebit locum niſi in dote ſo-
luta: quia dum dicit reſtituat, præſupponit ſolutio-
49 nem, † & ſufficit quod tale præſuppoſitum digno-
ſcitur ex aliquo verbo poſito etiam obiter in ſtatuto,
vt per Bald. in conſil. 344. numer. 4. volumin. 4. vbi
inquit, ſtatutum diſponens quod maritus lucretur
partem dotis à quocunque fuerit data, non habere
locum niſi in dote data: quia dum diſponit, præſup-
ponit dotem eſſe datam. Socin. iun. qui dicit aper-
tè in Rubr. ff. ſolut. matrimon. numer. 54. Phannc. in
tractat. de lucro dotis, in Rubric. in verſic. reſtituen-
da, num. 34. & facit, quia generalia verba recipiunt
50 ex adiuncto † declarationem, l. ſed etſi adijciatur,
ff. pro ſocio. l. his verbis, in princip. ff. pro ſocio. l. fin.
column. 1. ff. de condict. cau. dat. Cæphal. in conſil.
114. num. 5. & propterea dicimus, quod vniuerſalis
51 diſpoſitio reſtringitur ex adiectiuo † quod fuit ad-
iunctum à diſponente, argumento capit. cum in il-
lis, de præbend. in ſexto, l. qui autem, in fine, ff. de
conſtitut. pecun. cum gloſ. in Clemen. 1. de præbend.
Bartol. in l. quæſitum, §. penultim. ff. de fund. inſtru.
ita Bero. in conſil. 159. numer. 38. volumin. 2. vbi po-
nit exemplum in diſpoſitione loquente de quocun-
que homine albo, nam non erit incluſus niſi qui ſit
albus, licet diſpoſitio ſit vniuerſalis. idem voluit in
conſil. 20. numer. 15. volumin. 3. & inquit Neuizan.
conſil. 40. numer. 12. nullum eſſe tam vniuerſale ver-
bum quod non reſtringatur ratione circunſtantia-
rum, & Crauet. in conſil. 144. numer. 5. in fine, dicit,
quod diſpoſitio loquens de tota hæreditate ſua, re-
ſtringitur ad eam quæ erat ſua, quia adiectiuum il-
lud reſtringit diſpoſitionem, & per eandem ratio-
nem dicit Bartol. in l. generali, §. vxore, ff. de vſufru-
ctu leg. quod etſi vniuerſalis ſermo non recipiat re-
ſtrictionem, tamen illam recipit, quam diſponens
52 † adiecit, & ideo infert, quod etſi in legato vſusfru-
ctus omnium ſuarum rerum veniant etiam vena-
lia, tamen ea non veniunt ſi dicat teſtator legare ſe
vſumfructum omnium rerum ſuarum quæ in domo
ſunt: quia hæc poſteriora verba adiecta à teſtatore
limitãt generalem diſpoſitionem. ita declarat Ruin.
in conſil. 20. numer. 2. volum. 1. in conſil. 78. num. 4.
verſus fin. eod. vol. & in conſil. 188. num. 11. vol. 2. ita
ergo in propoſito, ſi dictum fuiſſet, non obſtante quo
cunque caſu inopinato, fortè hæc renunciatio in-
cluderet etiam caſum reſolutæ conductionis, ſed
quia adiectiuum eſt, qui occurreret quo minus poſ-
ſit frui rebus locatis, reſtringi debet præcedens ge-
neralitas ex verbis ſubiectis, & appoſitis à contra-
hentibus.

Augetur hæc reſolutio, quia illud relatiuum, qui
poſſet contingere quo minus &c. cum ſit appoſitum
ſine copula qualitati, quæ non conuenit cuilibet de
53 genere, ſtat reſtrictiuè, † Bartol. in l. ea tamen a-
diectio, ff. de legat. 3. in l. cunctos populos, vbi Signo-
rol. Salicet. & Caccialup. C. de Summ. Trinitat. &
fide Cathol. in l. omnes populi, in princ. vbi Caſtrenſ.
Crot. & alij, ff. de iuſtit. & iure. Aretin. in §. ius autem
ciuile, Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil. Gozad. in
conſil. 82. num. 15. cum alijs quos citaui in conſ. 127.
num. 47. atque ita non fuit renunciatum indiſtinctè
omni caſui, ideſt inopinato, ſed ei ſoli qui impediret
quo minus frui poſſet rebus locatis. hic autem caſus
de quo eſt ſermo, nõ impedit vſum rerum locatarum,
quia finita, & reſoluta eſt locatio, ergo ei non fuit re-
nunciatum. Reſpondeo etiam aliter huic obiecto,
vt dicam proximè.

Nec contradicit, quod Buſtus noluerit ſe in plus
obligare quam teneretur verſus Dom. Ardizonum:
quia reſpõdetur, hoc eſſe verum: nam etſi aureos Do-
minæ Iſabellæ promiſerit meliores & maioris valo-
ris, tamen id fecit ſine damno, & nihil plus ſoluit: nã
Dominæ Iſabellæ ſoluit aureos bis mille in auro, &
pro eis liberatur à penſione ſex annorum, quæ rele-
uat aureos bis mille quadringentos, & ita ſi quid vl-
tra primum valorem ſoluit, id omne compenſatur
cum numero aureorum quos debebat, & factis calcu
lis compertum fuit, Buſtum minus promiſiſſe Domi-
næ Iſabellę quã deberet Domino Ardizono. Illa verò
clauſula, Sciens ſe nõ teneri, &c. intelligi debet reſpe-
ctu perſonæ: quia cum non eſſet obligatus verſus Do-
minam Iſabellam, voluit obligari. Poteſt item intel-
ligi reſpectu renunciationis caſuum inopinatorum,
quæ renunciatio non facit conditionem Buſti dete-
riorem, quandoquidem caſus illi cõtingere non po-
terant in damnum ſuum, ex quo Communitas Triũ-
cerrorũ tenebatur præſtare indemnitatem pro illis,
& alijs grauioribus caſibus, proinde facile fuit Buſto
ſuſcipere in ſe caſus prædictos ad fauorem Dominæ
Iſabellæ, ex quo vbi contigiſſent, poterat indemnita-
tem conſequi à Communitate obligata; ſed non erat
eadem ratio ſuſcipiendi in ſe caſum reſolutæ locatio
nis, quia pro ea non poterat aliundè ſperare indem-
nitatem. ſtante ergo rationis diuerſitate, nõ licet de
vno ad alium arguere: quia ceſſante ratione, ceſſat
diſpoſitio, l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.
54 l. quod dictum, ff. de pact. & generalis † diſpoſitio nõ
trahitur ad caſus habentes diuerſam rationem, l. cre
ditor, §. datur, in fine, ff. de bon. auth. iud. poſſid. Cal-
can. in conſ. 1. col. 19. circa finem, Crauet. in conſ. 144.
nu. 6. id quod ſeruire poteſt pro quinta reſolutione
præcedentis obiecti. & nõ eſt dubium, quod ſi Buſtus
fuiſſet tempore huius obligationis interrogatus an
vellet teneri etiam ſi fuiſſet expulſus à conductione,
reſpondiſſet, quod non: quia omnis alia reſponſio
fuiſſet fatua, & dementis viri, qui vellet ſuum profun
dere, contra l. cum de indebito, ff. de probatio. ergo id
55 habendum eſt pro † expreſſo, ſecundum glo. in l. tale
pactum, ff. de pact. quam dicit notandam Decius, in
conſ. 7u. col. 2. in fi. & ſequuntur multi citati à Tiraq.
in præfatio. l. ſi vnquam, nu. 56. & in verſ. libertis, nu.
28. C. de reuoc. donat. & procedit in quacunque ma-
teria, vt inquit deciſ. Pedem. 64. in fine, D. Rol. in cõſ.
97. nu. 18. vol. 2. cum ſimilib. & ſanè, ſi Buſtus deiectus
à bonis conductis compelleretur ſoluere, pateretur
damnum indebitè, & contra omnem æquitatem, qua
ratione ſola reſtringenda eſt illa generalis renũcia-
56 tio † caſuum inopinatorum, argum. gloſ. & Doct. in l.
fin. §. in computatione, C. de iure delib. Bart. in l. om-
nes populi, in 6. q. prin. ff. de inſt. & iure. Socin. & Iaſ.
quos citat & ſequitur Crau. in cõſ. 3. nu. 6. qui omnes
dicunt, quod verba vniuerſalia reſtringuntur ne quis
indebitè patiatur damnum.

Et non obſiſtit quod in contractu nouante non cẽ-
ſeantur repetitæ qualitates, quæ aderant in contra-

ctu nonatò, ad iſtud enim eſt facilis reſolutio, quia
contrarium procedit in qualitatibus, quæ concernũt
fauorem perſonæ, ſed quæ reſpiciunt fauorem cauſæ
57 cenſentur repetitæ, † & nõ ſublatæ per nouationem,
quando non perueniunt à diſpoſitione hominis, ſed
à lege, vt hoc ita probat text. in l. aliam, ff. de nouat.
vbi Bart. in ſummario, & num. 2. verſic. quædam inſunt
ex legali, vbi hoc etiam voluerunt Ang. Imo. &
Caſtren. & dicit Bart. in l. ſi quis cum aliter, num. 4. ff.
de verbor. oblig. quod etſi vnus contractus ea vi nouationis
tranſeat in alium, tamẽ tranſit cum omnibus
qualitatibus, & priuilegijs, quæ primo habebat
ex natura contractus, vel rei in obligationem deductæ,
& communis opin. eſt cum Bart. cum quo tranſeunt
omnes Doct. vt ibi inquit Alea an. nu. 3. & dicit
Aret. ibi col. 6. in prin. verſ. tertio adde, quod hoc dictũ
Bar. eſt ſingulare, & non poſitum alibi, & eam defendit
Iaſ. nu. 13. & dicit Caſtr. in l. ſi dari, in fin. ff. de
verb. oblig. quod in ijs, quę ſunt de natura actionis, &
proueniunt ex diſpoſitione legali, cenſentur in nouo
contractu repetitæ qualitates primi, licèt ſecus ſit in
alijs accidentalibus. Imo. in l. 1. col. 2. verſ. quod tamẽ
dixi de marito, ff. ſolut. matr. latè Ang. Aret. in §. fuerat,
nu. 24. Inſt. de action. Alc. in Rub. ff. de verb. oblig.
nu. 38. & ibi etiã Rui. Cagn. in l. 2. nu. 71. C. de reſcind.
vend. & hoc eſt potiſſimũ fundamentũ pro hac parte:
quia etſi per delegationem factam à D. Ardizon. inducta
ſit nouatio, tamẽ ea aſſumit omnes qualitates,
quæ in prima obligatione inerant ea natura contractus,
& cauſæ; de natura autem contractus locationis
eſt, quod conductor non teneatur ad penſionẽ quando
reſoluta eſt conductio, & aliquo modo finita.

Nec dicatur, quod prędicta non procedunt, quãdo
conſtat nouationem eſſe factã animo abijciendi priuilegia
quæ competebant ex prima actione, vt dicũt
Bar. & alij omnes ſupra citati, id quod videtur cõcurriſſe
in præſenti negotio, quia Buſtus ſe obligauit in
duriorem cauſam, & caſibus renunciauit inopinatis,
& voluit teneri in caſib. in quibus de natura cõductionis
non tenebatur, vt in inſtrumento dicitur, ibi, licèt
ſciat vigore inſtrumenti ſuæ locationis non teneri
ad ſolutionem fictuum talibus caſibus euẽientibus.
etenim reſpõdeo, quòd in noſtro caſu Buſtus non voluit
abijcere omnia priuilegia quæ ſibi vti conductori
competebant, ſed aliqua tantum, ideſt, ea quibus
poterat ſe iuuare, ne teneretur ſoluere pẽſionem vbi
in fructibus contigiſſet vis maior, vel fuiſſet frui impeditus,
& in ſpecie noluit abijcere priuilegia, ne ſoluere
cogeretur fictus, caſu quo expelleretur à conductione
ſine ſua culpa; licèt ergo abiecerit priuilegia,
non tamen ideo inferri debet quod omnia noluerit
58 perdere: † quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & in ea
non veniunt niſi expreſſa. Cald. conſ. 5. de præb. Alea.
in conſ. 115. vol. 5. Natta, in conſ. 78. nu. 6. & limitata
renunciatio ad certas cauſas, vel perſonas non eatẽditur
ad alias. Pariſ. in cõſ. 26. nu. 23. vol. 3. Dominus
Becius in conſ. 74. nu. 23. addo Menoch. in conſ. 1. nu.
216. vbi dicit, quod nõ trahitur de caſu ad caſum, nec
de perſona ad perſonam, & interpretatur ſemper vt
minus noceat. Grat. in conſ. 17. nu. 46. vol. 1. D. Becius
conſ. 111. nu. 31. facit, quia vbi feudũ fuit in aliquibus
ea partiũ, vel cõcedentis diſpoſitione alteratum, non
rñ ideo in totum nouam aſſumit formã, ſed imo anti-
59 quam retinet † naturam, in ijs in quibus non fuit alteratum.
Iſern. in cap. 1. vbi etiam alij, de feud. non
habente prop. natur. Rom. in conſ. 70. num. 2. Dec. in
conſ. 193. col. pen. ver. ſecundo præmitto. Curt. iun. in
tract. feud. in part. 1. quæſt. 6. col. 6. verſic. poſtremo.
Pariſ. conſ. 23. nu. 26. in 1. volum. Lofred. in conſil. 1,
nu. 168. dixi in cõſ. 63. nu. 29. vbi addidi Bal. Soc. Neuiz.
Nattam, Rol. Menoc. & Bec. nõ enim prohibetur
ſtare quod non reperitur mutatum, l. præcipimus, C.
60 de appell. & conſenſus limitatus † non eatenditur,
l. iubemus, C. ad Velleia. Rom. in conſ. 131. in fi. Dec.
in conſ. 379. nu. 6. & adhibitus circa vnum actum, nõ
eatenditur ad alium. Bart. in l. ſi curatorem habens,
C. de reſtit. in integr. Aret. in l. Dominus Labeo, col.
2. circa med. ff. de teſtam. Ripa de priuileg. iudic. cau.
peſt. num. 15. Crot. in l. frater à fratre, num. 101. ff. de
condic. indebiti. Crau. in conſ. 241. num. 6. Cæph. in
conſil. 148. num. 14. Menoc. in conſil. 75. num. 74. quare
etſi Buſtus multis renũciauerit priuilegijs ſibi cõpetentibus
ea natura contractus, non tamen prohibetur
alijs vti quibus non renunciauit: quia vbi plu-
61 ra obſtant, vno † ſublato, alia remanent, l. ſi domus,
ff. de ſeru. vrb. præd. l. ſi quando, C. de inoffic. teſtam.
cum multis, quos adduxi in conſ. 50. num. 27.

Quod verò dictum eſt Dominam Iſabellam factis
contradixiſſe proteſtationi ſibi notificatæ per Buſtũ,
petendo ſcilicet penſionem, licèt verbis ei non oppoſuerit,
procederet, ſi pro futuro tempore fictum petijſſet,
ſed petijt penſionem pro terminis quorum ſolutionis
dies iam ceſſerat, & qui omninò debebantur,
etiam ſi proteſtationi fuiſſet locus, ideo illa petitio
non impugnat proteſtationem; & pro hac ſenten-
62 tia facit quod voluerunt † gloſ. Butr. Cardin. Imola,
& alij, in c. potuit, locati, Cin. Bal. Iaſ. & alij in l. 2. C.
de iure emph. cum alijs apud Ruin. in conſil. 150. nu.
4. vol. 9. Gigas de penſion. quæſt. 73. num. 3. Clar. de
iure emphyt. quæſt. 19. vbi dicunt, quod etſi Dominus
recipiendo penſionem futuri temporis cenſeatur
remiſiſſe caducitatem, quam commiſerat emphyteuta
non ſoluendo canonem, etiam ſi eam reciperet
cum proteſtatione, quia eſt contraria facto, tamen
ſecus eſt quando ſolum recepiſſet penſionẽ temporis
prętериti: quia hic actus ſe compatitur cum declaratione
caducitatis, & eum faciendo non recedit
à declaratione facta. & ratio eſt, quia voluntas tacita,
quę colligitur ex actu, non eatenditur vltra quam
ex ipſo actu inferatur de neceſſitate, ſecundum Bart.
in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuque priu.
cum alijs ſupra citatis.

Ad id vero quod vltimo dicebatur, Buſtum expreſſe
promiſiſſe etiam in caſum abſolutæ locationis: reſpondeo,
quod vbi res perit, non diſſoluitur locatio,
63 ſed remittitur merces, † & locatio durat. ita dicit,
Bar. in locis in contrarium allegatis, ideſt in d. §. vbicunque,
& in d. §. vis maior. propterea licèt Buſtus
promiſerit ſoluere etiam molendinis, & furnis deſtructis,
tamen non dicitur ſuſcepiſſe caſum reſolutæ
conductionis: quinimò, non poterat rerum cõductarum
ſubſtantia in totum perire: quia nedum furni,
& molendina, ſed etiam pedagium erat in cõductione
incluſum, quod cum ſit quid incorporeum, non poterat
deficere, licet poſſet impediri exactio. Demum,
etiam ſi dicta renũciatio poſſet referri ad caſum extinctæ
conductionis, tamen non extenderetur ad caſum
quo extingueretur ob penſionem non ſolutam:
& ita ob culpã Ardizoni primi conductoris qui penſionem
non ſoluit: quia, vt dixi, maior erat ratio, &
minus, imò nullum damnum verſabatur in renunciãdo
caſui demolitionis rerum conductarum, quam
caſui penſionis non ſolutæ: quia, vt declaratum eſt
ſupra, caſus demolitionis erat à Communitate præſtandus,
quæ eo contingente tenebatur ad omnia
damna: proinde liberatio pro eo caſu facta *verſus*
Dominam Iſabellam non erat allatura damnum
ex quo aliunde habebat indemnitatem, quam in re-
mit-

mittendo caſum diſſolutè conductionis ob non ſolutam penſionem: quia eo caſu non poteſt Buſtus aliūdè aſſequi indemnitatem, præcipuè cum hæreditas Domini Ardizoni non ſit ſoluendo, ſed multo ære alieno compreſſa.

SVMMARIVM.

1 *Femina donec extat, maſculus ſuccedere non poteſt in feudo conceſſo pro hæredibus vtriuſque ſexus.*
2 *Renunciatio excludit renunciantem quoad omnia, & operatur quod feudum illis accreſcit quibus de iure applicari debet.*
3 *Repudiare non poteſt is cui nō eſt delata hæreditas, & repudiatione non obſtante, poteſt repudians adire.*
4 *Filia inſtituta in re certa, cum præcepto, quod nihil aliud petere poſſit in bonis patris, conſequitur nihilominus bona emphyteutica ad quæ fuerat vocata ex tenore inueſtituræ.*
5 *Renuncians hæreditati paternæ, non prohibetur ſuccedere in feudo vel emphyteuſi, quia non petuntur tanquam ex hæreditate, & num. 8.*
6 *Bonorum appellatione venit emphyteuſis, & feudum.*
7 *Feudum non venit appellatione bonorum.*
8 *Renunciatione in generali nunquam venit feudum niſi de eo fiat expreſſa mentio.*
9 *Feudum conceſſum pro hæredibus, intelligitur pro filijs.*
10 *Hæredem primi, vel vltimi ſufficit eſſe, ad hoc vt quis ſuccedat in feudo hæreditario.*
11 *Fideicommiſſarius eſt loco hæredis quamuis propriè non ſit hæres.*
12 *Repudiatio facta quo ad vnum non nocet quo ad alium.*
13 *Renunciatio facta inter aliquos non prodeſt tertio.*
14 *Renunciatio facta contemplatione certæ perſonæ, ſiue ante, ſiue poſt aditam hæreditatem, ei ſoli prodeſt cui fit.*
15 *Renunciatio facta per vnum ex fratribus alteri, iurium quæ habet vel habere poteſt in re emphyteutica, non prodeſt Eccleſiæ ſi contingat fratrem illum decedere ſine filijs.*
16 *Feudi renunciatio non prodeſt niſi ijs in quorum fauorem facta fuit.*
17 *Refutatio feudi facta ad fauorem eius qui tenebat feudum, eſt perſonalis, nec alius agnatus poteſt ſe fundare ſuper ea.*
18 *Refutatio feudi non dicitur realis niſi fiat in manibus domini.*
19 *Ceſſionario quod non acquiritur remanet penes cedentem.*
20 *Renunciatio facta propter maſculos non nocet renuncianti quando deceſſerunt maſculi, & non potuerunt ſuccedere.*
21 *Filia excluſa à ſtatuto propter maſculos, ſuccedit ſi maſculi nolunt, vel non poſſunt eſſe hæredes.*
22 *Renunciatio reſtricta ad vnam cauſam, vel perſonam, non extenditur ad aliam.*
23 *Renunciatio interpretatur ſemper vt minus noceat renuncianti.*

CONSILIVM CCCCXLVI.

BONA hæc feudalia à R. Præpoſito S. Ambroſij Cremonæ, aliâs Domino Antonio cōceſſa, pro ſe, & hęredibus vtriuſque ſexus, ſpectare vidétur ad D. Euſemiam: quia etſi ſtâte inueſtituræ forma, Dominus Cæſar eius frater illam excludat: quia donec extat maſculus, femina ſuccedere non poteſt, ſed intelligitur vocata ordi-
1 ne † ſucceſſiuo. Alexan. conſ. 9. nu. 6. volum. 5. Curt.
iun. de feud. part. 3. quæſtion. 17. cum ſimil. tamen ex
quo repudiauit matris hæreditatem, perinde eſt ac
ſi non eſſet in rerum natura, & ſola ſuperſit femina, quo caſu ad feudum admitteretur non extante maſculo. Secundo, quia cum hæc bona eſſent in hæreditate Barbaræ matris, ipſe renunciauit omni & cuicūque iuri quod habet vel habere poteſt in bonis & hæreditate, ergo non poteſt hæc bona retinere: quia renunciatio eiuſmodi excludit quoad omnes, & operatur quod feudum illis accreſcit quibus de iu-
2 re applicari debet, † l. 1. C. quando noo peten. pare.
Din. conſil. 3.

Re tamen diligentius examinata, arbitror Dominum Cęſarem minimè excluſum eſſe ab eiuſmodi bonis, quinimò admittendum. certum eſt enim, quòd ex tenore inueſtituræ feminæ ſunt ſucceſſiuo ordine vocatę, nec poſſunt admitti donec extat maſculus, vt per Alexand. & Curt. iun. ſupra citatos. Pariſ. conſil. 23. nu. 35. & ſeq. volum. 1. Roland. conſ. 84. per totum, volum. 4.

Et non obſtat, quod Dominus Cæſar repudiauerit
maternam hæreditatem: quia reſpondeo pluribus
modis. Primo, quod ea non poteſt dici repudiatio,
quia eo tempore nondum deceſſerat mater, & conſe-
quenter hæreditas eius nō erat delata, & is ſolus po-
teſt repudiare qui poteſt adire, l. is poteſt, ff. de acq.
hæred. repudiatio autem facta ante quam hæreditas
ſit delata, eſt nulla, & ea non obſtâte, poteſt repudiās
3 adire, † l. is qui hæres, ff. eod. tit. vbi Doctor. præcipuè
Imola, & Iaſ. num. 5. & ſeq. Bero. in conſil. 128. nu. 33.
vol. 2. Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, limit. 1. nu. 3.
& ibi dicunt, quod ſi quis pendente conditione repu
diauit, poteſt conditione eueniente repudiare. Dec.
in l. qui poteſt facere, §. quod quis, ff. de regul. iur. latè
Gerard. Mazol. conſ. 2. num. 25.

Secundo reſpondeo, quod ea renunciatio non im-
pedit quo minus Dominus Cæſar conſequi poſſit feu
dum, de quo ſupra: nam ea eſt reſtricta ad hæredi-
tatem, & bona Dominæ Barbaræ matris; at bona illa
ſunt extra hæreditatem, & extra bona illius, quia de-
bebantur Domino Cæſari ex fideicommiſſo relicto
per Dominum Antonium auum paternum, qui Bar-
baræ ſubſtituit Dominum Cæſarem, & pro hoc eſt
deciſio Bart. in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, nu. 5. ff. de
oper. lib. vbi dicit, quod ſi pater inſtituto filio hæ-
rede vniuerſali, filiam inſtituat in re certa, iuben-
do, quòd nihil aliud petere poſſit in bonis ſuis, pote-
rit filia non obſtante præcepto, conſequi etiam bona
emphyteutica ad quæ fuerat vocata ex teoore inue-
4 ſtituræ. † ſequitur Corne. in conſil. 37. colum. 4. vol. 3.
Socin. iun. in conſ. 72. num. 45. & ſeq. volum. 1. Natta
conſil. 501. num. 5. & 23. & quod dictum eſt de præce-
pto teſtatoris, locum etiam habet in renunciatione:
quia repudians hæreditatem vel renūcians omni eo
quòd petere poſſet in hæreditate, non prohibetur ſuc
5 cedere in feudo, vel emphytheuſi: † quia non petun-
tur tanquam ex hæreditate, & ſubdit ſic conſuluiſſe
Din. ibi, & poſt eos Bald. & Angel. idem Bald. in l. 1.
quæſtio. 5. ff. de rer. diuiſio. Alberic. in l. tres fratres,
ff. de pact. hanc deciſionem dicit ſingularem Iaſ. in l.
Gallus, §. quidam rectè, nu. 42. ff. de liber. & poſth. vbi
ampliat etiam ſi renunciatio eſſet iurata. & idem Iaſ.
in l. ſi non ſortem, §. libertus, nu. 33. & ſeqq. ff. de cond.
indeb. allegat infinitos concordantes, & dicit, quod
renunciando vel repudiando hæreditatem, non ſibi
præiudicat in feudo. Gabriel. in conſil. 60. nume. 2. &
ſequen. volum. 1.

Nec huic fundamento reſiſtit, quod in caſu no-
ſtro renunciauerit Dominus Cæſar iuri quod habe-
bat, nedum in hæreditate, ſed etiam in bonis; quo
caſu appellatione bonorum venit emphyteuſis, &
6 feudum. † Specul. in titulo de locat. §. nunc aliqua,

Digitized by Google

verſic. 26. per quam rationem Iaſ. in dicto §. liber-
tus, num. 34. verſic. ego limito, dicit, deciſionem ſu-
pra allegatam reſtringi ad filium qui renunciat hære-
ditati, & non extendi ad eum qui renunciat bonis.
idem Iaſ. in prælud. feud. nu. 45. Nam facile tollitur,
quandoquidem quidquid ſit in emphyteuſi quæ ve-
nit appellatione bonorum, in feudis aliud eſt, quia
7 non veniunt appellatione bonorum, † c. 1. §. generali,
ſi de feud. ſuer. contro. inter dom. & agn. & per hanc
rationem Iaſ. in d. §. quidam rectè, num. 44. ver. caue
tamen, dicit, quod renuncians bonis, & hæreditati,
non ſibi præiudicat in feudo, & ſubdit hoc eſſe notan
dum. & facit, quia etiam quãdo dictum eſt de bonis,
militant rationes propter quas renunciatio non præ
iudicat, & quas refert Iaſ. loco prædicto, num. 44. &
ſunt quia in generali renunciatione non venit feudũ.
8 niſi de eo fiat expreſſa mentio. † Bald. in Authent. In
ſucceſſione, circa finẽ, C. de ſuis, & leg. hæred. & quia
renuncians nunquam feudum perdit, niſi fiat in ma-
nibus Domini; & prædictam declarationem Iaſ. ſe-
quitur Pariſ. ad Bart. in l. item videndum, in §. nunc
videamus, ſub nu. 2. ff. de petitio. hæred. ſed fortius in
emphyteuſi idem voluit Crot. in 2. Repet. l. ſi conſtan
te, nu. 25. ff. ſolut. matr. vbi reprobat Spec. quia in con
tractibus bona intelliguntur deducto ære alieno, l.
mulier bona, ff. de iure dot. & ita tenet, quamuis di-
cat neminem vidiſſe qui ita declaret. & idem voluit
in emphyteuſi Gabr. d. conſ. 60. num. 4. vol. 1. quia re-
nuncians bonis, vel hæreditati, non intelligitur illis
renunciare quę non petit vt hęres, & quia plus eſt re-
nunciare hæreditati quam bonis, ſubdens ita tene-
re communiter Doctores.

Non etiam eidem fundamento repugnabit quod
feudum de quo agitur conceſſum fuerit hæredibus,
quo caſu cum non poſſit feudum petere niſi ſit hęres,
vt ſunt iura vulgata, renunciando hæreditati erit à
feudo excluſus, vt videtur ſentire, & præſupponere
Bar. in d. §. ſi liberi, num. 4. vbi diſtinguit emphyteu-
ſim conceſſam pro ſe, & filijs ſimpliciter, & eam quæ
conceditur pro filijs, & hæredibus. Reſponderi enim
poteſt, quod contrarium procedit, quando copula-
tiuè facta eſt mentio de filijs, & hęredibus; tunc enim
debet non ſolum eſſe filius, ſed etiam hæres. verum
aliud eſt, quando, vt in facto dictum eſt, ſolum pro ſe,
& hæredibus: quia enunciatio hæredum capitur pro
9 filijs, † gl. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Trebell. & Caſtr. ibi
in fine dicit, in terminis noſtris ita intelligi, eos qui
contrarium tenent, & ſubdit, ſe de nouo id cogitaſſe,
& non reperiri alibi, ſed eſſe veriſſimum, & cum eo
tranſit Iaſ. in d. §. libertus, nu. 35. vbi ait ampliari ex
hac deciſione doctrinam Bar. in d. §. ſi liberi, vt proce
dat non ſolum quando conceſſio eſt pro ſe, & liberis,
ſed etiam quando eſt pro ſe, & hæredibus: quia eo
quoque caſu renuncians poterit feudum petere, vel
emphyteuſim, ex quo paria ſunt dicere, pro liberis,
& pro hæredibus, reſpectu filiorum, quidquid ſit re-
ſpectu agnatorum. idem tenet Iaſ. in d. §. quidam re-
cte, num. 45. Dec. in conſil. 38. num. 6. vbi Mod. Galli
addunt Alexand. ſic tenuiſſe. Cæphal. in conſil. 303.
numer. 59.

Et quod dictum eſt quod non poteſt feudum pe-
tere niſi ſit hæres, procederet, quando dictum eſſet
pro filijs hæredibus, ſecus quãdo pro hæredibus ſim
pliciter, ſed in caſu noſtro ſat eſt quod D. Cæſar ſit hę
res D. Antonij aui: nam ſufficit quod ſit hæres primi,
vel vltimi, ad hoc vt ſuccedat etiam in feudo hæredi
10 tario. † Caldet. in conſil. 13. in fine. Alexandr. conſil.
26. col. 4. vol. 1. conſil. 10. vol. 3. multos citat Roland.
conſ. 10. nu. 19. vol. 3. Clarus §. feudum, q. 3. num. 4. &
q. 40. nu. 2. Silua. conſ. 30. nu. 20. Alc. conſ. 183. num. 2.
Natta cõſ. 159. nu. 1. Pinell. in l. 1. p. 3. nu. 91. C. de bon.
mat. deciſ. Oſaſc. ibi, in fine, Cæph. conſ. 301. nu. 140.
Phanuc. de inuentar. p. 8. nu. 30. Rim. in conſ. 18. num.
60. ex quibus apparet hanc eſſe communem.

Et ex hoc infertur, quod vbi etiam feudum eſſet
conceſſum pro filijs, & hæredibus: quia hoc caſu licet
Dom. Cæſar non ſit hæres D. Barbaræ matris, eſt ta-
men hæres Dom. Antonij aui, & poteſt feudum pete-
re ex teſtamento Dom. Antonij, & nõ obſtaret renun
ciatio: quia, vt dictum eſt, illa obeſt quando petit feu
dum tanquam hæres eius, cuius hæreditati renuncia
uit, ſed non nocet quando illud petit ex alia cauſa
quam hæreditaria, vt per Gabr. d. conſ. 60. num. 3. &
ſeq. ceſſant enim iſto caſu rationes propter quas re-
nunciatio excludere ſolet, & militant omnes ratio-
nes propter quas renuncians non excluditur, quan-
do feudũ eſt ex pacto, & petitur vigore inueſtituræ;
ſicuti quando feudum eſt ex pacto, filius poteſt repu
diata vel renunciata hæreditate feudum conſequi:
quia non eſt res hæreditaria, nec illud petit tanquã
hæres; ita quando feudum eſt mixtum, & filius eſt hę
res primi, ſed repudiauit hæreditatem vltimi, quia
illud non petit tanquam ſit in hęreditate vltimi, ſed
quia in hæreditate primi reperit, cui Dom. Cæſar ſuc
ceſſit tanquam ſubſtitutus ſuę matri, quandocunque
decedenti, & fideicõmiſſarius eſt loco hæredis, quã-
11 uis propriè non ſit hæres, † l. ſi poſtulante, ff. ad Tre-
bell. l. ſi filius, §. 1. ff. quod cum eo, l. ſi hæres ab eo, in
fine princip. ff. ad Trebellian. & Senatuſconſultum
loquens de hærede, locum habet in fideicommiſſa-
rio, l. item veniunt, §. licet autem, ff. de petit. hæred.
gloſſ. Bart. & alij, in l. in ratione, la prima, §. quod vul
go, ff. ad leg. Falc. præcipuè quando eſt fideicommiſ-
ſarius vniuerſalis: quia in effectu eſt hæres. Bald. in l.
diſtantibus, in princ. C. de teſtam. Doctor. omnes in
l. 1. §. de illo, in princ. ff. ad Trebell. vbi Ripa, & Socin.
dicit, quod etiam ſtatutum loquens de hærede, veri-
ficatur in fideicommiſſario, dummodo non ſit exor-
bitans penale, vel correctorium, quod ante eum vo-
luit Alexan. ibi, & ſequitur Iaſ. in princ. allegans pro
confirmatione multas deciſiones, præcipue quando
reſtitutio iam eſt facta, ſecundum Caſtr. conſi. 152. in
2. dub. vol. 2. & in caſu noſtro res caret omni dubio,
quia ſubſtitutio facta eſt expreſsè in bonis iſtis feu-
dalibus cum licentia Domini, quo caſu non eſt quæ-
rendum ſi ſit vel non ſit hæres; ex quo ſtante licentia
potuiſſet illa conſequi etiam ex particulari legato,
ſeu alia diſpoſitione, quamuis non hæreditario titu-
lo: quia non eſt attendenda primordialis feudi natu
ra, ſed diſpoſitio Domini Antonij aui, quæ reperitur
facta cum aſſenſu Domini ampliſſimis verbis conceſ
ſo, & concepto.

Tertio principaliter reſpondeo: quod ea renuncia
tio non poteſt prodeſſe Dominæ Euſemiæ, quia facta
fuit ad commodum, & fauorem filij Domini Cæſa-
ris, ideo non poteſt quoad alios nocere Domino Cæ-
ſari, neque alijs quam filio prodeſſe, vt probatur in
l. ſuus, C. de repud. hæred. vbi Bald. num. 7. & l. ſicut,
vbi etiam Bald. num. 4. C. eod. vbi probatur, quod re-
pudiatio facta quoad vnum, non nocet quoad alium.
12 † & gloſ. in vtroque loco ponit exemplum, in l. fin. ff.
de interrog. actio. & in l. ſi filius, ff. eo. vbi qui adiuit
ſi interrogatus in iudicio dicit ſe non eſſe hæredem,
hæc repudiatio ſibi nocet quoad eum cum quo liti-
gabat, non quoad alios. ſic econtra, ſi qui repudiauit
dicat ſe hæredem, ſibi præiudicat ſolum quoad ad-
uerſariũ; & quod renunciatio facta inter aliquos nõ
13 proſit tertio, † eſt tex. in l. iubemus, C. ad Velleia. Ro-
man.

Digitized by Google

man.in conſil.471.in princ.Caſtr.in conſi.70.in prin
cip.volum.2.Crot.in conſi.89. nu.7. Tiraquel. de re-
tract.conſang.§.1. glo.9.127. in fine. Becius conſ.74.
num.13.& probatur in l.ſi actionem, C. de pact. vbi
gl.& Bal.dicunt, quod ſi duabus ſororibus delata ſit
hæreditas vnà cum fratre, & earum altera faciat fra
tri pactum de non petendo, iſtud non obſtabit quo
minus poſſit portionem ſuam petere ab alia ſorore.
ſequuntur ibi Alex. & Iaſ. num.a.vbi alios citant. &
Dec.num.4.Caſt.in conſi.252.col.pen.vol.1.& idem
eſt in repudiatione quæ vbi facta eſt contemplatione
vnius, non prodeſt tertio, vt inquit Caſtr. in l.1. §.in-
de Neratius, ff.ad Trebel.Alex.in conſil.149.nu.5.in
fi.vol.7.Pariſ.conſi.26.num.39.vol.3. & conſil.69.nu
me.62.eod.vol.& Ripa in repudiatione, in l.re con-
iuncti, nu.210.verſi.tertio fallit, ff.de leg.3.& quam-
uis Caſtr.aliquãdo dixerit renunciationem factam
ante aditam hæreditatem prodeſſe omnibus, id ta-
men intelligitur, quando non eſt facta contempla-
tione alicuius certæ perſonæ; at vbi certæ perſonæ fa
cta eſt, tunc ſiue ante, ſiue poſt ſemper prodeſt ei ſo-
14 li cui fit, † vt declarant Bald.& Caſt.in l.pactum, C.
de collatio.Ruin.in conſ.98.nu.17.volum.1.infinitos
citat Marcobr.conſ.30.nu.249. in caſu autem noſtro
negari non poteſt quin renunciatio facta fuerit per
Dominum Cæſarem contẽplatione ſui filij, ergo non
debet alij prodeſſe.

Confirmatur hæc reſolutio ex eo, quod ponit Bar.
in conſ.58.in 3.dubio, nu.5.vol.1.vbi ait, quod ſi vnus
fratrum alteri renũciauit omnia iura quæ habet, vel
habere poteſt in re emphyteutica, eiuſmodi renun-
ciatio non proderit Eccleſiæ ſi contigerit illum fra-
15 trem decedere ſine † filijs: quia pactum nõ prodeſt
ei cui non intereſt paciſcentis, quod proſit, l.hæredi,
§.fina. ff.de pact. mouetur, & alia ratione, quæ non
facit ad noſtrum propoſitum. idem in emphyteuſi
inquit Barto.in l.qui Romæ, §.duo fratres, num.24.
ff. de verbor. obligat. & eum ſequitur Aleſand. co-
lum.pen.num.60.Aret.colum.pen. & fin. Iaſ. nu.79.
& 80. dicens hanc opinionem eſſe communiter ap-
probatam. & Ripa, num.88. Feder. Senen.in conſil.
77. vbi loquitur in emphyteuſi, & mouetur: quia res
inter alios acta non prodeſt tertio. Alexan.in con-
ſil.21. num.4. & ſequent. volum.5.Ruin.conſi.47. nu
me.2.volum.1.multos alios citat Gabr. conſ.89. nu.
9. & ſeq. vol.1. ſed plures congerit Honded. in con-
ſil.36.nu.19.

Et quod dictum eſt in emphyteuſi, procedit etiã
in feudo: quia eſt tex.in c.1.de eo qui fin.fecit agnat.
vbi dicitur, quod renũciatio feudi non prodeſt niſi ijs in
16 quorũ fauorem facta fuit.† & ibi Iſern.num.1.dicit,
quod renuncians põt venire ad feudũ, quando is cui
facta eſt renunciatio non ſuccedit: quia pactum nõ
prodeſt ei pro quo non fuit adiectum, & ſubdit duo-
bus tantũ caſibus prodeſſe tertio renunciationẽ, vt
per eũ, quos ego non proſequor, quia non pertinent
ad caſum noſtrum, & ibi loquitur de agnato, qui ſtã-
te renunciatione vellet ſuccedere. & optimè decla-
rat ibi Aluar. Aret.in d. §.duo fratres, col. fin. vbi ad
hoc illum textũ inducit. Curt. ſen. conſi.49.in 10.ar-
gum.col.65.Ripa d.§.duo fratres, nu.88. in fine, vbi
ait, quod ille textus videtur factus pro deciſione Bar
tol. & hanc concluſionẽ in feudo latè probat Paris
de Put.de feud.reintegr.c.39.per totum. Aret. in cõ-
ſil.3.vbi inquit, quod refutatio feudi facta ad fauo-
rem eius qui tenebat feudũ, eſt perſonalis, nec alius
17 agnatus poteſt ſe fundare ſuper ea, † & ſubdit, quod
etſi textus non loquatur quãdo renunciatio eſt gene
ralis, & facta pro omni eo, & toto, tamen cũ eadem
ſit ratio, procedit etiam ſtante amplitudine horum
verborum. idem in feudo probauit Ruin. conſil.7.
nu.10.vol.1.conſi.11.nu.8.& 10.eod. vol. vbi inquit,
quod etſi renunciatio ſit generalis, & facta omni iu-
ri, quod habet, & habere ſperat, nõ deſinit eſſe perſo-
nalis, & non nocet renuncianti, & ſubijcit eſſe cõmu
nem opinionem Iacob.in ſua inueſtit. in ver.& vnus
ex dictis inueſtitis, il primo, nu.6. vbi loquitur, quan
do renunciatum eſt omni iuri quod habet vel habe-
re poteſt aut ſperat: quia ſecundum eum ratio eadẽ
eſt ac ſi ſimpliciter fuiſſet renunciatum. Zaſ.de feud.
part.9.nu.40.verſ.ex ſupradictis, tertio. Capic.in ſua
inueſtit.in ver.feud.diuiſ.limit.4. Nard.ad Iſer.in c.
1.de eo qui finem fecit agnat.Socin.iun.in §.duo fra
tres, nu.138.& in conſi.110.nu.17.vol.3.Gabr.d.con
ſil.89.num.8.& ſeqq.vol.1.vbi dicit, ſemper eſſe per-
ſonalem renunciationem, quando fit perſonis ex-
preſſis. & hanc partem infinitis rationibus, & autho
ritatibus munitam latiſſimè tuetur Corbul. de em-
phyteu.in tit.de priuat.ob renunciat.nu.1.vſque in fi
nem, vbi fortius num.34. dicit, quod etiam quando
locus eſt iuri accreſcendi, ſi vnus ex tribus fratribus
renunciat vni per verba amplectentia ius de futuro,
non accreſcet ius niſi ei cui renunciatum fuit, per illã
rationem, quod refutatio eſt perſonalis, & in prædi-
ctis locis Doctores allegant in feudali materia alios
textus, & inſerunt ad plures concluſiones. & hanc
partem latè ſuſtinet Bero.in conſ.97.nu.4.& ſeqq.vo
lum.1. vbi tenet, quod renuncians omni iuri quòd
habet, vel habere ſperat, etiam cum ceſſione iuriũ,
& conſtitutione procuratoris in rem propriam, non
excludit renunciantem, tamen eſt facta fauore cer-
tæ perſonæ; & licet loquatur in emphyteuſi, deſumit
tamen argumenta à iuribus feudalibus Corbul. de
cauſ.priuat.ob renunc.in fin.& in facto noſtro quod
renunciatio ſit facta contemplatione filij inſtituti,
patet ex verbis ipſius renunciationis, quibus dicitur
quod renunciat ſaluis ſubſtitutionibus ad commo-
dum filij, omni iuri quod habet; & in claris non eſt
opus coniecturis, l.continuus, ff. de verb. obligat. &
prædicti Doctores ad hoc vt renunciatio proſit om-
nibus, & ipſi renuncianti noceat quoad omnes, vo-
lunt quòd ſit realis non perſonalis. Iſer. in c.1.de va
ſal.decr.ætat. Doct. præcipuè Bald. in c.1.an agnat.
vel fil.Bald.in c.1.nu.2.tit.Imper.Lothar.Ales.con-
ſil.13.nu.5. vol.5. quinimo Iacob. in loco præcitato.
Aret.conſi.3.Capic.d.limit.4.verſi.tertio nota.Ruin.
d.conſ.11.nu.10.Corbul.num.6.dicunt, quod nõ dicitur
18 realis niſi refutatio fiat in manib. Domini, † & licèt
aliqui intelligant aliter, tamen illud procedit quan
do facta eſt generaliter ad fauorem omnium, vt latè
per Corbul.nu.2. & ſeq.in dubio autem renunciatio
præſumitur perſonalis, vt poſt gl.& Iſern. dicit Bal.
in c.1.num.1.in fine, de eo qui fin.fecit agnat. vbi præ
ciſè loquitur in refutatione feudi: quia verba dubia
referuntur ad merum ius. Aluar. col.a. in fi. vbi ſub-
dit poſt Bal. quod etſi in refutatione conceſſa fuerit
licentia diſponendi: quia tamen non diſpoſuit, non
per hoc impeditur ſuccedere renuncians. Aret. d.§.
duo fratres, col. fin. circa finem. & ibi Aleſand.nu-
me.60.ver.adde quod pro opinione. Paris de Put. d.
c.34.num.4. Bero.conſi.170.num.9.vol.2. Ruin. con
ſil.11.num.10. volum.1. Socin.iun. §. duo fratres, nu-
me.140. Capic.d.limit.4.colum.2.in 2.notab.vbi ait
notandum. Et procedit prædicta concluſio, non ſo-
lum in emphyteuſi, & feudo, ſed etiam in omni ma-
teria: quia renunciatio facta contemplatione vnius
perſonæ, non prodeſt alij, vt ponunt Doctores in lo-
cis præcitatis.

Quarto principaliter reſpondeo, quod ex quo re-
nunciatio facta ad ſauorem filij non prodeſt ipſi filio
naturali, nec is poteſt in feudo ſuccedere tanquam
incapax, & non vocatus, perinde eſt ac ſi Dominus
Cæſar non renunciaſſet: quia penes cedentem rema-
19 net, quod ceſſionatio non † acquiritur, l. nec vtilem,
ff. ex quibus cauſ. maior. l. cum quis, §. ſi debitorem,
ff. de ſolution. & hoc fundamento vtitur Bartol. d. §.
duo fratres, nume. 24. vbi loquitur in noſtris termi-
nis. ſequitur Alexand. colum. penultim. in princip. &
Iaſ. numer. 79. Ripa, nume. 88. Socin. iun. numer. 138.
Ruin. d. conſil. 11. numer. 8. in 1. volum. Corbul. loco
præcitato, num. 6. & colum. fin. & ratio eſt, quia cum
renunciatio ſacta ſit fauore eius cui renunciatur, &
ad effectum vt ille vtatur iuribus renunciatis, ceſ-
ſante hac cauſa renunciationis, ceſſat renunciatio.
Bald. in conſil. 437. colum. 2. volum. 1. Dec. & Pariſ.
quos citat, & ſequitur Tiraquel. in tractat. cau. ceſſan.
part. 1. numer. 224. vbi inferr, quod renunciatio facta
propter maſculos, non nocet renuncianti quando de
20 ceſſerunt maſculi, & nõ potuerunt ſuccedere. † mul-
tos alios allegat Becius conſil. 74. numer. 22. vbi pro-
bat, quod renunciatio ſacta contemplatione vnius,
non nocet ſi is non ſuccedat. Honded. d. conſi. 29. nu-
mer. 77. & 83. Corbul. loco præcitato, num. 17. intelli-
gitur enim rebus ſic ſtantibus, ideſt ſi tamen ille cui
renunciatur poterit conſequi iura renunciata, l. quod
ſeruus, ff. de cond. ob cauſ. Bero. conſil. 170. num. 9. vo-
lum. 2. Becius d. conſ. 74. num. 21. Burſat. in conſ. 347.
numer. 20. Honded. conſil. 36. num. 18. ideo Baldus in
l. pactum quod dotali, nu. 7. C. de collatio. dicit, quod
ſi ſoror vni fratri paternam renunciauit hæreditatẽ,
qui poſtea repudiauit, non obſtabit renunciatio ſi-
bi, quo minus ad hæreditatem poſſit redire. ſic in 4.
quæſtion. dicit, quando fratres prædeceſſerunt patri,
quia renunciatio eis facta non excludit ſororem, ex
quo fratres non potuerunt ſuccedere. alios citat Ale-
xand. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, nume. 11. ff.
de verbor. obligarion. Bero. in conſil. 170. numer. 9. &
ſequẽt. volum. 2. vbi dicit, quod filia quæ renunciauit
omnibus bonis ſauore fratris inſtituti, poterit non
obſtanre renunciatione ſuccedere, ſi frater inſtitu-
tus à patre ſit incapax, etiam ſi ipſa eſſet inſtituta
ſolum in re certa, cum clauſula, ne plus petere poſ-
ſet, qui eſt caſus noſter. ſic dicimus de filia à ſtaruto
excluſa propter maſculos: quia ſuccedit, ſi maſculi
21 nolunt, vel non poſſunt eſſe hæredes. † Bartol. l. fin.
ff. ad Tertullian. alios citat Tiraquell. in tract. ceſſan.
cauſ. part. 1. nume. 95. & ſequent. latè Brun. de ſtatut.
excluſ. femin. articulo 12. numer. 85. & ſequent. & nu-
mer. 114. ponit, quando maſculus repudiat, quo caſu
idem vult. Accedat, quod renunciatio de qua agi-
mus, fuit limitata ad commodum filij naturalis, er-
go limitatum producit effectum, adeò, vt ſoli filio
naturali proſit, non alijs, argum. l. in agris, ff. de acq.
rer. dom. Becius conſil. 74. numer. 23. vbi infert, quod
reſtricta renunciatio ad vnam cauſam, vel perſonam,
22 non extenditur ad aliam. † allegar Ruin. Pariſ. &
Bertrand. Et renunciatio interpretatur ſemper vt
23 minus noceat renuncianti. Grat. conſil. 17. num. 46.
volum. 1. Burſat. in conſil. 347. numer. 44. vbi addit
Cardin. Dec. & Curt. iun. Bec. conſil. 111. numer. 31.
Honded. conſil. 29. num. 94. Cæphal. in conſil. 25. nu-
me. 48. & Corbul. de cau. priuat. ob non. ſolut. Cano.
limit. 41. nume. 8. & dicit Gabr. conſil. 60. nume. 6.
volum. 1. quod verba renunciationis interpretantur
contra eum qui ſe fundat in illis.

SVMMARIVM.

1 *Flumina ſunt earũ ciuitatum per quarum territoriũ fluunt, quamuis quoad vniuerſalem vſum ſint Principis.*
2 *Aqua aliena cũ primum ingreditur fundum meum, poſſum de ea facere quod libet.*
3 *Conſequens qui vult, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens.*
4 *Iniuriam nemini facit qui iure ſuo vtitur.*
5 *Verba imperſonalia neminem obligant.*
6 *Imperſonalitas vitiat contractum.*
7 *Fides non eſt ſeruanda ei qui ex ſui parte non adimplet adimplenda.*
8 *Laudum emologatum eſt tranſactio.*
9 *Contractum ex ſui parte debet adimpleuiſſe qui vult agere ex eo contractu.*
10 *Aqua à ſolito curſu diuerti non poteſt.*
11 *Molendinum habens in loco inferiore, prohibere poteſt ne quis colligat aut retineat aquam etiam in ſuo ſolo ſuperiore, quando longiſſimo tempore aqua conſueuit decurrere ad commodum inferioris molendini.*
12 *Aquam iure ſeruitutis duxiſſe quis præſumitur quando duxit per alueum manufactum.*
13 *Pacta ſunt ſeruanda.*
14 *Aquam ne liceat ſuperiori continere, per pactum initum valet.*
15 *Seruitus aquæductus ſicut lege cõmuni vel municipali concedi poteſt, ita & à Principe.*
16 *Titulos plures poteſt quis habere.*
17 *Socius in re communi non poteſt aliquid facere inuito ſocio.*
18 *Socius non poteſt vti re communi inuito ſocio cum damno ſocij.*
19 *Socius inuito ſocio vtitur re communi ad vſum deſtinatum.*
20 *Communitas non poteſt venire contra proprium contractũ.*
21 *Seruitutem aquæ ducendæ qui ſemel alicui conceſſit, non poteſt exinde aliquid facere per quod ius prædictum minuitur.*
22 *Paſcendi ſeu lignandi facultatem ſi dominus ſiluæ alicui cõceſſerit, poterit etiam alij concedere, ſi ſilua pro omnibus ſuppetit, aliàs non.*
23 *Facere in ſuo quod ſibi prodeſt quis non poteſt, quando faciendo noceret ſeruituti alij debitæ.*
24 *Priuilegium ducendi aquam intelligitur, dummodo fiat ſine damno aliorum.*
25 *Correctio vt euitetur, interpretatio fieri debet.*
26 *Veriſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem.*
27 *Saltem, dictio, ſignificat maiorem modum, ſed non minorẽ.*
28 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
29 *Alijs, dictio, includit tantum ſimilia.*
30 *Ciues ſinguli aliud ſunt, aliud Ciuitas, & aliud etiam Vniuerſitas.*
31 *Procuratorem conſtituens contra omnem perſonam, non cenſetur eundem conſtituere contra Vniuerſitatem.*
32 *Reſcriptum conceſſum contra homines talis Collegij, non includit Collegium.*
33 *Aquæ conceſſio intelligitur ſemper ſine incõmodo aliorum.*
34 *Flumine ex publico non licet aquam ducere, quando mutatur aquæ curſus, vel exſiccatur alueus.*
35 *Aedificium dicitur impedire, qui non permittit calcem, & alia neceſſaria ad ædificium inferri.*
36 *Negatiua probari debet ab allegante.*
37 *Solennitas extrinſeca præſumitur, quando illam allegans ſtetit in poſſeſſione per decem annos.*
38 *Sentẽtiæ, & laudi executio præſumitur legitimè facta poſt lapſum longiſſimi temporis.*
39 *Tranſactionis in cõtractu ſi vna pars deficiat in adimplendo, nõ receditur à contractu, nec altera liberatur ab onere implendi, ſed pars quæ deficit cogi debet ad obſeruãtiam.*

Con-

40 *Condictio ob cauſam non habet locum in tranſactione.*
41 *Interdictum de aqua quotidiana, & æſtiua, conceditur ei, qui ſuperioris anno aquam duxit.*
42 *Sententia inducit nouationem accumulatiuam non extinctiuam prioris iuris.*
43 *Nouatio accumulatiua inducitur per laudum arbitri emologatum.*

CONSILIVM CCCCXLVII.

NIHIL obſtare videtur quo minus Illuſtris Regij Ciuitas poſſit Nauigiũ conſtituere, & pro illius vſu aquam Canalis, quæ à Situla, & Traxenaria defluit in illud emittere, & Canalacij alueum ad hunc effectum occupare inuitis Illuſt. Dom. Comitib. Nunolariæ: nam certum eſt, aquas omnes prædictas fluere per Regienſe territorium, & conſequenter eſſe proprias Ciuitatis: quia quidquid intra fines territorij reperitur, illius eſſe dicitur cuius eſt territorium, l. t. §. cum nubem, ff. de offic. præfect. vrb. Soc. in conſil. 86. num. 6. volum. 1. Soc. iun. in conſ. 68. nu. 2. vol. 1. & flumina particularia ſunt earum Ciuitatum, per quarum territorium
1 fluunt, † ſecundum Bald. in l. ſi plures, C. de cond. inſer. Cur. ſen. in conſ. 70. num. 22. Ripa, in l. quo minus, nu. 36. ff. de flum. quamuis quoad vniuerſalem vſum ſint Principis, l. fluminum, vbi Caſt. & alij, ff. de dam. infect. Bero. conſ. 140. nu. 4. vol. 3. Vegius conſil. 1. nu. 3. & ſeqq. licet ergo Ciuitati de eis aquis tanquã de rebus proprijs diſponere, l. in re mandata, C. mand. & iniquum eſt prohibere ne homines ſuo arbitrio de proprijs rebus diſponant, l. dudum, C. de contrahen. empt. quinimo, vbi aqua aliena eſt & non propria, cum primum ingreditur fundum meum, poſſum de
2 ea facere quod libet. † l. t. §. illud Labeo, ff. de aqua quotid. & æſtiu. Bar. in l. quo minus, nu. 25. ff. de fluminib. & in l. cum eſſent, §. per plurium, ff. de ſeru. ruſtic. prædior. Dec. in conſ. 244. nu. 3. & num. 7. ver. ſecũdo reſponderi poteſt, vbi ampliat Iaſ. conſ. 150. col. pen. in fi. vol. 2. Boer. in deciſ. 352. num. 5. Crauet. in conſ. 412. num. 3. & ideo diuertere eas aquas poteſt Ciuitas quo ſibi magis placet, nec quærelæ locus datur.

Confirmatur hæc ſententia ex verbis laudi lati inter partes, in octauo capitulo, vbi dicitur, quòd liceat Communi, & hominibus Regij nauigare Guaſtallam: nauigatio autem fieri nõ poteſt niſi ex aquis conſiſtentibus in Regienſi territorio fiat nauigium, & qui vult conſequens, cenſetur velle omne neceſſa-
3 rium antecedens, † l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procurator. l. illud, ff. de acq. hæred. Carroc. in c. cum quid, par. 2. in princ. de reg. iur. in 6.

Præterea, in eodem laudo in capitulo nono, poſt medium dicitur, quod ciues Regienſes poſſint ex Canali ducere aquam, dummodo ſemper D. Comitibus remaneat aqua ſufficiẽs pro vna macinatoria: at ipſi Regienſes intendũt nunc eam quantitatem dimittere, quæ ſufficiat ad prædictum effectum, & de reliqua diſponere, vtendo facultate ſibi ex laudo conceſſa, &
4 nemini iniuriã facit, qui ſuo iure vtitur, † l. nullus videtur, ff. de reg. iur. l. iniuriarũ, in prin. ff. de minorib.

Nec repugnat, quod in ſeptimo eiuſdem laudi capitulo dicatur, aquam è Situla, & Traxenaria verſus Regium deſcendentem, debere perpetuo decurrere Nunolatiam, & Bagnolum: nam per hoc non eſt impoſita obligatio Ciuitati curandi, quod eo decurrat: verba enim obligatoria nõ ſunt, nec cuiquam id oneris iniungunt, ſed ſunt imperſonalia, tam reſpectu exequutionis, quam obligationis, & conſequenter
5 neminem † obligant. Auth. Si quando, vbi Petr. Cin. Bart. Bal. Alber. Salic. & alij omnes, C. de conſtit. pecun. Doctores in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff. de verbor. oblig. Bar. Bald. Ang. Caſtr. Alex. Iaſ. Dec. & alij, in l. fin. ff. ſi cert. pet. vbi concludunt, quod imperſona
6 litas vitiat contractum. † & in propoſito ita concludit ad Regienſium fauorem Decian. in conſ. 44. nu. 253. vol. 4. vbi reprobat Rol. & de eo miratur, qui in conſ. 80. nu. 55. vol. 3. tenet, onus curandi, quod aqua decurrat Nuuolariam, incumbere Ciuitati, non aduertens ad prædicta.

Præterea, ſi ex dicto laudi capite ius aliquod collatum eſſet in DD. Comites, eo tamen non poſſent iuuari: quia ex parte ſua non adimpleuerunt ea, quæ ex eodem laudo ſibi ſunt iniuncta: non enim fecerũt alueum, ſeu Canale amplum iuxta verba laudi, & ad illius præſcriptum: vnde qui non facit, quod debet,
7 non recipit, quod † oportet, gl. in l. ſi non fuerit, ff. de iureiuran. l. ſi in emptione, §. ſi emptor, ff. de contrah. empt. & ſibi debitum fruſtra petit, qui alij non impẽdit, quod debet, c. fruſtra, de reg. iur. in 6. l. ædiles, in fine, ff. de ædil. edic. & cum laudum emologatum ſit
8 tranſactio, † Anch. in c. incip. cum C. laicus, col. antepen. Io. Baptiſta de S. Seuer. in tract. de tranſactio. q. 3. in fi. Dec. d. conſil. 44. num. 25. obligat vltrocitroq; ambas partes contrahentes, & qui ex tali contractu vult agere, debet ante omnia totum contractum ex
9 ſui parte adimpleuiſſe, † l. Iulianus, §. offerri, vbi Bar. not. ff. de actio. empt. l. cum proponas, la 2. C. de pact. vbi Bar. Alex. Iaſ. Cur. ſen. Dec. & alij. Tiraq. de retractu conuentio. §. 3. gl. vnica, num. 19. Natt. conſ. 60. nu. 1. Bero. conſ. 144. num. 1. vol. 1. Crot. conſ. 86. num. 9. Cæph. conſ. 66. nu. 26. Menoch. conſ. 1. num. 364. Bec. conſ. 45. num. 6. & ſeqq.

Prædictis tamen non repugnantibus, arbitror non licere Regienſibus aquam prædictam diuertere à ſolito curſu. primo, quia longo vſu, & conſuetudine Illuſtr. Domini Comites hunc aquæ curſum præſcripſere, quo nunc eſt in vſu, vt ſcilicet ea Ciuitas vtatur dũ eſt in ſuo territorio, inde vero defluat per territoriũ Nuuolariæ ad vſum molendinorum, & irrogationũ: centum enim quinquaginta annis continuis, & vltra DD. Comites gauiſi ſunt aqua eo modo quo nunc vtuntur, ſcientibus ſemper, & patientibus Regienſi-
10 bus; & cũ aqua à ſolito curſu diuerti nequeat, † l. præſes, & l. ſi manifeſtè, C. de ſer. & aq. l. ſi quis diuturno, in princ. & per totam, ff. ſi ſeru. vend. l. 2. in fi. vbi Bal. & Salic. not. C. ad leg. Aquil. Cæpol. in tract. de ſeruit. vrban. præd. c. 69. de aquæduct. col... verſi. ſed pone. id obtinebit multo fortius, quando longiſſimi, imò immemorialis temporis curſu præſcripta præcedit conſuetudo: ea enim vim habet pacti, & priuilegij, l. t. §. fin. ff. de aq. plu. arcend. & ideo ad noſtrum propoſitum dixit Bar. in l. quo minus, num. 25. ff. de flumin. quod habens molendinum inferiore in loco, prohibere poteſt, ne in ſuperiore quis aquam colli-
11 gat, aut retineat etiam in ſuo ſolo, † ſequitur Iaſ. numer. 93. vbi ſubdit eſſe perpetuo cordi tenendum, & infert ad quæſtionem, quam indeciſam reliquit Bal. in cap. cum eccleſia Vulterana, colum. 3. de electione. de eo, qui in ſuo continere volebat aquam quæ longiſſimo tempore conſueuerat decurrere ad commodum inferioris molendini, & concludit, quod non liceat, ſicuti non liceret ſi pacto conuentum eſſet de libero aquarum fluxu dimittendo: ſed quamuis eo loci Bald. non decidat, tamen eandem quæſtionem determinauit in conſil. 241. in 2. volum. vbi dicit, quod Dominus ſuperioris territorij non poteſt aquam continere, aut diuertere contra quam conſueuerit

ab

ab hominũ memoria citra, mouetur per gloſſ. fin. in
l. item lapilli, ff. de rer. diuiſ. dicens, id conſuetudinẽ
efficere, quæ idem operatur, quod priuilegiũ Princi-
pis, & hanc quæſtionem latè tetigit Cæp. de ſer. ruſt.
præd. c. 4. de ſeruit. aquæduct. col. 16. ver. ſed eſt dubiũ
de quotidiana quæſtione, & in fin. dicit qđ ſi præceſſit
conſuetudo ducendi aquam ad certũ vſum, & illa eſt
ſeruanda, nec licet Domino aquæ ad propriam vtili-
tatem illam retinere, vel ſolitum curſum impedire,
quia conſuetudo vim habet tituli, & priuilegij, &
ſubdit eſſe de hoc textum in d. l. ſi quis diuturno. Ri-
pa, in d. l. quo minus, num. 95. verſic. tertio limita, vbi
quod conſuetudo pacti vim habet, & num. 41. dicit,
quod conſuetudo habet vim tituli, ideſt facit titulũ
in poſſidente præſumi, imò æquipollet veritati, l. 1.
vbi gl. C. de ſer. & aqua, & præſumitur eum, qui tanto
tempore aquam duxit habere priuilegiũ, ſecundum
Oldr. Alex. Socin. & Decium, quos ibi allegat, dicens
eſſe notandum. Hoc idem tenuit Bald. in conſil. 62. &
273. in 3. vol. vbi vult, quod nihil fieri poſſit à Domi-
no aquæ, per quod damnũ ei inferatur, qui antiqui-
tus habuit molendinum, & vſus eſt aqua. Hoc idem
placuit Caſtr. in conſil. 323. per totum, vol. 2. Hanc
ſententiam tenuit Ruin. in conſil. 191. num. 4. & ſeqq.
vol. 1. dicens, ius tueri ijs ductum aquæ quibus vetu-
ſtas ius tribuit, & ſtandũ eſſe antiquitati in commo-
ditatibus aquarum, & velle Imperatorem, quod per
petua aquæ commoditas non tollatur, allegat Bal-
dũ multis in locis, & ibi refert modos quibus appa-
ret, quod aquæ vſus quis fuerit iure ſeruitutis. Hanc
longiſſimam poſſeſſionem, & conſuetudinem ducen-
di aquam impediri non poſſe, tenuit etiam Pariſ. in
conſil. 129. in fin. vol. 4. Beto. in conſil. 144. numer. 39.
vol. 3. vbi ſequitur Bartol. in loco ſupra relato, & nu-
mer. 31. & 32. inquit, talem conſuetudinem habere
vim tituli, & conſtitutionis, & quod circa curſum a-
quæ tria ſunt conſideranda: pactũ, naturam, & vetu-
ſtatem. Nec diſſentit Dec. in conſil. 244. qui etſi pro-
bet diuerſionem aquæ in ſuo caſu iure fieri, tamen
num. 6. verſic. & reſpondeo formaliter, & paſſim in
reſolutione contrariorum dicit, permitti id, quando
fit cum leui incommodo alterius: ſecus quando al-
teri graue inferrur præiudiciũ, vltra quod in eo ipſo
facto latiſſimè contrarium tenuit Bertran. in conſil.
377. per totum, vol. 6. vbi num. 8. dicit, in curſu aquæ
ſeruandam eſſe conſuetudinem, & num. 22. & 23. in-
quit, non poſſe à ſuperiore aquæ curſum mutari ad
præiudiciu eius qui immemoriali tempore vſus eſt
ea. Iacob. Rim. conſi. 623. num. 6. inter conſil. Io. Mar.
Rim. in 4. vol. vbi quod in aquis vetuſtas tribuit au-
thoritatem, & quod ſeruari debet ſolitus curſus, &
ibi ponit, quomodo cognoſcatur, quod vſus quis fue
rit iure ſeruitutis, & ibi Iul. Scarlat. conſ. ſeq. num. 5.
vbi dicit, Regij extare ſtatutum, quod omnes aquæ
ſunt Communitatis. & Eugen. in conſ. 41. num. 60. di
cit, in aquis ſtandũ eſſe antiquitati. Menoc. in conſil.
447. nu. 40. vbi poſt Crau. dicit, quod præſumitur ali-
quem iure ſeruitutis aquam duxiſſe, quando duxit
12 per alueum manufactum. † & idem voluit Burſat. in
conſil. 41. numer. 12. quando inferior præſcriptione
quæſiuit ius ducendi aquam, puta excauando alueũ,
& faciendo ſimiles actus. Caſſan. in conſuet. Burgun.
Rubr. 13. §. 2. num. 7. Burſat. in conſ. 87. nu. 1. & ſeqq.
vbi latè agit, probans, quod in ſuperiori parte non
licet aliquid facere circa aquas per quod antiquus
curſus mutetur, & ponit qualiter cognoſcatur, quod
iure ſeruitutis ducta fuerit aqua. & in conſi. 156. nu.
49. conſil. 277. nu. 6. vbi quod vetuſtas vim legis obti
net, conſil. 235. num. 54. conſil. 267. num. 38. & quod
in præiudicium iuris quæſiti per tertium non poſſit
ſuperior aquã diuertere, & antiquum illius curſum
mutare, probat multis Rimin. in conſil. 86. nume. 10.
& ſequentib. vbi in princip. ponit, quomodo præſcri-
batur ea facultas ducendi aquam, & declarat con-
trariam Cumani doctrinam procedere, quando alij
non eſt quæſita ſeruitus ducendi aquam, ex quibus
apparet. hanc opinionem eſſe communem cum igi-
tur Domini Comites per immemoriale tempus aquã
duxerint ad ſua molendina, & foueas fecerint, ca-
nale ſeu alueum conſtruxerint, loca ſuperiora pur-
gauerint, eaque omnia fecerint ſcientibus, & patien-
tibus Regienſibus, negari non poteſt quin iure pro-
prio fecerint, & ius ducendi aquas præſcripſerint,
adeo vt in eorum damnum non poſſint Regienſes
eas auertere.

Secundo, præter antiquiſſimam conſuetudinem, &
præſcriptionem habent etiam titulum ex laudo, cu-
ius ſeptimo in capitulo diſponitur, quod aqua præ-
dicta debeat perpetuo decurrere Nuuolariã, & Ba-
gnolum, nec impediri poſſit per Commune Regij, vel
per Sereniſſim. Ducem Ferrariæ: cum autem tranſa-
ctio illa ſit ſtante emologatione, & acceptatione par
tiũ, vt dicit Decia. in loco præcitato, nõ debet Regiẽ-
ſibus licere contrauenire pactis cõuentis; nihil enim
13 magis conuenit æquitati, quam pacta ſeruari, † l. 1. ff.
de pact. l. 1. §. ſi conueniat, ff. depoſiti. & conſtitutio
illa, pacta ſeruabo, procedit de ore Dei, vt inquit
Bald. in Rubr. de conſtitut. in princip. Neuiz. in conſi.
51. num. 10. latiſſimè Becius conſil. 45. num. 25. & pa-
cto acquiritur ſeruitus aquæ ducendæ, §. fin. Inſtitut.
14 de ſeruit. ruſtic. præd. item valet † pactum, ne liceat
ſuperiori aquam continere, l. 1. §. ſi quis hoc conceſſe-
rit, ff. de aqua quot. & æſtiua, & ponit *Bartol. in d. l.*
quo minus, num. 25. vbi Iaſ. nume. 92. vbi allegat glo.
& Bald. Ripa, num. 95. in verſic. ſecundo limita: quia,
vt dictum eſt, ſeruitus pactionibus conſtituitur, d. §.
penultim. Azo in ſumma, C. de ſeruit. & aqua, nu-
me. 25. quinimò, Ciuitas tenetur ex octauo laudi ca-
pitulo, in fine, verſicu. & teneantur etiam dicti Re-
gienſes ad fodiendum, & excauandum in ſuo territo
rio canale, per quod labi debet aqua ad Bagnolum,
& Nuuolariam, & idem facere ſuper communi terri-
torio, vt facilius defluat. vnde negari nõ poteſt, quin
ad fauorem Dominorum Comitum fuerit ſuper cur-
ſu aquæ talis conſtituta ſeruitus, per quam impediã-
tur Regienſes eius curſum mutare.

Tertio concurrit ad fauorem Dominorum Comi-
tum conceſſio earundem aquarum facta vſque de an
no 1423. per Marchionẽ Nicolaum Eſtenſem, in qua
fit mentio de ſimili conceſſione facta à Communita-
te Regij eiſdem Dominis Comitibus, atque ita con-
ſtat eos pro iure ducendi, & deriuandi aquas prædi-
ctas ad eorum territorium, habere priuilegiũ à Prin
cipe, quo etiam conſtituitur ſeruitus: nam Princeps
eſt lex animata in tertis, §. fi. in Auth. de Cõſul. vnde
ſicuti ſeruitus aquæductus poteſt à lege cõmuni, ſeu
municipali concedi, l. in ſumma, in princ. verſ. primo,
& in §. denique, de aqua pluuia arcenda. Cæpo. d. c. 4.
col. 6. verſ. ſed nunquid aqua per ſe ipſam fluens, ita
15 & à principe, † l. quod principis, ff. de aqu. plu. arcen.
l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quot. & æſtiua. Bart. in d.
l. fluminib. quæſt. 2. num. 3. Iaſ. nu. 38. & Ripa, num. 31.
atque ita ius aquam ducendi competit Dominis Co
mitibus ex immemorabili præſcriptione, ex Princi-
pis conceſſione, & ex pacto ac cõuentione initis cum
Communitate, quæ ſola ſunt media ſeruitutem ac-
quirendi. Nec omittitur, quod pactum, & conuen-
tionem cum Communitate initam inuenio à Prin-
cipe

Digitized by Google

cipe confirmatam fuiſſe per decretum, in 6. lib. ſtatu-
to. Regienſ. cap. 33. & c. 34. vbi fit mentio de laudo ſu-
pra relato, & non eſt dubium, quin Domini Comites
poſſint prætendere ſeruitutem ſibi deberi ex plurib.
cauſis, l. 3. §. ex pluribus, ff. de acq. poſſ. l. non vt ex plu
ribus, ff. de reg. iur. imò fortius poteſt quis multis in
16 caſibus plures habere titulos, † vt per Dec. in d. l. non
vt, & ponit Iaſ. in d. l. 3. §. ex pluribus. & idem Iaſ. in §.
ſic itaque, Inſtit. de action. præcipuè, quãdo dominus
eſt reuocabiliter, vel quando nõ habet directum, ſed
vtile tantum dominium, & quidquid ſit in dominio,
certè poſſeſſio haberi poteſt ex pluribus cauſis, vt in
d. §. ex pluribus, vbi Doctores omnes, præcipuè Iaſ.

Quarto, vbi prædicta omnia ceſſarẽt, hoc ſolo fun-
damento impedirentur Regienſes conſtruere Naui
gium prædictum: nam illud non poſſunt facere per
flumen, ſeu riuum canalacij, quod eſt commune ipſis
Comitibus cum Regienſibus, vt conſtat ex eo, quod
inter vtrunque territorium fluit; dictum eſt enim ſu-
pra, flumina ad eos ſpectare in quorum territorio
ſunt; fuit etiam declaratum commune in duodeci-
mo laudi capitulo, in princ. ſtante autem communio
ne, non poſſunt Regienſes in eo aliquid facere inui-
17 tis Dominis † Comitibus, l. Sabinus, vbi Doctores,
ff. communi diuid. l. per fundum, ff. de ſeruit. ruſticor.
prædior. gloſ. in c. cum omnes, in ver. conſtitutum, ff.
de conſtit. Abb. in conſil. 83. num. 2. vol. 2. Soc. conſil.
272. num. 5. vol. 2. Dec. in conſil. 249. num. 1. Curt. iun.
in conſil. 80. num. 3. Fel. d. cap. cum omnes, num. 17. &
ibi Dec. num. 6. Ripa, in l. ſerui electione, §. 1. num. 12.
ff. de leg. 1. Natta, in conſil. 294. num. 7. Menoc. de ar-
bitr. iudic. caſu 156. num. 7. Nec dicatur, quod ſocius
non poteſt à ſocio prohiberi in vſu rei cõmunis quo-
ad vſum deſtinatum: quia reſpondeo, canalaciũ non
eſſe ad nauigationis vſum deſtinatum, nunquam e-
nim huic vſui fuit applicatum, quinimò, per illud na
ues duci nõ poſſunt ſtante edificio, ſeu begono, quod
impedit nauigationem. Reſpõdeo etiam, quod ſi eſ-
ſet vſui prædicto deſtinatum, poſſent nihilominus
prohibere Domini Comites, quia Domini Comites
priuarentur totaliter aqua dicti canalacij, quæ non
amplius remaneret communis, ſed Guaſtallam de-
flueret. ita reſoluit in propoſito Berous in conſ. 144.
num. 74. vol. 3. vbi loquitur in riuo communi, & de-
fluente inter duos vicinos, prout quoque hoc modo
communionem deducit Bertrand. in conſ. 377. num.
2. in 6. volum. & ſocius non poteſt vti inuito ſocio re
18 communi cum damno ſocij, † quidquid ſit, quando
alterius ſocij non intereſt, ſecundum glo. in d. l. Sabi-
nus, Din. in reg. in re communi, col. 2. de reg. iur. in
6. & eam gloſ. dicit communem Soc. in l. ſerui electio
ne, §. 1. numer. 7. ff. de leg. 1. communem quoque dixit
Ruin. in conſil. 143. num. 19. volum. 4. Rip. in d. l. quo
minus, num. 140. at intereſt Dominorum Comitum
non priuari aquis prædictis. Quinimò, ſi per Regien
ſes introducerentur in canalacium aquæ prædictæ,
poſſent Domini Comites illas ducere de canalacio
ad molendina, & irrigationem pratorum, nec à Re-
gienſibus impediri poſſent, quia vterentur eis ad v-
ſum deſtinatum, ex quo centum annis, & vltra ductæ
ſunt aquæ ad eum effectum, & ſocius inuito ſocio vti-
19 tur re communi ad deſtinatum vſum, † l. ſi ædes, ff.
communi diuid. l. cum duobus, §. item mala, ff. pro ſo
cio. gloſſ. & Din. d. c. in re communi. Bald. & Fulgoſ.
d. l. Sabinus. Socin. d. l. ſerui electione, §. 1. Ripa, con-
ſil. 93. num. 8.

Nec obſiſtunt, quæ in contrarium allegata ſunt, &
primo, quod Regienſis Ciuitas poſſit de aquis prædi
ctis tanquam proprijs diſponere pro libito ſuæ vo-
luntatis: quia reſpondetur, hoc non procedere quo-
ad præiudicium eius qui ſeruitutem habet aquæ du-
cendæ: nam cum eius damno non poteſt dominus a-
quæ de illa diſponere, & ſolitum curſum auertere, vt
probatum eſt ſupra in primo fundamento ex doctri
na Bar. in d. l. quo minus, q. 14. num. 25. cum enim vi-
gore ſeruitutis aqua defluere debeat ad commodũ
Dominorum Comitum, non eſt in facultate Ciuita-
tis illud ſibi commodum per aquarum diuerſionem
auferre: quia ſine noſtro facto nemo re noſtra priua-
re nos poteſt, l. id quod noſtrum eſt, ff. de regul. iur. &
contractus à principio ſunt volũtatis, poſtea verò ne-
ceſſitatis, l. ſicut, de actio. & oblig. & Cõmunitas non
20 poteſt venire contra proprium contractum, † l. poſt
mortem, ff. de adoptio. l. cum profitearis, C. de reuoc.
donat. l. creditoribus, C. de ſer. pigno. dat. manumiſ.
Rom. conſil. 251. num. 2. & qui ſemel alicui aquæ dũ-
cendæ ſeruitutem, ſeu ius concedit, non poteſt exin-
de aliquid facere per quod ius prędictum minuatur,
21 † l. in concedendo, ff. de aq. plu. arcenda, vbi dicitur,
quod ſi vult alij concedere aquam, debet eum requi-
25 ſtantibus maſculis, † ſecundum Socin.in d.conſ.116. col.4.vol.3. Ripa in l.Centurio, num.163. ff.de vulg. infinitos congerit Ruſtic.d.lib.2.cap.3.num.4. Marcobrun. d.conſil.61.nume.126. & eadem ſtatuti ratio eneruat vim coniecturæ deductæ ab excluſione feminarum, vt poſt Corne. & Socin. dixit Ripa, in l.1. numero 9. C. de pact. Ruſtic. loco præcitato, cap.4. in fine, vbi ait Rotam quoque Romanam ſic tenuiſſe. idem voluit Oddus, conſil.67. nume. 29. prædictam quoque coniecturam de maſculis vocatis impugnat Bolognet. in conſil.15.num.62. dicens fideicommiſſum cenſeri inductum ſub ea conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, & excluſionem filiarum negligit quoque Decius in conſil.528. quem ſequitur Oddus dict. cunſil.67. nume. 30. poſt medium. quo circa ſuper ea non poteſt validum fieri fundamentum.

Minus refregatur conſideratio, quod teſtator vocauerit primogenitos de linea hæredum in infinitu: nam ea vocatio non fuit abſoluta, & vniuerſalis, ſed limitata per eas dictiones (ſic) vt ſupra (ſingula ſingulis referendo) vt latè probaui ſupra in ver. primanaque coniectura: ideo extra caſus expreſſos non inducitur fideicommiſſum, & dicam etiam infra loquendo de grauamine nominatim, vel limitatè iniuncto. reſpondeo etiam, quod dictio, ſemper, reſtringitur, & limitatur ad terminos fideicommiſſi expreſsè inducti, & operatur ac ſi dictum fuiſſet, in caſibus in quibus ſupra feci ſubſtitutiones, volo, quod ſemper ſuccedant primogeniti, quia dictio, ſemper, in-
26 telligitur ſecundum ſubiectam materiam. † Bald.in l. aduerſus, in fine, C. de vſur. Iaſ.in l.1. nume.35. ff. ſolut.matr. Camil. Viſitar.num.567. propterea cum præcedentes omnes ſubſtitutiones factæ ſint ſub conditione, ſi Ludouicus deceſſerit ſine filijs, dictio, ſemper, reſtringitur ad illum caſum. ita in terminis reſpondet Alexan.d.conſil.539. num.3.volum.6. idem de dictione, in infinitum, reſoluit Cæphal. in conſil. 269. nume.46. poſt Dec. in conſil.291. nume.5. & 6. & hoc ſtante, vtraque dictione, ſemper ſcilicet, & in infinitum, probat multis authoritatibus Oddus, d.conſil.66. num.116. ideo ad eum remitto. & in ſtrictioribus terminis quando dictum fuit, ſemper, in perpetuum, & omni futuro tempore, tenuit Bolognet. d.conſil.15.num.53. vbi dicit, has clauſulas intelligi in caſibus expreſſis, non quod teſtator voluerit multiplicare ſubſtitutiones, & nouas inducere; facit, quia dictiones quoque, in perpetuum, & in infinitum, varias cum habeant ſignificationes, reſtringuntur, & intelliguntue ſecundum ſubiectam materiam, Barbat.in conſi.20.colum.2.volum.4. Doctores in l.2.in princ.ff.ſoluto matrim. vbi Crot. Parpal. & Rip. & probauì in conſil.298. num.15. Hæ igitur dictiones, nihil proficiunt ad nouum inducendum fideicommiſſum.

Nec obſiſtit quod deſcendentes à Ludouico legitimato, non debeant eſſe melioris cõditionis, quam deſcendentes à filijs legitimis, & naturalibus: quia reſpõdeo, nullam in hoc eſſe differentiam inter eos: nam nulla ſubſtitutio expreſsè facta eſt filiorum legitimorum nepotibus, ſed illi ſicuti etiam filij Ludouici fuerunt ſolum poſiti in conditione; in eo ſolo cõſtituit teſtator diſcrimẽ, quia filios filiorũ legitimorum vocauit, non autem filios Ludouici, ſed nepotes legitimorum non vocauit, ſicuti nec filios Ludouici. Et ſi dicatur, ſicuti vocauit filios legitimorum: quaee non debet cẽſeri vocaſſe etiam filios Ludouici: reſpondeo, quod non præſumitur teſtatorem tantam habuiſſe affectionem ad filios Ludouici, qui erat naturalis, quantam gerebat erga filios filiorum legitimorum. & ſi dicatur, ſicuti grauauit filius legitimorũ, cenſetur etiam grauaſſe filios Ludouici: reſpõdeo duobus modis. Primo, negando, quod filij legitimorũ fuerint grauati; de hoc enim nullum verbum in teſtamento, & contrarium demonſtratur ex ſupradictis. Secundo, ſi illi eſſent grauati, non eſſet mirum, quia fuerunt ẽt expreſsè vocati, & filij Ludouici non debent cenſeri grauati, quia non leguntur vocati, l. ab eo, C.de fideicom. & facilius præſumitur iniunctũ fuiſſe grauamẽ ei, qui fuit vocatus, quã ei qui nõ fuit vocatus, vt probaui ſupra, & facilius toleratur vna ſpecialitas quam duæ, nam duæ non præſumuntur, l.

cum

Digitized by Google

27 cum poſt, † §.gener, ff. de iure dot. l. 1. C. de dot. pro-
miſſ. vbi autem fingeremus filios Ludouici fuiſſe gra
uatos, multæ cumularentur ſpecialitates: quia filij
poſiti in conditione cenſerentur vocati, contra com-
munem regulam. Secundo cenſerentur grauati. Ter-
tio induceretur fideicommiſſum reciprocum, quam-
uis non concurrant illa tria, ideſt poſt mortem plu-
rium, vltimo morienti, & in omnibus bonis, & ex e-
iuſmodi diuerſitate facti ſuſtinetur diuerſitas diſpo-
ſitionis; quare cum filij Ludouici nullo in caſu legan
tur vocati, non debet mirum videri, ſi nullo quoque
in caſu intelligantur grauati.
Dicere autem, quod teſtator ſi fuiſſet interroga-
tus idem ſtatuiſſet de filijs Ludouici quod de filijs
legitimorum, nihil aliud eſt, quam diuinare: quia
cum eos non vocauerit ſicuti vocauit filios legitimo
28 rum, videtur non voluiſſe. † argumento, l. cum præ-
tor, ff. de iudic. capit. nonne, de præſumptio. & cum
vtrumque inſtituerit, legitimum ſcilicet, & natura-
lem filium, atque vnius filios vocauerit, videtur fi-
lios alterius excluſiſſe, iuxta textum in l. Tribunus,
§. fin. vbi Bald. & Cumanus, ff. de teſtamen. milit.
quem textum exornat Becius conſil. 55. num. vnde-
cimo. Roland. conſil. 61. numer. 11. volum. 3. & ſi vo-
luiſſet in filijs Ludouici feciſſet id quod fecit, quan-
do voluit in filijs legitimorum, l. vnica, §. ſin autem
ad deficientis, C. de caduc. tollend. Tiraquel. in l. ſi
vnquam, in verſic. libertis, num. 3. C. de reuocan. do-
nat. Crauet. conſil. 161. nume. 8. cum ſimilibus. & ad
eiuſmodi argumentum Socin. iun. in conſil. 4. numer.
16. volum. 3. reſpondet duobus modis. Primo, non eſ-
ſe verum, quod teſtator idem foret reſponſurus vno
in caſu, quod in alio reſpondit, vt ſupra. Secundo,
quod ex quo verba non deſeruiunt ad hunc finem,
nec poſſunt importare tale fideicommiſſum, non ſuf-
ficeret nuda eius voluntas, quæ non tranſiuit in di-
ſpoſitionem, ex quo verba requiruntur. reſpondet
etiam Honded. in d. conſil. 60. numer. 87. quod fallax
eſt argumentum ſecundum Bero. conſil. 63. num. 36.
volum. 2. & quando non conſtat concludenter de vo-
luntate teſtatoris, qui ex multis, & diuerſis cauſis
potuit moueri, non debemus diuinando recedere à
verbis. ſic etiam reſoluit Dec. d. conſil. 218. numer. 8.
dicens non ſufficere nudam teſtatoris voluntatem,
niſi accedat diſpoſitio. ſequitur Bolognet. d. conſil.
15. num. 47.
Prædicta autem confirmantur: quia teſtator Ludo
uicum nominatim grauauit, dum dixit, & ipſo eius
filio legitimando, vt ſupra decedente abſq; filijs legi
timis, &c. ſupra enim nominauerat Ludouicum, ideo
dicẽdo. & ipſo eius filio, perinde eſt, ac ſi iterum no-
minatim eum expreſſiſſet: quia dictio, ipſe, eſt perſo-
29 naliſſima, & ad oculum demonſtratiua. † Bald. in
conſil. 204. nobilis vir, volum. 5. vbi ſi teſtator inſtitu
tis Titio, & Sempronio mandet quod ipſi hæredes
non alienent, talis prohibitio non extendetur ad a-
liam perſonam, tanquam nominatim facta Titio, &
Sempronio. ſequitur Barbat. in conſil. 85. num. 3. vo-
lum. 4. & hanc deciſionem inquit mirabilem Iaſ. in
l. filiusfamilias, §. diui, in 1. lect. num. 151. Ferdinau.
Loax. num. 188. dicens eſſe cordi tenendam, & Ripa,
num. 111. ff. de leg. 1. Cagnol. in l. 2. num. 46. verſic. ſe-
cundo principaliter, C. de pact. inter empt. & vend.
Tiraquell. de retractu conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 25.
Natta, in conſil. 163. num. 8. & conſil. 165. num. 2. Me-
noch. in conſil. 82. num. 158. Oddus conſ. 48. num. 18.
& Marcobr. conſ. 34. num. 9. multos addit Burſat. in
conſ. 131. num. 39. Cæph. in conſ. 352. num. 27. & ſeq.
Roland. conſ. 59. num. 28. volum. 3. vbi autem graua-
men impoſitum fuit nominatim alicui, vel teſtator
vſus eſt verbis reſtrictiuis, tunc ceſſat ratio volunta-
tis teſtatoris: quia non poteſt dici, quod teſtator vo-
luerit extendere de vna in aliam perſonam graua-
men, nec ſuſtinetur limitatio, quæ afferri ſolet ad
conſil. 21. Oldradi. ita declarat Crauet. in conſil. 98.
num. 14. præcipuè in verſic. ad ſecundum. Card. Man
tica d. libr. 11. titul. 6. num 6. in fine. Menoch. in con-
ſil. 347. numer. 9. Peregrin. d. articulo 29. numer. 36.
in princip. vbi cum hac declaratione tranſit Trenta-
cinq. in tractatu ſubſtitut. part. 4. capit. 7. nume. 74.
Honded. conſil. 60. num. 81. vbi dicit, hac ſola reſpon
ſione tolli omnes oppoſitiones. Marcobrun. d. con-
ſil. 61. numer. 174. Oddus in conſil. 67. numer. 32. &
hoc ſolum fundamentum ſufficeret ad excluſionem
omnium coniecturarum quæ allegantur contra Ol-
dradum.
Vltra præmiſſa reperitur ſubſtitutio prædicta ex
alio reſtricta: nempe ex dictione, tunc, quæ fuit adie-
cta poſt nominationem Ludouici, ea enim idem im-
30 portat quod eo caſu, † vt voluit gloſ. in l. Gallus, in
princip. in verſic. tunc, ff. de liber. & poſthum. vbi An
gel. dicit, importare eum caſum & illud tempus. So-
cin. in l. 4. §. 1. in princip. ff. de condit. & demonſtr. &
operatur dictio, tunc, ne ſubſtitutio facta illum in
caſum extendatur ad alium. Rom. in conſil. 131. Dec.
in conſil. 63. colum. 2. ponit alios citans Roland. in
conſil. 56. numer. 18. & in conſil. 70. num. 15. volum.
3. latiſſimè Peregrin. d. artic. 29. num. 15. & quando
dictum eſt, tunc aut eo caſu, taliter intelligitur reſtri
cta ſubſtitutio, vt ad nullam aliam perſonam, nul-
lumque alium caſum trahi poſſit, etiam ex coniectu-
rata teſtatoris mente. & hoc modo Oldradum ſuſti
nendo contrarias tollit coniecturas Crauet. d. con-
ſil. 98. num. 5. & 6. Oddus d. conſil. 67. num. 32. in ver-
ſic. item confirmatur. Menoch. in conſil. 327. num. 59.
Peregrin. d. artic. 29. numer. 28. Honded. d. conſil. 60.
numer. 81. Decian. in conſil. 84. numer. 2. Menoch. d.
conſil. 760. numer. 3. & facit in propoſito, quod vo-
luit Molin. de primogenit. Hiſpan. libr. 3. cap. 5. nu-
mer. 20. vbi ait, quod ſi diſponens rationem conſer-
uandæ agnationis adiecit certis perſonis vel caſi-
bus, tunc reſtringitur ad nominatas, & non extendi-
tur ad alias.
Et pro hac parte concurrunt infinitæ regulæ. Pri-
mo, quod fideicommiſſum non præſumitur, ſed qui
illud allegat, probare debet, & ſufficit conuento di-
31 cere, ſubſtitutio de te non loquitur. † Socin. conſ. 64.
nu. 4. vol. 3. Gozad. conſ. 2. nu. 8. Rubeus conſ. 28. nu. 1.
Soc. iun. conſ. 64. nu. 14. in 3. Decian. conſ. 55. nu. 9. in
3. vol. Secundo, quod in dubio pronũciandum eſt con
32 tra fideicommiſſum, quia eſt onus. † Neuiz. conſil. 6.
nu. 27. Crau. conſ. 208. Natta in conſ. 200. in fine. infi-
nitos cumulat Peregr. art. 1. nu. 39. quæ ſententia de-
bet obtinere multo facilius, quãdo agimus de fidei-
commiſſo inducendo, vel extendendo vltra ſuos ter-
minos, & præcipuè ad fauorem tranſuerſalium in
odiũ deſcendentiũ teſtatoris, vt ſunt iura clara. Ter-
tio, quia extenſio eſt prohibita, præcipuè de perſona
33 ad perſonam. Aret. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum,
ff. de liber. & poſthum. etiam ex veriſimili mente te-
ſtatoris, & quando interrogatus veriſimiliter idem
reſpondiſſet, vt latè probat Honded. in propoſito
noſtro, d. conſil. 60. num. 47. Oddus conſil. 66. numer.
98. & ſequent. Peregrin. d. artic. 29. numer. 33. Quar-
to, non ſufficit dicere, vel demonſtrare quod teſta-
tor hoc voluerit, niſi etiam probatur quod diſpoſue
34 rit. † Alexand. & Iaſ. in l. 3. C. de liber. præter. Dec.
conſ. 159. num. 5. & dixi in præcedentibus. Quinto,

vbi etiam fideicommiſſum inducitur ex coniecturis,
illæ debent eſſe non leues, ſed vrgentes, & tales quæ
inferant per neceſſe ita quod diſpoſitio aliter ſuſti-
35 neri non poſſit,† d.l.Lucius, ff.ad Treb. Bal.in l.cum
virum,col.fin.C.de fideicom.Sexto,non eſt credendũ
quod teſtator voluerit ex quo non id dixit,quod faci
le dicere potuiſſet,d.§.ſin autem ad deficientis.pote-
rat enim vno verbo fideicommiſſum generaliter or-
dinare inter omnes ſuos deſcendentes & agnatos.
Septimo caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris
36 communis.† Dec.in conſ.63.num.3.poſt Doctores,
in l.commodiſſimè,ff.de liber. & poſth. Grat. conſil.
19.num.21.volum.2.poſſem, & alia multa cumulare
quæ ſciens omitto.

Et pro hac parte facit plenum conſilium Honded.
60.per totum,præcipuè nu.82. vbi nõ obſtante quòd
teſtator digreſſus fuerit ad plures ſubſtitutionũ gra-
dus,& prohibuerit alienationem ,& agnationi pro-
ſpexit,concludit cõditionem ſi deceſſerint ſine filijs,
euaneſcere filijs relictis, nec fideicommiſſum videri
repetitum in perſona filiorum aut nepotum. Oddus
conſil.66.& 67.qui in primo,numer.107.conſiderat,
quod ex tribus ſententijs duæ fuerunt pro hac opi-
nione prolatæ contra Marzar.& Crau.idem dicit in
fine conſil.67. ſubdens hanc ſecuriorem omnino eſſe
in iudicando & conſulendo,& Honded.refert ſic fuiſ
ſe iudicatum in eo caſu à Rota Florentina. Peregr.
quoque d.artic.29.num.37.dicit,ſe contra fideicom-
miſſum facilè inclinare, & deſtruxit illas limitatio-
nes quæ ab aliquibus applicantur, quando teſtator
ingreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum,quan
do maſculos vocauit,quando feminas excluſit, & dò
tari mandauit,& quando agnationem conſiderauit,
reſtringendo prædictas omnes limitationes ad ca-
ſum euenientis conditionis,ad quem etiam reſtringi
poteſt prohibitio alienandi, quę ex alio etiam non
poteſt referri ad filios Ludouici: quia, vt dixi, non
ſunt vocati nedum grauati.Facit etiam plenum con-
ſilium Bolognetti 15. per totum, vbi reſpondet ad
prohibitionem alienationis, & ad alia fundamenta
contraria.Adeſt & plenum conſ.Menoch.760.ex qui
bus locis deſumi poteſt reſponſio pro omnibos quæ
in contrarium poſſunt adduci, & prædicti allegant
antiquiores, præcipuè Alexandrum in d. conſ. 139.
quare in re præſertim dubia & omnibus hominibus
ignota, ideſt in perſcrutanda defuncti voluntate,
hanc partem exiſtimo veriorem & tutiorem, & pro
ea intrepidè iudicarem.

Secundum dubium remanet ex prædictis inſolu-
tum, quia ſi fideicommiſſum non onerauit filios Lu-
douici,nec alios eius deſcendentes, nõ etiam eos li-
gabit prohibitio alienandi quæ eſt nuda & ſine cau-
ſa,& conſequenter nulla, iuxta notata à Doctoribus
in l.filiusfamilias,§.diui,de leg.1.

Circa tertium dubium, ſtantibus prędictis, nõ eſ-
ſet laborandum, quia ceſſante fideicommiſſo, ceſſat
etiam facultas reuocandi bona alienata, ſed ſi con-
cederemus extare fideicommiſſum reciprocum in
infinitum, inter omnes deſcendentes Ludouici, ſuſti
neretur etiam prohibitio, & quartogenitus nepos
Ludouici, qui non conſenſit alienationi factæ à pa-
tre,poſſet ſtatim reuocare,non obſtante patria pote-
ſtate,vt conſului per multas rationes, in conſil.116.
per totum,nam etſi ſtante ſimplici fideicommiſſo,ſu-
ſtineatur alienatio durante vita grauatorũ alienan-
tium,l.fin.§.ſed quia,C.com.de legat.tamen quando
extat expreſſa prohibitio alienationis, ſubſtitutus
37 poteſt ſtatim auocare bona alienata, † ſecundum
Bart.in l.Imperator, ff.de fideicom. lib. cum multis
apud Peregr.de iure fiſci, lib.5.tit.1. nu.98.& ſtante
prohibitione, non fit diſtinctio an ſit facta alienatio
ab ignorante, vel ſciente, quia vtroq; caſu datur re-
petitio, Caſtrenſ.l.fin.ff.de leg.2. alios citaui d. con-
ſil.116. num.18.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quod bona ſint feudalia defertur maſculo qui aliquid probauit contra feminam negantem feudalitatem.*

2 *Iuramentum non defertur ei qui non eſt informatus de facto ſuper quo debet iurare.*

3 *Iuramentum defertur feminæ pro qua viget præſumptio quod bona ſint allodialia, contra maſculum aſſerentem eſſe feudalia.*

4 *Exceptio appoſita in promiſſione generali, vbi eſt incerta, vitiatur promiſsio cum ipſa exceptione.*

5 *Diſpoſitio vitiatur ſi promiſſor cogitauit de certa re & probari non poteſt quæ ſit.*

6 *Incertitudo rei vitiat omnem contractum.*

7 *Conſuetudo quæ non ſuit vniformis non attenditur.*

8 *Conſuetudo fauorabilior attenditur.*

9 *Doctoris opinio illa attenditur quam tenuit diſputando & negocium examinando, non quam probauit perfunctoriè loquendo.*

10 *Iuramentum facit præſumi quod non ex improuiſo ſed conſideratè ad actum quis accedat.*

11 *Confeſſio facta in iudicio magis attenditur quam facta extra iudicium.*

12 *Confeſsio facta in ſcriptura, præfertur illi quæ ſolo verbo eſt emiſſa.*

13 *Enunciatiua verba non probant etiam inter eaſdem partes, quando de enunciato contingit principaliter diſputare.*

14 *Qualitatem qui vult probare, tenetur prius probare ſubſtantiam, cum qualitas ſit accidens.*

15 *Producens ſcripturam, vel inſtrumentum, videtur fateri omnia in eis contenta eſſe vera.*

16 *Feudalitatem allegans, tenetur probare, etiamſi de alio titulo non appareat.*

17 *Actoris ius eſt ſpectandum, non quid reus præſtiterit.*

18 *Scriptura vtens, debet ea vti cum omnibus ſuis qualitatibus.*

19 *Qualitas adiecta diuerſificat recognitionem, & diſpoſitionem diuerſam facit.*

20 *Verba interpretantur contra eum ad cuius fauorem ſunt prolata.*

21 *Reo ſufficit actoris intentionem dubiam reddere, & offuſcare.*

22 *Conditio non eſt de præterito, nec de præſenti, ſed de futuro.*

23 *Participium præteriti temporis ſignificat rem perfectam, & conſummatam.*

24 *Participium reſoluitur in relatiuum, & verbum ſui temporis.*

25 *Alijs, dictia, implicat ſimilia.*

26 *Feudum propriè conſiſtit in re immobili.*

27 *Iura conſtituunt tertiam ſpeciem diuerſam à mobilibus, & immobilibus.*

28 *Verba in contractibus debent intelligi ſtrictè non autem largè.*

29 *Etiam, hæc dictio, eſt copulatiua, quæ ponitur inter diuerſa.*

30 *Alijs, dictio, non includit ſimilitudinem quando adijciuntur verba vniuerſalia, & quando extant coniecturæ in contrarium. Item quando ponitur cum copula.*

31 *Feudum conſiſtere poteſt ſuper annuo redditu debito ſola etiam perſonali actione.*

Feu-

Digitized by Google

32 *Feudum aliquando conſtitui poteſt ſuper pecunia.*
33 *Feudum conſiſtit etiam in actionibus quæ dantur ad aliquid quod ſit immobile.*
34 *Eccleſia in dubio videtur rem concedere titulo feudi.*
35 *Iuriſdictio vt competat, probandum eſt id, quod eſt cauſa iuriſdictionis.*
36 *Vaſallus ſi neget ſe vaſallũ, cauſa remittitur ad ordinariũ.*
37 *Probationes plenæ requiruntur, vbi iudicium ſummarium eſt allaturum præiudicium irreparabile.*
38 *Recognoſcere quis poteſt rem propriam in feudum, & recognoſcendo ſibi præiudicat.*
39 *Reſeruatio nihil operatur, quando nihil extat quod poſſit reſeruari.*
40 *Exceptionis virtus eſt eximere, & extrahere, & falſificare regulam.*
41 *Negatiua quod non extent bona, debet probari per eum, qui in ea ſe fundat.*
42 *Exceptio proueniens ab eodem fonte, eſt probanda per eũ qui ſe fundat in exceptione.*
43 *Agens ex diſpoſitione quæ etſi ſit generalis, aliqua tamen excipit, obtinere non poteſt ex eo quod pro ſe habeat generalitatem, niſi etiam probet id quod petit non contineri in exceptione.*
44 *Coniecturæ ad inducendum fideicommiſſum debent eſſe vrgentes, & concludentes.*
45 *Coniecturæ coniecturis tolluntur.*
46 *Feudum vbi allodio eſt ita permixtum, vt ab eo diſtingui non poſſit, tunc pro feudo iudicari non poteſt.*
47 *Ablatiui abſoluti important etiam diſpoſitionem.*
48 *Ablatiui abſoluti ſæpe ponuntur in vim ſuppoſitorum terminorum, quo caſu non important conditionem, ſi ſupponantur termini præteriti, vel præſentes.*
49 *Conditionis natura eſt, vt prius impleatur conditio quàm quæratur emolumentum.*
50 *Ligius homo duorum dominorum quis eſſe non poteſt.*
51 *Collectari poſſunt bona eccleſiæ pro oneribus bellicis.*
52 *Bona eccleſiæ collectari non poſſunt pro oneribus bellicis, niſi quando imponuntur collectæ pro communi vtilitate clericorum, & laicorum.*

CONSILIVM CCCCXLIX.

DVBITATIONES editæ ab Excellentiſs. Senatu contra Illuſtr. Dom. Angelam Mariam Vialardam, & fiſcũ Ducalem, ſunt quales expromere decebat grauiſſimos Iuriſconſultos illos, eorũq; referunt doctrinam, ingeniũ, & iudiciũ. exiſtimo tamen, ſatis fieri ijs poſſe ex infraſcriptis. Primum igitur licèt ſtantibus multis probationibus pro Agnatis, ſit locus iuramento con
1 tra † feminam, iuxta c. 1. vbi Iſern. Bald. Aluarot. & alij, de controu. inter maſcul. & femin. de benef. tamen reſpõderi poteſt, quod nunc agimus non de meritis cauſæ, an feudum debeatur feminæ, vel maſculo, vti tractatur in loco prædicto; ſed de fundanda iuriſdictione, & ita an cognitio cauſæ ad Reuerendiſſimum ſpectet Epiſcopũ, vel ad Sereniſſimũ Principem pertineat, qui caſus longè eſt ab illo diuerſus, id quod oſtenditur ex alio: nam ibi ideò iuramentũ defertur maſculo, quia præſumptio eſt contra feminam, quod non ſuccedat in feudo. ſic Iſer. ibi, in prin. vbi vero agimus ſolum ad eum finem, vt cognoſcatur quis ſit iudex, ceſſat illa præſumptio, ergo & diſpoſitio quæ ſuper præſumptione fundatur, intereſt enim non ſolum feminæ, ſed & Domini temporalis reſpectu ſuæ iuriſdictionis.

Secundo reſpondetur, quòd hoc iuramentum non datur, niſi cum duodecim ſacramentalibus, qui iurent ſe credere, quòd bona ſint feudalia, vt dicitur in d. cap. 1. & ibi notant omnes, præcipuè Aluarot. & hic nulli fuerunt adhibiti, ergo non eſt agendum de tali iuramento.

Tertio reſpondeo, quod textus in cap. 1. de controu. inter maſcul. & femi. præſupponit vaſallum eſſe informatum de veritate, aliàs enim non deferret ei iuramentum, quia cum de vno diſputamus, cetera omnia ſupponuntur habilia, §. in extraneis, Inſtit. de hæred. qual. & differ. at qui nunc agunt, non poſſunt ſcire veritatem, quia agitur de re, quæ geſta dicitur trecenteſimo anno ante eorum natiuitatẽ. iuramen
2 tum autem non defertur ei qui non eſt † informatus. Bart. in l. admonendi, nu. 57. ff. de iureiur. vbi quod ei non defertur, qui non habet veram ſcientiam facti, ſuper quo debet iurare. & dicit Bald. in conſ. 401. in fine, lib. 3. quod vt quis poſſit iurare, debet interfuiſſe contractui, vel ſcientiam habere per ſenſum proprium. Soc. conſil. 194. col. 2. volum. 2. vbi quod non ſufficit ſcientiam habere per famam, vel confeſſionem patris, & non poteſt alicui deferri iuramentum ſuper facto alieno, ſecundum Crauet. conſ. 157. in fine. & quod non deferatur iuramẽtum ei qui non eſt informatus, latè probant Rolan. conſil. 53. num. 1. & ſeqq. volum. 1. Becius conſ. 47. num. 16. & ſeq. Plot. latè in tract. de in lit. iuran. §. 29. nu. 4. & ſeqq. vaſallus autem iurare debet non de credulitate, ſed de veritate, vt inquit Iſer. in c. 1. nu. 7. de controu. inter dom. & fidel. vbi dicit, quòd ſacramentales iurant de credulitate, ſed vaſalli de veritate. & dicit Bald. in §. cum domino, in tit. de notis feud. quod vaſallus ſemper iurat de veritate, non autem de conſcientia: imò textus eſt expreſſus in d. tit. in §. & cum datur, vbi conſtituitur diſcrimen inter Dominum, & Vaſallum, vt vaſallus ſemper & indiſtinctè iuret de veritate, Dominus autem ſolum quando agit de facto proprio: ſed ſi agit de facto patris, vel aui, vel alterius ex ſuis aſcendentibus, iurat de credulitate. ſequitur Iſer. ibi, nu. 7. Aluar. colum. 2. verſ. nota caſum. & Affiict. nume. 14. & alij.

Reſponderi poteſt quarto, quod non eſt in facultate vaſalli iurare, ſed id locum habet, ſi iudici ſic viſum fuerit, & ita communiter religioni iudicantis compellere vel non compellere partem ad iurandũ. ita concludunt omnes Doctores in d. c. 1. de conſuet. recti feudi. videat modo æquiſſimus & iuſtiſſimus Senatus, ſi eius religioni conuenit, non dico ſolum cogere, ſed etiam volentem ad iurandum admittere, qui de veritate facti eſt omnino ignarus, id enim iniuſtiſſimum eſt, adeò, vt Iſer. d. §. & cum datur, in fine, dicat, quòd hoc ſeruatur ſolũ vbi illa diſpoſitio fuit vſu recepta, & nõ alibi, quia eſt irrationabilis, quòd etiam generaliter dixerat de omnibus legibus feudorum in præludijs, nu. 24. 25. & 28. vbi latè ad eum ponit Nardus.

Reſpondeo quinto, quod imò iuramentum eſt dãdum Dom. Conueniæ, quia pro ſe habet plures præſumptiones, imò probationes. & primũ, ꝙ res præſumitur allodialis. Secundo quod fama eſt eſſe talem. Tertio tractata eſt pro allodiali, quando neceſſe fuit collectas & alia onera ſubire pro tali re. Quarto pro ea iuratur fidelitas Sereniſs. Principi, & ea quidem ligia. Concurrunt alia plura quæ latius receuſui in prioribus ſcriptis, ad quę me remitto. quando autem pro femina viget præſumptio, tunc illi, non au
3 tem Agnato iuramentum eſt deferendum, † vt voluit Aluar. in §. inter filiam, colum. 1. ſi de feud. fuer. controuerſ. vbi dicit in propoſito, quod ſi filia eſt hæres patris, tunc quia habet pro ſe præſumptionem,

nen),dabitur ei iuramentum.idem Aluar.in d.tit.de
controu.inter maſcul.& fem. col. 1.ver. ſi vero nihil.
& Bal.ibi,num.x.in fine,verſ.quæro quæ eſt ratio,di-
cit maſculo agnato non feminæ deferri iuramētum
propter qualitatem antiquæ poſſeſſionis. Ceſſante
igitur ea qualitate, ceſſat diſpoſitio: imò in caſu no
ſtro qualitas poſſeſſionis eſt pro filia,ideo ꝓ ea quo-
que ſtare debet diſpoſitio: nam talis res eſſe præſu-
mitur apud filiam,qualis fuit apud patrē.ita in pro-
poſito referendo Baldum dicit ad fauorem filiæ. Al-
uar.d.§.inter filiam,col.1.in fin.

Secundo, non obſtant inueſtituræ, & recognitio-
nes factæ tam à Mag.D.Io.Baptiſta, quam à ſuis an-
teceſſoribus; quia in prioribus ſcriptis diuerſimodè
reſponſum fuit.Sed placeat nunc attendere ad nouā
reſponſionem, quæ meo iudicio tollit omnem diffi-
cultatē,& eneruat omnem vim dictæ recognitionis:
dico itaque, quod recognitio illa facta de omnibus
terris quæ poſſidentur,exceptis ijs quæ recognoſcun
tur &c.eſt nulla,tanquam incerta,eſt enim exceptio,
& non apparet quæ ſint illæ terræ quæ non recogno-
ſcuntur ab Epiſcopatu: cum enim non aliter fiat re-
cognitio niſi cum exceptione,& incertæ ſint terræ ex
ceptæ, dicitur etiā incerta ipſa recognitio, ita quòd
dici non poteſt,ꝙ iſtæ & non illæ fuerint recognitæ:
nam tanto minus fuit recognitum, quanto magis
fuit exceptum, & ferè in noſtris terminis eſt glo. in
l.1.§.ſi quis ſimpliciter,in ver. vitiatam,poſt mediū,
ff.de verb. obli. vbi poſt Ioannem gloſſatorem dicit,
quod ſi quis promittit omnes ſeruos ſuos vno exce-
pto,non valet ſtipulatio. & Din. in ead. lege, §.ſed ſi
mihi,ſequitur gloſ. quando non apparet quis fuerit
exceptus. & Imo.in d.§.ſi quis ſimpliciter,num.3.co
lum.3.verſ.quærit glo. dicit, quod in effectu vitiatur
promiſſio cum ipſa exceptione, quando exceptio eſt
4 incerta, † licèt aliud ſit quando exceptio eſt certa.&
idem voluit Rom. ibi nu.16. & Alex.nu.10. Cuman.
in d.§.ſed etſi mihi. & idem tenet Aret.colum.1.verſ.
vlt.nota.& ibi Alex.num.8.dicit,quòd eiuſdem opi-
nionis fuerat Rainer. Soci.nu.14.vbi dicit procede-
re,etiamſi ſit in facultate promittentis eligere vigo-
re exceptionis quem velit ſeruum:quia eum incertū
ſit quem ſit electurus, & poſſit vnum aut alium elige
re, nemo ex ſeruis erit in obligatione. Iaſ. nu.24.vbi
latè agit,& poſt alios dicit,quod in contractibus res
eſt clarior.Alciat.nu.49. & 50. vbi dicit eſſe commu
nem.Crot. quoque ibi, nu.29.dicit communem.Bal.
in cap.ad audientiam, il 1.num.11.de reſcriptis.&
quamuis Bald.Ang. Caſtr. & Crot. teneant ſtipula-
tionem valere,& vitiari exceptionem, tamen de eo-
rum opinione non eſt curandum, poſtquam in con-
trarium extat communis ſententia, quam tenuere
Io. gloſ. Din.Bal.Imola, Cuman.Roman.Alex.Soci.
Iaſ.Aret. & Socin.ſupra citati.

Secundo reſpondeo, quod eorum opinio ſaluari
poſſet, quando per ſequentem electionem poſſet ex-
ceptio certificari & declarari, vt quando promittēs
poteſt eligere vel meliorem,vel quem velit: ſed in ca
ſu noſtro electio, & declaratio non dependet à volū
tate excipientis, quia non eſt in facultate Dominæ
Vialardæ nunc conuentę declarare quæ ſint corpora
excepta, ideo ſuſtineri non poteſt recognitio, præ-
cipuè, cum recognoſcentes retulerint mentem ſuā
ad præciſam certam ſpeciem bonorum, quæ nunc
propter incertitudinem probari non poteſt, quo ca-
ſu ſuccedit deciſio Bart. in l. ita ſtipulatus, nume.6.
in 6.oppoſ.ff.de verb.oblig. vbi dicit, quod vitiatur
diſpoſitio, ſi promiſſor cogitauit de certa re, & pro-
5 bari non poteſt quæ ſit. † ſequitur Alciat. dicto §.ſed
etſi mihi, num.45. in fine. id quòd eſt veriſſimum in
contractibus qui pendent à voluntate Dominorum,
vt eſt feudum. Bart. poſt glo.in d.l.ita ſtipulatus,nu.
8. ſequitur Caſtr. nu.5. qui dicit notandum Rip.nu-
me.27.Cuman.in l.ſi quis à filio, §. ſi quis plures, ff.
de leg.1.in caſu autem noſtro certum eſt,quod vaſal
li recognoſcentes voluerunt à recognitione ſua exci
pere certa corpora, & nūc non apparet quæ illa ſint,
ideo annullatur tota recognitio, tanquam ſi non eſ-
ſet facta,quia non poteſt conſtare quid voluerint re-
cognoſcere. & facit optimè Ruin. in conſil.13. num.
21. in 4. vbi etſi prædicta non alleget, tamen vult,
quòd generalitas non proſit, quādo aliqua non ſunt
excepta, quia poteſt eſſe ſecundum eum,quòd reſpe
tita ſit de exceptis, & ideo non debeatur. Et per hāc
deciſionem tolluntur omnes illæ reſponſiones qui-
bus dicebatur,quod fundans ſe ſuper exceptione,te-
netur illam probare, & quod is qui habet regulam
pro ſe, debet obtinere ſi fallentia non probatur ex
aduerſo: nam, vt aliàs dixi, id procedit,quando ex-
ceptio non eſſet annexa Regulæ & illam non quali-
ficaret, ſecus quando exceptio qualificat recogni-
tionem,tunc enim cum vnica ſit propoſitio qualifica
ta, non poteſt quis eam diuidere,ſed cū eadem qua-
litate vti debet.

Ex ijs quoque nedum eſt ſublata alia oppoſitio,
quod cum recognitiones ſint repetitæ, magis debēt
probare, ſed eſt confirmata exceptio Dominæ con-
uentæ: nam quandocunque repetita eſt recognitio,
ſemper adiecta fuit exceptio in præcedentibus reco-
gnitionibus poſita,& alia de nouo addita continens
bona à recognoſcente acquiſita; & ideo, cum omnis
recognitio eandem & vlterius alias habet qualita-
tes, non poteſt ſtipulator ſe fundare ſuper aliqua ip
ſarum, niſi verificet qualitates: nam ex eis apparet
quod aderant prædia & dependētia ab Abbatia Bre
midæ, & acquiſita à recognoſcente, necnon ab eius
anteceſſoribus, & quòd illa non veniunt in recogni-
tione,& quod intentio vaſallorum non fuit illa reco
gnoſcere. Proindè,ſi non apparet de illis, eſt etiam
dubium quid fuerit recognitum, & incertitudo rei
6 vitiat omnem † contractum,vt ponunt Docto.in d.§.
ſed etſi mihi, & in d.l.ita ſtipulatus,vbi Ripa,nu.33.
dicit communem eſſe opinionem,quis nunquam cō
trahentes inuicem concordabunt,de quo fundo ſen-
ſerint, & ſubdit procedere,etiam quòd ſenſerint de
certo fundo, ſi tamen de illo non apparet, & nu.19.
dicit,quòd actus eſt etiam nullus ob diſſenſum:quia
altera partium dicere poteſt, ego non ſenſi de iſto
fundo, altera verò quòd de illo ſenſerit, vt voluit
Bart.ibi,num.1.& Ripa, in princ.

Non contradicit quod longiſſimo tempore bo-
na hæc fuerint pro feudalibus poſſeſſa: quia eiuſmo-
di qualitas negatur, nec fuit probata, quinimò, ex
deductis in proceſſu conſtat, quod potius poſſeſſa
fuere pro allodialibus, quia pro eis ſemper iurata
fuit fidelitas Sereniſſimis Principibus qui pro tem-
pore fuere, & pro eis impetrata immunitas, pro eis
ſoluta onera Cæſarea, detracta quarta parte,pro eis
tamquam liberis litigatum cum Vniuerſitate,& ho-
minibus loci Villænouæ, ex eis aliqua fuere vendita
& obligata ſine aſſenſu tamquam libera per ipſoſ-
met aduerſantes; & multi teſtes dicunt ea fuiſſe pro
allodialibus reputata ab hominibus dicti loci,ceſſat
itaque aſſumptum.

Secundo reſpondetur, quod vbi etiam conſta-
ret, quòd in aliquibus babita fuerint hæc prædia à
poſſeſſoribus pro feudalibus, cum tamen conſtet,
etiam quod in multis alijs actibus poſſeſſores ijdem
ea ha-

Digitized by Google

ea habuerunt pro liberis,non poteſt ſuper eiuſmodi
poſſeſſione fieri fundamentum, eo quia fuit non vni-
7 formis, ſed † diſformis. Bart.in l.ſecunda,in princi-
pio,numero vigeſimo ſecundo,ff. ſol.matrimon. Ale-
xand.conſilio quinto,volumine quinto. Decius con-
ſilio 215.volumine ſecundo. Afflict.deciſio.280. nu-
mero nono. Neuiz.conſil.nono, numero 31. Cagnol.
l.ſemper in ſtipulationibus,numero duodecimo, ff.
de regulis iuris.Crauetta conſilio 96. num.5. Natta
conſil.106.numer.10.Roland.conſil.13.num.18. vo-
lum.4. Menoch.conſil.8. num.17. & quòd dicitur de
conſuetudine generali, locum habet in conſuetudi-
ne vtendi vnius patrisfamilias, quia eadem eſt ra-
tio,& in dubio ea attenditur conſuetudo, quę eſt fa-
8 uorabilior.† Iacob. Nigr.in l.diem functo,num.2. ff.
de offic.aſſeſſ.Roland.conſil.69.numer. 49. volum.2.
Dom. Becius conſil.101.num.51. ſed nulli dubium,
quin fauorabilior ſit ea conſuetudo quæ ad conſer-
uandam libertatem tendit,quam ea quæ ſeruitutem
inducit,quia in dubio pro libertate eſt iudicandum,
l.quoties dubia,vbi glo.Dec.& alij,ff.de reg.iur.& in
conſil.151.nu.56.& 65.probaui, quod poſſidere quis
non videtur ex titulo inueſtituræ,etiamſi totum ter-
ritorium eſſet conceſſum, niſi aliter probetur bona
eſſe feudalia.

Quæ vero de confeſſione D.Io. Baptiſtæ opponun-
tur, non ſubſiſtunt, vt latè deduxi in prioribus ſcri-
ptis, vbi demonſtraui confeſſionem non eſſe proba-
tam,& vbi etiam fuiſſet probata,non obſtare,ex mul
tis,quæ non repeto,cum ibi videri poſſint, quæ ſi viſa
fuiſſent, fortè non fuiſſet nunc deductum fundamen
tum hoc.

Addo tamen,quod citra veri præiudicium,admiſ-
ſa eiuſmodi confeſſione, ex alio non eſſet attenden-
da, quia ei repugnat inueſtitura de eodem Domino
Ioan.Baptiſta ſuſcepta, quæ non recognoſcit omnia
bona ſua, ſed ea quæ ſuperſunt exceptis ijs quæ pro-
uenerunt ab Abbate Bremidæ, & quæ fuerunt per
ſuos anteceſſores acquiſita, & alia quæ ipſe acquiſi-
uerat; & nemo non videt,quantum talis recognitio
differat ab allegata confeſſione. propterea ſicuti te-
ſti deponenti varia & contraria,non eſt credendum,
l.vbi repugnantia,ff.de reg.iur.l.qui falſa aut varia,
ff.de teſtibus,ita non eſt curandum de confeſſione il-
lius qui contraria confitetur,& in dubio attendi de-
bet confeſſio quam fecit magis deliberatè & feriò,
vbi dicimus de Doctore vario, quod magis deber
inſpici opinio quam tenuit diſputando & negocium
examinando, quam illa quam probauit perfunctò-
9 riè loquendo. † Pariſ. conſil.91. num.49. in 3.Socin.
iun.conſil.1.numer.143.In 1.Iaſ.conſil.151. colum.3.
volum.4. vbi quod non eſt curandum de eo quòd di
cimus in diſcurſu. Neuiz. Silua nupt.lib.5. num.29.
Menoch.conſil.93.num.49.Dom.Becius conſil.20.in
fin.& confeſſio de qua in inueſtitura eſt iurata, ideo
illa pręferri debet quibuſcunque alijs,tanquam ma-
gis deliberata. iuramentũ enim facit præſumi,quòd
non ex improuiſo ſed conſideratè ad actum acceſ-
10 ſerit,† vt poſt alios ponit Natt.conſil.144.numer.8.
Tiraquel.in præfatio.l.ſi vnquam,num.134. C.de re-
uocand.donatio.Item, confeſſio de qua loquitur in-
ueſtitura, dicitur facta in iudicio coram Domino
feudi,& in actu ſerio, ideo attendi magis debet quá
11 confeſſio facta extra iudicium. † gloſ. in capit. cum
cauſam,de teſtibus.& eſt communis,ſecundum Dec.
in capit.per tuas,in fine,de probation. multos alios
citat Menoch. de arbitrar. iud. caſu 108. numer.12.
Rurſus,hæc confeſſio de qua in inueſtitura, eſt facta
in ſcriptura, ergo præferri debet illi quæ ſolo ver-
12 bo eſt emiſſa.Barbar. & Aret.in d.cap.per tuas,† vbi
etiam Dec. qui ſubdit,idem eſſe, quando fit in præ-
ſentia partis, vti contigit in præſenti facto. Cum
igitur in re ſeria deliberatè facta per ſcripturam co-
ram Domino, ex profeſſo Dominus Ioan. Baptiſta
cum iuramento aliter dixerit, quam perfunctoriè
extra iudicium, abſente Domino confeſſus fuerit,
non eſt dubitandum quin magis ſit credendum di-
ctæ confeſſioni de qua in inueſtitura, quam illi quæ
fuit aliud forte agẽdo prolata. Facit quòd dicimus,
verba enunciatiua non probare etiam inter eaſdem
13 partes, quando de enunciato contigit † principa-
liter diſputari. Alexan.conſil.136.colum.fin.volum.1.
Crauet.conſil.29.numer.3. & in tractat.de antiquit.
tempor.par.1.§.propoſitum noſtrum,numer.54.Cæ-
phal.conſil.369.num.14.Menoch.conſil.51.num.23.
& conſil.395.num.60.deciſ.Pedem.76.numer.12. Et
per hoc deſtruitur ea conſequentia quæ habet,quod
confeſſio authoris nocet hæredi, imò & ſingulari
ſucceſſori.

Ad id autem quod dicitur præſumi quod hæc bo-
na peruenerint ad Dominum Ioan.Baptiſtam eo ti-
tulo quo per authores poſſidebantur: reſpondeo,
quod non fuit probatum anteceſſores Domini Ioan.
Baptiſtæ poſſediſſe omnia hæc bona, id quòd tamen
erat neceſſarium, vt dici poſſet ea poſſediſſe titulo
feudi Epiſcopalis: nam quod ea poſſederint,eſt ſub-
ſtantia,quòd autem titulo feudi poſſederint,eſt qua-
litas ſeu accidens, & cum accidens non poſſit eſſe ſi-
ne ſubiecto,l.nec vllam,§.ſi abſentis, vbi not.Angel.
ff. de petit. hæred. quicunque vult probare qualita-
14 tem,tenetur prius probare ſubſtantiam, † vt inquit
Bald.in conſil.465.numer. 1.volum.4. alios citaui in
conſil.39. num.13. at ſi Domini actores non proba-
runt hæc bona fuiſſe ab anteceſſoribus poſſeſſa, fru-
ſtra & impertinenter allegant, quòd Domin. Ioan.
Baptiſta poſſederit eo titulo quo ſui authores poſ-
ſidebant.

Secundo reſpondeo, quod Dominus Ioan.Bapti-
ſta aliqua ex eis acquiſiuit, hoc enim enunciatur in
inueſtituris ab aduerſantibus productis, dum dici-
tur, exceptis acquiſitis per eum: & Domini actores
producendo videntur confeſſi fuiſſe quod ſint vera
15 omnia in eis contenta,† c.cum olim, de cenſibus di-
xi in conſil. 5.num.37.

Tertio reſpondeo, quod vbi etiam conſtaret hæc
bona fuiſſe ab anteceſſoribus poſſeſſa, tamen non
fuit probatum quod poſſederint feudali titulo: nam
inueſtituræ quoq; anteceſſorum excipiunt bona ac-
quiſita ab Abbate Bremidæ, & quæ ipſi acquiſiuerũt
ac ſui anteceſſores, & ideo ſi illa non recognoſcunt
in feudum, & non conſtat quæ eſſent Abbatis Bremi
dæ,& quæ ipſi & anteceſſores ſui acquiſiuerint, affir-
mari non poteſt quod anteceſſores poſſederint feu-
dali titulo,ſed ignotum explicatur per ignotius, ex
quo circa anteceſſorum titulum verſatur idem du-
bium & eadem incertitudo quæ militat circa titu-
lum Domini Io.Baptiſtæ.

Quarto reſpondeo duobus modis, prout dixi in
conſil.135.numer.76.& ſeq.& non repeto,vt ſim bre-
uior,cum enim titulus ſit incertus, quia poſſunt hæc
bona eſſe feudalia,item poſſunt proueniſſe ex Abba-
ria Bremidæ. Item & fuiſſe acquiſita per anteceſſo-
res, nemo poteſt diuinare quòd potius poſſederint
ex vno quam ex alio titulo. & quod dicimus præſu-
mi quòd aliquis poſſideat, ex præambulo titulo, lo-
cum habet, quando vnicus præcedit titulus, at hic
tres ſuberant poſſidendi cauſæ.

Per hæc refellitur arg.quod non probetur alius ti-

tulus: nam ex ipſamet inueſtitura patet, quòd alij
ſubſunt tituli,& poſſidendi cauſæ.
Secundo reſpondetur,quod etſi de alio titulo non
appareret, adhuc tamen arg. non concluderet, ſed
16 qui rem dicit eſſe feudalem,tenetur probare.†ita in
terminis Alex.in conſ.55.num.20. & ſeqq. volum.4.
Boſſ.in tit.de Princ. num.242. & deduxi in conſ.151.
num.66.vbi etiam addidi Nattam & Rolan.& idem
tenuit Menoch. conſ.395.num.30. Addo, quod non
eſt curandum quid reus præſtiterit,ſed ius actoris eſt
17 ſpectandum,† l.qui accuſare, C.de edend.& proba
ui multis in conſ.160.nu.62.& ſeqq.
Quòd verò dicitur agnatis ſufficere quod recogni
tio ſit vniuerſalis omnium bonorũ quæ recognoſcen
tes habebant in loco Villænouæ:quia ſi quis voluerit
dicere aliqua non eſſe incluſa, tenetur probare, per
ea quæ dixi in conſ.180.nu.9. non turbat negocium:
quia non eſt verũ quòd recognitio ſit facta omnium
bonorum ſimpliciter,ſed cum ea modificatione, ex-
ceptis acquiſitis,atque ita recognitio eſt qualificata,
& debet cũ ſuis qualitatibus acceptari, vel in totum
repudiari,non enim poteſt diuidi,& pro parte tantũ
acceptari:quia vtens ſcriptura,debet ea vti cum ſuis
18 omnibus qualitatibus,† l.fi.§.etſi præfatam,C.de iu-
re delib.cum alijs quos citaui in conſ.152.num.18.&
19 qualitas adiecta diuerſificat recognitionem,† vt di-
xi in conſ.179.num.40.& qui adijcit qualitatem,de-
clarat actum.Imola in l.palam,§.ſi quis poſt,ff.de te-
ſtam.& vbi additur noua qualitas,diuerſa diſpoſitio
efficitur,l.1.§.ſi quis ſimpliciter,vbi omnes Doctores
notant.ff.de verb.oblig.& exceptio virtutem eximen
di & extrahendi habet de corpore diſpoſitionis, vt
in terminis inquit Bal.in cap.1.num.13.de Capit.qui
Curi.vend.vbi loquitur de eo qui in feudum recogno
ſcit ab Epiſcopo quidquid habet in tali loco, exce-
pta domo; & quod excipitur, perinde habetur ac ſi
non contineretur in recognitione propter vim exem
ptionis,& dici non poteſt recognitum.proinde,ſicu-
ti ſi hæc bona non eſſent recognita,non poſſent acto-
res dicere ea eſſe feudalia,ita nec id poſſunt affirma-
re,cum à recognitione fuerint excepta,& exẽptio,vel
exceptio operatur idẽ ac ſi res non eſſet in eo à quo e-
ximitur, vt de loco exempto inquit Rol.conſil.33.nu.
23.vol.3.Reſponſum etiam fuit ſupra in verſi. ſecun-
do non obſtant inueſtituræ, vbi probaui, quod ex
quo eſt incertum, & dubium quid, & quantum fue-
rit exceptum, recognitio ipſa vitiatur, & eſt nulla,
quia deficit conſenſus recognoſcentis, cuius inten-
tio fuit non aliter recognoſcere niſi cum illa ex-
ceptione.
Et ſi dicatur, quod ex quo non apparet de re ex-
cepta,illa exceptio nihil poteſt operari. Reſpondeo,
quod argum. rectè procederet, ſi conſtaret clarè ni-
hil recognoſci ab Abbate Bremidæ, & nihil acquiſi-
tum fuiſſe per anteceſſores Domini Io. Baptiſtæ, ad-
mitto enim, quod tunc non eſſet attendenda exce-
ptio,ſed vbi poteſt eſſe, & non eſſe quod aliqua extẽt
bona acquiſita, & alia recognita ab illo Abbate, ſed
illa non appareant, atque hoc modo factum eſt du-
bium,tunc locum habet quod dixi de exceptione in-
certa,quę annullat diſpoſitionem: & hic eſt caſus no
ſter, quia non conſtat quod aliqua fuerint,non etiã
probatur quod nulla fuerint acquiſita, ſed poſſunt
extare,& non extare; ſed in facto eſt dubium, & tũc
dico, quod recognitio incerta non probat, & inter-
pretari debet contra Reuerendiſſimum Epiſcopum,
qui illam eſt ſtipulatus,& qui potuit legem apertius
dicere,l.ſtipulatio iſta,ff.de pact. Alex.conſ.112.nu.
5.vol.2.Pariſ.conſ.110.num.55.vol.1.& verba inter-
pretantur contra eum ad cuius fauorem ſunt prola-
20 ta,† glo.in l.veteribus,vbi Alber.col.1.ff.de pact.Pa-
riſ.conſ.64.nu.52. vol.1. alios citat D.Bec.conſ.101.
nu.91.addo Crau.in Rub.ff.de leg.1.nu.132.Cum er-
go agnati vtantur illa recognitione dubia, obtinere
non poſſunt:quia, vt ſæpè dictum eſt,reo ſufficit red-
dere dubiam intentionem actoris, atque illam ob-
21 ſcurare,†vt probaui in conſ.160. nu.64. Et iura quæ
dicunt reſeruationem vel etiam exceptionem nihil
operari,quando conſtat nihil extare, de excepto lo-
quuntur,quando certo conſtat nihil eſſe, vt quando
dicitur,lego omnia prædia exceptis vineis,ſi proba-
tur vineas nullas extare,illa exceptio nullius erit mo
menti:ſed donec eſt dubium an extent,vel non,lega-
tum non ſortitur effectum, imò, iura illa loquuntur
ſub conditione, ſi vineæ non extent, & ideo qui agit
ex ea lege conditionali, probare debet conditionem
eueniſſe,ideſt vineas non extare.
Augetur arg.quia clauſula illa,exceptis bonis ac-
quiſitis,& quę tenentur ab Abbate Bremidę non im-
portat conditionem,nec ponit ſub dubio, an extent
aliqua bona quę fuerint acquiſita,vel quæ teneantur
ab illo Abbate: nam conditio non eſt de præterito,
22 nec de præſenti, ſed de futuro, † l.1.vbi Doctor.ff.de
cond.& dem.participium autem præteriti temporis
23 rem ſignificat perfectam,& conſummatam,† l.1.§.6.
ff.quòd quiſq; iur.Ruin.conſ.226.nu.6.vol.1. & par-
ticipium reſoluitur in relatiuum,& verbum ſui tem-
24 poris,† gl.in Clem.1.in verſi.dignitatibus, de præb.
Crau.conſ.836.num.2.conſ.880. nu.16. dixi in conſ.
127.num.46.& idem eſt ac ſi dictum fuiſſet, exceptis
bonis quæ acquiſierunt anteceſſores mei, & quæ ha-
bent ab Abbate &c.ſi vero recognitio facta eſſet per
hæc verba, negari non poſſet,quin aliqua extent ac-
quiſita, & alia teneantur ab Abbate prædicto, quia
hoc admittitur in inueſtitura,& partes videntur cõ-
fiteri. Infertur itaque, quod ſi tunc aliqua extabant
excepta,& acquiſita,non poteſt dici, quod exceptio
nihil operatur:quia ſatis operatur quoad ea, & licet
nunc non conſtet vbi, & quæ ſint, tamen ſatis eſt quod
nõ omnia fuerunt recognita,& quod vigore illius re-
cognitionis actores non habent intentionem ſuam
fundatam,vbi arguitur ex aduerſo.
Et quia dicebam id ſolum contineri in antiquis
& nouis inueſtituris, quod circũſcribitur confinibus
ibi deſignatis,nec aliud fuiſſet recognitũ in feudum,
opponitur nunc, quod non ſolum bona confinibus
demonſtrata,ſed generaliter omnia bona illius terri
torij fuiſſe recognita,inſpecta clauſula illa,(quam e-
tiam alijs iuribus quibuſcunque &c.) quæ ſignificat
nõ iura,& actiones,ſed ſtabilia: quia dictio, alijs,im
25 plicat ſimilia.† Pariſ.conſ.158. num.16. in 4. & non
poteſt importare iura, quia illa non poſſidentur,nec
loco circumſcribuntur,l.fin.quot.bonor. & cum feu-
26 dum propriè in re immobili † conſiſtat. Plot.conſil.
44.num.2.illa dictio, iuribus,referri debet ad ſtabi-
lia,& intelligi ſecundum ſubiectam materiam,ſecun
dum Pinel.in Rubr.C.de bon.mat.par.1.num.14.
Sed eiuſmodi interpretatio ſuſtineri haudqua-
quam poteſt:nam ſi clauſula (quam etiam alijs &c.)
reſtringeretur ad ſtabilia,certè eſſet ſuperflua, quia
ſtabilia iam fuerant ſupra immediatè expreſſa,cum
dictũ fuit(tam in terris, poſſeſſionibus, & ſedimini-
bus)& fieri debet interpretatio per quam verba non
ſint otioſa,ſed aliquid operentur,cap.ſi Papa,de pri-
uil.in 6.Item contineret improprietatem,quia ſecun
dum propriam ſignificationem iura conſtituunt ter-
27 tiam ſpeciem diuerſam à mobilibus,& † immobili-
bus. Pinel. d.Rubr.par.1. num.24. & in dubio verba
intelligi

Digitized by Google

intelligi debent propriè, non autem impropriè, l.
quidquid aſtringendè,ff.de verb.obligat.& ſtrictè in
28 contractibus non autem largè.† dixi conſil.121.nu-
mer.17.Dom.Becius conſil.105.nu.29. Præterea vbi
etiam intelligi deberet de ſtabilibus, nemo tamen
intellexerit de bonis eiuſdem qualitatis, vt ſunt ter-
ræ,poſſeſſiones,& ſedimina, de quibus ſupra expreſ-
ſe dictum fuit,ſed fatendum eſt,clauſulam illam in-
telligi de ſtabilibus ſupra non expreſſis, ideſt diuer-
ſæ qualitatis,vt ſunt nemora,& ſimilia,aliàs fruſtra-
toria induceretur repetitio & duplicatio, quam ta-
men excludit verbum,alijs, quod non repetit idem,
ſed ſimile,vt dicitur in motiuo,& dictio,etiam, quæ
implicat res diuerſas,eſt enim copulatiua,quæ poni-
29 tur inter diuerſa,† gl.in Rubr.ff.de iu. & fact. ignor.
Iaſ.l.prima,num.ſecundo, in principio,ff.de iuſtitia
& iure Doctor.in l.ex parte,vbi Ripa,num.41.de re-
ſcript.Præterea ſi omnia bona recognita fuiſſent ſta-
bilia,veriſimile eſt,quod omnia fuiſſent ſuis confini-
bus pariformiter demonſtrata,non enim ſuberat ra-
tio deſignandi aliqua,alia verò non.& ſic intelligen
do,non obſtabit,quòd dictio,alijs,includat ſimilitu-
dinem: quia hoc non eſt verum,quando adijciuntur
vniuerſalia verba: nam tunc diſſimilia amplectitur.
30 † gloſ.in Clemen.prima,in ver.alia quauis cauſa, &
ibi not.Imola,de re iudic. Ruin. conſil. 73. num. 20.
volum.3.vbi dicit,hoc eſſe clarum in diſpoſitione ho
minis.Soc. iun. conſil.57.num.27. volum.3. Roland.
conſil.61.num.42.& ſeq.vol.1.Natta conſil.117.num.
1.Didac. pract. quæſt. cap.25. num.1. & quando ex-
tant coniecturæ in contrarium,non implicat ſimilia,
vt per Iaſ.in l.3.§.iurari,num.8.ff.de iureiur.Purpur.
in l.1.numer.410.ff.de off.eius.Crauet.in l.cum filio,
par.2.num.55.ff.de leg.1.Item quando ponitur cum
copula,tunc non reſtringitur ad ſimilia expreſſis, vt
declarat Curt.iun.conſil.38.in fine.ſequitur Soc.iun.
conſil.97.nu.9.vol.3. hic autem extat copula etiam.
Et licet feudum conſiſtat in re immobili, tamen po-
teſt etiam conſiſtere in annuo reditu, vt per Odofr.
Iac.Ardiz. & Ioan. Blanc. in ſum. tit. quæ res in feu-
dum dari poſſ. Iſern. Bald.Martin.Lauden. Card.&
Aluar.capit.ſciendum, de feud. cognit. etiamſi non
conſiſtat ſuper re immobili, ſed debeatur ſola perſo-
31 nali actione.† Cardin.d.cap.ſciendum,Iſern.in cap.
1.in princ.col.2.tit.ſi de feu.vaſal.ab aliq. ſue.inter,
Seiſel.in Specul. feud. ti. quæ res in feud. dar. poſ. in
quinto exemplo, in verſic. ſed non inſiſtendo, ſolio
mihi 232.quinimò,aliquando feudum poteſt conſti-
32 tui ſuper pecunia,† ſecundum Odofr. Iac.Ardiz. &
Io.Blanc.loco præcitato.Par.de Put.de feu.reintegr.
cap.880. Seiſel. loco præcitato,in 1.limitat. fol.348.
& vbi iura & actiones dátur ad aliquid quod ſit im-
mobile, tunc conſiſtit feudum etiam in actionibus.
33 † Iſern.d.cap.ſciendum.latè Seiſ.d.tit.fol.mihi 334.
vbi fortius dicit procedere, etiamſi actio competat
ad annuam præſtationem perſonalem.Demum, ne-
gari non poteſt,quin intellectus dictorum verborum
reddatur dubius per prędicta,in dubio autem inter-
pretari debent verba contra ſtipulatorem,& pro li-
bertate, atque ita pro vaſallo contra Dominum cu-
ius iure vtuntur agnati,& reo ſufficit rem conſtitue-
re dubiam.

Remouetur etiam aliod quo dicebatur fauore ec-
cleſiæ rem præſumi feudalem ex Bal. in c.ad audien-
tiam,col.fin.de præſcr.Menoc.lib.3.præſ.91.num.49.
ibi enim non dicit Bal. quod res præſumatur feuda-
lis fauore eccleſiæ, ſed dicit, quòd in dubio videtur
34 eccleſia concedere titulo † feudi, atq; ita loquitur,
quando conſtat rem eſſe ab eccleſia conceſſam, ſed
ignoratur an fuerit data in feudũ vel cenſum, vel ſim
plicem donationem. & eodem modo loquitur Iaſ.in
l.ſi prius,num.42.ff.de oper.nou.nunc.nos aũt ſumus
in caſu diuerſo, quia non quærimus quo titulo facta
ſit cõceſſio,ſed an res hæ fuerint conceſſæ,atq; ita agi
mus de ſubſtantia,non de qualitate cõceſſionis, ſi e-
nim conſtaret has res fuiſſe cõceſſas,caderet præſum
ptio quòd ſint feudales: ſed de hoc nunc non eſt du-
bium,quia inueſtituræ loquuntur ſpecificè quoad ti-
tulum,ſed ſunt incertę reſpectu rerum,ideò doctrina
Baldi non applicatur, atq; ita aduertit Alc. de præ-
ſump.reg.2.præſ.3.in fine,dicens procedere, quando
conſtat quod eccleſia rem hanc conceſſit. Cum itaq;
dubium verſetur non circa titulum conceſſionis, ſed
an res fuerit conceſſa,& de hoc ſit controuerſia,deci
ſio illa non determinat noſtram quæſtionem.

Non quoq; ſcrupulũ inijcit quòd hic non agatur
de admittendis agnatis, vel excludendo filiam, ſed
ſolum de cognoſcẽdo ad quem ſpectet cognitio prę-
ſentis cauſæ, quocirca aliud expectatur iudicium, in
quo decidatur de iure agnatorum: quia reſpondeo,
non eſſe curandum ad quem finem agatur, ſed ſatis
eſſe quod in dubium reuocetur,an hæc bona ſint feu-
dalia: ſiue enim agatur de excludenda filia, ſiue de
fundanda iuriſdictione,vtroque caſu conſtare debet
bona eſſe feudalia pro quibus agnati prætendunt fi-
liam coram eccleſiaſtico iudice conuenire,& non mi
nus probanda eſt feudalitas ad fundandum iuriſdi-
ctionem,quam ad excluſionem filiæ: quia,vt cõpetat
35 iuriſdictio,probandũ eſt id quòd eſt cauſa † iuriſdi-
ctionis.Innoc. in c. cum ſit generale,de foro comp.&
probaui latè in conſ.286.vbi ſuſtinui(ni fallor)quod
probanda eſt qualitas feudalitatis ſeu vaſallagij, vt
iudex eccleſiaſticus poſſit cognoſcere, & hoc proce-
dit etiam quando contra conuentum ſubeſſet ratio
aliqua per quam appareret illum eſſe vaſallum:nam
etſi res ſit dubia,ſi tamen negat ſe eſſe vaſallum,cau-
36 ſa remittitur ad ordinarium.† ita poſt Blanc.Iacob.
Curt.iun.Zaſ. & alios dicit Menoch.de retinen.poſſ.
remed.3.nu.429.vnde ego infero,quod etiam quãdo
agitur de fundanda iuriſdictione iudicis eccleſiaſti-
ci,probandũ eſt concludenter rem eſſe feudalem,nec
ſufficit leuis præſumptio vel dubietas, & hoc modo
tollitur obiectum. Sed aliter etiam reſpondeo, quod
ex quo inueſtitura loquitur expreſsè de maſculis,at-
que ita ſpecificè excludit ſeminas, debet plenè pro-
bari feudalitas, quia ad excluſionem filiæ nulla alia
expectatur ſententia,& cum agitur de maximo præ-
iudicio,tunc plenæ requiruntur probationes. Bar.in
l.ſi quis ex his,ff.de lib.agnoſc.& in l.1.§.quòd ſi ſit a-
liqua,ff.de prętor.ſtipul. vbi dicit,quòd vbi iudicium
ſummarium eſt allaturum præiudicium irreparabi-
37 le,tunc probationes plenę requiruntur,† & illius di-
ctum inquit notabile Felin.in c.cum ſuper, col.6. de
re iud.& idem voluit Abb.in cap.1.num.19.de libell.
oblat. Caſtren.d.§.quòd ſi ſit aliqua, num.3. & item
voluerunt Bart. & Iacob.in l.iudices,C.de iudic. vbi
Alexand. dicit hoc eſſe generale in quocunque iudi-
cio.ſequitur Iaſon & alij. Contard.in l.vnica, in ra-
tionibus decidendi,num.19.C.ſi de moment.poſſeſ-
ſio.vbi dicit, quòd etſi iudicium poſſeſſorium leuio-
res exigat probationes,tamẽ quando agitur de ma-
ximo præiudicio, pleniſſimæ requiruntur probatio-
nes.quare vtraque ratione feudalitas plenè non au-
tem apparenter eſt probanda.

Quod autem forma recognitionis factæ à Domi-
no Ioan. Baptiſta, quatenus differt à recognitione
anteceſſorum, & potiſſimum à prima inueſtitura,
non ſit attendẽda,ſatis arbitror probatum ex prio-
ribus

Digitized by Google

ribus ſcriptis in ver. at ſi pars actrix, &c. & non obſtat quod recognoſcendo plura bona quam fuerint aliàs recognita ab anteceſſoribus ſuis, Dominus Io. Baptiſta ſibi præiudicauerit, ex quo poteſt quis rem propriam in feudum recognoſcere, & recognoſcen-
38 do ſibi præiudicat, † ſecundum Fulgoſ. conſ. 5. Alcia. conſil. 12. num. 2. Menoch. conſil. 191. nume. 50. & ſequent. ſic enim arbitror non Senatum Excellentiſs. ſed aduerſam partem luſus cauſa arguere. Reſpondeo etenim, quod iura in contrariũ allegata loquuntur in recognitione feudi primæua, & quã nulla alia præcedit: tunc enim qui allegat errorem, tenetur probare, quia præſumitur deliberatè & ſcienter illam facere, at vbi fit non recognitio aliqua, ſed renouatio recognitionum iam factarum, & quando quis inueſtituram ſuſcipit de feudo aliàs recognito, tunc intantum prima attenditur quod ſequentes nullius ſunt momenti ſi reperiantur diſformes & differentes, vti latè probaui in d. ver. at ſi pars actrix, vbi etiam demonſtraui, quòd vt noua recognitio præiudicet, debet expreſsè conſtare, quòd voluerit præcedentem ampliare. In facto autem, non modo non apparet ꝙ Dom. Ioann. Baptiſta voluerit plura bona conſignare, vel in plus ſe obligare, ſed etiam probatur quòd nihil omnino voluit addere, & id quidẽ Primo, quia excipit ea omnia quæ in paterna recognitione reperiuntur excepta. Secundo excipit eſſe omnia requiſita per ſe ipſum. Tertio recognoſcit non tanquam de nouo feudo, ſed tanquam de antiquo, ergo cõſtat voluiſſe eum non de nouo aliquid recognoſcere, ſed recognitionem renouare, vltra quod nemo præſumitur velle iactare ſuum, vulgatis iuribus.

Nec repugnat quòd illa clauſula, exceptis acquiſitis, &c. nihil operetur, ex quo non conſtat quod extarent bona acquiſita: ad id enim arbitror ſufficienter reſponſum fuiſſe ex ijs quæ dixi ſupra in verſ. & ſi dicatur, quòd ex quo &c. ſed iuuat repetere qđ imo conſtat extare bona acquiſita & bona dependentia ab eccleſia Bramidæi quia participiũ (acquiſitis) denotat rem perfectam & conſumatam, vt ibi dixi, in ver. augetur argumentum. & idem eſt de verbis illis, quæ tenent, &c. quia cum ſint præſentis temporis, rem ſignificant non futuram ſed exiſtentem. Et licèt non probetur nunc quæ ſint illa corpora, tamen ſat eſt quòd aliquando extiterint aliqua, vt recognitio ratione exceptionis dicatur incerta, & annulletur ac vitietur in totum, iuxta deciſionem gloſſ. & aliorum in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, & §. ſed & ſi mihi, ff. de verbor. oblig. de quo articulo ſatis plenè diſſerui ſupra in ver. ſecundo non obſtant inueſtituræ.

Secundo reſpondeo, quod contrarium procedit quando id quòd fuit exceptum probatur non extare in rerum natura, nõ autem quando eſt dubium ſi extet, vel nũ, & hoc demonſtro, textus enim in l. ſi in venditione, in fin. ff. com. præd. dicit exceptionẽ ſeruitutis nõ nocere, ſi nullam ſeruitutẽ promiſit; non dicit ſi de promiſſione nõ apparet. Similiter in l. ſi quis legauerit, ff. de leg. 1. dicit, ſi nullæ vineæ erunt, non autem ſi nullæ probantur extare, & ibi ſic loquũtur Bar. Caſtr. Alex. & Iaſ. & tex. in l. in lege, ff. de contr. empt. dicit neminem excipere poſſe quòd non ſit, ſic etiam Ang. in l. certo generi, ff. de ſeruit. ruſt. prædior. Alex. conſ. 28. nu. 5. vol. 1. Firmian. in ſuo repert. in verſ. exceptio, il 1. num. 15. Crauet. conſ. 15. num. 2. Gramm. deciſ. 103. num. 42. & eodem modo loquuntur Oldr. Ang. Soc. Dec. & alij, qui dicunt reſeruationem nihil
39 operari, qñ nihil extat quod poſſit reſeruari. † quos omnes ego citaui in conſil. 180. num. 14. plurimum autem refert quòd certum ſit rem exceptã non extare, vel quòd ſit dubium, extet, nec ne; vbi enim ſumus certi non extare, non eſt curandum quid de ea partes pronunciauerint, quia omnia cedunt veritati, ſed cum ſumus in dubio, recognitio facta cum ea moderatione nihil operatur propter incertitudinem, nec poteſt exceptio aut modificatio ab ea recognitione diuidi aut ſeparari: quia, vt dixi ex Bald. in cap. 1. nume. 13. de Capit. qui cur. vend. virtus exceptionis eſt, eximere & extrahere. & dicit Ang. in conſ. 290. nu. 5.
40 quòd virtus exceptionis eſt falſificare regulam † in caſu excepto, & idem eſt ac ſi non eſſet regula, vbi autem non apparet quid ſit exceptum, tunc regula vitiatur ratione incertitudinis, ſicuti vitiatur contractus quando promittit quis omnes ſeruos, vno excepto, nec tunc iuuat dicere, non conſtat quis ex illis fuerit exceptus, dum enim vnus excipi poteſt, nullus eſt in obligatione. & per gloſſ. & Doctor. d. §. ſi quis ſimpliciter, & §. ſed & ſi mihi.

Amplius affirmo, quod is probare debet nõ extare bona excepta, qui dicit exceptionem nihil operari: atque hoc oſtendo ex text. in d. l. ſi quis legauerit, & in d. l. ſi in venditione, in fine, & in l. in lege, ff. de contrah. empt. vbi dicitur, non nocere exceptionem, ſi non ſit quod exceptũ eſt, ſi nullæ ſint vineæ, & ſi non extant lapidicinæ, ea enim conditio purificari & verificari debet ab eo qui allegat contra exceptionem, quia diſpoſitio conditionalis non habet locum niſi cõditio purificetur iuribus vulgatis, & iura prædicta non dicunt exceptionem non nocere, niſi conſtet rem exceptam extare, ſed onus probandi, quòd res non extet reflectunt in eum qui exceptionem impugnat; & qui ſe fundat ſuper negatiua, quòd nõ extent bona
41 tenetur probare, † Bar. in l. in illa, vbi Doct. præcipuè Ripa, ff. de verb. oblig Hercul. in tract. quis teneatur probare negat. & agnati qui dicunt recognitionem omnia bona amplecti, non obſtante exceptione acquiſitorum, debent id iuſtificare tãquam fundamentum ſuæ intentionis, l. eum qui, ff. de probation.

Nec facit ad propoſitum, quòd dicitur fundãtem ſe ſuper exceptione etiam prouenientẽ ab eodem fon-
42 te teneri ad probandum ex † Cæph. in conſ. 387. num. 16. & ſeq. quia Domina Conuenta non allegat exceptionem nec ſe fundat ſuper ea, ſed inſiſtendo ſuper nõ iure agentium, & refellendo eorum probationes dicit recognitionem illam limitatam & modificatã non probare quòd omnia ſint feudalia, ipſi aut Domini agentes qui ſe fundant ſuper recognitione & ad tollendum modificationem annexam, dicunt exceptionẽ nihil continere, tenentur probare. Reſpondeo etiam, ꝙ Ceph. & alij ab eo allegati non tractant quis teneatur probare exceptionẽ, ſed an impediat executionem actus, quando non probatur inconuenienti: nos autem quærimus cui incumbat onus probandi, ideo poterat omitti. Demum dico, quòd exceptio tunc eſt probanda ab excipiente, quando non eſt annexa regulæ nec qualificat regulam, ſed eſt poſita in ſeparata oratione vel diſpoſitione, ſecus, quãdo ita eſt annexa quòd regulam reſtringit, tũc enim qui regulæ ſic qualificatæ innititur, tenẽtur probare qualitates regulæ, vt deduxi in primis ſcriptis, aliàs cum incertæ ſint res in regula comprehenſæ, tota diſpoſitio eſt incerta, vt dixi ſupra: ſed hæc omnia quæ de regula & exceptione dicuntur, non poſſunt facto noſtro conuenire, quia non agimus de regula nec de exceptione quæ regulam reſtringit, ſed de rebus extractis à generali recognitione. Et per hoc tollitur quoque quod ſubijcitur exceptionem probandã eſſe ab excipiẽte, quando exceptio nõ eſt de regula: nam hic nihil de regula ſed de recognitione, quæ eſt con-

Digitized by Google

tractus & ex conuentione legem aceipit, & multa ve
niunt ex pacto quæ non veniunt ex natura contra-
ctus, vt probaui in conſ. 34. nu. 24.

Nec ſuſtineri poteſt oppoſitio ad conſi. Socin. iun.
76. volum. 1. Decij 517. Ruin. conſi. 22. volum. 1. dum
dicitur, loqui eos quando is poſſidet pro quo ſtat ex-
ceptio: quandoquidem Doctores prædicti non mo-
uentur ex vi poſſeſſionis, ſed ex alijs. Socin. enim nu
me. 15. & ſeqq. mouetur, quia petens executionem
ſententiæ & ſuper ea ſe fundans, tenetur probare,
quod bona quæ petit non ſint in exceptione incluſa.
Decius autem licet de poſſeſſione mẽtionem faciat,
tamen illam conſiderat ad effectum vt cognoſci poſ-
ſint ad quem ſpectet onus probandi, vt ibi nu. 6. in
caſu autem noſtro licèt Domina Conuenta non poſ-
ſidear, non eſt tamen dubium quin onus probandi
feudalitatem ſpectet ad Dominos Agnatos; propte
rea, ſicuti ipſa poſſidente tenerentur iuſtificare, ꝙ
bona de quibus eſt quæſtio, non ſint excepta, ita id-
ipſum probare debent, cum ſint actores ex quo vtro-
que caſu onus probandi eis incumbit, & non verſa-
tur dubium an probatio incumbat Agnatis: nam
hoc eſt certum, ſed de eo dubitatur, quid tenerentur
probare, proinde ſicuti ſi hæc puella poſſideret, tene
rentur probare bona non eſſe de exceptis, ita ea nõ
poſſidẽte ſed gaudente beneficio reorum hoc ipſum
eſt probandum. Prædicti ergo Doctores probant fe-
rè in terminis noſtris, quod agens ex diſpoſitione
quæ etſi ſit generalis, aliqua tamen excipit, non po-
teſt obtinere ex eo quòd pro ſe habeat generalita-
tem, niſi etiam probet id quòd petit non contineri
43 in exceptione, nec eſſe exceptum. † & ratio eſt: quia
probatio eſt incerta & non concludens, poſſet enim
eſſe quòd res quam petit, ſit de exceptis, vti in termi
nis declarat etiam Ruin. in conſ. 13. num. 11. vol. 4 di
cens, quòd agens ex donatione à Comitiſſa Matilda
generaliter facta de bonis intra certos confines exi-
ſtentibus, exceptis tamen nouem manſis, non obti-
net, licèt bona, quæ petit, ſint intra confines, & ipſe
habeat pro ſe generalitatem conceſſionis, niſi etiam
probet ea non eſſe de exceptis, quia ea probatione
non facta, non infertur concludenter, quòd bona pe
tita ſint ex donatis, ex quo eſſe poſſunt de reſerua-
tis: non enim, vt inquit Bald. in l. ad probationem, la
ſeconda, C. de probat. & ſequitur Dec. in cap. in præ-
ſentia, nu. 16. extra eod. ad validitatem probationis
ſufficit quod per poſſibile, ſed requiritur, quòd per
neceſſe concludat: hæc autem deciſiones ita mihi vi
dentur quæſtionis noſtræ radicem attingere, vt nihil
clarius deſiderari poſſit, & licèt Ruin. & Soc. iun. in
locis prędictis alias applicent in ſuo facto reſponſio
nes, tamen non per hoc recedunt à prędictis, ſed cau
tè agendo iuxta conſilium Specul. voluerunt cauſam
ſuam multiplici defenſione munire.

Nec videtur laborandum eſſe circa reſponſiones
quæ dantur ad cõſilium Caſtr. 270. in ſecundo, quòd
ſcilicet loquitur, quando in ſententia dicitur, ſolutis
prius melioramentis: nam etſi illam deciſionem al
legauerim ad comprobandum concluſionem, quod
conditio importata per participium (exceptis) eſt
verificanda antequam diſpoſitio ſortiatur effectum,
tamen nõ hoc ſolo vſus eſt fundamento, ſed alijs plu
ribus, & eo præcipuè, quod vbi ex rebus in genere cõ
ceſſis aliquæ excipiuntur, nunquam agens ex gene-
ralitate conceſſionis poteſt obtinere, niſi probet res
quas petit non contineri in exceptione: ſed & id ꝙ
dixi conditionem importatam per participiũ abla-
tiui caſus, eſſe probandam ab eo qui vult vti diſpoſi
tione, ſatis à me probatum fuit non ſolum in priori-
bus ſcriptis, in ver. & non repugnat, ſed etiam in ſe-
cundis, in verſic. vltimum obiectum, in fine. & di-
ſtinctio quæ fit inter ſententiam quæ dicit, ſolutis
prius, & aliam quæ ſolum dicit, ſolutis, non eſt vera:
quinimò, etiam non extante dictione, prius, volunt
communiter Doctores, executionem impediri do-
nec melioramenta ſint actualiter ſoluta, vt probaui
in loco prędicto ex Neguſ. Goza. & Capic. ſed quid-
quid ſit, res eſt diuerſa, quia exceptio eſt aliena à di-
ſpoſitione: in caſu autem noſtro, exceptio reddit cõ
ceſſionem incertam, quia cum de conceſſione aliqua
excipiuntur, ſi ignoramus quæ ſint excepta, ignora-
mus quoque ea, quæ ſunt conceſſa dum agit quis ad
certam rem, eſſe poteſt, ꝙ agat ad vnam de exceptis;
quæ ratio penitus ceſſat in melioramentis quæ con-
tinent quid diuerſum ab eo quòd eſt reſtituendum,
& non diminuant bona reſtituenda.

Parũ verò contradicit quod ex quo de feudo con-
ſtat in genere ſufficiunt coniecturæ & præſumptio-
nes ad demonſtrandum quæ ſint bona feudalia, vt
per Alba. conſ. 200. nu. 33. & ſeq. atque hic multa in-
dicia & coniecturæ conueniunt: quandoquidem re-
ſpondeo, quod nec etiam in genere cõſtat de feudo,
quia cum inueſtituræ excipiant bona Abbatię Brem.
& bona acquiſita, nec appareat quæ eſſent Abbatiæ,
& quæ fuerint acquiſita, vtique apparere quoque nõ
poteſt quid fuerit conceſſum; & ſicuti conceſſio de
omni & toto eo quod habet quis in tali loco, dicitur
incerta, & nihil continet, ſi non apparet quid habe-
ret cõcedens in eo loco, vt per Bar. Alex. Iaſ. & alios,
in l. ſi ſic, §. 1. ff. de leg. 1. ita incerta eſt conceſſio om-
nium bonorum talis territorij exceptis bonis Abba
tiæ, & alijs acquiſitis, ſi non conſtat quid ille habe-
ret vltra acquiſita & habita ab Abbatia, vel quid
poſſideat, ꝙ neque acquiſitum fuerit neque recogni
tum ab Abbatia, & hoc eſt quod toties repetitũ fue
rit per me, ex gloſ. & Doctoribus in d. l. prima, §. ſi
quis ſimpliciter, & §. ſed & ſi mihi, & ex Socin. iun.
Dec. & Ruin. in cauſa Principis Haſſiæ, & ex Ruino,
d. conſil. 13. vol. 4. Confirmatur hæc concluſio, quia
ſi conceſſa fuiſſent bona non recognita ab Abbate
Bremidæ nec acquiſita, certè nemo negaret conceſ-
ſionem eſſe dubiam & incertam, & feudum etiam in
genere non probari. At conceſſio de qua agimus illi
æquipollet, & non eſt magis certa quam illa ſit; id
quòd oſtenditur ex ſupradictis, & præcipuè, quia ex
ceptio eximit & extrahit de generali conceſſione il-
lamq; falſificat ſecundum Bal. & Ang. quos citaui in
verſ. nec repugnat quod illa, & conceſſio generalis
includit omnia quæ non ſunt excepta, l. 1. ff. de leg. 1.
ideo paria ſunt dicere, concedo tibi omnia bona,
quæ non pendent ab Abbatia Bremidæ & non fue-
runt acquiſita; vel dicere, concedo tibi omnia bona
exceptis recognitis ab Abbatia & acquiſitis. in pri-
ma autem forma conceſſio eſt incerta, ſi non liquida
tur quæ non ſint acquiſita, ergo & in ſecunda; & id
eſt tam propinquum & conſonum ſenſui, vt qui id
neget, ſenſum ipſum negare videatur: ſtante autem
incertitudine & ambiguitate prędicta, dici non po-
teſt, quod de ſeudo cõſtet in genere, poteſt enim eſſe
quòd omnia bona à recognoſcentibus poſſeſſa de-
pendeant à dicta Abbatia, & fuerint acquiſita, & cõ
ſequenter nihil feudi nomine teneatur, vt in ſimili
conſiderat Ruin. d. conſ. 13. num. 11. vol. 4.

Secundo reſpondeo, quod vbi etiam certi eſſemus
extare bona feudalia, & pro illorum declaratione
ſufficere coniecturas & præſumptiones, tamen intel
ligere debemus de coniecturis vrgentibus & conclu
dentibus, non de leuibus, vt dicimus de coniecturis
ad

44 ad inducendum fideicommiſſum, † l. Lucius, §. tres
hæredes, ff. ad Trebellian. vbi Dn. Iacob. de Aret.
& Alberic. Iaſ. conſil. 228. colum. 3. volum. 2. Alciat. in
l. filiusfam. §. diui, nume. 53. ff. de legat. 1. Cæphal. in
conſil. 269. in fine. & coniecturæ non debent eſſe fun-
datæ in aere, vt inquit Homod. conſil. 209. in fine, &
debent prouenire à lege non ab homine. Menoch.
conſil. 85. num. 87. & ſeq. Petra de fideicomm. ex pro-
hib. alienatio. quæſt. 9. num. 145. & ſeqq. quæ autem
in propoſito ad feudi liquidationem allegantur, le-
uiſſimæ ſunt, vt apparet ex ijs quæ ſcripſi primo, &
ſecundo loco.

Præterea illæ omnes coniecturæ qualeſcũque ſint,
oneruantur per plures alias contrarias coniecturas,
quas & ibi cumulaui, & non eſt dubium quod conie-
45 cturæ coniecturis † tolluntur. Bald. conſil. 379. nu-
me. 3. volum. 4. cum infinitis ad huius regulę exorna-
tionem allegatis à Cardin. Mant. de coniectu. vltim.
volunt. lib. 12. tit. 17. num. 6.

Poſtremo dico, quod ſi etiam iudicis arbitrio cõ-
mittatur cognitio, quæ ſint ſufficientes coniecturæ,
in hoc propoſito vti in alio tenuerunt multi citati
à Zanc. in l. hæredes mei, §. cum ita, part. 7. numero
22. Petra d. quæſtio. 9. in fine, quis erit tam audax iu-
dex qui arbitretur omnia hæc bona vel partem cer-
tam eorum eſſe feudalem, cum inuicem pugnent cõ-
iecturæ reſpicientes omnia bona, & non poſſit in re
dubia certum ferri iudicium, vt dixi prioribus ſcri-
ptis, vbi in propoſito loquendo de feudis, adduxi id
quod dicunt Doctores, quod ſi conſtet bona feuda-
lia extare, ſed corporum certitudo ſit ignota, ita vt
feudum diſtingui non poſſit ab allodio, tunc pro feu-
46 do iudicari non poteſt. † Iacob. in Rubr. ff. de rei ven-
dicat. num. 23. alios citaui in conſil. 135. nume. 123.
quæ ſola ratio efficit, ne vnquam poſſit quis in cauſis
feudalibus obtinere ex ſolis cõiecturis generalibus
quæ certis corporibus non applicentur & ad ea re-
ſtringantur.

Dum verò dicitur, participiũ illud (exceptis) po-
ſitum in ablatiuo abſoluto, importare conditionem,
ſecundum Bartol. in l. 1. num. 34. ff. de condition. &
demonſtra. Reſpondeo ex pluribus non obſtare. Pri-
mo, quia ablatiui abſoluti important etiam diſpo-
47 ſitionem, † l. facta, §. reſcripto, ff. ad Trebellian. l. fi-
deicommiſſa, §. cum eſſet, ff. de legat. 3. l. creditor, la
ſeconda, §. fin. ff. qui potior. in pignor. habean. alios
citat Pariſ. conſil. 23. num. 26. volum. 2. Ruin. conſ. 75.
num. 10. volum. 2.

Secundo reſpondeo, quòd Barto. in d. l. 1. num. 34.
reprehenditur à Iaſ. in Rubr. ff. ſolut. matr. num. 2. in
fine. Parpal. num. 4. qui dicunt, quod accipitur ſecun-
dum ſubiectam materiam.

Tertio dico, quòd ablatiui abſoluti ſæpe ponũtur
48 in vim ſuppoſitorum terminorum, † Bald. in l. 1. C.
quand. lice. ab empt. diſced. in l. 1. in 1. oppo. C. quãd.
non peten. part. Iaſ. in d. Rubr. ff. ſolut. matr. num. 2.
in fine. & hoc caſu quando ſupponũtur termini præ-
teriti vel præſentes, tunc non important conditio-
nem, vt declarat Vincent. ab Ocha, in d. Rub. ff. ſolut.
matr. num. 10. ſic ergo in præſenti caſu, non impetra-
bitur conditio, quia excipiuntur bona aliàs acquiſi-
ta, & ita in præterito tempore, nec non quæ tenent
ab Abbate, & ſic præſentis temporis.

Quarto (& ad hoc aduertatur) ſi importarent
conditionem, adhuc Domina Angela Maria con-
uenta haberet intentum & forte ſecurius ac me-
lius: nam iſta conditio, exceptis acquiſitis &c. qua-
lificat recognitionem & ea reddit conditionalem;
natura autem conditionis eſt, quod prius implea-
49 tur conditio quam quæratur emolumentum. † Bart.
in l. quibus diebus, §. Termilius, ff. de condit. & dem.
& importat formam, l. qui hæredi, & l. Meuius, ff. eo:
qua non ſeruata, actus corruit, l. cum ij, §. ſi prætor,
ff. de tranſaction. infinitos citat Dominus Becius,
conſil. 12. nu. 15. & ſequent. recognitio ergo nihil iu-
ris tribuit niſi prius verificata exceptione, & imple-
ta forma quæ fuit recognitioni adiecta, & conſequen-
ter niſi agentes probent quæ bona fuerint excepta;
ſiue itaque illa clauſula, exceptis, importet condi-
tionem, ſiue non, ſemper obſtabit agentibus exce-
ptio, quod non probatur quæ ſint bona excepta, &
quæ veniant in recognitione; &, vt dixi, recognitio
ipſa à qua excipiuntur acquiſita, efficitur conditio-
nalis, non autem exceptio fit conditionalis, quia a-
blatiuus ille (exceptis) adiectus eſt recognitioni, &
illa qualificat.

Illud autem videtur repugnantiã continere, quòd
etſi in motiuis hoc loco dicatur conditionem impor
tari per ablatiuos abſolutos, paulò tamẽ infra ſubij-
citur, non hanc eſſe ſignificationem, ſed diuerſimo-
dè capi; ſed quidquid ſit, & quomodocunque capian-
tur, ſemper ſenſus erit cõtra dominos Agnatos, quia
ſi exceptio illa eſt conditionalis, nõ verificabitur re-
cognitio, niſi verificata exceptione, ſi importabit di-
ſpoſitionem, erit probata exceptio, atque idem erit
quatenus importet modum.

Reſponſio autem quæ datur ad iuramentum ligiæ
fidelitatis præſtitæ Sereniſſimis Principibus pro eiſ-
dem bonis, quòd ſcilicet poſſint dependere à Prin-
cipe & ab Eccleſia, ſicuti vnum & idem feudũ à duo-
bus poteſt recognoſci, dummodo vni ita ſubijciatur,
quòd ius alterius non tollatur, vt per Silu. conſil. 21.
per totum, non tollit fundamentum: quia etſi ratio-
ne feudi poſſit quis iurare fidelitatem duobus, vt per
Silu. loco prædicto, tamen aliud eſt in iuramento li-
gio. non enim poteſt quis duorum dominorum eſſe
50 ligius homo. † Spec. in titu. de feud. §. quoniam, ver-
ſic. 10. Silu. loco prędicto, in princ. quia fidelitas ligia
nullum excipit. Doctores in Clem. Paſtoralis, §. rur-
ſus, de re iudic. Bald. l. 1. §. in primo, numer. 15. C. de
ead. tollend. Clar. §. feudum, quæſtio. 11. Reſpondeo
etiam, quod etſi poſſit quis eſſe ligius vnius, & vaſal-
lus alterius, ſecundum Iaſ. in vſibus feud. num. 108.
Afflict. deciſ. 307. nume. 3. tamen non eſt veroſimile,
quod ſi bona fuiſſent eccleſiæ, poſſeſſores voluiſſent
pro impetranda immunitate iam ſibi à iure conceſſa
ratione feudi, ſubire iuramentum ligium tam ar-
ctum, & ad multa obligatorium, vt per Iaſ. & Afflict.
in locis prędictis, & vlterius ſe ipſos obligare ad ſer-
uiendum in bello, & mittendum tres armatos ſuis
omnibus expenſis, vti ſe obligarunt in illis conuen-
tionibus. fruſtra enim impetratur ab homine, quod
conceditur à lege, l. 1. ff. ad municip. alios citaui in
conſ. 298. num. 26. & nemo præſumitur iactare ſuum,
l. cum de indebito, de probation. Præterea, ex eo iu-
ramento & illa cõceſſione deprehenditur, quod poſ-
ſeſſores nõ ea tenuerunt vti feudalia, ſed vti allodia-
lia immunia, vnde infertur, quod ex quo fuerunt à
poſſeſſoribus ſic habita, non poteſt dici, quòd poſſe-
derint vigore inueſt. & titulo feudi, & ſi potuiſſent
hæc bona defendi tanquam feudalia, vtique non fuiſ-
ſent paſſi ſe pro eis ſubijci oneribus bellicis, quibus
fuere tunc ſuppoſiti immunes, dempta quarta parte,
ſed nulli omnino vaſalli pro feudis.

Et hoc modo reſpondetur ad obiectum, quod non
produxerint ſuas inueſtituras feudales: nã optimè
deprehenditur quod non habuerunt hæc bona pro
feudalibus, quia produxiſſent inueſtituras, & curaſ-
ſent,

Digitized by Google

ſent, ſe eo titulo defendere, & ſi verum eſt, quòd non habuerint pro feudalibus, ſequitur ex qualitate poſſeſſionis cognoſci naturam rerum, & deſtituitur omne fundamentum quod domini aduerſantes conſtituunt ſuper poſſeſſionem anteceſſorum, & ſupra præſumptione, quòd titulo præambulo poſſederint, & ſuper confeſſione vaſallorum, quia in re tanti præiudicij non tacuiſſent, nec negligenter egiſſent.

Poſtremo nõn reſiſtit, quòd pro oneribus bellicis
51 bona etiam eccleſiæ collectari poſſint, † ſecundum
Purp.conſ.485.nu.3.Maluaſ.conſ.26.nu.13.Theſaur.
deciſ.234.nu.10.Silu.conſ.77.nu.12.omittendo enim
quod multi tenent eccleſiam non teneri, dico, tunc
ſolum teneri clericos cõtribuere ad onera belli, quan
do ea imponuntur pro communi vtilitate clericorũ
& laicorum, puta quando hoſtes ingruunt vt depre-
dentur bona omnia, vt vim perſonis inferant; ceſſan-
te autem ratione communis vtilitatis, collectari non
52 poſſunt. † Anch. in cap. non minus, & ibi etiam Butr.
de immun.eccleſ. Aretin.in l.ad inſtructionem, C.de
de ſacroſanct. eccleſ. Aegid. Tomat.de collect. §. non
obſtant quæ ſupr.num.2. verſic.tertio reſpondeo, fo-
lio mihi 113. & ideo Abb. in d.cap. non minus, dicit,
quòd ſi collecta indicitur vt hoſtes repellantur qui depredantur territorium, & bona tam clericorum quam laicorum, tunc clerici contribuunt, ſecus, ſi milites ponantur pro cuſtodia murorum. pulchrè Caſtrenſ.conſil.423. num.4. volum.2. Corne. in conſil.72.colum.fin.volum.4. vbi dicit, quòd ideo clerici non tenentur pro refectione murorum, vel cuſtodia militum, quando ipſi non inhabitant ciuitatem, nec ibi habent bona, ſecùs verò, quando inhabitant vel habent bona in ea: quia cum vtilitas tunc ſit ſibi communis cum laicis, iuſtum eſt, quòd onus quoque agnoſcant. Crau.conſ.392.nu.3. & hãc diſtinctionem probat Feſtaſ.de collect. part.4.in princ.num.24.35. & 39. Ripa latè conſ.168.nu.5. vbi ait, quod collectatur eccleſia quando agitur de communi periculo, vel de communi vtilitate. deciſ. Pedem.68. num.10. vbi tranſit cum prædicta diſtinctione. Idem voluit Bald. poſt dictam deciſionem, num.5. Rimin.conſ.2.nu.11. conſ.4. nu.20. quod ergo dicitur eccleſiam teneri ad onera bellica, intelligitur de bello quòd vel eccleſiæ infertur, vel per quod eccleſia immediatè in ſuis bonis vel in perſonis damnum patitur, quia ſicuti commodum ſentit ex impenſa, ita onus impenſæ ſuſtinere debet; ſed tale non fuit bellum pro quo bona hæc fuerunt collectata, quia neque eccleſiæ inferebatur, neque ex eo perſonæ aut bona eccleſiaſtica detrimentum ſentiebant, & ideo notiſſimum eſt, nunquam toto eo bello durante collectam fuiſſe impoſitam bonis eccleſiaſticis, id quòd ſolum ſufficit pro reſponſione huius motiui.

Eam igitur veriſſimam arbitror Concluſionem, quod bona de quibus agitur, minimè probentur feudalia, quia aliquando pro Agnatis requiſitus, recuſaui conſulere, & meum interponere iudicium, ſed quæ pro vtraque parte facere videbãtur ſuper tenore inueſtituræ, vnum in locum congeſta edidi in conſ.180. neutri me addicens opinioni; nunc autem re diligentius examinata, pro filia conuenta conſulere non dubitaui, cui naturalis rerum qualitas & iuris præſumptio, & cauſæ ſtatus aſſiſtunt, & hæc omnia ſaluo ſemper rectiore iudicio.

S V M M A R I V M.

1 *Proœmium arguit cauſam finalem.*
2 *Donatio cauſa mortis dicitur, quæ fit timore mortis & ſub eius mentione, nec aliter valet.*
3 *Contractus talis præſumitur, qualem partes enunciant, ſed contra, num.34.*
4 *Donatio inter viuos dicitur, quando inſtrumento expreſſum eſt quod donatur inter viuos.*
5 *Donatio cauſa mortis requirit quinq; teſtes pro validitate.*
6 *Donatio cauſa mortis reuocatur ipſo iure, quando donator euaſit periculum. Limita, ut nu.36. & ſeq.*
7 *Donatio non deſinit eſſe inter viuos, licèt quinque interfuerint teſtes.*
8 *Donatio excedens valorem quingentorum aureorum, requirit inſinuationem, & ibi de ratione.*
9 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non valet.*
10 *Donatio omnium bonorum poſt mortem, includit futura, ſed contra, nu.45.*
11 *Donatio cauſa mortis licèt aliquando tranſeat in donationem inter viuos, tamen fallit, quando continet omnia bona præſentia, & futura.*
12 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, non confirmatur iuramento.*
13 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, non ſuſtinetur quoad præſentia, ſed contra, nu.57.*
14 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, etiam iurata, non ſuſtinetur in præſentibus, ſed contra, num.60.*
15 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*
16 *Donatio dicitur inter viuos, quando duo tantum teſtes interuenerunt.*
17 *Teſtamentum dicitur non codicilli, quando ſeptem adhibitis teſtibus teſtator dixit velle facere codicillos.*
18 *Interpretatio ea debet ſumi, per quam ſuſtineatur actus.*
19 *Donatio dicitur inter viuos, vel cauſa mortis, prout melius poteſt valere.*
20 *Donatio, quæ non poteſt valere inter viuos, valet vt cauſa mortis.*
21 *Amicitia idem operatur quod coniunctio ſanguinis, & ibi infertur ad alia.*
22 *Donatio cauſa mortis facta coniuncto, efficitur inter viuos, & irreuocabilis.*
23 *Clauſula, Omni meliori modo, ſuſtinet actum eo modo quo poteſt.*
24 *Donatio dicitur inter viuos, quando facta eſt omni meliori modo.*
25 *Iuramentum facit actum valere omni meliori modo.*
26 *Donatio dicitur inter viuos, quando facta eſt cum clauſula, ad habendum, &c.*
27 *Clauſula, ad habendum, &c. confert facultatem alienandi.*
28 *Donatio in dubio præſumitur inter viuos, nõ cauſa mortis.*
29 *Donatio ſub mentione mortis, tranſit inter viuos ex quacunque leui præſumptione, & coniectura.*
30 *Duo vincula ſtrictius ligant.*
31 *Donatio dicitur inter viuos, quando præter pactum interuenit ſtipulatio. & ibi latè.*
32 *Stipulatio obligat efficacius, & reddit actum irreuocabilem.*
33 *Confeſſio facta in teſtamento, non reuocatur interueniente ſtipulatione.*
34 *Contractus magis cognoſcitur ab effectu quam à denominatione.*
35 *Teſtamentum habens clauſulam codicillarem, non tranſit in codicillos ſi poteſt valere vt teſtamentum.*
36 *Donatio cauſa mortis non reuocatur ceſſante periculo, quando non fuit facta ſolum timore periculi.*
37 *Donatio cauſa mortis non reuocatur extincto periculo, quando fit ſub commemoratione mortis.*
38 *Legatum factum à teſtatore exiſtente in periculo, non reuocatur ſi teſtator euadat.*
39 *Donatio cauſa mortis, & collata poſt mortem, non reuocatur,*

Digitized by Google

catur, licèt ceſſet timor mortis vel periculum.

40 *Argumentum ab oppoſitis non ſuſtinetur vbi diuerſa ſubeſt ratio.*

41 *Donatio non inſinuata ſuſtinetur ſi ſit iurata,*

42 *Donatio omnium bonorum, non includit futura, & valet.*

43 *Genitiuus importat dominium.*

44 *Suus, pronomen, reſtringitur ad præſent tempus, & non includit futura.*

45 *Donatio omnium bonorum poſt mortem collata, non includit futura.*

46 *Relatiuum ſine copula adiectum qualitati, quæ non conuenit cuilibet de genere, ponitur reſtrictiuè.*

47 *Relatiuum importat conditionem.*

48 *Clauſula in fine poſita, non refertur ad præcedentia, quando actus redderetur nullus.*

49 *Iura, & actiones, non circumſcribuntur loco.*

50 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, vbicunque poſita ſint, eſt valida, quia non includit iura.*

51 *Actiones dicuntur mobiles, vel immobiles, prout dantur ad rem mobilem, vel immobilem, aliàs tertiam ſpeciem conſtituunt.*

52 *Donatio omnium bonorum includit iura & actiones. Fallit num. ſeq.*

53 *Donatio omnium bonorum vbique exiſtentium, non includit actiones.*

54 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, reſeruato vſufructu, eſt valida.*

55 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, collata poſt mortem, eſt valida.*

56 *Utile non vitiatur per inutile.*

57 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, ſuſtinetur in præſentibus.*

58 *Ordo literæ declarat dubiam voluntatem diſponentis.*

59 *Stipulationes tot ſunt quot res ſtipulatæ.*

60 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, ſuſtinetur in præſentibus ſi ſit iurata.*

CONSILIVM CCCCL.

NON caret maxima difficultate præ-
ſens queſtio: nam donatio quam Do
minus Bernardinus Nouellus fecit
Domino Ioan. Stephano Trabo, eſt
cauſa mortis, non autem inter vi-
uos, quia in ea facta eſt ſæpius men-
tio mortis, non ſolum in diſcurſu, & executiuis clau
ſulis, ſed etiam diſpoſitiuis: & in procemio vbi di-
cit, quod Nouellus profecturus Taurinum, & Ge-
nuam, ſuſpicatur de repentina morte, & procemij
1 verba † arguunt cauſam finalem diſpoſitionis. Bart.
in l. 1. in princip. ff. ad Maced. l. fin. vbi Bart. Bald. &
Ang. ff. de hæred. inſtit. Rom. in conſi. 180. nu. 6. Imol.
in cap. ex parte, in fine, de cler. coniug. Dec. in conſil.
675. num. 9. Crauet. conſil. 301. col. 1. verſic. ſecundo
2 principaliter. & dicitur mortis cauſa donatio † ea,
quæ fit timore mortis, vel inſtantis alicuius pericu-
li, l. 1. ff. de donat. caũ. mort. l. 1. C. eod. tit. §. 1. Inſtit. de
donat. in tantum autem mortis vel periculi mentio
eſt neceſſaria, quod aliàs non ſuſtinetur vti donatio
cauſa mortis, etiam ſi fieret à conſtituto in extremo
vitæ ſpiritu, quia tunc magis videretur facta à mo-
riente, quam mortis intuitu, eſt text. in l. Seia, §. fin.
ff. de donatio. cau. mort. quem ad hoc notant, & re-
putant ſingularem gloſ. Bartol. Alber. Ang. Caſtr. &
Imol. gloſ. in l. penult. ff. de dot. præleg. in l. apud Cel
ſum, §. Iulianus, ff. de doli except. Bald. in l. ſi mortis,
ff. ad leg. Falc. & in cap. quoniam frequenter, nu. 11.
extra, vt lite non conteſta. Alexand. in l. quæ dotis,
nume. 5. vbi Iaſ. num. 26. ff. ſolut. matrimo. Didac. qui
alios citat, in Rubr. de teſtamen. in 6. nume. 25. verſi.
ceterum. Crauet. in conſil. 227. in fine, Clar. de donat.
quæſt. 4. num. 3. vbi multos alios citat, & num. 4. dicit
copulatiuè duo requiri, primum, quòd facta ſit mor-
tis mentio, ſecundum quod collatus ſit effectus, & ac-
quiſitio poſt mortem, allegat Lofred. in conſil. 5. nu-
me. 4. alios citat Gomeſ. de contract. cap. 4. nume. 15.
Cardin. Mantica, in tractat. de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 1. tit. 13. num. 3. Simon de Pret. de interpret.
vltim. volunt. lib. 2. interpretat. 1. dubitat. 1. ſolut. 13.
num. 6. & pluribus ſequent. vbi ponit multas formu-
las donationis cauſa mortis, & concludit, quod quan
do mortis timor eſt cauſa finalis, vti ſemper præſu-
mitur, quãdo fit mortis mentio, dicitur donatio cau-
ſa mortis, & hoc multo magis procedit, quando, vt in
facti noſtri contingentia, mortis mentio eſt multi-
plicata, vt arguit Iaſ. in conſ. 6. nu. 14. vol. 3. ſequitur
Crau. in conſ. 294. col. 5.

Secundo moueor, quia in inſtrumento dicitur,
quod Nouellus titulo & ex cauſa mortis dedit & do-
nauit &cet. talis autem præſumitur actus ſeu contra-
3 ctus, † qualem partes denominarunt. Abb. in conſil.
15. in fine, volum. 1. Alexan. in conſ. 3. colum. 1. vol. 1.
Socin. in conſ. 248. colum. 2. verſicu. ſed præmiſſis, vo-
lum. 2. comprobat D. Becius, in conſ. 35. num. 9. quia
ex tenore verborum cognoſcitur cõtractus, vt inquit
Dec. in conſ. 32. colum. 1. & verba ſunt forma contra-
ctus, Bald. in l. quoties, colum. 2. C. de ſuis & legit. &
procedit etiam, ſi in cõtrarium aliquæ ſint coniectu-
ræ vel præſumptiones. Aretin. in conſ. 55. in fine. Cra-
uet. in conſ. 20. num. 4. Dom. Becius d. conſ. 35. nu. 10.
& ad propoſitum facit quod voluit Bart. in l. fin. col.
penult. verſic. & examinemus, C. de pact. *vbi inquit,*
iudicari donationem inter viuos, *quando donans*
4 dicit ſe titulo donationis † inter *viuos* dare. Idem
tenuit Caſtr. in conſ. 382. num. 1. vol. 1. hoc etiam vo-
luerunt Alex. Soc. Iaſ. Ruin. & Ripa, quos refert, & ſe-
quitur Simon de Pret. d. dubit. 1. interpt. 1. ſolut. 14.
num. 3. idem ergo eſſe debet in contrario caſu, vt ſci-
licet *iudicetur* donatio cauſa mortis, quando in in-
ſtrumento dicitur, & ex cauſa mortis, vt contrario-
rum eadem ſit diſciplina & iudicium, l. etſi contraria
bulas, in fine, ff. de vulga. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel
alieni iur. in principio.

Stante autem præſuppoſito, quod ſit donatio cau-
ſa mortis, clarum eſt, quod erit nulla & ſine robore,
quia facta fuit duobus tantũ adhibitis teſtibus, cum
5 tamen quinque † exigantur ad illius validitatem, l.
fin. in fi. C. de cod. l. fin. C. de donatio. cau. mort. & vbi
etiam foret à principio valida, fuit tamen ipſo iure
reuocata, quando donator euaſit periculum, cuius
6 timore † donauerat. eſt text. in l. ſi is ſeruus, ff. de do-
nat. inter vir. & vxor. ibi, donec aut vir moriatur, aut
mortis ſuſpicione propter quam donauit liberetur.
& ibi not. Doct. Ad idem eſt text. in l. apud Celſum,
§. primo, ff. de dol. excep. in l. non omnis, ff. ſi cert. pe-
tat. vbi Caſtr. declarat. alios plures citat Card. Man-
tica lib. 11. tit. 7. num. 7.

Et non obſtat, ſi dicatur quod tranſit in donatio-
nem inter viuos, ex quo duo tantum fuerunt adhi-
biti teſtes: quia reſpondetur non attendi numerum
teſtium, quando ex alijs dignoſcitur eũ voluiſſe cau-
ſa mortis donare: nam videmus in oppoſito, quod ſi
in inſtrumento quinque teſtes fuerunt deſcripti, non
7 tamen deſinit eſſe donatio † inter viuos, ſi alia con-
currant indicia. Natta in conſil. 104. nume. 14. & ſe-
quent. Ripa in conſil. 148. nume. 4. Roland. conſil. 61.
num. 59. volum. 2. Cardin. Mantica d. titul. 13. nume.
18. *idem* ergo dicendum eſt, quando duo tantum

inter-

Digitized by Google

interuenerunt,vt ſcilicet noo deſinat eſſe cauſa mortis, ſicuti non deſinit eſſe inter viuos, quando adhibentur quinque, arguendo ab oppoſitis, quod argumentum eſt validum,vt ſupra dixi.

Et vbi etiam efficeretur donatio inter viuos,ea eſſet nulla,quia excedit valorem aureorum quingento
8 rum,& non † fuit ioſinuata, l.pen. §.fin. C. de donat. latè Clar. de donat.q.15. inſinuationis autem inducendę duplex eſt ratio. Prima,quia Reipublicæ intereſt, quod ſubditi non male vtantur ſubſtantia ſua, vel depauperentur, §.ſed & maior. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. §.conſiderauimus, in Authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag.ita Bal.in l.illud,quæſt. 5.col.5. C. de ſacroſ.eccleſ.Secunda eſt, vt euitentur fraudes, quæ facile poſſent committi in tam magna donatione,l.data,verſ.1.C.de donat. Ioan.Andr. ad Spec.in tit.de ioſtrumen.edit.§.porro,colum.5.alios citat Gomeſ.in tractat. de contract. cap.4. numer.7. Dom.Becius, in conſil.62.num.9. & ſeq. & in conſil. 72. num.5. vbi num. 14. ex mente Aret. aliam addit rationem.

Eſſet etiam nulla ex alio:quia eſt de omnibus bonis mobilibus,& immobilibus,ſe mouentibus, iuribus,& actionibus,præſentibus & futuris. clarum eſt
9 enim, quod donatio † omnium bonorũ præſentium & futurorum, non valet: quia auſert liberam ſacultatem teſtandi. Bartol. & alij omnes, in l.ſtipulatio hoc modo conncepta,ff.de verbor.oblig.in l.fin.C.de pact.in l.pactum quod dotali, C. de collat.communem dicit Abb.in conſ.48.volum.2.Guid.Pap.in conſil.214.num.1. Ripa in conſil.145. num.1.Duran.de arte teſtan.tit.10.caut.2.num.2.Clar.in tract.de donat.quæſt.16.Roland.in conſil.39.numer.1.conſ.65. num.1.vol.1.Cęph.in conſil.44.num.24.& licèt in inſtrumento nihil dicatur de bonis futuris explicitè, tamen id ſufficienter exprimitur per illa verba, quæ poſt eius mortem in eius bonis reperientur. Nam
10 donatio omnium bonorum † poſt mortem includit futura, etiam ſi dicatur omnium bonorum meorum poſt mortem, vt voluerunt Richar. & Salic. in l. fin. num.7.C.de pact. vbi Salic.tres refert rationes, quæ apud eum poſſunt videri, & licet contradicanr aliqui, quando dictum eſt,dono omnia bona mea poſt mortem, tamen in præſenti caſu res videtur plana, quia non ita ſimpliciter dictum eſt,ſed apertius, bona mobilia,immobilia, ſe mouētia,iura,& actiones, quæ reperientur poſt mortem. & in propoſito dicit Caſtrenſ.in conſ.75. colum.2. volum.1. quod incipit, In Chriſti nomine,notandum eſt,quod etſi aliquando donatio cauſa mortis poſſit tranſire in donationem inter viuos, propter iuramentum vel pactum de non reuocando, tamen hoc fallit, quando conti-
11 net † omnia bona præſentia & futura, quia tunc eſt nulla. & eum ſeq. Alexand.in l.ſtipulatio hoc modo concepta, num.19. ff.de verbor. oblig.Bero.in conſil. 53. num.14. volum.1. Roland. conſil.8. num.23. vol. 1. & quamuis interueniat iuramentum, tamen certum eſt, quod donatio omnium bonorum præſen-
12 tium & futurorum, non validatur iuramento, † vt volunt Doctor. omnes d. l. fin. C. de pact. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. & communem dicit Corn. in conſil.60.column.2. volumin.2. Curt.iun. in conſil.25.num.6. Ripa, d.conſil.145.num.2. Clar.d.tractat.quæſt. 20.numer.1. Roland. d.conſil.30. & dicto conſil.65.

Et hæc procedunt,nedum reſpectu futurorum bonorum,ſed etiam reſpectu præſentium:quia cum facta ſit de omnibus bonis præſentibus & futuris,vitia
13 tur in totum,& non ſuſtinetur quoad præſentia.† ita Ang.in conſ.179.nu.5.vbi mouetur pluribus rationibus,ſed pręcipuè, quia cauſa nullitatis vniformiter reſpuit præſentia & futura, ideo non poteſt allegari ratio quare magis debeat ſuſtineri in præſentibus, quam in futuris.& hanc opin. dicit communem Bal. in l.fin.nu.19.de pact vbi Caſtr.num.10.communem quoq; atteſtantur Curt.iun.nu.61.Purpur.nu.242.& Cagnol. nu.264. Hanc etiam partem tenuit Imol.in Rub.de teſtam.in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, vbi etiam Rom.& Alexand.num.21.ff.de verb.oblig. quia ſi eodem tempore aliquid fit in fraudem legis annullatur in totum. eam quoq; probauit Crot. nu. 99.vbi dicit communem.Ruin.in l.1.§.ſed ſi quis,col. pen.ff.de verb.oblig.Dec.in conſ.20.in fi.vbi Moder. additionat.Alciat.l.1.§.ſed ſi mihi,num.36.ff.de verbor.oblig.Duen.in reg.219.in 5.ampl. Clarus qui dicit communem,d.tract.q.20. num.2.& quamuis aliqui teneant hoc non procedere, quando extaret iuramentum, quod facit valere actum omni meliori
14 modo, tamen etiam in donatione iurata.† communis opinio eſt in contrarium,vt probat Cagnol.in d. l. fin. num. 265. vbi reſpondet ad omnia fundamenta contrariæ partis. Quare concludendum omnino videtur, hanc donationem ſuſtineri non poſſe, ſiue ſit facta cauſa mortis,ſiue inter viuos:quia omni caſu eſt nulla.

Hæc etſi multum vrgeant,& colorata ſint,contrariam tamen amplector ſententiam,quod ſcilicet donatio de qua eſt ſermo,ſit valida, & ſuſtineatur tan-
15 quam inter viuos: talia enim ſunt ſubiecta, † qualia demonſtrant prædicata. Oldr. in conſil.60.Socin. in conſ.3.num.4.vol.4.Iaſ.in l.ſtipulatio,§.hi qui, nu.1. ff.de verb.oblig.Neuiz.in conſil.92.num.4.Bellon.in conſ.49.nume.3. Cardin.Mantica,de coniect.vltim. volunt. lib. 1.tit.13. num.18. Simon de Pret. in eod. tract.libr.2. interpr.1. dub.1.ſol.13. nu.18.ſed in inſtrumento huius donationis duo tantum teſtes fuerunt adhibiti, vti requiruntur & ſufficiunt in donatione inter viuos, ideo credendum eſt partes talem voluiſſe celebrare contractum: ſi enim cauſa mortis D. Nouellus voluiſſet donare quinque acceſſiſſent teſtes,vti in ea donatione requiritur,& per hanc ratio
16 nem ita concludunt in terminis † Pet.& Cin. in l.inter priuatos,C.de pact.& ita tenet Alciat. in l.ſtipulatio hoc modo concepta,num.15. & in l.quę dotis, num.14.ff.ſolut.matrimon.vbi Iaſ. num.46. & ſeq. & Lancel.Dec.in fi.Corneus in conſ.68.colum.6. vol.3. & Roland. in conſil.8.num.22.volum.1. vbi allegat Socin.Dec.Crot.Pariſ.& Ruin.Addo,quod idem voluit Bero. in conſil.37. num.21. & in conſil. 53. num. 14.volum.1.Natta in conſil.104. num.5. & in conſil. 115.num.4.Port.Imol.in conſil.36.num.44. Mant.d. tit.13.num.15.vbi addit Gulielm.Bened. & Crauet. Simon de Pret.d.ſolut.14. num. 29. ex quibus apparet hanc eſſe communem ſententiam, quod dicatur donatio inter viuos. quando duo tantum teſtes interuenerunt,& loquuntur etiam ſi facta ſit in ea mortis mentio, & aliàs videatur donatio cauſa mortis, quia hæc ſola coniectura facit eam dijudicari donationem inter viuos, & pro hoc facit quod voluit Io. Andr. ad Specul.in titu.de inſtrum.edit. §. compendioſa, numero 17. in fin. vbi inquit, quod ſi teſtator conuocatis ſeptem teſtibus dicat, eſtote teſtes huic
17 meo codicillo,† valebit nihilominus diſpoſitio tanquam teſtamentum, ſaltem ſi ſint inſtituti venientes ab inteſtato.Alexand.in l. non codicillum, C.de teſtamen.vbi Iaſ.num.1. & Rimin.in fin. idem voluerunt Bal.& Salic.in l.teſtamentum, vbi Iaſ.numer.1. C.de teſtam.& eſt magis com.opin.vt inquit Alciat.

in con-

Digitized by Google

in conſil.525.nu.2. & 3. quia potius valet quod aptè
ſenſit teſtator, quam vitiet quod ineptè profert, vt
probatur ex notatis in l.ſi librarius, ff.de reg.iur.
Secundo cõfirmatur hæc opinio, quia ea donatio
nõ põt ſuſtineri in cauſam mortis, ea quo caret apto
numero teſtiũ, vt ſup. dictũ eſt in fundamentis con-
trariæ partis; poterit aũt ſuſtineri vti donatio inter
viuos, ergo præſumendum eſt, qđ Nouellus inter vi-
uos voluerit donare, nõ cauſa mortis: quia in dubio
18 ea capi debet pręſumptio & interpretatio,† per quã
actus ſuſtineatur & non pereat, l.ſi prætor, in prin.ff.
de iudic.l.3.ff.de teſtam.mil.l.quoties, ff.de reb.dub.
c.Abbate, de verb.ſignif. Alc.latè in tract.præſ.reg.3.
præſ.34.nu.1.& ſeq. vbi infert, qđ ideo præſumimus
Principem vti plenitudine poteſtatis. ſequitur Crau.
in conſ.52.nu.2. addo quod voluit Dec.in c.pruden-
tiam, §.ſexto, de offic.deleg.nu.5. vbi inquit, quod etſi
in generali conceſſione non veniant ea quæ ſunt Prin
cipi reſeruata, tamen fallit, quando aliàs conceſſio
non valeret. Idem voluit in c.præterea, num.6.ver.ter
tio limita, eo.tit. propterea dixit Cin. in l.hac conſul
tiſſima, §.per nuncupationem, q.1.C.de teſtam. quođ
ſi reperiatur ſcriptura teſtamẽti in qua non ſint om-
nia requiſita ad teſtamentum in ſcriptis, præſumen-
dum erit quod teſtator voluerit potius facere teſta-
mentum nuncupatiuum validũ, quam in ſcriptis nul
lũ. ſequitur Alca.in d.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta,
nu.15.& in propoſito dicit Corneus in conſ.259.col.
4.in verſ. aduertendum tamen, vol.4. quod donatio
19† dicitur inter viuos, vel cauſa mortis, prout melius
valere põt. Crau.d.conſ.52.nu.4. ideo videmus, quod
20 ſi donatio non põt valere vt inter viuos, † valebit in
cauſam mortis, vt eſt text.in l.apud Celſum, §.1.ff.de
except.doli. Bal.in conſ.108.col.fin.vol.3. Rom. in l.
quæ dotis, num.8.ff.ſol.matr. Caſtr.d.conſ.75.vol.2.
Corn.in conſ.124. verſ. tamen ſi, vol.4. Ripa in tract.
de priui.contr.cau.peſt.num.179. Didac.in Rubr.de
teſtam.p.3.nu.25. Crau.in conſ.52.num.4. Roland.d.
conſ.8.num.23. idem ergo dicendum eſt in contrario
caſu, vt ſi non poteſt ſuſtineri vti donatio cauſa mor-
tis, ſuſtineatur [illegible]ter viuos; & in ſpecie hoc voluerunt
omnes illi quos ſupra citauimus, tenentes, quod vbi
legitimus deficit numerus teſtium, intelligatur facta
inter viuos, mouentur enim duplici ratione: Prima,
quia ex numero teſtium colligitur voluiſſe illum ma
gis inter viuos, quam mortis cauſa donare: Secun-
da, quòd actus valere debet eo modo quo poteſt.
Tertio moueor, quia D. Nouellus maximam habe
bat affectionem erga D. Io. Stephanũ Trabum dona-
tariũ, eum enim in domũ propriam induait, & victũ
& veſtiuum luculenter præſtitit toto tpe vitæ ſuæ, &
cũ is vxorẽ duxit, donauit aureos bis mille, &, vt bre-
uiter expediã, diligebat tanquam filiũ, & niſi ſubita-
nea morte cõcidiſſet, hęredem vniuerſalem inſtituiſ-
ſet, vti palam ſæpiſſimè dixerat. hic autem ardor lici
21 ti amoris, † idem operatur quod ſanguinis coniun-
ctio, ſecundũ Bal.in l.vt vim, q.5.& 6.ff.de iuſt.& iur.
Abb.in c.petitio, col.vlt.de iureiur. Alexan.in l.ſæpe,
col.50.ff.de re iud. Fel.in c.quoniam Abbas, col.3.de
offic.deleg.& ad hoc infinitos citat Tiraq.in repet.l.
ſi vnquam, in verbo libertis, nu.102. C.de reuoc.do-
nat. vbi infert, quod ardor liciti amoris vim habet
clauſulæ codicillaris; & quod amici capiunt legata
ex teſtamẽto minus ſolenni, Cotta in memor.incip.
Amor licitus. Card. Mant.d.tract.de coniect.vlt.vol.
lib.8.tit.6.nu.18.& lib.12.tit.4.nu.9. Sim.de Pret. in
d.tract.lib.1.interpr.2.dub.2.ſol.4.in princ. vbi con-
cordando Doctorum controuerſiam, concludit, quo-
ad interpretandum & cognoſcendum dubiam diſpo
nentis voluntatẽ, quæ dicuntur de coniunctis, locum
habere in amicis. & ibi latè ponit, qualis requiratur
amicitia, & qualiter probetur. Verũ in cõiecturis pla
num eſt, qđ donatio licèt facta ſit ſub cõmemoratio
22 ne mortis, dicitur inter viuos,† & eſt irreuocabilis.
ita voluerunt Raph.Imo.& Rom.in l.quæ dotis, ff.ſol.
matr.& ante eos hoc innuit Bald.in conſ.388. vol.4.
Soc.in conſ.137.col.2.ver.ſed alterius, vol.1. Corn.in
conſ.223.col.fi.vol.1. Cæph.in conſ.144.nu.26. Nat-
ta, in conſ.104.nu.11. vbi dicit procedere inſpecta e-
tiam ratione. Alex.qui etſi in l. quæ dotis, contrariũ
teneat, quia nemo præſumitur iactare ſuum, & dona
tor cenſetur ſibi potius quam coniuncto conſulere.
tamen eius ratio ceſſat, quando talis donatio non
poteſt effectum ſortiri niſi poſt mortem. & hoc vo-
luit etiam Rol.in conſ.61.num.49. vol.2. & cum hac
opinione tranſit Simon de Pret. d.ſolut.14. num.18.
ratione ergo magnæ amicitiæ dicendum eſt donatio
nem hanc eſſe inter viuos, non cauſa mortis.
Quarto, D. Nouellus in eo inſtrumento dicit do-
nare ſe omni meliori modo, via, & forma, quibus de
iure potuit, & poteſt, ſibique licuit, & licet: quæ clau-
ſula operatur, vt actus, qui non poteſt eo modo vale-
23 re quo fuit factus, valeat † alio modo. Bal.in l.vinũ,
col.7.ff. ſi cert.pet. vbi dicit, quod hæc clauſula non
reſtringitur ad ſpecificata. Bald. & Imola, in l.cum
pater, §.filijs matrem, ff.de leg.2. Fulgoſ. in conſ.43.
colum.2.verſ.rurſum. Imola, in l.nemo poteſt, col.3.
ver.hoc dictum tamen fortiter, ff.de leg.1. Butr.in c.
examinata, circa mediũ, de iudic. Alca.in conſ.112.
nu.1.vol.3. vbi dicit, vtile non vitiari per inutile; ſi in
diſpoſitione poſita eſt clauſula, omni meliori modo,
allegat multas deciſ. & infert, quod ſi pater in præ-
mium emancipationis vel aliàs, omni meliori modo
aſſignauit quædam bona filio, valebit aſſignatio, e-
tiamſi emancipatio ſit nulla. Soc.in conſ.173.nu.1.in
fin.ver.& prędicta, & nu.4. vol.2. vbi quod virtute di
ctę clauſulæ actus non reſtringitur ad modum ſpeci-
ficatum. Curt.iun.in conſ.169.nu.6. vbi citat multos
concordantes. Gozad.in conſ.45.nu.26. Pariſ.in con
ſil.60.num.26.vol.2. Crau.in conſ.326.nu.15. Nat.in
conſ.453.num.13. Cæph.in conſ.41.nu.16. latè Card.
Mant.d.tract.lib.12.tit... nu.19. ſed latiſſimè Simon
de Pret.in eod.tract.lib.2.interp.2.dub.1.ſol.4.num.
1.& ſeq. vbi plures ponit effectus d.clauſulæ, & præci
puè facit valere, vt nuncupatium teſtamentum, quod
fuerat factum in ſcriptis. Et in terminis, quod dona-
24 tio cauſa motis tranſeat in donationẽ inter † viuos,
quando donans voluit actum facere omni meliori
modo, &c. voluit Corn.in conſ.289.col.8.ver.item a-
liàs in ardua, vol.4. vbi dicit, quod non poteſt melio-
ri modo donari quam inter viuos. Ruin. in conſ.52.
nu.4.vol.1. Pariſ.in conſ.90.col.2.vol.3. Crau.in con-
ſil.214.col.fin. Rol conſ.8. nu.24.vol... Sim.de Pret.
d. ſol.14. nu.27. & quod illa clauſula faciat valere a-
ctum eo modo quo melius poteſt fieri, ponit ętiam
Aret. in conſ.17.nu.6. Bertran.in conſ.125.nu.7.vol.
4. Curt.iun.ferè in terminis, in conſ.81.nom.3.
Quinto, extat iuramentum, quod actum ſui natu-
ra reuocabilem, facit irreuocabilem, & operatur, vt
25 actus valeat omni † meliori modo quo poteſt. Bart.
in l.1.§.ſi quis ita, ff.de verb. oblig. & ita in terminis
tenet Bero.in conſ.4.nu.16.vol.1. vbi allegat Bald.&
Alex. Simon d.ſol.14.num.32. vbi allegat Iaſ.in con-
ſil.169.vol.4. Addo Bal.in conſ.108.nu.9.vol.3. ſuper
hoc tamẽ fundamento non facio magnam vim, quia
multi ex Doctor. loquuntur, quando vltra iuramen-
tum extat pactum de non reuocando.
Sexto, in præſenti caſu extat clauſula, ad haben-
dum,

dum,tenendum, &c. quæ operatur, quod donatio ſit
26 inter † viuos, vt tenet Rolan.in conſ.61.nu.48.vol.2.
vbi allegat Bald.in conſ.108. in fin. vol.3. qui tamen
in meo codice hoc non dicit,allegat etiã Io.Andr.ad
Spec.qui non hoc dicit. & facit,quia d.clauſula videt̃
transferre in donatorẽ facultatẽ alienandi bona do-
27 nata, † vt probatur ex his quæ ponunt Bart. & Doct.
in l.qui Romæ,§.duo fratres,ff.de verbo. oblig.præci-
puè,cũ non fuerit poſita in executiuis, ſed in diſpoſi-
tiuis,vt latè probat Do.Bec.in conſil.88. ferè per to-
tum. Latè etiam deciſ. Pedem.164.per totam.

Septimo,ſi res eſſet dubia,adhuc haberemus intẽ
tum:quia ſiue dubium ſit iuris,ſiue facti,vt quia hinc
28 inde ſint cõiecturę,præſumitur donatio † inter viuos,
glo.Inſtit.de don. poſt princ. per quam ita dixit Bal.
in conſ.107.col.3.verſ.præterea quãdo eſt dubiũ,vol.
2.Rol.in conſ.61.nu.29.vol.2. Clar.in tractat. don.q.
4.ver.ſed quęro,vbi loquitur qñ non eſt facta mentio
mortis. ſed idẽ eſt qñ de morte fit mentio, quia ſecũ-
dũ regulã, quicunque donat, vr̃ dñium transferre in
donatarium,& eſt text.in l.1.§.1.ff.ſi quis in frau.pa-
tro. probans, quod qui dicit donõnem factã fuiſſe cã
mort.& non inter viuos, tenetur probare illã. ad hoc
citat Iaſ.in l.quæ dotis,nu.26.ff.ſol. mat.& nu.27.di-
cit ſe cõſuluiſſe ſępius,quod in dubio donõ præſumi-
tur inter viuos,& hoc ſuadetur:q̃a etſi donõ videatur
29 facta cã mortis, tñ leuis coniectura † facit recedere
ab illa præſumptione,vt inquit Cor.in conſ.289.col.
8.verſ.itẽ aliàs in ardua,vol.4. vbi ponit exemplũ,qñ
dictum fuit,quod donat liberè, omni meliori modo,
alicui,pro ſe,& hæredi.Crau.in conſ.214.col.fin.Rol.
d.conſ.61.nu.28.vol.2. Simon de Pret. d.ſol.14.num.
31.in facto verò noſtro,multa concurrunt indicia, nã
donõ eſt facta cum iuramento, omni meliori modo,
perſonæ valde dilectæ, adhibitis duobus teſtibus tã-
tũmodo,quæ oĩa plurimũ vrgẽt:quinimò,vt dixi,ſuf-
ficeret cõiectura deſumpta à num. teſtiũ adhibitorũ.

Poſtremò, interuenit duplex actus in ipſa donatio
ne:primo,pactum donatoris:ſecũdo ſtipulatio nota-
30 rij,facta ad cõmodũ donatarij, & † duo vincula ma-
gis ligant,cap.1.de treg.& pa.l.penult.§.ſi vero,C.de
adopt.dixi conſ.31.nu.6. & actus geminatus eſt ma-
gis efficax,l.Baſilla,ff.ad Treb.& in terminis eſt text.
qui ꝓbat, quod vbi præter pactũ donatoris interue-
31 nit ſtipulatio donatarij,dicatur donõ inter † viuos,l.
cũ maritus, §.fin.ff.de pa. do.quem ita intelligit Bar.
in l.q̃ dotis,nu.3.verſ.ſed cõtra iſtud,ff.ſol.matr.& il-
lũ tex.dicit ad hoc ſingularẽ Aret.in conſ.74. num.3.
ver.ſcđo moueor,vbi hãc opin.defendit cõtra Imo.&
Alex.qui Bar.repugnabãt,& intellectum Bar.probat
Iaſ.in d.l.q̃ dotis,nu.38.q̃ ſubdit deciſ.illius text.eſſe
ſingularẽ, præcipuè ſi vltra duos illos actus cõcurrat
ſanguinis coniũctio,q̃a ea facit,vt facilius præſuma-
tur donõ inter viuos,& ſtipulatio nõ ſolũ confirmat,
ſed auget primã cõuentionẽ, & vult fortius hoc pro-
cedere,ẽt ſi ſtipulatio eſſet nulla, vt qñ ſoror ſtipula-
tur pro fratre: quia ẽt ſtipulatio nulla ſufficit ad de-
mõſtrandũ voluntatẽ partiũ.& quod dicimus de ſti-
pulatione partis,procedit ẽt in ſtipulatione notarij,
vt voluit Soc.in cõſ.53.nu.4.verſ.cõfirmantur prædi-
cta,vol.1.vbi dicit tex.in d.l.cum maritus,§.fi.eſſe ſin-
gularem,& deciſ. Bart.in d.l. quæ dotis, eſſe ſingula-
rem.Boer.in deciſ.353.num.11.Simon d.ſolut.14. nu.
17.& qđ donõ in ſtipulationẽ deducta ſit inter viuos,
& nõ cã mortis, licèt facta ſit ſub commemoratione
mortis, videtur ẽt tenuiſſe Ang. in conſ.179.nu.5.in
fi. verſic.nunc deſcendo ad ſecundum,vbi dicit,quod
etſi dubium ſit inter Doctor. an donatio ſit contra-
ctus nominatus vel innominatus, tamen quando eſt
deducta in ſtipulationẽ,dr̃ contractus nominatus.&
32 facit, quia ſtipulatio licet non obliget in plus, † tñ
obligat efficacius,l.miles,§.decẽ,vbi Doct.ff.de re iu
dic.& ideo ſi interpoſita ſit ſuper actu reuocabili, vt
eſt contractus noĩatus, facit eũ irreuocabilẽ,l.ex pla
cito,C.de rer.perm.ita declarat Alex.i rub.ff.de ver.
obl.& in l.ſtipulationes nõ diuidũtur, ff.eo.ti.in l.1.
ff.de pact.Rui.in cõſ.115.nu.15.& 16. vol.1.vbi dicit,
quod ſtipulatio facit actũ irreuocabilẽ, & infert, qđ
mandatum non põt reuocari,qñ deductum eſt in ſti-
pulationem,Rol.in conſ.8.nu.40.vol.1.Confirmatur
ex eo quod vult Bar.in l.cum quis decedens, §.codi-
cillis,ff.de leg.3.vbi inquit,quod etſi cõfeſſio facta in
33 teſtamento poſſit reuocari, † tñ ſi pars ſtipuletur vel
notarius pro ea erit irreuocabilis.Bal.conſi.467.vol.
3.Cuman.conſil.61. Butr.& Abb.in c.fi.de ſucceſſ.ab
inteſt.Soci.in conſ.294.nu.1.vol.2.Ruin.in conſ.169.
nu.12.vol.2.Rip.in cõſ.121.nu.9. Bero.in cõſ.45.nu.
14.vol.2.Duran.de arte teſt.tit.6.cau.6.nu.2.Natt.in
cõſ.73.nu.6.Ceph.in conſ.85.num.32.& poſſent aliæ
deciſiones adduci ad demõſtrãdũ q̃ ſtipulatio facit
actũ irreuocabilẽ q̃ ſui natura ſit reuocabilis; & hoc
vr̃ tenere in propoſito Caſt.in l.non oĩs,nu.5.ff.ſi cer.
pet.dicens,quod nõ eſt reuocabilis,qñ eſt acceptata.

Præmiſſis aũt nõ reſiſtit quod ſupradictũ eſt dona
tionem eſſe cauſa mortis, ex quo facta fuit timore
mortis,& inſtantis periculi,q̃a ex ſupra deductis col
ligitur rõſum, vt ſcilicet procedat, qñ valere põt vti
donatio cauſa mortis, ſed hæc ob defectum ſolennis
numeri teſtiũ nõ põt in cauſã mortis ſuſtineri. Item
procedit,qñ alia indicia nõ ſunt in contrariũ,hic ve-
rò multa concurrunt,vt dixi. eodẽ modo reſpõdetur
ad illa verba, titulo donationis cauſa mortis, &c.
q̃a licèr donator, ita dixerit, tñ voluit ſe reſtringere
ad illã donationis ſpeciẽ,ſed addidit ſe donare om-
ni meliori modo,via,iure,& forma,&c. nulla aũt me
liori forma potuit donare quã inter viuos, quia illa
eſt efficacior donatio quã ſit donatio cauſa mortis.

Et quãuis in dubio actus talis præſumatur qualis
denominatur à partibus, tñ magis ſolet conſiderari
34 effectus † quã denominatio,l.ſi vno,in prin.ff.locati.
l.inſulam,ff.de præſcr.verb.& dicit Bal.in rubr.C.de
iu. emph. quod contractus iudicandus eſt ab effectu,
non à nominatione contrahentiũ.Rom.in conſ.509.
101.dub.& dicit Alex. in conſ.117.nu.7.& ſeq.vol.3.
quod non inſpicimus nomen contractus, ſed illius
effectus,vt cognoſcamus,qualis ſit,ſeq. Dec.Rui.Alc.
Rub.& Nat.quos citat D.Ber. in conſ.35. nu.3. & di
cit Bar.in l.cotem ferro,§.qui maximos,ff.de public.
quod conſideranda eſt ſubſtantia cõtractus non ver
balis denoĩatio,Bald.in l.Imperator, col.3.ff.de ſtat.
hom. & dicit Ang.in l.illud,§.tractari,ff.de iure codi
cil.quod ſi in ſcriptura legatur inſtitutio hæredis, di
cetur teſtm̃,licèt ibi dicatur talis volens facere codi
cillos.ſeq.Alex. in conſil.141.circa fin.vol.1. Crot.in
conſ.93.nu.5.& ſeq.Præterea, contrariũ locũ hẽt, qñ
poteſt valere eo modo quo fuit denominatus,ſed vbi
eo modo non poteſt valere, ſuſtinetur alia via, quan
do diſponens expreſsè ſtatuit quod valeat oĩ melio-
ri modo, vt dicimus de teſtõ habente clauſulam co-
dicillarem:quia ſi poteſt ſuſtineri vti teſtamentũ,nõ
35 ſuſtinetur iure † codicillorum, nec tranſit in aliam
ſpeciem,vt vult Bar.in l.1.q.7.nu.11.ff.de iu.codicill.
quem ſequuntur Bal.Ang.Caſtr.Soc.& Decius,quos
citat idem tenens Craue.in conſ.34.num.4.& in con
ſil.66.nu.1.vbi teſtatur de communi.

Ex his ſatisfactũ eſt motiuo quod dicebatur,q̃ ſi eſt
donatio cauſa mortis,eſt nulla ob defectum teſtium,
& propter euaſionẽ periculi:quia,vt dictum eſt,ſuſti

Digitized by Google

netur tanquã donatio inter viuos oon cã mortis. Re
ſpoodeo etiam ad id,quod dr̃ reuocari donarionem
ipſo iure,qñ donator euaſit periculum cuius timore
donauerat, hr̃e locũ,quando ſolo timore periculi do
nauit:ſed in facto noſtro D.Nouellus declarat ſe nõ
ob illã ſolam cãm dunare,quod ſuſpicaret̃ de immi-
nẽti periculo, ſed ẽt,quia ſic ſibi ſacere placuit,& pla
36 cet. † propterea ceſſat ratio,quæ ſolet Doct.oiouere
ad dicendũ,qđ ſublato periculo reuocat̃ donatio:qa
cã donationis non ceſſat ceſſante periculo, cum alia
cã quam periculi mortis ſit,& ſimilem clauſulam põ-
derat Corn.in d.conſ.289.col.12.ver.& inſuper ſi qd
meretur,vol.4. ad diuerſum tamen effectum, vt ibi.
Secundo reſpondeo,quod contrarium non proce-
dit, qñ eſt facta mentio mortis in donatione: nam
tum licet donans euaſerit periculum, non reuocatur
37 donatio,niſi expreſsè actũ ſit.† ita declarat Dec.in l.
non omnis,num.5.ſi cert.pet.Huic tamen reſponſio-
ni non inſiſto, quia Doctor.communiter tenent coo
trarium ibi,vt eſt videre apud Iaſ.& Alcia.& de com
muni teſtantur Modern. Additionatores ibi.
Reſpondeo tertio, qđ tunc non reuocatur ipſo iu-
re,qñ non ſimpliciter fit mentio mortis,ſed eius effe-
ctus in tutũ confertur poſt mortẽ, quia tunc ſuſtine-
tur tanquam ſimplex legatum,& ideo ſicuti legatum
38 † factu à teſtatore exiſtẽte in aliquo periculo, nõ re-
uocatur ſequuta liberatione,ſecundũ Caſtr. & Iaſ.in
l.non oĩs,ff.ſi cer.pet.& eſt tex.in l.fi. C.de poſth.hæ-
red.inſt.vbi not.Bal.& alios ibi citat Alex.& in l.ſan
cimus,C.de teſta.Corn.in conſ.68.col.6.vol.2.ita nõ
39 reuocatur donatio, † vt eſt tex.in l.Marcellus,§.fin.&
in l.etſi debitor,in fi.ff.de donat.cau.mor.& in termi
nis ita decidit Cuma.in d.l.Marcellus,§.Paulus.enm
refert & ſeq.Dec.in d.l.non oĩs,nu.5. deciſ.Ped.118.
per totam,& ita quoq; in eodẽ caſu voluit Crauet.in
conſ.poſito poſt Ped.dec.122.& loquũtur hi duo, qñ
extat vt in præſenti facto,clauſula,ad habendũ,tenẽ-
dum,& diſponendũ,poſt mortem.& pro hoc facit qđ
dicit Caſtr.in d.l.non oĩs.nu.5.inquiens, quod vbi fit
abſenti donatio,cenſetur vltima volũtas,& ideo per
conualeſcentiam ooo reuocatur, licet ſecus ſit,qñ fit
præſenti & acceptanti.ſequitur Gomeſ.d.c.4.nu.19.
qui poſt Caſt. dicit eſſe valde notandum,& mẽte te-
nendũ:ſi enim facta abſenti non reuocatur,multo mi
nus debet reuocari ſacta præſenti, cum præſentia po
ſita ſit ad augendum robur donationis, & proinde
non poſſit operari diminutionem,l.legato inutiliter,
ff.de leg.3.facit l.quod fauore,C.de legib.hæc autem
dicta ſunt ad abundantiam,quia donatio de qua tra
ctamus,ſuſtinetur ioter viuos,non cauſa mortis.
Non obſtat ẽt arg.deductum à donatione inter vi
uos,facta cum quinq; teſtibus: quia reſpondeo, noo
eſſe parem rõnem:nã coniectura,quæ ſumitur à pau-
ciori teſtiũ numero,non eſt æquiuoca,ſed certa,quia
ſoli donationi inter viuos conuenit,quæ fieri põt co-
ram duobus tm̃ teſtibus:ea verò,quę ſumitur à nume
ro quinq; teſtium,non eſt certa,quia põt æquè dona-
tioni inter viuos cõuenire ſicut donationi cã mortis,
ex quo maior numerus teſtium põt adhiberi,ad ma-
gis ſolennizandum actum, proinde arg.ab oppoſitis
40 † ſtante diuerſitate rationis,nõ valet,vt probat Rip.
in Rubr. ff.de acquir. poſſeſſ. nu.6. & ita in ſpecie re-
ſpondet Natta in conſ.104.nu.14.& ſeq.Card.Mant.
d.tit.13.num.18. Simon de Pret.dicta ſol.14.nu.29.
Defectus aũt inſinuationis non inficit præſentem
41 donationem,quia iuramentũ ſupplet † eius vices,&
donationem ſuſtinet non inſinuatam, ſecundũ opin.
Io.And.ad Spec.in tit.de inſtr.edit.§.porrò,addit.vl-
tima,quæ eſt ab omnibus recepta & communis,vti te-
ſtantur Corn.Soc.Iaſ.Claud. Dec.Curt. Ruin.Pariſ.
Gra.Soc.iu.Bertr.Rip.Dilect.Tiraq.Bello.Alba,Alc.
Duen.Crau.& alij citati à Claro, in tract.don.q.18.
qui ſubdit,eſſe canonizatam tã apud Leg.quã Cano-
niſtas.Cur.iu.in conſ.81.nu.6.vbi ferè in noſtris ter-
minis loquitur.Et in terminis,qđ non obſtante inſi-
nuatione valeat ſimilis donatio,voluit Bero.in conſ.
53.num.16.vol.1.ceſſat igitur defectus ioſinuationis
oppoſitus propter vim iuramẽti præſtiti à donatore.
Quod verò dicebat̃,donationẽ contẽtioſã non poſ
ſe ẽt inter viuos ſuſtineri, qa ſit facta de oĩbus bonis
pñtibus & futuris, id facit rẽ maximè dubiã,& meo
iudicio pondus præſentis conſultationis in hoc arti-
culo reſidet, veru reſolui vr̃ omnis difficultas ex in-
fraſcriptis.& Primo,negando donationem contine-
re futura,quinimò,intelligi ſolũ de pręſentibus:quia
dicit donare oĩa bona mobilia, & immobilia,ſe mo-
uentia,iura,& actiones,de futuris aũt nullum verbũ,
42 donatio aut omnium † bonorũ reſtringitur ad præ-
ſentia,& non extenditur ad futura, arg.l.ſi ita, ff. de
auro,& argen.leg.per quem tex.hoc voluit Bartol.in
conſ.108.nu.2.vol.2.dicens,talem donationem vale
re,quia non comprehẽdit futura, & hoc ẽt voluit gl.
in l.fi.C.de pact.vbi Bal.nu.19.dicit eã valere,& non
auferre facultatem teſtandi,quia poterit donans te-
ſtari de acquirendis.ita quoq; tenent Bar.& alij oẽs,
in l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig.
& alios citat Iaſ.in conſ.5.nu.8. vol.3. vbi dicit, non
eſſe ab hac opinione recedendum in iudicando vel
cõſulendo.Dec.in conſ.225.nu.4.vbi dicit,quod Do-
ctores cõmuniter ſequuntur gl.in d.l.fi.Ruin.in conſ.
129.num. 2.& 4.vol.1.Bertr.in conſ.320.nu.8. vol.4.
Crau.in conſ.139.ou.4. & 7. vbi dicit,quod appella-
tione bonorum nũquam veniunt futura, quando agi
tur de graui præiudicio.communem dicit Clarus de
donat.q.19.nu.4.Menoch.in conſ.101.nu.23.qui di-
cit eſſe generale, non ſolum in donatione, ſed etiam
in quacunque alienatione.D.Becius ad Iaſ. d.conſil.
num.8.Suarez.Recep.ſent.in ver.donatio.178.& hoc
multo magis verũ hoc caſu,qñ in donatione non ſim
pliciter fit mentio oĩum bonorum,ſed dr̃, omnia bo-
43 na ipſius D.Bernardini.hic enim genitiuus † impor
tat dominiũ,Bar.in rubr.de ope.nou.nunc. vbi Alex.
nu.15.Iaſ.nu.4.Crot.num.28. Ruin.num.8. Niconit.
num.140.& Horman. nu.18. Butr.in c.accedens, ex-
tra,vt lit.conteſt.Rom.in conſ.180. in fi.Alex.in con-
ſil.54.nu.2.vol.5.Soc.in conſ.74.num.9.vol.1.Crot.in
conſ.36.num.29.ita vt donare videatur ſolum bona,
quę tempore donationis erant in eius dominio,vt in
ſpecie inquit Alex.in conſ.171.nu.3.vol.6. vbi dicit,
quod in legato tertiæ partis omnium bonorũ ipſius
teſtatoris, veniunt ea ſola quæ erant tempore teſta-
menti in dominio ſeu quaſi teſtatoris,per doct.Bart.
in l.ſi ita,ver.ſecũdo eſt videndum,ff.de auro, & arg.
leg.Ruin.in conſ.65.nu.4. vol.2. Pariſ.in conſ.22.nu.
31.vol.2.Gozad.in conſ.82.nu.7.qui omnes loquun-
tur in legato.& Natta in conſ.291.nu.5.qui loquitur
io donatione.& idem eſſet ſi donator dixiſſet de om-
44 nibus bonis ſuis, quia illud pronomẽ † reſtringitur
ad tempus præſens,& non includit futura,vt probat
tex.in d.l.ſi ita, in l.medico,in l.Quintus, §.argento,
ff.de auro & arg.leg.Bal.in conſ.377.num.3.vbi vult,
quod in ſubſtitutione proximorum, includuntur ſo-
lum qui erant tempore teſtamenti. Alber. in l.in le-
ge,de contrahen.empt.latè Menoch.in conſil.97.nu-
mer.72.Simoo de Pret.in tract.de coniect. vltim.vo-
lunt.lib.4.interpret.9.nu.34.Cum ergo donatio non
ſit ſimpliciter facta de omnibus bonis, ſed de bonis
ipſius Do. Nouelli donatoris, reſtringi debet ad ea,
quæ

Digitized by Google

quæ tunc habebat, non autem extendi ad futura, &
pro hoc facit quod voluerunt Salic. & Richard. in l.
fin. nu. 7. C. de pact. vbi licet ipſi ex alio contrarium
teneant, concludunt pronomen (meum) appoſitum
donationi reſtringi ad præſentia.

Nec huic interpretationi aduerſantur illa verba
donationis, poſt mortem D. Bernardini, quæ viden-
tur extendi etiam ad bona futura: quia reſpondeo,
opinion. Saliceti hoc tenentis in d. l. fi. eſſe falſam, &
donationem omnium bonorum poſt mortem intelli
45 gi † ſolum de præſentibus, vt donatio ſuſtineatur, &
ita voluerunt Pet. & Cin. in d. l. fin. per tex. in l. ſi tibi
mandauero, §. id cuius, ff. mand. l. fin. §. qui indiuiſam,
ff. de legat. 2. hoc etiam voluerunt Bar. Bal. & Caſt. in
d. l. fi. vbi Alex. nu. 3. dicit magis communem opinio-
nem, & Imo. in Rubr. extra de teſtam. Imo. in l. ſtipu-
latio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. qui ait, qđ
illa clauſula, poſt mortem, non intelligitur vt inclu-
dantur bona acquirenda vſq; in tempus mortis, ſed
vt poſt mortem donaturus habeat bona, quæ dona-
tor nunc habet, & cum eo tranſit ibi Alex. nu. 14. ver.
nó obſtat quod qualitas. Iaſ. in conſ. 5. nu. 19. ver. quin
to facit, vol. 3. Curt. iun. in conſ. 81. nu. 1. Bero. in con-
ſil. 53. nu. 11. vol. 1. Dec. in conſ. 578. nu. 7. in fin. Clar.
de donat. q. 1 n. nu. 7. qui tamen dicit, quod tali dona-
tione non obſtante, poteſt donator alium inſtituere
hęredem, quod tamen eſt falſum, quando donatio eſt
inter viuos. Turzan. comm. opin. 83. Eman. Suarez. in
ſuo Theſauro recep. ſent. in verſi. donatio, num. 179.

Porrò, licèt dicatur in inſtrumento, quod donat
bona quæ reperientur tempore mortis, quo caſu in-
cludi vidētur futura, vt innuit Alex. in d. l. ſtipulatio
hoc modo concepta, nu. 14. & Bero. d. conſ. 53. nu. 11.
tamen res aliter ſe habet, quia non fuit intentio par
tis donare futura, ſed præſentia tãtum, & ea quidem
non abſolutè, & indiſtinctè, ſed ſub conditione, ſi re-
perientur tempore mortis, vt ſit ſenſus, quod donat
omnia bona præſentia, ſi tamen ea reperientur tem-
pore mortis, qui Intellectus probatur ex illo relati-
uo, (quæ) & (quas) cuius natura eſt reſtringere diſpo
46 ſitionem præcedentem, † quando adijcitur qualitati
quæ non conuenit cuilibet de genere, & ponitur ſine
copula, Bar. in l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. & in l.
cunctos populos, vbi Sign. Salic. Caccial. C. de Sum.
Trin. & fide Cathol. cum alijs per me citatis in conſ.
5. nu. 100. Cum ergo dixit donare omnia bona, &c.
ac omnes actiones, quæ & quas reperientur tempore
mortis, intellexit de illis iuribus quæ tunc habebat,
ſi tamen ea reperitentur tempore mortis: nam dictũ
47 relatiuum importat † etiam conditionem, l. nuper,
in fi. ff. de leg. 3. Bar. in l. 1. nu. 28. verſ. quandoq; iungi
tur, ff. de cond. & dem. & in l. Stichum qui meus erit,
vbi Iaſ. ff. de leg. 1. Alex. in conſ. 120. nu. 5. vol. 1. Ruin.
in l. 1. §. nunciatio, nu. 191. ff. de op. nou. nunc. Goz. in
conſ. 40. num. 9. Alc. in conſ. 431. nu. 3. Rol. in conſ. 58.
num. 13. vol. 3. Cæph. in conſ. 144. num. 36. deciſ. Ped.
171. nu. 4. hic autem intellectus ſumi debet ad ſuſti-
nendum donationem, per ea quæ ſupra dixi; aliud eſt
autem donare bona præſentia & futura, aliud dona-
re bona, quæ reperientur tempore mortis.

Secundo reſpondeo, quod illa verba (quæ & quas)
non referuntur ad bona mobilia, & immobilia, ſed
ad iura & actiones: dixit enim, quod donat omnia bo
na mobilia & immobilia, animaliaq; per ſe mouen-
tia, & hic nihil ponit quod reſpiciat futurũ, ſed con-
tinuato ſermone ſubdit, ac iura, & actiones reales,
perſonales, &c. quæ & quas reperientur in eius bo-
nis tpe mortis: ea ergo verba, (quæ & quas reperien
tur) referri debent ad iura & actiones, non autem ad
mobilia & immobilia, vel ſe mouentia: proinde ſuſti
netur donatio, ex quo licet contineat iura & actiones
futuras, non tamen continet mobilia, immobilia, ac
ſe mouentia acquirenda, ſed ſolum ea, quę tunc habe
bat, & ſupererant donatori mobilia, immobilia, ac ſe
mouentia futura, de quibus poterat teſtari. & ita in
terminis conſiderat Bertr. in conſ. 320. nu. 8. & 9. vol.
4. vbi ait, quod verba ſui thematis denotantia futu-
ra bona, referēda ſũt ad iura, & actiones vltimo loco
poſitas in donatione, non aũt ad bona mobilia & im
mobilia, de quibus donator fecit primo loco mentio
48 nē: quia clauſula in fine poſita, † nó refertur ad om-
nia præcedentia, quando eo modo actus redderetur
nullus. Bar. in l. cum ſeruus, ff. de cond. inſtit. in l. talis
ſcriptura, ff. de leg. 3. gl. & Bar. in l. iure vulgari, ff. de
dote præleg. Imol. Rom. Aret. Alex. Card. Lanc. Dec.
Iaſ. Fel. Dec. Curt. iun. & Ruin. quos citat & ſequitur
Ant. Gabr. com. opin. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 9. nu.
10. Alc. in tract. præſumpt. reg. 3. præſumpt. 34. nu. 4.

Tertio reſpondeo, ꝙ ētſi illa clauſula foret referen
da ad oĩa præcedentia, tñ non includerentur in ipſa
donatione iura in futurũ acquirenda, quæ tñ non cõ-
peterent ad bona immobilia nec mobilia, vt ſunt ſim
pliciter nomina debitorũ: proinde cũ poſſet donator
teſtari de iuribus prędictis, ideſt, de nominibus debi
torũ, remanet valida donatio, & non dicitur de om-
nibus bonis præſentibus & futuris: quia non adimit
facultatē teſtandi. gl. & Doct. in d. l. fi. C. de pact. in l.
ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. Clar.
d. q. 19. nu. 2. Quod autem ea iura non includat, ex eo
probatur, quod donantur non indiſtinctè oĩa iura &
actiones quæ reperientur, ſed iura & actiones, quæ &
quas (vt verbis vtatur præciſis) tpe mortis D. Bernar
dini in eius bonis vbicunq; reperientur. regulariter
49 enim iura † non circumſcribuntur loco, l. cuius, in
princ. ff. de leg. 2. l. 2. C. de præſcript. longi tēp. Bar. in
l. poteſt pupillus, ff. de autho. tutor. ideo donatio om
niũ bonorum mobilium, & immobiliũ, præſentium,
50 & futurorum, vbicunq; poſita ſint, eſt valida: † quia
non includuntur nomina debitorum, quibus nó con-
ueniũt verba illa, vbicunque, &c. ita Aret. in conſ. 54.
nu. 3. circa fin. ver. ſed alia rõne noua. Iaſ. in l. à Diuo
Pio, §. in venditione, nu. 7. ff. de re iud. vbi inquit ſe ita
conſuluiſſe. idem dicit in l. ſtipulatio hoc mó conce-
pta, nu. 21. ff. de verb. obl. & refert ſic conſuluiſſe Bal.
Hoc ēt tenuit Soc. in tract. fall. reg. 108. nu. 2. Cotta.
in Mem. incip. bonis publicatis, & in Memo. incip.
nomina. Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 7. nu. 9. 26.
& 29. Arius Pinell. in Rub. C. de bon. mater. in 1. p. nu.
13. & l. ſi vnquam, in ver. bona, nu. 13. C. de reuoc. do-
nat. & non dicatur qđ Dec. in conſ. 30. nu. 5. ver. quar
to nó obſtat, vult illa verba, vbicũque, nihil operari,
qñ expreſſa facta eſt mentio de iuribus, & eum ſeq.
Bero. cóſ. 53. nu. 9. vol. 1. Bened. in c. Raynutius, ver. ce
tera bona, nu. 8. de teſta. quia reſpõdeo, expreſſam il
lam mentionem iurium verificari in iuribus, quæ at-
tribui, & applicari poſſunt ad mobilia & immobi-
lia, vt ſunt ea quæ dantur ad rem mobilem vel immo
bilem conſequendam, ſed non poſſe verificari in ijs,
quæ non attribuuntur mobilibus vel immobilibus,
quia eis non conueniũt illa verba, vbicunq; reperian
tur, ex quo non continentur certo aliquo loco, & non
ſint ſub prædicamento loci, & cui non conueniunt
verba, ei quoq; non conuenit diſpoſitio, l. 4. §. toties,
ff. de damno infecto. D. Bec. conſ. 112. num. 3. & talia
ſunt ſubiecta, qualia demonſtrant prædicata. Old. in
conſil. 60. & dixi in conſ. 34. num. 40. nam ex actioni-
bus aliqua iudicantur mobilia & immobilia, ſi ad
rem competant mobilem vel immobilem, alia verò

tertiam conſtituunt ſpeciem bonorum, quando non
51 dantur ad rem mobilem, vel immobilem,† vt probarunt Iac. de Aret. Bartol. & Alc. in l. mouentium, ff. de verb. ſignif. Bar. in l. poteſt, ff. de auth. tutor. cum alijs multis quos citat Tiraq. de retractu conſang. §. 1. glo. 7. nu. 15. vbi nu. 17. dicit hanc diſtinctionem eſſe nedum communiorem, ſed etiam veriorem, quia illæ actiones, quæ dantur ad genus vel ad quantitatem, ſemper conſtituũt tertiam ſpeciem bonorum de per ſe, proinde, nu. 26. & 29. reprehendit Bened. qui in d. ver. cetera bona, nu. 8. dicebat actiones venire, quando ſub vniuerſali oratione fit mentio de bonis vbicunque exiſtentibus, poſtquam fuit dictum de bonis mobilibus, & immobilibus, & idẽ vult in l. ſi vnquã, in ver. bona, nu. 13. in fi. & Pinell. in Rubr. C. de bon. mat. par. 1. nu. 15. dicit opinionem Bened. procedere in inſtitutione in qua hæres datus in rebus certis, conſequitur omnia per ius accreſcendi, ſi non datur cohæres: & ſecus eſt in donatione, ac alijs diſpoſitionibus particularibus, & ibi nu. 12. aliter declarat, & quod actio iudicetur mobilis vel immobilis, ſecundum rem ad quã cõpetit, voluit etiam Gomeſ. de cõtract. c. 10. nu. 2. Cũ igitur relinquũtur iura vbicunq; exiſtentia, intelligendũ eſt his quæ dantur ad mobilia vel immobilia, ſeu verius ad certam ſpeciem, non aũt quæ dantur ad genus. Et pro hoc facit, quia etſi in
52 donatione omniũ bonorum veniant iura † & actiones, l. nomen, C. quæ res pign. obligari poſſ. cum alijs apud Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in ver. bona, nu. 8. verſ. ſed nũc quærimus, & nu. 9. Pinell. in d. Rub. C. de bon. mat. in 2. par. nu. 1. & 2. tamen ſi dicatur de omnibus bonis vbiq; exiſtentibus, non venient iura & actio-
53 nes, l. Caius, † vbi notat Imo. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1. ff. de ſtat. hom. alios plures citat Tiraq. in d. verſ. bona, nu. 13. & gl. 7. nu. 25. & ſeq. Latè Pinell. d. p. 1. nu. 10. qui nu. 14. dicit hoc locum vendicare, nõ obſtantibus quibuſcũq; generaliſſimis verbis adiectis: quia quęcunq; fingantur verba cum relatione ad certum locum, numquam conueniunt nominibus debitorum, quæ nullo ſunt in loco. & hac ratione reprehendit Imo. & Rom. in l. fin. ff. de donat. videmus ergo, quod vbi verba ſunt apta ſignificare actiones, illæ tamen non includuntur, quando fit relatio ad locum, proinde, vbi fit mentio de actionibus & iuribus, cum ea relatione reſtringi debet diſpoſitio ad iura quæ poſſunt circumſcribi loco, vt quanto minus fieri poteſt, lædatur verborum proprietas; & hæc interpretatio facilius ſumenda eſt vt donatio ſuſtineatur, quæ aliàs corrueret, ſi iura omnis generis includerentur, per ea quæ ſupra dixi.

Quarto reſpondeo, quod ſi omnia iura eſſent incluſa, non tamen ideo donatio eſſet inualida tanquã facta de omnibus bonis, & auferens facultatem teſtandi: nam aduertendum eſt, quod hæc donatio nõ ſumit exequutionem ſtatim, ſed poſt mortem, interim autem donator percipit fructus, ergo non aufert facultatem teſtandi, poterit enim donator teſtari de fructibus, quos cenſetur reſeruaſſe, vti dicimus de donatione omnium bonorum præſentium & futurorũ,
54 reſeruato † vſufructu, quæ non eſt à iure improbata, ex quo poteſt donator teſtari de fructibus ſibi reſeruatis. Abb. in conſil. 102. col. 2. vol. 2. ſequitur Alexan. Aret. Socin. Iaſ. Socin. iun. Bertrand. & Ripa, quos citat, & ſequitur Roland. in conſil. 65. num. 5. volum. 1. Clar. de donat. quæſt. 19. nu. 8. vbi poſt Didac. quem citat, dicit eſſe communem. Nam etſi videatur quod in donatione bonorum futurorum veniant fructus reſeruati, tamen vere non veniunt in diſpoſitionem donantis, quidquid dixerit Caſtren. in l. fin. num. 10. C. de pact. eum enim reprobat Alex. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 18. dicens, quod fructus reſeruati non veniunt in donatione bonorum futurorum, allegat, quod ibi tenuit Bar. qui vult, quod valida ſit venditio omnium bonorum præſentium, & futurorum: quia cenſetur reſeruatum precium de quo poterit teſtari; ita ergo erit in donatione omnium bonorum præſentium & futurorum collata poſt mortem, quia donator poterit teſtari de fructibus in vita perceptis, perinde, ac ſi ſibi vſumfructum reſeruaſ-
55 ſet toto tempore vitæ ſuæ, & in terminis † ita reſpondet Ruin. in conſil. 51. num. 24. ver. ſecundo reſpondetur, volum. 1.

Quinto reſpondeo, quod ſaltem donatio ſuſtineri debet quoad præſentia, licèt non valeat quoad futura, non enim debet, qđ vtiliter diſpoſitũ annullari &
56 vitiari per † inutile, c. non debet, de reg. iur. in 6. l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. oblig. vbi Doctores omnes, §. ſed neque, in Auth. de non alien. vel permut. reb. eccleſ. Tiraq. de retractu conuent. in fi. nu. 143. & in terminis quod talis donatio ſuſtineatur in pręſentibus,
57 † voluit Bar. in conſ. 108. nu. 2. ver. ſed ſi adijceretur, vol. 2. quia ſi facta fuiſſet ſimpliciter de omnibus bonis, valeret: idem ſi facta eſſet de omnibus bonis pręſentibus, ſicuti ẽt valeret ſi eſſet facta de omnibus bonis futuris, de per ſe, ergo valere debet quoad pręſentia, licèt ſimul facta ſit de præſentibus & futuris, ex quo ſumus in his quæ poſſunt ſeparari. idem voluit Aug. in cõſ. 106. nu. 1. vbi dicit, quod bona futura poſſunt à præſentibus ſeparari, ergo inutilis mẽtio futurorũ non debet vitiare donationẽ præſentium. Alex. in conſil. 152. nu. 9. verſ. præterea, vol. 6. & in conſ. 83. nu. 17. ver. & ſimiliter, vol. 2. in l. quæ dotis, nu. 11. ff. ſol. mat. Salic. in l. fi. nu. 8. C. de pact. vbi *dicit, procedere* hoc, qñ ſpecificè facta eſt mentio de præſentibus & futuris: quia tunc duę videntur donationes, quarum vna ſi corruat, non vitiat alteram, ac ſi ſingulæ diuerſo actu, & ſemper factæ eſſẽt. Sequitur ibi Dec. nu. 36. allegans tres rationes: quarũ prima eſt, quod in præſentibus, ceſſat ratio prohibitionis: ſecunda, quod facta eſt primum mẽtio de præſentibus, ergo in eis debet ſuſtineri: tertia, quia fieri debet interpretatio vt actus valeat, non vt pereat, & ſubdit, quod hæc pars maiorem habet æquitatem; & cũ hac ſententia tranſire videtur Crot. d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, nu. 99. Marſ. Sing. 517. vbi dicit eſſe menti tenendum. Ruin. in conſ. 51. nu. 24. in princ. vol. 1. Bertran. in conſil. 320. num. 8. vol. 4. allegat idem voluiſſe Richard. de Salic. in d. l. finali. Huius quoque opinionis fuit Gomeſ. de contract. c. 4. nu. 22. in fine, vbi tenet cum Alexand. in d. l. quæ dotis, num. 11. Et non obſtat contraria ratio, quod non poſſit donatio magis ſuſtineri in futuris quam in præſentibus: quia reſpondetur, quod præſentia fuerunt primo loco donata, vt inquit Dec. d. l. fina. & licet ordo literæ non ſoleat attendi,
58 tamẽ quando dubia eſt diſponentis intentio, † declaratur ex ordine ſcripturæ. Din. Ang. & Imo. quos citat, & ſequitur Euerard. loco primo, verſ. ſecundum quod nolo ſe ſcire, quia quod prius eſt in voce, præſumitur eſſe in ſenſu, l. ſi ſeruus communis ita, in fine, ff. de ſtipulat. ſeruo. & quod prius eſt ſcriptum præſumitur prius eſſe factum, & ordo ſcripturæ deſignat ordinem voluntatis, vt inquit Bald. in l. quoties, in princip. ff. de vſufructu, & demonſtrat ordinem intellectus, ſecundum Bal. in prima conſt. Digeſt. num. 5. & latè ponũt Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6. titul. 13. num. 11. Simon de Pret. in eod. tractat. lib. 2. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. . . . nu. 10. & ſeq. Cum igitur dubium ſit quam maluerit diſponens valere do-

natio-

Digitized by Google

nationem, credendum eſt inſpecto ordine ſcripturæ, quod potius voluerit valere in bonis mobilibus, & immobilibus, præſentibus, quę primum donauit, quã in iuribus & actionibus futuris vltimo loco donatis. Et hæc opinio procedit ſine dubio inſpecta donatione de qua agimus, quandoquidem in ea donantur primum bona mobilia, & immobilia, deinde animalia, & ſe mouentia, & poſtremo loco iura & actiones, quo caſu inquit Bart. in conſ. 108. quando certa bona primum donantur, deinde verò omnia bona præſentia, & futura, ſuſtinetur donatio in bonis primo loco donatis, & hoc voluit in fortioribus terminis Sal. d. l. fin. nu. 8. & Dec. d. conſ. 30. in fine. tot enim videntur eſſe donationes quot ſunt donationis capitula, vel
59 res donatæ, vti dicimus de ſtipulatione, † l. ſcire debemus, ff. de verbor. obligat. & tot cenſentur præſentationes, quot actus præſentationũ. Lap. alleg. 8. Dec. in conſ. 542. nu. 6. & tot ſententię quot capitula. Dec. in conſ. 345. nu. 3. dixi in conſ. 101. nu. 4. Ex prædictis ergo videtur veriorem eſſe opinionem, quod donatio ſuſtineatur in præſentibus, licet corruat quoad futura; leuiſſima eſt enim ratio qua mouentur tenentes contrariã ſententiam, quod ſcilicèt dubium ſit quorum bonorum ſuſtineatur donatio.

Poſtremò, vbi hæc ſententia patiatur aliquam dubitationẽ, redditur tamen clara accedente iuramento, cuius virtute ſuſtinetur actus, prout melius valere poteſt. Cum ergo valere poſſit in præſentibus, mentio futurorum bonorum haberi debet pro non appoſita,
60 † ita contrarias ſententias conciliat Aretin. in conſ. 54. colum. fin. verſicu. amplius etiam credo. Bauer. in tract. de virt. iuram. col. 2. num. 7. vbi dicit eſſe ſummè notandum ad limitationem eorum quæ ponuntur in l. ſtipulatio hoc modo concepta. hoc etiam probauit Ruin. in conſ. 51. nu. 24. in princ. vol. 1. Bertr. in conſil. 320. nu. 8. vol. 4. & in prædictis locis Aret. & Bertran. reſpondent, quare magis ſuſtineatur in præſentibus quam in futuris, quia ſtante iuramento, fit interpretatio contra donantem, & licet dicat Caguol. in d. l. fin. communem opinionem eſſe in contrarium, tamẽ eſt falſum eius dictũ: quia nemo ex Doctoribus hoc inquit, ſed ſolum quod donatio omnium bonorum præſentium & futurorum non confirmatur iuramento, ſed loquuntur quoad hoc, vt valeat in totum, tam reſpectu futurorum, quam etiam reſpectu præſentiũ, vt benè aduertit Ruin. in d. conſ. 51. num. 24. quod ſi hæc procedut ſtante iuramento, multo magis locum habebunt in pręſenti facto, in quo vltra iuramentum cõcurrit clauſula expreſſa à donante, quod vult donationem valere omni meliori modo, ita, quod actus dicitur ſeparabilis voluntate partium, & geminatio plus operatur, l. Baliſta, ff. ad Trebellian. Accedat, quod fieri ſemper debet interpretatio vt actus valeat, vt ſupra dixi.

Dicẽdum eſt igitur, donationem prædictam ſuſtineri tãquam factam inter viuos, & reſtringi ad bona mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia, quæ donator habebat eo tempore, non autem includere futura, & vbi extendatur ad futura, intelligi ſolum de iuribus, & actionibus, nũ etiã de mobilibus & immobilibus, vel etiam reſtringi ad iura, quæ dãtur ad rẽ mobilem vel immobilem. atque ita exiſtimo iuris eſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Alienare qui non poteſt, non etiam poteſt tranſigere.*
2 *Pater non poteſt alienare aduentitia filiorũ. Fallit nu. 22.*
3 *Pater tranſigere non poteſt remittendo alij rem filiorum.*
4 *Adminiſtrator ciuitatis nõ poteſt rẽ remittere tranſigẽdo.*
5 *Alienare videtur qui rẽ poſſidenti remittit. Fallit nu. 25.*
6 *Pater non poteſt tranſigendo dimittere rem filiorum tertio poſſidenti. Contra num. 24.*
7 *Prælatus trãſigendo nõ põt rẽ eccleſiæ poſſidẽti dimittere.*
8 *Pater non tranſigit de re filiorum niſi faciat vtiliter.*
9 *Tranſactio reſcinditur propter enormiſſimam læſionem.*
10 *Tranſactio ſuper alimentis non valet etiam inter alimentarios. Fallit num. 42. & 43.*
11 *Tranſactio de re certa & liquida non valet.*
12 *Tranſactio non ſuſtinetur quando lis erat ſolum de facto. Sed contra num. 51.*
13 *Negatio facti apparentis non facit rem dubiam*
14 *Senex primo mori præſumitur quam iuuenis.*
15 *Incertitudo non iuſtificat contractum quando dubium non eſt æquale.*
16 *Tranſactionis exceptio eſt litis finitæ, impedit ingreſſum & remedium attentatorum.*
17 *Exceptio dominij incontinenti probata, impedit miſſionẽ, ex l. fin. C. de edicto Diui Adrian. tollen.*
18 *Tranſactioni qui innititur, habet intentionem fundatam.*
19 *Tranſactio in dubio præſumitur quòd valeat.*
20 *Pater poteſt de aduentitijs filij tranſigere ſine decreto & ſolennitate.*
21 *Pater alienat ſine decreto, & ſolennitate aduentitia filij in caſibus permiſſis.*
22 *Pater poteſt vtiliter alienare bona aduentitia filij.*
23 *Feudi alienatio facta in augmentum feudi, valet inconſulto Domino.*
24 *Pater tranſigendo poteſt rem filij dimittere poſſidenti.*
25 *Alienare nõ videtur qui tranſigendo rẽ dimittit poſſeſſori.*
26 *Pater plus iuris hẽt ĩ aduẽtitijs filij quã tutor vel prælatus.*
27 *Tranſactio dicitur vtilis eo ipſo quòd à lite receditur.*
28 *Decretum iudicis præſumitur pro decreto.*
29 *Pater præſumitur melius ceteris conſilium capere pro filio.*
30 *Pater in re filij tenetur eam adhibere diligẽtiam quam adhibet in rebus proprijs.*
31 *Alienatio rei eccleſiæ ſuſtinetur ſi ſit ex opinione alienationis vtilis.*
32 *Futurum omne deſpicitur, ſuadent præſentia fructum.*
33 *Læſio æſtimatur ſecundum tempus contractus.*
34 *Minor qui omiſit probationes, non dicitur læſus ſi tunc teſtes non habebat.*
35 *Precij pars dicuntur pacta in contractu inito appoſita.*
36 *Valor rei minuitur propter onera adiecta.*
37 *Vſusfructus æſtimatur ſecundum ætatem vſufructuariæ. Limita num. ſeq.*
38 *Vſusfructus æſtimatio fit ſecundum euentum.*
39 *Valor conſtituitur ex fructibus viginti annorum.*
40 *Contractus habetur pro vtili, quando poteſt ſe habere ad commodum & ad damnum.*
41 *Tranſactio iudicatur vtilis ſi poteſt ad vtramque caſum accommodari.*
42 *Tranſactio ſuper alimentis valet, ſi fiat vtiliter.*
43 *Tranſactio ſuper alimentis valet, quando præſtatio mutatur ſolum.*
44 *Tranſactio fit etiam ſuper re certa, quando datur pecunia.*
45 *Arbitrator poteſt rem communem vni ſoli aſſignare dando alij pecuniam.*
46 *Arbitrator poteſt vnum ex ſocijs cogere ad vendendum alteri ſuam partem.*
47 *Solennitas non interueniſſe probatur ex lectura inſtrumenti, quando ante inſtrumentum non potuit adhiberi.*
48 *Nattæ conſ. 543. num. 36. reprobatur.*
49 *Minor reſtituitur pp vexationes etiamſi dãnum nõ ſubſit.*
50 *Compromiſſo eſt locus in cauſa inſtrumenti quando reuocatur in dubium.*
51 *Tranſactio valet etiam quando lis eſt de facto.*
52 *Factũ inſpicimus quòd ſit de facto, ſi ceſſet euidẽs calũnia.*
53 *Negatio euidenter calumnioſa non facit rem dubiam.*

CONSILIVM CCCCLI.

TRANSACTIONIS exceptio quam
Magn. Do. Iacobus della Nuce oppo
ſuit contra Magn. Do. Carolú Catre
tam, agenté nomine D. Io. Franciſcæ
ſuæ filiæ, nõ videtur obſtare, quia pa
ter non põt pro filio traoſigere; qui
1 enim non põt alienare,† non poteſt tranſigere, l. 1. ff.
de off. procu. Cæſar. ibi, venditionis vel tranſactionis
cauſa, l. non ſolum. ibi, ſed nec tranſactionis ratione,
C. de pręd. mino. Abb. in c. cõtingit, de tranſact. Caſt.
in l. cũ ij, §. tranſactiones, ff. de tranſact. Doct. in l. 1. C.
ſi aduer. tranſac. Iaſ. io l. fi. nu. 122. C. de iure emphyt.
Tiraq. de retractu conſang. §. 1. gl. 14. nu. 60. & pater
2 bona aduentitia filiorũ non põt alienare,† eſt tex. in
l. 1. C. de bon. mat. vbi not. omoes, & ponit ibi Pinel.
pat. 3. nu. 18. Natta in conſ. 660. nu. 2. & quamuis ali-
qñ poſſit pater tranſigere, tamen hoc eſt verum, quan
do retineret rem, & daret pecuniã, alias aũt non põt
3 rem † remittere, quę eſt filiorum aduentitia, vt ponit
Bal. d. l. 1. nu. 2. C. de bon. mater. ſequitur Tiraq. d. §.
primo, gl. 14. ou. 68. in fi. & idem eſt in prælato, qui re
tinendo ré, poteſt in cauſa eccleſiæ tranſigere. Abb.
& alij, in d. c. contingit, de tranſact. idem in admini
4 ſtratore † Ciuitatis, vel ẽt Principis, glo. in l. nulli, vbi
eam ſequitur Bar. & alij omnes, de trãſact. Quinimo
pater non poteſt tranſigẽdo remittere actionem ad
rem quæ poſſideatur per alium: quia ſicuti habens
actionem videtur rem ipſam habere, l. qui actionem,
ff. de reg. iur. ita remittens actionem videtur remit-
5 tere ipſam rem, & qui poſſidenti rem † dimittit, vi-
detur illam alienare, l. quædam mulier, ff. de rei vẽd.
l. ſi ſponſalibus, §. ſi mulier, ff. de iure dot. Dec. in l. 2.
C. de tranſac. Tiraq. d. glo. 14. nu. 66. in fi. & nu. 69. &
6 alibi ſæpè, & per has rõnes † ita in propoſito cõcludit
Pinel. d. l. 1. par. 3. nu. 45. C. de bon. mat. & in prælato
7 vel adminiſtratore, † voluit Barto. in d. l. nulli, ff. de
tranſ. vbi tenet, quod ſi res poſſideatur per aliũ, præ-
latus non poteſt illam dimittere. ſequitur Iaſ. ibi, &
Pinel. allegat Curt. iun. Caccialup. & alios.

Quod ſi dicamus patri licere tranſigere de re im-
mobili filiorum, id eſt intelligendũ, quando pruden
ter & vtiliter tranſigit, quia ita ei commiſſa eſt bo-
8 norum aduentitiorum adminiſtratio,† vt agat vtili-
ter, l. generaliter, §. negotia, C. de ſecund. nupt. facit
tex. in l. 1. C. de bon. mater. l. præſes, C. de tranſact. &
in ſpecie ponit Bald. in conſil. 448. in fi. vol. 1. vbi in-
quit, tum demum de tranſactionem ſuſtineri, ſi cau-
tè & vtiliter fecit. Natta conſ. 543. nu. 40. & ita dicit
ſeruandum in pract. Pinel. d. l. 1. par. 3. nu. 46. verſi. in
praxi autem. At in propoſita quæſtione non videtur
vtilis trãſactio, tum, quia per eam alienata fuere im-
mobilia bona hæreditatis, quæ fuit à Dom. Secundi-
no de iuuenibus relicta Dominæ Io. Franciſcæ, tum
etiam, quia pro aureis ſeptingentis, & bonis Sancti
Stephani, quæ erant valoris aureorum trecentum, in
circa, remiſſa fuere bona valoris aureorum quatuor
mille, quo caſu, etiam ſi tranſactio eſſet mero iure va
lida, poſſet tamen Do. Io. Franciſca agere ad illius
reſciſcionem, ſtãte enormiſſima læſione: nam etiam
in tranſactiooe habet locum remedium l. 2. C. de re-
9 ſcind. vend. quando læſio eſt enormiſſima, † non ſolũ
in modica ſupra dimidiam, ſed ẽt in maxima quao-
titate, ſecundũ Corn. io conſ. 27. col. 4. vol. 4. Dec. in l.
2. C. de tranſac. Soc. iun. in conſ. 129. nu. 48. vol. 1. Cra
uet. conſ. 151. nu. 26. Ant. Gabr. com. opi. lib. 3. tit. de
empr. & vend. concl. 1. nu. 69. & præter eos Pariſ. con
ſi. 12. ou. 102. vol. 2. Rub. cõſ. 71. col. 2. Gram. deciſ. 66.
nu. 44. Natta cõſ. 548. nu. 12. Roder. Suar. in alleg. 22.
nu. 8. Similiter quod non fuerit vtiliter geſta, aut pru
denter, probatur: quia in ea tranſactione patet renũ
ciauit legato alimentorũ quod fuerat durãte vſufru
ctu D. Georgetæ vxoris factũ D. Franciſcæ, & tamen
certũ eſt, quod ſuper futuris alimentis tranſigi non
10 põt, † l. cũ hi, ff. de tranſac. ẽt inter ipſos alimẽtarios,
vt ibi, in §. ſed ſi pluribus, vbi Bal. & alij, Iaſ. in l. volũ
tas, in fi. C. de fideicõ. Rurſus fuit imprudẽter geſta:
quia lis erat ſolũ de alimentis, de legato, & de nõnul
lis alijs quæ non concernebant ſubſtantiã totius hæ-
reditatis, & tranſactio facta fuit de tota hæreditate,
ideo non valet, quia vbi non eſt lis, ibi non cadit trã-
ſactio, & ſuper hæreditate nõ erat lis, imò D. George
ta vſufructuaria, admittebat & palã in iudicio confi
tebatur hęreditatem ſpectare ad D. Io. Franciſcam,
11 & tranſactio † de re certa & liquida non valet, l. Lu-
cius, §. fi. ff. de admi. tut. l. pactũ curatoris, C. de pact.
l. præſes, C. de tranſac. gl. in l. de qua re, ff. de tranſac.
poſſit ſuccedere niſi ſecūdum patris voluntatem, quo
5 caſu dicitur diſpenſatio,nou † legitimatio, Caſtr.in l.
adoptiuum,§.patronum, ff.de in ius vocan. Alexan.in
conſi.189.nu.2.vol.5.Garzias, in l.Gallus,§. & quid ſi
tantum,nu.283.vbi Galiaul.nu.88.de libe. & poſtum.
vbi etiam Crot.nu.73.idem voluir Alciat.d.l.2.nu.47.
Silua.in conſi.45.nu.38.Oddus conſi.1.num.33. & 38.
quare negari non poteſt, quin ſtricta fiat interpreta-
tio,etiam quando reſpectu perſonæ, vt in præſenti ſa-
cto plena eſt legitimatio. Alc.in conſi.201.nu.3. Car-
pan.ad ſtatut.Mediol.c.456.nu.23.vbi ſuſtinet limita
tam legitimationem dici diſpenſationem.

Augetur difficultas:quia in priuilegijs Apoſtolicis
ampliatur quidem poteſtas conceſſa à Cæſare reſpe-
ctu Comitum, & Baronum, ſed nihil dicitur in eis de
Marchionibus & Ducibus. vnde, quoad eos viderur
denegata ſacultas:quia incluſio vnius, eſt excluſio al-
terius,l.cum prætor,ff.de iudic.c.nonne,de præſumpt.
& concedens vnum ex pluribus, videtur cetera omnia
6 denegare,† l.tribunus,§.fin.ff.de teſtam.milit.vbi Bal.
& Cuma.extendunt ad alia multa & exornat latè Be-
cius,in conſi.55.uu.22.Rol.conſi.61.nu.11.vol.3. ſacit
Bar.in l.etſi ſine,§.quod Papin.nu.1.ff.de minor. vbi ēt
Bal.Ruin.conſi.129.nu.8.in 3.Rim.iun.conſi.37.num.
24. & priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, præcipuè
7 qñ ſnot contra ins † commune,cap.priuilegia,diſt.3.l.
ius ſingulare,ff.de legib.Becius in conſi.32.nu.10.

Non repugnantibus tñ præmiſſis,arbitror legitima
tionem ſuſtineri, ſiue Imperiale priuilegium a Fede-
rico III. conceſſum,ſiue confirmationes, & conceſſio-
nes Leonis X. & Clem. VII. maximorum Pontificum
intueamur, Imperatoris enim priuilegiū facultatem
tribuit legitimandi quoſcunque,atque ita vniuerſali-
ter oēs,nullo excepto: vniuerſalis namq; ſermo nihil
excludit,l.1.vbi Doctor.ff.de leg.1.dictio,quoſcunque
includit etiam eos qui nō propriè,ſed impropriè ſunt
8 tales.† Bal.in l.quicunque,C.de ſeru.ſugit.vbi vniner-
ſitatem vult venire ſub nomine cuiuſcunque perſonæ,
licet vniuerſitas propriè non ſit perſona.Alex.in conſ.
17.in fin.vol.6.Barbat.in conſil.48.col.antepen.vol.4.
& conrinet quoque maiora expreſſis, cap.ſi tibi abſeo
ti,vbi Archid.in c.quicunque, de præben. in 6. & dicit
Luc.de Pen.in l.fin.in princ.C.de exacto.tribut.lib.10.
quod dictio quæcunque,effrenata eſt, quia nullo conti
netur freno quo minus oia comprehendat. latè ponit
Cęph.in conſi.351.nu.55.Decian.in conſi.44.nu.15.in
4.vol.vbi latiſſimè agit.Tiraq.de retractu conſang.§.1.
gl.7.num.20. & ſeq. vbi infinitos cumulat authores id
cōprobantes,qui inferunt ad particulares deciſiones,
& de illa dictione,quibuſcunque,latè ponit Nicol.In-
tringlio. de feud.q.50. nu.127. & ſeqq. ſacultas igitur
quæ de quibuſcunque loquitur, includit ēt filios prin-
cipum,qui ſint naturales,vel aliter nati illegitimè.

Secundo Imperator cōcedit ſacultatem legitiman-
di etiam nobiles & nobilium filios, vt ibi expreſsè di-
citur, & ponderando in reſolutione contrariorum, &
quamuis nobiliū appellatio inferatnr ad eos qui com
muni hominum æſtimatione nobiles reputantur, ſe-
cundum glo.in c.nonnulli, de reſcript. tamen vbi Prin
ceps vel Imperator facit mentionem de nobilibus,in-
telligi debet de Comitibus,Baronibus & alijs viris il-
9 luſtribus,† ſecundum gl.in c.grandi,de ſupplenda ne-
glig.prælat.in ſexto,vbi Gemin.id no.ideo Caſtr. in d.
l.ex ſacto,§.ſi quis rogatus,nu.7.ff.ad Trebel.dicit, qđ
in priuilegio legitimandi,ſi filij nobilium ſint excepri,
non prohibetur Comes legitimare filium vnius nobi-
lis Veneti,vel Florentini,debet enim intelligi priuile-
gium de nobilibus habentibus dignitatem, & ſigno-
riam,vr ſunt Duces, Marchiones, & Comites, & ratio
eſt: quia verba intelligi debent ſecundū conditionem
10 proferentis,† gl.in l.quid ſi nepotes,ff.de teſtam.tute.
l.1.C.de vſur. vbi verba prolata à perito, non intelli-
guntur ſecundum cōem vulgi mentem. Card. Mant.de
coniect.vlt.vol.lib.3.tir.5.nu.7. Decian.in conſil.2.nu.
42.vol.2. Imperator autem, eo maximè tempore quo
priuilegium conceſſit,nō conſueuerat nobiles appella
re niſi Barones, Comites, Duces, & ſimiles perſonas
ampla in dignitate conſtitutas. ideo priuilegium ſub
nominė nobilium eiuſmodi includit perſonas. ira lo-
quendo de Ponrifice, & de regula Cancellariæ conclu-
dit Barbat.in conſi.57.nu.5.6.& 7.vol.2. quare negari
non poteſt quin Comiti talis ſacultas competeret. Id
quod confirmatur ex alio: nam eiuſmodi priuilegium
conceſſum ſuit non viro vulgari,ſed egregio, qui erat
ſummi Pontificis ſororius & Cardinalis,ideo creden-
dum non eſt, quod eius poteſtas ſuerit ad nobiles re-
ſtricta,qni non babeant dignitatem & adminiſtratio-
nem. quinimo ea cenſetur poreſtas cōceſſa, quæ & coo
grueret, verba enim intelliguntur ſecundum cōditio-
11 nem perſonæ ad quam † referuntur,l.plenum,§. equi-
tij,ff.de vſu & habitatio. l.ſi ſeruus plurium, §.fin.ff. de
leg.1.l.cum alimenta,in princ.ff.de alim.leg.& digni-
tas eius in quem cōfertur priuilegium vel beneficium
12 operatur,vt latius extendatur conceſſio.† l.filius,ff.de
donat.l.plenum,poſt princip.ff.de vſu & babitat.l.ſed
etſi ſuſceperit,§.ſed & ſi proponas,& ibi gl.ff.de iudic.
& dicit rext. in l.ſi longius, in fi.ff.de iudic. quod pro-
pter dignitatem augetur vtilitas, & dicit Bald.in d.l.
filiusſam.ff.de donatio. quod conceſſum nobili,intelli
gitur pinguius fuiſſe conceſſum. Tiraq. in tract. nobi-
lit.c.20.nu.153.Natta conſil.626.num.19.ideo inquit
Bal.in l.1.nu.12. C. de legat. illud cenſeri relictum qđ
perſonæ congruit legatarij. Cardin.Mant. de coniect.
vlt.vol.lib.6.tit.11.ou.11. Cardinalis autem præſtan-
tia

tia quanta ſit, nemo ignorat, & ſi quis neſcit, videat
13 † Barba.in tract.de præſtant.Card.& Gondil.in tract.
de poteſta. Card.ſupremam enim oium dignitatū ob-
tinet poſt Pontificatum, ootatur in c.bonæ, de poſtul.
prælat.Decian.conſ.8.nu.63.vol.1.& eſt pars corporis
Summi Pōtificis,Hoſt.in c.dilectus,de præbend. & Re
gibus æquiparatur,quare non debet mirum videri,qđ
in conceſſione facta Cardinali Papæ coniuncto,ſub no
mine nobilium,veniant etiam illi qui dignitatem, iu-
riſdictionem,& poteſtatem habent.

Tertio, ſi priuilegia Pontificum attendamus, quæ
poteſtatem à Cæſare conceſſam ampliant, & confir-
mant,idem dicendū erit, quia explicitè in eis dicitur,
quod etiam illuſtr. Comitum & Baronum filios poſſit
legitimare,quibus verbis datur intelligi,priuilegium
ad eorum legitimationem extendi qui orti ſunt a pa-
rentibus habentibus ſignoriam,dignitatem, & impe-
rium, vt latius dicam in reſolutione poſtea contrario-
rum. Et aduertendum eſt, quod priuilegium non ſim-
pliciter loquitur de Comitibus & Baronibus, ſed de
eis cum qualitate illuſtrium, ideſt etiā ſi ſint illuſtres,
Pontifex autem neminem appellat illuſtrem, qui non
ſit maxima dignitate inſignitus, & amplum poſſideat
imperium, vt ſunt Germaniæ,& Italiæ Duces, propre-
rea priuilegium intelligi nō debet de ſimplicibus Co-
mitibus, ſed de digniorib. quales ſunt Comites Flan-
driæ,Tirolis,& ſimiles, qualitas enim verbo adiecta il
lud adeo qualificat, quod in diuerſa ſpecie reponit.
14 † Bart. in l.ſi quis poſthumo,§.ſi filius,in fi.ff.de lib. &
poſthum. vbi Iaſ.nu.51.Crot.conſi.50.num.8. Maſil.in
ſingul.520.& Gomeſ.§.in perſonam,nu.16.Inſtitu. de
action. Menoch.in conſi.35.nu.13.

Quibus ſic ſtantibus,nō obſtat quod in generali fa-
cultate legitimandi non veniant filij perſonarum no-
bilium, niſi ſit expreſſum: quia in facto noſtro id legi-
tur expreſsè in priuilegio Imperiali,dum dicit legiti-
mati poſſe quoſcunque etiam nobiles. Præterea licet
de nobilibus mentionem non faceret,illi tamen eſſent
incluſi ſub vniuerſalitate illorum verborum,quoſcun-
que,quæ includunt eos qui aliàs non venirent, vt pro-
baui in primo fundamento huius partis, & in ſpecie
dicit Archid. in cap. quamuis, de offic. ord. in 6. quod
etſi in generali diſpoſitione præſertim odioſa, non ve-
niant Cardinales, Reges, & alij in ſumma dignitate
conſtituti, tñ hoc fallit, quando diſpoſitio facit men-
tionem de perſonis ſub generali vocabulo, puta,cuiuſ
15 cunque ſtatus; † ſeq. Gomeſ.in procem.Reg.Canc.q.4.
nu.2.in fi.probauit Dec.conſi.44.num.15.Præterea,de
nobilibus expreſſa etiam fit mentio in priuilegijs Pon
tificum, adeo, vt de poteſtate non ſit dubitandum, &
vigore dictionis quoſcunque, dixit Præp. in cap. per
venerabilem, car.11.qui fil. ſint legitimi, quod etiam
16 infantes poſſunt legitimari, † ſequuntur plures apud
Pariſ.conſi.15.nu.53.vol.2.

Nec mouet quod Ducis perſona adeo excellat, qđ
egeat ſpeciali nota digna, proptereaque non veniat,ni-
ſi de ea ſpecificè diſpoſitio mentionem faciat; ad hoc
enim pluribus modis reſpondeo. Primo,quod verba
vniuerſalia ſicuti includunt Cardinales, & Reges,qui
Ducibus maiores ſunt, vt ſupra dixi, ita Duces non
eximunt. Secundo reſpondeo, quod in vniuerſali ſer-
mone venit etiam perſona priuilegiata,ſi tamen in ea
17 materia non reperitur ſpecialiter priuilegiata, † ſe-
cundum Bald.in l.omnes populi,in fin. verſ.item nota,
quod generale ſtatutum ff.de iuſt.& iur.per tex.in l.in
fraudem,ff.de teſtam.milit. Dec.in l.1.col.2.ff. de reg.
iur. vbi hoc modo declarat dictum Sal.in l.fi.C.de iure
dot. vt ſcilicet procedat,quando perſona habet ſpecia
le priuilegium in illa materia, aliàs verò & caſus, &
perſonæ priuilegiatæ comprehendantur.idem Dec.in
conſi.496.col.2.idem probarunt Ripa & Cotta, quos
citat & ſequitur Tiraq. de retractu conſang.§.1.gl.14.
nu.103. vbi dicit rationem eſſe, quia generalis conſti-
tutio non tollit priuilegium ſpeciale, niſi expreſsè id
dicatur,l.decurionib.vbi glo.Bart.& Io.de Plat. C. de
ſilent.lib.12.cum alijs multis per eum allegatis. idem
placuit Soc.iun. Cagnol. & Port. Imol. qui congerun-
tur à Lambertengo aſſerente communem, in tract. de
contract.cor.gl.21.nu.4.Mazol.in conſi.15.nu.14. Bur
ſat.in conſil. 32.nu.12. in materia autem legitimatio-
nis non reperitur in iure quod Marchiones aut Duces
habeant ſpeciale aliquod priuilegium, vltra quam ha
beant Senatores, Comites, & Barones, nam iura quæ
in nobilium filijs legitimationem abhorrent, loquun-
tur non de Ducibus, ſed de Senatoribus, Præfectis,&
alijs illuſtribus perſonis,& legitur in d.l.1.C.de natu-
ral.lib. in l.ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. & quamuis
18 valeat argumentū à minori ad maius negatiue,† quia
ſi non licet Senatori,multo minus licebit Duci,& Mar
chioni,cap.cum in cunctis,vbi glo.& Doctor.de elect.
Authen. Multo magis, C.de ſacroſ.eccle.c.inter corpo
ralia, in princ. & ibi Doct. de tranſlatio.prælat. Euer.
loco 65. in princip. tamen illud plus & minus non fa-
19 ciunt differre † ſpecie, l.fin. ff. de fund. inſtruct. l. ſca-
pham, ff.de euict. Natta in conſil.402. nu.16. Cephal.
in conſi.300.nu.11.nec reperitur plus Duci quam Co-
miti prohibitum filios ſuos legitimare.

Fortius dico,quod Doctores non bene deducunt ex
l.1.C.de natural.liber.quod priuilegium ſimplex non
ſufficiat pro legitimandis filijs nobilium,ſed requira-
tur maior authoritas,quandoquidē lex illa non loqui
tur de ſpurijs, ex quacunque muliere ſuſceptis, ſed de
illis tantummodo,quos genuere viri *Clariſſimi* ex vili
& infami perſona,qualis eſt *ancilla,liberta*,ſcenica,&
tabernaria, vel taliū filia, quia lex turpe duxit illuſtri
bus perſonis cum vilibus, & abiectis einſmodi fortu-
næ mulieribus ſe commiſcere, ſecus autem eſt in filijs
quos ex nobili muliere habuerint, vtitur enim textus
conditionali diſpoſitione, ſcilicet ſi filios ſuſceperint,
20 dictio,ſi,importat conditioné.† Bart.in l.1.ff.de cond.
& demonſt.vbi Soc.poſt gl. Bec.in conſi.41.nu.26.con-
21 ditio autem impleri debet in forma ſpecifica, † l.qui
hæredi,§.fin.ff.de condit. & demonſt. nec ſufficit æqui-
pollens. Alex.conſi.5.nu.3.vol.7.Rui.conſi.17.nu.3.in
3.vol.Ripa in conſi.90.nu.20. Natta conſil.624.nu.14.
Rol.in conſi.100.num.34.vol.2.hic autem non conſtat
quod ex ex tali muliere natus fuerit, quinimo, ſuppo-
nitur matrem habere nobili genere ortam,& ſi non ap
pareret, impugnanti legitimationem, eo quod natus
ſit ex vili perſona,& alleganti dictam legem incumbe
ret onus probandi,l.ei qui dicit,ff.de probat.& qui vti
tur lege aut ſtatuto, probare debet quod concurrant
22 omnes qualitates à ſtatuto requiſitę,† l.1.§.quod autē
ait prætor, vbi Bart.ff.ne quid in flumine publ. alios ci
taui in conſil.238.nu.1. non igitur ea lege, carnis ſim-
plex damnatur commixtio,ſed vilis ille coitus cum vi
li perſona, & propterea non deberent Doctores illam
legem trahere ad omnes filios ex quacunque muliere
ſuſceptos à viris illuſtribus; eam quoque ſententiam
non probat tex.in l.ſi qua illuſtris,quia loquitur in mu
liere,non viro,certum eſt enim, maiorem honeſtatem
exigi à muliere quam à viro, ideo illuſtrem mulierem
quæ ſe proſtituat,magis peccare, quia,

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto maior qui peccat habetur.

Parum autem facit quod dictū eſt,clauſulaq;,quoſ-
cunque nobiles,referri ad ipſos legitimandos, non ad
parentes eorum: nam de filijs nobilium expreſſit priui
legium,

Digitized by Google

legium, dum vult, quod legitimati à tali Comite, effi ciantur nobiles, ſi parentes eorum nobiles exiſtunt: ſupponit ergo, quod etiam filij nobilium poſſint legi timari, quia non aliter habere poſſunt parentes nobi les, & diſpoſitio quæ vnum præſupponit, cenſetur ſu per eo diſponere, ideo dicimus præſuppoſitum eſse ve
23 rificandum, † glo. in l. mancipia, in verſi. auocandum, C. de ſeru. fugit. Rom. ſingul. 495. dixi in conſ. 150. nu. 78. & vno conceſso, venit id quod ſine illo expediri
24 non poteſt, † l. ad rem mobilem, & l. legatum, ff. de ꝓcur. l. illud, ff. de acq. hær. Caroc. in c. cum quid, part. 2. in princ. ff. de reg. iur. in 6. & talia ſunt ſubiecta, qua-
25 lia prædicata † demonſtrant, l. qui vinum, ff. de vino tritico, & oleo leg. l. 3. vbi Bartol. ff. de fund. inſtruct. Oldrad. conſil. 60. dixi deciſ. 325. num. 10. Cum itaque Imperator diſponat, quod legitimati efficiantur nobiles, ſi pater erat nobilis, ſine dubio fatendum eſt, quod legitimati poſſint filij nobilium, & quod talis fuerit Imperatoris mens.

Idipſum ex alio claré oſtenditur: nam in priuilegio Imperator expreſſe derogat l. 1. C. de nat. liber. & l. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. cum ſua materia, quæ leges illæ ſunt quæ filios illuſtrium perſonarum prohibent legitimari, ergo patet, quod eos voluit poſſe legi timari, aliàs fruſtra legibus prædictis derogaſſet, cum
26 tamen nulla clauſula debeat eſſe ſuperflua, † l. ſi quan do, ff. de leg. 1. Bal. in Rubr. C. de contrah. empt. num. 9. Soc. in conſ. 2. num. 8. vol. 4. dixi in conſ. 127. nu. 9. ſtan te autem derogatione de qua in priuilegio, nô poteſt nunc diſpoſitio illarum legum allegari contra facultatem legitimandi, leges enim abrogatæ non poſſunt
27 ad deciſionem cauſarum allegari, † vt Inſtit. de ſucceſ ſio. ſublat. l. 2. C. de indicta vidui. tollen. & ſicuti exce-
28 ptio oſtendit quid ſub regula contineatur, † l. nam qđ liquidè, in ſin. ff. de penu leg. l. quæſitum, §. denique, ff. de fund. inſtruct. l. tribunus, §. fin. ff. de teſtam. milit. ita ea legum derogatio declarat quid comprehendatur ſub priuilegio, aliàs enim non conueniret, propterea impertinenter facta videatur, dicendū eſt, eos omnes legitimari poſſe quorum per leges derogatas erat prohibita legitimatio, vt derogatio illis aptari poſſit, & vbi non eſſet facta expreſſa derogatio dictarum legum, ſufficeret illa generaliſſima, quæ in priuilegio legitur, per quam decernit non obſtare quaſcunque leges ſpeciales, vel generales, & rurſus, dum dicit ſe ſpe cialiter, ſingulariter, & expreſſim derogare, eius enim clauſulæ tam amplis verbis conceptæ infinita eſt virtus, quia nulla remanet lex cui non fuerit derogatum, & ideo nihil legitimationi opponi poteſt quod non fuerit in priuilegio ſublatum, vt dixi ſupra.

Quatenus autem dictum eſt, hanc eſse diſpenſatio nem, non legitimationem, ex quo inter parentes non poteſt eſse matrimonium, reſpondetur, eam ſententiā eſse falſam, quoniam dicitur vera legitimatio, quādo Cæſar reſtituit ad iura naturæ, & nihil de matrimo nio diſponit, ſed tantum perſonam reſtituit, & natiui tatis maculam abſtergit, quamuis enim ad iura legiti ma reduci poſſit quis pluribus modis, & præcipuè per medium matrimonij, tamen omiſso etiam matrimo nio ſi reſtituatur à Principe, qui tollat differentiam le gitimitatis & illegitimitatis, quæ iure Ciuili non Ca nonico inducta fuit, is erit verè legitimatus, non autem diſpenſatus, & qui in contrarium fuerunt allega ti, loquuntur quando legitimans vellet fingere, vel ali ter diſponere ſuper matrimonio: vbi vero nihil de ma trimonio ſtatuitur, propria eſt & vera legitimatio.
29 † ita diſtinguit Aret. in l. ex facto, in princ. quæſt. 10. ff. de vulg. Anton. de Roſel. in tract. legitimatio. in §. vbi tractat de effectu legitimationis. Socin. in l. Gallus, §. ſi eius, nu. 5. verſ. ſed aduerte ſi iſta opinio, ff. de lib. & poſthu. Præpoſ. in c. per venerabilem, nu. 76. qui fil. ſint legit. & hanc partem allegando Bar. Bald. Caſtr. Alex. Cald. Innoc. Hoſt. & Io. Andr. dicit communem. Zuccard. in l. poſthum. num. 21. C. de contratab. vbi dicit, quod Imperator legitimādo filium eorum inter quos eſſe non poterat matrimonium, efficit eum verè legiti mum, quia non diſponit de matrimonio, ſed tollit iuris ciuilis impedimentum ſibi ſubiectum, & adducit quod Imperator legitimat inceſtuoſum, & filium clerici, qui erat in ſacris conſtitutus. Latè Ruin. in conſi. 75. nu. 14. vol. 3. latiſſimè hanc ſuſtinet concluſionem Rol. in conſ. 12. per totum, vol. 4. vbi nu. 61. verſic. non obſtat etiam, & pluribus ſeq allegando Iaſ. Rui. Goz. Soc. iun. & alios, ſuſtinet eſſe veram & propriam legiti mationem, quamuis per matrimonium filius non poſ ſet legitimari, & ſubdit, præſertim id verum eſſe, quan do legitimans habet à Pontifice poteſtatem. Alc. conſ. 207. nu. 2. vbi reſpondet contrario Caſtr. argumento quia ſecūdum eum ſi ratio Caſtr. vera eſſet, nulla eſſet omnis legitimatio facta à Cæſare, qui nullu habet ius ſuper matrimonio, ſed aliud eſt: quia et ſi filium ſacerdo tis legitimat, & dicit procedere contrarium, qñ filio remanente in ſuo illegitimo ſtatu, habilitatur ad aliqua, puta honores vel ſucceſſionem, tunc enim dicitur diſpenſatus, Gabr. conſ. 30. nu. 3. & ſeq. vol. 1. & nouiſſi mè hanc partem infinitis authoritatibus, & rationib. comprobat & defendit Eugen. Peruſ. in conſil. 53. per totum, vbi nu. 34. allegando Vincen. Paleot. Pariſ. Nat tam & alios, dicit eſſe magis cōem, & ſecundum eam iudicaſſe Rot. Rom. & conſil. Neapolit. exploſa opinio ne Caſtr. Dec. Lud. de Sardis, & aliorum.

Sicut non debet, dici diſpenſatio ex eo quod limita ta fuerit ſuccedendi facultas ad patris voluntatem, cum enim plena perſonæ reſtitutio ad primæua naturæ iura facta ſit, licet ius ſuccedendi limitatum fuerit, per hoc non deſinit eſſe propria, & vera legitimatio:
30 † nam ius ſuccedēdi eſt quid diuerſum & ſeparatum à legitimatione vt per Bart. in l. is poteſt, ff. de acq. hæred. ideo non limitat legitimationem, nec eam reponit in diuerſa ſpecie. Dec. qui ita diſtinguit, in conſil. 258. col. pen. verſ. non obſtat ꝙ ſucceſſio, procederent autem contraria qñ non legitimata perſona concede retur ſuccedendi limitata facultas, & idem voluit Capra in conſ. 157. nu. 26. Curt. ſen. conſ. 74. col. 16. verſ. ſecundo reſpondemus, vbi eodē modo reſpondet Rui. in conſ. 86. nu. 6. in 3. vbi contrarium reſtringit ad legi timationem collatiuam, non aut reſtitutiuam. Goz. in conſ. 6. nu. 36. & ſeq. vbi dicit, quod reſtrictio reſpectu ſucceſſionis, non reſtringit legitimationem, ex quo enim ſucceſſio eſt quid à legitimatione ſeparatum, nō bene infertur de vno ad aliud, cōprobat multis Pariſ. conſ. 7. nu. 15. & ſeqq. vol. 2. ſufficit enim ſcđm eum, qđ legitimatio ſit pleniſſima quoad perſonæ integritatē, licet ſit quoad ſucceſſionē limitata, dicetur enim plene & verè legitimatio. Marz. in conſ. 38. nu. 76. in 2. reſolut. Menoc. in cōſ. 306. nu. 25. vbi hoc modo reſoluit Gabr. in conſ. 30. nu. 4. vbi ſecundum hanc diſtinctionem intelligit Alex. & alios. in præſenti autem facto interuenit plena & perfecta, imò ampliſſima reſtitutio & reintegratio perſonæ quoad omnia quæ perſonam ipſam reſpiciunt, vnde quamuis ſuccedendi facul tas ſit ad patris voluntatem reſtricta, non deſinit eſſe legitimatio, nec tranſit in diſpenſationem.

Sed vbi etiam diſpēſatio diceretur, non legitimatio, adhuc tamen argumentum non concluderet, quia etſi legitimatio talium ſpuriorum ſit odioſa, tamē pri uilegium ipſum legitimandi eſt fauorabile, & largiſſi
31 mè interpretatur, † vt in facultate legitimandi ſpu rios

rios & inceſtuoſos ponit Bart.in l.2.nu.2.ff.de verbor.
obligiqui etſi à multis reprehendatur,quatenus dicit,
vigore talis priuilegij legitimari poſſe eũ qui ſpurius
eſt, & inceſtuoſus ſimul, tñ communiter approbatur
quatenus cõcludit, quòd talis facultas eſt fauorabilis
non odioſa nec ſtrictè interpretanda, per tex.in l.fi.ff.
de conſtit.princ.dicitur enim beneficium, vt per eum.
ſequitur Abb.in c.fi.nu.5.de Sim. vbi dicit notandum,
quod reſpectu eius cui conceditur poteſtas legitiman
di tanquam beneficium, recipit latam interpretatio-
nem, ſed vbi quis legitimatur ſeu diſpenſatur,fit ſtri-
cta interpretatio, idem voluit ibi Anan.nu.8. Alex.in
conſi.188.nu.17.vol.5.& in conſi.69.nu.1.vol.6. vbi di
ſtinguit inter legitimationem, & priuilegium ad legi-
timandum, per tex.in d.c.fi.idem probauit Bald.in d.
l.2.in princ. verſ. ſed ſalua reuerentia,vbi ponit ratio-
nem differentiæ inter legitimationem & legitimatũ.
Ang.in fi.vbi dicit quod gratia & poteſtas legitiman-
di benignè,& latiſſimè interpretanda eſt. Imol.col.2.
verſ. ſed aduerte, vbi ait, hoc fuiſſe de mente Archid.
idem probarunt Rom.& Alex.ibi,Soc.nu.14. vbi hanc
partem defendit ab impugnationibus Aret. Alc.num.
45. vbi quod poteſtas eſt fauorabilis, ſed eius exerci-
tium eſt odioſum, & ſubdit eſſe cõmunem opin. quòd
repetit Galiaul.nu.8.& Rui.nu.4.6.& 12. vbi ſimiliter
dicit cõem.Felin.qui allegat infinitos, in c.poſtulaſti,
vol.14.verſ.limita quarto, de reſcript. vbi quod largè
ſumitur,& in ea fit extenſio ad oĩa conſecutiua. Hanc
pariter communem dicit Bolognet.in d.l.2.nu.164. li-
cet videatur ipſe contraria amplecti. Dec.in conſi.76.
col.2. verſ.ſed tamen prædictis,& ibi addition.allegat
concordantes.Crot.conſi.325.nu.9.Eugen.in conſ.53.
nu.29.vbi addit Goz.& Zuccard. Quintil. Mandoſ.in
conſil.14.num.8. ex quibus omnibus conſtat hanc eſſe
cõem opinionem,quam ſequuntur tanquam indubita
tam Butr.Caſtr.Cuman. & alij citati à Iaſ. in d.l.2.nu.
4.in fin.ideo poſt Soc.dicit Galiaula,d.l.2.in princ.nu.
9.ꝙ priuilegium legitimandi extenditur ad feuda. ſe-
quitur Alc. nu.57. nos autẽ ſumus in interpretatione
priuilegij, an ſcilicet contineat facultatem legitiman
di filium Ducis,ergo in dubio intelligere debemus qđ
ſit comprehenſa. Et ex prædictis Doctorib. multi præ-
cisè loquuntur in diſpoſitione, quæ ſui natura recipit
ſtrictã interpretationem. & ea prædictis deſtruuntur
multa quæ in contrarium allegantur quibus ideo non
eſt opus ſigillatim rñdere, ſed cum fundata ſint ſuper
ea concluſione, qđ diſpenſatio ſit ſtricti iuris, nedum
non obſtabunt ſed patiuntur retorquutionem, quia ſi
fieri dēt larga interpretatio,verba priuilegij erunt am
plianda,vt nullũ caſum, & nullã perſonam omittant.

Vltimo non repugnat quod Pontifices augendo po
teſtatem Comitis eam reſtrinxerint ad Comites & Ba
rones,& nihil expreſſerint de Ducibus,& Marchioni-
bus,quia vt ſupra dixi,non reperitur in iure prohibita
legitimatio Marchionũ aut Ducum filiorum, niſi qua
tenus ſunt illuſtres,& nobiles; & hæc qualitas eſt pro-
hibitionis cauſa,ideo cum facultas legitimandi nobi-
les,& illuſtres perſonas fuit cõceſſa, ea includit etiam
filios Ducum,& Marchionum,quia ſicuti Duces & Co
mites veniunt appellatione nobilium,& illuſtriũ per-
ſonarum in materia prohibitiua legitimationis, quæ
tñ eſt odioſa, vt ſupra dictum fuit, ita venire debent
quando agimus de facultate legitimandi,quę eſt fauo
rabilis. & largè interpretanda. & quamuis Duces,&
Marchiones ſint Comitibus,& Baronibus nobiliores,
tamen plus, & minus non faciunt differre ſpecie, vt
dixi. & quemadmodum vinculum prohibitionis inie-
ctum eſt ſub nomine, & vocabulo nobilium, & illu-
ſtrium,à lege,vt in d.l.1.& d.l.ſi qua illuſtris, ita debet
eſſe ſublatum ſub vocabulo nobilium, & illuſtrium, à
Principe,Cęſare,& Pontifice, vt ſoluatur vnumquod-
que eo modo quo colligatum eſt,l.nihil tam naturale,
ff.de regul.iur.vbi Dec.& Cagnol. & princeps dicitur
32 lex viua in terris,† §.penult. vbi glo.in Auth. de Con-
ſulib.Iſern.in c.1.num.2.in fine,quid ſit inueſtit. alios
citaui in deciſ.2.num.23.

Secundo reſpondeo, quod hæc facultas venit am-
pliatiuè ad priuilegium Cęſaris,in quo poteſtas legi-
timandi quoſcunque nobiles fuerat conceſſa, vt dixi,
ergo intelligi debet ſecũdum priuilegium ampliatũ,
iuxta illud, quod lex noua recipit declarationem ab
33 antiqua,† l.prima, §.ex Falcidia,ff.ad leg.Falcid.glo.
& Bartol.in l.1.ff. de coniung. cum emancip. lib. Cra
uet.conſil.719.num.21.ſic dicimus,quod lex interpre-
tans intelligitur ſecundum terminos interpretatæ,
34 † l.nihil, de coniung. cum emancip.lib. §.1.in Authen.
de fil.ante dot. inſtr. nat. Deci. in l. culpa caret, num.
13.ff.de regul.iur. Cœphal. conſil.177. num.14. ſed in
priuilegio Cæſaris data eſt facultas legitimãdi quoſ-
cunque nobiles, ergo etiam filios Ducum, ea quo ſu-
pra probauimus priuilegium intelligi de filijs nobi-
lium ea ſubſequentibus verbis,& dictio,quoſcunque,
amplectitur maiora expreſſis; & magis in ſpecie id
probo ea eo quòd ponit Afflict. in conſtit.regni, lib.1.
Rubr.8. nu.69. vbi ait conſtitutionem prohibitiuam
loquentem de Comitibus,Baronibus,& militibus,in-
cludere Duces,& Marchiones,ſi verba hæc contineat,
& quibuſcunque alijs: quia verba ſunt vniuerſalia.
35 † Sequitur Marin.Freccia,de ſubfeud.lib.2. titu. quis
dicatur Comes,nu.42.in fine, folio mihi 102. vbi poſt
Barbat.& Rebuff.concludit,quod ſi fit mentio de per-
ſonis,cum generali illa nota, quibuſcunque, vel ſtatus
cuiuſcunque,veniunt Reges,& alij regulariter non cõ
prehenſi. Cum itaque veniant filij Ducum in priuile-
gio Cæſaris, multo magis venire debent in priuilegio
Pont.conceſſo, quòd fuit ad ampliandum, non ad re-
ſtringendum.

Tertio dico,quod etſi Dux vel Marchio ſub nomine
Comitis nõ includatur,tamen ſub nomine Baronum,
eſt incluſus: quia eſt Baro, licet maior ſimplici Baro-
ne,vt in terminis declarat Marin.Freccia in loco præ-
allegato,num.43.& ratio eſt: quia Baro largè ſumpto
36 vocabulo,dicitur Princeps,† vt voluit glo. Clem.1. de
baptiſmo.Freccia,d.tract.lib.1.de orig. Baron.num.5.
folio mihi 10. continet enim Baro feudatarios ſub ſe
ſicuti Dux vel Princeps,vt per Iſer.Afflic. & alios,in c.
1.§. ſimiliter, de Capit. qui cur.vend.Gram.deciſ.34.
nu.6.& ſeqq.Freccia loco pręcitato.Decian.conſil.31.
nu.147.vol.1. & quod Baro largo modo dicatur Prin-
ceps,voluit Nicol.Intringliol, de feud.q.8. num.132.
vbi allegat Cuman.in c.ſi aliquis,num.257.in ver. an-
tiquis,vbi etiam vult Came. quod Dux veniat ſub no-
mine Baronis, quia eſt maior Baro. & ideo cum Pon-
tifex dixit de Baronibus ſeu Baronum filijs, in mate-
ria fauorabili quæ recipit largam interpretationem,
intellexit etiã de Ducibus, & Marchionibus. & quod
ſub generali nomine Baronum veniant Principes,Du
ces,& Marchiones,ponit Rodulph.Schrader. de feud.
parte 10. in 1. ſectio. num.25. & 28. qui latiſſimè om-
nium,quos viderim, ponit excellentiam Baronum, &
multos allegans, vult, quod habeant regalem digni-
tatem,& poſſint omnia quæ Duces ipſi,ideo videndus
eſt omnino.

Quarto reſpondeo, quod Pontifex addendo clauſu
lam de qua ſupra, voluit augere facultatem ab Impe-
ratore tributam,& ideo ſi ea clauſula reſtringeret po-
teſtatem ad Comites, & Barones, non tamen per hoc
eſſet reſtricta authoritas Comitis Palatini, qa indu-
cta ad

37 cta ad augendum, non important diminutionem, † l.
legata inutiliter, ff. de legat. 1. l. legata inutiliter, ff. de
adimend. legat. Baldus conſ. 208. col. 2. vol. 4. Cranet.
conſ. 297. col. vltima, ver. octauo reſpon. dixi in deciſ.
295. nu. 5. Nec dici poteſt, quod priuilegium Põtificis
corrigat aut reſtringat aliud ab Imperatore conceſ-
ſum, vnde, ſi à Pontifice non haberet authoritatem, il-
lam haberet à Cæſare: ſed cum Pontificis conceſſio idẽ
contineat quod Cæſarea, & Pontifex voluerit amplia-
re, non reſtringere, fatendum eſt in vtroque priuilegio
ſubeſſe facultatem legitimandi filios Ducum.

Nec clauſula in priuilegio appoſita (in moderatio-
ne cuiuſcunque actus de ratione, & honeſtate habẽda
per vias conſici) reſtringit facultatẽ conceſſam, quam-
uis per eam Comes ſui officij admoneatur, ne ſcilicet
irrationabiliter, & imprudenter facultate ſibi conceſ-
ſa abutatur. Marz. conſi. 46. num. 10. Aldobrand. conſi.
717. nu. 37. inter conſi. Rim. ſen. vol. 4 Burſa. conſi. 390.
nu. 47. reſpicit namque non amplitudinem poteſtatis
attributæ reſpectu perſonarum, nam hoc non eſſet pri
uilegium & cõceſſionem corrigere, ſed modum. Clau-
ſulæ enim acceſſoriæ non alterant diſpoſitionem prin
38 cipalem. Clem. 1. † de præben. Fel. in c. licet, de off. ord.
Dec. in conſi. 2. in fin. ſed intelligi debet ea Clauſula,
quod vti quidem poſſit omni authoritate ſibi conceſ-
ſa, ſed cum diſcretione & grano ſalis.

Sequitur ſecunda quæſtio, an talis legitimatus ſuc-
cedere poſſit ad feuda dignitatis, puta Ducatus, &
Marchionatus, & quia pendet à poteſtate & volũtate
legitimantis, videndum eſt, an dictus Comes poſſit ad
talia feuda legitimare; deinde vero an eam poteſtatẽ
exercere voluerit. & quoad primum, videtur Comiti
Palatino attributam non fuiſſe facultatem legitiman
di ad feuda dignitatum, per notabilem deciſ. Baldi in
l. eam quam, num. 42. C. de fideic. vbi ait, legitimatum
39 ad feuda, non admitti ad feuda dignitatum: † quia di
gnitas vult dignos vero, non impetrato beneficio, &
cum princeps in concedendo ſimiles dignitates diffi-
ciliorem ſe reddet, impetratio ad eas nõ extenditur.
Aneh. in conſi. 208. nu. 6. verſ. tertio mouet, vbi infert,
quod ſpuriorum legitimatio non extenditur ad nobi-
lia feuda. Tiraq. in tract. nobilit. c. 23. nu. 18. idem vo-
luit Freccia de feud. lib. 2. tit. de differ. feudor. regal. in
differentijs. ſicuti itaq; legitimatus ad feuda, nõ intel
ligitur legitimatus ad feuda dignitatum, ita priuile-
gium habens legitimandi, non intelligitur habere ad
legitimandum quoad feuda dignitatum; quia ſicuti
princeps difficilius legitimat ad talia, ita & difficilius
ad ea facultatem tribuit quam ad ſimplicia feuda, &
in ſpecie dixit Vrſill. ad Afflict. in deciſ. 265. nu. 10. in
fine, quod poteſtas legitimandi ad feuda non exten-
40 ditur ad ea quæ ſunt caput dignitatum, † idque mul-
to magis attendi debet in feudo Ducatus, quod habet
annexam dignitatem regalem, quo ſtante, nulla ver-
ba illud comprehendere poſſunt: nam vt inquit Bald.
in d. l. eam quam, nu. 43. legitimatus ad quamlibet di-
41 gnitatem, nõ intelligitur legitimatus ad Regiam, † &
propterea non ſuccederet in regno. Bertach. in ſuo re-
per. in ver. legitimatus an veniat, nu. 25. Nicol. Intrin-
gliol, de feud. q. 46. nu. 67. & ſeq. Stante autem poteſta-
tis defectu, infertur etiam ad voluntatis imperfectio-
nem, quia non eſt credendum quod Comes voluerit le
gitimare ad feuda quæ non erant ſub eius poteſtate,
quinimo, præcitati Doct. volunt, quod vbi Comes vel
alius legitimãs poterat ad feuda dignitatis legitima
re, hęc tamen in dubio non voluerit, dum dicunt, quod
taliter legitimatus non ſuccedit ad feuda dignitatis,
nec ad ea cenſetur legitimatus, fruſtra enim de volun
tate diſputaretur, ſi deeſſet poteſtas, cum eius ſit nol-
le, qui poteſt velle, l. eius eſt, ff. de reg. iur. Præterea, ta-
lis legitimatio non valeret ad præiudicium domini,
42 † vt voluit alios allegans Sonsbech. de feud. par. 9. nu.
69. Schrader. de feud. par. 7. c. 5. nu. 23.

Contrariam tamen ſententiam veriorem exiſtimo,
quod ſcilicet fuerit ad feuda dignitatis legitimatus,
& quod ad ea potuerit legitimari; nam etſi regulari-
ter legitimatus non ſuccedat in feudis, vt per DD. in
c. 1. §. naturales, ſi feud. fuerit controuer. tamen hoc fal
lit, quãdo in legitimatione dicitur expreſsè, quòd ſuc
43 cedat in feudis. † ſecundum gl. in d. §. naturales, quam
ibi ſequuntur Bal. Aluar. Card. & alij. Oldr. Bald. Cal
der. Guid. Pap. Soc. Dec. Curt. iun. Crot. Alc. Brun. Iaſ.
Bologn. Pariſ. Camp. Natta Rol. Clar. & Bec. quos ego
citaui in conſil. 1. nu. 28. quibus addo Zaſ. de feud. par.
8. nu. 74. Fed. Schenck in d. §. naturales, nu. 6. Sõsbech.
d. par. 9. nu. 70. Cumiam, in c. ſi aliquem, ver. communi
bus, nu. 14. in conſtit. regni, Schrader. de feud. pa. 7. c.
5. nu. 23. Intringliol. de feud. q. 9. 260. in propoſito au-
tem tam priuilegium legitimãdi quam ipſa legitima-
tio expreſsè loquitur de feudis, ideo dubitãdum non
quin quoad ea quoque cenſeatur legitimatus, & po-
tuerit legitimari; & in legitimatione dicitur, qđ poſ-
ſit venire ad ſucceſſionem quorumcunque bonorum
feudalium etiam cum dignitate. in qua clauſula duo
ſunt cõſideranda, primum, dictio illa vniuerſalis, quo-
rumcunque, quæ extẽditur ad maiora expreſſis, & in-
cludit omnia etiam in quibus ſit maior ratio quam in
expreſſis, vt in alio articulo probaui, in primo funda-
mento, nihil enim ab ea dictione remanet excluſum,
ſed omnia ſunt comprehenſa, quamuis impropria, vt
ibi relati DD. probant. Secundum eſt, quod ſpecialis
fit mentio feudorum habentium annexam dignitatẽ,
ita quod dicitur expreſsè legitimatus ad feuda digni
tatum. conſidero etiam quod fuit legitimatus ad om-
nes dignitates, ergo etiam ad Ducalem, dictio enim
44 (omnis) eſt vniuerſalis. † Doct. in l. 1. ff. de leg. 1. & in-
cludit ea quę aliàs non veniunt. Dec. l. omnia, in princ.
ff. ſi cer. pet. & falſum eſſet dicere, omnia venire, ſi quid
non comprehenderetur. Dec. in conſi. 597. num. 1. & de
huiuſmodi dictione latè poſui in conſi. 31. nu. 27. & in
conſi. 73. nu. 62. ſimiliter legitimatus fuit ad ſucceſſio-
nem bonorum, etiam ſi eſſent bona & iura feudalia,
vel non feudalia, quæ tamen habeant dignitatem, ſta-
tum, iuriſdictionem, merum & mixtum imperium, &
quamcunque aliam præeminentiam: quæ verba non
poſſent eſſe ampliora, quia cum facta eſt mẽtio de feu
do habente dignitatem, cum alijs iuribus, ſubijcitur,
& quamcunque aliam præeminentiam, & ſupra dixi,
verba, cuiuſcunque dignitatis, & præeminentiæ, inclu
45 dere Reges & Cardinales, † ſecundum Archid. in cap.
quamuis, de off. ord. in 6. Gomeſ. in procem. Reg. Can-
cella. in 4. q. nu. 2. præcipuè, cum ſupra dixerit ſimplici
ter de ſucceſſione feudalium, & mox ſubijciat etiam ſi
ſint feuda dignitatis & dignitatem habeant, iſta enim
verba, feuda dignitatis, vel quæ habuiſſent dignitatẽ,
& alia, & quamcunque aliam præeminentiam, eſſent
penitus ſuperflua & otioſa; cum tamen nullum verbũ
46 debeat eſſe ſuperfluum, † l. ſi quando, ff. de leg. 1. Bald.
in Rubr. C. de contrahen. empt. & ſunt ponderanda il-
la verba, ſtatum, poſt nomen dignitatẽ, ſignificat enim
multorum locorum vniuerſitatem eſſe ſubiectam, vt
dicimus Statum Mediolanenſem, Statum Florentinũ,
Piſanum, Senenſem, & ſimiles, & verba intelligi debẽt
47 ſecundum communem vſum loquendi, † l. librorum,
§. quod tamen Caſſius, ff. de leg. 3. l. Labeo, ff. de ſupell.
legat. latè Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 3. tit.
8. nu. 1. & ex quo expreſsè dicitur de feudis dignita-
tis, ſatis dicitur expreſſa qualitas quæ non veniret ta-
citè.

Digitized by Google

citè. Facit quod voluit Afflict. in deciſ. 265. nu. 15. vbi
ait, quod aſſenſus præſtitus ſuper obligatione Ducis,
non extenditur ad Ciuitatem quæ eſt caput Ducatus,
niſi dictũ ſit expreſsè de feudo dignitatis. ecce ergo,
quod vbi expreſſum eſt feudũ dignitatis, venit caput
Ducatus; & inquit ſe ita Proregi reſpondiſſe. ſequitur
Nat. in conſi. 686. nu. 2. idem voluit Marin. Freccia de
feud. lib. 2. tit. de differen. inter feuda regal. in ſecunda
differẽtia, nu. 6. Intringliol. d. q. 46. nu. 4. ex quo igitur
legitimatio facta per eum ad feuda habentia dignita
tem, cenſeri dẽt facta ad feuda Ducatus, quæ ſunt ex
ijs dignitatibus, id quod duplici in loco legitur repeti
tum in legitimatione, ad l. baliſta, ff. ad Trebellianum.

Non obſtat igitur, quod in dubio facultas legiti-
mandi non extendatur ad feuda dignitatum, quia re-
ſpondetur, quod hoc verum eſt, quando de dignitate
nulla fit mentio in conceſſione, at in priuilegio mihi
exhibito expreſſum eſt, quod poſſit legitimare ad oẽs
honores, dignitates, vaſſallagia, feuda, beneficia, &c.
dum enim dicit, feuda, tollit obſtaculum ne dici poſſit
quod priuilegium non extenditur ad feuda. idem ſi-
48 gnificat nomen beneficiorum, † ſecundum Dec. in con
ſil. 76. col. 2. Zaſ. de feud. par. 1. nu. 4. & par. 8. nu. 74. li-
cet referatur etiam ad eccleſiaſtica beneficia, vt per
Dec. in loco prædicto. Dum vero dicit, honores, & di-
gnitates, amplectitur feuda dignitatis, & beneficia di
gnitatis. Cum enim priuilegium prædictum ſit fauo-
49 rabile, ſub nomine ſimpliciũ continet mixtum, † ideſt,
ſub nomine feudorum & dignitatum, continet feuda
dignitatum, & legitimare poteſt ad vtramque qualita
tem, ſecundum Bart. in propoſito loquentem de pote-
ſtate legitimandi, in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. vbi
qui facultatem habet legitimandi ſpurios, item & in-
ceſtuoſos, poteſt eum legitimare in quo vtraque con-
50 currat qualitas. † eum ſequuntur Bal. Ang. Imo. Rom.
& Alex. ibi Bald. Ang. & Alex. in l. ſi ita ſcriptum, ff. de
lib. & poſthu. Bald. in §. 1. Inſtit. de actio. Abb. & Anan.
in c. fi. de ſimonia, & plures alij quos in 1. quæſt. citaui,
ad probandum, quod priuilegium legitimandi eſt fa-
uorabile & large interpretandum, & eſt magis com-
munis opinio Legiſtarum, vt teſtatur Galiau. in d. l. 2.
in princ. nu. 14. eandem dicit communem ibi Alc. num.
44. allegando vltra prædictos Cuman. Hier. Fort. Ant.
de Roſel. Fel. & Dec. ſubdens, quòd hæc eſt in iure ve-
rior, & ab ea in practica non eſt diſcedendum. de com
muni teſtatur quoque Rui. num. 4. eam pariter magis
communem dicit Iaſ. §. omnium, nu. 30. Inſti. de actio.
Curt. iun. in l. vt liberis, num. 28. C. de collation. Pariſ.
conſ. 114. nu. 13. vol. 4. Accedat, quod non ſimpliciter
profertur dignitatis nomen, ſed cum vniuerſali dictio
ne ad omnes dignitates, vaſſallagia, & feuda. Item
ſubiungitur ampliſſima clauſula, & omnes alios, &
quoſcunque, quæ continet vniuerſalem geminatam,
quæ non capit reſtrictionem, ſed extenditur ad caſus
51 non † expreſſos. Bero. conſ. 110. num. 26. vol. 3. & dicit
Soc. in l. quidam relegatus, num. 9. ff. de rebus dubijs,
quod vniuerſalia verba geminata etiam appoſita di-
ctione alius, in fauorabili materia includunt caſus
maiores expreſſis. Natta in conſi. 159. nu. 11. & in conſ.
216. nu. 13. Capic. deciſ. 88. nu. 5. & in dictione, omnes,
& quoſcunque, poſt Thom. Marin. vnum eius effectum
ponit Intrigiol. d. q. 50. nu. 134. & ad tollendum omne
dubium, additum eſt, actus ſimiles, vel diſſimiles, etiã
maiores, etiam ſi ſpecialem requirerent mentionem,
& expreſſam. Hæc vero planiora fiunt inſpecto pontifi
cio priuilegio, in quo vltra contenta in Cæſarea con-
ceſſione loquente vt dixi de feudis dignitatem haben
tibus, additur poteſtas legitimandi filios illuſtrium
Comitum & Baronum, quæ clauſula operatur & dat
intelligere, quod tales poſſunt legitimari ad Comita-
tus, & Baronias, & ſuccedere poſſunt in eis, & vbi fi-
lius Baronis legitimatur ad feuda & ſucceſſiones, de-
bet intelligi de ſucceſſione & feudis, quæ pater habet,
quia verba intelliguntur ſecundum ſubiectam mate-
52 riam, † l. Proculus, ff. de vſufruct. l. inſulam, ff. de præ-
ſcript. verb. Neuiz. conſil. 92. nu. 16. vſque ad finem, &
ſecundum qualitatem perſonæ erga quam proferun-
tur, l. plenum, §. equitij, ff. de vſu & habit. & verba intel
ligi ita debent, vt quod conceditur conueniat perſonę
53 cui datur. Bald. in l. 1. nu. 12. C. de legat. vbi de relicto
facto viduæ, & alia ponit Card. Mant. de coniect. vlt.
volun. lib. 6. tit. 11. nu. 17. Simon lib. 2. interpret. 3. du-
bit 2. nu. 301. folio mihi 155. quinimo, relata verba ad
vnam perſonam, etiam impropriè, intelliguntur ſe-
cundum perſonæ conditionem. Bald. in l. precibus, nu.
39. C. de impuber. Pereg. de fideicom. art. 34. num. 29.
vbi quod variantur ſecundum quod variatur condi-
tio perſonæ. Si igitur eſt filius Baronis, & debet Baro-
ni ſuccedere, intelligi debet, quod ſuccedat in Baro-
nia, vt qualitas perſonę rem quoque ipſam qualificet,
vt dicimus in mercatore, ſi eius libris ex ſtatuto cre-
dendum eſt, intelligi debet, quo ad res, quæ ad merca-
54 turam ſpectant, non quoad alias. † Iaſ. in l. age, nu. 4. C.
de tranſact. & ibi Alc. & dicit Bal. in l. fi. C. ad Maced.
quod ſtatutum permittens obligationem filiofami-
lias artifici, intelligitur, quando obligat ſe ratione ar-
55 tis. † latiſſimè Felin. in cap. cum ordinem, col. 3. verſ. li
mitata cauſa, de reſcript. vbi cumulat infinitas ſimiles
deciſiones. Becius qui multos aggregat in conſi. 5. nu.
14. vſque ad finem. Maſcard. in tractatu probat. con-
cluſ. 975. nu. 28. vbi addit Menoch. Gail, & alios; ſic in
propoſito cum filius Ducis legitimatur ad feuda & di
gnitates, ita quod in eis ſuccedere poſſit, intelligi de-
bet quod ſuccedat in dignitatibus, & feudis exiſtenti
bus apud patrem, cum hæc ſucceſſio ſit illi magis debi
ta quam alia, & fatuum atque abſurdum eſſet quod
habilis fieret ad extraneorum feuda & dignitates, &
remaneret incapax paternarum.

F I N I S.

VENETIIS, M DC XIV.
Apud Bartholomæum Rodellam, Damiani Zenarij hæredem,
ſub candentis Salamandræ ſigno.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google